BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
44 - F
9

Digitized by Google

XXV H 1-4

25·8

Digitized by Google

Digitized by Google

8.44.F.9



COMMENTARIA
ET
CONTROVERSIAE
IN PRIMAM PARTEM
SVMMAE
D. THOMAE AQVINATIS

Auctore Admod. R.P. F.

IO. PAVLO NAZARIO
CREMONENSI
ORDINIS PRÆDICATORVM

Sacræ Theologiæ Doctore, Bononiæ Collegiato, & nunc tertiùm
In Accademia Bononienſi Regente.

In hac ſecunda Editione ab ipſo Auctore plurimis additis illuſtrata.
Selectiſsimiſq; Thomiſticæ ſapientiæ documentis exornata.

AD ILLVSTRISS. ET EXCELLENTISS.
DOMINVM
D. CAROLVM AVRIAM
DVCEM TVRSII, PRINCIPEM AVELLI,
Et Generalem Claſsis Triremium Genuenſium
Pro Rege Catholico, &c.

Cum Indicibus locupletiſsimis Controuerſiarum, Dubitationum, locorum Sacræ Scripturæ, & rerum notabilium, necnon ad marginem ab eodem Auctore ſcholys adiectis.

SVPERIORVM PERMISSV, ET CVM PRIVILEGIIS.

BONONIAE,
Apud Hæredes Ioannis Roſsij,
M. DC. XX.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO, ET EXCELLENTISSIMO DOMINO D. CAROLO AVRIÆ, DVCI TVRSII, ET PRINCIPI AVELLI, GENERALIQ; TRIREMIVM GENVENSIVM PRO REGE CATHOLICO, &c.

F. Ioannes Paulus Nazarius à Cremona Ordinis Prædicatorum perpetuam fœlicitatem P.

MIRABERE Forſan Illuſtriſsime, & Excellentiſsime Princeps, quòd homo religioſus diuinę ſcientiæ, ac philoſophię profeſſor, volumē hoc de Diuinis perfectionibus ſubtilliſsimas continens reconditæ Theologię, ac metaphyſicę ſpeculationes tui celeberrimi nominis inſcriptione decoratum, & familiæ tuę ſtemmata pręferens glorioſa, nulla familiari notitia, cauſauè ſingulari pręcedente, tibi ab ineūte ętate militiam profitenti nuncupauerit, cum pręſertim communi hominum opinione ſtudia litterarum, & artis militaris exercitia minimè conuenire, & ęmulatione diſſidere videantur; bonarum hinc artium profeſſoribus earum dignitatem, vtilitatemq; militari pręferentibus, illinc militię ſtudioſis artē militarem cęterarum omnium artiū honeſtiſsimam, & ad Reip. gloriam, libertatem, tranquillitatem, ac iura tuenda, & amplificanda contendentibus præ cęteris eſſe neceſſariam. Quā diſceptationem ego ſemper inanem, & verè ſapientium hominum cogitationibus, verbis, & ſcriptis indignam exiſtimaui. Tanto namq; conſenſionis nexu ſuaptè natura eſt ars militaris cum litterarum tam humanarum, quàm diuinarum ſtudijs colligata, vt quidquid ornamenti, nobilitatis, ſplendoris, ac laudis in arte militari poteſt à quouis ſapiente cogitari, ex vtriuſque ordinis litterarum peritia deriuetur. Ducibus enim belli Mathematicas artes eſſe quàm maximè neceſſarias indicant ipſa bellorum exercitia in vrbibus, oppidis, arcibus, & claſsibus oppugnandis, ac expugnandis, aut ab oppugnatione defendendis, in caſtrorum, aut claſsium ſitu, plagauè deligenda, & in eorum latitudine, figura, munitioneq; decernenda, & in ordine exercitus cum hoſtibus dimicaturi conſtituendo, eodéq; ordine in pugna conſeruando, vel etiam, prout occaſio poſtulauerit, immutando. Nec minus eiſdem belli ductoribus neceſſaria eſt dicendi facultas ad militum animos, vt intrepidè ac ſtrenuè dimicent inflāmandos, vel etiam formidine deiectos erigendos; vt non humanę tantùm, ſed etiam diuinę teſtantur hiſtorię. Quot enim apud antiquos, &

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

noſtri temporis rerum geſtarum ſcriptores legimus ducum orationes non minus ad animos militum erigendos efficaces, quàm elegantię, rethorũ pręceptis excultas? Quid enim apud exercitus inſtantibus prælijs dicendo non obtinuerunt Alexander, Themiſtocles, Atilius Regulus, vterque Scipio, Anibal Cartaginenſis, Iulius Cæſar, Gneus Pōpeius, & alij plures Romanæ Reip. aut aliorum gentium Duces, & Imperatores? Narrat diuina ſcriptura Iudam Machabeum paucorum, imbellium, ac ferè inermium militũ hoſtium exercitui numero, armis, & bellandi peritia longè ſuperiori intrepidum occurriſſe, & adhortatione pietatem vndiq; redolente, adeo militum animos inflammaſſe, vt occiſis, ac ſpoliatis hoſtibus glorioſam diuina virtute victoriam reportauerit. Cuius dicendi modum, religionem, ac pietatem multi ex chriſtianis Ducibus imitati de proſtratis hoſtibus, ac de prouincijs, & Regnis Chriſtianæ religioni ſubactis triũpharunt; vt de Conſtantino, Carolo magno, Gotifredo, & alijs Eccleſiaſtica narrat hiſtoria. Sed præterea regendæ in caſtris militum multitudini Politicę ſcientiæ documenta ſunt Duci quàm maximè neceſſaria, vt cum prudentia, iuſtitiaq; rectitudine, & æquitate benignitati coniuncta ſe timendum ſimul, & amandum omnibus exhibeat, & vel hoſtibus ipſis laudis, virtutisq; formidandę materiam prębeat. Sed his omnibus pietas præſtat, & religio, cultũ, ac reuerentiã exhibẽs Deo ſummo rerũ opifici cũ diuinorum obſeruantia mandatorum: Ad quæ omnia cognoſcenda, & ope diuina adimplenda lucem affert, ac viam apperit Sacra Theologia, ex diuinarum litterarum oraculis, veluti ex fontibus deriuata; cuius doctrinam quatuor voluminibus Sanctus Doctor Aquinas complexus eſt: In quorũ primo de Deo diſſerit, & eius perfectionibus, & actibus Cuius interpretationem tribus nos voluminibus complexi ſumus: quorum hic primus doctrinam continet de Deo, & eius perfectionibus: ex quibus præcipuę ſunt eius infinitas, ſubſtantia, ſcientia, voluntas, amor, iuſtitia, miſericordia, prouidentia, & omnipotentia: quarum notitia voluntatem allicit ab ipſo Deo creatam, vt ipſi tanquam primo, & optimo totius vniuerſi principio, ac omnium bonorum authori debitam ſeruitutem, & cultum, ſummamque reuerentiam exhibeat, & illi tamquam omnium Domino, & iuſto, ac ſapientiſsimo legiſlatori ſe ſubijciat eius præceptis obtemperando. Iam verò prædictum exercitibus, tam terreſtribus, quàm maritimis imperandi munus bonis, & honeſtis artibus prudentię, ac in Deum, & in patriam pietati coniunctis in Aurię familiæ proceribus ab antiquiſsimis ad poſteros, & demum perfectè, atque cumulatè ad te veluti paternam hęreditatem deriuatum non ſeniorum tantùm narrationes affirmant, ſed hiſtoricorum plurimi ſcripturę cõmendarunt, & publica, ac immortalia Ciuitatis, & Reip. Genuenſis monumenta teſtantur: Nec poteſt hęc epiſtola breuis vniuerſa complecti, nec ſingulos antiquiſsimę, ac nobiliſsimę tuę familię Duces, et heroas enumerare. Sed ne ieiunus omnino pertranſeam, paucos hic refferam tuę celſitudini non abſimiles. Primus eſt Anſaldus vnus ex decem antiquiſsimis Ciuitatis conſulibus, qui cũ alijs quinq; eiuſdem ordinis viris aduerſus Affricanos à Genuenſibus deſtinatus clariſsima parta victoria cum hoſtium ſpolijs, & inſignibus ad patriam redijt. Secundus eſt Anſelmus ſummę prudentię vir in Conſulem Ciuitatis electus. Tertius eſt Odoardus; qui viginti-octo triremibus præfectus Catthalanos maritima pugna debellauit. Quartus eſt Antonius eiuſdem Reip. Claſsi præfectus. Quintus eſt Vbertus; qui nomine publico cũ magna claſſe contra Piſanos profectus ingenti eorum Claſſe profligata victoriam obtinuit. Sextus eſt Conradus; qui ob egregiam animi virtutem, regendiq; dexteritatem Capitaneus conſtitutus eſt Ciuitatis. Septimus eſt Roſcius; qui ab Imperatore Conſtantinopo-

Digitized by Google

tinopolitano Claſsi pręfectus, & multis illuſtratus victorijs, in tantorum operum præmium corpus Sanctæ Anaſtaſiæ Virginis, & martiris ab eodem Imperatore poſtulauit, & acceptum Genuam tranſtulit, & in æde D Matthæi honorificè collocauit. Octauus eſt Lamba magnæ claſsis præfectus aduerſus aliam Florentem Remp. cuius claſsē apud Corciram diſsipauit, ac vicit. Nonus eſt Luchetus Dux exercitus à Reip. contra Corſicæ rebelles deſtinatus; qui breui tempore ſubactis hoſtibus totam inſulam ſub Reip. poteſtate redegit. Decimus eſt Paganus, qui Dux magnæ claſsis à Rep. conſtitutus inſignem victoriam de potenti alterius Reip. Claſſe reportauit. Huius viri virtutes propè diuinas mirificè laudant annalium Reip. Genuenſis ſcriptores. Vndecimus eſt Philippus Claſsis in Mauros directæ præfectus; quos ſua virtute depreſsit, ac vicit. Duodecimus eſt Lazarus Dux Claſsis aduerſus Barchinonenſes. Tertiusdecimus eſt Lutianus Mari Genuenſi ſumma cum auctoritate præfectus, quem Almiron appellāt. Quartusdecimus eſt Nicolaus cum ingenti Claſſe à Rep. in Gallos deſtinatus. Quintusdecimus eſt Andreas Princeps; qui rerum agendarum prudentia terra, Mariq; dimicādi peritia, in Deum, & in Patriam, ac Remp. pietate, rerumque geſtarum gloria ſuos omnes progenitores ſuperauit. Hunc non ſolùm Genuæ Senatus, ſed etiam potentiſsimi Reges magnis triremium Claſsibus præfecerunt, eoq; duce, & authore illuſtres, ac mirabiles deuictis hoſtibus victorias reportarunt; Fuitq; ſemper Turcis, ac Mauris ab eo innumeris cladibus attritis nomen Andreæ formidabile. Hic patriam ab hoſtibus captam, in ſeruitutemq; redactam collectis militum copijs, ac cęſis hoſtibus priſtinæ reſtituit libertati; Quod beneficium grati Genuenſes erecta tanto viro marmorea ſtatua in communi platea perpetuæ memoriæ comēdarunt, hac etiam addita inſcriptione: *Andreæ Doriæ, quod Remp. diutius oppreſsam in priſtinam libertatem vendicauerit: Patri proinde patriæ appellato, Senatus Genuenſis immortalis memor beneficij viuenti poſuit.* Sextusdecimus eſt Ioannes proximè dicti Andreæ frater: qui pluribus maritimis illuſtratus victorijs, ac ea præſertim, qua ſupremum Turcicæ Claſsis Ducem Dragutem apud Corſicam inſulam cum ſua claſſe in portu quieſcentem paucis Reip. triremibus debellauit, ac cepit, & cum omnibus eius triremibus, & militibus fratri, ac patriæ captiuum pręſentauit. Cuius fœliciſsimos progreſſus mors immatura cum omnium bonorum męrore præſcidit. Decimusſeptimus eſt Io. Andreas prædicti Ioannis filius, & genitor tuus: qui paternæ virtutis hæres Genuenſium triremium ductor, & Almiros Regis Catholici nomine conſtitutus hoſtes Chriſtianæ fidei, nunquam paſſus eſt per mediterraneū mare tuta nauigatione diſcurrere, triremes eorum, & alia nauigia perſequens, ac validè capiens, Chriſtianoſq. captiuos libertati reſtituens. Hic Melitam Inſulam, quam equites incolunt Sancti Ioannis, in extremo periculo conſtitutam ab obſidione Turcicæ Claſsis liberauit, & apud Naupactū Achaici ſinus inter inſignes Chriſtianæ Reipub. Duces creditas ſuo regimini Triremes adeo prudenter in hoſtes direxit, vt acerrimo perículoſoq; commiſſo prælio, multisq; à noſtris Turcarum milibus cęſis, & captis eorum triremibus perſpecta tanti ducis prudentia perterritæ triremes hoſtium oppoſitæ, quas aggredi parabat, fuga ſibi conſuluerint. Nec minoris, quàm Pater fuit hic in Deum, & in patriam pietatis: cuius teſtes ſunt ampliſsima religioſorum, ac virginum Deo famulantium monaſteria à fundamentis erecta, & magnis dotata redditibus, tot ædes ſacræ, ſacellaq; magnificè conſtructa, tot precioſæ veſtes ſacerdotales, & altarium ornamenta, tot alendis pauperibus pia loca prouiſa, ardens amor in patriam, aſsidua

 ſolici-

ſolicitudo,& opera pro communi Reip.libertate tuenda frequenter impenſa: ob quæ Senatus Genuenſis in perpetuam animi grati ſignificationem ſtatuam illi marmoreã ante publicas ædes erexit his verbis inſcriptã: *Ioanni Andreæ Doriæ patriæ libertatis conſeruatori S.G.P.* Huius tanti viri non opulentiſsimas tantùm diuitias, & theſauros Illuſtriſsime Princeps legitima poſsides hæreditate,ſed etiam honore, ac regimine gaudes claſsis triremium Genuenſium pro Rege Catholico tibi veluti paternæ, & Auitæ virtutis hæredi ab eodem potentiſsimo Rege demandato. In quo munere adminiſtrando tuorum progenitorum veſtigia conſectatus nulli te eorum prudentia, animi fortitudine,in Deum,& in patriam pietate,ac rerum geſtarum gloria inferiorem eſſe declaraſti. Quot enim Turcarum triremes,& nauigia chriſtianorum litora deprædantia pugnãdo ſuperaſti? Quot captiuos chriſtianos ab eorum ſeruitute liberaſti? Quot labores pro communi Reip.bono pertuliſti? Quantam animi magnitudinem, & magnificentiam in Principibus hoſpitio ſuſcipiendis oſtendiſti? Quis tuam in omnes non prædicet humanitatem,& benignitatem,ac piam in religioſos,pręcipuè verò in ordinem noſtrum propenſionem, ac beneuolentiam? Quis tam mirificè compoſitos,ac planè religioſos familiæ tuæ mores, Chriſtianam eius pietatem,& deuotionem non admiretur? Hæc,& alia plurima egregiæ tuæ virtutis inſignia breui compendio, & non pro dignitate à me deſcripta ſumma in te ſemper Illuſtriſsime Princeps cum admiratione ſuſpexi,teq; ſincero,ac humili cordis affectu dilexi,& colui,virtutiſq; tuæ magnitudine poſtulante,ac vim ſuauiter inferente, volumen hoc diuinarum continens arcana perfectionum cęleberrimi tui nominis excellentia decoratum in lucem emitto, vt tuæ protectioni comendatum, ſub eaq; velut arce tutiſsima conſtitutum aduerſariorum ictus non timeat,ſed tecum victor per maris vndas ad externa Regna benignè recipiendum, & ęqua intentione legendum tranſeat. Vale perpetuò Fęlix.

Digitized by Google

AD RELIGIOSOS STVDENTES ORDINIS PRÆDICATORVM.

CVm vniuerſæ rerum, ac præſertim diuinarum cognitiones, quas nobis ex lumine mētibus no
ſtris indito, medio rationis diſcurſu comparamus, bona quædam honeſtiſsima ſint, quæ du-
cente, ſeu potius trahente vi quadam animi naturali ab omnibus hominibus expetuntur, in
eiſque, dum hac lucis vſura fruimur, ſummus ille phyloſophus Ariſt. humanam poſitam eſſe
iudicauerit fęlicitatem; ſola Sacræ Theologiæ doctrina, diuino afflatu cordibus mortalium Ariſt.
immiſſa fuit omnibus ſeculis ad benè, beatèq; viuendum, ad gloriam æternæ vitæ comparandam omnibus
hominibus neceſſaria, vt ſine ea nullus ætatis adultæ veram vnquam fęlicitatem attigerit, aut futuro tem-
pore conſequi valeat.

Hæc eſt enim illa Doctrina, de qua Dominus Ioannis 6. dicebat. *Omnis, qui audiuit à Patre, & didicit ve-*
nit ad me. Cum itaque nullus non doctus, non illuminatus à Patre ad Chriſtum, qui *finis eſt legis ad iuſtitiam*
omni credenti, venire poſsit, audire omnes, doceri omnes, quot quot ſaluandi ſunt, neceſſe eſt. Hinc in Sa- Ioan 6.
cris eloquijs legimus. Adæ primo totius humani generis parenti diuinas factas fuiſſe reuelationes, vt po- Ro 10.
ſteros ad æternæ vitæ ſalutem erudiret. Quod idem apparet contigiſſe Noe, Abrahamo, Moyſi, Dauid, Gen. 2. 6. 7. 8. 9. 12. vſq; ad 25.
Ioanni Baptiſtæ, & Apoſtolis omnibus, & ſingulariter gentium Doctori Paulo, vt per hæc Sacroſanctæ Ec- Exod. 13. & ſeq.
cleſiæ, & populorum capita cęleſtis, ac ſupernaturalis doctrina, longè, lateq; per hominum mentes diffun- Pſal. 1. & ſeq.
deretur. Quod ſi nos vitam Apoſtolicæ conſimilem profitemur, cū Prædicatores, ac cęterorum Doct. nun-
cupemur, recta ratio poſtulat, vt ea Sacræ Doctrinæ ſit in nobis eruditio, quæ docendis populis, ad fidem,
probitatemq; trahendis ſufficiat. Hanc verò facillimè conſequemur, ſi vndè, & quomodo ad nos deriua- 2 Reg. 22.
tur, aduerterimus. Tria ſunt, ex quibus veluti fontibus doctrina quælibet ad nos deriuatur. Primum eſt De- Ioan. 1.
us. Secundum Doctoris miniſterium. Tertium ingenij proprij vis, & ſolertia. Deus lumen, tum naturale, Matth. 11.
tum ſupernaturale nobis infundit. Doctor exterius veritatem proponit, vniuerſalioresq; propoſitiones mi- 2. cor. 12. ephеſ 5.
nus vniuerſalibus iungit, concluſioneſq; prius ignotas per notiora principia demonſtrat. Intellectus noſter Doctrinæ fontes.
ex vno in aliud ordinatè diſcurrit, ſeſeq; ad veritatis notitiam promouet. Quiſquis igitur voluerit diuinę
huiuſcæ doctrinæ culmen conſcendere, ad Deum luminis vtriuſque donatorem oculos ſuos conuertat, men
tem expurget ab omni impuritatis labe, vt mundiſsimi luminis dignum fiat receptaculum. quoniam in ma Sap. 1.
leuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Docentem ſollicitè
erectis auribus audiat, audienda præuideat, prælecta ruminet, cęllas, clauſtra, ſolitudinem diligat. Hiſce
enim adiutoribus, mens Sacræ doctrinæ nectarea dulcedine facile ſaturabitur. Sed iam præludia ad Sacræ
huiuſcæ doctrinæ cognitionem neceſſaria proponamus, ſummatimq; declaremus. Vidētur autem quatuor
præ cæteris cognitu maximè neceſſaria, videlicet diuinæ hujus doctrinæ nomen, diuiſio, diffinitio, & Au-
thor. Nuncupatur hæc Sacra doctrina Theologia, quod nomen idem, ſonat, quòd ſermo de Deo. Teſte D.
Aug. lib. 8. de Ciuit. Dei cap. 1. Non eſt tamen quicunque ſermo de Deo, ſed de Deo ex proprijs Dei. Pro- Quid nominis Theologiæ, Auguſt.
pria verò Dei ſunt, quæ ſoli Deo connaturalia ſunt, tum in eſſendo, tum in cognoſcendo: à cęteris verò, ſicut
ex ſolo diuinæ gratiæ munerę poſſunt haberi, ita non niſi diuina reuelatione, ac ſupernaturali lumine co-
gnoſci poſſunt; Quamobrem dicitur hæc ſcientia reuelata iuxta illud Apoſtoli ad Galatas 1. *Notum vo-*
bis facio Euangelium, quòd euangelizatum eſt à me, quia non eſt ſecundum hominem: Neque enim ego ab homine di-
dici illud, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti; Sunt enim diuina fulgoris ſui Maeſtate noſtri Intellectus imbecil- Gal. 1.
litati contecta, reuelantur autem eiuſdem fulgoris participatione ſuſcepta. Iam verò de ſecundo, ſcilicet
diuiſione nonnihil dicamus. Quemadmodum multiplex eſſe poteſt huiuſce nominis, Theologia, ſignifica-
tio, ſic & multifariam diuidi poteſt Theologia. Et primò quidem iuxta communiſsimum ſignificatum di-
uiditur Theologia in naturalem, & ſupernaturalem. Naturalis eſt, quæ naturali lumine diuinas perfectio- Diuiſio Theologię
nes ex creaturis cognoſcibiles. Contemplatur. Hanc Ariſtot. 12. Diuinorum tex. vlt. Theologiam appellat.
In primo verò Deam ſcientiarum. De hac loquebatur Apoſtolus Rom. 1. dicens: *Quod notum eſt Dei, manife-* Theologia naturalis.
ſtum eſt in illis. Deus enim illis manifeſtauit; inuiſibilia enim Dei à creatura Mundi per ea, quæ facta ſunt, intellecta
conſpiciuntur; Sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas. Omitto nunc eam, quam nonnulli fabularem nomi- Rom. 1.
nant, quæ de Deo ſub fabularum inuolucris pertractat. Illam etiam, quam quidā Politicam appellant, quæ
diuini cultus rationes continet, de quibus loquitur Ariſt. 12. Metap. tex. 50. & D. Aug. ex Varone 8. de Ciu. Theologia fabulari.
Dei, cap. 5. Altera eſt ſupernaturalis, de qua tractamus, quæ in habitum fidei, & ſcientiæ diſtinguitur. Ad Theologia Politica. Augu. Ariſt.
habitum fidei pertinent vniuerſa Sacræ Theologiæ principia: hæc verò ſunt ea omnia, quæ in Sacris litteris
continentur; & quæ per Sacras traditiones à Chriſto, & Apoſtolis ad nos ſunt deriuata, quibus acceſſere
ſummorum Pontificum, & vniuerſalium Conciliorum decreta de ijs, quæ fide tenenda ſunt. Ad ſcientiam
autem attinet ex dictis principijs Concluſiones deducere. Quare quæcunque in dictis principijs minimè
expreſsè continentur: Sed per diſcurſum deducuntur: ad ſcientiæ rationem pertinent. Sed rurſus Theologia Theologia ſupernaturalis poſitiua, & ſcholaſtica
vt ſcientia ſecatur in poſitiuam, & Scholaſticam; quæ tamen diuiſio non eſt per differentias per ſe, & eſſen-
tiales, ſed per eas, quæ ſunt accidentales; ambæ enim hæ Theologiæ ſua explicant principia, contra impu-
gnantes defendunt, concluſiones deducunt, & errores impugnant. Sed poſitiua lata, ac libera oratione di-

ſcurrit. Et quoniam in Sacrarum litterarum expoſitione verſatur, poſitiua dicitur; quoniam explicando fidei principia, ea videtur, ponere, & firmare. Scholaſtica verò ea ratione ſic videtur nuncupata, quoniam in ſcholis ſummo labore, ac diligentia comparatur: Hæc à poſitiua diſtinguitur, quoniam breuiori vtitur methodo, magis [illegible] diſtinctè, ordinatè, & artificiosè procedit; diſtribuit tractanda per diſtinctiones, tractatus, quæſtiones, articulos, Capita, membra, quæſtiunculas, & ſi quæ ſunt alia ſimilia. Vnde ea poteſt inter eas ſtatui differentia, quam ſapiens ille ſtatuebat, inter Dialecticam, & Rethoricam; vt poſitiua manui ſolutæ; Scholaſtica vero in pugnum contractæ aſsimiletur. Poſtremò diſtingui ſolet Theologia ad fidei habitū

Theologia demonſtratiua.

pertinens in propriam, ſiue demonſtrantem, & ſymbolicam, ſiuè myſticam. Propria, ſiue demonſtrans illa eſt, quæ de Deo proprijs loquitur vocibus, quæ ſcilicet iuxta proprium, & formale ſignificatum de Deo formaliter prædicantur; vt cum Sacra Scriptura Deum intelligentem, ſapientem, volentem, bonum, potentem,

Theologia ſymbolica.

& operantem, vel prouidentem appellat. Symbolica verò eſt, quæ de diuinis loquitur per voces, quæ in proprio ſuo ſignificato, Deo nulla ratione poſſunt cōuenire, vt cum Sacræ litteræ Deum appellant Ignem, Leonem, Statuam, ſedentem, ambulantem, & ſimilia: hæc enim ſecundum proprium ſignificatum Deo nullo modo poſſunt conuenire, ſed tantum, ſecundum proportionalem ſui ſignificati ſimilitudinem: De ea verò

Diffinitio theologię.

diuiſione, quæ attenditur penes res à Theologo conſideratas, proprio loco agendum erit, videlicet in ſecūdæ quæſt. initio cum S.Tho. ſicut etiam de illa, quæ ſcientiam hanc per ſubiecta diſtinguit in Diuinam, ſcilicet beatam, & noſtram tractandum erit in art. 2. 1. q. Diffinitur autem hæc Sacra Theologia, quòd eſt ſcientia de Deo, diuiniſq; rebus per lumen ſupernaturale obumbratum, in, & ex principijs reuelatis. Ad quamlibet enim ſcientiam tria quaſi materialiter concurrunt, videlicet ſubiectum, principia, & Concluſiones ex principijs deductæ: quibus alia tria formalia copulantur; nam ſubiecto additur ratio formalis ſub qua; principijs, & Concluſionibus proprij eorum habitus; quæ omnia in dicta diffinitione tanguntur. Subiectū, cum dicitur, *de Deo*, & rebus diuinis, eius ratio formalis, cum dicitur; *per lumen ſupernaturale*. Principia, cū additur, *in & ex principijs*, eorum habitus per illum terminum, *obumbratum*, quo ſignificatur habitus fidei. Concluſiones autem, cum dicitur, *ſcientia*: nam ſcientia eſt habitus Concluſionum per demonſtrationem

Quis autor Theologiæ.

acquiſitus. De quarto verò, videlicet ſcientiæ huius authore, dubitandum non eſt. Primum, ac præcipuum Sacræ Theologiæ authorem eſſe Deum, & Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum; ab eo enim ſunt diuinæ huius ſcientiæ principia, ab eo proceſsit vera, & legitima ex eiſdem argumētandi diſciplina, vt patet ex quāplurimis diuinarum litterarum, ac noui præſertim Teſtamenti locis. Authores verò poſt Deum ſecundo loco tanquam, Ciuitatis nouæ Ieruſalem fundamenta ſupra petram Chriſtum Deum, & hominem diuina prouidentia ædificata fuerunt Apoſtoli, Euangeliſtæ, & reliqui Sacri Scriptores, quibus vt viui lapides ſuperædificati ſunt varij Sanctorum Patrum ordines: qui mente, manu, ac ſtilo diuini ſubſidij fauore directis Sacras litteras ſuis interpretationibus Commentarijs, tractatibus, ac diſputationibus mirabiliter illuſtrarunt. At ſi de ſcholaſtica, cuius interpretationem ſuſcipimus, Theologia ſit ſermo; primus omnium, nō quidem tempore, ſed dignitate, eſt Angelicus noſter D.S.Thom. quem Clemens Papa Octauus in litteris ad

Angelici Doctoris encomia [illegible] in bulla Clemē[illegible]

nobiles viros à Ciuitate Neapolitana deputatos directis die 22. Nouemb. 1604. poſt egregia doctrinæ, & Sanctitatis encomia nouo decorans titulo diuinæ voluntatis interpretem nuncupauit. Et ad eoſdem ſcribēs ait: ***Cum ſuperiorum temporum memoria Sanct. Thom. ordin. Prædic. Doct. Angelicus**: ex antiqua, & nobili Comitum de Aquino familia oriundus ſimiliter in eodem regno, tùm ſanctitatis, ac miraculorum gratia, tùm doctrinæ laude clarus extiterit, laudabili conſilio eadem Ciuitas* (ſcilicet Neapolitana) *illum cæteris patronis ſuis adiungendum ſtatuit. Hic ſiquidem honor eius virtutibus, cum admirabili doctrina coniunctis, iure optimo debetur, ac doctrinæ quidem teſtis eſt ingens librorum numerus, quos ille breuiſsimo tempore in omni ferè diſciplinarum genere, ſingulari ordine, ac mira perſpicuitate, ſine vllo prorſus errore conſcripſit. In quibus conſcribendis interdum Sanctos Apoſtolos Petrum, & Paulum colloquentes, locoſque illi quoſdam Dei iuſſu enarrantes habuit, & quos deinde conſcriptos expreſſa Chriſti Domini voce comprobatos audiuit.* &c. Hic Sanctitate, plurimos, ſapientia vero omnes, longo poſt ſe reliquit interuallo. Qui in hac Theologica ſumma admirabili dicendi methodo, ſapientiſsimoq; rerum, ac verborum ordine ita vniuerſa abſoluto, perfectoq; Theologo neceſſaria complexus eſt, vt, & incipientium eruditioni, & eruditorum profectui quam maxime deſeruiret. Qui breuitati claritatem ita coniunxit, vt nec breuitas offuſcarit claritatē; nec claritatis prolixitas ſuſtulerit breuitatem; vbi vero ſermonis vbertatem opportunam exiſtimauit, ita dictorum exuberantiam ſoliditati ſententiæ copulauit; vt nil redundans, ſed vniuerſa prorſus, ac ſingula ad inſtitutum neceſſaria videantur: ſic verò ſpeculationis ſubtilitatem explicationis facilitati connexuit, vt æquam redderet ſubtilium, & euidentium intelligentiam. Denique dictorum conſtantiam ſic rerum ſcriptarum; immenſitati coniunxit, vt cum diuerſa verborum expreſsione immutatæ ſententiæ veritas vna firma conſiſtat. Hunc ergo Sanctiſs. Doctorem in docendi methodo, in ſententiarum claritate, in expreſsionis facilitate relictis verborum floſculis iuxta ingenij vires, exiguamque facultatis menſuram in Scholaſtica eius Theologia, commentarijs illuſtranda imitari conabor, ſuperfluas, ac minime neceſſarias expoſitorum controuerſias, aut penitus omittam, aut extremis, vt aiunt, labijs tantum attingam; vtiles verò, ac neceſſarias pro viribus examinabo. Cenſores doctrinæ huius S. Doct. moderata diſputationis efficacitate refellere conabor; ordinem ſemel in 1. art. proponendum perpetuò in ſingulorum articulorum expoſitione tenebo. Faueat omnipotentis Dei benignitas, huic laborum noſtrorum exordio, vt pijs Sancti Doct. meritis, & interceſsione ad Dei gloriam, Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltationem, & ad piorum religioſorum ſtudentium profectum ſinceræ veritatis regulam, in omnibus ſolide teneamus: quo talenti nobis crediti negotiatione peracta diuinæ gratiæ dono multiplicatum illud Domino offerentes, nunq̄ peniturū mercedis præmium Remuneratorem ipſum, Deum, ac Dominum Ieſum Chriſtum recipere mereamur.

Auctoris intentio.

Digitized by Google

FRATER IOANNES PAVLVS NAZARIVS

Lectori optimo.

MVLTI hoc noſtro ſeculo non vulgaris doctrinæ viri ſcripſere in ſummam Angelici noſtri Doctoris Commentaria, Dubitationes, Diſputationes, Quæſtiones Tractatus, Libros, Puncta, Formalitates & Notationes. Eorum verò maximè laudabilis, & diſcipulorum profectui labor fuit opportunus, qui ſeruata ſcholaſtica doctrinæ methodo fidelis interpretis munus agentes Sanctiſſimi noſtri Doctoris mentem exponere & ab aduerſariorum obiectis ſobria, ac moderata diſputationis forma defendere ſtuduerunt: ſicut è contra nimia quæſtionum ſiuè dubitationum, extraneas præſertim materias ſecum trahentium, multitudo, tot in authoris doctrinam, & ſingulas ferè eius rationes cenſuræ, tam ingens auctoritatum, & omnis generis probationum cumulus, non ex proprijs tantùm, ſed etiam ex communibus & extraneis ſedibus euocatus, & pro hac, vel illa dubitationis, cui fauere videtur parte diſpoſitus, ac lata, ſubtiliq. diſputatione iactatus, vt eam opinionem lector inbibat, quam quiuis ex interpretibus mente concepit, & illi hauriendam elegantius offert, non modica ſtudioſas veritatis mẽtes obumbrat caligine, & planiſſimam ab Angelico Doctore ſtratam ad apicem Theologicæ cognitionis viam ſparſis ſaxorum millibus, & inſita ſpinarum obſidentium ſilua ſcholaſticæ Theologiæ tyronibus ſupra eorum vires difficilem reddit, ac prorſus inuiam: adeo vt, quæ ad attingendam totius Theologici curſus metam temporis menſura ſufficere conſueuerat, iam in vnius modicæ partis tractatu percurrendo & vix confusè cognoſcendo ſacræ huius ſcientiæ candidatus inſumat. Cum itaque ab anno 1582. in præcipuis meæ prouinciæ conuentibus Ariſtotelis phyloſophiam, & Theologicam Angelici noſtri Doctoris ſummam publicè, & aſſiduè fuerim interpretatus, & poſtremò ante ſex annos tandem in ſtudio Bononienſi primariæ cathedræ munus obierim, ac in refellendis recentiorum expoſitorum obiectis, quæ tam contra Sanctiſſ. præceptoris doctrinam, quàm aduerſus communes illuſtriũ Thomiſtarum ſententias militare videbantur, ſummo ſtudio, ac diligentia laborauerim, fuerintq; à plurimis diſcipulorum currenti calamo lectiones omnes illæ ex ore docentis exceptæ, & à multis ex primis illis exemplaribus tranſcriptæ, ſicq; non ſolùm in hac magna prouincia noſtra fuerint euulgatæ, ſed multis etiam alijs prouincijs ab earum alumnis auditoribus meis communicatæ, cœpi mecum ipſe de ſcriptis meis prælo ſubijciendis diligenter & maturè conſulere; vt qui laudabili veritatis affectu dicta legentis exceperant, aut ab auditoribus ſcripta receperant, ea ab omnibus erroribus, qui vel in ſcribendis primis exemplaribus, vel in alijs, ex eis tranſumptis irrepſerant, haberent purgatiſſima. Hæſit anceps diù hæc mea mentis cogitatio ſumma rei difficultate deterrita: quæ tot propoſitis Controuerſijs bellum ſuſcipientibus ab aduerſarijs, viris non minus eloquio, quàm doctrina præſtantibus, indictum, & inchoatum, ſe ſe prodebat valdè conſpicuam. Sed enim hanc, ſicut, & plurimas alias, quas conſultò prætereo, difficultates, vicit multorum non vulgaris eruditionis, et ingenij frequẽs poſtulatio, præualuitq; ſuperiorum noſtræ religionis auctoritas; quibus non obedire nil aliud eſſet, quã interius ſuſceptum Sanctæ religionis inſtitutum exuere. Vt autem lucubrationes has meas, (qualeſcunque ſint) nullus etiam ex ijs, qui oppoſitas tuentur ſententias, facilè contemnat, aut abhorreat, illud elegi dicendi genus quod elegantioris facundiæ viris non eſſet ingratum; ita tamen, vt ob affectatam ſermonis elegantiam ea, quæ propria ſunt ſcholaſticæ diſciplinæ, vocabula non omitterem, vt eorum loco, alia, quæ minus propria ſunt, vſurparem. Nec propterea tamen elegantem dicendi ſtilum profiteor, ſed eum dumtaxat, quem non vt prorſus incultum, elegantiæ magis, quàm veritatis ſtudioſi inconſulta quadam libertate, ne dicam temeritate contemnãt. quamquam non exiguam humaniorum doctrinarum eruditionem in pueritia & adoleſcentia mihi comparauerim docente Petro Ferrario Bigellenſi viro ſeculari in Ciceroniana facundia peritiſſimo adhuc ſuperſtite; & nomine publico nunc etiam in patria mea glorioſè docente. Non placuit tamen in formando litteræ D. Thom. diſcurſu ſtilum Sancti Doctoris immutare: vt planior eſſet ex mira illa dicendi perſpicuitate, & verborum proprietate legentis intelligentia. In confutandis autem aduerſariorum ſententijs ab acriori cenſura ſemper abſtinui: quamuis nonnullorum aculeus Angelicum noſtrum Doctorem, & quoſdã præcipuos eccleſiæ partes, in rebus etiam grauiſſimis, ſæpè pupugerit, cuius punctura vulnus apparens, ſed minimè lædens non ferro, ſed leni medicamento curare ſtudui. Et quoniam ſcholaſtica ſcribo cõmentaria,

mentaria,

mentaria, quæ diſcipulorum profectui ſint vtilia, idcirco viſum eſt ab ea lata dicendi methodo temperare: qua ex recentioribus vtuntur plurimi. Communi ſiquidem ſcholaſticorum vtilitati conſulturum me non exiguè cogitaui, ſi controuerſias meas ita diſponerem, vt expoſitorum ſententias, veritatis Thomiſticæ fundamenta, & argumentorum reſponſa modico verborum, ac ſententiarum numero continerent, aut vnde peti facilè poſſent, indicarent. An autem id hac mea pro rei dignitate præſtiterim diligentia, peritiorum iudicium æſtimabit. Talentum à domino mihi creditum vtiliſſima hac noſtra tempeſtate negotiationi commiſi, vt eodem repetente domino cum lucro ex eiuſdem gratia munere deriuato reſtituam. Aequus eſto noſtri huius operis cenſor, nec ſtatim reſpuas, quod maturius examinatum rationis iudicio cogente & approbante collaudes. Hæc tibi laborum meorum initia ſint aliorum multò maiorum ſignificationes: quorum non multis ab hinc menſibus fructum recipies, ſi, quod nunc offero, non contemnes aliorum me S. Doct. interpretum numero dignum ducens.

IN Angelicum Doctorem Commentaria perſpicua breuitate,& ſummo ingenij acumine,ab eximio Sacrę Philoſophiæ cultorę,& Theologicarum veritatum acerrimo defenſore Ad.R.P. Io. Paulo Nazario Cremonēſi ex Prædicatorum familia cōſcripta,digniſsima cenſeo, quæ ad commune Chriſtianæ Reip. commodum in lucem prodeant,&c.

D.Homobonus de Bonis Cremonenſis Clericus regularis S. Pauli,& in Metropolitana Eccleſia Bononenſi Pœnitentiarius pro Illuſtriſs. ac Reuerendiſsimo Card.Archiep.Bononienſi.

COmmentaria in D.Tho. 1.partem ad quæſtiones viginti ſex,& ſubtiliter,& doctè elaborata,ac conſcripta,atq; in hunc librum collecta ab Excellentiſsimo,ac doctiſsimo viro Ad.R.P. Magiſtro Io.Paulo Nazario Cremonēſi, ex nunquam ſatis cōmendanda Prædicatorum familia,vt omni veritate,doctrina,ſapientia,ac pietate exornata ſunt, ita in omnium oculis tanquam præclariſsimum ſcholaſticæ,tum verò maxime Thomiſticæ diſciplinæ exemplar,typis demandanda cenſui,ac maximè exoptaui; Imprimantur ergo.

F.Hieronymus Onuphrius ex Congreg. Feſulana Theologus Collegiatus,atque in Bononienſi Studio publicus Lector, ac Sanctiſsimæ Inquiſitionis Conſultor pro Reuerendiſs.P.Magiſt. Paulo Garrezio Inquiſit.

EGo Frater Sixtus de Mutina Magiſter in Sacra Theologia, & Baccalaureus almi Studij Bononienſis Sancti Dominici diligenter inſpexi additiones,quas doctiſſimus vir Ad.R.Sacræ Theologiæ Magiſter Frater Ioãnes Paulus Nazarius de Cremona adiunxit ad Commentaria,& Controuerſias primi Tomi in primam partem Sancti Thomæ Aquinatis denuo imprimendi; Et nihil in eis reperi contra fidem, bonos mores,aut Concilia Sacroſancta;quinimo omnia ſubtiliſsima, & clariſsima doctrina plena,omnibus profutura eſſe iudicaui.In quorum fidem his manu propria ſubſcripſi. Dat.Bononiæ die 28.Aprilis 1618.

Ita eſt Frater Sixtus de Mutina Magiſter,& Baccalaureus.

EXplicationes,vnà cum ſubtiliſsimis additionibus,quas Adm.Reu.Pater Mag.F.Io. Paulus Nazarius primo libro ſuarum Controuerſiarum ad primam S. Thomæ, ſummæ Theologiæ partem attinentium in hac ſecunda editione appoſuit, diligenter legi,& conſideraui; quæ,cum nihil fidei Catholicæ,ſeu bonis moribus repugnans continere videantur,& operi pręfato magno ſint ornamento, omnino ſunt prælo mandandæ,ad omnium dictæ doctrinę ſtudentium profectum,& commodum. Bonon. in Con.S.Dominici, die 16. Februarij 1619.

Ita eſt, Ego Fr.Archangelus Caraccia de Ripalta Sacræ Theolog. Mag. & Baccalaureus in Studio S. Dominici de Bonon. Ord.Prædicatorum.

CATALOGVS THEOLOGORVM,

& Philoſophorum, quorum ſententiæ in hoc opere referuntur, vel etiam examinantur.

A

Albertus Magnus, Ord. Prædic.
Alexander Peſantius
Alexander Alenſis Ord. Min.
Alphonſus Toſtatus.
Alphonſus Salmeronus Soc.
S. Ambroſius.
S. Anſelmus
Ariſtoteles
Auerroes
Aureolus
S. Athanaſius
S. Auguſtinus
Auicenna

B

Baltaſar Nauarretus ord. Prædicatorum.
Bartholomeus Medina, ord. Prædicatorum.
S. Baſilius
Bartholomeus Torres
S. Bernardus
Benedictus Pererius, Soc.
Boetius
S. Bonauentura, ord. Minor.
Burgenſis.

C

Capreolus, ord. Prædicatorum
Cæleſtinus Primus
Concilium Nicenum
Concilium Lateranenſe
Concilium Viennenſe
Concilium Florentinum
Concilium Tridentinum
Concilium Arauſicanum
Concilium Senoſcſe
Concilium Romanum
Conradus Koelim, ordin. Prædicatorum
Chriſoſtomus Iauellus ord. Prædicatorum.
Cicero
Cyrillus
S. Cyprianus
S. Clemens

D

Didacus Aluarez, ord. Prædicatorum.
Dyoniſius Areopagita
Dominicus Soto ord. Præd.
Dominicus Bannes, ord. Prædicatorum
Durandus, ordinis Præd.

E

Egidius Romanus, ord. Heremitarum
Euſebius

F

Franciſcus Ferrarienſis, ord. Prædicatorum.
Franciſcus Zumel, ord. S. M. de merc.
Franciſcus Suarez. Soc.
Franciſcus Albertinus, Soc.
Fulgentius

G

Gabriel Vaſquez, Soc.
Georgius Vercellenſis, ord. Prædicatorum.
Gloſſa
Gregorius de Valentia, Soc.
Godofredus

H

Henricus ord. Seruorum.
Herueus, ord. Prædicatorum
S. Hieronymus
S. Hylarius

I

Ioannes Rada, ord. Min.
Iſidorus
S. Ioannes Chriſoſtomus
Ioannes Vincentius Aſturicenſis, ord. Prædicat.
Ioannes Picus Mirandulanus
Ioannes Damaſcenus
Ioannes Maior, ord. Min.
Ioannes Salas, Soc.
Iuſtinus martir
Ioſephus

L

Lactantius Firmianus
S. Leo Papa.
Lipomanus
Ludouicus Molina, Soc.

M

Marſilius
Matthias Aquarius, ord. Prædicatorum
Melchior Canus, ord. Præd.

O

Origenes

P

Paulus Sontinas, ord. Prædicatorum.
Petrus Trigoſus, ord. Cap.
Petrus Bergomenſis, ord. Præd.
Petrus Damianus
Petrus Paludanus, ord. Prædicatorum.
Petrus Lombardus magiſter ſent.
Petrus Fonſeca, Soc.
Philoponus
Plato
Porphyrius
S. Proſper.

Q

Quintilianus

R

Raphael Ripa, ordin. Prædicatorum.
Ricardus de Victore.
Ricardus, ord. Min.
Robertus Bellarminus, Soc.

S

Simplicius.
Scotus, ord. Min.
Seraphinus Porcela, ord. Prædicatorum.
Sylueſter, ord. Præd.

T

Temiſtius
Teophilactus
Tertullianus
S. Thomas, ord. Præd.
Thomas Caietanus, ord. Præd.
Thomas de Argentina, ord. Erem.

INDEX

Digitized by Google

INDEX CONTROVERSIARVM, ET DVBITATIONVM,

Quæ in hoc primo volumine examinantur, & definiuntur.

Littera, C, cum adiecto numero Controuerſiam indicat, & eius ordinem. Littera verò, D, cum appoſito pariter numero Dubitationem ſignat, & ordinem.

Controuerſia prima. De ſenſu, & veritate primæ cõcluſionis S. Tho. videlicet. An neceſſarium fuerit homini ad ſalutem, vt ei nota fierent quædam per reuelationem diuinam, quæ humanam rationem excedunt. pagina 5

Contr. 2. An Deus, vt obiectum beatificum, ſit finis ſupernaturalis, vel potius naturalis animæ noſtræ. 10

Contr. 3. De ſenſu, & veritate ſecundæ concluſionis D. Thomæ, videlicet. An neceſſarium fuerit præter phyſicas diſciplinas ad ea cognoſcenda, q̃ per rõnẽ inueſtigãtur, ſacrã doctrinam per reuelationem haberi. 13

Dubitatio prima. Quo ſenſu vtatur, S. Tho. nomine ſacræ doctrinæ. 15

D. 2. An S. D. ſaluet neceſsitatem; an verò ſolam diſtinctionem ſacræ doctrinæ ab alijs ſcientijs. 16

Contr. 4. An ſacra Theologia, prout eſt in nobis viatoribus ſit verè, & propriè ſcientia. 19

C. 5. An Theologia noſtra ſit ſubalternata ſcientiæ Dei, & beatorum. 25

C. 6. An Theologia noſtra maneat in patria. 27

Cõtr. 7. Quæ nam ſit ratio formalis ſub qua in qualibet ſcientia. 31

C. 8. De ratione, modo, & qualitate demonſtrationum Theologicarum. 36

C. 9. An ſacra Theologia ſit practica, & ſpeculatiua formaliter. 40

C. 10. An praxis ſit ſemper opus alterius potentiæ ab intellectu. 44

C. 11. An certitudo noſtræ Theologiæ, ſit maior certitudine cuiuslibet ſcientiæ naturalis, & primorum principiorum, & ſenſuum euidentia. 48

C. 12 Qualis habitus ſit ſapientia. 55

C. 13. De ſubiecto Theologiæ ad mentem. D. Tho. 61

C. 14. De ſenſu, & veritate illius propoſitionis; Hoc eſt proprium huius ſcientiæ, vt in ea non ſolùm voces ſignificent, vt in alijs; ſed etiam ipſæ res ſignificatæ per voces aliquid ſignificent. 72

C. 15. Quæ nam dicenda ſit propoſitio per ſe nota. 80

C. 16. An excedens omne cogitabile includat exiſtentiã, & quomodo. 84

C. 17. An, & quõ ſacra Theologia probet Deũ eſſe. 90

C. 18. An quinq; rationes D. Th. ſint demonſtratiuæ, & an directè, & per ſe concludant Deum eſſe. 92

C. 19. De ſenſu quæſiti, videlicet, quo ſenſu ſumatur nomen corporis. 99

C. 20. An, & quo ſenſu verum ſit nullum corpus mouere non motum. 100

C. 21. An verum ſit, & quo ſenſu corpus viuum eſſe nobilius corpore non viuo. 102

C. 22. De principio indiuiduationis in rebus materia cõſtantibus. 107

C. 23. an hoc nomen, Deus, ſumendum ſit pro concreto ſpecifico, vel pro indiuiduo diuinæ naturæ, id eſt pro hoc Deo, aut pro ſuppoſito diuino, quod prædicatur de tribus. 123

D. 3. an aliqua res ſit ſibi ſufficiens cauſa eſſendi. 127

D. 4. Quomodo eſſe ſit actualitas omnis formæ, & quo ſenſu verum ſit humani actum non ſignificari in actu, niſi prout ſignificatur eſſe. 128

C. 24. Quid ſit eſſentia, & exiſtentia, & quomodo abinuicem diſtinguantur. 129

C. 25. an rerum creatarum eſſentiæ fuerint ab æterno. 131

C. 26. an eſſentia prius ſit in potentia, vt ſit actu eſſentia, & per exiſtentiam fiat actu eſſentia, ibidem.

C. 27. an ex eſſentia, & exiſtentia componatur aliquod tertium per ſe vnum. 129

C. 28. an exiſtentia creata ſit à forma tanquam à cauſa efficiente, vel formali, aut finali, aut tantum diſpoſitiua. 139

C. 29 De efficacia primæ rationis D. Thom. quæ probat Deum non eſſe in genere. 145

C. 30. an ens in 2. ratione quæ probat S. Tho. Deum non eſſe in genere, ſumatur nominaliter, vel participaliter. 147

C. 31. an in tertia ratione ad idem probandum D. Tho. ſumat eſſe pro eſſe exiſtẽtiæ, uel pro eſſe ſpecifico. 148

C. 32. De efficacitate eiuſdem tertiæ rationis S. Th. 149

D. 5. an vera ſit illa propoſitio. Ea, quæ ſunt in genere, cõmunicant in quidditate, diſtinguuntur autem in eſſe illius quidditatis. 149

D. 6. an benè deducat S. D. non poſſe de Deo eſſe demonſtrationem, niſi per effectus. 150

D. 7. Proponitur, & ſoluitur apparens contradictio D. Tho circa ſecundam concluſionem. 150

D. 8. Quomodo verum ſit, Deo nihil eſſe prius neque ſecundũ rẽ, neq; ſecundum rationem, vt ait S. Tho. 150

D. 9. an ſecundum Auerr. Deus ſit menſura homogenea ſubſtantiarum. 151

C. 33. an ſimplicitas dicat perfectionem ſimpliciter. 157

D. 10. De veritate differentiæ, quam ſtatuit S. D. inter diuerſum, & differens. 160

C. 34. De ſenſu, & veritate illius propoſitionis; præexiſtere in virtute cauſæ agentis, non eſt præexiſtere im perfectiori modo, ſed perfectiori. 165

D. 11. an eſſe ſubſiſtens hoc ipſo contineat omnem perfectionem eſſendi. 166

D. 12. Quid intelligatur hic nomine cauſæ, & cauſati. pag. 170

D. 13. an Deus poſſit dici ſimilis creaturæ. 171

C. 35. an ratio formalis boni ſit abſoluta, an verò addat ſuper ens relationẽ appetibilis ad appetitum. 174

C. 36. Quomodo verum ſit, ens eſſe prius bono, ſecũdum rationem. 181

D. 14. Cur in Mathematica non ſit bonum. 183

D. 15. an ratio boni conſiſtat in modo, ſpecie, & ordine.

vt

vt in partibus eſſentialibus; an verò, vt in partibus integralibus, non rationis, ſed materiæ. 188
D.16 Quomodo in bono ſubſtantiali Angelorum ſit modus. 188
D.17. an rectè D. Tho. probet Deum eſſe ſummum bonum formaliter. 192
D.18. an calor ignis cauſetur à ſole. 198
D.19. an Deus dicatur bonus, inquantum eſt cauſa bonitatis. 192
D.20. Qua ratione Deus dicatur ſummum bonum. 193
D.21. an Deus, & vniuerſum ſimul ſumpta ſint aliquid melius ſiuè maius bonum, quàm Deus ſolus. 193
C.37. an ſolus Deus ſit bonus per ſuam eſſentiam. 196
C.38. an aliqua res, alia à Deo ſit bona per ſuam eſſentiam. 197
D.22. an Ariſtot. Platoni conſentiat in idæa boni. 201
D.23. Quomodo res dicantur bonæ ſimilitudine diuinæ bonitatis eis inhærente. 201
C.41. De ſenſu, & veritate illius propoſitionis. Finitum quod ſe tenet ex parte formæ non limitatæ per materiam habet rationem perfecti. 205
C.42. an diſcurſus D. Tho. efficaciter concludat infinitatem Dei ſimpliciter. 207
D.24 Quomodo accipiendũ ſit infinitũ per eſſentiã. 211
C.43. De efficacia rationum S. Tho quibus probat non poſſe dari infinitũ in actu ſecundũ magnitudinẽ. 213
C.44 De efficacia rationum S. Tho. quibus probat non poſſe eſſe infinitũ actu ſecundum multitudinem. 216
C.45. De veritate primæ concluſionis. An ſcilicet ſit impoſſibile eſſe actu infinitam multitudinem, ſiue per ſe, ſiuè per accidens. 218
C.46. De ſenſu concluſionis, & efficaciæ rationis, qua probat S. D. Deum eſſe in omnibus rebus. 221
C.47 an Deus ſit in omnibus rebus, etiam materialibus quo ad omnia, vt agens immediatum immediatione ſuppoſiti. 227
C.48. De ſenſu illius propoſitionis, eſſe creatũ, eſt proprius effectus Dei. 231
C.49. De ſenſu illius propoſitionis: eſſe eſt id, quod eſt magis intimum, & quod profundius omnibus ineſt, cum ſit formale reſpectu omnium. 233
C.50. an Deus ſit in ſpatio infinito extra cælum. 236
D.25 an modus eſſendi in rebus, vt agens, diſtinguatur hic in tres illos modos, per eſſentiam, præſentiam, & potentiam. 243
D.26. an S. Th. cõplexus fuerit art. 3. q. 8. vniuerſos modos tam generales, quàm ſpeciales, quibus Deus dicitur eſſe in rebus, & eos rectè explicauerit. 244
D.27. an modus, quo Deus dicitur eſſe in rebus per potentiam extendatur ad res poſſibiles, nunquam tamẽ futuras. 244
C.51. In quo conſiſtat rõ formalis Aeternitatis. 258
D.28. an corpus Chriſti per diuinam Potentiam poſſit eſſe vbiq; primò, & per ſe. 246
D.29 an S. Doct. aſſignauerit veram, & per ſe differentiam inter æternitatem, & æuum, & quæ ſit radix differentiæ. 279
C.52. De quidditate, & ratione formali æui. 272
C.53. De menſura æuiternorum, ac præſertim quo ad eorũ operationes, tam naturales, quàm liberas. 276
C.54. an viſio beatifica menſuretur æternitate participata, & quid ſit æternitas. 284
C.55. De vnitate, & ſubiecto æui. 291
C.56. an vnum quo ad ſuum formale dicat entitatem, & perfectionem, an ſolam indiuiſionem, & negationem. 297
D.30. Quomodo multitudo componatur ex vnitatibus, ſecundum id, quod habent de entitate. 302
D.31. an ſit contradictio in dictis D. Tho. dũ loquitur de compoſitione multitudinis ex vnitatibus, &c. 303
D.32. an, & quomodo diuiſio ſit prior vnitate. 304
C.57. An de ratione vnius ſit diuiſio ab alio, & quomodo unum opponatur diuiſioni. 305
C.58. an Deus clarè viſus contineatur intra latitudinẽ obiecti intellectus creati. 314
C.59. an in homine, vel in Angelo ſit naturale deſideriũ videndi Deum. 318
C.60. an diuina eſſentia per aliquam ſimilitudinem creatam ex parte rei viſæ videri poſſit. 327
C.61. an beati forment verbum, per quod videant diuinam eſſentiam. 332
C.62. De modo vnionis D. eſſentiæ cum intellectu beati, & concurſu, cum eo ad actum viſionis. 338
C.63. an per diuinam potentiam poſſit beatus videre Deum abſque omni ſpecie intelligibili creata, vel increata. 342
C.64. De neceſſitate, & effectu luminis gloriæ. 350
C.65. an de potentia Dei abſoluta, poſſit homo, vel Angelus ſine lumine gloriæ, cum ſolo Dei auxilio diuinam eſſentiam intueri. 356
C.66. an lumen gloriæ poſſit eſſe cõnaturale alicui creaturæ, & an poſſit per Dei omnipotentiam produci aliqua creatura, quæ ſine lumine gloriæ videat diuinam eſſentiam. 361
C.67. an intellectus natura ſua perfectior cum æquali lumine gloriæ Deum perfectius, & intenſius videat, quàm alius intellectus minus perfectus pari illuſtratus lumine. 371
C.68. De neceſſitate articuli 7. q. 12. 376
C.69 Quæ ſit definitio comprehenſionis. 377
C.70. an quilibet beatus actu videat omnia attributa, ſiuè perfectiones, quæ ſunt in Deo formaliter. 379
C.71. an poſſit quilibet beatus per abſolutam Dei potentiam videre D. eſſentiam non viſis perſonis, aut vnam perſonam alia non viſa. 383
C.72. an in Deo clarè viſo poſſit videri aliqua creatura. 389
C.73. De modo, quo videntur in Deo res creatæ, aut creari poſſibiles. 393
C.74. an videntes diuinam eſſentiam videant in ea, aut videre poſſint omnes creaturas poſſibiles. 396
C.75 De iis quæ actu videntur à beatis. 399
C.76. an, & quomodo beati videant in verbo determinationes diuinæ voluntatis. 400
C.77. Quomodo beati videant rerum exiſtentias. 401
C.78. Quæ fidei myſteria, & quomodo videantur à beatis. 402
C.79. Quæ naturalia videantur à beatis. 403
C.80. Quæ ſingularia, & quo videantur à beatis. 404
D.36. an per eandem ſpeciem videatur ſpeculum, & ea, quæ in ſpeculo apparent. 410
C.81. an beati ſimul omnia videant, quæcunque vident. 413
C.82. De quo ſenſu intelligendum ſit Deum non poſſe

Digitized by Google

videri ab homine puro, niſi ab hac mortali vita ſeparetur. 420

C.83. An viſio diuinæ eſſentiæ communicata homini viatori ex natura ſua cauſet ſeparationem animæ à corpore, &c. 422

C.84. An eſſentia Dei poſſit aliquo nomine ſignificari ſicut eſt, ſiuè quidditatiuè. 431

C.85. controuerſia vnica, ſiuè potius ſummaria reſolutio doctrinæ, & difficultatum circa nominum analogiam. 445

C.86. An terminus relatiui, vt ſic, ſit ens abſolutum, vel reſpectiuum, vel, an terminet relationem ad ſe ſub ratione abſoluti, an ſub ratione relatiui. 457

C.87. An hoc nomen, Deus, ſit magis proprium, quo ad id, ad quod ſignificandum imponitur. 470

C.88. An differat nomen, Qui eſt, à nomine, Tetragramaton. 471

C.89. In quo conſiſtat differentia inter cognoſcentia, & non cognoſcentia. 477

C.91. Quo ſenſu accipiendum ſit dictum illud: Intelligere Dei eſt eius eſſe. 489

C.92. De modo, quo Deus intelligit alia à ſe. 491

D.36. An concludatur efficaciter in Deo cauſalitas per intellectum ex hoc, quod eſſe Dei eſt eius intelligere. pag. 505

C.93. An Deus ideo ſciat futurum aliquid, antequam fiat, quia futurum eſt: Aut ideo futurum ſit aliquid, quia præſcit Deus illud eſſe futurum. 506

C.94. An ſcientia Dei ſit cauſa rerum, vt proximum, & immediatum principium. 510

C.95 Quomodo ſcientia Dei ſit non entium. 516

C.96. An ea, quæ nunquā ſunt, ita cognoſcantur à Deo, vt terminent obiectiuè cognitionem Diuinam per ſuū eſſe eſſentiæ diſtinctum, ab ipſa eſſentia Diuina, et ab eſſe omnium ſuarum cauſarum, aut terminent tantū cognitionem ſecundum illud eſſe, quod habent in diuina eſſentia, vel in proprijs cauſis. 517

C.97. An quemadmodum reſpectu poſſibilium datur in Deo ſcientia ſimplicis intelligentiæ, ita reſpectu eorundem ſit in Deo voluntas ſimplex. 517

C.98. Quomodo Deus cognoſcat mala. 521

C.99. De ſenſu, & veritate ſecundæ concluſ. D.Th. An ſcilicet Deus ſciat infinita ſcientia viſionis. 529

C.100. An Deus cognoſcat futura contingentia ſub cōditione propoſita ante omnem determinationem diuinæ voluntatis de contingentium euentu, & quænam ſit Dei ſcientia, aut cognitio de talibus contingentibus. 536

C.101. Quomodo Deus cognoſcat futura contingentia abſoluta. 552

C.102. An omnia, quæ ſunt in aliqua differentia temporis, ſint ab æterno Deo præſentia, non ſolum ſecundum eſſe obiectiuum, ſed etiam ſecundum proprias, & reales exiſtentias. 560

C.103. An hæc propoſitio; Deus ſciuit hoc contingens futurum, ſit abſolutè neceſſaria. 568

C.104. De veritate regulæ D.Tho. poſitæ in reſponſione ad ſecundum argumentum; videlicet; Quando in antecedente ponitur aliquid pertinens ad actum animæ, conſequens non eſt accipiendum ſecundum eſſe, quod habet in ſe, ſed ſecundum quod eſt in anima. 572

C.105. De concordia D. præſcientiæ cum libero arbitrio, & contingentia futurorum. 575

C.106. De veritate concluſionis .ſ. An ſcientia Dei ſit omnino inuariabilis, & de efficacia probationis. 581

D.37. An ſecundum D.Thom. poſſit Deus plura ſcire, quàm ſciat ſcientia viſionis. 585

D.38. An, ſi Deus prius aliquid neſciuiſſet, & poſtea ſciret, eſſet eius ſcientia variabilis. 586

C.107. An de enūtiabilibus loquendo, ſciat Deus quidquid ſciuit. 586

C.108. Quid ſit Idæa, & cui nam conueniat ratio Idææ. pag. 591

C.109. Quæ ſit Idæarum pluralitas. 603

C.110. De formali ſignificato Idææ, & quo actu intellectus Diuini conſtituatur. 606

C.111. Quarum rerum proprias Deus habeat Idæas. pag. 610

C.112. An, & quo ſenſu veritas ſit in ſolo intellectu componente, & diuidente. 617

C. 113. An veritas diuini intellectus aliqua ratione pēdeat à complexionibus neceſſarijs, & rerum exiſtentijs. 627

C.114. An in rebus ſit veritas formaliter. 631

D.39. An veritas vniuocè prædicetur de omnibus veritatibus intellectus. 630

C.115. An in rebus naturalibus, & voluntarijs, poſſit inueniri falſitas ſimpliciter in ordine ad intellectum diuinum. 638

C.116. An falſitas ſit in ſenſu formaliter, & propriè. pag. 642

C.117. An in ſimplici intellectu, ac præſertim cognoſcēte quodquid eſt poſſit eſſe falſitas. 646

C. 118. An falſum ſignificet formaliter acceptionem difformem, aut relationem difformitatis, & an contrariè propriè opponatur vno. 651

D.40. An in Deo ſit voluntas per modum potentiæ, vel principij actualis intellectionis. 663

C.119. De efficacia rationis D.Th. qua probat primam concluſionem .ſ. An in Deo ſit voluntas. 664

D.41. An inclinatio conſequens formam intelligibilem rectè concludatur in textu, vt actus elicitus. 666

D.42. Deducitur, & ſoluitur alia dubitatio de appetitu voluntatis. ibid.

C.120. An libera Dei volitio ſit in Deo realis perfectio. pag. 668

D.43. An ex diſcurſu S.Tho. ſequatur Deum velle omne, quod velle poteſt. 673

C.121. An prima concluſio (S. Deus vult bonitatem ſuam ex neceſſitate abſoluta,) & eius probatio ſit intelligenda de neceſſitate quo ad ſpecificationem tantum, an etiam quo ad exercitium. 677

contr.122. An præter diuinā bonitatem aliquid aliud ſit Deo ratio volendi. 684

contr.123. Quid ſit in Deo voluntas antecedens, & voluntas conſequens, & quomodo Deo conueniat. 689

contr.124. Quomodo diuina voluntas conſequens velit actus liberi arbitrij, & quomodo ſemper reſpectu eorum impleatur. 693

contr.124. De efficacia rationis D.Tho. qua probat voluntatem Dei eſſe immutabilem. 695

contr.125. An virtus primæ cauſæ modificetur per ſecundam. 702

contr.126. De prima radice contingentiæ. 703

D.44. De

D.44. De forma, & valore probationis, qua D. Thom. probat Deum nullo modo velle mala culpæ. 709
contr. 127. de natura liberi arbitrij, tam in communi, ſiue abſolutè, quàm in particulari, prout eſt in Deo; pag. 710
contr. 128. An Deo formaliter, & propriè conueniant effectus odij, fugæ, deſiderij. & iræ. 724
contr. 129. An iuſtitia tam commutatiua, quàm diſtributiua Deo propriè, & formaliter conueniat. 735
contr. 130. An miſericordia ſit in Deo formaliter, & propriè. 743
contr. 131. An prouidentia ſit ratio ordinis rerum in finem, & aſſecutionis ipſius finis, aut ordinis tantùm in finem. 749
contr. 132. An ſola præuiſio, & permiſsio primæ cauſæ ſufficiant, vt eius reſpectu, effectus non ſint caſuales. pag. 755
D.45. An, & quomodo peccata ſubijciantur diuinæ prouidentiæ. 756
contr. 133. An prima cauſa, quæ Deus eſt, influat in ſecundas cauſas, & eas præmoneat, & applicet ad agendum. 762
contr. 134. De veritate, & concordia diuinarum prædefinitionum, & certitudinis, ac infallibilitatis diuinæ prouidentiæ, et voluntatis cum libero arbitrio, & cum libero euentu omnium actuum, & effectuum creatæ voluntatis. 774
contr. 135. An infallibilitas euentus cum eiuſdem contingentia, ſiue libertate conſentiat. 795
contr. 136. An actus mali materialiter ſumpti, & in ſpecie naturæ, aut etiam moris ſint ab æterno à Deo prædefiniti. 805
contr. 137. An prædeſtinatio ſit actus intellectus, an potius voluntatis. 812
contr. 138. Quis ſit ordo contemplandus inter actus diuinæ ſcientiæ, & voluntatis in Chriſti, & cæterorũ hominum, & Angelorum electione, & prædeſtinatione. 819
contr. 139. De effectibus diuinæ prædeſtinationis. 825
contr. 140. An reprobatio ſignificet actum intellectus; an voluntatis, aut negationem actus. 832
contr. 141. In quo conſiſtat efficacia, & ſufficientia diuinorum auxiliorum, & quæ ſint eorum differentiæ. pag. 835
contr. 142. An Deus omnibus hominibus conferat auxilium ſufficiens ad ſalutem. 850
contr. 143. De veritate primæ concluſionis. An ſcilicet poſsit aſsignari aliqua cauſa ex parte actus prædeſtinantis. 857
contr. 144. De veritate ſeptimæ concluſionis. An ſcilicet totus effectus prædeſtinationis aliquam habeat cauſam ex parte noſtra. 859
contr. 145. An ex parte reproborum detur aliqua cauſa reprobationis. 873
contr. 146. In quo nam conſiſtat certitudo diuinæ prædeſtinationis. 883
D. 46. An omne agens intendat facere aliquid finitum. 888
D.47. Quæ ſint partes vniuerſi perfectionem integrantes. ibid.
D.48. An totus numerus prædeſtinatorum conſtans ex hominibus, & Angelis ſit maior toto numero reproborum ex hominibus, & Angelis adunato. 890
contr. 147. An actio tranſiens ſit in agente, vel in paſſo. 896
contr. 148. In quo formaliter conſiſtat infinitas diuinæ potentiæ, & quomodo efficaciter probari poſsit. 905
D.49. An Deus dicatur omnipotens, quia poteſt omnia poſsibilia ſua potentiæ. 913
contr. 149. An, & quomodo diuina omnipotentia verſetur circa non ens. 913
contr. 150. Quid ſit potentia Dei ordinata. 917
contr. 151. An poſsit Deus meliores rerum ſpecies vſq; in infinitum producere, & aliud vniuerſum melius conſtans ex ſubſtantijs omnibus diuerſis creare, & hoc, quod modo eſt, permanentibus eiſdem partibus meliorem efficere. 919

Indicis Controuerſiarum, & Dubitationum finis.

PRIMA PARS SVMMÆ THEOLOGIÆ ANGELICI DOCTORIS S. THOMÆ AQVINATIS,

Cum Commentarijs, & Controuerſijs

R. P. F. IOANNIS PAVLI NAZARII CREMONENSIS,

Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Magiſtri, ex Prouincia Vtriuſque Lombardiæ.

TOMVS PRIMVS.

PROLOGVS.

1. cõr. gen. cap. 1. QVIA catholicæ veritatis doctor non ſolũ prouectos debet inſtruere: ſed ad eum etiam pertinet incipientes erudire, (ſecundũ illud Apoſtoli 1. ad Corin. 3. Tãquam paruulis in Chriſto, lac vobis potum dedi, non eſcam.) Propoſitum noſtræ intentionis in hoc opere eſt, ea, quę ad Chriſtianã religionem pertinent, eo modo tradere, ſecundum quod congruit ad eruditionem incipientium.

D. 1153. Conſiderauimus namque huius doctrinę nouitios, in his, quæ à diuerſis conſcripta ſunt, plurimum impediri: Partim quidem, propter multiplicationem inutilium quæſtionum, articulorum, & argumentorum: Partim etiam, quia ea, quæ ſunt neceſſaria talibus ad ſciendum, non traduntur ſecundũ ordinem diſciplinæ: ſed ſecundum quod requirebat librorum expoſitio, vel ſecundum quod ſe præbebat occaſio diſputandi: Partim quidem, quia eorundem frequens repetitio, & faſtidium, & confuſionem generabat in animis auditorum.

A Hæc igitur, & alia huiuſmodi euitare ſtudentes, tentabimus cum confidentia diuini auxilij ea, quę ad ſacram doctrinam pertinẽt, breuiter, ac dilucidè proſequi, ſecũdum quod materia patietur.

QVAESTIO PRIMA.

De ſacra doctrina, qualis ſit, & ad quæ ſe extendat, in decem articulos diuiſa.

B ET, vt intentio noſtra ſub aliquibus certis limitibus comprehendatur, neceſſarium eſt primò inueſtigare de ipſa ſacra doctrina qualis ſit, & ad quæ ſe extendat.

Circa quę quęrenda ſunt decem.

Primò, De neceſſitate huius doctrinę.

Secundò, Vtrum ſit ſcientia.

Tertiò, Vtrum ſit vna, vel plures.

C Quartò, Vtrũ ſit ſpeculatiua, vel practica.

Quintò, De comparatione eius ad alias ſcientias.

Sextò, Vtrum ſit ſapientia.

Septimò, Quid ſit ſubiectum eius.

Octauò, Vtrum ſit argumentatiua.

Nonò, Vtrum vti debeat Metaphoricis, vel ſymbolicis locutionibus.

Decimò, Vtrum ſcriptura ſacra huius doctrinę, ſit ſecundũ plures ſenſus exponenda.

Meditatio in quæſtionis titulum, & ratio ordinis articulorum.

QVAESTIO hæc prima, prologus eſt vniuerſalis ſcholaſticę Theologię, in tres libros, ab Angelico noſtro Doctore diuinę voluntatis interprete diſtributæ, in quo de ſacræ huius doctrinæ qualitate diſputatur egregiè; ſiquidem ex notitia qualitatis aperitur modus huius ſcientiæ proprius in demonſtrando, arguendo, & reſpondendo, prout infra ſuis locis patebit: Nam, quia ſuprema omnium eſt, ad nullam aliam id poterat pertinere. Quamobrem et Metaphyſica, quę inter ſciētias naturaliter acquiſitas digniſsima eſt, de ſui ipſius qualitate diſserit in principio. Preterea hæc ſcientia à diuina, quæ Dei eſsetia eſt, deriuatur, vt exemplata: illa vero ſeipſam primò, deinde cętera contemplātur. Conſtat autem tota hæc prima Quæſtio de Diuinæ ſcientiæ qualitate decem partibus, quas articulos Angelicus Doctor, quaſi pręcipua cuiuſdam membri partes, figurata locutione nuncupauit; vt quemadmodum in humano corpore, manus, ac pedes principalia quędā ſunt membra, quæ minoribus interſe natura, figura, & officio diſtinctis conſtant partibus, quas articulos nominamus, ita in huius ſcholaſticæ noſtræ Theologiæ corpore Quæſtiones de illius qualitate, de diuina exiſtentia, de ſimplicitate Dei, & aliæ ſingulæ, membra quædam intelligātur eſſe præcipua totius corporis ſcholaſticæ Theologiæ, quorum partes veluti articuli, ſint particularia quædam quæſita, diſputationes, & diſcurſus, in proprias, ac certas veritates reſoluti: Et ſicuti natura non temerè, ſiuè à caſu, ſed certa quadam ratione, & intentione non errantis intelligentiæ directa, in animato corpore mēbra diſponit; vt ex eorum ordine pulchritudo conſurgeret animātis; Sic ſanctiſsimus Doctor noſter Aquinas, non temerè, aut pro voluntatis arbitrio, ſed firma, ac certa ſemper ratione directus, ſingulas, tàm Quæſtiones, quam articulos, congruis quibuſq; locis aptiſsimè collocauit, vt ex ordine, non ſolum ſcholaſticæ Theologiæ pulchritudo conſurgeret, ſed etiam Nouitijs Theologis, facilis, ac plana ſterneretur ad apicem eruditionis via, vt hic in præfatione ſignificat S.D. Cuius ordinis, noſtrum erit inſtitutum in ſingularum Quæſtionum exordijs, & nonnumquam, etiam in ipſorum articulorum principijs rationem reddere, vt, quod quibuſdam minimè videtur ex præfixa S.D. intentione, & operis diſpoſitione perſuaſum, adductę rationis virtus euidēter oſtendat. Articulorum igitur huius Quęſtionis hic eſt ordo. Nam, cum tria de hac ſacra doctrina quæri poſsint, videlicet: an ſit, quid ſit, & quomodo ſit, S. Thomas in primo articulo primam tractat quæſtionem; in cęteris verò duas reliquas: Vbi ſpectanda eſt ars, & ſubtilitas ſancti Doctoris: nam, in quodquid eſt, ſemper aliquid eſt tamquā materiale, & aliquid quaſi formale, ſicuti in diffinitione ſciētiæ ſubiectum eſt quaſi materiale; genus autē, & differentia quaſi formale. S. Thomas ergo primò tractat id, qđ eſt formale, à ſecundo vſque ad ſextum articulum incluſiuè; deinde a ſeptimo vſque ad vltimum id, quod eſt materiale. &, vt clarior eſset doctrina connexorum, cum formali tractat ſimul conſequentia formale, & cum materiali, cō ſequentia materialei quæ quidem conſequentia pertinent ad Quæſtionem quomodo, vel qualis ſit hæc ſciētia; de quibus magis in ſpeciali ſuis locis agetur, &c.

ARTICVLVS I.

Vtrum ſit neceſſarium præter Phyſicas diſciplinas, aliam doctrinam haberi.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd non ſit neceſſariū præter phyſicas diſciplinas aliam doctrinā haberi. Ad ea enim, quæ ſupra rationem ſunt, homo non debet conari, ſecundum illud Eccleſia. 3. Altiora te ne quæſieris. Sed ea, quæ rationi ſubduntur, ſufficienter traduntur in phyſicis diſciplinis: ſuperfluum igitur videtur præter phyſicas diſciplinas aliam doctrinam haberi. 1

At. q. 1. artic. 3. & 4. & 1. prolo ar. 2. & 1. con. gen. c. 4. & 6. & ver. q. 14. ar. 11.

Præterea: doctrina non poteſt eſſe niſi de ente: nihil enim ſcitur niſi verum, qđ cum ente cōuertitur. Sed de omnibus entibus tractatur in phyſicis diſciplinis, & etiā de Deo; vnde quædā pars philoſophiæ dicitur Theologia, ſiue ſcientia diuina, vt patet per* Philoſophum in ſexto Metaphyſ. Non fuit igitur neceſſarium præter phyſicas diſciplinas alias doctrinam haberi. 2

* Ariſt 6. metap. com. 3. tomo 3.

Sed contra eſt, quod dicitur ſecūdo ad Timoth. 3. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendū, ad corripiendum, ad erudiendum ad iuſtitiam. Scriptura autem diuinitus inſpirata, nō pertinet ad phyſicas diſciplinas, quæ ſunt ſecundum rationem humanam inuentæ. Vtile igitur eſt præter phyſicas diſciplinas, eſſe aliā ſcientiam diuinitus inſpiratam.

Reſpondeo. Dicēdum, quod neceſſarium fuit ad humanam ſalutē eſſe doctrinā quandam ſecundum reuelationem diuinam præter phyſicas diſciplinas, quæ ratione humana inueſtigantur. Primò quidem, quia homo ordinatur ad Deum ſicut ad quēdam finem, qui comprehenſionem rationis excedit, ſecū dum illud Iſa. 64. Oculus nō vidit Deus abſque te, quæ præparaſti diligentibus te. Finē 3 autem oportet eſſe pręcognitū hominibus, qui ſuas intentiones, & actiones debent ordinare in finem. Vnde neceſſarium fuit homini ad ſalutem, quòd ei nota fierent quædā per

per reuelationem diuinam, quæ rationem humanam excedunt.

Ad ea etiã, quæ de Deo per rationem humanam inueſtigari poſſunt, neceſſarium fuit hominem inſtrui reuelatione diuina: quia veritas de Deo per rationem inueſtigata, à paucis, & per longum tempus, & cum admixtione multorum errorum homini proueniret. A cuius tamen veritatis cognitione depẽdet tota hominis ſalus, quæ in Deo eſt.

Vt igitur ſalus hominibus, & conuenientius, & certius proueniat, neceſſarium fuit, qđ de diuinis per diuinam reuelationem inſtruantur. Neceſſarium igitur fuit, præter phyſicas diſciplinas, quæ per rationem inueſtigantur, ſacram doctrinam per reuelationem haberi.

Ad primum ergo dicendum, quòd, licet ea, quę ſunt altiora hominis cognitione, non ſint ab homine per rationem inquirenda, ſunt ta-
D. 666. men à Deo reuelata ſuſcipienda per fidem.
D. 1161. Vnde & ibidem ſubditur: Plurima ſupra ſenſum hominum oſtenſa ſunt tibi. Et in huiuſmodi ſacra doctrina conſiſtit.

Ad ſecundum dicendum, quòd diuerſa ratio cognoſcibilis diuerſitatem ſciẽtiarum inducit. Eandem enim concluſionem demõſtrat aſtrologus, & naturalis, puta quòd terra eſt rotunda; ſed aſtrologus per medium mathematicum, ideſt, à materia abſtractum; naturalis
424. aũt per medium circa materiam conſideratũ.
Vndè nihil prohibet de eiſdem rebus, de quibus phyſicæ diſciplinę tractant, ſecundum quod ſunt cognoſcibilia lumine naturalis rationis, & aliam ſcientiam tractare, ſecundum
D. 1154. quod cognoſcuntur lumine diuinę reuelatio-
D. 1067. nis. Vndè Theologia, quæ ad ſacram doctri-
D. 1110. nam pertinet, differt ſecundum genus ab illa
D. 1156. Theologia, quæ pars philoſophiæ ponitur.

Partitio commentarij, & ſenſus quæſiti.

Partitio. PRIMVM Articulũ diuini prius ope numinis implorata, interpretandũ aggredimur: Qui, quoniam multa continet ſcitu digniſsima, & neceſſaria, diligentius erit à nobis explicandus. Qua propter eius commentariũ, in quinque diſtinguemus capita. In primo declarabimus ſenſum quæſiti. in ſecundo proponemus concluſiones S. Thomæ cum ſuis probationibus. in tertio explicabimus propoſitiones, ſiue dicta eiuſdẽ Doctoris Sancti, ſi quæ fuerint explicãda: in quarto ſtatuemus controuerſias, quæ nobis erunt cum alijs expoſitoribus Sancti Thomæ.

Poſtremò admonebimus nonnumquam lectorem, ſi quæ fuerint minus verè, minusve ſolidè dicta ab aliquo expoſitorum; dictumque ordinem ferè perpetuò ſeruabimus, in explicandis quæſtio-
A nibus, & articulis Sancti Thomæ.

Hanc verò partitionem, & ordinem in paucis duntaxat quibuſdam proximis articulis, & controuerſijs expreſsè, & (vt aiunt,) in actu ſignato præmittemus ad ſubſequentium commentariorũ ordinem, quem ſemper in actu exercito ſtatuemus, indicandum.

Ad faciliorem autem lectoris intelligentiam, & faſtidium, quod ex continua ſcripturæ minimè diſtinctæ lectione generari conſueuit, remouendũ diſtinximus textus expoſitionem, & cõtrouerſias in plura quædam præcipua capita præfixis diſcuſ-
B ſæ materiæ titulis, vt vnius capitis, quaſi cuiuſdã ſtadij, meditatione decurſa, in ſubſequentis exordio legentis animus ſuauiter conquieſcat.

Conſiderandum eſt igitur primò in præfixo titulo duo contineri quæſita; vnum pertinens ad quæſtionem An eſt: Alterũ ad quæſtionem, Quale eſt, vel quomodo eſt. Sumimus autẽ hoc loco qualitatem, prout ſe extendit ad modos entis, & ad intrinſeca, & eſſentialia; hæc enim modum quendam habent qualitatis, eadem ferè ratione, qua differentiam quamlibet eſſentialem, cum Porphyrio diffinimus eſſe illam, quæ de pluribus differentibus ſpecie, in eo quod quale eſt, prædicatur. Dum ergo in hoc primo articulo quærit ſan- Porphyrius.
C ctus Thomas. *Vtrum ſit neceſsarium*, &c. quærit, num huic ſcientiæ conueniat modus neceſsitatis, quaſi quædam qualitas; in ordine ad beatitudinem conſequendam. quod idem cenſendum eſt de ſecundo, & tertio, & alijs articulis; in quibus tractat pertinentia ad diffinitionem huius Scientiæ; cuius diffinitionis præcipua pars eſt differentia. Sẽſus quæſiti.

Quod autem in hoc quæſito tractetur quæſtio an eſt, facile patet ſcienti, quæſtionem omnem eſſe queſtionem medij, vt docet Ariſtoteles in ſecũdo Poſteriorum primo capitulo; Vnde idem eſt quærere, An Deus ſit, &, an ſit aliquod medium neceſsarium ad probandum Deum eſſe. quod i- Ariſt.
D dem eſt, ac ſi quęreremus, an ſit neceſsarium Deum eſſe; quod clarius elucet in ordinatis ad finem: nam idem eſt quærere, an ſit intellectus, vel manus humana; &, An ſit neceſsarium ad hominis operationẽ, vel integritatem, eſſe intellectũ, vel manum. Sic in propoſito idem eſt quærere, an ſit neceſsarium eſſe aliquam ſcientiam, &c. & an aliqua talis ſcientia ſit; & è contra.

Secundò aduertẽ proprium ſingulorum terminorum ſenſum; & primo illius vocis, *Neceſsarium*: quod, vt tradit Ariſtoteles in quinto Metaphyſices in capitulo de Neceſsario, quatuor modis di- Neceſſarium quatuor modis ex Ariſt.
E citur. Nam primo dicitur neceſsarium abſolutè, & ſimpliciter, quod ſcilicet, non contingit aliter ſe habere; & tale neceſsarium deſumitur ex intrinſeco, ſiue illud ſit materia; ſiue forma; ſiuè tota eſſentia.

Sic dicimus animal neceſsariò eſſe corruptibile, quia eſt compoſitum ex contrarijs, dicimus ẽt neceſsariò eſſe ſenſibile, quia habet animam ſenſitiuam; dicimus etiam eſſe ſubſtantiam animatam ſenſibilem, quia hæc eſt eius eſſentia. Secundò dicitur neceſsarium in ordine ad externã cauſam;

ſam; quæ duplex eſt, ſcilicet, finis, & efficiens: finis autem rei eſt eſſe, vel aliquod bonum habere, ſiue etiam benè eſſe. A fine, quod eſt eſſe: ſumitur alius modus, quem Ariſtoteles primũ ſtatuit: vt reſpirare, & comedere dicitur eſſe neceſſariũ ad vitam animalis. A fine vero, quod eſt bonũ aliquod habere, vel benè eſſe, ſumitur tertius modus, quem Ariſtoteles ſecundum ſtatuit; vt ſi dicamus, quod ad Eginam nauigare eſt neceſſariũ, vt pecuniam recipias; vel pharmacum ſumas, ne labores, vel vt ſaneris. Poſtremus modus deſumitur à cauſa efficiente, vt ſi dicamus proiectum lapidem ſurſum aſcendere; & hoc neceſſarium idẽ eſt, quod violentum. Hoc in loco Sãctus Thomas ſumit neceſſarium ratione finis, non quidem primo modo, quatenus, ſcilicet eſſe eſt finis; conſtat enim, poſſe hominem ſine hac ſcientia eſſe, & viuere; ſed ſecundo modo, ſcilicet ratione finis, quod eſt bonum habere, aut melius, & facilius cõſequi: hoc autem bonum eſt beatitudo.

Tex. Ro. hic. phyloſophicas. Secundus terminus eſt vox illa, *Phyſicas diſciplinas*; Vbi obſeruandum eſt textum Romanum non habere Phyſicas; ſed Phyloſophicas diſciplinas, ſecundum quam lectionem ſuperflua eſt diſtinctio Caietani; quem alij ſequuntur interpretes. Nam per Phyloſophicas diſciplinas non poſſunt intelligi, niſi ſcientiæ omnes naturali diſcurſu acquiſitæ.

Si vero communem ſequamur lectionem, diſtinguendum eſt cum Caietano diſciplinam dupliciter dici Phyſicam, ſcilicet, obiectiuè, & effectiuè. **Sientia phyſica duplicìter ex Caie.** Priori modo, idem eſt quod ſcientia de ente naturali, id eſt de ente habente in ſe naturam, quæ eſt ens mobile. Scientia ergo Phyſica obiectiuè, eſt ſcientia de ente mobili. Poſteriori verò modo, dicitur ſcientia Phyſica effectiuè; quia ſcilicet, oritur à principio naturali: hoc autem principium eſt lumen naturale, ſiue ratio humana.

Et hoc modo ſcientia Phyſica commune quid eſt ad omnes ſcientias phyloſophicas, hic ſumitur phyſica ſecundo modo, non primo. Eſt autem lumen naturale cauſa effectiua, non quidem proxima, ſed remota; nam eo innoteſcunt prima principia, ex quibus habetur proximorum notitia; ex proximis autẽ illuceſcunt diſtinctè cõcluſiones.

Quid nomine doctrinæ. Tertius terminus eſt, *doctrina*, quæ quid commune ſonat, ad ea, quæ ſunt fidei, & ad ea, quæ ſunt ſcientiæ; quomodo autem hic ſumatur, dicemus in explicatione primæ concluſionis.

Forma Textus.

P*Rima Concluſio eſt. Neceſſarium fuit homini ad ſalutem, quod ei nota fierent quædam per reuelationem diuinam, quæ humanam rationem excedunt. Probatur: homo ordinatur ad Deum, ſicut ad quendam finem, qui compræhenſionem rationis excedit; at finem oportet eſſe præcognitum hominibus, qui ſuas intentiones, & actiones debent ordinare in finem; ergo neceſſarium fuit, &c. Maior probatur auctoritate Iſaiæ capitulo ſexageſimoquarto. Minor fert ſecum ſuam probationem; quoniam intentio, & actio nequit* A *ordinari in finem ignotum, &c.*

Secunda Concluſio. Neceſſerium fuit præter phyſicas diſciplinas, ad ea cognoſcenda, quæ per rationem inueſtigãtur, ſacram Doctrinam per reuelationẽ haberi.

Probatur. Diſciplina, qua communius, citius, & tutius peruenitur ab hominibus in cognitionem diuinorum demonſtrabilium, eſt homini neceſſaria; at Diſciplina reuelata eſt huiuſmodi; ergo &c. Maior probatur; quia à talium cognitione dependet tota hominis ſalus. Minor probatur; quia veritas de Deo per rationẽ inueſtigata, à paucis, & per longum tempus, & cum admixtione multorũ errorum homini proueniret, quæ omnia tolluntur per reuelationem huius ſcientiæ, &c.

B

Expoſitio Textus.

CIrca minorem propoſitionem argumenti, quo probata fuit prima concluſio, videlicet: *finem oportet eſſe præcognitum*, & cæt. Aduerte illam fundari ſuper differentia inter habentia dominium ſuorum actuum per liberum arbitrium, quod eſt facultas voluntatis, & rationis, quale dominium, & facultatem habet homo; & Angelus; & ea, quę tali carent dominio: ſicut bruta, & alia naturalia; nam priora agũt ſe ipſa, quia C cognoſcunt rationem finis, ideſt, proportionem finis ad id, quod eſt ad finem: hæc verò in finem tendunt quaſi ab alio mota, cum non cognoſcant rationem finis. Tota enim natura irrationalis, vt inquit Sanctus Thomas prima ſecundæ, quæſtione prima, articulo ſecundo comparatur ad Deum ſicuti inſtrumentum ad agens principale. **D. Tho.**

Secundò circa eandem obſeruandum eſt, dupliciter aliquid eſſe reuelatum, ſcilicet, immediatè, vel mediatè: ſiue formaliter, vel virtualiter. **Reuelatur dupliciter** Dicitur aliquid reuelatum immediatè, & formaliter, cuius notitia in ſeipſo, & ſecundum ſeipſum habetur per lumen diuinæ reuelationis manifeſtans, ſiue clarè, ſiue obſcurè id, quod dicitur re- D uelatum. Dicitur verò aliquid mediatè, & virtualiter reuelatum, quod in alio formaliter reuelato continetur virtualiter, & ex eo per rationis diſcurſum, ſiuè mediatè, ſiuè immediatè deduci poteſt. Quod diuino, & excellenti ſtylo ſignificauit Apoſtolus Rom. primo, cum dixit. *Quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis; Deus enim illis manifeſtauit. Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque eius virtus, & diuinitas*. **Rom. 1.** Nam, quemadmodum teſte Apoſtol. in dictis verbis dicitur Deus Phyloſophis manifeſtaſſe Dei inuiſibilia, ſempiternam E eius virtutem, & diuinitatem per hoc, quod eorum mentibus naturale lumen impreſſit, quo prima, & per ſe nota principia, innoteſcunt, ex quibus per multa media longo diſcurſu prædicta deducuntur; vt patet ex diſcurſu Ariſt. octauo phyſic. & 12. Met. ita ex hoc, quod Deus fidei principia hominibus reuelauit, in quibus virtute cõtinetur tota ſcientia Theologica, longo diſcurſu per ſingulas propoſitiones ex eis deducta, dicitur, etiam ipſam ſcientiam, & concluſiones virtualiter, & **Ariſt.**

ter, & mediatè reuelaſſe. Quo fit, vt Theologiæ A ſcientia duplici gaudeat reuelatione, vna quo ad principia per lumen fidei; altera quo ad concluſiones per lumen Theologicum: de quo latè tractabitur in tertio huius quæſtionis artic. De prioris reuelationis neceſsitate, & excellentia videndus eſt D. Auguſt. 11. de ciuit. Dei cap. 2. & 3. & S.Thom. 2.2. q.2. art. 3. & ſequentibus. (D. Augu. D. Thom.)

Tertiò: Circa eandem concluſionem notandus eſt modus loquendi S. Tho: ait enim neceſſarium fuiſſe, vt homini nota fierent quædam, quia, licèt ea, quæ ſunt in ſacris litteris, à ſingulis cognitionem eorum habentibus neceſſario credenda ſint, non tamen eorum cognitio, & conſequenter nec fides eorum abſolutè eſt ad ſalutem neceſſaria. B Quæ autem ſint ab omnibus, vel etiam quibuſdã cognoſcenda, non eſt huius loci determinare, ſed legendus eſt D. Tho. in præallegata quæſtione.

(Quæ neceſsitas cognitionis de Deo naturaliter.) Circa probationem maioris propoſitionis argumenti pro ſecunda concluſione, in qua probatione aſſumitur illa propoſitio, videlicet, à notitia cognoſcibilium naturaliter de Deo, pendet tota hominis ſalus. Aduerte aliud eſſe affirmare totam hominis ſalutem pendere à prædictorum cognoſcibilium notitia; & aliud, dicere earum notitiam ad ſalutem ſufficere. Primum affirmat S. Tho. non autem ſecundum, quod eſt hæreticum, C cum per illud excludatur diuinæ reuelationis, & fidei neceſsitas ad ſalutem. Obſeruandum eſt autem, ſalutem hominis à quarundam naturalium veritatum notitia dependere, non quaſi a præcipua, & immediata ſalutis cauſa ſed potius veluti à cauſa materiali, & naturæ quadam capacitate ad gratiam præſuppoſita; ſunt .n. dictæ veritates ad fidem potius præambulæ, quàm fide creditæ.

(D. Thom.) Poſtremò circa probationem minoris propoſitionis videndus eſt S. Thom. in primo cont. gent. c.4. vbi ſingula illius membra firmiſsimis, & euidentibus demonſtrationibus comprobat.

Prima Controuerſia.

De ſenſu, & veritate primæ concluſionis Sancti Thomæ.

Diſtinguuntur tractanda, aperitur ſtatus controuerſiæ, & referuntur ſententiæ expoſitorum.

(Partitio.) PRoponemus primò ſententias expoſitorum; Secundò faciemus fundamenta veritatis, præmiſsis nonnullis diſtinctionibus; Tertiò reſpondebimus per propoſitiones ad quæſitum; Poſtremò adducemus argumenta contra ſingulas concluſiones, & ſoluemus. Sed antequam referamus ſententias expoſitorum, aduertendum eſt, omnes (prout etiam neceſſe eſt,) in hoc conuenire, neceſſariam videlicet eſſe homini doctrinam aliquam reuelatam ad ea de Deo cognoſcenda, (Status Controuerſiæ.) quæ rationem humanam excedunt. Verum, cum multipliciter ſumi poſsit nomen doctrinæ reuelatæ, vt ex dicẽdis apparebit, quæſtio eſt, quo ſenſu ſumatur à D. Tho. doctrina reuelata, & quo ſenſu vera ſit concluſio. (Caiet.) Caietanus exiſtimat ſacram doctrinam hoc in loco non ſumi pro fide, vt diſtinguitur contra Theologiam, nec pro Theologia, vt diſtinguitur contra fidẽ, ſed pro cognitione à Deo reuelata ſiue formaliter, ſiue virtualiter, vt habet rationẽ diſciplinæ, & doctrinæ abſtrahendo à ratione crediti, & ſciti. Quare ſecundum Caietanũ Theologia dupliciter ſumi poteſt; vno modo vt eſt quid commune ad fidẽ, & ad Theologiã propriè dictã. Alio modo pro Theologia propriè dicta. Si priori modo ſumatur Theologia, cõparatur ad fidẽ, vt genus ad ſpeciẽ, & in ea includitur, ſicut animal in homine. Vnde, ſi fides eſt neceſſaria, ſequitur etiam Theologiam ſic ſumptam eſſe neceſſariam. Si verò poſteriori modo accipiatur, clauditur in fide, eo modo, quo cauſa cõtinetur in ſuo effectu, ſcilicet, vt in ea participata nam Theologia ſic ſumpta non ſolum defendit, & roborat fidem, ſed etiam eandem gignit ſecundum Auguſtinum 14. de Trinitate, quod intelligitur (vt ait Caiet.) ex parte credibilium; quamuis enim fides à Deo ſit infundente lumen, & inclinationem ad credendum, eſt tamen quo ad explicationem credibilium ex auditu per verbum Chriſti. Ex quibus facilè eſt ſoluere argumenta propoſita, & ſoluta ab ipſo Caietano.

C (Molina.) Ludouicus Molina opinatur Sanctum Thomã nomine ſacræ doctrinæ intellexiſſe Theologiam, vt comprehendit habitum principiorum, & concluſionum, & ait concluſionem D. Tho. ſi intelligatur ſolum de neceſsitate ſimpliciter ad ſalutẽ, veram eſſe de doctrina Theologiæ, ratione notitiæ principiorum, non omnium, ſed aliquorum, non quo ad ſolam neceſsitatem præcepti, ſed etiam quo ad neceſsitatem finis.

(Vaſquez.) Gabriel Vaſquez tria dicit. Primum Doctorẽ ſanctum hic nomine ſacræ doctrinæ intelligere Theologiam, non fidem infuſam. Secũdum, Theologiam, ſicut alia quæcunque ſcientia, non ſolum D complecti notitiam concluſionum, ſed etiam principiorum, quę eidem ſcientię propria ſunt, in vno, & eodem habitu. Tertium habitu primorũ principiorum Theologię, i. articulorum, fidei qui etiã, (vt ait) circa concluſiones verſatur, & idem eſt cum habitu Theologię, non eſſe habitum fidei infuſæ, ſed fidei acquiſitę; ex quo deducit quartum, nimirum in hæretico, licet non maneat fides infuſa, manere tamen Theologiam. Sed de hoc in tertio articulo.

(Nauarr.) Pater Magiſter Balthaſar Nauarretus vir acu- E tiſsimus ait, nomine doctrinæ reuelatæ intelligi Theologiam, prout a fide diſtinguitur.

Habitum principiorum in qualibet Scientia, & præſertim in Theologia differentem eſſe realiter ab habitu ſcientiæ.

(Ariſtot.) STatuendum eſt in primis veluti certum ſecundùm Philoſophi doctrinam ab omnibus communiter approbatam habitus principiorum, & ſcientiæ realiter ab inuicem eſſe differentes; vt

perſpicuè patet ex 1. Poſt. à cap. 1. vſque ad 4. incluſiuè, & ex 2. eiuſdem operis libro cap. vltimo, & ex 6. Ethic. cap. 6. & facilè conuincitur ex propria vtriuſq; habitus ratione. Scientia enim, vt ait Ariſt. eſt habitus per demonſtrationem acquiſitus; quæ demonſtratio eſt ex veris, primis, immediatis, notioribus, prioribus, & cauſis Concluſionis; At vero principijs repugnat, in ea præſertim ſcientia, cuius principia ſunt, demonſtrari; eo quod immediatè per inditum nobis naturale lumen ſint manifeſta, aut ex vniuerſalioribus altioris ſcientiæ principijs deducantur; vt patet in principijs ſcientię ſubalternatæ. Eſt igitur contra principiorum rationem in ea ſcientia, cuius principia ſunt, demonſtrari, & de illis ſcientiam haberi, vt etiam expreſsè docet Ariſt. locis allegatis, & in 6. Ethic. habitum principiorum ab alijs habitibus intellectus diſtinguens ait: *Quoniam vero ſcientia de vniuerſalibus, ac neceſſarijs exiſtimatio eſt, verum autem demonſtrabilium, ſcientiæq; omnis principia ſunt (cum ratione enim eſt ſcientia) efficitur, vt principij rei ſcibilis neque ſcientia, neque ars, neque prudentia eſſe poſsit. Quod enim eſt ſcibile, demonſtrabile eſt, &c.* Quod etiam ratione probatur: Quia, quemadmodum ſe habet habitus eorum principiorum, quæ ſunt prima ſimpliciter, ad omnes ſciẽtias ex eis deriuatas, ita ſe habet habitus primorum principiorũ alicuius ſcientiæ particularis ex eis deriuatæ ad ipſam ſcientiam; Sed habitus eorum principiorum, quę ſunt prima ſimpliciter, eſt alius realiter ab habitu cuiuslibet ſcientiæ ex eis deriuatæ; Ergo etiam habitus principiorum ſcientiæ particularis eſt alius ab ipſo habitu ſciẽtiæ ex principijs illis deductæ. Maior probatur: Quia, ſicut principia cõmuniſsima præcedũt omnẽ habitũ ſciẽtiæ, ita principia ſciẽtiæ particularis præcedũt ipſũ habitũ ſcientiæ particularis; alioquin ſciẽtia nõ eſſet p demonſtrationẽ, nec eſſet notitia ex principiorũ notitia dependens, ſed idem eſſet, quod ipſa notitia principiorum, & habens notitiam principiorum, haberet ſcientiam eſſentialiter, licèt in ſtatu imperfecto, eo modo, quo ſtatus pueritiæ dicitur imperfectus reſpectu virilitatis, quod nullus vnquam aſſeruit; Falſum igitur eſt, quod ait Vaſquez, nimirùm habitum ſpecialem ab habitu ſcientiæ diſtinctum eſſe neceſſarium ad notitiam principiorum vniuerſalium; principia verò cuiuslibet ſcientiæ particularis eodem lumine, & habitu cognoſci, quo ſciẽtiæ, cuius principia ſunt, concluſiones cognoſcuntur. Sed huius doctrinæ falſitas ſic oſtenditur: Principiorum aſſenſus ex duobus cauſatur, quorũ alterum eſt illi præuium, & hoc eſt explicatio terminorum ipſius principij, alterum autem ſe habet vt ratio formalis aſſenſus, & hoc eſt immediata connexio prædicati cum ſubiecto, quæ propria eſt cuilibet principio ſcientiæ; neceſſe eſt enim principia, ex quibus procedit demonſtratio primò generans ſcientiam, eſſe immediata, vt ait Ariſtot. in 1. Poſt. Itaque terminorum explicatio materialiter ſe habet ad aſſenſum, ac proindè maior, aut minor difficultas interueniens in ex-

Ariſt.

Vaſquezij dictum reijcitur.

Ariſt.

A plicandis terminis huius, aut illius principij; ſiuè horum, aut illorum principiorum, puta communium, aut particularium non variat rationem aſſenſus ipſorum principiorum; quia diſtinctio formalis aſſenſus ex obiecto ſecundùm id tantùm, quod in eo formale eſt, accipitur; Erit igitur vnius rationis formalis aſſenſus, & conſequenter etiam vnus habitus notitiæ, & aſſenſus omnium principiorum, ſiuè ſint omninò communia, ſiue alicuius tantùm ſcientię propria, quamuis maior ſit difficultas in explicandis propriorum principiorum terminis, quàm in explicatione terminorum eorum principiorum, quæ communiſsima ſunt; B ſicut etiam vnus eſt habitus, quo vniuerſis aſſentimur articulis fidei, quia eadem omnium eſt ratio credulitatis, prima ſcilicet veritas vt obſcurè reuelans; quamuis ex eis materialiter conſideratis quidam ſint difficilioris credulitatis, quam alij.

Sed obſeruandum eſt diligenter principia ſciẽtiæ tam communiſsima, quàm ſpecialia dupliciter poſſe conſiderari: Vno modo ſecundùm ſe, & ità proprium habitum requirunt diſtinctum, ab habitu Concluſionum, vt antè diximus: Alio modo, prout ſunt rationes formales aſſentiendi concluſionibus; & hoc modo pertinet eorum notitia ad habitum concluſionum, ſiuè ſcientiæ; C Inſtituti ſunt enim habitus, vt eas difficultates, quæ potentias impediunt, aut minus ſufficientes reddunt in operando, vincant, & tollant; ac proindè, vbi noua fuerit in potentia difficultas, erit peculiaris habitus illi ſuperandæ neceſſarius; vbi verò nulla ſpecialis eſt difficultas, non erit particularis habitus in operatiua potentia neceſſarius. Cum autem conſiderantur principia, vt ſunt rationes aſſentiendi concluſionibus, non eſt diuerſa, ſed eadem (formaliter loquendo) difficultas aſſenſus cõcluſionum, & principiorum ſub tali ratione conſideratorum, eo quod ex principijs, & concluſionibus vnum integrum conſtituatur obiectum, D in quo concluſiones ſunt veluti materiale; principia verò ſe habent vt formale; Concluſiones enim ſunt res cognitę, principia autem ſunt rationes cognoſcendi; & ideò, ſicut vno formaliter viſionis actu videntur colores, & lux, prout eſt ratio videndi colores: ſic vno formaliter habitu, & actu attinguntur concluſiones, & principia prædicto modo conſiderata. Sic enim principia conſiderantur, vt ſuam concluſionibus veritatem communicantia, atque adeò vt pertinentia ad habitum ſcientiæ, quæ ſuppoſita eorum veritate, & aſſenſu E prout ſecundum ſe conſiderantur, illa tantùm attingit, prout ſuam concluſionibus veritatem communicant. Sicut etiam finis ſecundùm ſe, ſiuè vt bonum quoddam eſt, terminat actum ſimplicis volitionis; vt verò formaliter finis eſt, & ratio volendi ea, quę ſunt ad finem, terminat actum intẽtionis formaliter ab actu illo priori diſtinctũ, &c.

Diſtinctio notanda.

Videndus eſt S. Thomas in 1. 2. queſt. 8. art. 2. & quæſt. 12. art. 4. Ex his ſequitur primo principia 2. modo conſiderata non attingi ſecundùm extenſionem à ſcientia, vt ait Vaſquez, ſed primò, & imme-

S. Thom.

Digitized by Google

& immediatè: Quoniam habitus primo,& immediatè fertur in obiectum, præcipuè ſecundum id, quod eſt formale, & non ſecundùm extenſionem tantùm; actus enim, quo potentia, vel habitus fertur in obiectum extenſiuum, præſupponit id, quod eſſentiale, & primarium eſt reſpectu potentiæ, vel habitus; Sicut ens, inquantùm ens, quod eſt obiectum extenſiuum intellectus, ſupponit quidditatem rei ſenſibilis, in ordine ad quam cognoſcit quodcumq; ens.

Secundò ſequitur principia noſtræ Theologiæ ad habitum eius ſcientificum minimè pertinere. qđ etiam probatur: Quia ratio cognoſcẽdi principia Theologiæ, eſt lumen diuinæ reuelationis immediatæ, ratio vero cognoſcendi concluſiones eſt lumen per diſcurſum acquiſitum, quod appellari conſueuit reuelatio virtualis: Et ideo illa, ſcilicet principia fide tenentur diuinitus infuſa, hęc verò, ſcilicet concluſiones habitu ſcientiæ (ſubalternatæ tamen) cognoſcuntur. Sed ait Vaſquez principia Theologiæ non fide ſupernaturaliter infuſa, ſed humanitus acquiſita cognoſci. Sed, cum fides acquiſita ex propria ratione, & modo credendi ſit fallibilis, & infirma, conſequens erit habitũ Theologiæ ex ea deductum, non eſſe certum, neq; ſcientificum, ſed nutantem, & formidoloſum, nam, quantùm ſit ex ratione, & modo credendi: decipi poteſt humana fides; quæ tamen ex parte rerum creditarum in propoſito perfectam habet certitudinem. Sed iam nonnullas diſtinctiones pręcipuis difficultatibus enodandis maximè neceſſarias proponamus. Eſt igitur.

Vaſquez ij dictũ reijcitur.

Diſtinguuntur, & Explicantur cognitio ſupernaturalis, doctrina reuelata, & neceſſarium propter aliud.

Cognitio ſupernaturalis tripliciter.

PRima diſtinctio. Cognitio poteſt dici ſupnaturalis tripliciter. Primò ex parte obiecti tãtum; vt cum aliquis fide tantum acquiſita credit Deum eſſe Trinum, & vnum; ſicut credit Lutheranus: nam hęc fides eſt de obiecto naturę proportionem excedente. Secundò ex parte modi tantum; vt cum aliquis Catholicus credit Deum eſſe, quia Deus reuelauit: nam Deum eſſe, naturaliter eſt cognoſcibile. Tertio ex parte obiecti, & modi, vt quando Catholicus credit ex diuina reuelatione Deum eſſe trinum, & vnum.

Secunda diſtinctio. Doctrina reuelata quatuor modis ſumi poteſt. Primò, pro fide. Secundò pro ſcientia. Tertiò, abſolutè, pro vt ſcilicet, abſtrahit à fide, & a ſcientia. Quarto, vt actu continet in ſe fidem, & ſcientiam. Quibus modis poteſt addi quintus, quatenus ſcilicet doctrina reuelata ſumitur pro prophetia.

Doctrina reuelata quatuor modis dicitur.

Tertia diſtinctio. Sacra doctrina ſumpta pro ſcientia, dupliciter ſumi poteſt: Vno modo pro Theologia, quam appellant poſitiuam, quæ in ſacrarum litterarum expoſitione, veritatis confirmatione, ſine defenſione, & errorum impugnatione libero quodam, & lato atque ſoluto orationis ſtylo verſatur. Alio modo pro Theologia ſcholaſti-

Sacra Theologia dupliciter.

A ca, quæ artificioſa methodo, rebus ordinatè diſpoſitis, ſuccinctè, breuiter, & ſubtiliter, ſine verborum fucis rerum diuinarum notitiam tradit.

Quarta diſtinctio. Neceſsarium dicitur aliquid tripliciter. Vno modo neceſsitate finis tantum, vt auxilium Dei, gratia, & habitus charitatis; quam neceſsitatem, alij appellant neceſsitatem medij ad finem. Alio modo aliquid dicitur eſſe neceſſarium tantùm neceſsitate præcepti, ſicut ieiunia Eccleſiæ, & eleemoſyna, quando, vbi &c. Tertiò modo neceſsitate finis, & præcepti ſimul. vt actus charitatis in adulto, ſine quo non poteſt ſalutem conſequi.

Neceſſarium tripliciter.

B Differunt autem neceſſaria neceſsitate finis, à neceſſarijs neceſsitate præcepti tantùm. Nam hæc ſufficit, vt homo in præparatione animi, & in vniuerſali ſit paratus adimplere, quando, & vbi opus fuerit, vt dare eleemoſynam, & ieiunare. At, quę ſũt neceſſaria neceſsitate finis, ſiue medij ad finem, talia ſunt, vt ſine eis finis haberi non poſſit. Sicut in lege noua ſine Baptiſmo nullus poteſt ſalutem conſequi, & eadem eſt ratio de ijs, quæ neceſſaria ſunt vtroque modo. Ex qua differentia ſequitur alia, nimirum, ſi ea, quæ neceſſaria ſunt neceſsitate præcepti tantum, nobis deſint abſque culpa noſtra noua, non ſolum excuſari nos

Quomodo differũt neceſsitas finis & pręcepti.

C à peccato nouo; ſed etiam ſine illis poſſe nos iuſtificari, & ſaluari. Si vero, quę ſunt neceſſaria neceſsitate finis, nobis deſint etiam abſque vlla noſtra culpa, non excuſari nos ab æterna damnatione; ſicut, ſi infirmus non poſsit niſi vnico remedio ſanari, & tale remedium ignoretur ab infirmo, & à medico, aut omninò adhiberi non poſsit, peribit infirmus, quamuis nõ peccauerit, eo quod tale remedium ſibi non adhibuerit. Quinta diſtinctio, Neceſsitas ad finem duplex eſt: quędam ad eſſe finis; & quędam ad bene eſſe: hæc patet ex dictis ſupra.

D Sexta diſtinctio. Aliquid dicitur eſſe neceſſarium ad eſſe finis dupliciter; vno modo ſecundum legem Dei ordinariam; alio modo ſecundum Dei potentiam abſolutam.

Neceſsitas finis.

Septima diſtinctio. De homine dupliciter loqui poſſumus; vno modo ratione ſingulorum; alio modo ratione totius humanæ communitatis, vel etiam Eccleſiaſticæ ſocietatis.

Prædictis addendum eſt, quamlibet doctrinã a communioribus ſemper inchoandam eſſe; iuxta præceptum Ariſt. 1. Phyſ. in principio. Conſtat autem Theologiam, vt abſtrahit a fide, & à ſcientia,

Ariſt.

E eſſe communiorem Theologia ſumpta pro fide, vel pro ſcientia tantùm, vel etiam prout vtrumq; actu comprehendit, veluti partes integrantes, ſicut genus communius eſt qualibet ſua ſpecie, etiã ſi ſpecies actu claudat genus.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima Concluſio: Non eſt idem habitus principiorum, & ſcientiæ ex eis deductæ. Hæc patet primo notabili.

Secunda Concluſio. Principia noſtræ Theologiæ

giæ fide diuinitus infuſa, non autem humana; ſunt credita. Hæc magis patebit ex dicendis articulo ſequenti controuerſia prima.

Tertia Concluſio. Secundum legem Dei ordinariam neceſſarius eſt actus cognitionis.i.fidei ſupernaturalis ex obiecto, & modo ad ſalutem, & iuſtificationem adultorum neceſsitate medij ad finem aſſequendum, ſiuè neceſsitate finis aſſequendi.

Heb.11. Probatur: Apoſtolus Hebr.11. diffiniens fidem ait: *Eſt autem fides ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium.* Quam diffinitionem S.Thom. explicans accuratè S.Thom.2.2.q.4.art.1. ſic tandem concludit; *Si quis ergo in formam diffinitionis huiuſmodi verba reducere velit, poteſt dicere, quòd fides eſt habitus mentis, quo inchoatur vita æterna in nobis, faciens intellectum aſſentire non apparentibus.* Et quibuſdam interpoſitis ſubdit: *per hoc autem, quod dicitur ſubſtantia ſperandarum rerum, diſtinguitur virtus fidei à fide communiter ſumpta, quæ non ordinatur ad beatitudinem ſperatam.* Ex quibus apparet fidem ab Apoſtolo diffinitam eſſe ſupernaturalem. De hac autem fide ſic diffinita ſubdit ibidē Apoſtolus. *Sine fide impoſsibile eſt placere Deo*; igitur Apoſtolo teſte neceſſaria eſt fides ſupernaturalis ad ſalutem. quod planius idem Apoſtolus exprimit ad Eph.2. c. dicens: Epheſ.2. *Gratia eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis; Dei enim donum eſt*: cognitio verò naturalis ex nobis eſt; igitur fides ad ſalutem neceſſaria cognitio quædam eſt ſupernaturalis. Hanc veritatem ſic expreſsè definit ſacrum Cõc. Trid. Conc.Trid.ſeſſ.6.can.3. *Si quis dixerit abſq; præueniente Spiritus ſancti inſpiratione, & adiutorio hominem poſſe credere, ſperare, & diligere, ſicut oportet, vt ei iuſtificationis gratia conferatur, anathema ſit.* Actus igitur credendi ad iuſtificationis gratiam neceſſarius ab inſpiratione, & adiutorio Spiritus ſancti procedit; ergo non ſufficiunt ad eum totius naturæ vires: ergo ſupernaturalis omnino eſt. Vbi etiam obſeruandum eſt primo ſacrum Conc. non habitum, ſed actum exprimere per verbum illud, *credere*, quod etiam apertè ſignificat Apoſtolus dicens. *accedentem ad Deum oportet credere, &c.* acceſſus autem ad Deum non fit per habitus, ſed per actus, qui per ſimilitudinem ſunt greſſus animæ. Secundò aduerte prædictas omnes auctoritates manifeſte loqui de fidei neceſsitate non reſpectu ſalutis vltimæ tantùm, ſed etiam reſpectu iuſtificationis, ſine qua ſalutem conſequi nemo poteſt. Vnde etiam idem ſacrum Concilium ſeſſ.6.c.8. vtrumq; ſimul comprehendens ait fidē eſſe humanæ ſalutis initium, & fundamentum iuſtificationis. Hanc concluſionem latè probat Bannes. Dominicus Bannes.2.2.q.2.art.8.Dubio.1.

Quarta concluſio. Actus fidei ſupernaturalis eſt neceſſarius neceſsitate præcepti. Probatur. Quia præcepta dantur á legiſlatore de medijs maximè neceſſarijs, quando illa media ſunt actus liberi ſubditorum: iam autem oſtendimus actum fidei ſupernaturalis eſſe medium neceſſarium ad iuſtificationem, & ſalutem; de quo etiam conſtat eſſe actum maximè liberum noſtræ volũtatis me-

A ritò igitur à Deo data ſunt in noua lege præcepta credendi.

Radix autē prædictæ neceſsitatis ea eſt, quam explicat S.Thom.2.2.q.2.art.3. S. Thom. quia ſcilicet vbi ſunt plures naturæ ad inuicem ordinatæ, ad inferioris naturæ perfectionem duo concurrunt. Vnũ quod eſt ſecũdum proprium motum, aliud, quod eſt ſecundum motũ ſuperioris naturæ; ſicut aqua ſecundum motum proprium mouetur ad centrũ; ſecundum autem motum lunæ mouetur circa centrum ſecũdum fluxũ, & refluxum; & orbes planetarum mouentur proprijs motibus ab occidente in Orientem; motu autem primi orbis ab Oriente B in Occidentē. Inter naturas autem corporeas ſola rationalis natura habet immediatum ordinē ad Deum; quia hæc ſola cognoſcit vniuerſalem boni, & entis rationem; eius ergo perfectio non ſolum in eo conſiſtit, quod ei conuenit ſecundum propriam naturam; ſed in eo etiam, quod ei attribuitur ex quadam ſupernaturali perfectione diuinæ bonitatis. hæc vero perfectio eſt vltima hominis beatitudo, quæ in ſupernaturali Dei viſione conſiſtit: ad quam viſionem non poteſt homo pertingere, niſi per modum addiſcentis à Deo doctore, ſecundum illud Io.6. omnis, qui audit à patre, & didicit, venit ad me. Fit autem huius diſci- C plinæ particeps homo per fidem credēdo Deo docenti, & reuelanti: quia omnis adiſcens, oportet, vt credat, vt ad perfectam ſcientiam perueniat. Iuſtè itaque Deus exigit à rationali natura, vt ſupernaturalia credat, & operetur conformia ſupernaturalibus, ſicut ab eodem exigitur, vt operetur cõformia proprijs ſibi naturaliter inditis. inter opera verò conformia ſupernaturalibus eſt actus fidei de ſupernaturalibus à Deo reuelatis, quo tanquam via ad perfectionem diuini conſortij perducimur, vt in dicto art.3. notat Caiet. Eādem concluſionem optimè probant ea, quæ latè diſputat S. Thomas in alijs ſequentibus articulis eiuſdem quæſtionis. Videnda ſunt etiam ea, quæ D ſcribunt expoſitores in eodem lib. quæſt. 16. art. 1. de præceptis fidei.

Quinta cõcluſio. Sacra doctrina abſolutè ſũpta eſt neceſſaria. Hæc concluſio, eſt S. Thom. in littera iuxta veram expoſitionem Caiet. Caiet. nec eget alia probatione preter eam, quam affert S.Thom. Et eadem ratione ſequitur, doctrinam hanc ſacrā integratam ex principijs, & concluſionibus eſſe neceſſariam ratione principiorum, ſumendo principia, non ſolum ſecundum ſe; ſed vt etiam virtua- E liter continent concluſiones; nam quilibet Chriſtianus tenetur credere, non tantum principia fidei, ſed omnia, quæ ex eis neceſſario deducuntur. Et licet omnia, vel etiam aliqua, neceſſario ex dictis principijs deducta non teneatur quilibet etiā idiota explicitè credere: tenetur tamen implicitè vniuerſa credere, quæ in primis fidei principijs continentur. ex quo ſequitur omnem Chriſtianũ, etiam idiotam eſſe Theologum virtualiter.

Sexta concluſio. Sacra doctrina, vt ſcientia eſt, ſiuè poſitiua, ſiuè ſcholaſtica, non eſt ſingulis hominibus ad ſalutem neceſſaria. Probatur, quia multi

Digitized by Google

multi ſunt Chriſtiani ſimplices, & idiotæ carentes vtraque prædicta Theologia, ſimpliciter tamen credentes fidei articulos, & virtualiter in eis contenta Dei præcepta obſeruantes, & eorum pręſertim maximum de Dei, & proximi dilectione; qui abſq; dubio ſalutem æternam conſequuntur.

Septima concluſio. Theologia poſitiua eſt ſimpliciter neceſſaria in Eccleſia Dei ad hominum ſalutem, & fidelium conſeruationem. Hanc concluſionẽ latiſsimè probat Dominicus Bannes ſuper hoc articulo: & alij quidam expoſitores.

Bannes.

Theologiæ ſcholaſticæ neceſsitas.

Octaua concluſio. Theologia ſcholaſtica non eſt ſimpliciter neceſſaria in Eccleſia Dei; eſt tamen vtiliſsima, tam ad fidei dogmata ex fidei principijs ſyllogiſtico diſcurſu deducenda, quàm ad eadem aduerſus hæreticorum ſophiſmata defendenda, & eorum errores efficaciter confutandos. Hæc cõcluſio intelligenda eſt dę ſacræ Theologia ſcholaſtica formaliter, quatenus, ſcilicet, ſcholaſtica eſt; nam ea ratione, qua materialiter conuenit cum poſitiua, parem habet cum ea neceſsitatem; In quo ſenſu videtur intelligenda poſtrema concluſio Dominici Bannes in primo dubio ſuper hoc articulo. Hanc concluſionem Gregorius de Valentia probat multis rationibus, & authoritatibus proponens etiam, & ſoluens hęreticorum argumenta, quod idem præſtat Banneſius in prædicto dubio primo.

Valentia.

Prophetię neceſsitas.

Vltima concluſio. Si nomine doctrinæ reuelatæ intelligamus Prophetiam, neceſſaria eſt in Eccleſia Dei ſecundùm legem ordinariam, non ſingulis hominibus, ſed ipſimet Eccleſiæ, in ijs, quos elegit Deus. Vide Banneſium dubio primo cõcluſione ſecunda.

Argumenta, & ſolutiones.

SVpereſt vltimo loco; vt afferamus argumenta contra ſingulas propoſitas Concluſiones, & ſoluamus.

Bannes.

Contra tertiam concluſionem. Vide apud Banneſium Argumenta, & eorum ſolutiones.

Contra quartam. Vide eiuſdem argumenta Secunda ſecundæ quæſt. 1. artic. 8. dubio primo.

Vaſquez.

Contra quintam. Quatenus dicitur illam eſſe ad mentem S. Thomæ. Argumentatur Vaſquez, primò, quia S. Thomas in ſequenti articulo nulla facta diſtinctione de ſacra doctrina, quærit vtrũ ſit ſcientia, & reſpondet eſſe ſcientiam, intelligẽs de Theologiæ habitu, non de ſacra doctrina in genere. Ergo nec etiam in hoc articulo loquitur de ſacra doctrina in genere, ſiue abſolutè.

Caiet.

Ad hoc Argumentum reſpondet Caiet. per explicationem tituli ſequentis articuli, dicens ſacram doctrinam ibidem ſumi abſolutè, vt in primo articulo, adiuncto reſpectu ad concluſiones: quare falſa eſt vltima pars Antecedentis, nimirũ D. Thomam ibidem loqui de Theologiæ habitu, non de ſacra doctrina in genere. Secundò, quia S. Thom. in Proęmio habet hæc verba: *Tentabimus cum confidentia diuini auxilij, ea, quæ ad ſacram doctrinam pertinent, breuiter, ac dilucidè proſequi;* at in

A his verbis nomine ſacræ doctrinę intelligit Theologiam ſpeciatim, non autem in genere.

S. Thom.

Reſpondetur falſam eſſe minorem propoſitionem; nam S. Thom. in hac ſua ſumma Theologica non tantùm tractat ea, quæ ad ſcientiam pertinent, prout ſcientia diſtinguitur cõtra principia; ſed etiam de ipſiſmet principijs; vt patet ex multis quæſtionibus, & articulis, & præſertim ſecunda ſecundæ quæſt. 1. vſq; ad ſextam incluſiuè. Per prædicta diluitur tertium eiuſdem argumentum.

Vltimo ſic arguit: S. Thom. in ſolutione ſecundi argumenti apertè loquitur de Theologia, vt eſt ſcientia de Deo, dicens eam differre à Meta-
B phyſica, quia procedit per diuerſa media.

Reſpondetur, Sanctum Thomam loqui de medio ſub quo. vt manifeſtè patet ex littera; quo medio differt etiam habitus fidei à quolibet habitu acquiſito. Nec tamen fides eſt ſcientia: non enim loquitur de medio poſito in demonſtrationis diſcurſu, ſaltem principaliter.

Secundò reſpondetur, nullam eſſe conſequentiam. Nã, cum ad vtrumque ſacræ doctrinæ modum extendatur quæſitum, ſicut primum argumẽtum principaliter militabat contra neceſsitatem huius doctrinæ, prout habet rationem fidei: ita ſecundum militat contra eiuſdem neceſsitatem,
C prout habet rationem ſcientiæ.

Nauarretus.

Contra eandem Concluſionem argumentatur Nauarretus. Primò Quæſtio an eſt, quæ præſupponitur a principio alicuius ſcientiæ, procedere debet de tali ſcientia in particulari, ergo quæſtio an eſt, quæ tractatur in hoc articulo, debet procedere de Theologia, & non de ratione aliqua communi ad Theologiam, & fidem. Confirmatur primo. Quoniam eſt diſtincta neceſsitas illa, qua neceſſaria eſt Theologia, ab illa, qua neceſſaria eſt fides: nec conueniunt fides, & Theologia in vnica ratione neceſsitatis; cũ neceſsitas fidei ſit omnimoda, & reſpectu omnium, non verò neceſsitas
D Theologiæ, ergo. Confirmatur ſecundò. Quoniam valde confuſe, & æquiuocè procederet D. Thom. ſi ſecundum abſtractionem à fide, & Theologia ageret de habitu, ſeu doctrina reuelata, quatenus homini neceſſaria eſt.

Reſpondetur antecedens non eſſe verum de illa ſcientia, quæ tractat etiam de ſuis principijs, de quibus non ſolum æquè, ſed etiam multò magis quæſtio illa moueri poſſit, ſicut in propoſito quæſtio hæc de neceſsitate doctrinæ reuelatæ locum habet non ſolùm in ſcientia Theologiæ, ſed
E etiam & multò magis in eius principijs, de quibus agit eadem ſcientia. Ad primam confirmationem dico nullam eſſe conſequentiã, nam cum ſita ponuntur in communi, ſed reſponſione diſtincta ſingulorum veritas aperitur, vt ſit etiam in hoc articulo, & per hoc patet ad ſecundam confirmationem.

Secũdò. Colligitur hic neceſsitas ſacræ doctrinæ, ſupponendo diſtinctionem eiuſdem ſacræ doctrinæ a reliquis phyloſophicis diſciplinis: at hæc diſtinctio non verſatur inter fidem, & ſcientias naturales, nec id, quod abſtrahit à fide, & Theologia

logia conſtituitur ſub genere ſcientiæ; ergò de eo non tractat D. Thomas.

Reſpondetur, falſam eſſe minorem: nam, licèt id, quod abſtrahit à fide, & Theologia, nō ſit ſciētia, formaliter loquendo, diſtinguitur tamen cōtra ſcientias naturales, vt cognitio altioris ordinis: Ratio verò, cur ſacra doctrina ſic accepta comparetur alijs ſcientijs, vt eis cōdiſtincta, eſt, quoniam ſacra Theologia ſcientia eſt ſubalternata, tota pendēs ex principijs in ſcientia tantùm beatorum euidentibus; cui ſcientię beatorum per eadem principia continuatur, & ideò neceſſe fuit in hoc articulo non de tota ſcientia, ſed de principijs etiam eius inquirere. Adde, plurima theologicè ſcita fide etiam credēda proponi in ſacris litteris, vt oſtendemus inferius.

Tertiò, Licèt ad fidē pertineat corrigere errores, qui reperiuntur in phyſicis diſciplinis, tamen non corrigit illos modo ſcientifico, & argumentatiuo, quod tamen efficit Theologia: at hoc intēdit probare D. Thomas, quod detur vna ſcientia, quæ in inquirendis veritatibus procedat omnino abſque errore, & ſit veluti exemplar aliarum ſciētiarum, & veluti primum in genere ſciētiarū, &c.

Reſpondetur, falſam eſſe minorem propoſitionem, vt patet euidenter ex reſponſione D. Thomæ ad primum argumentum. Quod idem etiam apparet in probatione vtriuſque concluſionis in littera, quæ de reuelatione, nō de diſcurſu loquitur, & ratio etiam conuincit, quoniam omnes cauſæ neceſſitatis, & vtilitatis in articulo tactæ ad reuelationem per ſe primò pertinent, nec ſcientiæ cōgruunt, niſi ratione reuelationis.

Quartò, S. Thomas in argumento: *ſed contra*, probat eſſe neceſſariam hanc doctrinam ex illo ad Timoth. 3. *Omnis ſcriptura diuinitùs, inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad inſtruendū:* at doctrina argumentatiua eſt Theologia, vt diſtinguitur a fide, & ex ipſa fide colligit rationes, & argumenta. Et confirmatur primò. Quoniam ibi ſubiungit Apoſtolus: *ab infantia ſacras litteras noſti, quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem per fidem*. Confirmatur ſecundò. Quia D. Thomas 2. 2. q. 2. art. 3. in argumento: *ſed contra*, probat eſſe neceſſarium ad ſalutem credere aliquid ſupra rationem naturalem ex illo ad Hebr. 10. *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo*. Ex quibus infert, fidem eſſe neceſſariam; ergò, cum in præſenti vtatur D. Thomas ſpecialibus rationibus, & teſtimonijs diſtinctis ab adductis, intēdit loqui de Theologia, ſeu doctrina ſacra reuelata, quatenus diſtinguitur à fide.

Reſpondetur, ex illo loco Apoſtoli ſatis apertè confirmari ſententiam noſtram. Nam doctrina ſacra ratione principiorum fidei vtilis eſt ad docendum, & inſtruendum ſimplices, proponendo illis ſimpliciter reuelata, vt verò ſcientia eſt, vtilis eſt ad arguendum. Et prætereà etiam vt fides, vtilis eſt ad arguendum, quoniam ex fide creditis, velut ex principijs deducuntur concluſiones. Ad primam confirmationem dico, magis confirmari ſententiam noſtram, non enim dicit Apoſto-

A lus; Quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem per ſcientiam, ſed per fidem, ſcilicet formaliter, credens enim reuelata hoc ipſo, quod credit, inſtruitur ad ſalutem. Ad ſecundam negatur conſequentia: ideò namq; S. D. in hoc articulo ſpecialibus vtitur argumentis, quia de Theologia loquebatur, prout eſt fidei, ſcientięque communis.

Poſtremò vtitur argumento Vaſquezij vltimo iam ſoluto.

Contra ſeptimam, & octauam concluſionem. Vide argumenta, & reſponſiones apud Bannesiū, Valentiam, & alios. Bannes. Valentia.

B Secunda Controuerſia.

An Deus vt obiectum beatificum, ſit finis ſupernaturalis, vel potius naturalis Animæ noſtræ.

Senſus quæſiti, & ſtatus controuerſiæ.

IN hac controuerſia explicabimus primò ſenſum quęſiti. Secundò proponemus ſententias Doctorum. Tertiò ponemus fundamenta veritatis. Quartò reſpondebimus per Propoſitiones. Quintò, & vltimò adducemus Argumenta, & ſoluemus. Partitio.

C Quæritur itaque; An Deus vt obiectum beatificum, ſit finis naturalis, vel ſupernaturalis animæ noſtræ. Quod quæſitum dupliciter poteſt tractari: vno modo ex cōmunibus; alio modo ex proprijs. Priori modo poteſt ad hunc articulum pertinere; & eo modo tractatur etiam hic à Domino Caiet. Poſteriori modo pertinet ad primum articulum quæſtionis 12. quo loco erit à nobis eadē controuerſia cum alijs expoſitoribus ex proprijs determinanda. Et quoniam præſens quæſtio pendet ex alia magis vniuerſali, num ſcilicet potentia receptiua actuum ſupernaturaliū, ſit naturalis, vel obedientialis, vel fortè neutra; de quibus Sēſus quæſiti.

D potentijs latè tractat Dominus Caiet. in ſuis opuſculis, tomo tertio, tract. 3. ea propter ex fundamētis dictarum quæſtionum, petenda eſt præſentis controuerſiæ reſolutio. Quæritur itaque: Vtrum potētia receptiua illius actus ſupernaturalis, qui eſt beatitudo, ſiuè adeptio finis ſupernaturalis, ſit naturalis: imò vniuerſaliter: An potentia receptiua actuum ſupernaturalium ſit naturalis, vel obedientialis. In quo quæſito obſeruandus eſt ſenſus ſingulorum terminorum. Nam potentia receptiua hic ſumitur formaliter, vt receptiua eſt, li- Caiet. Potētia receptiua actuum ſupernaturalium an ſit naturalis.

E cèt quandoque ſit etiam elicitiua actus: ſicut intellectus reſpectu luminis gloriæ receptiuus tantum eſt; ſed reſpectu viſionis eſt etiā elicitiuus. Actus ſupernaturalis eſt, quem potentia non poteſt ſecundum curſum, & ordinem naturæ adipiſci, vt gratia, & charitas. Potentia naturalis dupliciter dicitur: vno modo ſubiectiuè, quia ſcilicet eſt potentia naturæ; & hoc modo, quælibet potentia in rebus naturalibus exiſtens dicitur naturalis. Alio modo dicitur potentia naturalis formaliter; quæ ſcilicet naturaliter eſt propenſa, & inclinata

inclinata in ſuum actum. Potentia vero obedientialis eſt capacitas, ſiue aptitudo rei ad hoc, vt in ea, fiat quidquid faciendum ordinauerit Deus. Senſus ergo quæſtionis eſt: vtrum potentia in rebus naturalibus inuenta, in quibus recipiuntur actus ſupernaturales, naturaliter inclinet ad illos.

Sententia Doctorum.

SCotus in primo ſententiarum quæſtione prima prologi, & alibi tenet potentiam receptiuam actuum ſupernaturalium eſſe naturalē: Cōſiderat enim potentiam receptiuam poſſe ad duo comparari, ſcilicet, ad actum, quem recipit, & ad agens, a quo recipit. Et in prima comparatione affirmat nullam eſſe potentiæ ſupernaturalitatē; ſed potentiam, vel eſſe naturalem, vel violentam, vel neutram. In ſecunda verò comparatione ſtatuit differentiam naturalitatis, à ſupernaturalitate potentiæ; Nā, ſi comparetur (inquit) ad agens naturaliter impreſſiuum, erit potentia naturalis; ſi ad agens non naturaliter impreſſiuum, erit ſupernaturalis. Ait præterea potentiam naturalem eam eſſe, quæ inclinatur in actum naturaliter quē recipit; quod ſi contrariam habeat inclinationē, eſt violenta. ſi verò neque inclinetur ad actum, quem recipit, neque ad oppoſitum, erit neutra. Exemplum primi, vt motus lapidis deorſum. Secundi, vt motus ſurſum eiuſdem; Tertij, vt ſuperficies reſpectu albedinis, & nigredinis. Eandem ſententiam ſequuntur Scotiſtæ, & preſertim Ioannes Rada omnium vltimus in prima parte controuerſiarum Theologicarum controuerſia prima. Sed oppoſitam ſententiam ſuſtinet Caietan. ſuper hoc articulo, & in tractatu allegato; affirmans potentiā ad actus ſupernaturales eſſe obedientialē, & nullam dari potentiam neutram in rebus naturalib⁹, quidquid ſit de artificialibus; & omnem potentiā eſſe, aut naturalem, aut violentam, aut obedientialem, ſiue comparetur ad actum, ſiue ad agens. Eandem ſententiam ſequuntur alij Thomiſtę cōmuniter.

Rada.

Caiet.

Reſolutio.

Dicitur agens naturale dupliciter.

PRo reſolutione ſit Prima diſtinctio. Naturale agens dupliciter dicitur; vno modo, vt diſtinguitur contra ſupernaturale; alio modo, vt diſtinguitur contra liberum. Vnde ſupernaturale agens eſt, quod ſupra facultatem ordinis creaturis debiti aliquid operatur; ſicut etiam actus ſupernaturalis dicitur, qui ineſt creaturæ ſupra facultatem ordinis eidem debiti. Neceſſe eſt enim, agens, & actum per actionem productam adinuicem proportionari; adeo vt, ſi agens ſit ſupernaturale, eius actio, & conſequenter actus ſit ſupernaturalis; Si namque agens ideo dicitur ſupernaturale, quia agit, proculdubio actione, quæ eſt ſupra totum ordinem naturę debitum, neceſſe eſt etiam actum, ſiuē formam, quæ terminus actionis eſt, & idem cum ea ſecundum rem, eſſe ſupernaturalem; Quod etiam euidenti ratione conuincitur. Nam quomodo agens dicitur agere ſupra totum ordinem naturæ, niſi producendo actum, qui ſit ſupra

A totum ordinem naturæ, aut ſecundum rem, vt gratia, & charitas; quæ impoſſibile eſt connaturalia eſſe, vel fieri alicui creaturæ factæ, vel factibili, aut ſecundum modum, vt viſus miraculosè cæco reſtitutus?

Actus ſuper naturalis dupliciter.

Secunda diſtinctio eſt. Actus ſupernaturalis duplex eſt; vnus ſupernaturalis ſecundum ſe; vt gratia, gloria, & charitas: alius ſupernaturalis ſecundum talem modum fiendi; vt viſus cæco datus. Nam, licèt viſus ſecundum ſe ſit actus naturalis hominis; quod tamen in inſtanti, & poſt cęcitatem detur, ſupernaturale eſt.

Potentiæ receptiuæ comparatio ad actus quadruplex.

Tertia diſtinctio. Potentia receptiua pōt comparari ad actus quatuor modis. Primò naturaliter, & hoc dupliciter, ſcilicet per ſe primo; vt colorabile ad colorem in genere; & per ſe ſecundo; vt colorabile ad talem ſpeciem coloris. Secundò violenter; vt potentia lapidis ad locum ſurſum. Tertiò nulliter; vt colorabile ad ſonum, & ad reliqua diſparata. Quartò obedientialiter; vt ad actus ſupernaturales. Et ad eos quidem, qui ſecundum ſe ſunt ſupernaturales, habet potentiam obedietialem ſimpliciter, & nullo modò naturalem propriè loquendo; ad ſupernaturales autem ex modo habet potentiam naturalem abſolutè: ſed, vt eſt in tali ſtatu, obedientialem. Exempli gratia: Oculus abſolutè habet potētiam naturalem ad viſum; at oculus cęci, prout, ſcilicet eſt potentia coniuncta priuationi habitus præteriti, non habet potētiam naturalem, ſed tantùm obedientialem; cum naturaliter à priuatione ad habitum non ſit regreſſus. Nec obſtat, quod anima ſeparata naturaliter appetit vniri corpori; quoniam potentia animæ ad corpus non eſt receptiua, nec paſſiua, ſed formalis; & tamen eius inclinatio ad corpus in tm̄ deficit à naturalitate, inquātum priuationem ſui ipſius prius informantis præſupponit in corpore, cui vniri appetit.

Non dicitur autem ſupernaturalis, ſed obediētialis ea potentia, qua res aliqua creata naturaliter eſt capax alicuius actus, ſiuē formæ ſupernaturalis: quia, cum ſit rei congenita, ad ordinem pertinet naturalem, nec ex ſui natura ad actum ordinatur ſupernaturalem, ſicut contrita voluntas ad gratiam, ſed hoc tātum habet, vt ad illum actione Dei ſupra totius naturæ facultatem operantis ſuſcipiendum nullam habeat ex ſui ratione repugnantiam: ac proindè recipiendo ſupernaturalem influxam à Deo formam eius obedit imperio, & obſequitur actioni; exempli gratia: rationalis anima potentiam habet obedientialem ad gratiam, & gloriam, quam non habet anima plantæ, nec bruti, quæ ex intima ſui natura cum dictis actib⁹ habet repugnantiam.

Omnis potentia rei naturalis reſpicit p ſe primo, & naturaliter aliquam actū Ariſt.

Denique aduertè cum Caietano in dicto tractatu, potentiam omnem rei naturalis reſpicere per ſe primò, & naturaliter aliquem actum. Quod per ſe primò reſpiciat probatur, ex Ariſt. 9. Metaphyſic. text. 13. vbi ait potentiam diffiniri per actum; conſtat autem actum diffinientem potentiam reſpici ab illa per ſe primò, cum ſit illi adæquatus; actus autem per ſe ſecundò, aut actus per accidens

accidens non adæquatur potentię; Quod autem reſpiciat naturaliter, probatur ex ſecundo Phyſ. text. ſeptuageſimo octauo, vbi dicitur; *Vnūquodq; ſicut agitur, ita aptum natum eſt agi*; at potentia fit à natura, & eſt propter actum, vt docet Ariſt. nono Metaphyſic. text. decimoquinto, & decimoſexto: ergo potentia naturaliter fit, & eſt propter actū, quem per ſe primò reſpicit.

Ariſt.

Proponuntur, & probantur Concluſiones, & defenduntur probationes.

Rebus naturalibus nulla ineſt potentia neutra.

PRima concluſio. In rebus naturalibus, nulla eſt potentia neutra. Explicatur primò, deinde probatur hæc concluſio. Dico primò in rebus naturalibus; quoniam non eſſet abſurdum concedere potentiam neutram in rebus artificialibus ad formas artificiales, cum ad eas nulla ſit inclinatio, ſed ſola capacitas. Dico ſecundò in rebus, vt ſignificem inuentionem realem in rebus naturalibus ſimpliciter, ad differentiam eorum, quæ conſiderantur, & ſignificantur in abſtractione, ſicut apparet de proprietatibus quātitatis; vt ſphæram tangere planum in puncto. Tertiò dico potētia intelligendo potentiam receptiuam. Denique dictio illa *neutra* ſumitur per negationem inclinationis ad vtrūq; oppoſitū in potētia vtriuſq; receptiua; nā, ſi nullius ſit receptiua, nō erit potētia neutra, ſed nulla: vt colorabile in ordine ad ſonū grauem, & acutū. Eſt ergo ſenſus concluſionis, in rebus naturalibus non inueniri potentiam receptiuam alicuius actus, quæ nec ad illum, nec ad oppoſitum inclinetur. His præmiſſis probatur concluſio. Omnis potentia in rebus naturalibus ad actus non ſupernaturales modo ſupra explicato, vel eſt naturalis, vel violenta: Ergo nulla eſt neutra. Antecedens probatur: Omnis potentia receptiua actus reſpicit illum per ſe primò, aut per ſe ſecūdò, aut contrarium his; ſed reſpectu primi, & ſecundi, eſt naturalis, reſpectu verò tertij violenta, ergo verum eſt antecedens. Maior patet ex dictis in tertia diſtinctione, & fundamento iacto: ex quo etiam patet Minor propoſitio. Et cōfirmatur argumentum: quia, ſi daretur quartum genus actuum receptibilium, id eſſet actus diſparatus ab eo, quem per ſe primò potētia reſpicit; ſed hoc non poteſt eſſe; ergo. probatur Minor: quia potentia vnius generis non eſt ad actus alterius generis; vt patet ex 12. met. vbi agitur de principijs prædicamentorum.

Rada.

Ioannes Rada negat illam propoſitionem: potentia per ſe primò reſpiciēs actum eſt naturalis: ait enim potentiam neutram reſpicere actum per ſe primò: Sed contra; nam per ſe primò idem eſt, quod ſecundum quod ipſum, vt ſecundum quod ipſum, idem ſonat, quod ſecundū ſuam ipſius naturam; vt cum dico: homo, ſecūdum quod homo, eſt rationalis, vel riſibilis, ſignifico, hæc illi conuenire ſecundum ſui naturam, id eſt, vel pertinere ad intima naturæ, vel ab eis profluere; at verò talia conueniunt naturaliter; igitur, quod conuenit po-

A tentiæ in ordine ad actum per ſe primò, conuenit ei naturaliter.

Potentia ad actus ſupernaturales eſt obedientialis.

Secunda concluſio. Potentia ad actus ſupernaturales non eſt naturalis, ſed obedientialis. Probatur primò. In natura nulla eſt potentia naturalis ad actus ſupernaturales ratione modi, vt ſic; ergo a fortiori nulla eſt naturalis potentia ad actus ſupernaturales ſecūdum ſe, ſiuè ſimpliciter. Antecedens probatur: quoniam ſequeretur, in rebus eſſe naturalem potentiam ad miracula.

Ad hoc argumentum reſpondet Ioannes Rada, & negat conſequentiam; quoniam (inquit) ſi eſſet naturalis potentia actiua ad actum ratione modi, eſſet ad miracula; quod ſi Caietanus loquitur

B de potentia paſſiua, negat conſequentiam; quoniam (inquit) in anima eſt potentia, & inclinatio naturalis ad reunitionem cum corpore, & in cęco eſt naturalis inclinatio, & potentia paſſiua naturalis in ordine ad viſum. Sed quod hæc ſint falſa, patet ex dictis in tertia diſtinctione. Quibus addamus, quod quemadmodum ex parte formæ ſupernaturalis ratione modi duo conſideramus, ſcilicet ipſam formam, & modum introducendi, qui modus eſt ordo ſupra totum ordinem naturæ; ita ex parte materiæ duo ſunt conſideranda, ſcilicet ipſa potentia ad actum, & ordo, ſiue potentia ad

C talem modum. Primum dicit potentiam naturalem. Secundum verò potentiam obedientialem. ſicut cœcus habet naturalem inclinationem ad viſum abſolutè loquendo modo ſupra expoſito, ſed obedientialem ad modum inductionis. In forma autem ſupernaturali ſecundum ſe, vtrumque eſt ſupernaturale; ſimiliter ex parte potentiæ vtrumque pertinet ad potentiam obedientialem.

Omni potētiæ paſſiuę naturali correſpōdet aliqua potentia actiua proxima.

Secundò probatur eadem concluſio. Omni potentiæ paſſiuæ naturali, reſpondet aliqua potentia actiua proxima: ergo ei reſpondet potentia actiua naturalis. Antecedens eſt Ariſt. in tertio de anima text. 13. quod autem Ariſt. loquatur de potentia actiua proxima, patet ex textu Ariſt. dicen-

D tis: *ſicut in omni natura, &c.* Conſequentia probatur: quia potentia ſupernaturalis non eſt proximum actiuum naturalis potentię; quoniam naturale cum ſolo naturali conuenit in natura, non autem cum ſupranaturali.

Rada.

Ad hoc argumentum reſpondet Rada Antecedens intelligendum eſſe de potentia paſſiua naturali in ordine ad agens, non in ordine ad actum; vt patet in cęco, in quo eſt potentia paſſiua naturalis, non tamen ei correſpondet potentia actiua naturalis.

E

Ariſt.

Sed contra: Ariſt. in dicto tex. loquitur de potentia paſſiua intellectus poſſibilis in ordine ad actum, videlicet ſpecies intelligibiles, & habitus, & aſſumit vniuerſalem propoſitionem dicens. *Sicut in omni natura eſt aliquid, hoc quidem materia vnicuique generi, hoc autem eſt potentia omnia illa, alterum autem cauſa, & factiuum, quod in faciendo omnia, vt ars ad materiam ſuſtinuit.* In qua propoſitione manifeſtè loquitur de potētia in ordine ad actum in ea receptū ſignificans æquam extenſionē potentiæ, & actus quo ad naturalitatem; alioquin

totus

Digitized by Google

totus diſcurſus manifeſtè rueret; nam facilè dici poſſet,quamuis in qualibet natura ſit potentia naturalis ad omnia, id eſt ad omnes actus,non oportere tamen eſſe potentiam actiuam naturalem in eadem natura,ſed ſufficere ſuperioris ordinis agens impreſsiuum actus;ſicut etiam voluit Plato, & Auicenna de ſpeciebus intellectus humani. Præterea potentia naturalis eſt quędam inchoatio actus,vt benè inquit Capreolus in prima quæſtione Prologi ad primum argumentum Scoti contra ſextam concluſionem; ergo poteſt reduci in actũ per agens naturale. Conſequentia patet;quoniam quælibet forma inchoata quodammodo in potentia materię eiuſdem eſt ordinis cum materia,quę perfectè ſubditur agenti naturali, quatenus eius actio ad hoc eſt à natura inſtituta, vt formas in materia quodammodo inchoatas educat;vnde & illæ formæ, quæ à ſupernaturali agente in materia producuntur magis dicuntur influxæ, quam eductæ,vt patet de gratia,& charitate.

Plato. Auicenna. Capreolus.

Tertiò probatur eadem concluſio. Si in anima noſtra eſſet naturalis potentia ad actum ſupernaturalem,ſequeretur hominem,& Angelum virtute ſui intellectus naturali poſſe cognoſcere actus illos ſupernaturales futuros, vt gratiam,gloriam, reſurrectionem, & ſimilia. Conſequentia probatur: quia cognita quidditatiuè aliqua re poſſunt ex ea cognoſci omnes eius naturales potentiæ, & conſequenter actus. nam cognitio potentiæ ex cognitione actus dependet: conſequens autem non eſt admittendum;quia lumen intellectus naturale non extenditur ad ſupernaturalia.

Sed reſpondet Scotus animam ſecundum rationem talis potentiæ eſſe nobis ignotam.

Verum,cum quidditatiua cognitio contineat formaliter,vel virtualiter notitiam omnium proprietatum,ſiue potentiarum naturalium rei, non poterit anima ſecundum rationem talis potentiæ eſſe nobis ignota.

Secundò poſset reſponderi animam noſtrã pro præſenti ſtatu,nõ eſſe nobis quidditatiuè notam. At hinc ſequitur,reuelationem de gratia, gloria, & reſurrectione,& alijs ſimilibus, non eſſe ſimpliciter neceſſariam, ſed tantum ſecundùm quid,nimirum pro hoc ſolo præſenti ſtatu, quod eſt manifeſtè falſum.

Radæ reſponſio deficiens.

Ad hoc argumentum nihil aliud reſpondet Rada,niſi Scotum admittere conſequentiam concedendo poſſe Angelum ſuæ naturæ viribus cognoſcere animam rationalem eſſe capacem diuinæ viſionis,& animam noſtram ſeclusa imperfectione huius ſtatus poſſe ratione naturali idem cognoſcere. remanet igitur argumentum inſolutum.

Argumenta, & ſolutiones.

VLtimo loco adducenda ſunt argumenta quędam Ioannis Radæ omiſsis argumentis Scoti ſolutis à Caietano ſuper hoc articulo, & in allegato tractatu.

Rada.

Contra primam concluſionem ſic argumentatur Rada. In cęlo eſt potentia neutra ad motũ: ergo in entibus datur potentia neutra. Anteceděs probatur. quia potentia cœli ad motũ non eſt violenta vt patet; nec naturalis ſecundum Auicennã 9. meth.cap.2. vbi ait,motum cœli non eſſe naturalem,quia tunc terminaretur ad quietem naturalem,& motus ab illa quiete eſſet violentus.

Auicenna.

Caiet.

Ad hoc argumentum reſpondet Caietan.motũ celi naturalem eſſe ex parte principij paſsiui; ſed ex parte actiui principij eſſe animalem, & ideo non terminari ad quietem naturalem.

Contra ſecundam ſic argumentatur. D.Thom. 1.2.q.113.art.10. ait, naturaliter animam eſſe capacẽ gratiæ;eo ipſo,qđ facta eſt ad imaginẽ Dei.

Quomodo anima ſit naturaliter capax gratiæ.

Reſpondetur cum Caiet. in dicto articulo, qđ S.Thom. dixit animam eſſe naturaliter capacem gratiæ;quoniam,licèt gratia non educatur de potentia naturali animæ;diſpoſitio tamen ad gratiã educitur per agens ſupernaturale de potentia ipſius animæ, & ſecundum hanc rationem participatur,licèt valdè diminutè,quidam modus potentiæ naturalis ad gratiam in anima noſtra, cum tamen ſimpliciter in ea non ſit potentia naturalis ad gratiam,ſed ſupernaturalis.

Conradus

Secundò reſpondetur ex Conrado in ſupradicto articulo Doctorem Sanctum per illa verba; *eſt naturaliter capax gratiæ*, non intelligere potentiam aliquam naturalem,ſed potiùs capacitatem immediatam gratiæ,conuenientem animæ rationali,non autem alijs rebus,quæ non ſunt ad imaginem Dei; in quo etiam ſenſu D. Auguſtinus dixerat: *Poſſe habere fidem, & charitatem, naturæ eſt hominum*. Vnde S.Th.in pluribus alijs locis apertè declarat nullam eſſe in anima noſtra potentiã naturalem ad gratiam, & ad alios ſimiles actus ſupernaturales,ſed tantùm obedientialem.

Auguſt.

Tertio dico, capacitatem illam eſſe conuenientiam in natura intellectuali, & actibus eius formaliter participatis; ex his enim habet anima rationalis, vt ad altioris ordinis actus intellectuales,& perfectiones intelligibiles poſsit eleuari.

Tertia Controuerſia.

De ſenſu, & veritate ſecundæ Concluſionis S. Thom.

Sententiæ expoſitorum.

CApreolus in primo ſententiarum,quæſtione 1. Prologi ad primum contra ſextam concluſionem. Paulus Soncinas in Epit. Caietanus,& Chryſoſtomus Iauellus ſuper hoc articulo ſentiunt neceſsitatem, de qua loquitur ſecunda Concluſio. D.Thom.eſſe neceſsitatem ad benè eſſe,ideſt ad hoc,vt melius,& facilius finem,qui eſt cognitio demonſtrabilium de Deo, & ſalutem ẽt, & gratiam conſequamur. Sed quam plures alij expoſitores intelligunt dictam concluſionem de neceſsitate ſimpliciter ratione finis. Videlicet Dominicus Bannes; Franciſcus Zumel, Ludouicus Molina,& nouiſsimus Alexãder Peſantius; & Gabriel Vaſquez.

Capreol. Paulus Sõcinas. Caiet. Iauellus. Bannes. Zumel Molina. Peſantius. Vaſquez.

Reſolutio.

PRo reſolutione diſtinguendum eſt primò cũ Caiet. 2. 2. q. 2. art. 4. poſſe genus humanum dupliciter conſiderari: vno modo ſm̃ ſingulos homines: alio modo iuxta ſuam communitatem.

Secundò diligenter aduertendum eſt, vtramque concluſionem D. Thom. in hoc articulo intelligendam eſſe primò de toto humano genere ſecundùm illius communitatem; ſecundò autem de illo ratione ſingulorum indiuiduorum. Et prima quidem concluſio continet neceſſitatem ſimpliciter ratione finis, tam quò ad totam communitatem, quàm quo ad ſingulos; & ideo benè dixit Caiet. cum Capreolo, & alijs dictis primam concluſionem intelligi de neceſſitate ſimpliciter ratione finis. Secunda verò concluſio quò ad totum humanum genus eſt neceſſaria tantùm ad benè eſſe, vt probabimus, quò ad ſingulos autem generis humani eſt neceſſaria ſimpliciter; & ideo benè dixit Caiet. ſecundam concluſionem intelligendam eſſe de neceſsitate ad benè eſſe; quia reſpexit ad primum ſignificatum, ſecundum quod non verificatur, niſi de neceſſitate ad benè eſſe.

Tertiò conſiderandum eſt, quod licèt vnus homo non ſufficiat ad omnia de Deo demonſtrabilia cognoſcenda, plures tamen id poterunt; ſiuè ſumamus plures ſapientes ſimul eodem ſeculo viuentes, ſiue diuerſis ſeculis; ita tamen, vt per ſcripturam præteritorum ſapientia poſteris communicetur; & licèt aliqui ex eis errare poſſint, per alios tamen in ea parte non errantes, poterit eorũ error emendari.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio. Si ſumatur genus humanum ſecundum ſingulos homines, ratio naturalis non ſufficit ad cognoſcenda omnia demonſtrabilia de Deo; & conſequenter neceſſaria ſimpliciter eſt humano generi ſic ſumpto diuina reuelatio, vt inſtruatur de ijs, quæ de Deo naturali ratione nõ poſſunt inueſtigari.

Probatur hæc concluſio. In humano genere ſunt multæ perſonæ ineptæ ad ſcientiam; multæ rationabiliter impeditæ: ergo.

Probatur ſecundò rationibus D. Thom. primo contra gentiles capit. quarto, loco allegato, quas breuiſſimè tangit S. Tho. in hoc articulo.

Secunda concluſio. Si loquamur de humano genere ſecundum ipſius communitatem, ratio naturalis ſufficit ad omnia de Deo demonſtrabilia cognoſcenda; & conſequenter quò ad ea non eſt neceſſaria ſimpliciter ratione finis diuina reuelatio, ſed tantùm ad benè eſſe.

Probatur primò ex Caiet. ratione probabili. Humanum genus ita diſtributum eſt, vt hi ad contemplationem veritatis, hi ad agriculturam, alij ad alia nati ſint: ergo omnia adſunt humano generi ſecundum ipſius communitatem, licèt non omnia ſingulis; & præſertim contemplatio primę veritatis, & ſapientia perfecta, quæ conuenit homini ſecundum partem nobilisſimam animæ.

Secundò naturale deſiderium non debet fruſtrari, ſaltem in natura ſpecifica, licet poſſit fruſtrari in indiuiduo: at fruſtraretur in natura ſpecifica naturale deſiderium ſciendi, ſi in toto humano genere non eſſet exacta cognitio Dei, quò ad ea, quæ ſunt ratione naturali cognoſcibilia. Probatur minor authoritate Ariſt. in proh. met. dicentis: *Omnes homines natura ſcire deſiderant, & maximè, quæ maximè ſcibilia ſunt: hæc autem ſunt diuina.* 3. probatur concluſio. Authoritate Apoſt. ad Rom. 1. cap. *Quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis: Deus enim illis manifeſtauit* ſcilicet per lumen naturæ, vt communiter Doctores exponunt: vbi ponderanda ſunt illa verba; *Quod notum eſt Dei*, id eſt quod cognoſcibile eſt de Deo ab homine per rationem, manifeſtum eſt in illis, vt exponit S. Thom. Ergo ſumendo genus, humanum ſecundum ipſius cõmunitatem, ratio naturalis ſufficit ad omnia demonſtrabilia de Deo cognoſcenda, & ſic non eſt ſimpliciter neceſſaria diuina reuelatio. Quartò probatur authoritate S. Thom. 1. 2. q. 109. art. primo, vbi ait, lumen intelligibile eſſe de ſe ſufficiens ad ea intelligibilia cognoſcenda, in quorum notitiam per ſenſibilia poſſumus deuenire; & paulò inferius addit: *intellectus noſter non indiget noua illuſtratione ſuperaddita naturali illuſtrationi, niſi in his, quæ excedunt naturalem cognitionem*, id eſt in ſupernaturalibus.

Argumenta, & ſolutiones.

COntra ſecundam Concluſionem Argumentatur primò Dominicus Bannes authoritate D. Thom. 2. 2. q. 2. art. 4. ad primum; vbi ait, naturalem cognitionem non ſufficere humano generi ad cognitionem diuinorum, etiam eorum, quæ poſſunt naturali ratione demonſtrari, & in 3. ſent. d. 23. q. 1. art. 1. ad primum: ait, naturali de Deo cognitioni non potuiſſe ſufficienter prouideri per naturam hominis; ergo non tantùm ad benè eſſe, ſed ſimpliciter eſt neceſſaria doctrina reuelata ad huiuſmodi veritates cognoſcendas.

Reſpondetur Doctorem Sanctum loqui de humano genere ratione ſingulorum. Sed inſtat Bannes; quoniam S. Tho. huiuſmodi defectum ad humanam naturam refert. Secundò, quia phyloſophi talem cognitionem, non niſi per longum tempus, & cum admixtione errorum acquiſiuerunt.

Ad primum horum, dicitur falſum eſſe, D. Thom. referre defectum ad naturam ſecũdum ſe; ſed, vt aduertit Caietanus, refert ad genus humanum ratione ſingulorum hominum. Ad ſecundũ patet reſponſio ex tertiò notabili, ſiue fundamento.

Secundò arguit: quia vulnus ignorantiæ, quod cum peccato originali traximus, non ſolùm eſt in ratione practica, ſed etiam in ſpeculatiua; ergo. Probatur Antecedens; nam *corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam*; quod non fiebat in ſtatu innocentiæ.

Re-

Sap. 9. Caiet.

Reſpondetur cum Caietano 1.2.q.109.art.1. falſum eſſe antecedens; nam vulnus ignorantiæ eſt in ſola ratione practica, nõ abſolute, ſed quatenus ſedes eſt prudentiæ, vt etiam deducitur manifeſtè ex S.Thom.1.2.q.85.art.3.

Vulnus ignorantiæ eſt in ratione practica, vt ſedes eſt prudentiæ S. Thom. Molina.

Ad probationem negatur cõſequentia;nam illa aggrauatio,ſi intelligatur quaſi deſtitutio debiti ordinis ad verum, nulla eſt in ordine ad cognitionem ſpeculatiuam; ſi autem intelligatur de ſola difficultate,verum dicit;ſed nihil contra nos.

Tertiò arguit Ludouicus Molina. Apoſtolus ad Heb.11.ait. *Accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt,&c* ſed ibi loquitur Apoſtolus de fide ſupernaturali; ergo fide ſupernaturali oportet credere Deum eſſe, quod eſt quoddam demonſtrabile.

Reſpondetur hunc expoſitorem malè interpretari verba Apoſtoli;nam per illa verba:*quia eſt,& quia inquirentibus ſe remunerator ſit*, non ſignificat Apoſtolus prædicata de Deo demonſtrabilia, ſiuè naturaliter cognoſcibilia:ſed, vt exponit S. Tho. Apoſtolus ibidem ſignificat prædicata ſola diuina reuelatione cognoſcibilia, pertinentia ſcilicet ad vnitatem eſſentiæ, & trinitatem perſonarum, & futu am meritorum remunerationem.

Exponitur dictũ Apoſtoli Hebr. 11.

Quartò. Sic arguo.aut S.Thom.in vtraque cõcluſione loquitur de homine, ideſt de humano genere ratione communitatis,aut de homine ratione ſingulorum hominum, aut difformiter accipit hominem in prima,& ſecunda concluſione. Primum dici non poteſt;quoniam loquitur de homine in ordine ad ſalutem; ſinguli autem ſaluandi ſunt,vel damnandi. non tertium;quoniã eſſet turpis æquiuocatio in illo termino,homo;ergo ſecundum: At iuxta hunc ſecundum ſenſum intelligenda eſt prima concluſio de neceſsitate ſimpliciter, vt ſupra diximus: ergo de hac neceſsitate accipiẽda eſt ſecunda concluſio D.Thomæ.

Reſpondetur ad hoc argumentum per ea, quæ ſupra notauimus in ſecundo fundamento.

Quibus addo,quòd,licet ſinguli ſaluandi ſint, bonum tamen,& ſalus humanæ ſpeciei principaliter intendi ur,& procuratur, ſed exequendum in indiuiduis; & quia S.Tho. in 2.2. moraliter loquebatur de actibus humanis,vt ſalutem efficiũt: ideo ibidem accipit humanum genus ratione ſingulorum hominum.

S.Thom.

Vltimò. Singuli non poſſunt exactam habere cognitionem de Deo: ergo nec omnes. Probatur conſequentia:quoniam totum conſurgit ex partibus,& cognitio actiua totius communitatis reſultat ex ſingulis indiuiduorum actiuis cognitionibus; ergo.

Reſpondetur negando conſequentiam. Ad probationem negatur iterum conſequentia:quoniam cognitio totius perfecta,pendet quidem ex cognitione ſingulorum,non tamen ex perfecta ſingulorum.

A

Explicationes, & dubitationes, circa reſponſiones ad Argumenta Diui Thomæ.

Dubitatio

CIrca reſponſionem ad primum argumentum dubitatur;quia videtur hæc reſponſio repugnare expoſitioni ſuperius factæ de ſenſu quæſiti,& concluſionum: diximus namque ſacram doctrinam hic accipi,vt abſtrahit à fide, & ſcientia at S.Thom.hic videtur arctare ſacram hanc doctrinam ad fidem,dum inquit,altiora ratione noſtra non eſſe inquirenda; à Deo tamen reuelata per fidem eſſe ſuſcipienda; & in fine reſponſio-
B nis ait,in huiuſmodi conſiſtere ſacram doctrinã.

Ad hoc dicendum primò, aliquod reuelatum ſuſcipi per fidem dupliciter, ſcilicet immediatè, & mediatè. Rurſus in his reuelatis per fidem ſuſceptis conſiſtere ſacram doctrinam, dupliciter poteſt intelligi: vno modo formaliter,ſiue totaliter,& completè;alio modo radicaliter, partialiter,& incompletè,ſiue inchoatiuè. Dico itaq; primò altiora ratione noſtra eſſe per fidem ſuſcipienda,vel immediatè,vt Articuli fidei, vel mediatè, vt concluſiones ex eis deductæ. Secundò dico in reuelatis immediatè, conſiſtere ſacram doctrinã radicaliter,incompletè,ſiue inchoatiuè: in reue-
C latis aũ tam mediatè, q̃ immediatè conſiſtit hęc ſacra doctrina perfectè,& completè.

Sacra doctrina radicaliter conſiſtit in reuelatis immediatè,perfectè verò in reuelatis, tam mediatè, quã immediatè.

Secundo reſpondetur,quòd licet quæſitum intelligatur communiter ad fidem,& ſciẽtiam,poſſunt tamen argumenta pro explicatione veritatis afferri aduerſus vtramlibet partem ſubiectiuam.

In reſponſione ad ſecundum quatuor facit S. Thomas. Primò affert propoſitionem,ſiuè regulã fundamentalem pro ſolutione argumenti. Secundò diſtinguit. Tertiò reſpondet. Quartò deducit corollarium. Regula eſt: Diuerſa ratio cognoſcibilis diuerſitatem ſciẽtiarum inducit; quam probat exemplo Aſtrologi,& naturalis:de qua propo
D ſitione latius tractabitur in tertio artic. Diſtinctio eſt. Tractari de omni ente contingit dupliciter: aut ſecundum omnem modum, ſiue ſecundũ omnem rationem formalem, ideſt tam ſecundum quòd eſt cognoſcibile lumine naturalis rationis,quàm ſecundum quòd eſt cognoſcibile lumine diuinæ reuelationis, aut ſecundum, vnum modum tantum, ſcilicet ſecundum quòd eſt cognoſcibile lumine naturalis rationis. Reſponſio eſt. Scientiæ naturales tractant de omni ente,non omni modo, ſed tantùm ſecundum quòd eſt co-
E gnoſcibile lumine naturalis rationis. Corollariũ eſt.Theologia, quæ eſt ſacra doctrina,differt genere,ſcilicet ſcibili,ab ea Theologia,quæ eſt pars phyloſophiæ,ſcilicet Metaphyſica. Addit Caiet. S.Thomam alio modo potuiſſe reſpondere ad hoc argumentum,videlicet dicendo,omne ens eſſe ſcibile per phyſicas diſciplinas, non ſecundum omnia, quæ ſunt cognoſcibilia, ſed ſecundum abſtrahibilia tantùm à ſenſibilibus: ſed S. Thomam hanc reſponſionem òmiſiſſe, tum, vt ex proprijs huius articuli, lumine ſcilicet diuinæ reuelationis, ſolueret difficultates, tum etiam, quia hæc

Forma reſpon. S. Thom.

reſponſio habetur in corpore articuli in prima concluſione.

Proponitur impugnatio Scoti, & obſcura defenſio Caietani declaratur.

SEd arguit Scotus prædictam reſponſionẽ D. Thom. quoniam ſecundum eam non ſaluatur neceſſitas Theologię, quam argumentum oppugnabat. Nam ex hac reſponſione nil aliud habetur, niſi quod eadẽ, licet alio, & alio modo per Theologiam, & alias ſcientias cognoſcuntur: ergo nõ ſaluat neceſſitas, ſed diſtinctio Theologiæ ab alijs.

Ad hanc obiectionem, reſpondet Caietan. breuiter, ſed obſcurè. Itaque, vt diſtinctè procedamus: notandum eſt primo: tria eſſe in qualibet ſcientia. Primum eſt ratio formalis quæ; vt entitas in Metaphyſica, & mobilitas in Phyſica. Secũdum eſt ratio formalis ſub qua; vt abſtractio, ſiuè lumen Metaphyſicum; quę ratio formalis hic à Caiet. appellatur modus ſciendi. Tertium ſunt veritates cognitę, ſcilicet propoſitiones. Dico itaq; primo cum Caiet. duas illas rationes formales, ſ. quę, & ſub qua, in eadem ſcientia, vt plurimum eſſe adequatas: vt patet in ſcientijs omnibus naturaliter acquiſitis. Nam ratio formalis, quę ad ea tantum ſe extẽdit, ad quę ratio formalis ſub qua, vt patet in Metaphyſica, Phyſica, &c. ſed tamen quandoque ſunt inadęquatę, vt patet in Theologia noſtra, & in Theologia Beatorum. Nam ratio formalis ſub qua, ſcilicet lumen diuinę reuelationis, non adęquat Deitatem, quę eſt ratio formalis quę; Dico ſecundo. Quando ſunt adęquatę illę rationes formales, vna infert aliam; vt entitas abſtractionem Metaphyſicalem, & è conuerſo: & rurſus diſtinctio vnius rationis formalis à ratione formali alterius ſcientię: infert etiam diſtinctionem alterius rationis formalis à ratione formali alterius, ita ſcilicet, vt, ſi ratio formalis ſub qua, Metaphyſicę diſtinguitur à ratione formali ſub qua, Phyſicę, ſequatur, etiam rationem formalem quę, Metaph. diſtingui à ratione formali quę Phyſicę: eſt enim earum connexio inter ſe, & ab alijs diſtinctio, ſicut connexio ſubiecti cum paſſione, & diſtinctio eorum ab alio ſubiecto, & paſſione; vt ſi dicamus, ex homine inferri riſibile, & è conuerſo. & ex Leone, rugibile, & è conuerſo; & ex diſtinctione hominis à Leone inferri diſtinctionem riſibilis à rugibili, & è conuerſo. Sed præterea ex tali diuerſitate infertur etiam diuerſitas veritatum, ſiuè propoſitionum, quamuis in aliqua, vel aliquibus poſſint conuenire illę diuerſę ſcientię; vt patet in exemplo allato à S. Thom. de Aſtrologia, & Phyſica. Dico Tertio: Quando non ſunt adęquatę dictę duę rationes formales, quę, & ſub qua, ſicut vna non infert aliam, ita diuerſitas vnius, non infert diuerſitatem alterius, vt patet in Theologia noſtra, & beatorum. Nã in Theologia noſtra ratio formalis quæ, eſt Deitas; ratio formalis ſub qua, eſt reuelatio obſcura, vel lumen diuinæ reuelationis obumbratum; in Theologia verò beatorum; ratio formalis quę, eſt Deitas, ratio

Declaratur obſcura reſponſio Caiet.

Rationes formales quę, & ſub qua, quando adęquatæ, & quãdo quę non.

Quæ, & qua ſuperhabitudo ratio tam formalium, quę & ſub qua inter ſe.

Diuerſa comparatio rationum formaliũ quę & ſub qua in Theologia.

A verò formalis ſub qua, eſt lumen clarum diuinę reuelationis. Sicut ergo in noſtra Theologia, ratio formalis quę, non infert rationem formalem ſub qua, quia non valet conſequentia: Deus cognoſcitur ſub ratione Deitatis; ergo ſub lumine obumbrato; ita nec in Theologia beatorum, quia in vtraque ſunt inadæquatæ; Et rurſus diſtinctio rationis formalis ſub qua, Theologiæ noſtræ à ratione formali ſub qua, Theologiæ beatorum non infert diſtinctionem rationis formalis quæ, Theologiæ noſtrę à ratione formali quę, Theologię beatorum: nam in vtraq; ratio formalis quę, eſt Deitas.

B Radix autem huius eſt illa, quę dicta eſt; quoniam iſtę rationes formales ſunt inadequatę modo dicto: & quoniam in plus ſe habet ratio formalis quę, ideo ſtat cum vtraque ratione formali ſub qua, ſicut patet in paſſione disiunctim conuenienti ſubiecto: dicimus enim, numerum eſſe parem, vel imparem; nam par infert numerum, ſimiliter & impar; non tamen numerus infert determinatè alterum illorum, ſed tamen diuerſitas rationum formalium, ſub quibus, infert diuerſitatem multarum veritatum; nam beati ſub ſua ratione formali multa de Deo cognoſcunt, quæ nos ſub noſtra ratione formali non cognoſcimus.

C Ex dictis patet, quomodo diuerſitas rationis formalis noſtræ Theologiæ, (quę eſt diuina reuelatio) à ratione formali ſcientiarum naturalium, non tantum infert diuerſitatem à ſcientijs naturalibus, ſed etiam neceſſitatem noſtrę Theologię; Nam currit conſequentia; differt noſtra Theologia à ſcientijs naturalibus, quò ad rationem formalem ſub qua; ergo etiam differt quò ad rationem formalem quę; ergo etiam quò ad multas veritates cognoſcibiles in Theologia, quæ non ſunt cognoſcibiles in ſcientia naturali; ergo eſt neceſſaria.

Quomodo diuerſitas rationis formalis ſub qua noſtræ Theologiæ à rõne formali ſcientiarũ naturaliũ inferat eius diuerſitatem ab illis, & neceſſitatẽ.

D Prima conſequentia euidens eſt ex is, quę diximus, nam ſcientias naturales, in quibus rationes formales adęquantur cõparamus noſtræ Theologię; in qua, licèt non adęquentur rationes formales quę, & ſub qua inter ſe, nihil refert; quoniã ſufficit ad inferendam prędictam diuerſitatem adęquatio rationum in altera earum ſcientiarũ, quæ comparantur adinuicem, puta in Metaphyſica, quę comparatur Theologię.

Secunda vero conſequẽtia probatur: quia multę veritates ſunt cognoſcibiles ſub lumine Theologię, quę non ſunt cognoſcibiles ſub lumine cuiuſuis ſcientię naturalis.

E Sed contra hęc eſt argumentum: Nam in Theologia Dei adęquantur ambę rationes formales, & tamen, ſi conferantur noſtrę, in qua non adequantur, non poteſt inferri ex diuerſitate rationum formalium ſub quibus, diuerſitas rationis formalis quę; nam in vtraque eſt Deitas, vt patet.

Ad hoc argumentum reſpondetur dictam regulam eſſe limitandam ad eas ſcientias, quę non ſunt adinuicem ſubalternatę, quales ſunt Theologia noſtra, & Dei; conſtat autem tales non eſſe ſcientias naturales reſpectu noſtræ Theologię.

Dominus

Deſeditur Caiet.cótra Baun.

Dominicus Pannes hoc in loco carpit Caietanum, quod fruſtra contendat cum Scoto in ſuſtinenda neceſſitate Theologiæ in hac reſponſione dicens, breuius potuiſſe ſatisfieri argumento Scotico dicendo ad bonā ſolutionem argumenti non requiri, vt probet concluſionem, ſed tātùm vt defendat ab obiectione contra ſe facta. Sed quamuis reſponſio non debeat probare concluſionem, debet tamē ita eam defendere ab obiectione, vt ſaluet, & ſuſtineat illius ſenſum, & veritatem; concluſio autem manifeſte affirmabat neceſſitatē, quam argumentum infringere nitebatur; & ob eam cauſā erat in reſponſione ſuſtinenda neceſſitas. Aliam reſponſionem affert Capreolus in 1.q. Prologi ad tertium Scoti, contra ſextam cóncluſionem, quam reſponſionem ſequitur Iauellus ſuper hoc articulo, videlicet ex diſtinctione Theologiæ à ſcientijs naturalibus quo ad rationem formalem ſub qua, ſequi vtilitatem Theologiæ in cognoſcendis dictis veritatibus de Deo.

Capreolus

Iauellus.

Tria dicta expoſitorum expenduntur.

Impugnatur propoſitio Bannelij.

PRima propoſitio Dominici Bannes: *Ariſtoteles diuinam prouidentiam negaſſe viſus eſt, nihil enim de prouidentia Dei aſſeruit* Hęc propoſitio, nec ſatis videtur probata, nec vera; non enim rectè deducitur negatio prouidentiæ ex hoc, quòd nihil de ea aſſeritur. Apparet autem falſa ex pluribus locis Ariſtotelicæ doctrinæ: nam omiſſis illis, in quibus Ariſt. Deo tribuit cauſalitatem efficientem, & finalem, & vbi de fęlicitate conſiſtente in perfectiſſima operatione intellectus, & voluntatis; & vbi de ſumma ſufficientia Dei ſermonem facit, ex quibus facilè poſſet deduci prouidentiæ ratio; affero loca planiſſima, & primus erit ex libro ſecundo magnorum moralium capite 9. *Tu ſū* (inquit) *Dominum præficimus Deum, vt bona, malaque meritis diſtribuat;* at diſtribuere bona, vel mala meritis propriſſimus actus eſt diuinæ prouidētiæ. Alius locus inſignis habetur in libro de mundo capite vltimo, vbi latiſſime ex profeſſo tractat de diuina gubernatione, quæ actus eſt diuinę prouidentiæ, atque inter cętera aurea habet hanc ſententiam. *Vt verò ſummatim iam loquamur, quod in naui gubernator eſt, quòd in curru agitator, quod in Choro præcentor, quod denique Rex in ciuitate, & Dux in exercitu, hoc Deus eſt in Mundo.* Quanquam verum eſt Ariſtotelem non pro dignitate loqui de diuina prouidentia in prædictis locis, vt facilè patebit legenti. His addamus, quod ſcribit in libro primo Oeconomicorum cap. 3. *Diuina* (inquit) *prouidentia vtriuſque natura ordinata eſt, ſcilicet viri, & mulieris ad ſocietatem.* Et lib. decimo. Ethic. capitulo octauo, ſub finem inquit. *Qui ex intellectu operatur, huncque excolit, atque optimè afficit, is eſſe Deo cariſſimus videtur.*

Ariſtot.

Confutatur ſecunda propoſitio Bannelij.

Secunda propoſitio eiuſdem expoſitoris; *Ariſt. Mundum ex neceſſitate naturæ, non libera voluntate à Deo dimanaſſe putabat.* Ex prædictis apparet hanc etiam propoſitionem eſſe contra mentem Ariſtot. nec diſcurſus Phyloſophi in 8. phyſicorum ad inueſtigandam æternitatem motus, cui fortè innititur hęc opinio, in aliquo eidem ſuffragatur; quoniam illa eſt demonſtratio ad hominem, ſcilicet ad antiquos phyloſophos ponentes Mundum incepiſſe ſecundum quoſdam modos verè impoſſibiles. Vnde ex proprijs eorum principijs ibidem confutantur.

Propoſitio Vaſquezij examinãda

Tertia propoſitio Gabrielis Vaſquez. *Habitus primorum principiorum Theologiæ, id eſt Articulorū fidei, qui etiam circa concluſiones verſatur, & cum ipſa Theologia idem eſt, non eſt habitus fidei infuſæ, ſed fidei acquiſitæ.*

Hæc propoſitio examinabitur in articulo ſeq.

ARTICVLVS II.

Vtrum ſacra doctrina ſit ſcientia.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd ſacra doctrina non ſit ſcientia. Omnis enim ſcientia procedit ex principijs per ſe notis. Sed ſacra doctrina procedit ex articulis fidei, qui non ſunt per ſe noti: cum non ab omnibus, concedantur; non enim omnium eſt fides, vt dicitur 2. Theſſalon. 3. Non igitur ſacra doctrina eſt ſcientia.

2 3 di 32.q. 1. art 2. q. 14. & 1. ſent. prol. 12. 3 q 2. Et ver q. 14. art. 9. 3 & Boe. 21. q. 2. ar. 2.

Præterea: Scientia non eſt ſingularium. Sed ſacra doctrina tractat de ſingularibus, puta de geſtis Abrahæ, Iſaac, & Iacob, & ſimilibus. Ergo ſacra doctrina non eſt ſcientia.

Sed contra eſt, quòd Auguſtinus dicit 14. de Trinit. Huic ſcientiæ attribuitur illud tantummodo, quo fides ſaluberrima gignitur, nutritur, defenditur, roboratur. Hoc autē ad nullam ſcientiam pertinet niſi ad ſacram doctrinam. Ergo ſacra doctrina eſt ſcientia.

Reſpondeo. Dicendum ſacram doctrinam eſſe ſcientiam. Sed ſciēdum eſt, quòd duplex eſt ſcientiarum genus. Quædam enim ſunt, quæ procedunt ex principijs notis lumine naturali intellectus, ſicut Arithmetica, Geometria, & huiuſmodi. Quædam verò ſunt, quæ procedūt ex principijs notis lumine ſuperioris ſciētiæ; ſicut perſpectiua procedit ex principijs notificatis per Geometriam. & Muſica ex principijs per Arithmeticam notis. Et hoc modo ſacra doctrina eſt ſcientia, quia procedit ex principijs notis lumine ſuperioris ſciētiæ, quæ ſcilicet eſt ſcientia Dei, & beatorum.

Vnde, ſicut Muſica credit principia tradita ſibi ab Arithmetico, ita doctrina ſacra credit principia reuelata ſibi à Deo.

Ad primum ergo dicendum, quòd principia cuiuſlibet ſcientiæ, vel ſunt nota per ſe, vel reducuntur ad notitiam ſuperioris ſcientiæ; & talia ſunt principia ſacræ doctrinæ: vt dictum eſt.

In corp. art.

Ad ſecundum dicendum, quòd ſingularia traduntur in ſacra doctrina, non quia de eis principaliter tractetur, ſed introducuntur, tũ in exemplum vitæ, ſicut in ſcientijs moralibus; tum etiam ad declarandum authoritatẽ virorum, per quos ad nos reuelatio diuina proceſsit, ſuper quam fundatur ſacra ſcriptura, ſeu doctrina. A

Ratio ordinis, & ſenſus quæſiti.

Ratio ordinis.

POST quæſtionem, An eſt, abſolutã in præcedenti articulo, incipit in præſenti tractare quæſtionem. Quid eſt: Et cum diffinitio conſtet ex genere, & differentia, Sanctus Thom. à communiori incipiens in præſenti articulo; quærit genus ſacræ doctrinæ, quod eſt ſcientia. Sunt autem in quæſito duo termini, videlicet, *doctrina*, & *ſcientia*; ex ſenſu ſecundi elicitur ſenſus primi: quoniam talia ſunt ſubiecta, qualia permittuntur à prædicatis, ideſt in eo ſenſu debent ſumi ſubiecta, qui ſit conſonus, & coaptatus ſenſui prædicatorum; nam prædicata tenentur formaliter; ſubiecta verò materialiter; materia verò eſt propter formam; Vndè iuxta exigentiam formæ, debet eſſe materiæ proportio, & diſpoſitio. Sumitur autẽ dictum prædicatum propriè, ſcilicet pro ſcientia, vt eſt virtus intellectualis, & habitus per demonſtrationem acquiſitus, igitur ſumitur hic ſacra doctrina, prout eſt doctrina reuelata, vt eſt concluſionum. Videndus eſt Caiet. & Syluester. Itaq; duo diſtinguenda ſunt in nomine ſacræ doctrinæ, ſcilicet ſignificatum per nomen; & hoc eſt ſacra doctrina abſolutè, vt abſtrahit à ratione crediti, & ſciti; & id, pro quo verificatur, aut verificari poteſt, ſcilicet concluſiones, de quibus propriè eſt ſcientia: & hoc ſecundo modo in hoc quæſito ſumitur Sacra doctrina; quod alio modo ſignificauit Caiet. dicens, hic ſumi pro Sacra doctrina abſolutè, addito reſpectu ad concluſiones. B C D

Sẽſus quæſiti.

Caiet. Syluester.

Forma Textus.

S*Anctus Thomas primò, diſtinguit; ſecundò, proponit concluſionem, & probat; tertiò, deducit corollarium. Diſtinctio eſt: Duplex eſt ſcientiarum genus; nã quædam ſunt; quæ procedunt ex principijs notis lumine naturali intellectus, quædam verò ſunt, quæ procedunt ex notis lumine ſuperioris ſcientiæ; ſicut perſpectiua procedit ex principijs notificatis per Geometriã, & Muſica ex principijs notis ex Arithmetica.* E

Concluſio eſt. Sacra doctrina eſt ſcientia ſubalternata ſcientiæ Dei, & beatorum. Probatur. Habitus acquiſitus ex principijs notis lumine ſcientiæ Dei, & beatorum eſt ſcientia ſubalternata illi; Sacra doctrina eſt huiuſmodi; ergo.

Corollarium eſt. Sacra doctrina credit principia reuelata ſibi à Deo. Probatur ex conditione ſubalterni artificis. Muſica credit principia ſibi tradita ab Arithmetica: ergo etiam Sacra doctrina credit principia ſibi reuelata à Deo.

Expoſitio textus.

Partitio.

CIrca Diſtinctionem prædictam duo ſunt explicanda. Primum: in quo conſiſtat eſſentialis differentia ſcientiarum ſubalternantis, & ſubalternatæ; Secundò, proponendæ ſunt, & explicandæ conditiones ex eiſdem conſequentes.

Differẽtia eſſentialis inter ſcientiam ſubalternantem & ſubalternatam.

Quo ad primum de ratione ſcientiæ abſolutè, vt diſtinguitur contra alios habitus intellectuales, eſt habere concluſiones viſibiles in alio, ideſt, in principijs. Nam, cum de ratione ſcientiæ perfectæ, ſit euidentia, hanc euidentiam non habent concluſiones ſcitæ, niſi quatenus eam trahunt ex principijs per ſe euidentibus; quoniam omne, qđ eſt per aliud, reducitur in illud, quod eſt per ſe. Itaque concluſiones dicũtur eſſe viſibiles ex principijs, & etiam in principijs, quia vltimus terminus ſcientiæ conſiſtit in reſolutione concluſionũ ad principia. Si ergo per differentias per ſe diuidatur hoc, quod eſt habere concluſiones viſibiles ex principijs & in principijs; facile colligemus differentiam eſſentialem inter ſcientiam ſubalternantem, & ſubalternatam; ſunt autem differentiæ per ſe dictæ viſibilitatis, eſſe viſibile in principijs immediatè, & mediatè, i. mediante habitu ſuperioris ſcientiæ, quoniam diuidunt hoc, quod eſt eſſe viſibile in alio, infra latitudinem propriæ rationis formalis: ſicut ſi diuidatur habẽs pedes, in habens pedes ſciſſos, & habens pedes non ſciſſos: ſciſſio enim pedis, vt inquit Ariſtot. ſeptimò Metaph. *pedalitas quædam eſt*. Sed, cũ dico mediãte habitu ſuperiori, poteſt hoc intelligi dupliciter. Primò, vt in habitu ſuperiori ſint propoſitiones, quibus probentur principia inferioris ſcientiæ, & ſic per ea tanquam media reducantur ad principia ſcientiæ ſuperioris ſubalternantis, vt contingit, quando ſubalternans, & ſubalternata ſunt ambæ ſcientiæ diſcurſiuæ, vt Arithmetica, & Muſica. Secundò poteſt intelligi, vt in habitu ſuperiori nõ ſint aliquæ propoſitiones, quibus probentur principia inferioris ſcientiæ, ſed tantum ſint euidentia in habitu ſuperiori abſque media propoſitione, qua probentur; vt contingit, quando ſcientia ſubalternans non eſt diſcurſiua; ſicut ſcientia Dei, & beatorum, qua formaliter beati ſunt. Primum non pertinet ad eſſentialem conditionem, ſed interuenit ratione materiæ; quia ſcilicet talis ſcientia ſubalternans eſt diſcurſiua. Secũdum autem pertinet ad eſſentialem conditionem, & ad id, quod eſt formale in ſubalternante, vt ſic. Hinc ſequitur non eſſe neceſſariam conditionem illam, quod ſubalternans dicat propter quid, & ſubalternata quia; ſed hoc conuenit eis ratione materiæ, vt dictum eſt, nec etiã illam, quòd ſubiectum ſubalternatæ contrahat ſubiectum ſubalternantis per extraneam differentiam. Nam hoc conuenit ei materialiter ratione talis obiecti; quia s. obiectum ſubalternatæ quo ad rationem formalẽ quæ, pendet ab obiecto ſubalternantis, tanquam ex principio, ſicut in obiecto perſpectiuæ viſibile, inquantum eſt proportionale ſecundum lineas, pendet à linea, vt à principio: eſt ergo eſſentialis con- B C D E

Ariſt.

Quod ſubalternans habet principia ſubalternatæ nõ eſt eſſentiali. conditio.

Extranea differentia contrahẽs ſubiectum ſubalternantis. non eſt neceſſaria.

conditio ea dumtaxat, quæ dicta eſt.

Conditio eſſentialis ſcientiæ vt ſic.

Secundò afferendæ ſunt conditiones ſcientiæ in communi, & ſcientiæ ſubalternatæ. Et quidem ſcientiæ, vt eſt habitus diſtinctus contra alios habitus intellectuales, vna eſt conditio, quæ deducitur ex ea, quæ eſſentialis eſt; nam ex hoc, quod ſcientia habet concluſiones viſibiles, non ex ſe, ſed in alio, deducitur, ſcientiam non eſſe ſcientiam, ſcilicet perfectam, niſi ex continuatione ad habitum ſuperiorem, ſcilicet principiorum, quoniam non niſi ex illa continuatione euidentiam habet concluſionum. Conditiones autem ſcientię ſubalternatæ plures ſunt; & poſſunt ad quatuor redigi. Prima eſt: Scientia ſubalternata eſt ſcientia, ſcilicet perfecta ex continuatione ad ſcientiam ſubalternantem eadem ratione: quia videlicet ex tali cōtinuatione habet euidentiam. Secunda cōditio eſt; Habitus per ſe principiorum ſubalternatæ eſt habitus ſcientiæ ſuperioris, ſed habitus per accidēs eſt fides; ille eſt per ſe, quia ei conuenit ex eſſentiali comparatione, & conditione, ex qua habet, vt ſit ſcientia ſubalternata: hic autem eſt per accidens ratione ſubiecti, cui nō adeſt ſcientia ſubalternans, cuius loco ſubrogatur fides paucarum propoſitionum, ex quibus pendet ſcientia ſubalternata. Tertia conditio eſt; ſcientia ſubalternās, & ſubalternata, non neceſſariò opponūtur ex parte obiecti, neque ex parte ſubiecti, ſed tantum ex parte conditionis medij, quia ſcilicet medium in ſubalternante immediatè, id eſt non medio alio habitu iungitur principijs per ſe notis; medium autem ſcientiæ ſubalternatæ mediatè, ſcilicet medio habitu ſubalternantis ſcientiæ. Vbi notandus eſt modus loquendi Caietani dicentis, eas non neceſſario opponi. Ex quo colligitur, quandoque ſcientias aliquas permitti talem habere oppoſitionem. Et de oppoſitione quidem ex parte obiecti patet euidenter in noſtra Theologia, & Theologia beatorum; illius enim obiectum eſt ineuidens, huius autem eſt euidens, de oppoſitione autem ex parte ſubiecti non occurrit exemplum in ſcientijs, niſi ratione materiæ; ſicut in anima ſeparata ſcientia acquiſita poſſet dici habere oppoſitionem cum infuſa ratione eius, quod eſt materiale, nimirum ratione phantaſmatum: licèt non quo ad id, quod eſt formale, quod remanet in anima ſeparata.

Scientiæ ſubalternatæ conditiones quatuor.

Caiet explicatur

Prima Controuerſia.

An ſacra Theologia, prout eſt in nobis viatoribus, ſit verè, & propriè ſcientia.

Sententiæ expoſitorum.

Valentia.

GRegorius de Valētia diſtinguit ſenſum quæſtionis; nam aut (inquit) quæſtio eſt de re, aut de nomine; ſi quæſtio ſit de re, non eſt verè, & propriè ſcientia; quoniam non conuenit ei diffinitio ſcientiæ aſſignata ab Ariſtotele, nec habet eſſentialem conditionem, quæ eſt euidentia aſſenſus, nec procedit ex principijs euidentibus. Si au-

A tem ſit (inquit) ſermo de nomine, poteſt, & debet nominari ſcientia: nam non eſt opinio, non eſt fides, non eſt intellectus, non eſt ars, nec prudētia; ergo relinquitur, quod ſit ſcietia, id eſt ſic debeat nominari, cum & ſacræ litteræ eam ſcientiam appellent, quod tamen nomen attribuunt etiam fidei. Eiuſdem ſententiæ eſt Ludouicus Molina, & Gabriel Vaſquez, qui addit primò poſſe ſuſtineri eam opinionem, quæ, ait noſtram Theologiā deduci ex articulis fidei, non quatenus crediti ſunt fide ſupernaturali, ſed fide tantùm humana. Secundò noſtram Theologiam in patria nō eſſe ſciētiam, prout ſcientia diffinitur ab Ariſtotele. Tertiò aſſenſum concluſionis Theologicæ poſſe dici

Molina. Vaſquez.

B fidem acquiſitam, vel opinionem. Eandem ſentētiam, nimirum noſtram Theologiam in nobis viatoribus non eſſe proprie ſcientiam, tenet Scotus cum tota ſua Schola. Contrariam ſententiam tenet Capreolus in 1. ſen. in 1. quæſt. prologi, & alij expoſitores D. Thomæ ſuper hoc artic. Caietanus hic, ait vtramque partem poſſe ſuſtineri dicendo noſtram hanc Theologiam non habere rationem ſcientiæ perfectæ, quia non reſoluit concluſiones in principia euidentia, & eſſe ſcientiam imperfectam ratione ſtatus præſentis; nam ſcientia imperfecta non eſt extra latitudinem ſcientiæ; & S.

Scotus. Capreolus Caiet.

C Thomam dictam imperfectionem ſignificaſſe dicendo eſſe ſcientiam ſubalternatam; & ſecunda ſecundæ quæſt. 1. art. 5. ſic loquitur: *Theologia noſtra, licèt ſecundum ſuam ſpeciem ſit ſcientia, non tamen eſt in ſtatu ſcientiæ; habet enim imperfectum ſtatum, ſicut Perſpectiua, quæ ſcientia eſt Geometriæ ſecundum ſuam ſpeciem ſubalternata, ſed non peruenit adhuc ad perfectum ſtatum ſcientiæ, & propterea non facit ſcire niſi incboatiuè, & imperfectè; quia, vt dicitur in primo poſteriorum, non ſciet carens reſolutione vſque ad principia euidentia ſibi: Theologia ergo in nobis viatoribus eſt ſecundum ſe verè ſcientia ſubalternata, non tamen in ſtatu ſcientiæ, quouſque continuetur cum euidentia principiorum*; hæc ille. Ex quibus apparet de mente Caietani, Theologiam noſtram in nobis viatoribus eſſe quidem ſcientiam ſecundum ſuam ſpeciem, ſiue ſecundum ſe, nunc tamen nō habere rationem ſcientiæ, ſcilicet perfectæ, quia ſcilicet non eſt in perfecto ſtatu ſciæ.

D

Reſolutio.

E SCiendum eſt Theologiam primò diſtingui in Theologiam ſecundum ſe, & in Theologiam noſtram. Theologia ſecundum ſe eſt illa, quam, vt inquit Caiet. *nata eſt parere Deitas ſecundū ſe*, id eſt cauſare virtualiter, quia ſi cauſaretur talis Theologia, à Deitate cauſaretur, & hæc eſt, quam Deus habet de ſeipſo. Theologia verò noſtra dupliciter dicitur; vno modo, prout dictio illa *noſtra* denotat humanam naturam ſimpliciter, id eſt abſtrahentem à quolibet ſtatu; alio modo, prout denotat nos viatores. Theologia noſtra primò modo diſtinguitur in Theologiam noſtram ſecundū ſe, & in Theologiam noſtram, quæ eſt in nobis viatoribus. Theologia noſtra ſecundum ſe ea eſt, quam habent

Theologia ſecundum ſe, & noſtra.

Theologia noſtra dupliciter.

Theologia noſtra ſecundum ſe dupliciter

habent beati: hæc verò duplex eſt: Vna quā formaliter beati ſunt, qua ſcilicet vident diuinam eſſentiam, & quæcunque alia in diuina eſſentia; & hæc pertinet ad cognitionem matutinam, & non eſt diſcurſiua, ſed ſubalternans. Altera eſt, quā acquiſierunt in via, qua vident concluſiones in principijs ſibi euidentibus per ſcientiam beatam; dico autem, quam acquiſierunt in via, quia non ſentio cum Bannes, & quibuſdam alijs, qui dicunt beatos in patria de nouo deducere concluſiones ex principijs viſis: nam de nouo acquirerent ſcientiam, quod non congruit ſtatui beatorum. Noſtra verò Theologia, quæ eſt in nobis viatoribus, pōt dupliciter ſumi; vno modo, vt in nobis viatorib⁹; alio modo ſecundum ſe. Primo modo ſumitur, qñ accipitur cum imperfectionibus annexis, ſcilicet cum obſcuritate, tam in ſe, quā in ſuis principijs; ſecundum ſe autem ſumitur, quando accipitur ſecundum rationem ſuæ ſpeciei præciſis imperfectionibus per intellectum.

Theologia viatorum duplex.

Secundò, Aduerte Nauarretum controuerſia quarta, §. 1. docere Theologiam omnem, ſcilicet Dei, Beatorum, & noſtram eſſe vniuocam in ratione ſpecifica Theologiæ, & analogam tantùm in ratione entis, ſicut (inquit) iuſtitia, quæ eſt ī Deo, & quæ eſt in nobis analogantur in ratione entis, tamen vniuocantur in ratione iuſtitiæ; Cuius doctrinæ falſitas apparebit ex dicendis in articulo proximè ſequenti de diuerſitate rationum formalium Theologiæ Dei, Beatorum, & noſtræ, præter communem D. Thomæ doctrinam aſſerentem nihil vniuocum eſſe commune Deo, & Creaturis.

Nauarreti dictū reijcitur.

His præmiſſis diſtinctionibus notandum eſt primò, principia Sacræ Theologiæ nobis viatoribus eſſe euidentia ſub communi ratione credibilis, vt ait S. Thom. 2. 2. quæſt. prima, art. quarto, ad ſecundum argumentum, & ibidem Caietan⁹ addens, fideles dupliciter videre credibilitatem articulorū fidei: primò ex ſenſu fide digni teſtimonij. Secundo ex lumine fidei intus exiſtente; hæc autem eſt viſio, & euidentia ſecundum quid principiorum ſcientiæ noſtræ Theologiæ.

Qualis euidentia principiorum Theologiæ noſtræ.

Secundò conſiderandum ſacram doctrinā, prout eſt in ſacris litteris, quò ad ſingulas ꝓpoſitiones eſſe creditam, & quò ad multas propoſitiones ex principijs per conſequentias deductas eſſe ēt ſcitam. Nam in ſacra ſcriptura plures paſſim apparent diſcurſus vnū ex alio concludentes, vt patet præſertim in ſacris Euangelijs, & Epiſtolis D. Apoſtoli Pauli. Neque abſurdum eſt eandē propoſitionem ſimul eſſe creditam, & ſcitam ſcientia hac noſtra Theologica, cuius lumē obumbratum non repugnat lumini fidei etiam obumbrato; Neque inconuenit, ſed maximè conſonat lumini diuinę reuelationis, quo ſub forma quadam diſcurſus reuelata ſunt plurima in ſacris litteris contenta, vt ob ſui maximam excellentiam; vtramq; ſimul habeant rationem formalem, fidei ſcilicet, & ſcientiæ, cum præſertim etiam conſequentia concluſionis ex præmiſſis in præfatis diſcurſibus, non minus ſit de fide, quàm ipſemet præmiſſæ, cum tamen non ſit minoris efficaciæ ad cauſandum ſciē-

Multæ propoſitiones ſcitæ & credītæ.

A tiam diſcurſus Spiritu ſancto ſuggerente factus, & per canonicum ſcriptorem litteris comendatus, quā ni ſimplicis doctoris Theologi diſcurſus, quo ex aliquo fidei principio deducitur concluſio ſcita per habitum ſcientiæ Theologicæ.

Tertiò. Notandum, quod quemadmodum Ariſtot. fidem ſupernaturalem non agnouit, nec alios habitus a Deo nobis infuſos, ita nec agnouit ſciē-tiam aliquam, vel habitum cognoſcitiuum per diſcurſum comparatum ex principio ſine euidentia reuelato, in qua ſcientia, vel habitu eſſet certitudo ſine euidentia. Itaque Ariſt. eos tantum habitus diffiniuit, quos agnouit hi verò ſunt, qui virtute naturali poſſunt comparari. vnde diffiniuit eā

B ſcientiam, & demonſtrationem, quæ perfectiſſima eſt, & omnibus numeris abſoluta, quemadmodum Cicero in ſuo libro de Oratore perfectum oratorem diffiniuit, & in libro de Officijs virum perfectè bonum. Sed tamen in primo Ethicorum cap. 3. & in 2. metaph. tex. 16. docuit ſtultum eſſe in qualibet ſcientia demonſtrationes quærere æquales certitudine, & euidentia; quærendas verò dixit demonſtrationes iuxta ſubiectam materiā: nam maxima eſt certitudo demonſtrationum in Mathematicis, minor in phyſicis, & adhuc minor in moralibus.

Quam ſciētiam Ariſt diffiniuerit. Cicero

C Quarto obſeruandum: dupliciter intelligi poſſe Sacrā Theologiam eſſe ſcietiam imperfectam. Vno modo in comparatione ad alias ſcientias naturaliter acquiſitas; & hoc pacto non intendit S. Thom. neque Caietanus, & alij Thomiſtę, aſſerere Sacram Theologiam eſſe ſcientiam imperfectam. Alio modo poteſt intelligi eam eſſe imperfectam in proprio genere, prout eſt in nobis viatoribus; ſicut ſi dicamus, puerum eſſe hominem imperfectum, quia nondum peruenit ad perfectionem virilem, & in hoc ſenſu intelligendus eſt S. Tho. Capreolus, Caiet. & alij, quando dicunt noſtrā Theologiam eſſe ſcientiam imperfectam; & hoc idem

Quomodo Theologia ſit ſciētia imperfecta.

S. Thom. Capreolus Caiet.

D videtur ſignificaſſe Caiet. 2. 2. q. 1. artic. quinto, quando dixit ſacram Theologiam, prout eſt in nobis viatoribus non eſſe in ſtatu ſcientiæ.

Theologiam noſtram ex principijs, non humana, ſed diuina fide creditis dependere.

QVintò notandum eſt ſacram noſtram Theologiam inniti proximè, & immediatè diuinæ reuelationi, & ex ea deduci, iuxta illud Eccleſ. 24. *Ego quaſi trames aquæ immenſæ de fluuio; ego*

Eccl. 24.

E *quaſi fluuij Diorix, & ſicut aquæductus exiui de Paradiſo*. Quod etiam perſpicuè teſtatur Apoſtolus ſecundæ ad Timoth. 3. dicens: *Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguendū, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia*. Et Sanctus Baſilius in Pſ. 115. ait: *Theologiæ myſteriūm requirit aſſenſum nulla prauia inquiſitione vtentem, ſed reuelatione fidei*. Quod etiam affirmat Nazianzenus oratione prima de Theologia; & eſt communis ſententia Patrum, & Scholaſticorum. Qui docent principia noſtræ Theologiæ lumine ſupernaturali diuinæ reuelationis, & habitu diuinitus in-

2 ad Timoth. 3. S. Baſilius.

Nazianzenus.

ſuſo

fuſo cognoſci, ac proinde diſcurſum omnẽ Theologicum, & concluſionum notitiam ex eo lumine, & habitu immediatè, aut mediatè dependere, ſicut etiam aliarum ſcientiarum diſcurſus, & concluſiones ex primis illius ſcientiæ principijs immediatè, aut mediatè deriuantur. Ita docent Altiſiodorenſis libro tertio, tr. act. tertio, capitulo primo, quæſt. 1. Albertus in Prologo Summæ tract. 1. quæſt. 1. ad ſecundum, & quartum, & quæſtione quarta ad quintum, & queſt. quinta, membro ſecundo, & Sanctus Thomas queſt. vnica Prologi art. tertio, queſt. 2. ad ſecundum, & ad tertium, & queſt. tertia, & ad Anibaldum quæſt. 2. Prologi artic. ſecundo *in corp.* Henricus in Summa artic. 6. quæſt. 1. ad quartum, & quæſt. tertia, artic. 7. Durandus quæſt. 1. prologi à num. 49. & quæſt. 4. nu. 5. & 6. Ricardus queſt. 7. prologi ad primum, & ſecundum Heruæus quol. 5. quæſt. 19. Argentin. q. 2. Prologi art. 4. Bergomas dubio 600. Conrad. 1. 2. queſt. 3. art. 6. §. *Nota pro fundamento*. Et q. 57. art. 2. §. *Infert quoddam*. Quam doctrinam ſequuntur omnes expoſitores ſuper hoc, & alijs huius primæ queſtionis articulis. Et probatur his argumentis. Primum eſt: Quia ſi principia noſtræ Theologiæ non neceſſario cognoſcuntur lumine diuinę reuelationis infuſo, ſed fide tantum humana creduntur, ſequitur aſſenſus Theologicos circa concluſiones per euidentem etiam, & neceſſariam conſequentiam ex principijs illis deductos nõ eſſe certos, & infallibiles, quod eſt omninò falſum: probatur conſequentia: Quia fides humana fallax eſt, & infirma, non poteſt autem maior eſſe firmitas, & certitudo concluſionis, quam principiorum, ex quibus deducitur; alioquin effectus eſſet præſtantior ſua cauſa. Secundum eſt: Quia ſequeretur etiam in Pagano veram eſſe poſſe Theologiam, quod negant Patres locis ſupra notatis, nec vllus ex Scholaſticis id vnquam auſus eſt affirmare. Probatur conſequentia. Quia Paganus non minus, quàm hæreticus poteſt aliquibus fidei veritatibus aſſentiri, & ex eis ſyllogiſtico diſcurſu concluſiones deducere; vt patet in Mahumetanis, qui cum Paganis ſunt computandi, vt ait Caietanus 2. 2. queſt. 10. art. 5. quia neque baptiſmum ſuſceperunt, neque Euangelij fidem ſimpliciter profitentur, ſed quædam pauca in Euangelica narratione contenta confitentur. Ex his itaque veluti principijs facilè poterunt illius ſectæ viri concluſiones deducere, & Vaſquezicam ſibi Theologiam comparare. Poſtremo: Si fide tñ humana principia noſtræ Theologię teneantur, nullius Theologicę concluſionis aſſenſus erit efficax, aut ſcientificus, quod eſſe falſum infrà demonſtrabitur: Conſequentia probatur: Quia tot' concluſionum aſſenſus, & omnis eius perfectio ex principiorũ aſſenſu, & eius perfectione depẽdet.

Sextò ſciendum eſt ſuppoſita in intellectu fide ſupernaturali principiorum Theologum virtute, ac lumine ſui intellectus naturali deducere concluſiones, & habitũ in ſeipſo Theologicę ſcientię generare; cuius habitus, ac proinde etiam ei' obiecti ratio formalis eſt quoddam lumen diuinę reuelationis virtuale ex lumine principiorum, & lumine rationis naturali deriuatum eo modo, quo ex lumine primorum principiorum ſcientię naturalis medio diſcurſu cauſatur habitus, & ratio formalis ſcientię naturalis, ita vt ratio proxima, & immediata aſſenſus concluſionum Theologicarum non ſit lumen fidei, ſeu diuina reuelatio formalis, ſed lumen ex ea veluti cauſa efficiente deriuatum, quod appellatur reuelatio virtualis; quę, quia ſplendor quidam eſt luminis ſupernaturalis, propriè, & abſolutè loquendo ad ordinem pertinet ſupernaturalem, vt eius quędam participatio, quidquid dicant quidam recentiores ſubtiliſsimi ſancti Doctoris interpretes, vel dicas non eſſe quidem ſecũdum ſubſtantiam, ſed participatione quadam ſupernaturalem.

Ex dictis ſequitur in hæretico non manere veram, ac propriè dictam Theologiam, ſed habitũ quendam opinatiuum, & fallibilem ex modo aſſentiendi, qui eſt veluti cadauer mortuæ Theologię; & ſicut hominis mortui cadauer æquiuocè dicitur homo, ſic & habitus ille dicitur æquiuocè tãtùm Theologia. Ratio potiſsima eſt: Quoniam ex lumine diuinę reuelationis formaliter ſumptę per ſe dependet lumẽ virtualis reuelationis, quod eſt lumen Theologicum, & eſt ratio formalis habit', & aſſenſus Theologici, & huius firmitas, & certitudo ex illius firmitate, & certitud[illegible] deriuatur; in hęretico autem nullum manet lumen diuinę reuelationis, quod eſt lumen fidei, vt patet ex 2. 2. queſt. 5. art. 2. Et quia luminis non ſolum ſenſibilis, ſed etiam intellectualis natura eſt à ſua cauſa dependere non ſolùm in fieri, verum etiam in cõſeruari, ideò ablato lumine fidei, tollitur illico lumen, & habitus Theologicus; ſicut ablata notitia principiorum ſcientię naturalis, ſimul eſſe deſinit habitus ſcientię naturalis. Itaque notitia habitualis concluſionum Theologicarum, quę remanet in hęretico, non minus ſpecie differt ab habitu vero Theologico, quàm differt habitus fidei infuſę ab humana fide. Et quamuis quodammodo reductiuè pertineat ad habitum Theologiæ, ſimpliciter tamen ſpecies quædam eſt habitus imperfecti, cui Theologię nomen adaptatur æquiuocè: Redeunte verò lumine fidei, redit etiam conſequenter ſpecies eadem verę Theologię in habitu, qui iam actu ex fide dependet.

Quomodo ſingularia cadant ſub conſideratione Theologiæ.

Septimò: Notandum eſt maximam eſſe differentiam inter ſcientiam naturali diſcurſu rationis ex rebus ſenſibilibus acquiſitam, & ſcientiam à ſupernaturali lumine reuelationis diuinę deſcendentem. Nam prioris ſcientię perfectio, neceſsitas, & infallibilitas ex ipſarum rerum, à quibus cauſatur, neceſsitate, connexione, & veritate dependet, & ideò nulla ſcientiarum naturalium, circa ſingularia verſatur primariò, aut ſecundariò; quia, cum contingentia ſint, propoſitiones neceſſarias fundare non poſſunt. Poſterior verò ſciẽtia,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tia, qualis eſt Theologia, non dependet à rebus, prout in ſeipſis ſunt, ſed quatenus ſubſunt diuinę ſcientię, a qua veluti ab exēplari noſtra hęc Theologia per fidei principia reuelata deriuat, & ideò neceſsitas eius, & infallibilitas non cauſatur ex neceſsitate, & infallibilitate rerum, prout in ſeipſis ſunt, ſed quatenus ſubſunt infallibili ſcientię intellectus diuini, ita vt propoſitiones Theologicę verę ſint, & dicantur ab eo, quod res per eas ſignificatę ſunt, vel non ſunt non abſolute, & ſecundum ſe, ſed prout ſunt in ſcientia Dei ſpeculatiua, vel practica. Et quemadmodum Deus de rebus ſingularibus, & contingentibus ſcientiam habet eiuſdem rationis in eſſe ſcientię cum ea, quam habet de rebus vniuerſalibus, & neceſſarijs; ſic noſtra hęc Theologia ex diuina ſcientia, vt ab efficiente, & exemplari deducta ſecundùm eandem rationem, & infallibilitatem extenditur ad ſingularia ſecundùm ſe contingentia, ſecundùm quam vniuerſalia, & ſecundùm ſe neceſſaria cognoſcit; Et ſicut ſcientia Dei, quatenus practica eſt completiua, preſupponit diuinę voluntatis decretū de rerū productione, ita noſtra hęc ſcientia, quatenus practica eſt, eandem rerum pręſupponit volitionem, ex qua res infallibilem habet neceſsitatem ex ſuppoſitione: quę, ſicut ſufficit certitudini, & infallibilitati ſcientię Dei, ſic & noſtrę Theologię ſcientificam tribuit certitudinem. Et ſicut ſcientia primo quidem, ac principaliter eſt de rebus ſecundum ſe neceſſarijs, ſecundariò autē extenditur ad contingentia, quæ ex Dei voluntate cauſantur, in ordine ad quę rationem habet ſcientię liberę, quę potuit in Deo non eſſe, ſic Theologia noſtra primo, ac principaliter de reb⁹ eſt abſolute neceſſarijs, ſecundariò vero extenditur, ad quędam ſingularia, & ſecundùm ſe contingentia, ſine quorum cognitione conſiſtere poſſet etiam ratio Theologię; ſicut etiam longè plura poſſent ad eius cognitionē ſingularia pertinere, ſi Deus vellet ea producere, & earum veritates hominibus reuelare; puta ſi vellet Deus in perſona Patris, aut Spiritus ſancti, carnem aſſumere, &c. Et ſcito ea ſingularia, de quibus agit Theologia, non materialiter tantùm; ſed etiam formaliter idest, ſecundùm proprias ſingulorum rationes, & difficultates ad noſtram hanc Theologiam pertinere; Nam, ſi materialiter tantùm conſiderentur, quatenus ſub vna ſpecie multiplicantur per indiuiduales ſuas differentias, ab arte, ac ſcientia prorſus aliena ſunt; ſed prout ſub diuina continentur prouidentia, & circa ea fiunt diuinę reuelationes ad aliquid perpetuum ordinatę, ſub huius ſcientię, pręſertim quatenus practica eſt, conſideratione continentur.

Theologiam quoad eam partem, quæ verſatur circa diuinarum ſcripturarum, & Conciliorum intelligentiam eſſe verè, ac propriè ſcientiam.

OCtauò ſciendum eſt noſtram hanc Theologiam non minus, ſed multo magis eſſe ſapiētiam, quam Metaphyſica, ac proinde ſupra ſua

A principia reflecti, non ſolùm eorum terminos, & ſenſus declarando, ſed nonnunquam etiam ſyllogiſtico diſcurſu verum ſenſum deducendo, & alios minime legitimos excludendo, & pluribus argumentis probando ea eſſe credibilia, & quædam etiam non eſſe impoſsibilia demonſtrando, aut vnum articulum ex alio deducendo, aut etiam fidei doctrinam eſſe probabilem oſtendendo. Quæ ſingula certum eſt ad habitum Theologiæ, prout ſcientia eſt a fide diſtincta, pertinere. Quamuis ergò Theologus dictis diuinę ſcripturæ per fidem aſſentiatur immediatè, diſcurſus tamen illi nequaquam ad fidei cognitionem, aut aſſenſum, ſed ad

B ipſam Theologię ſcientiam formaliter, & proxime pertinent.

Scito pręterea concluſiones à Sanctis Patrib⁹ in Concilijs congregatis ex fidei principijs deductas, ac definitas ad fidem immediate pertinere, & earum aſſenſum ad reuelationem Spiritus ſancti aſsiſtentis infallibiliter illi definitioni eſſe reducendum vt ad propriam aſſentiendi rationem, non autem ad diſcurſum antecedentem, hic enim ſe habet tantùm, vt cauſa applicans, & remouens prohibens, non autem vt ratio definitionis, & aſſenſus. Et ex his patet error Molinę Diſputatione prima oppoſitum aſſerentis.

C

Perſpectiuam in eo, qui non eſt Geometra, eſse propriè Scientiam.

NOnò ſciendum eſt, Perſpectiuam in eo, qui caret ſcientia Geometriæ deduci ex principijs humana fide creditis, quę fides, licèt ſecundum ſe videatur infirma, ſi tamen diligenter cōſideremus talem fidem non eſſe humanam ſimpliciter, cum nō ſit in ordine ad hominem, puta Geometram, vt homo eſt, ſed vt ſcientificus eſt, (credit enim perſpectiuus Geometræ, vt Geometra

D eſt) apparebit dictam fidem eam habere firmitatem, quę habitui ſcientifico inde deducendo ſufficiat; quarè merè accidens eſt Perſpectiuę, qd̄ ſuppoſito coniungatur cum Geometria: ſicut etiam, vt hic ait Caietanus, fides eſt habitus per accidēs principiorum ſcientię ſubalternatę; quia ſcilicet ei conuenit ratione ſubiecti, in quo eſt, puta Perſpectiui, qui non eſt Geometra. ſufficit enim, vt hic innuit Caiet. vt principia ſubalternatę, ſi non actu, ſaltem potentia continuentur cum ſubalternante; quia ſcilicet ſunt demonſtrabilia per habitum ſuperiorem; imò ex hoc ipſo, quod fide credū-

E tur talia principia, continuantur quodāmodo cū ſcientia ſubalternante, vt ſignificat S. Thomas de veritate queſt. 14. art. 9. ad tertium: vnde etiam in hoc articulo, vt oſtenderet coniunctionem ſubalternantis, & ſubalternatę ſcientię, in vno ſuppoſito, non eſſe neceſſariam ad rationem ſcientię in ſubalternata, in forma, & modo loquendi ſignificat diſtinctionem ſuppoſitalem Muſici ab Arithmetico, a quo Muſicus accipit principia ſuę ſcientię. Caiet.

Pro-

Proponuntur, & probantur Concluſiones, & defenduntur probationes.

Theologia noſtra ſecũdum ſe eſt propriè ſcientia.

PRima concluſio eſt. Theologia noſtra ſecundum ſe, eſt verè, & propriè ſcientia, prout diffinitur ab Ariſt. in primo poſteriorum. Probatur; Conuenit ei diffinitio ſcientiæ, vt ſcilicet ſit habitus per demõſtrationem acquiſitus, quæ demonſtratio eſt ex veris, primis, immediatis, notioribus, prioribus, & cauſis concluſionis; quę omnes conditiones conueniunt demonſtrationibus Theologicis extra ſtatum viæ; vt patet diſcurrendo per ſingulas conditiones. Hinc apparet falſitas opinionis Vaſquezij negantis dictam Cõcluſionem, quoniam (inquit) beati videntes Deũ diſcurrere non poſſunt; nam, cum ſecundum S. Thomam infra quæſt. 89. art. quinto, habitus ſcientię hic acquiſitæ maneant in anima ſeparata diſtincti à ſcientia infuſa, nec ſint ocioſi, neceſſe eſt dicere, animam per diſcurſum vti habitibus acquiſitis, non quidem nouas deducendo concluſiones, ſed iam antea deductas nouo diſcurſu, & longè perfectiori deducendo, & in ſua rurſus principia reſoluendo. Vnde S. Tho. 3. par. q. 11. art. 3. ad tertium ait, *vti collatione, & diſcurſu eſt connaturale animabus beatorum.*

Vaſquez. *S. Thom.*

Theologia in nobis eſt propriè ſcientia.

Secunda Concluſio. Theologia noſtra, prout eſt in nobis viatoribus, eſt vere & propriè ſcientia, licèt imperfecta. Probatur primo; Sacra doctrina noſtra eſt virtus intellectualis, quia ſemper inclinat ad verum; ſed non eſt habitus primorum principiorum; quia eſt circa concluſiones; nec prudentia, quia non verſatur circa agibilia primò; nec ars; quia non eſt circa factibilia.

Rada.

Ad hoc argumentum reſpondet Ioannes Rada, & tria dicit. Primum, noſtram Theologiã non eſſe virtutem intellectualem, quia non attingit verum euidenter; ſed eſſe virtutem intellectus. Secundum eſſe ſcientiam impropriè & largè. Tertium, reductiuè pertinere ad ſcientiam.

Sed contra. Theologia noſtra eſt habitus ſemper inclinans ad verum; ergo eſt virtus, etiam ſi careat euidentia. Probatur conſequentia; nam alioquin fides infuſa non eſſet virtus, cum careat euidentia.

Ariſt.

Secundò. Ariſt. primo poſt. dixit nullum poſſe habere ſcientiam de aliqua concluſione, niſi pręmiſſarum habuerit ſcientiam, vel aliquid maius ſcientia; at fides, quam habemus de principijs noſtræ Theologiæ, eſt aliquid maius ſcientia; ergo.

Rada.

Ad hoc argumentum reſpondet Rada, Ariſtot. per aliquid maius ſcientia intellexiſſe habitum principiorum; quia contingit præmiſſas demonſtrationis eſſe propoſitiones, quandoque mediatas, & quandoque immediatas.

Sed hæc reſponſio eſt voluntaria; quoniam Ariſt. vſus eſt termino ampliſsimo, & tranſcendente, ſcilicet dictione, *aliquid*, ſignificans, ex quocũque habitu intellectuali, qui ſit maior ſciẽtia, poſſe generari ſcientiam, alioquin falſa eſſet illa propoſitio ſimpliciter, videlicet eum, qui habet al-

A quid maius ſcientia, poſſe habere ex eo ſciẽtiam. Vbi obſeruandum eſt, non dixiſſe Ariſtot. aliquid euidentius ſcientia, *ſed maius ſcientia*, ex quo ſequitur non eſſe neceſſariam euidentiam in principio ſcientiæ abſolute loquendo; dummodo de principio habeatur notitia ſimpliciter maior ſcientia.

Dictum Ariſt. explicatur.

Vaſquez.

Ad idem argumentũ reſpondet Vaſquez, Concluſiones Theologicas deduci ex articulis fidei, quatenus creduntur fide acquiſita; non autem fide infuſa. ſed hoc eſt nouum commentum; nã cõcluſiones Theologicę deducũtur ex principijs fide creditis ratione certitudinis, & firmæ adhæſionis, quæ in fide diuina maxima eſt; quia fides B diuina innititur diuinæ veritati. Igitur vanum, & ſuperfluum eſt imaginari nouum habitum humanę fidei, ex quo deducatur ſcientia Theologica; cum idem multò melius, & longè excellentius præſtare poſsit fides infuſa, ratione dicta.

Tertiò principaliter ſic probatur concluſio. Ratio, quare euidentia requiritur in principijs, & in concluſionibus ſcientię, eſt, vt intellectus coniungatur, & firmiter adhæreat principijs, & concluſionibus, ſed per fidem infuſam firmius adhæret intellectus noſter principijs Theologiæ, quàm adhæreat per euidentiã luminis naturalis primis principijs; ergo Theologia eſt verè, & propriè ſciẽtia.

C Ad hoc argumentum, nihil reſpondent aduerſarij.

Theologia viatorũ nõ eſt ſcientia vniuocè cũ alijs. S. Tho.

Tertia concluſio. Theologia viatorum non eſt ſcientia vniuocè dicta cum alijs ſcientijs. Hæc concluſio eſt D. Thomæ in 3. ſent. d. 33. q. 1. art. 2. quæſtiuncula 4. vbi ait: *Si eſſet aliqua ſcientia, quæ non poſſet reduci ad principia naturaliter cognita, non eſſet eiuſdem ſpeciei cũ alijs ſcientijs nec vniuocè ſcientia diceretur.* Eandem ſuſtinet Capreolus in prima quæſt. Prologi concluſione tertia, quamuis de illa videatur dubitare Caietanus, eandẽ ſuſtinet Syluester, ſuper hoc articulo. Probatur etiam ratione. Quoniam hæc ſcientia non conuenit in genere D vniuoco cum alijs ſcientijs; ergo Analogicè dicitur ſcientia. Probatur antecedens; quia non cõuenit ei diffinitio Ariſtotelis primo poſteriorum, qua diffinitur ſciẽtia naturaliter acquiſita in ſuo genere communi cuilibet ſcientiæ; ergo. Secundò: quia lumẽ naturale differt genere a lumine fidei.

Capreolus. *Caiet. Syluester.*

Quarta concluſio. Noſtra Theologia deducitur ex principijs creditis fide diuina, non autẽ humana. Hæc concluſio patet ex antedictis contra Gabrielem Vaſquez.

Qualis aſſenſus Theologiæ.

Quinta concluſio. Aſſenſus concluſionis Theologicæ, E non poteſt dici fides acquiſita, vel opinio. Probatur, tum ex prædictis in ſecunda concluſione, tum etiam, quia eſt habitus certus, firmam habens adhæſionem, vtpotè ex principijs maximè certis, & firmiſsimæ adhæſionis deductus: deriuatur namque certitudo, & firmitas adhæſionis ex principijs in concluſiones. Nam, quò certiora, & firmiora fuerint principia, eò certior, & firmior deducitur concluſio; & ob eam cauſam Ariſtot. primo poſteriorum requirit certitudinem in principijs demonſtrationis; vt ſcilicet ex principiorum certitudine conſimilis deriuetur ad concluſiones certitudo.

Vltima

Digitized by Google

Bannes. Molina. Vaſquez. Peſantius.

Vltima concluſio. Contra Banneſium, & Molinam, Vaſquez, & Peſantium. Perſpectiua in eo, qui caret Geometria, eſt verè, & propriè ſcientia, licet imperfecta. Probatur hæc concluſio, tum ex prædictis, tum etiam ex allegata authoritate D. Thomæ 3. ſent. nam talis perſpectiua poſſet reduci ad principia naturaliter cognita; ergo eſt eiuſdem ſpeciei cum perſpectiua coniuncta Geometriæ. Antecedens probatur, quia poteſt perſpectiuus fieri Geometra; & tunc ſcientia perſpectiua reducetur ad principia naturaliter cognita. Probatur vltimò authoritate S. Thomæ ſuper Boetio de Trin. q. 2. art. 2. (D.Thom. / D.Thom.)

Argumenta, & ſolutiones.

Contra primam concluſionem argumẽtatur Vaſquez. Beati non diſcurrunt; ergo Theologia noſtra ſecundum ſe, non eſt verè, & propriè ſcientia, prout diffinitur ſcientia ab Ariſtot. primo poſteriorum. (Vaſquez.)

Reſpondetur. falſum eſſe antecedens, vt ſupra oſtendimus in probatione primæ concluſionis de mente S. Thomæ.

Contra ſecundam concluſionem ſunt argumenta Scoti, Aureoli, & Gregorij Ariminenſis, apud Capreolum in prima quæſt. Prologi, & Caietanũ in hoc articulo, quos vide, ſi placet. (Capreolus. Caiet.)

Secundò. Contra eandem argumentatur Gregor. de Valentia. De ratione ſcientiæ eſt, vt aſſenſus ab ea elicitus ſit euidens, ſed habitus Theologię non elicit talem aſſenſum; ergo non eſt ſcientia talis, qualis ab Ariſt. deſcribitur.

Reſpondetur, negando maiorem. Secundò concedendo totum argumentum; quoniam non aſſerimus huic ſcientiæ conuenire diffinitionẽ Ariſt.

Tertiò. Arguit Vaſquez authoritate S. Thomæ, de ver. q. 14. art. 9. vbi habet hæc verba: Quęcunque ſciuntur, propriè, ac certa ſcientia, cognoſcũtur per reſolutionem in prima principia, quæ per ſe praſtò ſunt intellectui; & ſic omnis ſcientia in viſione rei præſentis perficitur. Quo loco S. Tho. vt inquit hic expoſitor, non ſolùm loquitur de ſciẽtia perfecta, ſed etiam de ea, quę per ſe, & propriè ſcientia dicitur. Ad idem affert authoritatem S. Thom. 2. 2. q. 1. art. 5. in cor. & prędictis etiã addit ſupra allegatam authoritatẽ ex tertio ſenten. (Vaſquez.)

Reſpondetur. S. Tho. in priori loco loqui de ſciẽtia perfecta, quam etiam appellat propriè ſcientiam, ideſt vniuocè; quia ſcilicet habet euidentiã in, & ex principijs; ſic enim ait: omnis ſcientia in viſione rei præſentis perficitur; Hanc autem eſſe mentem S. Thom. patet ex eodem articulo in reſponſione ad tertium, vbi affirmat, ſcientiã ſubalternatam, licet procedat ex principijs fide creditis dici ſcientiam, quia ex talibus principijs ſuppoſitis de neceſſitate deducuntur concluſiones. Ad alias authoritates patet quid ſit dicendum ex ſupra dictis. (Explicatur mens S. Thom.)

Quartò. Arguit Ioannes Rada. De ratione ſciẽtiæ propriè dictæ eſt, quod ſit cognitio euidens: ſed noſtra Theologia, prout eſt in nobis, eſt ineui- (Rada.)

A dens: ergo non eſt ſcientia. Minor probatur: quia principia noſtræ Theologiæ ſunt tantùm credita.

Reſpondetur primò negando maiorem in ſciẽtijs ſubalternatis, qualis eſt Theologia noſtra.

Secundò reſpondetur ſatis eſſe principia noſtræ Theologiæ eſſe per ſe nota in ſuperiori ſcientia.

Contra primam reſponſionem inſtat Rada, qa Ariſt. primo Topicorum docet ſyllogiſmũ facientem ſcire procedere ex per ſe notis, vel ex his, quę ex per ſe notis probari poſſunt, vel probata ſunt: at principia noſtræ Theologiæ, vt noſtrę, non poſſunt per euidentia principia probari; ergo. (Rada.)

B Secundò contra ſecundam reſponſionem. Cõcluſiones noſtræ Theologiæ, vt noſtra eſt, nullatenus poſſunt probari per principia per ſe nota; ergo non procedit ex per ſe notis aliquo modo. Antecedens probatur; quia concluſiones noſtræ Theologiæ, vt ſic, implicat eſſe nobis per ſe notas, ac probatas; quia tunc ſimul eſſent creditæ, & non creditæ; creditæ quidem; quia ſunt concluſiones Theologiæ viatoris, non creditę verò; quia euidẽter probatæ.

Ad hæc reſpondetur negando conſequentiam ſecundi argumenti contra ſecundam reſponſionem; nam ad hoc, vt ſcientia ſubalternata procedat ex per ſe notis ſecundum modũ ſcientiæ ſubalternatæ, non eſt neceſſe, vt eius concluſiones, quatenus eius ſunt, ideſt ſecundum talem ſtatum imperfectum, poſſint probari per principia per ſe nota, ſed tantùm, quatenus ſunt principia illius in ſtatu ſuo perfecto. nec de hoc alia quærenda eſt ratio, niſi qua eſt ſcientia ſubalternata, quę ex natura ſua vendicat ſibi, vt non neceſſariò ſemper ſit coniuncta cum ſcientia ſubalternante. & per hoc idem patet reſponſio ad replicam contra primam reſponſionem. (C)

Reliqua argumenta eiuſdem Ioannis Radæ facilè ſoluuntur ex prędictis diſtinctionibus, fundamentis, & reſponſionibus.

D Contra tertiam concluſionem poſſent afferri argumenta Franciſci Zumelli pro ſua quarta concluſione; ſed quoniam non militant cõtra ſenſum noſtræ concluſionis, quæ loquitur de noſtra Theologia in comparatione ad ſcientias naturali lumine acquiſitas; argumenta verò procedunt de noſtra Theologia in comparatione ad eam, quæ eſt in beatis; ideò omittenda ſunt. (Zumellus)

Contra quartam concluſionem argumentatur Vaſquez. nam alioquin in hæretico non maneret aſſenſus verè Theologicus vllius cõcluſionis. Cõſequentia probatur; quoniam in hæretico negante vnum articulum, non manet aſſenſus ex lumine infuſo circa aliquem alium articulum; quia quoties variatur aſſenſus alicuius principij in ſyllogiſmo aliquo, neceſſe eſt mutari aſſenſum concluſionis, qui ex illo principio generatur; influit enim aſſenſus principiorum in concluſiones. (Vaſquez. / E)

Reſpondetur verum eſſe id, quod concludit argumentum, vt magis patebit in articulo ſequenti. At inquit Vaſquez, quis percipere valeat differentiam illam in modo aſſentiendi? (Hæreticus caret aſſenſu Theologico.)

Reſpon-

Reſpondetur rationem in ipſo argumento tactam conuincere differentiam aſſenſus.

Bannes. Contra vltimam arguit Bannes. Sed eius motiua remanent ſoluta ex quinto fundamento.

Secunda Controuerſia.

An Theologia noſtra ſit ſubalternata ſcientiæ Dei, & beatorum.

Senſus quæſiti, & opiniones Doctorum.

Sēſus quæſiti. SVbalternationis nomen ſumi conſueuit quandoque cōiter, ſiuè impropriè, ſicut cum ſubiectum vnius ſcientiæ continetur ſub ſubiecto alterius ſcientiæ tamquàm minus vniuerſale, ſub magis vniuerſali, & in hoc ſenſu omnes ſcientiæ naturali lumine acquiſitæ ſubalternantur Metaphyſicæ. Eſt, & alio modo impropriè dicta ſubalternatio, cum vnius ſcientię finis ad alterius ſcientię finem dirigitur; ſicut finis artis Frenefactiuæ ordinatur ad finem equeſtris. Sed propriè, ac ſtrictè ſumpta ſubalternatio illas exigit cōditiones, quas ſupra dixim' eſſentiales ſubalternationi, quibus, vt plurimum gratia materiæ, & per accidens plures aliæ connectuntur, de quibus *Ariſt.* Ariſt. primo poſteriorum, & expoſitores in hoc articulo. Nos in præſenti quæſito ſubalternationis nomen accipimus in ſuo preſſo, ac proprio ſignificato.

Scotus. Aureolus. Molina. Valentia. Bannes. Zumel. Vaſquez. Peſantius. Scotus, & Aureolus cum alijs Scotiſtis, quos ēt ſequuntur plures expoſitores S.Tho. videlicet Ludouicus Molina, Gregorius de Valentia, Dominicus Bannes, Frāciſcus Zumel, Gabriel Vaſquez, Alexander Peſantius ſentiunt noſtrā hanc Theologiam non eſſe verè, & propriè ſubalternatā ſciētiæ Dei, & beatorum, cōſonè loquentes alteri ſuæ ſententiæ, quod videlicet noſtra Theologia nō ſit verè, & propriè ſcientia. Contrariam ſententiam *Capreolus Caiet. Syluester.* ſuſtinent Capreolus in 1. quæſt. Prologi cōcluſione ſecunda, Caiet. & Syluester ſuper hoc articulo.

Reſolutio.

REcolenda ſunt primò, quæ diximus in explicatione litteræ huius articuli, nimirum ſubalternantem, & ſubalternatam ſcientiam in hoc diſtingui, quod ſubalternans habet ſuas concluſiones viſibiles in, & ex principijs immediatè; ſubalternata vero habet concluſiones ſuas viſibiles in, & ex principijs mediatè, ideſt mediante habitu ſcientiæ ſuperioris ſubalternantis; & hæc eſt eſſentialis conditio, ad quam ſequuntur aliæ conditiones; nimirum ſubalternatam eſſe ſcientiam ex coniunctione ad ſubalternantem, eſſe compoſſibilem cum ea in eodem ſubiecto, cum ei non opponatur, nec ex parte ſubiecti, nec ex parte obiecti; & habitum per ſe principiorum ſubalternatæ eſſe habitum ſubalternantis; habitum verò eorū per accidens eſſe fidem, ratione ſcilicet ſubiecti, in quo non eſt ſcientia ſubalternans, vt docet S. *S.Thom. ſcientia ſubalternans duplex.* Thom. ſuper Boetio de Trin. q. 2. art. 2. ad 5. & 7. & de ver. q. 14. art. 9. ad 3. & Caiet. in hoc artic.

Secundò obſeruandum eſt, ſcientiam ſubalternantem quandam eſſe diſcurſiuam, & quandā minimè. Si quidem ſit diſcurſiua, non ſolùm ſcit propter quid principiorum ſcientiæ ſubalternatæ: ſed etiā ea probat diſcurſu ſyllogiſtico ex prioribus, & notioribus; ſicut Arithmetica probat principia Muſicæ. Si verò non ſit diſcurſiua, ſcit quidē propter quid principiorum; quia videt eorū cauſas, vel rationes, non tamen ea probat ex prioribus, & notioribus, cum tali ſcientiæ omnia ſint æquè nota, & diſcurſiuæ ſciētiæ proprium ſit ex vno aliud deducere. Cum itaque ſcientia Dei, & beatorum, qua formaliter beati ſunt, omni diſcurſu careant, noſtrę Theologiæ, principia probare non poſſūnt, licèt habeant propter quid modo dicto; Et hoc ipſum hic aduertit Caiet. dicens non eſſe neceſſe, vt principia Theologię noſtræ ſint cōcluſiones Theologiæ Dei, & beatorum, ſed ſatis eſſe, vt ſint propoſitiones euidentes Theologiæ beatorum; ſicut ſi Geometria abſque diſcurſu eſſet, haberet eandem euidentiam, quam habet de principijs perſpectiuæ, ſed non eodem modo, & tamen ſecundùm prædicta ſubalternans eſſet.

Tertiò notandū, in Beatis duplicē eſſe Theologiam, vnam ſpectantem ad cognitionem matutinam, qua formaliter beati ſunt, quæ eſt ipſa viſio diuinæ eſſentiæ primò; & aliorum in ea viſorum ſecundariò. Alteram pertinentem ad cognitionē veſpertinam, qua ſcilicet per ſpecies hic acquiſitas cognoſcunt propoſitiones ex principijs ſyllogiſtico diſcurſu, dū eſſent in via; deductas, & hęc ſola in beatis eſt diſcurſiua, vt ſupra oſtendimus de mente S.Thom. in tertia parte. *In beatis duplex Theologia*

Poſtremò aduertendum, quòd ſicut Ariſt. non cognouit, niſi habitus per vires naturæ acquiſibiles, ita nec rationem ſubalternationis expreſſit, niſi prout eam inuenit in ſcientijs naturali lumine acquiſitis, atque ideo in ea poſuit id, quod per ſe, & formaliter, & id quod per accidens, & materialiter concurrit in ſubalternatione. Cęterùm cum id, quod formale eſt, ſeparatum ab eo, quod eſt materiale, ſit ſufficiens, & ſola ratio ſubalternationis, ad illud vnum reſpiciendum eſt, quando quæritur, & tractatur de ſubalternatione hui' noſtræ Theologię ad ſcientiam Dei, & Beatorum. *Qualē ſubalternationē expreſſit Ariſt.*

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio. Noſtra Theologia non eſt ſubalternata illi Theologiæ beatorū, quæ eſt diſcurſiua, & pertinet ad cognitionem veſpertinā. Probatur. Vtraq; Theologia diſcurſiua, ſ. noſtra, & beatorum procedit ex eiſdem principijs immediatè, & neutra ex ſe habet euidentiam illorum principiorū, ſed eorum euidentia pendet ex Theologia Dei, & beatorum, qua formaliter beati ſunt, quæ non eſt diſcurſiua, & pertinet ad cognitionē matutinam; quæ tñ in hoc inter ſe differūt, q illa, quæ eſt in beatis, actu coniungitur ſubalternanti; & ideo ex ea habet euidentiam principiorum; & conſequenter etiam concluſionum; quę verò eſt in nobis viatoribus, non eſt coniuncta ſubalternanti, & ideo caret euidentia. tàm in principijs,

quàm in concluſionibus. Antecedens probatur; quoniam habitus ſciẽtiarum acquiſiti remanent in patria ſecũdùm eaſdem numero concluſiones, & diſcurſus, qui erant in via. Et, cum hæc ſcientia etiam in patria non pertingat ad excellentiam viſionis beatificæ, quæ ſola habet euidentiam principiorũ ſacræ Theologiæ, quæ ſunt articuli fidei; ſequitur Theologiam hanc in beatis ex ſe non habere ſuorum principiorum euidentiam.

Secunda concluſio. Theologia noſtra ſecundũ ſe propriè ſubalternatur Theologię Dei, & beatorum, quà formaliter beati ſunt. Probatur hæc cõcluſio ex conditione eſſentiali ſubalternationis iã declarata. Secundò probatur eodem argumento, quo vſi ſumus pro prima concluſione.

Tertia concluſio. Theologia noſtra, prout eſt in nobis viatoribus, eſt propriè ſubalternata ſcientię Dei, & beatorum, qua formaliter beati ſunt. Probatur primò ex dicta eſſentiali cõditione. Secundò ex ſimili in ſcientijs naturaliter ſubalternatis; quæ verè, & propriè ſubalternantur, etiam ſi eorum principia ſint ſola fide credita; vt hic docet S. Tho. & de ver. q. 14. art. 9. ad 3. & ſuper Boetio de Trinitate q. 2. art. 2. ad 5. & 7. *S. Thom.*

Argumenta, & ſolutiones.

Bannes. Contra ſecundam, & tertiam concluſioné argumentatur Bannes. Primò: quia, ſi ſatis eſt, vt ſcientia ſit ſubalternata, quod eius principia ſint euidentia in alia ſcientia; nec ſit neceſſaria diuerſa ratio ſubiecti, ſequitur, quod, ſi quis credat aliquas propoſitiones Geometriæ propter authoritaté Magiſtri aſſerentis, & deinceps ex illis ſuppoſitis deducat plures concluſiones per euidentes conſequentias, ſequitur inquam, quod ille diſcipulus acquirat habitum ſubalternatum illi ſcientiæ. Conſequens eſt falſum; ergo. Probatur falſitas: quia, ſi diſcipulus ille didicerit poſtea demonſtrationes propoſitionum creditarum, non erit in illo duplex ſcientia; ergo neceſſaria eſt diſtincta ratio obiecti ſcientiæ ſubalternatæ.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam; quoniam valde differunt Deus, qui eſt obiectum ſciẽtiæ Dei, Beatorum, & noſtræ, & etiam fidei, à quãtitate, quæ eſt obiectum Geometriæ. Nam Deus ſub ratione Deitatis compatitur plures rationes formales inadæquatas obiecti, vt obiectũ eſt; ſicut patet in prædictis ſcientijs, & habitibus: at vero quantitas, vnam ſolam rationẽ formalem compatitur, quæ eſt abſtractio à materia ſenſibili ſiñ rónem, ſiue, vt inferius dicemus, lumen Mathematicum, quod vnius rationis eſt in quantitate continua, quæ eſt obiectum Geometrię; & ideo ſiue cõcluſiones Geometriæ deducãtur ex principijs ſcitis, ſiue ex principijs creditis, non reſultat niſi vnum lumen, ideſt vna ratio formalis ſub qua.

Secundo ſic argumentatur; Quia tunc obiectũ ſubalternãtis eſſet minus vniuerſale, & magis determinatum, & obiectum ſubalternatæ eſſet communius. Probatur conſequentia; quia Deus clarè viſus eſt obiectum ſcientiæ beatorum; ſed Theo-

A logiæ noſtræ obiectum eſt Deus reuelatus abſtrahendo à claritate, & obſcuritate; ergo.

Reſpondetur aliquid eſſe magis commune, ſiuè minus determinatũ poſſe dupliciter intelligi. Vno modo, vt extẽdatur ad plures rationes formales ſub quibus. Alio modo, vt extendatur ad plura cognita; Tunc dico, in primo ſenſu veram eſſe ſequelam, & ipſum conſequens; nec vllum eſt inconueniens. Nàm illa vnica ratio formalis, quæ eſt obiectum Theologiæ beatorum, eſt longè latior prædictis duabus rationibus formalibus ſimul ſumptis, ſed in ſecundò ſenſu, negatur ſequela; nàm, vt dictum eſt, illa vnica ratio formalis ad B multò plura extẽditur, quàm hæ duæ ſimul, ſicut ſenſus cõis ad plura extẽditur, q̃ oẽs ſimul ꝓprij. *Subiecti cõmunitas duplex.*

Tertiò. Cum Theologus peruenerit ad Deum clarè viſum, iam tunc eius Theologia erit de Deo clarè viſo; ergo non diſtinguitur à ſubalternante.

Reſpondetur negando antecedens: quoniã per Theologiam acquiſitam in via, beatus non videbit Deum per eſſentiam, ſed tm̃ per viſionem beatificã, cui ſubalternat̃ Theologia acquiſita in via.

Scotus. Quartò argumentatur Scotus. Subalternans, & ſubalternata, non ſunt de eiſdem veritatibus, ſed noſtra Theologia poteſt eſſe de eiſdem veritatibus, de quibus eſt ſcientia beatorũ; ergo nullatenus ei ſubalternatur. C

Reſpondetur cum Caietano falſam eſſe minorem propoſitionem, nam Theologia beatorum eſt de principijs noſtræ Theologiæ, de quibus noſtra non habet ſcientiam, ſed fidem.

Rada. Contra hanc reſponſionem argumentatur Rada primò probando, ꝙ principia noſtræ Theologiæ non probentur in ſcientia Beatorum per priora principia; quod gratis admittimus. Secundò ſic arguit. Poteſt Deus nobis reuelare principia ſcientiæ beatorum; ergo noſtra Theologia, & ſcientia beatorum poſſunt eſſe primò de eiſdem veritatibus; ergo vna alteri ſubalternatur.

D Reſpondetur falſum ſupponi, ſ. ſcientiam beatorum, qua formaliter beati ſunt, habere principia, ex quibus beati deducãt concluſiones, & poſſe reuelari aliqua priora principia, quibus demonſtratiuè probentur ſinguli articuli fidei, vt patet de articulo Trinitatis diuinarum perſonarũ, quo dari non poteſt aliud prius principium; neq; myſterium Incarnationis, & alia, quæ ex ſola diuina voluntate pendent, poſſunt habere aliquod principium prius, ex quo neceſſariò deducantur.

Rada. Quintò argumentatur Rada. Habens ſcientiã ſubalternatam, poteſt habere ſcientiam ſubalternantem, & è conuerſo; ſed nec viator vt ſic, poteſt E habere ſcientiam beatorum, nec beatus ſcientiã viatorum; ergo. Maior probatur ex ipſa ratione ſcientiæ ſubalternatæ. Minor verò; quia, ſicut viator vt ſic, non poteſt clarè videre ſuas concluſiones, ita nec beat' põt habere inuidentẽ cognitionẽ concluſionũ nr̃æ Theologiæ; quia euidentia, & inuidentia in eodẽ, reſpectu eiuſdem repugnant.

Reſpõdetur duo eſſe in Theologia viatorũ, ſicut ẽt in qualibet ſcientia, nimirum id, ꝙ eſt formale; & hoc eſt lumẽ obũbratũ diuinæ reuelatio-

nis;

nis; & id quod eſt materiale, & hæ ſunt veritates cognitæ. Ad argumentum.

Reſpondetur. Si maior intelligatur vniuerſaliter de ſcientia ſubalternata, tàm quò ad formale, quàm quò ad materiale, falſa eſt. Si autem intelligatur de ſubalternata quò ad materiale tantũ, vera eſt. Ad minorem. Si intelligatur de ſcientia viatorum non ſolùm materialiter, ſed etiam formaliter, vera eſt. Si autem intelligatur de ſcientia viatorum materialiter tantùm: falſa eſt; nam, vt dicemus in ſequenti controuerſia, Theologia noſtra manet in patria quò ad veritates cognitas in via, licet non quò ad obſcuritatem diuinæ reuelationis.

Alia eiuſdem argumenta pertinent ad materiã ſequentis Articuli.

Vaſquez. Sextò arguit Gabriel Vaſquez. Primò. Theologia viatorum non accipit à Theologia Dei, & Beatorum concluſiones, & principia, immò ſunt eadem vtriuſque principia. Et Theologia beatorum procedit ex primis, quæ nulla alia ſupponũt; ergo non eſt alteri ſuperiori ſciẽtiæ ſubalternata.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens, vt patet ex dictis. Continet hoc argumentum turpem æquiuocationem de Theologia Beatorũ, qua Beati ſunt, & acquiſita in via, vt patet ex prædictis.

Septimò arguit idem; quia Theologia Beatorum non tantùm eſt de articulis fidei; ſed etiã de omnibus alijs veritatibus, quas inde deducimus; ergo vtraque eſt de eiſdem veritatibus; ergo non ſunt ſubalternatæ.

Reſpondetur negando conſequentiam; quia nõ ſunt de eiſdem veritatibus tanquàm ſcitis; quoniam ſcientia noſtra non eſt de articulis fidei tãquam ſcitis, ſed tanquàm de principijs ſuppoſitis ex ſcientia Dei, & beatorum.

Reliqua argumenta eiuſdem expoſitoris, remanent ſoluta ex prædictis.

Peſantius. Alexander Peſantius profert duo argumenta iam ſoluta.

Valentia. Octauò contra tertiam concluſionem argumẽtatur Gregorius de Valentia. Muſica in eo, qui non haberet Arithmeticæ ſcientiam; ſed tantũ crederet Arithmetico, non eſſet propriè ſcientia; ergo nec noſtra Theologia, prout in nobis viatoribus. Antecedẽs inquit eſt S.Tho. de ver. q. 14. ar. 9.

Reſpondetur negando Antecedens. Ad probationem dicitur, S.Thom. nec ibi, nec alibi aliquid tale dixiſſe, ſed potius oppoſitum clariſsimè in reſponſione ad tertium dicti articuli, vbi declarat id, quod minus apertè dixerat in corpore.

Nonò contra ſecundam. Si Theologia noſtra ſecundùm ſe eſſet euidens, atque adeo ſecundum ſe propriè ſcientia ſubalternata, ſequeretur vnũ, & eundem habitum poſſe elicere aſſenſum euidentem, & ineuidentem. Sequela probatur. Nam Caietan. hunc eundem habitum, qui nunc elicit aſsẽſus ineuidentes, ponit ſecundùm ſe habere perfectionem, vt poſsit poſtea in beatitudine elicere aſſenſus euidentes: Hoc aũt non eſt veriſimile; ergo.

Reſpondetur. Sequitur tantùm eundem habitũ materialiter poſſe elicere diuerſos aſſenſus; nõ autẽ eundem habitũ formaliter, vt ſupra diximus.

Decimò. Talis eſt habitus ſecundùm ſe quò ad perfectionem euidentiæ, & certitudinis, quales ſunt actus, quibus per ſe, & ordinariè habitus acquiritur; ſed actus, quibus p ſe, & ſm legẽ Dei ordinariã acquiritur habitus Theologię, ſunt ſm ſe ineuidentes; ergo ẽt habitus Theologiæ, eſt ſm ſe ineuidẽs. Maior eſt Ariſt. 7. Ethic. c. 1. & 2. vbi docet actus eſſe per ſe cauſas habituũ. Minor patet.

Habitus noſtrę Theologiæ p ſe acquiritur ex euidentibus. Reſpondetur. Falſam eſſe minorem propoſitionem quò ad particulam illam, per ſe, qm habitus noſtræ Theologiæ, ſm ſe habet, vt per ſe acquiratur ex actibus ſecundùm ſe euidentibus, nam hoc illi conuenit ſm ſtatum ſuum perfectum, ad quem ſtatum per ſe tẽdit natura cuiuslibet habitus; ſed per accidens, ideſt rõne imperfectionis præſentis ſtatus acquiritur ex actibus ineuidentibus ſm legem Dei ordinariã ſuauiter vniuerſa diſponentẽ.

Contra hanc reſponſionem eſt aliud argumentum Valentiæ tale. Ille eſt habitus per ſe principiorum alicuius doctrinæ, ſine quo nunquam ex lege ordinaria acquiritur talis doctrina; ſed talis eſt in ppoſito habitus fidei reſpectu Theologiæ, qui per ſe eſt ineuidens; ergo hic ipſe habitus ineuidẽs, eſt habit' p ſe principiorũ noſtræ Theolog.

Reſpondetur falſam eſſe maiorẽ in doctrina ſupernaturali: & ratio eſt, qm in nobis viatorib' infimo modo participantur ſupernaturalia propter imperfectionem præſentis ſtatus, cui cõuenit iuxta ſuauem Dei diſpoſitionem radium diuinæ reuelationis ſecundum ſe ſplendidiſsimum non niſi obumbratè participare. In ſcientijs autem naturali lumine acquiſitis, quæ à nobis perfectè poſsideri poſſunt, vera eſt illa maior propoſitio.

Alia argumenta tam eiuſdem expoſitoris, quã etiam aliorum ſoluuntur ex dictis, cum non afferant nouas difficultates.

Reliqua argumenta videnda ſunt cum eorum ſolutionibus apud Caiet. in præſenti articulo.

Tertia Controuerſia.

An Theologia noſtra maneat in Patria.

Sententiæ expoſitorum.

Caiet. Caietanus ſuper hoc articulo ſentit noſtram Theologiam manere in patria ſecluſa obſcuritatis imperfectione, quæ non eſt de ratione noſtræ Theologiæ ſm ſe. Eandem ſententiam ſequitur Bannes ſuper hoc articulo, & Melchior Canus de locis Theologicis lib. 12. cap. 2. Et Nauarretus ſuper hoc articulo Controuerſia quinta, §. 1. Oppoſitam ſententiam docet Capreolus in 1. q. Prologi, & Caiet. in Comm. Epiſtolæ primæ ad Cor. cap. 13. exponens illa verba; *ſiue ſcientia deſtruetur.* Hac ſententiam ſequuntur reliqui omnes expoſitores moderni S.Thom. Melchior Canus. Nauarretus. Capreol. Caiet.

Reſolutio.

Partitio. Vt veritatis ſcopũ in hac ſatis perplexa concertatione facilius attingere valeamus, pręmittendæ ſunt tres diſtinctiones.

Theologia noſtra tripliciter conſideratur.

Prima diſtinctio eſt. Theologia noſtra poteſt tripliciter cōſiderari; Vno mō, abſolutè, ſiue ſecundum ſe. Alio modo, prout eſt in nobis viatoribus. Tertiò modo, prout remanet in beatis poſt hanc vitam. Primò modo ſumitur genetrice, & abſtrahit ab euidentia, & ineuidentia. ſecundo, & tertio modo ſumitur ſpecificè. De ratione intrinſeca Theologiæ noſtræ ſecundò modo eſt ineuidētia; De ratione verò eius tertio modo ſumptæ eſt euidentia. nam lumen obumbratum eſt ratio formalis noſtræ Theologiæ, vt eſt in nobis viatoribus; quod lumen obumbratū ſpecie diſtinguitur à lumine claro, quod eſt ratio formalis Theologiæ nr̄æ, prout remanet in beatis, vt patebit ex dicendis in ſequenti articulo. Et probatur ratione; qm̄ ex habitu principiorum per ſe, & eſſentialiter ineuidenti, cauſatur habitus per ſe, & eſſentialiter ineuidens: Sed habitus per ſe, & eſſentialiter principiorum Theologiæ noſtræ, vt in nobis viatoribus, eſt per ſe, & eſſentialiter ineuidens; ergo. Minor probatur; quia de ratione fidei eſt ineuidentia, ex Apoſtolo ad Heb. 11. vbi notandum, aliud eſſe dicere, fidem eſſe habitum per accidens principiorum noſtræ Theologiæ; & aliud eſſe dicere, fidem eſſe habitum ineuidentem per accidēs. nam primum eſt verum: ſecundum eſt falſum. Similiter aliud eſt dicere, habitum noſtræ Theologię eſſe ſecundum ſe ineuidentem; & aliud eſt affirmare, habitum noſtræ Theologię, vt eſt in nobis viatoribus eſſe per ſe ineuidentem. Primum eſt falſum; quoniam noſtra Theologia ſecundum ſe abſtrahit ab euidentia, & ineuidentia. Secundum autem verum eſt ratione dicta.

Heb. 11.

Secunda Diſtinctio. In Theologia viatorum duo ſunt: id quod eſt formale, & hoc eſt lumen diuinę reuelationis obumbratum. Et id quod eſt materiale, & hæ ſunt ſpecies intelligibiles, veritates cognitæ, & demonſtrationes; quæ tamen comparata ad Phantaſmata, quibus neceſſariò vtimur in hac vita in exercitio cuiuslibet noſtræ cognitionis, & habitus intellectualis, ſe habent vt formale ad materiale, vt docet S. Thom. prima ſecūdæ q. 67. art. 1. & alibi.

S. Thom.

Quis vſus noſtrę Theologiæ in patria.

Tertia diſtinctio. Theologiam noſtram remanere in beatis, quò ad vſum, vel exercitium poteſt dupliciter intelligi. Vno modo quo ad vſum cognitionis tantùm acquiſitæ contemplando quidditates, & veritates Theologicas in via cognitas, & vtendo in actuali diſcurſu eiſdemmet demonſtrationibus, & argumentis, qui poſt acquiſitionem, & exercitium in via remanſerunt habitualiter in intellectu beatorū. Alio modo quò ad acquiſitionem nouę cognitionis per nouas demonſtrationes, & diſcurſus deducendo nouas propoſitiones, & veritates. Diſtinctio eſt D. Thom. 3. par. q. 11. art. 3. in corpore.

S. Tho.

Concluſiones deducta, & probatæ.

Theologia noſtra remanet in patria ſecundū rōnem ſui generis.

His præmiſsis ſit prima concluſio. Theologia noſtra remanet in patria ſecundum ſuam abſolutam rationem, ideſt ſecundum rationem ſui generis. Probatur: Theologia noſtra ſecundum ſe nullam habet repugnantiam ad ſtatū beatifi-

A cum, nec ex parte ſubiecti, nec ex parte obiecti; ergo remanet in patria modo dicto. Antecedens probatur: Theologia noſtra ſm̄ ſe, ſiuè ſm̄ rationē ſui generis, non habet, niſi quod deducat concluſiones ex principijs notis lumine beatorum; ſed huic deductioni neuter ſtatus repugnat, ſ. viæ, vel patriæ; ergo. Non viæ, vt patet; nec patriæ; quoniā vt ſupradiximus ex S. Tho. 3. p. q. 11. art. 3. ad tertium, vti diſcurſu eſt connaturale animabus beatorum, non autem Angelis.

Theologia noſtra materialiter remanet in patria S. Tho.

Secunda concluſio. Noſtra Theologia remanet in patria, quò ad id, quod eſt materiale, ideſt quò ad ſpecies intelligibiles, veritates cognitas, & diſcurſus.
B Probatur primò authoritate S. Thom. 1. 2. q. 67. ar. 2. & 1. par. q. 89. ar. 5. & 1. Cor. 13. Quibus in locis probat ſcientias hic acquiſitas manere in anima ſeparata, ſiuè miſera fuerit, ſiuè beata. Et authoritas D. Hieronymi à S. Tho. allegata precipuè concludit de ſacra Theologia; ad cuius acquiſitionē principaliter adhortabatur S. Hieronymus. Secūdò probatur ēt ratione: Nā perſpectiua deducta ex principijs creditis ſuperueniente habitu Geometriæ, à quo erant accepta per fidē dicta principia, non deſtruitur, ſed remanet in ſtatu perfectiori: ergo ēt Theologia remanet multò perfectior adueniente viſione beatifica. Tertiò
C probatur argumentis hic adductis a Banneſio.

S. Hieron.

Bannes.

Theologia viatorum non remanet in patria, quò ad rōnem ſpecificam.

Tertia concluſio. Theologia viatorum non remanet in patria, quò ad id, quod eſt formale, nec quò ad propriam, & ſpecificam rationem. Probatur primò ex prima diſtinctione, & eius explicatione. Secundò quoniam in patria non remanet fides, nec prophetia propter ineuidentiam; ergò eadem ratione neque noſtra Theologia. Tertio poſſet probari authoritate Apoſtoli 1. cor. 13. *Siue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur*. Sed huic authoritati Dominicus Bannes plures adduit interpretationes, quas impugnat Gregor. de Valentia.
D Optima expoſitio eſt illa, quā affert S. Tho. ſuper dicto loco, & 1. 2. q. 67. ar. 2. nimirum verbum Apoſtoli intelligēdū eſſe quantū ad id, qđ eſt materiale in ſciētia, & quantū ad modū intelligendi; quia neq; phātaſmata remanebūt deſtructo corpore, neq; erit vſus ſciētiæ p cōuerſionē ad phātaſmata.

1. Cor. 13.

Bannes. Valentia. S. Thom.

Contra Banneſium. Vius Theologiæ noſtræ in patria.

Quarta cōcluſio cōtra Bann. Neq; in animabus beatorum, neq; in Angelis erit noſtra Theologia quò ad exercitium deducēdi ex principijs nouas cōcluſiones virtute luminis gloriæ, accedente ēt lumine naturali, vt inquit Bānes, quē ſequitur Ale
E xand. Peſantius, quò ad animas puerorum baptizatorū. Probatur hæc concluſio primò quò ad Angelos. nā ſequeretur Angelorū notitiā eſſe diſcurſiuam cōtra S. Tho. loco ſuperius allegato. & 1. p. q. 58. art. 3. Deinde probatur quò ad oēs beatos. Nā ſequeretur Beatos ſemper proficere in cognitione, quam habent extra verbum. Non enim pōt aſsignari ratio alicuius determinati termini dictæ notitiæ. Tertiò. qm̄ ſequeretur eos, qui hic nō acquiſierunt Theologiam, acquiſituros æqualem, immò maiorē ſcientiam, q̄ ſit ſcientia cuiuslibet ſummi Theologi, ſummis laboribus in via comparata. Conſequentia probatur: nam ſecundum

S. Thom.

Bannc-

Banneſium, qui in hac vita non didicerunt prædicto modo, ſibi acquirent ſcientiam, qui verò didicerunt, nihil acquirent. Quartò: quoniam fruſtra nos adhortaretur D. Hieronym. dicens: *Diſcamus in Terris, etc.* quo loco precipue de diuina ſciētia loquebatur. Poſſet hic quæri: An in animabus damnatorum remaneat Theologia hic acquiſita. Cui quæſito facilè reſpondetur, quod quemadmodum in hæretico non manet Thologia eiuſdē ſpeciei, cum illa, quæ eſt in Catholico; quoniam non remanet eadem ratio formalis principiorum, quę in hęretico non fide infuſa, ſed humana tantùm opinione tenentur, ita pariter in animabus damnatorum, cum in eis non remaneat fides, vt docet S. Thom. 2. 2. q. 5. art. 2. & ibidem expreſſius Caiet.

S. Hieron. In dānatis non remanet ſciētia Theolo. giæ, ſed opinio.

S. Thom. Caiet.

Ex prædictis facilè poſſunt conciliari prædictæ duæ ſententiæ, quæ non rei veritate, ſed verborum duntaxat apparentia ſunt contrariæ, & ad vtriuſque partis argumenta reſponderi.

Argumenta, & ſolutiones.

Nauarr.

CONtra primam concluſionem argumentatur Nauarretus primò: Quia ſic etiam fides manere in patria: Quia ſuccedit ei cognitio altera euidens.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam. Ad probationem dico commonem hic eſſe de genere proximo; qualis eſt theologia reſpectu theologię noſtræ, & beatorum, non autem de genere remoto, qualis eſt cognitio reſpectu fidei & cognitionis patriæ: Vnde etiam remanet in beatis idem nomen theologiæ, & ſcientiæ, nō autem remanet nomen fidei, ſed nomen tantum valdè commune cognitionis.

Secundò: Si theologia in patria habeat aliquem actum, debet illum habere ſub propria, & ſpecifica ratione ipſius; ergo remanet eadem ſecundùm ſpeciem. Antecedens probatur: Quia non eſt intelligibile, quòd aliquis habitus eliciat actum concurrendo ad eum ſecundùm rōnem genericam ſuam, non verò ſm rationem ſpecificam.

Reſpondetur nullam eſſe conſequētiam: Quia, cum theologia viatorum nō remaneat in patria, niſi ſecundum communem generis rationem, & quoad id, quod materiale eſt, vt dicemus in ſequēti concluſione, & induat aliam rationem formalē ſpecificam ſcientiæ, vt ſcientia eſt, non poteſt actum aliquem elicere ſub ratione illa ſpecifica, quam habebat in via, ſed ſub ea tantum, quam habet in patria.

Tertio. Habitus theologiæ naturaliter inclinatur ad cognitionem claram earum veritatum, quas in via cognoſcit obſcurè; Ergo talis inclinatio non eſt fruſtra; Ergo debet ei corriſpondere finis, ad quem inclinatur, & perfectio, quam expoſcit; Ergo remanet eadem Theologia ſecundum ſpeciem. Conſequentiæ omnes probantur à ſimili: Quia S. Thomas infrà quæſt. 12. art. 1. colligit conſecutionem vltimi finis in homine, ex eo, qđ naturaliter inclinatur viſis effectibus ad videndā cauſam modo ſibi proportionato; Ergo ſimiliter ex inclinatione, q̄ habet theologia in via ad cognoſcendum myſteria, quæ ad ipſam pertinent, clarè, debet ēt colligi permanentia eiuſdem theologiæ in ea cognitione, ne ſit fruſtranea īclinatio.

Reſpondetur primò, falſum eſſe antecedens propriè loquendo: Nam illa inclinatio propriè conuenit homini primò, quidem ſecūdum fidem, ſecundariò verò ſecundum theologiam, quā habet in via; & quia deſiderat ablato velamine, & obſcuritate fidei myſteria, & theologicas veritates reuelata facie in ipſa Deitate contēplari, cōſequens eſt, vt alterius, & perfectioris ſpeciei appetat theologiam manente tantùm eo, quod prioris erat materia theologiæ; alioquin eodem argumēto probaretur fidem etiam in patria manere, quia ſecundùm eam inclinatur homo in claram Dei, & myſteriorum fidei cognitionem &c.

Secundo reſpondetur habitum theologiæ viatoris non ſecundùm propriam rationem ſpecificam, ſed ſecundùm id, quod in eo materiale eſt, inclinari in claram cognitionem; & ideò admiſſa prima, & ſecunda cōſequentia negatur vltima.

Alia eiuſdem Authoris argumenta ex prænotatis facilè diluuntur.

Contra tertiam concluſionem arguit Dominicus Bannes primò: Non repugnat ſcientiæ ſubalternatæ coniungi ſcientiæ ſubalternanti; ergo.

Bannes.

Reſpondetur argumentum probat fieri coniunctionem ſcientiarū materialiter. Præterea ſi ſermo ſit de coniunctione, et quo ad rationes formales, falſa eſt vniuerſaliter, & in ſpecie fallit in ſciētia ſupernaturali, quæ propter diminutam eius participationem in nobis, vendicat ſibi imperfectionem in præſenti ſtatu oppoſitam perfectioni ſibi debitę in proprio ſtatu, qualis eſt ſtatus patrię.

Secundò. Dona Spiritus ſancti, quæ in hac vita pertinent ad intellectum, habent ineuidentia pro hoc ſtatu, & tamen manent in patria, vt docet S. Tho. 1. 2. q. 68. art. 6. ergo etiam noſtra theologia, licet hic ſit obſcura, manebit in patria.

Ad hoc argumentum omiſſis reſponſionibus Franciſci Zumel parum ſolidis, reſpondetur Dona Spiritus ſancti dari primò ad hoc, vt anima ſit benè mobilis à Spiritu ſancto ad aliquid cognoſcendum, quod ſit ad ſalutem vtile; non autem tantum immediatè ad cognoſcendum; quare nulla eſt conſequentia.

Circa reſponſionem ad ſecundum argumentū D. Tho. Nota diligenter quaſi tres ex ea poſſe elici reſponſiones. Prima eſt: ſacra doctrina non tractat de ſingularibus principaliter. Secunda: Non tractat de ſingularibus, vt ſingularia ſunt, ſed vt ſunt in exemplum vitæ; ſicut in ſcientijs moralibus. Tertia. Tractat de ſingularibus ratione certitudinis, & infallibilis authoritatis, quæ per eos ad hanc doctrinam deriuatur.

Quō Theologia cōſideret ſingularia.

Contra ſecundam obijcit Gabriel Vaſquez. Quia myſteria incarnationis, iuſtificationis, & reſurrectionis non adducūtur in exemplū doctrinæ, ſed de eis theologia nr̄a principaliter tractat.

Contra tertiā ſic ex eodem poteſt argui: Non minus perfecta cognitio pōt haberi ſingularium,

quàm vniuerſalium, ſi ea ſit euidens, vt re vera eſſe poteſt; ergo de eis non minus poteſt eſſe ſcientia, quam vniuerſaliũ. Antecedens probatur: quia Aſtrologus habet demonſtrationem de motibus cœlorum, & de aſpectibus Aſtrorum; ergo. Authoritas autem Ariſt. primo poſter. *ſingularium non eſt ſcientia*, intelligenda eſt (inquit) de ſingularibus rerum corruptibilium, & de ſcientia, naturali lumine acquiſita.

Ad argumentum contra ſecundam reſponſionem dico primò mentem D. Thomæ non eſſe affirmare, ſcietiam hanc de ſingularibus omnibus, quæ in canone ſacrarum litterarum recenſentur, tractare tantum in exemplum vitæ; nam S. Thom. duas cauſas aſſignauit, propter quas hæc ſcientia tractat de ſingularibus, ſcilicet propter exemplũ vitæ, & ad declarandam authoritatem virorum, per quos ad nos reuelatio diuina proceſsit, quæ ambæ non ſemper concurrunt; ſed quandoq; vna tantùm, quandoque duæ, vt de ſe patet. Secundò dico intentionem S. Thom. non fuiſſe enumerandi omnes cauſas, propter quas ſacra doctrina tractat de ſingularibus; ſed voluiſſe tantùm ſoluere argumentum oſtendendo non repugnare rationi ſcientiæ, quod de aliquibus ſingularibus pertractet. Tertio dico, ſcientiam hanc tractare de myſterio incarnationis, iuſtificationis, & reſurrectionis in exemplum vitæ, vt practica eſt, iuxta illud. *Inſpice, & fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt*; licèt non tantùm propter talem finem. Nec debuit S. Thom. recenſere omnes fines, ad quos ordinatur cognitio ſingularium in hac ſcientia.

Ad primum argumentum contra tertiam reſpõſionem, negatur conſequentia. Et ad id, quod tangitur de Aſtrologo, dicitur demonſtrationem cõcludere vniuerſalem, non autem ſingularem propoſitionem. Quomodo autem ſingularia conſiderentur ab hac ſcientia, docet Capreolus in. 1. q. Prologi, & Caiet. hic ad primum argumentum Durandi, & Aureoli, & nos iam plura diximus. Capreolus Caiet.

ARTICVLVS III.

Vtrum ſacra doctrina ſit vna ſcientia.

3 Infra art. 4. & 1. ſen. prol. a. 1. 3 & 4. cas & 3. primo poſter. t x. 43. 10. 1.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd ſacra doctrina nõ ſit vna ſcientia: quia ſecundũ Philoſophum in primo Poſteriorum vna ſcientia eſt, quæ eſt vnius generis ſubiecti: Creator autem, & creatura, de quibus in ſacra doctrina tractatur, non continentur ſub vno genere ſubiecti. Ergo ſacra doctrina non eſt vna ſcientia.

2 Præterea. In ſacra doctrina tractatur de Angelis, de creaturis corporalibus, & de moribus hominum; huiuſmodi autem ad diuerſas ſcientias philoſophicas pertinent; igitur ſacra doctrina non eſt vna ſcientia.

Sed contra eſt, quòd ſacra ſcriptura de ea loquitur, ſicut de vna ſcientia; dicitur enim Sapient. 10. Dedit illi ſcientiam Sanctorum.

Reſpondeo. Dicendum, ſacram doctrinam vnam ſcientiam eſſe. Eſt enim vnitas potentiæ, & habitus conſideranda ſecundum rationem formalem obiecti; puta homo, aſinus, & lapis conueniunt in vna formali ratione colorati, quod eſt obiectum viſus. Quia igitur ſacra ſcriptura conſiderat aliqua, ſecundum quod ſunt diuinitus reuelata (ſecundum quod dictum eſt) omnia quæcumque ſunt diuinitus reuelabilia, communicant in vna ratione formali obiecti huius ſcientiæ; & ideo comprehenduntur ſub ſacra doctrina, ſicut ſub ſcientia vna. Ar. præced. D. 1154.

Ad primum ergo dicendum, quòd ſacra doctrina non determinat de Deo, & de creaturis ex æquo, ſed de Deo principaliter, & de creaturis ſecundum quod referuntur ad Deũ, vt ad principium, vel finem. Vnde vnitas ſciẽtiæ non impeditur.

Ad ſecundum dicendum, quòd nihil prohibet inferiores potentias, vel habitus diuerſificari circa illas materias, quæ communiter cadunt ſub vna potentia, vel habitu ſuperiori; quia ſuperior potentia, vel habitus reſpicit obiectum ſub vniuerſaliori ratione formali; ſicut obiectum ſenſus communis eſt ſenſibile, quod comprehendit ſub ſe viſibile, & audibile. Vnde ſenſus communis, cùm ſit vna potentia, extendit ſe ad omnia obiecta quinque ſenſuum. Et ſimiliter ea, quæ in diuerſis ſcientijs philoſophicis tractantur, poteſt ſacra doctrina vna exiſtens conſiderare ſub vna ratione, inquantum ſcilicet ſunt diuinitus reuelabilia, vt ſic ſacra doctrina ſit velut quædam impreſſio diuinæ ſcientiæ, quæ eſt vna, & ſimplex omnium.

Ratio ordinis.

TRactauit S. Tho. in Articulo præcedente de genere huius ſacræ doctrinę, dixitque eam eſſe ſcientiam ſubalternatam; nunc inueſtigat eius vnitatem ſpecificam, quæ pendet ex differentia illius conſtitutiua, de qua differit in hoc tertio articulo, in quo quærit, an hæc ſacra doctrina ſit vna ſcientia, cuius tituli explicatio petenda eſt ex Caiet.

Forma Textus.

IN corpore eſt vna concluſio: Sacra doctrina eſt vna ſcientia. Probatur: Vnitas potentiæ, & habitus cõſideranda eſt ſecundum obiectum, non quidem materialiter, ſed ſecundum rationem formalem obiecti: At omnia, quæ conſiderantur à Sacra doctrina communicant

cant in vna ratione formali obiecti; ergo ſacra doctrina eſt vna ſcientia. Maior probatur, ſiuè declaratur exẽplo hominis Aſini, & lapidis, quæ conueniunt in vna formali ratione colorati. Minor probatur: Sacra doctrina conſiderat aliqua, ſecundum quòd ſunt diuinitus reuelata; ſed omnia, quæ ſunt diuinitus reuelabilia; communicant in vna ratione formali obiecti; ergo omnia, quæ conſiderantur à ſacra doctrina communicant in vna ratione formali obiecti.

Expoſitio Textus.

AD huius breuiſsimæ, ſed profundiſsimæ doctrinæ explicationem, quatuor eſſent cum Caiet. hic declaranda. Primum eſt diſtinctio duarum rationum formalium, quæ in quolibet obiecto ſcientiæ reperiuntur. Secundum eſt neceſsitas talis diſtinctionis. Tertium eſt comparatio dictarum duarum rationum formalium adinuicem. Quartum eſt, quomodo reuelatio ſit ratio formalis noſtræ Theologiæ. ſed quoniam Caietanus valdè formaliter, & exactè prædicta quatuor explicauit, ne ſuperuacaneo labore illius Commentarium tranſcribamus, ad illum lectorem remittimus. Primum, ſcilicet diſtinctio tractatur à Caietano, ibi. *Ad euidentiam horum, &c.* Secundum ibi. *Neceſsitas autem.* Tertium ibi. *Ad hoc dicitur, quod illa propoſitio, &c.* Quartum ibi. *Pro euidentia reſponſionum &c.*

Prima Controuerſia.

Quæ nam ſit ratio formalis ſub qua in qualibet ſcientia.

Sententiæ expoſitorum.

Caiet. CAietanus ſuper hoc articulo ſignificat, abſtractionem à materia, eſſe rationem formalem ſub qua obiecti cuiuslibet ſcientiæ realis naturali lumine acquiſibilis Eiuſdem ſententię videtur Sylueſter ſuper hoc articulo, & Franciſcus Zumel, & Peſantius. Dominicus Bannes, negat abſtractionem eſſe rationem formalẽ alicuius obiecti, ſtatuitque lumen ſcientificum eſſe rationem formalem ſub qua in quolibet obiecto, abſtractionem verò eſſe tãtùm conditionem neceſſariam, & annexam obiecto, manifeſtabili per tale lumen. Ludouicus Molina negat vtrumquè prædictorum eſſe rationem formalem, & aſſerit ſcibilitatem obiecti eſſe rationem formalem ſub qua, quę ſcibilitas eſt diuerſa pro diuerſitate medij, & ſimiliter, rationem formalem ſub qua obiecti Theologiæ non eſſe reuelationem, ſed cognoſcibilitatem per talem reuelationem. Gabriel Vaſquez negat rationem formalem obiecti Theologiæ eſſe diuinam reuelationem, & affirmat eſſe primam veritatem, ideſt teſtimonium primæ veritatis, cui quaſi medio, & principio credendi fides inuititur.

(Sylueſter. Zumel. Peſantius. Bannes. Molina. Vaſquez.)

Nauarretus. Nauarretus Controuerſia 9. decem dictis explicat ſuam opinionem. Primũ eſt: præter habitũ ſcientificum non ponitur ſpeciale lumen, ſub quo habitus tendat in obiectum. Secundum: Ratio formalis ſub qua obiectum quodcunq; dicitur ſcibile, eſt medium, per quod paſsiones illius obiecti ſunt demonſtrabiles de eodem, & ſimiliter ratio, ſub qua ſcientia quælibet tendit in obiectum ſcibile, eſt medium, per quod ſcientia ipſa probat eaſdem paſsiones de ſubiecto. Tertium eſt: Mediũ incomplexè ſumptum non eſt ratio ſub qua cognoſcendi veritatem ſcientificam, ſed tantùm cõplexè ſumptum. Quartum eſt: Impoſsibilè eſt, vt ab immaterialitate, ſiuè prout omninò ſe tenet ex parte obiecti, ſiuè vt terminat ordinem, ſcientiæ ſumatur ratio formalis ſub qua ſpecifica ſcientiæ. Quintum eſt: Diſtinctio ſcientiarum ſpecificia ſumitur radicaliter, & quaſi initiatiuè ex diuerſa obiectorum immaterialitate. Sextum eſt: Neceſſe eſt rationem, quam ſcientia aſſumit tanquam formalem, & ſub qua ad cognoſcendas aliquas veritates ſcientificè de aliquo ſubiecto, pręexiſtere à parte rei anteq̃ aſſumatur. Septimum: Quælibet res ſcibilis ex parte ſua, & quatenus ex ſe fundat ſcientiam, per idem principium conſtituitur in eſſe entis, & in eſſe ſcibilis, & eadem eſt ratio quę, conſtitutiua eiuſdem naturæ in eſſe rei, atq; ratio ſub qua conſtitutiua eiuſdem in eſſe ſcibilis. Octauum eſt: Medium in demonſtratione formaliter loquendo non poteſt dici ratio formalis quæ obiecti. Nonum eſt: Reuelatio diuina virtualis, vt eſt ratio ſub qua, eſt perfectio realis; quę tamen nihil ponit intrinſecum reale in obiecto quod, in eſſe rei, ſed tantùm ponit realem perfectionem in obiecto in eſſe obiecti; ità vt vnum efficiat cum eo in eſſe obiecti, ſicut reuelatio diuina, vt eſt aliquid perfectionis infinitæ, efficit vnũ in eſſe obiecti cum re, quæ reuelatur, & ità eſt ratiò ſub qua virtutis Theologiæ, quæ eſt fides. Vltimum eſt: Quando obiectum ex natura ſua eſt ſcibile, perfectio ſcibilis illius in eſſe obiecti ortũ habet ex perfectione in eſſe rei; at verò in his veritatibus Theologicis & in illis, quæ ſunt de fidei, non ortum habet perfectio obiecti in eſſe ſcibilis, vel cognoſcibilis ex perfectione in eſſe rei, ſed ex reuelatione ſuperueniente.

Reſolutio.

Rationem formalem ſub qua in qualibet ſcientia eſſe medium ſic abſtractum, & illuminatum.

OBſeruandũ eſt primò in qualibet ſciẽtia nr̃a naturali ſex reperiri; videlicet lumen naturale intellectus agentis; abſtractionẽ à materia; ſpecies intelligibiles, medium, quo probatur cõcluſio, habitus; & tandem lumen acquiſitum ex diſcurſu, quo cognoſcuntur concluſiones. Et de lumine quidem intellectus agentis, nullus vnquam exiſtimauit eſſe rationem formalem diſtinctiuã ſcientiarum, licèt ſit ſuo modo ratio ſub qua, vt dicemus; quoniam illud eſt vnum tantùm; ſcientiæ verò acquiſitæ plures ſunt. Species etiam intelligibiles, & habitus apud nullum ſanæ mentis Sex in qualibet ſciẽtia naturali.

poſ-

poſſunt eſſe rationes formales; cum iſta materialiter ſe habeant ad rationem ſub qua, aut ſaltem habitus ſe habeat ad rationem formalem, vt ſpecies ad ſuam differentiam, qua conſtituitur, & diſtinguitur. Dubitatio ergo relinquitur de tribus, ſcilicet de abſtractione, de medio demonſtrationis, & de lumine acquiſito ex diſcurſu.

Caiet.

Secundo. Aduertendum eſt ex Caietano, ſecunda ſecundæ quæſt. decima octaua, articulo ſecundo, quòd, quia obiectũ prius cõparatur ad ſubiectum, quàm ad actum, vel habitum, (nam prius reſpicit potentiam actus elicitiuam, quàm actum ipſum,) ideo inquit Caietanus: *conditiones redundantes ex ſubiecto in obiectum præuenientes actum, & habitum ad integritatem pertinent obiecti formalis actus, vel habitus; & licèt huiuſmodi denominatiuæ conditiones ſint in obiecto entia rationis, ſicut viſibilitas, & ſcibilitas, quæ ſunt relationes rationis, habent tamen reales cauſas in ſubiecto, ſcilicet talem, vel tales diſpoſitiones ſubiecti; ſicut in obiecto fidei non videri eſt denominatio rationis tantùm, ſed eius cauſa, ſcilicet talis diſpoſitio ſubiecti, eſt realis; & huic diſpoſitioni reali contrariatur alia diſpoſitio realis in eodem ſubiecto, puta eſſe affectum lumine gloriæ conſummatæ, ex qua in obiecto redundat oppoſita denominatio rationis, ſcilicet eſſe viſum*; hæc ferè ad verbum ex Caietano; ex quibus apparet verum eſſe, quod alibi docet S. Thom. videlicet rationem formalem ſub qua ſe tenere ex parte ſubiecti; & conſequenter etiam ex parte actus, & habitus, qui per rationem formalẽ ſub qua realiter informantur, & perficiuntur. Vnde ſequitur diſtinctionem ſcientiarum ex obiectis quidem quærendam eſſe per ſe primò; quoniã ex eis primò, deriuatur diſtinctio; ſed formale intrinſecum reale diſtinctiuum in forma quadam reali ſubiecto, & habitibus ipſis inhærente conſiſtere.

S. Thom. Ratio formalis ſub qua ſe tenet ex parte ſubiecti.

Tertiò notandum abſtractionem, de qua loquimur, pertinere ad primam operationem intellectus, de qua dicitur illud: abſtrahentium nõ eſt mendacium; eſt enim conſideratio vnius, ſiuè rei, ſiuè rationis formalis cum non conſideratione alterius, aut aliarum rerum, vel rationum formaliũ eiuſdem ſubiecti, ſiuè obiecti; ſicut, cum conſidero ens, vt ſic, non conſidero materiam aliquam ſẽſibilem, vel intelligibilem, cum conſidero quantitatem, vt ſic, non conſidero Socratem, vel Platonẽ. Itaque abſtractio dicit poſitiuum cum negatione.

Abſtractio obiectorũ pertinet ad primã operationem intellectus.

Quartò ſciendum, hæc quatuor ſcilicet lumen intellectus agentis, lumen participatum, vel acquiſitum; medium demõſtrationis, & abſtractionem habere officium illuminandi intellectum ad cognoſcendam concluſionem, cum ſint rationes ſub quibus intellectus cognoſcit, ſed diuerſimodè. Nam lumen intellectus agentis, principaliter per ſe primò, & mediatè illuminat concluſiones, ſiuè habitum ſcientiæ, medijs ſcilicet primis principijs, immediatè illuminatis: quod idem proportionaliter præſtat lumen fidei reſpectu concluſionum, vel ſcientiæ Theologicæ. Lumen participatũ, ſiue acquiſitum illuminat concluſiones, & ha-

Quatuor habent officium illuminandi intellectũ. Intellectus agens primo illuminat.

Lumẽ acquiſitum proximè illuminat.

A bitum ſcientiæ proximè, & immediatè. Medium demonſtrationis illuminat eaſdem concluſiones, & habitum inſtrumentaliter, ſcilicet, vt inſtrumẽtum intellectus; quod tamen inſtrumentum quandoque à S. Thom. dicitur lumen, vt dicemus infra: vnde congruè poteſt appellari inſtrumentum formale. Abſtractio illuminat, vt remouens prohibens, ſicut remoto velamine, vel tabernaculo illuminantur, quæ ſub eo tegebantur. Et de lumine quidem intellectus agentis nulla eſt difficultas; ſimiliter nec de lumine participato, ſiuè acquiſito, quoniam, ſi lumen eſt, illuminat; & ſi proximũ eſt, vt conſtat, immediatè habet illuminationem.

Mediũ demonſtrationis illuminat inſtrumentaliter.

B De medio verò demonſtrationis habemus doctrinam S. Thom. de ver. q. 9. art. primo, in corpore, & ad ſecundum, vbi S. Tho. docet ex ſimilitudine luminis corporalis, loquendum eſſe de lumine intellectuali; *lumen autem corporale*, inquit, *eſt medium, quo videmus, & ſeruit noſtro viſui in duobus, vno modo, quod per ipſum fit nobis viſibile actu, quod erat potentia viſibile: alio modo, quod viſus ipſe confortatur ad videndum ex luminis natura: vnde & oportet eſſe lumen in compoſitione organi: vnde & vigor intellectualis poteſt dici ipſe vigor intellectus ad intelligendum, vel etiam id, quo aliquid fit nobis notum: vnde ſecundum duo poteſt aliquis illuminari ab alio, ſcilicet ſecundùm hoc, quod eius intellectus confortatur ad cognoſcendum; & ſecundùm hoc, quod intellectus manuducitur ex aliquo in aliquid cognoſcendum. & hæc duo coniunguntur in intellectu: ſicut patet cum aliquis per aliquod medium, quod mente concipit, intellectus eius confortatur ad alia videnda, quæ prius videre non poterat. Secundùm hoc ergo vnus intellectus ab alio illuminari dicitur, inquantum traditur ei aliquod medium cognoſcendi, quo intellectus confortatus poteſt in alia cognoſcibilia, in quæ prius nõ poterat*; hęc S. Tho. in reſponſione autem ad ſecundum, ſic ait; *Cũ omne, quod intelligitur ex vi intellectualis luminis cognoſcatur, ipſum cognitum, in quantum huiuſmodi, includit in ſe intellectuale lumen, vt participatum, ex cuius virtute habet intellectum confortare. Sicut patet, quãdo Magiſter tradit diſcipulo aliquod medium alicuius demonſtrationis, in quo participatur lumen intellectus agentis, vt inſtrumento: prima enim principia ſunt quaſi inſtrumenta intellectus agentis, vt dicit Comm. in 3. de Anima, & ſimiliter omnia principia ſecunda, quæ continent propria media demonſtrationum*. Hæc ibi: Eandem doctrinam tradit S. Thom. pluribus alijs in locis, ſcilicet de ver. q. 11. art. 1. ad 9. & 2. 2. q. 15. art. 1. & 1. 2. q. 54. art. 2. reddit rationem, quare ſecundum diuerſa media diſtinguantur habitus, *quoniam*, inquit, *diſtinguuntur formæ adinuicem ſecundum diuerſa principia actiua, eo quod omne agens facit ſibi ſimile ſecundum ſpeciem, tota autem virtus demonſtrationis, quæ eſt ſyllogiſmus faciens ſcire, dependet ex medio; et ideo diuerſa media, ſunt diuerſa principia actiua ſecundum quæ habitus ſcientiarum diuerſificantur*. Et hoc eſt, quod ſignificat Caietanus in hoc articulo, quando ait: *Scibile, diuiditur in ſcibile per lumen metaphyſicum, id eſt per medium illuſtratum per abſtractionem ab omni materia, & per lumen mathematicum, id eſt per medium illuſtratũ imma-*

Abſtractio illuminat vt remouens prohibens.

C D. Thom.

D E S. Thom.

Caiet.

Digitized by Google

immaterialitate ſenſibili,obumbratum tamen materia intelligibili,& per lumen Phyſicum obumbratú, ideſt medium obumbratum materia ſenſibili, illuſtratum autem ex ſeparatione indiuidualium conditionum, & per lumen diuinum, ideſt medium diuino lumine fulgens, quod ſcibile Theologicum conſtituit. Eſt ergo medium,lumen quoddam illuminas intellectum, quod medium ſimul cum lumine naturali intellectus integrat vim iudicatiuam concluſionis, ita tamen,vt medium non concurrat vt eliciens effectiuè aſſenſum, ſed vt ratio formalis ſub qua intellectus,& lumen naturale elicit aſſenſum:& hęc ratio ſe tenet potius ex parte potentiæ, quàm ex parte obiecti; & ideo dicitur inſtrumentum luminis naturalis, & eius confortatiuum. Abſtractio verò officiũ habet illuminandi,vt remouens prohibens; Nam vnumquodq; intelligibile eſt,quatenus eſt actu,potentia verò, & materia ſuaptè natura intelligibilitati repugnant. Vnde quantò maior erit abſtractio à potentia, ſiue à materia;tantò maior erit intelligibilitas;quia per abſtractionem remouetur materia, quæ intelligibilitati repugnat. Vnde Caietanus in quæſtione de primo cognito dixit, *per abſtractionem formalem oritur in eo,quod abſtrahitur,actualitas,diſtinctio, & intelligibilitas;quia,* inquit, *abſtractio formalis fit à materialibus,& potentialibus* Illuminat ergo abſtractio formalis de qua loquimur,vt remouẽs prohibẽs; ſicut remouens impedimentum luminis dicitur illuminare.Sunt ergo quatuor,quibus conuenit officium illuminandi,ſcilicet lumen intellectus agẽtis,lumen acquiſitum,medium,& abſtractio. Sed omiſſo primò,quod non conſtituit,neque diſtinguit habitus ſpecificè, cum ſit omnibus communiſſimum:de reliquis tribus dicemus. Hæc tria,ſ. lumen intellectus,medium cognoſcẽdi,& abſtractionem, breuiſſimis, ſed valdè prægnãtibus verbis complexus eſt Caiet.in prædictis verbis,ſcilicet *ſcibile diuiditur in ſcibile per lumen Metaph. ideſt medium illuſtratum per abſtractionem, &c.* vbi tria nominat,ſcilicet lumen, medium, & abſtractionem; & S.Tho.in 1.art.huius quæſtionis in reſpõſione ad ſecũdum duo nominauit,ſcilicet mediũ, & abſtractionem dicens: *Aſtrologus eandem concluſionem demonſtrat,quam Phyſicus,ſed per aliud medium,ſcilicet mathematicum,abſtractum à materia ſẽſibili;*quibus,ſi addamus doctrinam iam allatam ex quæſt.de ver. habebimus etiam tertium, ſcilicet lumẽ,ex quibus ſimul copulatis prouenit ſciẽtiarum diuerſitas;quod nõ ſolum Caiet. affirmat vbi ſupra, ſed etiam S.Tho.in d.art.1.ad 2.dũ ait: *Dicendum,quod diuerſa ratio cognoſcibilis, diuerſitatem ſcientiarum inducit.*& volens hoc probare ſubdit;*eandem enim cõcluſionem demonſtrat Aſtrologus, & naturalis puta,quod Terra eſt rotunda; ſed Aſtrologus per medium Mathematicum,&c.* vbi apertè ſignificat diuerſitatem medij, & abſtractionis eſſe diuerſam rationem cognoſcendi; quod etiam ratione probatur. Nam illæ ſunt per ſe diuerſæ rationes cognoſcendi,vel ſciendi, quæ variant per ſe ſcibile,quatenus ſcibile,ſed iſtæ ſunt tales; ergo. Maior patet.Minor probatur:quoniam ſcibile eſt aliquid non niſi per lumen, medium, & abſtractionem; ergo quod per ſe variat prædicta variat ſcibile.Qualis autem,& quanta ſit abſtractio obiecti ſacræ Theologiæ,facilè patet ex natura Deitatis,quæ puriſſimus actus eſt, abſtractus nõ tantùm à materia ſenſibili, & mathematica, ſed etiam ab omni materia Metaph. ideſt potentialitate;de qua abſtractione vide Banneſium 3. concluſione circa finem, & in reſponſione ad quintũ argumentum.

Quintò notandum,diuinam reuelationem,quã ſupradiximus eſſe rationem formalem ſub qua obiecti noſtrę Theologiæ,non eſſe ipſam actionem Dei reuelantis,ſed lumen,vel etiam effectum formalem luminis; quod lumen in nobis per diuinã actionem efficitur,quo lumine immediatè aſſentimur principijs,& mediatè concluſionibus; non quod ſit idem lumen formaliter, ſed tantùm virtualiter; nam per diſcurſum cauſatur in nobis lumen quoddam Theologicum diſtinctum à lumine fidei,& eo lumine immediatè aſſentimur concluſionibus; ſicut etiam contingit in ſcientijs naturali lumine acquiſitis,in quibus cauſatur per diſcurſum aliud lumen diſtinctum ab eo lumine naturali,quò cognoſcimus prima ſcientiarum principia.

Explicantur vberius concurrentia ad rationem formalem ſub qua.

VLtimò ad ampliorem prædictorum omnium euidentiam.

Conſiderandum eſt quinque concurrere ad obiectum formale alicuius ſcientiæ realis conſtituendum.

Primum eſt eſſentia realis proprias habens paſſiones de ſubiecto,cuius eſt illa eſſentia, demonſtrabiles. Secundum eſt abſtractio fundamentaliter ſumpta,quæ eſt ipſamet natura,vt abſtrahibilis per primam intellectus operationem aliqua trium abſtractionum.Tertium eſt actualis abſtractio per actum intellectus, quæ eſt ipſa realis intellectio tali modo,ex qua res, ſiue natura cognita extrinſece denominatur abſtracta. Quartum eſt lumen,quod ex tali abſtractione reſultat in intellectu realiter ipſum perficiens, ex quo denominatur extrinſece res, ſeu natura cognita illuminata. Quintum eſt ipſa rei eſſentia, vt diſtinctè concepta,& diffinitione ſignificata.Ex his itaque ſimul acceptis conſtituitur obiectum ſcientiæ formale ante omnem ſcientiæ generationem,ſed diuerſo modo: Nam eſſentia ſuas habens paſſiones eſt veluti materia,vel magis prima radix obiecti ſcibilis, vt ſic; abſtractio verò fundamentaliter ſumpta,ideſt abſtrahibilitas conſtituit obiectum vt res eſt,& ſe habet vt proxima radix obiecti,vt obiectum eſt: Actualis autem abſtractio obiectũ formale conſtituit,vt remouens prohibens, remouet enim ab obiecto materialitatem,quæ prohibebat talem intelligentiæ modum,puta metaphyſicum &c.lumen autem, prout ſciẽtiam antecedit, eſt talis manifeſtatio obiecti, quæ ex tali modo abſtra-

abſtractionis cauſatur, & hæc conſtituit obiectũ ſcibile ad modum formæ complentis eius rationem. Demum diffinitio tali abſtractione, & lumine illuſtrata principium proximum eſt ſcientiæ, ex qua id, quod prius ſcibile erat tantum in potẽtia, ideſt attingibile à ſcientia, iam incipit fieri actu ſcitum. Hoc autem fit, cum diffinitio in demonſtratiuo diſcurſu aſſumitur, vt medium, & applicatur concluſioni: tunc enim habitus ſcientiæ primò generatur; ex medio autem ſic illuminato, & applicato reſultat nouũ lumen, putà metaphyſicum, aut mathematicũ; quod eſt proprium ſciẽtiæ, prout diſtinguitur à principijs, & eſt id, quo veluti vltimo completiuo vna ſcientia diſtinguitur ab alia, & ex quo denominatur obiectum actu, vel habitu ſcitum.

Sed prætereà obſeruandum eſt nullum eſſe inconueniens, ſed maximè neceſſarium ad obiectũ formale ſcientiæ concurrere non ſolùm reales entitates, & perfectiones eidem inhærentes, ſed etiã quaſdam alias perfectiones, aut conditiones ex parte intellectus, & ſcientię ſe tenentes, ex quibus obiectum ſecundùm ſe conſideratum extrinſecè tantùm denominatur; atque ideò nihil ponunt in eo ſecundùm ſe conſiderato, niſi relationes rationis; ſi verò conſideretur obiectum, vt apprehenſum, non minus in eo, quàm in ipſo intellectu, aut ſcientia veras, ac reales ponũt perfectiones: Quia ſic iam ad ipſam intellectus notitiam pertinet, in actu quidem primo, quoad ſpeciem impreſſam, in actu verò ſecundo, quoad ſpeciem expreſſam. Et quia ſpecies obiecti repræſentatiua ſimpliciter loquendo ſe tenet ex parte obiecti repræſentati, ideò ſpecies ſic abſtracta, & illuminata antè omnem ſcientiæ generationem ad complementũ obiecti ſciẽtiæ, vt obiectum eſt, ſiuè vt ſcibile eſt, pertinet; ità vt ipſa rei natura diſtinctè concepta, ideſt diffinitiuè cognita, & ſic abſtracta, & illuminata ſit obiectum formale ſub quo res eſt ſcibilis, fiatq; vnum integrum, & totale obiectum conſtans ex ipſa re naturalem ſuam eſſentiam habente, & ex eadem ſic intellectui repreſentata, & per illum abſtracta, & illuminata; ſic enim ex ſubiecto redundant conditiones in obiectum, vt aduertit optimè Caietanus loco ſuprà notato.

Ex quibus ſequitur primò, quòd conſiderando totum integrum obiectum, prout conſtat ex duplici eſſe, ſcilicet extrà, & intrà intellectum (ſic.n. tantùm eſſe poteſt obiectum ſcientiæ) prædicta omnia ſcilicet abſtractionem, lumen, & diffinitionem aliquid reale in eo ponere, non minus, q̃ in intellectu, vel ſcientia. Secundò ſequitur rationem formalem ſub qua aliquo modo ſe tenere ex parte obiecti, & aliquo modo ex parte potentiæ, vel ſcientiæ. Tertiò ſequitur medium demonſtrationis, quod eſt diffinitio, dupliciter eſſe rationẽ formalem ſub qua: Vno modo, vt incomplexè cõceptum, & ſic eſt ratio formalis obiecti ſcientiæ preueniens ſcientiam, & hoc modo non eſt mediũ actu, ſed tantùm in potentia proxima; ſicut etiam non eſt ratio actu cognoſcendi veritatem aliquã ſcientiæ, ſed in potentia tantùm; quia veritates

A ſcientiæ componendo cognoſcimus: Alio modo, vt complexè conceptum, & in demonſtratione poſitum, & ità eſt actu medium, & ratio in actu cognoſcendi concluſionem cauſans in eodem inſtãti lumen ſcientificũ, putà metaphyſicum, aut mathematicum, ſub quo ſcientia ſimul cum eo genita tendit in obiectum. Et quia lumen hoc ex ipſo medio concluſioni applicato deriuatur ad concluſionem, cuius ſubiectum eſt ipſa res cognita, quæ eſt obiectum ſcientię, ideò hoc lumine non ſolùm ſcientia, ſed etiam obiectum illuminatur, & priùs natura, ideſt cauſalitate obiectum vt cognitum, quàm ipſa ſcientia, vel concluſio ſcita; quia medium, B ex quo lumen in vtrumque deriuatur, intimius eſt ſubiecto, quàm toti cõcluſioni, & rurſus hæc illuminatio, & ipſamet concluſio, & ſcientia tota eſt propter obiectum cognoſcendum, ac proindè ſe tenet hoc lumen, tàm ex parte obiecti, quã ex parte ſcientiæ, & eſt vtriuſq; ratio formalis ſub qua; ſcientiæ quidem, vt ab ea tendat in obiectũ, obiecti verò, vt ſub ea ſit, & dicatur actu, aut ſaltem habitu ſcitum. Sed quia medium non abſolutè tantùm cauſat dictum lumen, ſed vt applicatũ concluſioni, ad quam proximè diſcurſus ordinatur, ideò ex hac parte priùs natura deriuatur lumen ad concluſionem, vt ad quoddam totum per C ſe primò intentum, deinde ad eius ſubiectum, vt ad eius partem. Quartò ſequitur ſpecificam differentiam, & vnitatem ſcientiæ ex hoc lumine, veluti ex forma quadam vltimò complente alijs ſupradictis in ſuo ordine concurrentibus eſſe ſumẽdam; ordo namque tranſcendens ſcientiæ, putà metaphyſicæ ad obiectum, quod eſt ens, inquantum ens, ex his omnibus ſimul ſumptis, & ſuo modo concurrentibus deriuatur, ſcilicet ex abſtractione formaliter ſumpta ex lumine ab ea reſultãte, ex medio tàm complexè, q̃ incõplexè ſumpto, & ex lumine ſcientifico ab ea cauſato. Quintò, ſequitur rationem formalem ſub qua noſtræ Theologiæ eſſe D lumen diuinæ reuelationis virtuale, & medium ipſum, putà articulum fidei non abſolutè, ſed quatenus applicatur concluſioni; ſic enim cauſat lumen Theologicum. Vltimò ſequitur Nauarretum controuerſia nona, & alios recentiores Theologos, Logicos, & Philoſophos longè à ſcopo veritatis aberraſſe; quorum dicta neque neceſſe eſt, neque expedit hic ſingillatim examinare, ſicut nec opus eſt eorum ſingulis argumentis reſpõdere; ex his enim breuiter annotatis facilè diluentur.

Concluſiones deducta, & probata.

E

PRima Concluſio. Ratio formalis ſub qua ſciẽtiæ, & obiecti conſtituitur ex abſtractione, lumine, & medio; ita vt medium ſic abſtractum, & illuminatum ſit ratio formalis ſub qua. Hæc patet ex dictis.

Secunda Concluſio. Diſtinctio ſcientiarum per ſe ſumẽda eſt ex diuerſitate medij illuminati diuerſa abſtractione. Probatur. ſola illa diſtinctio ſcibilis, per ſe, & eſſentialiter variat rationẽ ſcientiæ, quæ variat integrum conſtitutiuum ſcibilis. *Vnde ſumen. ſit diſtinctio.*

At

Digitized by Google

At integrum conſtitutiuum ſcibilis, conſtat ex tribus tactis in iſta concluſione; ergo. Maior patet ex prædictis. Minor etiam patet ex tertio fundamento. Ex dictis duo ſequuntur. Primum: quando Ariſt. in ſecundo diuinorum dixit ſcientias diſtingui per diuerſas abſtractiones, nomine abſtractionis intellexit medium abſtractum, & conſequenter illuminatum; quia loquebatur de abſtractione ratione poſitiui, & negatiui, & concomitantiũ; & in eodem ſenſu apertius hic loquitur Caietan. qui ſatis ſe ipſum declarat. Secundùm: ſcientiæ diſtinguuntur per diuerſum lumen quod cauſatur ex diuerſis medijs propter diuerſam abſtractionem; nam, vbi maior eſt abſtractio, ibi lumen eſt nobilius. Quare Dominicus Bannes gratis contra Caietanũ laborat; & Molina nihil dixit ſingulare. *Bannes. Molina.*

Argumenta, & ſolutiones.

Bannes. Contra primam, & ſecundam concluſionem argumentatur Dominicus Bannes.

Primo. Si abſtractio à materia eſſet per ſe ratio formalis, ſub qua obiectum ſcibile cognoſcitur, conſtituitur, & diſtinguitur, ſequeretur, quod ſecunda intentio conſtitueret, & diſtingueret per ſe ipſum ſcibile; Conſequens eſt falſum; ergo, & antecedens. Probatur falſitas: quia ſecunda intẽtio eſt ens rationis; ergo non conſtituit, & diſtinguit realiter ſcientiam; Conſequentia probatur: quia abſtractio rei in materia exiſtentis eſt tantũ ſecunda intentio, quæ conſequitur operationem intellectus: vt cum quantitas abſtrahitur à materia ſenſibili; nam nulla quantitas eſt ſine materia ſenſibili.

Reſpondetur hoc argumento probari abſtractionem non eſſe cauſam per ſe ſufficienrem diſtinctionis ſcientiarum, quod etiam affirmat noſtra Concluſio.

Secundò reſpondetur: quod, licèt abſtractio nõ ponat in obiecto, niſi denominationem rationis; ponit tamen realem diſpoſitionem in intellectu, & eius actu, & habitu; Cum dicat realem conſiderationem vnius cum non conſideratione alterius.

Tertiò dicitur, idem Argumentum poſſe formari etiam de lumine ſcientifico, quod in obiecto nihil aliud ponit, niſi ſolàm denominationem rationis.

Secundò ſic arguit. Vbicunque non eſt diuerſitas luminis, etiam ſi ſit maior, vel minor abſtractio à materia in rebus cognitis, non diuerſificatur habitus; Ergo diſtinctio nõ eſt per abſtractionem, ſed per lumen. Antecedens probatur: Idem eſt lumen, & habitus omnium primorum principiorum, etiam ſi non omnia principia ſint æqualiter abſtracta; vt hoc principium: Quodlibet eſt, vel non eſt; eſt abſtractum à materia ſecundùm omnem modum. Hoc autem principium: Quæcunque ſunt æqualia vni tertio, ſunt æqualia inter ſe; eſt abſtractum à materia tantùm ſenſibili. Hoc verò principium: Natura eſt principium motus, & quietis; non eſt abſtractum à materia ſenſibili, & tamen prædicta omnia principia, eodem lumi-

A ne naturali, & habitu cognoſcuntur; ſed accedente diſcurſu, concluſiones ex illis deductæ, alio, & alio lumine cognoſcuntur. Et hoc lumine ſcientiæ diſtinguuntur.

Reſpondetur, quòd lumen naturale, ſiue habitus naturalis ex ſua excellentia, virtualiter continet reliquos omnes alios habitus, & lumina per diſcurſum ex principijs acquiſita, & comparatur vt act' ad omnia illa principia ſic abſtracta, quæ ex tali abſtractione cum lumine naturali habent, vt ſint tãquam radices, & ſemina diuerſorum habituum inde generandorum; quò fit, vt cum diuerſa principiorum abſtractione, ſtet vnitas luminis *Excellentia habitus naturalis.*
B naturalis. Vndè ad argumentum negatur conſequentia; Quamuis enim abſtractio non ſit per ſe ſufficiens, niſi concurrente medio demonſtrationis, & lumine ex demonſtratiuo diſcurſu reſultante, abſtractio tamẽ eſt maximè neceſſaria ad prædictam ſcientiarum diuerſitatem.

Tertiò ſic argumentatur Molina. Ratio ſub qua obiecti viſus, penes quam attenditur vnitas potentiæ, neque eſt color, neque lumen, ſed viſibilitas: Ergo ſimiliter ratio ſub qua obiecti ſciẽtiæ, non eſt medium, ſed ſcibilitas obiecti; atque ita etiam ratio ſub qua obiecti fidei, & Theologiæ nõ eſt reuelatio ipſa, ſed cognoſcibilitas per reuela- *Molina.*
C tionem, quæ in rebus ipſis reuelatis facta diuina reuelatione reſultat.

Reſpondetur hoc argumẽto probari prædictas conditiones, videlicet, abſtractionem, medium, & lumen, quatenus præciſè ſunt diſpoſitiones ſubiecti, non eſſe rationes formales ipſius obiecti; ſed tantum, quatenus redundant ex ſubiecto in obiectum denominatiuè, vt diximus in ſecũdo fundamento cum Domino Caietano; nam ſcibilitas abſolutè, cum ſit quid communè, non poteſt eſſe propria ratio formalis alicuius obiecti. Oportet ergo accipere ſcibilitatem ſub tali abſtractione, lumine, & medio.

D Secundò dicitur, quod intrinſecum diſtinctiuũ ſcientiarum, non poteſt eſſe, niſi aliquid formaliter inhærens, qualia ſunt omnia prædicta; quidquid ſit de extrinſeco obiecto.

Quartò argumentatur Vaſquez. Prius ſcientia habet habitudinem, ad rem, ſiue obiectum, q̃ illud dicatur ſcibile; Ergo habitus ſcientiæ nõ habet vnitatem ſpecificam ex ordine ad rem, ſub illa ratione, quæ dicitur ſub qua, id eſt, ſub ratione ſcibilis, ſed ex habitudine ad rem ipſam, & obiectum ſecundum quidditatem, & naturam illius. Antecedens probatur: quia ex eo aliquid dicitur *Vaſquez.*
E ſcibile, quia de illo poteſt eſſe ſcientia.

Reſpondetur negando Añs; quoniam conditiones conſtituentes in obiecto rationem formalem ſub qua, redundant ex ſubiecto in obiectum præuenientes tamen actum, & habitum; Vnde ẽt ſcibilitas in obiecto, cum dicat potẽtiam ad hoc, vt ſciatur, præcedit ſcientiam in ipſa potentia generandam ex actu in ordine ad tale obiectum.

Quintò arguit Vaſquez. In Theologia mediũ, quod aſſumitur ad inferendas concluſiones, eſt obiectum formale ipſius; ſed veritas prima, id eſt, teſtimo- *Vaſquez.*

teſtimonium primæ veritatis eſt medium, quod aſſumitur in Theologia ad probandas concluſiones; Ergo prima veritas eſt ratio formalis ſub qua. Maior propoſitio probatur; quoniam mediũ demonſtrationis in quacunque ſcientia, eſt ratio formalis. Minor probatur, quia Theologia aſſumit vt media,& vt principia, ea quæ credit eſſe à Deo reuelata, quatenus credit reuelata eſſe.

Reſpondetur hoc argumento probari medium neceſſariò cõcurrere ad rationem formalem ſub qua; non tamen probat eſſe per ſe ſufficiens ſine lumine ex diſcurſu in concluſionem reſultante; ſicut patet etiam in medijs primarum demonſtrationum Mathematicę,& Phyſicæ, quę media ſunt nota ſolo lumine naturali, non autem ſcientifico. Ex quibus tamen medio diſcurſu, deriuatur in cõcluſiones lumen ſcientificum; quo ſcientiæ diſtinguũtur adinuicem; diſtinguitur, ergo Theologia, ſicut & quælibet alia ſcientia per proprium medium, non ſimpliciter, ſed tanquam per inſtrumẽtum intellectus ad lumen ſcientificum generandum, quo ſcientiæ diſtinguuntur.

Secunda Controuerſia.

De ratione, modo,& qualitate demonſtrationum Theologicarum.

Ratio quæſiti,& ſententiæ expoſitorum.

PErtinet hæc controuerſia partim ad præſentẽ Articulum,& partim ad octauum huius primæ quæſtionis; ſed quoniam hic à nonnullis tangitur expoſitoribus,& neceſſaria videtur ad exactam doctrinæ præſentis articuli intelligentiam; ea propter oportunam in præſenti loco illius ſedẽ exiſtimauimus; igitur.

Bannes.

Dominicus Bannes ſecunda ſecundæ quæſtione prima art. 5. dub. 1. ait, ſyllogiſmum procedentem ex reuelatione in actu ſignato, non eſſe demõſtrationem Theologicam, niſi largo modo. Iauellus,& cum eo Gregorius de Valentia ſentit neceſſe eſſe ad concluſionem,& demonſtrationem proprie Theologicam, vt vel vtraque, vel certe altera præmiſſarum ſit de fide. Eandem ſententiam ſequitur Gabriel Vaſquez, addẽs in hac parte Theologiam ſubalternari Philoſophiæ morali, ſecundũ quid. Ludouicus Molina arbitratur ex demonſtratione, quæ continet vnam præmiſſam notam lumine naturali,& alteram lumine fidei, generari habitu ſpecie diuerſum ab eo, qui generatur ex demonſtratione; in qua vtraq; propoſitio eſt de fide.

Vaſquez. Molina.

Reſolutio.

Diſtinguitur multipliciter Theologica demonſtratio.

SCiendum eſt primò demonſtrationem Theologicam tripliciter diſtingui poſſe. Primo ex parte efficientis, ideſt demonſtratoris. Secundò ex parte principiorum ingredientium ipſam de-

A monſtrationem. Tertiò ex parte concluſionis deductæ. Primò modo duplex eſt demõſtratio Theologica; vna in ipſis ſacris, litteris contenta, ſi non in forma ſyllogiſtica, ſaltem in propoſitionibus vim demonſtrationis habentibus, quæ paruo negotio in formam ſyllogiſticam erigi poſſent, vt patet in multis locis noui teſtamenti, videlicet, in ſacris Euangelijs,& Epiſtolis Canonicis,& præſertim D. Apoſtoli Pauli;& ex multis ſufficiet quædã pauca protuliſſe. Primus locus, eſt Matth. 12. in illis verbis. *Aut non legiſtis in lege, quia ſabbathis Sacerdotes in templo ſabbathum violant, & ſine crimine ſunt; dico autem vobis, quia templo maior eſt hic.* &c.

Matth. 12. 15.& 18.

B Secundus locus eſt Matth. 15. in illis verbis: *Nam dixit: honora Patrem, & Matrem*, &c. Tertius locus, eſt Matth. 18. in illis verbis: *Reges Terræ à quibus accipiunt tributum?* &c. Quartus locus, eſt Matth. 18. in illis verbis: *Non legiſtis, quia, qui fecit hominem ab initio*, &c. Quintus locus, eſt Lucæ 11. in illis verbis. *Omne regnum in ſe ipſo diuiſum*, &c. Sextus locus, eſt Ioannis 8. in illis verbis: *Et in lege veſtra ſcriptum eſt* &c. & in illis: *Qui ex Deo eſt verba Dei audit*, &c. Poſtremus locus eſt in Epiſtola ferè tota ad Romanos, & præſertim à ſecundo cap. vſque ad duodecimum.

Matth. 15. & 18.

Luc. 11

Ioann. 8

Roman. & ſeq.

Alia eſt demonſtratio Theologica humano ſtu-
C dio ex principijs quouis modo in ſacra Theologia contentis formata, quales ſunt omnes demonſtrationes ſanctorum Patrum,& Doctorum ſcholaſticorum, aut ad veritates de nouo cognoſcendas, aut ad fidei dogmata confirmanda, aut denique ad errores confutandos. Differunt adinuicẽ hæc duo demonſtrationum genera; nam in demõſtratione contenta in ſacris litteris, non tantùm præmiſſę,& Concluſio, ſed etiam ipſamet conſequentia concluſionis ex præmiſſis eſt de fide, nedum reſpectu noſtri, ſed etiã ſcriptoris ſacri; qui Spiritus ſancti impulſu demõſtrationem, aut demonſtrationis materiam litteris comendauit; li-
D cet negandum non ſit etiam tunc concurriſſe lumen naturale ad iudicandum dictam conſequentiam,& lumen etiam Theologicum ad cognitionem concluſionis, vt concluſio eſt, vel vt ſcita eſt; quæ omnia etiam concurrerent in nobis, talẽ demonſtrationem ad formam redigentibus, vel ea in actuali diſcurſu vtentibus. In demonſtratione vero à Doctoribus ad dictos effectũs formata, nõ omnia ſunt de fide; ſaltem immediatè. nàm ſępè concluſio, non eſt de fide, ipſa verò conſequentia nunquam eſt de fide immediatè; & quandoque vna præmiſſa eſt nota ſolo lumine naturali; ſicut
E etiam conſequentia; vt cum dico: Omnis homo eſt riſibilis: Chriſtus eſt homo; Ergo Chriſtus eſt riſibilis. Maior eſt nota ſolo lumine naturali. Secũdò modo multipliciter diſtinguitur demonſtratio Theologica. Prima eſt, in qua vtraquę præmiſſa eſt fide credita,& hæc eſt duplex; vna, in qua ſumitur reuelatio in actu ſignato; ſicut hęc: Omne reuelatum in ſacris litteris eſt verum; ſed verbum caro factum eſſe, eſt reuelatum in ſacris litteris; ergo verbum caro factum eſſe eſt verum. Alia eſt, in qua aſſumitur reuelatio in actu exercito in vtraquę

Subdiuiſio

Ioan. 1.

traque præmiſſa, qualis eſt hæc: Fides eſt de non viſis. Sed Chriſtus videbat Deum. Ergo in Chriſto non erat fides. Secunda Demonſtratio ad hûc ſecundum modum pertinens eſt illa, in qua vna tantùm præmiſſa eſt fide credita, ſicut hęc: In quolibet genere id, quod eſt primum mouens, non mouetur ſecundùm illam ſpeciem motus; ſed Chriſtus conſtitutus eſt à Deo caput Eccleſię, quo ad gratiam, & veritatem: Ergo non fuit conueniens, vt à quocunque homine doceretur. Ephes. 1.

Quamuis autem in hac demonſtratione principiorum cognitiones, & aſſenſus genere diſtinguãtur, & vna ſit obſcura, & altera euidens; quia tamen Theologicæ concluſionis aſſenſus innititur principio fidei ratione certitudinis, quæ communis eſt etiam alteri principio naturaliter cognito, ideò benè poſſunt ſimul ad vnum certum euſdé concluſionis aſſenſum cauſandum conuenire. Et licet vtraque premiſſa concurrat, vt cauſa principalis, quia tamen aſſenſum illum efficiunt, non vt omninò ſeparatæ, ſed quatenus adunantur in tertio, ſcilicet in medio, ex qua vnione conſtituitur vnum integrum motiuum aſſenſus; ità vt ratio immediata aſſentiendi concluſioni ſit motiuum illud, aut medium, prout in eo formaliter vniuntur ambę premiſſę; ideò concluſionis aſſenſus ex illis pręmiſsis cauſatus vnius eſt rationis, & ad eandem pertinet ſpeciem atomam, quæ Theologicos illos complectitur aſſenſus, qui verſantur circa concluſiones ex vtraque pręmiſſa de fide deductas: Nàm principium euidens non poteſt trahere propoſitionem reuelatam, cui adiungitur, ad conſtituendum medium euidens, ſed è contra propoſitio reuelata trahit principium naturaliter notum ad conſtituendum medium, ac motiuum ineuidens, ac reuelatum.

Tertia Demonſtratio eſt, in qua ambę pręmiſſę ſunt concluſiones Theologicæ; ſicut hęc: Hoc nomen perſona ſignificat relationem in Diuinis: Sed plures ſunt relationes reales in diuinis; ergo ſunt plures perſonę; nam vtraque pręmiſſa eſt cõcluſio Theologica. Quarta demõſtratio eſt, in qua vna pręmiſſa eſt concluſio Theologica, alia verò eſt nota lumine naturali, ſicut hęc: Ordo dicitur per comparationem ad aliquod principium; ſed in diuinis dicitur principium ſecundum originé abſq; prioritate; ergo in diuinis eſt ordo originis abſque prioritate. Maior eſt nota lumine naturali: Minor autem eſt concluſio Theologica. Quinta demonſtratio eſt illa, in qua vtraque pręmiſſa eſt nota lumine naturali, ſed tamen eſt etiam vtraq; in ſacris litteris reuelata; in quibus innumerę ferè propoſitiones continentur, de quibus tractant ſcientię humanitus acquiſitę, videlicet, moralis, Phyſica, & Metaphyſica, & alię ſcientię medię; ſicut hęc: Omnia opera Dei bona ſunt; Eccleſ. 39. & Gen. 1. Sed Cęli ſunt opera Dei. Pſal. 8. ergo Cęli boni ſunt. Sexta eſt illa, in qua vna pręmiſſa eſt nota ſolo lumine naturali; alia verò eſt nota lumine naturali, & in ſacris litteris reuelata; ſicut hęc: Omne bonum eſt perfectum: Sed Deus eſt bonus, Matth. 19. Ergo Deus eſt perfectus. Septima De-

Eccl. 39.
Gen. 1.
Pſ. 8.
Matt. 19.

A monſtratio eſt illa, quę conſtat ex vtraque pręmiſſa ſolo lumine naturali cognita; ſicut hęc: Omne compoſitum cauſam habet; ſed Deus cauſam nõ habet; ergo Deus non eſt compoſitus; non enim hę duę propoſitiones ſunt formaliter in ſacris litteris; licèt virtualiter ſint in eis, & per ſimilia, vel ęquiualentia facilè comprehendi, aut ſyllogiſticè deduci poſsint. Talis eſt etiam hęc: Omne compoſitum habet potentiam, & actum; ſed Deus non habet potentiam, ſ. paſsiuam; ergo non eſt compoſitus. Tertio modo, ſ. ex parte Concluſionis deductę, diuiditur demonſtratio in eam, qua probatur vnus articulus fidei ex alio articulo, vel cõcluſio-
B ne Theologica, ſicut hęc: Chriſtus reſurrexit; ergo mortuus eſt, Concluſio eſt de fide, & etiam antecedens. In hac autem: filius procedit vt verbum à dicente; ergo eſt in Patre, Antecedens eſt concluſio Theologico diſcurſu ex pręmiſsis neceſſariò deducta; Concluſio autem eſt articulus fidei.

Voco autem concluſionem Theologicam illã, quę in ſacris litteris, vel diuinis traditionibus nõ habetur expreſsè in terminis formalibus, vel omnino ęquiualentibus, licet ſit à ſummo Pontifice, vel ſacris Concilijs determinata, & fide credenda. Diuiditur etiam demonſtratio tertio modo in eam, in qua deducitur cõcluſio Theologica; ſi-
C cut hęc: Chriſtus ſcit omnia, quę ſunt in potentia creaturę; ergo ſcit infinita. Et in eam, in qua deducitur concluſio nota lumine naturali; vt cum probatur, quod Deus ſit omnipotens, ſapiens, bonus, ęternus &c. Ex prędictis colliguntur decem genera demonſtrationum Theologicarum; nam quędam ex dictis cum alijs coincidunt.

Diuinam reuelationem poſſe aſſumi, vt medium in demonſtratione Theologica.

PRæterea notandum eſt, reuelationem principiorum ſacræ Theologiæ, qua ſola contingit
D vti vt medio demonſtrationis, differre à ratione formali ſub qua principiorum aliarum ſcientiarum; quod diuina reuelatio, cum ſit diuinæ veritatis teſtificatio i ſacris litteris, & diuinis traditionibus notificata, conſtituit locum Theologicũ potiſſimum, ex quo ſumuntur argumenta maximè neceſſaria ad probandum ea, quæ fide tenenda ſunt; Conuenit enim huic doctrinæ, quatenus ſapientia eſt digniſsima, prædicto modo probare ſua principia; vt docet S. Thom. in hac quæſt. art. 8. Vnde diſtinguendum eſt, diuinam reuelationẽ dupliciter ſumi poſſe: Vno modo præciſe, vt ratio formalis ſub qua; & hoc modo non poteſt aſſumi, Diuina reuelatio dupliciter, ſ. præciſe, & vt reuelata.
E vt medium in aliqua demonſtratione: ſicut nec alia quæuis ratio formalis ſub qua alterius ſcientię. Alio modo poteſt ſumi diuina reuelatio non pręciſe, vt ratio formalis ſub qua, ſed vt ſit etiam ratio formalis, quę reuelatur; nam diuina reuelatio, æquè ſeipſam, atque alia, reuelat, vnde in ſacris litteris Deus nuncupatur verax, & veritas ipſa. Et Chriſtus Ioannis 18. dixit: *In hoc miſſus ſum, vt teſtimonium perhibeam veritati*. Et Io. 18. & 15
Ioan. 15. Spiritus ſanctus dicitur *Spiritus veritatis, qui*

Exodi 13. 34.&c. leuitici 46.&c. Numer. 1. 4. 5.&c. reuelatio ſe ipſam reuelat. *tis, qui docebit omnem veritatem.* Et in Exodo, Leuitico, & Numeris ante diuina præcepta à Deo per Moyſen populo tradita præmitti ſolet. *Loquutus eſt Dominus ad Moyſen dicens.* Quibus omnibus verbis, & loquendi modis ſignificatur diuina reuelatio, vt ſeipſa reuelatione reuelata. Quamobrem ét in ſacris litteris, tàm veteris, quàm noui teſtamenti, ſæpè frequentatur vocabulum reuelationis circa diuina myſteria ad fidem, & ſalutem hominū pertinentia: & ob eandem cauſam ſacra Theologia de diuina reuelatione diſputat, tanquam de quadam re reuelata, vel reuelatione cognita.

Quomodo propoſitiones, & demonſtrationes Philoſophicæ poſſint eſſe propriæ huic ſcientiæ, & cur hæc humana ſcientia non ſubalternetur, & vnde penſanda ſit vnitas ſcientiæ.

Caiet. Tertiò eſt obſeruandum, vt notat Caietanus in articulo octauo huius quæſtionis, demonſtrationes, & propoſitiones naturales, quibus vtitur ſacra Theologia, eſſe duplici ratione proprias huius ſcientiæ. Primò miniſterialiter, ideſt, vt miniſtræ ſunt Theologiæ ad deſtruendas oppoſitas propoſitiones, aut ad confirmanda ea, de quibus eſt Theologia ſecundariò: vt Deum eſſe, Deum eſſe vnum, æternum, &c. & hoc non ratione ipſius Theologię, ſed ob noſtri intellectus infirmitatem. Secundò ſunt etiam propriæ, quatenus continent propoſitiones notas quidem lumine naturali, ſed tamen in ſacra ſcriptura reuelatas. Vnde S. Thomas in primo articulo in reſponſione ad ſecundū dixit; *Nihil prohibet hanc ſcientiam tractare de eiſdem rebus, de quibus tractant phyſicæ diſciplinæ, ſecundùm quod ſunt cognoſcibiles lumine diuinæ reuelationis;* Sicut patet etiam de Metaphyſica, quæ multa tractat de ſubſtantijs materialibus, de materia, de forma, & priuatione; imò etiam de motu, vt patet in ſeptimo, octauo, & duodecimo Metaphyſices à principio vſque ad textum trigeſimum; quæ omnia conſiderantur à Metaphyſ. ſub propria ratione formali; ideſt, ſub abſtractione, & lumine Metaphyſico. (S. Thom.) (Ariſtot.)

Quartò aduertendum, quod ſcientia ſubalternata, non ſolum accipit principia à ſubalternante, quæ ſint, non ſibi, ſed ſubalternanti euidentia; verum etiam de eis non iudicat; ſed omne iudiciū ſubalternanti, tanquam ſuperiori, & digniori relinquit. Nam, vt docet Ariſt. primo poſter. capit. decimo tertio tex. trigeſimo, ſubalternata dicitur eſſe ſub altera; quod non eſſet, ſi ad eam pertineret iudicium de his, quæ aſſumit; Conſtat autē ex ſexto articulo huius quæſtionis ſacram Theologiam tanquam Dominam, & Reginam omniū ſcientiarum de cæteris omnibus iudicare, quæcūque ſibi contraria ſunt, vt falſa cōdemnando, quę conditio repugnat ſubalternationi paſſiuę.

Vltimò recolenda ſunt, quæ ſupra diximus cū Caietano de vnitate ſcientiæ ex ratione formali ſub qua. Nam ad eam ſolam reſpiciendum eſt, cū de vnitate, vel pluralitate habitus eſt ſermo; cæteranamq; ſe habēt materialiter; ſicut carnes, oſſa,

A neruì, ſanguis, & alia ſimilia ad ſpeciem humanā; quæ ex propria forma, ſiuè differentia ab ea ſumpta, ſuam habet vnitatem ſpecificam; licèt prædicta ſecundū ſe ſumpta ſpecie differre videantur.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

Prima Concluſio. Primum genus demonſtrationis, in qua aſſumitur reuelatio in actu ſignato, maximè propriè Theologicum eſt. Probatur: Primò; quia per tale genus demonſtrādi probantur efficaciter præcipua fidei noſtræ dogmata; ergo. Antecedens probatur: nam diuinæ traditiones optimè probantur tali argumento: Omne, quod Deus dixit, aut reuelauit Eccleſiæ, fide tenēdum eſt; ſed multa, quæ in ſacris litteris non ſunt ſcripta, Deus dixit, & reuelauit; ergo multa, quæ in ſacris litteris non ſunt ſcripta, ſunt à nobis fide tenenda; hæc autem ſunt ſacræ, & diuinæ traditiones; ergo. (B)

Secundò probatur: quia omne principium in ſacris litteris reuelatum poteſt aſſumi, vt medium in demonſtratione Theologica; ſed Deum reuelare myſteria fidei, eſt principium reuelatum in ſacris litteris; ergo. Maior, & Minor patent ex prædictis; ergo.

C Secunda Concluſio. Demonſtratio, in qua aſſumuntur duæ propoſitiones notæ lumine naturali in miniſterium ſacræ Theologię, eſt Theologica. Hęc concluſio patet ex his, quę diximus in tertio fundamento ex Caiet. & D. Thom.

Tertia Concluſio. Habitus acquiſitus per demonſtrationem aſſumptam in miniſterium ſacrę Theologię, in qua, vel vna, vel ambę pręmiſſę ſunt notę lumine naturali, eſt Theologicus, & eiuſdem omninò rationis ſpecificę, cum habitu acquiſito, per alias Theologicas demonſtrationes. Hęc concluſio quo ad vtramque partem patet ex dictis.

D *Argumenta, & ſolutiones.*

Vltimo loco adducenda ſunt argumenta contra ſingulas concluſiones, & ſoluenda.

Contra primam Concluſionem argumentatur Bannes: Primò: Quia talis ſyllogiſmus non procedit ex cauſa propria; ergo non eſt demonſtratio Theologica. Antecedens probatur: nam reuelatio non eſt propria cauſa eius, quod reuelatum eſt: verbi gratia, quod verbum Dei ſit incarnatum, aut quod Deus ſit trinus, & vnus; ergo.

E Secundò: quia talis ſyllogiſmus non eſt à priori; quia non eſt per cauſam, nec à poſteriori; quia non eſt per effectum neceſſarium: nam reuelatio nec eſt cauſa, nec effectus neceſſarius, quod Deus ſit trinus, & vnus.

Reſpondetur ad vtrumque ſimul, ſacram Theologiam differre à cęteris ſcientijs in hoc, quod cęterę ſcientię habent euidentiam ſuorum principiorum, quò ad quia eſt; Theologia verò noſtra non habet euidentiam eorū ſimpliciter, ſed tantùm quò ad eorum credibilitatē. Cognoſcit enim (Qualis euidētia principiorum ſit Theologiæ.)

ea eſſe

Digitized by Google

ea eſſe euidenter credibilia. Hæc verò credibilitas præcipuè pendet ex authoritate atteſtantis, ſiue reuelantis. & ideo in probatione principiorũ noſtræ Theologiæ, non eſt quærenda demonſtratio, quæ dicat cauſam principiorum ſimpliciter, ſed quæ dicat cauſam credibilitatis eorum, & cõſequenter fidei noſtræ de ipſis principijs, & quidẽ primam, & potiſſimam; nam ad diuinam reuelationem fit vltima reſolutio fidei noſtræ, vt benè docet Caiet. ſecunda ſecundæ quæſtione prima, articulo primo. Vnde ad argumenta patet, quid dicendum. Nam talis demonſtratio eſt à priori, & dicit cauſam non rei reuelatæ, ſed credibilitatis ipſius; cuius credibilitatis euidentia ſufficit di ctis principijs.

Contra ſecundã, & tertiam, qui contrariæ ſunt opinionis, nulla adducunt argumenta, & quæ adduci poſſent, facilem ex dictis habent ſolutionẽ.

Duo dicta expoſitorum expenduntur.

Contra Banneſiũ. PRimè propoſitio Banneſij: *Non placet, quod aliqui dicunt Theologiam abſtrahere à reuelatione clara, & obſcura, niſi eo ſenſu dicatur, quod ſpecies Theologiæ conſeruari poteſt ſub reuelatione clara, & obſcura.* cum eo ſentit Valentia, & Peſantius.

Quomodo Theolog. abſtrahat a reuelatione clara, & obſcura. Quid de hac propoſitione ſit cenſendum, patet ex dictis in ſecundo articulo, & præſertim in ſecũda controuerſia. Nunc breuiter dico Caietanum nil aliud intẽdere, niſi Theologiam noſtram duas habere ſpecies, vnam perfectam, ſcilicet, in patria, & alteram imperfectam, ſcilicet, in via; & ſicut genus abſtrahit à differentijs ſuarum ſpecierum, ita vt neutram ſecundum ſuam rationem includat, niſi in potentia; ſic etiam vt ait Caietanus, noſtra Theologia abſolutè ſumpta, abſtrahit à clara, & obſcura reuelatione.

Zumel impugnatur. Secunda propoſitio Franciſci Zumel: *Eadem eſt ratio formalis noſtræ Theologiæ, & Catholicæ fidei; ſicut eadem eſt ratio formalis concluſionum, & primorum principiorum.* Hæc, vt iacet, falſa eſt quò ad vtramque partem. Et de prima quidem ſatis patet ex dictis, tam in hoc, quàm in præcedenti articulo. De ſecunda etiam facile patet ex dictis in præcedenti prima controuerſia. Nam licèt prima principia ſcientiarum naturali lumine acquiſibilium ſub eadem abſtractione conſiderentur cum ſuis concluſionibus, non tamen eodem eis lumine aſſentimur, quo concluſionibus. Nam principia iudicamus, eiſq; aſſentimur per lumen naturale; Concluſiones verò iudicamus, aſſenſumq́ue eis præbemus per lumen ſcientificum, per diſcurſum acquiſitum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ſacra doctrina ſit ſcientia practica.

4 Inf. ar. 5. c. & 1. ſen. in prol. ar. 3. q. 1.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quod ſacra doctrina ſit ſcientia practica. Finis enim practicæ eſt operatio, ſecundum Philoſophum in ſecundo Metaphyſ. † Sacra autem doctrina ad operationem ordinatur, ſecundum illud Iacobi 1. Eſtote factores verbi, & non auditores tantum: Ergo ſacra doctrina eſt practica ſcientia. † Tex. 3. com. 5.

2 Præterea, ſacra doctrina diuiditur per legem veterem, & nouam: Lex autem pertinet, ad ſcientiam moralem, quæ eſt ſcientia practica; ergo ſacra doctrina eſt ſcientia practica.

Sed contra: Omnis ſcientia practica eſt de rebus operabilibus ab homine, vt moralis de actibus hominum, & ædificijs; ſacra autem doctrina eſt principaliter de Deo, cuius magis homines ſunt opera: non ergo eſt ſcientia practica, ſed magis ſpeculatiua.

Reſpondeo. Dicendum, quòd ſacra doctrina (vt dictum eſt †) vna exiſtens ſe extendit ad ea, quæ pertinent ad diuerſas ſcientias phyſicas propter rationem formalem, quam in diuerſis attendit, ſcilicet, prout ſunt diuino lumine cognoſcibilia. Vnde, licèt in ſcientijs phyſicis alia ſit ſpeculatiua, & alia practica, ſacra tamen doctrina comprehendit ſub ſe vtramque, ſicut & Deus eadem ſcientia ſe cognoſcit, & ea, quæ facit. Magis tamen eſt ſpeculatiua, quàm practica: quia principalius agit de rebus diuinis, quàm de actibus humanis: de quibus agit, ſecundum quod per eos ordinatur homo ad perfectam Dei cognitionem, in qua æterna beatitudo conſiſtit. † Art. prec.

Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

Ratio ordinis, & ſenſus quæſiti.

RAtio ordinis huius articuli ad præcedentem patet ex corpore articuli. Nam ex ratione formali huius ſcientiæ; quæ eſt diuina reuelatio, de qua tractauit in præcedenti articulo, probat hãc ſcientiam eſſe ſimul practicam, & ſpeculatiuam; quæ rationes ad intimam huius ſcientiæ naturã, quatenus diuini eſt ordinis; non minus pertinent, quàm ſpeculatiuum ſolùm ad Metaphyſicæ quidditatem, & practicum ſolùm ad moralis ſcientiæ naturam, ſaluo ſemper conuenientiæ modo cuilibet prædictarum proprio, de quo ſubtiliter agit Caietan. in expoſitione ſenſus primæ concluſionis. Ratio ordinis.

Quærit igitur S. Tho. an. *Sacra doctrina ſit ſcientia practica.* Nomine. *Sacræ doctrinæ.* Intelligit, non tantum habitum concluſionum, ſed ſimul et habitum principiorum. Nam talia ſunt ſubiecta, qualia permittuntur à prædicatis; Conſtat autem Sẽſus quæſiti.

vocabulum illud *Practica* nedum conuenire habitui concluſionum, vt probatur in hoc articulo, ſed etiam habitui principiorum, vt probatur ſecunda ſecundæ, quæſtione quarta, articulo ſecundo. Scientia verò, aut notitia practica diſtinguitur contra ſcientiam ſpeculatiuam, per hoc, quod huius finis eſt ſpeculatio; illius autem operatio ex Ariſt. ſecundo Eth. ſiue ſit operatio, ſiue factio exterius exercita relinquēs effectum; vt ædificare, pugnare, mederi; vel non relinquens effectum, vt cantare, citarizare; ſiue ſit actus interius tantum productus per appetitum intellectiuum, qui eſt volūtas; vt velle dare eleemoſinam: odiſſe peccatum, Deum, & proximum diligere; vel per appetitum ſenſitiuum, qui eſt concupiſcibilis, vt appetere cibum moderatum; vel per appetitum, qui eſt iraſcibilis; vt iraſci ſecundùm rectam rationem: hi enim actus diriguntur per ſcientiam moralē, quæ practica eſt, & ad talium actuum directionem ordinatur. Eſt ergo ſenſus quæſiti: An ſacra Theologia ſit ſcientia practica, ideſt, ad operis directionem ordinata.

S. Thom. Scientiæ practicæ differentia à ſpeculatiua.

Forma Textus.

PRima Concluſio eſt. Sacra doctrina nec purè practica eſt, nec purè ſpeculatiua, ſed altior comprehendens in ſe eminenter rationem practici, & ſpeculatiui. Probatur: Illa doctrina, quæ vna exiſtens ſe extendit ad ea, quæ pertinent ad diuerſas ſcientias phyſicas, tam practicas, quàm ſpeculatiuas, eſt ſimul practica, & ſpeculatiua: At ſacra doctrina eſt huiuſmodi; ergo. Minor probatur per illam regulam Ariſtot. primo poſter. Si affirmatio eſt cauſa affirmationis, & negatio erit cauſa negationis, & è conuerſo: Sed cauſa, quare ſcientia ſpeculatiua diſtinguitur à practica, eſt diſtinctio rationum formalium; ergo negatio diſtinctionis ſecundùm rationum formalem, erit cauſa, quod practica, & ſpeculatiua non diſtinguantur. Minor autem probatur dupliciter: Primò ſic: Hæc ſcientia conſiderat omnia, prout ſunt diuino lumine cognoſcibilia; ergo vna exiſtens ſe extendit ad omnes ſcientias practicas, & ſpeculatiuas. Secundò: Deus eadem ſcientia ſcit ſe, & ea, quæ facit; ergo etiam noſtra ſacra doctrina eſt ſimul ſpeculatiua, & practica. Conſequentia patet ex doctrina præcedentis articuli ad ſecundū, vbi dixit S. Thom. ſacram doctrinam eſſe veluti quandam impreſſionem diuinæ ſcientiæ, quæ eſt vna, & ſimplex omniū. Cuius probationis vis in hoc conſiſtit, quod vtraque Theologia, ſcilicet Dei, & noſtra eſt de eodem obiecto, ſcilicet Deitate, & noſtra à diuina deriuatur, & eſt illius quædam participatio. Quo fit, vt noſtra imitetur diuinam, eo prorſus modo, quo exemplatum imitatur exemplar. quare, ſi illa eſt vna, & noſtra erit vna ſecundùm ſpeciem, ſi illa ex ſua eminentia ſe extendit ſimul ad practicum, & ſpeculatiuum, pariter & noſtra. ratio namque diuinæ reuelationis, ſecundùm quam noſtra diuinam imitatur, vt exemplata ad vniuerſa per phyſicas ſcientias conſiderata protenditur.

Theologia altior ſcientia practica, & ſpeculatiua.

Secunda Concluſio. Sacra doctrina eſt magis ſpeculatiua, quàm practica. Probatur: Hæc ſcientia principalius agit de rebus diuinis, quàm de actibus humanis; A *ergo eſt magis ſpeculatiua, quàm practica. Antecedens probatur: Hæc ſcientia agit de actibus humanis, ſecundùm quod per eos ordinatur homo ad perfectā Dei cognitionem; ergo principalius agit de diuinis. Conſequētia præcedentis enthymematis probatur: quia æterna beatitudo in Dei, & rerum diuinarum contemplatione conſiſtit.*

Theologia magis ſpeculatiua, quàm practica.

Expoſitio Textus.

DVo eſſent hic à nobis explicanda. Primum, quę, & quales differentię ſint practicum, & ſpeculatiuum. Secundùm, vnitatem illam, de qua B ſit ſermo in probatione primæ concluſionis, eſſe ſpecificam, & non aggregationis. Sed Caietanus vtrumque egregiè præſtat. Primum ibi: *Antequam concluſio probetur*, &c. Secundum ibi: *Circa prædicta*, &c. Tangit præterea Caiet. quædam argumenta, & ſoluit ibi: *Nec obſtat*, &c.

Capreolus in ſecunda quæſtione Prologi, ad argumenta contra ſextam concluſionem, ait probabiliter poſſe ſuſtineri practicum, & ſpeculatiuum non eſſe differentias eſſentiales ſcientiæ; & hoc ipſe probat quibuſdam argumētis, ſatis debilibus. ſententiam tamen oppoſitam ſuſtinet in ſecunda reſponſione ad dictum argumentum, vnde Caie- C tan. deſumpſit ſuam doctrinam.

Capreol.

Prima Controuerſia.

An ſacra Theologia ſit practica, & ſpeculatiua formaliter.

Sententiæ expoſitorum.

CAietanus ſentit noſtram Theologiam eſſe practicam, & ſpeculatiuam eminenter, & formaliter. quam ſententiam deſumpſit ex Ca- D præolo in ſecunda quæſtione Prologi, ad ſecundū argumentum contra ſextam concluſionem; Eandem ſententiam ſequitur Iauellus, Franciſcus Zumel, Gregorius de Valentia, & Alexander Peſantius ſuper hoc articulo. At Sylueſter arbitratur noſtram Theologiam eſſe quidem formaliter practicam, & ſpeculatiuam, non tamen eminenter; quam opinionem ſequitur ferè ad verbum Ludouicus Molina, & poſt eum Gabriel Vaſquez.

Caiet.

Iauellus. Zumel Valentia. Peſantius. Syluester.

Dominicus Bannes quatuor dicit. Primum: ſi ſumatur practicum, & ſpeculatiuum, vt ſunt diffe- E rentiæ oppoſitæ diuidentes habitum inferioris ordinis, Theologia eſt ſimul practica, & ſpeculatiua eminenter. Secundum: ſi ſumantur, non vt ſunt differentiæ oppoſitæ, ſed ablatis imperfectionibus, Theologia eſt ſpeculatiua, & practica formaliter. Tertium: ſumendo priori modo ſpeculatiuum, & practicum, probabile eſt, ſacrā Theologiam non eſſe formaliter ſpeculatiuam, & practicam. Quartum: probabile eſt illam eſſe formaliter ſpeculatiuam, non tamen formaliter practicam, ſumēdo vtrumque priori modo. Qui etiam

Molina. Vaſquez.

expoſitores

Digitized by Google

expoſitores in duas alias oppoſitas ſententias diuiduntur. Nàm Capræolus, Caietan. Syluester, Iauellus, Dominicus Bannes, & Peſantius arbitrantur practicum; & ſpeculatiuum eſſe differentias eſſentiales diuidentes ſcientiam finitam; licèt Capræolus oppoſitam opinionem dicat eſſe probabilem. Ex alia parte Ludouicus Molina, & Gabriel Vaſquez tenent eſſe differentias accidentales, quam etiam ſententiam ſequuntur Franciſcus Zumel, & Gregorius de Valentia; qui tamen oppoſitam exiſtimant eſſe probabilem.

Capreolus. Caiet. Syluester. Iauellus. Bannes. Peſantius. Molina. Vaſquez. Zumel.

Ripa docet Theologiam eſſe formaliter ſpeculatiuam, & formaliter practicam, ſumendo vtrũque, prout ſunt differentiæ inferioris ordinis. Nauarretus Controuerſia vndecima, licèt primâ facie longè à Caietani doctrina diſtare videatur; reuera tamen ab eo non diſcordat.

Ripa.

Reſolutio.

Scientiam eſſe ſimpliciter, & eſſentialiter practicam ex modo conſiderandi, ſiuè ex fine ſcientiæ.

Scientia practica tripliciter.

Conſiderandum eſt ſcientiam tripliciter dici practicam. Primò radicaliter. Secundò formaliter, ſiuè eſſentialiter. Tertiò perfectiuè, ſiuè completiuè. Primò modo habet, quod ſit practica ex obiecto operabili per ſcientiam conſiderato. Ex hoc enim, quod eſt operabile obiectum, poteſt per ſcientiam modo operabili conſiderari. S. Thom. infra quæſt. decima quarta, artic. 16. practicam ex obiecto tantùm, vocat practicam, ſecundùm quid; & licèt in quæſt. de ver. quæſt. 3. artic. 3. dicat talem ſcientiam eſſe tantùm ſpeculatiuam, gloſſat Capræolus, S. Thomam voluiſſe ſignificare nõ eſſe practicam ſimpliciter, neq; actum nec habitu. Sed obſeruandum eſt, in Theologia vt practica eſt, duplex eſſe obiectum; alterum operabile, & hoc cõtinet omnes actus humanos, quibus dicimur benè operari; aliud eſt attingibile per operationem practicam, immò eſt etiam illud, vnde ſumitur regula operandi, & hoc obiectum eſt Deus ſub ratione ſummi boni, & vltimi finis, ad cuius conſecutionem ordinãtur omnes operationes directæ per ſcientiam noſtræ Theologiæ.

S. Thom.

Capreol.

Theologiæ vt practica eſt, duplex obiectum.

Quod verò ſecundo modo ſit practica aliqua ſcientia, habet ex modo conſiderandi; ſicut enim ædificator conſiderat qualiter poſsit fieri aliqua domus; & moralis, conſiderat qualiter poſſit operari actus virtutis, aut per eos ad felicitatem pertingere, tametſi talem conſiderationem non ordinet ad operandum. Et hoc etiam modo dicitur practica ex fine ſcientiæ, qui per talem modũ cõſiderandi ſcientiæ conſtituitur. Nàm, cum ſcientia eſſentialem habeat ordinem ad obiectum, ſcientia, quæ eſt de obiecto modo operabili, habebit eſſentialem ordinem ad ipſum, vt operabile, eritq; directiua ſuapte natura operationis, puta conſtructionis domus, neq; aliquid ei deeſt, niſi actualis vſus in dirigendo, qui pendet ab agente habente talem ſcientiam, vel artem. Igitur talis ſcientia ſuaptè natura, ordinatur ad praxim, ſiuè ad op⁹;

A ergo ſcientia dicitur formaliter, & eſſentialiter practica ex modo conſiderandi, ſiuè ex fine ſcientiæ; patet hæc vltima conſequentia ex diffinitione ſcientiæ practicę; quæ dicitur eſſe ſcientia cuius finis eſt operatio, ex Ariſt. ſexto Metaphyſ. in principio, & D. Thom. infra quæſtione decima quarta, articulo decimo ſexto. Deinde probatur de mente S. Thom. talem ſcientiam, vel cognitionem eſſe formaliter, & eſſentialiter practicam: Talis cognitio eſt proxima regula operis; ergo eſt formaliter practica; Conſequentia eſt S. Thom. de ver. quæſtione decima quarta, articulo quarto. Antecedens probatur ex S. Thom. Illa cognitio

Scientia eſt eſſentialiter practica ex fine ipſius ſcientiæ; D. Thom

B eſt proxima regula operis, qua conſideratur operabile, rationes operandi, & cauſæ operis; hæc eſt huiuſmodi; ergo eſt proxima regula operis. Hinc fit, vt ſcientia moralis ſit verè, & ſimpliciter practica; hanc S. Thom. in quæſtione tertia de ver. artic. tertio, vocat practicam habitu, ſed non actu, non quia non ſit formaliter, & eſſentialiter practica; ſed quia agens non intendit ea vti ad operandum; & ideo non habet vltimum complementum. Et licèt Capræolus in ſecunda quæſtione Prologi interpretetur hoc dictum de intentione virtuali, quia ſcilicet acquirens habitum intendebat per illum operari, & poſtea non habuit cõ-

Capreol.

C trariam intentionem; & ideo talis intentio dicitur eſſe actualis, quò ad actum primum; quia remanet in ſuo effectu, ſcilicet, in habituali intentione; quæ habitum artis, vel ſcientiæ concomitatur; licet inquam ita Capræolus exponat mentem S. Thomæ, nihil officit; quoniam dictum D. Thomæ quocunque modo exponatur, ſemper intelligendum eſt de practico completiuè, complemento accidentali. Vnde etiam Capræolus ibidem ad ſextum argumentum contra primam concluſionem, fatetur habitum ex intentione operantis eſſe practicum per accidens, & poſſe fieri de nõ practico, practicum, variata dicta intentione; con-

D ſtat autem, accidentia rei naturam, & eſſentiam non variare.

Tertiò igitur modo habet ſcientia, quod ſit practica, ſcilicet perfectiuè, & completiuè ex fine ſcientis, quando ſciens intendit vti ſcientia illa, quæ eſt practica ex obiecto, & modo, & fine ſcientiæ ad operandum: tunc enim, ſi intentio ſit actualis, exercetur actu ratio practica; ſi verò ſit habitualis, addit complementum accidentale, & extrinſecum. Nam ſuperuenit eſſentiæ practici habitus iam completæ, & in hoc ſenſu intelligendus eſt Sanctus Thomas infra quæſtione decima quarta, articulo vltimo, vbi ait; *Cum*

S. Thom.

E *ſcientia ordinatur ad finem operationis, eſt ſimpliciter practica*, dictio enim *ſimpliciter* idem ſonat, quod omnibus modis; & in eodem ſenſu interpretanda ſunt verba eiuſdem S. Doctoris infra quæſtione decima quinta, articulo tertio ad ſecundùm: *Eorum, quæ nec ſunt, nec fuerunt, nec futura ſunt Deus non habet practicam cognitionem, niſi virtute tantùm.* Loquitur enim de cognitione practica completiuè, quam dicitur Deus habere tantùm virtute de prædictis; quoniam

Digitized by Google

poteſt abſolutè ſuam cognitionem ad eorum productionem ordinare.

Secundò obſeruandum eſt, ad hoc, vt ſcientia ſit eſſentialiter ſpeculatiua, ſatis eſſe, vt ſit de obiecto minimè operabili à ſciente; talis enim ſcientia non poteſt intrinſecè ad opus ordinari; & hæc eſt ſententia S. Tho. in dicto articulo decimo ſexto, quæſt. 14.

Tertiò ſciendum eſt ſcientiam practicam, & ſpeculatiuam diſtingui eo modo proportionaliter, quo diſtinguũtur intellectus practicus, & ſpeculatiuus; hi verò diſtinguũtur per hoc, quod intellectus practicus eſt proxima regula operis, & ordinatur ad aliud; ſpeculatiuus autem, ſicut nullius eſt operis regula, ità nec ordinatur ad aliud; ſic igitur ſcientia practica ordinatur ad opus, & eſt propter aliud; ſcientia verò ſpeculatiua eſt ꝓpter ſeipſam. Quò fit, vt ſcientia practica procedat modo compoſitiuo, cum inducat formam in materiam; ſpeculatiua verò procedat modo reſolutorio reducendo cognitas veritates in vnũ principium totius cognitionis, & conſiderationis. Et ideò practicum, & ſpeculatiuum diſtinguuntur ſecundùm diuerſa obiecta proxima, & ſecundùm diuerſos fines, ad quos eſſentialiter ordinantur; & ideò practicum, & ſpeculatiuum differentiæ ſunt eſſentiales habitus finiti, & inferioris ordinis, vt hic etiam aduertit Caietanus.

Practicum, & ſpeculatiuum altiori modo conuenire Theologiæ, quàm ſcientijs naturalibus.

Practicum & ſpeculatiuum dupliciter. QVartò notandum eſt, Practicum, & ſpeculatiuum poſſe dupliciter ſumi. Vno modo, vt ſunt differentiæ oppoſitæ, quibus abinuicem diſtinguũtur habitus naturali lumine acquiſiti; quo modo ſolet *Ariſtot.* Ariſtot. & D. Thom. vti nomine practici, & ſpeculatiui diſtinguendo prædictos habitus; & hoc modo ſeſe inuicem excludunt. Nàm in talibus habitibus ſpeculatiuum, ita ad regulandam contemplationem ordinatur, vt nequeat eſſe regula operationis. Et practicum ita eſt operis regula, vt contemplationem dirigere non poſſit. Alio modo ſumitur practicum, & ſpeculatiuum, prout ſe inuicem non excludunt, ſed in vnã quandam altioris ordinis rationem formalem conueniunt ſecluſa imperfectione limitationis, & mutuæ excluſionis; & hoc cõmune eſt omnibus perfectionibus, aut formis inferioris ordinis, cum eleuantur in aliquam perfectionem, aut formam ſuperioris ordinis, ſiuè illa ſit ſimpliciter infinita, vt Deitas, in qua omnes perfectiones creaturarũ ſecluſis imperfectionibus adunantur in vna ſola ſumma, & infinita perfectione; ſiue ſit finita, vt patet in anima noſtra reſpectu animæ vegetatiuæ, & ſenſitiuæ, & in ſpeciebus ſuperioris Angeli reſpectu ſpecierum inferioris Angeli, & in vna ſciẽtia Angeli reſpectu diuerſarum ſcientiarum noſtrarum. Conſtat autem noſtram Theologiam eſſe altioris ordinis, quàm ſcientiæ naturali lumine per diſcurſum acquiſitæ, cum hæ ſint ordinis naturalis, illa verò ſit ordinis diuini, & ſupernatu-

A ralis. Quod etiam ſatis apertè ſignificauit S. Tho. hic in probatione primæ concluſionis ex ratione formali huius ſcientiæ, & ex imitatione ſcientiæ diuinæ, quæ eſt illius exemplar; & in articulo præcedente comparando ſcientiam hanc ad ſenſum communem reſpectu cęterorum ſenſuum.

Quintò notandum ſacram doctrinam, vt dixit S. Thom. in articulo præcedente, non tantùm de *D. Thom.* Deo tractare, ſed etiam de Angelis, de creaturis corporalibus, & de moribus hominum, in ordine tamen ad Deum, vt magis patebit in ſeptimo articulo; & reſpectu omnium prædictorum, eſt ſimul practica, & ſpeculatiua. Nam Deus, vt Deus,

B nedum eſt ſumma veritas, quæ obiectum eſt intellectus, & ſpeculationis; ſed eſt etiam ſumma bonitas, quæ obiectum eſt voluntatis, & finis vltimus bonarum affectionum, & operationum. Quatenus noſtra Theologia conſiderat Deum, vt primã veritatem, vel vt ſummum verum, tractat omnia de Deo à nobis quomodocunque cognoſcibilia; hæc verò ſunt perfectiones, proprietates perſonales, & opera ad extra. Quatenus autem Deum conſiderat ſub ratione ſummi boni, & vltimi finis actionum noſtrarum, agit de actibus, præceptis, & documentis virtutum, & alijs medijs ſupernaturalibus neceſſarijs ad prædicti finis conſecutio-

C nem; de quibus medijs, & alijs creaturis, differit etiam ſecundum eam rationem, qua ad diuinæ veritatis contemplationem ordinantur. Prior Dei conſideratio conſtituit in ſcientia noſtra rationẽ ſpeculatiuam; poſterior practicam. Nam, quemadmodum ſcientia de Deo priori modo ſumpto regulat actus ſpeculatiuos; ita ſcientia de Deo poſteriori modo conſiderato, adiuncta mediorum notitia, regulat actus practicos; & ſicut actuum, & mediorum ducentium in vltimum finem conſideratio, vt ſic, pertinet ad ſcientiam practicam, (ſicut etiam ad practicam cõſiderationem pertinet *Vnde Theologia ſit ſpeculatiua, & practica.*

D tractatio moralium in ſcientia morali,) ſi ita eorundem acceptio, quatenus ad veritatis contemplationem ordinantur, ſpectat ad habitum ſpeculatiuum.

Vltimò ſciendum eſt ſpecies, quæ ſub eodẽ genere immediato continentur, diſtingui ab inuicẽ oppoſitis differentijs, ſicut album, & nigrum ſub colore; calidum, & frigidum ſub qualitate tangibili, rationale, & irrationale ſub animali. Et, cum differentiæ, & conſequenter ſpecies participent limitatã poteſtatem generis, ita vt nulla ſpecies ſo-

E la poſſit euacuare totam generis poteſtatem, impoſſibile eſt, in vna differentia, aut in vna ſpecie virtualiter contineri aliam eidem contrariam. Vn- *Vna differentia, aut ſpecies nõ continet virtualiter aliam ſibi oppoſitam* dè nigredo non poteſt eſſe virtualiter albedo, nec è contra; neq; calor virtualiter poteſt eſſe frigus, neque è contra, neque rationalitas poteſt eſſe virtualiter irrationalitas, neque rationale, virtualiter irrationale, aut è contra; ſequeretur enim manifeſta contradictio, nimirum differentias ſub vna generis poteſtate, eſſe limitatas, & non eſſe limitatas, eſſe contrarias, & non eſſe contrarias; qđ inconueniens non ſequitur, ſi rationes illarum differentiarum ponantur in altiori natura, quàm ſit natu-

Digitized by Google

natura proprij generis per eas diuiſi, vt patet in exemplis ſuperius allatis.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

D. Tho.

PRima Concluſio. Si ſumatur practicum, & ſpeculatiuum, vt ſunt differentiæ oppoſitæ, ſiuè inferioris ordinis ſacra Theologia, non eſt formaliter practica, nec ſpeculatiua, ſed tantùm virtualiter. Probatur hæc concluſio: Primò ex doctrina D. Tho. & Caietani ſuperius explicata, & præſertim ex probatione primæ cõcluſionis, quæ euidenter probat noſtram concluſionem. Secundò probatur rationibus Banneſij pro ſua quarta cõcluſione; & ſecunda pars, argumẽtis eiuſdem pro prima ſua concluſione. (D. Tho. Caiet.) (Bannes.)

Secunda Concluſio. Si ſumatur ſpeculatiuum, & practicum, vt ſunt differentiæ inferioris ordinis, ſacra Theologia, nõ poteſt eſſe formaliter ſpeculatiua, & virtualiter practica. Hæc Concluſio eſt contra Banneſium; & probatur ex vltimo fundamento; & eiſdem argumẽtis, quibus probatur prima pars præcedẽtis concluſionis. Deinde probatur; quoniam in his, quæ ſunt ſpecierum, ſiuè rationum diſparatarum, & nõ dependentiũ adinuicem, ſi vnum continet aliud virtualiter, hoc habet; quia eſt ſuperioris ordinis; alioquin, quælibet ſpecies perfectior, contineret virtualiter imperfectiorem. Præterea noſtra Theologia eſt optima regula directiua noſtrorum actuum; ergo eſt formaliter, & non tantùm virtualiter practica. Antecedens patet ex illa parte Theologię, in qua tractatur de virtutibus, & vitijs, & eorum actibus, de gratia, de merito, & demerito, de præmijs, & ſupplicijs, & alijs ſimilibus, quibus vt cognitis formaliter, & non tantùm virtualiter, regulantur actus humani. (Contra Banneſiũ.)

Tertia Concluſio. Si ſumatur practicum, & ſpeculatiuum ſecluſis imperfectionibus, ſcilicet, vt ſunt ſuperioris ordinis, ſic ſacra Theologia eſt eminenter, & formaliter practica, & ſpeculatiua. Probatur: nã ratio ſpeculatiui, & practici ſic ſumptæ, non habent oppoſitionem ad inuicem, & dicunt perfectionem; ergo ſunt cõpoſſibiles in ſcientia ſuperioris ordinis, qualis eſt ſcientia diuina, & noſtra Theologia ab ea exemplata. Præterea fides, quæ eſt habitus principiorum noſtræ Theologiæ, eſt ſpeculatiua, & practica eminenter, & formaliter, vt ſignificat S. Tho. 2. 2. q. 4. art. 2. ad tertium argumentum, & ibidem exponitur à Caiet. ergo etiam Theologia, quæ ex dictis principijs deriuatur. Tertiò probatur ex dictis i quinto fundamento. vide etiam Banneſium in probatione ſecundæ ſuæ concluſionis. Vnde ſequitur noſtram Theologiam non eſſe vniuocè cum alijs ſcientijs ſpeculatiuam, aut practicã, ſed analogicè vtrũq; (Theologia quo formaliter practica, & ſpeculatiua.) (S. Thom. Caiet.) (Bannes.)

Argumenta, & ſolutiones.

COntra primam Concluſionem argumentatur Vaſquez. Quando ratio practici, vel ſpeculatiui adæquatur habitui, ſunt differentiæ eſſentiales, & non poſſunt eidem habitui cõuenire; ſed, quando non adæquantur, ſunt accidẽtales, & poſſunt ſimul eſſe in eodem habitu; At dictæ duæ rationes, videlicet, practici, & ſpeculatiui, non adæquantur habitui ſacræ Theologiæ; ergo ſimul poſſunt eidem conuenire. Maior probatur authoritate S. Thomæ infra q. 79. artic. 11. dicentis intellectum non diſtingui ſecundum ſpeciem per practicum, & ſpeculatiuum, quia vtraque ratio accidentaliter reſpicit obiectum adæquatum intellectus. (Vaſquez.)

A

Reſpondetur negando maiorem propoſitionẽ quo ad ſecundam partem in ſenſu quo ſit, nimirũ practicum, & ſpeculatiuum poſſe eidem habitui conuenire formaliter, vt ſunt differentiæ inferioris ordinis, adinuicem diſtinctæ realiter, & formaliter, & habitui inadequatæ. Ad probationem dicitur hoc ſolum rectè concludi, videlicet dictas differentias, non diſtinguere ſacram Theologiam in diuerſas ſpecies, ſicut nec etiam diſtinguũt intellectum; non tamẽ probatur eas in habitu Theologiæ eſſe diſtinctas realiter, ſicut in intellectu: & ratio eſt: quia, cum intellectus ſit potentia ad habitus realiter diſtinctos, poterunt in eo conſeruari diſtincti habitus cum vnitate ipſius intellect⁹; ſed habitus ipſe non eſt potentia receptiua, ſed ꝑ ſe ad actum ordinata; & ideo implicat contradictionem, in vno, & eodem habitu inueniri rationem practici, & ſpeculatiui, prout ſunt differentię oppoſitæ, & inferioris ordinis; ſic enim diſtinguũt neceſſariò habitus, cum vna alteram excludat. Si verò tollatur oppoſitio, & imperfectio, tunc non opponuntur, ſed adunantur, in vnam rationẽ formalem altiorem intrinſecè vtrãque includentem; ſicut patet de repræſentatiuo ſuperiori; & de ratione formali Deitatis reſpectu perfectionum ſimpliciter.

B

C

Contra ſecundam concluſionem. Sic argumentatur Bannes. Theologiæ conuenit dirigere ad opus morale, & practicum, non vt proxima regula, ſed tanquàm ratio ſuperior includens rationem practicam; ergo non eſt formaliter practica. Antecedẽs probatur: Theologia verſatur circa Deũ ſecundum quod eſt ſummum verum ſpeculabile; ſed Deus vt ſummum verum ſpeculabile, continet rationem finis, ex quo ſumitur ratio mediorum; ergo practicum noſtræ Theologiæ includitur in ſpeculatiuo tanquam in ratione ſuperiori. Minor probatur: quia beatitudo, quæ eſt vltimus finis noſter, conſiſtit in viſione Dei, quæ eſt contemplatio ſummæ veritatis. (Bannes.)

D

Reſpondetur negando antecedens. Ad probationem negatur maior, ſi dictio vt, ſpecificet rationem formalem quæ, ſubiecti Theologiæ. Nàm hæc eſt Deitas, quæ continet rationem boni, & veri. Secundò negatur conſequentia argumenti, (nõ enim eſt in forma.) nam ſequitur tantùm rationẽ practici includi in ratione ſpeculatiui; ſed dicimus nos includi formaliter.

E

Secundò ſic arguit. Theologia non dirigit immediatè actionem ſtudioſam, ſed tantùm mediãte prudentia, quæ eſt proxima regula ex parte intellectus dirigendi actus virtutum; ergo. Et confirmatur

Digitized by Google

firmatur (inquit) nam aliàs omnis Theologus eſſet bonus ſimpliciter.

Duplex directio actionis ſtudioſæ.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens abſolutè. Vnde diſtinguendũ eſt, actionem ſtudioſam poſſe dupliciter dirigi. Vno modo in vniuerſali, ſicut Phyloſophia moralis dicitur dirigere omnes actiones preſtituendo regulas generales operandi, in qualibet materia virtutis; & ad talem directionem non eſt neceſſaria prudentia, quæ eſt ratio rerum agibilium, non in actu ſignato, ſed in actu exercito. Nàm principalis, & proprius actus prudentiæ eſt præcipere actum ſingularem, hic, & nunc, & ſecundùm aliàs circũſtantias requiſitas ſecundùm rectam rationem. Igitur alio modo poteſt dirigi actio ſtudioſa in particulari, modo dicto, & ſic dirigitur à prudentia. Ad argumentum; ergo dicitur; ſi ſit ſermo de directione in vniuerſali, falſum eſt antecedens. Si autem ſit ſermo de directione in particulari, negatur conſequentia. Nã ad hoc, vt aliquis habitus ſit eſſentialiter practicus, ſufficit prima directio, vt patet de ſcientia morali; & hoc etiam neceſſe eſt dicere ſecundùm mentem Capreoli; qui, licèt requirat intentionem habitualem operandi, non tamen requirit actualem operationem in habitu practico, vt ſit ſimpliciter practicus. Et hinc poſſunt concordari duo dicta Dominici Bannes notata à Ioanne Rada tanquam contraria. Nam in hac controuerſia dixit primò Theologiam noſtram eſſe proximam regulam operationis; & ideo eſſe practicam formaliter. Secundò verò dixit non eſſe proximam regulam operationis ſtudioſæ, & nihilominus eſſe practicam formaliter. Nam primum dictum intelligitur de regula actionis in vniuerſali; ſecundum autem de regula actionis in ſingulari. Sic enim, & eſt ſtudioſa, & bonum facit operantem.

Habitus eſſentialiter practicus non eſt neceſſe vt dirigat actionẽ in particulari.

Duo dicta Bannesij conciliantur.

Tertiò loco adduco argumentum ex authoritate S. Thomæ prima ſecundæ quæſtione tertia, articulo quinto. Vbi ait; *Optimum obiectum intellectus eſt bonum diuinum, quod non eſt obiectum intellectus practici, ſed ſpeculatiui.* & paulò inferius; *vltima (inquit) et perfecta beatitudo, quæ expectatur in futura vita, tota principaliter conſiſtit in contemplatione, beatitudo autem imperfecta, quæ hic haberi poteſt, primò quidem, & principaliter conſiſtit in contemplatione: ſecundariò in opere practici intellectus, ordinantis actiones, & paſſiones humanas.*

Caiet. S. Tho. explicatur.

Ad hæc dicitur primò cum Caietano ibidem, quod loquitur S. Thom. iuxta communem vſum, quo omnis ſcientia, aut ſpeculatiua, aut practica dicitur: vnde etiam ibidem ait, beatitudinem magis conſiſtere in operatione ſpeculatiui intellectus, quàm practici; vbi practicum non excluſit à beatitudine.

Secundò reſpondetur S. Thomam in ſequentibus verbis ſupra citatis, ſeipſum declaraſſe. Tertiò dicitur intellectum practicum dici poſſe, non ſolùm reſpectu rei fiendæ, ſed etiam reſpectu ſolius actionis; etiam ſi nulla alia res per actionem producatur, vt patet in citarizatione, & in actib' interioribus virtutum moralium. Et talis actio, q ſcilicet, nihil producit, ea eſt, per quã finem præexiſtentem conſequimur; ad quem dupliciter comparatur, tàm actio, quàm intellectus practicus. Primò in ratione principij. Secundò in ratione termini: nam in agibilibus finis intentus ab agente, habet rationem principij, & in exequutione habet rationem termini extrinſeci, reſpectu actionis. Quia ergo Deus non eſt quid operabile per intellectum practicum, ſed eſt tantùm terminus extrinſecus actionis practicæ, quatenus per actus noſtros meritorios Deum ſummum bonum, & vltimum finẽ aſſequimur; ideo meritò negat S. Tho. Deum, ſeu bonum diuinum eſſe obiectum practicum noſtri intellectus. Nam, propriè obiectum intellectus practici & praxis, eſt res producibilis per praxim. Deus autem neque eſt praxis, neque per praxim producibilis, ſed tantùm attingibilis, non phyſicè, ſed moraliter. Quamobrem etiã Caietanus in articulo ſequente, ait viſionem beatificam, & eadem ratione Deum clarè viſum, eſſe finem extrinſecum Theologiæ, inquantum eſt practica, & tamen dicit Deum eſſe finem proximum eiuſdem, vt practica eſt; quò fit, vt noſtra hęc Theologia ſit proxima regula operandi, vt ſupradiximus.

Quo ſenſu negat S. T. Deum eſſe obiectum practicum noſtri intellectus.

Ex prædictis facilè ſoluuntur argumenta Io. Radæ, & aliorum pro opinione Scoti.

Radæ.

Contra tertiam concluſionem argumentatur Io. Rada in ſua tertia Controuerſia. Non eſt imaginabile, quomodo ſpeculatiuum aliter differat à practico, niſi per aliquid, ratione cuius ſibi conueniat negatio rectitudinis in ordine ad praxim; ergo implicat eandem cognitionem præſertim finitã, licet ſit ordinis ſupernaturalis, ſimul eſſe ſpeculatiuam, & practicam; quia ſimul erit directiua operationum, & non erit directiua.

Reſpondetur practicum, & ſpeculatiuum in noſtra Theologia, eſſe formaliter eleuata in vnam rationem formalem ſuperioris ordinis, quàm ſit ratio formalis practici, & ſpeculatiui in ſcientijs naturalibus; ſicut plura repreſentatiua formaliter vniuntur in vno repreſentatiuo ſuperioris naturæ: quales ſunt ſpecies ſuperiorum Angelorum. Vnde ad argumentum negatur aſſumptum.

Secunda Controuerſia.

An praxis ſit ſemper opus alterius potentiæ ab intellectu.

Sententiæ expoſitorum.

IN hac Controuerſia duæ ſunt opiniones contrariæ. Nàm Caietanus infra quæſtione ſeptuageſima nona, articulo vndecimo ſignificat praxim ſemper eſſe opus alterius potentiæ ab intellectu: quam ſententiam tenuit Paulus Soncinas in ſexto Metaphyſ. quæſtione ſecunda. Et Iauellus libro ſexto Metaphyſ. quæſtione quarta, & ante eũ Conradus ſuper prima ſecundæ, quæſt. 57. art. 1. ad primum, & plures alij Thomiſtæ. Sed oppoſitã ſententiam, videlicet praxim poſſe eſſe operationem

Caiet. Paulus Soncinas.

Iauellus.

Conradus.

Capreol. nem intellectus tenet Capreolus in ſecunda quæſtione Prologi; quem ſequuntur Molina, & Franciſcus Zumel ſuper hoc articulo. Zumel.

Nauarretus. Nauarretus Controuerſia vndecima ait praxim eſſe formã reſpectu practici, vt ſic, atq; ideò eſſe regulam, & principium operationis, & operationem dici praxim conſequenter ſecũdùm illud, quod participat ex ſuo principio, & regula, & ità praxim in operatione præſupponere praxim in intellectu.

Reſolutio.

Diffinitio praxis. PRo determinatione, videndum eſt quid ſit praxis; nam ex hoc vno benè perſpecto, facilè erit oppoſita argumenta diluere. Eſt autem omnium ferè communis praxis diffinitio: Praxis, eſt operatio regulabilis ab intellectu, ſiue habitu practico; ex qua diffinitione formaliter intellecta colligitur praxim hoc formaliter, & ex propria rõne ſibi vendicare, vt ſit menſurata, & regulata per intellectum, ſiuè habitum practicum; ac proinde intellectum, ſiuè habitum practicum, vt ſic, formaliter, & eſſentialiter habere rationem menſuræ, & regulæ. Quare illa operatio, verè, ac propriè digna erit nomine praxis, quæ per ſe, & eſſentialiter reſpicit intellectum, ſiuè habitum practicum, vt propriam, & per ſe menſuram. Et hoc eſt firmiſſimum principium inueſtigandi veritatem ſub eo ſumendo tres propoſitiones, duas negatiuas, & vnam affirmatiuam; ex quibus deducendo tres alias, ſententiam noſtram aperiemus.

Concluſiones, & ex eis propoſitiones deductæ, & amplior reſolutio quæſiti.

Operatio elicita ab intellectu non per ſe regulatur per habitũ practicum. PRima propoſitio negatiua eſt; Operatio elicita ab intellectu practico, vt ſic, non reſpicit per ſe, & eſſentialiter intellectum, aut habitũ practicum, vt propriam, & per ſe regulam, ſiuè menſuram. Probatur primò; quia nullus habitus eſt menſura, ſiuè regula proprij actus; quin potius ab eo menſuratur, ſicut potentia per actum, & ſicut imperfectum per id, quod eſt perfectum. Secũdò, quia intellectus in habitu præciſo actu, nulli* operis poteſt eſſe actualis menſura; quoniam mẽſurare nil aliud eſt in præſenti, quàm dirigere, qđ ſit medio diſcurſu, aut per imperium, quod eſt actus intellectus. Tertiò: quoniam vnius menſurati vna eſt adæquata menſura, & è conuerſò: Sed ædificatio, prout in ædificato recipitur, eſt id, qđ per ſe menſuratur per artem ædificandi; Ergo actus elicitus ab intellectu, quo practicè nouit ædificationem, non poteſt eadem arte menſurari. Probatur conſequentia: Quoniam hic actus differt non ſolùm formaliter, ſed etiam realiter ab ædificatione in ædificato recepta. Quod autem ædificatio ſit per ſe menſurata ab arte ædificãdi, probatur: quoniam illud eſt per ſe, & propriè menſuratum, & regulatum per artem ædificandi, ad qđ regulandum ordinatur per ſe, & eſſentialiter ars ædificandi; id enim frequentiſsimè docet Ariſt. Ariſt.

A quod ſcilicet, in hoc differt practicum, à ſpeculatiuo, quod hoc ad contemplationem, illud autem ad opus ordinatur; at verò non alia ratione ad opus ordinatur, quàm vt ordinatè, & rectè ſecundum artis regulas producatur ædificium, & ædificatio, vt ſuſcipitur in ædificato.

Secunda propoſitio negatiua eſt: Proprium, & per ſe menſuratum per habitum practicum, non eſt ſemper actus elicitus voluntatis. Probatur: q̃m nec ars, nec quilibet actus prudentiæ ordinatur per ſe primò & adequatè, ad regulandos actus volũtatis elicitos; & de actibus quidem artis patet, quod ad actus externos ordinantur, qui media po- B tentia executiua exercentur; ſicut ædificatio, citarizatio &c. de prudentia verò, quia dirigit, non tãtum actus voluntatis, ſed etiam actus appetitus ſenſitiui, & actus intellectus; ita vt actus virtutis vniuerſaliſsimè ſumptus, ſit id, quod per ſe primò, & adæquatè ab eo menſuratur, & regulatur. Non ſolus actus elicitus voluntatis per ſe regulatur per habitũ practicum.

Tertia propoſitio affirmatiua eſt: Id quod per ſe, & primò eſt regulatum, & menſuratum per habitum practicum, vt plurimum eſt actus alterius potentiæ ab intellectu, quandoque autem eſt act* intellectus. Prima pars huius propoſitionis patet ex dictis. Secunda verò probatur: Primò; quoniã actus ſpeculandi quò ad exercitium dirigitur, & C imperatur à prudẽtia, & pertinet ille actus ad virtutem ſtudioſitatis; at prudentia eſt habitus practicus; ergo. Secũdò: Actus intellectus, puta diuinorum contemplatio exercitus quando, vbi, & cũ cęteris circunſtantijs, quibus decet, & oportet fieri ſecundum rectam rationem, non minus regulatur ab intellectu media prudentia, quàm cęterarum potẽtiarum, aut virtutum actus; ergo, vt ſubſtat tali directioni, habebit rationem praxis, non tantùm ſecundùm quid, vt dicunt nonnulli Thomiſtæ; ſed etiam ſimpliciter. Nàm, licèt contemplatio omninò diſtinguatur à notitia practica; nõ tamen ſemper neceſſariò diſtinguitur à praxi, ſed D poteſt idem eſſe, quod praxis, per comparationẽ ad aliam notitiam practicam præcedẽtem, à qua medio imperio dirigitur. Quod per ſe primo regulatur per habitum practicũ, vt plurimũ eſt actus alterius potentiæ ab intellectu.

Ex prædictis tribus propoſitionibus deducuntur aliæ tres, per neceſſariã conſequentiam, à diffinitione ad diffinitum.

Prima eſt: Operatio elicita ab intellectu practico vt ſic, non eſt praxis. dico autem vt ſic; quoniam operatio intellectus tam practici, quàm ſpeculatiui ſumpta, quò ad exercitium actus, poteſt regulari per intellectum practicum, media ſcilicet alia priori cognitione practica; & conſequen- E ter poteſt eſſe praxis; ſed illa non erit operatio intellectus practici, vt ſic; quia non comparatur ad intellectum practicum, vt eius operatio formaliter, & per ſe, ſed vt menſuratum, & regulatum; licèt materialiter, & per accidens ſit eius operatio. Praxis nõ eſt operatio elicita ab intellectu vt ſic.

Hæc propoſitio eſt contra Franciſcum Zumellum, qui in probatione ſextæ ſuæ concluſionis ſignificat quamlibet operationem intellectus practici eſſe praxim. Zumell.

Secunda propoſitio eſt: Praxis non ſemper eſt actus elicitus voluntatis. Hæc eſt contra Ianellũ, & de- Praxis nõ ſemper eſt actus elicitus voluntatis.

& deducitur ex ſecunda prioris ordinis.

Tertia propoſitio eſt, Praxis vt plurimum eſt actus alterius potentię ab intellectu; quandoque tamen eſt actus intellectus. Hæc pendet ex tertia prioris ordinis, & militat aduerſus Caietanum, Conradum, & Iauellum. Aduertendum tamen eſt ex Capreolo, operationem intellectus, nõ eſſe praxim, niſi mediante electione, quæ eſt actus voluntatis; qua eligitur talis actus: quò fit, vt actus intellectus nunquam ſecundum ſe ſit praxis, ſed tantùm quò ad eius exercitium, quod quidem exercitium, eſt etiam per actum alterius potentiæ, ſcilicet, voluntatis; dico autem etiam per actum alterius potentiæ; quoniam principaliter ad eius exercitium concurrit imperium, quod ſecundum ſubſtantiam ſuam, eſt actus intellectus.

Caiet. Conradus Iauelius. Capreol.

Prædictis addendum eſt, quòd licèt Capreolus exiſtimet non eſſe neceſſarium praxim immediatè dirigi per habitum practicum, ſed ſufficere mediatam directionem, cum non ſit (inquit) nec aliqua ratio, nec authoritas cogens ad oppoſitum; nihilominus videtur ſuſtinendum de mente S. Tho. quamlibet praxim immediatè dirigi per habitũ practicum, ſupponendo tria: Primum eſt intellectum practicum dirigere praxim, non tantùm per apprehenſionem, & cognitionem; ſed etiam per imperium, qui eſt actus intellectus. Secũdum eſt, imperium eſſe vltimum actum intellectus concurrentem ad opus; poſt quem actum eſt vſus, qui eſt actus voluntatis, quo voluntas vtitur potentia aliqua ad opus: de qua re videndus eſt Caietanus prima ſecũdæ, quæſtione decima ſexta, articulo quarto. Tertium eſt vſum eſſe actum voluntatis, vt mouentis, & alterius potentiæ, vt exequentis. Quapropter poteſt ſumi vſus per modum vnius motus, eo modo quo actio, & paſſio ſunt vnus motus. Et ex his efficitur omnem praxim proximè dirigi ab intellectu per habitum practicum; nam imperium, quod eſt actus intellectus, proximè præcedit vſum, qui ſumptus modo prædicto eſt praxis.

Capreol. Praxis qlibet immediatè dirigitur per habitum practicum. Caiet.

Ex prædictis benè intellectis, exiſtimo ſolui poſſe omnes difficultates, quas ideo tanquam ſuperuacuas prætermitto.

ARTICVLVS V.

Vtrum ſacra doctrina ſit dignior alijs ſcientijs.

AD quintum ſic proceditur. Videtur, quod ſacra doctrina non ſit dignior alijs ſcientijs. Certitudo enim pertinet ad dignitatẽ ſcientiæ. Sed aliæ ſcientiæ, de quarum principijs dubitari non poteſt; videntur eſſe certiores ſacra doctrina, cuius principia; ſcilicet articuli fidei dubitationem recipiunt. Aliæ igitur ſcientiæ videntur eſſe digniores.

12. q.96. ar.5.3. et 1.prol.art. 1.& 2. co. c.4.fi.

2 Præterea. Inferioris ſcientiæ eſt à ſuperiori accipere, ſicut Muſicus ab Arithmetico;

A ſed ſacra doctrina accipit aliquid à phyſicis diſciplinis. Dicit enim Hieronymus in Epiſtola † ad Magnum oratorem vrbis Romæ, q doctores antiqui intantum philoſophorum doctrinis, atque ſententijs ſuos reſperſerunt libros, vt neſcias, quid in illis prius admirari debeas, eruditionem ſeculi, an ſcientiam ſcripturarum; ergo ſacra doctrina eſt inferior alijs ſcientijs.

† Incipit hæc epiſt. Sebaſtium noſtrũ declinando ad finem illius, habetur to.4

Sed contra eſt, quòd aliæ ſcientię dicuntur ancillæ huius: Prouerb. 9. Miſit ancillas ſuas vocare ad arcem.

B Reſpondeo. Dicendum, quod, cum iſta ſciẽtia quantũ ad aliquid ſit ſpeculatiua, & quantùm ad aliquid ſit practica, omnes alias tranſcendit tàm ſpeculatiuas, quàm practicas. Speculatiuarum enim ſcientiarum vna altera dignior dicitur, tum propter certitudinem tum propter dignitatem materiæ. Et quantùm ad vtrumque hæc ſcientia alias ſpeculatiuas ſciẽtias excedit. Secundùm certitudinem quidẽ, quia aliæ ſcientiæ certitudinem habent ex naturali lumine rationis humanæ, quæ poteſt errare: hæc autem certitudinem habet ex lumine diuinæ ſcientiæ, quæ decipi non poteſt.
C Secundùm dignitatem verò materiæ: quia iſta ſcientia eſt principaliter de his, quæ ſua alitudine rationem tranſcendunt. Aliæ verò ſcientiæ conſiderant ea tantùm, quæ rationi ſubduntur. Practicarum verò ſcientiarum illa dignior eſt, quæ ad vlteriorem finem non ordinatur, ſicut ciuilis militari. Nam bonum exercitus ad bonum ciuitatis ordinatur. Finis autem huius doctrinæ, inquantum eſt practica, eſt beatitudo æterna, ad quam, ſicut ad vltimum finem, ordinantur omnes alij fines
D ſcientiarum practicarum. Vnde manifeſtum eſt ſecundum omnem modum eam digniorem eſſe alijs. D.1111.

Ad primum ergo dicendum, quòd nihil prohibet id, quod eſt certius ſecundùm naturam, eſſe quò ad nos minus certum propter debilitatem intellectus noſtri: qui ſe habet ad manifeſtiſsima naturæ, ſicut oculus noctuæ ad lumen Solis: ſicut dicitur in ſecundo Metaphyſ. † Vnde dubitatio, quæ accidit in aliqui- 2. Met.tt. c.1.
E bus circa articulos fidei, non eſt propter incertitudinem rei, ſed propter debilitatem intellectus humani: & tamen minimum, quod poteſt haberi de cognitione rerum altiſsimarũ, deſiderabilius eſt, quàm certiſsima cognitio, quæ habetur de minimis rebus, vt dicitur in vndecimo de animalibus. †

Ad ſecundum dicendum, quòd hæc ſcientia accipere poteſt aliquid à phyſicis diſciplinis, non quod ex neceſsitate eis indigeat, ſed ad

† li. idē de partib. animaliũ. c.5.to.4.

Digitized by Google

ad maiorem manifeſtationem eorum, quæ in hac ſcientia traduntur. Non enim accipit ſua principia ab alijs ſcientijs, ſed immediatè à Deo per reuelationem. Et ideo non accipit ab alijs ſcientijs tanquam à ſuperioribus, ſed vtitur eis tanquam inferioribus, & ancillis: ſicut architectonicæ vtuntur ſubminiſtrantibus, vt ciuilis militari. Et hoc ipſum, quod ſic vtitur eis, non eſt propter defectum, vel inſufficientiam eius, ſed propter defectum intellectus noſtri: qui ex his, quæ per naturalem rationem (ex qua procedunt aliæ ſcientiæ) cognoſcuntur, facilius manuducitur in ea, quę ſunt ſupra rōnē, quæ in hac ſcientia tradūtur.

Vtrum ſacra doctrina ſit dignior alijs ſcientijs.

Ratio Ordinis.

ORdo præſentis articuli ad præcedentem indicatur in corpore, vbi ex doctrina præcedentis articuli procedit, ad inueſtigandam veritatem quęſiti, in hoc articulo, vt patet etiam ex ipſa Concluſione.

Forma, & expoſitio Textus.

COncluſio eſt. Sacra Doctrina eſt dignior, ſecundū quod ſpeculatiua, omnibus ſpeculatiuis; & ſecundùm quod practica, omnibus practicis. Senſus huius concluſionis ex duobus pendet. Primum eſt, noſtrā Theologiam eſſe ſcientiam altioris ordinis, quàm ſint ſcientiæ phyſicæ. Secundum eſt, eam continere rationē ſpeculatiui, & practici formaliter. Ratione primi, ſcilicet, quatenus eſt altioris ordinis, certum eſt eam longè cæteris eſſe digniorem; quia hoc ipſo, quod ponitur altioris ordinis, dignior conſtituitur. At ratione ſecundi; videlicet, vt continet vtramque conditionem, ſpeculatiui ſcilicet, & practici, poterat illius dignitas in dubitationem vocari; & ideo, quamuis in titulo quæſitū fuerit abſolutè; num hæc ſacra doctrina ſit cæteris dignior; in concluſione tamen agitur de eo ſolùm, quod poterat in diſcrimen vocari: & ob eam cauſam poſitæ ſunt in concluſione illæ ſpecificationes: ſecundùm quod practica &c.

Duæ ſunt prædictæ concluſionis partes. Prior eſt; *ſecundùm, quod ſpeculatiua, eſt dignior ſpeculatiuis*; Probatur hæc pars: Inter ſpeculatiuas, vna dignior eſt altera propter duo; ſcilicet, propter certitudinem, & dignitatem materiæ: At hæc ſcientia excedit reliquas quò ad vtrumque: Igitur eſt dignior. Maior eſt Ariſt. in primo de Anima. Minor habet duas partes. Probatur: primò quò ad primam, ſcilicet certitudinem: Aliæ ſcientiæ habent certitudinem ex lumine rationis humanæ; hæc autem ex lumine ſcientiæ diuinæ; ergo eſt certior. Antecedens patet. Conſequentia probatur: Ratio humana poteſt errare: At ſcientia diuina errare non poteſt; ergo noſtra Theologia, quæ de-

Ariſt.

A pendet ex lumine diuinæ ſcientiæ, certior eſt, quā ſcientia humana, quæ pendet ex lumine rationis humanæ. Secunda pars ſic probatur: Hæc ſcientia eſt de his, quæ ſua altitudine rationem tranſcendunt, aliæ verò ſcientię conſiderant ea tantū, quæ rationi ſubduntur; ergo eſt dignior. Vis huius rationis hæc eſt: Ea, quæ excedunt virtutem intellectus noſtri, ſunt in ſe actualiſsima, lucidiſſima, ac manifeſtiſsima, & ob eam cauſam superexcedunt vim, ac proportionem intellectus humani, vt patet ex ſecundo Metaph. vbi dicitur ſic ſe habere noſtrum intellectum ad ea, quæ ſunt omnium naturæ manifeſtiſsima, ſicut oculus noctuæ

Vis argumenti.

Ariſt.

B ad lucem, & lumen Solis. Quò fit, vt rationes illæ formales, ſiuè prædicata ſubſtantiarum ſeparatarum, & præſertim primæ, quæ Deus eſt, quæ remanent ob ſui excellentiam occulta lumini naturali, ſint illis rationibus longè nobiliora, quas ex his ſenſibilibus poſſumus abſtrahere, & Deo attribuere. Et quoniam hæc ſacra doctrina tractat de illis rationibus, ſeu prædicatis Dei, quæ minimè poſſumus ex ſenſibilibus abſtrahere; ideo cæteras ſuperexcedit nobilitate; agit namque de Deo, vt eſt Trinus, & vnus, vt eſt obiectum noſtræ beatitudinis ſupernaturalis, vt eſt creator, iuſtificator, ſaluator, &c.

C Poſterior pars principalis cōcluſionis eſt; *Hæc ſacra doctrina dignior eſt, ſecundùm quod practica, omnibus practicis*; & probatur hoc modo, Practicarū ſcientiarum illa dignior eſt, quæ ad vlteriorem finem non ordinātur; at finis huius ſcientiæ, in quātum practica eſt, ad nullum finem ordinatur; ſed aliarum practicarum fines ad eam ordinantur; ergo dignior eſt &c. Maior probatur exemplo ciuilis, & militaris. Minor probatur: quia finis huius ſcientiæ, in quantum eſt practica, eſt beatitudo æterna, quæ eſt vltimus finis, ad quem omnes ordinantur. Sed explicandus eſt ſenſus maioris, & minoris. Quo ad maiorem diſtinguendum eſt

Theolog. vt practica cur dignior omnib. practicis.

D cum Caietano, practicas ſcientias, ſiuè artes eſſe in duplici differentia: Nam quædam ſunt ad inuicem ſubordinatæ, ſicut ſunt ciuilis, & militaris: nam militaris ſubordinatur ciuili; quædam verò non ſubordinatæ, vt Ars figuli, & Aurificis; neutra enim alteri ſubordinatur, Maior ergo propoſitio intelligenda eſt de practicis ſubordinatis; quod patet ex minore propoſitione, in qua ſubſumpſit, *omnes aliarum ſcientiarum fines ſubordinantur fini huius ſcientiæ* Nam, ſi practicæ non ſint ſubordinatæ, falſa eſt illa maior propoſitio; quia nobilius eſt miniſtrare in Arte Aurificis, quàm principari

Caiet.

E in arte figuli. Hinc falſum eſt illud commune proloquium: Melius eſt eſſe caput lacertæ, quàm caudam leonis.

Cōe prolo quiū falſū.

In probatione verò minoris duo dicuntur. Primum eſt: beatitudo eſt vltimus finis huius ſcientiæ. Secundum eſt; beatitudo eſt finis finium omnium aliarum ſcientiarum practicarum. Ad primæ partis intelligentiam duplici vtendum eſt diſtinctione. Nàm duplex eſt finis, nimirū finis intrinſecus, & finis extrinſecus. Vt ædificatio domus eſt finis intrinſecus artis ædificatoriæ; Vſus verò

Finis duplex in trinſecus, & extrinſecus.

verò domus ædificatæ,eſt finis extrinſecus;ſic noſtra Theologia duplicem habet finem; alterũ intrinſecum;& hic eſt operari operationes ducentes in beatitudinem; alterum extrinſecum; qui eſt ipſa beatitudo. Rurſus finis extrinſecus, in communi loquendo;duplex eſt;quidam proximus, & quidam remotus; vt in ædificatione proximus finis extrinſecus eſt vſus domus, remotus autẽ eſt honor,vel fama &c. Beatitudo aſſeritur finis proximus ſacræ Theologiæ,vt practica eſt; finis autẽ proximus,licèt extrinſecus, nobilitat ſcientiam. Quod autem beatitudo ſit finis proximus noſtræ Theologiæ,habetur manifeſtè ex articulo præcedente,vbi dicitur noſtram Theologiam tractare de actibus noſtris, quatenus per eos ordinamur ad Dei contemplationem. At cæteræ ſcientiæ docent operari propter hũc finem remotè. Ratio autem huius differentiæ eſt; quoniam hæc ſcientia non eſt purè practica,ſicut aliæ practicę, & ideo habet eundem finem vt practica, quem habet vt ſpeculatiua,ſed alio modo; quia cõtẽplatio Dei eſt finis intrinſecus eius,vt eſt ſpeculatiua,extrinſecus autem,vt eſt practica.

Finis extrinſecus duplex, ſ. proximus, & remotus

Beatitudo eſt finis proximus noſtrę Theolog. vt practica eſt.

Contemplatio Dei eſt finis intrinſecus Theolog. vt ſpeculatiua eſt. Caiet. S. Tho.

Quò ad ſecundam verò partem probationis eiuſdem minoris propoſitionis, in qua beatitudo dicitur finis omnium aliarum practicarum, ſic diſtinguendum eſt cum Caietano,& Sancto Thoma prima ſecundæ,quæſtione prima articulo ſexto:finis eſt duplex; quidam eſt finis rationum operandi;quidam etiam rerum operatarum, vel operationum. Beatitudo eſt finis omnium rationum operandi, & rerum operatarum: quoniam, vt inquit S.Thom. quidquid homo appetit,appetit ſub ratione boni;quod quidem,ſi non appetitur,vt bonum perfectum,quod eſt vltimus finis,neceſſe eſt, vt appetatur,vt tẽdens in bonum perfectum;quia ſemper inchoatio alicuius, ordinatur ad conſumationem ipſius. Et,vt benè dicit hic Caietanus, rationes operandi, & operationes ordinantur in bonum rationis(intellige,ſicut in bonum imperfectum,quod ordinatur in beatitudinem, tanquam ſcilicet in bonum perfectum;)non tamen beatitudo eſt finis omnium operantium;quia multi operantur contra beatitudinem à virtute recedendo, cum tamen rectè operentur ſecũdùm artes; quod dictum intelligendum eſt iuxta doctrinã D. Tho. in dicta quæſtione,art.7. videlicet de eo,in quo ratio vltimi finis,& beatitudinis conſiſtit, non autẽ de ratione vltimi finis; nam in ea omnes operantes conueniunt, cum appetant complementum ſuæ perfectionis, quod nihil aliud eſt, quàm beatitudo.

Beatitudo eſt finis omniũ rõnum operandi,& rerum operatarum.

Caiet.

Beatitudo non eſt finis oium operantiũ

D. Thom.

Forma primi argumenti S.Thom.& reſponſionis.

PRimum argumentum S.Thomæ, quod ſingularem ſecum affert difficultatẽ,eſt tale: Certitudo pertinet ad dignitatem ſcientiæ: Sèd aliæ ſcientiæ ſunt certiores;ergo digniores. Maior patet ex dictis. Minor probatur: De principijs aliarum ſcientiarum dubitari non poteſt: At de principijs huius ſcientiæ, quæ ſunt articuli fidei, poteſt dubitari;ergo.

A Ad hoc argumentum reſpondet S.Thom. dupliciter,& primò negat minorem, Ad probationem diſtinguit,dubitationem poſſe ex duobus oriri, ſ. ex incertitudine rei, & ex debilitate intellectus humani. Dubitatio, quæ in aliquibus contingit de articulis fidei, non procedit ex rei incertitudine,ſed ex debilitate intellectus humani. Probat illam diſtinctionem:quia nihil prohibet id, quod eſt certius ſecundum naturam,eſſe quò ad nos minus certum, propter debilitatem intellectus noſtri. Secundò reſpondet, quòd certitudo pertinet quidem ad dignitatem ſcientiæ, ſed minus principaliter; magis enim ſcientię dignitas penſanda, B eſt ex dignitate materiæ;nam,vt dicitur in vndecimo,de animalibus,minimum, quod poteſt haberi de cognitione rerum altiſſimarum, deſiderabilius eſt,quàm certiſſima cognitio, quę habetur de rebus minimis.

Prior reſponſio, patitur maximam difficultatem tractandam in Controuerſia immediatè ſequente.

Controuerſia Vnica.

C *An certitudo noſtræ Theologiæ, ſit maior certitudine cuiuslibet ſcientiæ naturalis,& primorum principiorum,& ſenſuum euidentia.*

Opiniones expoſitorum diuerſæ.

FRanciſcus Zumel exiſtimat hoc primum principium; ***Quodlibet eſt, vel non eſt***, non eſſe minus certum, quàm ſint prima noſtræ Theologię principia,& omnem habere certitudinem imaginabilem. Atque ideo,cum loquimur de certitudine fidei,aut ſacrę Theologię, in comparatione ad alios habitus intellectuales,ſemper(inquit) excipitur illud principium ***quodlibet eſt, vel non eſt***; quoniã ab illo pendet omnis certitudo,& veritas.

Zumel

D Gabriel Vâſquez,primò diſtinguit certitudinem dicens poſſe tribus modis accipi: Primò pro aſſenſu determinato alicuius partis ſine dubitatione. Secundò pro veritate cognitionis, quæ ſumitur ex conuenientia intellectus cum re. Tertiò pro actu reflexo, quo quis iudicat nullo modo ſe falli,in eo,quod cogitat. Secundo dicit Caietanũ in hoc articulo interpretari S. Thomam de Theologia ſecundùm ſe,non prout in nobis. Tertiò hãc interpretationem non videri ad mentem S. Tho. Quartò obiectum non eſſe dicendum certius ſecũ E dùm ſe,eo quod res non dicantur certiores, aut minus certè, ſed magis, aut minus neceſſariæ. Quintò falſam eſſe opinionem illorum Thomiſtarum,qui docent Theologiam in nobis eadem ratione eſſe certiorem alijs ſcientijs, qua fides infuſa certior eſt,ex parte ſcilicet obiecti formalis, cui innititur. Vltimò, Theologiã in nobis eſſe certiorem cæteris ſcientijs, certitudine accepta tertio modo; quæ ſcilicet, eſt in actu reflexo intellectus,quo quis iudicat, cognitionem, quam habet de aliqua re,non poſſe eſſe falſam.

Vaſques

Syluester

Digitized by Google

Syluester.

Syluester ſentit primò S. Tho. hic loqui de Theologia in ſe, & in itellectu ſibi proportionato, id eſt, Dei, & beatorum, non autem de Theologia in nobis. Secundò Theologiam in nobis eſſe certiorem quantùm ad adhæſionem, non quantùm ad quietationem intellectus.

Molina.

Ludouicus Molina duo dicit. Primum: non benè diffiniri certitudinem à S. Thom. in tertio ſententiarum diſtinct. 23. quæſt. 2. artic. 2. quæſt. tertia. Et diſtinct. 26. quæſt. 2. artic. 3. quod eſt determinatio intellectus ad vnum. Secundum: certitudinem propriè loquendo idem eſſe, quod infallibilitas, quæ nō tantùm opponitur dubitationi, vt inquit S. Thom. ſed etiam opinioni.

Reſolutio.

Diſtinguitur certitudo, & explicantur ſingula membra, videlicet certitudo eſſentialiter, participatiuè, obiecti, & ſubiecti, cum ſingulorum partibus, & eorum gradibus.

Partitio.

VT in præſenti controuerſia ad intentum veritatis ſcopum recto ordine ſtylum dirigamus; præmittemus primò nonnulla veritatis fundamenta ex diuerſis locis doctrinæ S. Thomæ de promptu, quibus aperietur nobis manifeſtè vt arbitror, mens eiuſdem Angelici Doctoris. Secundò reſpondebimus ad quæſitum per concluſiones. Tertiò proponemus argumenta aduerſariorum, & ſoluemus.

S. Thom. Certitudo duplex. eſſentialis, & participata.

Sciendum eſt igitur primò ex S. Thom. 2. 2. q. 18. art. 4. & 3. ſent. diſtinct. 26. quæſt. 2. artic. 4. certitudinem in aliquo reperiri dupliciter, ſcilicet eſſentialiter, & participatiuè. Priori modo inuenitur in vi cognoſcitiua: & diffinitio illius eſt: certitudo eſſentialiter eſt firmitas adhæſionis virtutis cognoſcitiuę ad ſuum cognoſcibile; vel determinatio intellectus ad vnum: vt ait S. Thom. in 3. ſent. diſtinct. 23. q. 2. artic. 2. q. 3. & hęc appellatur à S. Thom. certitudo aſſenſus. Certitudo autē participatiuè inuenitur in omni eo, quod ab intellectu mouetur infallibiliter in finem ſuum; & hoc modo dicimus naturam certitudinaliter operari: inquantùm mouetur ab intellectu diuino certitudinaliter in finem ſuū; & ſic poſſumus dicere motum Cœli ab Oriente in Occidentem certum eſſe, & vnumquemque effectum à Deo determinatum certum eſſe. Huic certitudini addit S. Tho. in hoc articulo duplicem aliam certitudinem; vnam ex parte obiecti, quam appellat certitudinem rei; aliam ex parte ſubiecti, quàm ab oppoſito inſinuauit dicens dubitationem, quæ in quibuſdam accidit circa articulos fidei, non eſſe propter incertitudinem rei, ſed propter debilitatem intellectus noſtri, ſignificans eſſe aliquam certitudinem ex parte ſubiecti in ordine ad obiectum ſibi proportionatum. Certitudo eſſentialiter dicta, quæ eſt certitudo adhæſionis diſtinguitur à S. Tho. quol. 6. in eam, quæ eſt ex aliquo habitu virtutis, ſiuè fidei infuſæ, ſiuè ſcientiæ acquiſitæ, ſiuè habitu intellectus, vel ſapientiæ: Et in eam, quę eſt ex fide

Certitudo aſſenſus.

Certitudo rei.

S. Tho. Certitudo adhæſionis ex habitu virtutis.

A falſa, qualis eſt in hæretico adhærente ſuis erroribus. Rationem huius diſtinctionis reddit S. Tho. ex Ariſtot. ſeptimo Eth. primò: quia non minus firmiter inhęret aliquis falſitati, quàm veritati. Secundò: quia certitudo adhæſionis nō ſemper prouenit ex aliquo habitu, ſed ex proprio arbitrio aliquis poteſt aſſenſum ſuum firmare ad aliquod verum, vel falſum, antequam habeat habitum, & ſic (inquit) in hæretico certitudo inhæſionis eſt actus fidei falſę.

Certitudo adhæſionis ex fide falſa, Ariſ.

Hæc tamen non eſt inhęſionis certitudo, niſi abuſiuè tantùm, ſed certitudo dicenda eſt ex parte ſubiecti, non quidem propriè, ſed impropriè, vt

B ex Caprçolo ſtatim dicemus.

Secundò notandum eſt, omnem certitudinem eſſe quandam firmam determinationem. Quare certitudo obiecti, nihil aliud eſt, quàm firma obiecti determinatio vel ſecundum eſſe, vel ſecundum eſſentialem, aut connaturalem perfectionem, aut perfectiones. Quamobrem, quæ magis neceſſaria ſunt, vtpote magis firmiter determinata, ſunt etiā magis certa; vt Deus, & ſubſtantiæ ſeparatæ. Et quoniam omnis determinatio fit per actū, ſequitur, vt, quēmadmodum quæ magis ſunt actu, ſunt magis cognoſcibilia ſecundum ſe, & magis vera, ita etiam ſint magis certa ſecundum ſe. Et quia

Certitudo obiecti, quid.

C firmam determinationem ſequitur infallibilitas in ordine ad cognitionem, quantùm fit ex parte obiecti ſic determinati; idcircò Molina volens corrigere S. Thom. dixit certitudinem eſſe infallibilitatem, cum tamen certitudo prius rei conueniat, quàm infallibilitas. Nam hęc dicitur in ordine ad intellectum; illa verò abſolutè; Conſtat autem abſolutam rei conſiderationem priorem eſſe reſpectiua, licèt poſſet etiam in nomine firmitatis intelligi infallibilitas.

Molina.

Certitudo autem eſſentialiter, quæ à D. Thom. diffinitur, quod eſt firmitas adhęſionis virtutis cognoſcitiuę ad ſuum cognoſcibile; & determi-

D natio intellectus ad vnum poteſt colligendo ſimul omnia dicta D. Thom. ſic diffiniri: Certitudo eſſentialiter eſt firma determinatio adhæſionis virtutis cognoſcitiuæ ad ſuum cognoſcibile; Vbi aduertendum eſt cum Capræolo 3. ſent. diſt. in. 25. q. vnica ad argumenta contra tertiam concluſionē, non omnem adhæſionis firmitatem dici propriè certitudinem, ſed illam duntaxat, quæ eſt de firmo, & ſtabili tanquam obiecto; ſolùm autem verū poteſt eſſe firmum, & ſtabile: atque ideo firmus aſ-

Certitudo eſſentialiter quid ſit.

Capræol. Nō oīs firmitas adhæſionis propriè eſt certitudo.

E ſenſus hæreticorum, vel aliorum errantium, non poteſt dici propriè certitudo; quia, licèt talis aſſēſus habeat quādam firmitatem ex parte ſubiecti, non tamē ex parte obiecti, cum ſit falſum, & veritati contrarium. Rurſus, vt ibidem inquit Capręolus, firmitas intelligitur etiā ex parte medij, propter quod aſſentimur, ſiuè ex parte cauſæ; & talis certitudo eſt in fide; quia cauſa propter quam fides aſſentitur rebus creditis, eſt veritas prima; & infra addit Capręolus in reſp. ad ſecundum: firmitas adhæſionis fidei principalem cauſam habet in voluntate, ſcilicet mota à Spiritu ſancto, & habet certitudinē ratione infallibilitatis medij: Vbi

Capreol.

E apparet.

Digitized by Google

apparet, illum vti nomine infallibilitatis ex parte medij. Nam medio propriè conuenit actiua infallibilitas in ordine ad intellectum. Diximus autē in diffinitione certitudinem eſſe determinationē adhæſionis; quia omnis certitudo eſt determinatio; ſed certitudo eſſentialiter ſumpta dicit adhęſionem illam; quæ eſt actus virtutis cognoſcitiuę; additur autem, ad ſuum cognoſcibile; quod, vt inquit Capræolus, non eſt niſi verum. Nam propriũ obiectum intellectus eſt verum; quia (inquit) falſum nō eſt cognoſcibile; cognoſcere enim falſum, non eſt cognoſcere, ſed deficere à cognitione.

Certitudo participata diffinita à S. Tho.

Certitudinem participatam diffinivit S. Tho. per infallibilitatem motionis paſſiuæ ad finem ſuum: quam infallibilitatem potuiſſet etiam S. Tho. exprimere nomine firmæ determinationis in finē ſuum; ſed in diffiniendis modis certitudinis, ideo videtur S. Thom. modo vno, modo altero vocabulo vſus; vt ſignificaret ea parùm, aut nihil ſignificatione diſtare. Demum certitudo ex parte ſubiecti ſecūdum Caprȩolum videtur duplex eſſe; quędam, quæ conſiſtit in plena aſſecutione cognoſcibilis; & hoc modo, quia intellectus plenius aſſequitur, quæ videt, puta naturaliter nota, quã ea, quæ fide credit, dicitur eſſe certior ex parte ſubiecti de naturaliter viſis, quàm de creditis. Alio modo dicitur certitudo ex parte ſubiecti, adhęſio firma intellectus ad aliquem errorem, quę nullam aliã habet cauſam adhęſionis firmæ, niſi ex parte ſubiecti liberè determinantis intellectum, vt adhęreat illi errori. His adde ex Caprȩolo ibidem, fidem, & ſcientiam dici certa ſecundum ſe, non tantùm ratione obiecti, ſed etiam ratione cauſæ, & ratione medij. Et ſi aduerteris, certitudinem hãc differre ab omnibus prænotatis: cum non ſit idem quod certitudo obiecti, vt patet, neque coincidat cum certitudine adhęſionis, nec cum certitudine ſubiecti, & multò minus cum certitudine participata; facilè colliges numerum modorum certitudinis diſtinctum ſecundum ſubiecta, quibus conuenit. Prima eſt certitudo obiecti. Secunda eſt certitudo ſimpliciter adhæſionis. Tertia eſt certitudo ſecundum quid, ſiuè impropria adhęſionis. Quarta eſt certitudo ſubiecti ex plena aſſecutione cogniti. Quinta ex ſola voluntatis electione. Sexta eſt certitudo habitus intellectualis; poſtrema eſt certitudo participata; Conſtat autem quartam differre à ſecunda, cum ſint adinuicem ſeparabiles, vt patet in certitudine adhęſionis fidei; in qua intellectus non plenè aſſequitur cognitionem creditorum. Quinta verò ſola nuncupatione differt à tertia. De ſexta etiam, ſcilicet, de certitudine habitus intellectualis, quæ media eſt inter certitudinem obiecti, & certitudinem adhęſionis, dici poſſet magis ſe tenere ex parte certitudinis adhęſionis, cuius etiam eſt cauſa, ſcilicet, per lumē, vel medium, vel cauſam cognitionis in ipſo habitu contentam; ex quo ſequitur diſtingui has duas certitudines, ſicut effectus, & cauſa; aut certè, ſicut certitudo in habitu, à certitudine in actu ſecūdo.

Certitudo ex parte ſubiecti duplex ſecūdum Capræol.

Capræol.

Certitudinis modi ſex.

Gradus modorum certitudinis.

Tertiò notandū eſt, predictos certitudinis modos habere gradus tam abſolutè, quàm comparādo vnum ad alium. Nam certitudo obiecti ſecundùm ſe maior, aut minor eſt iuxta maiorem, aut minorem eius neceſſitatem, & actualitatem, ex qua pendet determinatio; Comparando autem illam ad reliquas certitudines eiuſdem ordinis, videtur eſſe maior illis ſaltem radicaliter, ſiuè virtualiter. Nam ex certitudine obiecti, pendet omnis alia certitudo, videlicet habitus, adhęſionis, &c. dixi autem eiuſdem ordinis. Nam, ſi ſumamus obiectum noſtri intellectus in comparatione ad ſcientiam Dei, vel Angelorum. Hæc erit certior illo: Certitudo autem eſſentialis, quę eſt certitudo adhęſionis, maior, vel minor eſt iuxta maiores, aut minores, firmiores, aut minus firmas adhæſionis cauſas. Comparata verò certitudini participatiuè dictę, eiuſdem tamen ordinis, maior eſt, ſicut id, quod eſt per eſſentiam, maius eſt eo, quod eſt per participationem; dico autē eiuſdem ordinis; quia, ſi ſumatur certitudo participatiuè ex motione diuini intellectus, maior eſt quacunque certitudine creata naturali. Certitudo habitus intellectualis, maior, & minor eſt, prout ex firmioribus, aut minus firmis cauſis, vel medijs dependet; Cōparata verò certitudini adhęſionis, quandoq; excedit; vt patet in habitu fidei, & ſacræ Theologię. Qui ſecundū ſe certiſſimi ſunt ob certiſſimas cauſas, & media veritatis. Sed, quia intellectus noſter, non plenè aſſequitur eorum perfectionē, ideo aſſenſus, non videtur pertingere ad ęqualem cum eis certitudinem; eſt tamē maior vtraque hæc certitudo ea certitudine, quæ ſe tenet ex parte ſubiecti. Nam certitudo ex parte ſubiecti propriè dicta pendet ex certitudine habitus intellectualis; illa verò, quæ impropriè dicitur; qualis eſt in hęretico, manifeſtè minor eſt; cum nullas habeat firmas cauſas, ſed ſolius intellectus, & volūtatis infirmitati ſit innixa; & hæc etiam maior, & minor eſt, ſecundùm maiorem, vel minorē hominis pertinaciam. Ex dictis patet nouam, & vanam eſſe diſtinctionem Vaſquezij de triplici certitudine: nã etiam in ſecundo membro confundit certitudinē cum veritate.

Sed probatur etiam ſpecialiter duo eius poſtrema dicta eſſe manifeſtè falſa. Primò: quia S. D. hic agit de certitudine ſecundùm eam rationem, qua primò, & per ſe conuenit Theologię; hęc autem attenditur ſecundùm ordinem ad primarium, & adæquatum eius obiectum; Ergo falſum eſt quintum, & ſextum dictum Vaſquezij. Prima propoſitio probatur: quia S. D. hic loquitur de illa Theologiæ certitudine, q̄ ſumit ex lumine diuinæ ſciētię; at lumē hoc p ſe primò tēdit in obiectū primariū Theologię, non aūt in actū reflexū; Ergò. Secūdò: Tota rō iudicij, qđ habet Theologus de certitudine, & infallibilitate ſuorū aſſenſuū, ſumit ex infallibilitate, & certitudine aſſenſus directi, ad quē p ſe primò, & immediatè inclinat Theologia; Ergo certitudo Theologię nō cōſiſtit ī iudicio, qd fit actu reflexo. Antecedens probatur; quia in actu reflexo non eſt nouum motiuum, ſiuę noua ratio aſſenſus infallibilis pręter eam, quæ eſt in actu directo; Ergo tota ratio &c.

Me-

Maiorem certitudinem conſequi intellectum noſtrum ex habitu, ſiue notitia fidei, quàm ex notitia primorum principiorum.

Vaſquez.

QVartò obſeruandum eſt dictum illud ſancti Doctoris, in reſponſione ad primum argumentum, videlicet: *nihil prohibet id, quod eſt certius ſecundùm naturam, eſſe quò ad nos minus certum propter debilitatem intellectus noſtri, & dubitatio, quæ accidit aliquibus circa articulos fidei, non eſt propter certitudinem rei, ſed propter debilitatem intellectus noſtri:* quod poteſt habere duplicem ſenſum. Primus eſt intellectum noſtrum, quando vtitur habitu fidei eſſe minus certum ob ſui debilitatem, quã quñ vtitur habitu ſcientię, vel intellectus; & hic ſenſus eſt omninò falſus, nec eſt intentus à S. Thom. qui in ſecunda ſecundæ quæſt. 4. articulo vltimo dicebat hominem certiorem eſſe de eo, quod audit à Deo, quàm de eo, quod videt propria ratione. Secundus ſenſus eſt, intellectum noſtrum ob ſui infirmitatem, quia non plenè aſſequitur diuinas veritates reuelatas, poſſe non vti habitu fidei, & quando non vtitur habitu fidei, ſed ſola ſua virtute naturali ad aſſentiendũ veritatibus fidei, minus certum eſſe, & poſſe de eiſdem veritatibus dubitare; & hic eſt legitimus ſenſus verborum S. Thomæ, vt patet etiam ex ratione D. Tho. ab infirmitate noſtri intellectus; qui, quoniam improportionatus eſt ex ſui natura veritatib' ſupernaturalibus, ideo minus eſt certus ex parte ſui; & ob eandem causã in aliquibus contingit dubitatio; Et hoc eſt quod dicebat S. Thom. ſecunda ſecundæ quæſt. 4. art. 8. *Si conſideretur certitudo ex parte ſubiecti, illud dicitur eſſe certius, quod intellectus hominis plenius conſequitur: & hoc modo fides eſt minus certa alijs habitibus intellectus, quia ea, quæ ſunt fidei, ſunt ſupra intellectum: ideo ex hac parte fides eſt minus certa: ſed quia vnumquodque iudicatur ſimpliciter quidem ſecundũ cauſam ſuam, ſecundum diſpoſitionem autem, quæ eſt ex parte ſubiecti, iudicatur ſecúdum quid, inde eſt, quod fides eſt ſimpliciter certior; ſed alia ſunt certiora ſecundum quid, ſcilicet, quò ad nos.* Hæc ferè ad verbum S. Thom. Manifeſtatur autem hoc exemplis valdè accommodatis ex Banneſio. Si quis pugnaturus cum beſtia, aut cum hoſte, nollet vti armis tutiſsimis, quæ penes ſe habet; ſi occideretur à beſtia, vel ab hoſte, non eſſet defectus armorum, ſed voluntatis, aut inertiæ. Ita pariter, ſi armis fidei, de quibus Apoſtolus ad Eph. 6. vti voluerimus, maximam de rebus à Deo reuelatis habebimus certitudinem, quam ſtatim abiecto ſcuto Chriſtianæ fidei ſubintrante dubitationis formidine amittemus; ſicut etiam, ſi ad libitum poſſemus habitum primorum principiorum naturali lumine cognitorum abijcere, poſſet ſtatim in intellectu noſtro conſurgere dubitatio, vel etiam error circa ipſa prima principia, cuius dubitationis, aut erroris propria cauſa non eſſet habitus iam abiectus, ſed intellectus infirmitas, qui debita perfectione, ac lumine deſtitutus propriæ etiam careret veritatis certitudine.

Vnde contingat in aliquibus dubitatio circa articulos fidei

S. Thom.

Bannes.

Epheſ 6.

Quintò notandum eſt: Quòd, licèt principium illud: *Quodlibet eſt, vel non eſt,* contineat veritates naturales, & ſupernaturales ſecundum quandam analogiam, ſicut ens continet ens naturale, & ens ſupernaturale per quandam analogiã; quia tamen veritas ſupernaturalis perfectionem continet omnis veritatis ſub dicti principij analogia compræhenſæ, ſicut Deus omnem in ſe continet entis perfectionem; ideò principium illud, prout in ſe continet dictas veritates, nõ eſt certius veritatibus ſupernaturalibus ſub eo contentis; nàm, etſi veritates contineat ſupernaturales, tota tamen ratio illis aſſentiendi non ex dicto principio, ſed ex diuina ſumitur reuelatione.

B Sextò notandum, quando vna præmiſſa eſt de fide, & altera eſt cognita lumine naturali, & infertur concluſio per conſequentiam euidentem, aſſenſum illius concluſionis non poſſe haberi ex viribus naturæ præcisè, ſed cõcurrente radicaliter, & mediate lumine fidei; & ideò maiorem habere certitudinem, quàm quilibet alius aſſenſus merè naturalis. Cum enim ſequatur illa concluſio ex connexione præmiſſæ ordinis ſupernaturalis cum præmiſſa ordinis naturalis, ordinẽ participat ſupernaturalem; & ad eius aſſenſum concurrit lumẽ fidei radicaliter, & lumen Theologicum formaliter; atque ideò maiorem habet certitudinem, quã veritas, aut aſſenſus quilibet naturalis.

C Septimò aduertẽdum eſt, cognitionem primorum principiorum ſecundum ſe preſupponi cognitioni reuelatæ, cum gratia preſupponat naturam, & perficiat. Nec tamen natura, vel naturalia ſunt cauſa gratiæ, vel donorum gratuitorum; ſed ſunt quædam præambula, & diſpoſitiones ex parte ſubiecti, pertinẽtes ad genus cauſæ materialis. Quæ tamen prima principia dupliciter poſſunt conſiderari. Vno modo ſecundùm ſe. Alio modo, vt incluſa virtualiter in qualibet alia propoſitione. Priori modo cognoſcuntur ſolo lumine naturali. Poſteriori modo poſſunt cognoſci etiam lumine ſupernaturali. D Nam lumen diuinæ reuelationis, quia diuini ordinis eſt, excellentisſime continet, & præſtat ea omnia, quæ ex lumine naturali deſiderari poſſunt ad habendam cuiuſuis propoſitionis notitiam in fidei principijs incluſam, & ad inclinandum intellectum ad illius aſſenſum.

Ex prædictis ſequitur, qđ, licet ex habitu principiorum, aut ſcientiæ nulla poſſit falſitas deriuari, & conſequenter impoſſibile ſit naturalẽ, aut ſcientificam cognitionem, cum fidei veritate pugnare; verum tamen eſt, quod ſi ex intellectus imbecillitate nonnunquam aliquid arbitremur certum, & euidens lumine naturali, idque fide creditis ſit E contrarium; tanquam falſum, & erroneũ eſt à nobis repellendum, tametſi propriam falſitatis cauſam ignoremus. Quamobrem quilibet fidelis ex fidei certitudine, ita debet eſſe diſpoſitus, vt caſu occurrente paratus ſit omnem propoſitionem, ſiuè etiam principium lumine naturali cognitum potius negare, quàm à fidei veritate, diuina reuelatione cognita vnquam recedere.

Fidelis paratus ſit potius negare prima princ. quàm à fide recedere.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

Certitudo fidei ſuper alios habitus intellectuales. Luc. 21.

PRima Concluſio. Fides ſecundum ſe; & ſimpliciter eſt certior omnibus habitibus, ſiuè virtutibus intellectualibus. Probatur primò ex cap. Lucæ 21. *Cœlum, & Terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt;* quorum verborum ea videtur eſſe ſignificatio, vt deficiente, ſi poſſibile eſſet, tota natura, veritas tamen diuinorum verborum, ſemper firma conſiſtat. Secundò: Matth. 16. dixit Dominus. *Super hanc petram ædificabo eccleſiā meā, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam;* quibus verbis apertè ſignificatur ſumma veritatis Euangelicæ certitudo, quæ poſſit etiam perſpicaciſſimæ dæmonum cognitioni præualere. Vnde ad Galatas primo dicebat Apoſtolus; *Licèt nos, aut Angelus de Cœlo Euangelizet vobis præterquam, quod Euāgelizauimus vobis, anathema ſit.* Et in ſecunda ad Corint. 10. *Arma* inquit Apoſtolus *militiæ noſtræ non carnalia, ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei, & in captiuitatē redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti.* Et hæc eſt communis ſententia Sanctorum Patrū. Qui ampliores probationes deſiderat, legat Banneſium 2. 2. q. 4. art. 8.

Matt. 16.

Gal. 1.

2. Cor. 10.

Bannes.

Certitudo fidei maior quā primi principij.

Secunda Concluſio. Fides ſecundum ſe, certior eſt primo principio notiſſimo, ſcilicet, *quodlibet eſt, vel non eſt.* Probatur. Cauſæ certitudinis fidei, ſunt longè firmiores, quàm cauſæ certitudinis prędicti principij: ergo fides certior eſt. Antecedens probatur. Nam tres ſunt præcipuè cauſæ certitudinis fidei. Prima eſt Deus dicens, ſiuè reuelans. Secunda eſt lumē ordinis diuini. Tertia eſt inſtinctus ſpecialis, & ſupernaturalis ordinis diuini. Cauſæ verò certitudinis primi principij, ſunt Deus tanquam donans lumen naturale, vt naturalem proprietatem conſequentem naturam, & lumē ipſum naturale. At conſtat naturam ex ſeipſa defectibilem eſſe; primam autem veritatem, vt reuelātem, & eadem ratione lumen ſupernaturale, & Spiritus ſancti motionem ad aſſenſum, eſſe omninò indefectibilem; vt patet ex authoritatibus allatis pro prima Concluſione.

Fidei aſſenſus firmiſſimus. D. Tho.

Tertia Concluſio. Fides, prout in nobis efficit aſſenſum, firmior eſt, & certior, quàm cognitio cuiuſcunque intellectualis virtutis. Probatur, hæc Concluſio authoritate D. Thom. 2. 2. q. 4. artic. 8. in verbis ſupra allegatis, videlicet; *Homo certior eſt de eo, quod audit à Deo, quàm de eo, quod videt propria ratione.* Idem affirmat S. Tho. in 3. ſentent. diſtin. 23. q. 2. art. 2. quæſt. tertia. Et de veritat. quæſtione quarta decima, artic. 1. ad ſeptimum.

Quarta Concluſio. Intellectus non vtens habitu fidei, poteſt de veritatibus reuelatis dubitare. Hæc Concluſio patet ex dictis.

Certitudo Theolog. maior quā primorum principiorum.

Quinta Concluſio. Theologia noſtra, non tantùm ſecūdum ſe, ſed etiam prout eſt in nobis viatoribus, certior eſt, non ſolùm qualibet ſcientia naturali lumine acquiſita, ſed etiā ipſis primis principijs naturaliter notis, nullo excepto. Probatur: quia cauſæ certitudinis ſupra nominatæ, videli-

A cet, medium, quod eſt aliquod fidei principium lumen ſupernaturale; diuina veritas reuelans principia, & inſtinctus Spiritus ſancti ad aſſenſum principiorum, ex quibus deducuntur concluſiones Theologiæ, ſunt altioris ordinis, & longè maioris firmitatis, & infallibilitatis, quàm ſint cauſę certitudinis alicuius notitiæ naturalis. Immò & ipſum lumen Theologicum ex diſcurſu acquiſitū, cum ſit participatio ordinis ſupernaturalis, eſt firmioris certitudinis cauſa, quàm ſint cauſæ notitiæ naturalis.

Secundò probatur cōcluſio: Quoniam effectus formalis primarius cauſæ formalis non poteſt ab

B ea ſeparari; at reddere habilem intellectum ad firmum aſſenſum eſt effectus formalis primarius, & immediatus Theologiæ; Ergo eſt ab ea inſeparabilis; Igitur maxima eſt nſæ Theologiæ certitudo. Prima propoſitio eſt euidens. Secūda patet ex dictis, & explicatur: Nam, vt verè, ac ſimpliciter affirmari poſſit Theologiam cauſare firmum aſſenſum, & magis certum, quàm alij habitus intellectuales ordinis naturalis, ſatis eſt, vt, quantū ſit ex parte ſua, nullam permittat, aut ſecum patiatur dubitationem, quamuis ex infirmitate intellectus imperfectè participantis, tàm habitū Theologiæ, quàm habitum fidei, & eorum vſum contēnentis, aut omittentis inſurgat dubitatio.

C Videndus eſt Franciſcus Zumel, qui probat ſecundam ſuam Concluſionem multis authoritatibus, quarum tamen maior pars, facit pro prima noſtra concluſione. Et hæc eſt etiam concluſio Sācti Tho. in hoc quinto articulo. Neq; Caiet. oppoſitum tenuit ſecundæ partis noſtræ huius concluſionis, ſi benè ponderentur eius verba. Nam concludens; *ergo iſta ſcientia eſt certior,* addit: *intellige ſecundum ſe, non nobis;* vt patet ex reſponſione ad primum, vbi Caiet. ſe remittit ad ſenſum illius reſponſionis à nobis ſupra ſatis explicatum. Quare non excludit certitudinem quò ad nos, quę eſt cer-

Zumel.

Caiet.

D titudo aſſenſus, quando vtimur habitu Theologico, & habitu principiorum Theologię; ſed tantum ſignificat infirmitatem noſtri intellectus, qui plenè nō aſſequitur prædictos habitus; & ideo poteſt illos exuere, & dubitare.

Argumenta, & ſolutiones.

REliquum eſt, vt proponamus, & ſoluamus argumenta aduerſariorum.

Contra primam, ſecundam, & quintam Concluſionem argumentatur Franciſcus Zumel. Primò:

Zumel.

E implicat aſſentiri fidei, & non aſſentiri illi principio: *Quodlibet eſt, vel non eſt;* non tamen implicat oppoſitum, ſcilicet aſſentiri huic: *Quodlibet eſt, vel non eſt,* & non aſſentiri fidei; ergo certiſſimè aſſentimur illi principio: *Quodlibet eſt, vel non eſt,* & habet omnem certitudinem imaginabilem; ergo ſemper excipiendum eſt illud principium. Antecedens probatur primò, quia ſi illud principium non eſt verum, nulla propoſitio eſt vera. Secundò: quia lumen naturale primorum principiorum eſt à Deo auctore, & eſt infallibile potiſſimè reſpectu prædicti principij.

Re-

Digitized by Google

Reſpondetur negando conſequentiam. Quoniã cauſa, propter quam implicat aſſentiri fidei, & nõ aſſentiri dicto principio, & non è contra, non eſt maior certitudo dicti principij; ſed neceſſarius ordo cognitionis ab auctore naturæ præſtitutus, ſecundùm quem naturalia, præſertim cõmunia, præſupponuntur tanquam præambula ſupernaturalibus. Nam gratia præſupponit naturam, & eã perficit; & cognitio gratuita, & ſupernaturalis præſupponit intellectum cum ſuo lumine naturali, & cognitione primorum principiorum ex dicto lumine quaſi naturaliter reſultante; & eſt ſimile, ſicut ſi argumentarer; implicat eſſe lumen ſupernaturale in intellectu ſine naturali, non autem è cõtra; ergo certius, & firmius eſt lumen naturale, quã lumen ſupernaturale; Conſtat autem eſſe argumẽtum fallax ſecundùm non cauſam, vt cauſam; & falſam eſſe conſequentiam.

Vaſquez. Contra quintam, quo ad primam partem, argumentatur Vaſquez. Aut S. Thom. quãdo ait Theologiam ſecundùm ſe eſſe certiorem, loquitur de obiecto; aut de ſcientia ipſa Theologiæ ſecundùm ſe, in aliquo tamen intellectu, aut diuino, aut vidẽtium Deum; ſed neutro modo verificatur; ergo. Probatur Minor, quò ad primam partem; quia obiecta, ſiue res, non dicuntur certiores, aut minus certæ, ſed magis, aut minus neceſſariæ. Probationem ſecundæ partis omittimus; quoniam nihil facit contra ſenſum S. Thom.

Reſpondetur, quod S. Tho. neutro modo ſumit Theologiam, ſed tertio modo, videlicet pro noſtra Theologia ſecundùm ſe, ideſt, ſecũdum propriam, & ſpecificam illius naturam, & ſecundùm proprias cauſas ſuæ certitudinis; intendit enim S. Tho. diſtinguere certitudinem, quæ ineſt Theologiæ ex proprijs principijs, ab ea, quam poteſt habere ex ſubiecto. Vnde argumentum aerem verberat. Et præterea falſum eſt res, & obiecta, non dici magis, & minus certa, cum ſint magis, & minus vera; Conſtat enim certitudinem eſſe veritatis aſſeclam. Et ex his etiam patet reſponſio ad argumentum Syluestri, contra eandem concluſionem. Reliqua argumenta, quæ poſſent afferri aduerſus ſingulas ex dictis concluſionibus, petenda erunt ab expoſitoribus, & præſertim Bannesio, & Zumel, cum ſuis ſolutionibus.

Syluester. Bannes. Zumel.

ARTICVLVS VI.

Vtrum hæc doctrina ſit ſapientia.

6 1. prol. ar. 3 Et 2. prol. princ. & 1. con. c. 4. & ... † Lib. 1. c. 1 tom. 3. † Art. huius quæſt.

AD ſextum ſic proceditur. Videtur, quòd hæc doctrina non ſit ſapientia. Nulla enim doctrina, quæ ſupponit ſua principia aliũde, digna eſt nomine ſapientiæ: quia ſapientis eſt ordinare, & non ordinari, primo Metaph. † Sed hæc doctrina ſupponit principia ſua aliunde (vt ex dictis patet. †) Ergo hæc doctrina non eſt ſapientia.

2 Præterea, ad ſapientiam pertinet probare principia aliarum ſcientiarum: Vnde & caput dicitur ſcientiarum, vt 6. Eth. patet. † Sed hæc doctrina non probat principia aliarũ ſciẽtiarum; ergo non eſt ſapientia. † 6. Eth. c. 7 paulo à princ. to. 5.

3 Præterea, hæc doctrina per ſtudium acquiritur; ſapientia autem per infuſionem habetur; vnde inter ſeptem dona Spiritus ſancti connumeratur, vt patet Iſa. 11. Ergo hæc doctrina non eſt ſapientia.

Sed contra eſt, quòd dicitur Deuter. 4. in prin. legis. Hæc eſt noſtra ſapientia, & intellectus coram populis.

B Reſpondeo dicendum, quòd hæc doctrina, maximè ſapientia eſt inter omnes ſapientias humanas, non quidem in aliquo genere tantùm, ſed ſimpliciter. Cùm enim ſapientis ſit ordinare, & iudicare, iudicium autem per altiorem cauſam de inferioribus habeatur: ille ſapiens dicitur in vnoquoque genere, qui cõſiderat cauſam altiſſimam illius generis: vt in genere ædificij artifex, qui diſponit formã domus, dicitur ſapiens, & architector, reſpectu inferiorum artificum, qui dolant ligna, vel parant lapides. C Vnde dicitur 1. Cor. 3. Vt ſapiẽs architector fundamentum poſui. Et rurſus in genere totius humanæ vitæ prudens ſapiens dicitur, inquantum ordinat humanos actus ad debitum finem. Vnde dicitur Prouerb. 10. Sapientia eſt viro prudentia. Ille igitur, qui cõſiderat ſimpliciter altiſſimam cauſam totius vniuerſi, quę Deus eſt, maximè ſapiens dicitur. Vnde & ſapientia dicitur eſſe diuinorum cognitio (vt patet per Auguſt. 12. de Trinit.) Sacra autem doctrina propriiſſimè determinat D de Deo, ſecundùm quod eſt altiſſima cauſa; quia non ſolùm quãtum ad illud, quod eſt per creaturas cognoſcibile (quod philoſophi cognouerunt, vt dicitur Roman. 1. Quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis;) ſed etiam quãtum ad id, quod notum eſt ſibi ſoli de ſeipſo, & alijs per reuelationem cõmunicatum. Vnde ſacra doctrina maximè dicitur ſapientia.

Lib. 12. c. 14 parum à princ. to. 3 181

Ad primum ergo dicendum, quòd ſacra doctrina non ſupponit ſua principia ab aliqua ſcientia humana, ſed à ſcientia diuina, à qua, E ſicut à ſumma ſapientia omnis noſtra cognitio ordinatur.

Ad ſecundum dicendum, quòd aliarũ ſcientiarum principia, vel ſunt per ſe nota, & probari non poſſunt; vel per aliquam rationẽ naturalem probantur in aliqua alia ſciẽtia. Propria autem huius ſcientiæ cognitio eſt, quę eſt per reuelationem; non autem, quæ eſt per naturalem rationem. Et ideo non pertinet ad eã probare principia aliarum ſcientiarum, ſed ſolùm iudicare de eis. Quicquid enim in alijs ſcien-

Concluſiones deducta, & probata.

Certitudo fidei ſuper alios habitus intellectuales.

PRima Concluſio. Fides ſecundum ſe,& ſimpliciter eſt certior omnibus habitibus, ſiuè virtutibus intellectualibus. Probatur primò ex cap. Lucæ 21. *Cælum, & Terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt*; quorum verborum ea videtur eſſe ſignificatio, vt deficiente, ſi poſſibile eſſet, tota natura, veritas tamen diuinorum verborum, ſemper firma conſiſtat. Secundò: Matth. 16. dixit Dominus. *Super hanc petram ædificabo eccleſiá meá, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam*; quibus verbis apertè ſignificatur ſumma veritatis Euangelicæ certitudo, quæ poſſit etiam perſpicaciſſimæ dæmonum cognitioni præualere. Vnde ad Galatas primo dicebat Apoſtolus; *Licèt nos, aut Angelus de Cælo Euangelizet vobis præterquam, quod Euágelizauimus vobis, anathema ſit*. Et in ſecunda ad Corint. 10. *Arma* inquit Apoſtolus *militiæ noſtræ non carnalia, ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei, & in captiuitatē redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti*. Et hæc eſt communis ſententia Sanctorum Patrū. Qui ampliores probationes deſiderat, legat Bannesium 2.2.q.4. art.8.

Luc. 21. Matt. 16. Gal. 1. 2. Cor. 10. Bannes.

Certitudo fidei maior quā primi principij.

Secunda Concluſio. Fides ſecundum ſe, certior eſt primo principio notiſſimo, ſcilicet, *quodlibet eſt, vel non eſt*. Probatur. Cauſæ certitudinis fidei, ſunt longè firmiores, quàm cauſæ certitudinis prędicti principij: ergo fides certior eſt. Antecedens probatur. Nam tres ſunt præcipuè cauſæ certitudinis fidei. Prima eſt Deus dicens, ſiuè reuelans. Secunda eſt lumē ordinis diuini. Tertia eſt inſtinctus ſpecialis, & ſupernaturalis ordinis diuini. Cauſæ verò certitudinis primi principij, ſunt Deus tanquam donans lumen naturale, vt naturalem proprietatem conſequentem naturam, & lumē ipſum naturale. At conſtat naturam ex ſeipſa defectibilem eſſe; primam autem veritatem, vt reuelā tem, & eadem ratione lumen ſupernaturale, & Spiritus ſancti motionem ad aſſenſum, eſſe omninò indefectibilem; vt patet ex authoritatibus allatis pro prima Concluſione.

Fidei aſſenſus firmiſſimus. D.Tho.

Tertia Concluſio. Fides, prout in nobis efficit aſſenſum, firmior eſt, & certior, quàm cognitio cuiuſcunque intellectualis virtutis. Probatur, hæc Concluſio authoritate D.Thom. 2.2. q.4. artic.8. in verbis ſupra allegatis, videlicet; *Homo certior eſt de eo, quod audit à Deo, quàm de eo, quod videt propria ratione*. Idem affirmat S.Tho. in 3. ſentent. diſtin. 23. q.2. art.2. quæſt. tertia. Et de veritat. quæſtione quarta decima, artic. 1. ad ſeptimum.

Quarta Concluſio. Intellectus non vtens habitu fidei, poteſt de veritatibus reuelatis dubitare. Hac Concluſio patet ex dictis.

Certitudo Theolog. maior quā primorum principiorum.

Quinta Concluſio. Theologia noſtræ, non tantùm ſecūdum ſe, ſed etiam prout eſt in nobis viatoribus, certior eſt, non ſolùm qualibet ſcientia naturali lumine acquiſita, ſed etiā ipſis primis prīcipijs naturaliter notis, nullo excepto. Probatur: quia cauſæ certitudinis ſupra nominatæ, videli-

A cet, medium, quod eſt aliquod fidei principium lumen ſupernaturale; diuina veritas reuelans principia, & inſtinctus Spiritus ſancti ad aſſenſum principiorum, ex quibus deducuntur concluſiones Theologiæ, ſunt altioris ordinis, & longè maioris firmitatis, & infallibilitatis, quàm ſint cauſę certitudinis alicuius notitiæ naturalis. Immò & ipſum lumen Theologicum ex diſcurſu acquiſitū, cum ſit participatio ordinis ſupernaturalis, eſt firmioris certitudinis cauſa, quàm ſint cauſæ notitiæ naturalis.

Secundò probatur cōcluſio: Quoniam effectus formalis primarius cauſæ formalis non poteſt ab

B ea ſeparari; at reddere habilem intellectum ad firmum aſſenſum eſt effectus formalis primarius, & immediatus Theologiæ; Ergo eſt ab ea inſeparabilis; Igitur maxima eſt nr̄æ Theologiæ certitudo. Prima propoſitio eſt euidens. Secūda patet ex dictis, & explicatur: Nàm, vt verè, ac ſimpliciter affirmari poſſit Theologiam cauſare firmum aſſenſum, & magis certum, quàm alij habitus intellectuales ordinis naturalis, ſatis eſt, vt, quantū ſit ex parte ſua, nullam permittat, aut ſecum patiatur dubitationem, quamuis ex infirmitate intellectus imperfectè participantis, tàm habitū Theologiæ, quàm habitum fidei, & eorum vſum continentis, aut omittentis inſurgat dubitatio.

C Videndus eſt Franciſcus Zumel, qui probat ſecundam ſuam Concluſionem multis authoritatibus, quarum tamen maior pars, facit pro prima noſtra concluſione. Et hæc eſt etiam concluſio Sācti Tho. in hoc quinto articulo. Neq; Caiet. oppoſitum tenuit ſecundæ partis noſtræ huius concluſionis, ſi bene ponderentur eius verba. Nam concludens; *ergo iſta ſcientia eſt certior*, addit: *in illo ge ſecundum ſe, non nobis*; vt patet ex reſponſione ad primum, vbi Caiet. ſe remittit ad ſenſum illius reſponſionis à nobis ſupra ſatis explicatum. Quare non excludit certitudinem quò ad nos, quę eſt cer-

Zumel. Caiet.

D titudo aſſenſus, quando vtimur habitu Theologico, & habitu principiorum Theologię; ſed tantum ſignificat infirmitatem noſtri intellectus, qui plenè nō aſſequitur prædictos habitus; & ideo poteſt illos exuere, & dubitare.

Argumenta, & ſolutiones.

REliquum eſt, vt proponamus, & ſoluamus argumenta aduerſariorum.

Contra primam, ſecundam, & quintam Concluſionem argumentatur Franciſcus Zumel. Primò: implicat aſſentiri fidei, & non aſſentiri illi princi-

Zumel.

E pio: *Quodlibet eſt, vel non eſt*; non tamen implicat oppoſitum, ſcilicet aſſentiri huic: *Quodlibet eſt, vel non eſt*, & non aſſentiri fidei; ergo certiſſimè aſſentimur illi principio: *Quodlibet eſt, vel non eſt*, & habet omnem certitudinem imaginabilem: ergo ſemper excipiendum eſt illud principium. Antecedens probatur primò, quia ſi illud principium non eſt verum, nulla propoſitio eſt vera. Secundò: quia lumen naturale primorum principiorum eſt à Deo auctore, & eſt infallibile potiſſimè reſpectu prædicti principij.

Re-

Reſpondetur negando conſequentiam. Quoniã cauſa, propter quam implicat aſſentiri fidei, & nõ aſſentiri dicto principio, & non è contra, non eſt maior certitudo dicti principij; ſed neceſſarius ordo cognitionis ab auctore naturæ præſtitutus, ſecundum quem naturalia, præſertim cõmunia, præſupponuntur tanquam præambula ſupernaturalibus. Nam gratia præſupponit naturam, & eã perficit; & cognitio gratuita, & ſupernaturalis præſupponit intellectum cum ſuo lumine naturali, & cognitione primorum principiorum ex dicto lumine quaſi naturaliter reſultante; & eſt ſimile, ſicut ſi argumentaretur; implicat eſſe lumen ſupernaturale in intellectu ſine naturali, non autem è cõtra; ergo certius, & firmius eſt lumen naturale, q̃ lumen ſupernaturale; Conſtat autem eſſe argumẽtum fallax ſecundùm non cauſam, vt cauſam; & falſam eſſe conſequentiam.

Contra quintam, quo ad primam partem, argumentatur Vaſquez. Aut S. Thom. quãdo ait Theologiam ſecundùm ſe eſſe certiorem, loquitur de obiecto; aut de ſcientia ipſa Theologiæ ſecundùm ſe, in aliquo tamen intellectu, aut diuino, aut vidẽtium Deum; ſed neutro modo verificatur; ergo. Probatur Minor, quò ad primam partem; quia obiecta, ſiuè res, non dicuntur certiores, aut minus certę, ſed magis, aut minus neceſſariæ. Probationem ſecundæ partis omittimus; quoniam nihil facit contra ſenſum S. Thom.

Vaſquez.

Reſpondetur, quod S. Tho. neutro modo ſumit Theologiam, ſed tertio modo, videlicet pro noſtra Theologia ſecundùm ſe, ideſt, ſecũdum propriam, & ſpecificam illius naturam, & ſecundùm proprias cauſas ſuæ certitudinis; intendit enim S. Tho. diſtinguere certitudinem, quæ ineſt Theologiæ ex proprijs principijs, ab ea, quam poteſt habere ex ſubiecto. Vnde argumentum aerem verberat. Et præterea falſum eſt res, & obiecta, non dici magis, & minus certa, cum ſint magis, & minus vera; Conſtat enim certitudinem eſſe veritatis aſſeclam. Et ex his etiam patet reſponſio ad argumentum Sylueſtri, contra eandem concluſionem. Reliqua argumenta, quæ poſſent afferri aduerſus ſingulas ex dictis concluſionibus, petendæ erunt ab expoſitoribus, & præſertim Banneſio, & Zumel, cum ſuis ſolutionibus.

Sylueſter.

Bannes. Zumel.

ARTICVLVS VI.

Vtrum hæc doctrina ſit ſapientia.

AD ſextum ſic proceditur. Videtur, quòd hæc doctrina non ſit ſapientia. Nulla enim doctrina, quæ ſupponit ſua principia aliũde, digna eſt nomine ſapientiæ: quia ſapientis eſt ordinare, & non ordinari, primo Metaph. † Sed hæc doctrina ſupponit principia ſua aliunde (vt ex dictis patet. †) Ergo hæc doctrina non eſt ſapientia.

6 1. prol. ar. 3 Et 2. prol. princ. Et 1. con. c 4. ſ.

† Lib. 1. c. 2 tom. 3. † Art. huius quæſt.

2 Præterea, ad ſapientiam pertinet probare principia aliarum ſcientiarum: Vnde & caput dicitur ſcientiarum, vt 6. Eth. patet. † Sed hæc doctrina non probat principia aliarũ ſciẽtiarum; ergo non eſt ſapientia.

A

† 6. Eth. c. 7 paulo à princ. to. 5.

3 Præterea, hæc doctrina per ſtudium acquiritur; ſapientia autem per infuſionem habetur; vnde inter ſeptem dona Spiritus ſancti connumeratur, vt patet Iſa. 11. Ergo hæc doctrina non eſt ſapientia.

Sed contra eſt, quòd dicitur Deuter. 4. in prin. legis. Hæc eſt noſtra ſapientia, & intellectus coram populis.

B Reſpondeo dicendum, quòd hæc doctrina, maximè ſapientia eſt inter omnes ſapientias humanas, non quidem in aliquo genere tantùm, ſed ſimpliciter. Cùm enim ſapientis ſit ordinare, & iudicare, iudicium autem per altiorem cauſam de inferioribus habeatur: ille ſapiens dicitur in vnoquoque genere, qui cõſiderat cauſam altiſsimam illius generis: vt in genere ædificij artifex, qui diſponit formã domus, dicitur ſapiens, & architector, reſpectu inferiorum artificum, qui dolant ligna, vel parant lapides. Vnde dicitur 1. Cor. 3. Vt ſapiẽs

C architector fundamentum poſui. Et rurſus in genere totius humanæ vitæ prudens ſapiens dicitur, inquantum ordinat humanos actus ad debitum finem. Vnde dicitur Prouerb. 10. Sapientia eſt viro prudentia. Ille igitur, qui cõſiderat ſimpliciter altiſsimam cauſam totius vniuerſi, quę Deus eſt, maximè ſapiens dicitur. Vnde & ſapientia dicitur eſſe diuinorum cognitio (vt patet per Auguſt. 12. de Trinit.) Sacra autem doctrina proprijsſimè determinat

Lib. 12. c. 14 parum à princ. to. 3

D de Deo, ſecundùm quod eſt altisſima cauſa; quia non ſolùm quãtum ad illud, quod eſt per creaturas cognoſcibile (quod philoſophi cognouerunt, vt dicitur Roman. 1. Quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis;) ſed etiam quãtum ad id, quod notum eſt ſibi ſoli de ſeipſo, & alijs per reuelationem cõmunicatum. Vnde ſacra doctrina maximè dicitur ſapientia.

181

Ad primum ergo dicendum, quòd ſacra doctrina non ſupponit ſua principia ab aliqua ſcientia humana, ſed à ſcientia diuina, à qua,

E ſicut à ſumma ſapientia omnis noſtra cognitio ordinatur.

Ad ſecundum dicendum, quòd aliarũ ſcientiarum principia, vel ſunt per ſe nota, & probari non poſsunt; vel per aliquam rationẽ naturalem probantur in aliqua alia ſciẽtia. Propria autem huius ſcientiæ cognitio eſt, quę eſt per reuelationem; non autem, quæ eſt per naturalem rationem. Et ideo non pertinet ad eã probare principia aliarum ſcientiarum, ſed ſolùm iudicare de eis. Quicquid enim in alijs

ſcientijs inuenitur veritati huius ſcientiæ repugnans, totum condemnatur vt falſum. Vnde dicitur 2.Cor.10. conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei.

Ad tertium dicendum, quòd, cùm iudiciũ ad ſapientem pertineat, ſecundum duplicem modum iudicandi, dupliciter ſapientia accipitur. Contingit enim aliquem iudicare vno modo per modum inclinationis; ſicut qui habet habitum virtutis, rectè iudicat de his, quæ ſunt ſecundùm virtutem agenda, inquantum ad illa inclinatur. Vnde, & in decimo Ethicorum dicitur, quòd virtuoſus eſt menſura, & regula actuum humanorum. Alio modo per modum cognitionis; ſicut aliquis inſtructus in ſcientia morali poſſet iudicare de actibus virtutis, etiam ſi virtutem non haberet. Primus igitur modus iudicandi de rebus diuinis pertinet ad ſapientiam, quæ ponitur donum Spiritus ſancti, ſecũdùm illud 1.Corin.2. Spiritualis homo iudicat omnia, &c. Et Dionyſ. dicit ſecundo capit. de diu. nom. Ierotheus doctus eſt, non ſolùm diſcens, ſed & patiens diuina. Secundus autem modus iudicandi pertinet ad hanc doctrinam, ſecundum quod per ſtudium habetur; licèt eius principia ex reuelatione habeantur.

Lib. 10. Eth. c. 5. parum ante fin. & lib. 3 c. 4. tom. 1.

Ratio ordinis, & ſenſus quæſiti.

Ratio ordinis.

MAnifeſtata ſacræ doctrinæ dignitate reſpectu cæterarum omniũ ſcientiarum in articulo præcedẽte, cõſequens erat, vt quæreretur, num tanta ſit eius nobilitas, vt ſit digna nomine ſapientiæ, cùm præſertim in ſecundo articulo numerata fuerit inter ſcientias ſubalternatas; quibus ratio ſapientiæ minimè videtur congruere; nomen autem ſapientię, vt docet Ariſt. ſexto Ethicorum, ſignificat ordinatiuam, & iudicatiuam noticiam, quæ ſit caput, & Princeps.

Forma Textus.

Concluſio eſt. Sacra doctrina eſt maximè ſapientia inter omnes ſapientias humanas: non ſolùm in genere, ſed etiam ſimpliciter. In qua concluſione duæ ſunt limitationes ſignificatæ per illa duo vocabula, videlicet, in genere, & ſimpliciter, quibus limitatur ipſa concluſionis limitatio poſtremis illis verbis expreſſa, ſcilicet, inter omnes ſapientias humanas, ita vt ſit ſenſus concluſionis: ſacra doctrina, ſiuè comparetur humanæ ſapientiæ in aliquo genere determinato, ſicut in genere humanæ vitæ ſapientia eſt viro prudentia: Prouer. 10. ſiue etiam conferatur humanæ ſapientiæ ſimpliciter, qualis eſt Metaphyſ. eſt maximè ſapiẽtia. Probatur concluſio tali ſyllogiſmo. Ille, qui conſiderat altiſſimam cauſam ſimpliciter totius vniuerſi, quæ Deus eſt,

Prou. 10.

A *maximè ſapiens dicitur: At hæc doctrina propriiſſimè determinat de Deo ſecundùm quod eſt altiſſima cauſa; ergo hæc ſacra doctrina maximè dicitur ſapientia. Maior propoſitio ſic probatur: Ille dicitur ſapiens in vnoquoque genere, qui conſiderat altiſſimam cauſam illius generis: ergo ille, qui conſiderat altiſſimam cauſam ſimpliciter totius vniuerſi, quæ Deus eſt, maximè ſapiens dicitur. Antecedens probatur primò ratione ſic: Sapientis eſt ordinare, & iudicare, ſed iudicium habetur de inferioribus per altiorem cauſam; ergo ille ſapiens dicitur in vnoquoque genere, qui conſiderat cauſam altiſſimam illius generis. Secundò probatur exemplo duplici: primum eſt in genere ædificij: Artifex, qui diſponit formam Domus, dicitur ſapiens, & Architector reſpectu* **B** *inferiorum artificum, qui dolant, ligna, vel parant lapides; quod probatur authoritate Apoſtoli 1.Cor.3. vt ſapiens Architectus fundamentum poſui. Secundũ exẽplum eſt, in genere humanæ vitæ, prudens, ſapiens dicitur, inquantum ordinat humanos actus ad debitum finem: quod probatur authoritate ſapientis Prouer. 18. ſapientia eſt viro prudentia. Minor autem principalis argumenti, ſcilicet quod hæc doctrina propriiſſimè determinat de Deo, ſecundùm quod eſt altiſſima cauſa. Sic probatur: Hæc doctrina determinat de Deo, non ſolùm quantum ad id, quod eſt de eo per creaturas cognoſcibile, ſed etiam quantum ad id, quod notum eſt ſibi ſoli de ſeipſo, & alijs per reuelationem communicatum, ergo* **C** *&c.*

1.Cor.3.

Prou.18.

Expoſitio textus.

AD pleniorem præmiſſi diſcurſus intelligentiam, recolendæ ſunt primò, ſex conditiones ſapientis traditæ, ab Ariſt. in prohem. Metaphyſ. ex quibus poteſt alia probatio concluſionis deduci, cuius formam videre potes apud Gregorium de Valentia.

Sex conditiones ſapientis ex Ariſt.

Valentia.

Secundò ad memoriam reuocanda eſt doctrina S.Thom. in primo contra gent. cap. 4. ex qua habetur explicatio prædictæ minoris propoſitionis, **D** & etiam probationis illius, & præſertim quò ad duas illas particulas, nimirũ, propriiſſimè, & ſecundum quod eſt altiſſima cauſa. Nam ibidem S. Thom. diſtinguit cognoſcibilia de Deo in duplicẽ differentiam dicens quædam eſſe abſtrahibilia à creaturis; vt Deum eſſe bonum, ſapientem, potentem, & ſimilia; quædam non niſi per reuelationem cognoſcibilia; vt Deum eſſe trinum in perſonis, & vnum in eſſentia, eſſe iuſtificatorem, glorificatorem, &c. Et illa quidem priora, aut ſunt communia, aut ex communibus compoſita; vt cũ nuncupamus Deum actum purum, primum ens, **E** &c. & hæc eadem à Theologo, non ſub alia ratione, quàm vt à prima veritate reuelata conſiderantur, vt ſignificauit S.Doct. in primo art. in reſponſione ad ſecundum. Quæ verò ſola nobis innoteſcunt reuelatione, maximè propria ſunt Deo; nã ex hoc ipſo, quod ſoli Deo naturaliter ſunt nota, cęteris, autem non niſi ipſo Deo, qui veritas eſt, reuelante, fit, vt ſoli Deo propria ſint in cognoſcẽdo, & conſequẽter etiam in eſſendo. Ideo verò eorum cognitio propria eſt Deo: quia illa prædicata non ſunt, nec eſſe poſſunt connaturalia creaturis factis,

S. Thom.

Cur aliqua prædicata ſint Deo maximè ppria.

Digitized by Google

factis,aut factibilibus,ſed ſoli Deo,vt latius patebit in quæſt.duodecima,ar.quinto, vnde benè ait S.Thom.ſcientiam hanc,quæ de Deo talia prædicata tradit,proprijſsimè de Deo determinare. Et quoniam ex talibus attributis pendent, vt hic inquit Caietanus,ſuprema diuinæ cauſalitatis fundamenta,ideo addit S.Thom. ſcientiam hanc determinare de Deo ſecundùm, quod eſt altisſima cauſa;nam diuina cauſalitas,vt altior à nobis cõcipitur,quatenus ex ſupernaturali ſua perfectione ad effectus ſupernaturales extenditur, quàm vt per ea,quæ naturæ lumine nobis innoteſcunt attributa,eos tantùm effectus producit, qui ad naturalem perfectionem pertinent vniuerſi; & cum totus naturæ ordo ſit propter ordinem gratiæ, & hic propter gloriam,quæ etiam ordinatur ad ineffabilem illam duarũ in Chriſto naturarum vnionem hypoſtaticam, cuius tandem finis eſt Deus trinus,& vnus beatisſimus,& glorificator; ſequitur,quod ex ſupernaturalium cognitione habeantur eminentisſima diuinæ cauſalitatis finalis fundamenta;& conſequenter etiam efficientis,cũ omne agens agat propter finem; & exemplaris: nam ea,quæ participate Deus,rebus à ſe creatis infundit, perfectisſimo, quod in ſua natura præhabet exemplari,non minus ſapienti, quàm magnifica liberalitate conformat.

Caiet. Poſtremò obſeruanda eſt illa particula *ſecundùm quod*: nam, vt hic admonet Caietanus,poteſt determinare rationem formalem Dei,vt eſt ſubiectum Theologiæ,& in hoc ſenſu,falſa eſt prędicta minor propoſitio; quoniam Sacra Theologia tractat de Deo,vt Deus eſt; & non tantùm, vt eſt altisſima cauſa; poteſt etiam determinare ſpecialẽ conditionem,ſiuè rationem clauſam infra latitudinem conditionum de Deo conſideratarum à ſacra doctrina,& ſic vera eſt minor; nam cauſalitas Dei,eſt perfectio conſequens modo noſtro intelligendi,ad Deitatem,vt ſic; ſenſus enim eſt: ſacra Theologia tractat proprijſsimè de Deo,& conſequenter,ſecundum quod eſt altisſima cauſa.

Controuerſia vnica.

Qualis habitus ſit ſapientia.

Sententiæ expoſitorum.

Molina. EXpoſitores in hac controuerſia diuiduntur in tres ſententias. Prima eſt Ludouici Molinæ affirmantis nomine ſapientiæ non intelligi ſimplicem aliquem habitum,ſed quendam habitum cõiunctum ex habitibus principiorum,& concluſionum,& exiſtimat hanc eſſe ſententiam Ariſtotelis

Bannes. ſexto Ethic.cap.3.ſecunda eſt Dominici Bannes, qui arbitratur ſapientiam eſſe ſpeciem perfectisſimam contentam ſub nomine ſcientiæ, tanquã ſub

Caiet. genere: quam ſententiam tenuit Caietanus primo poſteriorum cap.decimo,in fine,in ſecunda ſolutione dubij. Tertia ſententia eſt Caietani 1. 2. q.

Conradus Medina. 57. art.ſecundo,& Conradi,& Medinę, ſuper eodem articulo in reſponſione ad primum,& ſecun-

A dum,& Franciſci Zumel in præſenti articulo, qui negant ſapientiam eſſe habitum compoſitum, & eſſe ſpeciem ſcientiæ; affirmant autem eſſe habitum longè altiorem ſcientia, & habitu principiorum ſe habentem ad dictos habitus, tamquàm totum potentiale ad ſuas partes poteſtatiuas.Et quũ hæc eſt manifeſtè ſententia D.Tho.in dicto artic. erit à nobis ex legitimis fundamentis deducẽda. Zumel. S.Tho.

Reſolutio.

B *Ex propria ratione, & actibus ſapientiæ oſtenditur, eam eſſe vnum ſimplicem, & altioris ordinis habitum,quàm ſit habitus ſcientiæ, & intellectus.*

OBſeruandum eſt igitur primò nomen ſcientiæ,prima ſui impoſitione,ſignificare certitudinem iudicij,ſiue fiat per ſecundas cauſas, ſiuè per ſupremas: & quia habitus ille, quo per ſupremas cauſas de rebus iudicamus, ſortitus eſt proprium nomen, appellatusque ſapientia, ideo alius habitus,qui iudicat per ſecundas cauſas,retinuit ſibi commune nomen; & ſi nihil aliud conueniret ſapientiæ, quàm iudicare per ſupremas cauſas,eſſet ſpecies condiuiſa ſcientiæ iudicanti per ſecundas cauſas contenta ſub nomine hoc cõ-

C muni ſcientiæ,tanquã ſub genere: ſed quia,vt ibidem docet S.Thom.ſapientia,non tantùm iudicat de cõcluſionibus per ſupremas cauſas, ſed etiam de principijs,quæ per habitum intellectus cognoſcuntur,qui ſuperior eſt habitu ſcientiæ; ideo nomen commune ſcientiæ non poteſt ſuo ſignificato totum illud comprehendere, quod nomine ſapientiæ continetur, & conſequenter nomen ſcientiæ, nulla ratione poteſt eſſe genus ad ſapientiam, & ſcientiam ſtrictè ſumptam; nam,de ratione generis eſt,vt dicat totum,quod eſt in qualibet ſpecie; ſed,vt inquit in dicto loco S.Tho.& expresſius ibi-

D dem Caietanus, Conradus, & Medina, ſapientia ſe habet vt totum potentiale,ad ſcientiam, & intellectum, ſicut anima rationalis eſt totum potentiale reſpectu ſenſitiuę,& vegetatiuæ:nam,quemadmodum anima rationalis continet in ſe formaliter rationem animæ ſenſitiuę, & animę vegetatiuæ,non vt ſunt in proprijs naturis,ſed quatenus eleuantur ad vnam altiorem rem,& rationem formalem,quæ omnes actus, & officia præſtat,quæ per ſenſitiuam, & vegetatiuam in proprijs naturis poſſunt exerceri,& hoc quidem longè nobilio-

E ri,& excellentiori modo:ita pariter habitus ſapiẽtiæ,cum ſit omnium habituum intellectualiũ nobilisſimus formaliter,excellenter tamen, & nõ vt in proprijs naturis, continet in ſe rationem ſcientię,& intellectus,præſtatque eorum officia in iudicando de concluſionum, & principiorum veritate,longè excellentiori modo, quàm fieri poſsit per dictos habitus ad proprias ſuas naturas determinatos. Vnde ſapientia,puta Metaphyſica,quatenus in ſe continet rationem ſcientiæ, habet veras,& proprias demonſtrationes, quibus per cauſas,præſertim ſupremas,probat effectus deducendo ex principijs concluſiones; quatenus autẽ cõtinet

Nomen ſciẽtiæ nõ eſt genus ad ſapientiã,& ſcientiam. Caiet. Conrad. Medina. Sapientia eſt totum potentiale ad ſcientiã & intellectum.

Digitized by Google

tinet rationem habitus primorum principiorum, de eorum veritate iudicat altiori, & certiori modo, quàm intellectus. Quod quidem efficit primò explicando ipſamet prima principia aliarum ſciētiarum,& etiam propria. Secundò illa defendendo. Tertiò tradendo perfectam notitiam communium terminorum, ſiue rationum formalium, ex quibus tam propria, quàm aliarum ſcientiarum principia componuntur. Quartò de ipſis primis principijs, tanquam de quibuſdam ſubiectis ab ipſa conſideratis, tractando cauſas, partes,& paſſiones; vt quod innoteſcunt ſolo lumine naturali abſque diſcurſu, quod componuntur ex terminis communisſimis, quod ſunt notisſima, & euidentisſima, quod eorū oppoſita, non poſſunt mente concipi,& ſi quæ alia ſunt ſimilia. Ex quibus apparet interpretatio mentis Ariſt. in 6. Ethic. cap. 7. quādo ait ſapientiam eſſe ſcientiam, & intellectū: non eſt enim hoc intelligēdum per duorum diſtinctorum habituum coniunctionem. Sed per altiorem cognoſcibilium contemplationem, & per vnum ſimplicem, & vnius rationis formalis, & altioris ordinis habitum, quàm ſint habitus intellectus,& ſcientiæ.

Explicatur mēs Ariſt.

Secundò aduertendum eſt ex Caiet. 1. poſter. cap. 10. in fine, tam ſapientiam, quàm ſcientiā dupliciter poſſe ſumi; vno modo, vt per demonſtrationem acquiritur; alio modo, vt virtus, ideſt, vt bonum reddit habentem. Primo modo ſapientia eſt ſcientia, modo tamen ſupra expoſito, ſcilicet formaliter eminenter. Secundò modo ſapientia non eſt ſcientia, quoniam alio modo perficitur intellectus iudicando de rerum naturis per cauſas altisſimas; alio modo iudicando per cauſas inferiores. Et quoniam Ariſt. in 6. Æthic. & S. Thom. ſuper Boetio de Trinitate loquebātur de ſapientia, & ſcientia, vt virtutes ſunt; ideo vnam contra aliā diſtinxerunt. Prædictis, ſi addamus iudicium de primis principijs, quod fit per virtutem illam, ſiue habitum, qui eſt ſapientia modo ſuperius expoſito, manifeſtius apparebit diuerſitas modi, quo intellectus perficitur per ſapientiam,& per ſcientiam,& quia virtus attenditur ſecundùm vltimū ſui poſſe, vt dicitur in primo cœli, ideo ſapientia, non ſolum eſt ſcientia, ſed etiam intellectus, non per coniunctionem, aut aggregationem, ſed per eminentiam vnius rationis formalis altioris ordinis. Ex prenotatis deducuntur quatuor concluſiones.

Caiet.

Sapientia vno modo eſt ſcientia alio modo non.

Ariſt. S. Thom.

Ariſt.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima Concluſio. Sapientia non eſt habitus compoſitus, vel aggregatus ex habitu intellectus, & ſcientię. Probatur primò authoritate S. Thom. in locis allegatis. Secundò, quoniam ſapiētia connumeratur alijs habitibus, ſiue virtutibus intellectualibus: at reliqui habitus, ſunt ſimplices; ergo etiam ſapientia: alioquin quælibet ſcientia poſſet dici aggregata ex duobus habitibus: nā quælibet ſcientia habet ſuā principia, & vtitur ēt primis. Tertiò authoritate D. Aug. dicentis Theologiam eſſe illam, qua fides ſaluberrima gignitur;

Sapientia non eſt habitus aggregatus ex intellectu & ſciētia.

Auguſt.

A loquebatur autem de ſacra Theologia, prout diſtinguitur ab habitu fidei; ergo habitus ſcientificus ſecúdùm ſe poteſt verſari circa principia, vel ea explicando, vel defendendo,&c.& non per habitum diſtinctum ſibi aggregatum. Nam habitus principiorum non diſcurrit; quæ eſt alia ratio cōmunis etiam ſapientiæ humanę.

Secunda concluſio. Sapientia nullo modo poteſt eſſe ſpecies ſcientiæ, vniuocè ſumendo ſcientiam. Hęc concluſio probatur ex dictis in primo fundamento.

Tertia concluſio. Sapientia eſt ſcientia,& intellectus formaliter,& eminēter. Hęc patet ex dictis

B Quarta,& vltima concluſio. Sapientia eſt totū poteſtatiuum reſpectu ſcientię,& intellectus: Hęc etiam abundè fuit explicata in primo fundamento,& inde poſſunt peti probationes.

Argumenta, & ſolutiones.

COntra primam concluſionem producit Ludouicus Molina authoritatem Ariſt. 6. Eth. dicentis ſapiētiam eſſe ſcientiam, & intellectum, ſed iam reſponſum eſt; & nunc etiam dicitur, illā propoſitionem veram eſſe ex parte obiectorū, non ex parte habituum.

Molina.

C Contra ſecundam argumentatur Bānes authoritate S. Thom. ſuper Boetio de Trin. q. 2. dicentis, ſapientiam non diuidi contra ſcientiam; ſicut oppoſitum; ſed quia ſe habet ex additione ad ſcientiam; ergo eſt ſpecies ſcientię perfectisſima.

Bannes.

Reſpondetur negando conſequentiam. Nā addit ſupra ſcientiam, vt totum potentiale ſupra partem; eo modo, quo anima rationalis addit ſupra ſenſitiuam, nec tamen eſt eius ſpecies.

Contra tertiam, & quartam concluſionem argumentatur Bannes: Sapientia prędictis modis ſumpta nō eſt habitus naturaliter inditus, nec acquiſitus; ergo. Prima pars antecedentis patet. Secūda probatur: vel acquiritur ex actibus, qui proficiſcuntur ex habitu, & actibus primorum principiorum,& hoc eſt ridiculum; tum quia circa prima principia non generatur habitus, tùm etiam quia habitus ille eſſet minus perfectus, quàm habitus primorum principiorum, in cuius virtute generatur; vel acquiritur per demonſtrationem, & ſic eſt ſcientia.

D

Reſpondetur, quod ad generationem ſapientię, concurrunt habitus primorum principiorum, & habitus acquiſitus ex primis principijs. Nam primò ex primis principijs deducuntur quędā concluſiones,& ex illis alię, & ſic generatur, quidam habitus ſcientię imperfectus, qui eſt inchoatio ſapientię; deinde ex illo habitu, & concluſionibus ſcitis per diſcurſum fit aſceſus ad primas cauſas, & hucuſq; non habetur habitus ſapientię, niſi inchoatiue, ſed tāntū ſcientię, tandem cognitis primis cauſis, ex eorum cognitione à priori procedēdo medio diſcurſu, iudicamus de rebus ab eis dependentibus,& per terminos vniuerſalisſimos, videlicet entis,& paſſionum entis, ſubſtantię,& accidentis,&c. iudicamus etiam de veritate primorum

Quō generetur habitus ſapientia.

E

rum principiorum,& in hoc completur generatio
habitus ſapientiæ. Et talis videtur eſſe progreſſus
generationis, cuiuſcunque rei habentis naturam
totius potentialis. Nam etiã in hominis generatione,
primò videmus generari viuens,deinde animal.
Tertiò hominem; vnde primò eſt anima vegetatiua;
deinde ſenſitiua; tertiò intellectiua,quę
eſt totum quoddam potẽtiale in eadem materia:
ſic ergo contingit in generare ſapientiæ. Nam primò
eſt habitus principiorum. Secũdò eſt habitus
ſcientiæ. Tertiò habitus ſapiẽtiæ,qui habitus prę-
cedentes,comparatione vltimi ſunt imperfecti;&
magnam ſortiuntur perfectionem adueniente vltimo.
B Cuius generatione formaliter corrumpuntur,
licèt materialiter perſeuerent. Verum eſt tamen
habitum principiorum abſolutè corrũpi non
poſſe,cum ſit inditus à natura, ſed corrũpitur ſecundum
rationem formalem ſumptam formaliter,
vt ordinatur ad habitum ſapientiæ generandum,
& integrandum: non enim integrat habitus
primorum principiorum habitum ſapientiæ, ſecundum
eam formalem rationem,quam habebat
in principio,quando ex eo cępit generari habitus
ſapientiæ; quatenus ſcilicet eſt habitus indutus à
natura, aut ſplẽdens lumine naturali minimè per
diſcurſum acquiſito,ita videlicet, vt ſit ratio formalis
C habitus ſapientiæ, ſed induit altiorẽ rationem
formalem propriam habitus ſapientiæ, ad q̃
ratio formalis habitus principiorum materialiter *S. Tho.*
ſe habet; Sicut etiam ſecundùm mentem D. Tho.
manifeſtè patet in ſcientia noſtræ Theologiæ: in
qua aſſumuntur multæ propoſitiones notæ per diſcurſum
naturalem Phyſicum, aut Metaphyſicũ,
nec amittunt abſolutè rationem formalem habitus
Phyſici,aut metaphyſici. Alioquin null' Theologus
poſſet verè dici,& eſſe metaphyſicus: ſed illam
tantùm dicuntur amittere in ordine ad habitum
Theologicum integrandum, inquantum ſcilicet
ſuperinduunt altiorem rationem formalem,
D ad quam prior ratio formalis materialiter ſe habet:
& hoc modo interpretandus eſt S. Tho. in primo
art. in reſponſione ad ſecundum. Sic ergo non
excludimus rationem formalem habitus intellectus,
& ſcientiæ à ſapientia: ſed dicimus illas non
remanere,vt rationes formales ſapientiæ:ſed materialiter
ſe habere ad illius rationem formalem;
& ideo diximus non remanere ſecundum ſuas rationes
formales in proprijs naturis. Nam loquimur
de eis formaliter ſumptis,vt ſcilicet exercent
actum rationis formalis in habitu ſapientiæ: ſic
enim non remanent: licèt remaneant rationes formales
materialiter ſe habentes. Vnde ad argumẽ-
E tum negatur antecedens quò ad ſecundam partem. *Reſponſio formalis ad argumentum.*
Ad probationem dicitur,habitum ſapientię
generari ex vtroque habitu: nec tamen tunc generatur
habitus circa habitum principiorum,ſed ex
habitu principiorum,licèt poſtea neceſſe ſit,quãdo
completur generatio ſapientiæ, generari etiã
illius habitum circa habitum principiorum; quia
materialiter ſe habet ad habitũ ſapientię. Et quãdo
arguitur, quod ſequeretur habitum ſapientiæ

A eſſe minus perfectum habitu primorũ principiorum,
quia ex illo generatur.

Reſpondetur hoc argumento probari,in principio
generationis fuiſſe perfectiorem habitũ principiorum,
quãdo ſcilicet nõdum habitus, qui generabatur,
habebat rationem ſapientiæ:ſed in ipſa
ſapientiæ generatione modo expoſito, cum reſultet
altior ratio formalis, ſcilicet iudicatiua, &
ordinatiua,etiam reſpectu primorum principiorum,
neceſſe eſt etiam habitum ſapientiæ reſultãtem
eſſe nobiliorem. Licèt enim radicaliter,& remotè
pendeat ab habitu primorum principiorũ:
eſt tamen conuerſiuus ſuper eodem habitu princi-
B piorum,& eiuſdem perfectiuus,& iudicatiuus, q
non contingit in ſimplici habitu ſcientiæ ex principijs
per diſcurſum generato; quo ſit, vt intelligens
ſit melius diſpoſitus,quàm ſciens. Noſtra tamen
Theologia propter ſui ſtatus imperfectionẽ,
non eſt perfectior ſimpliciter habitu fidei,ſed tantùm
ſecundum quid; quatenus illam explicat, &
defendit;quod videtur ſufficere ad rationem ſapientiæ
imperfectæ in ſuo ordine, qualis eſt noſtra
Theologia in præſenti ſtatu.

Ad aliud argumentum,quo probatur ſapientiã
non acquiri per demonſtrationem, quoniam ſequeretur
eam idem eſſe,qđ ſcientia,negatur con-
C ſequentia,ſi conſequens intelligatur præcisè. Nã
acquiri per demonſtrationem contingit dupliciter;
Vno modo immediatè, & ſic acquiritur habitus *Habitus ſapientiæ acquiſitus per demonſtrationẽ mediatè.*
ſcientiæ. Alio modo mediatè,ſiue conſequenter,
& ſic acquiritur habitus ſapientiæ.Cum enim
ex Deo,vt prima cauſa efficiente,exemplari,& finali
redditur ratio entis,redditur etiam ratio, &
cauſa terminorum componentium prima principia,
& ſimiliter etiam,quando ex proprio conceptu
entis,quaſi ex cauſa formali redditur ratio entis,
habetur etiam ratio principiorum, quæ conſtant
ex nomine entis,& non entis. Dum etiam ex
demonſtrationibus procedẽtibus ex talibus prin-
D cipijs acquiritur ſcientia, acquiritur neceſſariò
etiam ſapientia: quia per cognitionem ex talibus
demonſtrationibus acquiſitam ſit potens intellectus
iudicare de primis principijs, & in ipſamet
diſcurſus perfectione iudicat de rebus per ſupremas
cauſas, qui eſt actus ſapientiæ. Nec tamen
ſunt duo habitus diſtincti,qui acquiruntur,ſed vnus
habitus: cum in habitu ſapientiæ includatur
habitus ſcientiæ modo dicto: licèt reducẽdo proprios
effectus in proprias cauſas,cognitio per demonſtrationem
acquiſita,vt ſic, dicatur ſcientia,
indicium verò,ſiuè facultas iudicandi per ſupre-
E mas cauſas de concluſionibus,& etiam de principijs
reducatur in demonſtrationem ratione taliũ
principiorum,quæ ſunt ſupremæ cauſæ,ex quibus
pendet iudicium,aut facultas ſuprema iudicandi
de inferioribus.

Alia argumenta, & ſolutiones vide apud Banneſium,
& Franciſcum Zumel;hæc enim noſtro ſufficiunt *Bannes. Zumel.*
inſtituto.

Digitized by Google

ARTICVLVS VII.

Vtrum Deus ſit ſubiectum huius ſcientiæ.

7 2.prol.ar.4 Et 5. Metaph. lc. 6.

Non procul a prin. libro to. 1. Lib. 3. de ortho. fi. c. 24.

AD ſeptimum ſic proceditur. Videtur, quòd Deus non ſit ſubiectum huius ſcientiæ. In qualibet enim ſcientia oportet ſupponere de ſubiecto quid eſt, ſecundùm Philoſophum in primo poſteriorum; ſed hæc ſcientia non ſupponit de Deo quid eſt; dicit enim Damaſc. In Deo quid eſt, dicere impoſſibile eſt; ergo Deus non eſt ſubiectũ huius ſcientiæ.

Præterea: omnia, quæ determinantur in aliqua ſcientia, comprehenduntur ſub ſubiecto illius ſcientiæ; ſed in ſacra ſcriptura determinatur de multis alijs, quàm de Deo, puta de creaturis, & de moribus hominum: ergo Deus non eſt ſubiectum huius ſcientiæ.

θεολογία λόγος περὶ τοῦ θεοῦ. D. 1154.

Sed contra, illud eſt ſubiectum ſcientiæ, de quo eſt ſermo in ſcientia; ſed in hac ſcientia fit ſermo de Deo (dicitur enim Theologia, quaſi ſermo de Deo) Ergo Deus eſt ſubiectũ huius ſcientiæ.

Reſpondeo. Dicendum, quòd Deus eſt ſubiectum huius ſcientiæ. Sic enim ſe habet ſubiectum ad ſcientiam, ſicut obiectum ad potentiam, vel habitum; propriè autem illud aſſignatur obiectum alicuius potentiæ, vel habitus, ſub cuius ratione omnia referuntur ad potentiam, vel habitum; ſicut homo, & lapis referuntur ad viſum, inquantum ſunt colorata; vnde coloratum eſt proprium obiectum viſus. Omnia autem pertractantur in ſacra doctrina ſub ratione Dei, vel quia ſũt ipſe Deus: vel quia habent ordinem ad Deum, vt ad principium, & finem: vnde ſequitur, quòd Deus verè ſit ſubiectum huius ſcientiæ. Quod etiam manifeſtum fit ex principijs huius ſcientiæ, quæ ſunt articuli fidei, quæ eſt de Deo. Idem autem eſt ſubiectum principiorum, & totius ſcientiæ, cum tota ſcientia virtute contineatur in principijs. Quidam verò attendentes ad ea, quæ in iſta ſcientia tractantur, & non ad rationem, ſecundùm quam conſiderantur, aſſignauerunt aliter ſubiectum huius ſcientię, vel res, & ſigna; vel opera reparationis; vel totũ Chriſtum, ideſt, caput, & membra; de omnibus enim iſtis tractatur in iſta ſcientia, ſed ſecundum ordinem ad Deum.

Ad primum ergo dicendum, quòd, licèt de Deo non poſſimus ſcire quid eſt; vtimur tamen eius effectu in hac doctrina, vel naturæ, vel gratiæ, loco diffinitionis ad ea, quæ de Deo in hac doctrina conſiderantur, ſicut & in aliquibus ſcientijs philoſophicis demonſtratur aliquid de cauſa per effectum, accipiendo
A effectum loco diffinitionis cauſæ.

Ad ſecundum dicendum, quòd omnia alia, quæ determinantur in ſacra doctrina, comprehenduntur ſub Deo, nõ vt partes, vel ſpecies, vel accidentia, ſed vt ordinata aliqualiter ad ipſum.

Ratio ordinis, & ſenſus quæſiti.

Ratio ordinis.

ABſoluit S. Thom. in præcedentibus articulis, ea omnia, quæ pertinere videbãtur ad id, quod eſt formaliſſimum in hac ſcientia, vniuerſa
B ſcilicet pertinentia ad rationem ſub qua; nunc ab hoc ſeptimo articulo incipit tractare ea, quę pertinent ad id, quod ſe habet ad dictam rationem formalem, vt materiale. Et primò agit de eo, quod eſt pręcipuum, videlicet de ſubiecto; deinde in ſequentibus articulis tractat alia eiuſdem ordinis minus principalia. Quærit itaque S. Thom. vtrum Deus ſit ſubiectum huius ſcientiæ; in quo quæſito duo ſunt termini, vnus à parte ſubiecti, alius à parte prædicati. Vox illa *Deus*, in quæſito poſita loco ſubiecti, ſumitur formaliter, ſcilicet inquãtum Deus, ideſt ſub ratione Deitatis, quæ eſt ratio formalis quæ.
C Vnde illa alia vox *ſubiectum* poſita à parte prædicati ſtat pro ſubiecto formali, quod tamẽ formale, vt diximus, ſe habet vt materiale comparatione ad rationem formalem ſub qua, de qua tractatum eſt in præcedentibus. Nam, licèt Deitas ſecũdum ſe ſit formaliſſima, vt tamen cadit ſub hac ſcientia, & vt à nobis eſt ſcibilis, eſt minus formalis, quàm reuelatio, cum per illam ponatur in genere ſcibilis formaliter, & ab ea tota ſcientia recipiat ſpecificam vnitatem. Qui profundiorem explicationem præſentis quæſiti deſiderat legat Caietanum, qui ex Scotica doctrina ſubtiliter tradit ſignificatum huius vocabuli *Deus*; iuxta mentem
D S.D. in hoc quæſito.

Sẽſus quæſiti.

Forma Textus.

COncluſio eſt, Deus eſt ſubiectum ſacræ Theologiæ. Probatur dupliciter. Primò, illud eſt ſubiectum ſcientiæ, ſub cuius ratione omnia tractantur in ſcientia: at ſub ratione Dei omnia tractantur in ſacra Theologia: ergo Deus eſt eius ſubiectum. Maior probatur, Sic ſe habet ſubiectum ad ſcientiam; ſicut ſe habet obiectum ad potentiam, vel habitum: at illud pro-
E *priè aſſignatur obiectum alicuius potẽtiæ, vel habitus, ſub cuius ratione omnia referuntur ad potentiam, vel habitum; ergo illud propriè eſt obiectum ſcientiæ, ſub cuius ratione omnia pertractantur in ſcientia. Minor huius probationis probatur exemplo hominis, & lapidis, quæ inquantum colorata, referuntur ad viſum, & ideo coloratum eſt obiectum viſus. Maior autem principalis argumenti probatur, quia omnia conſiderantur in ſacra doctrina, vel vt ſunt Deus, vel vt habent ordinem ad Deum, vt ad principium, & ad finem; ergo omnia in ſacra Theologia conſiderantur ſub ratione Dei. Secundò ſic probatur concluſio, Idem eſt ſubiectũ prin-*

Digitized by Google

principiorum, & totius ſcientiæ. At ſubiectum principiorum eſt Deus; ergo etiam totius ſcientiæ. Maior probatur: quia tota ſcientia virtute continetur in principijs; ergo. Minor autem ſic probatur: Principia huius ſcientiæ ſunt articuli fidei; at fides eſt de Deo; ergo ſubiectum principiorum eſt Deus.

Expoſitio textus.

IN hoc diſcurſu, tres ſunt propoſitiones explicandæ. Prima propoſitio eſt illa, quę aſſumpta eſt ad probationem maioris primæ rationis, ſcilicet: *ſicut ſe habet obiectum ad potentiam; ita ſubiectum ad ſcientiam.* In qua propoſitione exprimitur ſimilitudo proportionalis inter obiectum potentiæ, & ſubiectum ſcientiæ; Verùm non eſt neceſſe, vt hæc ſimilitudo curra: quo ad omnia; ſed, cum duo conueniant obiecto reſpectu potētiæ. Primũ; quod eius ratio formalis eſt illa, qua omnia referuntur ad potentiam; vt exempli gratia, ratio colorati in ordine ad viſum: ratio entis in ordine ad intellectum, &c. Secundum eſt communitas, ſiue vniuerſalitas prædicationis de ſingulis relatis ad potentiam: nam coloratum prædicatur de hoc, & de illo colorato; proportionalis ſimilitudo tenet quò ad primum, ſcilicet quò ad proportionem rationis formalis: vt, ſicut ratio formalis obiecti potentiæ eſt ea, qua omnia referuntur ad potentiam, ita ratio formalis ſubiecti ſcientiæ ſit illa, ratione cuius omnia conſiderantur in ſcientia: non tenet autem quò ad communitatem prædicationis: quoniam non eſt neceſſe, vt ſubiectum ſciētiæ ſit aliquod vniuerſale, ſicut obiectum potentiæ.

Obſeruat tamen Caietanus poſſe etiam ſimilitudinem in hac parte ſuſtineri, diſtinguendo de prædicatione. Nam quædam fit in recto, ideſt in nominatiuo, qui à Grammatico dicitur rectus; vt cũ dico album eſt coloratũ, vel albedo eſt color. Alia eſt, quæ fit in obliquo; vt cũ dico homo eſt à Deo, vel creatura eſt Dei: fit enim prædicatio per caſus, qui appellantur obliqui. Itaque dici poteſt, quod vis ſubiectum habere cõmunitatem prædicationis, vel in recto, vt ſubiectum metaphyſices, vel in obliquo, vt Deus, qui eſt ſubiectum in Theologia; omnia enim conſiderata in ſacra doctrina, vel ſũt Deus, vel ſunt Dei, aut ad Deum, aut à Deo &c. *Prædicatio in recto, & in obliquo*

Sed contra doctrinam hanc videtur eſſe S.Tho. in primo ſentent. in quæſt. Prologi art. 4. vbi ait obiectum ſcientiæ inter alias conditiones, hanc ēt habere, vt ſit commune per prædicationem.

Reſpondetur primò dictum illud intelligendũ eſſe iuxta ſenſum explicatum. Secundò dico S. Thom. loqui de eo, quod communiter, & vt plurimum inuenitur, non de eo, quod ſemper, vt patet in ſcientia de ſano. Nam ſanum ferè de omnibus prædicatur tantùm in obliquo; & eſt exemplum ex quarto Metaph.

Secunda propoſitio declaranda, eſt minor primi argumenti, ſcilicet *omnia conſiderantur in hac ſcientia ſub ratione Dei*; Pro cuius propoſitionis intellectu recolenda eſt illa diſtinctio duplicis rationis formalis, ſcilicet quę, & ſub qua: Deitas eſt

A ratio formalis quæ; lumen autem diuinæ reuelationis obumbratum eſt ratio formalis ſub qua noſtræ Theologiæ, vt in nobis viatoribus. Deitas in ſe infinita eſt, & infinitè cognoſcibilis, lumen autem diuinæ reuelationis finitum eſt, & finita ratio cognoſcendi; quò fit, vt, licèt Deus ratione Deitatis, quæ infinita eſt, ſit ſubiectum huius ſcientiæ, non tamen infinita cadant ſub hac ſcientia; quia ſcientia, ſicut ſpecificatur; ita limitatur per rationem formalem ſub qua, quæ in hac ſacra doctrina eſt finita, quod ſi hæc eſſet infinita, & adæquata Deitati, vtique omnia caderent ſub eius conſideratione; ſicut omnia cadunt ſub ſciētia Dei, quia

B eius ratio formalis ſub qua adæquat deitatem; nõ enim cognoſcitur Deitas, niſi vt ſtat ſub aliqua ratione formali, & per hoc patet reſponſio ad argumenta Gregorij de Arimino relata, & ſoluta à Caietano. *Ariminēſis. Caiet.*

Quomodo principia ſcientiæ, & ſubiectum contineant ſufficienter concluſiones, & ſcientiam.

TErtia propoſitio eſt illa, quæ ſumpta eſt ad probatione maioris ſecundæ rationis Sanct. Tho. ſcilicet: *tota ſcientia virtute continetur in principijs.* Ad cuius euidentiam tria ſunt adnotanda,

C ex quibus pendet, & intellectus huius propoſitionis, & ſolutio omnium difficultatum.

Primum eſt, omne prædicatum per ſe reſolui in ſubiectum, cum in eo contineatur, vel formaliter, vt prædicata primi modi, vel virtualiter, vt prædicata ſecundi modi; & ideo principia primæ ſcientiæ reſoluuntur in ſubiectum adæquatũ ſciētiæ; quia illa prima principia continent ſubiectũ, & eius diffinitionem, ſiuè rationem formalem. Quare eadem ratio eſt de continentia primorum principiorum reſpectu concluſionum ſcientiæ, & de continentia ſubiecti reſpectu veritatum, ſiuè

D concluſionum, quæ ſunt in ſcientia: Nam, ſi primæ principia continent ſufficiēter ſimpliciter omnes veritates, ſiue concluſiones, etiam ſubiectum eaſdem continebit ſufficienter ſimpliciter: ſi autem prima principia non continent ſufficienter niſi in ſuo ordine, ſcilicet, vt cauſæ primæ eodem modo continebit etiam ſubiectum eaſdem veritates.

Secundum, quod eſt annotandum, eſt duplex eſſe genus principiorum. Primum eorum principiorum, quæ ſufficienter, & adæquatè continent concluſiones deductas: ſicut hoc principium: homo eſt animal rationale, eſt cauſa ſufficiens, & adæquata harum omnium concluſionum, homo eſt di-

E ſciplinabilis: homo eſt admiratiuus: homo eſt riſibilis; homo eſt mortalis. Alia ſunt principia, quę non cõtinent virtualiter, ſufficienter, ſimpliciter, & adæquatè concluſiones, ſed tantùm continent ſufficienter, vt primæ cauſæ, ſiuè vt prima principia: & talia ſunt omnia prima principia alicuius ſcientiæ: vt hoc principium. Numerus eſt quantitas diſcreta, non poteſt eſſe cauſa ſufficiens, ſimpliciter, vel adæquata huius concluſionis, numerus ternarius, eſt numerus impar: oportet enim addere hoc aliud principium, nimirum: numerus, qui-

qui non poteſt diuidi in partes æquales, eſt impar. Ratio huius eſt; quia in omni ferè demonſtratione à priori concluditur paſsio de proprio ſubiecto; principia verò prima conſtant ex ſubiecto, & eius diffinitione, ſiuè ratione; non poteſt autem ſubiectum, ſiue ratio ſubiecti eſſe cauſa ſufficiens ſimpliciter omnium earum paſsionum, quæ probantur in ſcientia. Nam numerus, vt numerus, nõ continet ſufficienter, ſimpliciter, & adæquatè paſſiones binarij, & ternarij; ſed ſolummodo ſufficienter, vt cauſa prima; addita verò propria ratione binarij, vel ternarij habetur cauſa ſufficiens ſimpliciter, itaq; numerus ſumptus in ſe, & in participantibus ipſum eſt cauſa ſufficiens &c. & ſimiliter quodlibet ſubiectum ſumptũ in ſe, & in participantibus, vel quomodolibet attributis eſt cauſa omnium paſsionum, & eas dicitur virtualiter continere, vt cauſa ſufficiens ſimpliciter.

Vna ſcientia ſecundũ ſpeciẽ poteſt eſſe de multis generibus

Tertium notandum eſt, hic nos loqui de continentia paſsionum, ſiuè veritatum in eo quod ſcibiles; & quia vna ratio ſcibilis poteſt eſſe de ſubiecto vno, nõ ſolùm ſpecie, ſed etiam genere, & analogia, hinc ſequitur eandem ſcientiam ſecundum ſpeciem poſſe eſſe de multis ſpeciebus, & generibus, vt patet in Metaph. Quapropter non omnia cadent ſub vna, & eadem ſcientia, ſed ſcibilia limitatur iuxta rationem formalem ſcibilis, vt ſic, quæ ſemper eſt vna ſpecie, & hinc ſequitur, quòd illa ratio formalis, quæ in illa ſcientia eſt prima radix omnium pertinentium ad illam ſcientiam, continet virtualiter prima principia illius ſcientiæ, veritates, & concluſiones: hæc autem eſt ratio formalis quæ. Et ex his patet ſolutio omnium argumentorum, & difficultatum.

Defectus Scoti, & Molinæ.

Hinc etiam patet defectus Scoti, quem ſecutus eſt Molina; arbitrabatur enim ſubiectum debere continere omnes veritates ſcientiæ, vt cauſam ſufficientem ſimpliciter, & cum nullum commune ſubiectum ſcientiæ poſsit reperiri, quod omnes veritates ſufficienter contineat, arbitratus eſt tot eſſe ſcientias, quot ſunt rerum ſpecies; exiſtimauitque ſcientiam non eſſe vnam, niſi per aggregationem diuerſarum concluſionum ſcitarum; cuius opinionis falſitas patet ex dictis in 3. articulo.

Diſtinguitur, & explicatur obiectum fidei, et ſcientiæ, complexum, & incomplexum.

S. Tho. Caiet.

PRo maiori intelligentia doctrinæ pręſentis articuli, annotãda ſunt, quæ breuiſsimè tradit S. Tho. 2.2. q. prima, art. 2. & ibidem eggregiè explicantur, à Caietano. Itaque ſciendum eſt, quòd quemadmodum obiectum fidei, ad quod terminatur actus credendi, duobus modus diſtingui poteſt: vno modo comprehendendo creditum ſecundum eſſe, quod habet in re, & ſecundum eſſe, quod habet in nobis, & ſic diſtinguit: S. Thom. obiectũ fidei dupliciter poſſe conſiderari: vno modo ex parte ipſius rei creditæ, & ſic obiectum fidei eſt aliquid incomplexum, ſcilicet res ipſa, de qua fides habetur. Alio modo ex parte credentis: & ſecundum hoc obiectum fidei eſt aliquid complexũ

Obiectum fidei dupliciter. Obiectum fidei cõplexum, & incomplexũ.

A per modum enunciabilis: hęc S. Thom. Deinde poteſt alio modo diſtingui obiectum fidei, ſ. quatenus tantùm eſt in nobis, & ſic diſtinguitur in obiectũ incomplexum pertinens ad primam operationem intellectus, & hoc eſt ſubiectum propoſitionis, de quo creditur id, quod ponitur à parte prædicati; vt cum dico, Deus eſt incarnatus; dictio illa Deus ſignificat obiectum, de quo creditur incarnatio; & in obiectum complexum, quod eſt propoſitio; vt hoc totũ, Deus eſt incarnatus; & hoc eſt id, qđ creditur; ita pariter diſtinguitur etiam ſcitum; vt ibidem ſignificat S. Thom. nam poteſt ſcitum ſumi dupliciter. Vno modo ex parte ipſius rei ſcitæ, & ſic obiectum ſcientię eſt aliquid incomplexum, B ſcilicet res ipſa, de qua habetur ſcientia; Alio modo ex parte ſcientis, & ſecundum hoc obiectum fidei eſt aliquid complexum per modum enunciabilis. Priori modo obiectum ſacræ Theologiæ eſt Deus; poſteriori modo obiectum ſacrę Theologię ſunt concluſiones ſcitę ex diſcurſu Theologico; & ſimiliter. Secundò modo poteſt diſtingui obiectũ ſcientię quatenus tantũ eſt in nobis; & ſic diſtinguitur in obiectum incomplexum pertinens ad primam operationem intellectus; & hoc eſt ſubiectũ propoſitionis, vt cum dico, Deus ſpirat: Deus eſt ſubiectum, de quo ſcitur illud prędicatum, ſpirat; & in obiectum complexum, & hęc eſt concluſio C ex pręmiſsis deducta: ſicut prædicta propoſitio.

Scitũ complexum, & incomplexum.

Subiecti ſcientiæ cõplexũ, & incompleti

Igitur quemadmodũ obiectum fidei, quod creditur, duplex eſt, ſcilicet res ipſa incomplexa, & ipſum etiam complexum: & vtrumque eſt obiectũ fidei, vt formaliter, & immediatè reuelatum, & vnum eſt obiectum, de quo creditur, ſcilicet ſubiectum propoſitionis, quod etiam eſt obiectum, & immediatè reuelatum: ita obiectum ſcientiæ Theologiæ, quod ſcitur, duplex eſt, ſcilicet res ipſa incõplexa, & ipſum complexum, ſiuè concluſio, & vtrumque eſt ſubiectum, vt virtualiter reuelatum, Et ſub eadem etiam ratione formali, ſubiectum, de quo ſcitur, eſt ſubiectum in hac ſcientia, ſcili- D cet, vt virtualiter, & mediatè reuelatum; licet hęc virtualis reuelatio diuerſimodè prædictis conueniat. Nam concluſioni, & eius partibus conuenit per intrinſecam denominationem, cum ſit earum intrinſeca perfectio: rei autem ſcitę conuenit per extrinſecam denominationem, cum nihil in ea ponat, niſi denominationem rationis extrinſecam: & eodem modo philoſophandum eſt proportionaliter de fidei obiecto. Ex quo patet error Frãciſci Zumel ſuper hoc articulo in aſsignando obiecto ſcito ſacræ Theologiæ, cum dixit eſſe hoc com- E plexum, videlicet virtualiter reuelatum. Nam debuit etiam aſsignare obiectum incomplexum, qđ ſcitur. Nec ſatis congruè idem expoſitor affirmat veritatem primam, vt virtualiter reuelantem, eſſe obiectum, de quo ſcitur, in Theologia: melius. n. dicimus Deum, vt virtualiter reuelatum eſſe obiectum, quod ſcitur loquendo de obiecto ex parte rei ſcitæ, & eundem etiam eſſe obiectum, de quo ſcitur, quod eſt obiectum ex parte noſtri, quatenus eſt ſubiectum propoſitionis. Ex quibus omnibus habetur reſolutio quæſtionis de ſubiecto huius

Error Zumeli.

Digitized by Google

ſus ſcientiæ. Et ſolutio præcipuarum difficultatũ. Reliqua poſſunt peti ab expoſitoribus, & præſertim Banneſio ſuper hoc articulo.

Controuerſia Vnica.

De ſubiecto Theologiæ ad mentem D. Thom.

Sententię expoſitorum.

S. Tho.

SAnctus Thomas in quæſtione Prologi 1. ſent. art. 4. docet ens diuinũ per inſpirationẽ cognoſcibile eſſe ſubiectũ adęquatũ in nr̃a Theologia. Deũ aũt eſſe ſubiectũ principale. Nam relatis diuerſis opinionibus ſubiungit. *Si autem volumus inuenire ſubiectum, quod hæc omnia comprehendat, poſſumus dicere, quod ens diuinum per inſpirationem cognoſcibile eſt ſubiectum huius ſcientiæ: omnia enim, quæ in hac ſcientia conſiderantur, aut ſunt Deus, aut ea, quæ ex Deo, & ad Deum ſunt, inquantum huiuſmodi: ſicut etiam medicus conſiderat ſigna, & cauſas, & multa huiuſmodi, inquantum ſunt ſana, ideſt ad ſanitatem aliquo modo relata, cum quantò aliquid magis accedit ad veram rationem diuinitatis, tãtò principalius conſideretur in hac ſcientia.* Et infra. *Deus non eſt ſubiectum, niſi ſicut principaliter intentum, ſub cuius ratione omnia, quæ ſunt in ſcientia, conſiderantur.* In præſenti autem articulo ſtatuit Deum ſub ratione deitatis eſſe proprium ſubiectum huius ſcientiæ. Quam diuerſitatem expoſitores varijs modis cõciliare nituntur.

Capreolus.

Capræolus in quarta quæſt. Prologi concluſione quinta, ait S. Thom. in primo ſententiarum vocaſſe ſubiectum id, quod omnia ſub ſe comprehendit per communitatem prædicationis, & quod hoc modo Deus non eſt ſubiectum, ſed ens Diuinum: hic verò id vocaſſe ſubiectum, quod omnia tractata in ſcientia comprehendit, tãquam ad ipſum ordinata, aut aliquam habitudinem habentia.

Caiet. Bannes. Zumel. Ripa.

Caietanus, quem ſequuntur Bannes, Zumellus, & Ripa, dicit S. Thom. in ſententijs loquutum fuiſſe opinatiuè: hic autem abſque formidine, determinatè tenuiſſe Deum eſſe ſubiectũ.

Pet. Bergomenſis. Molina. Syluester. Porrecta.

auctor Tabulæ aureæ Petrus Bergomenſis, quem ſequuntur Molina, & Porrecta ſuper hoc articulo, arbitratur S. Thomam in ſententijs aſsignaſſe ſubiectum adequatum: hic verò principale. Syluester in conflato ſuper hoc articulo exiſtimat S. Thom. in vtroque loco idem ſentire, videlicet ens diuinum eſſe ſubiectum adæquatum, Deum autẽ principale: nam in ſententijs hoc dixit (inquit Syluester) explicitè: hic autem implicitè; quod ait ex duobus eſſe manifeſtum. Primò: quia S. Thom. dicit Theologiam agere de Deo, & creatura, non ex æquo; ergo ſub vna ratione communi: Secundò: quia in hoc articulo ait, hic omnia tractari ſub vna ratione Dei, ſcilicet eſſentialiter, vel participatè, ſiue quia ſunt Deus, vel Dei; vnde ponendo hic rationem Deitatis cum ſua expoſitione, ſcilicet Deus, vel Dei, ponit vtrumque ſubiectum. Quę omnes ſententiæ fundamentum habent in dictis D. Thom. vt patet ex verbis paulò ante relatis. Sed diligentius conſideranti, apparebit (vt arbitror) A prędictos dicendi modos. (primò, & vltimo excepto, qui ſi non attingunt, non tamen longè diſtant à mente S. Thom.) eiuſdem S. Doctoris intentioni repugnare. Occurrit autem mihi alius (qui fortaſſe non diſplicebit) modus ſoluendi apparentem hanc difficultatem: ad cuius euidentiam.

Reſolutio.

Ens diuinum ſecundùm mentem D. Thom. prædicari formaliter de omnibus conſideratis in hac ſcientia.

PRæmitto primò, vel potius ſuppono, quod ſta B bilitum eſt in tertio articulo, nimirum, duplici exiſtente ratione formali ſubiecti, altera vt res eſt; altera vt obiectum eſt, Deitatem eſſe rationẽ formalem obiecti, vt res eſt, reuelabilitatem autẽ eſſe rationem formalem obiecti, vt obiectum eſt.

Secundò notandum, ſubiectum ſcientiæ de omnibus in ſcientia conſideratis debere prædicari, ſiuè in recto, ſiuè in obliquo, & cæteris paribus, meliorem eſſe ſemper prædicationem in recto prędicatione in obliquo.

Tertiò aduertendum eſt, hoc diſtare inter Deũ, & ens diuinum per inſpirationem cognoſcibile, quod Deus de omnibus in hac ſcientia contentis C prędicatur: vel in recto, vel in obliquo; ideſt, de aliquibus in recto, & de quibuſdam in obliquo; at ens diuinum per inſpirationem cognoſcibile prædicatur de omnibus in recto; nam omnia tractata in ſacra Theologia entia diuina ſunt, ſaltem participatiuè, aut relatiuè; Ad cuius intelligentiam.

Differẽtia inter Deũ, & ens diuinum per inſpirationẽ cognoſcibile.

Quartò obſeruandum eſt ex doctrina Ferrarienſis in primo cont. gent. cap. 34. nomen ſani dupliciter ſumi poſſe: vno modo ſecundum proprium, formale, & primum ſignificatũ, quod à parte rei eſt vnum; & ſic pertinet ad analogiam attributionis; alio modo tanquam primò plura ſignificans à parte rei; ſcilicet ipſam humorum debitam pro- D portionem, & virtutem ſanatiuam, ſecũdum quã intrinſecè, & formaliter, licèt impropriè, medicina dicitur ſana; & ſic pertinet ad analogiam proportionalitatis; Quæ diſtinctio poteſt etiã ad inſtitutum noſtrum Applicari; nam hoc, quod dico ens diuinum per inſpirationem cognoſcibile, poteſt dupliciter ſumi; primò: vt ſtat pro proprio, formali, & primo ſuo ſignificato; & ſic eſt analogum analogia attributionis, & de ſolo Deo formaliter prædicatur; de reliquis autem per ſolam extrinſecam denominationem; ſecũdò poteſt ſumi, vt plu E ra primò ſignificans, videlicet ens diuinum modo dicto, & ens diuinum ſecundùm quamcunquè diuinitatis participationem ex Deo, tanquã cauſa efficiente, finali, aut exemplari: & hoc pacto, nedum quæ diuini, & ſupernaturalis ordinis ſunt, vt gratia, charitas, lumen gloriæ, & ſimilia, diuina entia formaliter ſunt; ſed etiam reliqua entia vniuerſa ab hac ſcientia conſiderata ſecundùm eam rationem, qua in ea tractantur, entia diuina ſunt; cum ab hac ſcientia conſiderẽtur, prout Dei ſunt, & à Deo, & ad Deum; quod eſt illa conſiderare, quatenus formaliter, licèt diminutè, partici-

Ferrarienſis.

nomen ſani dupliciter analogum.

Ens diuinum per inſpirationem cognoſcibile dupliciter analogum.

F pant

pant diuinitatis perfectiones, ſecundum rationē cauſę efficientis, finalis, & exemplaris, vt patet ex quæſtione 6. art. 4. quæſt. 14. art. 5. quæſtione 15. per totam, quæſtione 16. artic. 6. quæſtione 18. artic. 4. quæſtione 19. art. 2. 3. 4. & 8. & alijs ſequentibus; queſtione 21. 22. 23. 24. 25. 26. & 44. præſert. in artic. 3. & 4. & alijs plurimis, in quibus explicatur diuina cauſalitas, præſertim exemplaris; ſecundum tales namque conſiderationes, entia diuina formaliter ſunt; quia formaliter ſunt participationes quædam diuinitatis, ſecundum aliquem illius gradum, putà ſubſtantiæ intellectualitatis, vel vt minimum entitatis, bonitatis, veritatis, &c. & tandem rationes ideales in diuina mente exiſtentes, formaliter imitantur: quamuis in infinitū diſtent ab infinito ſimpliciter eſſendi modo. Hoc itaque ſecundo modo ſumpſit S. Thom. in primo ſentent. ens diuinum, quando dixit; *Si autem volumus inuenire ſubiectum, quod hæc omnia comprehendat, poſſumus dicere, quod ens diuinum per inſpirationē cognoſcibile eſt ſubiectum huius ſcientiæ, &c.* prout ſupra; vbi ēt affert exemplū de ſano ſumendo proculdubio ſanū in ſecundo ſignificato, videlicet vt primò plura ſignificat, licèt S. Thom. ad vnitatem potius rei conſideratæ, & rationis formalis attendens, quàm ad modum vnitatis, analogiam attributionis expreſſerit, intendens tamen nobis ſignificare eam, quæ eſt proportionalitatis in ſua radice, quæ eſt ordo cauſalitatis analogatorū ex primo dependentium; & pręſertim in ſubiecta materia, vbi non eſt ſimplex dependentia, ſed, vt oſtendimus, ſemper neceſſariò eſt cum formali participatione aliquarum diuinarum perfectionum: neque in exemplis quærenda eſt perfecta ſimilitudo. Hanc autem eſſe mentem D. Thom. probatur: Quoniam comprehenſio communis reſpectu inferiorum, de qua loquitur, S. Tho. in dicto loco, magis propriè dicitur de ea comprehenſione, quæ eſt per prædicationem formalem, & intrinſecam denominationem, quā de illa, quæ eſt ſolùm per extrinſecam denominationem à primo analogato formaliter ſignificato, ad reliqua, quorum habitudines ad primum implicitè tantùm ſignificantur per commune nomen analogum. Igitur de illa priori comprehenſione loquutus eſt S. Tho. ſecundo, quia familiare eſt Sācto Doctori, analogiam, quæ eſt inter Deum, & creaturas exprimere per nomen, & rationem analogiæ attributionis, vt patet infra quæſt. 13. artic. 6. & primò con. gen. cap. 34. & alibi, in quibus locis ſolet afferre exemplū de ſano, quod conſtat eſſe analogum prædicta analogia; & ratio videtur fuiſſe, quia, licet talis analogia impropria ſit, vt docet Caietanus in ſuo tractatu de nominum analogia, capit. ſecundo, apud latinos tamen illius nomen vſitatius eſt, & ratio magis nota, quàm ſit nomen, vel ratio analogiæ proportionalitatis, quæ ſæpè, & ſpecialiter in re, de qua tractamus, concurrit cum priori analogia, quæ dicitur attributionis; Igitur S. Tho. à notiori doctrinam tradens indicauit nobis analogam cōmunitatem ſubiecti ſacræ Theologiæ, ſcilicet entis diuini explicando analogiam attributionis,

S. Tho.

Explicatur mēs S. Th.

Analogiā quæ eſt inter Deum & creaturas, S. D. ſolet exprimere ſub ratione analogiæ attributionis.

A tanq̄ notiorem, cū tñ eam ſolam cōſtituerit non intenderet, ſed magis eam, quæ eſt ſecūdum veram analogiam, ſ. proportionalitatis. Quod ſatis apertè videtur ſignificaſſe S. Tho. in art. 3. & 4. quando dixit: quia ſacra ſcriptura cōſiderat aliqua, ſm qd ſunt diuinitus reuelata, oīa, quæcunque ſunt diuinitus reuelabilia, communicant in vna ratione formali: Conſtat autem omnia in Theologia conſiderata eſſe formaliter, & ſecundum ſeipſa reuelabilia, ita vt reuelabilitas, vel etiā reuelatio illis formaliter conueniat, & non tñ in ordine ad Deitatem; ergo etiam ſeipſis erunt diuina formaliter modo ſuperius explicato: conſequentia videtur

B euidens ex naturali connexione, & ſequela duarū rationum formalium, quæ & ſub qua; Vbi ergo eſt reuelabilitas, ibi erit ens diuinum formaliter aliquo modo; ſed quidquid ſit de entibus ordinis naturalis; certum eſt, ens diuinum prædicari formaliter de omnibus entibus ordinis ſupernaturalis, qualia ſunt gratia, charitas, gloria, & cętera.

Poſita ſola analogia attributionis in ente diuino declaratur poſſe ſtatui Theologiæ ſubiectum ens diuinum, & Deum.

C SI quis autem prædictam mentis ſancti Doctoris interpretationem non approbat propter verba cōtrarium ſonantia; Dicat, quòd, quemadmodum in ſciētia de ſano dicimus, omnia tractari ſub ratione ſanitatis formaliter dictæ, quæ eſt in animali, vel quia formaliter ſana ſunt, vt animal, vel quia ordinem habent ad dictam ſanitatē in ratione cauſæ efficientis, vel conſeruantis, vel ſignificantis, & tamen conſtat ſcientiam de ſano eſſe de vno aliquo cōi analogicè dicto de omnib' habentibus quomodocunque habitudinem ad ſanitatem (nam ex hoc ipſo, quod in ſcientia ſani cōſiderantur diuerſa habentia diuerſas habitudines

D ad ſanitatem formaliter dictam, ſequitur, in dicta ſcientia eſſe quoddā cōe analogum, quod formaliter, & explicitè ſignificat primum analogatum, implicitè aūt diuerſas habitudines analogatorum ad ipſum; & hoc eſt nomē ſani.) Ita pariter, qm̄ in ſacra Theologia docet S. Tho: omnia tractari ſub ratione Dei, vel quia ſūt ipſe Deus, vel quia habent ordinem ad Deum, vt ad principium, & finem; ſequitur in hac ſcientia eſſe quoddam commune analogum, quod formaliter ſignificet primum analogatum, ſcilicet Deum; cętera autē im-

E plicitè quo ad eorum habitudines ad primum; qd quidem, commune ſit ſubiectum in hac ſcientia, hoc autem eſt ens diuinum reuelabile.

Aliᵘs modus dicendi.

Quintò notandum, in hac ſcientia eſſe tria. Primum, res materialiter conſideratæ; ſ. Deus, Angelus homo, &c. ſecundum, ratio formalis quę, ſcilicet Deitas: tertium, ratio formalis ſub qua; ſ. diuina reuelatio. Inter res cōſideratas, principalis eſt Deus; reliqua verò ſecundaria; & hoc ſignificauit S. Thom. in primo ſentent. dicens: *Vnde quantò aliquid accedit ad veram rationem diuinitatis, tantò principalius conſideratur in hac ſcientia*; conſtat autem Deū eſſentialiter habere diuinitatem: ex

Quō Deus principaliter conſideretur in hac ſciētia

que

quo ſequitur Deum rem eſſe principaliſsimã inter res conſideratas in hac ſcientia. Similem diſtinctionem facit Sanct. Thom. de obiecto materiali fidei in ſecunda ſecundæ quæſt. 8. artic. 2. vt etiam ibi notat Caietanus.

Sextò aduertendum eſt diligenter, quòd, quia in animali ſano eſt tota ratio ſanitatis, à qua reliqua denominantur ſana, ideo animal eſt adæquatum ſubiectum ſanitatis; & quia hoc, quod dico ſanum, continet in ſe, non tantùm ſanitatem formaliter, ſed etiam omnes relationes ad ſanitatẽ, propter quas alia denominantur extrinſecè ſana, vel etiam intrinſecè modo ſuperius explicato ex Ferrarienſi; ideo in ſcientia de ſano poteſt ſtatui ſubiectum adæquatum, & animal ſanum, & hoc commune, quod dico ſanum; Ita pariter dicendũ eſt in noſtra Theologia, Deum eſſe ſubiectum adæquatum diuinitatis; cum reliqua non dicantur diuina: niſi in ordine ad ipſum, ſequendo ſecundam viam, quæ non agnoſcit in ente diuino, niſi analogiam attributionis; & ſimiliter ens diuinum ſic analogum erit adæquatum ſubiectum commune per prædicationem analogicam. Comparando autem prædictos duos modos ſtatuendi ſubiectum in hac ſcientia ad inuicem, apparebit eos aliquo modo conuenire, & aliquo modo differre; Conueniunt primò, quod in vtroque prædicatio de alijs à primó analogato eſt in obliquo iuxta ſecundam viam; Differunt autem, quoniam, ſi ſubiectum ſtatuatur primum analogatum, puta Deus, non habet propriè communitatem reſpectu reliquorum, quæ in ſcientia conſiderantur. Si autem ſtatuatur analogum ſubiectum, videlicet ens diuinum, erit commune extenſum ad primum, & ad reliqua omnia analogata: quæ tamen non eſt communitas, niſi ſecundum quid, ſicut non eſt vnitas niſi ſecundum quid, vt docet Caietanus in allegato ſecundo capitulo de nominum analogia. Et quia ratio formalis rei conſideratæ in ſcientia, eſt illa, quæ præcipuè conſideranda eſt, ideo parum refert, immò in idem redit ſtatuere Deum ſub ratione Deitatis eſſe ſubiectum in Theologia, & ſtatuere ens diuinum, vt ſic; quoniam vtrumq; dicit vnam, & eandem numero rationem formalem.

Admiſſa prædicatione formali, entis diuini de omnibus entibus ordinis ſupernaturalis, oſtenditur Deũ eſſe ſubiectum adæquatum in hac ſcientia.

SI verò ſuſtineamus ens diuinum formaliter prædicari de reliquis entibus in Theologia conſideratis, ſicut de facto patet de omnibus entis ordinis ſupernaturalis, videlicet gratia, charitate, lumine gloriæ, &c. quidquid ſit de his, quæ ſunt ordinis naturalis; alia via longè altiori incedendum eſt; Ad cuius euidentiam.

Quæ ratione lumen gloriæ, charitas, & ſimilia ſint entia ſupernaturalia.

Septimò notandum eſt ex doctrina Caietani infra q. 11. art. 5. ad tertium argumentum D. Tho. lumen gloriæ, charitatem, dona Spiritus ſancti, & ſimilia eſſe entia ſupernaturalia, non ea tantùm ratione, quia à Deo ſolo agente ſupernaturali cauſari poſſunt; ſed quia nulli creaturæ factæ, aut fa-

A cibili cõnaturalia eſſe poſſunt; & ob hanc eandẽ cauſam dicuntur entia ordinis ſupernaturalis, & diuini. Tota igitur latitudo luminis gloriæ, gratiæ, & charitatis, & ſimilium, ſoli Deo eſt connaturalis, ſed in ſummo incõmunicabiliter, citra ſummum verò communicabiliter: non ita tamen, vt connaturalia fiant; ſicut lux Solis, ſi credatur eſſe propria qualitas Solis, ſecũdum totam ſuam latitudinem Soli tantùm eſt cõnaturalis, ſed in ſummo incommunicabiliter; citra ſummum verò cõmunicatur, non ita tamen, vt alijs ſit connaturalis; quia tunc Aſtris cenſebitur communicari, non vt fluens ab illis, ſed vt ſit eorum perfectio ex dif-

B fuſione à luce Solari. Hæc ferè ad verbum Caiet. Cui doctrinæ.

Propriẽtates non ponunt in numerũ cum ſubiecto ſcientiæ.

Octauo addendum eſt, eandem ſcientiam, quæ eſt de ſubiecto ſecundum eius rationem formalẽ, eſſe etiam de eius proprietatibus: nam proprietates cum ſubiecto non ponunt in numerum, ita vt accipiendum ſit aliquod cõmune ad ſubiectum & proprietates, quod ſit ſubiectum ſcientiæ, alioquin deſtrueretur tota doctrina Ariſt. 1. poſt. vbi

Ariſt.

docet, per diffinitionem ſubiecti probari de ſubiecto ſcientiæ paſſiones, & proprietates. Cum itaq; Deus ratione Deitatis ſit propria cauſa dictarum proprietatum, ſcilicet luminis gloriæ, gratiæ, cha-

C ritatis, & cęterorum omnium entium diuini, & ſupernaturalis ordinis, ex quibus ꝓprietatibus deriuatur alia, quæ eſt reuelabilitas, quaſi ſecunda paſſio, ex prima: ſequitur Deum eſſe proprium, & adæquatum ſubiectum entium ſupernaturalis ordinis, & reuelabilitatis: Quo fit, vt ſcientia, quæ eſt de Deo ratione Deitatis, ſit de Deo tanquam de adæquato ſubiecto, licèt de prædictis etiam agat: ſicut ſcientia de homine tractat de primis, & ſecundis eius paſsionibus.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

Deus eſt ſubiectũ adæquatũ.

D PRima Concluſio. Si loquamur de ſubiecto adæquato continente rationem formalẽ quæ, quod prædicatur de omnibus, ſi non in recto, ſaltem in obliquo, tale ſubiectum eſt Deus. Probatur hæc concluſio ratione D. Thom. in corpore ar. ſuperius explicata. Secundò probatur exemplo corporis ſanabilis, quod eſt ſubiectum in ſcientia medicinę. Tertio ſic. Illud eſt ſubiectum adæquatum in ſcientia, cui conuenit ratio formalis ſub qua, tanquam paſſio cõnaturalis fluens ab eius ratione formali quæ; at Deus eſt huiuſmodi; ergo Deꝰ eſt ſubiectum adæquatum in hac ſcientia. Maior

E patet ex tertio articulo: Minor etiam eſt euidens ex iam dictis.

Deus eſt ſubiectũ principalis.

Secunda Concluſio. Inter conſiderata materialiter ab hac ſcientia; Deus eſt ſubiectum principale. Hæc Concluſio patet ex quinto fundamento ſuperius explicato ex doctrina S. Tho. in 1. ſentent.

Ens diuinum &c. eſt ſubiectum adæquatum.

Tertia Concluſio. Ens diuinum per inſpirationẽ cognoſcibile eſt ſubiectum adæquatum ſacræ Theologiæ cõe per prædicationẽ explicans vtrãque rationem formalem, ſcilicet quæ, in illo termino diuinum; & ſub qua, in illis verbis; per inſpirationem cognoſcibile. Hæc concluſio patet ex ſu-

 pradi-

prædictis; vbi etiam diximus poſſe intelligi dictā prædicationem dupliciter; vno modo in recto; alio modo in obliquo; Si ſuſtineatur in recto; erit propria prædicatio de omnibus entibus ordinis ſupernaturalis, quæ propriè diuina ſunt; de perfectionibus verò naturalibus erit valde impropria; nam, licet perfectiones ſimpliciter, quæ ſunt in creaturis, ſint etiam formaliter in Deo, & à diuinis perfectionibus ſint exemplatę, diuinæ tamen propriè non ſunt, cum ſoli Deo non ſint connaturales, ſicut illæ, quæ ordinis ſupernaturalis ſunt; poterunt tamen in hac ſcientia quadam ratione dici diuinæ, quia ab ea conſiderantur, vt participationes diuinarum perfectionum; Si autem ſuſtineamus dictam prædicationem tãtùm in obliquo de rebus creatis, planior erit ſenſus, & multas eua det difficultates.

Quarta concluſio: Parum differunt, & in idem ferè conincidunt ambo dicta D. Tho. hic, & in 1. ſent. Probatur: nam idem ferè eſt dictu ſcientiam de ſano habere pro ſubiecto hoc, quod dico ſanū, & habere animal ſanum; Ergo idem eſt dicere Deum eſſe ſubiectum in Theologia, & ens diuinum per inſpirationem cognoſcibile. Conſequentia patet à ſimili; nam ſanum, & ens diuinum ſunt analoga eadem analogia; ſimiliter animal ſanum, & Deus ſunt prima analogata ſub ſuo analogo. Antecedens probatur, quia in animali eſt tota ratio ſanitatis formaliter, à qua reliqua denominantur ſana: Ergo Animal ſanum eſt adæquatum ſubiectū in ſcientia de ſano, cum contineat adæquatè totam rationem formalem. Et licèt ſanum, quod eſt commune analogum ad omnia, quæ quocunq; modo dicuntur ſana, contineat in ſe, nedum totā rationem formalem ſanitatis, ſed etiam omnes reſpectus ad ipſam, non confert tamen ipſi ampliorem prædicationem, quàm ſit illa, quæ conuenit primo analogato, quod de omnibus ĩ obliquo prędicatur; ſicut etiam animal, licèt non ſit cõe analogum ſicut ſanum. Ita pariter dicendum eſt de ente diuino, & de Deo reſpectu ſcientiæ Theologiæ, & conſideratorum in ea. Et quia cõitas, ſiuè vniuoca, ſiue analoga non eſt conditio ad ſubiectū ſcientiæ neceſſaria; continere autem in ſe rationem formalem in ſcientia conſideratam, eſt cõtinere proprium conſtitutiuum ſubiecti; ſequitur, cum Deus contineat in ſe adæquatè rationem formalem in Theologia cõſideratam, quę eſt Deitas, ſit ēt proprium, & adæquatum in hac ſcientia ſubiectum. Et quia hoc eſt illud, quod ſimpliciter, & præcipuè conſiderandū eſt, ideo S. Tho. in ſumma magis propriè, & formaliter loquens aſsignauit pro ſubiecto Theologiæ noſtræ Deū, qui propriè, & adæquatè continet in ſe rationem Deitatis ſupponens ea, quæ in tertio, & quarto art. dixerat de ratione formali ſub qua, quæ eſt diuina reuelatio. Et eadem ēt ratione, ſi ſuſtineamus prædicationem in recto entis diuini de omnibus conſideratis in hac ſcientia, dicendum erit, in ſubiecto aſsignando, magis attendendam eſſe propriā, quàm impropriam prædicationē; qualis eſt illa, qua ens diuinum prædicatur de perfectionibus naturalibus. Denique, cum perfectiones ſupernaturalis ordinis ſoli Deo, tanquam proprio ſubiecto ſint connaturales vt proprietates, modo noſtro intelligendi, vt explicauimus ex Caietano, conſequens eſt, vt cum Deo non ponant in numerum, vt ſcilicet ſint aliæ partes ſubiectiuæ ſub ente diuino.

Idem ſubiectū eſt Deus & ens diuinum &c.

S.D. in ſūma magis propriè, & formaliter loquitur.

Ex dictis facilè poſſunt omnes prænotatę ſententiæ ad concordiā reduci, & in bono ſenſu ſuſtineri. Nam Capręolus verum dicit, licèt minus ſufficienter loquatur. Caiet. verè affirmat S. Tho. opinatiuè in ſententijs loquutum fuiſſe; quia ibi S.D. modum dicendi, licèt minus formalem, & minus proprium, probabilem tamen, immo verum expreſsit; opin. Pet. Bergomenſis vera eſt in ſenſu tertię concl. & comparando Deum ad ens diuinum; ſic enim habet rationem primi, & principalis analogati, & conſequenter principalis ſubiecti; cum tamen abſolutè ſit adæquatum ſubiectum, vt oſtēdimus; Denique ſententia Syluestri quo ad primā partem veriſsima eſt, ſcilicet vnam, & eandem eſſe ſententiam D. Tho. in vtroque loco. Quo ad ſecundam autem exponenda eſt in ſenſu dato penultimę opinioni, ſcilicet Petri Bergomenſis. Vided' eſt ēt S. Th. in opuſc. 72 vbi ſeipsū cõcordat.

Concordātur opiniones.

Pet. Bergomenſis.

Syluestri.

Pet Bergomēſis. S. Thom.

Argumentum difficilè contra primam, & quartam Concluſiones, & eius ſolutio.

POſtremò adducendum eſt vnum argumentū contra primam ſimul, & quartam Concluſiones: Eſt autem tale argumētum: Quando proprietas aliqua vniuerſalis ſecundum prædicationem habet ſubiectum adęquatum ſecundum prędicationem, in quo reperitur cauſa, ſecundum q̃ ineſt quibuſcunq; illa proprietas, illud tale eſt ſubiectū ſecundū qđ ipſum; nec eſt requirendū pro primo ſubiecto illud, ad quòd per viā reſolutionis proprietas illa, & eius principia reducuntur; ſed reuelabilitas, eſt quędam proprietas vniuerſalis ſecundū prædicationem, & habet pro ſubiecto adæquatò ſecundum prędicationem ens diuinum, in quo reperitur cauſa, ſecundum quam ineſt quibuſcunque hęc proprietas; ergo ens diuinū erit propriū, & adęquatum ſubiectum reuelabilitatis; ergo ēt erit proprium, & adęquatum ſubiectum Theologię, nõ autem Deus, in quē reſoluitur ens diuinū, & reuelabilitas. Maior probatur: quia alioquin periret doctrina tradita in 1. poſt. c. de vniuerſali, vbi docemur ſiſtere, quando adęquatum ſubiectū per prędicationem inuenimus, & cauſam in eo, p quā cęteris illa paſſio ineſt; nam aliàs nulla paſſio poſſet poni proprietas cõis alicui analogo ad ſubſtantias, & accidentia; cum accidentia, & eorum proprietates, & principia, in ſubſtantijs virtualiter includantur, & in eas reſoluantur, vt benè docet Caietanus in quęſtione de ſubiecto philoſophię naturalis; Minor autem quò ad primam partem patet ex dictis in tertio artic. quò ad ſecūdam verò, videlicet equalitatem prędicationis, patet, qm̃ omne ens diuinū eſt reuelabile, & econtra; quò ad tertiam, ſcilicet quod in ente diuino ſit

Caiet.

cauſa,

cauſa, quæ facit aliquid eſſe reuelabile, probatur. Cauſa propria, propter quam aliquid eſt reuelabile, eſt eſſe diuini ordinis, ideſt, ordinis ſupernaturalis; nam ex hoc, quod aliquid talis ordinis eſt, non poteſt cognoſci lumine naturali humano, vel Angelico; ergo ens diuinum cōtinet cauſam, ſecūdum quam ineſt, quibuſcunque ineſt, reuelabilitas: At cōſtat præter Deum, & diuinas perfectiones multa eſſe creata, entia ordinis ſupernaturalis, ſicut gratia, charitas, dona Spiritus ſancti gloria, & ſimilia, quæ intrinſecè, & eſſentialiter ſupernaturalia ſunt, & diuina, ideſt diuini ordinis, vel diuinitatem ſingulari modo participantia; ergo Deitas ſecundum ſe, non erit cauſa adæquata reuelabilitatis, ſed ſupernaturalitas ordinis, ſeu hoc, quod dico, ens diuinum, quod eſt commune ad Diuina eſſentialiter, & ad diuina participatiue; ergo Deus nō erit ſubiectum ſacræ Theologię, ſed ens diuinum.

Cauſa reuelabilitatis eſt ſupernaturalitas.

Reſpondetur, & negatur minor propoſitio. Ad probationem dico illa entia ſupernaturalia eſſe proprietates diuinæ naturæ, & vt tales conſiderari à Theologo; & ideo earum cauſalitas reſpectu reuelabilitatis, non eſt alia à cauſalitate, quæ conuenit diuinæ naturæ in ordine ad ſupernaturalia creata, vel pro alia non eſt computanda, aut exiſtimanda; ſicut nec cauſalitas primæ paſſionis reſpectu ſecundæ eſt alia à cauſalitate ſubiecti, à qua primò, & radicaliter dependet.

Replica.

Sed contra hanc reſponſionem poſſunt afferri tria argumenta; Primum eſt: Fides, ſpes, & alia ſimilia ſupernaturalia, quę intrinſecè dicunt imperfectionem, non poſſunt eſſe connaturalia diuinę naturæ, neque illius proprietates, cum diuinæ naturæ nulla congruat imperfectio.

Secundum eſt: Gratia, charitas, & gloria, & alia ſupernaturalia, ſunt quædam res à Theologo ſcibiles, de quibus formātur diuerſi tractatus, & probantur multæ proprietates, ergo ponunt in numerum cum diuina natura, & non ſunt tantùm eius paſſiones.

Tertiū eſt: Propria paſſio inhæret ſubiecto: ſed prædicta non inhærent diuinæ naturæ: non enim gratia, & charitas creata, & ſimilia inſunt diuinę naturæ: ergo.

Quō ſupernaturalia quæ intrinſecè claudunt imperfectionē ſint Deo connaturalia.

Reſpondetur ad primum: fidē, & ſpem, & quæcunque dicunt intrinſecè imperfectionē, eſſe Deo connaturalia ſecluſis imperfectionibus, quas habent ex ſubiecto, vel ſtatu ſubiecti: vt fides quatenus diuinorū cognitio, & ſpes ratione amoris incluſi, & certitudinis ſecluſis alijs imperfectionibus, ſunt diuinæ naturæ proprietates.

Ad ſecundū iam dictum eſt, quòd, ſicut de prima paſſione in philoſophia probantur ſecundæ, & tamen hoc pertinet ad ſcientiam, cuius ſubiectum adæquatū eſt id, quod eſt ſubiectum primę paſſionis, ita hæc ſcientia tractat de gratia, charitate, & ſimilibus, tāquam de proprietatibus Dei, de quo tanquam de ſubiecto adæquato agit ſacra Theologia.

Ad tertium dicitur omnia ſupernaturalia ineſſe diuinę naturę ſecluſis imperfectionibus, in ſummo quidem incommunicabiliter; citra ſummum autem communicabiliter; & ideo limitatè inſunt creaturis; ſed hoc non tollit rationem proprietatis reſpectu diuinę naturæ; ſicut quod lux inſit lunæ, & ſtellis ex communicatione lucis ſolaris non tollit, quin lux ſit proprietas connaturalis ſoli.

A

Sed aduerſus hanc determinationem eſt argumentum; nam ſecundum prędicta videtur ſimiliter dici poſſe, ſubſtantiam immaterialem eſſe ſubiectum adæquatum in Metaph. vel ſubſtantiam vt ſic; nam ei per ſe primò conuenit ratio entis, & abſtractionis à materia ſecundum eſſe, & ſecundum rationem, cum accidentia non ſint entia, niſi quia entis, vt dicitur 7. Metaph. tex. 3. *Ariſt.*

B

Reſpondetur entitatem eſſe connaturalem formaliter, non tantùm ſubſtantiæ, ſed etiam accidēti, & conſequenter etiam abſtractionem.

Sed cōtra hanc reſponſionem ſic obijcitur: Gratia, & charitas habent ſupernaturalitatem ſibi connaturalem; ergo eadem ratione ponent in numerum cum natura diuina: ſicut accidens ponit in numerum cum ſubſtantia, licèt accidens ſit cōnaturale ſubſtantiæ, à qua naturaliter profluit.

Reſpondetur naturam diuinam habere totam latitudinem ſupernaturalitatis, ita ſibi connaturalem, vt ſit idem realiter, & formaliter cum ipſa, nam gratia, charitas, & ſimilia, vt connaturalia diuinæ naturæ, ab ea non diſtinguuntur: nō eſt autem talis connaturalitas accidentis cum ſubſtantia; cum realiter, & formaliter diſtinguatur accidens à ſubſtantia in ratione entis; quo fit, vt abſtractio metaphyſica, non primò, & adęquatè cōueniat ſubſtantiæ, ſicut reuelabilitas primò, & adæquatè conuenit diuinæ naturæ, quatenus vnū eſt realiter, & formaliter cum omnibus ſupernaturalibus modo dicto.

C

ARTICVLVS VIII.

D

Vtrum hæc doctrina ſit argumentatiua.

AD octauum ſic proceditur. Videtur, quòd hæc doctrina non ſit argumentatiua: dicit enim Amb. in lib. de fi. Cathol. Tolle argumenta, vbi fides quæritur, Sed in hac doctrina præcipuè fides quæritur: vnde dicitur Io. 20. Hæc ſcripta ſunt, vt credatis. Ergo ſacra doctrina non eſt argumentatiua.

8 1. prol. a. 5 Et Boe. de tri q. 5. ar. 7. Et 1. cō. c. 7. & 8. Lib 1. de fide. cap. 5. non longè à fin. to. 2.

2 Præterea: ſi ſit argumentatiua, aut argumentatur ex authoritate, aut ex ratione. Si ex authoritate, non videtur hoc congruere eius dignitati: nam locus ab authoritate eſt infirmiſſimus, ſecundum Boet. Si etiam ex ratione, hoc non congruit eius fini: quia, ſecundum Gregorium in homilia, fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum. Ergo ſacra doctrina non eſt argumentatiua.

E

colligitur ex illo in topica Ciceronis li. 9. nō procul à fine illius hom 26. in euāgel in principio illius.

Sed contra eſt, quod dicitur ad Titum. 1. de epiſcopo amplectente eum, qui ſecundum doctrinam

Digitized by Google

ctrinam eſt, fidelem ſermonem, vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos, qui contradicunt, arguere.

Reſpondeo. Dicendum, quòd, ſicut aliæ ſcientiæ non argumentantur ad ſua principia probanda, ſed ex principijs argumentantur ad oſtendendum alia in ipſis ſcientijs; ita hæc doctrina non argumentatur ad ſua principia probanda, quæ ſunt articuli fidei: ſed ex eis procedit ad aliquid oſtendendum, ſicut Apoſtolus 1. ad Cor. 15. ex Reſurrectione Chriſti argumētatur ad reſurrectionem communem probandam. Sed tamen conſiderandum eſt in ſcientijs philoſophicis, quod inferiores ſcientiæ, nec probant ſua principia, nec contra negantem principia diſputant, ſed hoc relinquunt ſuperiori ſcientiæ: ſuprema verò inter eas, ſ. Metaphyſica, diſputat contra negantem ſua principia, ſi aduerſarius aliquid concedit: ſi autem nihil concedit, non poteſt cum eo diſputare; poteſt tamen ſoluere rationes ipſius. Vnde ſacra ſcriptura, cum non habeat ſuperiorem, diſputat cum negāte ſua principia, argumentando quidem, ſi aduerſarius aliquid concedat eorum, quæ per diuinam reuelationem habentur; ſicut per authoritates ſacræ doctrinæ diſputamus contra Hæreticos: & per vnum articulum contra negantes alium. Si verò aduerſarius nihil credat eorum, quæ diuinitus reuelantur; non remanet amplius via ad probandum articulos fidei per rationes, ſed ad ſoluendum rationes, ſi quas inducit, contra fidem. Cum enim fides infallibili veritati innitatur, impoſſibile autem ſit de verò demonſtrari contrarium, manifeſtum eſt probationes, quæ cōtra fidem inducuntur, non eſſe demonſtrationes, ſed ſolubilia argumenta.

Ad primum; ergo dicendum, quod, licèt argumenta rationis humanæ non habeant locū ad probandum, quæ fidei ſunt, tamen ex articulis fidei hæc doctrina ad alia argumentatur, vt dictum eſt.

18t. Incorp. ar. Ad ſecundum dicendum, quòd argumentari ex authoritate, eſt maximè proprium huius doctrinæ, eo quod principia huius doctrinæ per reuelationem habentur. Et ſic oportet, quod credatur authoritati eorum, quibus relatio facta eſt. Nec hoc derogat dignitati huius doctrinæ: nam, licèt locus ab authoritate, quæ fundatur ſuper ratione humana, ſit infirmiſſimus; locus tamē ab authoritate, quæ fundatur ſuper reuelatione diuina, eſt efficaciſſimus. Vtitur tamē ſacra doctrina etiam ratione humana; non quidem ad probandum fidē, (quia per hoc tolleretur meritum fidei) ſed ad manifeſtandum aliqua alia, quæ traduntur in

A hac doctrina. Cum igitur gratia non tollat naturam, ſed perficiat, oportet, quòd naturalis ratio ſubſeruiat fidei, ſicut & naturalis inclinatio voluntatis obſequitur charitati. Vnde & Apoſtolus dicit 2. ad Cor. 10. In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti. Et inde eſt, quod etiam auctoritatibus philoſophorum ſacra doctrina vtitur, vbi per rationem naturalem veritatē cognoſcere potuerunt, ſicut Paulus Act. 17. inducit verbum Arati, dicens; ſicut & quidam poetarum veſtrorum dixerunt; genus Dei ſumus.

B Sed tamen ſacra doctrina huiuſmodi auctoritatibus vtitur quaſi extraneis argumentis, & probabilibus. Auctoritatibus, autem canonicæ ſcripturæ vtitur propriè ex neceſſitate argumentando. Auctoritatibus autem aliorum doctorum eccleſiæ, quaſi arguendo ex proprijs, ſed probabiliter. Innititur enim fides noſtra reuelationi Apoſtolis, & Prophetis factæ, qui canonicos libros ſcripſerunt. Non autem reuelationi, ſi qua fuit alijs doctoribus facta. Vnde dicit Aug. in Epiſt. ad Hieron. Solis enim ſcri

C pturarum libris, qui canonici appellantur, didici hunc honorem deferre, vt nullum auctorem eorum in ſcribendo erraſſe aliquid firmiſſimè credam. Alios autem ita lego, vt quantalibet ſanctitate, doctrina que præpolleant, non ideo verum putem, quòd ipſi ita ſenſerunt, vel ſcripſerunt.

Probare, & ſoluere non idem.

Epi. 19. paulò poſt princip. to. 2.

Ratio ordinis, & ſenſus quæſiti.

Ratio ordinis.

D STabilito Sacræ Theologiæ ſubiecto, quod eſt præcipuū inter ea, quæ materialiter ſe habent ad rationem formalem ſub qua diuinæ ſcientiæ, in hoc artic. tractat modum quendam communem huic ſcientiæ, & ſapientiæ humanæ, ſcilicet metaphyſica; qui modus eſt argumentari ex principijs, & ad principia, qui etiam vt quid materiale informatur lumine diuinæ reuelationis. Quærit ergo S. Thom. An ſacra doctrina ſit argumentatiua, quod

Sēſus quæſiti.

E eſt quærere: an probet Concluſiones deducendo eas ſyllogiſtico diſcurſu ex aliquibus certoribus principijs, an verò ſimpliciter omnia, & ſingula credenda proponat; nam, ſi primū verum eſt, confirmatur hinc, quod determinatum fuit in ſecundo articulo, nimirūm, ſacrā Theologiam eſſe ſciētiam verè & propriè; ſin minus, ruit tota illa doctrina. Præcipua tamen intentio S. Thom. videtur eſſe inueſtigandi ſpeciales modos, & fines Theologicarum argumentationum; ſicut apparet ex diſcurſu totius præſentis articuli.

Forma Textus.

PRima concluſio: Sacra doctrina, non argumentatur ad ſua principia probanda, quæ ſunt articuli fidei,

Digitized by Google

dei,ſed ex eis procedit ad aliquid oſtendendũm.

Probatur dupliciter.primò: quia nulla ſcientia probat ſua principia, ſed ex principijs argumentatur ad oſtendendum alia: Ergo. Secundo probatur ſecunda pars Concluſionis auth. Apoſtoli, 1.Cor.15. qui ex reſurrectione Chriſti, argumentatur ad reſurrectionem communem probandam.

Secunda Concluſio: Sacra doctrina diſputat arguendo contra negantes principia, ſi aduerſarius aliquid cõcedat eorum, quæ per diuinam reuelationem habentur. Probatur dupliciter. Primò, quia ſuprema ſcientia inter naturales, ſcilicet metaph. diſputat contra negantes ſua principia, ſi aduerſarius aliquid concedit; ergo etiã hæc doctrina. Probatur conſequentia: quia hæc ſcientia eſt ſuprema inter omnes. Antecedens verò probatur ex differentia inter ſcientias inferiores, & ſupremam: quia inferiores, nec probant ſua principia, nec diſputãt contra negantes, ſed hoc relinquunt ſuperiori ſcientiæ metaphyſicæ. Secundò probatur: quia per authoritates ſacræ doctrinæ diſputamus contra Hæreticos, & per vnum articulum contra negantes alium.

B

Tertia Concluſio: Sacra doctrina diſputat ſoluendo tantùm contra negantes, & nihil eius concedentes. Probatur dupliciter. primò: quia ſuprema ſcientia inter naturales, videlicet Metaph. contra omnia negantes, & nihil concedentes, non poteſt diſputare, ſcilicet arguendo, ſed tantùm ſoluere. Secundò ſic. probationes contra fidem non ſunt demonſtrationes, ſed ſolubilia argumenta; ergo poteſt ea Theologus ſoluere, ſi aduerſarius nihil concedat. Antecedens probatur; fides innitur infallibili veritati; at impoſſibile eſt de vero demonſtrari contrarium; ergo probationes contra fidem non ſunt demonſtrationes, ſed ſolubilia argumenta.

C

Expoſitio Textus.

Dubitatio.

D

PRobatio ſecunda primæ concluſ. ex authorit. Apoſtol. 1.Cor.15. pugnare videtur cum ipſa concluſione. Nam ex eo loco probatur ſacram doctrinam argumentari ad ſua principia probanda; reſurrectio enim mortuorum, quæ ibidem probatur, eſt quoddam fidei principium; & quod magis vrget, S. Thom. in opuſ. 72. habet hęc verba: *Non placet nobis, quod dictum eſt in prima parte ſummæ, quod Apoſtolus arguit ex reſurrectione Chriſti ad communem reſurrectionem probandam, quia eius oppoſitum expreſsè dictum eſt paulò ante, vbi dictum eſt, quod Theologia non argumẽtatur ad ſua principia probanda, quæ ſunt artic. fidei, & hoc verum eſt.* Dominicus Bannes, ita ſoluit; Quamuis inquit reſurrectio mortuorum ſit principium Theologię, tamen argumẽtum fiebat ab Apoſt. ad illos, qui negabant huiuſmodi principium, cõcedebant autem aliud, ſcilicet reſurrectionẽ Chriſti, vnde ibidẽ ait Apoſtolus, *ſi Chriſtus prædicatur, quod reſurrexit à mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quod reſurrectio mortuorum non eſt?* ſecũdò ait D. Sanctum attuliſſe hoc exemplum, vt nos doceret ſimiliter argumentari. Sed melius exiſtimo dici poſſe S. Thom. attuliſſe dictam authorit. non ad probandam pri-

D. Thom.

Bannes.

E

1. Cor. 15.

Melior reſolutio.

A mam partem concluſionis, ſed tantum ſecundã, nimirum ſacram doctrinã ex ſuis principijs procedere ad alia probanda, ſiue ſimpliciter, vt concluſiones, ſiuè ad hominem, vel contra negantes alia, vt dicitur in ſecunda cõcluſione. Secundò dico, ſi confirmanda erat concluſ. illa auth. ſacræ ſcripturę non potuiſſe adduci exemplum, in quo concluſio non eſſet fidei principium: nam omnia contenta in ſacris litteris, vt ab eiſdem atteſtata, ſunt fidei principia, licèt ea ratione, qua vnum ex alio deducitur, ſit ſimul etiam cõcluſio. Tertiò dici poteſt, tunc apud Corrinthios nondum fortè fuiſſe plenè promulgatũ Euangelium, & ideo mortuorum reſurrectio nondum apud Corrinthios habebat rationem principij fidei. 4. dici poſſet, quòd exempla dantur; vt addiſcentes intelligant. Ad authorit. S. Tho. ex opuſ. illo 72. dici poteſt non immeritò dubitari de authorit. illius opuſculi, cum à nullo claſico authore ſit approbatum, nec Sancti Doctoris ſtylo multum videatur conformè.

Alia reſp.

3. reſponſ.

Vltima reſponſio.

B

Opuſc. 72. dubię auct.

Explicantur ſingularum concluſionum ſenſus.

SEd ſingularum Concluſionum ſenſus breuiter eſt attingendus, indicando loca, ex quibus vberiorem, quibus placuerit, liceat explicationem depromere. Quamuis igitur, vt affirmat 1. Concluſio ſacra Theologia non probet ſua principia, ea tamen explicat, & probabiliter oſtendit eſſe vera, & demonſtrat ea eſſe euidenter credibilia; quod egregiè præſtitit S. Thom. in libris con. Gentiles. Poſſunt enim ea, quæ ſunt fidei, probari ſecundùm communem rationem credibilis, vt docet S. Tho. 2.2.q.1.art.4.ad 2. vbi ait, ea, quæ ſunt fidei, poſſe eſſe viſa ſub communi ratione credibilis; vt ibidem Caietanus, & alij expoſitores latiſsimè probant: non tamen in particulari demonſtrari poſſunt; nam, licèt diſcurſu neceſſariò, poſſit vnus articulus ex alio probari; eſt tamen inutilis demonſtratio, niſi diſputatio ſit cum infidelibus negantibus aliquos articulos, qui per alios ab eis conceſſos, neceſſaria, atque eis vtiliſſima demonſtratione conuincentur; Quo genere demonſtrationis, ſæpè vſus eſt Chriſtus Dominus noſter in ſacris Euangelijs, & S. Apoſtoli ad infideles conuincendos: quorum exempla, lege apud Banneſium dub. 1. ſuper hoc articulo. Et hinc patet etiam ſenſus 2. Concluſionis, quæ intelligenda eſt de argumentatione neceſſaria. Neque tamen conſequens fit. Iudęos, aut cęteros infideles eſſe facilè ad fidẽ conuertendos: quoniam *velamen poſitum eſt ſuper faciem eorum dum legitur Moyſes* 2.Cor.3.

C

S. Tho.

Caiet.

D

Quo quæ fidei ſunt, poſſint probari.

Bannes.

E

2. Cor. 3.

Tertiæ Concluſionis ſenſum accuratè hic explicat Caiet. cuius explicationem ſequũtur, & amplificant cęteri moderni expoſitores, vt Bannes, Zumellus, Valentia, & alij, ad quos lectorem remittimus: Sed non eſt omittenda explicatio eiuſdem Caiet. 2.2.q. octaua, artic. 2. & 4. vbi ait cum veritas ſcibilium non contrarietur veritati fidei ſecundum rem, & perfectè cognoſcatur ab intellectu noſtro naturali, hinc effici, vt perfectè videre, & intelligere poſſimus omnem apparentem con-

Caiet.
Bannes.
Zumel.
Valentia.
Caiet.

Digitized by Google

contrarietatem veritati fidei non eſſe veram. Cuius ratio eſt; nam aut talis contrarietas conſurgit ex aliquo conceptu falſo, quem habemus de creaturis: & tunc illius falſitatem deprehendere poſſumus; aut conſurgit ex veritate, ſiuè ex verò cõceptu creaturæ; & tunc non comprehendendo veritatem, & quod quid eſt illius ſcibilis cognoſcere poſſumus talem cõtrarietatem non eſſe verã; quia verum verò non contrariatur; & ratio rei, ſiue qđ quid eſt omnes difficultates ſoluinde re, & ex re accidentes; Vnde perfectè videre, & intelligere poſſumus nullum eſſe verum ex naturaliter à nobis cognitis, quod verè fidei noſtræ ſit contrariũ, ac propterea non eſſe à fide recedendũ; & hoc inquit Caiet. in dicto 4. artic. attribuitur fidei, pro quãto vtitur ſciẽtia creaturarũ, & Theologia naturali in ſuũ obſequium. Ex quo deducitur interpretatio illius dicti D. Aug. 14. de Trinitate: quòd ſcientia Theologiæ fidem nutrit, defendit, roborat, & gignit; intelligitur enim de Theologia, vt ſi dei miniſtra ſecundum Caiet. licèt intelligi fortè melius poſſit de Theologia, quatenus eſt ſapientia iuxta ea, quæ diximus in art. 6. Nec verum eſſe crediderim, quod docet Vaſquez ſuper hoc articulo, videlicet rationes illas, quibus probari ſolet noſtræ fidei credibilitas ad Theologiam non pertinere, tanquam proprias ſaltem miniſterialiter. Nec illius ratio aliquid valet; ait enim: ſi ita non eſt, S. Tho. non dixiſſet contra eos, qui negant principia omnia Theologię, nihil alium ſupereſſe, quã eorum argumenta diluere; non enim per hoc dictum S. Tho. intendit excludere argumenta, quibus euidenter probatur credibilitas principiorũ noſtræ Theologiæ, ſed illa tantùm, quibus probatur eorundem principiorum veritas; nam non illa priora: ſed hæc poſteriora fidei repugnarent, & de his etiam poſterioribus procedunt probationes D. Thom. circa 1. & 3. concluſiones: Et eadem ratione perperã impugnatur Caiet. ab eodem expoſitore, quod dixerit Theologũ, vt Theologus eſt, quandoque ſoluere argumenta ex ſcitis ſimpliciter; vt ſi ſoluat rationem contra accidentia in ſacramẽto Altaris, quia accidentis eſſe, nõ eſt ineſſe actualiter, ſed aptitudinaliter; nam falſum eſt, qđ aſſumit Vaſquez, videlicet principia philoſophiæ, non fieri propria ſaltẽ miniſterialiter Theologiæ, niſi quando cum articulis fidei miſcentur ad inferendam aliquam concluſionem.

Fidei noſtræ nullũ verum eſt contrariũ.

Explicatur dictum D. Aug. 14. de Trinitate Dei. Caiet. Vaſquez reijcitur.

Recenſentur breuiter loci Theologici, & doctores præcipui, qui de illis tractarunt.

CIrcà reſponſionem ad 2. argumentum D. Th. tractãt hic expoſitores Controuerſias circa locos Theologicos numero decẽ: qui tamẽ ad tres hic à D. Tho. recenſitos reduci poſſunt; ſed quoniam aliorum diligentiam in hac parte, nedũ ſufficientem, ſed etiam redundantem exiſtimamus, à ſuperfluo nobis labore temperandum duximus.

Colligemus tamen ſummatim, breuiter, & ordinatè ſingulorum locorum, & controuerſiarum capita.

Inter locos Theologicos, qui quaſi ſedes ſunt vnde Theologus ſua depromit argumenta; Primũ locum tenet auth. ſacrarum litterarum diſtinctarum, in nouum, & vetus teſtamentum: De hoc loco multa diſputant Doct. quæ ad octo videntur reduci. Primum eſt fides, ſiuè authoritas ſingulorũ voluminum: de quo latè differit Sixtus Senenſis in ſua Biblioteca Sancta lib. 1. & 2. & Bellarminus lib. 1. de verbo Dei, ſed ſacrum Concil. Trid. ſeſſ. 4. diſputationi finem impoſuit ita decernens: *Sacrorum verò librorum indicem huic decreto adſcribendũ cenſuit, ne cui dubitatio ſuboriri poſſit, qui nam ſint, qui ab ipſa Synodo ſuſcipiuntur; ſunt verò infraſcripti*, &c. Secundum eſt inſtinctus, ſiuè motio ad ſcribendum in ſcriptore ſacro. Tertium eſt diffinitio ſacræ Scripturæ; quæ duo hic tractantur à Bãneſio. Quartum eſt origo ſacræ Scripturæ; de qua S. Thom. 1. 2. quæſt. 98. artic. tertio. Quintum eſt de eiuſdem duratione, an ſcilicet ſemper fuerit conſeruata, vel quandoque perierit. de qua Bellarminus lib. 2. de verbo Dei, cap. 1. Sextum de Idiomate, in quo primò ſcripta fuit; de quo Bannes hic dubio quarto. Septimum de editionibus, ſiuè interpretationibus eiuſdem ſacræ Scripturæ; de quo Bannes hic, & Bellarminus in dicto libro. Octauum: an habeamus ſacram ſcripturam; de qua re prædicti vbi ſupra.

Bannes. S. Thom. Bellarmin. Bannes. Bellarmin.

Secundus locus Theologicus eſt ex ſacris diuinis, & Apoſtolicis traditionibus: de quibus ſacrũ Concil. Trid. ſeſſ. 4. ſic diffinit; *Omnes libros, tam veteris, quàm noui teſtamenti; Cum vtriuſque vnus Deus ſit author, nec non traditiones ipſas, tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, vel tanquam oretenus à Chriſto, vel à Spiritu ſancto dictatas, & continua ſucceſsione in Eccleſia Catholica conſeruatas pari pietatis affectu, ac reuerentia ſuſcipit, & veneratur*; Cuius loci Tractatus in quinque ſecatur capita. Primum eſt de nomine ſacrarum traditionum; de quo Bellar. de verbo Dei non ſcripto lib. 4. cap. 2. Secundum de earum diſtinctione, de quo idem eodem cap. & Melchior Canus lib. 3. cap. 5. Tertium de earum neceſſitate. de qua idem Canus lib. 3. cap. 3. & Bellarminus vbi ſupra, cap. 4. Quartum de regulis cognoſcendi ſacras traditiones, veras, & certas à falſis, & incertis; de quo Canus ibidem cap. 4. & Bellarminus c. 9. dicti libri. Quintum de cauſis tam longè durationis ſacrarum traditionum; quas ſtatuunt eſſe quinq; prædicti authores in dictis ſuis libris.

Cõc. Trid. Bellarmin. Melc. can. Bellarmin. Melc. can.

Tertius locus eſt Authoritas Eccleſiæ: de qua Caietan. tractatu primo, cap. 11. & ſeq. Victoria relectione 1. & 2. Melchior Canus in toto ſuo lib. 4. de locis. Bannes 2. 2. quæſt. 1. art. 10. in fuſiore commentario, dubio 3.

Caiet. Victoria. Melc. can. Bannes.

Quartus eſt authoritas Concilij generalis: de qua Caiet. in dicto primo tractatu, Victoria relec. 4. Bannes 2. 2. quæſt. 1. art. 10. dubio 3. & 4.

Caiet. Victoria. Bannes.

Quintus eſt authoritas Eccleſiæ Romanæ, & ſummi Pontificis, de quo Caiet. tractatu 1. 2. & 3. Victoria, in dicta quarta relectione. Canus lib. 6. Bannes vbi ſupra, dubio 6. 7. & 8.

Sextus eſt authoritas Sanctorum Patrum Eccle-

ſiæ;

Digitized by Google

ſtæ. de quo idem lib.7.& Bannes dubio 5.

Septimus locus eſt authoritas Sanctorum Theologorum,& iuris Pontificij peritorum.de qua idē Canus lib.8.& Bannes,dubio vltimo.

Mele. can. Bannes.

Octauus eſt naturalis ratio. de qua idem Canus libro nono.

Nonus eſt authoritas Philoſophorum, de qua idem lib.10.

Decimus, & vltimus, eſt humanæ hiſtoriæ authoritas. de qua idem Canus lib.11. Et Zumel ſuper hoc artic.quæſt.4.

Mele. can. Zumel.

Expenduntur dicta expoſitorum.

Valentia.

PRima propoſitio Gregorij de Valentia. *Si quæ ſunt Doctorum Eccleſiaſticorum propria dogmata,ea quidem grauem habent authoritatem, non tamē certam & infallibilem, etiam ſi veteribus patribus nō repugnent,atque,ita non ſunt principia propria Theologiæ.* Hæc propoſitio quo ad vltimam partem,directè pugnat cum ſententia D.Thomæ in reſponſione ad ſecundum, vbi ait,ſacram doctrinam vti authoritatibus doctorum Eccleſiæ quaſi arguendo ex proprijs,ſed probabiliter; Non enim neceſſe eſt omnem locum, vnde ſumuntur argumenta, ſiuè in Theologia,ſiuè in qualibet alia ſcientia,ad hoc,vt proprius ſit,eſſe omnino certum, & infallibilem:alioquin à qualibet ſcientia non mediocrē oporteret partem expugnere,illam videlicet omnem,quæ diſcurſus continet minimè neceſſarios, aut demonſtratiuos ad normam Ariſtotelicæ doctrinæ in primo poſter.& tota librorum Topicorū diſciplina eſſet ab vſu cuiuslibet ſcientiæ longè releganda:quod nec vnquam docuit,nec vſu probauit Ariſtot. quia tam in Phyſicis, quàm in Metaphyſicis multis vſus eſt probabilibus argumentis: prout rei, de qua tractabat, videbatur natura poſtulare.

Ariſt.

Sed huic obiectioni videtur prædictus expoſitor reſpondere paulò inferius,dum ait. *Neceſſe eſt ad concluſionem propriè Theologicam,vt vel vtraque, vel certè altera præmiſſa ſit de fide,& deinde,vt firma etiam ſit conſequentia, quod ſi vel conſequentia, vel altera præmiſſarum tantùm probabilis ſit, non erit tūc concluſio propriè Theologica,neque etiam propriè pertinebit ad aliam ſcientiam, ſed erit in opinione poſita; vt enim in tractatione aliarum ſcientiarum, ſic etiam in tractatione Theologica, admiſcentur, quandoque vtiliter quidam opinionum aſſenſus. Neque enim omnes concluſiones,quas ponit artifex, ſunt etiam propriè concluſiones ſuæ artis,ſed aſſumit interdum quadam aliena.* Hæc ille. Sed quamquam verum eſt ſcientiā ſecundum propriam ſui rationem eſſe habitū per demonſtrationem acquiſitum;Sicut verum eſt,hominem eſſe animal rationale conſtans ex anima, & corpore,nihilominus, quemadmodum in humana natura, quædam ſunt partes ex ſua natura imperfectę,& ad perfectiores ordinatę; ſicut patet de ſanguine,lacte,& cambio,& ſimilibus, quæ partes integrales ſunt humani corporis, ſiuè hominis; ita in qualibet ſcientia, (vna mathematica excepta,) neceſſe eſt eſſe quaſdam partes, non

Probabiles etiā diſcurſus, & concluſiones ad integritatem ſcientię pertinent.

A quidem ad eſſentiam habitus ſcientifici,ſed ad eius integritatem neceſſarias; quę,quoniam imperfectæ ſunt in genere cognitionis,cum careant certitudine,& euidentia, non niſi propter perfectiores ſunt intentæ,ſcilicet propter perfectiorem notitiam ſubiecti, aut partium eius principalium; Vnde Ariſt.in lib.11.de partibus animalium, dicebat melius,& deſiderabilius eſſe de rebus altiſſimis,ſcire aliqua topicè, & probabiliter, quàm de rebus infimis habere perfectam cognitionem; nec Ariſt.in 12.metaph.vſus eſt,niſi diſcurſu probabili ad inueſtigandum numerum ſubſtantiarū ſeparatarum. His addamus prædictos diſcurſus,

Ariſt.

B & concluſiones probabiliter cognitas ſub eodem lumine, & ratione formali cognoſci, qua reliquæ in eadem ſcientia perfectè demonſtrata; vt patet diſcurrendo per ſingula. Igitur ad eundem habitum neceſſe eſt pertinere, licèt vt eius partes imperfectas.

ARTICVLVS IX.

Vtrum ſacra ſcriptura debeat vti metaphoris.

AD nonum ſic proceditur. Videtur,quòd ſacra ſcriptura nō debeat vti metaphoris. Illud enim quod eſt proprium infimæ doctrinæ, non videtur competere huic ſcientiæ,quæ inter alias tenet locum ſupremum,vt iam dictum eſt. Procedere autem per ſimilitudines varias, & repreſentationes, eſt proprium poeticæ,quæ eſt infima inter omnes doctrinas: ergo huiuſmodi ſimilitudinibus vti non eſt conueniens huic ſcientiæ.

C

9
1.prol ar.5
Et d.34.q.3.ar.1.& 2
Et 3.cōtra cap.159.
Et Tri.art.8. Et quolib.4.q.1.
Et op.60. cap.11.fi.
Ar.pręced

2 Præterea: Hæc doctrina videtur eſſe ordinata ad veritatis manifeſtationem: vnde & manifeſtatoribus eius præmium promittitur. Eccleſ.24. qui elucidant, me vitam æternam habebunt. Sed per huiuſmodi ſimilitudines veritas occultatur. Non ergo competit huic doctrinæ diuina tradere ſub ſimilitudine corporalium rerum.

D

3 Præterea: quantò aliquæ creaturæ ſunt ſublimiores,tantò magis ad diuinam ſimilitudinem accedunt; ſi igitur aliquæ ex creaturis tranſumerentur ad Deum, tunc oporteret talem tranſumptionem maximè fieri ex ſublimioribus creaturis,& non ex infimis.Quod tamen in ſcripturis frequenter inuenitur.

E

Sed contra eſt,quod dicitur Oſeæ 12. Ego viſionem multiplicaui eis, & in manibus prophetarum aſſimilatus ſum. Tradere autem aliquid ſub ſimilitudine,eſt metaphoricum. Ergo ad ſacram doctrinam pertinet, vti metaphoris.

Reſpondeo. Dicendum,quòd conueniens eſt ſacræ ſcripturæ diuina,& ſpiritualia ſub ſimilitudine corporalium tradere. Deus enim omni-

Digitized by Google

omnibus prouidet, ſecundum quod competit eorum naturæ: eſt autem naturale homini, vt per ſenſibilia ad intelligibilia veniat, quia omnis noſtra cognitio à ſenſu initium habet. Vnde conuenienter in ſacra ſcriptura traduntur nobis ſpiritualia ſub metaphoris corporaliũ, & hoc eſt, quod dicit Dionyſ. 1. capit. cęleſt. Hierar. Impoſſibile eſt nobis aliter lucere diuinum radium, niſi varietate ſacrorum velaminum circumuelatum. Cõuenit etiam ſacræ ſcripturæ, quę communiter omnibus proponitur (ſecundùm illud ad Rom. 1. Sapientibus, & inſipiẽtibus debitor ſum) vt ſpiritualia ſub ſimilibus corporalium proponantur, vt saltẽ, vel ſic rudes eam capiant; qui ad intelligibilia ſecundùm ſe capienda non ſunt idonei.

cap. 1. circa mediũ.

Ad primum; ergo dicendum, quod poeta vtitur metaphoris propter repreſentationẽ; repreſentatio enim naturaliter homini delectabilis eſt. Sed ſacra doctrina vtitur metaphoris propter neceſſitatem, & vtilitatem, vt dictum eſt.

Ad ſecundum dicendum, quòd radius diuinæ reuelationis non deſtruitur propter figuras ſenſibiles, quibus circumuelatur, vt dicit Dionyſ. ſed remanet in ſua veritate, vt mentes, quibus fit reuelatio, non permittat in ſimilitudinibus permanere, ſed eleuet eas ad cognitionem intelligibilium, vt per eos, quibus reuelatio facta eſt, alij etiam circa hæc inſtruãtur. Vnde ea, quæ in vno loco ſcripturę tradũtur ſub metaphoris, in alijs locis expreſſius exponuntur. Et ipſa etiam occultatio figurarum vtilis eſt ad exercitium ſtudioſorum, & contra irriſiones infidelium; de quibus dicitur Matth. 7. Nolite ſanctum dare canibus.

Incorp. ar

Ad tertium dicendum, quòd, ſicut docet Dionyſ. c. 2. cęleſt. Hierarc. magis eſt conueniens, quòd diuina in ſcripturis tradantur ſub figuris vilium corporum, quàm corporum nobilium. Et hoc propter tria. Primò, quia per hoc magis liberatur humanus animus ab errore. Manifeſtum enim apparet, quòd hæc ſecundùm proprietatem non dicuntur de diuinis: quod poſſet eſſe dubium, ſi ſub figuris nobilium corporum deſcriberentur diuina, maximè apud illos, qui nihil aliud à corporibus nobilius excogitare nouerunt.

cap. 2. Celeſt. Hier. cap. 2. non multum remote ante medium.

Secundò, quia hic modus conuenientior eſt cognitioni, quam de Deo habemus in hac vita. Magis enim manifeſtatur nobis de ipſo quid non eſt, quàm quid eſt: & ideo ſimilitudines illarum rerum, quæ magis elongantur à Deo, veriorem nobis faciunt æſtimationem, quòd ſit ſuprà illud, quod de Deo dicimus, vel cogitamus.

A

Tertiò, quia per huiuſmodi diuina magis occultantur indignis.

Ratio ordinis, & ſenſus quæſiti.

TRactat S. Thomas in præſenti articulo modum quendam ſpecialẽ pertinentem ad id, quod eſt materiale in hac ſcientia, ſcilicet vſum metaphoræ circa diuina.

Ratio ordinis.

In hoc quæſito, duo ſunt termini declarandi; Primus eſt ſubiectum ipſius quæſiti, videlicet *ſacra Scriptura*, quę differt à ſacra doctrina tanquam ſpeciale à communi; nam ſacra doctrina dicitur de ea, quæ eſt in libris canonicis ſacrarum ſcripturarum, & de Doctrina per diuinas traditiones habita, & de ſcientia ſacræ Theologię per diſcurſum ex principijs deducta; ſacra verò ſcriptura ea tantùm eſt, quæ in ſacris Biblijs noui, & veteris teſtamenti continetur; Quę tamen rationem habet & principiorum, ſcilicet quatenus ea, quæ à fidelibus credenda ſunt, ſimpliciter proponit, & rationem ſcientiæ, quatenus ex principijs diſcurrit ad concluſiones, vt ſuprà oſtendimus in articulo tertio huius quæſtionis; Hic ergo S. Thom. de hac ſola parte ſacrę doctrinæ quærit, quæ ſacris litteris continetur: nam etiam rationes, quas adducit S. Doct. in hoc articulo de hac ſola procedunt.

Senſus quæſiti.

B

C

Alius terminus explicandus eſt ille, qui ponitur à parte prædicati, nimirum vox illa, *metaphora*, quæ nihil aliud eſt, quàm vox rebus aliquibus applicata, non ſecundum propriam ſui ſignificationem, ſed ſecundùm aliquam ſimilitudinem ad id, quod propriè per illam ſignificatur: quemadmodum cum in ſacris litteris dicitur; *Deus noſter ignis conſummens eſt*, non enim propriè Deus eſt Ignis, ſed ſimilitudinẽ in ſuis operibus gerit ignis conſumentis; Verùm neceſſe eſt huius nominis *metaphora*, ſignificationem paulò latius explicare; *Metaphora*, nil aliud ſonat, quàm translatio; Eſt autem *metaphora* de re propria, ad rem non propriã verbi vſurpata translatio, vt docet D. Aug. cui cõſonat deſcriptio Quintiliani dicentis. *Metaphora eſt verbi, vel ſermonis, à propria ſignificatione ad aliã cum virtute mutatio*; Sicut cum Dominus Ioannis 15. ait: *Ego ſum vitis, & vos palmites*; vbi nomen vitis ad ſeipſum transfert, nomen verò palmitum ad diſcipulos propter ſimilitudinem inter vitem, & Chriſtum, & palmites, & diſcipulos. Nã, quẽadmodum ex vite, trahunt palmites vitam, & humorem, ex quo generantur fructus, quamdiu palmites viti cohærẽt; ita diſcipuli & omnes Chriſtiani, quamdiu Chriſto perſeuerant coniuncti per fidem, ſpem, & charitatem, ab eo trahunt vitam ſpiritualem, & vim ſuorum meritorum. Dicitur autẽ *metaphora*, tranſlatio de re propriè ſignificata, ad rem non propriè ſignificatam, vt diſtinguatur metaphora à ſimilitudine; in qua nulla eſt tráslatio; ſed in ea accipiuntur voces in ſua propria ſignificatione; ſicut, cum primæ Petri quinto dicitur *ſobrij eſtote, & vigilate, quia aduerſarius veſter Diabolus,*

Qui metaphora.

D

D. A[ug.] Quin[til.]

Io. 15

E

Qu[id] ſing[ularis] metaphora à ſi[mili]tudi[ne].

1. Pet

lus,tanquam Leo rugiens, circuit quærens, quem deuo ret: non enim Diabolus appellatur Leo,ſed Leoni ſimilis dicitur; vnde nomen Leonis eo loco in proprio ſumitur ſignificato : ſicut etiam,cum dicitur *ſimile eſt regnum Cælorum Theſauro* , vel *decem virginibus*, vel *homini regi*; nam in dictis loquutionibus ad litteram nil aliud ſignificatur,quàm quod eſt quædam ſimilitudo inter regnum Cęlorum,& Theſaurum,& alia prædicta : Et hinc deducitur alia differẽtia; nam in Metaphoris ſenſus litteralis ille eſt, quem voces impropriè , & translatitiè ſignificant:in ſimilitudinibus verò ſenſus litteralis eſt ille, quem voces in ſuo proprio ſignificato repreſentant. Quo fit vt nunquam ſub ſenſu litterali lateat falſitas,vt benè deducit S.Thom. inſequenti *articulo* ad tertium. Præterea obſeruandũ ex S.Thom. nomine metaphoræ hìc vti latiſsimè, quatenus ſe extendit ad omnem tropum , ſiue ſit in verbis ſimplicibus, vt ſinecdoche, Methonomia, Antonomaſia,& ſimiles,ſiue in verbis compoſitis,vt Iperbole Ironia, Antiteſis,& ſimiles:nã per Iperbolem dictum eſt illud , Geneſ. 11. *faciamus nobis ciuitatem,& Turrim, cuius culmen pertingat ad Cælum* , nam ſenſus eſt:faciamus Turrim , quæ ſit miræ magnitudinis. Illud verò Geneſ.tertio. *Ecce Adam factus eſt , quaſi vnus ex nobis*, per ironiam dictum eſt ,ac ſi diceret:longè aliter euenit,quàm cogitauerat . Per antiphraſim verò dictum eſt illud.Iob 2. *Benedic Deo,& morere*, ideſt, maledic,& ſimiliter illud tertij Reg.ſexto; *Benedixit Nabot Deo,& regi*, ideſt,maledixit. Vnde nõnulli tropos omnes ſub metaphora,tanquam ſub vno communi genere cõprehendunt;licet Quintilianus,& alij metaphoram, vt ſpeciem alijs cõdiuiſam accipiant.

S.Thom. Gen. 11. Gen. 3. Iob 2. 3.Reg.6. Quintil.

Forma Textus.

C*Oncluſio S.Thom.eſt. Conueniens eſt ſacræ Scripturæ diuina,& ſpiritualia ſub ſimilitudine corporalium tradere . Probatur tripliciter: Primo: Deus omnibus prouidet ſecundùm quod competit eorum naturæ; at eſt naturale homini, vt per ſenſibilia ad intelligibilia veniat. Ergo conueniens eſt &c. Minor probatur; quia omnis noſtra cognitio à ſenſu initium habet . Secundò probatur concluſio authoritate Dionyſij in primo capitulo cæleſtis Hierarch.dicentis , Impoſsibile eſt nobis aliter lucere diuinum radium , niſi varietate ſacrorum velaminum circumuelatum. Tertiò ſic probatur: Sacra ſcriptura omnibus hominibus communiter proponitur; ergo congruè ſpiritualia ſub ſimilitudinibus corporalium in ea traduntur . Antecedens probatur authoritate Apoſtoli ad Romanos primo* . Sapientibus,& inſipientibus debitor ſum . *Conſequentia probatur:quia rudes, qui non ſunt idonei ad intelligibilia , ſecundum ſe capienda , vel ſic ea capere poſſunt. Probatur etiam authoritate ſacræ ſcripturæ Oſeæ 12. adducta in argumento ad oppoſitum;* Ego viſionem multiplicaui eis , & in manibus prophetarum aſſimilatus ſum.

Dionyſ. Rom. 1. Oſeæ 12.

A

Expoſitio Textus.

Declaratur ſenſus concluſionis,& aperitur intelligentia,& efficacitas probationis .

SEd prædicta ſunt diligentius exponenda ; & primò ſenſus Concluſionis,quem videtur exponere S.Thom.in primo ſent.in quæſtione Prologi,articulo quinto,dicens: *Quia principia huius ſciẽtiæ non ſunt proportionata humanæ rationi ſecundum ſtatum viæ, quæ ex ſenſibilibus cõſueuit accipere, oportet, vt ad eorum cognitionem per ſenſibilium ſimilitudines manducatur; vnde oportet modum huius ſcientiæ eſſe metaphoricum.* Ex quibus verbis apparet ſciẽtiam hanc, non niſi in parte principiorum vti metaphoris; quod etiam congruit alijs ſciẽtijs;nam Ariſt.ſecundo poſterior.non arcet metaphoram , niſi à parte ſcientificæ propter æquiuocationem, quæ tollit vim probatiuam argumenti; vnde etiã in prohemio metaphyſices Ariſtot. ſcientiam illã vocat Reginam,& Deam ſcientiarum; quæ eſt aptiſsima metaphora ad illius excellentiam, & dignitatem ſignificandam . Quod verò idem Ariſt. in primo phyſic.vtatur artificiatorum comparatione ad rerum naturalia principia manifeſtanda,non ad metaphoram , ſed ad ſimilitudinem pertinet .

S.Thom.Theologia non vtitur metaphoris, niſi in parte principiorum. Ariſt.

B

C

Secundò circa minorem primæ probationis,ſ. *homini connaturale eſt , vt per ſenſibilia ad intelligibilia veniat;* notanda eſt doctrina S.Tho.infra quæſtione octuageſima quarta,articulo ſeptimo , vbi reddit propriã cauſam dictæ propoſitionis.Quia ſcilicet potentia cognoſcitiua proportionatur cognoſcibili,intellectus autem humanus eſt potentia animæ,q eſt corpori coniuncta; & ideo quidditas rei corporeæ,ſiue naturalis,eſt eius proportionatum obiectum, ex quo etiam in inuiſibilium rerum aliqualem cognitionem aſcendit ; quod et experientia probat; nam,cum aliquis enititur aliquid intelligere,format ſibi aliqua phantaſmata per modum exemplorum , in quibus quaſi inſpiciat,quod intelligere ſtudet ; vnde quando aliquẽ docere volumus,proponimus ei exempla, ex quibus ſibi phantaſmata formare poſſit; Et ideo dixit Ariſt.tertio,de Anima tex.trigeſimo,animam ſine phantaſmate nihil intelligere , & neceſſe eſſe intelligentem phantaſmata ſpeculari.

Cur naturale ſit homini, vt ꝑ ſenſibilia cognoſcat intelligibilia.

D

Tertiò obſeruandum eſt, ad perfectam cuiuſq; rei cognitionem duo concurrere, ſcilicet, apprehenſionem,& iudicium. Sed conſiderandum, eſt, in apprehenſione duo eſſe , ſcilicet receptionem, & cognitionem; receptione namque primò ſuſcipitur ſpecies aliquid repreſentans , deinde reſultat cognitio; Et in cognitione quidem naturali receptio,repreſentatio,& apprehenſio dependent ex ſenſibilibus. In cognitione autem ſupernaturali quandoque receptio ſpecierum cum ſua naturali repreſentatione dependet ex ſenſibilibus, ſed actualis ſupernaturalium repreſentatio,& cognitio per eas dependet à Deo, vt agente ſupernaturali;quandoque verò etiam ſpecies ipſæ de nouo diuinitus infunduntur ad ſupernaturalia repreſentanda,

Quo differant apprehenſio , & iudicium cognitionis naturalis ab eiſdẽ in cognitione ſupernaturali.

E

Digitized by Google

tanda,& cognoſcenda;Iudicium autem in cognitione naturali,fit per naturale lumen ex cauſis rerum naturalibus;ſed in cognitione ſupernaturali, iudicium fit per lumen ſupernaturale diuinitus menti infuſum de rebus ſupernaturalibus per altiſſimas cauſas ordinis ſupernaturalis,ſiue ad veritates aliquas cognoſcendas,ſiue ad operationes ſecundum diuinæ regulæ directionem actu exercendas. Et præterea aduertendum eſt, aliud eſſe loqui de cognitione,quæ fit per immediatam reuelationem,qualis eſt cognitio fidei,& prophetię; & aliud loqui de cognitione, quæ fit per mediatã reuelationem; qualis eſt cognitio ſcientiæ Theologicæ;nam prior cognitio quandoq;fit per ſpecies, & lumen diuinitus infuſum; quandoque per ſpecies naturaliter acquiſitas, ſed illuſtratas lumine ſupernaturali; At cognitio Theologica,fit per ſpecies naturaliter acquiſitas, & per lumen Theologicum immediatè: per lumen autem fidei mediatè,vt ſupra declarauimus. Quando ergo ait Sanctus Thomas,naturale eſſe homini,vt per ſenſibilia ad intelligibilia veniat,& noſtram omnem cognitionem ortum habere à ſenſu,ac propterea ſacram ſcripturam conuenienter vti metaphoris,loquitur proculdubio de cognitione fidei, quæ eſt eorum,quæ in ſacris litteris ſunt nobis diuinitus reuelata,& ſignificat id, quod regulare eſt nobis in ſupernaturalium cognitione; ad quorum apprehenſionem non infunduntur nobis, niſi valde rarò,nouæ ſpecies;& ſi quando infunduntur,ſimiles ſunt in modo repreſentandi noſtris ſpeciebus ex ſenſibilibus acceptis. Quamobrem diuinorum cognitioni, quæ nobis in ſacris litteris eſt reuelata, rerum ſenſibilium metaphoræ valdè congruunt. Legendus eſt S.Thom.2.2.quæſt.173.art.2.

S.Tho.

Quę neceſſitas metaphoræ.

Quartò conſiderandum eſt; duplici exiſtente neceſſitate ratione finis,vna ſimpliciter, & altera ad benè eſſe,rationes D.Tho.non probare neceſſitatem ſimpliciter,ſed tantùm ad benè eſſe. Nam ex hoc, quod connaturale eſt homini intelligibilia per ſenſibilia cognoſcere,ſequitur vtiliſſimas, ac valdè condecentes eidem eſſe metaphoras;quę vices ſupplent ſpiritualium ſpecierum, quæ de ſpiritualibus haberi deberent ſecundùm ſe. Nec tamẽ ſimpliciter neceſſariæ sũt metaphoræ;quia, licèt ſine phantaſmatibus non poſſit homo diuina intelligere,poteſt tamen ſine metaphoris;quod ſignificauit Dionyſius dicens; *impoſſibile eſt nobis aliter lucere diuinum radium*, &c. quoniam impoſſibile,& neceſſarium non,æquipollent;vnde quot modis diſtinguitur neceſſarium, tot modis diſtinguitur impoſſibile; vt benè notauit Caiet.

Dionyſ.

Caiet.

Afferuntur quatuordecim cauſæ, ob quas ſacra ſcriptura metaphoris vtitur, & indicantur regulæ ad earum intelligentiam neceſſariæ.

QVintò notandum eſt,in præſenti articulo aſſignari quatuor cauſas,ob quas ſacra ſcriptura vtitur metaphoris. Prima eſt ex connaturalitate hominis ad ſenſibilia;quæ tangitur in prima ratione,& in authoritate Dionyſij. Secunda eſt ex incapacitate multorum rudium reſpectu rerum ſpiritualium; quæ affertur in ſecũda ratione. Tertia aſſignatur in reſponſione ad ſecundũ, ſcilicet exercitium ſtudioſorum. Quarta in eadẽ reſpõſione,ſcilicet euitatio irriſionis infidelium, iuxta illud Matth. ſeptimo. *Nolite ſanctum dare canibus*; quibus addit S. Thom. Quintam de metaphoris vilium corporum in reſponſione ad tertium;quàm tamen idem Sanctus Doctor in primo ſentent. extendit ad omne genus metaphoræ dicens;*hæc corporea magis à Deo remouentur, & diſtãt, & ideo,cum modus conuenientiſſimus ſignificandi diuina ſit per negationem, conuenientius iſtis ſimilitudinibus vtimur*;quod clarius explicat in primo ſentent. diſtinct. 34.quæſt.3. Sextam addit ibidem vitationem,ſcilicet erroris in ſimplicibus,quibus ideo profunda fidei ſunt ſub metaphoris occultãda. Septimam adducit ibidem ex parte naturę noſtræ ſenſitiuę dicens; *Cum in nobis duplex ſit pars cognoſcitiua,ſcilicet intellectiua,& ſenſitiua, prouidit diuina ſapientia, vt vtraque pars ſecundùm quod poſſibile eſſet, in diuina reduceretur; & ideo figuras corporalium adhibuit, quæ ſenſitiua parte capi poſſunt, quia ipſa intellectualia diuinorum non poterat attingere.* Quibus addi poſſunt aliæ ſex ex ſanctis Patribus;erit ergo octaua cauſa ex D. Auguſt. lib. 2. de doctrina Chriſtiana,cap.6.& D.Thom. quolibet ſeptimo, articulo primo,ad ſecundum; *ad edomandam Sancto labore ſuperbiam*. Nonam ſubdit ibidem Auguſtinus immediatè addens; *& ad intellectum à faſtidio reuocandum,cui facilè inueſtigata plerumque vileſcunt*. Eandem aſſignat S. Thom. in dicto quolibet. Decimam aſſignat Theophilactus ſuper Lucam vndecimo capit. vt videlicet,maiori diligentia, auiditate,& attentione,diuina inueſtigemus myſteria. Vndecimam tradit S. Hierony. libro ſeptimo in Iſaiam capit. decimo octauo, vt ſcilicet,per metaphoræ obſcuritatem excitemur, ad poſtulandam à Deo intelligentiam. Duodecimam docet D. Auguſt. vndecimo de ciuitate Dei, capit. decimo nono, & Epiſt. 19. vt ex vna,atque eadem litterali ſententia,multas haberemus Sanctorum Eccleſiæ doctorum interpretationes. Tertiam decimam explicat Diu. Ioann. Chriſoſtom. hom. 38. in Matt. vt ſcilicet, firmius diuina memoriæ noſtræ impreſſa remanerent. Prædictis poteſt addi decimaquarta tacta ab Auguſtino in ſecundo de doctrina Chriſtiana in dicto ſexto capit. vt ſcilicet,rerum diuinarum ex metaphoris cognitę veritates,nobis redderentur chariores,& precioſiores. Nam,quæ facilè,ac paruo labore ſunt inuẽta,vileſcunt.

Mat.

S. T

D. A

D. T

Aug.

Theo.

Hier.

Aug.

Chri.

Aug.

Sextò,vt legitimum habeamus metaphoricæ locutionis ſenſum,plura ſunt præ oculis habenda. Nam primò plurimum conferunt regulæ quædã ex Ticonio traditæ à Diuo Auguſtino in tertio libro de doctrina Chriſtiana à cap. 30. vſque ad finem dicti libri. Secundo neceſſe eſt, vt diligenter cõſideremus illius rei naturam, & proprietatem, in qua fundatur metaphora alijs tanquam minimè ad rem pertinentibus omiſſis; vt docet Euſeb. lib.8. de præparatione Euangelij,cap.8. Denique atten-

Qđo beatus ſus m phori quuti Aug.

Euſeb.

Digitized by Google

D Aug. attendenda eſt diligenter regula Diui Auguſtini libro octauo ſuper Gen. ad litteram capit. 7. nimirum, vt quotieſcunque voces in propria ſignificatione non important ſenſum abſurdum, aut falſum; ſemper exponãtur in ſenſu proprio, alioquin nulla erit certa interpretatio, & firma veritas ſacræ ſcripturæ. Quando verò in propria ſignificatione ſenſum efficiunt falſum, aut abſurdum; tunc neceſſariò ſenſum habent metaphoricum, quemadmodum cum dixit Chriſtus. *Ego ſum paſtor bonus*; vel *ego ſum vitis, & vos palmites*, & alia ſimilia; quæ neceſſariò intelligenda ſunt in ſenſu metaphorico. Reliqua pro huius articuli explicatione vide apud expoſitores.

ARTICVLVS X.

Vtrum ſacra ſcriptura ſub vna littera habeat plures ſenſus.

10 quol. 7. q. 6. ar. 1. 2. & 3. Et poté. q. 4. art. 1. Et 4. d. 21. q. 1. art. 3. q. 1. 5. Et Gal 4. le. 5 cor. 3.

AD decimum ſic proceditur. Videtur, quòd ſacra ſcriptura ſub vna littera non habeat plures ſenſus, qui ſunt hiſtoricus, vel litteralis, allegoricus, tropologicus, ſiuè moralis, & anagogicus: multiplicitas enim ſenſuum in vnã ſcriptura parit confuſionem, & deceptionem, & tollit arguendi firmitatem: vnde ex multiplicibus propoſitionibus non procedit argumentatio: ſed ſecundum hoc aliquæ fallaciæ aſsignantur. Sacra autem ſcriptura debet eſſe efficax ad oſtendendã veritatem abſque omni fallacia; ergo non debet in ea ſub vna littera plures ſenſus tradi.

2 Præterea, Auguſtinus dicit in libro de vtilitate credendi, quod ſcriptura, quæ teſtamẽtum vetus vocatur, quadrifariam traditur, ſcilicet ſecundum hiſtoriam, ſecundum etymologiam, ſecundum analogiam, ſecundum allegoriam. Quæ quidem quatuor à quatuor prędictis videntur eſſe aliena omninò. Non igitur conueniens videtur, quòd eadem littera ſacrę ſcripturæ ſecundum quatuor ſenſus prędictos exponatur.

Cap. 3. in prin. habetur hic lib. co. 6.

3 Præterea. Præter prædictos ſenſus inuenitur ſenſus parabolicus, qui inter illos ſenſus quatuor non continetur.

Sed contra eſt, quod dicit Gregorius 20. moralium: Sacra ſcriptura omnes ſcientias ipſo locutionis ſuæ more tranſcendit: quia vno eodemq; ſermone, dum narrat geſtum, prodit myſterium.

Lib. 20. c. 1 circa medium.

Reſpondeo. Dicendum, quòd auctor ſacrę ſcripturæ eſt Deus, in cuius poteſtate eſt, vt nõ ſolùm voces ad ſignificandum accommodet (quod etiam homo facere poteſt) ſed etiã res ipſas. Et ideo, cum in omnibus ſcientijs voces ſignificent, hoc habet proprium iſta ſcientia, quòd ipſæ res ſignificatę per voces, etiam ſi-

A gnificant aliquid. Illa ergo prima ſignificatio, qua voces ſignificant res, pertinet ad primum ſenſum, qui eſt ſenſus hiſtoricus, vel litteralis. Illa verò ſignificatio, qua res ſignificatæ per voces, iterum res alias ſignificant, dicitur ſenſus ſpiritualis, qui ſuper litteralem fundatur, & eum ſupponit.

Hic autem ſenſus ſpiritualis trifariam diuiditur. Sicut enim dicit Apoſtolus ad Hebr. 7. Lex vetus figura eſt nouæ legis: & ipſa noua lex, vt dicit Dionyſius in Eccleſiaſt. Hierar. eſt figura futuræ gloriæ. In noua etiam lege, ea

B quę in capite ſunt geſta, ſunt ſigna eorum, quę nos agere debemus. Secundum ergo, quòd ea quæ ſunt veteris legis, ſignificant ea, quę ſunt nouæ legis, eſt ſenſus allegoricus: ſecundum verò, quòd ea, quę in Chriſto ſunt facta, vel in his, quæ Chriſtum ſignificant, ſunt ſigna eorum, quæ nos agere debemus, eſt ſenſus moralis: prout verò ſignificant ea, quæ ſunt in æterna gloria, eſt ſenſus anagogicus. Quia verò ſenſus litteralis eſt, quem author intendit: auctor autem ſacræ ſcripturæ Deus eſt, qui omnia

C ſimul ſuo intellectu comprehendit: nõ eſt inconueniens, vt dicit Auguſt. 12. Confeſs. ſi etiam ſecundùm litteralem ſenſum in vna littera ſcripturæ plures ſunt ſenſus.

Ad primum, ergo dicendum, quòd multiplicitas horum ſenſuum non facit æquiuocationem, aut aliam ſpeciẽ multiplicitatis: quia ſicut iam dictum eſt, ſenſus iſti non multiplicantur propter hoc, quod vna vox multa ſignificet; ſed quia ipſæ res ſignificatæ per voces aliarum rerum poſſunt eſſe ſigna. Et ita

Eliciʼur ex c 18 19. 20. 24 & 31. to. 1.

In corp. ar.

D etiam nulla confuſio ſequitur in ſacra ſcriptura, cum omnes ſenſus fundentur ſuper vnum, ſcilicet litteralem, ex quo ſolo poteſt trahi argumentum, non autem ex his, quæ ſecundum allegoriam dicuntur, vt dicit Auguſt. in Epiſtola contra Vincentium Donatiſtam. Non tamen ex hoc aliquid deperit ſacræ ſcripturæ, quia nihil ſub ſpirituali ſenſu cõtinetur fidei neceſſarium, quod ſcriptura per litteralẽ ſenſum alicubi manifeſtè non tradat.

Ad ſecundum dicendum, quòd illa tria, hiſtoria, etymologia, analogia, ad vnum litteralem ſenſum pertinent. Nam hiſtoria eſt, vt ipſe Auguſtinus exponit cùm ſimpliciter aliquid proponitur; etymologia verò, cum cauſa dicti aſsignatur: ſicut, cùm Dominus aſsignauit cauſam, quare Moyſes permiſit licentiam repudiandi vxores. ſ. propter duritiã cordis ipſorum. Matt. 19. Analogia verò eſt, cùm veritas vnius ſcripturæ oſtenditur veritati alterius nõ repugnare. Sola aũt allegoria inter illa quatuor ꝑ tribus ſpiritualibus ſẽſibus ponitur,

Loco dicto in arg.

nitur, ſicut & Hug. de S. Vict. ſub ſenſu allegorico & analogicum cōprehendit, ponēs in tertio ſuarū ſententiarum ſolum tres ſenſus. ſ. hiſtoricum, allegoricum, & tropologicum.

Ad tertium dicendum, quòd ſenſus parabolicus ſub litterali continetur. Nam per voces ſignificatur aliquid propriè, & aliquid figuratiuè: nec eſt litteralis ſenſus ipſa figura; ſed id, qđ eſt figuratū: nō .n. cum ſcriptura nominat Dei brachium, eſt litteralis ſenſus, ꝙ in Deo ſit mēbrum huiuſmodi corporale; ſed id, qđ per hoc mēbrum ſignificatur. ſ. virtus operatiua, in quo patet, quòd ſenſui litterali ſacræ ſcripturæ nunquam poteſt ſubeſſe falſum.

Ratio ordinis, & ſenſus quæſiti.

Conſtat ex articulo præcedente Metaphoras à ſacra ſcriptura, q̄ ſciētiam continet ſanctorum, alienas non eſſe; ſed ei quam maximè cōgruere: ſupererat inueſtigare an ſaltem ſenſuum pluralitas eiuſdē diuinæ ſcientiæ veritatem, aut ſoliditatem eneruet: ratio verò præcipua dubitandi ea eſt, quam affert S. Thom. in primo argumento.

Sēſus quæſiti. S. Tho. Vbi obſeruandum eſt primò intentionem Diui Tho. non eſſe quærere, an ſub vna littera ſacræ ſcripturæ neceſſariò ſint plures ſenſus, quicunque illi ſint, ſiue litterales, ſiuè ſpirituales; ſed an poſſint ſub vna, & eadem littera eſſe plures ſenſus. Nam, vt docet idem S. D. quol. [illegible] art. [illegible] quatuor hi ſenſus, non ita attribuūtur ſacræ ſcripturæ, vt in qualibet eius parte ſit ſecundùm quatuor ſenſus exponenda; ſed quandoque quatuor, quandoque tres, quandoque duos, quandoque vnum tantùm admittit. Vel melius dici poteſt S. Thom. hic quærere indefinitè, an ſacra ſcriptura ſub vna littera, & non an ſub vna quaque littera plures habeat ſenſus. Secundò obſeruandum eſt hic nomine ſenſus intelligi mentis intelligentiam, ſiuè conceptionē; iuxta illud primæ Cor. ſecundo, *nos autem ſenſum Chriſti habemus*, ideſt intelligentiam. 1. Cor. 2.

Forma Textus.

Concluſio prima D. Tho. eſt. Sacra ſcriptura ſub vna littera habet plures ſenſus, ſcilicet hiſtoricum, & ſpiritualem. Probatio eſt: Hoc eſt proprium huius ſcientiæ; vt in ea, non ſolùm voces ſignificent, ſicut in aliis, ſed etiam ipſæ res ſignificatæ per voces, aliquid ſignificent; At ea prima ſignificatio, qua voces ſignificant, pertinet ad ſenſum hiſtoricum; illa verò ſignificatio, qua res ſignificatæ per voces iterum res alias ſignificant, dicitur ſenſus ſpiritualis; ergo ſacra ſcriptura etc. Maior probatur ex differentia auctoris ſacræ ſcripturæ & aliarum ſcientiarum, quia auctor ſacræ ſcripturæ eſt Deus, in cuius poteſtate eſt, vt non ſolùm voces ad ſignificandum accommodet, ſed etiam res. Minor quò ad primam partem eſt nota; quò ad ſecundam declaratur; quia ſenſus ſpiritualis ſupra litteralem fundatur, & eum præſupponit; Conſtat autem, quòd ſignificatio rerum præſupponit ſignificationem vocum: ergo pertinet hæc ſignificatio ad ſenſum ſpiritualem.

A

Secunda Concluſio: Senſus ſpiritualis triſariam diuiditur, ſcilicet, in allegoricum, tropologicum & anagogicum. Probatur: lex vetus, figura eſt nouæ legis, & ipſa noua lex eſt figura futuræ gloriæ, & in noua lege, quæ in capite ſunt geſta, ſunt ſigna eorum, quæ nos agere debemus. At ſenſus allegoricus eſt ſecundùm quod ea, quæ veteris ſunt legis ſignificant ea, quæ ſunt in noua lege; tropologicus autem ſecundùm quod ea, quæ in Chriſto ſunt facta, vel in his, quæ Chriſtum ſignificant, ſunt ſigna eorum, quæ nos agere debemus; Anagogicus autem ſecundùm, quod ſignificant ea, quæ ſunt in æterna gloria; ergo ſenſus ſpiritualis triſariam diuiditur, ſcilicet, in allegoricum, &c. Maior probatur quò ad primam partem authoritate Apoſtol. ad heb. 7. Quò ad ſecundam, authoritate D. Dionyſij: tertia pars relinquitur, vt manifeſta ex communi conſenſu, & vſu doctorum, & Eccleſiæ. Minor patet ex quid nominis ipſorū vocabulorum, & communi etiam ſanctorum Patrum conſenſu, quorum teſtimonia l. ge apud Banneſium dubio primo & alios expoſitores.

B

Tertia Concluſio: Non eſt inconueniens, ſi etiam ſecundum ſenſum litteralem in vna littera ſint plures ſenſus. Probatur dupliciter, Primò ratione ſic: Auctor ſacræ ſcripturæ eſt Deus, qui omnia ſuo intellectu comprehendit; ergo non eſt inconueniens, &c. Secundò authoritate Auguſtini duodecimo Confeſſionum.

C

Controuerſia vnica.

De ſenſu, & veritate illius propoſitionis.

Hoc eſt proprium huius ſcientiæ, vt in ea, non ſolùm voces ſignificent, vt in aliis. Sed etiam ipſæ res ſignificatæ per voces aliquid ſignificent.

Rationes Dubitandi.

D Videtur falſa prædicta propoſitio; quoniam Pytagoras ſapientiſſimus Philoſophus in ſuis apologis, ſiuè ſymbolis, quibuſdam rebus vſus fuit ad res alias ſignificandas. Nam ſtatera ſignificabat iuſtitiam, dicens; *ſtateram ne tranſilias*, ideſt, ne quid à iuſtitia, & æquitate alienum opereris: per annulum arctum manu geſtatum curarum anxietatem dicens: *annulum arctum ne geſtato*, ideſt vitæ curas, & anxietates relinque: per fabas, officia, ſiuè munera publica, dicens: *à fabis abſtineto*; per ignem, hominem ira percitum dicens; *ignem gladio, ne fodito*, ideſt ira percitum ne laceſſas: per hirrundinem garrulum, vel ſuſurronem dicens: *hirrundinem ſub eodem tecto ne habeas*, ideſt à loquacium conſuetudine abſtine. Præterea apud Aegiptios erant hieroglifica; quæ nihil aliud erant, quàm res quædam, ſiuè rerum ſimulacra ad res quaſdā alias ſignificandas accōmodata. Nam in ape, quæ mel, & aculeum habet, Regem, cuius regimini, & ornamento, miſericordia, & iuſtitia maximè ſunt neceſſariæ, ſignificabant; in baculo, & oculo ſimul, Pytagoras

E

Digitized by Google

mul, Deum vniuerſa ſuſtentantem; & videntē innuebant. In ſerpente, qui propriam ori ſuo caudā circuli formam referens inſerebat, annum denotabant; qui circulo quodam reuolutus in ſeipſum recurrit; ſunt Romæ Pyramides eò ab antiquis Romanis tranſlatæ ſimilibus hieroglificis circūquaque ſculptoris arte figuratæ. Inuentæ ſunt etiam apud Occidentales Indos innumeræ rerum figuræ quibuslibet rebus ſignificandis accommodatæ. Non itaque proprium videtur eſſe diuinæ ſciētię, vt in ea res per voces ſignificatæ res alias ſignificent.

Proponitur, & confutatur ſententia Alphonſi Salmeroni.

Alphōſus Salmeron. HVic difficultati reſpondet Alphonſus Salmeronus in ſeptimo ſuo prolegomeno dicēs triplex eſſe, veluti alphabetum, quo Deus ad nos loquitur. Primum vocum, ſiuè verborum. Secūdum Alphabetum Dei triplex. rerum minus nobilium pro arbitrio confictarum, ad res nobiliores appoſitè ſignificandas. Tertium rerum verè geſtarum, quibus maximè myſteria Chriſti, & Eccleſiæ in hiſtorijs veteris, & noui teſtamenti adumbrare voluit; exempli cauſa, in interfectione iuſti Abel à fratre, deſignauit Chriſtū à Iudeis fratribus propter inuidiam occidēdum. In ſerpente æneo exaltato, Chriſti mundi ſaluatoris in cruce exaltationem; & ſic de alijs ſimilibus. Priora (inquit) alphabeta, ſibi cum hominibus cōmunia eſſe voluit; & ex ſecundo Alphabeto proceſſere illa ſymbola Pytagorica, & hieroglifica Aegyptiorum. Tertium autem ſibi, vt proprium reſeruauit. Cōfutatio Sed hæc ſolutio non videtur propoſitæ difficultati plenè ſatisfacere. Nam res illę, quibus vtebatur Pytagoras ad ſignificandū, & Aegiptiorum hieroglifica; non erant hominum arte, vel cogitatione confictę; licèt humanæ mentis ſolertia eſſent ad ſignificandum accōmodatę; erant ſiquidem vt plurimum res naturales, ſicut ignis, faba, hirundo, oculus, bacculus, ſerpens, & ſimilia; quæ tamen res, alias in Pytagoricis, & Aegiptiorū diſciplinis ſignificabant, non erit igitur proprium huic ſcientiæ, vt res per voces ſignificatę, aliarum ſint rerum ſignificatiuæ, ſequendo ſenſum prædictæ reſponſionis; quod ideo dico; quoniam, vt dicemus, in rei veritate illa nō eſt rerum, ſed potius vocum ſignificatio.

Proponitur ſententia Syluestri, Caietani, & D. Thom. & fit ſatis rationibus dubitandi.

Syluester. SYlueſter in ſuo Conflato, reſpondet hoc in loco, S. Thom. non loqui de ſignificatione ſimplici, quę eſt terminorum. Nam hoc modo (inquit) nō eſt dubium, quod, ſicut voces, ita & res ſignificare poſſunt ad placitum noſtrum; vt ſi inſtituamus, q bos ſignificet laborem, & oculus Deum, & horologium tempus, ſed ſermo eſt de ſignificatione complexa, qua vna oratio ſignificat aliquid eſſe, vel futurum eſſe, vel oppoſitas negationes, & vna res geſta ſignificat aliam gerendam; & hoc modo, non poteſt homo res accommodare ad ſignificandum

A verè, & infallibiliter, ſicut Deus; quia ad hoc requiritur, vt vtranque rem habeat in ſua facultate, nec poſſit impediri eius voluntas: aliàs poſſet eſſe ſignum mendax; & dato, quod poſſet res accommodare ad ſignificandum; hoc tñ non eſſet verum niſi de geſtis per eum; S. Thom. autem loquitur de geſtis ēt per alium; vt patet ex quol. ſeptimo, art. vltimo, quia ibi loquitur de rebus curſum ſuum peragentibus, quæ ſunt res naturales, & morales; & de rebus diuinæ prouidentiæ ſubiectis. Hæc ferè ad verbum Sylueſter poſt confutatam ſententiā Caietani quibuſdam argumentis inferius adducendis, & ſoluendis. Caietanus ſuper hoc articu- Caiet.

B lo propoſitam difficultatem ita ſoluit. Notat primo ſenſum dictæ propoſitionis in cōi dicens, accommodare res ad ſignificandum, nihil aliud eſſe, quàm facere res eſſe, non ſolùm res, ſed etiam ſigna aliarum rerum. Secundò diſtinguit, dupliciter id intelligi poſſe. Vno modo in ipſa rerum generatione, vt res ſimul fiant ad hoc, vt ſint res, & ſigna aliarum rerum. Alio modo aduentitiè; vt res iam factæ accipiantur, vt ſigna aliarum rerū; & primo modo adhuc dupliciter accipi poſſe, ſ. vniuerſaliter, & particulariter. Vniuerſaliter, vt geſta in tot hiſtorijs, & res ad doctrinam aliquā ſpectantes, ſint ex ſui conſtitutione ſigna aliarum re-

C rum. Particulariter autem, faciendo aliquos act⁹, vel aliqua artificiata, intendendo per illa aliquid aliud ſignificare. His præmiſſis Caietanus tria dicit. Primum: ſi loquamur de ſignificatione aduentitia, non excedit hominis facultatem, accommodare. ſ. res ad ſignificandū. Nam res geſtæ in alijs hiſtorijs poſſunt ab homine interpretari, vt ſigna aliarum, nō ſolùm per modum imitationis, ſed ēt per modum ſignificationis; vt. ſ. geſta illa, vt ſigna habeantur gerendorum. Secundum dictum Caietani eſt; ſi loquamur de ſignificatione in ipſa rerū generatione, non vniuerſaliter, ſed particulariter, non excedit hominis facultatem: quoniam poteſt

D homo facere cum intentione, vt ea ſint ſigna aliorum ſignificatiua. Tertiū dictum eſt: ſi loquamur de ſignificatione rerum vniuerſaliter, in ipſa rerū generatione, hoc excedit hominis facultatē, hoc eſt proprium Dei: Nam non fuit humana adinuētio, quod petra de qua fluxit Iudeis aqua in deſerto, eſſet ſignum Chriſti; ſed ad hoc fluxit aqua ex illa petra, vt in rei veritate eſſet fons aquæ, & eſſet ſignum Chriſti, qui eſt fons aquę ſpiritualis, dicēte Apoſtolo; *bibebant autem de ſpirituali conſequente eos petra, petra autem erat Chriſtus*.

E Hanc reſolutionē videtur accepiſſe Caietanus ex D. Thom. in dicto quol. ſeptimo, art. 16. vbi habet hæc verba. *Spiritualis ſenſus ſacræ ſcripturæ, accipitur ex hoc, quod res curſum ſuum peragentes ſignificant aliquid aliud, quod per ſpiritualem ſenſum accipitur; ſic autem ordinantur res in curſu ſuo, vt ex eis talis ſenſus poſſit accipi: quod eius ſolius eſt, qui ſua prouidentia res gubernat, qui ſolus Deus eſt; ſicut enim homo poteſt adhibere ad aliquid ſignificādum aliquas voces, vel aliquas ſimilitudines fictas: ita Deus adhibet ad ſignificationem aliquorum ipſum curſum rerum ſuæ prouidentiæ ſubiectarum. Significare autem ali-* D. Thom. Ratio ſenſus ſpiritualis.

quid per verba, vel per ſimilitudines fictas ad ſignificādum tantùm ordinatas, non facit niſi ſenſum litteralem: vnde in nulla ſcientia humana induſtria inuenta propriè loquendo poteſt inueniri, niſi litteralis ſenſus, ſed ſolùm in ipſa ſcriptura, cuius Spiritus ſanctus eſt auctor, homo verò inſtrumentū, ſecundùm illud pſ. lingua mea calamus ſcribe. hæc D.Thom. Ex quibus elucet primò conformitas doctrinæ Caietani cum ſententia D. Tho. ſecundò apparet Pytagoricas illas, & Hieroglificas Aegiptiorum ſignificationes ad eū ſenſum litteralem pertinere, qui per metaphoras ſignificatur. Nam, quemadmodum, cum dicit ſacra ſcriptura, *vicit Leo de Tribu Iuda*, vocabulum leonis ad litteram non ſignificat animal rugibile, quod eſt proprium dictæ vocis ſignificatum; ſed denotat Chriſtum metaphoricè ſignificatū propter ſimilitudinem cum animali rugibili, ita pariter dicendum eſt de Pytagoricis ſymbolis, quæ erant loquutiones quędā metaphoricę, & de Aegiptijs hieroglificis, quę erant figurę quędam, locū, & vim verborum obtinētes. Nam ſenſu proximo, & immediato, & conſequenter ad litteram, ex humana inſtitutione repreſentabant per ſe primò non res, quarum erant figurę ſenſibiliter, ſed ea, quorum ſignificationi fuerant adaptata, vt apparet ex dictis verbis S.Tho. quod ēt ſignificauit Sylueſter; ſicut, cum pingitur Deus membris corporeis, eo modo, quo ēt ſignificatur in ſcripturis, pictura illa ſupplet vicem plurium verborū, quēadmodum ēt continet pluralitatem membrorum; & ſignificatio illa metaphorica eſt, ſicut eſt etiā verborum ſignificatio; & eodem modo ſenſum habet litteralem, non aliquid ſenſibile, ſed diuinas perfectiones, ad quas ſignificandas primò eſt inſtituta.

confenſus caietani cum D.Th

Pytagoræ ſimbola ad quem ſenſum pertineant.

Sylueſter.

Concluſiones deductæ & probatæ.

PRima Concluſio. Proprietas huius ſcientiæ, quod ſcilicet, res per voces ſignificatæ aliquid ſignificent, non conſiſtit in ſignificatione complexa rerum futurarum.

caiet.

Probatur: quoniam, vt dixit Caietanus, poſſunt multæ res ab homine fieri, & plures adaptari ad multa futura complexè ſignificanda, & pręſertim in materia morum: vt ſi quis adaptaret Troiana, vel Romana bella ad ſignificationem actuum virtutum, puta fortitudinis, prudentiæ, iuſtitię, temperantiæ, & aliarum annexarum, certè eſſet complexa futurorum ſignificatio, & eadem ratione, ſi rerum naturalium ordinem eidem ſignificationi accommodaret.

Secunda Concluſio. Non conſiſtit huius ſcientiæ proprietas in hoc, quod res per voces ſignificatæ infallibiliter ſignificent.

Probatur: quoniam in ſenſu tropologico nihil ſignificatur infallibiliter, & determinatè futurū, ſed tantùm denotātur debita virtutum exercitia; ſiue actu ſint futura, ſiuè non; nam talis ſignificatio formam habet inſtructionis, non autem prædictionis, vt ſignificat D.Dionyſius allegatus à D. Tho. itaq; licet in alijs duobus myſticis ſenſibus ſit infallibilitas rerum futurarum, non requiritur tamen vniuerſaliter in quolibet ſenſu myſtico, vt oſtendimus de tropologico.

Dionyſ.

A Tertia Concluſio. Proprietas prædicta huius ſcientiæ in hoc conſiſtit, vt vniuerſaliter res geſtæ in tot hiſtorijs, & ad doctrinam hanc ſpectantes in ipſa rerum generatione ſint ex ſui conſtitutione ſigna aliarum rerum. Hæc Concluſio eſt Caiet. & eſt illa eadem, quam ſignificauerat D.Thom. in dicto quol. dicens ſpiritualem ſenſum ſacræ ſcripturæ accipi ex hoc, quod res curſum ſuum peragentes, ſignificant aliquid aliud, & infra; *Deus adhibet* (inquit) *ad ſignificationem aliquorū ipſum curſum rerum ſuæ prouidentiæ ſubiectarum.* Quibus verbis ſignificat vniuerſalitatem rerum, & inſtitutionem ſignificationis in ipſa rerum generatione, vt patet ex verbis ipſis. Quod autem hoc ſit huic B ſcientiæ proprium, ex eo facilè cognoſcitur, quod nulli humanæ ſciētiæ, aut facultati ſubeſſe poteſt.

Quid ſit in ſacris litteris res eſſe aliarū rerū ſignificatiuas.

Argumenta Sylueſtri contra Caietanum, & ſolutiones.

SVpereſt, vt adducamus argumenta Sylueſtri contra Caietanum, & ſoluamus; &

Syluest.

Primò arguit diſtinctionem Caietani. Nam ſecundum eius membrum eſt falſum; quoniam res præterita, inquantum præterita, non poteſt accōmodari ad ſignificandum; quia hoc eſt facere, qđ ſit ſignum; licèt poſſit accipi vt ſignum, ſi iam eſt C inſtituta ad ſignificandum.

Reſpondetur: ſi fiat vis in illa reduplicatione, vel ſpecificatione, inquantum præterita, non dicimus rem ratione præteritionis ſignificare, ſed dicimus rem, quæ præterita eſt, poſſe accommodari ad ſignificandum: quæ accōmodatio adaptatur rei, prout talis res eſt, puta occiſio Tyrāni, aut defenſio reip. nō autem, prout præterita eſt; ſi autem non fiat vis in illa reduplicatione, negatur antecedens. Ad probationē dicitur poſſe fieri, vt res pręterita ſit ſignum ex hominis inſtitutione.

Secundò arguit ſecundum, & tertium dictū Caietani ſimul, & conſequenter tertiam noſtrā Concluſionem. Quod homo poſſit accommodare res D particulariter in ipſa rerū generatione, Deus autem vniuerſaliter, vt dicit Concluſio, hæc differentia eſt per accidēs; quia, ſi nihil eſſet creatum pręter vnum hominem in mundo; & ipſe faceret aliqua, vt eſſent res, & ſigna, iſte accommodaret omnes res geſtas narrabiles in hiſtorijs ad ſignificādum, quod non eſt dicendum: quia tunc ſaluari non poſſet, quin ſenſus ſpiritualis dari poſſet in alijs ſcientijs, quò ad aliqua, & ſi non quò ad omnia genera.

Reſpondetur. Si vnus tantùm homo eſſet crea- E tus in Mundo, non poſſet facere, vt oīa in hiſtorijs narrabilia, ſignificarent in ipſa rerū generatione, quia nō poſſet facere, quod ipſe met homo cū ſuis partibus, & potētijs in ipſa generatione ſignificarent. Secūdò reſpondetur nos loqui de geſtis pertinentibus ad perſonas, & res naturales diſtinctas ab ipſo inſtitutore ſignificationis, ſicut etiam Deus inſtitutor ſignificationis rerū in ſacris litteris diſtinguitur à rebus ſignificantibus; in caſu aūt illo nō eſſent niſi geſta ipſius inſtituētis, nec eſsēt aliæ res naturales. Tertiò negatur dictam differētiam

eſſe

Digitized by Google

eſſe per accidens. Ad probationem negatur conſequentia. Nam plures eſſent aliæ res factibiles,& per accidens eſſet res, & geſta eſſe actus ſolos ipſius ſignificantis.

QVAESTIO SECVNDA.

De Deo, An Deus ſit.

QVIA igitur principalis intentio huius ſacræ doctrinæ eſt,Dei cognitionem tradere,& non ſolùm ſecundum quod in ſe eſt, ſed etiam ſecundum, quod eſt principium rerum,& finis earum, & ſpecialiter rationalis creaturæ,vt ex dictis eſt manifeſtum,ad huius doctrinæ expoſitionem intendentes.

Art. 9. q. preced.

Primò,tractabimus de Deo.

Secundò, de motu rationalis creaturæ in Deum.

Tertiò,de Chriſto,qui ſecundum quod homo,via eſt nobis tendendi in Deum.

Cõſideratio autem de Deo tripartita erit.

Primò namque conſiderabimus ea,quæ ad eſſentiam diuinam pertinent.

Secundò ea,quæ pertinẽt ad diſtinctionem perſonarum.

Tertiò ea,quæ pertinẽt ad proceſſum creaturarum ab ipſo.

Circa eſſentiam verò diuinam.

Primò conſiderandum eſt,an Deus ſit.

Secundò quomodo ſit: vel potius quomodo non ſit.

Tertiò conſiderandum erit de his, quæ ad operationem ipſius pertinent,ſcilicet de ſciẽtia,& de voluntate,& potentia.

Circa primum quæruntur tria.

Primo. Vtrum Deum eſſe,ſit per ſe notum.

Secundò. Vtrum ſit demonſtrabile.

Tertiò. An Deus ſit.

Partitio vniuerſalis Tractatuum, & Quæſtionum huius primæ Partis ſummæ Theologiæ S.Thomæ, & ratio ordinis articulorum huius Quæſtionis.

Ratio ordinis.

IN prima huius Theologicæ ſummæ Quęſtione, tanquam in communi quodam prologo plenè,& cumulatè de his omnibus diſſeruit S.D.quæ ad qualitatem ſacræ doctrinæ pertinere videbantur,ingreſſum nouitio Theologo præparans ad ſcientiæ ſanctorum intima, & humanis oculis abſcõdita penetralia. Ianuis itaque patefactis,apertoque aditu, pedes noſtros in limine diuinæ huius ſcientiæ ſtatuamus.Sed antequam ſacratas edes ingrediamur, operęprętium erit vniuerſam admirabilis huius ſtructuræ molem extrinſecus,ac ſuperficietenus duntaxat oculis colluſtrare; vt quo ordine ad interiora ſit procedendum,agnoſcamus,Id autem optimè aſſeque-

A mur,ſi ob oculos noſtros propoſuerimus ordinem eorum,quæ in hac Theologica ſumma,ac præſertim in hac prima parte tractantur,reddiderimuſque rationem,cur hæc ſcientia initium ſuæ tractationis ſumat à Deo; vt inde procedamus ad primum huius ſecundæ quæſtionis articulum exponendum.

Partitio.

Cum Deus ſit adæquatum huius ſcientiæ ſubiectum,tota eius intentio fertur ad tradendam Dei notitiam; Deum autem dupliciter cognoſcimus. Vno modo,ſecundum ſe. Alio modo,quatenus eſt principium,& finis creaturarum. Ad Deum autẽ tanquam ad finem mouentur creaturæ rationales

B per actus ſuos,ſ. intellectus,& voluntatis.Quibus actibus, vt ad beatitudinem efficaciter poſſent pertingere, Chriſtus Dei filius Dei, & hominum mediator,ſua doctrina,exemplo, meritis, & operibus viam parauit. Quamobrem S.Thom. prima diuiſione, totam Theologicam ſummam in tres partes diſtribuit. In prima, quam præ manibus habemus,tractat de Deo ſecundum ſe, & vt principium eſt creaturarum. In ſecunda,quæ in duas partes diſtinguitur, tractat de actibus humanis, bonis,& malis,& de eorum fine;in prima quidem ſecundæ,in generali; in ſecunda ſecundæ verò in ſpeciali. In tertia demum parte tractat de Chri-

C ſto,& ſacramentis, quibus ſalutem, & beatitudinem vltimum finem noſtrum conſequimur. Dei verò conſiderationem in tria membra,ſiuè tractatus diſtinguit. In primò docet ea,quæ pertinẽt ad diuinam eſſentiam;& hic eſt tractatus de abſolutis;qui inchoat ab hac ſecunda quæſtione, & terminat in quæſt.26. incluſiuè.

In ſecundo tractatu agit de his, quæ pertinent ad diſtinctionem diuinarum perſonarũ. Hic tractatus inchoat à quæſtione vigeſima ſeptima, & terminat in quadrageſima tertia incluſiuè.

D In tertio tractatu agit de proceſſu creaturarum à Deo.Qui tractatus continet totum reſiduum huius primæ partis,ſcilicet à quæſtione quadrageſima quarta,vſque ad vltimam.

Sed iterum, vt vniuerſa diſtinctius præ oculis habeamus, opus eſt, vt tres prædictos tractatus in ſua diſtinguamus capita. In primo itaq; de diuina eſſentia tria docet.Primum: an eſt ipſius Dei in hac ſecunda quæſtione. Secundum:quomodo eſt,vel potius quomodo nõ eſt, vt indè aliquo modo cognoſcamus,quid eſt ipſius Dei.Quod abſoluitur nouem proximis quæſtionibus, tertia ſcilicet, & ſequentibus vſque ad vndecimam incluſi-

E uè; quibus addũtur duodecima, & tertia decima de Deo, prout eſt in cognitione noſtra. Tertium eſt de ſpectantibus ad operationem Dei, ſcilicet de ſcientia voluntate,& potentia,à quęſtione decima quarta, vſque ad vigeſimam ſextam incluſiuè. In ſecundo autem tractatu de pertinentibus ad diuinarum perſonarum diſtinctionem tria docet. Primò diuinarum perſonarũ origines in quæſtione vigeſima ſeptima. Secundò relationes,quibus conſtituuntur, & diſtinguuntur in quæſtione vigeſima octaua. Tertiò ipſarum perſonarum rationem. Primò quidem in communi. Secundò in

particulari. Tertiò per comparationem ad eſſentiam, ad proprietates, ad actus notionales, & adinuicem à quæſtione vigeſima nona, vſque ad quadrageſimam tertiam incluſiuè. Tertius demũ tractatus de proceſſione creaturarum à Deo in tria præcipua capita diſtinguitur. In primo agit de creaturarum productione, quò ad cauſam, quò ad modum, & quò ad principium durationis, à quæſtione quadrageſima quarta, vſq; ad quadrageſimã ſextam, incluſiuè. In ſecundo agit de creaturarum diſtinctione. Primò in communi, deinde in particulari, ſcilicet, quò ad rationem boni, & mali, à quæſtione 47. vſque ad 50. Poſtremò magis adhuc in particulari de creatura purè ſpirituali à quæſtione 50. vſque ad 64. incluſiuè; de creatura purè corporali, quę producta eſt in operibus ſex dierum, à quęſtione 65. vſq; ad 74. incluſiuè; & de creatura compoſita ex ſpirituali & corporali ſubſtantia, ſcilicet homine; cuius conſideratio præcipuè eſt ex parte animæ, de qua tria pertractat, ſcilicet eſſentiam, virtutes, ſiue potentias, & operationes à quęſtione 75. vſque ad 90. deinde à quæſtione 91. vſque ad 102. de humani corporis productione, quò ad materiam, quò ad cauſam efficientem, quò ad diſpoſitionem eidem collatam, & quò ad ordinem, ſiue modum productionis.

Tandem in poſtremo tractatu de rerum gubernatione diſſerit. Primò in communi; deinde in ſpeciali. Sed iã eò reuertamur, vnde digreſſi ſumus. In hac ſecũda quæſtione tractat an eſt ipſius Dei, & primò quærit: Vtrum Deum eſſe, ſit per ſe notum. Secundò: an ſit demonſtrabile. Tertiò: an Deus ſit. Ratio ordinis eſt. Nam, antequam quæreretur, An Deus ſit, quærendum erat, an ſit demonſtrabile Deum eſſe; nam Deum eſſe non poteſt naturali lumine cognoſci, niſi media demonſtratione. Verùm, quoniam ea, quæ per ſe nota ſunt, demonſtrari nequeunt; ideo primo loco quęrendum erat: An Deum eſſe ſit per ſe notum; & hoc pręſtat S. Thom. in hoc primo huius quæſtionis articulo.

Cur ſacra Theologia primò tractet de Deo.

RAtio autẽ, propter quam hæc ſcientia inchoat à Deo primo rerum omnium principio, & huius doctrinæ ſubiecto, non autem à creaturis nobis notioribus, multiplex reddi poteſt. Prima eſt; quoniã in traditione doctrinæ, de prioribus prius determinandum eſt; ſiuè proceſſus ſit per viam aſcenſus, ideſt, per rationem naturalem, ſiuè per viam deſcenſus, ideſt, à principijs reuelatis; conſtat autem Deum omnium, quæ in ſacra Theologia tractantur, primum eſſe, tum ratione entitatis, tum etiam ratione cauſalitatis, & principij. Quapropter ab ipſo ſecundùm rectum ordinẽ doctrinæ, debuit S. Thom. in hac ſumma Theologica exordium ſumere; ita tamen, vt eius notitiam ab his, quæ nobis notiora ſunt, inchoaret, vt patet ex tertio huius quæſtionis articulo, vbi per diuerſas creaturarum vias ex notioribus nobis procedendo probat Deum eſſe. Hanc rationem de mente S. Thom. indicauit Ferrarienſis libro quarto, cont. gen. c. 1. in fine.

A Secunda ratio eſt maxima dignitas ſacræ Theologiæ, quæ ob ſui ſubiecti præſtantiam, quod Deus eſt, præſupponit perfectam ſcientiarum naturali lumine acquiſitarum peritiam. Vnde præſuppoſitis his, quæ de creaturis per alias ſcientias via naturali cognoſci poſſunt, & præſertim quę in Metaph. tractantur, ex quibus immediatè ad Deum aſcẽditur, initium ſuæ doctrinæ ſumit à Deo. Nã, licèt Metaph. ſuo diſcurſu, vſque ad Deum primũ motorem aſcendat, demonſtretque nonnullas ſupremas Dei perfectiones; non eſt tamẽ illius proprium inſtitutum de diuina natura tractare. tum quia ſapientia humana, quę eſt Metaph. ſuam intentionem dirigit ad ens, inquantum ens, tãquam B ad adæquatum ſubiectum, cuius tamen nobiliſſima pars Deus eſt. tum quia illa ſcientia, quatenus agit de Deo, & de ſubſtantijs ſeparatis, nõ eſt humana poſſeſſio, vt dicit Ariſtot. in prologo Metaphyſ. tum etiã, quia non tractat de Deo ex proprijs Dei, ſcilicet ſub ratione Deitatis, ſicut hęc noſtra Theologia; quæ ideo ſub altiori ratione formali Deum reſpicit, & ob eam cauſam altiori et methodò de ipſo pertractat. Quamobrẽ in altiorem ſcientifici luminis ordinem eleuando rationes Metaphyſicas, hæc noſtra Theologia demonſtrat Deum eſſe, licèt quaſi per accidens, vt docet C Caietanus in tertio articulo. Igitur propter prædictas cauſas non debuit hęc ſcientia præſupponere Deum eſſe, aut illius perfectiones, tanquam probatas in Metaphyſ. ſed aut ex proprijs ſimpliciter, aut ſaltem ex ipſis Metaphyſicis in ſuum miniſterium aſſumptis, exactam de Deo notitiam tradere, initium ſumendo à ſupremo humanæ ſapientiæ termino.

Differẽtiæ agunt de Deo Theologia, & Metaph.

Ariſt.

Caiet.

Tertia ratio eſt: quia, cum idem ſit ſubiectum principiorum, & ſcientię, & à principijs tota ſcientia deriuetur, Deus verò ſit ſubiectum fidei, quę eſt habitus principiorum noſtræ Theologię, quę ex dictis articulis deriuatur, neceſſe fuit huius ſcientię principium ab ipſo Deo, de quo ſunt eius D principia, initium ſumere.

Quarta ratio eſt: quoniam hęc ſcientia, vt diximus in quarto articulo quęſtionis precedentis, eſt impreſsio diuinę ſcientię; Deus autem ex ſui ipſius cognitione, extenditur ad creaturarum notitiam. Igitur eodem ordine debuit hæc ſcientia procedere.

Quinta ratio. Vt diximus in ſexto articulo primę quęſtionis, hęc ſacra doctrina eſt ſapientia; at ſapientię eſt iudicare per altiſsimas cauſas, ſuprema verò cauſa Deus eſt: Igitur de eo primo loco E agendum erat.

Sexta: Quælibet ſcientia ex propria ratione ſui ſubiecti reliqua demonſtrat, iuxta doctrinã Ariſtot. in primo poſter. Igitur hęc ſcientia eadẽ arte debuit incedere.

Poſtremò: Hęc ſcientia practica eſt, ſimul & ſpeculatiua; at quatenus practica pręexigit vltimi finis, qui Deus eſt, cognitionem; quatenus verò ſpeculatiua, præ requirit ſui ſubiecti notitiam; igitur omnibus modis in hac ſcientia precedit tractatus de Deo.

Digitized by Google

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Deum eſſe ſit, per ſe notum.

11 3.d.3.q.1. ar.2. Et 1. cõ. gen. c. 10. & 11. Et ver q. 10.art. 12. Et po.q.7. ar.2.11 Lib.1. orthodoxæ fidei c.1.& 3.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd Deum eſſe, ſit per ſe notum. Illa enim nobis dicuntur per ſe nota, quorũ cognitio nobis naturaliter ineſt; ſicut patet de primis principijs. Sed, ſicut dicit Damaſ. in princ. libri ſui, omnibus cognitio ex ſtendi Deum naturaliter eſt inſerta: ergo Deum eſſe, eſt per ſe notum.

2 Præterea: Illa dicuntur eſſe per ſe nota, quæ ſtatim cognitis terminis cognoſcuntur, quod Philoſophus attribuit primis demõſtrationis principijs in 1. poſter. Scito enim quid eſt totum, & quid pars, ſtatim ſcitur, quòd omne totum maius eſt ſua parte: ſed intellecto quid ſignificet hoc nomen, Deus, ſtatim habetur, quòd Deus eſt. Significatur enim hoc nomine id, quo maius ſignificari non poteſt: maius autem eſt, quod eſt in re, & intellectu, quã quòd eſt in intellectu tantùm; vnde, cùm intellecto hoc nomine, Deus, ſtatim ſit in intellectu, ſequitur etiam, quòd ſit in re; ergo Deum eſſe eſt per ſe notum.

1. poſt.tex 6. aute medium to.1.

3 Præterea: Veritatem eſſe, eſt per ſe notum; quia, qui negat veritatem eſſe, concedit veritatem eſſe: ſi enim veritas non eſt, verum eſt veritatem non eſſe. Si autem eſt aliquid verum, oportet, quòd veritas ſit. Deus autem eſt ipſa veritas, Ioann. 14. Ego ſum via, veritas & vita; ergo Deum eſſe, eſt per ſe notum.

Sed contra: Nullus poteſt cogitare oppoſitum eius, quod eſt per ſe notum, vt patet per Philoſophum in quarto Metaph. & primo poſter. circa prima demonſtrationis principia. cogitari autem poteſt oppoſitum eius, quod eſt Deum eſſe, ſecundum illud Pſal. 52. Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus; ergo Deũ eſſe, non eſt per ſe notum.

1.poſt.tex. vlt. à medio illius. & tex.5. circa ſiem. 4.met.tex. 9. inuenitur tom.1.& 5

Reſpondeo. Dicendum, quòd contingit aliquid eſſe per ſe notum dupliciter. Vno modo ſecundum ſe, & non quò ad nos. Alio modo ſecundùm ſe, & quò ad nos. Ex hoc enim aliqua propoſitio eſt per ſe nota, quòd prædicatum includitur in ratione ſubiecti: vt homo eſt animal: nam animal eſt de ratione hominis. Si igitur notum ſit omnibus de prædicato, & de ſubiecto quid ſit, propoſitio illa erit omnibus per ſe nota: ſicut patet in primis demonſtrationum principijs, quorum termini ſunt quædam communia, quæ nullus ignorat, vt ens, & non ens, totum, & pars, & ſimilia. Si autem apud aliquos notum non ſit de prædicato, & ſubiecto quid ſit, propoſitio quidem,

A quantùm in ſe eſt, erit per ſe nota, non tamen apud illos, qui prædicatum, & ſubiectum propoſitionis ignorant. Et ideo contingit, vt dicit Boet. in lib. de hebd. quod quædam ſunt communes animi conceptiones, & per ſe notæ apud ſapientes tantùm: vt incorporalia in loco non eſſe. Dico ergo, quòd hæc propoſitio, Deus eſt, quãtum in ſe eſt, per ſe nota eſt; quia prædicatum eſt idem cum ſubiecto. Deus enim eſt ſuum eſſe, vt infra patebit. Sed quia nos non ſcimus de Deo quid eſt, non eſt nobis per ſe nota, ſed indiget demonſtrari per

In lib. an oē qd eſt, ſit bonũ, circa principiũ illius D. 727.

D. 822. q.3. ar 4. D. 461. D.4589.

B ea, quæ ſunt magis nota quò ad nos, & minus nota quò ad naturam, ſcilicet, per effectus.

Ad primum ergo dicendum, quòd cognoſcere, Deum eſſe in aliquo communi, ſub quadam confuſione eſt nobis naturaliter inſertũ, in quantum ſcilicet, Deus eſt hominis beatitudo: homo enim naturaliter deſiderat beatitudinem; & quod naturaliter deſideratur ab homine, naturaliter cognoſcitur ab eodem. Sed hoc non eſt ſimpliciter cognoſcere Deũ eſſe: ſicut cognoſcere venientem, non eſt cognoſcere Petrum, quamuis ſit Petrus veniens:

471. D. 933.

C multi enim perfectum hominis bonum, quod eſt beatitudo, exiſtimant diuitias; quidam verò voluptates, quidam autem aliquid aliud.

Ad ſecundum dicendum, quòd fortè ille, qui audit hoc nomen, Deus, non intelligit ſignificari aliquid, quo maius cogitari non poſſit, cùm quidam crediderint Deum eſſe corpus. Dato etiam quod quilibet intelligat, hoc nomine Deus, ſignificari hoc quod dicitur, ſcilicet illud, quo maius cogitari non poteſt; non tamen propter hoc ſequitur, quòd intelligat

D id, quod ſignificatur per nomen, eſſe in rerum natura, ſed in apprehenſione intellectus tantùm. Nec poteſt argui, quòd ſit in re, niſi daretur, quòd ſit in re aliquid, quo maius cogitari non poteſt: quod non eſt datum à ponentibus, Deum non eſſe.

Ad tertium dicendum, quòd, veritatem eſſe in communi eſt per ſe notum; ſed primam veritatem eſſe, hoc non eſt per ſe notum quò ad nos. D. 933.

Explicatur ſenſus quæſiti.

E IN hoc quæſito breuiter indicanda eſt ſignificatio vocabulorum. Primum eſt illud nomen *Deus*; quo ſignificatur omnium entium optimum, & nobiliſſimum; quo nil melius, aut dignius à quouis intellectu poteſt excogitari. Secundum eſt, particula illa, *per ſe*; quę idem ſonat, quod non per alium medium terminum, per quem ſcilicet, propoſitio enuncians Deum eſſe, indigeat notificari. Tertiũ eſt vox illa, *notum*, quę notitiam ſignificat, non quam-

quamcunque, ſed euidentem. Itaque colligendo ſimul omnes terminos totius quęſiti ſenſus eſt: An hęc propoſitio: *Deus eſt*, ſit propoſitio per ſe nota, ideſt, non per aliam propoſitionem continentem medium terminum, per quam probetur, ſit ex ſolis, & proprijs terminis nota, notitia euidente, certa, & infallibili; adeo vt ſtatim abſque diſcurſu, doctore, aut pręceptore, ſola luminis naturalis illuſtratione, quilibet rationis compos intelligat Deum, ideſt nobiliſſimum omnium entium, factorum, factibilium, atque etiam cogitabilium actu in rerum natura ſubſiſtere; quemadmodum ſtatim intelligimus omne totum maius eſſe ſua parte, & hominem non eſſe lapidem, & de re qualibet veram eſſe affirmationem, vel negationem.

Forma Textus.

CVi quæſito S. Thom. præmiſſa diſtinctione, reſpondet duabus Concluſionibus. Diſtinctio eſt. Propoſitio per ſe nota, duplex eſt; quædam per ſe nota ſecundum ſe tantùm; & quædam per ſe nota ſecundum ſe, & quò ad nos, & hæc duplex eſt: quædam per ſe nota quò ad nos omnes, & quædam per ſe nota, quò ad ſapientes tãtùm. Declaratur hæc diſtinctio ex vna radice propoſitionis per ſe notæ in communi. Ex hoc aliqua propoſitio eſt per ſe nota, quod prædicatum includitur in ratione ſubiecti; ergo propoſitio per ſe nota ſecundum ſe, & quò ad nos eſt illa, cuius prædicatum eſt in ratione ſubiecti, & nobis eſt notum, quid ſit prædicatum, et ſubiectum. Per ſe nota verò ſecundum ſe tantùm, ea eſt, cuius prædicatum, eſt in ratione ſubiecti; ſed rationes ſubiecti, & prædicati nos latent. Ex eodem principio, ſequitur eam eſſe propoſitionem per ſe notam ſecundũ ſe, & quò ad ſapientes, cuius prædicatum eſt in ratione ſubiecti, & rationes terminorum clarè ſapientibus innoteſcunt.

Prima Concluſio eſt. Hæc propoſitio Deus eſt, eſt per ſe nota ſecundum ſe. Probatur: ex hoc aliqua propoſitio eſt per ſe nota ſecundum ſe, quia prædicatum eſt de ratione ſubiecti: ſed in hac propoſitione Deus eſt, prædicatum eſt de ratione ſubiecti; ergo eſt per ſe nota ſecundum ſe. Maior probatur: quia prædicatum eſt idem ſubiecto: nam Deus eſt ſuum eſſe.

Secunda Concluſio. Hæc propoſitio Deus eſt, non eſt per ſe nota nobis. Probatur dupliciter. Primò. Neſcimus de Deo quid eſt: ergo non eſt per ſe nota nobis. Antecedens patet. Conſequẽtia relinquitur, vt nota ex prædictis. Secundò indiget dicta propoſitio demonſtrari per ea, quæ ſunt magis nota quò ad nos, & minus nota quò ad naturam: ergo non eſt per ſe nota nobis. Antecedens Probatur: quia indiget demonſtrari per effectus.

Prima Controuerſia.

Quænam dicenda ſit propoſitio per ſe nota.

Sententiæ expoſitorum.

Molina. LVdouicus Molina ſuper hoc articulo affirmat nullam propoſitionem dicendam eſſe per ſe notam ſecundùm ſe, quæ non ſit etiam per ſe nota

A nobis propriè loquendo, ſequens (vt ipſe ait) opinionem Scoti. Vaſquez diſp. 19. cap. 3. duo dicit: Primum eſt ſecundam concluſionem D. Thom. hactenus à nullo ſatis fuiſſe probatam: Secundũ eſt, rationem primam D. Thom. nõ eſſe ſufficientem, ſed falſam eſſe illius conſequentiam. Caprẹolus (Capreol.) in primo ſentent. diſtinct. ſecunda, quæſt. 2. ſentit hoc loco diffinitam eſſe propoſitionem per ſe notam ſecundũ ſe; quod videlicet ſit illa, in qua prędicatum eſt de ratione ſubiecti, diſtinguens quinque modos, quibus contingit prædicatum eſſe in ratione ſubiecti, & negans propoſitionem, in qua prima paſsio prædicatur de ſuo ſubiecto eſſe per

B ſe notam. Eandem ſententiam ſequitur Syluester (Syluester.) ſuper hoc articulo, addens hic propriè diffiniri propoſitionem affirmatiuam per ſe notã, non autem negatiuam. Caietanus, quem reliqui omnes (Caiet. Ferrarien.) ſequuntur interpretes, & Ferrarienſis in primo cont. gent. capit. vndecimo, negant primò hoc in loco diffiniri propoſitionem per ſe notam.

Secundò dicunt hic tantùm poni cauſalem, ſcilicet ex hoc, quod prędicatum ponitur in ratione ſubiecti, fieri propoſitionem per ſe notam; nec tamẽ omnẽ propoſitionẽ per ſe notã, talẽ eſſe. Nam cum vnum prædicamentũ, (inquiunt) negatur ab alio, & cum prędicatur prima paſsio de primo ſu-

C biecto, fiunt propoſitiones per ſe notę ſecundũ ſe.

Tertiò dicunt. Si alicubi apud S. Thom. inueniatur ſic diffinita, gloſſandam eſſe illam particulam; eſſe in ratione ſubiecti, formaliter, vel virtualiter proximè, nec eſſe extendendam talem loquutionem, quia minus propria eſt. Valentia (Valentia.) negat illam propoſitionem, in qua vnum prædicatum negatur ab alio, eſſe per ſe notam ſecundum ſe; & affirmat illam, quæ experientia conſtat, eſſe per ſe notam ſecundum ſe.

Reſolutio.

D *Vnde penſanda ſit vnitas, aut diuerſitas vocis ſignificatiuæ, & cur aliqua propoſitio ſit per ſe nota, tam ſecundum ſe, quàm quò ad nos, & quomodo ſit in intellectu, vel in re.*

PRæſuppoſitis his, quę traduntur à Caietano (Caiet.) primo poſter. capit. 2. & tertio de propoſitione immediata, & per ſe nota. & à Ferrarienſi in dicto capitulo 11. Notandum eſt ex Caprẹolo (Capreol.) in allegata quęſtione, in reſponſione ad primum argumentum contra ſecundam Concluſionem, in qualibet propoſitione voce prolata, aut ſtylo deſcripta, tria eſſe conſideranda. Primum eſt vox ipſa

E propoſitionis, & eius termini. Secundum, conceptus mẽtis, quem ſignificat immediate. Tertium, res ipſa, quam ſignificat mediantè conceptu. Addit Caprẹolus vnitatem vocis, ſiuè propoſitionis ſignificatiuę, aut diuerſitatem, non pendere ex vnitate, vel diuerſitate rei ſignificatę, alioquin nullum eſſet (inquit) nomen æquiuocum; ſecundum hoc enim, ſi eſſent diuerſæ res, eſſent diuerſa nomina, & non idem nomen. Dependet autem vnitas, vel diuerſitas vocis ſignificatiuę, ſiuè complexę, ſiuè incomplexę ex identitate, vel diuerſitate vocis,

Digitized by Google

vocis,&intellectus. Vnde(inquit)ſi in propoſitione ſint eędem voces,& intellectus, erit eadē propoſitio formaliter, & materialiter; ſi autem ſint idem conceptus, ſed aliæ voces, ſicut eſt in ſynonimis,in quibus vox eſt diuerſa, & ſignificatum idem omnino; tunc erit eadem propoſitio formaliter, ſed non materialiter; ſi verò cum diuerſitate intellectuum ſit identitas vocis, erit eadem propoſitio materialiter, ſed non formaliter. Ipſe enim conceptus, quem ſignificat propoſitio, vel nomen,eſt formale in voce ſignificatiua;quia cōceptus eſt ipſi voci ratio formalis ſignificandi rē. Ex hoc enim vox eſt ſignificatiua rei,quia ſignificat conceptum, qui eſt ſimilitudo rei; & vox eſt quid materiale. Cum ergo dicimus eandem propoſitionem eſſe notam ſecundum ſe, quæ non eſt per ſe nota nobis, non loquimur de identitate formali,& materiali,ſed de identitate materiali,ſcilicet quantùm ad vocem,& præter hoc quantū ad rem ſignificatam. Intendimus enim,eandē propoſitionem ſecundum vocem, & eaſdem res à parte rei ſignificantem, eſſe ſecundum ſe per ſe notam, ſed non nobis;ita vt ſit per ſe nota vni,& non alteri. Iſti tamen non habent eoſdem conceptus de illa. Hæc fere ad verbum Capreolus, concludens hanc propoſitionem,Deus eſt,beato eſſe per ſe notam,non autem viatori,quia in intellectu comprehenſoris, componitur ex proprijs rationibus terminorum,quia cognoſcit ſubiectum, & prædicatum in ſe; non autem ita eſt de viatore.

Ferrarien. Secundò obſeruandum eſt cum Ferrarienſi in dicto vndecimo capitulo,rem quamlibet poſſe habere duplex eſſe; vnum in ſeipſa in rerum natura; aliud in conceptione noſtri intellectus. Quo fit,vt etiam de re,dupliciter poſſimus loqui. Vno modo ſecundùm id,quod ſibi conuenit extra intellectum ex natura ſua. Alio modo ſub ea ratione, qua à nobis concipitur,& intelligitur. Poteſt autem contingere,vt in re ipſa id, quod ſignificatur per ſubiectum, & prædicatū in propoſitione, ſint vna res;vt cum dico: Deus eſt:& homo eſt animal rationale; aut habeant immediatum ordinem adinuicem;vt:homo eſt riſibilis; & ideo,ſi prædicta conciperentur,ſecundùm quod in ſeipſis ſunt,appareret immediatè vnum alteri conuenire, ſcilicet ſubiecto prædicatum, ideſt rem ſignificatam vocabulo prædicati conuenire ſubiecto. Sed quoniam rei per ſubiectum, & prædicatum ſignificatæ natura,prout in ſe eſt,non videtur,ideo non ſtatim cognoſcitur prædicatum conuenire ſubiecto, ſed ex alijs nobis notioribus, neceſſe eſt ad illius notitiam euidentem peruenire.Propoſitiones igitur continentes ſubiecta,& prædicata tales res ſignificantia dicuntur per ſe notæ ſecundùm ſe, i. ſecūdum naturam ſuam;quia ex natura ſubiecti, & prædicati,ſi,prout in ſeipſis ſunt,cognoſcerentur,eueniret,vt nullo alio medio, ſiue notitia maiore præcedente appareret prædicatum ineſſe, ſiue conuenire ſubiecto.

Tertiò ſciendum eſt eam propriè dici propoſitionem per ſe notam non ſolùm ſecundùm ſe, ſed etiam quò ad nos,cuius ſubiecti, & prædicati na-

A tura,vt in ſeipſis ſunt,cognita, ſimul etiam euidēter apparet vtriuſque neceſſaria connexio. Tunc autem ſubiecti,& prædicati naturæ cognoſcūtur, vt in ſeipſis,quando per proprias ſpecies,& conceptus eas perfectè repreſentantes cognoſcūtur: Sicut enim antè noſtram omnem cognitionem quædam ſubiecta, & prædicata ſunt huius naturæ, vt vel vnum ſit idem alteri, vel vnum ad alterum habeat ordinem immediatum, & ideò conſtituāt propoſitionem per ſe notam ſecundùm ſe; ita, ſi fuerit eorū natura à nobis perfectè cognita, erit nobis eorum connexio ex ipſorum extremorum conceptione per ſe, ac immediatè nota, ac proin-

B de propoſitio connexionem illam ſignificans erit tàm ſecundùm ſe,quàm nobis per ſe nota. Quod quidem in affirmatiua qualibet propoſitione veriſſimum eſt: Tota namque ratio, quare abſq; vllo medio nobis notiori cognoſcatur prædicta cōnexio, eſt penetratio quidditatis extremorū,quę proximè,ac immediatè cauſat eorum vnitatem; & ideò ſapientiſſimè docet hic S.Thom. propoſitionem hanc: *Deus eſt*, non eſſe nobis per ſe notā; quia Deum nō cognoſcimus,vt in ſe eſt,ideſt, per propriam ſpeciem,& quidditatiuè.In propoſitione verò negatiua non videtur ſecundùm aliquos recentiores tàm perfecta extremorum cognitio eſ-

C ſe neceſſaria,vt propoſitio ſecundùm ſe nota ſit ēt per ſe nota nobis; quoniam in hac prædicatum à ſubiecto remouetur,nec vi illi' cognoſcitur, quid ſubiecto conueniat,ſed quid illi non conueniat; & quia ſubiectum negatiuæ propoſitionis ex ſe non immediatè ducit in cognitionem prædicati, eo ꝙ omnis negatio ſit cognoſcibilis per affirmationē, atque adeò ſubiectum prius ducat in cognitionē prædicati poſitiui ſibi conuenientis,quàm in cognitionem prædicati,quod remouetur ab eo; ideo malè docet Vaſquez propoſitionem hanc eſſe per ſe notam nobis: *Omne incorporeum loco corporeo nō commenſuratur*; præſupponit enim alteram affir-

D matiuam priorem,ex qua dependet. Meliùs tamē videtur huic difficultati ſatisfieri poſſe diſtinguēdo duplicem eſſe propoſitionis negatiuæ differentiam: Quædam eſt, qua vnius rei natura negatur ab alia: vt,cum dico: *homo non eſt lapis, aut Leo*: quædam verò eſt,in qua remouetur accidens aliquod à ſubſtantia:vt in his: *Angelus non commenſuratur loco: Bos non intelligit: Homo non latrat, aut rugit*. Prioris generis propoſitiones verè,ac propriè ſunt immediatæ,ac per ſe notæ,non minus, quàm illæ,in quibus diffinitio prædicatur de diffinito; Quia differentia,quæ nobiliſſima pars eſt diffinitionis,ſicut per ſe ipſam immediatè conſtituit,ſic

E per ſe ipſam etiam immediatè diſtinguit rei conſtitutæ naturam à qualibet alia natura; poſterioris verò generis propoſitiones dici propriè nequeunt immediatæ,aut per ſe notæ;quoniam accidēs alicui naturæ proprium, aut connaturale non intelligitur ab alia natura remoueri, niſi prius vna natura fuerit ab alia natura remota.Dicuntur tamen quædam ex his per ſe notæ ſapientibus; quia ſapientes habitualem habent illius poſitiui cognitionem,ex quo dependet immediatè notitia negationis.

Quartò

Caiet. Quid requiritur, vt aliqua propoſitio ſit per ſe nota, non tantum ſecũdum ſe, verum etiã quò ad nos

Quartò conſiderandum eſt ſatis probabiliter dici poſſe cum Caietano primo poſter. ad hoc, vt aliqua propoſitio dicatur per ſe nota, non tantùm ſecundum ſe, ſed etiam nobis, quandoque requiri, vt habeamus diſtinctè proprios illius conceptus, ex quibus habet, vt ſit per ſe nota ſecundum ſe; quandoque autem ſufficit, vt habeamus illos confusè. Et ratio eſt; quoniam ad euidentiam cõplexi ſignificati, quandoque ſufficiunt conceptus confuſi, vt in hac. Omne totum eſt maius ſua parte: quandoque non, vt in hac, Deus eſt, propriè tamen, & abſolutè loquendo nõ videtur propoſitio, cuius extrema ſunt cõfusè cognita, dici poſſe per ſe nota, quoad nos, ſed tantùm ſecundùm quid, ſcilicet cognitione confuſa; quoniam abſolutè cognoſcitur per aliud; cum in ordine cognitionis diſtinctæ non cognoſcatur, niſi per aliud. Eſt tamen ſemper eadem propoſitio, ſiue diſtinctè, ſiue confusè concepta; quia identitas propoſitionis ſecundum ſe non variatur ex variatione conceptuum formalium, ſed ex alietate conceptuum obiectalium, idest rerum conceptarum, & ſignificatarum per propoſitionem in ſubiecto, & prædicato, & copula; vt dixit etiam Capreolus, & Ferrarienſis in dicto loco.

Quintò ſciendum eſt, cum dicimus propoſitionem aliquam eſſe per ſe notam quoad nos, non eſſe intelligendum de actuali notitia, ſed de aptitudinali tantùm, vt ſcilicet illa propoſitio ſit per ſe cognoſcibilis quoad nos. Dicitur autem propoſitio per ſe cognoſcibilis quoad nos ratione fundamenti vnionis, quod eſt in rebus, quando ſcilicet tale eſt, vt ſit aptum ad mouendum noſtrum intellectum ſecundùm ſe, vt componat prædicatum cum ſubiecto, & ita cognoſcat veritatem; & ſicut ex actuali noſtri intellectus compoſitione non reſultat in re aliqua veritas, ita ex eadem non poteſt reſultare ratio propoſitionis per ſe notæ ſecũdum ſe; Dicitur ergo propoſitio per ſe nota ſecundum ſe ratione ſignificati, antequam vlli noſtræ conceptioni correſpondeat.

Quò propoſitio ſit in intellectu, vel in re.

Poſtremò notandum eſt ſi ſumatur propoſitio, quò ad conceptũ tàm formalem, quàm obiectalẽ formaliter ſumptum, eam eſſe in ſolo intellectu. Et ſimiliter etiam termini poſſunt aliquo modo dici eſſe in intellectu, vel quia ſigna ſunt ab intellectu ad res immaterialiter conceptas ſignificandas ordinata; vel ſaltem, quia à cogitatiua concipiuntur ad imperium intellectus; & eadem ratione voces, quæ ad eundem finem cogitantur. Sed tamen eadem propoſitio ratione ſui ſignificati, dicitur eſſe in re, quando res ſignificata eſt aliquid reale, & ſimiliter termini rem ſignificantes, poſſunt dici eſſe in re, idest extra intellectum; quia, ſi ſcribantur, iam non ſunt in intellectu ſecundũ illud eſſe ſcriptũ; & ſimiliter vocè prolati non ſunt in intellectu, ſed in re; modo tamen ſuæ naturæ conuenienti, ſcilicet ſecundum eſſe ſucceſsiuum, & fluens, ſicut motus, & tempus. Et ſimiliter etiã formaliter, & ſtrictè loquẽdo termini propoſitionis, & ipſa propoſitio in cogitatiua, vel imaginatiuã concepta, dicitur eſſe in re, idest extra intellectum. Et quamuis termini ex natura ſua abſolutè ſumpta nihil ſignificent, ſed ab humano intellectu proprias habeant ſignificationes; ſuppoſita tamen eorum inſtitutione ad ſignificandũ, cõuenit eis ex ſua natura ſic inſtituta, vel talẽ habeant ſignificationem; ſicut lapides, & cementum, licet ex natura ſua abſolutè ſumpta non habeãt rationem domus humanæ habitationi accommodatæ; ſuppoſita tamen tali ordinatione per artem humanam facta, per quam in formam domus lapides, & cementum eriguntur, iam habent ex natura ſua, quatenus ſic ordinata, & compoſita ſunt, vt ſint domus humanis vſibus apta. Ex dictis, ſequitur poſſe nos de propoſitione aliqua dupliciter loqui: Vno modo ſecundum ſe; alio modo quò ad nos; & loqui de propoſitione ſecundum ſe, eſſe idẽ quod loqui de propoſitione, non ſolùm ratione rei ſignificatæ, ſed etiam ratione terminorum, ſuppoſita eorum inſtitutione ad ſignificandum, abſtrahendo à tali, vel tali eſſe; ſicut etiam cum loquimur de homine, vel lapide ſecundum ſe.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

Prima Concluſio. Quædam propoſitiones ſunt per ſe notæ ſecundùm ſe tantùm. Hæc propoſitio eſt contra Ludouicum Molinam, & Scotum; & patet ex ſupradictis. Molina.

Præterea probatur hæc prima Concluſio, oſtendendo falſam eſſe propoſitionem, ſiue regulam illam Molinæ. Quando extrema concipiuntur, & ſignificantur diſtinctè, res qua ratione ita ſignificatur, atque vt eſt obiectum talis propoſitionis mentalis, aut vocalis, eſt per ſe nota in ſe, atque etiam nobis. Nam loqui de re ſignificata per propoſitionem; mentalem, aut vocalẽ, quatenus ſubſtat tali ſignificationi, nõ eſt loqui de notitia propoſitionis, quo ad ſua ſignificata ſecũdum ſe, ſed tantùm quò ad nos. Nam etiam Ariſt. ſecundo metaphyſ. tex. primo loquens de notitia ſubſtantiarum ſeparatarum, diſtinguit notitiam conuenientem rei ſecundum ſe, ab ea, quæ conuenit rei, vt à nobis concipitur, & ſignificatur, cum ait ea, quæ naturæ ſunt manifeſtiſsima, eſſe nobis imperfectiſsimè cognita. Igitur Ariſt. cum loquitur de re, vt à nobis concipitur, & ſignificatur, non loquitur de eius notitia ſecundum ſe, ſed tantùm quò ad nos; & meritò. Quoniam rei notitia quò ad nos, eſt notitia rei, quatenus in noſtram cognitionem cadit; at in noſtram cognitionem, non cadit, niſi prout à nobis mente concipitur, & ſignificatur; è contra autem notitia rei ea eſt, quæ pendet à rei actualitate, etiam ſecluſo actu noſtri intellectus, vt patet ex allegata authoritate Ariſtotel. Deniq; probatur eadem Concluſio oſtẽdendo multa propoſitionibus propriè, & formaliter conuenire ratione rei ſignificatæ. Primò; quoniam propoſitio diſtinguitur in propoſitionem per ſe, & in eã, quæ eſt per accidens. Item propoſitio per ſe, in eam, quæ eſt per ſe in primò, & in eam, quæ eſt in ſecundo modo. Similiter diſtinguitur propoſitio in neceſſariam, & in non neceſſariam. Quæ diſtinctiones

Regula Molinæ falſa. Prima ratio. Ariſt. 2. ratio.

nec nulla ratione poſſunt conuenire propoſitioni, niſi ratione rei ſignificatæ. Nam, quia à parte rei, talis eſt connexio rei ſignificatæ per ſubiectum, & rei ſignificatæ per prædicatum; ideo à tali connexione ꝓpoſitio denominatur, & diſtinguitur prædictis differentijs. Si itaque prædictæ locutiones, & diſtinctiones non ſunt impropriæ, cur imponitur S. Thomę improprietas locutionis, dum diſtinguit propoſitionem per ſe notam in eam, quæ eſt per ſe nota ſecundùm ſe tantùm, & in eam, quę eſt per ſe nota etiam quò ad nos, cum optimè poſſit propoſitio à re ſignificata denominari, vt probauimus?

Secunda Concluſio. Omnis illa propoſitio, in qua prædicatur prima paſſio de primo ſuo ſubiecto, vel vnum prędicamentum negatur ab alio, eſt per ſe nota ſecundum ſe. Probatur hæc ex doctrina Caietani primo poſt. & Ferrarienſis loco ſupra citato, ad quos lectorem remittimus. *Caiet. Ferrarien.*

Tertia Concluſio. Non omnes illæ propoſitiones, quæ experientia conſtant, ſunt per ſe notæ ſecundùm ſe. Probatur primò: Illæ tantùm propoſitiones dicuntur per ſe notæ ſecundùm ſe, quæ nō poſſunt probari per aliam propoſitionem continẽtem cauſam coniunctionis prædicati cum ſubiecto: At multæ propoſitiones, quæ experientia cōſtant, poſſunt probari per aliam priorem continẽtem cauſam coniunctionis prædicati cum ſubiecto; vt hæc: Luna Eccliptatur, experientia conſtat, & eſt per ſe nota quò ad nos; non tamen ſecundũ ſe; quoniam poteſt probari à priori per aliã propoſitionem continentem cauſam Eccliptis. Et ſimiliter hæc: Cęlum mouetur, ſenſu conſtat, & tamen probari poteſt per aliam propoſitionem priorem continentem cauſam motus Cœleſtis. Nam poteſt afferri cauſa efficiens proxima, quæ eſt intelligentia, vel anima Cœli, ſi Cęlum eſt animatũ; vel cauſa prima, q̃ Deus eſt, vel cauſa finalis proxima, vel remota, vt patet ex Ariſ. duodecimo Metaph. vel cauſa materialis, ex natura corporis Cœleſtis. Secundò S. Tho. de ver. quæſt. 10. artic. duodecimo, in corp. ait, non poſſe dici de aliqua creatura, quod eam eſſe, ſit per ſe notum ſecundum ſe, & tamen experientia conſtat multas creaturas eſſe in vniuerſo. *riſt. .Tho.*

Quarta Concluſio. D. Thom. hic non diffiniuit propoſitionem per ſe notam ſecundùm ſe; Hæc ẽt patet ex dictis, quoniam non poſſet ſaluari diffinitio in proprio, & formali ſenſu.

Quinta Concluſio. Hæc propoſitio Deus eſt, eſt per ſe nota tantùm ſecundum ſe. Hæc etiam patet ex prædictis.

Vltima Concluſio. Probatio prima ſecundæ concluſionis optima eſt: Hæc patet ex primo notabili.

Argumenta, & ſolutiones.

CONtra primam Concluſionem argumentatur Molina. In rebus ſecundum ſe, nulla eſt propoſitio, ſed ſolùm, vt apprehenduntur ab intellectu, aut vt ſignificantur his, aut illis vocibus, vel ſcriptis: ſed, quãdo extrema concipiuntur, A & ſignificantur confusè, neque ſecundùm ſe, neque nobis eſt per ſe nota propoſitio, ſiuè res, vt ita ſignificata; quando verò extrema concipiuntur, & ſignificãtur ita diſtinctè, vt ex terminis neceſſaria connexio prædicati cum ſubiecto percipiatur, res, vt ſic ſignificata, & vt obiectum talis propoſitionis, eſt per ſe nota in ſe, atque etiam nobis. Et confirmatur: quia longè diuerſa propoſitio eſt illa, qua extrema concipiũtur diſtinctè &c. ab ea, qua non ita concipiuntur, eſto res, quę vtraque propoſitione ſignificatur, eadem prorſus ſit; ergo D. Thom. qui loqutus eſt de propoſitione, quò ad rem tantùm ſignificatam, licet verè dixe- B rit dari propoſitionem per ſe notam ſecundùm ſe tantùm, & non nobis; minus tamen propriè loquutus eſt.

Reſpondetur primò, Maiorem, ſimpliciter eſſe falſam, vt patet ex dictis. Secundò dico minorem etiam eſſe falſam quò ad primam partem, & quò ad ſecundam, vt patet ex dictis, & ex doctrina Caietani, & Ferrarienſis locis allegatis. *Caiet. Ferrarien.* Tertiò dico, quod loqui de propoſitione quò ad id, quod eſt principale in ipſa, ſcilicet, quò ad rem ſignificatam, non eſt loqui de ea minus propriè; cum præſertim tota notitia propoſitionis, referenda omnino ſit ad rem ſignificatam per propoſitionem. C Nam propoſitio, neque quò ad terminos, neq; quò ad conceptus dicitur eſſe nota, ſiuè ſecundùm ſe, ſiue nobis, niſi ratione rei per conceptus repręſentatæ. Non enim formantur conceptus, & voces, niſi propter rei notitiam habendam; res ergo eſt illa, quæ per ſe primò dicitur eſſe nota, vel ſecundũ ſe, vel nobis modo ſuperius explicato.

Sed cõtra hanc reſponſionem poſſet argui. Propoſitio, vel res nulla ratione poteſt dici nota, niſi cum reſpectu ad nos; ergo omnis propoſitio per ſe nota ſecundùm ſe, erit etiam per ſe nota quò ad nos. Antecedens probatur: quoniam ideo propoſitio, vel res nota dicitur, quia põt à nobis cognoſci.

D Reſpondetur negando conſequentiam. Quoniã aliud eſt eſſe per ſe notum, quò ad nos, ideſt, ſecũdùm aliquem ordinem ad noſtrum intellectum, quatenus ſcilicet, poteſt à nobis cognoſci: quod veriſsimum eſt: ſed tamen hoc non facit omnem propoſitionem per ſe notam ſecundùm ſe eſſe etiã per ſe notam nobis; ſed tantùm dici per ſe notam ſecundùm ſe connotando ordinem intelligibilitatis ad intellectum noſtrum, ſiuè poſſit ab eo intelligi immediatè, ſiuè per medium terminũ notiorem quò ad nos. aliud eſt eſſe per ſe notum quò ad nos, ideſt, non per medium aliquem terminum no- E bis notiorem, in quo ſenſu falſa eſt conſequentia.

Contra ſecundam Concluſionem, quò ad primam partem argumentatur Syluester. *Syluester.* Prima paſſio demonſtrabilis eſt de ſubiecto per diffinitionẽ paſsionis, & vlterius diffinitio paſsionis eſt demõſtrabilis de ſubiecto per diffinitionem ſubiecti; ergo illa propoſitio, in qua prædicatur prima paſſio de primo ſubiecto, non eſt per ſe nota ſecundũ ſe.

Reſpondetur negando conſequẽtiam, & rationem aſſignat Caietanus primo poſter. capit. tertio, ad argumenta Scoti, quoniam de diffinitione, & dif- *Caiet.*

Caiet.

Quid requiratur, vt aliqua propoſitio ſit per ſe nota, non tantum ſecũdum ſe, verumetiã quò ad nos

Quartò conſiderandum eſt ſatis probabiliter dici poſſe cum Caietano primo poſter. ad hoc, vt aliqua propoſitio dicatur per ſe nota, non tantùm ſecundum ſe, ſed etiam nobis, quandoque requiri, vt habeamus diſtinctè proprios illius conceptus, ex quibus habet, vt ſit per ſe nota ſecundum ſe; quandoque autem ſufficit, vt habeamus illos confuſè. Et ratio eſt; quoniam ad euidentiam cõplexi ſignificati, quandoque ſufficiunt conceptus confuſi, vt in hac. Omne totum eſt maius ſua parte: quandoque non, vt in hac, Deus eſt, propriè tamen, & abſolutè loquendo nõ videtur propoſitio, cuius extrema ſunt cõfusè cognita, dici poſſe per ſe nota, quoad nos, ſed tantùm ſecundùm quid, ſcilicet cognitione confuſa; quoniam abſolutè cognoſcitur per aliud; cum in ordine cognitionis diſtinctæ non cognoſcatur, niſi per aliud. Eſt tamen ſemper eadem propoſitio, ſiuè diſtinctè, ſiuè confusè concepta; quia identitas propoſitionis ſecundum ſe non variatur ex variatione conceptuum formalium, ſed ex alietate conceptuum obiectalium, ideſt rerum conceptarum, & ſignificatarum per propoſitionem in ſubiecto, & prædicato, & copula; vt dixit etiam Capreolus, & Ferrarienſis in dicto loco.

Quintò ſciendum eſt, cum dicimus propoſitionem aliquam eſſe per ſe notam quoad nos, non eſſe intelligendum de actuali notitia, ſed de aptitudinali tantùm, vt ſcilicet illa propoſitio ſit per ſe cognoſcibilis quoad nos. Dicitur autem propoſitio per ſe cognoſcibilis quoad nos ratione fundamenti vnionis, quod eſt in rebus, quando ſcilicet tale eſt, vt ſit aptum ad mouendum noſtrum intellectum ſecundùm ſe, vt componat prædicatum cum ſubiecto, & ita cognoſcat veritatem; & ſicut ex actuali noſtri intellectus compoſitione non reſultat in re aliqua veritas, ita ex eadem non poteſt reſultare ratio propoſitionis per ſe notæ ſecũdum ſe; Dicitur ergo propoſitio per ſe nota ſecundum ſe ratione ſignificati, antequam vlli noſtræ conceptioni correſpondeat.

Q̃uo propoſitio ſit in intellectu, vel in re.

Poſtremò notandum eſt ſi ſumatur propoſitio, quò ad conceptũ tàm formalem, quàm obiectalẽ formaliter ſumptum, eam eſſe in ſolo intellectu. Et ſimiliter etiam termini poſſunt aliquo modo dici eſſe in intellectu, vel quia ſigna ſunt ab intellectu ad res immaterialiter conceptas ſignificandas ordinata; vel ſaltem, quia à cogitatiua concipiuntur ad imperium intellectus; & eadem ratione voces, quæ ad eundem finem cogitantur. Sed tamen eadem propoſitio ratione ſui ſignificati, dicitur eſſe in re, quando res ſignificata eſt aliquid reale, & ſimiliter termini rem ſignificantes, poſſunt dici eſſe in re, ideſt extra intellectum; quia, ſi ſcribantur, iam non ſunt in intellectu ſecundũ illud eſſe ſcriptũ; & ſimiliter vocè prolati non ſunt in intellectu, ſed in re; modo tamen ſuæ naturæ conuenienti, ſcilicet ſecundum eſſe ſucceſsiuum, & fluens, ſicut motus, & tempus. Et ſimiliter etiã formaliter, & ſtrictè loquẽdo termini propoſitionis, & ipſa propoſitio in cogitatiua, vel imaginatiuà concepta, dicitur eſſe in re, ideſt extra intel-

A lectum. Et quamuis termini ex natura ſua abſolutè ſumpta nihil ſignificent, ſed ab humano intellectu proprias habeant ſignificationes; ſuppoſita tamen eorum inſtitutione ad ſignificandũ, cõuenit èis ex ſua natura ſic inſtituta, vel talẽ habeant ſignificationem; ſicut lapides, & cementum, licèt ex natura ſua abſolutè ſumpta non habeãt rationem domus humanæ habitationi accommodatæ; ſuppoſita tamen tali ordinatione per artem humanam facta, per quam in formam domus lapides, & cementum eriguntur, iam habent ex natura ſua, quatenus ſic ordinata, & compoſita ſunt, vt ſint domus humanis vſibus apta. Ex dictis, ſe- B quitur poſſe nos de propoſitione aliqua dupliciter loqui: Vno modo ſecundum ſe; alio modo quò ad nos; & loqui de propoſitione ſecundum ſe, eſſe idẽ quod loqui de propoſitione, non ſolùm ratione rei ſignificatæ, ſed etiam ratione terminorum, ſuppoſita eorum inſtitutione ad ſignificandum, abſtrahendo à tali, vel tali eſſe; ſicut etiam cum loquimur de homine, vel lapide ſecundum ſe.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima Concluſio. Quædam propoſitiones ſunt per ſe notæ ſecundùm ſe tantùm. Hæc propo- C ſitio eſt contra Ludouicum Molinam, & Scotum; & patet ex ſupradictis.

Molina.

Præterea probatur hæc prima Concluſio, oſtendendo falſam eſſe propoſitionem, ſiue regulam illam Molinæ. Quando extrema concipiuntur, & ſignificantur diſtinctè, res qua ratione ita ſignificatur, atque vt eſt obiectum talis propoſitionis mentalis, aut vocalis, eſt per ſe nota in ſe, atque etiam nobis. Nam loqui de re ſignificata per propoſitionem; mentalem, aut vocalẽ, quatenus ſubſtat tali ſignificationi, nõ eſt loqui de notitia propoſitionis, quo ad ſua ſignificata ſecũdum ſe, ſed D tantùm quò ad nos. Nam etiam Ariſt. ſecundo metaphyſ. tex. primo loquens de notitia ſubſtantiarum ſeparatarum, diſtinguit notitiam conuenientem rei ſecundum ſe, ab ea, quæ conuenit rei, vt à nobis concipitur, & ſignificatur, cum ait ea, quæ naturæ ſunt manifeſtiſsima, eſſe nobis imperfectiſsimè cognita. Igitur Ariſt. cum loquitur de re, vt à nobis concipitur, & ſignificatur, non loquitur de eius notitia ſecundum ſe, ſed tantùm quò ad nos; & meritò. Quoniam rei notitia quò ad nos, E eſt notitia rei, quatenus in noſtram cognitionem cadit; at in noſtram cognitionem, non cadit, niſi prout à nobis mente concipitur, & ſignificatur; è contra autem notitia rei ea eſt, quæ pendet à rei actualitate, etiam ſecluſo actu noſtri intellectus, vt patet ex allegata authoritate Ariſtotel. Deniq; probatur eadem Concluſio oſtẽdendo multa propoſitionibus propriè, & formaliter conuenire ratione rei ſignificatæ. Primò; quoniam propoſitio diſtinguitur in propoſitionem per ſe, & in eã, quæ eſt per accidens. Item propoſitio per ſe, in eam, quæ eſt per ſe in primò, & in eam, quæ eſt in ſecundo modo. Similiter diſtinguitur propoſitio in neceſſariam, & in non neceſſariam. Quæ diſtinctio-

Regula Molinæ falſa.

Prima

Ariſt.

2. ratio.

nes

næ nulla ratione poſſunt conuenire propoſitioni, niſi ratione rei ſignificatæ. Nam, quia à parte rei, talis eſt connexio rei ſignificatæ per ſubiectum, & rei ſignificatæ per prædicatum; ideo à tali connexione ꝓpoſitio denominatur, & diſtinguitur prædictis differentijs. Si itaque prædictæ locutiones, & diſtinctiones non ſunt impropriæ, cur imponitur S. Thomę improprietas locutionis, dum diſtinguit propoſitionem per ſe notam in eam, quæ eſt per ſe nota ſecundùm ſe tantùm, & in eam, quę eſt per ſe nota etiam quò ad nos, cum optimè poſſit propoſitio à re ſignificata denominari, vt probanimus?

Secunda Concluſio. Omnis illa propoſitio, in qua prædicatur prima paſſio de primo ſuo ſubiecto, vel vnum prędicamentum negatur ab alio, eſt per ſe nota ſecundum ſe. Probatur hæc ex doctrina Caietani primo poſt. & Ferrarienſis loco ſupra citato, ad quos lectorem remittimus. Caiet. Ferrarien.

Tertia Concluſio. Non omnes illæ propoſitiones, quæ experientia conſtant, ſunt per ſe notæ ſecundùm ſe. Probatur primò: Illæ tantùm propoſitiones dicuntur per ſe notæ ſecundùm ſe, quæ nō poſſunt probari per aliam propoſitionem continētem cauſam coniunctionis prædicati cum ſubiecto: At multæ propoſitiones, quæ experientia cōſtant, poſſunt probari per aliam priorem continētem cauſam coniunctionis prædicati cum ſubiecto; vt hæc: Luna Ecclipſatur, experientia conſtat, & eſt per ſe nota quò ad nos; non tamen ſecundū ſe; quoniam poteſt probari à priori per aliā propoſitionem continentem cauſam Ecclipſis. Et ſimiliter hæc: Cęlum mouetur, ſenſu conſtat, & tamen probari poteſt per aliam propoſitionem priorem continentem cauſam motus Cœleſtis. Nam poteſt afferri cauſa efficiens proxima, quæ eſt intelligentia, vel anima Cœli, ſi Cęlum eſt animatū; vel cauſa prima, q̄ Deus eſt, vel cauſa finalis proxima, vel remota, vt patet ex Ariſ. duodecimo Metaph. vel cauſa materialis, ex natura corporis Cœleſtis. Secundò S. Tho. de ver. quæſt. 10. artic. duodecimo, in corp. ait, non poſſe dici de aliqua creatura, quod eam eſſe, ſit per ſe notum ſecundum ſe, & tamen experientia conſtat multas creaturas eſſe in vniuerſo. Ariſt. S. Tho.

Quarta Concluſio. D. Thom. hic non diffiniuit propoſitionem per ſe notam ſecundùm ſe; Hæc et patet ex dictis, quoniam non poſſet ſaluari diffinitio in proprio, & formali ſenſu.

Quinta Concluſio. Hæc propoſitio Deus eſt, eſt per ſe nota tantùm ſecundum ſe. Hæc etiam patet ex prædictis.

Vltima Concluſio. Probatio prima ſecundæ concluſionis optima eſt: Hæc patet ex primo notabili.

Argumenta, & ſolutiones.

Contra primam Concluſionem argumentatur. Molina. In rebus ſecundum ſe, nulla eſt propoſitio, ſed ſolùm, vt apprehenduntur ab intellectu, aut vt ſignificantur his, aut illis vocibus, vel ſcriptis: ſed, quādo extrema concipiuntur, & ſignificantur confuſè, neque ſecundùm ſe, neque nobis eſt per ſe nota propoſitio, ſiue res, vt ita ſignificata; quando verò extrema concipiuntur, & ſignificatur ita diſtinctè, vt ex terminis neceſſaria connexio prædicati cum ſubiecto percipiatur, res, vt ſic ſignificata, & vt obiectum talis propoſitionis, eſt per ſe nota in ſe, atque etiam nobis. Et confirmatur: quia longè diuerſa propoſitio eſt illa, qua extrema concipiūtur diſtinctè &c. ab ea, qua non ita concipiuntur, eſto res, quę vtraque propoſitione ſignificatur, eadem prorſus ſit; ergo D. Thom. qui loqutus eſt de propoſitione, quo ad rem tantùm ſignificatam, licet verè dixerit dari propoſitionem per ſe notam ſecundùm ſe tantùm, & non nobis; minus tamen propriè loquutus eſt.

Reſpondetur primò, Maiorem, ſimpliciter eſſe falſam, vt patet ex dictis. Secundò dico minorem etiam eſſe falſam quò ad primam partem, & quò ad ſecundam, vt patet ex dictis, & ex doctrina Caietani, & Ferrarienſis locis allegatis. Tertiò dico, quod loqui de propoſitione quò ad id, quod eſt principale in ipſa, ſcilicet, quò ad rem ſignificatam, non eſt loqui de ea minus propriè; cum præſertim tota notitia propoſitionis, referenda omnino ſit ad rem ſignificatam per propoſitionem. Nam propoſitio, neque quò ad terminos, neq; quò ad conceptus dicitur eſſe nota, ſiue ſecundùm ſe, ſiue nobis, niſi ratione rei per conceptus repręſentatæ. Non enim formantur conceptus, & voces, niſi propter rei notitiam habendam; res ergo eſt illa, quæ per ſe primò dicitur eſſe nota, vel ſecundū ſe, vel nobis modo ſuperius explicato. Caiet. Ferrarien.

Sed cōtra hanc reſponſionem poſſet argui. Propoſitio, vel res nulla ratione poteſt dici nota, niſi cum reſpectu ad nos; ergo omnis propoſitio per ſe nota ſecundùm ſe, erit etiam per ſe nota quò ad nos. Antecedens probatur, quoniam ideo propoſitio, vel res nota dicitur, quia pōt à nobis cognoſci.

Reſpondetur negando conſequentiam. Quoniā aliud eſt eſſe per ſe notum, quò ad nos, idest, ſecūdùm aliquem ordinem ad noſtrum intellectum, quatenus ſcilicet, poteſt à nobis cognoſci: quod veriſſimum eſt: ſed tamen hoc non facit omnem propoſitionem per ſe notam ſecundùm ſe eſſe etiā per ſe notam nobis; ſed tantùm dici per ſe notam ſecundùm ſe connotando ordinem intelligibilitatis ad intellectum noſtrum, ſiue poſſit ab eo intelligi immediatè, ſiuè per medium terminū notiorem quò ad nos. aliud eſt eſſe per ſe notum quò ad nos, idest, non per medium aliquem terminum nobis notiorem, in quo ſenſu falſa eſt conſequentia.

Contra ſecundam Concluſionem, quò ad primam partem argumentatur Syluester. Prima paſſio demonſtrabilis eſt de ſubiecto per diffinitionē paſſionis, & vlterius diffinitio paſſionis eſt demōſtrabilis de ſubiecto per diffinitionem ſubiecti; ergo illa propoſitio, in qua prædicatur prima paſſio de primo ſubiecto, non eſt per ſe nota ſecundū ſe. Sylueſter.

Reſpondetur negando conſequētiam, & rationem aſſignat Caietanus primo poſter. capit. tertio, ad argumenta Scoti, quoniam de diffinitione, & dif- Caiet.

& diffinito contingit loqui dupliciter: Vno modo ſecundum ſe. Alio modo ratione noſtri. Si ſecundùm ſe loquamur, nulla eſt inter diffinitionem, & diffinitum differentia; & ſic concluſio demóſtrata ratione noſtri, ideſt, per mediũ ratione noſtri, eſt ſecundùm ſe per ſe nota, & in tali demonſtratione incidit ſecundùm ſe petitio principij, licèt ſit à priori ratione noſtri. Vide Caietanum ibi.

Valentia. Contra ſecundam partem eiuſdem ſecũdæ cõcluſionis argumentatur Valentia: Propoſitiones, in quibus vna res negatur ab alia, vt hæc; homo non eſt leo, & aliæ huiuſmodi, requirunt à parte ſui ſignificati priores aſsẽſus de quidditatibus ipſarum rerum diſtinctarum; ergo non ſunt per ſe notæ. Antecedens probatur: quia, quemadmodũ eſſentia rei prior eſt diſtinctione, ita aſſenſus circa diſtinctionem, quæ eſt paſsio rei, requirit priorem aſſenſum circa quidditatem rei.

Reſpondetur negando antecedens. Ad probationem negatur iterum antecedens. Quoniam à parte rei quidditas, ideſt diffinitio, res, & diſtinctio eius eſſentialis vnum ſunt; & ideo nihil mediat inter rem, & eius diſtinctionem ab alia; fit.n. diſtinctio formaliter per ipſam eſſentiam rei, & non per aliquid ſuperadditum.

Valentia. Contra tertiam argumẽtatur Valentia authoritate Ariſtot. ſecundo phyſic. tex. 6.

Ariſt. Reſpondetur Ariſt. nil aliud ibidem dicere, niſi ridiculum eſſe tentare demonſtrare naturam eſſe; quia id per ſe notũ eſt ex ſenſu; & loquitur de demonſtratione, quæ fit ex notioribus nobis.

Contra vltimam concluſionem argumentatur Vaſquez. Quia principium illud: *Quodlibet eſt, vel non eſt*, ſub quo Angelus, & ipſe Deus continetur, eſt nobis per ſe notum; Ergo etiam eſt nobis per ſe notum Deum eſſe, vel non eſſe, cum tamẽ Dei cõceptum proprium nõ habeamus: Et confirmatur: Quia principium illud *omne incorporeum loco corporeo non commenſuratur*, eſt per ſe notum nobis, & tamen rei incorporeæ conceptum quidditatiuum non habemus.

Reſpondetur Argumentum eſſe ſatis puerile, & nullam eſſe conſequentiam; non enim ſequitur nobis eſſe per ſe notum Deũ eſſe, ſed tantùm hanc diſtinctiuam veram eſſe, ſcilicet Deus eſt, vel non eſt; ſicut etiam per ſe notum eſt, Chimeram eſſe, vel non eſſe. Et quia ſic Deus cognoſcitur, prout continetur ſub cõmuniſſimo conceptu illius principij: *Quodlibet eſt, vel non eſt*, ideò, vt ſit nobis per ſe nota dicta disiunctiua, non eſt neceſſe, vt Deum cognoſcamus quidditatiuè, ſed tãtùm illud, quòd primò clauditur in dicto principio.

Ad confirmationem negatur antecedens, cuius falſitas patet ex dictis.

Secunda Controuerſia.

An excedens omne cogitabile includat exiſtentiam, & quomodo.

Ratio dubitandi, & ſententiæ expoſitorum.

RAtio huius difficultatis eſt; quia ſi excedens omne cogitabile non exiſtit in rerum natura, A ergo non eſt excedens omne cogitabile; Conſequẽtia probatur: quia quod exiſtit in rerum natura, maius eſt non exiſtente in rerum natura; ſicut ens non ente. Igitur de ratione intrinſeca eius, quod eſt excedens omne cogitabile, eſt exiſtentia.

Syluester. Syluester ſuper hoc articulo ſic ait; *Dum concipio maximum cogitabile, abſtraho ab omni eſſe, nec concipio, quod ſibi conueniat ſecundùm ſuam rationem eſſe in re.*

Ferrarien. D. Thom. Ferrarienſis in primo contra gent. capit. vndecimo, & D. Tho. ibidem dicunt, quod, ſi ſupponamus Deum eſſe, & nomine Dei ſignificari id, quo maius cogitari non poteſt, non eſt poſsibile aliquid maius Deo cogitari; B ſi autẽ nõ ſupponamus, ſed potius negemus Deum eſſe; licèt nomine Dei ſignificemus id, quo maius cogitari non poteſt, poſsibile eſt Deo cogitari aliquid nobilius. Nam, ſi Deus non ſit, prædictum eius ſignificatum, non erit in rerum natura, ſed tantùm in cogitatione, & ſic ens reale in rerum natura exiſtens, puta homo, erit nobilius ſimpliciter, & quantùm ad eſſe naturæ, non autem quantùm ad eſſe cogitatum; quia licèt Deus non eſſet in natura, ſignificatum tamen huius nominis Deus eſt maius ſignificato huius nominis homo, ſi vtrumque accipiatur in eſſe cogitato tantùm. Idem docet Bannes ſuper C hoc articulo. Caietanus premiſſo ſubtili diſcurſu tandem reſolutè reſpondens, ita diſtinguit: Excedens omne cogitabile importare exiſtentiam in rerum natura, contingit dupliciter: vno modo in actu ſignato; alio modo in actu exercito; excedẽs omne cogitabile importat exiſtentiam primo modo tantùm, non autem ſecundo modo.

Bannes. Caiet.

Reſolutio ex doctrina Caietani.

VT autem doctrina Domini Caietani facilius etiam à tardioribus capi poſsit, latius explicanda eſt, & reducenda ad quatuor fundamenta, D & duas concluſiones, ex quibus remanebit ſoluta difficultas.

Notandum eſt igitur primò, quod, quando comparamus excedẽs omne cogitabile ad reliqua cogitabilia tria conſideramus. Primò ipſum cogitabile ex vna parte: & reliqua cogitabilia ex alia parte. Secundò conditiones, ſecundùm quas attẽditur ratio exceſsus, ſcilicet perfectiones. Sicut conditiones perfecti oratoris, ſunt perfectiones, ſecundùm quas attenditur ratio exceſſus, quando comparatur ad alios oratores. Tertiò conſidera- E mus conditionem, aut conditiones, ſecũdùm quas nõ attenditur ratio exceſſus; ſicut quod perfectus orator ſit diues, aut pauper, nobilis, aut ignobilis exiſtat, aut non exiſtat actu in rerum natura; quæ ſunt conditiones per accidens ſe habentes ad rationem perfecti oratoris.

Secundò aduertendũ eſt, exiſtentiam poſſe cõſiderari, & ſignificari dupliciter, Vno modo in actu ſignato. Alio modo in actu exercito. Priori modo ſignificatur per hoc nomen exiſtentia, vel per quodcunque aliud nomen æquiualens. Poſteriori modo ſignificatur per hoc verbum eſt, vel exiſtit.

Nam

Digitized by Google

Nam nominibus res ſignificantur, vt conceptæ, verbis autem, vt exercitæ. Nomina enim ſignificāt rerum, vel actuum rationes, quatenus à nobis concipiūtur, vt homo, curſus, doctrina, amor; verba autem ſignificant actus ſecūdos, vel operationes; vt curro, doceo, amo, quatenus actu exercentur.

Tertiò obſeruandum eſt, quòd excedens omne cogitabile includit omnem perfectionem, & etiā exiſtentiam in actu ſignato, vt rationem exceſſus reſpectu cęterorum cogitabilium. Nam exiſtentia, cum ſit vltima actualitas, eſt maxima omniū rerum, & perfectionum perfectio. Itaque neceſſe eſt hanc præcipuè includi in eo, quod excedit omne cogitabile, vt rationem exceſſus, alioquin non eſſet excedens omne cogitabile, quia careret ſumma, ac maxima omnium perfectionum. Non tamen includit exiſtentiam in actu exercito; quia hoc, quod dico excedens omne cogitabile, vel ēt Deus, ſuppoſito, quod ſignificet aliquid excedens omne cogitabile, non ſignificatur per verbum, ſed per nomen. Nam prædicta, ſcilicet excedens omne cogitabile, & Deus, non ſunt verba, ſed nomina; itaque per illa non poteſt ſignificari exiſtentia in actu exercito, ſed tantùm in actu ſignato. Quāobrem in propoſito exiſtentia in actu exercito ſe habet tantùm, vt mera conditio, & per accidens. Siue enim in actu exercito habeat eſſe in re, ſiue extra rem, puta in intellectu, ſecundum tale eſſe, vt ſic, ideſt, in actu exercito, non attenditur ratio exceſſus: ſed tantùm ſecundùm conditiones, & perfectiones cogitatas, quæ ſunt ratio exceſſus; inter quas etiam eſt exiſtentia in actu ſignato; vt patet in exemplo de perfectiſſimo oratore.

Ratio exceſſus non attenditur ſecundum exiſtentiā, in actu exercito.

Quartò ſciendum eſt, exiſtentiā in actu ſignato, & exiſtentiam in actu exercito cōparari adinuicem, ſicut eadē res in actu primo, & in actu ſecundo. Nam actus exercitus, vel eſt actus ſecundus, vt currere, vel ſe habet ad modū actus ſecundi; vt actu referri in relatiuis, ad ipſam rationem relationis, & diſgregare viſum ad rationem diſgregatiui in albedine. Comparantur ergo exiſtentia in actu ſignato, & exiſtentia in actu exercito, vt quidditas, & vt actus ſecūdus quidditatis. Nec tamen hic actus exercitus addit aliam perfectionem ſupra exiſtentiam in actu ſignato, ſed modū quendam eiuſdem perfectionis nobiliorem. Nam exiſtentia in actu exercito facit formaliter rem eſſe in rerum natura ſimpliciter, & abſolutè, & eſſe ens actu ſimpliciter. Eadem verò exiſtentia in actu ſignato, ideſt, vt concepta, non facit rem eſſe ſimpliciter in rerum natura, & eſſe ſimpliciter ens in actu, ſed tantùm in eſſe cogitato, quod eſt eſſe ſecundùm quid. Vnde ſequitur omne exiſtens actu in rerum natura eſſe ſimpliciter nobilius omni re non exiſtente in rerum natura, ſed tantùm concepta, vt exiſtente; quia res ſic concepta, & nō exiſtens actu, nihil eſt realiter exiſtenter; licèt ſit aliquid quidditatiuè; quod non eſt eſſe aliquid actu ſimpliciter.

Comparatio exiſtentiæ in actu ſignato, & in actu exercito in ordine ad rem exiſtētem.

A

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima Concluſio. Excedens omne cogitabile, vt ſic, ideſt, inquantum eſt cogitabile excedēs omne cogitabile, non eſt maius exiſtens in actu exercito, quàm non exiſtens. Probatur: quia cogitabile excedens omne cogitabile, vt ſic, abſtrahit ab exiſtentia in actu exercito; vt patet ex prædictis. Et ratio iam dicta eſt; quia exiſtentia in actu exercito, non ſignificatur, nec poteſt ſignificari per nomen, ſed tantùm per verbum eſt, vel exiſtit; hoc autem quod dico excedens omne cogitabile, circumloquitur nomen ſimplex, vel rem nomine B ſimplici ſignificabilem, ſicut eſt Deus, ſupponendo, quod etiam apud negantes Deum eſſe, Deus ſit excedens omne cogitabile. Et ideo excedens omne cogitabile, non ſignificat exiſtens in actu exercito. Vnde in hoc, quod dico excedens omne cogitabile, non intelligitur fieri comparatio, quò ad exiſtentiam in actu exercito, quæ non admittitur à negantibus Deum eſſe; ſed tantùm quò ad exiſtētiam in actu ſignato, cum reliquis omnibus alijs perfectionibus, quæ ſunt rationes exceſſus.

Secunda Concluſio. Excedens omne cogitabile materialiter ſumptum, eſt maius cum exiſtentia in actu exercito ſeipſo cum ſola exiſtentia in C actu ſignato. Dico materialiter ſumptum; quia non conſideratur in hac concluſione, vt cogitabile eſt formaliter; ſed conſideratur ratione rei, quę cogitatur, quam dicimus eſſe nobiliorem ſub exiſtentia in actu exercito, quàm ſub eadem tantùm in actu ſignato. Hęc etiam patet ex dictis; & eſt concluſio D. Thom. in dicto vndecimo capitulo, primi cont. gent. & Ferrarienſis ibidem; & etiam Caietani hoc in loco, qui ait, excedens omne cogitabile, vt ſic, non eſſe excedens formicam in rerū natura, nec quodcumq; minimum. Ex quo ſequitur multò magis idem cogitabile exiſtens in actu exercito in rerum natura excedere ſeipſum D ſumptum in eſſe cogitabili; in quo eſſendi modo, habet exiſtentiam realem in actu ſignato, cum exiſtentia actuali in intellectu: ſed tunc non eſt idem cogitabile formaliter, ſed tantùm materialiter; quia non conſideratur ſolùm ſecundùm eas conditiones, quæ ſunt rationes exceſſus in ratione cogitabilis, vt ſic, ſed conſideratur etiam ſecundum quandam conditionem, quæ non pertinet ad rationē exceſſus ſummi cogitabilis, vt ſic, ideſt formaliter, vt cogitabile eſt; ſed tantùm materialiter, vt dictum eſt.

D. Thom. Ferrarien. Caiet.

Ex dictis patet primò, quomodo omnes prædicti expoſitores veritatem attigerunt, excepto fortè E Syluestro; qui ab excedente omne cogitabile, vt ſic, excludit omnem modum exiſtentiæ; vt patet ex eius commentario.

Concordātur dicta expoſitorum.

Secundò habetur reſponſio ad rationem dubitandi in principio tactā; negatur enim conſequentia; Ad probationem dicitur falſum eſſe Antecedens formaliter; licèt ſit verum materialiter. Secundò dicitur, quod videtur ſupponere falſum, nimirum fieri abſtractionem etiam ab exiſtentia in actu ſignato.

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

Vtrum Deum eſſe ſit, demonſtrabile.

12 1. cō c.11. 13. & 14. Et po. q.7. a.3 et op. 3 c.4.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd Deum eſſe, non ſit demonſtrabile. Deum enim eſſe, eſt articulus fidei; ſed ea, quæ ſunt fidei, non ſunt demōſtrabilia: quia demonſtratio facit ſcire; fides autē de non apparentibus eſt, vt patet per Apoſtolum ad Hebr. vndecimo; ergo Deum eſſe, nō eſt demonſtrabile.

2 Præterea, Medium demonſtrationis eſt, quod quid eſt; ſed de Deo non poſſumus ſcire quid eſt, ſed ſolum quid non eſt, vt dicit Damaſ. ergo nō poſſumus demōſtrare, Deū eſſe.

Lib.1.orth. fid.c.4.

3 Præterea, ſi demonſtraretur Deum eſſe, hoc nō eſſet niſi ex effectibus eius: ſed effectus eius non ſunt proportionati ei, cum ipſe ſit infinitus, & effectus finiti: finiti autem ad infinitum non eſt proportio. cùm ergo cauſa non poſſit demonſtrari per effectum ſibi non proportionatum, videtur, quòd Deum eſſe, non poſſit demonſtrari.

Sed cōtra eſt, quod Apoſtolus dicit ad Roman. 1. Inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. Sed hoc non eſſet, niſi per ea, quæ facta ſunt, poſſet demonſtrari Deum eſſe; primum enim, quod oportet intelligi de aliquo, eſt, an ſit.

Reſpondeo. Dicendum, quòd duplex eſt demonſtratio: vna, quæ eſt per cauſam, & dicitur propter quid: & hæc eſt per priora ſimpliciter: alia eſt per effectum, & dicitur demōſtratio quia; & hæc eſt per ea, quæ ſunt priora quò ad nos; cùm enim effectus aliquis nobis eſt manifeſtior, quàm ſua cauſa, per effectū procedimus ad cognitionem cauſæ; ex quolibet autem effectu poteſt demonſtrari propriā cauſam eius eſſe, ſi tamen eius effectus ſint magis noti quò ad nos: quia, cùm effectus dependeat à cauſa, poſito effectu neceſſe eſt cauſam præexiſtere. Vnde Deum eſse ſecundū quòd non eſt per ſe notum, quò ad nos demonſtrabile eſt per effectus nobis notos.

D. 1193.

Ad primum ergo dicendum, quòd Deum eſſe, & alia huiuſmodi, quæ per rationem naturalem nota poſſunt eſſe de Deo, vt dicitur Rom. 1. non ſunt articuli fidei, ſed præambula ad articulos. Sic enim fides præſupponit cognitionem naturalem, ſicut gratia naturam, & vt perfectio perfectibile: nihil tamen prohibet illud, quod ſecūdum ſe demonſtrabile eſt, & ſcibile, ab aliquo accipi, vt credibile, qui demonſtrationem non capit.

Ad ſecundum, dicendum, quòd, cùm demōſtratur cauſa per effectum, neceſſe eſt vti effe-

A ctu loco diffinitionis cauſæ, ad probandū cauſam eſſe; & hoc maximè contingit in Deo; quia ad probandum aliquid eſſe, neceſſe eſt accipere pro medio quid ſignificet nomen, non autem quod quid eſt; quia quæſtio quid eſt ſequitur ad quæſtionem, an eſt. Nomina autem Dei imponuntur ab effectibus, vt poſtea oſtendetur; vnde demonſtrando, Deū eſſe per effectum, accipere poſſumus pro medio quid ſignificet hoc nomen, Deus. D. 463. Q.13.ar.1. D. 511. D. 566.

Ad tertium, dicendum, quòd per effectus non proportionatos cauſæ, non poteſt perfecta cognitio de cauſa haberi; ſed tamen ex quocunque effectu poteſt manifeſtè nobis demonſtrari cauſam eſſe, vt dictum eſt: & ſic ex effectibus Dei poteſt demonſtrari Deum eſſe, licèt per eos non perfectè poſſimus eum cognoſcere ſecundùm ſuam eſſentiam. In corp.

B

Dubitatio de neceſſitate huius articuli, & declaratio ſenſus quæſiti.

C APparet primo aſpectu ſuperfluus hic articulus, cum illius concluſio ſequatur euidēter ex diſcurſu præcedentis articuli. Si enim non eſt per ſe notum quò ad nos Deum eſſe, poterit igitur demonſtrari: qđ etiam S. Thom. per modum Corollarij deduxit ex ſecunda concluſione præcedentis articuli. Vnde etiam in primo cont. gent. c. 10. S. D. hæc duo quæſita ſub vno coniunxit; tractat enim ibidem eorū ſententiam, qui dicebant Deum eſſe demonſtrari non poſſe, quia eſt per ſe notum. Ad hæc dicendū eſt, articulos D. Thom. diſtinguendos eſſe, non tā ſecundùm quæſita, & concluſiones quàm ſecundū rationes quærendi, & dubitandi; eſt autem alia ra- D. Thom. unde dubitatio.

D tio quærendi, & dubitandi in hoc, & in præcedenti articulo. Nam ibi ratio dubitandi fuit: quia aliqui dicebant eſſe per ſe notū omnibus modis Deū eſſe, & ob eam cauſam non poſſe demonſtrari. Et ideo S. Thom. à radice inchoans, quærit: An Deū eſſe, ſit per ſe notum, & oſtenſo id per ſe notum nobis non eſſe, deducit corollariè, demonſtratione probandum eſſe per effectus nobis magis notos. in hoc autem articulo longè diuerſa, immò oppoſita eſt ratio dubitandi, ſcilicet error dicentium Deum eſſe ſola fide teneri, & ideo non poſſe demonſtrari. Quod autem hæc ſit ratio quæſiti,

E apparet. Primò: quia tangitur in primo argumento. Secundò: quia S. Thom. in primo cont. gent. capitulo 10. & 11. tractat opinionem dicentium Deum eſſe non poſſe demonſtrari: quia eſt per ſe notum, & eam confutat; in 12. verò capitulo impugnat aliam opinionem dicentium Deum eſſe demonſtrari non poſſe, quia ſola fide tenetur. Non enim differunt illi duo tituli ab his duobus quæſitis: niſi quia ibidem magis explicitè proponuntur rationes dubitandi. Quærit; ergo, an Deum eſſe ſit demōſtrabile quò ad nos. Nam in præcedenti S. Thom. Sēſus quæſiti.

cedenti articulo, iam determinatum fuerat non eſſe demonſtrabile ſecundùm ſe, vel à priori. Vbi obiter aduertendum eſt, ſententiam dicētium Deũ eſſe ſola fidē teneri, nō fuiſſe Rabbi Moyſis: vt hic dicit Peſantius, ſed quorundam, quos refert Rabbi Moyſes; vt affirmat S. Thom. de veri. quæſt. 10. art. 2. in corpore.

Peſantius notatur. S. Tho.

Forma Textus.

IN Corpore Articuli S. Doctor primò diſtinguit. Secundò reſpondet vnica Concluſione. Diſtinctio eſt: Duplex eſt demonſtratio; vna quæ eſt per cauſam, & dicitur propter quid: alia quæ eſt per effectum, & dicitur demonſtratio quia. Differunt hæc duo demonſtrationum genera. Nam primum eſt per priora ſimpliciter. Secundùm autem per priora quò ad nos; ratio huius eſt. Nam in demonſtratione quia, per effectus procedimus ad cognitionem cauſæ, effectus autem ſunt nobis notiores: ergo demonſtratio quia, eſt per priora quò ad nos.

Cōcluſio eſt. Deũ eſſe, eſt demonſtrabile per effectus. Probatur: quia ex proprio effectu notiori poteſt demonſtrari propriam cauſam eius eſſe: at ſunt aliqui effectus Dei nobis notiores Deo, ergo per tales effectus poteſt demonſtrari Deum eſſe. Maior probatur: quia poſito effectu, neceſſe eſt cauſā præexiſtere. Probatur hoc aſſumptum: quia effectus pendet à cauſa; ergo, poſito effectu, neceſſe eſt cauſam præexiſtere. Minor autem pro nunc ſupponitur ex metaphyſica, et ex dicendis inferius in tractatu de creatione.

Explicatio textus, & doctrina Caietani.

Explicatur doctrina Caiet.

CIrca reſponſionem ad primum argumētum, & ea, quæ ſatis obſcurè dicuntur ibidem à Caietano, quatuor ſunt notanda. Primum eſt, tam propoſitiones notas de Deo lumine naturali, vt Deum eſſe, ſapientem eſſe &c. quàm propoſitiones, quæ ſunt articuli fidei, vt Deum eſſe creatorē, glorificatorem, &c. dupliciter ſumi poſſe: Vno modo ſm̃ ſe. Alio modo, vt ſunt notæ nobis; illæ quidem lumine naturali, hæ verò lumine fidei. Præterea recolendum eſt, quod ſupra dicebamus, ſcilicet noſtram Theologiam dupliciter ſumi poſſe; videlicet, ſecundùm ſe, & vt in nobis viatoribus. Tertiò obſeruandum, Theologiam vtroque modo ſumptam habere ſua principia: ita tamen, vt aliqua ſint principia Theologiæ noſtræ ſm̃ ſe, quæ non ſunt principia Theologiæ noſtræ, prout eſt in nobis viatoribus. Nam in Theologia noſtra ſm̃ ſe principia ſunt, non tantùm propoſitiones, quas hic fide tenemus, ſed et pluriмæ ex his, quas hic demonſtramus; vt Deum eſſe, Deum eſſe vnũ, bonum, verum &c. & ratio eſt; quoniam beati eodem lumine, ſ. diuinæ reuelationis claro, vident, quæ nos duobus luminibus cognoſcimus, ſ. naturali, & fidei, quod eſt ſupernaturale obumbratũ. Vnde Theologia in via acquiſita, quæ manet in beatis cōiuncta viſioni beatificæ, tanq̃ Theologiæ ſubalternanti, ex dictis principijs iam euidentibus diſcurrit ad concluſiones modo ſuperius expoſito. Vltimò notādum, quòd, quia abſoluta præcedunt relatiua, ideo in Theologia noſtra ſm̃ ſe præcedūt propoſitiones de natura diuina quò ad abſoluta; inter quas hæc eſt prima, Deus eſt; cum Deus ſit ipſum eſſe ſubſiſtens: deinde Deus eſt vnus, &c. poſt quas ſequuntur, quæ pertinent ad relationes ad intra, & poſtea, quæ ſignificant relationes ad extra: vt Deum eſſe primam rerum cauſam, Saluatorem, glorificatorem, &c. Ex dictis patet mens S. Thom. & Caiet. Nā loquendo de Theologia noſtra ſecundùm ſe, non ſunt præambula ea, quæ de Deo ratione naturali cognoſcimus ſecundùm ſe ſumpta; ſed ſunt principia, quarum quędã præcedunt illas propoſitiones, quæ hic ſunt articuli fidei, vt patet ex dictis in vltimo notabili. At loquendo de Theologia noſtra, vt in nobis viatoribus, & de propoſitionibus demonſtrabilibus, vt notæ ſunt nobis, & ſimiliter de fidei articulis, vt notis nobis per fidem; ſic verum eſt, ea, quæ ſunt nota naturali lumine, eſſe præambula propter rationem S. D. in textu: quia ſcilicet, cognoſcuntur lumine naturali, qd̃ præſupponitur lumini fidei.

Sed contra hanc doctrinam, licèt veriſſima ſit, eſt argumentum. Nam nomine Theologiæ ſecundùm ſe, aut intelligitur illa, quæ pertinet ad cognitionem matutinam, qua beati formaliter beati ſunt; aut illa, quę pertinet ad cognitionem veſpertinam, quam ſcilicet, acquiſierũt in via; ſi prima; in ea nulla eſt diſtinctio principiorum, & concluſionum; quia non eſt diſcurſiua; ſi ſecunda; non habet alia principia ab hac noſtra; ſed tantùm differt; quia noſtra eſt ineuidens, tam quò ad principia, quàm quò ad concluſiones; illa verò quò ad vtrumque eſt euidens.

Obiectio.

Reſpondetur hic nomine Theologiæ noſtræ ſecundùm ſe intelligi Theologiam ſecundo modo. Ad rationem in oppoſitum dico falſum eſſe Antecedens; videlicet Theologiã illã non habere alia principia. Nam multa, quæ hic erant præambula, fiunt ibi principia, ſ. Deum eſſe, Deũ eſſe vnũ &c. quia hæc, ſecundùm ſe ſumpta præcedũt eas propoſitiones, quæ ſunt articuli fidei: & ratio iam dicta eſt; quia beati eodem lumine, quò vident articulos fidei noſtræ, eodem etiam lumine vidēt eas propoſitiones, quæ ſecundùm ſe ſunt priores articulis fidei, ſcilicet lumine beato; ex quibus deinde per cognitionem veſpertinam coniunctam matutinæ ſubalternanti diſcurrunt ad concluſiones.

Solutio.

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus ſit.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd Deus non ſit. Quia ſi vnum contrarium fuerit infinitum, totaliter deſtrueretur aliud. Sed hoc intelligitur in hoc nomine, Deus, ſcilicet, quòd ſit quoddam bonũ infinitum: ſi ergo Deus eſſet, nullũ malũ inueniretur. Inuenitur autem malum in mundo: ergo Deus non eſt. 13

1. d. 8. q. 1. ar. 1. Et 1. con cap. 13 Et opuſc. 3 cap. 3. Et veri. q. 2. ar 4. 7. Et po. 4. 7.

Digitized by Google

2 Præterea. Quod poteſt cõpleri per pauciora principia,non fit per plura. Sed videtur,quòd omnia,quæ apparent in mundo,poſſunt compleri per alia principia, ſuppoſito, quòd Deus non ſit. quia ea, quæ ſunt naturalia,reducuntur in principium, quod eſt natura. Ea verò,quæ ſunt à propoſito, reducuntur in principium,quod eſt ratio humana vel voluntas. Nulla igitur neceſsitas eſt ponere,Deum eſſe.

Sed contra eſt, quod dicitur Exodi 3. ex perſona Dei; Ego ſum,qui ſum.

Reſpondeo. Dicendum,quod, Deum eſſe, quinque vijs probari poteſt.

Prima autem,& manifeſtior via eſt, quæ ſumitur ex parte motus.Certum eſt enim,& ſenſu conſtat,aliqua moueri in hoc mundo:omne autem,quod mouetur,ab alio mouetur.Nihil enim mouetur, niſi ſecundùm quòd eſt in potentia ad illud,ad quod mouetur: mouet autem aliquid,ſecundùm quod eſt actu. Mouere enim nihil aliud eſt, quàm educere aliquid de potentia in actum. De potentia autẽ non poteſt aliquid reduci in actum,niſi per aliquod ens in actu,ſicut calidũ in actu: vt ignis facit,lignum,quod eſt calidum in potentia, eſſe actu calidum, & per hoc mouet, & alterat ipſum.Non autem eſt poſsibile,vt idem ſit ſimul in actu, & potentia ſecundum idem,ſed ſolùm ſecundùm diuerſa: quod enim eſt calidum in actu, non poteſt ſimul eſſe calidum in potentia, ſed eſt ſimul frigidum in potentia. Impoſsibile eſt ergo,quòd ſecundùm idem,& eodem modo aliquid ſit mouens, & motum, vel quod moueat ſeipſum: omne ergo quod mouetur,oportet ab alio moueri. Si ergo id, à quo mouetur,moueatur, oportet, & ipſum ab alio moueri: & illud ab alio: hic autem non eſt procedere in infinitum: quia ſic non eſſet aliquod primum mouens, & per conſequens, nec aliquod aliud mouens: quia mouentia ſecunda non mouent niſi per hoc,quòd ſunt mota à primo mouente,ſicut baculus non mouet, niſi per hoc,quòd eſt motus à manu; ergo neceſſe eſt deuenire ad aliquod primũ mouens, quod à nullo mouetur: & hoc omnes intelli-
113 gunt Deum.

Secunda via eſt ex ratione cauſæ efficientis.
Ex 2. met. Inuenimus enim in iſtis ſenſibilibus eſſe ordinem cauſarum efficientium;nec tamen inuenitur,nec eſt poſsibile, quòd aliquid ſit cauſa efficiens ſui ipſius, quia ſic eſſet prius ſeipſo, quod eſt impoſsibile: non autem eſt poſsibile, quòd in cauſis efficientibus procedatur in infinitum; quia in omnibus cauſis efficientibus ordinatis,primum eſt cauſa medij, & mediũ eſt
A cauſa vltimi, ſiuè media ſint plura, ſiuè vnum tantùm; remota autem cauſa,remouetur effectus;ergo,ſi non fuerit primum in cauſis efficientibus,non erit vltimum,nec medium.Sed ſi procedatur in infinitum in cauſis efficientibus non erit prima cauſa efficiens; & ſic non erit nec effectus vltimus,nec cauſæ efficientes mediæ,quod patet eſſe falſum;ergo eſt neceſſe ponere aliquam cauſam efficientem primam; quam omnes Deum nominant.

Tertia via eſt ſumpta ex poſsibili, & neceſſario,quæ talis eſt. Inuenimus enim in rebus
B quædam,quæ ſunt poſsibilia eſſe, & non eſſe; cùm quædam inueniantur generari,& corrũpi,& per conſequens poſsibilia eſſe,& non eſſe. Impoſsibile eſt autem,omnia, quæ ſunt talia,ſemper eſſe; quia,quod poſsibile eſt non eſſe, quandoque non eſt. Si igitur omnia ſunt poſsibilia non eſſe,aliquando nihil fuit in rebus. Sed ſi hoc eſt verum,etiam nunc nihil eſſet: quia quod non eſt,non incipit eſſe,niſi per aliquid quod eſt.Si igitur nihil fuit ens,impoſſibile fuit, quòd aliquid inciperet eſſe, & ſic modo nihil eſſet: quod patet eſſe falſum. Nõ
C ergo omnia entia ſunt poſsibilia, ſed oportet aliquid eſſe neceſſarium in rebus. Omne autẽ neceſſarium vel habet cauſam ſuæ neceſsitatis aliunde,vel non habet; non eſt autem poſſibile,quòd procedatur in infinitum in neceſſarijs,quæ habent cauſam ſuæ neceſsitatis, ſicut nec in cauſis efficientibus, vt probatum eſt ergo neceſſe eſt ponere aliquid,quod ſit ꝑ ſe neceſſarium,non habens cauſam neceſsitatis aliũde,ſed quod eſt cauſa neceſsitatis alijs, quod omnes dicunt Deum.

Quarta via ſumitur ex gradibus, qui in re-
D bus inueniuntur. Inuenitur enim in rebus aliquid magis,& minus bonum, & verum,& nobile,& ſic de alijs huiuſmodi. Sed magis, & minus dicuntur de diuerſis,ſecundũ quod appropinquant diuerſimodè ad aliquid, quòd maximè eſt,ſicut magis calidum eſt, quod magis appropinquant maximè calido. Eſt igitur aliquid,quod eſt veriſsimum, & optimum, & nobiliſsimum,& per cõſequens, maximè ens; nam quæ ſunt maximè vera,ſunt maximè en-
E tia,vt dicitur 2.Metaphyſ. Quod autem dici- 2 Metaph. c.4.to.3.
tur,maximè tale in aliquo genere, eſt cauſa omnium,quæ ſunt illius generis; ſicut ignis, qui eſt maximè calidus,eſt cauſa omnium calidorum,vt in eodem libro dicitur;ergo eſt aliquid quòd omnibus entibus eſt cauſa eſſe, & bonitatis,& cuiuslibet perfectionis; & hoc dicimus Deum.

Quinta via ſumitur ex gubernatione rerũ; videmꝰ.n.ꝙ aliqua,quæ cognitione carent.ſ. cor-

Digitized by Google

corpora naturalia, operantur propter finem; quod apparet ex hoc, quòd ſemper, aut frequentius eodem modo operantur, vt conſequãtur, id quod eſt optimum. Vnde patet, quòd non à caſu, ſed ex intentione perueniũt ad finem. Ea autem, quæ non habent cognitionem, non tendunt in finem; niſi directa ab aliquo cogno
118 ſcente, & intelligente: ſicut ſagitta à ſagittante; ergo eſt aliquid intelligens, à quo omnes
136 res naturales ordinantur ad finem; & hoc dicimus Deum.

Enchir. c. 11. circa princ. habetur to. 3

Ad primum ergo dicendum, quòd ſicut dicit Aug. in Enchirid. Deus cùm ſit ſummè bonus nullo modo fineret aliquid mali eſſe in operibus ſuis, niſi eſſet adeò omnipotens, & bo
136 nus, vt bene faceret etiam de malo: hoc ergo ad infinitam Dei bonitatem pertinet, vt eſſe permittat mala, & ex eis eliciat bona.

Ad ſecundum dicendum, quòd cum natu
118 ra propter determinatum finem operetur ex directione alicuius ſuperioris agentis; neceſſe eſt, ea, quæ à natura fiunt, etiam in Deũ reducere, ſicut in primam cauſam. Similiter etiã, quæ ex propoſito fiũt, oportet reducere in aliquam altiorem cauſam, quæ non ſit ratio, & volũtas humana, quia hæc mutabilia ſunt, & defectibilia: oportet autem omnia mobilia, & deficere poſſibilia reduci in aliquod primũ principiũ immobile, & per ſe neceſſariũ, ſicut oſtenſum eſt.

Ratio quæſiti, & ordinis eiuſdem.

Poſtulabat præſentis quæſtionis cumulata perfectio, vt, quod in præmiſſis duobus articulis fieri poſſe probatum fuit, nimirum demonſtrari Deum eſſe; in hoc tertio, & vltimo multiplici, & efficaci demonſtrationum exercitio præſtaretur. Quomodo verò Peripateticæ regula diſciplinæ præcipientis nullius proprij ſubiecti exiſtentiam ab aliqua ſcientia probari firma conſiſtat, cum Deum iam ſtatuerimus eſſe ſubiectum in noſtra Theologia, diſcutietur inferius in ſpeciali Controuerſia. Poſſet nihilominus non abſurdè dici S.Thom. hic ſupponere Deũ eſſe, illiuſque intentionem eſſe, quærere dũtaxat, quomodo poſſit probari Deũ eſſe. Vnde ad quæſitum non reſpondet ſimpliciter dicendo, Deus eſt; ſed ait. Deum eſſe quinq; vijs probari poteſt. quia loquendi forma ſatis indicat de modo potius demonſtrandi, quàm de re ipſa demõſtrata, vel demonſtrabili in articulo præſenti quæſtionem eſſe.

Forma Textus.

Concluſio eſt. Deus eſt, quæ probatur quinq; vijs. Prima ex parte motus talis eſt. Omne quod mouetur, ab alio mouetur, non procedendo in infinitum,
A *ſed deueniendo ad vnum primum, quod à nullo mouetur. At in hoc mundo aliqua mouentur; ergo ab alio mouentur; non procedendo in infinitum, ſed deueniendo ad vnum primum mouens, quod à nullo mouetur. Hoc autem eſt Deus; ergo Deus eſt. Minor probatur: quia ſenſu conſtat aliqua moueri. Maior habet duas partes. Prima pars eſt: Omne quod mouetur, ab alio mouetur. Probatur ſic: Impoſſibile eſt, quod idem ſecundum idẽ ſit mouens, & motum, vel quod moueat ſeipſum primò; ergo omne, quod mouetur ab alio mouetur. Antecedens probatur: Nihil mouetur, niſi ſecundum quod eſt in potentia ad illud, ad quod mouetur, nec aliquid mouet, niſi ſecundum quod eſt in actu; at non eſt poſſi-*
B *bile, vt idem ſit ſimul in actu, & potentia ſecundum idem; ergo eſt impoſſibile, vt idem ſecundum idem ſit mouens, & motum, vel quod moueat ſeipſum. Maior huius argumenti probatur, quò ad vtramque partem ſimul ſic. Mouere, nihil aliud eſt, quàm educere aliquid de potentia ad actum; at de potentia nõ poteſt aliquid reduci in actum, niſi per aliquod ens actu; ergo nihil mouetur niſi ſecũdum quod eſt in potentia, nec aliquid mouet, niſi ſecundum quod eſt in actu. Maior patet. Minor probatur exemplo calidi in actu, vt ignis: & calidi in potentia, vt lignum. Deindè probatur ſecunda pars maioris argumenti, ſcilicet, quod non ſit proceſſus in infinitum, in mouentibus, & motis, ſed deueniatur ad*
C *vnum primum mouens, quod à nullo mouetur, ſic: Si eſſet procedere in infinitum in mouentibus, & motis, ſequeretur, quod nullum eſſet mouens; ergo non eſt procedere in infinitum, ſed eſt deuenire ad primum. Probatur Antecedens; quia mouentia ſecunda non mouent, niſi per hoc, quod ſunt mota à primo; ergo, ſi eſſet procedere in infinitum nullum eſſet mouens. Antecedens manifeſtatur exemplo baculi, quod mouetur à manu.*

Secunda via ex parte efficientis, talis eſt: In ſenſibilibus eſt ordo cauſarum efficientium talis, vt nulla ſit cauſa efficiens ſui ipſius, nec in eis eſt proceſſus in infinitum; ergo neceſſe eſt ponere aliquam cauſam efficien-
D *tem primam; hæc autem Deus eſt; ergo. Antecedens, probatur quò ad primam partem: Quia, ſi aliquid eſſet efficiens ſui ipſius, eſſet prius ſeipſo; hoc eſt impoſſibile; ergo, & primum. Quò ad ſecundam autem partem, ſic probatur: Quia, ſi non fuerit primum in cauſis efficientibus, id eſt ſi procedatur in infinitum aſcendendo, non erit vltimum, nec medium: at hoc eſt falſum; ergo. Antecedens probatur: Remota cauſa, remouetur effectus; at in omnibus ordinatis, primum eſt cauſa medij, & medium vltimi; ergo, ſi remouetur primum in cauſis efficientibus, remouetur vltimum, & medium.*

Tertia via ex poſſibili, & neceſſario talis eſt. Opor-
E *tet in rebus eſſe aliquod ens, quod non habeat cauſam ſuæ neceſſitatis; At hic eſt Deus; ergo Deus eſt. Maior duas habet partes. Prior eſt: oportet in rebus eſſe aliquod ens neceſſarium; probatur ſic: Si omnia ſunt poſſibilia eſſe, & non eſſe, ita vt nullum ſit ens neceſſarium, nihil modo eſſet in rebus. At hoc eſt falſum; ergo non omnia ſunt poſſibilia, ſed oportet eſſe aliquod neceſſariũ. Maior probatur: quia, ſi omnia ſunt poſſibilia eſſe & non eſſe, aliquando nihil fuit in rebus; at ſi aliquando nihil fuit in rebus, etiã nunc nihil eſſet; ergo, ſi omnia poſſibilia ſunt eſſe, & non eſſe, nihil modo eſſet in rebus. Maior huius argumenti probatur: Impoſſi-*

 bile

Digitized b

bile eſt omnia, quæ ſunt talia, ſcilicet poſsibilia eſſe, & non eſſe, ſemper eſſe; ergo, ſi omnia ſunt poſsibilia eſſe, et non eſſe, aliquando nihil fuit in rebus. Antecedens probatur: quia, quod poſsibile eſt eſſe, & non eſſe, quandoq; non eſt. Minor autem probatur: quia, ſi aliquando nihil fuit in rebus, impoſsibile fuit, quod aliquid inciperet eſſe; ergo nihil etiam modo eſſet in rebus. Antecedens probatur: quia, quod non eſt, non incipit eſſe, niſi per aliquod quod eſt; ergo, ſi nihil fuit in rebus, impoſsibile fuit, quod aliquid inciperet eſſe. Poſterior autem pars maioris principalis argumenti, ſcilicet quod tale neceſſarium non habeat cauſam ſuæ neceſsitatis, probatur: Nam omne neceſſarium, uel eſt neceſſarium, quod habet cauſam ſuæ neceſsitatis aliunde, vel non habet cauſam: B *At eſt impoſsibile, quod procedatur in infinitum in neceſſarijs, quæ habent cauſam ſuæ neceſsitatis; ergo neceſſe eſt ponere aliquod, quod ſit per ſe neceſſarium non habens cauſam ſuæ neceſsitatis aliundè, ſed quod eſt cauſa neceſsitatis alijs. Antecedens probatur: quia, vt dictũ eſt, in cauſis efficientibus non eſt poſsibile procedi in infinitum; ergo nec in neceſſarijs, quæ habent cauſam ſuæ neceſsitatis.*

Quarta via ex gradibus rerum talis eſt: Datur aliquid, quod in rebus eſt cauſa eſſe, & bonitatis, et cuiuſlibet perfectionis; hic eſt Deus; ergo. Maior ſic probatur: Quod eſt maximè tale in aliquo genere, eſt cauſa omnium illius generis; ſed in rebus eſt aliquid, quod eſt C *verisſimum, & optimum, & maximè ens; ergo datur aliquid, quod omnibus entibus eſt cauſa eſſe, & bonitatis, & cuiuslibet perfectionis. Maior probatur exemplo ignis, qui, cum ſit maximè calidus, eſt cauſa omnium calidorum. Minor huius argumenti probatur: In rebus eſt aliquid maius, & minus, bonum, verum, & nobile, & ſic de alijs: ſed magis, et minus dicuntur de diuerſis, ſecundùm quod diuerſimode appropinquant ad aliquid, quod maximè eſt; Ergo in rebus eſt aliquid, quod eſt verisſimum, & optimum, & maximè ens; Minor huius argumenti probatur exemplo calidorum.*

Quinta via ex gubernatione rerum talis eſt. Eſt aliquid intelligens, à quo omnes res naturales ordinantur D *ad finem ſuum; ſed hunc dicimus Deum; ergo Deus eſt. Maior probatur: aliqua, quæ cognitione carent, ſcilicet corpora naturalia, operantur propter finem; at quæ cognitione carent, non tendunt in finem, niſi directa ab aliquo cognoſcente finem, & intelligente; Ergo eſt aliquid intelligens, à quo omnes res naturales ordinantur in finem. Maior probatur: corpora naturalia, ſemper, aut frequentius eodem modo operantur, vt conſequantur quod eſt optimum, ergo non à caſu, ſed ex intentione operantur propter finem. Minor autem probatur exemplo ſagittantis, & ſagittæ.*

Prima Controuerſia.

An, & quomodo ſacra Theologia probet Deum eſſe?

Sententiæ expoſitorum.

Valentia. GRegorius de Valentia ait aliam eſſe rationem illorum habituum, qui ſunt propriè ſcientifici: de quibus Philoſophus in primo poſter. loquitur dicens nullam ſcientiam probare ſubiectum

A ſuum eſſe; Et aliam habitus Theologici; qui eſt cuiuſdam altioris ordinis; & ideo ſe extendit ad illa omnia probanda, quæ probari poſſunt per mediũ illius proprium, quod latisſimè patet, videlicet per diuinam reuelationem, ex qua etiam poteſt (inquit) probari Deum eſſe; ſupponit enim, quod ſupra apertè dixerat, ſacram Theologiam non eſſe propriè ſcientiam.

Franciſcus Zumel his, quæ dicit ex Caietano, duo addit; Primum eſt, quamlibet ſcientiam poſſe demonſtrare ſubiectum ſuum eſſe, vt apertè (inquit) docet Ariſt. ſecundo poſterior. capit. primo: Secundum eſt, hoc principium Deus eſt, eſſe præ- Zumel.
B ambulum grauisſimum ad veritates omnes Theologicas; præambula verò poſſe demonſtrari. Gabriel Vaſquez in quæſtione præcedente articulo ſeptimo, ait ſacram Theologiam ex proprijs eius principijs, quę ſola reuelatione nota ſunt, nõ probare Deum eſſe, ſed ſupponere; ſicut eſse trinum, & vnum; ſed Theologum tanquam philoſophum probare Deum eſſe rationibus à poſteriori; arbitratur enim has rationes non pertinere ad habitũ Theologicum. Caietanus in titulo huius articuli huic quæſito reſpondet nullam ſcientiam per ſe probare ſuum ſubiectum eſſe, per accidens tamen poſſe probare, atque hoc pacto ſacram Theologiã Vaſquez. Caiet.
C probare Deum eſſe, videlicet per accidens dupliciter: Vno modo propter imperfectam participationem notitiæ Dei in nobis, qui non perfectè participamus lumen diuinum: Si enim perfectè illud participaremus, ſtatim conſtaret Deum eſſe: Alio modo propter cõditionem medij, quod eſt extraneum: nam, licèt nulla ſcientia ex ſimpliciter proprijs probet ſubiectum ſuum eſſe: ex extraneis tamen appropriatis probare poteſt, ſi notiora nobis ſunt extranea illa, quàm eſſe illius ſubiecti; ſicut euenit in re propoſita; quoniam Theologia non ex proprijs ſimpliciter, ſed ex proprijs miniſterialiter, ſcilicet ex notis lumine naturali, quæ abſolutè
D ſunt extranea, probat Deum eſſe.

Hanc ſententiam ſequuntur Syluester, Bannes, & alij; In vno tamen diſcordat Syluester; ait enim, cum dicitur ſcientiam præſupponere de ſuo ſubiecto quia eſt, non ſic eſſe intelligendum, vt præſupponat, quia eſt actu in rerum natura; quia (inquit) ſcientiæ abſtrahunt ab exiſtentia: ſed præſupponit quia eſt, ideſt quod eſt aliquid, cui eſſe non repugnat. Syluester. Bannes.

Reſolutio.

E PRo reſolutione huius quæſtionis, quæ in magna parte pertinet ad logicum; Notãdum eſt primò, quòd ſubiectum ſcientiæ adeo debet eſſe notum quo ad ſuum eſſe exiſtentiæ in rerum natura actu temporibus ſuis, vt neque à priori, neque à poſteriori poſſit eius eſſe in propria ſcientia demonſtrari. Eſt enim ſubiectum veluti baſis, & eorum omnium, quæ in ſcientia traduntur, firmisſimum, ac certisſimum receptaculum, & radix, vnde pullulant vniuerſa in ſcientia cõſiderata; Quapropter eo ſublato, negato, aut ignorato, cætera auferri, negari, aut ignorari neceſſe eſt; atque eo Qualis debeat eſſe notitia ſubiecti in ſcientia.

in

Digitized by Google

in dubium reuocato, cętera omnia pari dubitatione fluctuare; neque igitur poterit illius eſſe per aliqua notiora demonſtrari, neque ſufficit ſupponere poſſibilitatem, ſiue non repugnantiam ad eſſe; vt latè, & efficaciter probat Caietanus in primo poſteriorum capitulo primo, ad quem locum lectorem remittimus.

Ariſt. Auerr. Secundò notandum eſt, quòd præfata doctrina Ariſtot. Auerrois, & aliorum expoſitorum intelligenda, eſt de illis dũtaxat ſubiectis, quorum perfectam notitiam in ſcientia aſſequi poſſumus, cognoſcendo ſcilicet quod quid eſt, & ex eo tanquã medio demonſtrando paſſiones, & proprietates de eodem ſubiecto, & reſoluendo emergentes difficultates; Cuius ratio eſt; quoniam ex perfecta notitia ſubiecti, prouenit, vt non ſit neceſſe laborare ad quærẽdum an eſt, & quid eſt illius; ſed his vtamur, vt præcognitis, & præſuppoſitis tãquam euidentibus ad cętera de ſubiecto demonſtrãda: quod ſi contingat ob maximam ſubiecti præſtantiam, ac noſtri intellectus imbecillitatem, valdè imperfectè illius in nobis notitiam participari, adeo vt ſufficere nequaquã poſsit talis cognitio, vt ex ea, tanquam ex fonte deriuetur ampliſsima totius ſcientiæ notitia; tunc operæ pretium erit, vt eſſe, & quidditatem huiuſcemodi ſubiecti, eo, quo fieri poteſt, meliori modo, demonſtrare, iuxta regulam Ariſtot. *ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis, & negatio erit cauſa negationis*. Si quid verò inter ea, quæ à ſenſibilibus ſeparata ſunt, ob ſui excellentiam, & noſtræ mentis imbecillitatem imperfectè tantùm ab homine mortali cognoſci poteſt, hoc profectò Deus eſt. Et quamuis ex communi gentium fama, parentum documentis, & traditione, & ex ipſo rerum ordine, & gubernatione, non magno labore talem de exiſtentia Dei notitiam habeamus; quæ & maximè probabilis ſit, & ad illum ſummo religionis cultu adorandum, illiuſque præceptis obtemperandum obligare ſufficiat; perfecta tamen cognitio de eſſe Dei, qualẽ de ſuo ſubiecto poſtulat quælibet ſcientia, abſque longo diſcurſu, & demõſtrationibus maximo labore conquiſitis haberi nequit. Quo fit, vt, quemadmodum hic ait Caietanus, per accidens in hac ſcientia demonſtretur eſſe Dei in rerum natura; cum præſertim nõ ex ſimpliciter, ſed miniſterialiter proprijs fiant demonſtrationes, quibus diuinum eſſe probetur. Ex dictis ſequitur ſcientiam hanc in præcognitione ſui ſubiecti quo ad an eſt, non eſſe omnino à regula cæterarum extraneam, cum aliquam, licet probabilem, & imperfectam de eſſe Dei notitiam pręſupponat; quamuis ob ſubiecti ſui nobilitatem perfectam præhabere non poſſit; ſed phyſicis, ac metaphyſicis demonſtrationibus ad eam ſibi comparandam indigeat. Et ideo, quamuis ex ſacris litteris conſtet Deum eſſe, ad ſuccurrendum tamen humanæ mentis imbecillitati, probandum fuit idem philoſophicis demonſtrationibus. Sicut probantur alia de Deo demonſtrabilia.

Subiecti præſtantia & noſtri intellectus imbecillitas in cauſa eſt, vt eius probetur exiſtētia. Ariſt.

Theolog. præſupponit imperfectam notitiam de eſſe Dei.

A *Concluſiones deductæ.*

PRima Concluſio. Quælibet ſcientia perfectè tradens notitiam ſui ſubiecti, ſupponit illud eſſe à ſe in rerum natura. hæc patet ex dictis.

Secunda Concluſio. Sacra Theologia præſupponit eſſe Dei præcognitum cognitione quadam imperfecta per lumen naturale habita, & etiam per lumen fidei ex ſacris litteris.

Tertia Concluſio. Sacra doctrina per accidens probat Deum eſſe, hæc etiam patet ex dictis.

B *Argumenta, & ſolutiones.*

COntra primam argumentatur Zumel auth. Ariſt. in 2. poſter. cap. primo. Zumel.

Reſpondetur Ariſtot. nihil vnquam ibi, vel alibi tale dixiſſe.

Contra tertiam, prout expoſita eſt de mẽte Caietani, argumentatur Valentia. Imperfectio ſcientiæ huius, potius deberet eſſe cauſa, vt non ſe extẽderet ad ſubiectum ſuum probandum; Ergo. Valentia.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens, & ratio adducta eſt in ſecundo notabili.

Secundò. Theologiam probare Deum eſſe per principia nota lumine naturali, eſt Theologiam

C nullo modo probare Deum eſſe, ergo. Antecedens probatur; quoniam aſſenſus ſola ratione naturali concluſi, non ſunt Theologici, ergo.

Reſpondetur falſum eſſe Antecedens. Ad probationem, negatur iterum Antecedens; quoniam tales aſſenſus, ſunt Theologici miniſterialiter, vt diximus in prima quæſtione.

Tertiò Theologus aliquando probat ex proprijs, id eſt per diuinam reuelationem Deum eſſe; ergo ratio Caietani non ſatisfacit. Antecedens probatur authoritate D. Thom. in argumento *ſed contra*, probat enim Deum eſſe per illud Exod. 3. *Ego ſum, qui ſum.*

D Reſpondetur Caietanum loqui de probatione ſcientifica, non autem de qualibet probatione; licet enim argumentum ab authoritate in hac ſciẽtia ſit potiſsimum: Concluſio tamen probata tali medio immediatè pertinet ad principia ſcientiæ fide credita, & non ad ſcientiam, vel habitũ Theologicum. Eſt ergo talis probatio potius ſuppoſitio notificata per lumen principiorum; vnde etiam non affertur niſi in argumento *ſed contra*.

Sed dicet aliquis; Si hæc ſacra Theologia pręſupponit Deum eſſe ex lumine fidei, non ergo debuit aliquo modo probare Deum eſſe. Replica.

Reſpondetur primò negando conſequentiam.

E Nam, vt diximus in prima quæſtione fides, & ſciẽtia Theologiæ poſſunt eſſe de eodem. Sed hæc reſponſio non ſatisfacit. Nam ſcientia de exiſtentia Dei habet euidentiam, quæ fidei repugnat.

Reſpondetur ergo ſecundò, & dicitur, quod, quemadmodũ in hac ſcientia multa ſunt fide credita, vt Deum eſſe bonum, ſapientem, volentem, potentem, &c. quæ tamen probantur demonſtratiuè in hac ſcientia per rationes metaphyſicas, ita etiam Deum eſſe. Cuius ratio eſt; quoniam hæc ſcientia Reſponſio

Digitized by Google

ſcientia tanquam Regina ob ſui excellentiam, & noſtri intellectus imbecillitatem, debuit ancillas ſuas, ſcientias ſcilicet naturales, vocare ad arcẽ, illorumque miniſterio ſuccurrere noſtræ mentis infirmitati, demonſtrando vniuerſa de Deo demõſtrabilia; vt, quemadmodum ex habitu fidei habet maximam eorum certitudinem, ita ex demonſtrationibus naturali lumine ſuffultis haberet euidentiam; nã, vt ſupra diximus, philoſophus Chriſtianus ex habitu fidei longe maiorem habet certitudinem de propoſitionibus de Deo lumine naturali demonſtratis, quàm habeat philoſophus infidelis. Et quamuis repugnet actui formali fidei talis euidentia, compatitur tamen habitum eius formalem, vel ad minus virtualem, & eadem ratione actum virtualem.

Secunda Controuerſia.

An quinque rationes D. Thom. ſint demonſtratiuæ, & an directè, & per ſe concludant Deum eſſe.

Sententię expoſitorum.

Capræol. CApreolus in primo ſentent. diſtinct. 3. quæſt. prima ſuſtinet prædictas rationes omnes, & ſingulas eſſe demonſtratiuas; & vt apparet ex modo loquendi, exiſtimat eas directè, & per ſe concludere Deum eſſe; Eandem ſententiam ſequitur Ferrarien. primo contra gent. capit. 13. Iauellus, Gregorius de Valentia, & Dominicus Bãnes, qui tamen illam ita moderatur, vt dicat, non omnes prædictas rationes eſſe æqualiter euidentes; cum quædam ex ipſis ſint phyſicæ, quædam metaphyſicæ, & quædã morales; Alexander Poſantius quatuor dicit. Primum: omnes dictæ rationes, vel ſaltem plurimæ, ſunt demonſtratiuæ. Secundum: ſimul ſumptę efficiunt firmũ argumentum ad probandum Dei exiſtentiam. Tertium: non omnes habent æqualem certitudinem. Quartum: oſtenditur exiſtentia Dei indirectè oſtendendo exiſtentiam de aliquibus prædicatis, quæ ſimul, vel ſingillatim ſumpta, non poſſunt conuenire alteri, quã Deo. Caietanus ſentit has rationes non probare directè, & per ſe Deum eſſe; ſed indirectè, & per accidens. Nam omnia (inquit) hæc prædicata, ſcilicet mouens immobile; primum efficiens, neceſſarium non ex alio, maximè ens, & primum gubernans intelligendo, ſunt ſecundum veritatem propria Deo, & ideo concludendo hæc inueniri in rerum natura, concluditur indirectè, & quaſi per accidens, Deum eſſe, ideſt Deum non vt Deus, ſed vt habens talem conditionem; & cõſequenter ipſum ſubſtratum, ſcilicet Deus, vt Deus eſt. Eandẽ ſententiam ſequuntur Syluester, Ludouicus Molina, & Zumel; qui tamen ait, quod ſi colligamus ſimul prædicta oĩa prædicata, verè deſcribimus Deum; nam Deus eſt primum mouens immobile, prima cauſa, &c. Valentia ſuper hoc articulo, & Franciſcus Suarez in ſuis diſputationibus Metaphyſicalibus. Diſput. 29. ſect. 1. impugnat primam rationem tanquam inſufficientem.

Ferrarien. Iauellus. Valentia. Bannes.

Caiet.

Syluester. Molina. Zumel.

Valentia Suarez.

A *Oſtenditur efficacia quinque demonſtrationum in communi.*

Partitio.

VT diſtinctè procedamus in hac controuerſia, agemus primò de efficacitate dictarum rationum in communi. Secundò, de vi ſingularum in particulari. Poſtremò proponemus argumenta in contrarium, & ſoluemus.

Obſeruandum eſt itaque primò dictas demonſtrationes dupliciter ſumi poſſe; vno modo, vt ſingulas ſeparatim; alio modo, vt omnes ſimul coniunctim. Si priori modo ſumantur, non apparet, quomodo quælibet earum efficaciter concludat B Deum eſſe; & præſertim prima, quæ, vt notat Caietanus ex Auerr. & D. Thom. in primo con. gent. capit. tertio decimo, non ducit ad altiorem motorem, quàm ſit anima primi cęli; neque aliæ videntur altiorem motorem concludere; Si verò ſimul omnes ſumantur, maiorem præſeferunt efficacitatem ad concludendum Deum eſſe; non tantùm indirectè, & per accidens, ſed et directè, & per ſe. Caiet.

Ad cuius euidentiam ſecundò conſiderandum eſt, prædictas rõnes, ſiuè ſingulas ſiuè ſimul ſumptas dupliciter ſumi poſſe. Vno modo per ſe ſolas, prout iacent in præſenti articulo; alio modo, non per ſe ſolas; ſed quatenus id, quod videtur eis de C eſſe ad probandum Deum eſſe, complendum expectatur per demonſtrationes quæſtionũ de ſimplicitate, perfectione, bonitate, infinitate, immaterialitate, æternitate, vnitate Dei, & alijs huius tractatus quæſtionibus. Priori modo ſumptæ, difficultatem habent propoſitam hic à Caietano. Nam prima via non videtur concludere, niſi dari primum motorem immobilem, non curando, vtrũ illud ſit anima Cęli, vel Mundi; nam hoc ſpectat ad tertiam quæſtionem. Secunda via ducit ad primum efficiens, non curãdo vtrum illud ſit corporeum, vel incorporeum; id enim pertinet ad tertiã D quæſtionem. Tertia via concludit dari ens ex ſe neceſſarium, non curando, vtrum illud ſit vnum, vel plura; quoniam hoc quærendum erit in quæſtione vndecima. Quarta via perducit ad maximè ens, & maximè verum. Quinta ad gubernantẽ per intellectum, nondum diſcuſſa illius immaterialitate, & vnitate; Quæ omnia prædicata, licèt ſecundum veritatem ſint propria Deo, non tamen illis poſitis concluditur directè, & per ſe Deum eſſe, ſed indirectè, & quaſi per accidens, inquit Caietanus. Poſteriori verò modo ſumptæ, directè, & E per ſe concludunt Deũ eſſe, alioquin nulla demonſtratione naturali probari poſſet directè, & per ſe Deum eſſe.

Qſo quo que rõnes D. Th probent vel non probent directè, & per ſe Deũ eſſe

Caiet.

Tertiò notandum, nos Deum naturali via cognoſcere nõ poſſe, niſi ex creaturis; ex quibus tria de Deo prædicatorum genera cognoſcimus, videlicet cauſalia, negatiua, & ſupereminentia: Cauſalia ſunt, non tantùm illa, quæ formaliter cauſalitatem important efficientem, finalem, aut exemplarem, ſed etiam prædicata abſoluta, quæ ex cauſalitate à poſteriori inferuntur, vt eſſe, viuere, intelligere, velle, & ſimilia. Ex quibus, ſcilicet cauſalibus, etiam conſequuntur negatiua, vt, quod Deus

Tria de Deo prædicatorum genera.

Digitized by Google

Deus ſit incorporeus, immaterialis, infinitus, &c. & ſupereminentia; vt quod ſit ſuprema cauſa, primum ens ſuper omne eſſe, ſuper omne intelligibile, & intellectum, & ſimilia. De qua re videndus eſt S.Tho. infra quæſt. 12. art. duodecimo. Cum autem prædicata concluſa in hoc articulo ſint cauſalia, vt patet, ex eis neceſſe eſt reliqua deriuari, ſicut etiam conſtat ex hoc toto tractatu.

Quartò diligenter aduertendum eſt, aliud eſſe dicere prædicata concluſa per dictas quinq; vias eſſe communia Deo, & animæ Cœli, id eſt, quod conueniant etiam animæ Cœli realiter à Deo diſtinctæ. Et aliud eſſe affirmare ea eſſe communia Deo, & animæ Cęli in hoc ſenſu, quia nondũ probatum eſt Deum non eſſe animam Cęli; quod eſſet conuenire Deo, & animæ Cœli ſola ratione ab eo diſtinctæ, ſaltem negatiuè, quia nimirum ex hoc articulo, non habetur realis diſtinctio. Et hũc ſenſum, non autem, primum intendit Caietanus: Nam dicere, prædicata illa conuenire poſſe Deo, & animæ Cęli, ſuppoſita inter vtrumque, ſcilicet Deum, & animam Cœli reali diſtinctione, fatuũ eſt. Si namque Deus non eſt anima Cœli, erit ergo aliquid dignius; & conſequenter dicta prædicata, quæ nobiliſsima ſunt, non poterunt illi eſſe communia cum anima Cęli.

Poſtremò ſciendum eſt, in præſenti materia, ſcilicet de Deo, has duas quæſtiones, videlicet an eſt, & quid eſt, licèt formaliter diſtinguantur, coincidere tamen materialiter. Nam non poteſt directè, & per ſe probari Deum eſſe; niſi probando eſſe in rerum natura ens perfectiſsimum, cui omnes omnino perfectiones conueniant; vt ſignificat etiam Caietanus in hoc articulo. Id verò vnico diſcurſu, vel articulo præſtari nequit; vt diximus in ſecundo notabili cum Caietano. Nam poſtquam probauerimus dari primum motorem immobilẽ motu phyſico, oportet adhuc probare eũ eſſe immobilem motu metaphyſico, & cum probatũ fuerit eum eſſe immobilem motu metaphyſico, neceſſe eſt probare illum eſſe tantùm vnum; vt probat Ariſt. 12. metaphyſic. & ſimiliter cum probatum fuerit eſſe in rerum natura, primum efficiens, adhuc probandum ſupereſt eſſe incorporeum, intellectuale, vnum &c. Per has ergo quinq; vias probatur dari in rerum natura quoddam ens, cui cõueniunt prædicta quinque prædicata; ex quibus tanquam ex quibuſdam radicibus, reliqua omnia de Deo ratione naturali cognoſcibilia deducuntur; ſicut patet intuenti totum hunc tractatum, in quo S.Thom. ad probãdum diuinas perfectiones, ſemper vſus eſt prædictis quinque attributis concluſis de Deo in hoc articulo tanquam principijs ad reliqua de Deo probanda, vel mediatè, vel immediatè. Probatis autem omnibus de Deo humana ratione cognoſcibilibus habetur terminus quęſtionis, quid eſt de Deo, eo modo, quo ratione naturali haberi poteſt. Terminus autem quæſtionis, an eſt, propriè, & formaliter non habetur, niſi ex hoc articulo, in quo per dictas quinque vias probatur dari ens in rerum natura, cui prædicata ex eis deducta conueniant. In alijs verò ſequentibus quęſtionibus, nõ probatur dari in rerũ natura ens omnino ſimplex, vnum intellectuale, &c. ſed ſuppoſita exiſtentia ſummi entis, probata per hunc articulum concludentem dari in rerũ natura ens, cui conueniant hæc quinque prædicata, ex his deducuntur, omnia reliqua. Et hinc apparet primò, hunc ſolum articulum pertinere formaliter ad quæſtionem an eſt Dei. Secundò in hoc ſolo articulo perfectè ſatisfieri quæſtioni an eſt, quantum ſpectabat ad hunc locum. Tertiò tractata in ſequentibus quæſtionibus non pertinere per ſe, formaliter, & directè ad quæſtionem an eſt Dei, ſed ad quæſtionem quid eſt; licet materialiter, & indirectè, ſiuè conſecutiuè pertineant ad quæſtionem an eſt, quatenus oſtendunt hęc prędicata ſoli Deo poſſe conuenire. Itaque ex hoc ſolo articulo formaliter, propriè, per ſe, & directè probatur Deum eſſe. Ex alijs verò quæſtionibus ſequentibus per quãdam conſequentiam perficitur, & cõpletur concluſio præſentis articuli; ſicut econtra in præſenti articulo per ſe, & directè concluditur an eſt Dei, ſed conſequenter cõcluditur etiã quid eſt, ſaltem imperfectè, dum probantur quinque prædicata, diuina pertinentia ad quod quid eſt Dei, virtute continentia reliqua omnia attributa à nobis de Deo ratione naturali cognoſcibilia. Qua in re mirabiliter elucet profunditas Angelici doctoris, qui in ipſa quæſtione an eſt inchoauit quęſtionem quid eſt, concludendo ea de Deo prædicata, ex quibus tanquam radicibus reliqua omnia erant, in ſequentibus quęſtionibus deducẽda.

Explicatur vis primæ demonſtrationis.

Sed iam ſingularum præſentis articuli demonſtrationum vim, conſideremus inchoantes à prima via ex parte motus.

In qua plures ſunt difficultates, prima eſt de ſenſu illius propoſitionis. *Omne quod mouetur, ab alio mouetur*: Quam propoſitionem Dominicus Bannes, & Gregorius de Valentia dicunt intelligendam eſſe, non ſolum de motu phyſico, qui extenditur ad omnes motus ſpirituales; qualis eſt omnis operatio, & applicatio potentiæ ſpiritualis ad actum, & ad motum metaphoricum, qualis eſt motio finis; vt ſit ſenſus; Omne qđ mouetur quocunq; motu, ſiuè phyſico, ſiuè metaphyſico, pro prio, aut metaphorico, ab alio mouetur, non procedendo in infinitum; ex quo ſequitur deueniendum eſſe ad vnum motorem, qui nullo prædictorum motuum moueri poſſit, ſcilicet neque phyſico, neque metaphyſico, aut metaphorico ab alio realiter diſtincto. Hic autem Deus eſt. Quæ expoſitio, ſi vera eſſet, ab omni difficultate tutiſsimam redderet primam hanc rationem D. Tho. Sed arbitror eam longè diſtare ab eius mente. Primò: quoniam ad probandam minorem argumenti aſſumit, quod ſenſu conſtat aliqua moueri; at ſolus motus phyſicus ſenſu deprehendi poteſt; igitur de eo ſolo intelligenda eſt maior propoſitio. Nam medius terminus, qui eſt moueri, debet ſecundum eandem omnino rationem ſumi in maiori, & in minori alioquin in argumento nulla eſſet vis probatiua

Marginalia: S.Thom. — Nota quò ſenſu prædicata per quinq; rõnes de Deus concluſa cõia ſint Deo & aĩæ cœli. Exponitur mẽs caiet. — In ſciẽ de Deo coincidunt materialiter qõ an ſit, & qõ. qđ ſit Deus. — Ariſt. — S. Tho. — Corrolar. — Prima difficultas de ſẽſu illius propoſitionis, omne quod mouetur, ab alio mouetur. Bannes. Valentia.

Digitized by Google

bacina propter latentem æquiuocationis fallaciã. Secundò, quoniam demonſtratio S.Thomę deſumpta eſt ab octauò phyſicorum, vbi Ariſtot. non loquitur niſi de motu phyſico. Tertiò, quia ipſemet S.Thom. in primo contra gent. capit. tertiodecimo, affert eandem demonſtrationem latius explicatam, & fatetur eam procedere ſolùm de motu phyſico. Vnde ibidem ſtatim addit diſcurſum ex Ariſt. duodecimo diuinorum de motu metaphyſ. Igitur intelligẽda eſt dicta propoſitio de ſolo motu phyſico. Neq; obſtat, ſi dicatur hinc ſequi, per hanc primam demonſtrationem non concludi altiorem motorem, quàm ſit anima Celi; nam iuxta prædicta dicetur id verum eſſe conſiderata hac ſola ratione; verùm additis ijs, quæ in ſequentib' tractantur de Dei ſimplicitate, immutabilitate, vnitate, &c. habetur complementum huius demõſtrationis. Eſt ergo perfecta hæc demonſtratio, quantùm ſpectabat ad præſentem articulum; nec erant confundendæ omnes quæſtiones, & tractatus cum quæſtione an eſt. Poſſet præterea reſponderi diſcurſum hunc probare Deum eſſe ſtando infra limites philoſophiæ naturalis. Nam philoſophus naturalis, cum non poſſit altius aſcendere, vtitur ſuo motore, tãquam primo ſimpliciter, eique tribuit omnes illas nobilitates, quas metaphyſicus prædicat de Deo primo motore ſimpliciter; vt etiam aduertit Ferrarienſis in dicto cap. tertiodecimo, primi cont. gent. Sed tamen hæc reſponſio non videtur ſine priori poſſe ſubſiſtere.

Ariſt.

Illa propoſitio, omne quod mouetur, ab alio mouetur, intelligenda eſt de ſolo motu phyſico.

Ferrarien.

Et quoniam Franciſcus Suarez loco ſupra nota to multis modis, nititur vim prædictæ demõſtrationis eneruare, cum tamen quas affert difficultates, fuerint à D.Thom. & ab Ariſtot. præuiſæ, & reiectæ, ideo examinandæ ſunt aliæ difficultates ex prædicto authore contra illam propoſitionẽ, videlicet, *omne quod mouetur ab alio mouetur*.

Suarez impugnat vim primę demõſtrationis.

Eſt igitur ſecunda difficultas de veritate dictę propoſitionis. Nam multa (inquit Suarez) per actũ virtualem videtur ſe mouere, & reducere ad actũ formalem, vt in appetitu, ſeu voluntate videre licet, & in aqua reducente ſe ad priſtinam frigiditatem; idem ergo accidere poteſt in motu locali; Quam difficultatem deſumpſit ex Scoto primo ſent. d. 3. q. 7. ad argumenta pro ſecunda opinione. Et quoniam Ferrarienſis in dicto tertiodecimo cap. abunde ſatisfacit tactis argumentis, ideo ad eum locum lectorem remittimus.

Secunda difficultas de veritate illius propoſitionis, omne qđ mouetur, &c.

Ferrar.

Tertia difficultas ab eodem Suarezio propoſita, eſt de modo, quo id omne, quod mouetur, ab alio mouetur. Nam duplex poteſt eſſe; vnus, vt ab imprimẽte internum impetum proximè actiuum motus, ſicut graue dicitur moueri à generante; alius, vt à proximo mouente ſeparato, ſicut rota mouetur à manu. De neutro autem modo verificari poteſt dicta propoſitio; vt ibidem multis verbis nititur probare; quorum vim adducemus inter argumenta; nunc autem dicimus dictam propoſitionem de neutro modo præcisè intelligẽdam eſſe, ſed indifferenter, & abſolutè abſtrahendo ab vtroque modo. Semper enim cõcluditur neceſſe eſſe aſſignari motorem extrinſecum, qui vel

Tertia difficultas de modo, quo omne quod mouetur ab alio mouetur.

A ſit cauſa ſolius motus, & non mobilis, vt intelligẽtia mouens Cęlum, vel etiam ſit cauſa rei motæ, vt Cœlum reſpectu grauis quocunque modo fuerit cauſa, ſiue per phyſicam generationem, ſiue per creationem; nihil enim aliud concluditur, niſi motor formaliter, quod clarè conſtat ad phyſicum pertinere, nec eius limites excedere.

Senſus legitimus illius propoſitionis, omne quod mouetur, ab alio mouetur.

Quarta eiuſdẽ difficultas eſt; quomodo ex motore extrinſeco. Cęli poſſit concludi immaterialitas eiuſdem motoris; an ex perpetuitate motoris; an verò ex inuariabilitate motus. Nos autem dicimus ex neutro propriè deduci; ſed ex hoc, qđ oportet primum motorem phyſicum, neque per B ſe, neque per accidens moueri poſſe; vt probat Ariſtot. in octauo phyſicorum, & D.Tho. in dicto tertiodecimo capitulo, primi contra gent. ex hoc. n. principio euidenter ſequitur eiuſdem primi motoris immaterialitas.

Ariſt. S.Tho.

Vim aliarum demonſtrationum tractant hoc in loco Caietanus, Dominicus Bãnes, Franciſcus Zumellus, Gregorius de Valentia, Ferrarienſis in dicto tertiodecimo capitulo, & Capræolus in primo ſentent. diſt. tertiadecima, quæſt. 1.

Caiet. & alij.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

C PRima Propoſitio: Quinque rationes D.Thom. pro concluſione huius articuli, ſimul ſumptæ probant per ſe, & directè Deum eſſe. Probatur ex prædictis: Quoniam Deum eſſe non poſſumus per ſe, & directè cognoſcere, niſi ex prædicatis illi proprijs ex creaturis deductis; ſed prædictæ rationes concludunt prædicata ſoli Deo propria; ergo. Maior propoſitio patet ex tertio notabili. Nã Deum in præſenti vita non poſſumus cognoſcere ſecundùm quod in ſe eſt, ſed tantùm ſecundùm ea prædicata, quæ ex creaturis à poſteriori concludimus: Si itaque in præſenti vita aliquo modo poteſt probari per ſe, & directè Deum eſſe; non poteſt probari, niſi concludẽdo in rerum natura D inueniri tale ens, cui conueniant prædicata, quæ ſoli illi propria ſunt, quem Deum dicimus. Minor autem patet; quia prædicata de Deo concluſa per has quinque demonſtrationes cumulatè ſumpta, nulli alteri rei à Deo diſtinctæ poſſunt conuenire. Et licèt nondum probata ſit vnitas, & ſimplicitas Dei; præcipua tamen media ad illa probanda, ſunt prædicata concluſa per has quinque rationes, & præſertim ea, quæ habentur ex ſecunda, quarta, & quinta ratione; vnde hæc attributa virtute continent prædicta de ſimplicitate, & vnitate, & reliqua alia omnia de Deo demonſtrabilia; E & ideo per ſe, & directè, & ſufficienter, quantum ſpectabat ad rei veritatem, & ad pręſentem articulum, hic probatur Deum eſſe.

Secunda Propoſitio. Quatuor vltimæ rationes ſingulæ probant directè, & per ſe Deum eſſe. Probatur eodem medio: Quoniam, quælibet earum cõcludit dari in rerum natura ens, cui tale conueniat prædicatum, quod ſecundùm rei veritatem nulli alteri rei poteſt eſſe commune; vt patet diſcurrendo per ſingula.

Tertia

Senſus in quibus rationes propoſitionis, quod mouetur, ab alio mouetur.

Tertia Propoſitio. Prima ratio probat directè, & per ſe Deum eſſe dupliciter; vno modo ſtando infra limites philoſophiæ naturalis; alio modo adiuncto eidem diſcurſu ex motu metaphyſico. Sed quia non concludit prædicatum tale, quod ſit rei veritatem ſoli Deo conueniat, ideo nõ probat ſimpliciter Deum eſſe, ſed modis prædictis.

Quo rationes D. Th. probẽt indirectè Deum eſſe.

Quarta Propoſitio. Prædictæ rationes, ſiuè ſimul omnes, ſiuè ſingulæ ſumantur, poſſunt dici probare indirectè, & quaſi per accidens Deum eſſe, in hoc ſenſu; quia non probant Deum ſub ratione Deitatis, quæ omnem omnino perfectionem continet. Sed hoc modo nulla poteſt inueniri demonſtratio, quæ diuinam concludat exiſtentiam, propter rationem aſsignatam in tertio notabili, & ſi aliqua poſſet eſſe talis, maximè eſſet quarta ratio D. Thom. in qua concluditur dari maximè ens, & maximè verum in rerum natura, quod ſit cauſa omnium entium, & omnium verorum, cum Deus nihil aliud ſit, quàm ipſum eſſe ſubſiſtens.

Arist. S. Tho.

Caiet.

Quinta Propoſitio. Illa Maior aſſumpta in prima ratione, videlicet; *omne quod mouetur ab alio mouetur*, veriſſima eſt de quolibet motu, tam phyſico, quàm metaphyſico; nec Concluſio patet ex dictis; & magis patebit ex ſolutione argumentorum.

Sexta Propoſitio. Nullus vnquã efficacius probauit Deum eſſe, quàm D. Thom. in hoc articulo, & in primo cont. gen. cap. tertio decimo. Nam rationes, quas nonnulli ex modernis expoſitoribus adducunt ad probandum Deum eſſe; ſi verè efficaces ſunt, colliguntur ex dictis locis D. Thomæ: nec vacat nunc ſingulas examinare, ſed exercitatis in metaphyſica, & doctrina D. Thomæ, euidẽs eſt hæc noſtra concluſio.

S. Thom.

Argumenta, & ſolutiones.

Caiet.

Contra primam, & ſecundam Concluſionem. Argumentatur Caietanus. Per dictas quinque rationes nõ concluditur, quod Deus, vt Deus, ſit in rerum natura, ſed vt habens talia prædicata; ergo non concludunt dictæ rationes per ſe, & directè Deum eſſe, ſed indirectè, & quaſi per accidens.

Reſpondetur negando conſequentiam: quoniã licet prædictæ rationes non probent Deum eſſe ſub ratione Deitatis, probant tamen prædicata, quę Deo conueniunt ex propria, & intima ratione Deitatis; vt hoc quod dico, eſſe maximè ens, & per ſe neceſſarium, & primam cauſam, & primũ gubernans; Et ideo directè, licèt non omnino cõplete, probãt Deum eſſe, vt Deus eſt; & præſertim tertia, & quarta, quæ concludunt prædicata Deo maximè intima.

Valentia.

Contra quartam, quæ eſt de mente Caietani, argumentatur Valentia. Primo ſic. Probare, quod primum mouens, vel prima cauſa ſit quid vnum, infinitum, & immateriale, pertinet ad quæſtionẽ quid eſt, ſeu qualis eſt natura diuina, ergo Caietanus non bene diſtinxit quęſtionem an eſt, ab alijs quæſtionibus.

A Reſpõdetur ex vltimo notabili, in præſenti materia prædictas duas quæſtiones coincidere materialiter, & conſequutiuè, & quaſi per accidens, modo ibidem explicato.

Secundò D. Tho. alicubi probare voluit Deum eſſe; at nuſquã id præſtitit in tota ſumma; ergo exiſtimauit id ſe ſufficienter effeciſſe in hoc artic.

Reſpondetur, quod ſi per illud vocabulum alicubi, intelligatur aliqua vna quæſtio per ſe ſufficiens ad probandam Dei exiſtentiã, falſa eſt maior propoſitio: quoniam multa prædicata præter hæc quinque, erant concludenda, vt plenè conſtaret Deum eſſe; vt patet ex ſupradictis, quæ tamẽ

B nõn poſſunt probari, niſi in multis, & diſtinctis quæſtionibus.

Bannes.

Contra eandem concluſionem argumentatur Bannes. Primo ſic: Vel prædicata, quæ hic de Deo concluduntur, ſunt propria Deo, vel communia. Si primum; malè docet Caiet. per has rationes nõ concludi motorem magis immobilem, quàm ſit anima Cœli. Si ſecundum, ergo non concludunt nec etiam per accidens aliqua prædicata, quæ ſecundum veritatẽ ſint propria Deo, vt vult Caiet. Siquidem communia non ſunt propria.

Reſpondetur, quod hæ rationes ſecundum Caietanum concludũt prædicata propria modis ex-

C plicatis, ſcilicet, prima proprium apud phyſicũ; quod etiam eſt proprium inchoatiuè apud metaphyſicum, & Theologũ, reliquæ quatuor propria ſimpliciter. Ad argumentum autem negatur conſequentia; quoniam non fuit mens Caietani, hæc prædicata conuenire animæ Cœli tanquam realiter à Deo diſtinctæ, ſed quia nondum conſtat, an Deus ipſe ſit Anima Cœli, ſiuè corpus, vel forma corporis, quod tamen tractatur in ſequenti quæſtione.

Mẽs Caiet.

Secundò ſic arguit. Prædicata, quæ in quatuor vltimis rationibus probantur de Deo, non poſſunt alteri competere, vt eſſe primum efficiens, &c, ergo directè his rationibus probatur Deum eſſe.

D Reſpondetur negando conſequentiam. Nam, vt dictum eſt, ad probandũ per ſe Deum eſſe ad mẽtem Caiet. oportet probare, dari ens in rerum natura, cui omnes omnino perfectiones cõueniant, id verò ſub titulo diuini ſolius articuli, vel quæſtionis, probari nõ poteſt, nam plures exigit quęſtiones, vt dictum eſt.

Suarez.

Contra tertiam, & quintam ſimul argumentatur Suarez. Vel Cœlum mouetur ab alio, vt ab implimente internum impetum proximè actuũ motus, ſicut graue mouetur à generante; vel vt à pro-

E ximo mouente ſeparato, ſicut rota mouetur à manu: ſed neutro modo poteſt aliquid probari; ergo. Probatur Minor, primò quò ad priorem modum motus. Nam, licet ex tali modo motus rectè inferatur eſſe aliquam ſubſtantiam priorem Cœlo; tamen hoc non tam probatur illo medio, quã ſupponitur, nam ſupponitur Cœlum habere authorem, à quo procreatum ſit: hoc autem non demonſtratur illo diſcurſu, neque ex ſolo motu phyſico demonſtrari poteſt; ergo ex hoc motu ab alio, nõ poteſt demonſtrari, eſſe aliquam ſubſtantiã priorem

Digitized by Google

rem Cœlo,& multò minus, quod illa ſit immaterialis; nam poſſet quis fingere Cœlum eſſe à quadam cauſa corporea,& materiali.

Secunda pars minoris probatur:Si motus Cœli eſt à motore extrinſeco; aut immaterialitas talis motoris eſt ex perpetuitate motus, aut ex inuariabilitate motus:ſed ex neutro poteſt eſſe: Ergo non poteſt concludi motorem eſſe immaterialem. Minor quoad primam partem probatur: quia poſ ſet eſſe perpetuitas etiā in motore corporeo. quo ad ſecundam verò: quia ex inuariabilitate demōſtratur,vel infatigabilitas virtutis in motore,quę ſtat cum natura corporea incorruptibili,vel concētus motuum cum admirabili proportione, &c. accommodata ad conſeruationem,& regimen hu ius Mundi inferioris,& hoc quidem (inquit)oſten dit ſatis euidenter authorem vniuerſi eſſe intellēctualem,& ſumma ſapientia omnia conſtituiſſe, & gubernare, non tamen proximum motorem vniuſcuiuſq; Cœli eſſe intellectualem; poſſet enim quis fingere cuilibet Cęlo datum eſſe proportionatum motorem agentem per modum naturæ,& ex pluribus motibus diuerſarum virtutum conſur gere illum ordinem. Præterea(inquit)licèt demus inde colligi motores orbium eſſe intellectuales, non tamen incorporeos; nam,licèt Angeli eſſent Aerei,vt multi poſuerunt,poſſent mouere Cœlos.

Intellectus illius propoſitionis, oē qđ mouetur ab alio mouetur.

Reſpondetur primo ad Maiorem,quod illa pro poſitio, *omne quod mouetur ab alio mouetur*, neutro modo præcisè eſt intelligenda; ſed abſtrahendo ab vtroque. Nam ſiuè id, quod mouetur, moueatur priori,vel poſteriori modo; ſemper, vt ſupra diximus,concluditur neceſſariū eſſe aſſignari motorem extrinſecum, qui vel ſit cauſa ſolius motus,vt intelligentia mouens Cęlum ſecundum Ariſt.vel etiam ſit cauſa rei motæ,vt Cęlum reſpe ctu grauis. Quocunque modo Cęlum moueatur, aut cauſetur,ſiuè per generationem phyſicam ſiuè per creationem; ſatis eſt ex hoc diſcurſu concludi motorem formaliter. Ad minorem autē dico falſam eſſe,quo ad vtranque partem. Ad probationem primę partis negatur hic ſupponi deter minatè cęlum eſſe creatum ex nihilo, ſed tantùm ſupponitur eſſe ab alio aliquo modo; neque etiam id propriè ſupponit phyſicus,ſed ille tantùm, qui cum phyſico diſputans nollet concedere motorē extrinſecum immediatum, cogeretur concedere phyſico Cœlum eſſe ab alio productum cum tali inclinatione.

Ad probationem ſecundæ partis iam ſupra dictum eſt;ex neutra cauſa aſſignata propriè loquē do dependere immaterialitatem primi motoris; ſed ex hoc,quod non poteſt primus motor moueri,nec per ſe,nec per accidens. Ad talem enim mo torem conducit hæc prima demonſtratio. Secundò dicitur,quod,ſi demus immaterialitatem probari ex motuum proportione,&c. ex qua deducitur motorem eſſe agens per intellectum, non poſſet dici eſſe aliquem Angelum corporeum, eo qđ talis motor corporeus moueretur ſaltem per acci dens ad motum ſui corporis. Et præterea dici poſ ſet ſufficere phyſico probare talem motorem, &

A relinquere metaphyſico ſtudium inquirendi per ſpiritualem motum altiorem motorem omnino ſeparatum, ad quem etiam pertinet inueſtigare perfectiones intelligibiles, & vnitatem prædicti motoris,prout nos etiam ſupradiximus.

Tertiò dico, immaterialitatem primi Motoris probari ex perpetuitate motus, vt per ſe cauſata, vt explicat S.Thom.in 8.phyſ.tex.78. & Caiet. in quæſtione de infinitate primi Motoris.

Quartò dico,probare primū Motorem eſſe immaterialem non pertinere ad hunc articulum,ſed ad ſequentem quæſtionem.

Contra quintam Concluſionem argumentatur

B Valentia. Primò ſic: Angelus ſecundum eandem ſubſtantiam, &,potentiam motiuam acquirit locum,& eſt in loco;ergo mouet ſe,& mouetur. Valentia.

Reſpondetur, quòd moueri Angeli, non eſt pati, ſed agere; nam eſt in loco per ſuam operationem.

Secundò:Idem Angelus ſecundum eandem vo luntatem ſuam mouet ſe, & mouetur recipiendo ſuum actum volitionis;quem elicit,quatenus ſecū dum eandem voluntatem eſt in actu virtuali, & in potentia formali.

Reſpondetur voluntatem Angeli,ſecundùm qđ aliquid habet de actu formali,elicere volitionem, & ſecundùm quod habet aliquid de potentia,ean

C dem recipere. Videndus eſt Ferrarienſis loco alle gato,& in quæſtionibus ſuper octauo phyſicorū. Ferrarien.

Expenduntur dicta Expoſitorum.

Gabriel Vaſquez ait nonnullos probare,poſſe demonſtrari Deum eſſe à poſteriori quibuſdam authoritatibus ſacræ ſcripturæ; quibus exiſtimat id minimè probari poſſe;Authoritates verò ſunt,prima Rom.1. *Inuiſibilia enim ipſius a creatura Mundi,per ea,quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur,&c.ita vt ſint inexcuſabiles.* ſecūda Sapientiæ 13. *A magnitudine enim ſpeciei, & creaturæ cognoſcibiliter poterat creator omnium videri.* tertia Rom. 1. Sap. 13.

D Pſal. 18. *Cœli enarrant gloriam Dei.* quarta Pſalm. 88. *Confitebuntur Cœli mirabilia tua Domine,* quinta Actorum 14. *Et quidem non ſine teſtimonio ſemetipſum reliquit,benefaciens nobis de Cœlo dans pluuias,&c.* Quæ quidem teſtimonia (inquit)probāt poſſe haberi ex creaturis Dei cognitionē, ad hoc præſertim,vt excuſari non poſſint à diuino cultu; non tamen quod notitiam habuerint euidentem; nam verbum *conſpiciuntur,* & verbum *videri,*notitiam communiter dictam ſignificant cum aſſenſu determinato,iuxta communem (inquit) vſum ſacrarum ſcripturarum. Pſal.18. Pſal.88. Act.14.

E Sed hęc expoſitio ratione,& authoritatibus fal ſa conuincitur. Nam,ſi verum eſt poſſe Dei exiſtē tiam per creaturas demonſtratiuè probari, vt ſupra oſtendimus, etiam per demonſtrationū exercitium ex D.Tho. & hic etiam expoſitor fatetur, dum adducit tres demonſtrationes ad probandū Deum eſſe,quæ ſunt rationes D.Tho. cum auth oritates illæ ſacræ ſcripturæ alloquantur ſapientes huius ſeculi, quibus maximè conuenit habere ex creaturis demonſtrationes euidenter probantes Deum eſſe; ex qua euidenti cognitione magis red duntur Impugnatur expoſitio Vaſq.

duntur reprehenſibiles in tranſgreſſione mandatorum diuinæ legis naturalis; certè contra legitimum dictarum ſcripturarum ſenſum apparet interpretatio de quacunque alia noticia, citra euidẽtem. Et confirmatur: quoniam verba ſacræ ſcripturæ ſemper in proprio ſenſu interpretanda sũt, niſi abſurditas aliqua conſequens ex ſenſu proprio cogat ad improprium; At prædicta verba *videri, & cognoſcibiliter, &c.* & *conſpiciuntur*; in proprio ſenſu ſignificant euidẽtem cognitionem; quæ maximè cõgruit cum intentione ſacri Authoris, immò Spiritus ſancti in dictis locis: Ergo ita ſunt exponendæ dictæ authoritates: Præterea probatur idem authoritatibus ſanctorum Patrum.

Authoritates ſunt. S. Tho. ſuper illis verbis ad Rom. primo; *Quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis, &c.* Auguſtini, Gregorij, Hieronymi, Ambroſij, Baſilij, Origenis, Chryſoſtomi, Theophilacti, quæ habentur in Gloſſa ordinaria ſuper dictis verbis Apoſtoli ad Rom. qui interpretantur dicta verba de certa, & euidenti cognitione. Videndus eſt etiam Diuus Auguſtinus in Gloſſa ſuper illud Sapient. 13. *A magnitudine enim ſpeciei, &c.* Vbi apertius loquitur. Quare non videtur prædicti expoſitoris interpretatio temeritate carere, cum ſacrarum litterarum ſenſui, & intentioni iuxta ſanctorum Patrum expoſitionem aduerſetur.

S Tho. Rom. 1. Auguſtin. Gregorius Hieron. Ambroſ. Baſilius. Origenes. Chryſoſt. Theophil. Sap. 13.

In ſecunda demonſtratione Gregorius de Valentia extendit illam propoſitionem, *in cauſis efficientibus non eſt proceſſus in infinitum.* Ad cauſas ẽt efficientes accidentaliter ſubordinatas; Quæ extẽſio primo eſt contra mentem Ariſtot. qui ponens generationem æternam, manifeſtè etiam ponit proceſſum in infinitum in cauſis accidentaliter ordinatis. Secundò aduerſatur intentioni D. Thomę qui, cum demonſtrationem hanc acceperit ab Ariſtot. in eodem ſenſu ſumit propoſitiones in ea poſitas. Tertiò præiudicat efficaciæ huius demõſtrationis, quæ conſiſtit in complemento cauſalitatis, vt benè docet hic Caietanus, quod tolleretur per infinitatem cauſarum eſſentialiter ſubordinatarũ, non autem accidentaliter dependentiũ. Quartò, & vltimò, quia ſic extenſa dicta propoſitio ad cauſas accidẽtaliter ordinatas, nõ eſt vera in ſenſu formali, neque etiam materiali. Dico non eſſe veram in ſenſu formali, ideſt de cauſis, vt cauſæ ſunt; quoniam non repugnat Petro, vt cauſa eſt Ioannis, quod eum præceſſerint infiniti generantes; quorum vnus ab alio generetur: nam accidit Petro, vt cauſa eſt Ioannis, quod ante eum fuerit vnus, vel plures, finiti, vel infiniti generantes. Non eſt etiam vera materialiter; hoc videlicet ſenſu, vt non ſit poſſibilis proceſſus in infinitum in illis rebus, quæ cauſæ ſunt; vt vna fuerit ante aliam, & alia ante aliam, vſque in infinitum; quoniam ſecũdum doctrinam S. Thom. inferius explicandam, & defendendam, potuit Mundus ab æterno creari cum omnibus ſpeciebus rerum generabilium, & corruptibilium cum curſu in rebus ordinario, vna fortè humana ſpecie excepta; quo caſu poſito potuerunt pręcedere in qualibet ſpecie infinita indiuidua accidentaliter ſubordinata.

Cauſis efficientib. accidentaliter ordinatis non repugnat proceſſus in infinitum.

Ariſt.

Caiet.

A In quarta demõſtratione idem Gregorius Gloſſat illam propoſitionem S. Thom. *magis, & minus dicuntur de diuerſis ſecundum, quod appropinquant diuerſimode ad aliquid, quod maximè eſt,* aitque intelligendam eſſe de aliquo maximè tali, ſaltem negatiuè (ideſt quo nullum ſit maius) & actu exiſtente in eodem genere, & quouis tempore; ſicque (inquit) veriſsima eſt propoſitio in numeris; nam quouis tempore eſt actu numerus aliquis maximus, quo alius non ſit actu maior, & in corporibus; quia actu eſt corpus maximũ, quo aliud non eſt maius. Sed hęc extenſio ſuperflua eſt, & ſine fundamento: nam inſpecto tantiſper ſenſu terminorum luce clarius apparet, eam propoſitionẽ ad numeros, & corpora nulla ratione extendi poſſe; nam nec numeri dicuntur magis, vel minus numeri, nec corpora magis, vel minus corpora.

Valentia.

B Impugnatur. expoſitio Valentiæ.

QVAESTIO TERTIA.

De Dei ſimplicitate, in octo articulos diuiſa.

C COgnito de aliquo, an ſit, inquirendum reſtat, quomodo ſit, vt ſciatur de eo, quid ſit. Sed quia de Deo ſcire non poſſumus, quid ſit, ſed quid non ſit: nõ poſſumus conſiderare de Deo, quomodo ſit; ſed potius, quomodo non ſit.

Primò ergo conſiderandum eſt, quomodo non ſit.

Secundò, quomodo à nobis cognoſcatur.

Tertiò, quomodo nominetur.

Poteſt autem oſtendi de Deo, quomodo non ſit, remouendo ab eo ea, quæ ei non conueniunt, vt pote compoſitionem, motum, & alia huiuſmodi.

D Primò ergo inquiratur de ſimplicitate ipſius, per quam remouetur ab eo compoſitio. Et quia ſimplicia in rebus corporalibus ſunt imperfecta, & partes.

Secundò, inquiretur de perfectione ipſius.

Tertiò, de infinitate eius.

Quartò, de immutabilitate.

Quintò, de vnitate.

Circa primum quæruntur octo.

Primò. Vtrum Deus ſit corpus.

E Secundò. Vtrum ſit in eo compoſitio formæ, & materiæ.

Tertiò. Vtrum ſit in eo compoſitio quidditatis, ſiue eſſentiæ, vel naturæ, & ſubiecti.

Quartò. Vtrum ſit in eo compoſitio, quæ eſt ex eſſentia & eſſe.

Quintò. Vtrum ſit in eo compoſitio generis, & differentiæ.

Sextò. Vtrum ſit in eo compoſitio ſubiecti, & accidentis.

Septimò. Vtrum ſit quocunque modo cõpoſitus, vel totaliter ſimplex.

Octauò. Vtrum veniat in compoſitionem cum alijs.

Ratio ordinis articulorum huius quæſtionis.

Ratio ordinis.

ORdo preſentis quæſtionis ad præcedentem, & ſubſequentes aperitur hic à S. Thom. ratio verò ordinis articulorum huius tertiæ quæſtionis ſic reddi poteſt. Diuina ſimplicitas cognoſcitur per excluſionem compoſitionis; eſt autem duplex cõpoſitio, altera, quæ conuenit rei ſecundùm ſe, quæ propriè dicitur compoſitio; altera, quæ conuenit rei in ordine ad aliud, cui cõiungitur; & hæc propriè dicitur componibilitas; de priori diſſerit S. D. ſeptem primis articulis, de poſteriori autem in vltimo. De compoſitione autem ſecũdùm ſe, agit primò ſecundùm ſingulas ſpecies, vel modos, in primis ſex articulis; deinde vniuerſaliter in ſeptimo articulo, ad complementum doctrinæ. Quod autem ille ſeptimus articulus ſit legitimè poſt ſex prædictos collocatus, patet primò ex ratione S. Thom. in qua ex concluſionibus præcedentiũ deducit quæſitam veritaté in illo articulo ſeptimo, ex proprio canone Analogorum, quoniam de cõmuni Analogo tractari commodè non poteſt, niſi diſcuſſis prius ſingulis analogatis, à quibus analogum non abſtrahit; nam eius ratio, cum multiplex ſimpliciter ſit, vna verò ſecundùm quid, nihil aliud eſt, quàm multę ipſorum Analogatorum rationes. Sunt autem ſex compoſitionis modi. Primus, idemque manifeſtiſſimus eſt corporeæ molis compoſitio, quę in partes quantitatem habentes diſtingui poteſt. Vt autem docet Philoſophus. *Innata eſt nobis via ex notioribus nobis ad ea, quæ ſunt minus nota, procedere*, & quinto metaphyſ. capitulo de principio dicitur, *principium doctrinæ eſt non primum rei principium, ſed vndè quis oportunè diſcat*, Secundus modus compoſitionis eſt ex materia, & forma, de quo in ſecundo articulo; nám excluſa à Deo corporeitate, adhuc locus dubitandi relinquitur propter opinionẽ Auicebron. Tertius modus eſt ex natura, & ſuppoſito, qui pendet ex ſecundo; vt patet ex D. Thom. in tertio articulo, in quo agitur de hoc modo compoſitionis: Quartus modus eſt ex eſſe, & eſſentia; qui pendet ex tertio; tum quia eſſe eſt per ſe primo, ſuppoſiti, tum quia ad eſſentiam, non ſequitur eſſe, niſi vt eſt terminata ſuppoſitalitate. Quintus modus eſt ex genere, & differentia, qui pendet ex quarto; quoniam differentia ſumitur ex ordine ad eſſe dicente Porphyrio. *Differentia eſt, quæ conducit ad eſſe*. Conſtat autem ſpeciem, quę ſola immediatè ſub genere ponitur, per differentiam conſtitui. Vnde etiam S. Thom. in tertia ratione quinti articuli ex concluſione quarti probat Deum non eſſe in genere. Sextus, & vltimus modus compoſitionis eſt ex ſubiecto, & accidente; nam accidentia ſequuntur, nedum rei eſſentiã,

Ariſt.

Porphyr.

A ſed etiam ſuppoſitum, & exiſtentiam; his enim omnibus poſteriora ſunt ea, quæ verè accidentia ſunt: quare in ſexto articulo quæritur: Vtrum in Deo ſit aliquod Accidens. Hinc apparet minus rectè Valentiam hunc articulorum ordinem inuertere.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Deus ſit corpus.

14 ſ. conc. 26 Et lib. 2. c. 3. prin. Et lib. 4. c. 11. col 2. Et opuſc. 3. c. 16 & 17.

AD Primum ſic proceditur. Videtur, quòd Deus ſit corpus. corpus enim eſt, quod habet trinã
B dimenſionem: ſed ſacra ſcriptura attribuit Deo trinam dimenſionem: dicitur enim Iob ſecundo. Excelſior cęlo eſt, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognoſces? longior terra menſura eius, & latior mari: ergo Deus eſt corpus.

2 Præterea. Omne figuratum eſt corpus, cùm figura ſit qualitas circa quantitatem: ſed Deus videtur eſſe figuratus, cùm ſcriptũ
C ſit Geneſ. 1. Faciamus hominem ad imaginẽ, & ſimilitudinem noſtram: figura enim imago dicitur, ſecundum illud Hebr. 1. Cum ſit ſplẽdor gloriæ, & figura ſubſtãtiæ eius, id eſt, imago: ergo Deus eſt corpus.

3 Præterea, Omne, quod habet partes corporeas, eſt corpus, ſed ſcriptura attribuit Deo partes corporeas: dicitur enim Iob 41. Si habes brachium vt Deus, & in Pſal. Oculi Domini ſuper iuſtos: & dextera Domini fecit virtutem: ergo Deus eſt corpus. Pſal. 33. & 117.

D 4 Præterea. Situs non conuenit niſi corpori: ſed ea, quæ ad ſitum pertinent, in ſcripturis dicuntur de Deo: dicitur enim Eſaiæ 6. Vidi Dominum ſedentem. & Eſaiæ 3. Stat ad iudicandum Dominus: ergo Deus eſt corpus.

5 Præterea. Nihil poteſt eſſe terminus localis à quo, vel ad quem, niſi ſit corpus, vel aliquod corporeum: ſed Deus in ſcriptura dicitur eſſe terminus localis, vt ad quem, ſecundum illud Pſalm. Accedite ad eum, & illum. Pſal. 33.
E & vt à quo, ſecundùm illud Hier. 17. Recedentes à te in terra ſcribentur; ergo Deus eſt corpus.

Sed Contra eſt, quod dicitur Ioan. 4. Spiritus eſt Deus.

Reſpondeo. Dicendum abſolutè, Deum non eſſe corpus: quod tripliciter oſtendi poteſt.

Primò quidem, quia nullum corpus mouet non motum, vt patet inducendo per ſingula.

Digitized by Google

Q.3.art.3. gula. Oſtenſum eſt autem ſupra, quòd Deus eſt primum mouens immobile: vnde manifeſtum eſt, quòd Deus non eſt corpus.

Secundò, quia neceſſe eſt id, quod eſt primum ens, eſſe in actu, & nullo modo in potentia. Licèt enim in vno, & eodem, quod exit de potentia in actum, prius ſit potentia, quàm actus tempore, ſimpliciter tamen actus prior eſt potentia, quia quod eſt in potentia, non reducitur in actum niſi per ens actu. Oſtenſum Q. præced. art.3. eſt autem ſupra, quòd Deus eſt primum ens. Impoſſibile eſt igitur, quòd in Deo ſit aliquid in potentia: omne autem corpus eſt in potentia; quia continuum, inquantum huiuſmodi, diuiſibile eſt in infinitum; impoſſibile eſt igitur, Deum eſſe corpus.

Tertiò, quia Deus eſt id, quod eſt nobiliſſimum in entibus, vt ex dictis patet. Q. præced. art.3. Impoſſibile eſt autem aliquod corpus eſſe nobiliſſimũ in entibus; quia corpus aut eſt viuum, aut non viuum. Corpus autem viuum, manifeſtum eſt quòd eſt nobilius corpore nõ viuo: corpus autem viuum non viuit, inquantum corpus, quia ſic omne corpus viueret: oporteret igitur, quòd viuat per aliquid aliud, ſicut corpus noſtrum viuit per animam: Illud autem, per quod viuit corpus, eſt nobilius, quàm corpus; impoſſibile eſt igitur, Deum eſſe corpus.

Q.1.art.9. Ad primum ergo dicendum, quòd, ſicut ſupra dictum eſt, Sacra ſcriptura tradit nobis ſpiritualia, & diuina ſub ſimilitudinibus corporalium; vnde, cùm trinam dimenſionẽ Deo attribuit ſub ſimilitudine quantitatis corporeæ, quantitatem virtualem ipſius deſignat: vtpote per profunditatem, virtutẽ ad cognoſcendum occulta: per altitudinem, excellentiam virtutis ſuper omnia: per longitudinem durationem ſui eſſe: per latitudinem, affectum Cap.9. circa medio. dilectionis ad omnia. Vel vt dicit Dionyſ. 9. cap. de diu. no. per profunditatem Dei, intelligitur incomprehenſibilitas ipſius eſſentię: per longitudinem, proceſſus virtutis eius omnia penetrantis; per latitudinem verò, ſuperextenſio eius ad omnia, inquantùm ſcilicet ſub eius protectione omnia continentur.

Ad ſecundum dicendum, quòd homo dicitur eſſe ad imaginem Dei, nõ ſecundùm corpus, ſed ſecundum id, quo homo excellit alia animalia: vnde ſequitur Geneſ. 1. poſt quàm dictum eſt: Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, vt præſit piſcibus maris, &c. excellit autẽ homo omnia animalia, quantùm ad rationem, & intellectum; vnde ſecundùm intellectum, & rationem, quæ ſunt incorporea, homo eſt ad imaginem Dei.

A Ad tertium dicendum, quòd partes corporeæ attribuuntur Deo in ſcripturis, ratione ſuorum actuum ſecundùm quandam ſimilitudinem; ſicut actus oculi eſt videre: vnde oculus de Deo dictus ſignificat virtutem eius ad videndum modo intelligibili, non ſenſibili, & ſimile eſt de alijs partibus.

Ad quartum dicẽdum, quòd etiam ea, quæ ad ſitum pertinent, nõ attribuuntur Deo, niſi ſecundùm quandam ſimilitudinem; ſicut dicitur ſedens propter ſuam immobilitatem, & authoritatem, & ſtans propter ſuam fortitu- B dinem ad debellandum omne, quod aduerſatur.

Ad quintum dicendum, quòd ad Deũ non acceditur paſſibus corporalibus, cum vbique ſit; ſed affectibus mentis, & eodem modo ab eo receditur, & ſic acceſſus, & receſſus ſub ſimilitudine localis motus deſignant ſpiritualem affectum.

Prima Controuerſia.

C De ſenſu quæſiti.

Senſus, & ſtatus Controuerſiæ, & ſententiæ expoſitorum.

Magna quæſtio eſt, quo ſenſu ſumatur hoc in loco nomen corporis. Ad cuius euidentiã Corporis acceptio multiplex ex D.Tho. ſciendum eſt D.Thom. in 3. cap. de ente, & eſſentia diſtinguere nomẽ corporis in duplicem ſignificationem, quatenus, ſcilicet primò ſignificat rẽ prædicamenti ſubſtantiæ; ſecundò, vt ſignificat rem prædicamenti quantitatis. Priori modo importat talem naturam, ex qua nata eſt fluere trina dimenſio; poſteriori modo ſignificat trinam D dimenſionem. Sed rurſus corpus, quod ſignificat rem prædicamenti ſubſtantiæ, accipitur dupliciter; vno modo, vt ſignificat naturam illam, ex qua nata eſt fluere trina dimenſio; cũ præciſione omnis ſubſtantialis perfectionis vlterioris, & ſic corpus præſcindit à ratione viuentis, ſenſitiui, animalis, &c. Alio modo, vt ſignificat illammet naturam abſq; præciſione vlterioris perfectionis ſubſtantialis; Differunt autem dupliciter corpus primo modo, & corpus ſecũdo modo ſumptum; Nã corpus primo modo eſt pars ſpeciei, eo quod ſignificatum formale ſpeciei, eſt præter, & extra ſi- E gnificatum eius; ſicut anima rationalis eſt extra rationem corporeitatis; nã, in homine duo ſunt, ſcilicet perfectio corporeitatis, quæ præciſè accepta non includit intellectualitatem, vel rationalitatem; & perfectio intellectualis, quæ eſt altera pars; & ex his duobus componitur homo. Corpus verò ſecũdo modo eſt totum reſpectu ſpeciei; quia forma, ſiuè perfectio formaliter importata per ſpeciem, includitur in ſignificato corporis ſic accepti; ſignificat enim, vel includit quamcunque formam, à qua poſſit eſſe corporea perfectio: &

Digitized by Google

quoniam ab anima intellectiua poteſt oriri corporea perfectio;ideo,& ipſa includitur in ſignificato corporis ſic accepti. Secundò differunt, quia corpus primo modo,non eſt in recta linea prædicamentali; ſicut nec quæcunque pars;corpus verò ſecundo modo eſt directè in prædicamento ſubſtantiæ; ſicut, & quodlibet aliud genus ſubalternum,puta viuens,& animal. Cum itaque tres ſint corporis acceptiones;ſcilicet pro re ſubſtantiæ,vt eſt genus,& pro re ſubſtantiæ, vt eſt pars, & pro trina dimenſione; Expoſitores S.Thom. non eodē modo interpretantur hoc quæſitum: nam Greg. de Valentia exiſtimat tertio modo hic accipi corpus,Caietan.autem,& Bannes ſecundo modo,Sylueſter autem primo modo.

Valentia. Caiet. Bannes. Sylueſter.

Reſolutio.

Mihi aūt quatuor vñr dicenda. Primum eſt, corpus hic nō ſumi tertio modo.Probatur; quoniam corpus ſic ſumptum eſt accidens;in nullius verò mentem poteſt cadere Deum eſſe accidens; nam licèt nomine Dei non omnes fortaſſis intelligant id,quo maius cogitari non poteſt,aliquid tamen valdè nobile, ac per ſe ſubſiſtens videntur intelligere, vt patet ex opinionibus antiquorum. Secundò quoniam tertia ratio D.Thom. in corpore art. procedit de corpore, vt eſt in prędicamento ſubſtantiæ. Secundò dico, hic non accipi corpus, vt eſt genus in prædicamento ſubſtātiæ; Quoniam corpus hoc modo acceptum, non excludit perfectionem formæ, nec perfectionem vitalem;At conſtat ex tertia ratione S.Thom. corpus,vt hic accipitur, excludere vitam; vnde etiā Caiet. notat corpus hic ſumi, vt diſtinguitur cōtra formam, quo modo etiā accipitur in ſecundo de anima,vbi quæritur: an anima ſit corpus. Dico tertiò corpus hic non accipi ſimpliciter, vt eſt pars rei compoſitę;Quoniam,an Deus ſit pars rei cōpoſitæ,quæretur in vltimo art.Dixi autem ſimpliciter, quia non omnino excluditur hæc acceptio,vt patet ex tertia ratione D.Thom.probantis Deū nō eſſe corpus viuens, quia eo nobilior eſt vita; igitur ibi accipit corpus, vt pars eſt diſtincta cōtra vitam. Dico quartò hic accipi corpus præciſè, prout dicit ſolam perfectionem corporeitatis diſtinctam contra formam,nō curando, an ſit pars ſubſtantiæ compoſitæ, vel ſubſtantia ſimplex, vt arbitratur Auer.de corpore cęleſti: ſumitur enim corpus ſecundum illam ſolam perfectionem; quā ſortitur ex forma, ſiue faciat cum ea compoſitionem, ſiue non; hoc enim eſt per accidens reſpectu perfectionis corporeæ. Quæritur ergo de corpore,vt corpus eſt,abſtrahendo à ratione partis, & totius: Sed quoniam ſecundùm rei veritatem, & materialiter loquendo,corpus ſic ſumptū eſt pars ſubſtantię compoſitæ,ideo S.Thom.de ente,& eſſentia affirmabat corpus ſic ſumptum,id eſt,vt dicit ſolam perfectionem corporeitatis,eſſe partem ſubſtantiæ compoſitæ. Eſt ergo ſenſus quæſiti: *An Deus ſit corpus*, id eſt ſubſtantia corporea præcisè ſumpta,cui ſubſtātiæ ſemper annexa eſt trina dimenſio,ſiue hæc dimenſio ſit eadem corpori; ſiue non; quoniam,vt benè aduertit Caiet. neutrū horum variat propoſitum.

Caiet.

Forma Textus.

Concluſio eſt. Deus non eſt corpus: Probatur tripliciter: Primò, nullum corpus mouet non motum; At Deus eſt primum mouens immobile;ergo Deus non eſt corpus. Maior patet inductiuè; Minor ſupra probata eſt articulo vltimo, quæſtionis præcedentis in prima ratione. Secundò, impoſſibile eſt, quod in Deo ſit aliquid in potentia; At omne corpus eſt in potentia; ergo impoſſibile eſt Deum eſſe corpus. Maior probatur: neceſſe eſt primum ens eſſe in actu, & nullo modo in potentia; Deus eſt primum ens; ergo impoſſibile eſt, quod ſit in potentia. Maior huius argumenti probatur: quia licèt in vno, & eodem exeunte de potentia ad actum, prior ſit potentia actu tempore, ſimpliciter tamen actus eſt prior potentia; Ergo neceſſe eſt primum ens eſſe in actu, & nullo modo in potentia: Minor huius argumenti probata eſt in vltimo articulo præcedentis quæſtionis. Minor autem principalis argumenti probatur: Quia, omne continuum, inquantum huiuſmodi, eſt diuiſibile in infinitum, & per conſequens eſt in potentia; At omne corpus eſt continuum; ergo omne corpus eſt in potentia. Tertiò: Deus eſt id, quod eſt nobiliſſimum in entibus; At impoſſibile eſt corpus eſſe nobiliſſimum in entibus; ergo Deus non eſt corpus. Maior patet ex vltimo articulo,præcedentis quæſtionis ratione quarta. Minor probatur: quia corpus, aut eſt viuum, aut eſt nō viuum; At neutrum eſt nobiliſſimum in entibus; ergo impoſſibile eſt corpus eſſe nobiliſſimum in entibus; Minor propoſitio probatur: & primò quo ad corpus non viuum; quoniam corpus viuum manifeſtè eſt nobilius corpore non viuo; ergo non viuum non eſt nobiliſſimū in entibus. Deinde probatur quo ad corpus viuum: Omne corpus viuum viuit per aliquid aliud ab ipſo: at illud, per quod viuit corpus, eſt nobilius, quàm corpus viuum; ergo corpus viuum, non eſt nobiliſſimum in entibus. Maior propoſitio probatur dupliciter: primò, quia corpus viuum non viuit inquantum corpus; ergo viuit per aliquid aliud. Antecedens probatur: quia aliter omne corpus viueret. Secundò probatur maior exēplo corporis noſtri, quod viuit per animam.

Secunda Controuerſia.

An, & quo ſenſu verum ſit, nullum corpus mouere non motum.

Ratio Dubitandi.

Ratio dubitandi eſt, quoniam magnes immotus trahit ferrum,& nix immota frigefacit, ignis calefacit, coloratum immutat viſum, generans mouet grauia, & leuia, & cęlum empireum influit in hæc inferiora, quamuis ſit prorſus immobile;& prædicta ēt mouentia immota manent.

Sententię expoſitorum.

Valentia ſuper hoc art,ita gloſſat,vt omne corpus mouens dicatur moueri ſaltem mediatè per hoc, quod recipit prius ab aliquo virtutem, per quā mouet,& hoc conuenit (inquit) omnibus corporibus,vt corpora ſunt, hoc ipſo, quod ſunt Valentia

res

Digitized by Google

Zumel. res quædam, non vndequaque perfectiſsimæ, atq; adeo productæ ab alio. Franciſcus Zumel eandem fere ſequitur expoſitionem dicens nullum corpus mouere nō motū, quia nullum corpus mouet, niſi moueatur à ſuperioribus cauſis, & corporibus cœleſtibus. Addit autem, forſitan Ariſtot. per illam propoſitionem dicere, voluiſſe oē corpus mouendo moueri, id eſt in agēdo repati: Caiet. duplicem adhibet gloſſam. Prior eſt interpretando vocabulum illud *non motum*, actu ſcilicet, vel potentia; poſterior eſt exponendo dictam propoſitionem de motu in actu non quocunque, ſed purè locali; & eandem expoſitionem ſequuntur Syluester, & Ferrarienſis in primò cont. gent. capit. 20. addens intelligendam eſſe illam propoſitionem de motu purè locali, in quo vnum corpus mouetur ab alio, non per impreſsionē alicuius formæ, quæ ſit principium formale motus; ſed per ſolùm mouentis impulſum: Eaſdem gloſſas Caietani ſequitur Bañes ſuper hoc art. & Ferrarienſis in ſecundo cont. gen. cap. 20. affirmat dictam propoſitionem veram eſſe, in omni genere actionum, quibus aliquid de nouo producitur, ſiuè de noua actione corporis, non autem de actione illi coæua duabus conditionibus obſeruatis; prima eſt, quod corpus agens aliquid de nouo non ſit intrinſecè tranſmutatum, id eſt non aliter ſe habeat quan um ad virtutem, qua agit, quàm ſe habebat prius; ſecunda, quod nulla etiam ſit facta omnino tranſmutatio ex parte paſsi: ſed eodem modo ſe habeat, ſicut prius. hanc gloſſam ſequitur Zumellus quæſt. 66. articulo tertio, dubio vltimo.

Caiet.

Syluester & Ferrarien.

Bannes. Ferrarien.

Zumel.

Proponuntur, & probantur concluſiones, quibus reſoluitur præmiſſa dubitatio.

PRima Concluſio. Prima gloſſa Valentiæ, & Zumelli, quod videlicet omne corpus mouēs dicatur moueri ſaltem mediatè, quia accipit virtutem ab alio, & præſertim à corporibus cœleſtibus non eſt admittenda. Probatur primo: quoniā hanc propoſitionem deſumpſit S. Thom. ex Ariſt. 8. phyſic. tex. 40. quo loco manifeſtè loquitur de motu phyſico, nō autem de motu, qui eſt acceptio virtutis ab alio, & loquitur de motu in actu; alioquin nihil omnino probaret Ariſt. Secundo: quia S. Thom. probando dictam propoſitionem, ait *vt patet inducendo per ſingula*. Ex quo apparet manifeſtè ſermonem eſſe de motu phyſico, aliter inductio, non eſſet patens, vt ait S. Thom. ſed æquè latens, ſicut propoſitio. Tertiò: quia minor propoſitio ſumpta ſub prædicta propoſitione, loquitur de motu phyſico; ait enim. *Deus eſt primum mouens immobile, vt oſtenſum eſt*; conſtat autem ex dictis in vltimo articulo præcedentis quæſtionis, ibi tantùm probatum eſſe, Deum eſſe immobilem motu phyſico. Quarto: quod ait Zumellus nullum corpus mouere non motum, eo quod nullum corpus poſsit moueri, niſi moueretur à corporibus cœleſtibus, ridiculum eſt; Nam prædicta propoſitio Ariſtot. & D. Thom. vniuerſaliſsima eſt, extenditurque ad vniuerſa corpora etiam cœleſtia; parti-

Refutatur expoſitio Zumelli, & Valent.

Ariſt. S. Tho.

Zumel.

A cularitet enim ſumpta nihil deſeruiret ad intentum probandum; nimirum, dari vnum primū motorem immobilem, & ſeparatum. Secunda verò eiuſdē expoſitoris gloſsa indigna eſt Philoſopho; nam quis diceret omne corpus in agendo repati; cum conſtet corpora cœleſtia agere in hæc inferiora, & nihil ab eis repati?

Secunda Concluſio. Prima interpretatio Caietani, videlicet; quòd nullum corpus mouet nō motum, actu, vel potentia, veriſsima eſt loquendo de dicta propoſitione abſolutè, & quatenus etiā deſeruit intentioni S. Tho. in præſenti articulo: non tamen vt aſſumpta eſt ab Ariſt. in 8. phyſ. & S. Th. B in primò con. gen. cap. 20. & in ſecundo, capit. etiā 20. Nam Ariſt. & S. Thom. loquuntur de motu in actu, quo, ſcilicet actu ſemper mouentur corpora cœleſtia, & hęc inferiora; loquuntur enim de corporibus mouentibus, quæ ſe habent ſicut cauſæ eſſentialiter ſubordinatæ, in quibus actiones inferiorum in actu, pēdent ab actualibus actionibus, ſiuè motibus ſuperiorum; ſicut manifeſtè patet in ordine motuum apparentium in ſphęris cœleſtibus.

Admittitur prima interpretatio Caiet.

Tertia Concluſio. Secunda interpretatio Caietani; quod ſcilicet dicta propoſitio ſit intelligenda de motu purè locali, quo ſcilicet vnum corpus C ab alio mouetur, non per impreſsionem alicuius formæ, quæ ſit principium formale motus; ſed per ſolùm mouētis impulſum, veriſsima eſt, & ad mētem S. Thom. & Ariſt. Probatur hæc concluſio ex Caietano, & Ferrarienſe, & Ariſt. ſeptimo phyſic. tex. decimo. Quoniam oportet mouens ſimul eſſe cum moto; ergo corpus mouens non poteſt quieſcere, & corpus motum mutare locum: nam, ſi mouens locum non mutat mutante locum corpore moto; iam non eſt ſimul mouens cum moto: Et ſecundùm hanc gloſſam ceſſant omnes ſupra poſitæ obiectiones, de magnete, niue, igne, generante, colorato, & cęlo Empireo: Nam quædam ex predi- D ctis, vt nix, ignis, coloratum, & Empireum nō mouent motu locali; quædam verò alia, vt magnes, & generans, non mouent motu purè locali; ſed per impreſsionem formæ, quæ eſt principium formale motus in graui, reſpectu centri, & in ferro, reſpectu magnetis.

Approbatur ſecūda interpretatio Caietani.

Quarta Concluſio. Expoſitio Ferrarienſis vltima vera eſt, loquendo de ſenſu dictæ propoſitionis abſolutè, & ad mentem D. Thomæ in dicto viגeſimo capitulo, ſecundi cont. gent. hæc concluſio latiſsimè probatur à Ferrarienſi in prædicto loco, ad quem lectorem remitto.

Admittitur expoſitio Ferrar.

E ***Argumenta, & ſolutiones.***

COntra tertiam Concluſionem argumētatur Zumellus primò: Qui emittit ſagittam, mouet localiter, & non mouetur localiter; ergo.

Zumel.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens; nam manus emittentis ſagittam actu localiter mouetur; & ſimiliter arcus, qui eſt proximum mouens.

Secundò per accidens eſt, quod corpus mouens moueatur; nam mouet per virtutem, quā in ſe ha-

Digitized by Google

bet, non autem: quia moueatur.

Reſpondetur negando antecedens: nam, licèt accidat mouenti, vt ſic, quod moueatur; non tamẽ accidit mouenti localiter, vt tale mouens eſt; ſcilicet, vt corpus eſt; quia mouet per contractum, ex quo fit, vt neceſſariò ſit ſimul cum mouente, & ꝑ propterea moueatur.

Valentia. Contra eandem argumentatur Valentia; Poſſet aliquis dicere, quod datur corpus alterius ordinis, quod mouet non motum; ergo mouere motum non cõuenit corpori ſecundùm rationem generaliſſimam corporis; ſed ſecundùm rationes aliquas contrahentes illam, nempè quatenus hæc corpora ſunt mixta, vel viuentia, vel elementaria.

Reſpondetur: Qui ſic diceret, irrationabiliter, & voluntariè loqueretur; Nam corpus, vt ſic, non habet principium intrinſecum, vt aliud moueat motu purè locali; ſed tantùm vt moueatur: Et præterea Ariſtot. & S. Thom. proculdubio loquuntur de corpore, vt ſic, de quo dicunt neceſſe eſſe, vt mouens ſimul ſit cum moto, ac per hoc ſimul etiã cũ eo moueatur, exiſtimantes hoc neceſſariò conſequi naturam corporis, quà corpus eſt; Chimericum igitur eſt fingere dari in rerum natura corpora altioris ordinis, quàm ſint Cęleſtia, & ſublunaria. Ariſt. S.Tho.

Secundò in quæſtione præcedente non eſt probatum, Deum mouere omnino immotum; ergo licet omne corpus, vt corpus eſt, moueret motum, non tamen inde colligitur Deum non eſſe corpus; probatur conſequentia; quia, ibi ſolùm probatum eſt Deum non moueri ab aliquo priore mouente; poſſet autem dici, illum à ſe moueri, ſicut mouetur Animal.

Reſpondetur negando conſequentiam. Ad probationem dicitur: ſtante diſcurſu non poſſe dici Deum mouere ſe, ſicut Animal; quia in Animali motor mouetur per accidens; Primus autem motor probatur eo diſcurſu eſſe immobilis, & per ſe, & per accidens. Secundò dicitur, & melius; hoc in loco, vt ſupra etiam diximus, tractari tantùm de corpore, prout dicit ſolam perfectionem corporeitatis diſtinctam contra formam, non curando, an ſit pars ſubſtantiæ cõpoſitę, an ſubſtantia ſimplex. Itaque cum veritate concluſionis præſentis articuli, ſtat Deum eſſe corporeum, ſicut eſſet, ſi eſſet anima cęli; quæ difficultas tractatur partim in ſequenti articulo, & partim, immo ſimpliciter in vltimo huius quæſtionis Articulo.

Tertia Controuerſia.

An verum ſit, & quo ſenſu, corpus viuum eſſe nobilius corpore non viuo.

Sententiæ expoſitorum.

Caiet. CAietanus duo dicit; Primum, viuentia ſunt ſimpliciter nobiliora non viuentibus; Secundum. Si Cœlum non eſt viuum, formica eſt ſimpliciter ens nobilius, quàm cęlum. Eandem ſententiam ſequitur Ferrarienſis in primo cont. gen. ca- Ferrarien.

A pit. 10. & Sylueſter ſuper hoc artic. Dominicus Bãnes ad hoc quæſitum reſpondet tribus concluſionibus. Prima eſt: Probabile eſt cęlum perfectius eſſe omnibus viuentibus, præter hominem; Secunda: Multò probabilius eſt, quodcunque viuens eſſe ſimpliciter nobilius cęlo. Tertia: Probabiliſſimum eſt, viuentia eſſe perfectiora non viuetibus, quantùm ad gradum eſſendi; non tamẽ quantùm ad modum eſſendi: Hanc tertiam deſumpſit ex Iauello ſuper hoc art. Zumellus ſententiam ſuã explicat quatuor propoſitionibus. Prima eſt; ſubſtãtia viuens perfectior eſt in genere, non viuente, & à toto genere perfectior; quoniam in genere viuẽtium, inueniuntur ſubſtantiæ multò perfectiores; Sylueſter. Banes. Iauellus, Zumel.

B quàm in genere non viuentium. Secunda: corpus viuens qua ratione viuit, in ſenſu formali perfectius, & nobilius eſt corpore non viuente. Tertia: Quęcunque ſubſtantia viuens, quantumcunq; imperfecta ſit; ſiuè inter animalia, ſiuè inter reliqua viuentia, præferenda eſt non viuenti, & corporib⁹ cęleſtibus. Quarta Propoſitio; Omnibus hinc indè penſatis, corpora cęleſtia, quę non viuunt, ſunt perfectiora multò magis corporibus iſtis minutiſſimis viuentibus. Gregorius de Valentia tria dicit. Primum, poſſe aliquod corpus non viuens, ſimpliciter eſſe perfectius ſecundùm ſuam rationem Valentia.

C ſpecificam, aliquibus viuentibus, quatenus viuentia ſunt; vel etiam quatenus talia viuentia; & hoc modo ait corpus cęleſte perfectius eſſe omni corpore viuente, etiam vt viuens eſt, excepto humano corpore, quod viuit per animam rationalem. Secundum eſt, genus viuentium eſſe perfectius, q̃ genus non viuentium; ſed poſſe nihilominus in genere non viuentium eſſe aliquem gradum ſpecificum, perfectiorem quocunque ſpecifico gradu, qui contineatur in genere viuentium. Tertium eſt, Cęlum eſt perfectius quatenus tale corpus, alijs corporibus viuentibus, non modo in genere corporis; ſed ſimpliciter in genere entis, contra Caie-

D tanum (inquit) qui hic falsò dicit, cęlum poſito quod non ſit viuens, eſſe quidem nobilius corpus, quàm formica; ſed non ens nobilius.

Reſolutio.

Proponuntur quinque fundamenta veritatis.

COnſiderandum eſt primò, ad omnem comparationem tria neceſſariò concurrere; Primum eſt, diſtinctio extremorum. Secũdùm eſt, identitas, ſiuè conuenientia in eo, in quo ſit Compa- tionis cõ- ditiones.

E comparatio. Tertium, modus eſſendi illius in extremis; ſcilicet magis, vel minus, vel æquè perfectè, qui modus variatur per differentias, vel modos diuiſiuos illius communis, in quo conueniũt, & in quo comparantur: Fit ergo comparatio extremorum in ratione communi, ſecundùm diuerſos eius modos, vel potius ſecundùm eandem rationem; vt diuerſis modis participatã, nec requiritur identitas, vel conuenientia vniuoca; ſed ſufficit Analogica, vt notat Caietan. de nom. Analogia, cap. 8. Caiet.

Secundò

Digitized by Google

Sylueſt. Banez.

Qualis diuiſio corporis in corruptibile, & incorruptibile.

Secundò ſciendum eſt, corpus primò diuiſione diuidi in corpus corruptibile, & corpus incorruptibile, quæ ſunt duæ differentiæ per ſe, & eſſentiales: Hæc autem diuiſio phyſicè loquendo eſt analogi in ſua analogata; nam corpus corruptibile, & incorruptibile differunt materia, & ideo non conueniunt in vno genere phyſico.

Iauell. Zum.

Tertiò, notandum eſt, corpus viuens poſſe cõſiderari duobus modis; vno modo ſecundùm rationem corporis; alio modo ſecundùm rationem vitæ; & priori modo adhuc dupliciter; vno modo ſecundùm rationem corporis, vt ſic, alio modo ſm̃ rationem corporis talis ſpeciei, puta formicę, &c. Similiter corpus cęleſte poteſt cõſiderari primò, vt corpus; ſecundo, vt corpus incorruptibile; tertiò, vt talis ſpeciei, puta Solare, Lunare, &c.

Quartò, aduertendum eſt, corpus Cęleſte ſecũdùm aliquos eſſe animatũ; ſecundùm aliquos minimè: Si non ſit animatũ, adhuc conſideratur dupliciter; vno modo, vt ex corpore, & intelligentia mouente ſit vnum: alio modo conſideratur corpus ſecluſa intelligentia; priori modo eſt cauſa æquiuoca; poſteriori modo eſt cauſa inſtrumentalis intelligentiæ mouentis.

Triplex cõparatio viuentis ad corpus cęleſte.

Quintò, obſeruandum eſt, viuens poſſe comparari ad corpus celeſte pluribus modis; primò, vt fiat comparatio in ratione communi corporis, ſecũdum differentias, ſiue modos primò diſtinguẽtes corpus, qui ſunt corruptibile, & incorruptibile; ſecundò, vt fiat comparatio in ratione corporis ſecundùm communem rationem viuentium, vt viuentia ſunt, ex vna parte, & modum communem corporibus cœleſtibus, ex alia parte; tertiò, vt fiat comparatio in ratione corporis, ſecundùm modos ſpecificos ex vtraque parte.

Proponuntur Concluſiones, & probantur.

PRima Concluſio. Si fiat comparatio viuentis ad corpus cęleſte ſecundùm modos primò diuidentes corpus, qui ſunt corruptibile, & incorruptibile; Corpus cęleſte, ſiuè ſit animatum, ſiuè non, ſiuè cum intelligentia, ſiuè ea ſecluſa, nobilius eſt viuentibus, quod eſt dictu: cœlum quo ad modum eſſendi nobilius eſſe viuentibus. Probatur hæc Concluſio: Incorruptibile eſt nobilior differẽtia, & nobilior eſſendi modus, quàm corruptibile; ergo. Ad differentiam verò incorruptibilitatis, ſequũtur multæ aliæ differentiæ in ſacris litteris, & philoſophorum documentis celebratę, quæ reddunt cœleſtia corpora viuentibus nobiliora ſecundùm quid: Videndus eſt S. Thom. infra quæſt. 70. art. 3. ad ſecundum.

S. Thom.

Secunda Concluſio. Si fiat comparatio ſecundùm modum conſtitutiuum viuentium, vt ſic, & modum quemcunq; corporis cœleſtis; nobiliora ſunt viuentia corpore cœleſti, ſecluſa intelligentia, ſuppoſito, quod non ſit animatum; Hanc concluſionem probat hoc in loco Caietanus, & Ferrarienſis primo contra gent. capitulo vigeſimo; Et Dominicus Bannes in ſua ſecunda Concluſione, ad quos lectorem remittimus. Vnum tantùm ad-

A moneo, nullum eſſe inconueniens differentias aliquod commune primò diuidentes: ita ſe habere, vt ignobiliori ſuperueniant aliæ differentiæ multo nobiliores, quàm illæ, quæ ſuperueniunt nobiliori, vt in propoſito; Nam corruptibili ſuperuenit differentia viuentis, ſenſitiui, & rationalis, quæ lõgè ſunt nobiliores proprijs differentijs ſingulorũ cęleſtium corporum; cum tamen prima differentia corruptibilitatis, ſit, multò ignobilior differentia incorruptibilitatis. Cuius ratio videtur eſſe; quia materia eſt propter formam, & talis forma; ſcilicet anima, quæ altioris ordinis eſt, quàm quæcunque forma corporis, vt corpus eſt requi-
B rit talem materiam; ſcilicet corpus corruptibile, quod ſe habet, vt materia remota ad animam; fit autem proxima per eſſe organicum.

Tertia Concluſio. Corpus viuens, eſt nobilius ens corpore cęleſti prædicto modo ſumpto; Probatur: quoniam participat ens ſecundùm modũ nobiliorem; ſcilicet vitam; hic enim fit comparatio in ente ſecundum ſpeciales modos vtriuſque extremi; eſt autem vita nobilior modus, quàm corporeitas, quæcunque ſit illa, vt patet ex probationibus ſecundæ concluſionis.

Quarta Concluſio. Corpus celeſte, ſi eſt animatum, vel etiam ſi ſumatur cum intelligentia, eſt
C nobilius ſimpliciter quolibet viuente: Hęc ab omnibus acceptatur; nec indiget probatione; nam anima illa eſſet intellectiua, & altioris ordinis; quã anima noſtra, quam multò magis excedit intelligentia.

Quinta, & vltima Concluſio. Corpus cęleſte, ſi non eſt animatum, eſt nobilius ſecundùm quid viuentibus; probatur: quia habet vniuerſalem cauſalitatem; inſtrumentalem tamen, reſpectu viuentium, & aliorum corruptibilium, & multas alias nobilitates omnibus notisſimas: ſecundùm quas excedit viuentia ſecundùm quid.

D

Argumenta, & ſolutiones.

COntra ſecundam Concluſionem argumentatur Zumellus: Primò: forma cęli, eſt perpetua ex natura ſua, & incorruptibilis, & eminenter continet formas inferiores generabiles. Igitur perfectior eſt alijs formis viuentibus.

Zumel.

Secundò: cœlum eſt vniuerſalis cauſa horum inferiorum, & eſt cauſa æquiuoca; ergo eſt perfectius iſtis inferioribus.

Tertiò: in ſcripturis maximè commendatur
E Dei ſapientia, & virtus in corporibus cęleſtibus; ergo.

Quartò: forma Cœli magis eſt elongata à materia, quàm formæ plantarum, & minus dependet à materia; & materia illa perfectioris ordinis eſt, & minus habens de potentialitate; ergo.

Reſpondetur: per hæc probari nobilitatem maiorem ſecundùm quid; non autem ſimpliciter. Ad quartum autem ſpecialiter negatur Antecedens, quo ad duas primas partes; nam formæ viuentiũ, magis ſunt à materia eleuatæ, & minus dependentes, quàm forma corporeitatis. Quo ad reliquas verò

Digitized by Google

verò duas partes, admiſſo antecedente, negatur conſequentia; ſequitur enim tantùm eſſe nobilius in ratione corporis, nõn autem ſimpliciter.

Valentia. Contra eandem argumentatur Valentia: Dicet aliquis poſſe fieri, vt aliquod corpus, quatenus tale corpus, ſit maximum ens actu exiſtens; Ergo, Antecedens probatur; nam non videtur repugnare, vt genus aliquod imperfectius, cõtrahatur per rationem aliquam ſpecificam, quæ ſit, inter omnes rationes ſpecificas actu exiſtentes perfectiſſima; etiam inter illas, quibus contrahitur genus incorporeum; ergo. Conceditque poſſe eſſe aliqđ corpus non viuens, quatenus tale eſt, perfectius ſecundùm ſuam rationem aliquibus viuentibus; quatenus viuentia ſunt; Concedit etiam Cœlum eſſe perfectius omni corpore viuente; quatenus viuẽs eſt; excepto corpore humano; quod viuit per animam; & probat hoc ſecunudm; quoniam Cœlum habet perfectionem efficiendi; tàm varia, & tàm multa: & quia eſt incorruptibile, & quia omnes volentes aliquid commendare, dicere ſolent, eſſe quoddam cœleſte.

Reſpondetur: falſum eſſe antecedens; Ad probationem, negatur antecedens: & ratio negationis eſt, primò; quoniam loquendo de differentijs incorporei, cum omnes, & ſingulæ pertineant ad rationem actus à materia ſeparati; differentiæ verò corporei omnes neceſſariò pertineãt ad rationem actu in materia; conſequens eſt, differentias in corporei ſemper eſſe altioris ordinis, & nobilitatis, propter actualitatem, quàm ſint differentiæ corporei. Secundò, quoniam etiam loquendo de differentijs viuentis, vt ſic, in cõparatione ad differentias corporis, vt ſic, patet quod differentiæ viuentis, præſertim extenſi etiã ad animalia, ſunt à materia eleuatiores, vt patet ex operationibus vegetandi, & ſentiendi; differentiæ autem corporis, vt ſic, omnes penitus in materia ſunt immerſæ: loquimur enim de differentia corporeitatis, prout diſtinguitur contra animã. Nec potuit Valentia reddere rationem huius ſuæ imaginationis; ſicut nos ſupra in ſecunda Concluſione reddidimus rationem de differẽtijs corporis corruptibilis, quare nobiliores ſint differentijs corporis incorruptibilis.

Ad probationem primam ſecundi ab eo conceſſi reſpondetur Cœlum virtute intelligentiæ tàm multa, & tàm varia producere, cum inſtrumentaliter tantùm operetur: ſecunda verò probatio concludit tantùm nobilitatem ſecundũ quid.

Valentia. Contra tertiam Concluſionem argumentatur idem Valentia ſic: Quando Caietanus ait Cęlum eſſe corpus nobilius formica, vel intelligit eſſe nobilius tãtùm ſecũdùm gradum communiſſimũ corporis; in quo eſſentialiter conuenit cum formica; vel etiam ſecundùm gradum ſuum proprium, quatenus eſt tale corpus: Si primum, obſtat primò, quod Cœlum idcirco eſt nobilius, quia nobiliores operationes habet, etiam ſecundùm Caietanum; ſed habet operationes nobiliores præcipuè ſecundùm vlteriores gradus, quibus eſt tale corpus; ergo, vt tale etiam, eſt nobilius. Secundò

A obſtat, quòd quando diſputatur: quod nam ex aliquibus ſit perfectius, ſermo eſſe debet de corporibus, vt talia corpora ſunt; qua ratione ſortiuntur diuerſas perfectiones eſſentialiter; nam diſputare, in quo nam corpore gradus ipſe corporeus ſecundùm communiſſimam ſui rationem ſit perfectior, eſſet quodammodo puerile, cum in eo gradu præciſè, vel nullus, vel admodum paruus exceſſus in aliquo corpore reperiatur. Si ſecundùm; ergo debet etiam omnino concedere cœlum eſſe ſimpliciter perfectius formica, vt ens; quia per vnam, & eandem rationem à parte rei, eſt tale corpus, & completè ens.

B Reſpondetur iuxta ſuperius notata, formicam eſſe ignobiliorem Cęlo, vt tale corpus, non deſignando per hanc reduplicationem, ſiuè ſpecificationem, vt tale, differentiam vltimam, & ſpecificam; ſed differentiam, vel modum primò diſtinguentem corpus ſublunare; & corruptibile ab incorruptibili. Dico igitur: formicam in ratione corporis eſſe ignobiliorem Cęlo ſecundùm differentiam, ſiuè modum primò diſtinguentem corpus; ideſt quatenus formica eſt corpus corruptibile, cœlum autem incorruptibile. Ad primam obiectionem, dicitur: non ideo cœlum eſſe nobilius modo dicto, quia nobiliores habeat operationes; C primò, quoniam dicta nobilitas attenditur penès intimam differentiam eſſentialem; ſecundò, quia cœlum ex ſe nullam habet operationem, niſi inſtrumentalem. Ad ſecundam dicitur: quòd Caietanus vtroque modo comparat Cœlum, & ait, qđ ſimpliciter, vt tale eſt, ignobilius eſt viuente; vt & dicit S. Thom. ſed quoniam in Cęlo apparent multæ nobilitates, quibus videtur excedere hæc viuẽtia, inter quas etiam eſt nobilitas prędicta differentiæ: ideſt incorruptibilitatis; ideo neceſſariò erat etiam addenda comparatio, ſecundùm rationem corporis. Nec verum eſt puerilem eſſe D cõparationem; aut nullam, vel modicam eſſe differentiam in ratione corporis; niſi quis adeo deſipiat; vt dicat nihil, aut parum differre adinuicem corruptibile, vel incorruptibile, quæ adeo diſtãt; vt Ariſt. & S.Thom. dicant ea non conuenire in genere phyſico.

Q̃ò formica ſit nobilior cælo.

Caiet.

Ariſt. S. Thom.

ARTICVLVS II.

Vtrum in Deo ſit compoſitio formæ, & materiæ.

E AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd in Deo ſit compoſitio formæ, & materiæ. Omne .ii. quod habet animam, eſt compoſitum ex materia, & forma: quia anima eſt forma corporis, ſed ſcriptura attribuit animam Deo: introducitur enim ad Heb. 10. ex perſona Dei, Iuſtus autem meus ex fide viuit; quòd ſi ſubtraxerit ſe, non placebit animę meæ; ergo Deus eſt compoſitus ex materia, & forma.

ſ. 1. cont. 6 57. & 36. Et opuſ. 3 cap. 7.

2 Præterea, ira, gaudiũ, & huiuſmodi ſunt paſsiones

Digitized by Google

paſsiones cõiuncti, vt dicitur 1. de Anima; ſed huiuſmodi attribuuntur Deo in ſcriptura; dicitur enim Pſalm. Iratus furore Dominus in populum ſuum; ergo Deus ex materia, & forma eſt compoſitus.

3 Præterea, Materia eſt principium indiuiduationis; ſed Deus videtur eſſe indiuiduum: non enim de multis prædicatur; ergo eſt compoſitus ex materia, & forma.

Sed contra. Omne compoſitum ex materia, & forma eſt corpus; quantitas enim dimẽ- Art. præced. ſiua eſt, quę primò inhæret materiæ; ſed Deus non eſt corpus, vt oſtenſum eſt. Ergo Deus nõ eſt compoſitus ex materia, & forma.

Reſpondeo. Dicendum, quòd impoſsibile eſt in Deo eſſe materiam. Primò quidem; quia materia eſt id, quod eſt in potentia; oſtenſum Q.3. art.3. D.467. eſt autem, quòd Deus eſt purus actus, non habens aliquid de potentialitate; vnde impoſsibile eſt, quòd Deus ſit compoſitus ex materia, & forma.

Secundò, quia omne compoſitum ex materia, & forma eſt perfectum, & bonum per ſuã formam: vnde oportet, quòd ſit bonum per participationem, ſecũdùm quod materia participat formam. Primum autem, quod eſt bonum, & optimum, quòd Deus eſt, non eſt bonum per participationem; quia bonum per eſſentiam, prius eſt bono per participationẽ; vnde impoſsibile eſt, quòd Deus ſit compoſitus ex materia, & forma.

Tertiò: quia vnumquodque agens agit per ſuam formam; vnde ſecundùm quòd aliquid ſe habet ad ſuam formam, ſic ſe habet ad hoc, quòd ſit agens; quod igitur primum eſt, & per ſe agens, oportet, quòd ſit primò, & per ſe forma: Deus autem eſt primum agens, cum ſit pri- Q. præced art. 3. ma cauſa efficiens, vt oſtenſum eſt; Eſt igitur per eſſentiam ſuam forma, & non compoſitus ex materia, & forma.

Ad primum ergo dicendum, quòd anima D.462. attribuitur Deo per ſimilitudinem actus: quod enim volumus aliquid, nobis ex anima noſtra eſt; vnde dicitur eſſe placitum animæ Dei, qđ eſt placitum voluntati ipſius.

Ad ſecundum dicendum; quod ira, & huiuſmodi attribuuntur Deo ſecundùm ſimilitudinem effectus: quia enim proprium eſt irati punire, eius ira punitio metaphoricè vocatur.

Ad tertium dicendum; quòd formæ, quæ D.731. ſunt receptibiles in materia, indiuiduantur per materiam, quæ non poteſt eſſe in alio, cũ ſit primũ ſubiectũ ſubſtans; forma verò, quantũ eſt de ſe, niſi aliquid aliud impediat, reci- D. 634. pi poteſt à pluribus. Sed illa forma, quæ non eſt receptibilis in materia; ſed eſt per ſe ſubſi- A ſtens, ex hoc ipſo indiuiduatur, quòd non poteſt recipi in alio, & huiuſmodi forma eſt Deus: vnde non ſequitur, quòd habeat materiã.

Duæ dubitationes; vna de ordine, alia de neceſsitate huius articuli.

DVas nobis offert difficultates Articuli præſentis inſcriptio; vnam de ordine, ad præcedentem, alteram de neceſsitate: Nam quamlibet corporis rationem, ſiue ſit de genere quantitatis, B ſiue de genere ſubſtantiæ, præcedit, nedum in conceptione noſtra; ſed etiam à parte rei vnio formæ cum materia, ac per hoc compoſitio ſubſtantialis: igitur de hac primo loco agendum erat: Sed iam in exordio huius quæſtionis diximus, ordinem doctrinæ poſtulare, vt à notioribus nobis inchoemus, & ab ijs, ex quibus quis magis oportunè diſcat. Alteram verò difficultatem offert ipſamet ratio compoſiti, quæ cum ratione corporis adæquata conſequutione videtur conuerti; Siquidem, omne corpus ex materia, & forma compoſitum eſt, & è contra; abſque vlla igitur neceſsitate agitatur huius articuli difficultas; Hanc C obiectionem diluit Caiet. & poſt eum cæteri expoſitores; quòd licèt apud S. Thom. & veritatem, æqua ſit inter duo prædicta conuerſio, non tamen ita ſenſit Auerroes, ponens corpus in Cęlo minimè compoſitum ex materia, & forma; neque Auicebron, ponens compoſitum ex materia, & forma in ſubſtãtijs ſpiritualibus abſque corporis ratione: Vt igitur vndequaque completa eſſet doctrina; quærit in hoc articulo, *An Deus ſit compoſitus ex materia, & forma.* Quamobrem etiam S. Thom, formaliſsimè procedens, vtitur medijs abſtrahentibus à corporeitate, & quantitate, vt per hæc excluderet à Deo materiam, etiam ſpiritualem.

Dubitatio de ordine articuli.

Solutio dubitationis

Solutio ex Caietano.

D *Forma Textus.*

COnclusio eſt. Impoſsibile eſt in Deo eſſe materiam. Probatur tripliciter; primò ſic: Materia eſt id, quod eſt in potentia; ſed Deus non eſt in potentia; ergo impoſsibile eſt in Deo eſſe materiam. Minor probata eſt in articulo præcedente; oſtendendo Deum eſſe purum actum nihil habentem de potentia. Secundò ſic probatur Concluſio; Omne compoſitum ex materia, & forma eſt perfectum, & bonum per participationem; Deus nõ eſt perfectus, & bonus per participationem; Ergo Deus non eſt compoſitus ex materia, et forma. Maior probatur: quia omne compoſitum ex materia, & forma eſt E *perfectum, & bonum per ſuam formam; ergo per participationem. Conſequentia probatur: quia materia participat formam. Minor probatur: quia bonum per eſſentiam, prius eſt bono per participationem; Deus autem eſt primum ens, & prima cauſa. Tertiò: quod eſt primum, & per ſe agens, oportet, quòd ſit primò, & per ſe forma; at Deus eſt primum, & per ſe agens; ergo eſt primò, & per ſe forma, ideſt per eſſentiam forma; ergo non eſt compoſitus ex materia, & forma. Maior probatur; ſecundùm quod aliquid ſe habet ad ſuam formam,*

mam, ſic ſe habet ad hoc, quod ſit agens; ergo, quod eſt primum, & per ſe agens, eſt primò, & per ſe forma; cõſequentia patet; Antecedens probatur: vnumquodque agens, agit per ſuam formam; ergo ſecundùm quod aliquid ſe habet ad ſuam formam, ſic ſe habet ad hoc, quod ſit agens; Minor autem probatur; quia Deus eſt prima cauſa efficiens; ergo eſt primum, & per ſe agẽs.

Expoſitio Textus.

AD maiorem huius doctrinæ intelligentiam, ſuppoſitis ijs, quæ hic ſubtiliter traduntur à Caietano, tria ſunt explicãda. Primum eſt, ſenſus illius propoſitionis, *Omne compoſitum ex materia, & forma, eſt perfectum, & bonum per ſuam formam.* Quæ videtur deſumpta ex primo phyſic. tex. 81. vbi ait Ariſtot. *materia eſt ſicut mater recipiens; priuatio verò videtur ad maleficium pertinere* (ideſt, ad malum) *forma autem quoddam diuinum eſt, optimũ, & appetibile*, quoniam, vt ibidem inquit S. Thom. *forma eſt quædam participatio diuini eſſe, quod eſt actus purus, & vnumquodq; intantùm eſt actu, inquãtum habet formam; actus autem eſt perfectio potentiæ, & bonum eius, & ideo forma dicitur eſſe quoddam diuinum, & optimum, & perfectio materiæ, & totius compoſiti. Igitur omne compoſitum ex materia, & forma, eſt perfectum, & bonum per ſuam formam.* Et licèt perfectio totius pendeat ex omnibus partibus componentibus, & conſequenter non tantùm ex forma, ſed etiam ex materia, (vnde etiam forma à materia ſeparata habet eſſe imperfectum, vt patet de anima noſtra, quo fit, vt non ex ſola forma pendeat perfectio totius;) à ſola tamen forma per ſe primò deriuatur perfectio, & bonitas ad compoſitum; Cum materia nullam habeat perfectionem, aut bonitatem, niſi per ordinem ad formam.

Caiet. Ariſt. S. Tho.

Secundò declaranda eſt vis tertiæ probationis D. Thom. nam Gregorius de Valentia, ait S. Tho. facere hanc conſequentiam. *Deus eſt per ſe primò, agens; ergo eſt per ſe primò forma;* Et probare Antecedens, *quia Deus eſt primum agens, ergo eſt per ſe primò agens*; Contra quam probationem argumentatur: quia non videtur formaliter probari: nam non ſequitur formaliter: Deus eſt primum agens, ergo eſt per ſe primò agens, ſed tantùm materialiter, quatenus primum agens, cum ſit ex ſe, vndequaque eſt ens perfectiſſimum, & ideo ſe toto agit. Sed in primis non inuenitur in littera D. Tho. illa propoſitio: *Deus eſt per ſe primò agens*, ſed tantùm illa: *Deus eſt primum agens*, & ad ſummum poteſt colligi etiam hæc: *Deus eſt primum, & per ſe agens*; multò minus inuenitur illa probatio ab hoc expoſitore conficta, videlicet: *Deus eſt primum agens; ergo eſt primò, & per ſe agens*. Inuenitur autẽ illa conſequentia ſecundùm formam Caietani: *Deus eſt primum, & per ſe agens; ergo, eſt primò, & per ſe forma*; quæ formalis eſt: Primò, quoniam, vt notat Syluester, vox illa *primum* poteſt ſumi, duobus modis: Vno modo nominaliter, & ſic ſignificat ordinem prioritatis reſpectu cæterorum efficientium; Alio modo poteſt ſumi aduerbialiter, & ſic videtur (inquit) hic ſumi, vt ſignificat idem, quod primò, ſicut ibi; *quærite primum regnum Dei*, ideſt primò, itaque primum per ſe agẽs idem erit, quod per ſe primò agens. Secundò ſumendo etiam dictionem illam, *primum* nominaliter, agens primum, & per ſe idem eſt formaliter, quod agens per ſe primò; quoniam primum agens ſimpliciter, non habet prius, igitur ex hoc ipſo, quod primum eſt, non agit per aliud, ſed omnia per ipſum; hoc autem idem ſignificat, quod agens per ſe primò, & ſecundùm quod ipſum. Quamobrem S. Thom. in primo contra gent. cap. ſextodecimo, ratione quarta pro eodem accepit primum agens, & per ſe primò agens, dicens; *Vnumquodque agit, ſecundùm quod eſt actu; quod igitur nõ eſt totius actus, non toto ſe agit, ſed aliquo ſui; quod autem non ſe toto agit, non eſt primum agens; agit enim alicuius participatione non per eſſentiam ſuam; primum igitur agens, quod eſt Deus, nullam habet potentiam admixtam, ſed eſt actus purus*. Hæc D. Thom. vbi pro eodem ſumit eſſe primum agens, & agere ſe toto, & non per alicuius participationem, quod eſt agere per ſe primò.

Valentia. Caiet. Syluester. S. Tho.

Explicatur reſponſio ad tertium argumentum D. Tho. & doctrina Caietani de principio indiuiduationis.

TErtiò circa reſponſionem ad tertium argumẽtum, & ea, quæ ibidem dicuntur à Caietano, notandæ ſunt tres diſtinctiones, & quatuor concluſiones.

Prima diſtinctio eſt: Principium indiuiduationis duplex eſt, vnum formale; & alterum radicale. Formale eſt, quo indiuiduum conſtituitur in eſſe indiuiduo; quod eſt eſſe indiſtinctum à ſe, & diſtinctum à quolibet alio, & conſequenter, vt nõ poſſit de pluribus prædicari. Radicale eſt illud, ex quo, tanquam à radice pendet dictum principium formale; Et hoc radicale, quod eſt materia; dupliciter eſt principium, ſcilicet poſitiuè, ideſt per ſui actualem poſitionem, & concurſum in re indiuidua; & negatiuè; ideſt per ſui negationem à re ſingulari; puta ab hoc Angelo: Declaratur principalis diſtinctio ex ſimili in principio diſtinctiuo, & conſtitutiuo ſpeciei; nam radicale, eſt forma, formale verò eſt differẽtia; quæ ſumitur à forma.

Principiũ indiuiduationis radicale, & formale.

Secunda diſtinctio. Duplex eſt ſubiectum, vnũ informationis; vt paries reſpectu albedinis; aliud prædicationis; vt hoc album reſpectu albi communiter ſumpti. Rurſus ſubiectum prædicationis duplex eſt; vnum totale; vt ſortes reſpectu hominis; aliud partiale; vt materia ſortis reſpectu hominis. Et rurſus ſubiectum informationis poteſt accipi dupliciter; vno modo, vt vnum; vt hic paries; alio modo, vt multiplex; vt multi parietes reſpectu albedinis.

Subiectũ informationis, & prædicationis.

Tertia diſtinctio. Forma duplex eſt, quædam phyſica, vt anima, & albedo; quædam metaphyſica, vt quidditas, & Angelus.

Forma phyſica, & metaphyſ.

Prima Cõcluſio. Principiũ indiuiduationis formale in rebus materialibus, non eſt materia.

Secunda Concluſio. Principium indiuiduationis radicale poſitiuè in reb⁹ materialibus, eſt materia.

teria. Probatur: quia eſt primum ſubiectum informationis; ergo eſt illud, vnde primò forma, & conſequenter totum compoſitum eſt hoc.

Tertia Cóclusio. In rebus ſeparatis à materia, primum principium indiuiduationis negatiuè eſt materia. Probatur ex D.Thom. hic; quia illa forma, quæ nó eſt receptibilis in materia, ſed eſt per ſe ſubſiſtens, ex hoc ipſo indiuiduatur, quod non poteſt recipi in alio.

Quarta Concluſio. Licèt aliud ſit eſſe in ſubiecto informationis, & aliud eſſe in ſubiecto prædicationis, eſt tamẽ idem cauſaliter; quia poſterius ex priori dependet. Probatur: nam ex hoc, quod forma recipitur, aut poteſt recipi in pluribus ſubiectis informationis; ſequitur, quòd poſſit eſſe in multis ſubiectis prædicationis; & ex hoc, quod forma non poteſt recipi, aut non recipitur, niſi in vno ſubiecto informationis, eſt indiuidua; vt hæc albedo, vel hæc humanitas, vel hæc natura Lunæ, vel Solis.

Controuerſia vnica.

De principio indiuiduationis in rebus materia conſtantibus.

Sententiæ Doctorum.

Auicenna. ANtiqua eſt inter illuſtres Philoſophos de propoſito quæſito controuerſia; nam Auicenna in quinto Metaphyſices docet, vnumquodque ſingulare propria conſtitui, atque ab alio diſtingui differentia, vt quadam indiuiduationis forma, quã hypoſtaſim nominat indiuidui. Eandem ſententiam indicat Plotinus, vt refert Ioannes Picus Mirandulanus in ſuo tractatu de Ente, & Eſſentia, dicens in indiuiduis eſſe proprietates quaſdam intimas indiuiduales, quibus abinuicem diſtinguuntur; quas Marcus Varro primus hecceitates nuncupauit; quam ſententiam ſequutus eſt Scotus in ſecundo ſentent. diſtinct. 3. quæſt. ſexta. Auerroes in primo de Anima capit. 7. & libro ſecundo, in principio, & comment. ſeptimo, octauo, & nono, & tertio phyſic. comment. 60. & libro quarto, comment. 38. quem ſequitur Zimara Theorem. 97. videtur docere formam cóferre ſubiecto, & toti cópoſito numericam vnitatem. Eandem ſententiam quidam ex recentioribus tribuunt Auicennæ ſexto natural. parte prima. Durandus in ſecundo, diſtinct. tertia, quæſtione ſecunda, ſtatuit ea eſſe in qualibet re propria indiuiduationis principia, per quæ rei natura, & ſpecies conſtituitur, ex quibus quædam extrinſeca ſunt, vt agẽs & finis, quædam autem intrinſeca, vt materia, & forma; ita tamen, vt forma principaliter, materia verò concomitanter tantùm concurrat ad indiuiduationem. Aureolus apud Capreolum in ſecundo, diſtinct. 3. quæſtione ſecunda tenet ſubſtantiam omnem ſingularem, ſeipſa, ideſt per entitatem ſuam eſſe indiuiduam, & ſingularem, atq; adeo nullo alio indigere indiuiduationis principio: vnde ſecundũ illum ſubſtantia ſimplex ſeipſa eſt indiuidua, ſub-

Plotinus. Picus.

Marcus Varro primus Hecceitatis nomen introduxit.

Scotus. Auerroes. Zimara.

Durandus.

Aureolus.

A ſtantia verò compoſita, quemadmodum ex materia, & forma vnitis tanquam principijs reſultat; ita ex eiſdem coniunctis indiuiduatur; hæc verò tanquam ſimplicia ſeipſis indiuiduantur. Eadem ſententiam ſequitur Suarez diſput. quinta, Metaph. ſect. 6. Zumellus ſupra quæſtione tertia, art. ſecudo ait materiam eſſe principium indiuiduationis radicale, formam verò proximum. Bannes in primo de Generatione, quæſt. 3. art. 7. in ſecunda ſua concluſione ait probabiliſſimè dici poſſe principium indiuiduationis intrinſecum eſſe materiam, vt informatur ſubſtantiali forma: & quòd ex materia, & forma fiat vnum principium totale, & intrinſecũ vnitatis numericæ ſine aliquo accidente, & ſine ordine ad illud, etiam ſi ſit quantitas; Addit tamen tertiam concluſionem talem: Materia, vt eſt ſub forma ſubſtantiali præciſè; nó eſt principium indiuiduationis: Denique in quarta concluſione explicans ſuam ſententiam ait principium ſubſtátiale proximum indiuiduationis, licèt incompletum, eſſe materiam primã determinatam per formam, cenſet enim quantitatẽ actualem eſſe conditionem ſine qua materia indiuiduari non poteſt; ſicque materiam cum quantitate conſtituere completum principium indiuiduationis. Caietanus de ente, & eſſentia, capit. ſecundo exiſtimat materiam ſignatam quantitate non actuali, ſed prout eſt capax ita huius quantitatis, quod non illius, eſſe principium indiuiduationis; quam ſententiam plures ſequuntur ex Thomiſtis, vt Iauellus in quinto Metaphyſ. quæſtione quintadecima, & Bannes ſuper hoc articulo, & libro primo, de gen. quæſt. 3. art. 9. & alij. Hanc opinionem retractauit Caietanus infra, quæſtione vigeſimanona, articulo primo dicens materiam, vt natura priorem quantitate, & quatenus eſt illius fundamẽtum, & radix eſſe principium indiuiduationis. Quam ſententiam vt ſubtiliſſimam cópluresex modernis Thomiſtis complectuntur: Sed Capreolus Thomiſtarum omnium facilè princeps in ſecundo, diſt. tertia quæſtione prima, docet materiam ſignatam actuali quantitate eſſe principiũ indiuiduationis. Hanc ſententiam ſequuntur cómuniter omnes antiquiores Thomiſtæ; videlicet Soncinas in Metaph. libro ſeptimo, quæſt. 34. Syluester infra, quæſtione vigeſimanona, articulo primo, Flandrenſis in ſuis quæſtionibus Metaph. Ferrarienſis primo cont. gent. cap. 21. & ex modernis Georgius Vercellenſis, quæſt. 7.

Suarez. Zumel. Bannes.

B

C Caiet.

Iauellus. Bannes.

Retractatio Caiet.

D Capreol.

Soncinas. Syluester. Flandréſis Ferrarien. Georgius.

Reſolutio.

E *Aperitur ſtatus Controuerſiæ, & diſtinguuntur certa à dubijs.*

COnſiderandum eſt primò indiuiduum in ſuo proprio conceptu duo claudere; ſcilicet incommunicabilitatem, & diſtinctionem: Dicitur, & eſt indiuiduum incommunicabile reſpectu inferiorum; quia videlicet non poteſt pluribus ineſſe, nec de pluribus prædicari; atque ideo dicitur indiſtinctum in ſe, quatenus non poteſt in plura infe-

Digitized by Google

inferiora diſtingui,ſicut ſpecies in indiuidua, & genus in ſpecies. Dicitur autem diſtinctum,quatenus ab alijs eiuſdem ſpeciei ſingularibus per aliquid ſibi proprium ſeparatur. Sed, cum duplex ſit indiuidui conſtitutiuum,ac diſtinctiuum; vnũ formale,& vt indiuidualis differentia; aliud verò radicale,& vt indiuidualis differentiæ fundamẽtum; de priori illo conſtitutiuo, ac diſtinctiuo nõ eſt hic quæſtio;(nam de illo quo ad rem nulla poteſt inter ſapientes eſſe diſſenſio) ſed de poſteriori;nimirum,de principio indiuiduationis radicali. Status ergo cõtrouerſiæ eſt,quid nam ſit illud, per quod natura ſpecifica primò tanquam radice,ſeu fundamento ſingularitatis redditur incommunicabilis pluribus,vt ſuperius communicatur inferioribus;& rurſus quid ſit illud, quo primò radicaliter,hoc ſingulare materiale realiter diſtinguitur ab alijs ſingularibus eiuſdem ſpeciei.

Vt autem ab his, quæ notiora ſunt,procedamus,certa prius ab incertis diſtinguẽda ſunt. Ad cuius euidentiam.

Materia ſecundũ Ariſtot. eſt cã pluralitatis numeralis. Ariſt.

Secundò obſeruandum eſt, certum eſſe in via Ariſtot.materiam eſſe cauſam pluralitatis,& multitudinis numeralis in rebus materialibus. Nam quinto Metaphyſ.capit.de vno,tex. duodecimo. *Vnum* (inquit) *numero ſunt,quorũ materia eſt vna,et* ſeptimo Metaphyſ.tex.vigeſimo octauo, *Omnis vero talis ſpecies in his carnibus,& oſſibus Callias, & Socrates;diuerſa quidem propter materiam,idem verò ſpecie* & duodecimo Metaphyſ.tex. vigeſimo nono,ait quod *ſi primum principium eſt vnum ſpecie, & plura numero,neceſſariò ſequitur illud habere materiam,* & primo Cœli tex. nonageſimo ſecundo, & 9 . docet Ariſtot. materialium omnium indiuiduorum vnitatem,ac pluralitatem ſub eadem ſpecie ex materia procedere.

Certum eſt prætereà in doctrina Ariſt. diſtinctionem ſecundum quantitatem eſſe cauſam diſtinctionis ſecundùm numerũ in rebus materialibus;vt patet ex 5.Metaph.cap.de vno,& capit. de quanto tex. 18. vbi diuiſibilitas ponitur propria ratio quantitatis,& tertio Metaphyſ.tex. 11. *Omnis*(inquit)*multitudo aut eſt rerum differentium ſecundùm formam,aut ſecundùm quantitatem*. De his videndus eſt Paulus Soncinas ſeptimo Metaphyſ. quæſt.33.& 34.Denique certum eſt in via D.Tho. Materiam ſignatam quãtitate eſſe principium indiuiduationis,vt expreſsè ſcriptũ reliquit in multis ſuæ doctrinæ locis,& præſertim de ente, & eſſentia,capit.ſecundo, vbi explicans, quid intelligat per materiam ſignatam, ait, & *dico materiam ſignatam,quæ ſub certis dimenſionibus conſideratur.* Per dimenſiones autem quandoque D.Thom. interpretatur dimenſiones terminatas, quandoque interminatas; vt videre eſt apud Capreolum loco ſuperius allegato. Sed controuerſia remanet inter Thomiſtas,quid intelligendum ſit per materiam ſignatam quantitate,quid per dimenſiones terminatas,vel interminatas, in qua re, quæ noſtra ſit opinio ſummatim,ac dilucidè quantùm fieri poterit,in ſubſequentibus indicabimus.

Paulus Soncinas. D. Th. docet materiam ſignatam eſſe principiũ indiuiduationis.

A *Indiuiduum materiale, tam phyſicè,quàm metaphyſicè includere intrinſecè materiam, & quantitatem, & ab ea praſcindi,aut ſeparari non poſſe.*

Indiuiduũ materiale dupliciter .ſ.phyſicè, & metaphiſicè.

TErtiò itaque ſciendum eſt,de indiuiduo materiali dupliciter nos loqui poſſe. Vno modo Phyſicè,conſiderando,ſcilicet indiuiduum,vt nõ abſtrahit à materia ſenſibili;ſed prout eam includit in ſuo conceptu; & hoc modo certum eſt in ratione indiuidui claudi, non ſolùm quantitatem actualem,verum etiam omnia illa accidentia ſenſibilia,quæ naturali ſequela conſequuntur naturã poſitam actu in rerum natura. Quamobrem Sortes phyſicè ſumptus includit materiam, quantitatem,caliditatem,colorẽ,& cętera,quæ illi connaturalia ſunt accidentia. Alio modo loqui poſſumus de indiuiduo materiali Metaphyſicè,quatenus,ſcilicet abſtrahit à materia ſenſibili; & hoc modo certum eſt non includere accidentia ſenſibilia,quæ conſequuntur eiuſdem indiuidui generationem: An verò ab actuali etiam quantitate pręſcindat,ex inferius dicendis apparebit.

Indiuiduũ habet ex materia eſſe indiuiſum in ſe; ex quantitate vero habet eſſe diuiſum ab alijs.

Quartò notandum eſt ex D. Thom. 4. ſentent. diſtinct. 12. quæſt. 1. artic. 1. quæſt. 3. ad tertium, & in tractatu de principio indiuiduationis,& alibi, in quolibet indiuiduo materiali duo eſſe; nimirũ C eſſe indiuiſum in ſe,& eſſe diuiſum ab alijs: Quæ non ex eadem; ſed ex diuerſa radice eidem conueniunt indiuiduo; nam prius habet ex materia, poſterius autem ex quantitate. Nam indiuiduum ob eam cauſam dicitur indiſtinctum in ſe, quod eſt incommunicabile per negationem illius communicationis; qua vniuerſale communicatur particularibus: At verò eſſe hoc pacto incommunicabile rebus materialibus,primò radicaliter conuenit ex materia; vt docet S.Thom.hic ad tertium: quoniam materia eſt primũ ſubiectum informationis; & ideo natura in ea recepta ab ea trahit incommunicabilitatem. *Nam primum in vnoquoque* D *genere cauſa eſt omnium,quæ ſunt poſt*, vt dicitur 10. Metaphyſ.tex.ſecundo;materiæ verò primæ,conuenit per ſe primò, non eſſe in alio receptibili,& eſſe primum, non receptibile in alio tanquam in ſubiecto informationis;& conſequenter etiã tanquam in ſubiecto prædicationis,vt cum Caiet.ſuperius explicauimus: igitur quodcunque materiale non poteſt in alio recipi tanquam in ſubiecto prędicationis,hoc habet à materia; tale autẽ eſt omne indiuiduum naturæ materialis:hoc igitur habet à materia. Quia verò diuiſibilitas per ſe primò conuenit quantitati, neceſſe eſt, vt omnibus,quibus ineſt,ex quantitate deriuata conueniat. Nec tamen eodem gradu prædicta duo,videlicet materia,& quantitas principia ſunt indiuiduationis; ſed primariò materia, ſecundariò verò quantitas; vt expreſsè docet S.D.in dicta reſponſione ad tertium in quarto ſentent. & alibi. Et quamuis dicta duo indiuiduationis principia ſint diuerſorum generum; non tamen conſtituunt vnum per accidens; ſed vnum per ſe,quod eſt ſingulare materiale;quia per ſe adunantur materia, & quantitas ad indiuidui conſtitutionem: Vnde, vt ait

Materia eſt primũ ſubiectum irreceptibile.

Digitized by Google

vt ait Capreolus ad ſecundum argumentum Scoti contra ſecundam concluſionem, prima ſubſtantia materialis, in quantum huiuſmodi, includit in ſua ratione dimenſionem in obliquo. Et hoc (inquit) ſufficit, vt ſit ens per ſe, quia non dicit aliquid cō-poſitum ex rebus diuerſorum generū; nec ex duabus entitatibus, quarū vnio ſit merè per accidēs, nec vna per ſe inſit alteri quacunque perſeitate. Vbi aduerte, quod, ſicut per diuinam potentiā ſingulare materiale mutari nō poteſt quo ad rationem incommunicabilitatis, abſque ipſius ſingularis deſtructione; ita nec poſſibile eſt idem manere ſingulare, mutata eius diſtinctione, quam habet ex quantitate, cuius tamen oppoſitum gratis admittit Capreolus vbi ſupra. Nam, quemadmodum rerum vniuerſaliter ſumptarū quidditates, & diffinitiones ſunt ſicut numeri, quibus nihil poteſt addi, aut minui, quin varietur ſpecies; ſic intima huius indiuidui ratio, veluti numerus quidam eſt, diſtinctionem habens, vt vltimam vnitatem, illius ſingularem naturam terminantem; qua ſubtracta tota neceſſario mutatur indiuidui ratio. Nam quod ait Ariſt. ſeptimo Metaphyſ. *ſubſtantiā priorem eſſe naturaliter accidente*, intelligendum eſt de ſubſtantia, vt ſubſtantia eſt, non autem de omni ſubſtantia, vt ibidem notat Capreolus ad quartum. Vt enim ait Philoſophus ſecundo phyſic. & duodecimo metaphyſ. *quodlibet ens phyſicum in ſua ratione includit materiam ſenſibilem, ſine qua phyſicè acceptum diffiniri non poteſt:* Vnde, quamuis prima ſubſtantia materialis pręcedat naturaliter quantitatem in eſſe ſubſtantiæ, quia quælibet prima ſubſtantia prius eſt ens, quàm ſubſtantia, & prius eſt ſubſtantia, quàm corpus, atque ideo natura, ideſt naturali intelligentia præcedit quantitatē, quæ conſequitur formam corporeitatis; non tamē præcedit quantitatē quantùm ad omnia, quæ pertinent ad ſuam completam indiuiduationem; imò quantum ad hoc ſequitur, & præſupponit quātitatē, quo ad hoc, quod eſt diſtingui, demonſtrari, & determinari ad hic, & nunc, vt ibidem ait Capreolus. Et quamuis prima ſubſtantia poſſit intelligi ſine quantitate, quantùm ad hoc, quod eſt primum ſubiectum incommunicabile; non tamen quantum ad alia, quæ requiruntur ad completam indiuiduationem, quia plus requiritur ad eſſe indiuiduum materiale, quàm ad eſſe incommunicabile, vt benè aduertit Capreolus; ſicut plus requiritur ad eſſe hominem, quàm ad eſſe ſubſtantiam animatam ſenſibilem. Hęc itaque ſubſtantia materialis, vt prior ſua quantitate, non eſt, nec intelligitur perfectè ſingularis, & indiuidua, ſed inchoatiuè tantùm, quo ad conditionem, ſcilicet, incommunicabilitatis, quæ ſola nō ſufficit ad indiuiduationem. Neque neceſſe eſt omne principium indiuiduationis ſubſtantiæ ad genus ſubſtā-tiæ propriè pertinere; nam, vt ait S. Tho. tertia par. quæſtione ſecunda, articulo tertio ad tertium: *in rebus creatis res aliqua ſingularis non ponitur in genere, vel ſpecie ratione eius, quod pertinet ad eius indiuiduationem, ſed ratione naturæ, quæ ſecundum formam determinatur.* Ex dictis apparet Paulum Sonci-

Capræol.

Indiuiduū materiale eſt vnum per ſe.

Impugnatur Capr.

Capræol. Ariſt.

Non pōt intelligi ſubſtantia materialis completè indiuidua ſine quantitate.

Nō omne principiū indiuiduationis ſubſtantiæ pertinet ad genus ſubſtā tiæ D. Tho.

A natem, Ferrarienſem, Banneſium, & Georgium Vercellenſem, non penetraſſe mentem Diui Tho. cum admittunt ſubſtantiam materialem eſſe ſingularem, indiuiduam, & vnam vnitate tranſcendente non tamen numerali ante aduentum quantitatis. Nam, ſi ad perfectam materialis ſubſtantiæ ſingularitatem abſolutè loquendo requiritur quantitas, vt oſtendimus; non erit verè, & abſolutè, ſiue propriè ſingularis ſine quantitate; ſi verò ante quantitatis aduentum in ratione ſubſtantiæ ſingularis eſt, & indiuidua; iam abſolutè, & completè in ſuo genere diceretur, & eſſet ſingularis; quamuis non haberet vnitatem numeralem de ge-

B nere quantitatis; quod manifeſtè aduerſatur huc-uſque dictis ex D. Thom. Dicamus itaque ſubſtā-tiam materialem nullam habere veram, & propriam ſingularitatem ſine quantitate, ſed inchoationem tantùm ſingularitatis.

contra Sōcinatem, Ferrarienſem, Banneſium, & Vercellenſem.

Quomodo differant principium indiuiduationis formale, & radicale.

QVintò aduertēdum eſt, vt in huius quæſtionis principio ſignificauimus, duplex eſſe principium indiuiduationis: nimirum formale, & radicale. Formale eſt ipſa proprietas, ſiue gradus,

C q proportionē habet ad ſpecificam differentiam; ſicut etiam principium radicale proportionē habet ad formam, ex qua trahitur differentia ſpecifica: Differunt ergo principium formale, & principiū radicale proportionaliter, ſicut forma, & differentia, quę deriuatur à forma. Nam, ſicut forma dicit tantùm partem ſpeciei; vt anima dicit partē hominis; ſic principiū radicale, puta materia ſub quantitate, dicit tantùm partem indiuidui, puta Socratis; Et ſicut differentia, puta rationale, dicit totam ſpeciem, ſcilicet hominem, explicans id qđ eſt formale; ita proprietas, ſiue gradus indiuidualis dicit totum indiuiduum, explicans id, quod eſt

D materiale. Hanc verò proprietatem Scotus cum Marco Varrone nuncupauit hæcceitatem. Et quē-admodum differentia trahitur à forma; ita hęcceitas à materia, & quantitate; Nec tamen ſicut ſpecies per differentiam ponitur in prædicamento, ita indiuiduum per ſuam hęcceitatem. Nam, vt paulò ante diximus ex D. Tho. rẹs ponitur in prædicamento ratione naturę, non ratione eius, quod pertinet ad indiuiduationem: Vnde benè dicit Capreolus ad argumentum Scoti, ſingularia, vt ſic, non reponi per ſe in prædicamēto, ſed tantùm per accidens. Quod de ſingulis per ſe ſumptis, puta de Socrate, aut Platone accipiendū eſt; alioquin ſub-

E ſtantia prima; quæ maximè, propriè, & principaliter ſubſtantia eſt, ad ſubſtantiæ prædicamentū præcipuè pertinet, abſolutè loquendo.

Scotus. Marcus Varro.

Capreol. Singulare non reponitur per ſe in prędicamento, ſed tantū per accidens.

Explicatur ſententia Caietani.

SExtò, vt elucẹat ſententia Caietani, conſiderandum eſt, materiam, duplicem habere rationem reſpectu quantitatis, nimirum potentię receptiuæ, & radicis, ſiue cauſæ, vel principij. Rationem

Digitized by Google

inferiora diſtingui, ſicut ſpecies in indiuidua, & genus in ſpecies. Dicitur autem diſtinctum, quatenus ab alijs eiuſdem ſpeciei ſingularibus per aliquid ſibi proprium ſeparatur. Sed, cum duplex ſit indiuidui conſtitutiuum, ac diſtinctiuum; vnũ formale, & vt indiuidualis differentia; aliud verò radicale, & vt indiuidualis differentiæ fundamẽtum; de priori illo conſtitutiuo, ac diſtinctiuo nõ eſt hic quæſtio; (nam de illo quo ad rem nulla poteſt inter ſapientes eſſe diſſenſio) ſed de poſteriori; nimirum, de principio indiuiduationis radicali. Status ergo cõtrouerſiæ eſt, quid nam ſit illud, per quod natura ſpecifica primò tanquam radice, ſeu fundamento ſingularitatis redditur incommunicabilis pluribus, vt ſuperius communicatur inferioribus; & rurſus quid ſit illud, quo primò radicaliter, hoc ſingulare materiale realiter diſtinguitur ab alijs ſingularibus eiuſdem ſpeciei.

Vt autem ab his, quæ notiora ſunt, procedamus, certa prius ab incertis diſtinguẽda ſunt. Ad cuius euidentiam.

Materia ſecundũ Ariſtot. eſt cã pluralitatis numeralis. Ariſt.

Secundò obſeruandum eſt, certum eſſe in via Ariſtot. materiam eſſe cauſam pluralitatis, & multitudinis numeralis in rebus materialibus. Nam quinto Metaphyſ. capit. de vno, tex. duodecimo. *Vnum* (inquit) *numero ſunt, quorũ materia eſt vna, et* ſeptimo Metaphyſ. tex. vigeſimo octauo, *Omnis vero talis ſpecies in his carnibus, & oſſibus Callias, & Socrates; diuerſa quidem propter materiam, idem verò ſpecie* & duodecimo Metaphyſ. tex. vigeſimo nono, ait quod *ſi primum principium eſt vnum ſpecie, & plura numero, neceſſariò ſequitur illud habere materiam*, & primo Cœli tex. nonageſimo ſecundo, & 93. docet Ariſtot. materialium omnium indiuiduorum vnitatem, ac pluralitatem ſub eadem ſpecie ex materia procedere.

Certum eſt præterea in doctrina Ariſt. diſtinctionem ſecundum quantitatem eſſe cauſam diſtinctionis ſecundùm numerũ in rebus materialibus; vt patet ex 5. Metaph. cap. de vno, & capit. de quanto tex. 18. vbi diuiſibilitas ponitur propria ratio quantitatis, & tertio Metaphyſ. tex. 11. *Omnis* (inquit) *multitudo aut eſt rerum differentium ſecundùm formam, aut ſecundùm quantitatem*. De his videndus eſt Paulus Soncinas ſeptimo Metaphyſ. quæſt. 33. & 34. Denique certum eſt in via D. Tho.

Paulus Soncinas. D. Th. docet materiam ſignatam eſſe principiũ indiuiduationis.

Materiam ſignatam quãtitate eſſe principium indiuiduationis, vt expreſsè ſcriptũ reliquit in multis ſuæ doctrinæ locis, & præſertim de ente, & eſſentia, capit. ſecundo, vbi explicans, quid intelligat per materiam ſignatam, ait; & *dico materiam ſignatam quæ ſub certis dimenſionibus conſideratur*. Per dimenſiones autem quandoque D. Thom. interpretatur dimenſiones terminatas, quandoque interminatas; vt videre eſt apud Capreolum loco ſuperius allegato. Sed controuerſia remanet inter Thomiſtas, quid intelligendum ſit per materiam ſignatam quantitate, quid per dimenſiones terminatas, vel interminatas; in qua re, quæ noſtra ſit opinio ſummatim, ac dilucidè quantùm fieri poterit, in ſubſequentibus indicabimus.

A *Indiuiduum materiale, tam phyſicè, quàm metaphyſicè includere intrinſecè materiam, & quantitatem, & ab ea præſcindi, aut ſeparari non poſſe.*

Indiuiduũ materiale dupliciter, ſ. phyſicè, & metaphiſicè.

TErtiò itaque ſciendum eſt, de indiuiduo materiali dupliciter nos loqui poſſe. Vno modo Phyſicè, conſiderando, ſcilicet indiuiduum, vt nõ abſtrahit à materia ſenſibili; ſed prout eam includit in ſuo conceptu; & hoc modo certum eſt in ratione indiuidui claudi, non ſolùm quantitatem actualem, verùm etiam omnia illa accidentia ſenſibilia, quæ naturali ſequela conſequuntur naturã poſitam actu in rerum natura. Quamobrem B Sortes phyſicè ſumptus includit materiam, quantitatem, caliditatem, colorẽ, & cętera, quæ illi connaturalia ſunt accidentia. Alio modo loqui poſſumus de indiuiduo materiali Metaphyſicè, quatenus, ſcilicet abſtrahit à materia ſenſibili; & hoc modo certum eſt non includere accidentia ſenſibilia, quæ conſequuntur eiuſdem indiuidui generationem: An verò ab actuali etiam quantitate pręſcindat, ex inferius dicendis apparebit.

Indiuiduũ hēt ex materia eſſe indiuiſum in ſe; ex quantitate vero habet eſſe diuiſũ ab alijs.

Quartò notandum eſt ex D. Thom. 4. ſentent. diſtinct. 12. quæſt. 1. artic. 1. quæſt. 3. ad tertium, & in tractatu de principio indiuiduationis, & alibi, in quolibet indiuiduo materiali duo eſſe; nimirũ C eſſe indiuiſum in ſe, & eſſe diuiſum ab alijs: Quæ non ex eadem; ſed ex diuerſa radice eidem conueniunt indiuiduo; nam prius habet ex materia, poſterius autem ex quantitate. Nam indiuiduum ob eam cauſam dicitur indiſtinctum in ſe, quod eſt incommunicabile per negationem illius communicationis; qua vniuerſale communicatur particularibus: At verò eſſe hoc pacto incommunicabile rebus materialibus, primò radicaliter conuenit ex materia; vt docet S. Thom. hic ad tertium: quoniam materia eſt primũ ſubiectum informationis; & ideo natura in ea recepta ab ea trahit incommunicabilitatem. *Nam primum in vnoquoque* D *genere cauſa eſt omnium, quæ ſunt poſt*, vt dicitur 10. Metaphyſ. tex. ſecundo; materiæ verò primæ, conuenit per ſe primò, non eſſe in alio receptibili, & eſſe primum, non receptibile in alio tanquam in ſubiecto informationis; & conſequenter etiã tanquam in ſubiecto prædicationis, vt cum Caiet. ſuperius explicauimus: igitur quodcunque materiale non poteſt in alio recipi tanquam in ſubiecto prędicationis, hoc habet à materia; tale autẽ eſt omne indiuiduum naturæ materialis: hoc igitur habet à materia. Quia verò diuiſibilitas per ſe primò conuenit quantitati, neceſſe eſt, vt omnibus, quibus ineſt, ex quantitate deriuata E conueniat. Nec tamen eodem gradu prædicta duo, videlicet materia, & quantitas principia ſunt indiuiduationis; ſed primariò materia, ſecundariò verò quantitas; vt expreſsè docet S. D. in dicta reſponſione ad tertium in quarto ſentent. & alibi. Et quamuis dicta duo indiuiduationis principia ſint diuerſorum generum; non tamen conſtituunt vnum per accidens; ſed vnum per ſe, quod eſt ſingulare materiale; quia per ſe adunantur materia, & quantitas ad indiuidui conſtitutionem: Vnde,

Materia eſt primũ ſubiectum irreceptibile.

vt ait

Digitized by Google

Capreol.

vt ait Capreolus ad ſecundum argumentum Scoti contra ſecundam concluſionem, prima ſubſtantia materialis, in quantum huiuſmodi, includit in ſua ratione dimenſionem in obliquo. Et hoc (inquit) ſufficit, vt ſit ens per ſe, quia non dicit aliquid cõpoſitum ex rebus diuerſorum generũ, nec ex duabus entitatibus, quarũ vnio ſit merè per accidẽs, nec vna per ſe inſit alteri quacumque perſeitate. Vbi aduerte, quòd, ſicut per diuinam potentiã ſingulare materiale mutari nõ poteſt quo ad rationem incommunicabilitatis, abſque ipſius ſingularis deſtructione; ita nec poſſibile eſt idem manere ſingulare, mutata eius diſtinctione, quam habet ex quantitate, cuius tamen oppoſitum gratis admittit Capreolus vbi ſupra. Nam, quemadmodum rerum vniuerſaliter ſumptarũ quidditates, & diffinitiones ſunt ſicut numeri, quibus nihil poteſt addi, aut minui, quin varietur ſpecies; ſic intima huius indiuidui ratio, veluti numerus quidam eſt, diſtinctionem habens, vt vltimam vnitatem, illius ſingularem naturam terminantem; qua ſubtracta tota neceſſariò mutatur indiuidui ratio. Nam quod ait Ariſt. ſeptimo Metaphyſ. *ſubſtantiã priorem eſſe naturaliter accidente*, intelligendum eſt de ſubſtantia, vt ſubſtantia eſt, non autem de omni ſubſtantia, vt ibidem notat Capreolus ad quartum. Vt enim ait Philoſophus ſecundo phyſic. & duodecimo metaphyſ. *quodlibet ens phyſicum in ſua ratione includit materiam ſenſibilem, ſine qua phyſicè acceptum diffiniri non poteſt:* Vnde, quamuis prima ſubſtantia materialis pręcedat naturaliter quantitatem in eſſe ſubſtantiæ, quia quælibet prima ſubſtantia prius eſt ens, quàm ſubſtantia, & prius eſt ſubſtantia, quàm corpus, atque ideo natura, ideſt naturali intelligentia præcedit quantitatẽ, quæ conſequitur formam corporeitatis; non tamẽ præcedit quantitatẽ quantùm ad omnia, quæ pertinent ad ſuam completam indiuiduationem; immò quantum ad hoc ſequitur, & præſupponit quãtitatẽ, quo ad hoc, quod eſt diſtingui, demonſtrari, & determinari ad hic, & nunc, vt ibidem ait Capreolus. Et quamuis prima ſubſtantia poſſit intelligi ſine quantitate, quantùm ad hoc, quod eſt primum ſubiectum incommunicabile; non tamen quantum ad alia, quæ requiruntur ad completam indiuiduationem, quia plus requiritur ad eſſe indiuiduum materiale, quàm ad eſſe incommunicabile, vt benè aduertit Capreolus; ſicut plus requiritur ad eſſe hominem, quàm ad eſſe ſubſtantiam animatam ſenſibilem. Hęc itaque ſubſtantia materialis, vt prior ſua quantitate, non eſt, nec intelligitur perfectè ſingularis, & indiuidua, ſed inchoatiuè tantùm, quo ad conditionem, ſcilicet, incommunicabilitatis, quæ ſola nõ ſufficit ad indiuiduationem. Neque neceſſe eſt omne principium indiuiduationis ſubſtantiæ ad genus ſubſtãtiæ propriè pertinere; nam, vt ait S. Tho. tertia par. quæſtione ſecunda, articulo tertio ad tertium: *in rebus creatis res aliqua ſingularis non ponitur in genere, vel ſpecie ratione eius, quod pertinet ad eius indiuiduationem, ſed ratione naturæ, quæ ſecundum formam determinatur.* Ex dictis apparet Paulum Soncinatem, Ferrarienſem, Banneſium, & Georgium Verçellenſem, non penetraſſe mentem Diui Thomæ, cum admittunt ſubſtantiam materialem eſſe ſingularem, indiuiduam, & vnam vnitate tranſcendente, non tamen numerali ante aduentum quantitatis. Nam, ſi ad perfectam materialis ſubſtantiæ ſingularitatem abſolutè loquendo requiritur quantitas, vt oſtendimus, non erit verè, & abſolutè, ſiue propriè ſingularis ſine quantitate; ſi verò ante quantitatis aduentum in ratione ſubſtantiæ ſingularis eſt, & indiuidua; iam abſolutè, & completè in ſuo genere diceretur, & eſſet ſingularis; quamuis non haberet vnitatem numeralem de genere quantitatis; quod manifeſtè aduerſatur hucuſque dictis ex D. Thom. Dicamus itaque ſubſtãtiam materialem nullam habere veram, & propriam ſingularitatem ſine quantitate, ſed inchoationem tantùm ſingularitatis.

Indiuiduũ materiale eſt vnum per ſe.

Impugnatur Capr.

Capreol. Ariſt.

Non põt intelligi ſubſtantia materialis completè indiuidua ſine quantitate.

Nõ omne principiũ indiuiduationis ſubſtantiæ pertinet ad genus ſubſtãtiæ D. Tho.

contra Sõcinatem, Ferrarienſem, Banneſium, & Vercellenſem.

Quomodo differant principium indiuiduationis formale, & radicale.

QVintò aduertẽdum eſt, vt in huius quæſtionis principio ſignificauimus, duplex eſſe principium indiuiduationis: nimirum formale, & radicale. Formale eſt ipſa proprietas, ſiue gradus, q. proportionẽ habet ad ſpecificam differentiam; ſicut etiam principium radicale proportionẽ habet ad formam, ex qua trahitur differentia ſpecifica: Differunt ergo principium formale, & principiũ radicale proportionaliter, ſicut forma, & differentia, quę deriuatur à forma. Nam, ſicut forma dicit tantùm partem ſpeciei; vt anima dicit partẽ hominis; ſic principiũ radicale, puta materia ſub quantitate, dicit tantùm partem indiuidui, puta Socratis; Et ſicut differentia, puta rationale, dicit totam ſpeciem, ſcilicet hominem, explicans id qđ eſt formale; ita proprietas, ſiue gradus indiuidualis dicit totum indiuiduum, explicans id, quod eſt materiale. Hanc verò proprietatem Scotus cum Marco Varrone nuncupauit hæcceitatem. Et quẽadmodum differentia trahitur à forma; ita hęcceitas à materia, & quantitate; Nec tamen ſicut ſpecies per differentiam ponitur in prædicamento, ita indiuiduum per ſuam hęcceitatem. Nam, vt paulò ante diximus ex D. Tho. res ponitur in prædicamento ratione naturę, non ratione eius, quod pertinet ad indiuiduationem: Vnde benè dicit Capreolus ad argumentum Scoti, ſingularia, vt ſic, non reponi per ſe in prædicamẽto, ſed tantùm per accidens. Quod de ſingulis per ſe ſumptis, puta de Socrate, aut Platone accipiendũ eſt; alioquin ſubſtantia prima, quæ maximè, propriè, & principaliter ſubſtantia eſt, ad ſubſtantiæ prædicamentũ præcipuè pertinet, abſolutè loquendo.

Scotus. Marcus Varro.

capreol. Singulare non reponitur per ſe in prędicamento, ſed tantũ per accidens.

Explicatur ſententia Caietani.

SExtò, vt eluceat ſententia Caietani, conſiderandum eſt, materiam, duplicem habere rationem reſpectu quantitatis, nimirum potentię receptiuæ, & radicis, ſiue cauſæ, vel principij. Rationem

tionem habet potentiæ receptiuæ, non quòd reci- piat ſeipſa,& immediate quantitatem; cum pri- mus actus materiæ ſit forma ſubſtantialis;ſed ob eam cauſam,quia eſt ratio ſubſtantiæ genitæ, qđ recipiat quantitatem. Habet autem rationē cau- ſæ,vel radicis,quatenus ex eius ſinu per actionem agentis poteſt educi quantitas; ſicut etiam ſubie- ctum reſpectu propriæ paſſionis duas habet præ- dictas habitudines;nam eam cauſat,vt illius prin cipium,& radix per modum naturalis ſequelæ;& eandem recipit tanquam ſubiectum. Ex quo pa- tet differentia duarum opinionum Caietani ſupe- rius relatarum: Nam ea,quæ poſita eſt in ſecundo cap.de ente,& eſſentia,procedit iuxta primā ma- teriæ conſiderationem in ordine ad quantitatem: Conſiderauit enim, generans per ſuam actionem mediante virtute in ſemine derelicta,paulatim ap propriare materiam ad hanc formam,& in inſtan ti generationis,in quo genitum,puta ſortes,habet primum eſſe,antequam actu habeat quātitatem, & alia accidentia,materiam eſſe capacem ita hu- ius quantitatis,quæ congruit huic formæ,vel na- turæ,vt non ſit capax alterius; hanc verò capaci- tatem vult Caietanus eſſe deſignationē materię, vt per eam dici poſsit materia ſignata. Sed infra, quæſt.29. amplexus eſt aliam rationem materiæ; tanquam priorem,& intimiorem, & conſiderauit materiam in primo inſtāti generationis Socratis, vt præhabentem radicem,ex qua poſsit hęc tanta quantitas pullulare;ex qua ſic in materia conten- ta habet ſortes,vt ſit vnus numero, & diſtinctus à quolibet alio;nam diſtinctio numeralis per ſe pri- mò conuenit quantitati, & per eam participanti- bus quantitatem,& multò magis eam præhaben- tibus.Quare ex ſententia Caietani Socrates in il- lo priori naturæ, antequam adueniat quantitas, erit vnus numero,& ſingularis diſtinctus ab alijs. Caiet.

Quantitas terminata, & interminata quid ſint.

SEptimò obſeruandum eſt quantitatem poſſe duplicitet conſiderari: ſcilicet, vt eſt præce- dens generationem, & vt conſequens; & vtroque modo poteſt nuncupari terminata, & intermina- ta; exempli cauſa; quantitas, quæ eſt in ligno, ex quo debet ignis generari,eſt quantitas præcedens generationem;quę dicitur terminata per formam ligni; quia quantitas ratione terminationis eſt à forma; licet abſolute ſit à materia: dicitur verò interminata,quatenus per ſubſequentem formam ignis non eſt terminata,nec poteſt terminari;quia abijcienda eſt in inſtanti generationis. Quantitas autem conſequens dicitur terminata, quia oīum natura conſtantium determinata eſt ratio magni tudinis,& augmenti. Eſt ergo terminata, quia ter minos habet maximi, & minimi; dicitur autem interminata,quia variabilis eſt infra dictorū ter- minorum latitudinem.Scio Capreolum vbi ſupra, capreolus & alios Thomiſtas pluribus alijs modis exponere voces prędictas;ſed noſtra hęc explicatio facilius diuería,quæ videntur contraria S. D. aſſerta con- ciliat.

A *Oſtenditur quantitatem in genito præcedere potentiam materiæ, & formam; & ab eis præcedi, & qualis ſit inter hæc ordo prioritatis.*

OCtauò recolendum eſt vulgatum illud Ariſt. pronunciatum in quinto Metaphyſ.& ſecun do Phyſic. *nimirum,cauſas eſſe ſibi inuicem cauſas in diuerſo genere cauſæ.* Nam materia eſt cauſa formę in genere cauſæ materialis: & forma materiæ, in genere cauſę formalis. Quo fit, vt vna,& eadem cauſa ſit prior,& poſterior altera, in diuerſo gene re cauſæ; ſiue ſecundùm diuerſam cauſalitatem. Quod dictum,verum eſt, non tantùm in cauſis e- B iuſdem prædicamenti;ſed etiam in ijs,quæ diuer- ſorum ſunt prædicamentorum:Nam quantitas,vt etiam docet Caietanus in ſecundo capitulo de ente,& eſſentia,præcedit potentiam materiæ,ſiue capacitatem,in genere cauſæ formalis;cum ſit a- ctus reſpectu talis potentiæ,& eſt poſterior ea, & ab ea cauſatur in genere cauſæ materialis. In ordi ne verò ad formam quantitas prior eſt; quia præ- cedit potentiam materiæ ad quantitatem, quæ po tentia præcedit formam in genere cauſæ materia- lis;ex quo ſequitur, quantitatem antecedere for- mam cauſalitate materiali,eo modo,quo diſpoſi- tio ad formam dicitur pertinere ad genus cauſæ C materialis: comparatur enim quantitas ad mate- riam,vt illius actus diſpoſitiuus ad formam ſub- ſtantialem. Illuſtrari poſſunt,quæ diximus, exem plo Theologico.Diſpoſitio,ſeu præparatio ad gra tiam,& charitatem,poſterior eſt gratia, quia eſt eius effectus;& tamen præcedit gratiam; quia eſt diſpoſitio ad illam:ſic enim ait S.Thom.prima ſe- cundę,quæſtione 113. articulo octauo, ad ſecun- dum, *diſpoſitio ſubiecti præcedit diſpoſitionem for- mæ ordine naturæ, ſequitur tamen actionem agentis, per quam etiam ipſum ſubiectum diſponitur; & ideo motus liberi arbitrij,naturæ ordine præcedit conſequu tionem gratiæ; ſequitur autem gratiæ infuſionem.* De qua re videndus eſt ibi Caietanus, & alij Thomi- D ſtæ expoſitores.

Quantitas præcedit potentiam materiæ in genere cauſæ formalis.

Quantitas præcedit formam in genere cauſæ materialis.

Sed diligenter aduertendum eſt prioritatem hanc,qua potentia præcedit actum, vel è contra, non eſſe prioritatem inſtantis naturæ in quo, ſed à quo; eſt enim mera prioritas cauſalitatis:nec v- num poteſt vnquam in rerum natura pro aliquo inſtanti reperiri ſine alio; Nam,quando effectus pendet eſſentialiter à pluribus cauſis, non poteſt poni in actu in rerum natura, etiam pro aliquo inſtanti naturæ, niſi pro eodem inſtanti ſint om- nes cauſæ; alioquin ab eis non dependeret eſſen- tialiter; conſtat autem potentiam, ſiue capaci- tatem huius formæ, aut quantitatis potius, quàm E illius,dependere à materia, & quantitate: ab illa in genere cauſæ materialis; ab hac verò in genere cauſæ formalis,& ab vtraque eſſentialiter; igitur in nullo inſtanti naturæ eſt illa capacitas, in quo non ſit quantitas. Præterea ordo eorum inſtan- tium naturæ, quæ nuncupantur inſtantia in qui- bus; conſideratur ſolùm inter ea,quæ talem ordi- nem habent dependentiæ, vt vnum dependeat ab alio, & non è conuerſo, non autem, vbi eſt mutua

Hæc prioritas eſt inſtantis naturæ à quo, non in quo.

Digitized by Google

mutua dependentia: nam vbi eſt mutua eſſentialis dependentia, implicat vnum eſſe, & non aliud; alioquin dependeret eſſentialiter, & non dependeret, vt patet in materia, & forma minime ſubſiſtẽte. Cum itaque mutua ſit materiæ, & quantitatis, immò etiam formæ ſubſtantialis, & quantitatis dependentia: implicat eorum vnum in quouis inſtanti naturæ eſſe actu in rerum natura, ſine altero. Prioritas igitur illa, quàm habent materia, & forma reſpectu quantitatis, non eſt prioritas inſtantis naturæ in quo, ſed à quo; atque ideo in nullo inſtanti naturæ poteſt inueniri ſubſtantia materialis indiuidua, ſiue ſingularis abſque actuali quantitate.

Sed ad maiorem prædictorum intelligentiam conſiderandum eſt, quòd ordo materiæ ad formã pẽdet à materia in genere cauſæ materialis, à forma verò in genere cauſæ formalis. Nam ordo ille nihil aliud eſt, quam radix quædam, & quaſi inchoatio formæ; quàm conſtat pendere à materia in genere cauſæ materialis; At verò potentia in genere cauſæ formalis pendet ab actu, qui, vt actus eſt, prior eſt potentia, & non tantùm vt finis; prout apertè docet, & repetit Caietanus in dicto ſecundo capitulo de ente, & eſſentia. (Caiet.) Ex hoc fundamento tale poteſt argumentum conſtrui: Effectus pendens eſſentialiter à pluribus cauſis, ſiue ſint eiuſdem generis; ſiue diuerſorum, in nullo inſtanti naturæ producitur ab vna, in quo non producatur ab alia. (Probatur capacitatẽ materiæ eſſe à quantitate actuali.) Sed hic ordo, vel capacitas eſt à materia, & quantitate, vt cauſis, à quibus eſſentialiter dependet; ergo in nullo inſtanti naturæ eſt à materia, in quo non ſit à quãtitate actu vnita materiæ; nam ſic ſolùm cauſare poteſt in genere cauſæ formalis; igitur in nullo inſtanti naturæ eſt capacitas in materia, in quo non ſit quantitas actu vnita materiæ; nec in vllo inſtanti naturæ eſt forma ſubſtantialis in materia, in quo non ſit etiam quantitas actu; nam, ſi præcedit capacitatem materiæ reſpectu formæ, cuius eſt materialis diſpoſitio, multò magis præcedet formam, quæ capacitatem conſequitur: Hæc autem eſſe conſona doctrinæ S.Tho. (S.Tho.) ex eo patet, quòd in dicto ſecundo cap. & alibi docet materiam ſignatam dimenſionibus ponendã eſſe in diffinitione Socratis, ſi diffiniretur. Cum itaque res non poſſit concipi ſine ſua diffinitione, non poterit etiam concipi Socrates ſine dimenſionibus, vel ſine quantitate.

Explicatur ſubtilius ordo prioritatis quantitatis reſpectu materiæ, & formæ.

POſtremò aduerte diligenter, vt euadas recentiorum ſophiſmata; quòd licèt quantitas nõ recipiatur in materia nuda, ſed in compoſito; præcedit nihilominus ſua cauſalitate modis prædictis materiæ capacitatem, & formam ipſam; & conſequenter etiam totum compoſitum, quatenus indiuiduum eſt, & ſingulare. Nam alius eſt ordo ſubſtantiæ, & accidentis, vt ſic, & alius eſt ordo talis ſubſtantiæ, & talis accidentis in ordine ad effectum talẽ, qualis eſt indiuiduatio; præſertim quo ad diſtinctionem à quolibet alio eiuſdem ſpeciei.

A Quamuis igitur materia, & forma, quatenus ſubſtantiæ quædam partes ſunt intrinſecæ, præcedãt quantitatem, prout accidens eſt ab illis cauſatũ; non præcedunt tamen, ſed ſequuntur eandem quãtitatem, quo ad effectum diſtinctionis, quæ in rebus materia conſtantibus ex ſola quantitate, cui per ſe primò conuenit, inuenitur. (Soluitur obiectio tacita.) Quod autẽ quãtitas in potentia materiæ immediatè non recipiatur, nihil aliud efficit, aut indicat; quàm ordinem prædictum ſubſtantiæ, & accidentis. Nam accidẽtalis actus ſubſtantialem præexigit in materia, ſingularitas verò, & indiuiduatio nunquam intelligitur conſumata, niſi poſt quantitatis aduentum; B qui, vt diximus, non eſt in alio inſtanti naturæ in quo, ſed à quo, ſecundùm quod inſtans etiam præcedit quantitas alia ratione materiam, & formã, vt ſupra diximus.

Quamobrem, qui in hac materia nõ vult decipi, fingat quantitatem non eſſe genere diſtinctam à materia, & forma, ſed eſſe quaſi vltimã ſubſtantialem indiuidui perfectionem, & actum, & videbit, quòd, quemadmodum intelligimus materiam perfici diuerſis eiuſdem formæ gradibus ordine quodam, verbi gratia, ſubſtãtialitate, corporeitate, vitalitate, animalitate, & rationalitate, & ex nullo eorum habere ſpecificã vnitatem, & diſtinctionem; (Nota fictionẽ vtilem.) C niſi ex vltima; cum tamen genericus gradus abſque ſpecifico in nullo inſtanti naturæ poſſit inueniri; ita pariter intelligimus actuari materiam per formam ſubſtantialem ante quantitatis aduentum, non tamen intelligimus, aut intelligere poſſumus, hanc formam, vel hanc materiam, vel etiam hoc compoſitum eſſe indiuiduum, & ſingulare, præſertim quo ad diſtinctionis effectum, niſi per quantitatem, cui per ſe primò conuenit diſtinctio ſingularitatis in rebus materia conſtantibus; ſicut ſpecifica diſtinctio conuenit gradui rationalitatis poſt gradus omnes formales aduenientis; eſt enim vtrobique ordo ſolius inſtantis naturæ D à quo, non in quo; quamuis nulla ſit realis, aut prædicamentalis diſtinctio inter gradus formæ, ſicut eſt inter partes ſubſtantiæ, & quantitatem; ſed hoc, vt per accidens accipiendum eſt in re præſenti, vbi non generis diuerſitas, ſed ordo prioris, & poſterioris difficultatem ingerit. Nec ob id tamen dicimus quantitatem in recto claudi intra rationem indiuidui, ſed neceſſitatem ſolùm, & prioritatis ordinem ad indiuiduationis effectum modo ſuperius expoſito tribuimus quantitati; & in hoc duntaxat illã vltimo formæ ſubſtantialis gradui comparamus.

E

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima Concluſio. Hæcceitas non eſt radicale principium indiuiduationis, ſed formale, ad modum differentiæ indiuidualis. Probatur: Hæcceitas præſupponit materiam ſignatam dimenſionibus, & ab ea dependet, ſicut ſpecifica differẽtia à forma; ergo non poteſt eſſe radicale, ſed tantùm formale principium indiuiduationis. Vide præterea argumenta, quibus Caietanus probat

Digitized by Google

hæcceitatem non eſſe principiū indiuiduationis. probant enim priorem partem noſtræ concluſionis.

Secunda concluſio. Forma ſubſtantialis non eſt proprium principium indiuiduationis, neque eſt hæc intrinſecè per ſuam entitatem.

Probatur prima pars: Per formam omnia indiuidua eiuſdem ſpeciei cōmunicant in natura ſpecifica; ergo ex forma non habent inter ſe diſtinctionem indiuidualem. Conſequentia videtur ex ſe euidens. Antecedens probatur: nam effectus primarius, & intrinſecus formæ eſt dare eſſe ſpecificum, quod eſt commune omnibus eiuſdē ſpeciei ſingularibus. Præterea; omnis differentia ſecundum formam eſt differētia ſpecifica; ergo ſi indiuidua differūt penes formam differunt ſpecificè: Ferrarien. De hoc videndus eſt Ferrarienſis ſecundo contra gent. capitulo 93. ſecunda verò pars ſic probatur. Forma ſecundùm ſe eſt quid commune; ergo non eſt hæc intrinſecè per ſuam entitatem. Antecedens patet ex dictis; & eſt D. Thom. in hoc articulo in reſponſione ad tertium, & infra quæſtione ſeptima, articulo primo: vbi ſic ait. *Forma non perficitur per materiam, ſed magis per eam eius amplitudo coarctatur.* Idem docet in primo ſentent. diſtinct. quarta, quæſt. prima, articulo primo, & diſtinct. 19. quæſt. quarta, articulo ſecundo, & alibi ſæpè: non tamen negandum eſt formam aliquo modo concurrere ad indiuiduationē, vt infra dicemus; quamuis non ſit illius proprium principium, vt ait concluſio.

S. Tho.

Tertia concluſio. Materia prima ſecundùm ſe, ſiue ſecundùm entitatem ſuam, neque eſt per ſeipſam indiuidua, neque ſufficiens principium indiuiduationis. Probatur prima pars: Materia de ſe indifferens eſt; neque eſt vna, niſi negatiuè, ideſt per negationē omnium formarum, vt ait Auerroes; quæ vnitas non ſufficit ad ſingularitatem, & indiuiduationē poſitiuam, de qua loquimur; ergo. Secundò: diſtinctio per ſe primò conuenit quantitati; ergo materiæ non conuenit, niſi per quantitatem. Tertiò: ſi materia per ſe vendicaret ſibi vnitatem, & ſingularitatem, non poſſet aliam ſingularitatem, & indiuiduationem recipere; at recipit infinitorum ſingularium ſibi ſuccedentium indiuiduationes; ergo non eſt per ſe indiuidua. Secunda verò pars probatur: Nam alioquin homo, embrio, & cadauer eſſent idem numero; quia haberent idem principium indiuiduationis, cum habeant eandem materiam abſolutè conſideratam. Vbi aduerte; alio modo materiam totam generabilium eſſe vnam, & alio modo portionem illius, puta materiæ Socratis, quæ prius habuit formam embrionis, deinde animalis, tertiò hominis, & tādem cadaueris. Nam materia tota generabilium vna eſt, per ſolam negationem omnium formarū, vt diximus; at hæc portio materiæ, quamuis ad ſui vnitatem requirat aliquam formarum negationem, ea tamen ſola non ſufficit; ſed præexigitur diſtinctio à reliquis materiæ partibus, quæ eſt per quantitatem; licèt non ſit eadem numero quantitas illam ſemper diſtinguens, ſicut nō ſem-

Auerroes.

Alia eſt vnitas materiæ, & alia eſt vnitas portionis materiæ.

A per eadem eſt in tali materia forma ſubſtantialis; ſed ſufficit quęcunque quantitas contenta infrà talem latitudinem determinatam in maius, & in minus; exempli gratia, portio hæc materię, quę nunc eſt in Socrate ſub quantitate trium cubitorum, eadē eſſe poterit in Cane ſub quātitate duorum cubitorum, & non ſub minori, & deindè in plantā ſub quantitate trium cubitorum, & nō ſub maiori: Vt ergò materia, quæ modo eſt huius bouis, diſtinguatur à materia, quæ modo eſt Socratis, non eſt neceſſe, vt materia, quæ modo eſt huius bouis, ſemper habuerit, aut habitura ſit quantitatem bouis, aut formam bouis; neque, vt materia Socratis ſemper habuerit, aut habitura ſit B quantitatem Socratis, aut formam Socratis; ſed ſatis eſt, vt diſtinctas habeant formas, & quantitates infrà determinatas vtrique latitudines; quod ſi contingat corrupto boue, & Socrate; vtriuſque materiam eandem quantitatem, & formam ſuſcipere; puta ſi combuſtis ambobus in vtriuſque materiam introduceretur forma ignis, aut ſi ex eis corruptis vna ſola planta germinaret; iam ſublato materiæ diſtinctiuo, quæ prius erat diuerſa, vna, & eadem remaneret materia.

Quarta concluſio. Subſtantia compoſita; ſiue materia, & forma ſimul vnitæ, non ſunt vnum C totale, & adæquatum indiuiduationis principium.

Hęc concluſio patet ex probationibus ſecundę, & tertiæ, & ex ijs, quæ latè ſuperius diximus de diſtinctionis effectu, qui per ſe primò conuenit quantitati.

Quinta concluſio. Materia eſt principium indiuiduationis incompletum, ſcilicet, quo ad incommunicabilitatem. Hæc patet ex dictis in quarto fundamento.

Sexta concluſio. Quantitas eſt principium indiuiduationis quo ad diſtinctionem numericam ſubſtantialem, & non tantùm quo ad diſtinctionem de prædicamento quantitatis. Hæc patet ex D quarto fundamento, & ſequentibus.

Septima concluſio. Materia ſignata quantitate actuali eſt principium primum, & radicale indiuiduationis. Hęc patet ex dictis, & probabitur cum ſequenti concluſione.

Octaua concluſio. Materia ſignata quantitate ideſt ſola capacitate, aut etiam radice quantitatis ſine actuali quantitate nullo modo poteſt eſſe principium indiuiduationis. Probatur hęc concluſio; & cum ea etiam ſeptima. Primò. Quia S. Thom. vbicunque loquitur de principio indiui-E duationis, nominat ſemper quantitatem, & dimenſiones, nunquam autem meminit capacitatis, aut radicis; cum tamen, ſi vera eſſet altera ex opinionibus Caietani, id fuiſſet maximè neceſſariū, vt eius doctrina intelligibilis communiter redderetur. Et confirmatur, primò: Quia ſic fuit intellectus communiter S. D. ab omnibus antiquis Thomiſtis, & præſertim Capreolo, qui fuit diligētiſſimus inueſtigator, & acutiſſimus inſpector mentis D. Tho. ſecundò, quia ſeptima noſtra concluſio maximè cōſonat doctrinæ Ariſtot. ſecundo

Phyſ.

Phyſ.& quinto Metaphyſ.in cap.de cauſa aſſignā tis effectu in actu cauſas in actu. Tertiò,quia materia,vt radix quantitatis,vel capax eiuſdem; nullam ſine quantitate poteſt habere diſtinctionem actualem: Nam eſſe in ſola potentia, vel cauſalitate materiæ,eſt eſſe indiſtinctè; actus enim eſt qui diſtinguit;Sed dices diſtingui per ordinem ad actum: At iam diximus talem ordinem eſſentialiter ab actu pendere in genere cauſæ formalis; & conſequenter neceſſe eſſe quantitatem actu coniūgi materiæ ad talem ordinem cauſandum. Et præterea talis ordo non excedit naturam materiæ; ſed in ea continetur, & eidem identificatur; ergo non poteſt diſtinguere, niſi quatenus coniungitur actui,à quo pendet in genere cauſæ formalis.

Nona concluſio. Indiuiduum materiale Phyſicè ſumptum eſt actu indiuiduum, per materiam ſub quantitate actuali;& ceteris accidentibus ſenſibilibus naturā conſequentibus,vt eſt in hac materia. Probatur:quia ſine tali quantitate, & talib' accidentibus,iam non eſt indiuiduum phyſicum, quod concernit materiam ſenſibilem: Si tamen ſit ſermo de indiuiduo phyſico, prout indiuiduum eſt formaliter,& præciſè,per ſolam materiā quātitate ſignatam indiuiduatur: & ita communiter loquendum eſt.

Decima concluſio. Dimenſiones interminatæ præcedentes indiuidui generationem,ſunt principium indiuiduationis diſpoſitiuum, ſed extrinſecum.Probatur:quia tales dimenſiones diſponunt, & ordinant materiam ad hanc formam,& ad hāc quantitatem introducendam,nec remanent in genito; ſed abijciuntur in inſtanti generationis.

Vltima concluſio. Dimenſiones interminatæ conſequentes generationem,quæ alio ſenſu dicuntur etiam terminatæ, ſunt principium indiuiduationis intrinſecum.

Hæc concluſio,non differt à ſeptima,niſi in modo loquendi,& ideo eiſdem nititur fundamentis, & probationibus.

Argumenta,& ſolutiones,& earum defenſiones.

Scotus. Contra primam concluſionem,ſunt argumenta Scoti,& ſequacium,quæ ſoluuntur à Capreolo,Caietano,& alijs Thomiſtis; nec aliud pbāt, niſi hæcceitatem eſſe principium indiuiduationis formale; quod affirmat etiam noſtra concluſio.

Bannes. Contra ſecundam concluſionem ſunt argumenta,quæ profert, & ſoluit Banneſius ſuper hoc art.

Suarez. Contra eandem concluſionem argumentatur Suarez.

Primò Ariſtot.ſecundo de Anima capit. 1. ait *formam eſſe, quæ conſtituit hoc aliquid*. At principiū indiuiduationis debet eſſe id, quod intrinſecè cōſtituit hanc ſubſtantiam;ergo forma eſt principiū indiuiduationis.

Reſpondetur formam cōſtituere hoc aliquid, quatenus conſtituit aliquid completum in natura ſpecifica:vt ibidē explicat S.D.tex.ſecundo;quare dictum illud Ariſtotel. non eſt ad propoſitum

A præſentis controuerſiæ;quæ eſt de principio indiuiduationis.

Secundò. Idem eſt principium vnitatis, quod entitatis; ſed vnaqueque res propriè habet eſſe à forma;ergo,& vnitatem indiuidualem. Maior probatur dupliciter. Primò,quia S.Thom.queſt.vnica de Anima articulo primo, ad tertium dixit *vnūquodq; ſecundum idem habet eſſe, & indiuiduationē*. S.Tho. Secundò,quia vnitas eſt paſſio conſequens entitatem,& non addit illi, niſi negationem; ergo non poteſt habere aliud principiū poſitiuum, & reale; niſi quod eſt principium ipſius entitatis.

B Reſpondetur idem eſſe principium vnitatis, qđ entitatis; & eo modo,ſiue ea ratione eſſe principium vnitatis,quo eſt principium entitatis; tūc ad minorem dico,vnamquamque rem propriè habere eſſe à forma,non tamen ſecundum quamcunque rationem,aut modum; ſed tantùm ſecundùm rationem,aut modum ſpecificum; atque ideo ab ab eadem forma vnitatem tantùm habet ſpecificam. Ad primam probationem maioris ex D.Th. reſpondetur verba illa longè alium habere ſenſū; quàm illum,quem accepit Suarezius. Nam hoc ſolùm intendit Sanct.Doct.nimirum,indiuiduationem,& eſſe,rei conuenire ſecundùm eandem realitatem eſſentiæ,ſiue illa ſit ſimplex, ſiue compoſita; ideſt eandem rem,vel eaſdem partes rei,

C quibus conuenit indiuiduatio,habere etiam eſſe; non autem intendit eandem eſſe rationem eſſendi, & indiuiduandi. Nam particula illa *ſecundum idem*, non ſignificat rationem conueniendi,ſed rem,cui conuenit vtrunque prædictorum,vt patet legenti dictam reſponſionem. Ad ſecundam probationē patet ex dictis reſponſio; nam probat tantùm idē eſſe principium entitatis,& vnitatis in ſenſu explicato; vt ſcilicet,id,quod eſt principium entitatis, eadem ratione, & modo ſit vnitatis principium, quo etiam eſt entitatis; diximus autem formam eſſe principium tantùm entitatis ſpecificæ,vt ſic,

D & conſequenter erit etiam principium ſolius vnitatis ſpecificæ.

Tertiò arguit ſecundam partem eiuſdem cōcluſionis;Nulla accidentia poſſunt eſſe intrinſeca principia indiuiduantia formam ſubſtantialem; ergo. Antecedens probatur; quia etiam talis forma,vt eſt hæc,eſt ens per ſe;licèt incompletum,& pertinet ad prędicamentum ſubſtantiæ,& ſub ſpecifica ratione talis formæ collocatur, quamuis reductiuè;ergo.

Reſpondetur: Antecedens dupliciter intelligi poſſe; Vno modo,vt nomine principij intrinſeci intelligatur principium cōſubſtantiale, ſeu quidditatiuum;& hoc modo verum eſt antecedēs:Alio

E modo,vt per principium intrinſecum intelligatur principium inhærens, ſiue inexiſtens eo modo, quo dicimus caliditatem,& riſibilitatem eſſe homini intrinſeca: locum autem, & tempus extrinſeca;& in hoc ſenſu falſum eſt antecedens; cuius probatio non eſt ad propoſitum; quia militat cōtra priorem ſenſum; neq; neceſſe eſt, vt principiū indiuiduans ſit illo priori modo intrinſecum, vt ex ſupradictis patet.

Digitized by Google

Quartò. Hæc forma, vel eſt ſimpliciter, & omni ratione prior accidẽtibus, & origo illorum; vel, ſi aliqua ſupponit in genere cauſæ materialis; nõ dicit per ſe habitudinem ad illa, ſed ad ſummum requirit illa, vt conditiones, vel diſpoſitiones neceſſarias ad præparandum ſubiectum; ergo nullo modo poteſt ab accidentibus indiuiduari.

Reſpondetur primo: Formam in ratione entis eſſe priorem accidẽtibus, & eorum originem, ſed in ratione ſingularis, & indiuidui; præſertim, quo ad effectum diſtinctionis numeralis ſubſtãtialis, ab alijs eiuſdem ſpeciei, eſſe poſteriorem quantitate, & ad illam ſecundùm hanc rationem habere per ſe habitudinem: vnde ſimpliciter loquendo falſum eſt antecedens.

Quintò. Materia non poteſt per ſeipſam eſſe intrinſecum principium indiuiduandi illam formam; quia non eſt intrinſecum principium entitatis eius; idem autem eſt principium vnitatis, quod eſt principium entitatis: Antecedens patet; quia materia eſt principium compoſiti intrinſecum; quia per ſuam entitatem componit illud; non ſic autem cõponit entitatem formæ; ſed eam ſuſtentat, & eius indiuiduationem extrinſecam cauſat.

Reſpondetur: Falſum eſſe antecedens: Ad probationem reſpondetur; ſicut ad tertium argumentum; nam ſufficit, vt ſit intrinſeca, ideſt coniuncta, vt propria potentia actui proprio; & hæc cauſalitas, non eſt omnino extrinſeca, cum præſertim materia ſimul cum forma conſtituant primã ſubſtantiam; cuius propriè eſt indiuiduari.

S. Thom. Sextò. D. Thom. in ſecundo cont. gent. cap. 75. in ſolutione primæ rationis, & capit. 81. in principio, (ait,) *quod ſicut eſſe animæ intellectiuæ non cauſatur per ſe à materia, ita neque eius vnitas, aut indiuiduatio*; ergo materia, non ſolùm non eſt principium intrinſecum indiuiduationis animæ, verùm etiam nec cauſa per ſe eius; quamuis ſit veluti occaſio quædam, vt organizato tali corpore, Deus in illo talem animam creet.

Reſpondetur: animam intellectiuam mediam eſſe inter formas omnino à materia ſeparatas, (quales ſunt intelligentiæ) & formas materiæ immerſas: nam cum illis habet eſſe omnino indepẽdens à materia, ſubſiſtentiam, incorruptibilitatẽ, & propriam operationem; cum his verò habet, vt materiam actuet, & ſit forma corporis, & pars compoſiti; & conſequenter etiam quo ad modum indiuiduationis, & ſingularitatis cõuenit cũ ſubſtantijs ſeparatis, quòd eius indiuiduatio nõ cauſatur cum dependentia à materia, & quòd remoto corpore manet ſingularis. Cum formis verò materialibus conuenit; quòd eſſentialem habet habitudinem ad corpus, & conſequenter, quod corpus ſit occaſio, & neceſſaria conditio ad indiuiduationem animæ requiſita, & cauſa indiuiduationis, quatenus eſt cauſa; quòd anima ſit forma huius habens eſſe in hoc indiuiduo; non enim poteſt anima eſſe forma in actu huius indiuidui, puta ſortis habens eſſe in ipſo tanquam pars eius, niſi ſit in materia; ſiquidem anima ſeparata à materia, licet habeat eſſe, non tamen habet eſſe in Sor-

Quõ aĩa indiuiduetur à corpore.

A te, vt annotauit Ferrarienſis in dicto ſeptuageſimo quinto cap. ex doctrina D. Thom. Ferrar.

Septimò. Eadem anima intellectiua poteſt ſucceſſiuè informare diuerſas materias integras; ergo non indiuiduatur per ordinem ad corpus.

Reſpondetur: Quidquid ſit de antecedente in ordine ad diuinam potentiam, nullam eſſe conſequentiam; quia ſufficit corpus hoc fuiſſe occaſionem, & conditionem neceſſariam indiuiduationis animæ in eius creatione; ſed cũ ſit forma ſubſiſtens poteſt ab eo corpore ſeparari, & alteri fortaſſe diuina virtute coniungi; quod de alia forma minimè ſubſiſtente nõ eſt cogitandum; quidquid arbitretur Suarez.

B Octauò. Materia cum accidentibus non poteſt eſſe ratio indiuiduationis formæ; etiam vt terminus habitudinis eius; ergo. Antecedens probatur: quia hæc habitudo eſt tranſcendentalis, & ſubſtãtialis; ergo non includit accidentia in ſuo primariò, ac per ſe termino.

Reſpondetur: Falſum eſſe antecedens loquendo de materia, cum quantitate; Ad probationem negatur conſequentia: nam includit quantitatem, vt determinantem materiam, quę eſt terminus habitudinis formæ; licèt non includat quantitatem, vt terminum, aut partem termini.

C Nonò, Forma prius natura abſolutè informat materiam accidentibus nudam; At informat illã, vt indiuidua, & ſingularis eſt; ergo eodem modo reſpicit illam ſecundum ſuam aptitudinẽ, & coaptationem indiuidualem.

Reſpondetur: Formam informare materiã nudam, vt eſt indiuidua, & ſingularis, non ex ſe, aut ex forma; ſed ex quantitate ſuperueniente: iam. n. dictum eſt, formam vniri materiæ ante aduentũ quantitatis; cum tamen ſingularitas, nec formæ, nec materiæ, nec compoſito conueniat, niſi ex quãtitate, quæ quo ad hoc prioritatẽ habet cauſalitatis.

Contra tertiam concluſionem, quo ad priorem

D partem argumentatur Suarez.

Primo. Materia, quę eſt ſub hac forma ligni, eſt numero diuerſa ab illa, quæ eſt ſub forma aquæ, vel hominis; ergo eſt ĩ ſe indiuidua, & ſingularis.

Reſpondetur diuerſitatem illam eſſe per quãtitatem diſtinguentem, modo ſuperius explicato: vnde ad argumentum negatur ſequela.

Secundò. Variata quacunque forma ſubſtantiali, ſemper manet eadem numero materia; quæ licèt ſit vnita huic, vel illi formæ; tamen ex ſe cõmunem, & indifferentem habitudinem dicit ad quamcunque formam, quam poteſt recipere; ergo

E materia non habet talem vnitatem ex forma ſubſtantiali, neque ex ordine ad hanc, vel illã formã.

Reſpondetur argumentum probare vnitatem numeralem, materiæ non eſſe ex forma ſubſtantiali; quod nos etiam dicimus. Quomodo autem materia ſemper maneat vna numero iam ſatis oſtendimus.

Tertiò. Materia amittit, & acquirit quantitates varias, prout formæ ſubſtantiales variantur; ergo quantitas non eſt fundamentum indiuiduæ vnitatis materiæ.

Reſpon-

Reſpondetur: Materiam vnam numero negatiuè amittere, & acquirere quantitates varias; non autem materiam vnam numero poſitiuè: nam ex hoc ipſo, quod varias acquirit quantitates conſequentes diuerſas formas, fit diuerſa numero poſitiuè.

Quartò. Materia prius natura, quàm recipiat quantitatem, ſubeſt actioni agentis inducẽtis formam, vel quantitatem; At non ſubeſt niſi, vt indiuidua, & ſingularis; ergo. Minor probatur: quia actiones ſunt circa ſingularia.

Reſpondetur: Actionem agentis circa materiã duplicem eſſe; Vna eſt, vt in via ante introductionem formæ, & hæc non eſt circa nudam materiã; B ſed circa compoſitum quantum; cuius forma eſt abijcienda in vltimo actionis inſtanti. Alia eſt, vt in termino, quæ formaliter eſt generatio; & hæc attingit nudam eſſentiam materiæ. Verùm, vt ſupra diximus, materia, & forma ante quantitatis aduentum non conſideratur, nec eſt completè, & abſolutè indiuidua: Agit igitur agens in materiã ſingularem, & indiuiduam; ſed hæc indiuiduatio non eſt niſi à quantitate, quæ, vt indiuiduãs, præcedit materiam, & formam modo ſuperius explicato.

Quintò. Sicut materia ex ſe habet aliquid entitatis, ſiue exiſtentię, ſiue eſſentię; ita ratione illius C habet aliquid actualitatis entitatiuæ, per quã poteſt tranſcendentaliter ab alia diſtingui; ergo.

Reſpondetur: Entitatem materiæ, & eius eſſentiam in pura potentialitate conſiſtere; cui nulla conſienit, ſaltem vltima diſtinguendi ratio, qualis eſt numerica; de qua loquimur, quidquid ſit de vnitate quadam tranſcendente, qua, vt potentia diſtinguitur ab actu, vel ab habente actum: hæc enim diſtinctio ſimilis eſt ſpecificę, vel genericæ, non autem numerali; quę omnium vltima eſt.

Bannes. Contra ſecundam partem eiuſdem concluſionis ſunt argumenta, quę proponit Bannes in dicta tertia quæſtione de generatione, articulo quarto, D quibus probatur materiam eſſe principium indiuiduationis; ſed non completum.

Contra quartam cõcluſionem ſunt quatuor argumenta; quæ proponit, & ſoluit Bãnes, vbi ſupra articulo ſeptimo; Sed quoniam prædictus auctor opinatur probabiliſsimè dici poſſe principiũ intrinſecum indiuiduationis eſſe materiam, vt informatur ſubſtantiali forma; fieriq; ex materia, & forma vnum totale, & intrinſecum principiũ vnitatis numericæ, ſine aliquo accidente, & ſine ordine ad illud, etiam ſi ſit quantitas; additque prædicta eſſe principia incompleta indiuiduationis; qđ abſolutè non eſt affirmandum in via D. Tho. idcirco adducenda ſunt ſingula eius argumenta, & ſoluenda iuxta principia ſuperius poſita. Argumentatur igitur.

Ariſt. Primò: Ariſt. ſecundo de Anima, tex. ſeptimo. inquit. *Materia, & forma, quare ſunt vnum non oportet quærere*, quaſi diceret; quia ſeipſis, quia vnum eſt actus, & aliud potentia, vt ipſe reſpondet octauo Metaphyſ. tex. quinto decimo, & D. Thom. ſuper Boetio de Trinitate, quæſtione quarta, articu- *S. Tho.*

A lo ſecundo inquit *Inter indiuidua eiuſdem ſpeciei hoc modo conſideranda eſt diuerſitas; ſecundùm enim Philoſophum ſeptimo Metaphyſ. ſicut partes generis, & ſpeciei ſunt materia, & forma; ita partes indiuidui ſunt hæc materia, & hæc forma. Vnde ſicut diuerſitatem in genere, vel ſpecie facit diuerſitas materiæ, vel formæ abſolutè; ita diuerſitatem in numero facit hæc forma, & hæc materia.* Ariſt.

Solutio Bannesij. Reſpondet Bannes: hoc argumento probari materiam, & formam eſſe principium indiuiduationis, non tamen completum, quia ibidem ſubdit S. Thom. *Nulla autem forma, inquantum huiuſmodi, eſt hæc ſeipſa: Vnde forma fit hæc, per hoc, quod recipitur in materia; ſed cum materia ſecundum ſe conſiderata ſit indiſtincta, non poteſt eſſe, quòd formam in ſe receptam indiuiduet, niſi ſecundum quod eſt diſtinguibilis. Non enim forma indiuiduatur per hoc, quod recipitur in materia, niſi quatenus recipitur in hac materia, vel in illa diſtincta, & determinata ad hic, & nunc; materia autem non eſt diuiſibilis, niſi per quantitatem. Vnde Philoſophus dicit in primo phyſicorum, tex quintodecimo, quod ſubmota quantitate remanet ſubſtantia indiuiſibilis, & ideo materia efficitur hæc, & ſignata ſecundum, quod eſt ſub dimenſionibus.* Hæc D. Thom. Ex quibus (inquit Bannes) colligitur, quòd licet concedendum ſit materiam, & for C mam eſſe principium indiuiduationis, non tamen completum; ſed neceſſariò recurrendum eſt ad quantitatem.

Planior reſponſio. Ego verò facilius, & planius ad argumentũ reſpondeo, & dico. Primò, Ariſt. in locis commemoratis affirmare tantùm vnitatem, & rationem vnitatis, non autem modum, & gradum vnitatis; ſcilicet indiuidualis, de qua loquimur. Secundò dico, D. Tho. ſolùm aſſerere hanc formam, & hanc materiam facere diuerſitatem in numero, non autem eſſe principia indiuiduationis: Quę duo valde differunt; nam principium indiuiduationis dicit radicem, & cauſam, à qua per ſe primò prouenit D indiuiduatio, quo ad effectum incommunicabilitatis, & diſtinctionis, vel alterius eorum: conſtat autem, ex ſupradictis ſolã materiam eſſe per ſe primò principium incommunicabilitatis, & ſolam quantitatem eſſe per ſe primò principium diſtinctionis; Hęc itaque duo tãtùm propriè, & abſolutè loquendo principia ſunt indiuiduationis. reliqua verò ex horum participatione, diuerſitatẽ cauſant numeralem; propter quod S. Doct. aſſeruit numeralem diuerſitatem fieri per hanc formã, & hãc materiam, participata prius ratione diſtinguendi ex quantitate.

Secundò. Vnitatis ſubſtantialis principiũ ſub E ſtantiale debet eſſe; ſed nullum aliud poteſt aſsignari in compoſito, niſi materia prima, vt eſt ſub forma ſubſtantiali; ergo. Maior (inquit) ex dictis patet. Minor probatur: nam totum compoſitum ſeipſum non indiuiduat; neq; verò quantitas, aut aliud accidens, neque forma abſolutè, neque etiã materia nuda, neque agens extrinſecum; ergo materia, vt eſt ſub forma ſubſtantiali, per quàm materia fit hæc.

Reſpondet Bannes: hoc argumento probari materiam

teriam

Solutio Bannesij reijcitur. teriam primam determinatam per formam eſſe principium indiuiduationis proximum, licet incompletum; Sed hæc reſponſio nulla ratione poteſt ſubſiſtere; nam forma, & materia indiuiduare non poſſunt, niſi recepta prius ex quātitate determinatione, ſiue diſtinctione, quā diximus per ſe primò conuenire quantitati; hac verò diſtinctione, & determinatione recepta, complete cauſant indiuiduationem ſubſtantiæ compoſitæ. Ad argumentum igitur aliter reſpondetur: negando maiorem de vnitate ſubſtantiali numerali, ſiue indiuiduali.

Tertiò. Differentia indiuidualis Petri eſt ſubſtantialis; ergo principium illius debet eſſe ſubſtātiale; ſed non poteſt aſſignari tale principium, niſi forma; & hæc non abſolute, ergo, vt informat materiam. Et confirmatur; quia ab eodem res aliqua habet vnitatem, & diſtinctionem, à quo habet eſſe; quoniam illa ſunt paſſiones entis; ſed Petrus formaliter habet hoc eſſe à forma ſubſtantiali; ergo ab eadem habet vnitatem indiuidui, & diſtinctionem; & non ab eadem ſola; quia eſſet diſtinctio ſpecifica; ergo ab eadem, vt facit vnum principium totale cum materia prima.

Solutio vera. Reſpondet Bannes: per hæc probari formam vnitam materiæ eſſe principium indiuiduationis, ſed incompletum. Sed hæc reſponſio iam fuit reiecta. *Vera ſolutio.* Reſpondetur igitur ad argumentum: nullā eſſe conſequentiam; nam quantitas concurrit, vt principium determinans, & diſtinguens numeraliter materiam, & formam; à quibus ſic numeraliter diſtinctis, vel potius à toto compoſito ex eis ſic determinatis reſultante, deſumitur differentia indiuidualis; quantitas itaque, quia eſt principiū numericè diſtinguens, eſt primum principium indiuiduationis; nec tamen ab eo deſumitur indiuidualis differentia; ſed à materia, & forma per quantitatem determinatis, quia hæc ſola ſunt principia ſubſtantialia.

Quarto. Materia, vt eſt ſub forma præſcindendo ab omni accidente, & ab omni ordine ad accidens conſtituit vnum ſuppoſitum ſubſtātiale, ponibile complete in prædicamento ſubſtantiæ; ergo ibi eſt deſignare principium indiuiduationis completum, quod nullum aliud erit, niſi materia, vt eſt ſub forma. Antecedens probatur: nam res vnius prædicamenti, præcipuè verò ſubſtantiæ, in ſua præciſa, & completa ratione nullo modo includit rem alterius prædicamenti, vt de ſe patet. Conſequentia autem probatur: quia, illud compoſitum, quod reſultat ex materia, & forma, non poteſt manere in vniuerſali; ergo deſcendit ad ſingulare. Tum quia illud compoſitum per actionem agentis naturalis prius natura intelligitur generari, & in rerum natura produci, quàm omne accidens; quia accidentia ad illius productionem cōproducuntur; ergo eſt etiam ante omne accidens illud compoſitum ſingulare, & indiuiduum; quia, vt colligitur ex doctrina Ariſt. generari nihil poteſt, niſi ſingulare; & indiuiduum.

Solutio Bannesij. Reſpondet Bānes: negando ſequelam. Ad probationem ait rem vnius prædicamenti, non poſ-

A ſe includere rem alterius prædicamenti; tāquam rationem formalem ſui; aut tanquam principium proximum alicuius ſuæ proprietatis; bene tamen poſſe habere tanquam conditionem determinatiuam ſui ad aliquam operationem, vel proprietatē. Quæ reſponſio ſatis conſonat fundamentis ſuperius poſitis: Melius tamen, & formalius reſpondendo dicitur falſum eſſe antecedens, ob rationes ſuperius aſſignatas. *Melior, & formalior reſponſio.* Ad probationem iam dictū eſt, quomodo res vnius prædicamenti poſſit includere rem alterius prædicamenti. Ad id verò, quod additur in probatione cōſequentiæ, de prioritate generationis ſubſtantiæ, ſupra ſatis abundè B reſpondimus. Ex his remanent ſoluta etiam nonnulla argumenta Suarezij, & aliorum contra eandem concluſionem.

Suarez. Contra quintam concluſionem argumentatur Suarez.

Ratio vnius in indiuiſione conſiſtit; ergo quantitas non poteſt facere aliquid vnum in ſuo genere; niſi faciat etiam indiuiſum, & incommunicabile quantitatiuè; igitur, ſi conſtanter, & vniuocè loquuntur de incommunicabilitate, & diſtinctione eiuſdem generis, male diſtribuunt hæc munera, aliud materiæ, aliud quantitati tribuendo: ſi autem nunc de incommunicabilitate ſubſtantiali, poſtea de diſtinctione quantitatiua loquuntur, C non perſiſtunt in vero quæſtionis ſenſu, & æquiuocationem admittunt in vſu verborum.

Reſpondetur: Neutram ex tactis in argumento eſſe veram intelligentiam ſententiæ noſtræ. Nā loquimur de incommunicabilitate, & diſtinctione ſubſtantiali numerica; qui duo effectus neceſſariò in dictas duas diſtinctas cauſas reduci debēt: Nam incommunicabilitas, quæ ſcilicet opponitur communicabilitati, qua ſuperius communicatur inferioribus, cauſari non poteſt, niſi ex primo informationis ſubiecto; vt ſuperius oſtendimus cum Caietano; nec poteſt rei conuenire, niſi ex principio, ſimpliciter, ideſt omnibus modis, in-D trinſeco, qualis eſt materia; at verò diſtinctio, qua primò hæc materia ab illa materia diſtinguitur, & conſequenter etiam hęc forma ab hac alia forma, & tandem compoſitum ab hoc cōpoſito, neceſſariò, vt primæ radici, attribuenda eſt quantitati; cum, vt ſupra demonſtrauimus, non poſſit eſſe neque ex materia ſecundùm ſe, neque ex forma, neq; ex compoſito; quam diſtinctionem cauſat quantitas, vt actus, capacitas verò eiuſdem quantitatis eandem cauſat, vt potentia, quæ eadē eſt realiter, cum materia. Nec dicimus quantitatem facere vnum numero ſubſtantialiter abſolutè; ideſt, quo ad omnia requiſita ad vnitatem, ſed E tantùm, quo ad diſtinctionem ab alijs eiuſdē ſpeciei. Conſtat autem magnum eſſe diſcrimen inter hoc, quod eſt eſſe diſtinctum ab alio eiuſdem ſpeciei; & hoc, quod eſt eſſe incommunicabile pluribus eiuſdem ſpeciei: nam hoc poſterius poteſt eſſe ſine illo priori, puta ſi ſit vnum ſolum indiuiduum in tota ſpecie. Cum ergo eſſe incommunicabile prius cauſetur à materia, non poteſt cauſari à quantitate; quæ ſecundarium eſt principiū indi-

Digitized by Google

indiuiduationis. Itaque, licèt omne diſtinctum ab alio ſit etiam incommunicabile, non ſequitur tamen ab eadem cauſa, ſiue principio vtrumque deriuari. Non eſt ergo chimericum, vt cenſet Caietanus, hos duos actus diſtinguere.

Caiet.

Contra ſeptimam concluſionem argumẽtatur Caietanus.

Primò. Idem eſt principium diſtinctiuum indiuidui à ſpecie, & ab altero indiuiduo eiuſdem ſpeciei; ſed materia quãta non eſt principium diſtinctiuum indiuidui à ſpecie, & ab altero indiuiduo; ergo. Minor (inquit) ab eis conceditur, & eſt S. Thom. expreſſe in tractatu de principio indiuiduationis. Maior verò non niſi vocè à proteruis negari poſſe videtur; vniuerſaliter namque verũ videmus, quòd quandocunque, aliquod commune diuiditur in plures partes ſubiectiuas, per idẽ differunt inferiora inter ſe, & à ſuperiori; ſicut per idem homo differt ab animali, & Leone, ſcilicet, per differentiam propriam: vnde, & Porphyrius tres actus differentiæ dat, ſcilicet diuidere ſuperius, conſtituere inferius, & diſtinguere conſtitutum à ſuperiori, & alijs comparibus.

Reſpondetur: Falſam eſſe maiorem. Ad probationem dicitur; quòd procedit de diſtinctione formali, ſiue ſpecifica, non autem de materiali, & numerica. Nam, vt ſuperius oſtendimus, indiuiduũ per incommunicabilitatem, quam habet à materia, radicaliter diſtinguitur à ſpecie; per diuerſitatem autem materiæ, & formæ, quæ radicaliter eſt ex quantitate, diſtinguitur ab alijs indiuiduis eiuſdem ſpeciei. Secundò reſpondetur veram eſſe maiorem de diſtinctiuo formali, quod eſt differentia indiuidualis, non autem de diſtinctiuo radicali ob iam dictas cauſas.

Tertiò dico, per materiam quantam non diſtingui indiuiduum à ſpecie, ſicut diſtinguitur res à re, ſed vt includens aliquid à nõ includente illud.

Secundò. Sortes ſubſtantialiter ſumptus in recta, ſcilicet linea prædicamentali ſub ſpecie, eſt vnus numero, non vnitate de prædicamento quantitatis; ſed ſubſtãtiali, quam neceſſe eſt antecedi, cum ſit entis paſſio, ab indiuiduali gradu, quem ipſa indiuidualis differentia importat; ergo. Antecedens eſt S. Thom. in Compendio Theologiæ capit. 157.

Reſpondetur, nullam eſſe conſequentiã. Quoniam, vt ſupra diximus, vnitas illa numerica ſubſtantialis dependet à quantitate vt principio primo diſtinguente, vt in præcedentibus explicauimus; nec inueni apud S. Tho. illud antecedens, vel aliquid ſimile.

Suarez.

Contra eandem concluſionem argumentatur Suarez.

Primò. Hæc forma, cùm primum intelligitur recipi in hac materia, intelligitur etiam recipi in materia diſtincta ab alijs; ergo formaliter, & intrinſecè non ſit diſtincta per quantitatem.

Reſpondetur: Diſtinctionem illam, qua materia ab alijs diſtinguitur; non eſſe niſi per quantitatem. Vnde ad argumentum negatur conſequẽtia.

Secundò. Ex materia, & forma præcisè conceptis, & vt præuenientibus quantitatem reſultat hoc indiuiduum ſubſtantiale; ergo illud, vt ſic, vnum eſt, non vnitate rationis, ſed vnitate reali, & ſingulari, ac tranſcendentali; ergo, ſicut ex vi ſuæ entitatis ſubſtantialis eſt in ſe indiuiſum, ita etiã eſt ſubſtãtialiter, & entitatiuè diſtinctum ab omnibus alijs; ergo non habet diſtinctionẽ per quantitatem.

Reſpondetur; falſum eſſe antecedẽs; Nam quẽadmodum in vno, & eodem inſtanti generationis ſunt forma, & diſpoſitiones ſecundum ſuum eſſe à forma dependentes, quæ tamen prius natura in genere cauſæ materialis diſponunt materiam; licèt in illo priori nõ intelligantur exiſtere; nec inhærere materiæ ſecundùm ſe, ſiue immediatè; ita quantitas, licèt in illo priori, quo indiuiduum eſt prius, vt poſt cauſa ipſius, non intelligatur exiſtere, & inhærere materiæ; poteſt tamen determinare materiam, cum in alio priori naturæ intelligatur etiam quantitas præcedere indiuiduum ſcilicet in genere cauſæ materialis. Nec requiritur, vt in aliquo inſtanti præcedat quantitas formam in materia; ſed ſufficit, vt nullum in re ſit inſtans, in quo materia ſit ſine quantitate. Et per hæc ſoluuntur quædam alia eiuſdem auctoris obiecta in corroboratio nem argumenti iam ſoluti. Nec admittendum eſt, quod ait Suarez, poſſe Deum indiuiduum ſine omni quantitate ſeruare.

Quantitas determinat materiam, licèt tunc non intelligatur ibi ẽẽ.

Nõ poteſt Deus indiuiduũ ſine quantitate ſeruare.

Tertiò. Licèt res prius natura ſit in ſe vna, quã ſit diſtincta ab alijs; tamen hoc poſterius intrinſecè ſequitur ex primo abſque additione vlla poſitiua, quæ ſiat ipſi rei, quæ eſt vna, ſed ſolum per negationem; quia poſito alio extremo verum eſt dicere, hoc non eſt illud; ergo. Et confirmatur: quia dici ſolet (& veriſsimum eſt) per illud rem diſtingui ab alijs, per quod in ſe conſtituitur. Quia diſtinguitur per id, quo eſt. Quo fere ſenſu dixit D. Thom. prima parte, quæſt. ſeptuageſima ſexta, articulo ſecundo, ad ſecundum, vnumquodque hoc modo habere vnitatem, quo habet eſſe; ergo, ſi materia per ſe, & ſecluſa quantitate conſtituit indiuiduum in ſe incommunicabile, & vnum, diſtinguit etiam illud ab alijs; vel ſi diſtinctionem dare non poteſt, neque incommunicabilitatem indiuiduationis dare poteſt; Et confirmatur: nam incommunicabile hoc modo dicitur, quod ita eſt in ſe vnum, vt non poſſit in multa ſimilia diuidi; quod autem huiuſmodi eſt, ex hoc præcisè habet, vt ſi alia exiſtant, ab illis diſtinguatur.

Reſpondetur. Magnam eſſe differentiam inter vnitatem numeralem, & incommunicabilitatem. Nam vnitas numeralis duplicem negat diuiſionem; ſcilicet illam, qua ſuperius diuiditur in inferiora; & illam, qua vnum inferius poſitum ſub eadem ſpecie diuiditur ab alio ſub eadem ſpecie collocato, non tamen ab alio quocunque ſed ab alio, quod ad eiuſdem indiuidui rationem, ſiuè integritatem pertineat; hoc enim ipſo, quod indiuiduum in ſeipſo indiuiſum eſt, nullam habet in ſeipſo diſtinctionem indiuiduorum ad eius integritatem pertinentium. Vide, quæ diximus infrà quæſt. 11. art. 2. controuerſia vnica. Incommunicabilitas autem

Differũt vnitas numerica, & incommunicabilitas.

tem non negat, niſi priorem diuiſionem, vt ſuperius declarauimus cum Caietano, & Capreolo: immò incõmunicabilitas non ſolùm negat diuiſionem in inferiora; ſed etiam diuiſibilitatem; vnitas autem admittit diuiſibilitatem vnius ſuppoſiti ī plura; vt patet de ligno numeraliter vno, quod in plura ligni ſuppoſita poteſt diuidi, licèt non tanquam in inferiora. Ad argumentum ergo negatur conſequentia. Nam, licèt ex vnitate ſequatur diſtinctio, non tamen ſequitur ex incommunicabilitate. Ad primam confirmationem reſpondetur: falſum ſupponi, nimirum materiam conſtituere indiuiduum abſolutè, & ſimpliciter; cum tamen conſtituat illud ſolùm, quo ad incommunicabilitatem.

Ad ſecundum negatur ſubſumpta illa propoſitio, videlicet; Quod autem huiuſmodi eſt, &c. cuius falſitas ex dictis elucet.

Alia argumenta, quæ profert idem auctor contra noſtram hanc concluſionem, non habent aliã difficultatem à prædictis; atque ideo non eſt neceſſe in eis recenſendis, & ſoluendis abſque legentium vtilitate laborare.

Zumell. Contra eandem concluſionem argumentatur Zumellus. Primò: Impoſſibile eſt, quòd conſtitutiuum alicuius rei ſit in alio prædicamento ab eo, in quo res illa collocatur; ſed prima ſubſtantia, vt prima ſubſtantia, eſt indiuidua; & per ſe eſt in prędicamento ſubſtantiæ; ergo neceſſariò debet cõſtitui in eſſe primæ ſubſtantiæ per aliquam entitatem poſitiuam ſubſtantialem. Maior probatur: Quia per illud res eſt in prædicamento, per quod conſtituitur in ſuo eſse; cum prædicamenta ſint formaliter diſtincta.

Reſpondetur: Maiorem eſſe veram de conſtitutiuo formali ad modum ſcilicet differentiæ ſpecificæ, vel indiuidualis; non autem de conſtitutiuo radicali vniuerſaliter loquendo; quia fallit in cõſtitutiuo indiuidui.

Secundò reſpondetur: Maiorem eſſe veram de conſtitutiuo radicali primario; qualis eſt materia reſpectu indiuidui, non autem de ſecũdario; qualis eſt quantitas; & ratio eſt, quia diſtinctio materialis per ſe primò conuenit quantitati: Vnde etiã ab ea, tanquam à primo determinatiuo dependet differentia indiuidualis; licèt, proximè ſumatur à materia, & forma; prout effectum habent determinationis ex quantitate cauſatum; quæ determinatio ad genus ſubſtantiæ pertinet; ſicut & ipſa differentia indiuidualis.

Secundò: Deus poteſt conſeruare ſubſtantiam indiuiduam ſine accidentibus; ſicut poteſt cõſeruare accidens ſine ſubſtantia; ſed ſubſtẽtia ad extra conſeruata ſine accidentibus eſt ſingularis, & indiuidua; ergo non habet ab ipſis accidentibus, quòd ſingularizetur, & indiuiduetur; cum Deus non poſſit ſupplere vices cauſæ materialis, & formalis.

Reſpondetur; falſam eſſe maiorem propoſitionem, loquendo vniuerſaliter de omnibus accidentibus: Nam non poteſt conſeruari ſubſtantia ſine omni relatione, vt patet de relationibus dependẽ-

A tiæ, ſimilitudinis, æqualitatis, & alijs ſimilibus; quæ ex fundamento neceſſariò conſequuntur; nec poteſt facere, quod indiuiduum ſit indiuiduum, & non ſit materialiter ab alio diſtinctum; hæc verò diſtinctio non poteſt eſſe niſi per quantitatem, vt ſæpe diximus: Nec omne accidens poteſt eſſe ſine ſubſtantia; nam relatio ſimilitudinis, æqualitatis, & dependentiæ non poſſunt exiſtere ſine ſubiecto; neq; actus, aut potentia vitalis poteſt ſubſiſtere ſine ſubiecto, cuius eſt actus, aut potẽtia; implicat enim manifeſtam contradictionem ob intrinſecam actualem connexionem; quam ſibi vẽdicant cum ſubiecto, à quo vt principio continuè

B fluunt, dum ſunt, potentia, & actus.

Tertiò: Si quantitas eſſet principiũ indiuiduandi, ſequeretur; quòd duo ſuppoſita ſubſtantialia, & duæ ſubſtantiæ numero diſtinctæ poſſent eſſe vna numero ſubſtantia, & vnum numero ſuppoſitum; ergo. Probatur ſequela: Nã de fide eſt, quòd facta tranſubſtantiatione panis in corpus Chriſti ibi ſolùm remanet quantitas cum reliquis accidẽtibus ſine ſubſtantia panis; tunc temporis ſit caſus, quod Deus creet ſubſtantiam panis de nouo, & afficiat illam eadem quantitate, & eiſdem accidentibus, quibus præcedens ſubſtantia conuerſa in corpus Chriſti erat antea indiuidua; tunc quidem ſubſtantia de nouo creata habet eadem prin-

C cipia indiuiduationis, quæ habebat præcedens; ergo eſt eadem numero cum præcedente; quoniam vtrobique eſt idem principium vnitatis numericè; nempè eadem numero quantitas; itaq; ſequitur quod duæ ſubſtãtiæ numero diſtinctæ ſint eadem numero ſubſtantia; immò ſequitur, quòd eadem numero ſubſtantia eſt conuerſa in corpus Chriſti, & non eſt conuerſa in corpus Chriſti.

Reſpondetur: Nullam eſſe conſequentiam. Ad probationem dico caſum eſſe impoſſibilem: nam de ratione ſubſtantiæ ſingularis de nouo genitæ, ſiue productæ, quatenus ſingularis eſt, & indiui-

D dua; eſt, vt forma recipiatur in hac materia determinata, & diſtincta ante formæ introductionem; hæc verò diſtinctio fieri non poteſt, niſi per congenitam quantitatem; quæ vna ratione natura prior eſt ipſa forma, & alia ratione poſterior, vt ſupra diximus; qui naturæ ordines prouenient ex naturali connexione quantitatis cum re producta, & eius partibus eſſentialibus; qualis non eſt, nec eſſe poteſt inter rem productam, & quantitatem illam miraculosè ſubſiſtentem: Alia argumẽta eiuſdem auctoris non ſunt alia ab ijs, quæ antea ſoluimus.

Contra eandem concluſionem militant ſeptem

E argumenta Scoti, quæ proponit, & ſoluit Caietanus in dicto ſecundo capitulo de ente, & eſſentia; Scotus. & alia ſeptem argumenta, quæ adducit, & ſoluit Bannes lib. 1. de Gener. cap. 5. quæſt. 3. art. 8.

Contra octauam concluſionem argumentatur Caietanus. Primò: Illud eſt intrinſecum indiuiduationis principium, cui primò repugnat communicari pluribus per modum, quo vniuerſale Caiet. communicatur particulari; ſed materia ſignata eſt id, cui primò repugnat cõmunicari pluribus,

vt vni-

vt vniuerſale particulari; ergo. Maior (inquit) ab omnibus conceditur; Minor duo includit;ſcilicet, quod materiæ ſignatæ repugnat communicari, & quod primò ei repugnat: Primum probatur; quia materiam capacem huius quantitatis tantùm impoſsibile eſt plurificari, Secundum autem probatur: Illud conuenit primò materiæ ſignatæ, quod circumſcripto quocunque alio ſibi conuenit, & ipſa circumſcripta nulli alteri conuenit (ex primo poſteriorum:) ſed non communicari pluribus, vt vniuerſale particulari, circumſcripto quocumque alio exiſtente in ſubſtantia ſenſibili conuenit materiæ ſignatæ, & ipſa circumſcripta nulli alteri conuenit; ergo non communicari pluribus primò cõuenit materiæ ſignatæ inter omnia, quæ in ſubſtantia ſenſibili inueniuntur. Prima pars minoris probatur: quia, non poteſt intelligi materia ſignata communicabilis. Secunda pars patet exemplariter: nam circumſcripta à Sorte materia ſignatâ, certum eſt, quòd non remanet hic, neque eius forma remanebit hæc, neque ipſa materia.

Reſpondetur primò falſam eſſe maiorem loquendo de principio indiuiduationis, quo ad effectum diſtinctionis ab alijs indiuiduis eiuſdẽ ſpeciei, vt patet ex ſupradictis: Secundò, admiſſa maiori in bono ſenſu, negatur minor quo ad ſecundam partem: Ad probationẽ negatur minor, quo ad primam partem; ad probationem negatur cõſequentia: nam, licèt non poſſit intelligi materia ſignata; ideſt, capax huius quantitatis, quę materia ſit communicabilis; non habet tamen ex capacitate per ſe primò, quod non ſit communicabilis, ſiue diſtinguibilis in plura, ſed ex quantitate, à qua cauſatur capacitas; quod dictum ſit admittendo id, quod ait Caietanus; ſcilicet, incommunicabilitatem, & diſtinctionem indiuidualem ab eadem cauſa procedere; cuius tamen oppoſitum verum eſt.

Secundò: In ſubſtantia compoſita non ſunt, niſi materia, forma, & compoſitum ex his, & accidentia; Quæcunque autem indiuiduo accidunt, nullam aliam intrinſecã cauſam habent, niſi aliquid horum; ergo ad inueſtigandam indiuiduationis cauſam non oportet extra hæc vagari.

Reſpondetur: nos non vagari extra prædicta, quia ſtatuimus materiam, & quantitatẽ eſſe principia indiuiduationis.

Tertiò: Sunt plures auctoritates Ariſtot. & Cõment. ex quibus apparet euidenter apud eos omnem diſtinctionem, aut ex formis, aut ex quantitatibus oriri.

Reſpondetur, hoc argumentum probare noſtram ſeptimam concluſionem.

Contra alias concluſiones non ſunt argumenta alicuius momenti.

ARTICVLVS III.

Vtrum ſit idem Deus, quod ſua eſſentia, vel natura.

16 a. contra 42. & 45. Et opuſ. 3. cap. 10.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd non ſit idem Deus, quod ſua eſſentia, vel natura. Nihil enim eſt in ſe ipſo; ſed eſſentia, vel natura Dei, quæ eſt

A Deitas, dicitur eſſe in Deo; ergo videtur, quòd
Deus non ſit idem, quod ſua eſſentia, vel natura.

2 Præterea. Effectus aſſimilatur ſuæ cauſę; quia omne agens agit ſibi ſimile; ſed in rebus creatis nõ eſt idem ſuppoſitum, quod ſua 103
natura (non enim idem eſt homo, quod ſua hu 118
manitas) ergo nec Deus eſt idem quod ſua Deitas.

Contra: De Deo dicitur, quòd eſt vita, & nõ
ſolùm quod eſt viuens, vt patet Ioan. 14. Ego
ſum via, veritas, & vita. Sicut autem ſe habet
B vita ad viuentem, ita Deitas ad Deum; ergo
Deus eſt ipſa deitas.

Reſpõdeo. Dicendum, quòd Deus eſt idẽ,
quod ſua eſſentia, vel natura. Ad cuius intellectum
ſciendum eſt, quòd in rebus compoſitis
ex materia, & forma, neceſſe eſt, quòd differãt
natura, vel eſſentia, & ſuppoſitum, quia eſſentia,
vel natura comprehendit in ſe illa tantũ,
quæ cadunt in diffinitione ſpeciei: ſicut hu-
manitas comprehendit in ſe ea, quæ cadunt 170 D. 731.
in diffinitione hominis: his enim homo eſt ho
C mo: & hoc ſignificat humanitas: hoc ſcilicet,
quo homo eſt homo. Sed materia indiuidualis
cum accidentibus omnibus indiuiduantibus
ipſam non cadit in diffinitione ſpeciei:
non enim cadunt in diffinitione hominis hæ
carnes, & hæc oſſa, aut albedo, vel nigredo, 170 D. 1147.
vel aliqua huiuſmodi: vnde hæ carnes, & hæc 424
oſſa, & accidentia deſignantia hanc materiã
non concluduntur in humanitate; & tamen in
eo, quod eſt homo, includuntur; vnde id, quod
eſt homo, habet in ſe aliquid, quod non habet
humanitas; & propter hoc non eſt totaliter D. 461.
D idem homo, & humanitas; ſed humanitas ſi-
gnificatur, vt pars formalis hominis; quia prin
cipia diffinientia habent ſe formaliter reſpe- D. 466.
ctu materiæ indiuiduantis. In his igitur, quæ D. 417. D. 639.
non ſunt compoſita ex materia, & forma, in D. 731.
quibus indiuiduatio non eſt per materiam in- D. 1801.
diuidualem, ideſt, per hanc materiam, ſed ipſe
formæ per ſe indiuiduantur, oportet, quòd ip- D. 114.
ſæ formæ ſint ſuppoſita ſubſiſtentia; vnde in
eis non differt ſuppoſitum, & natura. Et ſic,
cùm Deus non ſit compoſitus ex materia, &
forma, vt oſtenſum eſt, † oportet quòd Deus Ar. præced.
E ſit ſua deitas, ſua vita, & quicquid aliud ſic de D. 1053.
Deo prædicatur.

Ad primum ergo dicendum, quod de rebus ſimplicibus loqui non poſſumus, niſi per modum compoſitorum, à quibus cognitionẽ accipimus; & ideo de Deo loquentes vtimur nominibus cõcretis, vt ſignificemus eius ſubſiſtentiam; quia apud nos non ſubſiſtunt, niſi compoſita: & vtimur nominibus abſtractis, vt ſigni-

ſignificemus eius ſimplicitatem. Quod ergo dicitur, deitas vel vita, vel aliquid huiuſmodi eſſe in Deo, referendum eſt ad diuerſitatem, quæ eſt in acceptione intellectus noſtri, & nõ ad aliquam diuerſitatem rei.

Ad ſecundum dicendum, quòd effectus Dei imitantur ipſum non perfectè, ſed ſecundum quòd poſſunt; & hoc ad defectum imitationis pertinet, quòd id, quod eſt ſimplex, & vnum, non poteſt repræſentari, niſi per multa: & ſic accidit in eis compoſitio, ex qua prouenit, quòd in eis non eſt idem ſuppoſitum, quod natura.

Ratio ordinis.

AD quamlibet naturam creatam, & indiuiduam, tria ordinatè cõſequitur, primò ſubſiſtẽtia, quæ eſt ratio rei, vt per ſe ſeparatim ſubſiſtat tanquam ſuppoſitum, vel hypoſtaſis; ad quam ſecundò conſequitur exiſtentia, quæ rei ſubſiſtenti per ſe primò conuenit. Tertiò naturaliter adueniunt proprietates, & accidentia, quæ compoſitionem faciunt cũ ipſa re accidentalem. Igitur Sanctus Thom. recto ordine poſt quæſitum de compoſitione ſubſtantiali ad ipſam naturam intrinſecè pertinẽte, quęrit, num Deus (quo nomine ſignificatur ſubſiſtens in natura diuina) ſit idem, quod ſua eſſentia, vel natura: de reliquis in ſequẽtibus ordinatè per ſingulos articulos tractaturus. Senſum huius quæſiti declarabimus in ſequenti controuerſia.

Forma Textus.

COncluſio eſt. Oportet, quòd Deus ſit ſua deitas, ſua vita, & ſi quid aliud ſic de Deo prædicatur. Probatur: In his quæ non ſunt compoſita ex materia, & forma, non differt ſuppoſitum à natura: At Deus non eſt compoſitus ex materia, & forma; ergo in eo nõ differt ſuppoſitum à natura. Minor patet ex præcedenti articulo. Maior probatur dupliciter. Primò: quia in his, quæ non ſunt compoſita ex materia, & forma, ipſæ formæ per ſeipſas indiuiduantur; ergo ſunt ipſa ſuppoſita ſubſiſtentia; ergo non differt in eis natura, & ſuppoſitum. Secundo probatur per illam regulam poſterioriſticam: Si affirmatio eſt cauſa affirmationis, & negatio erit cauſa negationis, & è conuerſo, hoc modo: In rebus compoſitis ex materia, & forma, ratio quare differant natura, & ſuppoſitum, eſt, quia ſuppoſitum includit aliquid ſcilicet materiam indiuidualem cum omnibus accidentibus, quam non includit natura: At in his, quæ non ſunt compoſita ex materia, & forma, ſuppoſitum, nõ includit materiam indiuidualem: ergo in his, quæ non ſunt compoſita ex materia, & forma, non differt ſuppoſitum à natura. Minor eſt euidens ex terminis. Maior manifeſtatur exemplo humanitatis, & hominis hoc modo: Nam humanitas, & homo ſic differunt, quòd humanitas includit in ſe ea tãtùm, quæ ſunt de diffinitione hominis; homo autem includit etiã principia indiuiduantia: At materia indiuidualis, non cadit in diffinitione hominis; ergo in rebus compoſitis ex

A *materia, & forma, differunt natura, & ſuppoſitum, quòd ſuppoſitum includit materiam indiuidualem, quã non includit natura. Maior probatur. Primò quo ad primam partem dupliciter. Primò ſic: Quæ cadunt in diffinitione hominis, ſunt ea, quibus homo, eſt homo: At humanitas ſignificat id, quo homo eſt homo; ergo. Secũdò; quia humanitas ſignificatur, vt pars formalis. nam principia diffinientia habent ſe formaliter reſpectu materiæ indiuiduantis. Secundò probatur ſecũda pars maioris; quia hæ carnes, & hæc oſſa includũtur in eo, quod eſt homo; ergo id, quod eſt homo, habet in ſe aliquid, quod non habet humanitas.*

B

Explicatio Textus.

Quo ſenſu accipiendum ſit nomen ſuppoſiti, & naturæ.

IN hoc diſcurſu S. Thom. quatuor ſunt explicãda. Primum eſt ſignificatum horum nominũ *ſuppoſitum, & natura.* Quę dupliciter ſumi poſſunt, vt hic notat Caietanus. Vno modo metaphyſicè, ideſt ſecundùm res ipſas, ſiue rerum rationes prædictis nominibus ſignificatas, abſtrahendo à modis ſignificandi in abſtracto, vel in concreto. Alio modo ſumi poſſunt logicè, ideſt quo ad modũ ſignificandi in abſtracto, vel in concreto; exempli
C gratia, humana natura, & ſuppoſitum eius, qui eſt Socrates, duobus modis accipi poſſunt: Vno mo[do] pro quidditate, & ratione propria, & reali humanæ naturæ, & pro re illa, ſiue ratione reali, quę eſt Sortes quocunq; modo ſignificentur, ſiue abſtractè, ſiue concretè. Alio modo prout concipiuntur, & ſignificantur per modum abſtracti, vel concreti; vt his nominibus, homo, & humanitas, Sortes, & ſorteitas. In præſenti loco loquitur D. Tho. de natura, & ſuppoſito in priori ſenſu: poſteriore verò vtitur, tãquam nobis notiori ad notificationem prioris. Sed præterea obſeruandum eſt diligenter ex Caietano tertia parte, quæſt. 4. articulo
D ſecundo Sanctum Thom. in hoc articulo non ſumere ſuppoſitum in ſua propria, & ſtricta ſignificatione, ſed ad ſenſum Philoſophi in ſeptimo metaphyſ. qui ait *in ſeparatis à materia non differre; quod quid eſt ab eo, cuius eſt*: ideſt naturam à ſuppoſito, cuius eſt natura. Loquitur enim de diſtinctione ſuppoſiti à natura tantum ſecundum principia naturæ, & indiuiduationis. Et quoniam non alia, ſed eadem omnino ſunt in ſeparatis à materia principia naturæ, & principia indiuiduationis; quia natura Angeli ſeipſa ſtatim eſt hæc, & non per aliqua principia limitantia, & determinantia naturam ſpecificam ad hãc naturam, ſicut
E contingit in materialibus; ideo philoſophus dixit, in ſeparatis à materia, non differre quodquid eſt ab eo cuius eſt, ideſt à natura, & ſuppoſito, accipiendo pro ſuppoſito indiuiduum, non autem hypoſtaſim propriè, & ſtrictè, prout ſignificat naturam hanc cum ſubſiſtentia, ideſt ſubſtantiã primam. Eodem itaque modo accepit S. Thom. ſuppoſitum in hoc articulo, eademq; ratione tractat de eius diſtinctione à natura, ſiue ab eſſentia, ſcilicet ſecundum principia naturæ, & indiuidui. Vnde

de S. Th. idem facit iudicium hoc in loco de Deo, & de Angelo, quo ad identitatem ſuppoſiti cum natura; neutrius enim natura cõtrahitur per principia indiuiduãtia;ſed ſeipſa indiuiduatur. Quid verò ſit ſuppoſitum propriè, & ſtricte ſumptum, declarabimus in ſequenti Controuerſia.

Diſtinguuntur, & explicantur modi differendi realiter, formaliter, & ſecundum rationem.

SEcundo loco explicandus eſt terminus ille *differunt* diſtinguendo modos differendi; ex quorum cognitione dependet, non tantùm præſentis doctrinæ notitia; ſed etiam multarum, tam metaphyſicalium, quàm Theologicarum quæſtionum ſolutio. Eſt igitur duplex rerum ab inuicem differentia, ſiue diſtinctio. Vna, realis, & altera rationis. Diſtinctio realis duplex eſt. Vna quæ eſt inter rem, & rem, vt inter Socratem, & Platonem, vel ẽt inter materiam, & formam, aut inter partes integrales totius, vel inter naturam, & ſubſiſtentiam, & exiſtentiam, vel etiam inter accidens, & ſubiectum. In vtroque enim extremo ſunt duæ res; vel omninò diſtinctæ, vt in primo exemplo; vel vt duę partes reales quidditate, aut entitate reali diſtinctæ, licèt conueniant in vno eſſe totius, vt in ſecundo, & tertio exemplo; vel conuenientes in vna entitate completa vltimo complemento; vt in quarto exemplo; vel conuenientes tantùm in vnitate ſubiecti, vel ſuppoſiti, vt ſubiectum, & accidens; in cæteris verò realiter omnino diſtinctæ. Altera eſt illa, quæ eſt inter includentem aliquid reale, & nõ includentem illud reale; & hæc duplex eſt. Nam quædam eſt inter includẽtem aliquid reale intrinſecè, & non includentem intrinſecè illud reale; ſicut homo differt ab animali, quia homo includit intrinſecè rationale, quod non includit animal; non enim rationale eſt de ratione animalis; Quædam autem eſt inter includẽtem aliquid reale extrinſecè, & non includentem illud; ſicut diſciplinabile, & homo, ſupponendo pro nunc, quod diſciplinabile, & homo ſint vna res, differunt, quia diſciplinabile includit extrinſecè diſciplinam, vt actum per quem diffinitur, quem non includit homo. Sed iterum diſtinctio, quæ eſt inter includentem aliquid reale intrinſece, & non includentẽ illud, duplex eſt. Vna, in qua id, quod intrinſecè includitur in ratione alterius, eſt aliquid realiter diſtinctum ab illa re, vel natura, cui ſuperadditur, ſicut principia indiuiduantia naturam realiter diſtinguuntur à natura. Nam hæc quantitas actualis non eſt idem, quod natura ſpecifica, cui ſuperadditur, & tamẽ dicitur includi intrinſecè in hoc indiuiduo, non ſimpliciter, ſed vt limitatiuum naturæ, vel etiam, vt hoc indiuiduum eſt, vt docet Ferrarienſ. primo contra gent. cap. 21. Alia diſtinctio eſt, in qua id, quod intrinſecè includitur in ratione alterius, non eſt realiter diſtinctum à re, cui ſuperadditur; ſicut rationale ab animali.

Diſtinctio verò ſecũdum rationem duplex eſt, vna ſecundum rationem ratiocinantem tantùm, quam facit intellectus ex ſuo modo intelligendi

Diſtinctio modorum differendi.

Diſtinctio realis quotuplex.

Diſtinctio ſecundum rationem quotuplex

A nullo reali fundamento præſuppoſito; ſicut cum dicitur Petrus eſt idem ſibi; vbi diſtinguimus Petrum à parte ſubiecti, & Petrum à parte prædicati, & comparamus eum ſibi metipſi. Cum verò comparatio non ſit, niſi inter diſtincta, huius diſtinctionis nullum eſt in re fundamentum, ſed potius oppoſitum; quoniam Sortes cum ſua vnitate fundat vnitatem, non autem diſtinctionem. hæc itaque diſtinctio eſt ex ſolo modo noſtro intelligẽdi; quoniam intelligimus componendo, & diuidẽdo. Altera eſt diſtinctio rationis ratiocinatæ; quæ quidem ea eſt, quæ actualiter fit per actionem intellectus, qui eãdem rem per diuerſos conceptus,

B aliquid reale ſignificantes apprehendit. Et hęc habet fundamentum in re proximum, ſcilicet vnam rem, quæ diuerſis conceptionibus correſpondet, & diuerſas propoſitiones verificat. Propria verò differentia inter hæc duo diſtinctionis rationis genera hæc videtur eſſe, vt diſtinctio ſecundum rationem ratiocinantem fiat per vnum, & eundem conceptum rei adęquatum, ſed multiplicatum, ſiuè repetitum; ſicut fit cum dico: Petrus eſt Petrus, vel eſt idem ſibi ipſi; idem enim eſt Petri conceptus adæquatus, qui multiplicatus, ſiue repetitus, ponitur, & loco ſubiecti, & loco prædicati. At diſtinctio ſecundum rationem ratiocinatam fit per

C diuerſos conceptus in vna, & eadem re fundatos, ſed eidem (ſi ſinguli ſumantur) inadæquatos, ſicut manifeſtè patet de conceptibus, quos de diuinis perfectionibus formamus, quorum nullus diuinæ rei, quæ vna in ſe realiter, & formaliter eſt, adæquatur.

Sed rurſus diſtinctio rationis ratiocinatæ ſubdiſtinguitur in eam, quæ habet fundamentum in re compoſita metaphyſicè ex eſſe, & eſſentia, & ex genere, & differentia, ſicut eſt quælibet res creata; & hoc modo diſtinguitur animal, & homo, ſiue animal, & rationale. Hanc diſtinctionem quidam Thomiſtæ appellant formalem formaliter, vel for-

D malem realem, ſiue actualem. Et ad hoc membrũ videtur poſſe reduci omnis illa diſtinctio, quã Scotiſtæ appellant formalem ex natura rei; qualis eſt vegetatiui, ſenſitiui, & intellectiui in anima rationali; & qualis eſt inter gradus formæ habentis latitudinem; ſicut inter gradus albedinis, vel caloris; & inter formam ſubſtantialem, & eius vnionẽ cum materia; & inter materiam, & eius vnionem cum forma. Huic diſtinctioni, valde proxima eſt illa, quæ eſt inter naturam, & ſuppoſitum, & inter eſſentiam, & exiſtentiam. Nam & ſuppoſitalitas, & exiſtentia ad vltimum rei, quæ verè, & ſimpliciter realis eſt extra cauſas ſuas, complementum

E pertinent. Quamobrem etiam ad genus rei ſubſiſtentis, & exiſtentis tãquam illius termini, actualitates, ſiuè complementa reducuntur. Sed quoniã hoc diſtinctionis membrum manifeſtam, præſertim in doctrina Thomiſtica, habet latitudinem, diſtinguendum videtur; nimirum extrema huius diſtinctionis dupliciter vniri poſſe. Vno modo, vt neutrum ab altero poſſit per quamcunque potentiam in vna, & eadem re indiuidua ſeparari, vno ſcilicet ſine altero permanente, ſicut patet

Diſtinctio rõnis rõcinatæ duplex.

Diſtinctio formalis formaliter vel formalis realis.

tet de rationali in Socrate, quod non poteſt ſeparari ab animali in eodem, neque è contra, ita vt alterum ſine altero in ſuo eſſe indiuiduo perſeueret, ſicut nec forma ſubſtantialis inferior anima intellectiua poteſt à ſua vnione cum materia ſeparari, aut è contra, ita vt eorum alterum ſine altero poſſit exiſtere; & idem dicendum eſt de gradibus vegetatiuo, ſenſitiuo, & intellectiuo in hoc indiuiduo, puta Socrate. Alio modo poſſunt extrema huius diſtinctionis ita coniungi, vt vnum eorum ſaltem ab altero ita valeat ſeparari, vt ſine eo in rerum natura permaneat; ſicut patet de calore intenſo vſque ad decimum gradum, ſi remittatur vſque ad ſeptimum, adhuc manebit cum ſeptem gradibus, tribus, qui præexiſtebant, corruptis; ſicut etiam humana Chriſti natura in Verbo propria caret ſubſiſtentia, & exiſtentia. Et eadem ratione poſſet diuina virtute quælibet humanitas, & ſubſtantialis natura à propria ſubſiſtentia, & exiſtentia ſeparari, & ad diuinam ſubſiſtentiam, & exiſtentiam aſſumi. Aliud verò principale mẽbrum diſtinctionis ſecundum rationem ratiocinatam, illud eſt, in quo hæc diſtinctio habet fundamentum in re ſimplicisſima, minimè compoſita ex natura, & ſuppoſito, eſſe, & eſſentia, genere, & differentia, qualis Deus eſt; qui propter ſuæ Deitatis eminentiam poteſt fundare diſtinctos conceptus vnam, & eandem rem repræſentantes, prout eminenter continet diuerſas perfectiones creaturarum.

Caiet. [illegible] virtualiter

Hanc Caietanus appellat diſtinctionem formalem, non formaliter, ſed virtualiter, vel eminenter; quia à parte rei nulla prorſus eſt diſtinctio, ſed ſumma ſimplicitas, vnitisſimè, quæ apud nos diſtincta ſunt, præhabens. Et hoc modo diſtinguuntur in Deo intellectus, & voluntas, eſsẽtia, & relatio, ſuppoſitum, & natura.

Quædam partes diſtinctionis realis coincidunt cum quibuſdam partibus diſtinctionis rationis. [partly illegible]

Ex dictis apparet primò quaſdam partes diſtinctionis realis coincidere cum quibuſdam partibus diſtinctionis ſecũdum rationem ratiocinatam. Nam diſtinctio realis, quæ eſt inter includẽtem aliquid reale intrinſece, & non includentem illud reale, coincidit cum diſtinctione rationis habente fundamentum in re compoſita metaphyſicè, vbi extrema talis diſtinctionis non ſunt in indiuiduo ſeparabilia, vt diximus de animali, & rationali in Sorte, & de gradibus vegetatiui, ſenſitiui, intellectiui in eodem indiuiduo. Neq; hoc mirum eſt; Quoniam ſm̃ diuerſas formales conſiderationes præcipuè fit prædictorum modorum diuiſio. Itaque eadem diſtinctio erit realis conſiderata realitate rei ſuperadditæ, puta rationalitatis ad animal præſuppoſita compoſitione metaphyſica, licet ambo non ſint duæ, ſed vna res; & eadem etiam erit diſtinctio rationis attenta identitate rei, quæ eſt rationalitas, cum illa, quæ eſt animalitas. Et eadem etiam videtur ratio de diſtinctione inter eandem formam intenſam, & remiſſam [illegible] inter gradus cuiuſuis formæ intenſibilis, & remiſsibilis, licet priores à poſterioribus ſint rei [illegible]ſa ſeparabiles. Secundò ſequitur diſtinctionem inter naturam, & ſuppoſitum, inter eſſe, & eſſentiam, licèt ſimpliciter in doctrina D. Thō. reales ſint, proximè tamen accedere ad illum diſtinctionis modum, quem Scotiſtæ vocant ex natura rei, nonnulli verò ex Thomiſtis formale formaliter, ſiue actualiter, & quidam ex modernis modalem, cum nec ſuppoſitalitas, nec exiſtentia propriè cum re componant, nec à re ſint prorſus extranea, ſed per propria rei principia conſtituantur, & ad idem rei genus, & ſpeciem, cuius ſunt vltimum complementum, reducantur.

Fonſeca lib. 5. Meth. capit. 6. quæſt. 6. multos ad libitum diſtinguit modos diſtinctionis tam realis, quam rationis, & ex natura rei.

Illa igitur propoſitio. *In rebus, quæ non ſunt compoſita ex materia, & forma, non differt ſuppoſitũ, & natura*, & ſimiliter illa. *In rebus compoſitis ex materia, & forma, neceſſe eſt, quòd differant ſuppoſitum, & natura*; intelligenda eſt de differentia, ſiue diſtinctione, quæ eſt inter includentem aliquid reale, intrinſecè, & non includentem illud, vt benè probat Caietanus; ſiue illud incluſum ſit quid realiter diſtinctum à natura, ſicut dictum eſt de quantitate actuali. Siuè tantùm formaliter, vt differentia indiuidualis.

Quomodo differant homo, & humanitas, & quomodo humanitas ſignificetur, vt pars formalis.

TErtiò explicanda eſt differentia inter hominem, & humanitatem de mente D. Thom. in præſenti articulo, in quo videtur variè loqui. Nã primò videtur, affirmare nullam eſſe differentiã inter hominem, & humanitatem dicens humanitatem comprehendere in ſe ea tantùm, quæ cadunt in diffinitione hominis, in cuius (inquit) diffinitione non cadunt hæ carnes, & hæc oſſa. Igitur idem ſunt homo, & humanitas. Sed infra videtur oppoſitum dicere, ſic enim ait. *Vnde id, quod eſt homo, habet in ſe aliquid, quod non habet humanitas, & propter hoc, non eſt totaliter idem homo, & humanitas; ſed humanitas ſignificatur, vt pars formalis hominis: quia principia diffinientia habent ſe formaliter reſpectu materiæ indiuiduantis*. Sed obſeruandum eſt, hoc nomen homo dupliciter ſumi poſſe. Vno modo, vt habet ſuppoſitionem ſimplicem, quatenus, ſcilicet ſignificat humanam ſpeciem, non quocunque modo, ſed vt totum quoddam diffinibile; & hoc modo includit tantum ea, quibus homo eſt homo, non autem has carnes, & hæc oſſa, quæ non ingrediuntur hominis diffinitionem: & in hoc ſenſu, idem eſt realiter, quod humanitas, non differens niſi modo ſignificandi. Alio modo poteſt accipi homo, prout habet ſuppoſitionem perſonalem, quatenus, ſcilicet ſupponit indiſtinctè pro ſingulis ſuppoſitis humanæ ſpeciei; & hoc modo verum eſt, quod ait Sanctus Thomas in ſecundo loco, videlicet, quod non eſt totaliter idem homo, & humanitas; quoniam hæ carnes, & hæc oſſa, & accidentia deſignantia hanc materiam,

non

Sylueſter malè impugnat eates.

non includuntur in humanitate, & tamen includuntur in eo, quod eſt homo. Et hinc patet Sylueſtrum ſine ratione arguere Caietanum, eo quod dixerit hominem, & humanitatem ſola ratione differre. Loquitur enim Caietanus cum D.Thom. de homine iuxta priorem acceptionem. Patet etiam illum abſque ratione ſolida impugnare differentiam realem, quæ eſt per incluſionem alicuius realitatis intrinſecè, & non incluſionem illius; iam enim oſtendimus, quo modo prædicta differentia poſſit dici realis.

Quō humanitas ſignificetur, vt pars formalis hominis.

Denique declarandum eſt, quomodo humanitas ſignificetur vt pars formalis, vt inquit S. Tho. Ad cuius euidentiam obſeruandum eſt, quod alio modo humanitas ſignificatur, vt pars formalis hominis, prout homo eſt totum quoddam diffinibile, & alio modo ſignificatur, vt pars formalis hominis, prout hic terminus homo habet ſuppoſitionem perſonalem. Nam priori modo ſumendo hominem, non eſt ſecundum rem eius pars humanitas, ſed tantùm ſecundum modum intelligendi, non habentem propriè in re ipſa fundamentũ, ſed tantum in modo noſtro intelligendi; qui, vt intelligimus illam rem, quæ eſt ſpecies humana ad modum ſubſtãtiæ completę, ſignificamus eam nomine concreto; vt verò intelligimus illam ad modũ formæ, non habẽtis ſcilicet materiam indiuidualem, ſignificamus eam nomine abſtracto. Sed poſteriori modo ſumendo hominem, quia in eo vera, & realis eſt compoſitio ex natura, ſiue ſpecie humana, & accidentibus indiuiduantibus eandẽ naturam, & conſtituentibus has carnes, & hæc oſſa, inter abſtractum, & concretum non eſt tantum differentia ex modo ſignificandi, ſed etiam ex re ipſa ſignificata. Et hinc oritur altera differentia.

Quō ſenſu ſit vera hæc prædicatio homo eſt humanitas.

Nam ſumendo hominem priori modo, hæc prædicatio eſt vera, & identica: homo eſt humanitas, & è conuerſo; ſumendo autem hominem poſteriori modo hæc eſt falſa: homo eſt humanitas. Et ratio eſt; quoniam in omni prædicatione importatur vnitas prædicati cum ſubiecto, vel ſimpliciter, vel ſaltem ſecundum quid. Nam, quãdo fit prædicatio concreti de concreto, ſignificatur vnitas ſimpliciter cum ipſo prædicato concreto habente formã, cum forma verò vnitas ſecundum quid. Quando verò prædicatur abſtractum de concreto, ſignificatur vnitas ſimpliciter inter ſubiectum, & formã prædicati. Exemplum primi; vt cum dico ſortes eſt albus, ſignifico ſortem eſſe vnum ſimpliciter cum habente albedinem, ſed cũ albedine eſſe tantum vnum per accidẽs, eo modo, quo ſubiectum, & accidens ſunt vnum per accidens; Exemplum ſecundi; cum dico ſortes eſt albedo, ſignifico ſortem, & albedinem habere inter ſe vnitatem ſimpliciter, quod falſum eſt; ex quo ſequitur, quòd quãdo forma, vel natura ſignificata in abſtracto, nõ eſt ſimpliciter eadẽ cum ſubiecto, ſiue ſuppoſito, de quo fit prædicatio, falſa ſemper eſt propoſitio; ſi vero ſit eadem, vera eſt prædicatio. Vnde ſicut hęc eſt vera: Deus eſt deitas propter identitatẽ naturæ cũ ſuppoſito, ita hæc eſt vera: homo eſt humanitas, ſumendo hominem, prout eſt totũ diffinibile; quia humanitas eſt idẽ ſimpliciter cũ homine

A ſic accepto. Si verò ſumatur homo, prout ſupponit perſonaliter, hęc eſt falſa; homo eſt humanitas; quia homo ſic ſumptus, non eſt idem ſimpliciter, quòd humanitas, cũ includat principia indiuiduantia.

Controuerſia vnica.

An hoc nomen Deus in hoc articulo ſumendum ſit pro concreto ſpecifico, vel pro indiuiduo diuinæ naturæ, ideſt pro hoc Deo, aut pro ſuppoſito diuino, quod prædicatur de tribus.

Sententiæ expoſitorum.

B DE hoc quæſito quatuor ſunt ſententiæ. Prima eſt Caietani dicentis hoc nomen Deus hoc in loco non ſupponere pro ſuppoſito, ſed pro concreto diuinæ naturæ, nõ ſpecifico, ſed indiuiduali, ideſt pro hoc Deo, ſiue pro hoc habente Deitatem. Eandem ſententiam ſequitur Ferrarienſis in primo contra gent. capitulo 31. licèt alij aliter illum ſenſiſſe crediderint non benè ponderantes illius verba. Secunda ſententia eſt, hoc nomen Deus ſumẽdum eſſe tribus modis prædictis, videlicet pro concreto ſpecifico, & indiuiduali, & pro ſuppoſito indiſtinctè; ita Sylueſter, quẽ ſequitur Franciſcus Zumellus. Tertia ſententaia eſt, dictionem illam Deus hic ſumi pro concreto indiuiduali, & pro ſuppoſito. hæc videtur eſſe Banneſij ſuper hoc artic. dubio tertio. Quarta ſententia eſt Gregorij de Valentia, dicentis hoc vocabulũ Deus ſignificare quoddam ens primum, abſolutum, ſubſiſtẽs, perfectiſſimum, & completiſſimum, qđ non eſt vnum ſuppoſitum, ſed eſt vnum quoddam identificans ſibi tria ſuppoſita reſpectiua, quibus ſubſiſt. indiuiduè, ita vt illud nullam habeat ſubſiſtentiam, niſi eam, quæ eſt trium perſonarum.

Caiet. Ferrarien. Sylueſter. Zumel. Bannes. Valentia

Reſolutio.

D *Poſſe hoc nomen Deus ſumi pro concreto ſpecifico, & pro concreto indiuiduali; & hoc poſteriori modo multipliciter.*

Hoc nomẽ Deus tripliciter ſumitur.

AD propoſitæ difficultatis euidentiam, notandum eſt primo ex Caietano ſuper hoc articulo, & habetur ex ipſa forma quæſiti, tribus modis ſumi poſſe hoc nomen Deus. Primò, quantenus ſignificat concretum quaſi ſpecificum diuinæ naturæ, videlicet habens Deitatem; quemadmodum hoc nomẽ homo ſignificat habens humanitatẽ. Secundo, vt ſignificat eiuſdem diuinæ naturæ concretũ indiuiduale, ideſt hunc habentẽ Deitatem, i. hunc Deum. Tertio, vt ſignificat hunc incommunicabiliter habentẽ Deitatem, ideſt hanc E perſonã diuinam incommunicabiliter exiſtẽtem.

Homo ſimpliciter .ſ. ſpecificè, & in indiuidualiter.

Secundò aduertendum eſt naturam quamlibet poſſe concipi, & nominari in cõcreto, & in abſtracto; vt homo, & humanitas, Deus, & Deitas. Concretum autem cuiuſuis naturæ dupliciter ſumi poteſt: Vno modo ſpecificè: Alio modo indiuidualiter; exempli gratia, homo ſumitur ſpecificè, cũ accipitur, vt quid cõe ꝑdicabile de pluribus, & eadẽ ratione Deus ſpecificum nomẽ eſt, cũ intelligẽdo Deum ipſum ad modum naturarum materialium

illum concipimus ad modum ſpeciei prędicabilis de pluribus Dijs; quæ communitas nullum habet in re fundamentum, ſed in ſolo noſtro intelligendi modo, vt docent S. Tho. & Caietan. infra quęſtione 13. art. 9. & de ente, & eſſentia c. 6. Sumitur autem indiuidualiter hoc nomen homo, cum accipitur pro hoc habere humanitatem; & codé modo Deus nomen eſt indiuiduale, cum ſumitur pro hoc habente Deitatem. Poſſe autem Deum ita ſumi, pluribus argumentis probari poteſt, ſed duo præſenti ſufficient inſtituto. Primum eſt: Omne abſtractum in diuinis ſuum habet concretum, à quo non differt, niſi in modo ſignificandi; at in diuinis inuenitur hęc Deitas; ergo etiam inuenitur hic Deus. Secundum eſt tale: In diuinis inuenitur Deus vnus numero comunis Patri, & Filio, & Spiritui ſancto; Ergo etiam inuenitur hic Deus communis Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Conſequẽtia probatur; quoniam pronomen hic, ęquipollet his terminis, vnus numero, qui eandem addunt ſignificationem ad nomen Deus. Differunt tamen concreta cęterarum naturarum ab hoc concreto Deus, quod in alijs non diſtinguitur formaliter indiuiduum naturæ in concreto à ſuppoſito. Nam hic homo idem eſt formaliter, quod humanũ ſuppoſitum, & è cõtra; at in Deo diſtinguitur formaliter indiuiduum naturæ in concreto, ſcilicet hic Deus, à ſuppoſito, vel ſuppoſitis diuinis, ſ. Patre, & Filio, & Spiritu ſancto. Cuius ratio eſt: quoniã hic Deus eſt ſimul terminus ſingularis, & cõis ſm̃ tribus perſonis; dicitur ſingularis, quia non prædicatur de pluribus Dijs; dicitur cõis, quia prædicatur de tribus ſuppoſitis, quæ non ſunt plura indiuidua Deitatis, ſed vnus numero Deus. Radix huius differentiæ eſt: quoniam in diuinis duplex reperitur ſubſiſtentia formaliter loquendo, vna eſſentialis, altera perſonalis. Nam, cum ratio ſubſiſtentis ſit ratio habentis naturam, & in diuinis inueniatur habés naturam dupliciter; vno modo communicabiliter, vt hic Deus; alio modo incommunicabiliter, vt hæc perſona, puta Pater, vel Filius, vel Spiritus ſanctus, quod in cęteris naturis non contingit, ſequitur in Deo ſolo duplicem formaliter reperiri ſubſiſtentiam, ſcilicet eſſentialẽ, & perſonalem, & in eo ſolo diſtingui indiuiduum naturæ in concreto à ſuppoſito. Nec propter hoc tamen ponitur in diuinis quaternitas; quoniam hic Deus non ponit in numerum cum Patre, Filio, & Spiritu ſancto, ſed eſt idem cum illis realiter, & formaliter à parte rei; licet ſm̃ modum noſtrũ intelligendi fundatum in re illa eminentiſſima differant formaliter; ſicut nec etiam ſubſiſtentia eſſẽtialis alia eſt ſecundũ rẽ à ſubſiſtentia perſonali.

S. Tho. Caiet.

Hoc nomẽ Deus põt ſumi pro hoc habente deitatẽ.

Subſiſtentia in diuinis duplex.

Tertiò obſeruandum eſt cum Caietano, quòd hoc indiuiduum naturæ diuinę in concreto poteſt ſumi duobus modis: vno modo, vt ſtat pro natura ſingulari ſubſiſtente pręciſe: alio modo, vt ſtat primò pro natura ſingulari ſubſiſtente: ſed ſecundariè ſupponit pro ſuppoſitis indiſtinctè. Et rurſus, vt ſtat pro natura ſubſiſtente præciſe, dupliciter ſumi poteſt: Vno modo, vt abſtrahit à ſuppoſitis præciſiuè, ſcilicet per primam operationem intellectus. Alio modo, vt ab eiſdem abſtrahit negatiuè, ſcilicet per ſecundam operationem intellectus negantem vnum ab alio; ſicut Iudæi, & Pagani intelligunt, & enunciant Deum eſſe per ſe ſubſiſtentem incommunicabiliter abſque perſonarum pluralitate. Sed in propoſito noſtro ſumendo hunc Deum abſtrahendo à ſuppoſitis priori modo, ſcilicet præciſiuè, licèt ſecundum veritatem, non ſit ſuppoſitum, æquiualet tamen ſuppoſito, quo ad conditiones tractatas in hoc articulo, videlicet, quo ad diſtinctionem, vel identitatem cum natura. Nam ad illam comparatur, vt habens ad habitum, vt quod eſt, ad quo eſt, & vt ſubſiſtens ad naturam, in qua ſubſiſtit. Et ideo in præſenti tractatu de abſolutis vtimur hoc indiuiduo, tanquam ſuppoſito diuinę naturę; quoniam, vt diximus, idẽ eſt de eo iudicium quo ad diſtinctionem, vel idẽtitatem cum natura, ſicut de ſuppoſito.

Indiuiduũ diuinæ naturæ in concreto multipliciter ſumitur.

Explicatur diffinitio ſuppoſiti aſsignata à Caietano.

POſtremò notanda eſt diffinitio ſuppoſiti aſſignata à Caietano, videlicet *Suppoſitum eſt ſubſtantia, completa, indiuidua, ſubſiſtens, incommunicabiliter*. In qua diffinitione ſunt quinque conditiones. Prima eſt; quòd ſit ſubſtantia, per quam diſtinguitur ab accidentibus, quæ non poſſunt habere rationem ſuppoſiti. Nam ſuppoſitum dicit aliquid per ſe exiſtens; accidentia verò alteri inhærent. Secunda eſt: quòd ſit completa; per q̃ diſtinguitur à partibus; quæ, ex hoc ipſo, quod partes ſunt, non habent eſſe completũ, ſed pertinent ad complementum totius. Tertia eſt: quòd ſit indiuidua, per quam diſtinguitur à ſpecie, quæ nõ eſt indiuidua, cum prædicetur de pluribus; ſuppoſitum autem eſt indiuiduum, ideſt, incommunicabile, quia includit principia indiuiduantia. Quarta eſt: quòd ſi ſubſiſtens, per quam diſtinguitur ab humanitate Chriſti, quæ habet omnes prædictas conditiones, præter hanc quartam; non enim eſt ſubſiſtens per ſe, ſed per aliud, ſcilicet, per ſubſiſtentiam Verbi. Hanc conditionem S. Tho. in tertia parte, quæſt. 2. articulo ſecundo, ad tertium ſignificauit dicens, nõ quodlibet indiuiduum ſubſtántiæ rationalis eſſe perſonam, ſed quod per ſe ſeparatim exiſtit. Vbi notat Caietanus, cuilibet ſubſtantiæ ſiuè ſit totum, ſiuè ſit pars, conuenire per ſe exiſtere, ideſt, non in alio tanquam in ſubiecto; ſed per ſe ſeparatim exiſtere nec conuenit parti, quia exiſtit in alio perfectiori, ſcilicet in toto; nec conuenit naturæ completæ ſubſiſtenti in aliena perſona, qualis eſt humanitas Chriſti, quæ non exiſtit ſeparatim à Verbo Dei, ſed in Verbo Dei; à quo, ſi ſepararetur, per ſe ſeparatim exiſteret; ſicut etiam pars, ſi ſepararetur à toto. Poſtrema particula eſt, incommunicabiliter, per quam diſtinguitur à diuina eſſentia, quæ communis eſt tribus perſonis, ſiue accipiatur in abſtracto, vt Deitas, ſiue in concreto, & ſingulariter, vt hic Deus; prædicatur enim de Patre, & Filio, & Spiritu ſancto. Eſt ergo tota diffinitio; ſuppoſitum eſt ſubſtantia completa, &c.

S. Thom.

Caietanus.

Con-

Digitized by Google

Concluſiones deductæ, & probatæ.

Hic ſumitur hoc nomen Deus, vt ſignificat hunc Deum.

PRima Concluſio. Hoc nomen Deus in præſenti articulo ſumitur, vt ſignificat concretum, indiuiduale diuinæ naturæ, .deſt nunc Deu. Probatur primo ſic: Non ſumitur hoc nomẽ Deus, vt ſignificat concretum ſpecificum, neque, vt ſupponit pro ſuppoſito; ergo. Antecedens probatur primò, quo ad primam partem. Quoniam id, pro quo ſupponit hic terminus Deus, claudit in ſe principia indiuiduantia, inquantum indiuiduantia ſunt, vt patet ex corpore articuli. At Deus ſpecificè ſumptus non claudit in ſe principia indiuiduantia; ergo. Secundò probatur idem Antecedens quo ad B ſecundam partem. Primò: quoniam hic nulla fit mentio de perſonalibus. Secundò: quia in hoc ſenſu præſupponit multa determinanda. Tertiò: quia hoc pertinet ad aliud ſpeciale quæſitum, de quo infra quæſtione 39. artic. primo. Secundò probatur concluſio à conditionibus, quæ conueniunt huic termino Deus, vt ſtat pro hoc Deo; quæ ſunt tres; duæ in re, & tertia in opinione Phyloſophorum. Prima conditio realis eſt negatiua: quod ſcilicet non ſignificat ſuppoſitum diuinæ naturæ, vt probauimus. Secunda eſt affirmatiua: quòd æquiualet ſuppoſito, quo ad habitudinem identitatis, C vel diſtinctionis à natura, vt ſupra diximus. Tertia conditio eſt, ſecundùm philoſophorum ſententiam, & naturalem humanæ rationis facultatem non poſſe accipi hoc nomẽ Deus ſingulariter, niſi vt ſtat pro ſuppoſito diuinæ naturæ. Nam humana ratio ducta lumine naturali non poteſt cognoſcere, immò nec ſuſpicari hunc Deum ſingularem tribus perſonis eſſe communicabilem. Quamobrẽ cum cęteras habeat conditiones ad ſuppoſitum requiſitas, meritò accipitur pro ſuppoſito ſtando infra limites luminis naturalis, & ideo nuncupari ſolet hic Deus ſuppoſitum Metaphyſ. vt hic etiam notat Ianellus. Tertiò probatur concluſio, ex modo loquendi S. Thom. Nam animaduertens S. Tho. D huic concreto ſingulari Deitatis conuenire primã conditionem negatiuam, quod videlicet ſecundũ rem non eſt ſuppoſitum, cum in ſpeciali de Deo loquitur, nominat Deum, & Deitatem, nunquam verò ſuppoſitum; ex alia verò parte conſiderans reliquas duas conditiones eidem conuenire, loquens in communi de diſtinctione ſuppoſiti à natura, nominat ſuppoſitum, & quæſitum præſentis articuli ex communibus regulis diſtinctionis, vel identitatis ſuppoſiti cum natura determinat.

Concl. pro ſecunda ſẽtentia.

Secunda concluſio. Probabile eſt Deum hic ſumi tribus modis prædictis; videlicet, pro concreto ſpecifico; & pro cõcreto indiuiduali, & pro ſup E poſito. Probatur: & primò, quòd ſupponat ꝓ Deo ſpecificè. Primò ex forma quęſiti: Quæritur enim, vtrum ſit idem Deus, quod ſua eſſentia, vel natura; non autem, vtrum hic Deus, &c. Secundò: quia, cum loquitur S. Doct. de homine, & humanitate, loquitur de homine, vt eſt concretum ſpecificum; ergo etiam de Deo loquitur, vt eſt concretum ſpecificum. Quod autem ſupponat pro hoc Deo, probatur à Syluestro; quoniam non poteſt ſupponere

Syluest.

A pro concreto ſpecifico, quin etiam ſupponat pro hoc Deo; quoniam dictio hæc, Deus, eſt ſimul terminus cõmunis, & ſingularis. Quod vero ſtet pro ſuppoſito, probatur. Primo ex principio quæſtionis, vbi enumerantur quærenda; ſic enim ait S. Th. *Tertio: vtrum ſit in Deo compoſitio quidditatis, ſiue eſſentiæ, vel naturæ, & ſubiecti*: ſubiectum autem naturæ idem eſt, quod ſuppoſitum. Secundò; quoniã applicando ad ſubſtantias immateriales, inter quas eſt Deus, vtitur nomine ſuppoſiti; addit autem Syluester, dictionem Deus non ſtare pro ſuppoſitis, niſi indeterminatè, ſicut hic terminus homo; ſignificat enim (inquit) ſuppoſitum determi- B natum in natura ſpeciei, ſed non in ſingularitate. Tertiò probatur; quoniam ſemper hic terminus Deus, (vt inquit Capreolus, & S. Thom.) ſtat ſecũdariò ꝓ perſonis indeterminatè, licet primo ſupponat pro natura in concreto. Poterit ergo ſumi hoc nomen Deus abſolutè, non curando, an ſtet pro concreto ſpecifico, vel indiuiduali, vel pro ſuppoſitis; cum eadem, quouis modo ſumatur, ſit ratio diſtinctionis à natura, vel identitatis cum ea. Ex his apparet tam ſecundam, quàm tertiam ſententiam eſſe veriſimilem.

S. Tho. *Syluester.* *Capreol. S. Tho.*

Tertia Concluſio. Quarta ſententia, nullo modo poteſt ſuſtineri, nec ſecundùm veritatem, nec ſecũ- C dùm mentem D. Thomæ. Probatur: Quia ſubſiſtere per ſe primò conuenit eſſentię diuinæ, & per eã perſonis; non enim diuina eſſentia mendicat ſubſiſtentiam à perſonis; ſed confert eam illis, ſicut & cęteras perfectiones ſimpliciter: Nec tamen propter hoc eſſentia eſt ſuppoſitum, ob defectum vltimæ conditionis, quæ eſt incommunicabilitas. Videndus eſt de hac re Caietanus infra quæſt. 39. articulo primo, & tertia parte, quæſt. 4. articulo ſecundo; non enim eſt hic locus de hac materia latius diſſerendi.

Refutatur quarta ſententia. *Caiet.*

Supereſt poſtremò reſpondere ad argumenta, quæ videntur militare aduerſus prædictas tres no- D ſtras Concluſiones.

Reſpondetur Argumentis.

Syluester.

AD primum Syluestri, quo probat Deum ſumi pro concreto ſpecifico, negatur conſequẽtia; & ratio eſt; quoniam licèt D. Thom. non nominet hic Deum, in corpore tamen affirmat Deum includere principia indiuiduantia, vt indiuiduantia ſunt.

Ad ſecundum negatur conſequentia propter eandem rationem; Et præterea hoc nomen Deus ſimpliciter ſupponit pro hoc Deo; ex adiuncto ve- E rò ſupponit perſonaliter. Hoc vero nomen homo, abſolutè ſupponit perſonaliter; ex adiuncto verò habet ſuppoſitionem ſimplicem, vt dicendo homo eſt ſpecies, & facit propoſitionem ſingularẽ. Videndus eſt Caietanus in q. 39. art. 4.

Caiet.

Ad alia argumenta probantia hoc nomẽ Deus ſumi ſaltem ſecundario pro ſuppoſitis, patet quid dicendum ex dictis in probatione primæ concluſionis. Et poteſt addi ex Caietano in dicto artic. quarto, quòd, licèt hoc nomen *Deus* poſſit ſuppo-

ære determinatè, vel indeterminatè pro perſonis, non tamen actu vnquam determinatè ſupponit, niſi ex adiuncto notionali, vel aliquo ſimili.

Ad argumenta, quæ probant primam cõcluſionem, & militant contra ſecundam, reſpondetur: & ad primum negatur Antecedens. Ad primam probationem primæ partis, negatur minor; nam Deus ſpecificè ſumptus claudit in ſe principia indiuiduantia implicitè, ſicut etiam homo ſpecificè ſumptus. Ad probationem ſecundæ partis eiuſdẽ Antecedentis, ad primam negatur conſequentia; nam non erat neceſſe facere hic aliquam mentionem de perſonalibus; quoniam S. Thom. loquitur hic de diſtinctione diuini ſuppoſiti à natura tantùm ſecundùm communia ſibi, & cęteris ſubſtantijs immaterialibus, tractaturus deinde proprio loco de diſtinctione perſonæ ab eſſentia, ex proprijs perſonarum, & eſſentiæ: & per hoc patet ad ſecundam, & tertiam probationem. Ad ſecundam probationem principalem eiuſdem primæ concluſionis Syluester negaret conſequẽtiam: nam, licet per illam probetur illam primam concluſionem eſſe veriſimilem, non tamen poteſt concludi excluſio diuini ſuppoſiti, cum præſertim ſecundum ſententiam Capreoli ſemper implicitè ſupponatur per hoc nomen Deus.

Argumenta contra tertiam concluſionem aſſumunt falſum, videlicet non dari ſubſiſtentiam eſſentialem in diuinis. De qua videndus eſt Caietanus locis allegatis.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum in Deo ſit idem eſſentia, & eſſe.

17 1. diſt. 8 q. 1 art. 1. Et 1. con. c. 22 & 25. et lib. 2. c. 51. Et lib. 4. c. 11. tex 4. Et po q. 7. artic 2. Et quol 3 q. 3 Et opuſ 3 c. 11. 12. & 109.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd in Deo non ſit idem eſſentia, & eſſe. Si enim hoc ſit, tunc ad eſſe diuinum nihil additur: ſed eſſe, cui nulla ſit additio, eſt eſſe commune, quod de omnibus prædicatur, ſequitur ergo, quòd Deus ſit ens commune prædicabile de omnibus; hoc autem eſt falſum, ſecundùm illud Sapien. 14. Incommunicabile nomen lignis, & lapidibus impoſuerũt; ergo eſſe Dei non eſt eius eſſentia.

2 Præterea. De Deo ſcire poſſumus an ſit, vt ſupra dictum eſt, non autem poſſumus ſcire quid ſit; ergo non eſt idem eſſe Dei, & quod quid eſt eius, ſiue quidditas, vel natura.

Lib. 6. in fo 2 a prin lib 1. Sed contra eſt, quod Hilar. † dicit in ſexto, de Trinit. Eſſe non eſt accidens in Deo, ſed ſubſiſtens veritas; id ergo, quod ſubſiſtit in Deo, eſt ſuum eſſe.

Ar. preced Reſpondeo. Dicendum, quòd Deus non ſolùm eſt ſua eſſentia, vt oſtenſum eſt, ſed etiam ſuum eſſe: quod quidem multipliciter oſtendi poteſt.

Primò quidem, quia quicquid eſt in aliquo, quod eſt præter eſſentiam eius, oportet eſſe

A cauſatum, vel à principijs eſſentiæ, ſicut accidentia propria conſequentia ſpeciem, vt riſibile conſequitur hominẽ, & cauſatur ex principijs eſſentialibus ſpeciei, vel ab aliquo exteriori, ſicut calor in aqua cauſatur ab igne. Si igitur ipſum eſſe rei ſit aliud ab eius eſſentia, neceſſe eſt, quòd eſſe illius rei, vel ſit cauſatum ab aliquo exteriori, vel à principijs eſſentialibus eiuſdem rei. Impoſſibile eſt autem, quòd eſſe ſit cauſatum tantum ex principijs eſſentialibus rei: quia nulla res ſufficit, quod ſit ſibi cauſa eſſendi, ſi habeat eſſe cauſatum. Opor-
B tet ergo, quòd illud, cuius eſſe eſt aliud ab eſſentia ſua, habeat eſſe cauſatum ab alio: hoc autem non poteſt dici de Deo, quia Deum dicimus eſſe primam cauſam efficientem; impoſſibile eſt ergo, quòd in Deo ſit aliud eſſe, & aliud eius eſſentia.

Secundò, quia, eſſe eſt actualitas omnis formæ, vel naturæ, non enim bonitas, vel humanitas ſignificatur in actu, niſi prout ſignificamus eam eſſe; oportet igitur, quòd ipſum eſſe comparetur ad eſſentiam, quæ eſt aliud ab ipſo, ſicut actus ad potentiam; cùm igitur in
C Deo nihil ſit potentiale, vt oſtẽſum eſt ſupra; ſequitur, quòd non ſit aliud in eo eſſentia, quã Q
ſuum eſſe; ſua igitur eſſentia eſt ſuum eſſe.

Tertiò, quia ſicut illud, quod habet ignem, & non eſt ignis, eſt ignitum per participationem; ita illud, quod habet eſſe, & non eſt eſſe, eſt ens per participationem. Deus autem eſt ſua eſſentia, vt oſtenſum eſt: † ſi igitur non ſit ſuum eſſe, erit ens per participationem, & nõ per eſſentiam; non ergo erit primum ens; quod Ar ius
abſurdum eſt dicere. Eſt igitur Deus ſuum eſſe, & non ſolùm ſua eſſentia.

D Ad Primum ergo dicendum, quod aliquid, cui non ſit additio, poteſt intelligi dupliciter; D.
vno modo, vt de ratione eius ſit, quòd nõ fiat ei additio; ſicut de ratione animalis irrationalis eſt; vt ſit ſine ratione. Alio modo intelligitur aliquid, cui non ſit additio, quia non eſt de ratione eius, quòd ſibi fiat additio. Sicut animal commune eſt ſine ratione, quia non eſt de ratione animalis communis, vt habeat rationem; ſed nec de ratione eius eſt, vt careat ratione. Primo igitur modo, eſſe ſine additio-
E ne, eſt eſſe diuinum. Secundò modo eſſe ſine additione, eſt eſſe commune.

Ad ſecundum dicendum, quòd eſſe dupliciter dicitur; vno modo ſignificat actum eſſendi; alio modo ſignificat compoſitionem propoſitionis, quã anima adinuenit, coniungens prædicatum ſubiecto. Primò igitur modo accipiendo eſſe, non poſſumus ſcire eſſe Dei, ſicut nec eius eſſentiam, ſed ſolùm ſecundo modo. Scimus enim, quod hæc propoſitio, quam

quam formamus de Deo, cum dicimus, Deus eſt, vera eſt, & hoc ſcimus ex eius effectibus, vt ſupra dictum eſt. Q. 2. art. 1.

Senſus quæſiti.

Senſus quęſiti. Eſſe ſumitur tripliciter.

AD intelligentiam huius quæſiti tria ſunt annotanda; primum eſt eſſe ſumi tribus modis. Primò pro quidditate, ſiuè eſſentia; quæ ſolet appellari eſſe eſſentiæ per conſtructionem intranſitiuam; quo ſenſu etiam dicimus diffinitionem explicare, quid eſt eſſe rei. Secundò ſumitur eſſe, vt ſignificat cõpoſitionem propoſitionis, quam anima adinuenit inter ſubiectum, & prædicatum, vt docet S.Thom. hic in reſponſione ad ſecundũ. Tertiò modo accipitur eſſe pro actuali exiſtentia; & hoc vltimo modo hic ſumitur à D. Thom. Secundum eſt, eſſe exiſtentiæ dupliciter ſumi poſſe; vno modo in actu ſignato, alio modo in actu exercito. Priori modo ſignificatur hoc nomine exiſtentia, vel eſſe. Poſteriori modo per verbum exiſtit, vel eſt; vt cum dico, Petrus exiſtit, vel eſt, aut Deus exiſtit, vel eſt. Quamuis eſſe in præſenti quæſito vtroque modo ſumi poſſit, proprie tamen, & præcipuè videtur priori modo ſumi, ſecundariò autem poſteriori modo. Cuius ratio eſt; quoniam ex proprijs, & intimis rationibus eſſe, & eſſentiæ probatur eorum identitas in Deo, quod eſt conſiderare vtrumque in actu ſignato. Tertium eſt, illud pronomen idem; quod poteſt duo ſignificare, ſcilicet ſolam identitatem ſecundum rem, eo modo, quo nonnulli Thomiſtæ dicunt idem eſſe realiter fundamentum cum relatione, ſed diſtingui proprijs rationibus formalibus, & quidditatiuis; poteſt ẽt ſignificare identitatem realem cum incluſione vnius, videlicet eſſe in ratione alterius, ſcilicet eſſentiæ, ſicut rationale idem eſt cũ homine, & includitur in eius diffinitione. Hic accipitur hoc vocabulum idem directè, & principaliter in priori ſenſu; vt patet ex duabus primis rationibus, quibus probatur concluſio; ſecundariò tamen accipitur in poſteriori ſenſu, vt patet ex tertia ratione, & reſponſione ad ſecundum adiuncta interpretatione Caietani.

Eſſe exiſtẽtiæ dupliciter.

Forma Textus.

COncluſio eſt. Deus non ſolum eſt ſua eſſentia, ſed etiam ſuum eſſe. Probatur tripliciter; Primò. Neceſſe eſt, quòd illud, cuius eſſe, eſt aliud ab eſſentia ſua, habeat eſſe cauſatum ab alio, ſed Deus non habet eſſe cauſatum ab alio; ergo. Minor probatur: Deus eſt prima cauſa efficiens, ergo non habet eſſe cauſatum ab alio. Maior probatur: Eſſe, quod eſt aliud ab eſſentia rei, neceſſe eſt, quod ſit cauſatum, vel ab aliquo exteriori, vel à principijs eſſentialibus eiuſdem rei: At impoſſibile eſt, quòd eſſe ſit cauſatum tantum à principijs eſſentialibus rei; ergo eſſe, quod eſt aliud ab eſſentia, eſt cauſatum ab alio. Minor probatur: quia nulla res ſufficit, vt ſit ſibi cauſa eſſendi. Maior huius argumenti probatur: Quidquid eſt in aliquo, quod ſit præter eius eſſentiam, oportet eſſe cauſatum, vel à principijs eſſentiæ, vel ab aliquo exteriori; ergo eſſe, quod eſt aliud ab eſ-

A *ſentia rei, neceſſe eſt, quòd ſit cauſatum, vel ab aliquo exteriori, vel à principijs eſſentialibus eiuſdem rei. Antecedens manifeſtatur quo ad primam partem exemplo accidentis proprij, & ſpecialiter exemplo riſibilis, quo ad ſecundam exemplo caloris in Aqua.*

Secundò eſſe, quod eſt aliud ab eſſentia, comparatur ad illam, ſicut actus ad potentiam: At in Deo nulla eſt potẽtia; ergo. Maior probatur: Eſſe eſt actualitas omnis formæ, vel naturæ; ergo comparatur ad eam, vt actus ad potentiam. Antecedens probatur: quia Bonitas, vel humanitas, non ſignificatur in actu, niſi prout ſignificamus eam eſſe.

Tertiò: illud, quod habet eſſe, & non eſt eſſe per eſſen- B *tiam, eſt ens per participationem: At Deus non eſt ens per participationem; ergo eſt ſuum eſſe per eſſentiam; ergo ſua eſſentia eſt ſuum eſſe. Maior probatur exemplo illius rei, quæ habet ignem, & non eſt ignis, quæ eſt ignita per participationem. Minor probatur: quoniam ſequeretur Deum non eſſe primum ens.*

Prima Dubitatio.

An aliqua res ſit ſibi ſufficiens cauſæ eſſendi.

Affertur ratio dubitandi, refertur ſententia Banneſij, & confutatur.

C

DVbitatur primo de veritate illius propoſitionis. *Nulla res ſufficit, vt ſit ſibi cauſa eſſendi.* Videtur enim falſa. Nam homo eſt ſufficiens cauſa riſibilitatis, & ſol luminis; ergo pari ratione erit ſufficiens cauſa ſui eſſe. Antecedens patet. Cõſequentia probatur, quoniam, ſicut lux cauſatur à Deo, vt prima cauſa, & nihilominus cauſatur etiã à Sole, vt cauſa ſufficiente, ſic etiam, licet eſſe cauſetur à Deo, vt prima cauſa, pendebit tamen ab eſſentia tanquam à cauſa ſufficiente. Reſpondet Dominicus Bannes negando conſequentiam; Ad Bannes. D probationem ait non eſſe ęqualem rationem de luce reſpectu Solis, vel de riſibilitate reſpectu hominis, & de eſſe reſpectu eſſentiæ. Nam illa ſupponũt ſubiectum, à quo cauſantur, ſaltem prius natura eſſe in rerum natura, ac propterea ab ipſo tanquã à cauſa ſufficienti poſſunt emanare; At eſſe non præſupponit eſſentiam in rerum natura; atq; ideo non ſupponit ipſam eſſe cauſam; & propterea non poteſt eſſe dependere ab eſſentia, tanquam à cauſa ſufficienti; ſed ea ratione tantũ dicitur eſſe cauſa ipſius eſſe, quia eſt cauſa materialis. Sed hæc reſponſio innititur falſo fundamento, videlicet, quòd eſſentia non ſit cauſa productiua exiſtentiæ, ſed tantum receptiua, quod inferius erit examinan- E dum in hoc eodem articulo.

Reijcitur ſolutio Bãneſij.

Reſolutio.

ALiter igitur reſpondendum eſt ad motam difficultatem, & dicendum longè diſparem eſſe rationem de riſibili, vel de luce, aut qualibet naturali proprietate in cõparatione ad ſuum ſubiectum, & de eſſe in comparatione ad eſſentiã; quoniam

niam homo eſt per ſe primò, & ſecundum quod ipſum cauſa riſibilitatis, & Sol lucis, nó autem eſſétia eſt per ſe primò, cauſa eſſe; quoniam ſecúdam S. Thom. S.Tho. infra quæſtione quadrageſima quinta, articulo q... o eſſe eſt proprius effectus Dei, vt ibidem explicat Caietanus, & quæſtione quadrageſima quarta, artic. Caiet. Quod ergo inquit S. Thom. nullam rem eſſe ſibi ſufficientem cauſam eſſendi, idé eſt, ac ſi diceret nullam rem eſſe per ſe primò ſibi cauſam eſſendi, ſicut quælibet res per ſe primò eſt cauſa ſuarum paſſionum. Quamuis enim Deus concurrat ad cauſandas paſſiones rerum, non eſt tamé, aut dicitur per ſe primò cauſa paſſionum, ſed earum eſt effectiuus, vt cauſa vniuerſalis, quo modo concurrit ad quamlibet rei generationem; alioquin ſequeretur nullam eſſe cauſam, quæ ſuū effectum per ſe primò cauſaret, quod deſtruit, nó ſolum magnam partem philoſophiæ, ſed etiam artem demonſtratiuam, quæ docet proprios effectus in proprias, & per ſe primo cauſas reducere, ac per illas demonſtrare. Sed de hoc latius in ſecunda controuerſia præſentis articuli.

Secunda Dubitatio.

Quomodo eſſe ſit actualitas omnis formæ, & quo ſenſu verum ſit humanitatem non ſignificari in actu, niſi prout ſignificatur eſſe.

Proponitur ſententia Caietani, & impugnatio Banneſij.

SEcunda Dubitatio eſt de ſenſu illius propoſitionis; *eſſe eſt actualitas omnis formæ, vel naturæ*, & de illius ratione, quia, ſcilicet *bonitas non ſignificatur in actu, niſi prout ſignificamus eam eſſe*, Caietani expoſitio. ad cuius expoſitionem addit Caietanus, quod nulla res ſignificatur in actu vltimato, niſi prout ſignificatur in actu exercito.

Bannes impugnas. Contra quam expoſitionem argumentatur Bánes. Primò. Quemadmodum rem intelligimus per proprium conceptum, ita & ſignificamus; ſed perfectè intelligimus rationem triáguli, etiam quòd Expoſitionem Caiet. actu non exiſtat; ergo etiam perfectè ſignificamus. Secundò probat, quòd eſſe non ſit actus vltimus. Quoniam ens eſt primum, quod intelligimus; at in ente includitur eſſe, vel ordo ad eſſe; ergo. Vnde ſic interpretatur dictum S. Thom. *quod nulla res ſignificatur in actu, niſi prout ſignificamus eam eſſe, vel in ordine ad eſſe.*

Reſoluitur difficultas, & reſpondetur argumentis Banneſij.

HAec difficultas latius examinabitur in ſequẽti controuerſia. Nunc breuiter dicitur ad primum, Defenditur Caiet. illud procedere ex malo intellectu verborū Caietani, & S. Thomæ, nó enim vult dicere Caiet. rem non poſſe perfectè intelligi, & perfectè ſignificari, niſi actu ſit in rerum natura; nam hoc euidéter abſurdum eſt; quis enim ignoret deſtructa roſa poſſe de ipſa perfectam haberi cognitionem, ac A per hoc poſſe perfectè ſignificari? ſed legitimus ſenſus verborum Caiet. quem etiam S. Thom. intendebat, eſt, rem nunquam intelligi eſſe perfectá vltima perfectione, niſi quādo intelligitur, aut ſignificatur eſſe in actu exercito; aliud eſt enim intelligere, & ſignificare perfectè; & aliud eſt intelligere, & ſignificare rem eſſe perfectam. Poſſum ego intelligere perfectè roſam quando nó eſt, nec tamen intelligam, aut ſignificabo, tunc illam eſſe perfectam, quoniam falſa eſſet intellectio, & ſignificatio nam, ſi roſa non eſt, non habet eſſe exiſtentiæ, per quod perfectior eſt, quàm ſi careat tali eſſe, vt fatetur etiam Banneſ.

B Ad ſecundam obiectionem dicitur, quòd quāuis ens ſit id, quod primò cadit in cognitioné noſtram, non tamen primò cognoſcitur ſecundùm perfectam rationem ſuam; ſed primò attingitur notitia valdè confuſa; quatenus ſcilicet eſt concretum quidditati ſenſibili, in qua cognitione nó includitur cognitio exiſtentiæ, ſicut nec in cognitione quidditatis ſenſibilis. Quamobrem ens, qđ primò intelligitur, eſt ens nominaliter; non autem ens participialiter. Ad argumentum; ergo ſic ſumptum negatur minor, ſcilicet in ente ſic ſumpto includi eſſe, vel ordinem ad eſſe. Secundò negatur conſequentia (non enim argumentum eſt in forma) C nam ex hoc, quòd in ente nominaliter ſumpto includitur ordo ad eſſe exiſtentiæ, ſequitur quòd eſſe exiſtétiæ ſit vltima actualitas. Nam ens non habet immediatum ordinem ad eſſe, ſed multis medijs prædicatis vſque ad vltimam differentiam, vt late probat & explicat Caietanus in ſexto capitulo de ente, & eſſentia ex diffinitione differétiæ tradita à Porphyrio, nimirum differentia eſt, quæ conducit ad eſſe. Et probatur ex primo artic. quæſtionis ſequentis in reſponſione ad tertium, vbi inquit S. Thom. quòd eſſe eſt, vt formale receptum, & eſt perfectiſſimum omnium, quia comparatur ad omnia, vt actus; & eſt actualitas omnium rerum, D & etiam ipſarum formarum; ſi ergo eſſe eſt actualitas omnium formarum, & eſt id, quod eſt formaliſſimum; ergo eſt vltima actualitas. Conſequentia probatur: Nam, ſi non eſt vltima; ergo non eſt formaliſſima; quia actus, & perfectiones, quo poſteriores, eo ſunt actualiores, vt patet inductione.

Tertia Dubitatio eſt circa ſenſum illarū duarum propoſitionum, videlicet. *Quod habet eſſe, & non eſt ens per eſſentiam, eſt ens per participationem*; Et *Deus eſt eſſe per eſſentiam*; quomodo ſint intelligendæ quo ad illam particulam, *per eſſentiam*, quæ poteſt determinare ſubiectum, & poteſt etiam determinare prædicatum. E Sed Caietanus infra quæſtione ſexta, articulo tertio, in explicatione tituli; & Ferrarienſis primo contra gentes, capitulo vigeſimo ſecundo, ratione ſexta, optimè declarant ſenſum dictarum propoſitionum.

Prima Controuerſia:

Quid ſit eſſentia, & exiſtentia, & quomodo ab inuicem diſtinguantur, &c.

Partitio Controuerſiæ, & authoris intentio.

Difficultates clauſæ in hac cõtrouerſia.

HAec quæſtio à nobis ſummariè tractãda eſt. Nam ſi pro dignitate eſſet examinanda, volumen integrum, illudque non mediocrè poſtularet. implicat enim plures non vulgares difficultates; & primò, quid ſit rei eſſentia. Secundò, an rerũ creatarum eſſentiæ fuerint ab æterno, nedum in intellectu diuino, ſed etiam in ſeipſis. Tertiò, quid ſit exiſtentia. Quartò, quomodo diſtinguãtur eſſentia, & exiſtentia. Quintò, an ex eis componatur aliquod tertium per ſe vnum. Satis autem erit huic Theologico noſtro inſtituto ea dumtaxat ex doctrina D. Thomæ, & antiquiorum Thomiſtarũ, & primæ Philoſophiæ theſauris collecta proferre, quæ ad præſentis articuli doctrinam illuſtrandã, & ad ſtudentium eruditionem erunt opportuna. Prætermiſſis itaque exterorum doctorum ſententijs, quas latè refert Franciſcus Suarez in ſuis diſputationibus metaphyſicis diſp. 31. à primo capite propoſito ſumemus exordium.

Suarez.

Diſtinguitur multiplex ſignificatum, & ratio eſſentiæ, eſſe, & exiſtentiæ, & explicantur quatuor conditiones exiſtentiæ abſolutè ſumptæ.

Eſſentia dupliciter conſideratur ſecundum S. Th.

NOtandum eſt primò ex D. Thom. de ente, & eſſentia capitulo quarto, eſſentiam cuiuſq; rei poſſe dupliciter conſiderari: Vno modo abſolutè; & ſic non conueniunt ei, niſi ea, quæ ſunt de intrinſeca eius ratione; ſicut eſſentiæ hominis nõ conueniunt, niſi ea, quæ ponuntur in diffinitione hominis. Cætera verò omnia eidem accidunt. Nã humanitati, vt humanitas eſt, accidit ſingularem eſſe, vel vniuerſalé, in vno eſſe, vel in pluribus ſuppoſitis, eſſe in re, vel in intellectu. Abſtrahit enim eſſentia ſic conſiderata à quolibet eſſe; non quia cuiuslibet eſſe negationem includat, ſed quia nullum eſſe ſibi vendicat. Alio modo conſideratur eſſentia, ſecundùm quod habet eſſe in hoc, vel in illo; & ſic de eo prædicatur aliquod accidẽs ratione eius in quo eſt. Nam dicitur homo albus, quia ſortes eſt albus, licet homo, quatenus homo, non ſit albus, & ſimiliter eſſentia hominis, prout eſt in ſingularibus, habet multiplex eſſe iuxta multiplicitatem ſingularium; Et qua ratione exiſtit in intellectu, habet eſſe immateriale, & eſt vniuerſalis, & abſtracta.

Eſſentiæ tribus modis exiſtũt.

Secundò ſciendum eſt rerum eſſentias poſſe tribus modis exiſtere; primò per eſſe reale in ſeipſis extra cauſas ſuas; ſecundò in ſuis cauſis; tertiò in intellectu; vt roſa poteſt habere eſſe in rerum natura, quando, ſcilicet actu eſt, poteſt etiam eſſe tãtùm in virtute actiua ſuæ cauſæ, vt in hyeme, vel tantùm in intellectu creato, vel diuino, in quo fuit antequam crearetur. Certum eſt res omnes creatas extitiſſe ab æterno in Deo tanquam in prima [A] omnium cauſa agente per intellectum, & voluntatem, & conſequenter ab eo fuiſſe ſemper intellectas. Certum eſt etiam ſecundum fidem nullam rem ab æterno fuiſſe præter Deum, ſed in temporis initio Mũdum cum vniuerſis ſuis creaturis ex nihilo à Deo fuiſſe productum. Certum eſt deniq; rem aliquam tunc ſimpliciter actu eſſe, quando eſt producta in rerum natura.

Eſſe eſt triplex.

Tertiò obſeruandum eſt, quòd triplex eſt eſſe. Primum eſt eſſe quidditatiuum, quod nuncupatur eſſe eſſentiæ intranſitiuè, ideſt eſſe, quod eſt eſſentia. & hoc illud eſt, quod ſignificatur per nomen cuiuſcunque rei confuse, per diffinitionem autem [B] diſtinctè, vt docet S. Tho. in tertio capitulo, de ente, & eſſentia. Nam eandem naturam, quam ſignificat indiſtinctè hoc nomen homo ſignificat hoc, quod dico animal rationale, diſtinctè. Et ſicut ens ſignificat aliquid commune omnibus generibus, & ſpeciebus, ita & eſſentia; & quemadmodum ens ſignificat in quolibet genere id, quod eſt, ita eſſentia ſignificat id, quo quælibet res collocatur in quocunque genere, & qualibet ſpecie, cum ſe habeant ens, & eſſentia, ſicut quod, & quo. Secundũ eſſe eſt, quod ſignificat veritatem propoſitionis, & ſecundùm hoc eſſe dicitur ens omne illud, de quo affirmatiua propoſitio formari poteſt, etiam [C] ſi illud in re nihil ponat; & hoc modo etiam priuationes, & negationes entia dicuntur, vt docet Ariſtot. 4. metaphyſ. tex. ſecundo in hæc verba. *Dicimus non ens eſſe non ens, vnde etiam dicimus cæcitatẽ eſſe in oculo.* de hoc ente vero diſſerit Ariſt. ſexto metaph. tex. octauo, excludens illud à principali ſaltem conſideratione metaphyſici. Tertium eſſe eſt exiſtentia; de qua dupliciter loqui poſſumus. Vno modo ſecundum rationem eius formalé abſolutè ſumptam. Alio modo ſecundum ſpeciales illius differentias, ſiuè modos. Priori modo ſumpta exiſtentia, abſtrahit ab exiſtentia Dei, & creaturæ, ſubſtantiæ, & accidentis, propria, & aliena, [D] & eidem conueniunt quatuor conditiones; duę poſitiuę, & totidem negatiuæ. Prima poſitiua eſt, vt exiſtentia ſecundum ſe ſit aliquid reale intrinſecum rei exiſtenti. Quod ſit aliquid reale probatur: quia exiſtẽtia ea eſt, qua formaliter res ponitur ſimpliciter extra nihil. Quod vero ſit intrinſecum rei, quæ dicitur exiſtens, declaratur primò, deindę probatur. Aliquid dicitur eſſe rei intrinſecum dupliciter; vno modo, quia eſt de eius eſſentia; ſicut materia, & forma dicuntur eſſe intrinſeca lapidi, quia ſunt de eius quidditate: Alio modo dicitur aliquid eſſe rei intrinſecum, quia in eo [E] reſidet, vt illius vltima perfectio, & complementum, ſiuè terminus, aut modus, rem talem intrinſecè denominans; in quo ſenſu hic accipitur nomẽ illud intrinſecum.

Quid ſit eſſe quod ſignificat veritatẽ propoſitionis.

Quid ſit eſſe exiſtẽtię.

Exiſtentia eſt realitas rei.

Exiſtentia eſt vltima actualitas.

Hac præmiſſa declaratione ſic probatur prima conditio: Exiſtentia ſecundum omnem opinionẽ eſt realitas rei; at realitas cuiuſque rei eidem eſt intrinſeca; ergo exiſtentia eſt quid reale intrinſecum rei exiſtenti. Secunda conditio poſitiua eſt, vt exiſtẽtia ſit vltima actualitas, ſiue id, quod eſt actualiſſimum, & formaliſſimum in re. Hanc cõditionem

S.Tho. Capræol. Caiet.

ditionem docuit S.D.quæſtione ſequenti,artic.1. in reſponſione ad tertium argumentum,& alibi ſępè. Et poſt eum Capreolus in primo ſentētiarum, diſtinct.octaua,quæſtione prima,& Caietanus in quinto capit.de ente,& eſſentia. Quæ tamen conditio,loquendo, vt modo loquimur de exiſtentia abſolute,intelligēda eſt ſub diſiunctione,ſcilicet, vel realiter actualiter, vel formaliter virtualiter. Nam in creaturis,vt dicemus, verificatur priori modo,in Deo autem poſteriori modo. Probatur hæc conditio ex D.Thom. loco citato: Nam eſſe comparatur ad omnia vt actus,cum nihil habeat actualitatem,niſi inquantum eſt; ergo eſſe eſt actualitas omnium rerum, & etiam ipſarum formarum,& eſt omnium formaliſsimum.

Eſſe abſolute ſumptum non eſt accidēs

Prima conditio negatiua eſt, vt eſſe ſic abſolutè ſumptum non ſit accidens. Probatur primò, quia ſi eſſe abſolutè,ſiuè ſecundùm ſe vendicaret ſibi,vt eſſet accidens,ſemper, & in qualibet re eſſet accidens; vnde etiam in Deo eſſet accidens. Secundò,quoniam eſſe ex proprio,& formali conceptu dicit perfectionem ſimpliciter; ergo ſecundū ſuam rationem formalem ſic abſolutè ſumptam, non eſt accidens. Antecedens patet; quoniam eſſe formaliter conuenit Deo,qui eſt ipſum eſſe ſubſiſtens; vnde etiam eſſe eſt nobiliſsimum Dei prędicatum. Tertiò, quia eſſe æqualis eſt ambitus cū ente; ergo,quemadmodum ens commune eſt omnibus generibus, & Deo exiſtenti extra genus,ita & eſſe. Quartò, quia ſi exiſtentia eſſet accidens, ſupponeret ſubiectum eſſe in rerum natura; ſicut omne accidens,ſiue ſit proprium, ſiue commune, ſupponit ſuum ſubiectum eſſe,& ſic non eſſet eſſe ſimpliciter, & faceret vnum per accidens cum re exiſtente,quod manifeſtè abſurdum eſt. Secunda conditio negatiua eſt,quod eſſe ſic abſolutè acceptum,non habet ex propria ratione formali,vt ſit receptum in re exiſtente, eo ſcilicet modo, quo actus in potentia recipitur. Probatur primò, quia alioquin diuinum eſſe non eſſet irreceptum,& per ſe ſubſiſtens. Secundò,quia eſſe eſt perfectio ſimpliciter,ſicut ſapientia;ergo non includit hanc imperfectionem,quæ eſt eſſe in alio receptum.

Eſſe abſolutè ſumptum non habet, q̄d ſit receptū

Diſtinguitur exiſtentia rei creatæ in plures modos, & afferuntur ſeptem illius conditiones, & explicantur decem differentiæ,quibus à forma diſtinguitur.

SI verò loquamur de exiſtentia ſecundum ſpeciales illius modos,ſpeciales etiam cōditiones,& proprietates intrinſecè ſingulis erunt aſsignandæ. Diſtinguitur autem primò exiſtentia in exiſtentiam increatam Dei,& exiſtentiam creaturæ. Secundò exiſtentia rei creatæ,diuiditur in exiſtentiam ſubſtantiæ,& accidentis. Tertiò exiſtētia ſubſtantiæ diſtinguitur in exiſtentiam propriam;qualis eſt in omnibus ſubſtantijs ſuæ naturæ dimmiſſis, & in exiſtentiam alienam; qualis eſt in humanitate Chriſti exiſtente non propria, ſed increata diuini Verbi exiſtentia. Quartò exiſtentia accidentis diuiditur in exiſtentiam naturalem,& ſupernaturalem,qualis reperitur in quā-

A titate ſanctiſsimi Sacramenti Euchariſtię,& alijs accidentibus eidem inhærentibus abſque principali, & proprio ſubiecto, quod erat ſubſtantia panis.

Iam verò de ſingulis duarum diuiſionum membris,quæ ad præſentis articuli explicationem neceſſaria ſunt,compendioſè dicamus, omiſsis tamen nonnullis dictarum diuiſionum membris, vel tanquam per ſe manifeſtis,vel vt præſenti materiæ minimè neceſſarijs.

Ex... cr... pe... di...

Exiſtentia rei creatæ ſeptem habet cōditiones. Eſt enim quid reale receptum in ipſa re,nō vt accidens,aut forma; ſed vt actualitas vltima pertinens
B reductiuè ad genus, & ſpeciem rei exiſtētis, & realiter ab ea diſtincta. Prima conditio, videlicet quòd ſit quid reale,iā probata eſt,cum loqueremur de exiſtentia abſolutè. Secunda, quod exiſtentia ſit quid receptum in ipſa re exiſtente,pendet ex quinta, & ſeptima, videlicet ex hoc, quod eſt actualitas vltima realiter à re diſtincta. Tertia,quòd nō ſit accidens,ſupra probata eſt; & cōuenit hæc conditio etiā exiſtentiæ accidentis modo ſuo;quæ,licèt abſolutè ſit accidens reductiuè, non tamen recipitur in accidente,vt eius accidēs, ſed vt eius vltima actualitas modo inferius explicando. Quarta conditio,quòd non ſit forma, latè
C probatur à D.Thom.in ſecundo cont.gen.cap.54. & multò latius à Caietano ſuper quinto capitulo, de ente, & eſſentia. Quo loco ſtatuit Caietanus duas conuenientias, & decem differentias inter compoſitionem ex materia,& forma,& compoſitionem ex eſſe,& eſſentia. Conueniunt enim primò,quod vtraque compoſitio eſt ex actu,& potentia. Secundò,quod vtriuſque compoſitionis extrema in eadem re ad idē pertinent genus,& ad eandem ſpeciem reductiuè. Differunt autem primò, quoniam priora componentia, videlicet materia, & forma ambo ſunt partes ſubſtantiæ,& neutrum eſt ſubſtantia,niſi reductiuè. Poſteriora verò cō-
D ponentia,ſcilicet eſſentia, & eſſe, ita ſe habent; vt ipſa eſſentia ſit propriè ſubſtantia,& nō pars ſubſtantiæ. Eſſe verò neque ſubſtantia eſt propriè, nec pars ſubſtantiæ,ſed extra quidditatem ſubſtātiæ. Secundò differunt,quia materia eſt pura potentia, eſſentia autem eſt ens completum in ſpecie. Tertiò,quia materia non eſt id,quod eſt, & ſit propriè loquendo,eſſentia autem eſt id, quod eſt, & ſit. Quartò differunt,quia forma non eſt vltima actualitas,ſed eſt cauſa,& principium exiſtentię, quæ eſt vltima actualitas. Quintò differunt, quia forma ita eſt actus materiæ, vt ſit potentia reſpectu exiſtentiæ; At exiſtentia ita eſt actus,quod ad
E nihil comparatur,vt potentia. Sextò differūt,quia forma eſt de intrinſeca quidditate rei, non autem exiſtentia. Septimò differunt, quia ex materia, & forma fit tertium,per ſe vnum,non autem ex eſſentia,& exiſtentia; & pendet hæc differentia ex ſecūda;nam materia,& forma partes ſunt ſubſtantiæ, eſſentia verò pars non eſt,ſed ſubſtantia completa; ſic enim hic accipimus eſſentiam; nec tamen fit vnum per accidens propriè loquendo ex eſſentia, & eſſe;quia non ſunt diuerſorum generum,ſed

D. ca...

Co... tio & c... & c... litt... ten... ma... bus nu... De... ren... ctas pos...

aduanantur

Digitized by Google

adunantur per ſe. Ex hac ſequitur Octaua differẽtia, quod compoſitio ex materia, & forma eſt cõpoſitio ex his; quia reſultat vnum tertium, compoſitio autem ex eſſe, & eſſentia, eſt compoſitio cum his, & non ex his; quia ex eis nõ fit vnum tertium, ſed exiſtentia adunatur per ſe cum eſſentia, & cũ ea componit. Nono differunt, quia prior compoſitio non inuenitur niſi in rebus materialibus, poſterior verò inuenitur etiam in rebus immaterialibus. Vltimò differunt, quia ad priorem compoſitionem ſequitur quantitas, & transmutatio, ſaltẽ localis, non autem ad poſteriorem, ſed ad eã tantùm ſequitur recipere, & recipi, perficere, & perfici. Ex prædictis iam ferè patent omnes reliquæ ſubſequentes conditiones exiſtentiæ creatæ, quæ tamen ampliori indigent explicatione.

Probatur exiſtentiam eſſe vltimam actualitatem rei.

EST igitur quinta conditio, quod exiſtentia, eſt vltima actualitas rei. Quæ conditio probatur primò authoritate D. Thom. in quæſtione vnica de Anima, articulo ſexto, ad ſecundum. Secundò, ex prædictis; quoniam exiſtentia eſt actualitas omnium eorum, quæ ſunt in re, & eſt id, quod eſt formale reſpectu omnium; ergo vltimò aduenit poſt omnia prædicata eſſentialia. Conſequentia probatur; quoniam actus præſupponit ordine naturæ potentiam. Et confirmatur; quoniam omnes differentiæ ſiuè vltimæ, ſiuè nõ vltimæ, ſumuntur in ordine ad exiſtentiam; ita vt per vltimam differentiam res ſit proximè capax exiſtentiæ; ergo omnium vltima eſt exiſtentia. Præterea, vt inquit S. Thom. in ſecundo cont. gent. cap. 54. *exiſtentia conuenit rei conſtitutæ in ſuo complemento per formam*; nam forma dicitur eſſe principium eſſendi, quia eſt complementum ſubſtantiæ, cuius actus eſt ipſum eſſe; at ſubſtantia nunquam eſt completa, niſi per vltimam differentiam, quæ eſt formaliſſima inter omnes gradus eſſentiales cuiuslibet rei; ergo exiſtentia verè, & propriè eſt vltima actualitas, quidquid minus conſideratè dicat Banneſius ſuper hoc articulo. Et hæc eſt ſententia Capreoli, & Caietani in locis ſupra allegatis, & omnium antiquorum Thomiſtarum. Denique ſic argumentor: Actualis exiſtentia in actu exercito, de qua præcipuè loquimur, non poteſt concipi, vt actuans naturam communem immediatè, quoniã naturæ communi, quatenus communis eſt, vel etiam naturæ abſolutè ſumptæ præciſa indiuiduatione repugnat exiſtentia; ergo conuenit tantùm rei ſingulari; at ſingularitas non aduenit rei, niſi poſt omnia prædicata eſſentialia; ergo eſſe eſt vltima actualitas adueniens poſt omnia prædicata eſſentialia. Ex hac conditione ſequitur exiſtentiã non eſſe propriè creaturam; vt docet Capreolus ex S. Thom. in allegata quæſtione, concluſione quarta. Nam illis tantùm propriè conuenit creari, quibus conuenit eſſe, hæc verò ſunt ſubſiſtentia non autẽ formæ, vel accidentia, & multò minus actualitas formarum, & accidentium, igitur eſſe non eſt creatum, ſed concreatum, ſicut non eſt ens, ſed quo ali-

S. Tho.

Capreol. Caiet.

Capreolus S. Tho.

A quid eſt; cum ſit terminus formalis, & ratio creationis, & generationis, licèt diuerſimodè, vt declarat Caietan. de ente, & eſſentia, capitulo quinto, quæſtione decima, ad nonum argumentum, & indicat Capreolus in dicta quæſtione in reſponſione ad primum Gerardi; vnde ſicut album, & albedo non ſunt duo alba, ita eſſentia, & eſſe nõ ſũt duo entia; quia per eſſe formaliter exiſtit ipſa eſſentia. Nam per exiſtentiam formaliter ponitur ſimpliciter extra nihil, prout ſcilicet hoc, quod dico nihil, opponitur enti, quod dicit actum exiſtendi, vt dicit Capreolus ibidem in reſponſione ad primum Aureoli, & ad quartum Garonis, & ad-
B dit, quod eſſentia eſt, quę primò, & per ſe creatur, eſſe verò, quod eſt eius actualitas, eſt formalis terminus creationis.

Caiet. capreolus

An eſſentia prius ſit in potentia, vt ſit actu eſſentia, & per exiſtentiam fiat actu eſſentia.

Sententiæ Doctorum.

SEd cum dicimus exiſtentiam eſſe actualitatẽ eſſentiæ, dupliciter poteſt intelligi. Vno modo, vt eſſentia, ita prius ſit in potentia, vt non ſit
C actu eſſentia, ſed fiat per exiſtentiam formaliter actu eſſentia; aut ſaltem, ſi non per exiſtentiã formaliter, ſaltem per exiſtentiam, tanquam per cõditionem neceſſariam; & quæ realitatem eſſentiæ habebat in potentia, fiat actu per exiſtentiam formaliter realis realitate eſſentiæ; ita vt actualis exiſtentia, vel ſit formaliter actualis realitas eſſentialis ipſius eſſentię, vel neceſſaria conditio, vt eſſentia ſit actu realis propria eſſentię realitate. Et in hoc ſenſu affirmat Scotus, & alij, quorum argumenta refert, & ſoluit Capreolus in dicta queſt. exiſtentiam eſſe actualitatem eſſentiæ. Quam ſententiam ſequitur Franciſcus Suarez diſp. 31. ſect. tertia, & quarta, conſequenter loquens ad ſuam
D ſententiam de identitate reali, cum ſola diſtinctione ſecũdum rationem inter eſſe, & eſſentiam. Vnde etiam ſimul cum Scoto tot multiplicat exiſtentias, quot ſunt eſſentiæ, non ſolùm totales, ſed etiam partiales affirmans aliam eſſe exiſtentiam materiæ, & aliam formæ, & aliam totius ſuppoſiti. Alio modo poteſt intelligi exiſtentiã eſſe actualitatem eſſentiæ, ita vt eſſentia, quæ prius ſecundùm ſe ſuam habebat actu realitatem eſſentialẽ, fiat actu formaliter, & realiter exiſtens; per exiſtẽtiam; adeo vt exiſtentia ſit illa, qua formaliter eſſentia eſt ens reale exiſtenter; vt quemadmodum eſſentia, exempli gratia lapidis, ſeipſa ſemper fuit
E ens reale nominaliter ſumendo ens, ita per exiſtẽtiam formaliter fiat ens reale participialiter; & hæc eſt ſententia Capreoli, Caietani, Flandrenſis, Soncinatis, Ferrarienſis, & omnium Thomiſtarũ; quam etiam arbitramur eſſe S. Tho. Et ex hac cõditione pendet ſolutio alterius quæſtionis de diſtinctione eſſe ab eſſentia; Sed non eſt facilè ſenſũ prædictæ conditionis dictorumque terminorum adeo explicare, vt veritati ita manifeſtè conſonus appareat, & aduerſæ ſententiæ falſitatem euiden-

ter

Exiſtentiã eſſe actualitatem eſſentiæ dupliciter poteſt intelligi.

Sententia Scoti, & Suarezij.

Digitized by Google

ter oſtendat. Ad cuius explicationem afferemus ex Capreolo, & Caietano præcipua veritatis fundamenta ſingula declarãdo ad rei præſentis ſubtilitatem, ſummamq; difficultatem pro viribus illuſtrandam.

Reſolutio.

Probatur rerum eſſentias ſeipſis formaliter eſſe entia realia, & actu eſſentias, & hoc illis ab æterno conuenire.

Ens reale dupliciter.

NOtandum eſt igitur quartò, ens reale dupliciter accipi: Vno modo, vt diſtinguitur cõtra ens ab intellectu fabricatum: Alio modo, vt diſtinguitur contra nõ exiſtens. Priori modo quęlibet res in prædicamento collocata, ſiuè exiſtentiam habeat extra cauſas ſuas, ſiuè illa careat, eſt ens reale. Poſteriori verò modo ea tantùm ſunt entia realia, quæ intra rerum ordinem per actualem exiſtentiam numerantur. Et hæc ſola (inquit Caietanus quarto capit. de ente, & eſſentia) propriè entia realia ſunt ſecundùm mentem S. Tho. qui res, antequam exiſtant, nihil eſſe dixit in Quęſtionibus de potentia Dei, quæſtione tertia, artic. quinto, ad ſecundum; vnde etiam Ariſtot. in prædicamentis cenſuit remotis primis ſubſtantijs impoſſibile eſſe aliquid remanere. Capreolus in primo, diſtinctione octaua, quæſtione prima, artic. 3. ad quintum Godofredi ait eſſentiam ſecundùm ſe eſſe in potentia ſimpliciter in genere entis, quod dicit actum exiſtendi; non autem eſſe in potentia ſimpliciter in genere entis, quod diuiditur in decem prædicamenta; & ad nonum argumentũ Aureoli addit, quod eſſe in potentia primo modo nõ deſtruit ens totaliter, ſed eſſe in potentia ſecundò modo, ſcilicet in genere eſſentiarum deſtruit totaliter ens. Vnde eſſentia ſeipſa formaliter eſt extra nihil; prout nihil opponitur enti; quod dicit eſſentiam, ſiuè rem alicuius prædicamenti; & eadem eſſentia eſt extra nihil formaliter per eſse, prout nihil opponitur enti, quod dicit actum exiſtendi, quod eſt ens participialiter; vt inquit Capreolus vbi ſupra ad primum Aureoli. Et eadem eſſentia, inquantum alia ab eſſe, quamdiu eſt ſub eſſe, non ſeipſa formaliter eſt ens participialiter, ſed tantùm denominatiuè, & ſubiectiuè eſt ens prædicto modo; ſicut lignũ, quamdiu ſtat ſub albedine, inquantum aliud ab albedine, eſt albũ denominatiuè, ſed nõ formaliter intrinſecè; ſed cõpoſitum ex ligno, & albedine, eſt album formaliter, & intrinſecè, & eadem ratione exiſtens, quod dicit compoſitum ex eſſentia, & eſſe, eſt ens, id eſt exiſtens formaliter, & intrinſecè; eſſentia verò denominatiuè; & eſſe eſt realitas, & actualitas eſſentiæ; ſi realitas dicat ratitudinem actualiter exiſtẽdi, vt affirmat idem Capreolus.

Caiet. S. Thom.

Ariſt.

Capreolus

Eſſentia aliquo modo ſeipſa formaliter eſt extra nihil. Capræol.

Eſſentia poteſt dupliciter diſtingui in potentiã, & actũ ſecundum Capreolũ.

Quintò ſciendum eſt ex eodem Capreolo, eſſentiam poſſe diſtingui in potentiam, & actum dupliciter. Vno modo, vt eſſentia in potentia dicatur illa, quæ non habet actualem exiſtentiam in rerũ natura, ſed poſſit illam habere, ſaltem per actiuã

A potentiam agentis primi. Et hoc modo ante Mundi creationem omnes rerum creatarum eſſentię erant in potentia; poſt creationem verò factę ſunt in actu per hoc, quod productæ ſunt ſub exiſtentia, quam prius nõ habebant. Alio modo dici poſſunt eſſentiæ rerum in potentia ad hoc, vt ſint actualiter, & formaliter eſſentiæ; in actu verò, quando iam verè actu ſunt eſſentiæ, licet hoc eſſe actu eſſentiam pendeat ab actualitate exiſtentiæ. & talis potentia eſt impoſſibilis, implicatque cõtradictionem; non enim poteſt intelligi homo, vel lapis ſub negatione propriæ quidditatis, ſicut intelligitur quidditas hominis, vel lapidis ſub negatione

B exiſtentiæ. Quidditas ergo hominis ſemper eſt actu quidditas hominis; & quidditas lapidis ſemper eſt actu quidditas lapidis. Non tamen fuerunt tales quidditates ab æterno actu extra Deũ, ſed fuerunt actu in diuino intellectu, vt intellectæ. Eſt tamen, vt ante diximus, quidditas, ſiue eſſentia quælibet in actu eſſentia, antequam producatur; quia ſecundum ſe ſemper vendicat ſibi intrinſeca pertinentia ad ſuum complementum, puta genus, & differentiam. Semper enim quidditas hominis eſt eſſe animal rationale; quæ adeo intrinſecè includũtur in hominis quidditate; vt neque per intellectum abſtrahi poſſint. Actu ergo

C in genere eſſentiæ animal, & rationale ſemper integrant eſſentiam hominis, licèt non ſemper ſint actu in genere exiſtentiæ. Igitur quãdo actu creatus fuit homo, non acquiſiuit eſse reale actu in ratione eſſentiæ, ſed tantùm in ratione exiſtentiæ, quod eſt eſse reale ſimpliciter. Nec tamen ſequitur eſſentias rerum fuiſſe extra Deum actu ab æterno; quoniam eſsentiæ rerum abſtrahunt ſecundum ſe ab omni eſse, ſiue in Deo, ſiue extra Deũ. Nec tamen in illa abſtractione, vel indifferentia, poſſunt realiter inueniri; quoniam illa abſtractio, vel indifferentia eſt merè negatiua, quia, ſcilicet ex propria ſua ratione nullum ſibi vendicant eſſe; quamuis ſemper inuentæ ſint ſub aliquo eſſe exi-

D ſtentiæ ſaltem intelligibili in intellectu diuino. Nec quęrenda, aut fingenda eſt maior actualitas, aut realitas in rerum eſsentijs ſecundùm ſe ſumptis; quoniam eſsentia, vt formaliter diſtincta ab exiſtentia, non poteſt aliam habere realitatem; ſed ex hoc ipſo, quod eſsentia eſt, eſsentialem realitatem tantùm includit, quæ eſt in potentia ad eſſe exiſtentiæ tanquam ad eſse reale ſimpliciter, quo eſsentia fit ens reale, & actuale ſimpliciter in rerum natura; hoc enim ſolo fit eſsentia actu ſimpliciter, & fit ens reale ſimpliciter, quod acquirit eſse exiſtentiæ: quo fit ens, non nominaliter, quia iam erat modo dicto, ſed fit ens participialiter.

E Neque tamen imaginandum eſt, quòd præexiſtenti eſsentiæ in Mundo, aut extra Mundum ſuperinducatur exiſtentia per actionem agentis eo modo, quo præexiſtenti parieti inducitur albedo; falſa eſt enim hæc imaginatio; ſed quando generatur, verbi gratia, Sortes, vel Leo, tunc verè generatur eſsentia Socratis, & producitur in rerum natura ſecundum eſse exiſtentiæ reale, quod eſse eſt etiam, vt diximus cum Capreolo, realitas eſsentiæ, vt

Digitized by Google

tiæ, vt ens participialiter eſt. Quamobrem licèt eſſentia ſecundum ſe abſtrahat ab hoc eſſe, non tamen in rerum natura ſecundum aliquod eſſe reale poſitiuum extra cauſas ſuas præceſſit illud eſſe, quod acquirit per generationem. Et licèt habeat eſſe in intellectu diuino, vel Angelico, antequam fiat, hoc tamen non eſt eſſe conueniens eſſentiæ ſecundum ſe, abſtrahit enim ab omni eſſe. Nec eſt eſſe proprium, & reale ſimpliciter eſſentiæ creaturæ, nam eſſe in intellectu, vel in cauſa, eſt eſſe ſecũdum quid, & non ſimpliciter. Igitur, vt breuiter omnia concludamus, eſſentia ex hoc ipſo, quod quidditas, & eſſentia eſt, abſtrahit à quolibet eſſe exiſtentiæ, quia nullum eſſe includitur intrinſecè in rei diffinitione, & tamen eſſentia ſecundum ſe realitas quædam eſt, & in ſuo genere actu eſt, ſcilicet actualitate quidditatis. Quæ realitas, licèt explicetur per negationem, dicendo, quod non eſt ens confictum; non tamen eſt negatio, ſed poſitiuum ens eſt, non includens tamen in ſua formali reali, & poſitiua ratione exiſtentiam. Et conſequenter ſecundum ſe conſideratum non vendicãs ſibi hoc, vel illud eſſe, & ideo cum generatur Leo, vel lapis, generatur eſſentia, non ſecundum eſſe eſſentiæ, quod ſecundum ſe non habet dependentiã ab agente, ſed ſecundum eſſe exiſtentiæ, ſecundũ quod eſſentia pendet ab agente. Eſſentia ergo ſecundum rem generatur, ſed non ſecundum rationem eſſentiæ, vt ſic, quia abſtrahit vt ſic ab agente, & actione agentis, ſed generatur ſecundum rationem exiſtentiæ, quæ eſt vltimus terminus, & ratio productionis. Et hæc eſt ratio, quare negamus eſſentiam eſſe in potentia, vt ſit eſſentia. Nam formaliter loquendo, hoc veriſsimum eſt, vt ſupra & probauimus cum Capreolo. Eſſentia enim, vt ſic, dicit prædicata intima rei, neceſſariò cum ipſa connexa, quæ conſequenter nunquam ſunt in potẽtia, vt partes eſſentiæ ſint, vel vt ſimul ſint in actu eſſentiæ, vt eſſentia eſt, cum tamen ſint in potentia ad actualem exiſtentiam. Sic enim loquendum eſt de rebus formaliter, & præciſè ſumptis, licèt nunquam ſic præciſè, & ſolæ inueniri poſſint, vt patet de natura generis reſpectu ſuarum differentiarum, & ſpecierum; & ideo bene dixit S. Thom. eſſentiam ſine exiſtentia nihil eſſe, non tamen dixit eſſentiam ſecundùm ſe, vel abſolutè ſumptam nihil eſſe; Sicut etiam verum eſt, quod genus ſine ſpeciebus nihil eſt, puta animal dempta omni ſpecie animalis, non tamen verum eſt animal ſecundùm ſe, vel abſolutè ſumptum nihil eſſe. Similiter etiam homo non quantus nihil eſt, quia nullus homo inueniri poteſt non quantus, non tamen verũ eſt, hominem, vt homo eſt, nihil eſſe. Igitur humanitas non exiſtens, nihil eſt, nõ tamen humanitas ſecundùm ſe, & inquantum humanitas nihil eſt, alioquin etiam homo inquantum homo, nihil eſſet.

Q. an eſſentia generetur.

Declaratur mens S. Tho. dicentis eſſentiam ſine exiſtentia nihil eſſe.

Itaque humanitas inquantum humanitas, ens reale eſt, loquendo de ente nominaliter, & ideo ſub quocunq; eſſe ponatur, ens reale eſt modo dicto. Vnde poſita in rerum natura ſub eſſe exiſtentiæ, ens reale eſt, non ſolum realitate exiſtentiæ

A formaliter, ſed eſt ens reale realitate eſſentiæ, & ſeipſa formaliter; & ſimiliter poſita in intellectu diuino, vel humano obiectiuè, ideſt, vt terminat intellectum, ens reale eſt, quia intelligitur à quolibet intellectu ſecundum propriam realitatem conuenientem ſibi, vt eſſentia eſt. In cauſa verò actiua, non poteſt poni eſſentia, vt eſſentia eſt, quia vt ſic non poteſt pendere à cauſa actiua; abſtrahit enim ab omni agente, & actione, & paſsione; ſed tantùm ponitur in agente, vt eſt in potentia ad eſſe exiſtẽtiæ. Si verò ſumatur cum actuali negatione exiſtentiæ, verbi gratia, humanitas, vt nõ

B exiſtens, iam non ſumitur humanitas ſecundùm ſe, ſiue vt humanitas; quia humanitas, vt humanitas, abſtrahit ab eſſe in rebus, & non eſſe in rebus, & neutrum ſibi vendicat. Et ideo benè dicimus humanitatem non exiſtentem nihil eſſe. Et hæc omnia deducuntur ex formali, & propria eſſentiæ ratione.

Sed multi in hac ſubtiliſsima quæſtione ex duobus videntur decepti. Primum eſt, quia, cum formalem ſermonem obſeruare debuiſſent, ad materialem incautè declinarunt. De eſſentia ſiquidem, vt ſic, quæſtio eſt, & de ea, vt eſſentia eſt, intelligendum, & loquendum eſt. Et diligenter attẽdendæ ſunt conditiones, tam poſitiuæ, quàm ne-

Nota occaſiones erroris.

C gatiuæ, quæ eſſentiæ, vt eſſentia eſt, conueniunt. Sic enim apud minus perſpicaces ceſſabit admiratio, quando audiunt eſſentias rerum, vt ſic, non produci, nec eſſe in potentia, vt ſint eſſentiæ, ſed ſecundum ſe ſemper habere actualitatem ſuam eſſentialem, & cõſequenter realitatem, & quod hæc actualitas, & realitas concomitatur eſſentiam ſub quocunque eſſe. Hec enim omnia, & ſimilia veriſſima ſunt de eſsẽtia formaliter, vt eſſentia eſt, abſtractè, & præciſè ſumpta. De illa enim hoc modo ſcientificè loquimur cum ſapientibus, ſicut de cæteris rebus, & rerum rationibus realibus boni metaphyſici loqui conſueuerunt, quamuis in re-

D rum natura nec inueniantur, nec inueniri poſsint res, aut earum rationes formales reales ſub tali præciſione, vel abſtractione; Sicut patet de rationalitate, animalitate, ſubſtantialitate, formaliter ab inuicem diſtinctis, & de entitate materiæ primæ, quæ realiter diſtinguitur ab entitate formæ, nec tamen ſine ea poteſt ſubſiſtere in rerum natura. Secundum, in quo plures errandi ſumunt occaſionem, eſt modus loquendi. Nam, cum dicimus eſſentias rerum ante Mundi creationem habuiſſe actualitatem eſſentię, ideſt fuiſſe actu eſſentias, ſumunt differentiam temporis ſignificatam per illã vocem, Ante, tanquam menſuram durationis eſ-

E ſentiarum ſecundum ſe, quaſi eſſentiæ durarent ante mundi creationem; cum tamen illa temporis differentia ſe teneat ex parte modi intelligendi. Nam, cum eſſentia ſecundum ſe abſtrahat ab omni temporis differentia, de illa conceptus formamus, non tantùm ſecundum præſentis temporis, ſed etiam ſecundum præteriti, & futuri temporis differentias, quas tamen fatuum eſt attribuere eſſentiæ ſecundum ſe. Et eodem modo intelligendũ eſt illud commune dictum, ſcilicet eſſentię rerum

ſunt eſſentiæ ab æterno. Nam dictio,ab æterno,ſe tenet tantùm ex parte modi noſtri intelligendi. Et ſimiliter,quod homo ſemper fuerit Animal rationale,& alia ſimilia.

Exiſtentiam formaliter non eſſe in potentia,vt ſit actu exiſtentia.

Capreolus

ET quemadmodum negauimus eſſentiam formaliter,vt eſſentia eſt,eſſe in potentia, vt ſit eſſentia;ita negandum eſt cum Capreolo,& Caietano exiſtentiam formaliter eſſe in potentia,vt ſit exiſtentia. Nam,vt inquit Capreolus in dicta quęſtione,articulo ſecundo, circa ſextam rationē D. Thom.pro prima concluſione,implicat contradictionē,dicere, quod eſse actualis exiſtentiæ quādoque ſit in actu, & quandoque in potentia; hoc eſt enim dicere,quòd ſit, & non ſit,nam de ratione actualis exiſtentię eſt actualitas eſſendi,ideſt, vt actu ſit. Vnde (inquit)licèt ens diuidatur in actum,& potentiam,tamen exiſtere actu non diuiditur in actum,& potentiam,quia ſe tenet cum altero membro diuiſionis,ſcilicet cum actu;Ad cuius intelligentiam aduertendum eſt exiſtentiam poſſe dupliciter ſumi. Vno modo in actu ſignato. Et hoc modo concipitur,vt quidditas,& vt eſsentia quædam, & ſic formaliter non eſt exiſtentia, prout ab eſſentia diſtinguitur. Alio modo ſumitur in actu exercito, prout ſcilicet exercet actum exiſtentiæ,ſecundum quod diſtinguitur ab eſſentia: & hoc modo dicimus implicare contradictionem exiſtentiam non eſſe in actu: nam,ſi eſt exiſtentia in actu exercito exiſtentiæ, iam facit eſſe ens in actu,& ipſa eſt in actu,vt quo, cum ſit rei actualitas.

Exiſtentia dupliciter.

Exiſtentia quomodo ad genus, & ſpeciem reductiuè pertineat rei exiſtentis.

SExta conditio exiſtentiæ erat, eam ad idem genus,& ſpeciem reductiuè pertinere, ad quod ſpectat res exiſtens. Hanc conditionem diuerſimodè interpretati ſunt Thomiſtæ: nam Capreolus,& Caietanus,& plures alij affirmant de mente S. Thom. in quarto metaphyſices lect. ſecunda exiſtentiam ob eam cauſam reduci ad genus, & ſpeciem eſſentiæ,cuius eſt exiſtentia,quia licèt exiſtentia ſit extra eſſentiam rei, cum non ſit prędicatum eſſentiale; non tamen eſt extraneæ naturæ ab ipſa eſſentia, vel ab eo, quod eſt, ſed per propria illius principia conſtituitur,quod nulli alteri prædicato extra eſſentiam rei conuenit. Nam alia prædicata,quæ ſunt extra rei eſsentiam,cōſtituuntur per propria principia alterius generis ab eſsentia,cui inſunt, ſcilicet per proprium genus, & propriam differentiam, quæ pertinent ad aliud prædicamentum;eſse autem exiſtentiæ conſtituitur per genus,& differentiam propriam rei exiſtētis. Vnde non trahit rem extra proprium genus, & propriam differentiam; ſed infra idem genus, & differentiam eſt vltima rei actualitas. Et ideo reductiuè pertinet ad genus, & ſpeciem rei exiſtē-

Capreol. Caiet.

A tis.Sed Dominicus Bannes arbitratur magis propriè dicendum eſse,exiſtentiam eſse quid excellē tius,quàm omnia genera,nec ad ea reduci tanquā perfectiora; ſed potius per ea limitari, & imperfectionem recipere: Sicut etiam ens non reducitur ad prædicamentum,ſed potius limitatur ad prædicamenta per diuerſos modos. Sed aduertendū, quòd ens dicit quid completum, cuius non eſt reduci ad genus,vel ſpeciem,exiſtentia verò,nō dicit quid completum, ſed formale principium eſſendi;conſtat autem principia formalia ad genus ſuorum principiatorum pertinere. Et licèt exiſtentia vt actualitas,ſit perfectior re exiſtente;Eſt tamen ea imperfectior in ratione entis; cum non ſit ens completum, ſed ratio formalis entis completi;& ideo ad illud, vt quid imperfectum ad perfectum reducenda eſt.

B

Eſſentiam,et exiſtentiam diſtingui realiter,tam in ſubſtantijs,quàm in accidentibus,quæ probantur habere propriam exiſtentiam.

POſtrema tandem conditio eſt, eſsentiam, & exiſtentiam in rebus creatis diſtingui realiter. Quæ ſequitur ex declaratione quartæ conditionis, in qua oſtendimus,quæ realitas conueniat eſsentię ſecundum ſe,& quæ eidem conueniat per exiſtentiam. Et probatur argumentis D. Tho. ſecundo cont.gent.cap.52. quæ adducuntur, & defenduntur à Capreolo in dicta diſtinctione octaua,quæſtione prima,articulo primo,& à Caietano in quinto capitulo de ente,& eſsentia,& Franciſco Zumello,& Bāneſio ſuper hoc articulo. Quę non eſt neceſse in hunc locum tranſcribere,ſed nobis ſufficiet ex fundamentis allatis, aduerſariorū argumenta diluere. Optima verò probatio habetur ex Caietano in ſexto capitulo,de ente,& eſsentia,circa principium §. *Ad euidentiam*; quo loco probat ex diſtinctione formali eſse ab eſsentia diſtinctionem realem. De exiſtentia verò accidētis, quomodo diſtinguatur ab accidēte,ſiuè quid addat ſuper accidens,& ſuper eſse ſubſtantiæ,partim habetur ex dictis,& partim apparebit ex dicendis de ſpeciali illius ratione,qua diſtinguitur ab exiſtentia ſubſtantiæ. D.Thom.in primo ſentētiarum,diſtinctione tertia,quæſtione ſecunda,articulo tertio, docet eſse accidentis, eſse aliud ab eſse ſubſtantiæ, & ab eſsentia accidentis, quam ſententiam ſequuntur communiter omnes Thomiſtæ,& præſertim Caietanus in ſeptimo capitulo de ente, & eſsentia, & infra quæſtione vigeſimaoctaua, articulo ſecundo, Bannes, & Zumellus ſuper hoc articulo, & alij antiquiores Thomiſtæ. Quod autem accidentia propriam habeant exiſtentiam probatur primò; quia producta ſubſtantia poteſt per aliam actionem alterantis generari nouum accidens; ergo illa actio terminatur ad nouum eſse; nam omnis actio productiua terminatur ad eſse. Secundò accidentia, quæ ſunt in ſacramento Altaris,ſubſiſtunt ſine ſubiecto; ergo habent propriam exiſtentiam. Quod verò realiter diſtinguatur exiſtētia accidētis

C D E

Eſſ exi in ere ſtin tuē ter. S.

cap Cai Zur Ban

cai

Eſſe ſent cide real ſtin tur dū l cai Ban Zur Ac tia pro exiſ

Digitized by Google

tis ab accidente, probatur ex prædictis: Quia nul la quidditas creata eſt ſuum eſſe exiſtentiæ.

Ex his ſequitur exiſtentiam albedinis non eſſe ipſam albedinem, nec exiſtentiam ipſius ſubiecti, neque vnionem, ſiuè receptionem albedinis in ſubiecto; ſicut nec exiſtentia formæ ſubſtantialis eſt receptio formæ in materia; Sed, quemadmodum forma eſt ratio materiæ, & compoſito, quod habeat eſſe ſimpliciter; ita albedo eſt ratio ſubiecto, & compoſito ex albedine, & ſubiecto, vt tale habeat eſſe; ſcilicet eſſe album, ſeu vt exiſtat album.

Argumentum Suarez. Sed vrget Franciſcus Suarez in prædicta diſputatione, numero vigeſimo ſeptimo, & vigeſimo octauo, dicens incredibile eſſe formam accidentalem ponere in ſubiecto præter ſuam entitatem eſſentialem, & inhærentiam aliam diſtinctam entitatem, quæ ſit exiſtentia dependens à ſubiecto; cū præſertim à Deo poſsit conſeruari eſſe accidentis ſine ſubiecto, vt patet in auguſtiſsimo ſacramento Euchariſtiæ.

Soluitur argumentum. Sed hæc minus ſolida ſunt, quàm viri ſapientis eruditio poſtularet: nam, cum accidens dicat ens in ſubiecto, conſequenter etiam eſſe accidentis eſt eſſe in ſubiecto depēdenter à ſubiecto; ſublato igitur ſubiecto tollitur ab accidente, & eius exiſtentia hoc, quod dico in ſubiecto, & remanet accidens, cum hoc, quod dico eſſe, ideſt, cum exiſtentia; & conſequenter eodem miraculo, illud eſſe, quod habebat rationem quo, reſpectu ſubiecti, quod amplius non eſt, & reſpectu compoſiti, quod eſſe deſijt deſinente ſubiecto, habet rationem quo reſpectu ſolius accidentis, quod ex ipſa ſeparatione diuina virtute conſeruante accidens ſine actuali influxu ſubſtantiæ, recipit modum eſſendi ſubſtantiali modo conſimilem, quod eſt exiſtere, vt quod; vt docet S. Thom. tertia par. quæſt. 77. artic. 1. & ibidem latiſsimè Caietanus. Ex dictis ſequuntur decem, & ſeptem propoſitiones, in quibus conſiſtit totius controuerſiæ reſolutio. *S. Thom. Caiet.*

Concluſiones deductæ, & probatæ.

Eſſentia, vt ſic, eſt ens reale poſitiuum ſeipſa formaliter. PRima propoſitio. Eſſentiæ rerum creatarum abſolutè conſideratæ, ſiue ſecundum ſe, ſunt entia realia poſitiuè ſeipſis formaliter. Probatur: Qui dicit eſſentiam rei realis, puta eſſentiam hominis, quæ eſt humanitas, vel etiam eius partes, quæ ſunt anima, & corpus, non dicit nihil; ſed aliquid reale poſitum in prædicamento ſubſtantiæ, in quo non collocantur, niſi entia realia; ergo rerū eſſentiæ abſolutè conſideratæ ſunt entia realia poſitiuè ſeipſis formaliter. Sumimus autem hic nomen entis nominaliter.

Eſſentia, vt ſic, neq; eſt, neque non eſt. Secunda propoſitio. Eſſentiæ rerum creatarum abſolutè conſideratæ, neque ſunt, neque nō ſunt, ideſt nec vendicant ſibi exiſtentiam, nec oppoſitum exiſtentiæ, ideſt non eſſe; Probatur: quia rerū quidditates, & diffinitiones abſtrahunt ab exiſtētia, & eius oppoſito, ideſt non exiſtentia: Nam, ſi vendicarent ſibi exiſtentiam, de Roſa non exiſtente non poſſet haberi diffinitio, neque ſcientia.

A Si verò vendicarent ſibi non exiſtentiam, nunquam exiſterent; nec de eis exiſtentibus poſſet haberi ſcientia.

Eſſentia, vt ſic, ſemper eſt actu eſſentia. Tertia propoſitio. Eſſentia, vt ſic, non diſtinguitur in eſſentiam in potentia ad hoc, vt ſit eſſentia, & in eſſentiam, quæ ſit actu eſſentia; ſed eſſentia ſemper eſt actu eſſentia, & ſeipſa formaliter extra nihil, prout nihil opponitur enti nominaliter. Probatur hæc propoſitio.

Primò. De ratione quidditatis, ſiuè eſſentiæ eſt, vt formaliter includat propria intrinſeca prædicata, quæ ſunt proprium genus, & propria differentia, & vt ſit alicuius quidditas: Exempli gra-

B tia, quidditas hominis neceſſariò ſemper includit animal, & rationale, & quod ſit hominis quidditas; ergo nunquā eſt in potentia, vt ſit quidditas.

Ariſt. Antecedens quo ad primam partem patet ex terminis; & probatur ex octauo metaphyſic. tex. decimo; vbi dicitur rerum quidditates, & diffinitiones eſſe numeris ſimillimas; vt quemadmodū ablato, aut addito aliquo, quantumuis minimo à numero, non eſt amplius idem numerus, ſed diuerſus; ita nec ipſum, quod quid erat eſſe, & diffinitio erit amplius eadem ablato aliquo, aut addito: Quo ad ſecundam autem partem; videlicet quod neceſſariò quidditas ſit alicuius quidditas, pro-

C batur: Nam alioquin poſſet diffinitio ſeparari à diffinito; quod manifeſtam implicat contradictionem.

Secundò. Probatur eadem concluſio: Si quidditas poteſt eſſe in potentia quidditas; ergo non eſt æterna; ergo habet cauſam efficientem; ergo datur cauſa, propter quam homo eſt homo; conſequens falſum eſt, & contra doctrinam Ariſtot. ergo, & Antecedēs. Probatur falſitas: Et primò quò ad primam partem ex primo poſterior. vbi dicitur demonſtrationem, & ſcientiam eſſe ſempiternorum. Quo ad ſecundam, quia hæc propoſitio: homo eſt animal rationale, vel eſt vera præciſa

D omni cauſa effectiua, vel non: Si primum, habetur intentum; ſi ſecundum; ergo diffinitio poteſt à diffinito ſeparari. Quo ad tertiam probatur authoritate Ariſtot. ſeptimo metaphyſ. tex. 59. vbi ait non eſſe quęrendum, propter quid homo eſt homo; non enim poteſt aliqua cauſa aſsignari, propter quā res quælibet ſit ſibimet ipſi vna, niſi propria cuiuſque rei entitas, & quidditas; ab eodem enim res habet, vt ſit ens, & vt ſit vna. *Ariſt.*

Quarta propoſitio. Eſſentiæ rerum ſine propria exiſtentia, ideſt, cum negatione exiſtentiæ nihil ſunt ſimpliciter. Probatur: quia per exiſtentiam conſtituitur quælibet res, vt ſit ens ſimpliciter. Ne

E que tamen ſequitur, quòd ſecundùm ſe nihil ſint; quoniam aliud eſt loqui de eſſentia ſecundùm ſe, ſcilicet prout abſtrahit ab eſſe, & non eſſe, & aliud eſt loqui de illa, prout eſt ſub non eſſe: Licèt enim eſſentia ſecundùm ſe non vendicet ſibi eſſe nihil; ſed habeat realia, & eſſentialia prædicata, ac per hoc ſit realitas in ſuo genere, conſiderata tamen ſub hac ratione; prout non eſt ſimpliciter, eſt ſimpliciter nihil, cum eſſe ſimpliciter rei con-

ueniat per exiſtentiam, vt ſupradictum eſt.

Quinta propoſitio. Eſſentiæ rerum ſine propria exiſtentia, ſunt entia realia, ideſt non conficta ab intellectu. Probatur: quia quidditates non pendēt ab intellectu, cum abſtrahant ab omni cauſa effectiua, & dependentia.

Sexta propoſito. Eſſentiæ rerum ſunt æternæ dupliciter: Vno modo negatiuè: quia ſcilicet non determināt ſibi aliquam temporis differentiam. Alio modo poſitiuè in diuino intellectu, quo ad eſſe verum, quod propoſitione ſignificatur: Hæc patet ex ſe.

Septima propoſitio. Exiſtentia abſolutè eſt aliquid reale intrinſecum rei: Hæc ſupra probata eſt.

Octaua propoſitio. Exiſtentia abſolutè ſumpta eſt vltima actualitas aliquo ex duobus modis ſupra declaratis, ſcilicet, vel formaliter, vt in creaturis, vel virtualiter, vt in Deo.

Nona propoſitio. Exiſtentia abſolutè ſumpta non eſt accidens ex propria ratione: Hæc patet ex dictis.

Decima propoſitio. Exiſtentia abſolutè ſumpta non habet ex propria ratione, quod ſit recepta in re exiſtente. Hæc etiam ſupra probata eſt.

Vndecima propoſitio. Exiſtentia rei creatæ nō eſt accidēs, nec forma, ſed vltima actualitas. Hęc etiam patet ex ſupradictis.

Duodecima propoſitio. Exiſtentia rei creatæ eſt, qua eſſentia formaliter ponitur extra nihil, ſumēdo nihil, vt opponitur enti participialiter. Hæc patet ex dictis, & eſt ab omnibus confeſſa.

Tertiadecima propoſitio. Exiſtentia formaliter, vt exiſtentia eſt, nunquam eſt in potentia, vt ſit exiſtentia. Hæc etiā fuit probata ex Capreolo.

Quartadecima propoſitio. Exiſtentia reductiuè pertinet ad genus, & ſpeciem rei exiſtētis. Hæc patet ex dictis.

Quintadecima propoſitio. Eſſentia, & exiſtentia in omnibus rebus creatis realiter diſtinguuntur. Hæc etiam probata eſt indicatis locis. D. Tho. Capreoli, & Caietani.

Sextadecima propoſitio. Exiſtentia accidentis, diſtinguitur realiter ab exiſtentia ſubſtantiæ, & ab eſſentia accidentis. Hæc ſupra probata fuit.

Vltima propoſitio. Ex eſſentia, & exiſtentia nō fit tertium per ſe vnum; nec fit compoſitio ex his, ſed cum his. Probatur; Nulla res datur, quæ conſtet ex eſſentia, & exiſtentia propriè loquendo; ſicut datur res conſtans, ex materia, & forma; & tamen eſſentia componit cum exiſtentia: ergo.

Argumenta, & ſolutiones.

Suarez.

CONtra prædicta multipliciter argumentatur Suarez: Sufficiet autem nobis afferre vim argumentorum. Igitur contra primam propoſitionem inſurgit.

Primò. Quia D. Thom. quæſt. 3. de potentia, articulo quinto ſic ait. *Ex hoc ipſo, quod quidditati eſſe tribuitur, non ſolum eſſe, ſed ipſa quidditas creari dicitur, quia, antequam eſſe habeat, nihil eſt.*

A Reſpondetur: quòd eſſentia dicitur creari ſecūdùm eſſe exiſtentiæ, vt, ſcilicet eſſentia ſit ens reale participialiter; quæ prius nihil erat, prout nihil opponitur enti participialiter, cum tamē eſſet ens nominaliter.

Secundò. Quia ſolus Deus eſt ens ex ſe neceſſarium, & Deus nō fecit eſſentias rerum ab æterno, quia tunc fuiſſent exiſtentes: quia omnis effectio ad exiſtentiam terminatur.

Et confirmatur: quia alias Deus non creaſſet omnia ex nihilo, ſed ex vno eſſe tranſmutaſſet ad aliud eſſe; nec poſſet Deus rem aliquam in nihilum redigere, quia ſemper maneret aliquid rei, ſcilicet eſſentia.

B

Ad hæc reſpondetur, & dicitur primò, quòd ſolus Deus eſt ens ex ſe neceſſarium, ſumendo ens participialiter: quia reliqua alia ſine Dei operatione non poſſunt exiſtere: Secundò nos non dicimus Deum feciſſe eſſentias rerum ab æterno, neq; eas eſse ab æterno extra Deum: Tertiò non ſequitur Deum non creaſse omnia ex nihilo; quoniam rerum eſſentiæ nullum habebāt eſse extra Deum; ſed creatæ ſunt à Deo, vt exiſterent; cum quo ſtat, quòd abſolutè, & ſecundùm ſe ſumptæ entia realia ſint in ratione eſsentiæ formaliter, à nullo dependentes; loquimur enim formaliter de eſſentia, C vt ſic, quam cōſtat ens reale eſse, & tamen abſtrahere ab efficientia. Quare nunquam dicimus, eſsētiam fieri eſsentiam, licèt dicamus ſimpliciter eſſentiam fieri: quia res illa, quæ eſsentia eſt, fit ens in rerum natura ſimpliciter, quando creatur, aut generatur, quia fit exiſtens. Fieri enim non terminatur niſi ad exiſtentiam formaliter, & ratione illius ad alia actuata per exiſtentiam; & ideo fatuū eſt imaginari eſsētiam, vt eſsentia eſt formaliter, fieri; ſic enim factio terminaretur ad quidditatē, vt quidditas eſt, quod eſt impoſsibile.

Et hinc patet etiam res poſse à Deo in nihilum redigi, quia non remanet eſsentia, vt exiſtens in D rerum natura, quæ tamen non deſtruitur, vt eſsentia eſt; quia deſtructio terminatur ad non ens oppoſitum enti participialiter, non autem ad nō ens oppoſitum enti nominaliter; & ſecundùm hanc rationem dicitur remanere, quia, ſcilicet formaliter non deſtruitur.

Replic.

Sed inſtat Suarez. Aut quod nihil habet exiſtentiæ, eſt ſimpliciter, & omnino nihil, aut non: Si non; ergo ſimpliciter, & abſolutè Deus non creauit omnia ex nihilo, nec produxit omnia entia, ſeu omne, quod verè eſt aliquid reale: Si verò eſt omnino nihil, vana eſt prædicta diſtinctio de nihilo.

Quod non exiſtit eſt nō ens ſimpliciter à nullo addito, non tamen omnibus modis.

E Reſpondetur id, quod nihil habet exiſtētiæ, eſſe nihil ſimpliciter, ideſt, ſine addito, non tamen ſimpliciter, ideſt omnibus modis; quia, vt eſsentia eſt formaliter, aliquid eſt. Nec tamē ſequitur; ergo Deus non creauit oīa ex nihilo, & non produxit oīa entia; nam eſsentia, non ita dicitur ens reale, quaſi præexiſtat creationi extra Deum: Sed quia ſecundum ſuam rationem formale realis eſt, & abſtrahit ab exiſtentia, & à creatione, vel genera-

peratione; quia hæc nõn ſunt de eius ratione. Et tamen, vt diximus, creatur ſimpliciter loquendo, quia fit exiſtens, & fit ens reale participialiter.

Contra tertiam propoſitionem argumentatur idem Suarez Primo: Eſſentia actualis in eſſe eſſentiæ differt ab eſſentia in potentia, & non differt formaliter, ac præciſe per exiſtentiam; ſed per actualitatem illam, quam in ſe habet ab exiſtentia diſtinctam, quia illam actu non habebat, dum erat in potentia; ergo.

Secundò. Quia ſecundùm illam entitatẽ actualem eſſentia eſt in potentia receptiua exiſtentiæ, in qua non erat prius conſiderata in ſola potentia obiectiua; ergo.

Ad hæc reſpondetur falſum eſſe, quod ſupponunt, videlicet dari eſſentiam, vt eſſentia eſt, in potentia obiectiua, ad hoc, vt ſit eſſentia.

Tertio ſic arguit. Si Chriſti humanitas ſupponatur exiſtere per exiſtentiam Verbi, ipſa præciſe concepta eſt entitas actualis creata; Ergo ſic præciſè concepta, differt à ſeipſa, vt erat ab æterno in ſola potentia obiectiua.

Reſpondetur negando antecedens. Quoniam humanitas Chriſti præciſè concepta, ideſt, ſecundùm ſe, vt humanitas, abſtrahit à dependentia à quouis agente; & ideo in ratione quidditatis, vt ſic, nõ poteſt dici creata; licèt ſimpliciter ſit creata. Nam creatio terminatur ad eſſe, & nõ ad eſſentiam formaliter, ſed tantum ſub ratione exiſtentiæ formaliter: nec refert, an illa exiſtẽtia ſit propria, vel aliena, dummodo excellenter ſuppleat vices propriæ, ſicut facit exiſtentia Verbi, reſpectu humanitatis Chriſti.

Quartò contra eandem, & quintam decimam ſic arguit. Eſſe, quo eſſentia creaturæ formaliter ſtatuitur in actualitate eſſentiæ præciſè ſumptũ, ſatis eſt ad veritatem huius loquutionis de ſecundo adiecente, Eſſentia eſt: ergo illud eſſe eſt vera exiſtentia.

Reſpondetur falſum eſſe Antecedens: ſed verificatur tantum propoſitio de tertio adiecente, vt hæc; humanitas eſt humanitas; vel hæc, homo eſt animal rationale. De reſponſione, quam ipſe adducit nihil curamus; quia ſupponit actualitatem eſſentiæ, vt eſſentiæ eſt pendere ab exiſtẽtia, quod nos negamus.

Quintò. Huic eſſe actualis eſſentiæ conueniunt omnia, quæ tribui ſolent exiſtentiæ; immò, & illa, per quæ exiſtimatur exiſtentia diſtingui ab eſſentia; ergo. Antecedens probatur; quia hoc eſſe eſſẽtiæ actualis non eſt æternum; ſed temporale; ſed eſſe eſſentiæ, prout diſtinguitur ab eſſe exiſtentiæ, eſt æternum, quod non poteſt eſſe verum, niſi de eſſe potentiali eſſentiæ; ergo eſſe actuale, ſicut temporale eſt, ita etiam eſt vera exiſtentia.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens: Ad probationem negatur iterum Antecedens in ſenſu ſupra explicato in ſexta Concluſione.

Sextò. Hoc eſſe conuenit creaturæ contingenter, & non neceſſariò; ergo. Antecedens probatur; quia priuſquam fieret, illud non habuit, & poteſt, poſtquam illud habuit, illo priuari: Sed iſtæ ſunt conditiones exiſtentiæ; ergo.

A Reſpondetur falſum eſſe antecedens: Ad eius probationem iterum negatur antecedens propter rationes ſuperius aſsignatas.

Septimo. Hoc eſſe, quo formaliter, & immediatè cõſtituitur res in actualitate eſſentiæ, eſt illud, quo formaliter, & immediate res conſtituitur extra cauſas ſuas, & deſinit eſſe nihil; Ergo hoc eſt eſſe exiſtentiæ.

Reſpondetur falſum eſſe Antecedens; vt ſupra oſtendimus.

Octauo. Contra tertiam decimam argumentatur: Quoniam exiſtentia interdum actu conſtituit rem exiſtentem, interdum ſolùm in potentia obie-
B ctiua; ergo non eſt de ratione exiſtentiæ actu conſtituere rem exiſtentem. Conſequentia probatur; quia in exiſtentia in potentia, concipitur totum id, quod eſt de ratione exiſtentiæ creatæ; etiam ſi non concipiatur actu exercere, ſeu eſſe actum exiſtendi, aut conſtituere rem exiſtentem.

Reſpondetur falſum eſſe Antecedens loquendo de exiſtentia, vt nos loquimur cum Capreolo, videlicet in actu exercito. Nam hoc tantummodo habet formaliter rationem exiſtentiæ diſtinctam à ratione eſſentiæ; Concepta namque in actu ſignato, eſſentia quædam eſt, eo modo, quo qualibet ratio, eſſentia dici poteſt: Et quia, vt ratio for-
C maliter exercet actum eſſentiæ, non autem exiſtẽtiæ, ideo bene dicimus cum Capreolo exiſtentiam proprie, & formaliter eſſe tantùm in actu, nunquã autem in potentia.

S. Tho. capreolus caiet. — *capreolus*

Nonò. Contra quartam decimam propoſitionem ſic inuehitur: Quando aliquid reducitur ad prædicamentum aliquod tanquam actus conſtituens, ſaltem neceſſe eſt, vt ipſum conſtitutum directè collocetur in prædicamento; ſed res exiſtẽs, vt exiſtens non collocatur in aliquo prædicamento, quia ſeries prædicamentorum abſtrahunt ab actuali exiſtentia; nam in prædicamento, ſolum collocantur res ſecundum ea prædicata, quæ eſſen-
D tialiter, & neceſſario eis conueniunt; ergo exiſtentia nec reductiue poteſt ad prædicamentum pertinere.

Reſpondetur: Maiorẽ eſſe veram tantùm, quando conſtituens eſt pars eſſentialis, vel etiam integralis ipſius conſtituti; Exiſtentia vero non eſt pars; ſed vltima actualitas. Secundò dicitur eam eſſe veram, quando ex conſtituente, & alio, vel alijs, cum quibus adunatur, reſultat conſtitutum, tanquam vnum per ſe ex illis compoſitum, quod non contingit in propoſito.

Decimo. Contra quintamdecimam ſic argumẽtatur: Ad hoc, vt exiſtere dicatur eſſe de eſſentia
E Dei, non autem de eſſentia creaturæ, ſufficit, vt creatura ex vi ſuæ naturæ non habeat exiſtentiã; ſed tantùm ex efficientia Dei; ergo non eſt neceſſaria diſtinctio realis, aut ex natura rei eſſentiæ ab exiſtentia; hæc autem erat ratio potiſsima diſtinguendi eſſentiam ab eſſe, ſcilicet, quia eſſe non eſt de eſſentia creaturæ; ergo hac ſublata remanent omnino indiſtincta. Antecedens probatur: quia per illam loquutionem non ſignificatur diſtinctio vnius ab alio; ſed ſolùm conditio, limitatio, & im

perfectio talis entitatis, quæ non eſt ex ſe ens neceſſe eſſe.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens: Ad probationem dicitur; verum eſſe per illam loquutionem non ſignificari formaliter, & explicitè diſtinctionem, ſignificatur tamen virtualiter, & implicitè, vt late probat, & ſuſtinet Capreolus cum D. Tho. & Caiet. locis allegatis.

Vndecimo. Nullus poteſt aſsignari effectus formalis exiſtentię diſtinctus ab effectu formali eſſentiæ actualis; ergo non diſtinguuntur eſſentia, & exiſtentia. Antecedens probatur: quia non eſt, vt eſſentia ſit ens actuale extra cauſas ſuas: nam hoc habet eſſentia formaliter per eſſe ſuum actuale: neq; vt entitas eſſentiæ actu ſit per ſe, vel in alio; nam hos modos actu habet eſſentia per ſubſiſtentiam, vel inhærentiam; ergo.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens: Ad probationem dicitur; exiſtentiam habere pro effectu formali, facere eſſentiam nō actu eſſentiam, ſed actu exiſtentem, & actu extra cauſas ſuas.

Duodecimò. Ens additum rebus nihil eis addit; nam idem eſt ens homo, quod homo ſecundū Ariſt. quarto metaph. tex. ſecundo; ergo eſſentia, & exiſtentia non differunt.

Reſpondetur: Antecedens verum eſſe de ente nominaliter, non autem de ente participialiter; nā hoc addit ſuper res actum exiſtentiæ.

Tertiodecimò. Exiſtentia addita actuali eſſentiæ, nec poteſt conferre illi primam rationem entis in actu, qua diſtinguitur ab ente in potentia; neque poteſt eſſe cauſa quouis modo, vt eſſentia habeat ſuam entitatem actualem eſſentiæ; ergo nulla ratione fingi poteſt talis entitas diſtincta; Prima pars antecedentis probatur: quia repugnat entitatem conſtitui in eſſe entitatis per aliquid à ſe diſtinctum.

Secunda pars ſic probatur ab eodem, quod videlicet (vt ipſe inquit) non requiratur in aliquo alio genere cauſæ exiſtentia diſtincta, vt entitas eſſentiæ poſsit eſſe in rerum natura. Illa entitas non eſt neceſſaria ad conſtituendum intrinſecè ens actu; ergo non eſt neceſſaria ad conſtituendum intrinſecè ens exiſtens. Probatur conſequentia; nam exiſtens, & ens in actu, ideſt non in potentia, idem omnino ſunt.

Reſpondetur antecedens quo ad vtramque partem poſſe dupliciter intelligi; Vno modo, vt per ens in actu, vel entitatem actualem intelligatur ens nominaliter, & entitas eſſentiæ formaliter, & in hoc ſenſu verum eſt antecedens.

Alio modo, vt per prædicta intelligatur ens participialiter, & entitas actualis extra cauſas, quo ſenſu videtur accipere Suarez ſecundam partem dicti antecedentis; & ſic intellectum falſum eſt. Ad probationem primæ partis, ſi intelligatur antecedens de entitate ſecundo modo; falſum eſt. Si primo modo, conceditur.

Ad probationem ſecundæ partis negatur conſequentia.

Ad probationem negatur antecedens loquendo de ente nominaliter.

A Quartodecimò: quia ſaltem per diuinam potentiam poſſet conſeruari actualis entitas eſſentiæ ſine illo vlteriori actu formali. At, ſi Deus conſeruaret eſſentiam actualem ſine vlteriori actu exiſtentiæ diſtinctæ, illa entitas ſic conſeruata eſſet verè exiſtens. Et conſequenter exiſtentia ab ea diſtincta non eſt neceſſaria.

Prima propoſitio probatur: quia, licèt Deus nō poſsit ſupplere cauſam formalem intrinſecè componentem, poteſt tamen ſupplere dependentiam vnius partis componentis ab altera, etiam ſi illa actus formalis ſit; Sicut poteſt ſupplere dependentiam formæ, vel accidentis à cauſa materiali.

B Ad hoc argumentum reſpondetur cū Capreolo. Falſam eſſe primam propoſitionem. Ad probationem dicitur Deum de facto ſuppleſſe actum exiſtentiæ humanitatis Chriſti in myſterio Incarnationis; non tamen ita, vt humanitas careat exiſtentia à ſe diſtincta, ſed exiſtit exiſtentia Verbi; nec poteſt Deus ſupplere dependentiam eorum, quæ neceſſariam omnino habent connexionē: non enim poteſt ſeparare materiam, quæ eſt pura potentia ab omni forma, nec formam lapidis, vt ſit ſeparata à materia, & multò minus eſſentiam ab omni exiſtentia: niſi in nihilum redigendo. Cap.

C Quintodecimò contra ſextamdecimam propoſitionem quo ad ſecundam partem, argumentatur idem Suarezius. Incredibile eſt accidens ponere in ſubiecto præter ſuam entitatem eſſentialem, aliam entitatem diſtinctam, quæ ſit exiſtentia accidentis; ergo. Antecedens probatur. Primò, quia concipi non poteſt, quid ſit talis entitas, nec quid conferat ſubiecto. Secundò, nam albedo hoc ipſo præcisè, quod inhæret ſubiecto, per ſuammet entitatem conſtituit illud album, & hoc eſt dare illi, vt ſit album; ergo omne aliud eſſe albedinis eſt ſuperuacaneum, & ſine fundamento confictū. Suar.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens. Ad primā probationem negatur antecedens. Ad ſecundam

D dicitur, Antecedens poſſe dupliciter intelligi. Vno modo, vt vocabulum illud præcisè excludat omnē actualitatem præter eſſentiam albedinis. Et ſic falſum eſt.

Alio modo, vt non excludat vltimam actualitatem albedinis, quæ eſt eius exiſtentia; & ſic verum eſt antecedens; ſed eſt pro nobis; non enim albedo poteſt vniri ſubiecto, & conſtituere album, niſi ſit extra cauſas ſuas; non eſt autem, niſi per exiſtētiam; nam eſſentia, vt eſſentia, abſtrahit ab eſſe extra cauſas ſuas.

E Omitto alias rationes, quas paſsim tangit prędictus author in ſua diſputatione trigeſimaprima, quia innituntur eiſdem principijs, quæ nos ſupra negauimus, vel diſtinximus.

Sextodecimò contra vltimam argumentatur idem Suarez. Eſſentia, & exiſtentia comparantur, vt actus, & potentia eiuſdem generis, quæ per ſe, & ex natura ſua inſtituta ſunt ad componendum vnum; ergo fit tertium per ſe vnum, & compoſitio ex his. Suarez

Reſpondetur nō ſufficere eſſentiam eſſe per ſe, ſiue ex natura ſua potentiam reſpectu exiſtentiæ,

& exi-

& exiſtentiam eſſe actum, ad hoc, vt ex eis fiat pet ſe vnum tertium; ſed oporteret, vt eſſentia eſſet pura potentia, & vt eſſentia cum ſua ſubſiſtẽtia, quæ eſt capax exiſtentiæ, haberet rationem, nõ totius, ſed partis; quorum vtrumque longè eſt à natura eſſentiæ. Neque ſufficit, quod ordinentur ad componendum vnum quomodocunque, ſed oportet, vt illud vnum ſit quid tertium reſultans ex vtroq;. Exiſtentia verò ordinatur ad componendũ, ideſt, ad complendum rem cuius eſt eſſe; exempli gratia, exiſtentia hominis ordinatur ad complendũ hominem, vt habeat vltimum complementum, quod eſt eſſe in actu in rerum natura extra cauſas ſuas; ita vt cauſalitas formalis exiſtentiæ, non cõſtituat vnum aliquod tertium ex homine, & exiſtentia compoſitum, ſed compleat hominem ſubſiſtentem, vt ſit actu vltima actualitate.

B

Decimoſeptimò. Eſſentia ſine exiſtentia nõ habet completam actualitatem; immò neque eſt ens actu, cur ergo non conſurget ex eis ens per ſe vnũ?

Reſpondetur ex hoc ipſo non conſurgeret tertium ens per ſe vnum, quod exiſtentia complet actualitatem eſſentiæ ſubſiſtentis in ſubſtantijs, vt vltima actualitas: hæc eſt enim propria cauſa, ꝓpter quam non conſurgit aliquod vnum tertium, cum præſertim exiſtentia non ſit actuabilis per tertiam entitatem, ſicut materia, & forma.

C

Decimo octauò. Non fit ex eis vnum per Accidens; ergo fit vnum per ſe.

Reſpondetur, quod non negamus fieri vnũ per ſe, quod eſt res ipſa, quæ exiſtit: ſed negamus fieri vnum tertium ex re exiſtente, & exiſtentia. Secundò dico hoc argumento probari eſſentiam, & exiſtentiam adunari, per ſe, non tamen ad conſtituẽdum vnum tertium.

Decimononò. Nullum ens creatum eſſet per ſe vnum, quatenus ens actu eſt; ergo.

Reſpondetur falſam eſſe conſequentiam: Nam creatum eſt ens per ſe vnum modo dicto.

D

Vigeſimò. Quia ratio Caietani eſt valdè debilis, ſcilicet, quia ens per ſe vnum ſolùm fit ex partibus ſubſtantiæ, eſſe autem non eſt pars ſubſtantiæ: Eſt enim aſſumptio falſa. Nam etiam fit per ſe vnum ex ſubſtantia, & actu, ſeu termino ſubſtãtiali; alioquin ex natura, & ſubſiſtentia non fieret per ſe vnum, neque ſuppoſitum ſubſtãtiale, vt ſic, eſſet per ſe vnum: quod planè falſum eſt.

Reſpondetur fieri per ſe vnum ex ſubſtantia, & termino ſubſtantiali, ideſt ex natura, & ſubſiſtentia; ſed hoc vnum non eſt aliquod tertium ſubſiſtens, ſed eſt ipſamet ſubſtantia completa in rõne ſubſtantiæ primæ: nam terminus non componit cum eo, cuius eſt terminus; vt benè dixit Caietanus in tertia parte, quæſt. 4. articulo 2. Caietanus

E

Vltimò. Sequeretur Chriſtum non eſſe vnũ per ſe: quia conſtat ex humanitate, & Verbo, non vt ex partibus ſubſtantialibus; ſed vt ex natura, & ſubſiſtentia.

Reſpondetur negando conſequentiam: nam, cũ Verbum ſuppleat perſonalitatem creatam, complet etiam humanitatem in ratione ſubſtãtiæ primæ, vt ſit ſubſiſtens, & per ſe vnum; non autem

A

quod reſultet vnum tertium, ſicut neque ex linea, & puncto reſultat vnum tertium; ſed tantùm per punctum completur linea; Et hæc eſt doctrina S. Thomæ Quodlibet ſecundo, quæſt. 2. art. 1. ad primum, vt notauit Capreolus in primo ſententiarũ, diſtinct. 8. quæſt. prima, in reſponſione ad quintum Godofredi. S.Thomæ Capreol.

Ex eodem fundamento ſoluuntur argumenta eiuſdem authoris, quibus nititur probare compoſitionem ex eſſe, & eſſentia, eſſe compoſitionem ex his, & non tantùm cum his, & quædam etiam argumenta Molinæ ſuper hoc articulo, diſputatione ſecunda, qui etiam ſuſtinere nititur tanquam probabilem ſententiam, rerum creatarum exiſtentiam eſſe accidens reale completum ad prædicamentum quando ſpectans; idem re, formaliter tamen diſtinctum à ſubſtantia, & eſſentia ſubſtantiarum, nihilque omnino differre à duratione, quã ſubſtantiæ in rerum natura permanere ſolent, quamdiu eſſe deſinunt; Itaque tria dicit. Primum eſt exiſtentiam ſolùm formaliter diſtingui ab eſſentia, vt ait Scotus. Secundũ eſt probabile eſſe exiſtentiam eſſe rei durationem, &c. Tertium eſt probabilem etiam eſſe ſententiam D. Thomæ, & Thomiſtarum, videlicet, quod diſtinguantur realiter. Sed ex hucuſque dictis ſatis patet, quid hæc habeant veritatis. An autem rei exiſtentia ſit duratio, diſcutietur inferius, quæſtione decima, articulo 5. Molinæ

B

C

Secunda Controuerſia.

An exiſtentia creata ſit à forma tanquam à cauſa efficiente, vel formali, aut finali, vel tantùm diſpoſitiua.

Sententiæ Expoſitorum.

Dominicus Bannes ſuper hoc articulo ſtatuit duas concluſiones. Prior Concluſio eſt: Nulla forma creata eſt cauſa effectiua, aut formalis, vel finalis exiſtentiæ; benè tamen materialis. Secunda: Forma in genere cauſæ formalis determinat materiam ad ſuſcipiendam exiſtentiam. Et declarat exemplo diaphaneitatis, quæ eſt formã diſponens aerem ad ſuſceptionem lucis, non autẽ cauſans lucem in alio genere cauſæ, quàm materialis, ſiuè diſpoſitiuæ. Hanc ſententiam attribuit Capreolo in primo ſententiarum, diſtinct. 8. quæſtione prima, ad Tertium Henrici, & ad tertium Gerardi contra primam Concluſionem; Sed ex alijs verbis in eadem quæſtione patet mẽs Capreoli: nam in probatione ſecundæ Concluſionis ait formam eſſe, quo eſt cauſaliter, quaſi effectiuè, & eſſe principium ipſius eſſe. Et in reſponſione ad ſecundum Gerardi loquens de ſubſtantia ſimplici ait eam ſe tota eſſe formam, ac per conſequens eſſentiam eius eſſe principiũ eſſendi ſecundũ quodlibet ſui, non ſicut ſubſtantia compoſita, cuius ſola vna pars eſt principium eſſendi. Et in reſponſione ad tertium eiuſdem Gerardi ait, formam accidentalem cauſare quoddam eſſe ſecundum, ſine quo res ſubſiſtit. Et in reſponſione ad ſextum Godofredi, Bannes. D Capreoli mens declaratur. E

fredi,ait,quod eſſe fluit à forma,non per modum effecti ab ea,ſed per modum ſequelæ; forma enim (inquit)dicitur eſſe principium eſſe,nō propriè agendo ipſum; quia tunc prius eſſet, quàm ageret illud eſſe,& allegat S.Thom.prima par. quæſt.77. artic.6.præſertim ad tertium. Igitur Capreolus ſenſit vtroq; modo formam cauſare eſſe, ſcilicet, vt principium,non propriè agens, ſed per modū naturalis effluxus exiſtentiæ ab ipſa forma,& per modum cauſæ materialis; Eandem ſententiam ſequitur Ferrarienſis ſecundo contra gent. capit. 54.& 55. Et Zumellus ſuper hoc articulo, & infra quæſt.50.art.5.in ſua quæſt.2.

Ferrarien. Zumel.

Hæc quæſtio ex paucis,ſolidis,ac ſubtilibus bene intellectis fundamentis expedienda eſt.

Reſolutio.

Oſtenditur ordo mutuæ cauſalitatis inter formam, & eſſe, & vtriuſque ad rem ſubſiſtentem.

Recolenda eſt primò doctrina Ariſtot. ſecundo phyſic. & quinto metaphyſ. in capite de cauſa. Cauſas ſibi inuicem eſſe cauſas in diuerſo genere cauſæ; vt ibidem declarat S.Thom. de fine reſpectu efficientis,& è contra; & de forma in ordine ad materiam, & è contra. Ex quo ſequitur idem reſpectu eiuſdem,licet non eodem modo, eſſe prius, & poſterius, & eſſe dependens, & independens.

Quæ prioritas in[illegible] & è contra.

Sed obſeruandum,eam prioritatem,qua materia præcedit formam,vel potentia actum,& è contra,non eſſe prioritatem inſtantis naturæ, in quo, ſed à quo,nam eſt prioritas meræ cauſalitatis.

Cuius ratio duplex eſt;prima, quoniam quando effectus pendet eſſentialiter à pluribus cauſis, non poteſt talis effectus poni in actu in rerum natura, etiam pro aliquo inſtanti naturæ, niſi pro eodem inſtanti ſint omnes cauſæ; alioquin ab eis non dependeret eſſentialiter.

Secunda ratio eſt:quia ordo inſtantis naturę in quo attenditur ſolum inter ea, quæ talem habent ordinem realis dependentiæ, vt vnum ab alio dependeat,& non è contra;non autem vbi eſt mutua dependentia eſſentialis: implicat enim vnum eſſe ſine alio; vt patet manifeſtè de materia, & forma materiali ſubſtantiali,in doctrina D.Thom.

Qūo exiſtentia pēdeat à forma,& è cōtra.

Secundo conſiderandum eſt; exiſtentiam eſſe neceſſariam conditionem cauſæ in cauſando,nulla enim cauſa excepto fine,poteſt cauſare, niſi ſit; ſed tamen talis conditio,ſcilicet exiſtentia poteſt pendere à cauſato in alio genere cauſæ: ſicut etiā materia eſt cauſa quantitatis, quam tamen nō poteſt cauſare,niſi ſit ſingularis, & nō eſt ſingularis, niſi per quantitatem; cauſat ergo quantitatem in genere cauſæ materialis, & determinatur ab ipſa in genere cauſæ formalis; Sic in propoſito forma non poteſt cauſare eſſe, niſi exiſtat, & exiſtentia non eſt,niſi per formam; ſed forma cauſat exiſtentiam,vt principium formale, & quaſi efficiens, & ab exiſtentia fit exiſtens forma tanquam à cauſa formali. Neque hoc mirum eſt; quoniam hic non

A eſt ratio propriè efficientis. Quòd autem hæc doctrina ſit ſolida,facilè conuincitur;quoniam ſententia etiam contraria, non poteſt ſine hoc fundamento ſuſtentari: Nam quæro,an forma diſponat ad eſſe conſtituendo proprium ſuſceptiuum exiſtentiæ,antequam ipſa forma ſit, vel poſtquā eſt; Non antequam ſit,quoniam hoc eſt impoſſibile; nam cauſa non cauſat,niſi quando eſt;Neq; poſtquam eſt;nam non fit diſpoſitio ad eſſe, quod habetur,ſed quod expectatur.

Hoc argumentum ſolui non poteſt, niſi per dictum noſtrum fundamentum.

B Tertiò notandum, dupliciter aliquid dici efficiens. Vno modo,vt quod; & hoc, propriè dicitur efficiens,cum actiones propriè ſint ſubſiſtentiū. Alio modo,vt quo. Et hoc minus propriè dicitur efficiens:propriè autem nūcupatur ratio,vel principium formale agendi,vt docet S.Tho.prima ſecundæ quæſt.9.artic.1.& ibidem latè explicat Caietanus. Vnde S.Thom.in ſecundo,cont.gent. cap. quinquageſimo quarto, ait, formam comparari ad ipſum eſſe,ſicut lux ad lucere, vel ſicut albedo ad album eſſe. Ad cuius maiorem intelligentiam

Quartò ſciendum eſt,conuenire tàm formæ, quàm exiſtentię eſſe id,quo res eſt,ſcilicet compoſitum: ſed alia,& alia ratione: nam forma eſt id,quo cōpoſitum eſt,tanquam principium formale, cuius C effectus formalis eſt eſſe: quemadmodum etiam albedo eſt,quo aliquid eſt album: ſed exiſtentia eſt id,quo compoſitum, ſiue ſubſtātia eſt, tanquā actus,quo formaliter res denominatur ens participialiter,ideſt exiſtens.

Quintò aduertendum eſt, quod efficiens,ſiue, vt quo,ſiue vt quod dupliciter aliquid efficit. Vno modo per actionem mediam. Alio modo per ſimplicem reſultantiam,vel naturalem ſequelam, eo modo, quo ſubiectum dicitur cauſare propriā paſſionem; & tale cauſans ſatis impropriè nominatur efficiens. Sed præterea differunt efficiens per D actionem mediam, & cauſans per ſimplicem reſultantiam,quoniam hoc ſecundū natura tantùm præcedit ſuum effectum, vt patet de Sole reſpectu luminis; illud verò prius,ſi non agit in inſtanti, & à principio ſuæ productionis, præcedit tempore ſuum effectum.

Concluſio deducta,& multipliciter probata.

Concluſio. Forma eſt cauſa efficiēs quo,ideſt, principium formale exiſtentiæ. Probatur. Primò authoritate D.Thom. ſuperius allegata ex E ſecundo contra gentes,capit.54.vbi ait, *ſicut ſe habet lux ad lucere,& albedo ad album eſſe, ita forma ad ipſum eſſe*, conſtat autem lucere eſſe effectum formalem lucis,& album eſſe,albedinis; Igitur & exiſtentia eſt effectus formalis formæ. Sed reſpondet Bannes S.Thom. ibidem ſeipſum declaraſſe, cū ait eſſe comparari ad formam,vt actus, ſignificādo formam in compoſitis ex materia, & forma dici principium eſſendi, quia eſt complementum ſubſtātiæ,cuius actus eſt ipſum eſſe, ſicut diaphanum eſt aeri principium lucendi, quia facit eum

pro-

Reijcitur interpretatio Bãneſ.

proprium ſubiectum luminis, vt ibidem expreſsè ait S.Thom. Sed ſi diligentius inſpiciamus verborum ſeriem, & exemplorum proprietatem, cum rei, de qua agitur, ſubtilitate, apparebit mentem S.Tho. fuiſse perfectè explicare naturam, & modum exiſtentię per analogiam quandam, ſiue proportionem ad ſenſibilia.

Et quoniam duo præcipua conueniunt exiſtentiæ, prout ab eſsentia, & etiam ab ipſa forma diſtinguitur; vnum eſt, vt ſit effectus formalis formæ; alterum, vt ſit actus ipſius formæ tanquã partis, ſed per ſe primò totius compoſiti, tanquã primò ſuſceptiui exiſtentiæ, nec poterat vtrumq; vnico exemplo ſufficienter manifeſtari: idcirco duo attulit exempla, vnum de formis, quæ principia ſunt, non tamen ſubiecta ſui effectus formalis: nã lucere paſsiuè, ideſt, eſse lucidum, ſuſcipitur in lucido, non in luce, & album eſse in albo, non in albedine, non enim lux eſt lucida, neq; albedo alba.

Aliud exemplum attulit de formis, quæ diſpoſitiones ſunt ſubiecti reſpectu alicuius actus, quo & ipſę actuantur, non tamen habent verè rationẽ principij, niſi materialis, reſpectu talis actus, vt diaphaneitas aeris reſpectu lucis, quæ conſtituit aerem in ratione proprij ſubiecti lucis, à qua, & ipſum diaphanum actuatur. Nec alia rei magis accommodata, quæ vtramque conditionem exiſtentiæ repreſentarent, poterant exempla proferri, niſi exeundo à ſenſibilibus, & à minus notis, vel æqualiter occultis contra naturæ, & Peripateticæ diſciplinæ præcepta procedendo: verbi gratia, afferendo exempla de operationibus, vel potentijs animæ, de propria paſsione, & de ſimilibus, quæ minus euidentia ſunt, quàm vt ſufficiant ad tam ſubtilis quæſtionis nodum explicandum.

Secundò probatur eiuſdem S. Doct. auth. inferius quæſt. 54. art. 2. ad ſecundum, quo loco ſic argumentatur S.Thom. Sicut ſe habet cauſa ad cauſam, ita effectus ad effectum; ſed forma, per quam Angelus eſt, eadem eſt cum forma, per quam intelligit, ad minus ſeipſum; ergo eius intelligere eſt idem cum ſuo eſse: ad quod argumentum, ita reſpondet S.Thom. *Dicendum, quod ipſa eſſentia Angeli eſt ratio totius ſui eſſe, non autem eſt ratio totius ſui intelligere*, & infra. *Licet ſit eadem forma, non tamẽ ſecundum eandem rationem eſt principium eſſendi, & intelligendi*; In qua reſponſione collata argumento: tria ſunt obſeruanda. Primum eſt, S. Tho. admittere id, quod aſsumebat argumentum, eſsentiam videlicet Angeli eſſe cauſam exiſtentiæ, & ipſius intelligere. Secundum eſt, quod cauſalitatem qualis ſit explicat dicens, quod eſt ratio totius ſui eſſe, non autem totius ſui intelligere. Tertium eſt, quod eſſentia Angeli eſt principium eſſendi, & intelligendi, quibus ſi addamus primò hic non habere locum cauſalitatem diſpoſitiuam; ſecundò quod S.Thom. vniformiter accipit hoc loco nomẽ cauſæ, rationis, & principij, ſequitur euidenter, quòd, quemadmodum eſſentia Angeli eſt principium formale intellectionis, & efficiens, ita etiã ſit principium formale, & efficiẽs modo ſuo ipſius eſſe. Dico modo ſuo, quia non cauſat, niſi per modum naturalis ſequelæ, & reſultantiæ, & hinc patet ineptam ſatis eſſe interpretationem Dominici Bannes dicentis eſſentiam Angeli eſſe rationem totius ſuæ exiſtentiæ ſpecificando ipſam, eo ferè modo, quo genus dicitur per differentiam ſpecificari, quia conſtituitur, & limitatur per illam: Non enim ex hoc ſolo poteſt Angeli eſſentia nuncupari cauſa, & ratio totius eſſe, & principium eſſendi, ſicut nec differentia poteſt appellari cauſa generis, & ratio totius eſſe, & principium generis, cum præſertim addat prędictus expoſitor, exiſtentiam perficere eſſentiam, non autem è contra, ſed potius fieri imperfectiorem exiſtentiam ex tali limi-

B tatione. Certè ſi ſenſum illum habuit, S.Tho. pluſquam impropriè loquutus eſt, & omnino gratis; nam poterat facilius, & melius, & verius ſecundũ illam ſententiam reſpondere eſſentiam Angeli nõ eſſe cauſam, nec rationem, neque principium exiſtentiæ, ſed tantum ſubiectum receptiuum, & limitatiuum, ſed reſpectu intellectionis habere omnia prædicta, & nihil ex præmiſsis deduci. Hæc verò nimia eſt abſurditas; igitur malè gloſſatur à Baneſio S.Thomas.

Tertiò ſic probatur concluſio: Omne generans facit de ente in potentia, ens in actu, educẽdo formam de potentia materiæ, ſi eſt forma educibilis;

C at non poteſt facere ens in actu, niſi producendo eſſe per formam eductam; ergo. Maior patet ex Ariſtot. 1. phyſic. Minor probatur: quia generans generat totum compoſitum, non præcisè, vt eſt eſſentia, quoniam eſſentia, vt ſic non poteſt generari, vt oſtendimus cum Capreolo in præcedente Controuerſia; ergo generat compoſitum, vt eſt eſſentia exiſtens extra cauſas ſuas in actu; hoc autẽ non conuenit eſſentiæ, niſi per exiſtentiam, quam agens non poteſt cauſare, niſi per formam; ergo. Et confirmatur: nam, vt docet Caiet. in 5. capit. de ente, & eſſentia; Omnis generatio terminatur ad eſſe tanquam ad terminum ſecundarium; at eſſe

D nõ eſt terminus extrinſecus: ergo eſt terminus intrinſecus conſequens formam ſecundum ſe; ergo datur ab agente per formam, tanquam per principium quo. Probatur hæc ſecunda cõſequẽtia ex D. Thom. infra q. 50. art. 5. vbi ait. *Quod conuenit alicui ſecundum ſe, nunquam ab eo ſeparari poteſt, ſicut rotunditas à circulo ſeparari non poteſt, quia conuenit ei ſecundum ſeipſum; Eſſe autem ſecundùm ſe conuenit formæ. Vnumquodque enim eſt ens actu, ſecundũ quod habet formam. Si ergo forma ſubſiſtat in ſuo eſſe, ſicut Angelus, non poteſt amittere eſſe*. hæc D. Thom. in ſubſtantia. Ex quibus patet, quod eſſe conuenit formæ ſecundùm ſe; ergo vt fluens ab illa modo

E ſuperius explicato. Conſequentia probatur primò: nam ſi formæ materiali non conuenit eſſe, niſi quia diſponit ad eſſe, & conſtituit ſuſceptiuum exiſtentiæ, nõ propriè, nec verè diceretur eſſe cõuenire formæ ſecundùm ſe, ſed potius ſuſceptiuo. Secundò, quia aut conuenit eſſe formæ ſecundùm ſe in primò modo dicendi per ſe, aut in ſecundo, non in primo, quoniam eſſe non eſt prædicatum eſſentiale formæ; ergo in ſecundo; ergo conuenit illi tãquam principio ipſius eſſe, eo ferè modo, quo propria paſsio conuenit ſubiecto.

Ar-

S. Tho. · Reijcitur interpretatio Bãneſ. · Ariſt. · Caiet. · S. Tho.

Argumenta, & ſolutiones.

I

CONtra noſtram hanc concluſionem argumẽtatur Bannes.

Bannes. Primò cauſa efficiens operatur, ſecũdùm quod eſt in actu per exiſtentiam; ergo, ſi forma aliquid operatur, cauſat illud, prout actuatur per eſſe. Antecedens probatur: nam aliàs idem ſecundùm ſe totum ſe reduceret de potentia in actum.

Reſpondet Zumel: Antecedens non eſſe verum
Zumel. in cauſis formalibus.

Reſpondetur ſecundò: Concedimus totum argumentum; non tamen inde ſequitur; ergo forma non eſt principium formale exiſtentiæ: nam, vt diximus, cauſæ ſunt ſibi inuicem cauſæ; vnde forma, vt principium formale cauſat, & præcedit eſſe, & cauſatur, præceditúrque ab eodem in genere cauſę formalis, & hic ordo eſt inſtantis naturę, à quo, non autem in quo; ſicut patet etiam de materia, & de forma.

Secundò: exiſtentia primò conuenit toti compoſito, & deindè communicatur partibus; ergo illa non fluit effectiuè à forma. Antecedens patet: conſequentia probatur: quia ſi effectiuè, & immediatè procederet à forma, prius vniretur, & communicaretur illi, quàm alicui alteri.

Reſpondetur exiſtentiam primo conuenire cõpoſito, vt ei, quod exiſtit; ſed formæ primò conuenit exiſtentia, vt principio formali, & rationi exiſtendi. Quare falſa eſt argumenti conſequentia: cuius etiam probationis negatur illatio: quia non eſt principium, quod exiſtentiæ; ſed tantùm quo, & ideo non eſt per ſe primò ſuſceptiua exiſtentię; ſed compoſitum, niſi ipſa forma ſit ſubſiſtens, ſicut Angelus.

Tertiò: ſequeretur, quòd forma ſeipſam cauſaret, quod eſt abſurdum. Probatur ſequela: nam ſi forma cauſat exiſtentiam effectiuè; ergo facit ſe exiſtere, & reducit ſe de potentia in actum, ac per conſequens ſeipſam cauſat.

Reſpondetur negando conſequentiam: Ad probationem, negatur iterum conſequentia; & ratio negationis eſt; quoniam argumentum hoc non tenet, niſi in vi illius maximę, *quod eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati*; quæ non tenet, niſi in cauſis eiuſdem generis; quales non ſunt forma, & eſſe: nam forma eſt cauſa exiſtentiæ, vt efficiens quo, ideſt, vt principium formale; eſſe verò eſt cauſa formæ, per modum cauſæ formalis. Et quoniam efficiens quo, præſupponit efficiens quod, à quo dependet, ideo in prima cauſa, quæ Deus eſt, quę nullũ prius
D.Tho. præſupponit efficiens, efficax eſt argumentum D. Thom. in hoc art. & 1. cont. gent. cap. 22. quo probat exiſtentiam Dei nõ poſſe cauſari à principijs intrinſecis Dei, quia tunc idem eſſet ſibi ipſi cauſa eſſendi; non enim poteſt dici, quod illud intrinſecum ſit efficiens quo, dependens ab extrinſeco agente quod: cum Deus ſit primum agens ſimpliciter.

Quartò. Si cauſæ particulares producũt exiſtẽtiam materiæ, ſequeretur, quòd eam cauſarent, & conſeruarent.

A Reſpondetur falſam eſſe conſequentiam: quoniam ad hoc, vt aliquid dicatur fieri, non ſolum requiritur, vt accipiat eſse, ſed exigit terminum ſuum à quo, & proprium ſubiectum in factione naturali; materia autem terminum à quo nullum habet in factione naturali, ſed ipſum compoſitum, nec habet ſubiectum ex quo fiat, cum ipſa ſit primum ſubiectum. Rurſus ad hoc, vt aliquid dicatur fieri ſimpliciter, ideſt abſolutè, vel nullo addito, requiritur, vt prius de eo verificetur non eſſe ſimpliciter, ideſt, nullo addito; licèt habeat eſſe ſecũdùm quid, ideſt, in potentia; at de materia in qualibet rerum generatione, verificatur ſimpliciter, quod eſt; cum ſit primum ſubiectum tranſmu-
B tationis præſuppoſitum à quolibet agente naturali: Et licet non habeat ſemper idem eſſe, eadem tamen ſemper eſt materia, ideſt, eadem eſt ſubſtãtia materiæ, quæ modo habet vnum eſſe, modo aliud; non autem ita poteſt dici de compoſito, vel de forma hanc latiſsimè tractat Zumellus infra quæſt. 50. art. 5. in ſua 2. quæſt. Vbi alia plura refert, & diluit argumenta.

Proponitur, & reſoluitur dubitatio: an exiſtentia ſit perfectior, quàm eſſentia.

C EX dictis, tam in hac, quàm in præcedenti Controuerſia, facile patet reſolutio alterius quæſiti, an, ſcilicet exiſtentia ſit perfectior, quàm eſsentia: nam eſſe perfectiorem ſimpliciter ſuſtinet Bannes. Sed oppoſitam ſententiam defendit Zumellus. Franciſcus Suarez in ſua diſput. 31. ſect. 13. nu. 21. & ſequentibus, exiſtimat iuxta ſua Scotica principia hanc quæſtionem inuoluere cõtradictoria, & ideo nihil veri poſſe determinari.

Sed nos breuiter dicimus; primò hic poſſe fieri comparationem eſſentiæ dupliciter. Vno modo, vt eſt completum ſuſceptiuum exiſtentiæ; ſic autẽ ſumitur eſsentia ſubſtantialis, vt ſubſiſtens: nam
D per ſubſiſtentiam capax eſt exiſtentiæ. Alio modo, vt eſſentia eſt præcisè. Secundò dicimus non eſse inconueniens in diuerſis ordinibus vnum ad aliud comparatum excedere ſimpliciter, & excedi; ſicut docet Caietanus de ſubſtantia, & accidẽte ordinis ſupernaturalis, & patet de materia, & accidente; nam illa in ratione ſubſtantiæ, hoc in ratione actus, ſimpliciter eſt nobilius. Tertiò dicimus, eſſentiam priori modo ſumptam nobiliorem eſſe in ratione entis abſolutè, & ſimpliciter. Probatur: quia ſic eſt ens completum, & ſubſtantia prima, & maximè ens, in quo cætera ſuſtentantur. Quartò dicimus; eſſentiam poſteriori modo nobi-
E liorem eſſe exiſtentia ſecundum quid. Probatur primò: quoniam eſſentia conuenit rei per ſe in primo modo, non autem exiſtentia. Secundò: quia ſecundum eſſentiam attenditur gradus perfectionis in qualibet re. Tertiò: quia eſſentia modum habet neceſsitatis, exiſtentia verò contingentię. Quartò: quia eſſentia eſt ratio per ſe, & directè reponẽdi aliquid in prædicamento. Vltimò dicimus, exiſtentiam in ratione actualitatis nobiliorem eſse eſſentia. & ſic probatur: quoniam exiſtentia eſt actua-

actualiſsima,& formaliſsima. Quamobrem dici poteſt,exiſtentiam nobiliorem eſſe ſimpliciter eſſentia,poſteriori modo ſumpta: Et hoc probant rationes Dominici Bannes; In quibus tamen aduertendum eſt ſupponi vnum falſum, nimirũ, exiſtentiam habere vnitatem ſimpliciter, & diſtingui ad modum generis,& limitari per diuerſas naturas, ſiue eſſentias, cum ſecundùm ſe ſit actualiſsima, & formaliſsima. Quæ tamen imaginatio pugnat expreſsè cum doctrina D.Thom.& Caiet. in 1.capit.de ente,& eſſentia,& in tractatu de Analogia nominum,vbi dicitur ens abſtrahere à ſubſtãtia, & quãtitate,ſicut vnum proportione à multis ſimpliciter,vel ſicut multa, vt ſimilia proportione à à ſeipſis abſolutè, & addit Caietanus nihil aliud eſſe dicere ens abſtractum à naturis prædicamentorum abſtractione formali,quàm dicere naturas prædicamentales proportionales ad ſua eſſe,vt ſic præcisè. Et in dicto 1.cap.de ente,& eſſentia docemur conceptum entis nullum gradum exprimere ſupra naturas genericas,ſpecificas, & indiuiduales; ſed eas immediatè ſignificare. Non igitur exiſtimandum eſt exiſtentiam,quæ paris eſt amplitudinis,& eiuſdem analogię cum ente,eſſe vnius rationis formalis ſimpliciter, quæ ſit omnium rationum formalium actualiſsima, & per ſingularũ rationum differentias limitari,& imperfectiorem fieri: Nam res contrario modo ſe habet; conceptus enim exiſtentiæ nihil aliud ſignificat,niſi exiſtentiam accidentis,& ſubſtantiæ,& ſingulorum entium,vt ſimiles ſunt proportionaliter. Quapropter nomen,& conceptus exiſtentiæ ſignificat ipſas rerum exiſtentias immediatè cum ſuis differẽtijs, & limitationibus, à quibus non poteſt abſtrahi; & ideo,licèt veriſsimum ſit, quod docet S. Th. exiſtentiam eſſe omnium rationum,etiam formarum actualiſsimam, hoc tamen verum eſt comparando ſingulas proprias exiſtentias abſolutè ad ſingulas proprias naturas exiſtentes; vel ſingulas rerum exiſtentias, quatenus vnum ſunt proportionaliter in ratione exiſtentiæ, ad ſingulas naturas, vt ſimilem inter ſe habent vnitatem in ratione naturæ; non autem concipiendo exiſtentiam, vt vnum ſimpliciter,nec rerum naturas, vt ſimpliciter vnum; eſſet enim falſa conceptio.

ARTICVLVS V.

Vtrum Deus ſit in genere aliquo.

11 Id. 8. q. 42 ... d. 19. q. ...2. Et 1. ...onc. c. 17. ... 25. Et ...10. q. 7. 1. ...t opuſ. 3. ...p. 12. Et ...puſ. 42. c. ... & 5.

AD quintum ſic proceditur. Videtur, quòd Deus ſit in genere aliquo. Subſtantia enim eſt ens per ſe ſubſiſtens: hoc autem maximè conuenit Deo; ergo Deus eſt in genere ſubſtantiæ.

2 Præterea. Vnumquodque menſuratur per aliquid ſui generis; ſicut longitudines,per longitudinem; & numeri, per numerum: ſed Deus eſt menſura omnium ſubſtantiarum, vt patet per Commentat. 10. metaph. ergo Deus eſt in genere ſubſtantiæ.

A Sed contra: genus eſt prius ſecundùm intellectum eo, quod in genere continetur; ſed nihil eſt prius Deo,nec ſecundùm rem, nec ſecundùm intellectum: ergo Deus non eſt in aliquo genere.

Reſpondeo. Dicendum: quòd aliquid eſt in genere dupliciter; vno modo ſimpliciter,propriè,ſicut ſpecies, quæ ſub genere continentur; alio modo per reductionem,ſicut & principia,& priuationes; ſicut punctus,& vnitas reducũtur ad genus quantitatis,ſicut principia: cæcitas autem,& omnis priuatio reducitur ad B genus ſui habitus. Neutro autem modo Deus eſt in genere. D. 673.

Quòd enim non poſsit eſſe ſpecies alicuius generis,tripliciter oſtendi poteſt.

Primò quidem,quia ſpecies conſtituitur ex genere,& differentia; ſemper autem id,à quo ſumitur differentia conſtituens ſpeciem,ſe habet ad illud, vnde ſumitur genus,ſicut actus ad potentiam: animal enim ſumitur à natura ſenſitiua per modum concretionis: hoc enim dicitur animal, quod naturam ſenſitiuam habet, rationale verò ſumitur à natura intelle- C ctiua; quia rationale eſt,quod naturam intellectiuam habet; intellectiuum autem comparatur ad ſenſitiuum,ſicut actus ad potentiam, & ſimiliter manifeſtum eſt in alijs; vnde cùm in Deo non adiungatur potentia actui, impoſſibile eſt,quòd ſit in genere tanquam ſpecies.

Secũdò,quia cum eſſe Dei ſit eius eſſentia, Ar. preced. vt oſtenſum eſt, ſi Deus eſſet in aliquo genere,oporteret,quòd genus eius eſſet ens; nam genus ſignificat eſſentiam rei, cum prædicetur in eo,quod quid eſt. Oſtendit autem Philo 1. met. tex. 10 co. 3. D ſophus in 3. metaph. quod ens non poteſt eſſe genus alicuius; omne enim genus habet differentias,quæ ſunt extra eſſentiam generis; nulla autem differentia poſſet inueniri, quæ eſſet extra ens; quia non ens non poteſt eſſe differentia; vnde relinquitur, quòd Deus non ſit in genere. D. 675.

Tertiò: quia omnia,quæ ſunt in genere vno,communicant in quidditate, vel eſſentia generis, quod prædicatur de eis in eo, quod quid eſt; differunt autem ſecundùm eſſe; non enim idem eſt eſſe hominis, & equi, nec huius E hominis,& illius hominis; & ſic oportet,quòd quæcunque ſunt in genere,differant in eis eſſe,& quod quid eſt,ideſt,eſſentia; in Deo autẽ non differt,vt oſtenſum eſt; vnde manifeſtum eſt,quòd Deus non eſt in genere,ſicut ſpecies. Ar. preced. D. 464.

Ex hoc patet,quòd non habet genus,neq; differentiam,neque eſt diffinitio ipſius,neque demonſtratio,niſi per effectum; quia diffinitio eſt ex genere,& differentia,demonſtratio- 17

nis

nis autem medium eſt diffinitio.

Quòd autem Deus non ſit in genere per reductionem, vt principium, manifeſtum eſt ex eo, quòd principium, quod reducitur in aliqđ genus, non ſe extendit vltra genus illud; ſicut punctum non eſt principium, niſi quantitatis continuæ, & vnitas quantitatis diſcretæ. Deus autem eſt principium totius eſſe, vt infra oſtēdetur, vnde non continetur in aliquo genere, ſicut principium.

Q.44. ar.1 D. 457.

Ad primum ergo dicendum, quòd ſubſtantiæ nomen non ſignificat hoc ſolùm, quod eſt, per ſe eſſe; quia hoc quod eſt, eſſe, non poteſt eſſe genus, vt oſtenſum eſt; ſed ſignificat eſſentiam, cui competit ſic eſſe, ideſt, per ſe eſſe; qđ tamen eſſe non eſt ipſa eius eſſentia; & ſic patet, quòd Deus non eſt in genere ſubſtantiæ.

In corp. articuli.

Ad ſecundum dicendum, quòd obiectio illa procedit de menſura proportionata; hanc enim oportet eſſe homogeneam menſurato; Deus autem non eſt menſura proportionata alicui; dicitur tamen menſura omnium ex eo, quòd vnumquodque tantùm habet de eſſe, quantùm ei appropinquat.

Senſus, & ratio quæſiti.

CVm nomen Dei tribus modis ſumpoſſit, vt diximus in tertio articulo huius quæſtionis, ſcilicet pro ſuppoſito, pro cōcreto indiuiduali, & pro concreto quaſi ſpecifico diuinæ naturæ; hic videtur ſumi duobus poſtremis modis, abſque excluſione tamē primi. Hunc ſenſum indicat manifeſte prima cōcluſio D. Thom. cum ſuis probationibus; quæ concludunt æquè Deum non eſſe in genere tanquàm indiuiduum; ſicut non eſſe in genere, tanquàm ſpeciem. Vocabulum autem generis hoc loco reſtringitur ad genus logicum, cum ex Ariſtot. 10. & 12. metaph. ſatis conſtet Deum in genere phyſico cū nulla re creata poſſe conuenire: talis etenim conuenientia non congruit, niſi eiuſdem rationis habentibus materiam. Sed quomodo differant genus logicum, & genus phyſicum; latè declarat S. Doct. ſuper Boetio de Trinitate in illo articulo, vbi quærit, an varietas accidentium poſſit eſſe cauſa pluralitatis ſecundùm numerum, & quinto metaph. tex. decimo, & Caiet. 1. par. q. 66. artic. 2. in expoſitione tituli.

S. Tho.

Caiet.

Dubitatio. Sed quare S. Tho. non prius quæſiuit, an eſſe diuinum poſſit deſignari per additionem differentiæ ſubſtantialis, quod eſſet quærere, an Deus ſit vniuerſale per modum generis, ſicut fecit in primo contra gent. antequàm quæreret, an Deus ſit in genere? verùm ſi attendamus S. D. inſtitutum in hoc opere, facile ſoluitur: Nam promiſſa breuitas ad incipientium eruditionem ordinata, plura ſæpè quæſita ad vnius titulum adunata breui quidē; at ſufficienti verborum compēdio reſoluit. Quod

Solutio.

aut

A in propoſito contingit de dicto quæſito. Habet n. ex rationibus allatis pro prima concluſione ſolutionem euidentem. In libris autem contra gent. S. Doctor ſtylo vtebatur latiori, ad ſingulos errores clariſſimè confutandos.

Forma Textus.

PRæmiſſa diſtinctione, reſpondet S. Tho. duabus concluſionibus ad quæſitum. Diſtinctio eſt: Aliquid poteſt eſſe in genere dupliciter: Vno modo ſimpliciter, et propriè; ſicut ſpecies, quæ ſub genere continetur: Alio modo per reductionem, & hoc dupliciter, ſcilicet, vt
B *principia, & vt priuationes; exemplum primi; ſicut punctus, & vnitas, quæ reducuntur ad genus quantitatis, vt principia: exemplum ſecundi; vt cæcitas, & omnis priuatio; quæ reducitur ad genus ſui habitus.*

Prima concluſio. Deus non eſt in genere ſimpliciter, & propriè ſicut ſpecies. Probatur tripliciter: Primò. Quod eſt in genere tanquàm ſpecies, habet potentiam, & actum; at in Deo non eſt potentia; ergo. Minor patet ex ſupradictis. Maior probatur: quia ſpecies conſtituitur ex genere, & differentia; ergo ex actu, & potentia. Probatur conſequentia: quia id, vnde ſumitur differentia, ſemper ſe habet ad id, vnde ſumitur genus, vt actus ad potentiam; ergo. Probatur antecedens exemplo
C *huius ſpeciei, quæ eſt homo; quæ includit animal, vt genus & rationale, vt differentiam; animal verò ſumitur à natura ſenſitiua concretè ſumpta: rationale autem, à natura intellectiua; at hæc duo ita comparantur adinuicem, vt intellectiuum ſit actus ſenſitiuum verò potentia. Secundò ſi Deus eſſet in genere, oporteret, vt genus eius eſſet ens; at ens non poteſt eſſe genus; ergo. Maior probatur: Eſſe Dei eſt eius eſſentia; ergo ſi Deus eſſet in genere, eius genus eſſet ens. Probatur cōſequentia; quia genus ſignificat eſſentiam rei: probatur hoc antecedens; quia genus prædicatur in quid. Minor autem principalis argumenti. Sic probatur: Omne genus habet differētias, quæ ſunt extra eſſentiam generis; at nulla differē-*
D *tia poteſt eſſe extra ens; ergo. Probatur hæc minor, quia non ens non poteſt eſſe differentia; at ſolùm non ens eſt extra ens; ergo.*

Tertiò. Quæcunque ſunt in genere, differunt in eis eſſe, & quodquid eſt, ideſt eſſentia; At hæc in Deo non differunt; ergo. Minor patet ex quarto articulo. Maior probatur: quia quæcunque ſunt in genere vno, communicant in quidditate, vel eſſentia generis, differunt autem ſecundum eſſe; ergo. Antecedens quo ad ſecundā partem probatur: quia non eſt idem eſſe hominis, & equi, nec huius hominis, & illius hominis. Conſequentia probatur: quia genus prædicatur de ſpeciebus, in eo qđ quid; ergo ſi ſpecies communicant in eſſentia generis,
E *& differunt ſecundùm eſſe, differt in eis eſſe, & quod quid eſt.*

Corollarium eſt. Deus non habet genus, nec differentias, nec diffinitionem, neque demonſtrationem, niſi per effectus. Probatur primum: Quia Deus non ponitur in genere. Secundum, quia quod ponitur in genere, ideo habet differentias, quia genus eſt quid potentiale, & determinabile; in Deo autem nihil eſt potentiale, vt dictum eſt. Tertium autem, quia diffinitio conſtat ex genere, & differentia. Quartum denique, quia medium demonſtrationis eſt diffinitio.

Se-

Digitized by Google

A *Secunda concluſio. Deus non eſt in genere per reductionem, vt principium. Probatur: Quod reducitur in aliquod genus non ſe extendit vltra genus illud; At Deus ſe extendit vltra quodlibet genus; ergo. Maior probatur exemplo puncti, & vnitatis: nam punctum nō eſt principium, niſi quantitatis continuæ, vnitas autem diſcretæ. Minor probatur: quia Deus eſt principium totius eſſe, vt infra oſtendetur, ſcilicet q. 44.*

Expoſitio Textus.

Dionyſ. Cyrill.

DEum non eſſe tanquàm ſpeciem in genere docent Dionyſ. cap. 1. de diuinis nom. Cyrillus lib. 1. de Trinit. circa principium, & lib. 11. Theſau B ri negat ingenitum eſſe differentiam eſſentialem Dei; quia ſolis compoſitis eiuſmodi differentia cōuenit, Deus autem omninò ſimplex eſt. Ex quo patet de mente Cyrilli compoſitionem ex genere, & differentia diuinæ ſimplicitati repugnare. Caſſiodorus in Pſalm. 2. exponens illa verba: *Dominus dixit ad me, &c.* ſic ait: *Non potuit* (ſcilicet Propheta) *ſubſtantialiter per genus, & differentias ad eius proprium peruenire, quod magis creaturis, quàm Creatori videtur poſſe congruere: Nàm quémadmodum ſuper eius naturam genus aliquod præualet reperiri; cum ipſum rerum omnium conſtet authorem?*

Caſsiod.

Clem Alexand.

C Clemens Alexandrinus lib. quinto Stromatum cap. quinto probans Deum eſſe ineffabilē ait: *Quemadmodum enim dici potuerit, quod neque eſt genus, neque differentia, neque ſpecies, neque indiuiduum?* Auguſtinus lib. de cognitione veræ vitæ capitulo tertio recenſitis decem prædicamentis, & modis, quibus aliqua de Deo prędicari videntur, tandem ſubdit: *His quippè decem cuncta humana conditio includitur, & ab his omnibus proprietas ſummæ eſſentiæ euidenti ratione penitùs excluditur.* Idem etiam docet libro ſeptimo de Trinit. capitulo quinto.

Bernard.

Sanctus Bernardus in Epiſtola ad Fratres de monte Dei ſic loquitur: *Ipſa eſt ſumma ſubſtantia non ſubiecta prædicamentis vocum, ſed rerum omnium ſubſiſtens cauſale principium;*

Anſelmus

D Anſelmus in Monol. capitulo 26. negat Deum contineri in prędicamento ſubſtantiæ, quia ab eius eſſentiali communione excluditur.

Maximus

Maximus Centuria Tertia, capitulo quarto relatus à Cypariſotto decade. 10. capitulo octauo ſic loquitur: *Solus Deus eſt extra prædicamentum; & ideò ab omni circumſcriptione liber, vt potè infinitum celſior omni ſubſtantia; & mente, & ratione, & intelligentia.*

Altiſiod.

Et hæc eſt communis ſententia Scholaſticorum in primo, diſtinctione octaua, quam tuetur Altiſiodorenſis libro primo, capitulo quarto, quæſtione ſecunda,

Alenſis.

Alenſis in ſua prima parte, quæſtione 48. membro quar-

Albertus.

E to, articulo tertio, §. ſecundo, ad vltimum argumentum. Albertus in ſumma tractatu quarto, quæſtione 20. membro ſecundo in argumento octauo, & membro tertio, in Corollario, & alibi.

Aegidius.

Aegidius in prima parte ſecundæ partis principalis, quæſtione tertia, & omnes diſcipuli D. Thom. & alij quamplurimi; quæ etiam fuit ſemper, & eſt communis Philoſophorum opinio; vt patet apud

A Auerroem in Deſtr. diſp. ſeptima in primo, & tertio dubio, & facilè colligi poſſet etiam eadem ſententia ex doctrina Ariſtot. Sed hæc noſtro ſufficiunt inſtituto.

Circa ſecundam concluſionem ſcito illud per ſe, & directè eſſe in prædicamento, quod ſub genere eſſentialiter continetur, & illi ſubijcitur in prædicatione dicente quid eſt, id verò per accidens, & reductiuè dicitur eſſe in prędicamento, quod non ita ſubijcitur, nec generis formalem rationē intimè claudit, ſed quandam habet cum illo affinitatem principij, finis, partis, negationis, aut aliquid ſimile.

B Rationes, quibus probatur prima concluſio, & earum propoſitiones, ac termini, multas patiuntur metaphyſicalium, ac logicalium difficultatū anguſtias; ſed materia hęc Theologica prolixam ſingularum reſpuit diſcuſſionem. Temperato itaquè ſtyli compendio, quæ ad præſentis doctrinæ declarationem videbuntur opportuna; partim hic annotabimus; partim illuſtrium doctorum deſignatis fontibus, vnde hauriri poſsint, indicabimus.

Prima Controuerſia.

C

De efficacia primæ rationis D. Thom.

Affertur argumentum Vaſquezij, & ſolutio, ac ſententia Banneſij, Capreoli, Iauelli, Ferrarienſis, & Suarezij.

Impugnat Vaſquez primam rationem.

COntra primam rationem argumentatur Gabriel Vaſquez. Si repugnaret in Deo eſſe aliquid per modum potentiæ, à quo ſumeretur genus, & aliquid per modum actus, à quo ſumeretur differentia, eo eſſet, quia ſequeretur Deum non eſſe omnino ſimplicem, ſed reipſa compoſi-

D tum ex actu, & potentia: at verò id non ſequitur; ergo. Probatur Minor: quia compoſitio generis, & differentiæ, eſt ſolùm per rationem noſtrā; at non eſt abſurdum concedere hoc modo plura in Deo tanquàm componentia; quorum alterum per modum potentiæ, & alterum per modum actus intelligatur; Probatur hæc minor: quoniam intellectus noſter hæc in re ſimplicisſima concipere poteſt; ſicut etiam diſtinguit attributa; quæ ex natura rei non diſtinguuntur; hoc enim prouenit ex imperfectione intellectus noſtri concipientis Deum inſtar aliarum rerum.

Defenſio contra Vaſquezij.

Hoc argumentum, quod eſt tertium, apud Ban

E neſium ſuper hoc articulo, & in ſubſtantia idem eſt cum argumento ſecundo Aureoli apud Capreolum in primo ſententiarum diſtinctione octaua, quæſtione ſecunda, diuerſimodè ſoluitur iuxta diuerſitatem opinionum de diſtinctione naturæ generis, à natura differentiæ: Nam Capreolus, quem ſequitur Iauellus ſuper hoc articulo, &

Capreolus Iauellus. Suarez.

Franciſcus Suarez diſputatione ſexta, ſectione nona, tenent rationes generis, & differentiæ, non eſ-

ſe ex natura rei diſtinctas; ſed tantùm ſecundùm rationem ratiocinatam, ideſt habentem in re fundamentum. Itaque Capreolus, & Suarez reſpondent compoſitionem ex genere, & differentia Deo nō repugnare propter ſolam illius ſimplicitatem; ſed præcipuè propter diuinæ naturæ illimitationem, ob quam non poteſt habere conceptum aliquem communem vniuocum ſibi, & creaturæ; nec poteſt aliqua ratio communis ita præſcindi, vt nō includatur in qualibet ratione propria, & particulari Dei, propter ſummam Dei illimitationem, & ſimplicitatem. Iauellus autem ita reſpondet. *licèt* (inquit) *ſit identitas realis, ſtat tamen diſtinctio rationis fundamentalis potentiæ, & actus; & propterea ex natura rei poteſt dici eadem natura determinabilis, & determinans, poſsibilis, & actualis, & quoniam omne ex natura rei poſsibile eſt imperfectum, ideo omne contentum in genere, vt ſic, imperfectum eſt, propter quod Deus non eſt in genere.* Hęc ille. Quę reſponſio, licèt videatur inſtantiam pati de intellectu diuino, qui concipitur, vt potentialis reſpectu ſapientiæ, & actus intelligendi; dici tamen poteſt nomine diuini intellectus non ſignificari, per ſe primò aliquid potētiale, ſed virtutem intelligendi, ſiue hoc ſit per congenitam potentialitatem, vt in nobis, & in Angelis, ſiue ſit per puram actualitatem, vt in Deo; at nomine generis ſignificatur per ſe primò aliquid potentiale eſſentialiter determinabile per differentiam. Sed Bannes ſentit genus, & differentiam in re ipſa, ſecundùm ſcilicet quod ſunt in ſpecie, habere inter ſe formalem, & actualem diſtinctionem, & compoſitionem, quam appellat realem metaphyſicam. Ferrarienſis autem negat genus, & differentiam, prout ſunt in ſpecie, actualiter diſtingui; ſed ait abſtractè ſumpta ita ſuis formalibus rationibus differre, vt vnum ſit extraneum ab alterius ratione formali, & vnū ſit contrahibile, & aliud contrahens, & contrahibile indigeat contrahente. Ad motam igitur difficultatem reſpondet Bannes negando minorem argumenti. Ad probationem negat maiorem; videlicet compoſitionem generis, & differentiæ eſſe ſolùm per rationem. Ferrarienſis, autem ait eſſentiā diuinam non poſſe indigere aliquo contrahente, quod ſit extra eius rationem formalem, & quidditatem; quia tunc non eſſet ex propria quidditate, & eſſentia neceſſe eſſe: ſed ad hoc, vt eſſet, indigeret aliquo omnino extrinſeco ab eius ratione formali, & quidditatiua; & tunc illa differentia eſſet extra rationem formalem, & quidditatiuam eſſentiæ, etiam ſecundùm quòd in ſe eſt, conſideratæ, & non tantùm ſecundùm modum noſtrum concipiendi.

Solutio ex Capreol. & Suarezij.

Solutio Iauelli.

Bannes.

Ferrarien.

Solutio Bannesij.

Solutio Ferrarien.

Solutio vera.

OCcurrit autem mihi media quædam via inter vtramq; ex prædictis, & præmitto tria. Primum eſt id, quod aſſumitur, à S. Thom. in tertia ratione inferius explicandum, videlicet, in omni eo, quod eſt in genere, differre eſſentiam ab exiſtentia realiter. Secundum eſt, ſingula rei prædi-

A cata eſſentialia conſiderari ſecundùm elongationem, vel appropinquationem ad eſſe exiſtentiæ; adeo vt, quantò magis appropinquant ad eſſe, tantò magis actualia ſint; & ideo prædicatum ab vltima differentia ſumptum, cum proximè diſponat ad eſſe, eſt omnium formaliſsimum, & actualiſsimum, vt docet Caietanus communiter acceptatus in ſexto cap. de ente, & eſſentia. Tertium eſt, differentiam vltimam, puta rationale, quę cōplet ſubſtantiam; vt ſit receptiuum eſſe exiſtentiæ, poſſe dupliciter ad reliqua prædicata quidditatiua comparari; vno modo ſecundùm ſe, ſiuè quo ad intrinſeca tantùm; Alio modo ſecundùm B ordinem actualem, quem habet ad exiſtentiam, quatenus ſcilicet proximè ad eam diſponit; qui ordo actualis ſoli eſsētiæ, in ſuo, & ſecundùm ſuum complementum conuenit; non autem ſecundùm rationem incompletam quidditatis, ſecundùm q̄ nondum eſt capax exiſtentiæ, & conſequenter ad eam, vt ſic, nullum habet actualem ordinem, ſed ſecundùm rationem tantùm.

Caiet.

Concluſiones deducta, & probata, & ſolutio argumenti Vaſquezij.

PRima concluſio. Si comparetur differentia priori modo ſumpta ad genus, non differt ab C eo, niſi ratione ratiocinata. Hanc concluſionem probant tria argumenta Suarezij in præallegata diſputatione; & eſt ſententia S. Thom. & omnium antiquorum Thomiſtarum.

Secunda concluſio. Si conſideretur differentia poſteriori modo, differt actualiter, & realiter à quolibet genere, tàm proximo, quàm remoto; non ſicut res à re; ſed ſicut includens à non includente. Probatur ex tertio præmiſſo: Quia vltima differentia eſt vltimum complementum actuale eſſentiæ ad ſuſcipiendam exiſtentiam; ergo eſt ratio proxima actualis ordinis ad exiſtentiam, im- D mò actualis receptionis exiſtentiæ; ergo connotat extrinſecè exiſtentiam, tanquàm actum realiter diſtinctum, ad quem ordinat, & proximè diſponit eſſentiam; at talem ordinem non habent rationes generum; ergo natura, & ratio differentiæ vltimæ addit ſupra naturam, & rationem genericam prædictum ordinem; qui actu eſt in rerū natura abſq; opere intellectus; ſicut actu in rerum natura exiſtunt. Rationale enim nullo intellectu conſiderāte conuenit homini, & complet naturam hominis, vt ſit capax exiſtentię; animal verò, licèt nullo intellectu conſiderante cōueniat homini; non tamen complet naturam hominis; vt ſit actu capax E exiſtentiæ; Vnde quemadmodum vltimum punctum lineæ non differt à reliquis propriè tanquā res omnino diſtincta; ſed per hoc, quod actu terminat lineam; quæ actualis terminatio reliquis punctis habentibus in linea tantùm eſſe potentiale non conuenit: ita ferè diſtinguitur natura vltimæ differentiæ à natura generica, & multò amplius: nam, vt diximus, connotat aliquid extrinſecum reale, quod eſt eſſe exiſtentiæ.

Digitized by Google

Ex his deducitur reſponſio ad prædictum argumentum Aureoli, & Vaſquezij; negatur enim minor propoſitio: Ad cuius probationem negatur maior; nam compoſitio generis, & differentiæ, nõ eſt ſolùm ſecundùm rationem, ſi attendamus non tantùm intrinſeca differentiæ; ſed etiam extrinſeca connotata; & ideo poteſt appellari hæc compoſitio realis metaphyſica: Vndè facilè poſſunt cõciliari prædictæ duæ ſententiæ; vt ſcilicet vna intelligatur de differentia quo ad intrinſeca tantũ; alia verò de differentia ſumpta cum ordine ad exiſtentiam connotatam.

Secunda Controuerſia.

An ens in ſecunda ratione ſumatur nominaliter, vel participialiter.

Affertur ratio, dubitandi, & referuntur ſententiæ expoſitorum.

Ratio dubitandi.

DIfficultas eſt de ſignificatione huius nominis ens, quod ponitur in ſecunda ratione. Nam aut ſumitur hoc nomen ens nominaliter, aut participialiter. Priori modo non poteſt ſumi; quoniã ens nominaliter ſignificat eſſentiam; non autẽ exiſtentiam; at ſecundùm D.Thom. in dicta ſecunda ratione illud ens, quod poneretur genus ſupra Deum, ſignificat exiſtentiam; quia inquit D. Thom. *cũ eſſe Dei ſit eius eſſentia; ſi Deus eſſet in genere, eius genus eſſet ens: illud ens proculdubio, quod ſignificat eſſe, & non tantùm eſſentiam, vt poſſit de eſſe Dei prædicari.* Quòd autem poſteriori modo nõ ſumatur, ex eo videtur, quòd ens participialiter ſumptum non prædicatur eſſentialiter de omnibus, nec includitur in conceptu differẽtiarum, quoniam abſtrahunt ab exiſtẽtia, & tamen de illo ente loquitur S.Thom. quod in omni conceptu clauditur. Similem dubitationem mouet Ferrarienſis primo cont. gent. cap. 25. quo loco ſequens doctrinã Capreoli in primo ſententiarum, diſtinct. 8. quæſtione ſecunda, ad quartum argumentum cõtra quartam concluſionẽ, & impugnans Caietanum quarto cap. de ente, & eſſentia, dubio primo dicit ſeptem. Primum: Ens diuiſum in 10. prædicamenta eſt ens nominaliter ſumptum, cuius abſtractum eſt eſſentia. Secundum: Ens nominaliter ſumptũ, primò ſignificat eſſentiam, tanquàm rem ſignificatam, & ſecundariò eſſe, tanquàm id, à quo nomen entis imponitur. Tertium: Ens nominaliter ſumptum eſt illud, quod de omnibus eſſentialiter prædicatur, & quod philoſophus probat non eſſe genus. Quartum: Ens participialiter ſumptum, quod ſignificat exiſtẽs, cuius abſtractum eſt eſſe, ſignificat eſſe principaliter, & formaliter; id autẽ, quod habet eſſe, ſecundario tanquàm ſuſceptiuũ eſſe; ſicut album primò, & formaliter ſignificat albedinem: ſecundariò autem importat ſubiectũ, eo quod ſignificat albedinem per modum inhærẽtis. Quintum: Non eſt idem dicere ens actu, & ens participialiter: nam ens actu primò ſignificat eſſentiam, ſed tamen vt eſt ſub eſſe actualis exiſten-

Opinio Ferrarien. Capreoli. Caiet.

A tiæ: & ideo ſecundariò ſignificat eſſe, non tantùm vt à quo nomen imponitur; ſed etiam vt actualitatem eſſentiæ. Sextum: Bonum eodem modo ſignificat eſſentiam, ſcilicet tanquam bonitatem fundamentalem: eſſe verò tanquam bonitatem completiuam, & determinatiuam. Septimum, & vltimum: Hic accipitur ens nominaliter, non ratione principalis ſignificati, quod eſt eſſentia, ſed ratione ſecundarij, quod eſt eſſe: & de hoc ait S.Thom. quod eſſet genus reſpectu Dei, ſi Deus eſſet in genere; quia nihil poteſt eſſe genus reſpectu Dei, niſi importet eſſe abſolutè, & illimitatè, aut primò, aut ſecundariò; ſicut ens nominaliter, quod ratio- B ne primi ſignificati ſignificat eſſentiã, ſiuè quidditatem, & ſecundum hoc principale ſignificatum eſſentialiter prædicatur, & nihil ferè eſt præter eius rationem; quod non eſt verum de ente participialiter.

Caietanus autem tria dicit. Primum eſt: Ens participialiter eſt id, quod eſt tranſcendens, & qđ diuiditur in decem prædicamenta. Secũdum: Ens participialiter quo ad id, à quo nomẽ entis ſumitur, ſignificat eſſe, ſed quo ad id, ad quod nomen entis impoſitum eſt, ſignificat id, quod eſt, ſcilicet eſſentiam completam. Tertium: Ens participialiter prædicatur eſſentialiter de omnibus quo ad C id, ad quod nomen eſt impoſitum, ſcilicet ratione eius quod eſt; quamuis quo ad id, etiam à quo nomen eſt impoſitũ, ſcilicet ratione eſſe, non ſit prædicatum ſubſtantiale omnino eodem modo, quo ſunt prædicata illa, quę in diffinitione cadunt, ſed hac tantùm ratione, quia non eſt extraneæ naturę ab eo, qđ eſt, ſed per principia propria ipſius, qđ eſt conſtituitur, ideſt per proprium genus, & propriam differentiam, & alia principia propria prędicamenti, eius, quod eſt.

Sententia Caiet.

Reſoluitur difficultas ex doctrina S.Thomæ, & reſpondetur argumentis.

D SEd aliter fortè melius dici poſſet ad mentem S.Thom. qui in quarto metaph. tex. tertio, diſputans cum Auicenna, ita concludit; *& ideo hoc nomen ens, quod imponitur ab ipſo eſſe, ſignificat idem cum nomine, quod imponitur ab ipſa eſſentia.* Ex quibus verbis apparet ſignificatum primum, & formale huius nominis ens, vtroque modo ſumpti, idem eſſe, & differre tantùm quo ad id, à quo nomen imponitur: nam quandoque ſignificat eſſentiam, & imponitur etiã ab eſſentia, & hoc erit nomen entis, quod nominaliter ſumitur. Quandoq; autem ſignificat eſſentiam (intellige in actu) & imponitur ab eſſe, & hoc erit ens participialiter ſum- E ptum, quod idem ſignificat, quod exiſtens; quod etiam ſignificat eſſe ſecundariò, vt actualitatem, vt dicebat Ferrarienſis. Et quia, vt ibidem inquit S.Thom. *eſſe non eſt quid ſuperadditum enti ad modum accidentis, ſed quaſi per propria rei principia conſtituitur, ideo ens participialiter quo ad ſecundarium eius ſignificatum, non ſignificat quid omnino diuerſum ab ente nominaliter.* Et hoc eſt, quod docet S.Thom. in præfato textu. Vndè patet quid dicendum ſit ad motam difficultatem. Reſpondetur, n. ſumi hoc in

Reſolutio. S.Tho.

loco ens participialiter, vt ēt dixit Caiet. Et ad argumentum contra hanc partem, reſpondetur falſum eſſe Antecedēs; quoniam ens hoc modo ſumptū ſignificat eſſentiam formaliter, & principaliter, ratione cuius de omnibus eſſentialiter prædicatur, & in omni conceptu includitur, & contra hanc noſtram, immò D.Thom. ſententiam ſic explicatam, non militant argumenta Ferrarienſis, quæ ſupponunt ens participialiter ſignificare primò, & formaliter exiſtentiam, quod falſum eſt ſignificat enim rem ſub exiſtentia.

Proponitur, & ſoluitur argumentum Valentiæ contra ſecundam rationem D.Thomæ.

Contra ſecundam rationem argumentatur Gregorius de Valētia. Non quidquid ſignificat eſſentiam rei, aut de illa prædicatur, oportet, vt ſit genus eius; nam ens quoque tranſcendētaliter ſumptum prædicatur quidditatiuè de reb' creatis, neque tamen ideo prædicatur vt genus.

Reſpondetur nunquàm ſomniaſſe D. Thomam illam propoſitionem, videlicet. Quidquid ſignificat eſſentiam rei, aut de illa prædicatur, oportet, vt ſit genus; neque ex verbis eius deduci. Sed ratio D.Thom. eſt ducens ad impoſſibile, vt patet. Maior autem aſſumpta nimirum. *Si Deus eſſet in genere, eius genus eſſet ens*; probatur hoc modo: eſſe Dei, eſt eius eſſentia; ergo, ſi Deus eſſet in genere, eius genus eſſet ens, probatur conſequentia: Quia genus ſignificat eſſentiam rei: In qua probatione nō aſſumitur illa propoſitio: *Omne, quod ſignificat eſsētiam rei, eſt genus*: vt patet, ſed hæc: *Genus ſignificat eſſentiam rei, ex qua deducitur*. In qua probatione, non aſſumitur, quod omne, quod ſignificat eſſentiam rei, ſit genus, vt patet, ſed præmiſſa maiori propoſitione, videlicet: eſſe Dei, eſt eius eſſentia, ſubſumitur, quod genus ſignificat eſſentiam rei, & ſic concluditur, quod, ſi Deus eſſet in genere, eius genus eſſet ens, & conſiſtit vis rationis in hoc, qđ quælibet res collocatur in genere ratione ſuæ quidditatis, & eſſentiæ propriæ; quam eſſentiam ſignificat genus, vt determinabile per vlteriorem differentiam, & quidditatiuè prædicatur de habēte quidditatem. Cum igitur eſſe Dei ſit eius quidditas, & eſſentia, neceſſe eſt, ſi Deus eſt in genere, aſsignare illi genus, quod ſignificet eſſe Dei tanq̄ eſſentiam, & quidditatem Dei determinabilem, & de eodem eſſe in concreto, ſiuè de Deo, qui eſt ipſum eſſe, quidditatiuè prædicetur; conſtat autem nullum vniuerſale, ſiuè commune prędicatum poſſe aſsignari, quod ſignificet eſſe, & prædicetur quidditatiuè de eſſe Dei, tanquam quid communius, præter ipſum ens. In quo diſcuſu liquet etiā cęcis non aſſumi illam propoſitionem, videlicet: omne, quod prædicatur quidditatiuè de aliquo, eſt genus eius, ſed potius illius conuertentem, videlicet: Omne, quod eſt genus, prædicatur quidditatiuè de aliquo, quæ eſt propoſitio veriſsima.

Vis itaque probationis in hoc conſiſtit; quod, cùm enti conueniat hæc conditio reſpectu Dei, vt ſcilicet ſit de quidditate Dei, quæ nulli conuenit

A rationi poſitæ ſub ente, aut in prędicamento, oporteret, ſi Deus poneretur in aliquo genere, vt eius genus eſſet ens; quia ſoli enti conuenit illa conditio reſpectu Dei, quæ tamen non ſufficit ad rationem generis conſtituendam.

Tertia Controuerſia:

An in tertia ratione D.Thomas ſumat eſſe pro eſſe exiſtentiæ, vel pro eſſe ſpecifico.

Affertur ratio dubitandi, & ſolutio Caietani cum impugnatione Sylueſtri, & defenditur Caietanus.

B

IN tertia ratione D.Tho. videtur committi æquiuocatio in hoc termino *eſſe*. Nam in maiori propoſitione ſumitur pro eſſe exiſtentiæ: erat.n. maior. *Quæcunque ſunt in genere, differunt in eis eſſe, & quod quid eſt*, ſed in eius probatione aſſumitur eſſe, prout ſignificat eſſe ſpecificum, dicitur enim. *Quæcunque ſunt in genere vno, communicant in quidditate, vel eſſentia generis, differunt autem ſecundum eſſe*. Vbi ſermo eſt de eſſe ſpecifico, ad qđ differentia diſtinguēs genus conducit, ſed probatio huius antecedentis videtur vtrumque eſſe cōfundere, cum dicitur non eſt idem eſſe hominis, &
C equi, nec huius hominis, & illius hominis; nam in priori exemplo de ſpeciebus hominis, & equi, videtur ſumi eſſe pro eſſe ſpecifico, in poſteriori autem de duobus indiuiduis, neceſſariò ſumendum eſt pro eſſe exiſtentiæ.

Reſolutio ex Caietano, & impugnatio Sylueſtri, & eius confutatio.

HVic dubitationi reſpondet Caietan. in dicta propoſitione aſsumpta ad probationem Maioris ſumi eſſe vtroq; modo; videlicet pro eſſe ſpecifico, & pro eſse actualis exiſtētiæ; quoniam (inquit) verificatio vnius infert verificationem alte-
D rius: Nam ideo differentia dicitur conducere ad eſse, quia conſtituit proprium receptiuum ipſius eſse actualis exiſtentiæ, prout diffusè explicauit idem Caiet. in 6. cap. de ente, & eſsentia. Sed argumentatur Sylueſter volens probare non poſse dictam propoſitionem itelligi de eſſe ſpecifico. Qm̄ (inquit) S.Tho. de illo eſse loquitur, quod non eſt idem eſse hominis, & equi, nec huius hominis, & illius hominis; at eſse huius hominis, & illius hominis, non differt ſpecificè; ergo non loquitur de eſse ſpecifico, ſed tantū de eſse exiſtentiæ. Et confirmatur: nam D.Thom. de illo eſse loquitur, quod dixit eſse idem eſsentiæ diuinæ: at ſupra dixit eſ-
E ſe exiſtentiæ eſse idem eſsentiæ diuinæ: ergo loquitur de eſse exiſtentiæ. Reſpondetur D.Thomā principaliter loqui de eſse exiſtentiæ, ad quod differentia conducit, tanquàm ad vltimò intentum. Minus principaliter autem de eſse ſpecifico, vbi ſcilicet materia patitur intelligentiam eſse ſpecifici. Vnde ad primum argumentū reſpondetur benè probari ſermonem eſse principaliter de eſse exiſtentiæ, non tamen ſequitur excludi intelligentiam

Digitized by Google

gentiam eſſe ſpecifici, vbi ſubiecta materia illam admittit. Quando ergo dicitur non eſſe idem eſſe hominis, & equi, de vtroque eſſe ſermo eſt; quoniã vterque ſenſus ſubiectæ materiæ congruit; quando verò ſubiungitur, nec huius hominis, & illius hominis, ſermo eſt de ſolo eſſe exiſtẽtiæ, Nam hic homo, & ille homo nõ poſſunt differre per aliud, & aliud eſſe ſpecificum. Ad 2. per idem reſpondetur: probat enim hic principaliter ſermonem eſſe de eſſe exiſtentiæ. Sed quoniam ad illud conducit differentia conſtituendo eſſe ſpecificum, ideo ſecundariò etiam ſermo eſt de eſſe ſpecifico.

Quarta Controuerſia.

De efficacitate tertiæ rationis. S. Thom.

Affertur ratio dubitandi, proponuntur ſolutiones Caietani, Iauelli, & Ferrarienſis; & approbatur ſolutio Caietani.

DVbitatio eſt circa eandem tertiam rationẽ. Nam S. Thom. ſic diſcurrit: *Quæcunque ſunt in genere vna, communicant in quidditate, vel eſſentia generis, differunt autem in eſſe; ergo, quæcunque ſunt in genere, differunt in eis eſſe, & quod quid eſt.* Quæ conſequentia omnino nulla eſſe videtur. Nam ex diſtinctione inter principiũ conuenientiæ, & principium differentiæ in antecedente aſſumpta, non poteſt inferri maior diſtinctio, quàm formalis. Nam eſſentia generis, in qua conueniunt ſpecies; & eſſe ſpecificum, quo quælibet ſpecies ab altera differt, non ſunt duo diſtincta realiter, ſed tantùm formaliter; nam quidditas animalis, & quidditas hominis formaliter tantùm differunt.

Reſpondetur conſequentiam hanc non tenere gratia formæ; ſed tantùm gratia materiæ, de qua loquimur. Nam, vt diximus, ſermo eſt principaliter de eſſe exiſtentiæ, cuius diſtinctio formalis à quidditate infert realem diſtinctionem, vt latè, & ſubtiliter probat Caietanus in dicto capit. ſexto, de ente, & eſſentia. Iauellus alio modo reſpondet dicens. Quando illud, in quo plura conueniunt, eſt verè actuabile, & perfectibile per illud, quo plura differunt formaliter, ex conuenientia, & differentia formali infertur diſtinctio realis inter ea; ſic (inquit) eſt in propoſito. Nam in quibuſcunq; eſſentia eſt de conceptu quidditatiuo, non autem exiſtentia, in eis eſſentia, verè, & realiter perficitur per eſſe exiſtentiæ, & ideo differunt realiter eſſentia, & exiſtentia; non autem ita determinatur genus per differentias; vt genus ſit verè, & realiter perfectibile, & differẽtia verè actualiter perficiat; ſed eſt ibi tantùm determinatio logica. Sed hæc ſolutio patitur difficultatem in eo, quod tanquam fundamentum præſupponitur, videlicet, quod eſſentia realiter perficiatur per eſſe. Ferrarienſis in primo cont. gent. cap. 26. ratione tertia; Alio modo reſpondet dicens ſufficere ad rationem D. Th. ex ea probari diſtinctionem formalem inter eſſe, & eſſentiam, quoniam eſſe in Deo, non ſolum non diſtinguitur realiter, ſed nec etiam formaliter à

A parte rei. Sed huic ſolutioni obijci poſſet non probari per hanc rationem diſtinctionem formalem actualem à parte rei inter eſſentiam, & eſſe; ſed tãtùm diſtinctionem rationis fundamẽtaliter, qualis eſt etiam in quidditate generis, & differentiæ ſpecificæ, quare melior eſt reſponſio ex doctrina Caietani. Poſtremò dici poteſt, quòd diuerſo modo ſunt extra eſſentiam generis eſſe eſſentiæ, & eſſe exiſtentiæ. Nàm, cum eſſe eſſentiæ ſpecificum, & eſſe eſſentiæ genericum ab vna, & eadem forma immediatè proueniant, non rectè poteſt inferri diſtinctio realis eſſentiæ ſpecificæ à generica ex hoc, quod illa ſit extra rationem huius; quæ tamẽ B infertur ex hoc, quod eſſe exiſtentiæ eſt extra rationem generis, vt aliquid limitatum ſub genere; quia tale eſſe non poteſt eſſe à forma immediatè, vt à propria, & per ſe primò cauſa, ſed neceſſe eſt, vt ab extrinſeco cauſetur; à forma verò prouenit ſecundariò. Et per hæc patet etiam quid ſit dicendum ad obiectionem Valentiæ factam contra tertiam rationem.

Reijcitur ſolutio Ferrarien.

Approbatur reſpõſio Caiet.

Prima Dubitatio.

An vera ſit illa propoſitio: Ea, quæ ſunt in genere, communicant in quidditate, diſtinguuntur autem in eſſe C *illius quidditatis.*

Soluitur breuiter ex doctrina Ferrarienſis.

CIrca eandem rationem dubitatio eſt de veritate illius propoſitionis, D. Thom. *Ea, quæ ſunt in genere, communicant in quidditate, diſtinguuntur, autem in eſſe illius quidditatis.* Videtur enim par ratio quidditatis, & eſſe: Quoniam, ſicut omnia, quæ ſunt in genere, communicant in quidditate communi; ita omnia conueniunt in vno eſſe communi illius quidditatis; & quemadmodum generis quidditas in ſpeciebus multiplicatur realiter D per differentias, vt habetur 10. metaph. tex. 24. ita & eſſe quidditatis genericę diuerſificatur in diuerſis ſpeciebus; non eſt ergo maior vnitas quidditatis, quàm eſſe; quoniam vtrobique eſt vnitas tantum ſecundum rationem cum reali vnitorum diſtinctione.

Huic dubitationi reſpondet Ferrarienſis in primo cont. gent. cap. 26. ratione tertia. Et formalis reſponſio conſiſtit in hoc, quod generis natura, licet in diuerſis ſpeciebus ſit diuerſa realiter; non eſt tamen diuerſa formaliter. Nam eadem eſt animalis quidditas in homine, boue, & leone; quilibet enim eſt ſubſtantia animata ſenſibilis; at eſſe E exiſtentię cum diuerſitate reali, quàm habet in diuerſis naturis, habet etiam diuerſitatem formalẽ; cum non poſſit abſtrahi conceptus vnus ſimpliciter repreſentans omnium eſſe, ſed vnus tantũ proportionaliter; de qua re tractat latiſsimè Caietanus in ſuo tractatu de nominum Analogia.

Reſolutio ex Ferrar.

Sed dices abſtrahi poſſe conceptum vnum precisum, & vniuocum repreſentantem eſſe eſſentiæ; aut etiam vnum conceptum repreſentantem eſſe exiſtentiæ commune pluribus ſpeciebus ſub eodẽ genere conſtitutis.

Digitized by Google

Reſpondetur, concedi facilè poſſe, tales conceptus pluribus ſpeciebus communes abſtrahi poſſe, ſed tamen conceptus eſſentiæ pluribus illis ſpeciebus communis non erit alius à conceptu proximi generis earum: conceptus enim eſſentiæ communis homini, leoni, & boui erit conceptus animalis, conceptus autem exiſtentiæ eiſdem ſpeciebus communis non poterit eſſe genus, quia de illis non prædicatur per ſe, & quidditatiuè ſed accidentaliter. Neuter verò conceptus, ſ. eſſentiæ, aut exiſtentię poteſt eſſe cõmunis vniuocè Deo, & Creaturę, & ideo ens, ſiuè nominaliter, ſiuè participialiter accipiatur, nequit eſſe genus reſpectu Dei, & Creaturæ.

Secunda dubitatio.

An benè deducat S.D. non poſſe de Deo eſſe demonſtrationem, niſi per effectus.

Soluitur ex doctrina Ferrarienſis.

DVbitatio eſt circa corollarium deductum ex dictis tribus probationibus, videlicet Dei non eſſe genus, nec differentiam, nec diffinitionẽ, nec demonſtrationem, niſi per effectus. Nam ſi de Deo, non poteſt haberi demonſtratio ob eam cauſam, quia Dei non eſt diffinitio, eadem ratione, neque de ente, neque de ſubſtantia, neque de quocunque alio generaliſsimo poterit eſſe demonſtratio; & cum metaphyſica tractet de ente, & de ſubſtantia, & cæteris ſummis prædicamentorum generibus, non erit ſcientia; neque etiam Mathematica, quæ de quantitate pertractat; nullum etenim prædictorum genere, & differentia conſtat, vt valeat diffiniri.

Solutio ex Ferrarien.

Duplex demõſtratio à priori.

Dubitationem hanc ſoluit Ferrarienſis in dicto cap. 25. propè finem, & conſiſtit ſolutio in hac vna diſtinctione: Duplex eſt demonſtratio à priori. Vna, in qua medium eſt verè, & realiter cauſa inhærentiæ paſsionis ad ſubiectum, de quo demõſtratur; Alia, cuius medium non eſt verè, & realiter cauſa paſsionis; ſed tantùm ſecundum rationem, quia ſcilicet dicit quandam rationem priorem natura, vel modo noſtro intelligendi in re fundato, illius rationis, quod ſumitur, vt paſsio, & eſt ratio, vt talis paſsio conueniat ſubiecto. Prior demonſtratio poſtulat, vt medium ſit vera diffinitio conſtans ex genere, & differentia; non autem poſterior; ſed ſatis eſt medium eſſe conceptionem aliquam intellectus explicantem ſubiecti naturã priorem modo dicto, ratione, ſiuè cõceptione paſſionis. Et huius ſecundi generis demonſtrationes formamus de Deo, de ente, & de ſummis rerũ generibus. Probamus enim æternitatem Dei per illius perfectam immutabilitatem, & paſsiones de ente per propriam entis rationem, & ſic de alijs.

Tertia dubitatio.

Proponitur, & ſoluitur apparens contradictio D. Tho. circa ſecundam concluſionem.

S.Thom.

DVbitatio eſt de ſecunda concluſione. Quoniã S.Thom. in primo ſententiarum, diſt. 8. quæſt. 4. art. 2. ad tertium, & de potentia, quæſt. 7. artic. 3. ad vltimum affirmat Deum eſſe in genere ſubſtantiæ reductiuè. Capreolus in primo ſententiarum, diſt. 8. q. 2. in probatione quinta concluſionis, ait S.Thom. dum eſſet iuuenis, dictam ſententiam tenuiſſe, ſed tenendum eſſe, quod vltimò dixit in ſumma. Hanc ſententiam ſequitur Iauellus. Petrus Bergomenſis, qui eſt author Tabulæ Aureæ, dub. 464. duobus modis ſoluit apparẽtem hanc contradictionem: Primò Deum non eſſe in genere tanquàm limitatum ad genus, ſed ſine limitatione. Secundò Deum non eſſe in genere, vt principium intrinſecum, id eſt de eſſentia generis, & contentum in genere, ſed vt principium extrinſecum efficiens, & exemplare. Quam ſolutionem ſequitur hoc in loco Caietanus, & licèt (inquit) D.Thom. in dicta quæſt. ſeptima, de potentia dicat Deum eſſe in genere, tanquàm principium, ſicut punctus, & vnitas, quorum vtrumque eſt principium limitatum, & intrinſecum, ibi tamen fit comparatio quo ad communem rationem principij, non quo ad rationem principij limitati, vel intrinſeci. Hanc concordiam amplectitur Syluester, quam ſi aduertiſſet Iauellus, non dixiſſet ſequendam eſſe ſententiam Capreoli relicta concordantia Caietani.

Quarta dubitatio.

Quomodo verum ſit, Deo nihil eſſe prius, neque ſecundum rem, neque ſecundum rationem, vt ait S.Tho.

DVbitatio, eſt circa argumentum ad oppoſitum, in quo aſſumit S. Thom. Deo nihil eſſe prius, neque ſecundum rem, neque ſecundum rationem. Videtur enim falſa hæc propoſitio: Quia, prædicata communia Deo, & creaturis priora ſũt Deo; quoniam ab eis non conuertitur conſequentia. Caiet. ait prædicta prædicata eſſe priora Deo ſecundum rationem tantùm ex parte noſtri, non à parte rei, in cuius ſignum nullum prædicatum (inquit) inueniri poteſt abſtractius, purius, & ſimplicius Deo.

Banneſius duplicem adhibet explicationem. Prior eſt D.Thom. hic loqui de ratione vniuoca. Poſterior eſt hic ſermonem eſſe de ratione ratiocinata, quæ eſt conceptus formalis rei: non autem de ratiocinante, ſecundum quam nullum inconueniens eſt aliquid eſſe prius Deo. Syluester alio modo ſoluit dicens, dicta ad oppoſitum non oportere eſſe vera, ſed ſufficere per ea quæſtionem reddi dubitabilem, & ſatis eſſe, ea in aliquo ſenſu verificari. Addit autem dictam propoſitionem dupliciter poſſe veram eſſe: Vno modo, vt intelligatur nihil eſſe prius Deo ſecundum rem; ſic autem (inquit) genus eſt prius contento in genere. Alio modo concipiendo Deum, prout in ſe eſt, & ſic nihil eſt prius Deo, cum ſit ipſum eſſe, quod eſt ratio prima, & formaliſsima, per quàm Deus, & beati vident alia. Verùm id, quod ait de genere, videlicet illud eſſe prius ſecundum rem in eo contentis, manifeſtè falſum eſt; cum nunquàm fuerit genus, niſi

Digitized by Google

niſi in ſpeciebus. Eſt ergo prioritas generis tantū ſecundum rationem.

Defenditur reſponſio D. Thom. ad primum argumentum à cenſura Vaſquezij.

IN reſponſione ad primum argumentum obſeruanda eſt doctrina D.Tho. de propria ratione,& conceptu ſubſtantiæ prædicamentalis,& ratio,quam affert S.Thom. tam hic, quàm in primo cont.gent.capit.25. quam impugnat Gabriel Vaſquez ſuper hoc artic.qui primò, ait D.Thom.in dicto cap.ſic argumentari: Si Deus eſſet in prædicamento,deberet eſſe in prædicamento ſubſtantiæ;in eo autem eſſe non poteſt,quia abuſiuè ſubſtantia dicitur Authore Auguſtino 7.de Trin. capit.quinto; ergo Deus in prædicamento non eſt; Sed legenti totum illud capitulum apertè conſtat D.Thom.nihil vnquàm tale ſignificaſſe. Secundò impugnat dictum D.Tho.in dicto capitulo nimirum,hoc quod dico per ſe, idem ſignificare,quod non in alio,quod eſt negatio pura,quæ non poteſt naturam,vel rationem generis conſtituere; quia ſic genus non diceret quid eſt res,ſed quid nō eſt, quæ verba non integrè recitantur à dicto expoſitore. Addit autem dictus expoſitor quaſi complēs diſcurſum S. Thom. *ac proinde ſi in Deo ſubſtantia non eſt,quatenus accidentibus ſubſtat, ei ſubſtātia propriè non conuenit;quod*(inquit Vaſquez) *mihi nō probatur. Nam, vt oſtendam*(inquit) *contra Scotum,modus ille per ſe in ſubſtantia,non eſt ſola negatio,ſed poſitiuum,quod negatione explicatur; ſicut etiam in ſuppoſito,& perſona.* Sed in primis complementum illud diſcurſus confictum eſt à dicto expoſitore. Præterea S.D.ibi duo dicit: Primum eſt:rationem ſubſtantiæ,quę eſt genus,non eſſe hoc,quod dico, ens per ſe,quod probat; quia non poſſet eſſe genus ex hoc,quod dicitur ens; quia ens non poteſt eſſe genus,neque ex hoc,quod dicitur per ſe; quia hoc videtur importare ſolam negationem; quia per ſe dicitur ex hoc,quod non eſt in alio, &c. Secundū: quod ex primo infert ibi S.D. poſt rationem ſubſtantiæ,quæ eſt genus,eſſe hoc,quod dico res, cui conuenit eſſe nō in ſubiecto, ita vt in ratione ſubſtantiæ prædicamentalis intelligatur eam habere quidditatem,cui conueniat eſſe non in alio. Hoc autem (inquit S.D.) Deo non conuenit; nàm non habet quidditatem,niſi ſuum eſſe. Ex hoc autem quod ſubſtantia eſt quidditas,cui debetur eſſe nō in alio,habet radicaliter,vt ſubſtet accidentibus, ita ut illud primò, & principaliter ſubſtātiæ conueniat,hoc autem ſecundariò. Ex his ruunt obiecta Vaſquezij.

Vaſquez impugnās D. Thom.

Defenſio.

Quinta dubitatio.

An ſecundum Auerroem, Deus ſit menſura homogenea ſubſtantiarum. Defenditur ſolutio Caietani ab impugnatione Syluestri.

IN reſponſione ad ſecundum, mouet dubitationem Caiet. nam S.Thom.ad authoritatem

A Auerrois adductam in argumento ex decimo metaph.tex.7. dicentis Deum eſſe menſuram omniū ſubſtantiarum, negat de mente Commentatoris Deum eſſe menſuram homogeneam; cùm tamen Auerroes affirmet Deum, quia prima ſubſtantia eſt, eſſe menſuram omnium ſubſtantiarum; ſicut primus numerus omnium numerorum; & conſtat ibidem Auerroim loqui de menſuris homogeneis. Soluit Caietanus diſtinguendo genus:nam poteſt dupliciter ſumi. Vno modo propriè,vt hic loquimur; & ſic negat D.Tho. de mente etiam Commentat. Deum eſſe menſuram homogeneam, ideſt eiuſdem generis cum ſubſtantia. Alio modo largè

Dubitatio ex Caiet. An ſecundum Auer. Deus ſit menſura homogenea ſubſtātiarum.

Solutio Caiet.

B ſumitur genus pro coordinatione: Et hoc modo Deus eſt menſura homogenea coordinationis ſubſtantiarum,magis quàm accidētium. Nam Deus ſubſtantia eſt,non accidens. Sed hæc reſponſio nō placet Syluestro, & arguit illam dupliciter. Primò,quia eſt contra textum dicentem, Deum non eſſe menſuram alicui proportionatam. Secundò, quia continet implicantia contradictionem; quia in coordinatione prædicamentali non eſt niſi Deus,& ſubſtantiæ prædicamentales; & conſequenter,ſi Deus eſt menſura homogenea talis coordinationis,aut erit menſura homogenea ſui ipſius, aut generis ſubſtantiæ propriè dicti: Ait ergo Syl

Obiectio Syluestri.

C ueſter S.Thom. optimè ſoluere propoſitum argumentū,quidquid ſentiat Auerroes. Nam ſi Auerr. non loquitur de menſura homogenea, per S. Tho. benè exponitur: Si autem loquitur de menſura homogenea,per S.Thom. melius negatur. Eiuſdem ſententiæ eſt Iauellus ſuper hoc articulo, & decimo metaph.q.7. Sed pro defenſione Caietani notandum eſt,menſuram homogeneam dici menſuram eiuſdem generis, ideſt contentam in eodem genere. Menſura ergo generis ſubſtantiæ erit menſura contenta in genere ſubſtantiæ; menſura coordinationis ſubſtantiæ erit menſura contenta in coordinatione ſubſtantiæ. Quando ergo negat S.Th.

Defenditur Caiet.

D Deum eſſe menſuram homogeneam ſubſtantiæ, ideo negat,quia non eſt menſura contenta in genere ſubſtantiæ;quando autem affirmat Caietan. de mente Auerrois Deum eſſe menſuram coordinationis ſubſtantię,ea ratione id aſtruit,quia cōtinetur in coordinatione ſubſtantiæ. Quod enim continetur in prædicamento ſubſtātiæ, limitatur ad prædicamentum ſubſtantiæ,& de eo, ac cæteris ſubſtantijs nomen commune ſubſtantiæ vniuocè prædicatur; quod autem continetur in coordinatione ſubſtantię,ad nullum limitatur prædicamentum,nec ſuſcipit vniuocam prædicationē nominis ſubſtantiæ,ſed tantùm Analogam. Vndè di

E cere Deum eſſe menſuram homogeneam generis, ac prædicamenti ſubſtantiæ,eſt aſſerere Deum limitari ad prædicamentum ſubſtantiæ, & ponere ſubſtātiam vniuocè prædicari de Deo, & reliquis ſubſtantijs: at ſtatuere Deum menſuram homogeneam coordinationis, eſt ponere Deum primum analogatum in ordine omnium ſubſtantiarum,ad quod reliquæ omnes veluti ad perfectiſsimum exemplar,& menſuram referuntur.

Ad primum argumentum. Reſpondetur D.Thomam

mam intelligere Deum eſſe menſuram homogeneam,& proportionatam alicui,quia non eſt mẽſura c uidem generis; cum hoc tamen ſtat illum eſſe menſuram eiuſdem coordinationis,in infinitum tamen excedentem reliqua alia coordinata.

Ad ſecundum dicitur nullam hic implicari cõtradictionem. Et cũ dicitur:in tali coordinatione non ſunt niſi ſubſtantiæ creatæ, quæ ſunt in prædicamento,& Deus; verum eſt; Cum autem quæritur,an ſit menſura ſubſtantiarum creatarum, an ſui. Dicitur Deum eſſe menſuram ſubſtantiarum creatarum. Sed cum infertur: ergo erit menſura generis ſubſtantię proprie dicti;Reſpondetur hoc dupliciter poſſe intelligi; vno modo,vt ſit menſu-
B ra generis ſubſtantiæ proprie dicti in ipſo contenta;& eidem proportionata; alio modo,vt ſit menſura generis ſubſtantiæ,non in ipſo contenta; ſed tantum in coordinatione ſubſtantiarum, & extra prædicamentum ſubſtantiæ. Dicitur Deus menſura homogenea coordinationis ſubſtantiarum, non quia ſit alicui earum proportionata, & in eodem genere cõtenta,ſed quia, vt dixi, eiuſdem eſt coordinationis. Homogeneum enim, non eſt idẽ formaliter,quod proportionatum,ſed tantum materialiter,quando ſcilicet cadit ſub eodem genere,& eadem limitatione cum alijs ſibi homoge-
C neis; & ideo S. Thom. videtur in hac reſponſione ad ſecundum accepiſſe homogeneum pro proportionato,quia loquebatur de menſura contenta in eodem genere proprie ſumpto.

ARTICVLVS VI.

Vtrum in Deo ſint aliqua accidentia.

19. 1.d.8. q.4. art 3 Et 1. con. c. 23. & 31. Et po. q 7 ar 4. Et opuſ. 3. c. 13. 23. 57. 65. & 66 Tex. 27 & 30. 10. 2.

AD ſextum ſic proceditur. Videtur,quòd in Deo ſint aliqua accidentia. Subſtantia enim nulli eſt accidẽs, vt dicitur in primo phyſic.quod ergo in vno eſt accidẽs,
D non poteſt in alio eſſe ſubſtantia. Sicut probatur, quòd calor non ſit forma ſubſtantialis ignis,quia in alijs eſt accidens; ſed ſapientia, virtus,& huiuſmodi, quæ in nobis ſunt accidentia,Deo attribuuntur;ergo & in Deo ſunt accidentia.

2 Præterea: In quolibet genere eſt vnum primum; multa autem ſunt genera accidentium; ſi igitur prima illorum generum non ſunt in Deo, erunt multa prima extra Deum, quod eſt inconueniens.

E Sed contra:Omne accidens in ſubiecto eſt; Deus autem non poteſt eſſe ſubiectum; quia forma ſimplex non poteſt eſſe ſubiectum, vt dicit Boet.in libro de Trinit. ergo in Deo nõ poteſt eſſe accidens.

Ante med. lib. de Trin

D. 1053.

Reſpondeo dicendum,quòd ſecũdum pręmiſſa,manifeſtè apparet,quòd in Deo accidẽs eſſe non poteſt.

Primò quidem, quia ſubiectum compara-
A tur ad accidens; ſicut potentia ad actum;ſubiectũ enim ſecundùm accidens eſt aliquo modo in actu; eſſe autem in potentia,omnino remouetur à Deo,vt ex prædictis patet.

Secundò, quia Deus eſt ſuum eſſe, vt Boetius dicit in libro de Hebd. & licèt id, quod eſt,aliquid aliud poſſit habere adiunctum, tamen ipſum eſſe nihil aliud adiunctum habere poteſt;ſicut quod eſt calidum, poteſt habere aliquid extraneum,quàm calidum,vt albedinem; ſed ipſe calor nihil habet præter calorẽ.

Q. 2. ... In lib. ... dicitur ... oẽ qd ... bonum ... à medio ... lius.

Tertiò,quia omne,quod eſt per ſe,prius eſt
B eo,quòd eſt per accidens. Vnde,cùm Deus ſit ſimpliciter primum ens, in eo non poteſt eſſe aliquid per accidens. Sed nec accidentia per ſe in eo eſſe poſſunt,ſicut riſibile eſt per ſe accidens hominis; quia huiuſmodi accidentia cauſantur ex principijs ſubiecti. In Deo autẽ nihil poteſt eſſe cauſatum, cùm ſit cauſa prima; vnde relinquitur, quòd in Deo nullum ſit accidens.

Ad primum ergo dicendum, quòd virtus, & ſapientia non vniuocè dicuntur de Deo, & de nobis,vt infra patebit; Vnde non ſequitur,
C quòd accidentia ſint in Deo,ſicut in nobis.

Q. 13. [illegible]

Ad ſecundum dicendum, quòd cùm ſubſtãtia ſit prior accidentibus, principia accidentium reducuntur in principia ſubſtantiæ;ſicut in priora; quamuis Deus non ſit primum contentum in genere ſubſtantiæ,ſed primum extra omne genus reſpectu totius eſſe.

Ratio ordinis, & ſenſus quæſiti.

EXcluſa à Deo compoſitione ex eſſe,& eſſentia cum reliquis ea prioribus; nunc quærit S.D. de compoſitione accidentali, quæ dictam compoſitionem conſequitur,& in ea fundatur,vt ex dicendis apparebit. Annotanda in primis eſt in præſenti quæſito terminorum ſignificatio. Et à parte quidem ſubiecti eſt dictio illa *accidentia*;à parte vero prædicati;eſt illa particula *in Deo ſint*. Accidens dupliciter ſumitur. Vno modo,vt eſt nomen primæ intentionis. Et in hoc ſenſu diuiditur in nouem prædicamentorum genera. Alio modo,vt eſt nomen ſecundæ intentionis: & ſic eſt quintum prædicabile ſignificans accidentale prædicatum. Quæritur in hoc articulo de accidente priori modo; non autem poſteriori modo ſumpto. Nam certiſſimum eſt de Deo multa accidentaliter prædicari,vniuerſa ſcilicet illa,quæ de illo ex tempore prædicãtur, vt eſſe creatorem,gubernatorem,Dominum, Saluatorem,& ſimilia,quę Deo abſolutè conſiderato poſſunt adeſſe,& abeſſe. In Deo autem eſſe; ſicut etiam in qualibet alia re,cõtingit dupliciter. Vno modo formaliter. Alio modo virtualiter. Illud formaliter in Deo eſt, ex quo Deus tanquam ex forma

Ratio ... Sẽſus quæſiti. Accidens duplex.

forma denominatur formaliter. Et hoc modo in Deo ſunt omnes illæ perfectiones, quæ in ſuo proprio, & formali conceptu nullam claudunt imperfectionem; quas ideo perfectiones ſimpliciter nũcupamus; vt potentia, ſapientia, bonitas, intellectus, volutas, & aliæ ſimiles. At formaliter in Deo poteſt aliquid eſſe multis modis, videlicet ſecundum eſſe naturale, & ſecundum eſſe intelligibile; & rurſus ſecundum eſse naturale; aut per identitatem, aut per informationem. Virtualiter autẽ aliquid eſt in aliquo, quòd in illius cauſalitatis virtute continetur: quo modo vniuerſa creata in Dei virtute continentur ab æterno. Hic quæritur de eſſe in Deo formaliter ſecundum eſse naturale per informationem. Nam tractare, an accidentia ſint in Deo virtualiter, non ſpectat ad præſentem articulum, ſed ad quæſtionem quartam, & etiam 44. Quærere autem, an in Deo ſint ſecundum eſſe intelligibile, pertinet ad queſtionem decimam quartam, & decimam quintam; eſſe autẽ per informationem, proprius eſt accidentis modus: nam accidens ea ratione, qua accidens eſt, habet, vt alteri inſit, ideſt ſubſtantiæ, tanquàm proprio ſubiecto; nam accidentis eſse eſt in eſse.

Forma Textus.

Conclusio eſt: In Deo accidens eſſe non poteſt. Probatur tripliciter. Primò: ſubiectum comparatur ad accidens, ſicut potentia ad actum; at eſſe in potentia omnino remouetur à Deo; ergo. Minor patet ex ſupradictis. Maior probatur: quia ſubiectum ſecundum accidens eſt aliquo modo in actu.

Secundò. Deus eſt ſuum eſſe; ſed ipſum eſſe, nihil poteſt habere adiunctum; ergo. Maior patet ex prædictis, & probatur etiam authoritate Boetij, in lib. de Hebdomadib. Minor probatur ex differentia inter ipſum eſſe, & id quod eſt; nam id, quod eſt, aliquid poteſt habere adiunctum, ſed ipſum eſſe nihil poteſt habere adiunctũ. quod probatur exemplo calidi, & caloris: nam id, quod eſt calidum, poteſt habere aliquid extraneum, vt albedinem; ſed ipſe calor nihil habet præter calorem.

Tertiò. Si in Deo eſſet accidens, vel eſſet accidens per accidens, vel accidens per ſe; ſed neutrum in Deo poteſt eſſe; ergo. Minor probatur. Primò, quo ad accidens per accidens: Deus eſt primum ens ſimpliciter: ergo in Deo non eſt accidens per accidens. Conſequentia probatur: quia quod eſt per ſe, præcedit id, quod eſt per accidens. Secundò probatur eadem minor quo ad accidens per ſe, eo modo, quo riſibile eſt per ſe accidens hominis: ſic ergo probatur: Accidentia per ſe cauſantur à principijs ſubiecti; at in Deo nihil poteſt eſſe cauſatum; ergo. Maior probatur: quia Deus eſt prima cauſa.

Expoſitio Textus.

IN hac vltima ratione aduertendum eſt S. Tho. per primum ens ſimpliciter intelligere ens primũ omnibus modis, & quo ad omnia: ſi ergo Deus primum ens eſt omnibus modis, & quo ad omnia, nihil non primum in eo eſse poteſt.

Sed in ſingulis prædictis rationibus, quædam A ſunt, quæ ampliorem exigunt explanationem. In prima Maior illa propoſitio: *ſubiectum comparatur ad accidens ſicut potentia ad actum*, intelligenda eſt de ſubiecto in comparatione ad quodcumque accidens, ſiuè illud ſit cauſatum ex principijs ſubiecti, ſiue ab extrinſeco agente; Quoniam, ſicut vnumquodque agit, quatenus eſt in actu, ita patitur, aut recipit, qua ratione eſt in potẽtia. Sed an ſemper, ſiuè in omnibus differat ſecundùm rationem, id quod eſt ratio agendi, ſiuè producendi accidens, aut quemcunque actum ab eo, quod eſt ratio recipiendi eundem actum, & quomodo in hoc differant cõpoſita ex materia, & forma à ſim- B plicibus creatis compoſitis tantùm ex natura, & ſuppoſito, & ex eſse, & eſſentia, latè, & eruditè tractatur à Ferrarienſi in primo cont. gent. cap. 23. in explicatione ſecundæ rationis Diui Thomæ.

An ſubiectũ cõparetur ad accidens, vt potẽtia ad actum.

Ferrarien.

In ſecunda ratione, in qua aſſumitur illa propoſitio: *Ipſum eſſe nihil poteſt habere adiunctum, ſed id, quod eſt, poteſt aliquid habere adiunctum*; pro quo affertur exemplum de calore, & calido, obſeruanda eſt diligenter explicatio Sancti Thomæ ſuper Boetio de Hebdomadibus. Videlicet hoc eſse commune omnibus abſtractè conſideratis in ſe nihil habere, quod ſit præter eorum eſsentiam. Cuius ratio eſt: Quoniam omne abſtractum ſignificatur, C vt quo aliquid eſt formaliter tale, ſicut albedo eſt id, quo aliquid eſt album, & humanitas, qua homo eſt formaliter homo; conſtat autem non eſse aliquid formaliter album, niſi per id, quod ad eſſentiam ſpectat albedinis; ſicut non eſt formaliter homo, niſi per id, quod ad hominis rationem, & eſsentiam pertinet: quare ſi id, quod abſtractè ſignificatur, in tali abſtractione ſecũdùm rẽ ſubſiſtat, nihil à ſe diſtinctum habere poterit. At verò concreta ſignificantur, vt formam habentia; ex hoc autem, quod aliquid formam habet, non prohibetur aliquid aliud habere, quod ad eius rationem minimè pertineat; ſicut pomum albũ poteſt D eſse etiam dulce, & homo humanitatem habet, & alia multa ab hominis ratione extranea. Sic igitur ipſum eſse nihil extraneum compatitur adiunctum: at verò compoſitum ex eſse, & natura, ſiuè ſuppoſito, quod vocatur id, quod eſt, poteſt aliquid habere connexum. Hanc doctrinam videtur accepiſse ex dicto loco Caietanus, quam breuibus, & formalibus terminis hic expreſsit. Vnde patet cenſuram Gregorij de Valentia nimis apertè à recto tramite deuiare, dum ait probationem maioris ex ſimilitudine caloris acceptã difficultate non carere, & neceſsariam non eſse. Hic ſiquidem diſcurſus S. Tho. manifeſtè demonſtratiuus eſt, nec vlla poteſt ei ſolutio probabilis adaptari.

Nullũ abſtracte cõſideratum quidquam habet, quod ſit præter eius eſſentiam.

Caietanus

Repellitur cẽſura Valentiæ.

E In tertia ratione tria ſunt explicanda; Primum eſt: quomodo id, quod eſt per ſe, ſit prius eo, quod eſt per accidens. Quod explicat Caietanus ex doctrina Ariſt. ſecundo, & octauo phyſicorum, quia in quolibet ordine, ſemper quod eſt per ſe, prius eſt eo, quod eſt per accidens. Quod enim per accidens eſt, ſubſiſtere nequit, niſi eo, quod vt ſui fundamentum, & ſuæ cõpoſitæ rationis partem præſuppoñit; ſicut hoc vnum per accidens, quod eſt homo

Quod eſt per ſe, prius eſt eo, quod eſt per accidens. Caiet.

homo albus, præſupponit hominem, & albedinē; ex quibus veluti partibus coaleſcit; & in genere motuum, motus per accidens eſſe non poteſt, niſi præſuppoſito motu per ſe; non enim nauta mouetur per accidēs, niſi ex motu nauis, quæ per ſe mouetur; nec cauſa per accidens eſſe poteſt, niſi cōiuncta cauſæ per ſe prius ſaltem natura ad proprium, & per ſe effectū ordinatæ, & ad illius productionem operanti.

Secundum eſt; quomodo accidens propriū cauſatur à principijs ſubiecti; ſed iam indicauimus explicationem Ferrarienſis. (Ferrarien.)

Tertium eſt vis illius conſequentiæ. *Deus eſt prima cauſa: ergo in eo nihil eſt cauſatum.* Quæ, vt notat Caietanus, in hoc conſiſtit, quod primum alterās, eſt omnino inalterabile, & prima cauſa omnino incauſata; non eſſet autem omnino incauſata, ſi aliquid in ſe cauſatum admitteret. (Caiet.)

In argumento ad oppoſitum, in quo affertur authoritas Boetij dicentis ſimplicem formam ſubiectum eſſe non poſſe, aduertendum eſt, formam dupliciter poſſe nuncupari ſimplicem: Vno modo per excluſionem ſolius compoſitionis ex materia, & forma: Alio modo per excluſionem omnis compoſitionis etiam ex eſſe, & eſſentia. Forma ſimplex priori modo, non poteſt eſſe ſubiectū accidentis materialis; poteſt tamen eſſe ſubiectum accidentis, ſiue actus ſpiritualis. Sic exponitur à S. Thom. infra quæſt. quinquageſimaquarta, artic. quinto, ad ſecundum. Sed forma ſimplex poſteriori modo, nullius omnino accidentis poteſt eſſe ſubiectum: talis etenim forma, purus eſt actus, qui Deus eſt. Et hoc modo ſumitur in hoc loco forma ſimplex. (S. Tho.)

ARTICVLVS VII.

Vtrum Deus ſit omnino ſimplex.

(20 1 d. 8. q. 4. art. 1. Et 1. cont. c. 16. 18 & 19. Et po q. 7. artic. 1. Et opuſ. 3. c. 9. & 21. Et cauſis le. 12.)

AD ſeptimum ſic proceditur. Videtur, quòd Deus non ſit omnino ſimplex. Ea enim, quæ ſunt à Deo, imitantur ipſum: vnde à primo ente ſunt omnia entia, & à primo bono ſunt omnia bona: ſed in rebus, quæ ſunt à Deo, nihil eſt omnino ſimplex; ergo Deus non eſt omnino ſimplex.

2 Præterea. Omne quod eſt melius, Deo attribuendū eſt; ſed apud nos compoſita ſunt meliora ſimplicibus: ſicut corpora mixta elementis, & animalia plantis; ergo non eſt dicēdum, quòd Deus ſit omnino ſimplex.

Sed contra eſt, quod Auguſt. dicit ſexto de Trinit. quòd Deus verè, & ſummè ſimplex eſt. (cap. 6. & 7. per to. to. 9)

Reſpondeo. Dicendum, quòd Deum omnino eſſe ſimplicem, multipliciter poteſt eſſe manifeſtum.

Primò quidem per ſupradicta in quæſtione. Cum enim in Deo non ſit compoſitio, neque quantitatiuarum partium, quia corpus non eſt: neque compoſitio formæ, & materiæ, neque in eo ſit aliud natura, & ſuppoſitum, neque aliud eſſentia, & eſſe, neq; in eo ſit cōpoſitio generis, & differentiæ, neque ſubiecti, & accidentis, manifeſtum eſt, quòd Deus nullo modo compoſitus eſt, ſed eſt omnino ſimplex. (Ar. præced. huius q.)

Secundò, quia omne compoſitum eſt poſterius ſuis componentibus, & depēdens ex eis; Deus autem eſt primum ens, vt ſupra oſtenſum eſt.

Tertiò, quia omne compoſitum cauſam habet: quæ enim ſecundùm ſe diuerſa ſunt, non conueniunt in aliquod vnum, niſi per aliquā cauſam adunantem ipſa: Deus autem non habet cauſam, vt ſupra oſtenſum eſt, cùm ſit prima cauſa efficiens.

Quartò, quia in omni compoſito oportet eſſe potentiam, & actum; quod in Deo nō eſt, quia vel vna partium eſt actus reſpectu alterius, vel ſaltem omnes partes ſunt ſicut in potentia reſpectu totius.

Quintò, quia omne cōpoſitum eſt aliquid, quod non conuenit alicui ſuarum partium. & quidem in totis diſſimilium partium manifeſtum eſt; nulla enim partium hominis eſt homo, neque aliqua partium pedis eſt pes. In totis verò ſimilium partium, licèt aliquid, quod dicitur de toto, dicatur de parte, ſicut pars aeris eſt aer, & aquæ aqua; aliquid tamen dicitur de toto, quod non conuenit alicui partium; non enim ſi tota aqua eſt bicubita, & pars eius: Sic igitur in omni compoſito eſt aliquid, quod non eſt ipſum: hoc autem, etſi poſſit dici de habente formam, quòd ſcilicet habeat aliquid, quod non eſt ipſum: puta in albo eſt aliquid, quod non pertinet ad rationem albi: tamen in ipſa forma nihil eſt alienum; vnde, cū Deus ſit ipſa forma, vel potius ipſum eſſe, nullo modo compoſitus eſſe poteſt. Et hanc rationem tāgit Hilar. ſeptimo, de Trinit. dicēs, Deus, qui virtus eſt, ex infirmis non continetur: neque qui lux eſt, ex obſcuris occupatur. (Lib. 7. Trin.)

Ad primum dicendum, quòd ea, quæ ſunt à Deo, imitantur Deum, ſicut cauſata primā cauſam. Eſt autem hoc de ratione cauſati, quòd ſit aliquo modo compoſitum, quia ad minus eſſe eius, eſt aliud, quàm quod quid eſt, vt infra patebit.

Ad ſecundum dicendum, quòd apud nos cōpoſita ſunt meliora ſimplicibus, quia perfectio bonitatis creaturæ non inuenitur in vno ſimplici, ſed in multis; ſed perfectio diuinæ bonitatis inuenitur in vno ſimplici, vt infra oſtendetur.

Digitized by Google

Proponitur dubitatio de neceſsitate huius articuli: cui fit ſatis duplici ſolutione, & explicatur ſenſus quæſiti.

Dubitatio.

APparet primo aſpectu ſuperuacaneus hic articulus. Nam Deum eſſe omnino ſimplicem, ſufficienter probatum relinquitur ex præcedētibus articulis, vt patet ex prima ratione Sancti Thomæ pro concluſione huius articuli. Huic dubitationi duplex occurrit reſponſio. Prior eſt, naturam alicuius totius dupliciter inueſtigari poſſe. Vno modo per ordinem aſcēdendo à ſingularum partium natura ad totius eſſentiam cognoſcendam; ſicut ſi ex ſingulis animalis ſpeciebus ad ipſius animalis notitiā aſcenderem. Qui cognoſcendi modus ex propria forma non eſt omnino perfectus; cum non procedat ex proprijs, & per ſe conuenientibus animali, quatenus animal eſt; ſed ex ijs, quę ſpecificis ꝓpria ſunt naturis. Dixi autem ex propria forma, quia licèt in ſpeciebus participetur generis natura, contrahitur tamen, ac limitatur per proprias, ac ſpecificas differentias, formaliterq́; diſtinguitur, ita, vt in re ſimpliciter loquendo, ſecluſo opere intellectus formalem habeat diuerſitatem. Vnde procedere ex ſpeciebus ad genus, non eſt procedere ex proprijs, & per ſe primò conuenientibus generi, ſed ex ijs, quæ propria ſunt ſpecierū; in quibus tamen genericæ naturæ ratio continetur. Quamobrem philoſophus in Metaphyſica nō fuit contentus tot tractatibus de partibus ſubiectiuis entis, quales ſunt ſubſtantia, & reliqua rerū ſumma genera, & eorum ſpecies ſubalternæ; vt ſubſtantia materialis, & immaterialis, & communes ſpecies quantitatis, & relationis; de quibus agitur in quinto, ſeptimo, octauo, & duodecimo, diuinorum; ſed, vt perfectam nobis traderet entis notitiam, de ipſo ente, & paſsionibus eius ſecūdùm illis propria, & per ſe primò conuenientia, diſſeruit in quarto, & quinto metaphyſices. Eſt ergo alius modus cognoſcendi totius quidditatem ex his, quæ totius propria ſunt; Quamuis igitur prima ratio inſinuet ſufficientiam præcedētis doctrinæ quo ad rem; reliquæ tamen oſtendunt neceſsitatem huius articuli, quo ad rationē formālem ſimplicitatis, vt ſic, & quo ad artē ex proprijs demonſtrandi. Secundò reſpondetur: S. Thomam per hunc articulum, & eius rationes voluiſſe excludere nouas imaginationes, & figmenta compoſitionum in Deo, vt vndique perfecta eſſet doctrina. Sed præterea obſeruandum eſt, duplicem eſſe ſimplicitatem: Vnam, quæ opponitur compoſitioni. Alteram, quæ opponitur componibilitati, quā recentiores compoſitionem actiuam appellant. Illa conuenit toti, quod intrinſecè habet partes conſtituentes, & componentes; hæc verò conuenit cuilibet parti, quatenus alteri coniungitur ad totius conſtitutionem. S. Thom. hic quærit de priori ſimplicitate, in ſequenti autem articulo de poſteriori.

Solutio prima. — Ariſt. — Solutio ſecunda. — Sēſus quęſiti.

A

Forma Textus.

COncluſio eſt. Deus eſt omnino ſimplex. Probatur quinque medijs: Primò à ſufficienti enumeratione modorum compoſitionis, hoc modo: In Deo non eſt compoſitio partium quantitatiuarum, neque formæ, et materiæ, nec in eo eſt aliud natura, & ſuppoſitum, neq; differunt eſſentia, & eſſe, nec eſt in eo compoſitio generis, & differentiæ, aut ſubiecti, & accidentis; ergo Deus eſt omnino ſimplex.

Secundò: Omne compoſitum eſt poſterius ſuis componentibus, & dependens ex eis: At Deus eſt primum ens independens; ergo.

B *Tertiò: Omne compoſitum habet cauſam, Deus non habet cauſam; ergo. Maior probatur: Quæ diuerſa ſunt, non conueniunt in vnum, niſi per aliquam cauſam adunantem; ergo. Minor probatur: quia Deus eſt prima cauſa efficiens.*

Quartò: In omni compoſitione, oportet eſſe potentiā, & actum; at in Deo non eſt potentia; ergo. Probatur Maior: quia vel vna pars eſt actus reſpectu alterius; vel ſaltem omnes partes ſunt ſicut in potentia reſpectu totius.

Quintò: In omni compoſito eſt aliquid, quod non eſt ipſum: ſed in Deo non eſt aliquid, quod non ſit ipſe; ergo. Maior probatur: Omne compoſitum eſt aliquid, qđ C *non conuenit alicui ſuarum partium; ergo eſt aliquid, quod non eſt ipſum. Conſequentia relinquitur, vt manifeſta; quoniam ſi compoſitum eſt aliquid, quod non cōuenit alicui ſuarum partium; ergo compoſitum non eſt omnino idem cum ſuis partibus; ergo eſt aliquid, quod non eſt ipſum; Antecedens autem probatur diſtinguendo duplex totum: Vnum ſimilium partium; vt aqua, lignum, & ſimilia; quod compoſitum dicitur homogeneum: Aliud diſsimilium partium, quod dicitur eterogeneum, vt homo, qui conſtat ex manibus, pedibus, oſſibus, neruis, &c. & in toto quidem ſimilium partium dicitur aliquid de toto, quod non dicitur de parte: nam tota aqua eſt bicubita: non autem quælibet pars aquæ,* D *licèt aliquid etiam dicatur de toto, quod dicitur etiam de parte: nam pars aquæ eſt aqua. In totis autem diſsimilium partium manifeſtum eſt: nam pars hominis, puta manus non eſt homo. Minor autem, ſcilicet, quod Deus non ſit aliquid, quod non ſit ipſe; Probatur ex differentia inter habentia formam, & formam ipſam: nam, licèt habens formam, puta album poſsit habere aliquid, quod non eſt ipſum; ipſa tamen forma, nihil poteſt habere alienum; At Deus eſt ipſa forma, vel potius ipſum eſſe formaliſsimum: ergo.*

Expoſitio textus.

E QVid nomine ſimplicitatis ſignificetur, ex eius oppoſito cognoſcendum eſt: Opponuntur autem ſimplicitati multiplicitas, & compoſito, ſed diuerſa ratione. Ad cuius euidentiam ſcito prædicta duo idem omninò ſignificare, ſed diuerſo modo: Nam multiplicitas in pluralitate, ſeu diuiſione ſaltem potentiali rerum conſiſtit, vt ſignificat Ariſtot. 10. Metaph. tex. 20. & S. D. in primo ſent. diſt. 24. quæſt. 2. artic. 1. vt autem opponitur ſimplicitati dicit multitudinem plurium intrinſecè

ſecè pertinentium ad rationem vnius entis, quod multiplex appellatur, hæc autem multitudo diuiſionem includit; Compoſitio verò multiplicitati vnionem addit partium adinuicem, & communicationem earum toti compoſito; dicitur enim cōpoſitum, & compoſitio, eo quod partes ſimul ponantur, & ſeipſis integrent totum. Et ex his ſequitur primò idem omninò ſignificari nomine multiplicitatis, quod nomine compoſitionis, quamuis diuerſo modo: Quia multiplicitas diuiſionem, & partium pluralitatem formaliter ſignificat, vnionem autem earum materialiter; Compoſitio verò formaliter ſignificat vnionem partium, & totius conſtitutionem, materialiter autem earum multitudinem actualem, aut potentialem, ſine qua nec eſſe, nec concipi poteſt vnio, aut totius compoſiti cōnſtitutio. Secundò ſequitur ſimplicitatem nihil aliud eſſe, quàm negationem diuiſionis, & multiplicitatis vnius entis in plura eius entitatem completam integrantia ſub vno eſſe totius. Vel dici poteſt negatio multiplicitatis plurium entitatum vnitarum ad conſtitutionem vnius.

Deinde in his quinque demonſtrationibus plura breuiter ſunt obſeruanda. Et primò circa primam obſeruandus eſt modus loquendi S. Thomę: Nàm in omnibus alijs, vſus eſt nomine compoſitionis, præterquàm vbi mentionem fecit de natura, & ſuppoſito, & de eſſe, & eſſentia. Cuius ratio eſt; quia ſecundùm hæc non attenditur propriè compoſitio; cum ex natura, & ſuppoſito, aut ex eſſe, & eſſentia non reſultet vnum tertium, ſed tantùm vnum per ſe cum alio adunetur, & ideo fiat compoſitio, non ex his, ſed cum his; vt ſupra diximus cum S. Thom. & Caietano.

Diſtinctio totius à partibus deducitur.

Secundò circa ſecundam, & quartam: Aduerte inde colligi de mente Sancti Doctoris diſtinctionem totius à partibus ſimul ſumptis. Si enim ex eis dependet, & eis poſterius eſt, neceſſe eſt ab eis diſtingui. Et rurſus, ſi omnes partes ſunt ſicut in potentia reſpectu totius, neceſſe eſt totum ab eis diſtingui.

Gloſſa Sylueſtri.

Sed Sylueſter gloſſat primam propoſitionem dicens veram eſſe quo ad ſingula componentia, & quo ad omnia ſimul ſumpta per modū aggregationis. Secundam autem, quod ſcilicet omnes partes ſunt in potentia reſpectu totius, ait intelligendam eſſe in illo priori, in quo illud præcedunt; non autem, vt ſunt in eo vnum, vel reſpectu eſſe totius; quod cum non ſit proprium alicuius earum, participant illud à toto ſingulæ; ſiuè illud eſſe ſit idem toti, ſiuè non, ſiuè quia ſingulæ (inquit) earum perficiuntur ex coniunctione ad totum.

Reijcitur gloſſa Sylueſtri.

Sed parum valent hæ gloſſæ; quoniam S. Tho. loquitur de toto, quatenus ex partibus proximè dependet, & eſt earum forma. At totum non reſultat ex partibus proximè, quatenus ſingulæ ſunt, nec quatenus adunantur ſolùm per modum aggregationis, ſed quatenus ſimul ſumptæ vnitatem habent per modū actus, & potentiæ: ſic enim, & non aliter ab eis proximè totum dependet, & à forma totius informantur. Quis enim intelligat humanitatem eſſe formam animę, & corporis, vel omnium partium corporis, quatenus per ſolā ag- A gregationem adunantur, ſecluſa inter eas vnitate potētiæ, & actus, quæ eſt proxima ratio, quòd fiat vnum per ſe, quod eſt humanitas? Et poteſt ſic in forma conſtrui argumentum: Ea partium vnitas, quæ toti repugnat, non eſt illa, ex qua totum depēdet, & quæ ſit ratio, quod partes informentur à toto; ſed vnitas aggregationis eſt huiuſmodi; ergo. Maior patet, Minor probatur: quia vnitis per aggregationem, vt ſic, repugnat, vt ex eis fiat vnum per ſe. Probatur hæc propoſitio; quia vnita per aggregationem, vt ſic, ſunt vnum per accidens: Igitur ex eis, vt ſic vnitis repugnat fieri vnum per ſe. Et confirmatur, quia alioquin ex omnibus per ag- B gregationem vnitis fieri poſſet vnum per ſe, cum in omnibus ſit eadem ratio.

Ordo prioritatis, partium totius, & contra.

Tertiò circa eaſdem rationes ſecundam, & quartam aduerte ex D. Thom. tertio ſententiarum, diſtinctione ſecunda, articulo primo, quæſtiuncula tertia, partes eſſe priores toto originaliter; ſed completiuè è contrario. Quibus verbis ſignificatur ordine generationis, & cauſæ materialis, ſecundùm quam attenditur proceſſus de potentia ad actum, partes eſſe priores toto. Sed quia totum compoſitum ad ſuas partes comparatur, vt actus, & forma, à qua prouenit rei perfectio, & complementum; ideo in genere cauſæ formalis to- C tum prius eſt ordine naturæ ſuis partibus componentibus. Primum ordinem expreſſit in ſecunda ratione. Vtrumque autem inſinuauit in quarta dicens partes eſſe, ſicut in potentia reſpectu totius; ſignificans in partibus ordinem cauſæ materialis ad totum, & in toto ordinem cauſæ formalis ad partes.

Quo ſenſu verum ſit omne compoſitum habere cauſam.

Quartò circa tertiam rationem ſciendum eſt maiorem propoſitionem cum ſua probatione poſſe duplicem habere ſenſum. Primus eſt; vt omne compoſitum dicatur habere cauſam extrinſecam adunantem componentia; Et licèt in hoc ſenſu ſit vera, vt patet diſcurrenti per ſingula (nam etiam D partes cœli, ſcilicet materia, & forma adunatæ ſunt à Deo cauſante ipſum cœlum) non tamen ita reſtrictè intelligitur à S. Thom. poſſet enim facilè negari à ſuſtinentibus oppoſitum. Intelligēda eſt: ergo ſub diſiunctione; videlicet, vt omne compoſitum habeat cauſam, vel extrinſecam, vel intrinſecam, quod à nemine negari poteſt: nam homo riſibilis, qui accidentali compoſitione componitur, & reſultat ex homine, & riſibilitate, habet in ſe cauſam intrinſecam, & proximam huius compoſitionis; quæ cauſa eſt homo cauſans in ſe riſibilitatem, eamque per ſuam potentialitatem recipiens. Si itaque Deus eſſet compoſitus ex ſubiecto, & accidente, oporteret tale compoſitum, vt compoſi- E tum eſt, habere cauſam ſaltem intrinſecam; & ſic in Deo eſſet aliquid cauſatum.

Vltimò circa quintam rationem, vide explicationem Dominici Bannes.

Con-

Digitized by Google

Controuerſia vnica:

An ſimplicitas dicat perfectionem ſimpliciter.

Sententiæ Doctorum.

Scotus. Valentia. D. Thom. Caiet. Molina. Bannes. Suarez.

PArtem affirmantem defendunt Scotus in primo ſententiarum diſtinctione octaua, quæſt. prima, & quolibet quinto, & Gregorius de Valentia ſuper hoc articulo. Sed oppoſitam ſententiam tenent D. Thom 4. ſent. diſt. vndecima, quæſtione ſecunda, art. primo, quæſt. prima, ad primum, Caiet. in 2. cap. de ente, & eſſentia. Ludouicus Molina, Dominicus Bannes, & Zumellus ſuper hoc articulo, qui tamen priorem ſententiam tuentur, vt probabilem. Franciſcus Suarez diſputatione 30. ſect. 3. arbitratur diſſenſionem in verbis magis eſſe, quàm in re. Videtur tamen declinare in ſententiam D. Thomæ. Hæc quæſtio mouetur ad explicādam reſponſionem Sancti Doctoris ad ſecundum argumentum, vbi ſic ait. *Apud nos compoſita ſunt meliora ſimplicibus, quia perfectio bonitatis creaturæ non inuenitur in vno ſimplici.*

Reſolutio.

Diffinitur perfectio ſimpliciter, & ſecundum quid, diſtinguitur ſimplicitas multipliciter, & explicatur illius fundamentum.

Ferrarien.

AD cuius euidentiam præſuppoſita doctrina Ferrarienſis ſuperius allegata ex cap. 18. primi cont. gent. vbi latiſſimè explicatur hæc reſponſio; & ſuppoſita etiam diffinitione perfectionis ſimpliciter ex Anſelmo declarata à Caietano in dicto ſecundo capitulo Notandum primò, ex Caiet. in ſexto cap. de ente, & eſſentia, quæſt. 2. perfectionem ſimpliciter illā eſſe, quæ in ſuo proprio, ac formali conceptu dicit perfectionem cum nulla imperfectione, vt ſapientia, bonitas, & ſimilia: Perfectio verò ſecundum quid, ſiuè in hoc, vel in illo, eſt, quæ in ſuo proprio, ac formali conceptu, dicit perfectionem imperfectioni mixtam, vt humanitas, & equinitas; Dico autem in proprio, & formali conceptu; Quoniam non repugnat perfectioni ſimpliciter includere imperfectionem in ſuo conceptu generico: Nam ſapientia creata, quę perfectio ſimpliciter eſt, in genere eſt habitus, & qualitatis, quæ imperfectionem dicunt; Sed in ſuo differentiali, ac ſpecifico conceptu, quatenus. ſ. ratio eſt ordinatiua, & iudicatiua, nullam claudit imperfectionem: & ideo perfectio ſimpliciter eſt; Humanitas autem, & equinitas res, ſiuè naturas ſignificant cum eo imperfecto modo, quo in re creata participatur diuina perfectio, vt docet S. Thom. infra q. 13. art. 3. ad primum.

Caiet. Quid ſit perfectio ſimpliciter. S. Thom.

Simplicitas duplex

Notandum eſt ſecundò ſimplicitatem dupliciter ſumi: vno modo pro exacta, & omnimoda ſimplicitate, quæ meritò nuncupatur ſimpliciter, & abſolutè ſimplicitas: Alio modo pro ſimplicitate ſecundum quid; Ratio huius diuiſionis eſt; quoniam quot modis dicitur vnum oppoſitorum, tot

A modis dicitur, & reliquum; Compoſitio verò, quę opponitur ſimplicitati, ſicut affirmatio negationi, multiplex eſt: Nam quædam eſt cōpoſitio paſſiuè dicta, qua ſcilicet aliquid componitur ex partibus, vel eſſentialibus, vel integralibus, gradualibus, vel poteſtatiuis, vel accidētaliter adunatis; de quibus compoſitionis modis in præcedentibus articulis actum eſt: Quædam alia eſt compoſitio quaſi actiuè dicta; qua ſcilicet vnum cum alio componit; ſiue ex vtroque reſultet vnum tertium, ſiue non; ſicut dicimus materiæ conuenire cōpoſitionem, quia componit ſimul cum forma; & eadē ratione forma cum materia, & quælibet alia pars

B cum alia parte, & quælibet actualitas, & terminus componit cum proprio ſubiecto, & terminato; ſicut eſſe cum eſſentia, & ſuppoſito, & perſonalitas cum natura. Cum itaque ſimplicitas compoſitionem excludat, nomine ſimplicitatis dupliciter vti poſſumus: Vno modo ſignificando negationem cuiuſuis compoſitionis, tam paſſiuæ, quā actiuæ; & hæc erit ſimplicitas abſolutè, & ſimpliciter, id eſt omnibus modis, & ſine addito dicta: Alio modo poſſumus vti nomine ſimplicitatis ad excludendum aliquem, vel aliquos tantùm compoſitionis modos: & hæc eſt ſimplicitas tantùm ſecundùm quid; quæ multos habet modos, & gra-

C dus iuxta multas, quæ negari poſſunt compoſitiones. Ex his ſequitur: Primò, ſolūm Deum abſolutè, & ſimpliciter ſimplicem eſſe; quoniam ab eo ſolo excluditur omnis compoſitio. Secundò ſequitur, Angelum eſſe ſimpliciorem homine, & elemētis habentibus in ſe omnem illam compoſitionē, quam habet Angelus, & aliam maiorem, quæ eſt ex materia, & forma: & eadem ratione elementū ſimplicius eſt homine: quia pauciora includit in ſui compoſitione, quàm homo: Sed quia elementū cum alio componit ad elementati compoſitionē, quod non conuenit homini, ſecundùm hoc erit elementum minus ſimplex; & eadem ratione Ange-

Gradus ſimplicitas.

D lus erit anima ſimplicior: quoniam hæc componit cum corpore animatum. Infertur præterea albedinem, calorem, frigiditatem, & alia ſimilia eò ſimpliciora eſſe, quò ſunt intenſiora, & minus cōtrario permiſta, cum illa permiſtio, nonnulla ſit compoſitio.

Simplicitas corporalis, & formalis.

Tertiò notandum eſt, ex Ferrarienſi loco allegato. ſ. 1. cont. gent. cap. 18. duplicem eſſe ſimplicitatem, quædam dicitur ſimplicitas corporalis, & quædā formalis, ſiuè actualis. Simplicitas corporalis, negat compoſitionem ex alijs corporibus: vnde ſecundum hunc ſimplicitatis modum, tantò aliquid erit ſimplicius, quantò minus erit

E ex alijs corporibus compoſitum: ſicut elementa dicuntur ſimpliciora miſtis. Simplicitas autē formalis, ſiuè actualis negat potentialitatem, quare tantò aliquid erit ſimplicius ſimplicitate formæ, vel actus, quantò minus habet de potentialitate: tantò autē minus habebit de potentialitate, quantò fuerit forma perfectior, & magis materiæ prędominans, & maiorem cauſans vnitatem, atque ideo minus relinquens eam in potentia, ſed trahens eam ad gradum ſuum. Vnde quò fuerit for-

Digitized by Google

ma perfectior,minus relinquit materiam in potẽtia: nam forma elementaris relinquit materiam in potentia ad formam miſti, viuentis animalis, & hominis:forma verò miſti relinquit materiam in potentia ad formam animalis,&c. Itaque ſimplicitate formæ erit homo ſimplicior elemento, licèt corporali ſimplicitate ſit elementum ſimplicius.

Simplicitatis fundamentũ nõ ſemper eſt perfectio ſimpliciter.

Quartò notandum eſt; omnem ſimplicitatem in aliqua perfectione fundari: Non tamen quælibet ſimplicitas exigit pro fundamento perfectionem ſimpliciter; ſed quibuſdam eius modis ſufficit inniti perfectioni ſecundum quid,vel etiam rationi formali abſtrahenti à perfectione,& imperfectione; ſicut patet de ſimplicitate corporali, & de ſimplicitate partis,puta materiæ,vel formæ,& etiam de ſimplicitate formali:quæ attenditur penes dominium formæ ſupra materiam. Simplicitas autem Angeli fundatur in perfectione ſimpliciter,quæ eſt Angeli ſpiritualis natura ſubſiſtens; ſimplicitatis autem Dei fundamentum eſt eſſe diuinum ſubſiſtens,quod eſt ipſa diuina quidditas. At relationis ſimplicitas immediatè fundatur in propria relationis ratione,videlicet in ad;ſiuè reali,ſiuè rationis,quod non dicit perfectionem, nec imperfectionem, cum perfectio ordinem habeat ad perfectibile; non autem ad extrinſecum terminum; ſicut ad,ſiuè reale,ſiuè rationis.

Concluſiones deducta,& probata.

Simplicitas formaliter non eſt perfectio.

PRima concluſio. Simplicitas formaliter ſumpta nullam dicit perfectionem,ſed negationem compoſitionis. Probatur primò: Simplicitas opponitur compoſitioni,nõ relatiuè,vt patet,nec contrariè propriè;quoniam contraria habent fieri circa idem; neque contrariè impropriè; quoniã ſimplex,& compoſitum non diuiduntur per differentias oppoſitas ſub eodem genere; cum vtrumque ad multa genera ſuprema, & earum partes pertineat,& ſimplicitas Deo conueniat,qui in nullo genere continetur: Neque etiam opponuntur priuatiuè; quia priuatio, & habitus habent fieri circa idem: conſtat autem non poſſe, quod eſt compoſitum fieri ſimplex,neque e contra. Relinquitur ergo hæc eſſe oppoſita ſecundùm affirmationem, & negationem; at compoſitio affirmatiuè dicitur; ergo ſimplicitas negationem ſignificat. Et confirmatur; quia ſic opponitur ſimplicitas compoſitioni, ſicut vnitas diuiſioni, aut multitudini; at vnitas ſupra rem vnam non addit,niſi negationem; ergo ſimplicitas ſupra rem ſimplicẽ non addit niſi negationem. Secundò ſic probatur: Si ſimplicitas formaliter eſt perfectio ſimpliciter; ergo omnis ſimplicitas eſt perfectio ſimpliciter; conſequens eſt falſum; ergo, & antecedens. Falſitas conſequentis patet ex ſupradictis in quarto fundamento.

Secunda concluſio. Simplicitas fundamentaliter, quandoque dicit perfectionem ſimpliciter, quandoque ſecundùm quid, quandoque nullam. Probatur: Simplicitas dicit perfectionem ſui fun-

A damenti; ergo,ſi fundamentum ſit perfectio ſimpliciter, eandem perfectionem dicit ſimplicitas; & eadem ratione, ſi fundamentum ſit perfectio ſecundùm quid,ſimplicitas illam eandem perfectionem ſignificat in ſuo fundamento; Si verò fundamenti ratio nullam dicat perfectionem, neque ſimplicitas perfectionem aliquam connotabit. Vnde ſimplicitas Dei,ſubſtantiæ immaterialis,ſapiẽtiæ,intellectus,voluntatis,Et virtutis dicit perfectionem ſimpliciter,& in hoc ſenſu Caietanus infra quæſtione vndecima,articulo primo ſimplicitatem enumerat inter prædicata Dei quidditatiua. Simplicitas autem albedinis,formæ,materiæ,

B & elementi dicit perfectionem ſecundum quid: ſimplicitas verò relationis nullã dicit perfectionem; ſicut nec imperfectionem.

Ferraria. Zumel.

Tertia concluſio. Simplicitas formalis non impropriè,aut abuſiuè appellatur ſimplicitas. Hæc eſt pro Ferrarienſi contra Zumellum.

Probatur; Simplicitas opponitur compoſitioni,& eam tollit; at ſimplicitas formalis opponitur compoſitioni,& eam tollit; ergo non impropriè eſt ſimplicitas. Minor probatur ex ſecundo fundamento; Quoniam forma perfectior magis dominatur materiæ,& maiorem cum ea facit vnitatem,vt docet S.Thom. in ſecundo contra gent. S. Thom.

C capitulo 68. ergo minuit compoſitionem: Probatur conſequentia: quia compoſitio dicit partium diſtinctionem, & multitudinem; conſtat autem vnitate tolli diſtinctionem, & multitudinem iuxta modum, & naturam vnitatis. Quod dico, quoniam vnitas per formam effecta non opponitur ſimpliciter partium diſtinctioni (remanent enim partes in toto realiter diſtinctæ,) ſed tali, qua vnum ab alterius gradu, & eſſe diſtinguitur; quæ diſtinctio tantò magis tollitur,quantò ex perfectiori forma maior emerſerit vnitas partium:

D *Argumenta, & reſponſiones.*

Valentia.

COntra primam concluſionem argumentatur Valentia: Perfectio ſimpliciter eſt illa; quæ in quolibet ente,vt ens,eſt melior ipſa,quàm non ipſa,ideſt,quàm quodlibet aliud in ea incompatibile;at ſimplicitas talis eſt; ergo. Minor probatur; nam ſimplicitas,vt ſimplicitas,nullam maiorem perfectionem excludit ab vllo ente.

Caiet.

Ad hoc argumentum reſpondetur cum Caietanus in ſecundo capitulo de ente,& eſſentia negando minorem propoſitionem: Ad eius probationem negatur conſequentia; quoniam non

E ſufficit negatio excluſionis maioris perfectionis, ſed requiritur, vt ipſa dicat perfectionem: nam comparatiuum illud,melius,ſupponit ſuum poſitiuum,quod eſt bonum;quod idem eſt quod perfectum.

Reliqua argumenta contra eandem concluſionem ſoluit Zumellus.

Zumel.

Contra tertiam concluſionem argumentatur Zumellus:Simplicitas formalis, non eſt ſimplicitas; ſed actualitas; ergo.

Secundò.

Secundò, ſequeretur, quòd materia prima eſſet minus ſimplex, quàm compoſitum.

Reſpondetur ad primum negando antecedens; ſimplicitas enim formalis negatio eſt compoſitionis in actualitate fundata; non autem ipſa actualitas.

Ad ſecundum dicitur, quòd in genere ſimplicitatis corporalis materia ſimplicior eſt compoſito; ſed in genere ſimplicitatis formalis compoſitum ſimplicius eſt ipſa materia. Et aduerte Zumellum ipſum poſt refutatum nomen ſimplicitatis formalis eodē etiam vti in probatione ſuæ tertiæ propoſitionis. Quare non ſatis ſibi conſtat.

Zumellus varius.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum Deus in compoſitionem aliorum veniat.

AD octauum ſic proceditur. Videtur, quòd Deus in compoſitionē aliorum veniat. Dicit enim Dionyſ. 4. c. Cœleſ. Hierarch. Eſſe omnium eſt, quæ ſuper eſſe eſt Deitas; ſed eſſe omnium intrat compoſitionem vniuſcuiuſque; ergo Deus in compoſitionem aliorum venit.

In 2. ſ. 21. 1. diſt. 8. q. 3. artic. 2. Et 1. cont. cap. 17. 27 & 28. Et veri. q. 21. artic. 6. q. 16. artic. 6.

Cap. 4. nō remote à princ.

2 Præterea, Deus eſt forma: dicit enim Auguſt. in lib. de ver. Domini, quòd verbum Dei, quod eſt Deus, eſt forma quædam non formata; ſed forma eſt pars compoſiti; ergo Deus eſt pars alicuius compoſiti.

Serm. 38. ſuper illud In principio erat verbum. tom. 10.

3 Præterea: Quæcunque ſunt, & nullo modo differunt, ſunt idem; ſed Deus, & materia prima ſunt, & nullo modo differunt; ergo penitus ſunt idem. Sed materia prima intrat cōpoſitionem rerum: ergo & Deus. Probatio mediæ: Quæcunque differunt, aliquibus differentijs differunt, & ita oportet ea eſſe compoſita: ſed Deus, & materia prima ſunt omnino ſimplicia; ergo nullo modo differunt.

Et mal. q. 16. artic. Et opuſ. 3. c. 17. 18. 21 & 22.

Sed contra eſt, quod dicit Dionyſ. 2. cap. de diuin. nom. quòd neque tactus eſt eius, ſcilicet Dei, neque alia quædam ad partes commiſcendas communio.

Cap. 2. p. 1 à medio illius.

2 Præterea, dicitur in libro de cauſis, quòd cauſa prima regit omnes res, præterquàm cōmiſceatur eis.

Inter opera Ariſt. to 3. in propoſitione 6.

Reſpondeo. Dicendum, quòd circa hoc fuerunt tres errores. Quidam enim poſuerūt, quòd Deus eſſet anima mundi, vt patet * per Auguſt. in lib. 7. de Ciuit. Dei; & ad hoc etiam reducitur, quòd quidam dixerunt, Deum eſſe animam primi cœli. Alij autem dixerunt, Deū eſſe principium formale omnium rerum. & hæc dicitur fuiſſe opinio Almarianorum. Sed tertius error fuit Dauid de Dinando, qui ſtultiſsimè poſuit, Deum eſſe materiam primam. Omnia enim hæc manifeſtam continent falſitatē: neq; eſt poſsibile, Deū aliquo modo in cōpoſitionē alicuius venire: nec ſicut principium formale, nec ſicut principiū materiale.

Primò quidem, quia ſupra diximus, Deum eſſe primam cauſam efficientem. Cauſa enim efficiens cum forma rei factæ non incidit in idem numero, ſed ſolùm in idem ſpecie: homo enim generat hominem. Materia verò cū cauſa efficiente non incidit in idem numero, nec in idem ſpecie, quia hoc eſt in potentia, illud verò in actu.

Q. 2. art. 3

Secundò, quia, cum Deus ſit prima cauſa efficiens, eius eſt primò, & per ſe agere: quod autem venit in compoſitionem alicuius, non eſt primò, & per ſe agens, ſed magis compoſitū; non enim manus agit, ſed homo per manum; & ignis calefacit per calorem; vnde Deus non poteſt eſſe pars alicuius compoſiti.

Tertiò, quia nulla pars compoſiti poteſt eſſe ſimpliciter prima in entibus, neque etiam materia, & forma, quæ ſunt primæ partes cōpoſitorum; nam materia eſt in potentia, potentia autem eſt poſterior actu ſimpliciter, vt ex dictis patet; forma autem, quæ eſt pars cōpoſiti, eſt forma participata; ſicut autem participans eſt poſterius eo, quod eſt per eſſentiam, ita & ipſum participatum; ſicut ignis in ignitis eſt poſterior eo, quod eſt per eſſentiā. Oſtenſum eſt autem, quòd Deus eſt primum ens ſimpliciter.

D. 630.

Q. 3. art. 5

Ad primum ergo dicendum, quòd Deitas dicitur eſſe omnium effectiuè, & exemplariter; non autem per eſſentiam.

Ad ſecundum dicendum, quòd verbum eſt forma exemplaris; non autem forma, quæ eſt pars compoſiti.

Ad tertium dicendum, quòd ſimplicia non differunt aliquibus alijs differentijs: hoc enim compoſitorum eſt; homo enim, & equus differunt rationali, & irrationali differentijs, quæ quidem differentiæ non differunt amplius ab inuicem alijs differentijs; vnde, ſi fiat vis in verbo, non propriè dicuntur differre, ſed diuerſa eſſe. Vnde ſecundum Philoſophum decimo metaphyſ. * diuerſum abſolutè dicitur; ſed omne differens aliquo differt; vnde, ſi fiat vis in verbo, materia prima & Deus non differunt, ſed ſunt diuerſa ſeipſis; vnde non ſequitur, quòd ſint idem.

D. 508. Tex. 14. & 25. tom. 3

Indicatur ordo, & ſenſus quæſiti.

DE ordine huius articuli æd præcedentes, ſatis ſupra diximus. Senſum quæſiti egregiè explicat Caiet. quem reliqui ſequuntur interpretes, & ſunt diligenter memoriæ commendandæ quatuor conditiones ad compoſitionem actiuam neceſſariæ: Nam ex eis enodantur non exiguæ difficultates in materia Sanctiſsimæ Trinitatis, & myſterij incarnationis.

Sēſus quæſiti ex Caietano.

Digitized by Google

Forma Textus, & eiuſdem explicatio.

REfert S. Doctor tres errores dicentium Deum in compoſitionem aliorum venire. Quos oppoſita vnica illis oppoſita concluſione, tribus cõfutat argumentis.

Primus error fuit dicentium Deum eſſe animã mundi, de quibus latè loquitur D. Auguſt. 7. de ciuit. Dei, capit. 6. In eodem errore fuerunt quidam ex antiquis phyloſophis, vt Tales Mileſius, & Democritus, Marcus Varro; & ex hereticis Petrus Abailardus, & Almericus, qui dixit Deum eſſe eſſentiam omnium rerum, cuius error damnatur in principio Decretalium. Hunc errorem, ait Caiet. fuiſse Zabiorum, ex duodecimo metaph. tex. 41. Ad hunc errorem reducitur etiam illorum delirium, qui dicebant Deum eſſe animam primi cœli, vt inquit S. Thom. Hæc fuit ſententia Trimegiſti in Pimandro, à qua nõ longè diſtat Plato. Hũc errorem confutat ſpecialiter S. Thom. primo con. gen. cap. 27. Secundus error fuit eorum, qui dixerunt Deum eſſe ipſum eſſe formale omnium, quæ fuit opinio Almarianorum. Hunc errorem confutat latiſsimè S. Thom. in primo contra gent. capit. 26. qui ex multis originem traxit; ſed præſertim ex authoritate D. Dionyſij, in primo argumento relata. Tertius error fuit Dauid de Dinando, qui ſtultiſsimè poſuit Deum eſſe materiam primam ob rationem, quæ affertur in tertio argumẽto. Contra hunc errorem diſputat S. Thom. in primo cont. gen. capit. 17.

Aduerſus omnes dictos errores ſtatuit S. D. hanc concluſionem.

Non eſt poſſibile Deum aliquo modo in compoſitionem alicuius venire, ſicut principium formale, nec ſicut principium materiale. Probatur tripliciter. Primò, Deus eſt prima cauſa efficiens; ſed cauſa efficiens, non incidit in idem numero cum forma rei factæ; ſed tantùm in idem ſpecie; cum materia verò, nec in idem numero, nec in idem ſpecie; ergo. Maior patet ex ſupradictis. Minor habet duas partes: & probatur primò quo ad primam; quia homo generat hominem eiuſdem ſpeciei, non tamen eiuſdem numero formæ. Quo ad ſecundam verò partem: quia materia eſt in potentia, cauſa verò effectiua eſt in actu; ergo. De efficacia huius rationis videndus eſt Caiet.

Secundò: Deus eſt primò, & per ſe agens; at quod venit in compoſitionem alicuius, non eſt primò, & per ſe agens; ergo Deus non venit in compoſitionem. Maior probatur: Deus eſt prima cauſa efficiens; ergo eſt primò, & per ſe agens; De hac probatione, ſiuè conſequentia egimus in ſecundo articulo huius quæſtionis, cum Caietano. Minor probatur: quia compoſitum potius eſt illud, quod per ſe primò agit; quoniam manus non agit, ſed homo per manum, & ignis calefacit per calorem. Hic obſeruandus eſt modus loquendi comparatiuus; non enim ſimpliciter affirmat compoſitum per ſe primò agere: id enim repugnaret doctrinæ traditæ in dicto ſecundo articulo.

Tertiò, Nulla pars compoſiti poteſt eſſe ſimpliciter prima in entibus; At Deus eſt primum ens ſimpliciter;

A *ergo Deus non eſt pars compoſiti. Maior probatur primò quo ad materiam: quia materia eſt in potentia; at potentia poſterior eſt actu ſimpliciter, vt patet ex primo articulo huius quæſtionis. Deinde quo ad formam: Sicut participans eſt poſterius eo, quod eſt per eſſentiam; ita & participatum: at forma, quæ eſt pars compoſiti, eſt participata; ergo. Maior probatur exemplo ignis; qui in ignitis eſt poſterior eo, quod eſt per eſſentiam.*

Proponitur tertium Argumentum S. Doct. in forma, et eius reſponſio, circa quam mouetur difficultas de veritate differentiæ, quam ſtatuit idem S. D. inter diuerſum, & differens.

B

TErtium argumentum S. Thomę quod ſingularem habet difficultatem, tale eſt: Quæcunque ſunt, & nullo modo differũt, ſunt idem; ſed Deus, & materia prima ſunt, & nullo modo differunt; ergo ſunt idem; tunc vltra, ſed materia prima eſt pars compoſiti; ergo etiam Deus. Maior patet; Minor probatur: Quæcunque differunt, ſunt compoſita; ſed Deus, & materia prima non ſunt compoſita, ſed ſimplicia; ergo non differunt. Maior huius argumenti probatur: Quæcunq; differunt, aliquibus differentijs differunt; ergo ſunt compoſitá.

C Reſpondet S. Thom. falſam eſſe maiorem propriè loquendo: nam quædam ſunt, quæ non differunt propriè, quæ tamen diuerſa ſunt, & non ſunt idem, vt vltimæ differentiæ. Eſt enim diſcrimen inter eſſe diuerſum, & eſſe differens ſecũdùm Ariſtot. decimo metaph. tex. 12. quod diuerſum abſolutè dicitur; ſed omne differens aliquo differt. Vnde ad minorem reſpondet Deum, & materiam nõ differre, ſed diuerſa eſſe ſeipſis, & propterea idem non eſſe.

In hac reſponſione S. Thom. ex modo loquendi ſignificat differens relatiuè dici: ait enim diuerſũ abſolutè dici, ſed omne differens aliquo differre, vbi diſtinguit dici aliquo differens, contra abſolutè dici; quod expreſsè idem S. Doctor dixit in primo contra gent. capit. decimoſeptimo, affirmans differens relatiuè dici, ob hãc rationem; quia omne differens aliquo eſt differens. *Dubitatio de ſenſu, & veritate reſponſionis.*

D

Sed contra hanc reſponſionem ſic explicatam tria ſunt argumenta. Primum eſt: nam non dicitur aliquid relatiuè, quia aliquo ſit tale, ſed quia ad alterum, tanquàm ad correlatiuum refertur; non enim album eſt relatiuum, licèt albedine ſit albũ; ergo differens non ideo relatiuè dicitur, quia aliquo differens ſit. Secundum eſt, quia non videtur hæc eſſe vera differentia inter diuerſum, & differens: nam, ſicut differens aliquo differt, ita diuerſum aliquo eſt diuerſum. Tertium eſt, quoniam videtur, quòd Deus, & materia prima propriè differant: nam 5. metaph. tex. 1. *differentia ſunt, quæcunq; diuerſa ſunt idem aliquid entia, aut numero, aut ſpecie, aut genere, aut proportione*, & dat exemplum ibi S. Thom. de quantitate, & qualitate, quæ idem ſunt in ente. *An Deus, & materia prima propriè differant.*

E

Reſponſio Ferrarienſis.

Prima reſpõſio Ferrarien.

AD hæc argumenta reſpondet Ferrarienſis in dicto capitulo,& ſtatuit diſcrimen inter idẽ, & differens,quod differens affirmatiuè dicitur;& ideo differens aliquo differt; diuerſum autem nõ dicitur affirmatiuè,ſed negatiuè: nam diuerſum eſt non idem. Ex hac differentia ſequitur alia,nimirum differens relatiuè dici; diuerſum autẽ abſolutè: nam in quolibet relatiuo, tria conſideramus. Primò terminum ad quem refertur, puta filium,ad quem pater refertur. Secundò relationẽ, vt paternitatem,qua pater refertur. Tertio fundamentum relationis, vt generatio; quæ duo in creatis diſtincta ſunt à ſubſtantia patris. Omne igitur relatiuum dicitur non tantùm ad terminũ; ſed etiam ad rationem referendi,& ad fundamentum relationis; vt pater non tantùm dicitur ad filium; ſed etiam ad paternitatem,tanquàm ad rationem referendi,& ad generationem, tanquã ad fundamentum relationis. Itaque differens relatiuè dicitur,nõ tantùm ad terminum, à quo differt; ſed etiam ad rationem differendi, quæ eſt relatio. & in hoc ſenſu intelligenda eſt reſponſio S.Thom.

Secunda reſponſio Ferrarien.

Secundò reſpondet: relatiuum dupliciter accipi; ſicut,& abſolutum. Eſt enim aliquid abſolutum,vno modo,quia abſoluitur à termino; ſicut albedo, & quantitas: Alio modo aliquid dicitur abſolutum,quia abſoluitur à ſubiecto, vel à forma; à ſubiecto,vt ſubſtantia; à forma, vt albedo. Sic etiam relatiuum dupliciter dicitur: Vno modo ad terminum: Alio modo ad ſubiectum,vel ad formam. Cum ergo ait S.Thom. differens, dici ad aliquid,vel relatiuè,quia aliquo differt,interpretandum eſt de dici relatiuè,non ad terminum,ſed ad formam; quia differens aliquo tanquàm forma differt. Et hæc reſponſio coincidit cum priori reſponſione.

Reijciuntur reſponſiones Ferrarienſis. D. Thom. Ariſt.

Sed fundamentum harum reſponſionum, nimirũ diuerſum negatiuè dici manifeſtè falſum eſt; & pugnat directè cum doctrina Ariſt. D.Thomæ, & Cõ.10. metaph.tex.11. vbi inquit Ariſtot. & S. Thom.idem,& diuerſum non eſſe oppoſita cõtradictoria, videlicet ſecundùm affirmationem, & negationem,ſed vt contraria;& ideo inquit Ariſt. *diuerſum non dicitur de non entibus, ſed non idem.*

Diuerſum non dicitur negatiuè.

Quibus verbis manifeſtè ſignificat nomen hoc diuerſum non ſignificare non idem,vt voluit Ferrarienſis. Quapropter dicendum eſt, diſtingui diuerſum,& differens; quod differẽs dicit aliquid à ſe diſtinctum formaliter,quo differt;diuerſum autem,licèt poſitiuè dicatur, non dicit aliquid formaliter diſtinctum à ſe,quo ſit diuerſum,ſed ſe ipſo ſolo,& toto ſit diuerſum,vt dixit S.Thom.de vltimis differentijs.

Soluuntur Argumenta.

Reſponſio Ferrarien.

EX his patet reſponſio ad duo prima argumẽta; admittimus enim reſponſionem Ferrariẽſis excepta ratione diuerſi,quam diximus non eſſe negatiuam,ſed poſitiuam.

A Ad tertium reſpondet Ferrarienſis, Ariſtot.ibi nõ loqui de propriè differentibus: nam ſi (inquit) differentia propriè ſumatur,dicitur inter illa,quę genere,aut ſpecie diſtinguuntur,vt dicitur 10.metaph.tex.duodecimo. Vnde (inquit) non ſufficit ad differentiam propriè dictam, vt aliqua in vno communi analogo, ac proportionali conueniant; ſed requiritur,vt cõueniant in genere, aut ſpecie.

Reijcitur ſolutio Ferrarienſis.

Sed hæc reſponſio aduerſatur textui Ariſt. affirmantis ea genere differre,quorum non eſt communis materia,neque mutua generatio, ſed alia Cathegoriæ figura: vbi manifeſtè ſignificat,ea, quæ in diuerſis ſunt prædicamentis, & quæ in nul B lo vniuoco conueniunt,propriè differre; cum ibi ex profeſſo diſtinguat Ariſt. ſignificationes nominum differentis,& diuerſi.

Solutio vero.

Itaque videtur diſtinguendum duplicem eſſe analogiam: nam quædam fit ſecundùm determinatam, quædam autem ſecundùm indeterminatã habitudinem. Illa eſt inter res diuerſorum prædicamentorum,cum ſint res finitæ: Hæc autem eſt inter Deum,& creaturam, inter quæ eſt infinita diſtantia. Prior analogia ſufficit ad differentiam propriè dictam; non autem poſterior.

Obiectio.

Sed contra hanc reſponſionem eſt argumentũ; quoniam ex ea ſequitur differentias vltimas pro- C priè differre; Probatur conſequentia:quia conueniunt in vno communi analogo ſecundùm analogiam determinatæ habitudinis, cum ſint finitæ entitatis.

Solutio.

Reſpondetur negando conſequentiam:Ad probationem dico, non ſufficere conuenientiam in vno communi analogo: Nam oportet,vt illud,qđ differre dicitur, habeat aliquid à ſe formaliter, ideſt conceptu formali diſtinctum,quo differat; vt diximus cum Ariſt. D.Thom.& Ferrarienſi;ſicut alius eſt conceptus formalis hominis, & alius rationalitatis; non autem poteſt in vltima differẽtia tale quid reperiri,quo ab alia vltima differen- D tia differat,ſed ſe ipſa tota differt. Diximus autẽ ſupra ſufficere conuenientiam in vno communi analogo,quatenus hoc verbo,ſufficit, excluditur commune vniuocum; non autem,vt excluduntur aliæ conditiones neceſſariò requiſitæ.

QVAESTIO QVARTA.

De perfectione Dei in tres articulos diuiſa.

POST conſiderationẽ diuinæ ſimplicitatis, de perfectione ipſius Dei dicendum eſt. Et quia vnũquoque, ſecundùm quod perfe- E ctum eſt, ſic dicitur bonum: Primò agendum eſt de perfectione diuina. Secũdò de eius bonitate.

Circa primum quæruntur tria.

Primò. Vtrum Deus ſit perfectus.

Secundò. Vtrum Deus ſit vniuerſaliter perfectus, omnium in ſe perfectiones habens.

Digitized by Go

Forma Textus, & eiuſdem explicatio.

REfert S. Doctor tres errores dicentium Deum in compoſitionem aliorum venire. Quos propoſita vnica illis oppoſita concluſione, tribus cõfutat argumentis.

Primus error fuit dicentium Deum eſſe animã mundi, de quibus late loquitur D. Auguſt. 7. de ciuit. Dei, capit. 6. In eodem errore fuerunt quidam ex antiquis phyloſophis, vt Tales Mileſius, & Democritus, Marcus Varro, & ex hæreticis Petrus Abailardus, & Almericus, qui dixit Deum eſſe eſſentiam omnium rerum, cuius error damnatur in principio Decretalium. Hunc errorem, ait Caiet. fuiſſe Zabiorum, ex duodecimo metaph. tex. 41. Ad hunc errorem reducitur etiam illorum delirium, qui dicebant Deum eſſe animam primi cæli, vt inquit S. Thom. Hæc fuit ſententia Trimegiſti in Pimandro, à qua nõ longè diſtat Plato. Hũc errorem confutat ſpecialiter S. Thom. primo con. gen. cap. 27. Secundus error fuit eorum, qui dixerunt Deum eſſe ipſum eſſe formale omnium, quæ fuit opinio Almarianorum. Hunc errorem confutat latiſsimè S. Thom. in primo contra gent. capit. 26. qui ex multis originem traxit; ſed præſertim ex authoritate D. Dionyſij, in primo argumento relata. Tertius error fuit Dauid de Dinando, qui ſtultiſsimè poſuit Deum eſſe materiam primam ob rationem, quæ affertur in tertio argumẽto. Contra hunc errorem diſputat S. Thom. in primo cont. gen. capit. 17.

Aduerſus omnes dictos errores ſtatuit S. D. hanc concluſionem.

Nõ eſt poſsibile Deum aliquo modo in compoſitionem alicuius venire, ſicut principium formale, nec ſicut principium materiale. Probatur tripliciter. Primò, Deus eſt prima cauſa efficiens; ſed cauſa efficiens, non incidit in idem numero cum forma rei factæ; ſed tantùm in idem ſpecie; cum materia verò, nec in idem numero, nec in idem ſpecie; ergo. Maior patet ex ſupradictis. Minor habet duas partes: & probatur primò quo ad primam; quia homo generat hominem eiuſdem ſpeciei, non tamen eiuſdem numero formæ. Quo ad ſecundam verò partem: quia materia eſt in potentia, cauſa verò effectiua eſt in actu; ergo. De efficacia huius rationis videndus eſt Caiet.

Secundò: Deus eſt primò, & per ſe agens; at quod venit in compoſitionem alicuius, non eſt primò, & per ſe agens; ergo Deus non venit in compoſitionem. Maior probatur: Deus eſt prima cauſa efficiens; ergo eſt primò, & per ſe agens; De hac probatione, ſiuè conſequentia egimus in ſecundo articulo huius quæſtionis, cum Caietano. Minor probatur: quia compoſitum potius eſt illud, quod per ſe primò agit; quoniam manus non agit, ſed homo per manum, & ignis calefacit per calorem. Hic obſeruandus eſt modus loquendi comparatiuus; non enim ſimpliciter affirmat compoſitum per ſe primò agere: id enim repugnaret doctrinæ traditæ in dicto ſecundo articulo.

Tertiò, Nulla pars compoſiti poteſt eſſe ſimpliciter prima in entibus; At Deus eſt primum ens ſimpliciter;

A *ergo Deus non eſt pars compoſiti. Maior probatur primò quo ad materiam: quia materia eſt in potentia; at potentia poſterior eſt actu ſimpliciter, vt patet ex primo articulo huius quæſtionis. Deinde quo ad formam: Sicut participans eſt poſterius eo, quod eſt per eſſentiam; ita & participatum: at forma, quæ eſt pars compoſiti, eſt participata; ergo. Maior probatur exemplo ignis; qui in ignitis eſt poſterior eo, quod eſt per eſſentiam.*

Proponitur tertium Argumentum S. Doct. in forma, et eius reſponſio, circa quam mouetur difficultas de veritate differentiæ, quam ſtatuit idem S. D. inter diuerſum, & differens.

B TErtium argumentum S. Thomę quod ſingularem habet difficultatem, tale eſt: Quæcunque ſunt, & nullo modo differūt, ſunt idem; ſed Deus, & materia prima ſunt, & nullo modo differunt; ergo ſunt idem; tunc vltra, ſed materia prima eſt pars compoſiti; ergo etiam Deus. Maior patet; Minor probatur: Quæcunque differunt, ſunt compoſita; ſed Deus, & materia prima non ſunt compoſita, ſed ſimplicia; ergo non differunt. Maior huius argumenti probatur: Quæcunq; differunt, aliquibus differentijs differunt; ergo ſunt compoſita.

C Reſpondet S. Thom. falſam eſſe maiorem propriè loquendo: nam quædam ſunt, quæ non differunt propriè, quæ tamen diuerſa ſunt, & non ſunt idem, vt vltimæ differentiæ. Eſt enim diſcrimen inter eſſe diuerſum, & eſſe differens ſecũdùm Ariſtot. decimo metaph. tex. 12. quod diuerſum abſolutè dicitur; ſed omne differens aliquo differt. Vnde ad minorem reſpondet Deum, & materiam nõ differre, ſed diuerſa eſſe ſeipſis, & propterea idem non eſſe.

Dubitatio de leui, & vera reſponſio.

In hac reſponſione S. Thom. ex modo loquendi ſignificat differens relatiuè dici: ait enim diuerſũ abſolutè dici, ſed omne differens aliquo differre, vbi diſtinguit dici aliquo differens, contra abſolutè dici; D quod expreſsè idem S. Doctor dixit in primo contra gent. capit. decimoſeptimo, affirmans differens relatiuè dici, ob hãc rationem; quia omne differens aliquo eſt differens.

Sed contra hanc reſponſionem ſic explicatam tria ſunt argumenta. Primum eſt: nam non dicitur aliquid relatiuè, quia aliquo ſit tale, ſed quia ad alterum, tanquam ad correlatiuum refertur; non enim album eſt relatiuum, licèt albedine ſit albũ; ergo differens non ideo relatiuè dicitur, quia aliquo differens ſit. Secundum eſt, quia non videtur hæc eſſe vera differentia inter diuerſum, & differens: nam, ſicut differens aliquo differt, ita diuerſum aliquo eſt diuerſum. E Tertium eſt, quoniam videtur, quòd Deus, & materia prima propriè differant: nam 5. metaph. tex. 1. *differentia ſunt, quæcunq; diuerſa ſunt idem aliquid entia, aut numero, aut ſpecie, aut genere, aut proportione*, & dat exemplum ibi S. Thom. de quantitate, & qualitate, quæ idem ſunt in ente.

An Deus, & materia prima propriè differant.

Reſponſio

Digitized by Google

Reſponſio Ferrarienſis.

Prima reſpõſio Ferrarien.

AD hæc argumenta reſpondet Ferrarienſis in dicto capitulo, & ſtatuit diſcrimen inter idẽ, & differens, quod differens affirmatiuè dicitur; & ideo differens aliquo differt; diuerſum autem nõ dicitur affirmatiuè, ſed negatiuè: nam diuerſum eſt non idem. Ex hac differentia ſequitur alia, nimirum differens relatiuè dici; diuerſum autẽ abſolutè: nam in quolibet relatiuo, tria conſideramus. Primò terminum ad quem refertur, puta filium, ad quem pater refertur. Secundò relationẽ, vt paternitatem, qua pater refertur. Tertio fundamentum relationis, vt generatio; quæ duo in creatis diſtincta ſunt à ſubſtantia patris. Omne igitur relatiuum dicitur non tantùm ad terminũ; ſed etiam ad rationem referendi, & ad fundamentum relationis; vt pater non tantùm dicitur ad filium; ſed etiam ad paternitatem, tanquàm ad rationem referendi, & ad generationem, tanquã ad fundamentum relationis. Itaque differens relatiuè dicitur, nõ tantùm ad terminum, à quo differt; ſed etiam ad rationem differendi, quæ eſt relatio. & in hoc ſenſu intelligenda eſt reſponſio S.Thom.

Secunda reſponſio Ferrarien.

Secundò reſpondet: relatiuum dupliciter accipi; ſicut, & abſolutum. Eſt enim aliquid abſolutum, vno modo, quia abſoluitur à termino; ſicut albedo, & quantitas: Alio modo aliquid dicitur abſolutum, quia abſoluitur à ſubiecto, vel à forma; à ſubiecto, vt ſubſtantia; à forma, vt albedo. Sic etiam relatiuum dupliciter dicitur: Vno modo ad terminum: Alio modo ad ſubiectum, vel ad formam. Cum ergo ait S.Thom. differens, dici ad aliquid, vel relatiuè, quia aliquo differt, interpretandum eſt de dici relatiuè, non ad terminum, ſed ad formam; quia differens aliquo tanquam forma differt. Et hæc reſponſio coincidit cum priori reſponſione.

Reijciuntur reſponſiones Ferrarienſis. D. Thom. Ariſt.

Sed fundamentum harum reſponſionum, nimirũ diuerſum negatiuè dici manifeſtè falſum eſt; & pugnat directè cum doctrina Ariſt. D.Thomæ, & Cõ.10. metaph.tex.11. vbi inquit Ariſtot. & S. Thom. idem, & diuerſum non eſſe oppoſita cõtradictoriæ, videlicet ſecundùm affirmationem, & negationem, ſed vt contraria; & ideo inquit Ariſt. *diuerſum non dicitur de non entibus, ſed non idem.* Quibus verbis manifeſtè ſignificat nomen hoc diuerſum non ſignificare non idem, vt voluit Ferrarienſis. Quapropter dicendum eſt, diſtingui diuerſum, & differens; quod differẽs dicit aliquid à ſe diſtinctum formaliter, quo differt; diuerſum autem, licèt poſitiuè dicatur, non dicit aliquid formaliter diſtinctum à ſe, quo ſit diuerſum, ſed ſe ipſo ſolo, & toto ſit diuerſum, vt dixit S.Thom. de vltimis differentijs.

Diuerſum non dicitur negatiuè.

Soluuntur Argumenta.

Reſponſio Ferrarien.

EX his patet reſponſio ad duo prima argumẽta; admittimus enim reſponſionem Ferrariẽſis excepta ratione diuerſi, quam diximus non eſſe negatiuam, ſed poſitiuam.

A Ad tertium reſpondet Ferrarienſis, Ariſtot. ibi nõ loqui de propriè differentibus: nam ſi (inquit) differentia propriè ſumatur, dicitur inter illa, quę genere, aut ſpecie diſtinguuntur, vt dicitur 10. metaph.tex.duodecimo. Vnde (inquit) non ſufficit ad differentiam propriè dictam, vt aliqua in vno communi analogo, ac proportionali conueniant; ſed requiritur, vt cõueniant in genere, aut ſpecie.

Reijcitur ſolutio Ferrarienſis.

Sed hæc reſponſio aduerſatur textui Ariſt. affirmantis ea genere differre, quorum non eſt communis materia, neque mutua generatio, ſed alia Cathegoriæ figura: vbi manifeſtè ſignificat, ea, quæ in diuerſis ſunt prædicamentis, & quæ in nul-
B lo vniuoco conueniunt, propriè differre; cum ibi ex profeſſo diſtinguat Ariſt. ſignificationes nominum differentis, & diuerſi.

Solutio verò.

Itaque videtur diſtinguendum duplicem eſſe analogiam: nam quædam fit ſecundùm determinatam, quædam autem ſecundùm indeterminatã habitudinem. Illa eſt inter res diuerſorum prædicamentorum, cum ſint res finitæ: Hæc autem eſt inter Deum, & creaturam, inter quæ eſt infinita diſtantia. Prior analogia ſufficit ad differentiam propriè dictam; non autem poſterior.

Obiectio.

Sed contra hanc reſponſionem eſt argumentũ; quoniam ex ea ſequitur differentias vltimas
C propriè differre; Probatur conſequentia: quia conueniunt in vno communi analogo ſecundùm analogiam determinatæ habitudinis, cum ſint finitæ entitatis.

Solutio.

Reſpondetur negando conſequentiam: Ad probationem dico, non ſufficere conuenientiam in vno communi analogo: Nam oportet, vt illud, qđ differre dicitur, habeat aliquid à ſe formaliter, ideſt conceptu formali diſtinctum, quo differat; vt diximus cum Ariſt. D.Thom. & Ferrarienſi; ſicut alius eſt conceptus formalis hominis, & alius rationalitatis; non autem poteſt in vltima differẽtia tale quid reperiri, quo ab alia vltima differen-
D tia differat, ſed ſe ipſa tota differt. Diximus autẽ ſupra ſufficere conuenientiam in vno communi analogo, quatenus hoc verbo, ſufficit, excluditur commune vniuocum; non autem, vt excluduntur aliæ conditiones neceſſariò requiſitæ.

QVAESTIO QVARTA.

De perfectione Dei in tres articulos diuiſa.

POST conſiderationẽ diuinæ ſimplicitatis, de perfectione ipſius Dei dicendum eſt. Et quia vnũ-
E quodque, ſecundùm quod perfectum eſt, ſic dicitur bonum. Primò agendum eſt de perfectione diuina. Secũdò de eius bonitate.

Circa primum quæruntur tria.

Primò. Vtrum Deus ſit perfectus.

Secundò. Vtrum Deus ſit vniuerſaliter perfectus, omnium in ſe perfectiones habens.

Digitized by Google

Tertiò. Vtrum creaturæ ſimiles Deo dici poſsint.

Ratio ordinis articulorum, & ſenſus quæſiti.

Ratio ordinis.

CAietanus tradit rationem ordinis præſentis quæſtionis ad præcedentes. Ordo verò articulorum hic eſt. In primo tractatur, an ſit diuina perfectio; in ſecundo quid ſit: nam ex adunatione, & eleuatione omnium perfectionum in vnum ſimplicisſimum eſſe Dei, cognoſcitur optimè, quid ſit diuina perfectio; In tertio demum articulo tractatur modus diuinæ perfectionis, ex comparatione ad perfectiones in rebus creatis exiſtentes.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Deus ſit perfectus.

21 1. contra. cō. 28. Et veri. q. 2. art. 3. 13 Et Dionyſ 2. c. 13. le. 2.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd eſſe perfectum, non conueniat Deo. Perfectū enim dicitur, quaſi totaliter factum; ſed Deo non conuenit eſſe factum; ergo nec eſſe perfectum.

2 Præterea. Deus eſt primum rerum principium; ſed principia rerum videntur eſſe imperfecta; (ſemen enim eſt principium animalium, & plantarum) ergo Deus eſt imperfectus.

Q. præced art. 4.

3 Præterea, oſtenſum eſt ſupra, quòd eſſentia Dei eſt ipſum eſſe; ſed ipſum eſſe, videtur eſſe imperfectiſsimum, cum ſit communiſſimum, & recipiens omnium additiones; ergo Deus eſt imperfectus.

Sed contra eſt, quod dicitur Matt. 5. Eſtote perfecti; ſicut & pater veſter cęleſtis perfectus eſt.

Lib. 12. metaph. tex. 40. to. 3.

Reſpondeo. Dicendum, quòd ſicut Philoſ. narrat in 12. metaph. quidam antiqui Philoſophi, ſcilicet Pythagorici, & Lencippus, non attribuerūt optimū, & perfectiſſimum primo principio. Cuius ratio eſt, quia philoſophi antiqui conſiderauerunt principium materiale tantùm; primum autem principium materiale imperfectiſsimum eſt. Cum enim materia, inquantum huiuſmodi, ſit in potentia; oportet, quòd primum principium materiale ſit maximè in potentia, & ita maximè imperfectum. Deus autem ponitur primum principium, non materiale, ſed in genere cauſæ efficientis: & hoc oportet eſſe perfectiſſimū: ſicut enim materia, inquantum huiuſmodi, eſt in potentia; ita agens, inquantum huiuſmodi, eſt in actu; vnde primum principium actiuum oportet maximè eſſe in actu: & per conſequēs A maximè eſſe perfectum: ſecundùm hoc enim dicitur aliquid eſſe perfectum: ſecundùm qđ eſt actu: nam perfectum dicitur, cui nihil deeſt ſecundùm modum ſuæ perfectionis.

Moral. 5. c. 6.

Ad primum ergo dicendum, quòd ſicut dicit Gregor. Balbutiendo, vt poſſumus, excelſa Dei reſonamus. quod enim factum non eſt, perfectum propriè dici non poteſt. Sed quia in his, quæ fiunt, tunc dicitur eſſe aliquid perfectum, cùm de potentia educitur in actum, tranſumitur hoc nomen perfectum ad ſignificandum omne illud, cui non deeſt eſſe in actu, B ſiue hoc habeat per modum perfectionis, ſiuè non.

Ad ſecundum dicendum, quòd principium materiale; quod apud nos imperfectum inuenitur, non poteſt eſſe ſimpliciter primum, ſed præceditur ab alio perfecto: Nam ſemen, licèt ſit principium animalis generati ex ſemine, tamen habet ante ſe animal, vel plantam, vnde deciditur. Oportet enim ante id, quod eſt in potentia, eſſe aliquid actu, cùm ens in potentia nō reducatur in actum, niſi per aliquod ens in actu.

C Ad Tertium dicēdum, quòd ipſum eſſe, eſt perfectiſſimum omnium; comparatur enim ad omnia, vt actus: nihil enim habet actualitatem, niſi inquantum eſt: vnde ipſum eſſe eſt actualitas omnium rerum, & etiam ipſarum formarum: vnde non comparatur ad alia, ſicut recipiens ad receptum, ſed magis ſicut receptum ad recipiens; cum enim dico eſſe hominis vel equi, vel cuiuſcūque alterius, ipſum eſſe conſideratur, vt formale, & receptum, nō autem vt illud, cui competit eſſe. D. 558. 17 D. 561.

D

Senſus quæſiti.

Nomē perfecti multiplex ſecūdū Ariſt.

NOmē perfecti, ex cuius notitia pēdet intellectus huius quæſiti analogum eſt ex his, quæ ad vnum, vel ab vno dicuntur, & multiplex eſt, vt docet Ariſt. in quinto metaphyſ. tex. 21. Tres tamen modi ſunt cæterorum omnium quaſi capita, & principes. Primus eſt, quo quædam ſecundùm ſe vniuerſaliter perfecta dicūtur, quia ſcilicet nihil eis omnino deficit, & à nullo exceduntur in bonitate, nec aliquid extra accipiunt; quia, ſcilicet nulla exteriori indigent bonitate. Et tale perfectum, eſt E ſolùm primum principium, ideſt Deus. Secundus modus eſt, quo aliqua dicuntur perfecta in aliquo genere, quia ſcilicet nihil eis deficit eorum, quæ ad illius generis perfectionem pertinent; ſicut homo dicitur perfectus, quando iam adeptus eſt beatitudinem. Tertiò modo dicuntur aliqua perfecta, quia ad ea, quæ perfecta ſunt, comparationē ſiue ordinem habent, vel efficientis, vt medicina dicitur perfecta, quæ perfectam inducit ſanitatē, vel

Digitized by Google

vel ſubiecti, ſicut homo dicitur perfectus, quia perfectam habet ſcientiam, vel ſanctitatem, vel repreſentantis, ſicut imago dicitur perfecta, quando perfectè repreſentat. Ea verò quibus formaliter res perfecta redditur, perfectiones nuncupantur; vnde perfectionis nomẽ ſolis formis propriè, & formaliter conuenit, quamuis ſtrictè loquendo magis propriè congruat effectui eorum formali, quem ſimul, cum cæteris ad integritatem rei ſecundariò concurrentibus cauſant; hic verò eſt optimus eſſendi modus ſimpliciter; vel in genere. Quare nec materia, nec partes integrales perfectionis vocabulo dignæ ſunt; quidquid dicat Molina de materia. Itaque obſeruandum eſt, tam primum, quàm ſecundum modum perfecti duplicem habere ſignificationẽ, vt hic aduertit Caietanus, & alij poſt eum plures expoſitores: Nam perfectũ ſimpliciter poteſt vno modo dici id, quod habet omnes perfectiones, vt potentiam, ſapiẽtiam, &c. & perfectum in genere, quod omnes habet perfectiones illius generis. Alio modo dicitur perfectũ ſimpliciter, quod optimum habet eſſendi modũ, ſecũdum quamlibet perfectionem, ſiue rationem formalem. Exempli gratia, quod ſupremum habet potentiæ, ſapientiæ, & bonitatis gradum, &c. & ſimiliter perfectum in genere, quod in tali genere perfectiſſimo gaudet rationis formalis modo, ſiue gradu: Sicut dicitur perfectus Muſicus, qui in ſupremo gradu muſicam calet. In propoſito ſumitur perfectum poſteriori modo, quatenus ſcilicet dicit optimum eſſendi modum ſecũdùm quãcunque rationem formalem, vt hic explicat Caietanus. Vnde etiam nomen perfectionis, quod ſignificat id, quo res perfecta dicitur, dupliciter ſumi poteſt: Vno modo pro forma: Alio modo pro optimo eſſendi modo, ſecundùm quamlibet formam, vel rationem formalem; & hoc ſecundò modo ſumitur in hoc articulo. Hic Ludouicus Molina, plures diſtinguit modos perfecti, vtiles quidẽ, ſed præſenti inſtituto minimè neceſſarios. De huius nominis Etymologia, aliàs plura ſcripſimus; nunc autem ſufficiant ea, quæ docet S. Thom. hic in reſponſione ad primum, & Syluester in titulo huius articuli, & Caietanus.

Caiet. Caiet. Molina. Syluester.

Forma Textus.

IN corpore S. Doct. primò refert opinionem Pytagoricorum, & Leucippi, ſecundò eam impugnat, ac ſimul probat oppoſitam veritatem. Quo ad primum Ariſtot. duodecimo metaph. tex. quadrageſimo, refert Pytagoricos, & Leucippum, non attribuiſſe optimum, & nobiliſſimum primo principio, & affert radicem erroris, quia conſiderauerunt primum principium materiale tantùm: cum itaq; primum principium materiale ſit imperfectiſſimum; conſequenter loquuti ſunt dicentes illud non eſſe optimum. Probatur minor: quia quod eſt in potentia, eſt imperfectum, & quod eſt maximè in potentia, eſt maximè imperfectum; primum autem principium materiale, maximè eſt in potentia: quia materia, inquantum huiuſmodi, eſt in potentia.

Secundò ſtatuit oppoſitam Concluſionem. Deus eſt A *maximè perfectus: Probatur ex oppoſita radice: Deus eſt primum principium, non materiale, ſed efficiens; At primum principium efficiens, eſt perfectiſſimum; ergo Deus eſt perfectiſſimus. Probatur minor: Vnumquodque eſt perfectum, ſecundùm quod eſt in actu, & maximè perfectum, ſecundùm quod eſt maximè in actu: At primum principium efficiens eſt maximè in actu; ergo. Probatur Minor: Sicut materia, inquantum huiuſmodi eſt in potentia, ita agens inquantum huiuſmodi eſt in actu; ergo primum agens erit maximè in actu.*

Tertium argumentum S. Thom. & explicatio reſponſionis.

B

TErtium argumentum D. Thomæ tale eſt: Eſſentia Dei eſt ipſum eſſe; ſed ipſum eſſe eſt imperfectiſsimum; ergo. Minor probatur: quia eſſe eſt communiſſimum recipiens omniũ additiones.

Hoc argumẽtum dupliciter ſolui poterat: Vno modo diſtinguendo maiorem propoſitionem, videlicet, quod aliud eſt eſſe ꝑ ſe ſubſiſtens, & aliud eſſe commune per modum actus. Et quòd maior propoſitio vera eſt de eſſe priori modo ſumpto, falſa verò de eſſe poſteriori modo. Alio modo negando minorem propoſitionem, & hunc ſecundũ modum reſpondendi amplexus eſt S. Thom. diſtin- C guendo de duplici communitate; vbi videndus eſt Caiet. Ad maiorem intelligentiam huius reſponſionis videnda eſt reſponſio eiuſdem S. Doctoris ad tertium argumentum ſequentis articuli cum expoſitione Caietani.

Nota duplicem modum ſoluẽdi argumẽtum.

S. Tho.

Caietanus

ARTICVLVS II.

Vtrum in Deo ſint perfectiones omnium rerum.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd in Deo non ſint perfectiones omnium rerum; Deus enim ſimplex D eſt; vt oſtenſum eſt; ſed perfectiones rerum ſunt multæ, & diuerſæ; ergo in Deo non ſunt omnes perfectiones rerum.

23 1. d. 2. ar. 2 & 3. Et 1. cõ. c. 28. & 31. & lib. 2 cap. 1. Et opuſc. 3. c. 21. 22. 28. & 33. Q. præced. art 7.

2 Præterea oppoſita non poſſunt eſſe in eodem; ſed perfectiones rerum ſunt oppoſitæ; vnaqueque enim ſpecies perficitur per ſuã differentiam ſpecificam: differentiæ autem, quibus diuiditur genus, & conſtituuntur ſpecies, ſunt oppoſita: cum ergo oppoſita nõ poſſint ſimul eſſe in eodem, videtur quòd non omnes rerum perfectiones ſint in Deo.

3 Præterea viuens eſt perfectius, quã ens, E & ſapiens, quàm viuẽs; ergo, & viuere eſt perfectius, quàm eſſe, & ſapere, quàm viuere; ſed eſſentia Dei eſt ipſum eſſe; ergo non habet in ſe perfectionem vitæ, & ſapientiæ, & alias huiuſmodi perfectiones.

Sed contra eſt, quod dicit Dionyſ. quinto cap. de diuin. nom. quòd Deus in vna exiſtentia omnia præhabet.

Cap. 5. paulo ante med. & c. 2 par. 2. 1. 2 princip.

Reſpondeo dicendum, quòd in Deo ſunt perfe-

perfectiones omnium rerum. Vnde,& dicitur vniuerſaliter perfectus; quia non deeſt ei aliqua nobilitas,quæ inueniatur in aliquo genere; vt dicit Comment.in quinto metaphyſ. & hoc quidem ex duobus conſiderari poteſt.

Primò quidē per hoc, quòd quidquid perfectionis eſt in effectu, oportet inueniri in cauſa effectiua: vel ſecundum eandem rationem, ſi ſit agens vniuocum,vt homo generat hominem;vel eminentiori modo,ſi ſit agens æquiuocum; ſicut in Sole eſt ſimilitudo eorum,quę generantur per virtutem Solis. Manifeſtū eſt enim,quòd effectus præexiſtit virtute in cauſa agente: præexiſtere autem in virtute cauſę agentis,non eſt præexiſtere imperfectiori modo; ſed perfectiori; licèt præexiſtere in potentia cauſæ materialis ſit præexiſtere imperfectiori modo;eo quòd materia, inquantum huiuſmodi,eſt imperfecta; agens verò,inquantū huiuſmodi,eſt perfectum; cum ergo Deus ſit prima cauſa effectiua rerum,oportet omnium rerum perfectiones præexiſtere in Deo ſecundùm eminentiorem modum. Et hanc rationē tangit Dionyſ.5.cap.de diuin.nom.dicens de Deo, quòd non quidem hoc eſt; hoc autem non eſt,ſed omnia eſt,vt omnium cauſa.

D. 316.§ — D. 469. Cap. 5. a medio.

Secundò verò ex hoc,quòd ſupra oſtenſum eſt,quòd Deus eſt ipſum eſſe per ſe ſubſiſtens; ex quo oportet,quòd totam perfectionem eſſendi in ſe contineat. Manifeſtum eſt enim, q̄ ſi aliquod calidum non habeat totam perfectionem calidi: hoc ideo eſt,quia calor nō participatur ſecundùm perfectam rationem, ſed ſi calor eſſet per ſe ſubſiſtens; non poſſet ei aliquid deeſſe de virtute caloris; vnde cū Deus ſit ipſum eſſe ſubſiſtens,nihil de perfectione eſſendi poteſt ei deeſſe. Omnium autem perfectiones pertinent ad perfectionem eſſendi:ſecundùm hoc enim aliqua perfecta ſunt, quòd aliquo modo eſſe habent;vnde ſequitur,quòd nullius rei perfectio Deo deſit. Et hanc etiā rationem tangit Dionyſ.quinto cap.de diuin. nom. dicens, quòd Deus non quodammodo eſt exiſtens: ſed ſimpliciter,& incircumſcriptè totum in ſeipſo vniformiter eſſe præaccipit: & poſtea ſubdit quòd ipſe eſt eſſe ſubſiſtentibus.

Q. 3. ar. 4. — D. 707. — Cap. 5. aliquantulū à med.

Ad primum ergo dicēdum, quòd ſicut Sol, vt dicit Dionyſ.quinto cap.de diuin.nom.ſenſibilium ſubſtantias, & qualitates multas, & differentes ipſe vnus exiſtens, & vniformiter lucendo in ſeipſo vniformiter præaccipit;ita multo magis in cauſa omnium neceſſe eſt præexiſtere omnia ſecundum naturalem vnionē; & ſic, quæ ſunt diuerſa,& oppoſita in ſeipſis, in Deo præexiſtant vt vnum,abſque detrimēto ſimplicitatis ipſius. Et per hoc patet ſolutio ad ſecundum.

Ad Tertium dicendum,quòd ſicut in eodē capitulo idem Dionyſ.dicit; licèt ipſum eſſe ſit perfectius,quàm vita,& ipſa vita,quàm ipſa ſapientia; ſi conſiderentur,ſecundùm quòd diſtinguuntur ratione: tamen viuens eſt perfectius quàm ens tantùm, quia viuens etiam eſt ens, & ſapiens eſt ens,& viuens. Licèt igitur ens non includat in ſe viuens,& ſapiens; quia non oportet,quòd illud,quòd participat eſſe, participet ipſum, ſecundùm omnem modum eſſendi;tamen ipſum eſſe Dei includit in ſe vitam; & ſapientiam, quia nulla de perfectionibus eſſendi poteſt deeſſe ei, quod eſt ipſum eſſe ſubſiſtens.

D. 559. Cap. 5. nō remoto à principio.

Senſus quæſiti.

IN hoc quæſito tria ſunt annotanda. Primum eſt nomen illud plurale, *perfectiones*, ſumi,non ſolùm quatenus ſignificat formas, ſiuè actualitates,ſed etiam,vt importat optimum eſſendi modum, vt patet ex tertia ratione D.Thom. pro concluſione. Quare minus aptè Syluester limitat hoc quęſitum ad priorem perfectionis ſignificationem. Secundū eſt,quod communiter docent expoſitores, perfectiones eſſe duplicis ordinis;nam quædam appellantur perfectiones ſimpliciter,quæ ſcilicet in ſuo formali,& proprio cōceptu dicunt perfectionem cum nulla imperfectione,vt ſubſtantia,ſapientia, bonitas,&c. Quædam ſunt perfectiones in tali genere,ſiuè ſecundùm quid,quæ ſcilicet in ſuo conceptu formali, ac proprio claudunt imperfectionem,vt humanitas,& riſibilitas, & ſingulæ rerum creatarum ſubſiſtentium ſpecies cum eorum proprietatibus conuertibilibus. Hęc enim omnia in ſuo formali ſignificato includunt, aut materiam, aut certè proprium eſſendi modum imperfectum, quo vnaquęq; ab alia diſtinguitur:vt docet S. Th. infra quæſt.13.art.3.ad primum.

Reijcitur limitatio Syluestri. — S. Tho.

Tertium eſt,perfectiones poſſe eſſe in aliquo dupliciter. Vno modo formaliter: Alio modo virtualiter. Priori modo inſunt, quando denominant illud,in quo ſunt,vt ſapientia denominat Deum ſapientem, & albedo niuem albam. Virtualiter autem inſunt, quando ſunt ſicut effectus in ſua cauſa,qui eam non denominat,ſicut caliditas virtualiter eſt in Sole, qui ab ea non denominatur calidus. Et quæ hoc modo inſunt,dicuntur etiam eminenter ineſſe. Vnde ſemper cauſa virtualiter continens effectum,æquiuoca eſt, quæ verò formaliter continet, ideſt, de qua formalis ratio effectus prædicatur,quandóque eſt,æquiuoca,& quandoque vniuoca. Aequiuoca eſt, quando non formaliter ſolùm, ſed etiam eminenter continet; ſicut Deus formaliter, & eminenter in ſe præhabet rationem formalem ſapientię,bonitatis,&c. Vniuoca

Perfectio dupliciter eſt in aliquo .ſ.formaliter, & virtualiter

ea eſt,quando formaliter tantùm cōtinet effectū; vt ignis ignem,& calor calorem. Hoc verò ſemper contingit,cum cauſa in vnam ſpeciem ſpecialiſſimam conuenit cum ſuo effectu. Quæſtio eſt in hoc articulo de perfectionibus indifferenter, ſiuè ſimpliciter ſint perfectiones,ſiue ſecundùm quid, & de quocunque eſſendi modo,ſiuè formaliter,ſiuè virtualiter.

Forma Textus.

Conclusio eſt. In Deo ſunt perfectiones omnium rerum. Probatur tripliciter: Primò authoritate Comm. dicentis Deum eſſe vniuerſaliter perfectū;quia non deeſt ei aliqua nobilitas, quæ inueniatur in aliquo genere. Secundò probatur ratione ex D. Dionyſio: Quidquid perfectionis eſt in effectu, oportet inueniri in cauſa effectiua, vel ſecundùm eandem rationem,ſi ſit agens vniuocum, vel eminentiori modo,ſi ſit agens æquiuocū. At Deus eſt prima cauſa æquiuoca rerum; ergo in eo ſunt perfectiones omnium rerum eminentiori modo. Maior probatur dupliciter: Primò quo ad primam partem exemplo hominis, qui generat hominem. Quo ad ſecundam partem exemplo Solis, in quo eſt ſimilitudo eorum,quæ generantur per virtutem Solis. Secūdò probatur eadem maior: Omnis effectus præexiſtit virtute in cauſa agente; at præexiſtere in virtute cauſæ agentis,non eſt præexiſtere imperfectiori modo, ſed perfectiori; ergo,quidquid perfectionis eſt in effectu, oportet in Deo inueniri eminentiori modo. Minor probatur ex differentia inter præexiſtere effectus in cauſa materiali,& in cauſa agente: Nam præexiſtere in potentia cauſæ materialis,eſt præexiſtere imperfectiori modo;quoniam materia inquantum huiuſmodi,eſt in potentia,ſed agens inquantum huiuſmodi,eſt in actu; ergo præexiſtere in virtute cauſæ agentis, non eſt præexiſtere imperfectiori modo,ſed perfectiori modo.

Tertiò ratione etiam ex D. Dionyſio: Deus eſt ipſum eſſe per ſe ſubſiſtens: ſed eſſe per ſe ſubſiſtens habet omnem perfectionem; ergo Deus habet omnem perfectionem. Maior patet ex articulo quarto præcedentis quæſtionis. Minor probatur exemplo caloris: nam ſi aliquid calidum nō habeat totam perfectionem caloris,hoc ideo eſt, quia calor non participatur ſecundùm perfectam rationem: ſed ſi calor eſſet per ſe ſubſiſtens, non poſſet ei aliquid deeſſe de virtute caloris; ergo ſi eſſe fuerit ſubſiſtens,nihil de perfectione eſſendi poterit ei deeſſe; at omnium perfectiones pertinent ad perfectionem eſſendi; ergo ipſum eſſe ſubſiſtens habet omnem perfectionē. Probatur hoc aſſumptum; quia ſecundùm hoc aliqua perfecta ſunt,quod aliquo modo habent eſſe;ergo omnes perfectiones pertinent ad perfectionem eſſendi.

Tractanda hic eſſet quæſtio de identitate,& diſtinctione diuinarum perfectionum:ſed huius controuerſiæ locum magis opportunum eſſe iudicamus infra quæſt. 28. art. 2. vbi ea notauimus, quæ nouitio Theologo videntur eſſe neceſſaria.

A

Controuerſia vnica.

De ſenſu,& veritate illius propoſitionis: Præexiſtere in virtute cauſæ agentis non eſt præexiſtere imperfectiori modo,ſed perfectiori.

Affertur ratio dubitandi, proponuntur, & examinantur ſententiæ expoſitorum.

Apparet falſa dicta propoſitio: Primò: quia effectus in cauſa quandoque præexiſtit æquè perfecto modo,vt patet,cum Sortes generat Platonem,& ignis,ignem. Secundò: quoniam in ſeminibus,ex quibus generantur plantæ, & animalia, quæ ſunt verè cauſæ effectiuæ,effectus præexiſtūt imperfectiori modo. Tertiò:quia effectus in ſeipſo exiſtit nobiliori modo; quoniam in ſeipſo habet eſſe ſimpliciter,in cauſa verò habet eſſe tantū ſecundùm quid. Quartò: quoniam hæc propoſitio contradicit alteri dicto in hoc eodem articulo: nam dictum eſt,in cauſa vniuoca effectum præexiſtere ſecundùm eandem rationem.

Ad hanc dubitationem ſunt quatuor modi reſpondendi. Primus eſt Ferrarienſis in primo contra gent. capitulo vigeſimo tertio, & Syluestri dictam propoſitionem intelligendam eſſe de cauſa æquiuoca. Sed hæc gloſſa deſtruit textum: nam S. Thom. per hanc propoſitionem probat maiorem illius primæ rationis, in qua ſermo erat expreſsè de cauſis etiam vniuocis. Secundò: quoniam probando hanc propoſitionem aſſumit differentiam inter præexiſtere in potentia cauſæ materialis, & præexiſtere in virtute cauſæ agentis, quia in ea præexiſtunt effectus imperfectiori modo,eo quod materia,inquantum huiuſmodi, eſt imperfecta, agens autem, inquantum huiuſmodi, eſt in actu: & ideo præexiſtere in cauſa agente,eſt præexiſtere non imperfectiori,ſed perfectiori modo;cōſtat autem rationem hanc militare etiam de agente vniuoco: nam etiam illud,vt ſic, eſt in actu. *Solutio Ferrar. & Syluest.* *Confutatio.*

Secunda gloſſa eſt Dominici Bannes,& Zumelli, qui dictam propoſitionem intelligunt vniuerſaliter de cauſis,tam vniuocis, quàm æquiuocis; ſed limitant eam ex parte effectus; dicunt enim effectum poſſe dupliciter conſiderari: Vno modo in fieri: Alio modo in facto eſſe; & hoc poſteriori modo non ſemper eſſe nobiliori modo in ſua cauſa: vt patet de effectu reſpectu cauſæ vniuocæ:ſed prout eſt in fieri, ſemper eſſe nobiliori modo in cauſa. Ratio eſt; quia prout eſt in fieri, eſt in potentia,vt ſit perfectus; at prout eſt in cauſa, eſt in actu; quia omne agens agit,prout eſt in actu. Sed hęc etiam diſſonat à mente S.Tho. quoniam S.Th. hic loquitur de effectibus iam à Deo productis,& perfectis. Tertia expoſitio eſt Caietani in hoc articulo,quam etiam approbant prædicti duo expoſitores Bannes,& Zumellus. Diſtinguit Caietanus duplicem ſenſum illius termini *perfectiori modo*; poteſt ſiquidem dupliciter intelligi. Primò comparatiuè, vt ſonat. Secundò,vt ſtet pro poſitiuo, vt ſignificet idem,quod perfecto modo, & in hoc poſteriori ſenſu nullam habet difficultatem. Sed in priori *Gloſſa Bannesij,& Zumelli.* *Expoſitio Caietani approbata à Banneſ. & Zumel.*

Digitized by Google

in priori ſenſu, ſcilicet comparatiuo diſtinguenda eſt propoſitio. Nam duo dicit: vnum negatiuum, ſcilicet præexiſtere in virtute cauſæ agentis, non eſt præexiſtere imperfectiori modo: & ſecundùm hanc partem, ſic interpretanda eſt: quòd præexiſtere in virtute cauſæ agentis, non eſt præexiſtere imperfectiori modo, ita ſcilicet, vt quilibet effectus hoc ſibi neceſſariò vendicet, vt non imperfectiori modo præexiſtat in ſua cauſa agēte, ſiue ea ſit vniuoca, ſiue æquiuoca. Alterum, quòd dicit dicta propoſitio, eſt affirmatiuum, ſcilicet, ſed perfectiori modo. Et ſecundùm hanc partem intelligitur permiſſiuè, quod eſt, poſſe effectum præexiſtere perfectiori modo.

Impugnatio Syluest. Sed vtramque expoſitionem arguit Syluester. Et primam quidem: quoniam non ſequitur, effectus in cauſa ſunt perfecto modo; ergo ſunt perfectiori modo, quod tamen intendit inferre S. Tho. ſecundam verò, quoniam S. Thom. non poſſet concludere intentum ſuum, nimirum oportere omnes perfectiones eſſe in Deo eminentiori modo; ex poſſibili enim, non infertur neceſſarium. Sed hæc facilè ſolui poſſunt: Nam ad primum dico, effectus ſemper præexiſtere in cauſa perfecto modo, ſed quoniam præexiſtit in cauſa ſecundùm modum cauſæ, ideò quando cauſa in modo eſſendi excedit effectum, vt quando eſt cauſa æquiuoca, etiam effectus in ea præexiſtit perfectiori modo: in propoſito autē ſermo eſt de Deo, qui eſt cauſa æquiuoca; & ideo ratione materiæ licitum fuit inferre, in eo præexiſtere effectus perfectiori modo. Ad ſecundum dico poſſibile dupliciter ſumi: Vno modo ſtrictè, vt diſtinguitur contra neceſſarium, & hoc modo ex eo non poteſt inferri neceſſarium. Alio modo, vt eſt quid commune ad poſſibile ſtrictè ſumptum; & ad neceſſarium; nam, quod eſt neceſſarium, non eſt impoſſibile, ſed poſſibile. Et hoc modo adhuc dupliciter poteſt ſumi: Vno modo abſolutè, ſiue in ſua communitate, & ſic non infert neceſſarium; Alio modo applicatum ad ſubiectam materiam, & ſic poteſt inferre. Sicut animal nō eſt riſibile, niſi permiſſiuè, & poſſibiliter, ſed contractum ad hominem, iam neceſſariò eſt riſibile. Sic in propoſito effectus in ſua cauſa agente, præexiſtit perfectiori modo permiſſiuè, & poſſibiliter; ſed ſi addamus quod ſit cauſa æquiuoca, iam neceſſariò præexiſtet in ea perfectiori modo.

Reſoluitur difficultas ex doctrina Ferrarienſis, & reſpondetur argumentis.

QVartus modus ſoluendi hanc difficultatem omnium optimus eſt Ferrarienſis in primo contra gent. cap. vigeſimo tertio, ratione quinta. Qui vtitur tribus diſtinctionibus, & ſingilatim reſpondet. Prima diſtinctio eſt ex parte cauſæ: Duplex eſt cauſa: quędam principalis: & quædam inſtrumentalis, vt ſemen. Propoſitio D. Thomæ vera eſt in omnibus cauſis principalibus. Hac eadē diſtinctione vtitur Caietanus hic. Secunda diſtinctio eſt: Nobilitas eius, quod eſt in cauſa, & in effectum poteſt referri ad duo [illegible] ad ipſam eſſentiam [illegible] ſeratur ad eſſentiam perf[illegible] neceſſe, vt effectus ſit [illegible] in cauſa, quam in ſe, vt patet [illegible] autem referatur ad modum eſſendi, [illegible] eſt tertio ad poſſe dupliciter [illegible] nobiliori modo ſit effectus in cauſa, vt cauſa eſt; ſecundò, vt ſit nobiliori modo in cauſa abſolutè ſumpta: Si intelligatur hoc ſecundo modo, non eſt neceſſe, vt effectus ſit nobiliori modo in cauſa, ſed poteſt eſſe æquè nobili modo, vt patet de vniuocis; ſed primo modo eſt nobiliori modo in cauſa, ſcilicet vt cauſa eſt, vt ait S. Tho. de malo, quæſt. 4. art. 1. ad quintumdecimum. Ratio eſt, quoniam in cauſa agente habet rationem producentis, in effectu autem habet rationem producti: eſt autem nobilius producere, quàm produci.

Caiet.

S. Tho.

Ad maiorem euidentiam ſciendum eſt, quòd licet ſit eadem numero effectus eſſentia, quæ habet eſſe actu in rerum natura, & quæ fuit in potentia agentis ad tale eſſe, per hoc, quod potuit ab agente produci ſub tali eſſe; non tamen idem eſt eſſe numero effectus in ſeipſo, & in cauſa ſua, ſiue illa ſit æquiuoca, ſiue vniuoca. Nam effectus, prout eſt in cauſa ſua, idem eſt realiter, quod cauſa, quatenus vim habet effectus productiuam, & ideo vtriuſque vnum eſt, & idem eſſe: vnde etiam D. Auguſtinus dicebat creaturam in Deo eſſe creatricem eſſentiam.

Auguſtin.

Ex dictis patet reſponſio ad argumenta in principio poſita, præterquam ad tertium. Ad quod reſpondetur cum Bannesio, & Zumello, effectum dici eſſe in cauſa perfectiori modo, non materialiter ſecundùm propriam ſpecificam, & indiuiduā rationem, ſed ſecūdùm rationem perfectionis formalisque debet eſſe in cauſa, tanquam exemplar, & virtus efficiendi. Et ratio eſt, quia effectus in cauſa eſt ipſa cauſa, & modus eſſendi effectus in cauſa eſt modus eſſendi cauſæ; qui ſemper formaliter loquendo, nobilior eſt. Videndus eſt S. Tho. infra quæſtione decima octaua, articulo quarto, & præcipuè in reſponſione ad tertium argumentum. Eſt autem diligenter obſeruandus modus loquendi S. Thom. qui loquens de cauſa æquiuoca vtitur hoc termino *eminentiori modo*; loquēs autem de cauſa agente in communi, vtitur hoc termino *perfectiori modo*. Cuius ratio eſt; quoniam poteſt eſſe perfectior modus eſſendi in cauſa etiam vniuoca, vt oſtenſum eſt; qui tamen non erit eminentior, cum talis cauſa ſit eiuſdem ordinis cum ſuo effectu.

Soluunt argumēta.

S. Thom.

Dubitatio.

An eſſe ſubſiſtens hoc ipſo contineat omnem perfectionem eſſendi.

Rationes dubitandi.

DVbitatio eſt de illa propoſitione aſſumpta in ſecunda ratione, videlicet. *Eſſe ſubſiſtens continet*

tinet omnẽ perfectionem, & modum eſſendi, cum ſua probatione deſumpta ab exemplo caloris; de quo ait S.D. *quod ſi eſſet per ſe ſubſiſtens, haberet omnem virtutem caloris*. Videtur enim falſa dicta propoſitio cum ſua probatione: Nam omnis ſubſtantia creata eſt per ſe ſubſiſtens, & tamen nulla habet omnem perfectionem, quæ poteſt pertinere ad rationem ſubſtantiæ; Ergo. Secundo: accidentia in ſacramento Altaris ſunt per ſe ſubſiſtentia, & tamen non habent omnem perfectionem poſſibilẽ ſuæ ſpeciei, non enim ibi eſt albedo intenſiſsima; Confirmatur: quia ſemper accidens indiuiduatur per ordinem ad ſubiectum. Tertiò: eſſe creaturæ eſt ſeparabile ab eſſentia; ſed, ſi ſepararetur, non haberet omnem perfectionem eſſendi; ergo. Maior probatur: quoniam eſſe creaturæ diſtinguitur realiter ab eſſentia; ergo videtur, quod poſſit ſeparari.

Reſoluitur difficultas ex duobus fundamentis, & reſpondetur argumentis.

Tres conditiones abſtracti ſubſiſtẽtis.

HAec difficultas ex duobus breuibus, ſed ſolidis fundamentis reſoluitur. Primũ eſt: Cuilibet ſubſiſtenti abſtracto conueniunt tres conditiones: Nam primò habet omnem perfectionem poſſibilem infra latitudinem ſuæ rationis formalis. Secundò eſt tale per eſſentiam. Tertiò eſt tantùm vnum. Exempli gratia: Si albedo ſubſiſteret, haberet omnem perfectionem albedinis, eſſet albedo per eſſentiam, & eſſet tantùm vna. Probantur hæ cõditiones: & primò prima; quoniam perfectio formæ limitatur penes receptiua; ergo, vbi nullum eſt receptiuum, nulla eſt limitatio. Secunda ſequitur ex prima; quoniam ſi nullo modo eſt limitata; ergo non eſt talis participatiuè; ergò eſt talis per eſſentiam. Tertia ſequitur ex prima, & ſecunda: nam quòd eſt per eſſentiam, eſt tantùm vnum. Si enim eſſent plura eiuſdem ſpeciei per eſſentiam, iam non eſſent per eſſentiam; nam ideo eſſent plura, quia diuerſimodè participarent ſpeciem; ſiuè ſpeciei naturam. Sicut albedo non multiplicatur, niſi ſecundum recipientia. Hæ conditiones habentur à S.Thom. infra quæſtione quadrageſimaquarta, articulo primo, & quinquageſima quarta, articulo primo, & alibi ſæpè, & prima manifeſtè habetur in hoc articulo.

Tres aliæ cõditiones abſtracti ſubſiſtẽtiæ.

Secundum fundamentum eſt: Ad hoc, vt illud, quod eſt ſubſiſtẽs abſtractum, habeat dictas tres conditiones, vt ſcilicet habeat omnem perfectionem ſuæ rationis formalis poſſibilem, ſit tale per eſſentiam, & ſit tantùm vnum, requirit tres alias conditiones; Prima, vt ſit actus receptibilis ſecũdùm ſuum ordinem, ſiuè rationem formalem. Secũda, vt naturaliter ſubſiſtat. Tertia, vt talis ſubſiſtentia, & abſtractio, ſit ab omni limitatiuo, & contractiuo, quo illud ſubſiſtens ſecundum ſuam rationem formalem natum eſt contrahi.

Per primam conditionem excluduntur compoſita materialia, & ſubſtantiæ immateriales, ſcilicet, Angeli; quia ex ſuo ordine, ſiue ratione formali, non ſunt actus receptibiles in alio; eſſe verò,

A albedo, ſapientia, &c. ſunt actus ex ſuo ordine receptibiles. Per ſecundam, nimirum, quod naturaliter ſubſiſtat, excluduntur miracula, ſcilicet, quòd hæc albedo, vel etiam hoc eſſe, per diuinam potentiam ſeparentur à ſuo ſubiecto: nam tunc non haberet albedo omnem perfectionem, ſed eam tantùm, quam habebat in ſubiecto, & ſimiliter eſſe, &c. Per tertiam, ſcilicet, quod ſit ſubſiſtens ab omni limitatiuo, &c. explicatur natura abſtracti ſubſiſtentis, & extenditur ad rationes genericas, & ſpecificas, ad perfectiones ſimpliciter, & ad perfectiones ſecundùm quid: verbi gratia: Animalitas eſt quædam natura generica, quæ poteſt limitari

B per rationalitatem, & irrationalitatem: Si ſubſiſteret in rerum natura abſtracta ab omnibus differentijs limitantibus, haberet omnem perfectionẽ animalitatis, & eſſet animal per eſſentiam, & eſſet tantùm vnum. Similiter, ſi humanitas ſuſibſteret ſeparata ab omnibus differentijs indiuidualibus limitantibus, & contrahentibus ipſam, ad hunc, & ad illum hominem, eſſet homo per eſſentiam, & eſſet tantùm vnus. Similiter, ſi albedo naturaliter ſubſiſteret abſtracta ab omni receptiuo, & limitatiuo: eſſet albedo perfectiſſima per eſſentiam, & tantùm vna. Similiter ſapientia: Sic etiam in propoſito, eſſe, cum ſit actus ex ſuo ordine receptibi-

C lis, & naturaliter ſubſiſtat abſtractum ab omni limitatiuo, & contractiuo, quo eſſe aptum natũ eſt cõtrahi, ſequitur, quod habeat omnem perfectionem, ſiuè modum eſſendi, ſit ipſum eſſe per eſſentiam, & ſit tantum vnum. Tale autem eſſe eſt Deus: nam, cum eſſe limitetur per diuerſos modos genericos, & ſpecificos, illis ablatis remanet omnino illimitatum; & ſi in tali illimitatione naturaliter ſubſiſtat, infinitatem habet ſimpliciter, & Deus eſt.

Videnda ſunt ea, quæ diximus infra quæſt. 44. art. 1. & quæſt. 54. art. 1.

D *Soluuntur Argumenta.*

EX his facilè patet reſponſio ad argumenta in principio propoſita.

Ad primum dicitur: ſubſtantiam creatam non eſſe actũ ex ſua natura receptibilem.

Ad ſecundũ reſpondetur dupliciter: Primò, quòd illa accidentia non ſubſiſtunt naturaliter; ſed miraculosè. Secundò, quòd talia accidentia ſunt in quantitate, quæ tamen non ſubſiſtit naturaliter, & per idem patet ad cõfirmationem; procedit enim de accidente ſubſiſtente per miraculum; nam ſi naturaliter ſubſiſteret, non reſpiceret aliquod par-

E ticulare ſubiectum.

Ad tertium reſpondetur: Primò falſam eſſe maiorem propoſitionem; Ad probationem negatur conſequentia: nam multa ſunt diſtincta realiter, quæ tamen implicat contradictionem ab inuicem ſeparari, & ſeparata ſubſiſtere: vt patet de materia, & forma lapidis, & de relatione, & fundamento, & alijs quamplurimis. Secundò reſpondetur ad eandem maiorem propoſitionem: Dato etiam, quòd eſſe eſſet ſeparabile ab eſſentia, & ſic ſeparatum

Digitized by Google

tum poſset diuina virtute ſubſiſtere; non tamē haberet ſecundam illam conditionem ſuperius poſitam; videlicet naturaliter ſubſiſtere, & ideo non haberet omnem eſſendi perfectionem.

Contra Banneſiũ, & Zumell. Ex dictis patet Banneſium, & Zumellum non attigiſſe in hac difficultate mentem S. Doctoris; ſed quædam parum conſona illius doctrinæ hic appoſuiſſe, de quibus nunc non eſt dicendum per ſingula.

ARTICVLVS III.

Vtrum aliqua creatura poſſit eſſe ſimilis Deo.

24 a d.3. q.2. art.1. Et 1. cō.c.29. Et li.2.c.2. Et vel 1. q. 2. art.12. Et pot.q. 7. art.7.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quod nulla creata poſſit eſſe ſimilis Deo. Dicitur enim in Pſalm. Nō eſt ſimilis tui in dijs domine; ſed inter omnes creaturas excellentiores ſunt, quæ dicūtur dij participatiuè; multò ergo minus aliæ creaturæ poſſunt dici Deo ſimiles.

2 Præterea: Similitudo eſt comparatio quædam; non eſt autem comparatio eorum, quæ ſunt diuerſorum generum; ergo nec ſimilitudo: Non enim dicimus, quòd dulcedo ſit ſimilis albedini; ſed nulla creatura eſt eiuſdem generis cum Deo; cùm Deus non ſit in genere, vt ſupra oſtenſum eſt; ergo nulla creatura eſt ſimilis Deo. Q.3.art.5.

3 Præterea: Similia dicuntur, quæ conueniunt in forma: ſed nihil conuenit cum Deo in forma; nullius enim eſſentia rei eſt ipſum eſſe, niſi ſolius Dei; ergo nulla creatura poteſt eſſe ſimilis Deo.

4 Præterea: In ſimilibus eſt mutua ſimilitudo; nam ſimile eſt ſimili ſimile.

Si igitur aliqua creatura eſt ſimilis Deo, & Deus erit ſimilis alicui creaturæ; quod eſt cōtra id, quod dicitur Iſa.40. Cui ſimilem feciſtis Deum?

Sed contra eſt, quod dicitur Gen.1. Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram; & primæ Io.3. Cum apparuerit, ſimiles ei erimus.

Reſpondeo. Dicendum, quòd cum ſimilitudo attendatur ſecundùm conuenientiam, vel communicationem in forma; multiplex eſt ſimilitudo ſecundùm multos modos communicandi in forma. Quædam enim dicuntur ſimilia, quæ communicant in eadem forma ſecundùm eandem rationem, & ſecundùm eundem modum: & hæc non ſolùm dicuntur ſimilia, ſed æqualia in ſua ſimilitudine: ſicut duo æqualiter alba, dicuntur ſimilia in albedine; & hæc eſt perfectiſſima ſimilitudo: Alio modo dicuntur ſimilia, quæ communicant in A forma ſecundùm eandem rationem, & non ſecundùm eundum modum, ſed ſecundùm magis, & minus: vt minus album dicitur ſimile magis albo; & hæc eſt ſimilitudo imperfecta. Tertiò modo dicuntur aliqua ſimilia, quæ cōmunicant in eadem forma; ſed non ſecundùm eandem rationem, vt patet in agentibus non vniuocis. Cum enim omne agens agat ſibi ſimile, inquantum eſt agens: agit autem vnumquodque ſecūdùm ſuam formam, neceſſe eſt, quòd in effectu ſit ſimilitudo formę agentis. Si ergo agens ſit contentum in eadem ſpecie cum ſuo effectu, erit ſimilitudo inter faciens, B & factum in forma, ſecundùm eandem rationem ſpeciei; ſicut homo generat hominem; ſi autem agens non ſit contentum in eadē ſpecie, erit ſimilitudo, ſed nō ſecundùm eandem rationem ſpeciei; ſicut ea, quæ generantur ex virtute Solis, accedunt quidem ad aliquam ſimilitudinem Solis; non tamen vt recipiant formam Solis ſecundùm ſimilitudinem ſpeciei; ſed ſecundùm ſimilitudinem generis. Si igitur ſit aliquod agens, quod non in genere contineatur, effectus eius adhuc magis accedent C remotè ad ſimilitudinem formæ agētis; non tamen ita quod participent ſimilitudinē formæ agentis ſecundùm eandē rationem ſpeciei, aut generis: ſed ſecundùm aliqualem analogiam, ſicut ipſum eſſe eſt commune omnibus. Et hoc modo, illa, quæ ſunt à Deo, aſſimilantur ei, inquantū ſunt entia, vt primo, & vniuerſali principio totius eſſe.

Ad primum ergo dicendum, quòd, ſicut dicit Dionyſ. nono cap. de diuin. nom. cùm ſacra ſcriptura dicit aliquid nō eſſe ſimile Deo, non eſt contrarium aſſimilationi ad ipſum. Cap. 9 medio D Eadem enim ſunt ſimilia Deo, & diſſimilia: ſimilia quidem, ſecundùm quod imitantur ipſum, prout contingit eū imitari, qui non perfectè imitabilis eſt. Diſſimilia verò, ſecundū, quòd deficiunt à ſua cauſa; non ſolùm ſecundùm intenſionem, & remiſſionē, ſicut minus album deficit à magis albo: ſed quia non eſt conuenientia, nec ſecundùm ſpeciem, nec ſecundùm genus.

Ad ſecundum dicendum, quòd Deus non ſe habet ad creaturas ſicut res diuerſorum generum: ſed ſicut id, quod eſt extra omne E genus, & principium omnium generum.

Ad tertium dicendum, quòd non dicitur eſſe ſimilitudo creaturæ ad Deū propter cōmunicantiam in forma, ſecundùm eandem rationem generis, & ſpeciei: ſed ſecundùm analogiam tantùm, prout ſcilicet Deus eſt ens per eſſentiam, & alia per participationem. 312

Ad quartū dicendū, quòd, licet aliquo modo

D. 146. D.461.413 134. Cap. 9. à medio. do concedatur, quòd creatura ſit ſimilis Deo, nullo tamen modo concedendum eſt, q Deus ſit ſimilis creaturæ; quia, vt dicit Dionyſ. nono capitulo, de diuin. nominib. In his, quæ vnius ordinis ſunt, recipitur mutua ſimilitudo, non autem in cauſa, & cauſato. Dicimus enim, quòd imago ſit ſimilis homini, & non è conuerſo, & ſimiliter dici poteſt aliquo modo, quòd creatura ſit ſimilis Deo; non tamē, quod Deus ſit ſimilis creaturæ.

Ratio, ordo, & ſenſus quæſiti.

IN hoc quæſito tria ſunt diligenter obſeruanda: Primum eſt ratio, & ordo quæſiti: Nam, cū omne agens agat ſibi ſimile ſecundum eam formam, & perfectionem, quæ eſt illi agendi ratio, & iam concluſum ſit, in Deo, tāquam in ſuprema omnium cauſa contineri ſupereminenter creatarum rerum perfectiones, quærendum erat, an ex diuinæ naturæ, eiuſque virtutis perfectione deriuetur in res effectas propria ſimilitudinis ratio; vel potius ob tantam diuinæ perfectionis excellētiam, impoſſibile ſit creaturam aliquam Deo ſimilem eſſe, & nominari. Quod hic etiam aduertit Caietanus, & quidam alij expoſitores.

Secundum eſt ille terminus *creatura*. Non enim quæritur vniuerſaliter, an aliqua res poſſit eſſe ſimilis Deo; quoniam hoc pertinet ad quæſtionem vndecimam, in qua tractatur de vnitate, & pluralitate Dei, & quæritur, an poſſint eſſe in rerum natura duæ res, ſiuè naturæ infinitæ ſimpliciter, ita perfectè ſimiles, vt ſint æqualis perfectionis in natura Deitatis; ſed quæritur, an aliqua creatura poſſit eſſe Deo ſimilis; quod, vt diximus, ſpectat ad præſentem quæſtionem de perfectione Dei.

Ariſt. Tertium eſt ille terminus *ſimilis*. Cuius diffinitio habetur ex Ariſtot. quinto metaphyſ. in capit. de Ad aliquid; vbi docet Ariſtot. ea eſſe ſimilia, quorum qualitas vna eſt. Sed, cum qualitas dupliciter ſumi poſſit: Vno modo formaliter, quatenus pertinet ad prædicamentum ſpeciale qualitatis: Alio modo modaliter, quo modo dicimus Sortem ſimilem eſſe Platoni in humanitate; quatenus ſcilicet, humanitas forma quædā eſt, modum induens qualitatis. Hic ſumitur vocabulum, *ſimilis*, poſteriori modo. Non enim quæritur de ſimilitudine, quæ eſt vnitas in qualitate formaliter; nam in quæſtione præcedente articulo ſexto, qualitatem excluſerat à Deo, vnde etiam in corpore huius articuli. S. Doct. loquitur de conuenientia in forma ſubſtantiali.

Forma Textus.

D*iſtinguit primò S. Tho. deinde reſpondet vnica cōcluſione.*

Diſtinctio eſt. Triplex eſt modus ſimilitudinis: Nā quædam dicuntur ſimilia, quæ communicant in eadem forma ſecundùm eandem rationem, & ſecundùm eundem modum; Et hæc non ſolùm dicuntur ſimilia, ſed æ-

A *qualia in ſua ſimilitudine; ſicut duo æqualiter alba dicuntur ſimilia in albedine; & hæc eſt perfectiſſima ſimilitudo.*

Secundò modo dicuntur ſimilia, quæ communicant in forma ſecundùm eandem rationem, ſed non ſecundū eundem modum; quia, ſcilicet eandem formam participant ſecundùm magis, & minus; vt minus album, & magis album dicuntur ſimilia: & hæc eſt ſimilitudo imperfecta.

Tertiò modo dicuntur aliqua ſimilia, quæ communicant in eadem forma, ſed non ſecundùm eandem rationem: vt patet in agentibus non vniuocis; vt calor, & virtus calefactiua Solis. Probatur hæc diſtinctio: Similitudo B *attenditur ſecundùm conuenientiam, ſiuè ſecundùm communicationem in forma; ſed triplex eſt conuenientia in forma; ergo triplex eſt ſimilitudo. Maior patet; Minor probatur: Neceſſe eſt, quòd in effectu ſit ſimilitudo formæ agentis; ſed hæc ſimilitudo eſt triplex; ergo triplex eſt conuenientia in forma. Probatur Maior: quia omne agens, inquantum agens, agit ſibi ſimile ſecundùm formam; ergo neceſſe eſt, quòd in effectu ſit ſimilitudo formæ agentis. Minor autē probatur: quia, vel agens eſt contentum in eadem ſpecie cum ſuo effectu, & ſic erit ſimilitudo inter faciens, & factum in forma ſecundùm eandem rationem ſpeciei; ſicut inter hominem generantem, & genitum; vel agens non eſt* C *contentum in eadem ſpecie, ſed in eodem genere, & tūc erit ſimilitudo inter agens, & effectum, non in ſpecie, ſed in genere; ſicut ea, quæ generantur ex virtute Solis, puta plantæ, & animalia imperfecta, non ſunt in eadē ſpecie, ſed tantùm in eodem genere cum Sole, ſcilicet in genere corporum; vel denique agens non eſt contentum in eodem genere, nec in eadem ſpecie, ſed tātùm in quodam communi analogo puta ente, & ſic erit ſimilitudo inter agens, & effectum, non in ſpecie, nec in genere, ſed in communi analogo.*

Concluſio eſt. Creaturæ ſunt ſimiles Deo non ſecundùm eandem rationem ſpecificam, aut genericam, ſed ſecundùm aliqualem analogiam.

D *Hæc concluſio habet quatuor partes. Prima, quòd ſunt ſimiles Deo; Probatur ex ſupradictis: Neceſſe eſt, quòd in effectu ſit ſimilitudo formæ agentis; Deus eſt agens; ergo. Maior probatur: quia omne agens agit ſibi ſimile ſecundùm ſuam formam. Quo ad ſecundam autem, & tertiam partem probatur, quia Deus non eſt agens contentum in eadem ſpecie, vel genere cum creatura; ergo. Quo ad quartam, quia continetur in eodem communi analogo cum creaturis, & explicatur modus huius ſimilitudinis, quia, quæ ſunt à Deo, aſſimilantur ei, inquantum ſunt entia, vt primo, & vniuerſali principio totius eſſe.*

E *Expoſitio textus.*

PRo maiori intelligentia eorum, quę propoſuimus ex littera S. Thomæ, quatuor ſunt obſeruanda. Primum S. Tho. probando dictam diſtinctionem de triplici ſimilitudine, loco ſecundi membri appoſuiſſe aliud, ſcilicet ſimilitudinē genericam, de qua in diſtinctione nullam fecerat mentionem; & ſic videtur addidiſſe quartum mēbrum. Ex quo duo inconuenientia ſequuntur. Dubitatio

P Pri-

Digitized by

Primum, diuiſionem non fuiſſe ſufficientem: Secundum, probationem eſſe ineſſicacem, quoniam non complectitur omnia membra diuiſionis; Sed ad hoc facilè dicitur, ſimilitudinem genericam comprehenſam fuiſſe ſub ſecundo membro diuiſionis, ſcilicet ſub his, quæ dicuntur ſimilia, quia communicant in forma ſecundùm eandem rationem, ſed non ſecundum eundẽ modum; quia ſemper duæ ſpecies participant diuerſimodè naturã genericam; & ideo dixit Auer. iuxta genera, latere æquiuocationes. Itaque S.D. non addidit aliud membrum ad hoc ſecundum, ſed ſecundi membri latitudinem ſignificauit. Et ob eam cauſam in ſecundo membro S.Thom. nullam fecit mentionem de vnitate ſpecifica, ſed exemplum attulit in albedine tanquam in re notiori, cum tamen naturæ ſpecificæ non conueniat per ſe talis modi diuerſitas, ſed ſoli naturæ genericæ.

Solutio.

Auer.

Secundò obſeruandum eſt, illam propoſitionẽ: *Agens agit ſibi ſimile ſecundùm formam, qua agit,* veram eſſe in agente per ſe, non autem in agente per accidens, vt notat S.Tho. ſecundo metaphyſ. tex. trigeſimo; nam inuentio Theſauri, non habet ſimilitudinem in agente, qui fodiens ad plantandum inuenit Theſaurum per accidens.

S.Thom.

Tertiò ſecundum eſt, ſecundum, & tertium membrum diuiſionis, magnam habere latitudinem. Et de ſecundo quidem patet ex Ariſtot. in dicto tex. Nam eorum, quæ ſimilia ſunt in ſpecie, & diſſimilia in modo eſſendi, quædam ſunt, quæ differunt in modo eſſendi materialiter, & immaterialiter, vt archa in mente artificis, & eadem in lignis, & lapidibus. Quædam autem differunt in modo eſſendi magis perfecto, & minus perfecto eiuſdem ordinis; vt albedo magis intenſa, & minus intenſa. Similiter ex ijs, quæ conueniunt in genere, quædam conueniunt in genere proximo, quædam in genere remoto. Et rurſus conuenientium in genere remoto, quædam conueniunt in genere phyſico, vt ſublunaria omnia; quædam in genere logico, vt hæc ſublunaria cum cœleſtibus. Poſtremum denique ſuam habet latitudinem. Quia eorũ, quæ conueniunt in communi analogo; quædam ſunt ad genera limitata; vt ſubſtantia, & accidens, ſiue quantitas; quædam autem non ſunt limitata ad aliquod genus; vt Deus, qui cum creatura in nec conuenit. Inter quæ multum intereſt: Quoniam quæ ſunt ad prædicamenta limitata, non ſunt cõparabilia adinuicem, poſſunt tamen comparari ad id, quod eſt extra omne prædicamentum; quia eſt eorum primum principium efficiens, finale, & exemplare, & ideo magnam cum eo habent conuenientiam, cum in eo ſint vnum.

Latitudo ſimilitudinis ſpecificæ, & genericæ.

Poſtremò aduertendum eſt, quod S.Thom. in argumento: *Sed contra,* expreſſit duas ſimilitudines intellectuali naturæ proprias; videlicet ſimilitudinem imaginis ex Geneſ. primo: *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram,* quæ eſt intellectuali naturæ congenita, ſiue naturalis. Altera eſt ſupernaturalis, quæ eſt ſimilitudo gloriæ ex primæ Ioan. tertio: *Cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum, ſicuti*

Gen.1.

1. Io.3.

A eſt. Qui tamen duo modi pertinent ad ſimilitudinem analogam tanquam ſuprema, ac nobiliſſima analogata.

An, quæ ſunt in diuerſis generibus, ſint ad inuicem comparabilia.

IN reſponſione ad ſecundum S.Thom. duo ſignificat: Primum eſt, quòd ea, quæ non ſunt in eodem genere, ſi contineantur in diuerſis generibus, non ſunt adinuicem comparabilia. Si autem non ſint in eodem genere, & alterum eorum ſit extra omne genus, poſſunt adinuicem comparari. Secundum eſt, quòd Deus eſt extra omne genus, vt principium omnium generum, & ideo poteſt creaturæ comparari. Aduerſus quam reſponſionem eſt argumentum: quoniam in quolibet analogo poteſt eſſe comparatio; vt notat Caietanus de analogia nominum capitulo octauo; vbi docet, quomodo vnum prædicamentum alteri comparetur, puta ſubſtantia quantitati in ratione entis. Et confirmatur: quia ſubſtantia eſt principium reliquorum omnium prædicamentorum, ſicut Deus eſt principium ſubſtantiæ.

B

Ad hoc dicitur, quod ea, quæ ſunt in diuerſis prædicamentis, poſſunt dupliciter conſiderari. Vno modo, vt ſunt in diuerſis prædicamentis; & hoc modo non ſunt comparabilia, quia, vt ſic non conſiderantur, vt conuenientia in aliquo vno, ſed vt primò diuerſa: Alio modo conſiderantur abſolutè, & vt conueniunt in ratione entis diuerſimodè participata, & hoc modo ſunt comparabilia. Deo autem non conuenit eſſe in diuerſo genere, & ideo dicitur abſolutè cõparabilis creaturæ. Reſponſionem hanc tangit Caietanus infra quæſt. 6. artic. 2. ad tertium.

C

Proponitur quartum argumentum. S. Doct. & eius reſponſio formalis, et tractantur duæ dubitationes. Prior eſt: quid intelligatur hic nomine cauſæ, & cauſati. Poſterior: An Deus poſſit dici ſimilis creaturæ.

D

Rationes dubitandi, & ſententiæ quorundam expoſitorum.

QVartum argumentum Sanct. Thom. eſt tale: Si aliqua creatura eſt ſimilis Deo, & Deus erit ſimilis creaturæ; ſed hoc eſt falſum; ergo, & illud. Probatur prima propoſitio: In ſimilibus eſt mutua ſimilitudo: nam ſimile eſt ſimili ſimile; ergo. Secunda verò ex Iſaia tertio capit. *Cui ſimilem feciſtis Deum?*

E

Reſpondet Sanct. Thom. & negat primam propoſitionem. Ad probationem; diſtinguit ſimilia in duplicem differentiam: nam quædam ſunt vnius, & eiuſdem ordinis; quædam verò ſe habent, vt cauſa, & cauſatum; in ijs, quæ ſunt eiuſdem ordinis, recipitur mutua ſimilitudo; non autem in ijs, quæ ſe habent, vt cauſa, & cauſatum; ſicut

Digitized by Google

ſicut homo, & eius imago. Vnde dicimus, imaginem eſſe ſimilem homini, non antem è cõtra; & ſimiliter poteſt aliquo modo dici, creatura ſimilis Deo, non tamen dicitur Deus ſimilis creaturæ.

Hæc reſponſio duas patitur difficultates. Prior eſt, quoniam hæc diuiſio non videtur artificioſè facta, vt ſit per membra oppoſita: nam res vnius ordinis diſtinguuntur contra res diuerſorum ordinum, non autem contra res ſe habentes, vt cauſa, & cauſatum; & tamẽ hoc ſecundo modo facta eſt diſtinctio; Et confirmatur: quia ignis generans, & ignis genitus, ſunt cauſa, & cauſatum, & tamen ſunt eiuſdem ordinis; ergo non rectè poſita eſt diſtinctio.

Secunda difficultas eſt. Quia ſimilitudo eſt relatio æquiparantiæ, vt docent logici; cum vtrumque correlatiuum dicatur ſecundùm idem nomẽ; nam ſimile dicitur ſimili ſimile; ergo ſicut creatura dicitur ſimilis Deo, ita & Deus poteſt dici ſimilis creaturæ.

Ad has difficultates, quæ ex verbis, & modo loquendi D. Dionyſij allegati hic à S. Thom. trahũt originem, expoſitores non vno modo reſpondent.

Molina.
Valẽtia.

Nam Ludouicus Molina, & Gregorius de Valẽtia dicunt Diuum Dionyſium loqui de cauſa æquiuoca, & eius cauſato, quæ neceſſariò ſunt diuerſorũ ordinum, ac propterea (inquit Molina) referuntur adinuicem relatione inæqualis comparationis, atque ideo non viciſſim dicuntur ſimiles. Addit Valentia Caietanum hic parum ſolidè multa diſſerere.

Ferrarien.

Ferrarienſis in primo cont. gent. capit. 29. ait Diuum Dionyſium in illo loco non loqui vniuerſaliter de cauſa, & cauſato, ſed de hac cauſa, quæ Deus eſt, & de cauſatis, quæ ſunt illius creaturæ, quæ ad Deum æqualitatem habere nõ poſſũt; vt apparet ex verbis immediatè ſubiunctis à Diuo Dionyſio, videlicet. *Non enim his ſolis, aut illis, vt ſint ſimilia, donatum eſt, ſed omnibus quæ ſimilitudinem admittunt, vt ſimilia ſint, Deus author eſt.*

Proponitur ſententia Caietani, & aliorum Thomiſtarum, & reſoluitur Prior dubitatio.

Caiet.
Syluest.
Bannes.
Ferrarien.

CAietanus autem, quem ſequitur Syluester, Dominicus Bannes, & ipſe etiam Ferrarienſis. Alio modo reſpondent de mente S. Thom. in q. de ver. q. 27. artic. 7. ad vndecimum.

Similitudo dupliciter.

Ad cuius euidentiam præmittendæ ſunt quatuor diſtinctiones. Prima diſtinctio eſt: Similitudo dupliciter ſumitur: Vno modo formaliter pro relatione, qua res, vt ſimiles formaliter adinuicẽ referuntur: Alio modo fundamentaliter, ſcilicet pro forma, vel qualitate, quæ cum vnitatis conditione fundat relationem ſimilitudinis. Sicut humanitas, quæ vnius eſt rationis in Petro, & Paulo, fundat relationem ſpecificæ ſimilitudinis inter eos, & albedo duorum alborum fundamẽtum eſt ſimilitudinis in ſpecifica albedinis qualitate.

Cauſa, & cauſatum dupliciter.

Secunda diſtinctio: Cauſa, & cauſatum dupliciter ſumi poſſunt: Vno modo formaliter pro relationibus cauſæ ad effectum, & è contra: Alio modo fundamentaliter pro re, ſeu forma, quæ eſt ra-

A tio cauſandi ex parte cauſæ, & ſimiliter pro re, ſeu forma, quam cauſatum ſortitur à cauſa, quæ res, ſeu formæ ſunt fundamẽta duplicis relationis inter cauſatum, & cauſam; prior relatio eſt, quæ cõuenit illis formaliter, vt ſunt cauſa; & cauſatum; poſterior eſt relatio ſimilitudinis.

Cã, & cauſatum adhuc dupliciter.

Tertia diſtinctio eſt: Cauſa, & cauſatum fundamentaliter ſumpta duplicia ſunt: Nã quædã eſt cauſa, quæ per ſe, formaliter, & abſolutè eſt cauſa illius rei, ſeu formæ, quã ab ipſa ſortitur effectus; & conſequẽter, cauſat illam in quocunque reperitur. Vnde eſt cauſa totius alicuius naturę, ſiuè ſpecificę, ſiuè genericę, ſiuè etiam analogicę iuxta la B titudinem formæ cauſatæ. Vnde ſemper eſt alterius ordinis ab effectu; ſicut Sortes per ſe formaliter, & abſolutè eſt cauſa exemplaris ſuæ imaginis, quæ per ſe ſibi vendicat dependentiam à Sorte in ratione cauſæ exemplaris; & ideo Sortes cauſat illam exemplariter in quacumque materia reperitur, & eſt alterius ordinis ab illa, & ſimiliter idęa, quæ eſt in mente artificis, cauſa eſt per ſe, & formaliter artificiatorum, & eſt alterius ordinis in modo eſſendi; Similiter Sol reſpectu generabilium, & multò magis Deus reſpectu omnium creatorum, & creabiliũ. Quædam verò eſt cauſa, quæ non per ſe, & formaliter, nec abſolutè cauſat for- C mam ſui effectus; ſed tantùm, quatenus eſt in hac materia, vel in hoc indiuiduo, qđ eſt cauſa re naturam, non abſolutè, ſed vt in hoc; nõ formaliter, ſed materialiter: non per ſe, ſed per accidens. Talis aũt eſt oĩs cauſa vniuoca reſpectu ſui effectus; non. n. ſortes generans cauſat humanam naturam abſolutè, & per ſe, quia ſic eſſet cauſa hominis, vt homo eſt, & cauſaret humanitatẽ in quolibet indiuiduo humanæ naturæ, & conſequenter etiam in ſeipſo, & ſic eſſet cauſa ſui ipſius. Cauſam igitur per ſe, appellamus cauſam formaliter reſpectu cauſæ tantùm materialiter, quæ tamen reſpectu relationis appellatur cauſa fundamentaliter.

S. Thom.
Ferrarien.

D De hac re videndus eſt S. Tho. infra quæſt. 45. art. 5. ad primum, & 3. con. gen. c. 65. & ibi Ferrarienſis. Ex hac diſtinctione ſequitur.

Fundamẽta ſimilitudinis duplicia.

Quarta diſtinctio, quæ eſt, quòd fundamenta ſimilitudinis, ſunt in duplici differẽtia; nam quędam ſunt eiuſdem ordinis, illa. ſ. quę non ſe habẽt, vt cauſa, & cauſatũ formaliter, & per ſe, ſicut forma Socratis generantis, & Platonis geniti, & ſimiliter hęc, & illa albedo; & vniuerſaliter illa, in quibus eſt eadem ratio ordinis ex vtraq; parte.

S. Tho.

Sicut explicat S. Tho. de pot. q. 7. artic. 10. generaliter de omnibus relatiuis mutuo realiter relatis. Quædã autem ſunt fundamenta ſimilitudinis, quæ ſunt diuerſorum ordinum; hæc verò ſunt illa, quæ ſe ha- E bent formaliter, & per ſe, vt cauſa, & cauſatum.

S. Tho.

Hanc eandem doctrinam explicauit S. D. alia verborum forma in primo cõn. gen. c. 29. cuius verba ſunt. *Simile alicui dicitur; quod eius poſſidet qualitatem, uel formã. Quia igitur id, quod in Deo perfectè eſt, in rebus alijs per quandam deficientẽ participationem inuenitur, illud, ſecundùm quod ſimilitudo attenditur, Dei quidem ſimpliciter eſt, non autem creaturæ; & ſic creatura habet, quod Dei eſt, vnde, & Deo rectè ſimilis dici-*

Digitized by

dicitur,non autem ſic poteſt dici Deum habere, quod creaturæ eſt; vnde nec conuenienter dicitur Deum creaturæ ſimilem eſſe,ſicut nec hominem dicimus ſuæ imagini ſimilem, cui tamen ſua imago rectè ſimilis enunciatur. Hæc ibi,ſed in 1.ſenten.vlterius procedens ait. *Contingit autem quandoq; quod qualitas illa perfecta eſt in vtroque; vnde vtriuſque dici poteſt, & ſecundùm hoc in talibus poteſt dici,quòd vtrumque alteri ſimile eſt.* Hæc ille. Et hoc idem ſignificauit in hac reſponſione ad quartum ſub alijs verbis.

Ex prædictis patet reſponſio ad argumentum propoſitum.

Soluitur ſecunda dubitatio.

Solutio S. Thom. AD ſecundam difficultatem eſt triplex modus dicendi; vnus S.Thom.de ver.q.23.art.7.ad vndecimum,vbi inquit, quamuis ſimilitudo ſit relatio æquiparantiæ, non tamen ſemper vtrumque extremorum denominari in reſpectu ad alterum, ſed tunc tantùm,quando forma,ſecundùm quam attenditur ſimilitudo, eadem ratione in vtroque extremorum exiſtit;ſicut albedo in duobus hominibus eo, quòd vterque conuenienter poteſt dici alterius formam habere;qđ ſignificatur,cum aliquid ſimile alteri dicitur; ſed quando forma eſt in vno principaliter, in altero verò ſecundariò,i. ad imitationem alterius,in quo eſt principaliter,non recipitur ſimilitudinis reciprocatio, ſicut ſtatua Herculis fit ad imitationem Herculis,& hoc modo creaturæ dicuntur Deo ſimiles. Secundus modus dicendi eſt Caiet.ſuper hoc artic.quod in his, Solutio Caietani. quę ſe habent,vt cauſa,& cauſatum formaliter,& per ſe,non eſt relatio æquiparantiæ,ſed relatio ptinens ad tertium modum relatiuorum. Tertius modus dicendi eſt Ferrarienſis in d.c. ait.n. ſimilitudinē,vt ſic,eſſe relationem,æquiparantiæ; qm̃ ex propria ratione nō dicitur ad aliquid,quod ſuperſtet, aut ſubijciatur,ſed ad æquale;quod ſi cōtingat,vt vnum extremum nō denominetur in reſpectu ad alterum, quod euenit, quando ſunt diuerſorum ordinum,tunc non erit ſimilitudo relatio æquiparantiæ,& talis inuenitur ſimilitudo inter Deum,& creaturam. Si tamen diligenter conſiderentur prædictæ tres ſolutiones, in vnam apparebit omnes conuenire.

Sed contra prædicta ſunt adhuc duo argumenta; nam omne agens vniuocum per ſe agit ſibi ſimile ſecundùm formam,ſed ſimilitudo vnius hominis ad alium eſt ſecundum conuenientiam in natura ſpeciei; ergo hic homo eſt per ſe cauſa naturæ ſpecificæ.

Agēs agere per ſe ſibi ſimile dupliciter. Reſpondetur illam propoſitionem *agens vniuocum per ſe agit ſibi ſimile,* poſſe dupliciter intelligi: Vno modo, vt perſeitas ſit modus cauſæ: quatenus terminatur ad rem ſibi ſimilem,vt ſic, quia .ſ. eandem formam recipit,quam agens habet;& ſic vera eſt propoſitio;quia hic homo generat per ſe hunc hominem,quatenus ſibi ſimilis eſt in humanitate: Alio modo poteſt intelligi, vt perſeitas ſit modus cauſæ,prout terminatur ad formā,ſm̃ quā attenditur ſimilitudo;& in hoc ſenſu non eſt verū

A oē agens agere per ſe ſibi ſimile ſm̃ formā,i.omne agens per ſe cauſare formam,ſm̃ quam attenditur ſimilitudo inter agēs,& factum:nam,vt diximus, hic homo non eſt cauſa per ſe,& formaliter humanitatis;ſed eam cauſat, quatenus eſt in hac materia; vnde non cauſat humanitatem per ſe primò, ſed tantum per ſe ſecundò, vt docet Ferrarienſis 3.cont.gen.cap.65.in quo latè differit de hac materia. Ferrarien.

Secundum argumentum eſt ex auth. D.Tho. in primo con.gent.cap.29. vbi ait,quòd conuenientius dicitur creatura Deo ſimilis,quàm è conuerſo; quibus verbis ſignificat poſſe aliquo modo dici Deum ſimilem creaturæ,& conſequenter,relationem ſimilitudinis inter Deum, & creaturam eſſe relationem æquiparantiæ.

B Reſpondetur cum Ferrarienſi in dicto cap. 29. S.Tho.reſpexiſſe ad proprium,& conſuetum vſum vocabuli,ſm̃ quē talia non conſueuerunt denominari in reſpectu ad ea, quæ ad eorum fiunt imitationem,cum tamen in rigore logico, vel metaphyſico poſſit fieri denominatio talis reſpectus Dei ad creaturam ex relatione rationis in Deo intellecta. Ferrarien.

QVAESTIO QVINTA.

C *De bono in communi,in ſex articulos diuiſa.*

DEinde quæritur de bono. Et primò de bono in cōmuni. Secundò de bonitate Dei.

Circa primum quæruntur ſex.

Primò,vtrum bonum, & ens ſint idem ſecundùm rem.

Secundò,ſuppoſito quòd differant ratione tantum,quid ſit prius ſecundum rationem, vtrum bonum,vel ens.

D Tertiò,ſuppoſito quòd ens ſit prius,vtrum omne ens ſit bonum.

Quartò,ad quam cauſam ratio boni reducatur.

Quintò,vtrum ratio boni conſiſtat in modo,ſpecie,& ordine.

Sextò,quomodo diuidatur bonum in honeſtum,vtile,& delectabile.

Ratio Ordinis Articulorum huius Quæſtionis.

E DE ordine huius quæſtionis ad præcedētes acutè differit Caietan. cuius reſolutio optima eſt, nec aliquid addendum occurrit. Ordo verò articulorum hic eſt. Agitur primò de ratione formali boni communiſſimè ſumpti in quatuor primis articulis. Secundò de ratione boni creati in quinto articulo. Tertiò de diuiſione boni in vltimo artic.nam diuiſio rei in partes ſubiectiuas diffinitionem,ſiue quidditatis notitiam præſupponit. Quo ad rationem boni cōmuniſſimè ſumpti,diſcutitur primò identitas,& diuerſitas ab ente,qđ intimè clauditur

dicitur in ratione boni, in 1. artic. Secundò: quia ex diſtinctione rationum formalium ſequitur ordo inter eas, qui, ad eius rei, quæ vtramque rationem complectitur, quidditatem pertinet; idcirco in 2. artic. quæritur: vtrum bonum ſecundùm rationē ſit prius quàm ens. Tertiò, quia identitas, diſtinctio, & ordo poteſt eſſe, tam inter adæquata, & cōuertibilia, quàm inter inadæquata, & minimè cōuertibilia, ea propter in 3. artic. quæritur: vtrum omne ens ſit bonum; ex quo etiam magis aperitur diſtinctio, & ſeparabilitas rationis formalis boni à ratione formali entis. Quartò demum agitur de cauſalitate boni, quæ finalis eſt, in 4. artic. Hæc enim in actu ſignato rationem boni conſequitur, & in eo fundamentaliter clauditur; in actu verò exercito idem eſt formaliter, quod ratio boni; vt hic ſubtiliter aduertit Caietanus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum bonum differat ſecundum rem ab ente.

25 1. d. 8. q. 1. artic. 3. Et ver. q. 21. art. 1. 2. & art. 80. In lib. An omne; qđ eſt, bonum ſit, circa med. illius

AD primum ſic proceditur. Videtur, quod bonum differat ſecundùm rem ab ente. Dicit enim Boet. in lib. de hebdom. Intueor in rebus aliud eſſe, quòd ſunt bona, & aliud eſſe, quòd ſunt; ergo bonum, & ens differunt ſecundùm rem.

2 Præterea: Nihil informatur ſe ipſo: ſed bonum dicitur per informationē entis, vt habetur in Commen. lib. de cauſis; ergo bonum differt ſecundum rem ab ente.

In tex. propoſit. 21. & 31.

3 Præterea: Bonum ſuſcipit magis, & minus: eſſe autem non ſuſcipit magis, & minus; ergo bonum differt ſecundùm rem ab ente.

Lib. 1. cap. 32. circa princ. to. 3.

Sed contra eſt, quod Auguſt. dicit in lib. de doctrina Chriſtiana, quòd inquantum ſumus, boni ſumus.

Reſpondeo. Dicendum, quòd bonū, & ens ſunt idem ſecundùm rem; ſed differunt ſecundùm rationem tantùm; quòd ſic patet. Ratio enim boni in hoc conſiſtit, quòd aliquid ſit appetibile. Vnde Philoſophus in 1. Ethic. dicit, quod bonum eſt, quod omnia appetunt; manifeſtum eſt autem, quòd vnumquodque eſt appetibile, ſecundùm quòd eſt perfectum; nā omnia appetunt ſuam perfectionem. In tantùm eſt autem perfectum vnumquodque, inquantū eſt actu; vnde manifeſtum eſt, quòd in tantùm eſt aliquid bonum, inquātum eſt ens; eſſe enim eſt actualitas omnis rei, vt ex ſuperioribus patet. Vnde manifeſtum eſt, quòd bonum, & ens ſunt idem ſecundùm rem; ſed bonum dicit rationem appetibilis, quam non dicit ens.

Q. 3. ar. 4. & q. 4. art. 1. ad 3.

Ad primum ergo dicendum, quòd licet bonum, & ens ſint idem ſecundùm rem; quia tamen differunt ſecundùm rationem, non eodē

A modo dicitur aliquid ens, ſimpliciter, & bonū ſimpliciter: Nam, cum ens dicat aliquid propriè eſſe in actu, actus autem propriè ordinē habeat ad potentiam; ſecundùm hoc ſimpliciter aliquid dicitur ens, ſecundùm quòd primò diſcernitur ab eo, quod eſt in potentia tātùm; hoc autem eſt eſſe ſubſtantiale rei vniuſcuiuſque. Vnde per ſuum eſſe ſubſtantiale dicitur vnumquodque ens ſimpliciter; per actus autem ſuperadditos dicitur aliquid eſſe ſecūdum quid, ſicut eſſe album ſignificat eſſe ſecundùm quid. Non enim eſſe album aufert eſſe B in potentia ſimpliciter, cum adueniat rei iam præexiſtenti in actu. D. 925.

Sed bonum dicit rationem perfecti, quod eſt appetibile: & per conſequens dicit rationem vltimi: vnde id, quod eſt vltimò perfectū, dicitur bonum ſimpliciter; quod autem non habet vltimam perfectionem, quam debet habere, quamuis habeat aliquam perfectionem, inquantum eſt actu, non tamen dicitur perfectum ſimpliciter, nec bonum ſimpliciter, ſed ſecundùm quid. Sic ergo ſecundùm primum eſſe, quod eſt ſubſtantiale, dicitur aliquid ens C ſimpliciter, & bonum ſecundùm quid, id eſt, inquantum eſt ens; ſecundùm verò vltimum actum dicitur aliquid ens ſecundùm quid, & bonum ſimpliciter.

Sic ergo quod dicit Boet. † quod in rebus aliud eſt, quòd ſunt bona, & aliud quòd ſunt, referendum eſt ad eſſe bonum, & ad eſſe ſimpliciter; quia ſecundùm primum actum eſt aliquid ens ſimpliciter: & ſecundùm vltimum, bonum ſimpliciter; & tamen ſecundùm primum actum eſt quodammodo bonum, & ſecundùm vltimum actum, eſt quodāmodo ens.

Titulus huius libri eſt. An oē, qđ eſt, bonum ſit, circa med. illius

D Ad ſecundum dicendum, quòd bonum dicitur per informationem, prout accipitur bonum ſimpliciter ſecundùm vltimum actum.

Et ſimiliter dicendum ad tertium, quòd bonum dicitur ſecundùm magis, & minus ſecundùm actum ſuperuenientem, puta ſecundùm ſcientiam, vel virtutem.

Forma Textus.

Concluſio eſt. Bonum, & ens ſunt idem ſecundùm rem; ſed differunt ſecundùm rationem tantum.

E *Probatur primò quo ad priorem partem. Ratio boni in hoc conſiſtit, quòd aliquid ſit appetibile; at vnumquodque eſt appetibile, inquantum eſt ens; ergo vnumquodque eſt bonum, quatenus eſt ens. Maior probatur authoritate Philoſophi primo Ethic. dicentis, bonum eſſe, quod omnia appetunt. Minor probatur: Vnūquodque eſt appetibile ſecundùm quod eſt perfectum, & intantum aliquid eſt perfectum, inquantum eſt in actu; ergo vnumquodque intantum eſt appetibile, inquantum* eſt

eſt ens. Antecedens quo ad priorem partem probatur: quia omnia appetunt ſuam perfectionem. Quo ad poſteriorem verò partem probatur: quia eſſe eſt actualitas omnis rei. Poſterioe autem pars concluſionis probatur: quia bonum dicit rationem appetibilis, quam non dicit ens.

Expoſitio Textus.

Caiet. HIc obſerua cum Caietano concluſionem intelligendam eſſe de diſtinctione formali entis, & boni ſecundùm rationes formales nominibus entis, & boni ſignificatas; quam diſtinctionē vocant recentiores rationis ratiocinatæ.

Controuerſia Vnica.

An ratio formalis boni ſit abſoluta, an verò addat ſuper ens relationem appetibilis ad appetitum.

Sententiæ expoſitorum.

Molina. MOlina duo dicit. Primum eſt, bonum formaliter dicere habens entitatem qua perficitur, & bonitatem dicere entitatem perficientē. Secundum eſt, bonum propriè non eſſe paſſionem entis. Vaſquez. Vaſquez ſuper hoc articulo, capitulo quarto, diſtinguit cum Heruæo dicens; tripliciter aliquid dici bonum. Primò in ſe ipſo, quatenus in ſe bonum eſt, & non alteri. Secundò, quod alteri bonum eſt, cuius ratio (inquit) in relatione congruentiæ, & conuenientiæ cum alio poſita videtur. Hoc verò bonum diſtinguit in bonum, quod eſt in rebus naturalibus; ſicut calor in debita proportione, & ſanitas reſpectu animalis; & in bonū, quod eſt in moralibus; vt actio bona, quæ dicitur eſſe ſecundum rectam rationem, aut conueniens naturæ rationali, vt rationalis eſt. Quibus bonis tria etiam diſtinguit oppoſita mala. Sed præterea diſtinguit bonum relatè; ideſt quod alteri bonum eſt, in id, quod principaliter tale eſt; vt formę accidentales ſubiecto inhærentes; & in id, quod ſecundariò bonum eſt alteri, quia ſcilicet aliquod bonum in altera ſubſtantia efficit. De his dicit ſex. Primum. Bonum relatè, ideſt, quod alteri bonum eſt, in relatione conuenientiæ poſitum eſt. Secundum: Bonitas hoc modo non eſt paſſio entis, vt exiſtimauit Durandus. Tertium: Hoc genere bonitatis Deus ſummè bonus eſt creaturis; & ratio boni hoc modo primariò Deo conuenit, non ſecundariò, hoc eſt, non ideo bonus eſt creaturis, quia in illis aliquod bonum operetur (quamquam & hoc etiam verum eſt) ſed quia ipſis ratione ſui proximè conueniens eſt. Quartum: Ratio formalis bonitatis, quæ conuertitur cum ente, eſt integritas, & perfectio rei in ſuo eſſe; adeo, vt idem ſit bonum in hoc genere bonitatis, quod integrum, & perfectum. Quintum: Bonitas hoc modo eſt relatio, non quidem conuenientiæ vnius rei cum altera, ſed integritatis ex pluribus; quæ relatio non eſt ad ipſam eſſentiam, tanquam alicuius ei conuenientis; ſed eſt inter ea, quæ ad integritatē conA ueniunt, & ipſam quoque eſſentiam quodammodo reſpicit, tanquam ex eis conſumatam, & perfectam. Vltimum: Deus eſt ſummè bonus hoc genere bonitatis, quæ conſtituitur veluti paſſio entis.

Suarez. Suarez diſput. decima, metaphyſ. ſect. prima, dicit quinque. Primum: Bonitas vniuſcuiuſque rei eſt illa perfectio, qua vnaqueque res in ſua entitate perfecta eſt. Secundum: Bonum hoc modo non eſt paſſio entis. Tertium. Bonum ſuper ens poteſt ſolùm addere rationem conuenientiæ, quæ non eſt propriè relatio, ſed tantùm cōnnotat in alio talem naturam habentem naturalem inclinationem, capacitatem; vel coniunctionem cum tali perfectione. B Vnde bonitas dicit ipſam perfectionem rei connotando prædictam conuenientiam, ſeu denominationem conſurgentem ex coexiſtentia plurium. Quartum: Dici poteſt bonum ſolum eſſe paſſionem entis, prout dicit conuenientiam ad alterum, ſeu prout eſt bonum alteri. Quintum: Bonum formaliter in ratione, & denominatione ſua non includit conformitatem ad appetitum, quamuis hæc ad rationem boni cōſequatur.

Bann. Bannesius paucis ſuam explicat ſententiam dicens. Bonum formaliter importare perfectionem abſolutam, ad quam ſequitur ratio appetibilis, & ordo ad appetitum. Eandem ſententiam ſequitur Zumel. Caietan. C Zumellus. Quæ eſt expreſſa ſententia Caietani ſuper hoc artic. dicentis, bonum habere rationē appetibilis dupliciter: Vno modo formaliter; non tamen intrinſecè, ſed cōſecutiuè ad modum paſſionis conſequentis: Alio modo fundamentaliter; quatenus propria ratio boni fundamentum eſt, & cauſa propria appetibilitatis, ſicut color viſibilitatis, & hoc ſecundò modo interpretandum eſſe textum præſentis artic. quamuis etiam priorē ſenſum alibi S. Thom. expreſſerit. Eandem ſententiā Ferrarien. Capreol. Iauellus. ſequitur Ferrarienſis in primò cont. gent. cap. 27. Priorem autem ſenſum amplexus eſt Capreolus in 2. ſenteñt. diſtinct. 34. quæſt. 1. art. 3. & Iauellus D ſuper hoc artic. dicens in hoc eodem ſenſu intelligendam eſſe doctrinam huius artic. Valentia. Valentia ſentit bonum addere ſuper ens reſpectū rationis pertinentem ad rationem, & conceptum formalem proprium boni, quatenus ſcilicet per illum res ipſa, quæ dicitur bona, refertur ad appetitum, ſicut obiectum illius; quam ſententiam videtur ſignificaſſe Iauellus in 4. metaph. quæſt. 5. & fuit opinio Capreol. Capreoli in 1. ſent. diſt. 3. q. 3. artic. 1. in ſolutione argumenti noni.

Reſolutio.

E *Rationem boni non eſſe formaliter, & præciſè perfectionem, neque integritatem, neque relationem appetibilitatis, aut rationem conuenientiæ, vel integritatis ex pluribus, &c. ſed eſſe perfectionem abſolutam, quatenus eſt alterius perfectiua, connotando relationem appetibilitatis.*

Tripliciter aliquid addit ſuper alterum. NOn expedit ſacræ Theologiæ diſcipulis in metaphyſicalium diſputationum ſubtilitatibus, niſi quantum diuinorum intelligentiæ neceſſitas

Digitized by Google

ſtas exigit, immorari: ſummatim itaq; iactis dũtaxat præcipuis veritatis fundamentis, in tanta ſententiarum varietate, quid ſecundum Peripatetica documenta, & Angelici Doct. aſſerta tenendum ſit, breuiter, ac dilucidè demonſtrabimus.

D. Thom.

Sciendum eſt igitur primò ex D.Thom. de ver. q.21.art.1. poſſe aliquid ſuper alterum addere tribus modis. Primò, vt rem aliquam addat, quæ ſit extra illius rei eſſentiam, cui dicitur addi: quemadmodum album addit ſupra corpus, quia eſſentia albedinis eſt præter eſſentiam corporis. Secundò, vt res addita rationem habeat contrahentis, & determinantis, quæ tamen res determinans vnum realiter ſit cum re determinata, ſiue contracta; ſicut homo ſuper animal addit rationale, qđ non eſt alia res ab animali; ſed ratione (vt aiunt) ratiocinata tãtùm differt; quia, quod in animalis conceptu continetur implicitè, nomine, & conceptu animalis rationalis repreſentatur expreſsè. Tertiò, dicitur aliquid addere ſuper alterum ſecũdum rationem tantùm, quando ſcilicet aliquid eſt de ratione vnius, quod non eſt de ratione alterius, quod tamen additum nihil eſt in rerum natura, ſed in ratione tantùm, ſiuè per illud contrahatur id, cui additur, ſiuè minimè. Quod verò in ratione tantùm eſt, non poteſt eſſe, niſi negatio, vel relatio. Quamuis autem enti alicui particulari poſsit aliquid addi primo modo, vniuerſali tamẽ enti nihil prorſus eo modo poteſt adiungi: cum nulla res naturæ ſit, in qua non intimè claudatur entis eſſentia. Bonum itaque ſuper ens nihil addit realiter ab eo diſtinctum. Sed neque ſecundo modo bonum addit aliquid ſuper ens, vt ſcilicet per illud additum contrahatur ens ad peculiarem aliquem eſſendi modum: Nam, quemadmodum ens, ita & bonum in decem ſumma rerum diſtinguitur genera, vt ait Philoſophus in 1. Ethic. c.6. Supereſt igitur, vt vel negationem, vel relationem tantũ rationis addat bonum ſuper ens. Cum autem ratio boni negatiua non ſit, ſed poſitiua, non erit negatio, ſed relatio id, quòd enti bonum adiungit.

Ariſt.

Bonum addit ſuper ens relationem rationis.

Eſſe autem relationem hanc rationis tantùm ſic poteſt ex Ariſt. 5. metaph. tex. 20. & D.Thom. in dicto artic. de ver. demonſtrari. Illa relatio eſt rationis tantùm, ſecundùm quam referri dicitur id, quod non dependet, ad id, quòd ex eo dependet; at ea relatio, quam bonum addit enti, relatio eſt eius, quod non dependet, ad id, quod ab eo dependet; ergo talis relatio eſt rationis tantùm. Maior eſt Ariſt. 5. metaphyſ. & probatur exemplo ſcientiæ, & ſcibilis: nam ſcientia dependet à ſcibili, & non è conuerſo, & ideo relatio, qua ſcientia refertur ad ſcibile, realis eſt; ſed relatio, qua ſcibile refertur ad ſcientiam, rationis tantum eſt, pertinet enim ad tertium relationis modum, de quo Philoſophus ait in textu ſuperius allegato, non ideo referri, qđ ipſum referatur ad aliud, ſed quia aliud refertur ad ipſum. De quo latè diſſeruimus infra quæſt. 13. art. 7. & eadem eſt ratio de omnibus alijs, quæ ſe habẽt, vt menſura, & menſuratum, vel perfectiuum, & perfectibile. Minor autem probatur: Quia bonum addit ſuper ens rationem perfe-

A ctiui: at ratio perfectiui connotat relationem mẽſuræ ad appetitum menſuratum, quæ eſt relatio eius, quod non dependet ad id, quod ab eo dependet; ergo relatio, quam bonum addit ſuper ens, eſt relatio eius, quod non dependet, ad id, quod ab eo dependet. Quod verò bonum rationem addat perfectiui ſuper ens, manifeſtat S. D. in ſupradicto loco ex differentia inter rationem perfectiui, quæ conuenit vero reſpectu intellectus, & rationẽ perfectiui, quæ conuenit bono cum relatione rationis ad appetitum. Nam verum perficit intellectum ſecundum rationem ſpeciei tantùm, & non ſecundum eſſe naturale, bonũ autem alterius perfectiuum eſt, non ſolùm ſecundùm rationem ſpeciei, ſed etiam ſecundum eſſe, quod habet in rerũ natura. Dupliciter autem contingit bonum alterius eſſe perfectiuum; primo per modum finis, & hoc illi congruit, quod principaliter bonum eſt; Secundò per modum ducentis in finem, quod bono minus principali, ſiue ſecũdario conuenit; hoc verò eſt bonum vtile. Ad cuius euidentiam.

Bonum addit ſuper ens rationem perfectiui.

S.Tho.

B

Bonum eſt alterius perfectiuum dupliciter

S.Tho.

Secundò obſeruandum eſt ex D. Thom. 1.2.q.29.art.4. bonum dupliciter dici: Vno modo, vt id, quod habet bonitatem, & hoc eſt bonum ſimpliciter: Alio modo, vt id, quod eſt alterius bonũ, ſicut virtus, quæ eſt bonum habẽtis; & hoc eſt bonum ſecundum quid. Vel, vt alij dicunt, bonũ dupliciter dicitur, ſcilicet in ſe, ſiuè abſolutè, & alteri.

C Et ſanè bonum illud, quod alterius bonum eſt, vt virtus, manifeſtè dicit rationem perfectiui, ſiue, vt recentiores dicunt rationem conuenientis alteri. Bonum autem, quod in ſe bonum eſt, ſiue vt habens bonitatem, dicitur alterius perfectiuum, & alteri conueniens, vt eius bonum extrinſecum, & vt finis, ſicut Deus: quem Ariſt. in 12. metaph. tex. 51. affirmat eſſe bonum extrinſecum vniuerſi. Nec ſolum Deus ſecundum ſeipſum alterius bonũ eſt extrinſecum, ſed etiam quodlibet amatũ amore amicitiæ bonum eſt amantis extrinſecum, vt latè, & ſubtiliter explicat Caiet. 2.2.q.17.art.5.

Ariſt.

D Immo, & quælibet ſubſtantia bonum eſt ſuorum accidentium ea ratione, qua eorum finis eſt; quia bonum ſignificat finem in actu exercito, ideſt rationem finalizandi, quę radix eſt actus finalizandi, vt actus cuiuſdam ſecundi cauſæ finalis: Non enim, cum dico bonum, dico aliquid actu appetitum, ſicut id, quod actu finis eſt alterius, hoc ipſo, quod actu finis eſt, appetitur actu, ſed dico appetibile tantùm, vt hic, & alibi ſæpè docet S. Thom. & hoc modo intelligendus eſt Caiet. art. 4. huius quæſt. in explicatione tituli, & in allegato art. 5. 2.2. cum ait bonum ſignificare finem in actu exercito.

Caiet.

E Loquitur enim de fine in actu exercito, non quo ad actum ipſum, qui eſt finalizare, ſed quo ad rationem finalizandi, quæ eſt proxima radix, & principium actus iam dicti.

Tertiò aduertendum, rationem illam perfectiui, quam bonum addit ſuper ens, nomine relationis à D.Thom. ſignificari, non quia nomen perfectiui, ſolam, aut principaliter, ſiue formaliter ſignificet relationem rationis iam dictam; ſed quia ratio illa abſoluta, quam perfectiuum primò, & for-

Cur ratio perfectiui ſignificetur à D. Tho. nomine relationis.

Digitized by Google

formaliter ſignificat, non eſt aliquid additum ſuper ens, quaſi ab eo diſtinctum, cum ſit vna cũ ente realitas; relatio verò, quæ nomine perfectiui connotatur, eſt alterius entitatis omnino diſtinctæ, ab entitate reali, ea nimirum ratione, & modo, quo entia rationis à realibus diſtinguuntur. Sed nihilominus perfectiuum rationem quandam formalem exprimit, quæ nomine entis, vt ſic non exprimitur. Verùm, quia ratio illa formalis entitas quædam eſt, idcirco cum de eo, quod addit bonum ſuper ens, eſt ſermo, ſecludenda ſunt ſemper ea, quæ intrinſecè claudunt rationem entis realis. Cum igitur ait S.Tho. bonũ addere ſuper ens relationem perfectiui, noluit ſignificare rationẽ perfectiui formaliter relatiuam eſſe, vt ſcilicet dictum illud conſtruatur intranſitiuè, & ſit ſenſus: bonum addit ſuper ens relationem ſignificatam nomine perfectiui; ſed cum in perfectiuo duo ſint, videlicet ratio ipſa perfectiui, quæ abſoluta eſt, & formaliter hoc nomine ſignificatur, & relatio conſequens perfectiuum, quæ eodem nomine connotatur, & hæc ſola relatio ſit ea, quæ verè, & propriè ſuperadditur enti, per rationem, & nomen boni, vt antea diximus; ideo S.D. locutione vſus tranſitiua dixit bonum addere ſuper ens relationẽ perfectiui, ideſt relationem perfectiuo cointellectã, & perfectiuum conſequentem.

Quartò notandum eſt communem Scholaſticorum, & Patrum eſſe ſententiam, bonum ſecundùm proprium ſuum conceptum idem eſſe, quod appetibile; Ita S.D. in primo huius quæſtionis articulo ex Ariſt. primo Ethic. cap. 1. dicente bonum eſſe id, quod omnia appetunt; Quam diffinitionẽ approbant Dionyſius cap. 4. de Diuinis nom. Baſilius in Pſal. 44. Ambroſius in lib. de Iſaac, & anima cap. 7. Gregorius Niſſenus lib. de Beatitudinibus, Bernardus Epiſt. 65. ad Guidonem, & Anſelmus ſuper Epiſt. ad Philemonem; Qui omnes Authores duo declarant: Alterum eſt, bonum dicere ordinem ad appetitum: Alterum eſt, bonum eſſe aliquid in ſeipſo completum, & perfectum.

Dionyſ. Baſilius. Ambroſ. Niſſenus. Bernard. Anſelmus

Quintò conſiderandum eſt cum Caiet. dupliciter intelligi poſſe bonum habere rationem appetibilis: Vno modo formaliter: Alio modo fundamẽtaliter. Bonum habet rationem appetibilis formaliter, non, vt intrinſecam, ſed vt paſſionem cõſequentem. Rationem autem appetibilis fundamẽtaliter habet bonum intrinſecè: quoniam propria ratio boni eſt fundamentum, & radix appetibilitatis, quemadmodum color viſibilitatis. Vtrumque ſenſum amplectitur S.Thom. ſed hoc loco ſecundum inſinuat. Eſt autem bonum, non quodcũque, ſed proximum appetibilitatis fundamentũ: Nam primum fundamẽtũ appetibilitatis eſt ens. Secundum ens in actu. Tertium eſt perfectum. Vltimum autem, & proximum eſt bonum. Et quia ratio formalis boni eſt ratio formalis perfectiui, vt ſuperius oſtendimus; hinc ſequitur primò proximum appetibilitatis fundamentum eſſe rationem perfectiui; ſecundò ſequitur res illas, quæ abſolutè, ſiue in ſe dicuntur bonæ, nõ ideo formaliter bonas denominari, quia perfectionem habeant ſibi

Bonũ dupliciter habet rationem appetibilis.

A conuenientem, vt dicunt plures ex ſupranotatis expoſitoribus. Neq; bonum ſignificat de formali perfectionem exiſtentem in tali re connotando in tali re capacitatem, & inclinationem, ſeu naturalem conuexionem cum tali perfectione: Nam primò bonum illud, quod ſimpliciter bonum eſt, non erit bonum, niſi quia perfectibile eſt per aliud bonum, ſiue perfectionem ſibi conuenientem; cõſtat autem rationem perfectibilis oppoſitam eſſe rõni perfectiui; quam diximus cum D.Thom. pertinere ad formalem, & propriam rationem boni; igitur ratio perfectibilis non poteſt conſtituere rationem boni.

B Præterea: Ratio formalis boni in eo propriè poſita eſt, ad quod proximè conſequitur appetibile; ſed appetibile non conſequitur proximè ad perfectum, ſed ad perfectiuum; ergo ratio formalis boni non in ratione perfecti, ſed in ratione perfectiui poſita eſt. Maiorem communiter omnes admittunt, eo quòd appetibilitas ſit propria, & adæquata paſsio boni, ex eo, vt propria, & proxima cauſa deriuata; ſicut, & quælibet paſsio ex proprio ſuo ſubiecto, vt proxima cauſa reſultat. Minor autem probatur primò in eo bono, quod eſt alteri bonũ, vt ſanitas, virtus, & fælicitas, quæ præciſa ratione conuenientis, quantumuis, vt in ſe perfecta conſiderentur, nunquam appetibilis rationem habent;

C cum non alia ratione ab aliquo vnquam expeti poſſint, quàm vt ei conuenientia ſunt: nam etiam ſi alteri poſſint deſiderari, nonniſi, prout ille alius in ipſius deſiderantis perſonã tranſit, appeti poſſunt, vt docet S.Thom. in 1.2.q.28. art.1. Deinde probatur eadem minor quo ad bonum abſolutè dictum: Nam primò deſiderari poteſt ſibi, vel alteri, vt habeatur veluti finis, ſicut nobis deſideramus Deum, non propter nos ipſos, ſed vt finem noſtrum, cui coniungamur, & in quo perficiamur; vt egregiè docet, & probat Caiet. 2.2. in allegata q. 17. art. 5. ſicut etiam quodlibet accidens ſubſtantiam appetit tanquam finem, ad quem exornandum, & perficiendum ordinatur, & pertinet hic

D appetitus ad amorem concupiſcentiæ. Secundò: Amicus, vt ſic, amabilis eſt ab amico; ergo vt ſic, eſt bonus amico, & conſequenter eidem conueniens, & eiuſdem perfectiuus. Prima conſequentia probatur cum Caiet. vulgato Philoſophi dicto. *Amabile quidem bonum, vnicuique verò proprium*. Secunda verò patet ex terminis: nam bonum ſibi, & conueniens ſibi, & perfectiuum ſui idem omnino ſignificant: dictio enim illa *ſibi* addita bono apud doctos, & indoctos conuenientiam denotat rationem habentem perfectiui; implicat enim alteri bonum eſſe, & eidem non conuenire, & eius

E perfectiuum non eſſe. Neque tamen ſequitur amorem amicitiæ coincidere cum amore concupiſcentiæ, & obiectum illius cum obiecto iſtius: nam, qđ quis amat amore concupiſcentiæ, illud amat ſibi tanquam intrinſecum bonum ſecundum ſe, aut ſecundum eius effectum, vt ſcilicet eo tanquã adiacente, vel inhærente perficiatur. Quod autem quis amat amore amicitiæ, non amat, vt intrinſecum bonum, ſed vt extrinſecum: diligitur enim amicus propter

propter ipſummet amicum, non propter ipſum diligentem; qui tamen ex hoc ipſo bonum eſt amantis, quòd ab eo æſtimatur, vt idem ſibi, & eidem appetit, tanquam ſibi. Eſt igitur amicus amantis amici bonum formaliter, ex ipſo diligendi modo, ex quo etiam habet, vt ſit amantis perfectio, magis quàm quodlibet accidens, vel quæuis et pars amantis integralis; nam, vt ait S.Thom. in dicto art.1.q.28.in 1.2. *cum aliquis amat aliquem amore amicitiæ, vult ei bonum, ſicut & ſibi vult bonum; vnde apprehendit eum, vt alterum ſe, inquantum ſcilicet vult ei bonum, ſicut & ſibi; & inde eſt, quod amicus dicitur eſſe alter ipſe. Et Auguſt. dicit in quarto confeſſionum. Bene quidam dixit de amico ſuo, dimidium animæ meæ.* Hæc D.Thom. & paulò inferius docet hanc vnionem affectus fieri per amorem formaliter, quia ſcilicet ipſe amor eſt talis vnio, vel nexus. Bonum igitur omne, vt bonum eſt, in perfectiui ratione conſiſtit, vel quia per ſe primò diligitur, vt perfectiuum, ſicut id, quod per ſe primò bonũ eſt alteri; vel quia ex ipſo diligendi modo formaliter rationem habet perfectiui, vt bonum, quod eſt obiectum amicitiæ. Ad rationem verò perfectiui conſequitur appetibilitatis relatio, vt ſupra diximus ex D.Thom.Caiet.& alijs. Ex dictis ſequitur primò, diſtinctioné illam in bonum abſolutè, ſiue in ſe, & in bonum relatè, ſiue in bonum alteri, non ita intelligendam eſſe, vt bonum abſolutè dicatur per negationem, aut præciſionem perfectiui reſpectu alterius, vt opinantur recentiores ſupra nominati; ſed dicitur abſolutè bonum, per negationem accidentalitatis, ſiue naturæ, quæ per ſe primò ſit propter perficiendum aliud, quale bonum eſt virtus, & quoduis aliud bonum accidentale, quod eſt obiectum amoris concupiſcentiæ, vt ait S.D. in dicto art.4.q.26.in 1.2. Secundò ſequitur verba D.Thom.in hoc art.videlicet *vnumquodque eſt appetibile, ſecundùm quòd eſt perfectum*, exponenda eſſe de perfecto, prout includit etiam rationem perfectiui; vt benè aduertit Ferrarien.in primo con.gé. cap.37. Et eodem modo interpretanda ſunt reliqua alia ſimilia eiuſdem S. D. aſſerta, quale eſt illud, in hoc, & in quinto huius quæſtionis art. *vnumquodque dicitur bonum, inquantum eſt perfectum.*

Poſtremò notandum eſt veram, & propriè dictam paſsionem, quæ de ſubiecto probatur in ſciétia, duplicem eſſe; vnam ſcilicet realem, alteram verò demonſtrabilem. Paſsio realis quatuor exigit conditiones. Prima eſt, vt ſit accidens reale. Dico accidens, quia ſubſtantia nunquam poteſt eſſe verè paſsio. dico reale, quia, ſi talis non ſit, paſsio quidem eſſe poterit, ſed realis non erit. Secunda conditio eſt, vt diſtinguatur realiter à ſubiecto; nam, ſi vnum ſit cum eo, iam non paſsio, ſed illius erit eſſentia, aut aliquid eſſentiæ illius. Tertia eſt, vt per ſe, & adæquatè conſequatur naturam ſubiecti. Quarta eſt, vt ſubiectum non ſit de intrinſeca ratione, & de eſſentia illius proprietatis, quæ eius paſsio dicitur. nam, vt docet Ariſt. 1.poſter.cap.18.& 7.metaphyſ.tex.18.ſubiectum non ingreditur diffinitionem paſsionis, vt eſſentiale, & intrinſecum, ſed vt additum. Paſsio verò

A demonſtrabilis duas tantùm exigit conditiones. Prior eſt, vt ratio ſubiecti ratione, ſiue conceptione habente fundamentum in re præcedat rationem paſsionis. Cuius ratio eſt, quia ſubiectum ingreditur diffinitionem paſsionis; neceſſe eſt igitur, vt ſubiectum conceptione præcedat. Poſterior verò conditio eſt, vt per ſe, & adæquatè conſequatur rationem ſubiecti, alioquin ſcibilis non eſſet, nec demonſtrabilis.

Paſsionis demonſtrabilis conditiones. Caiet.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio: Perfectio cuiuslibet rei præciſè ſumpta non eſt proximum fundamentũ

B appetibilitatis. Dico præciſè ſumpta; quia, ſi ſumatur cum ratione perfectiui, ſic formaliter bonitas eſt, quæ proximum eſt appetibilitatis fundamentum, vt ſic affirmat Caiet. Patet hæc concluſio ex quarto notabili.

Secunda concluſio: Bonitas formalis, quæ cum ente conuertitur, nó eſt idem formaliter quod integritas, & perfectio rei, nec relatio, aut ratio cõuenientiæ, vel integritatis ex pluribus, quæ ſit inter ea, quæ ad integritatem conueniunt, & quæ ipſam quoque rei eſſentiam quodámodo reſpiciat, tanquam conſumatam, & perfectam. Hæc concluſio ſatis probata eſt in quarto notabili, & pro ſe-

C cunda parte faciunt argumenta, quibus probatur ſexta concluſio.

Et probatur etiam prima pars primò: Quoniã Integritas addita alicui rei non affert illi nouam rationem formalem; ſed rei tantum ſub eadem ratione formali perfectionem, & complementum adiungit; Ergo integritas entis, vt ens eſt, non addit enti nouam rationem formalem ab entis ratione diſtinctam, ſed ipſum ens complet ſub eius propria ratione formali, prout ſcilicet dicit ordinem ad eſſe. Secundò: Quoniam ens perfectum, & imperfectum, completum, & incompletum, inte-

D grum, & non integrum non differunt, niſi ſecundũ magis, & minus ſub eadem ratione formali; Ergo integritas entis non addit enti rationem formalẽ boni, ſed perficit ens ſub ratione formali entis. Et confirmatur: Quia integritas ſubſtantiæ ſumitur ex principio, aut principijs ſubſtantiæ conſtitutiuis, dicitur enim integra ſubſtantia, quatenus habet ea, quæ ad eius conſtitutionem in eſſe ſubſtantiæ pertinẽt; Ergo ſimiliter dicitur ens integrum, quatenus habet integrè id, quod conſtituit ipſum in eſſe entis, vt ens eſt; Ergo integritas non addit nouã rationem formalem ſuper ens. Deindè probatur altera pars negans bonitatem, eſſe relatio-

E nem integritatis ex pluribus: Quia hæc integritas non dicit perfectionem ſimpliciter, ſed tãtùm in rebus compoſitis; Ergo bonitas transcendens non eſt hæc integritas, & multò minus relatio integritatis, quæ nullam dicit perfectionem: Immò ſi ſermo ſit de bonitate ſpecialiter conueniente compoſito, non conſiſtit in ea relatione integritatis: Nàm hæc relatio integritatis ex alijs denotat, quod ipſum compoſitum ex partibus illud componentibus perficiatur, non autem, quod per ipſum compoſi-

compoſitum partes perficiantur; Ergò talis relatio non conſtituit formaliter rationem boni in ipſo compoſito; Conſequentia patet ex prædictis; Quia ratio boni eſt ratio perfectiui, non autem eius, quod ab alio perficitur.

Dicit abſolutum, & connotat relationẽ.

Tertia concluſio. Bonitas formaliter conſiſtit in rei perfectione, non præcisè, ſed quatenus alterius eſt perfectiua per modum finis, vel medij ducentis ad finem. Hæc eſt D.Thom. in ſuperius allegata q.21.de ver.art.1. quæ probata remanet ex dictis in dicto quarto notabili.

Quarta concluſio. Nomine bonitatis connotatur relatio perfectiui ad perfectibile. Probatur; quia, licèt perfectiuum formaliter dicat abſolutum, ſicut etiam conueniens, non eſt tamen intelligibile ſine relatione ad perfectibile, quatenus perfectibile eſt, igitur nomen perfectiui dictam relationem connotat. Quod verò perfectiuum formaliter dicat abſolutum, ex eo patet, quòd eſſe alterius perfectiuum formaliter dicit perfectionem, perfectio autem non eſt formaliter relatio, nam relatio abſtrahit à perfectione, & imperfectione. Quod verò perfectiuum non poſsit abſque relatione concipi; probatur: quia perfectiuum, & perfectibile relatiua ſunt ſecundũ dici, ſicut ſcientia, & ſcibile, cõſtat autem talia relatiua eſſe quidem formaliter abſoluta; ſed tamen concipi non poſſe ſine relatione; Igitur relatio per talium entium nomina connotatur. Et ſi quis dixerit, relationem hanc idem eſſe, quod relatio appetibilis, non repugno.

Deus eſt bonus, vt eſt perfectiuus per modum finis.

Quinta concluſio. Deus eſt bonus, quatenus perfectiuus eſt per modum finis, tam ſuæ operationis, quàm aliarum rerum. Deum eſſe ſuæ operationis finem apertè docent ſacræ litteræ. Prou. 16. *Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt dominus.* Quomodo verò Deus ſit ſuæ operationis, ſiue actionis finis explicauimus infra q.19. artic.2. & non nihil etiam dicemus quæſt.44.art.4. vbi vidẽdus eſt Caiet. & Banneſ. & loquitur concluſio de operatione Dei, tam immanente, quàm tranſeunte; Immanentem autem Dei operationem ad Deũ ipſum tanquam finem ordinari non intelligimus formaliter, & actualiter; ſed virtualiter tantum: in hoc videlicet ſenſu; vt ſi Deus clarè viſus, & amatus ab ipſo Deo haberet viſionem, & dilectionem à ſeipſo diſtinctam, illius finis eſſet Deus. Vel dici poteſt Deus eſſe omnis ſuæ operationis finis, quo ad id, quod maximè, & præcipuè attenditur in fine, ſcilicet quo ad rationem volendi, quæ eſt Deus ipſe, ſiue eius eſſentia, & bonitas: nam reliquæ conditiones conueniunt fini, quaſi materialiter, ſcilicet prout talis eſt, & per accidens, non autem formaliter, vt finis eſt, niſi apprehenſio, & motio metaphorica, quæ realem non exigunt diſtinctionem.

Prou.6.

Sexta concluſio. Bonum non ſignificat formaliter relationem appetibilitatis. Probatur hæc cõcluſio primò; quia omnia appetũt bonum formaliter, tanquam perfectionem, & finem; at relatio non eſt finis, neque perfectio; ergo. Secundò: Bonũ formaliter ſignificat perfectionem, vt ſuperius oſtendimus: at relatio non eſt perfectio; igitur relatio nõ ſignificatur formaliter nomine boni. Alias probationes vide apud ſupra nominatos expoſitores, & præſertim Banneſium, & Suarezium, à quibus etiam probatur poſterior pars ſecundæ noſtræ concluſionis.

A

Banneſ. Suarez.

Septima concluſio. Bonum in ſuo conceptu formali dicit perfectionem abſolutam, ad quam, vt ex proximo fundamento ſequitur relatio ad appetitum. Hæc concluſio efficaciter probatur à Banneſio, & Zumello; ad quos lectorem remittimus, & ſequitur etiam euidenter ex dictis.

Banneſ. Zumel.

Vltima concluſio. Bonum eſt verè, & propriè entis affectio, ſiue paſsio, non realis, ſed demonſtrabilis. Probatur ex conditionibus neceſſariò requiſitis ad vtrumq; paſsionis genus: ex quibus illæ ſolæ bono conueniunt, quæ ad demonſtrabilẽ paſsionem requiruntur, vt patet diſcurrendo per ſingulas.

B

Argumenta, & ſolutiones.

Molin.

Contra ſecundam concluſionem argumentatur Molina primò: S.Thom. hic ait idem eſſe bonum, quod perfectum, & ab entitate in actu dici aliquid perfectum. Et Dionyſ. tum alibi, tum 4.cap. de diuin.nom. eiuſdem eſt ſententiæ, ait enim idem eſſe bonum, & pulchrum, omniaq; appetere bonum, & pulchrum, nihilq; eſſe eorum, quæ ſunt, quòd boni, & eius, quod pulchrum eſt, non ſit particeps. His addit Ferrarienſem, primo con. gent.cap.37. & Iauellum in tractatu de tranſcendentibus, capit.6.

C

Ferrarien. Iauellus.

Reſpondetur: D.Thom. & Dionyſ. ea loquendi forma ſignificare tantùm realem identitatem boni cum perfecto, & pulchro, non autem formalẽ, de qua loquitur concluſio noſtra, & eodem modo intelligenda ſunt, quæ dicunt Iauellus, & Ferrar. qui, vt patet ex ſupradictis, declarat ſe cũ D.Tho. loqui iuxta ſenſum tertiæ concluſionis.

Secundò: Gen.1.dicitur. *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valdè bona,* hoc eſt perfecta, vt natura cuiuſque poſtulabat; igitur bonum idem eſt formaliter, quod perfectum.

D

Reſpondetur: opera Dei non ea ratione præcisè eſſe valdè bona, qua vnumquodq; in ſeipſo perfectum eſt, vt exponit Molina; ſed ob id præcipuè, quòd rationem habent perfectiui, modo ſuperius expoſito.

Contra eandem concluſionem argumentatur Vaſquez cap.5. Primò: S.Thom. in hoc art. inquit bonum eſſe, quòd omnia appetunt; vnumquodq; verò appetitur, ſecundùm quòd eſt perfectum, & in ſolutione ad primum (inquit.) *ſed bonum dicit rationem perfecti.* & paucis interiectis. *Vnde quod eſt vltimo perfectum, dicitur bonum ſimpliciter, &c.* igitur, cum ait bonum dicere rationem appetibilis, non intelligit denominationẽ relatiuam à potentia appetente, nec relationem conuenientiæ; ſed rationem perfecti; in qua fundatur præcipuè, & ex qua prouenit, vt res aliqua appetatur: & in artic.5. colligit rationem boni, quæ in perfectione poſita eſt, conſtare modo, ſpecie, & ordine; igitur idem

Vaſquez.

E

idem eſt apud D.Thom. bonitas entis, & integritas illius ex his omnibus perfecta.

Reſpondetur: ſub nomine perfecti D. Thom. comprehendere etiam rationem perfectiui, vt ſupra diximus cum Ferrarienſi. Ad id verò, quod additur ex quinto articulo; reſpondetur ex Caietano ibidem: rationem boni conſiſtere in tribus illis, nimirum, modo, ſpecie, & ordine, non vt in partibus eſſentialibus; ſed, vt in partibus integralibus: non ſuæ rationis; ſed materiæ, vt latius explicauimus in dicto articulo. Itaque ratio boni neq; formaliter eſt relatio, neque eſt ratio perfectionis præciſè; ſed ratio perfectiui: propter quam cauſã benè dixit Caiet. bonum eſſe fundamentum proximum appetibilis, non autem perfectum.

Caiet.

Caiet.

Secundò. Si alicui rei deſit quidquam, ex iis, quę ad eius integritatem conuenire debent, ex illius defectu dicitur, & eſt mala; non quia alteri diſcõueniens ſit; ergo bonitas rei in eius integritate cõſiſtit. Antecedens probatur: quia, ſi res, ideo diceretur mala, quia eſt alteri diſconueniens, non diceretur abſolutè; ſed quibuſdam mala; quia nulla res eſt, quæ omnibus aliis diſconueniens ſit. Secundò, quia Aug. de natura boni capitulo quarto, ſic ait: *Malitia nihil aliud eſt, quam corruptio modi, vel ſpeciei, vel ordinis*.

Reſpondetur, quod malum conſurgit ex ſingularibus defectibus bonũ autem ex integra cauſa; & ideò res dicitur malũ ex defectu cuiuslibet ad eius integritatem requiſiti; nec tamen ſequitur; ergo ratio bonitatis in integritate conſiſtit. Ad probationem autem antecedentis negatur ſequela: nam ad hoc, quod res ſit abſolutè mala, ſatis eſt, vt illis non conueniat, quibus ex ſuo genere nata eſt conuenire; quamuis pluribus aliis congruat: vt patet de boue claudicante, qui non eſt aptus agriculturæ, cum tamen illius carnes idoneæ ſint ad alendum, & eius corium ad tegendum.

Secundò dico nullam rem eſſe abſolutè, id eſt omnibus modis malam; alioquin nihil eſſet: nam, vt inquit Dionyſ. malum, ſi fuerit integrum, deſtruet ſemetipſum, quamuis poſſit eſſe abſolutè, id eſt ſine addito mala, quia ſcilicet debita caret perfectione, & conſequenter etiam ratione perfectiua reſpectu eorum, quæ per eam nata ſunt perfici.

Dionyſ.

Denique reſpondeo, nullam rem eſſe abſolutè malam per priuationem bonitatis eſſentialis; quę eſt bonitas ſecundum quid, quæ eſt paſſio entis cum eo conuertibilis: nam, ſi bonitate careat eſſentiali, iam non erit res, ſed nihil. Dictum autem Auguſt. intelligendum eſt cauſaliter, quia ſcilicet ex horum corruptione, quæ ſunt partes materiæ boni, ſequitur corruptio boni formaliter ſumpti.

Contra eandem concluſionem argumentatur Suarez, & probat bonum addere ſuper ens ſolum rationem conuenientiæ, quæ non eſt relatio, ſed connotat ſolùm denominationem conſurgentem ex coexiſtentia plurium integrantium aliquod vnum. Primò: Quia bonitas non eſt relatio rationis, nec realis; neque abſolutum quid additum enti, nec perfectio præciſè ſumpta; quia ſic bonũ

Suarez.

A non eſſet paſsio entis, ſed eius eſſentia; quia nihil eſt magis eſſentiale enti reali, quàm habere aliquid perfectionis; ergo bonum ſupra ens addit ſolùm dictam rationem conuenientiæ.

Reſpondetur: Nullam eſſe conſequentiam; nam bonum dicit rationem perfectiui alterius per modum finis, vt ſupra diximus cum D. Thom. quam rationem non recenſuit Suarez in argumento.

Secundò. Quia ſic bonum non erit ſynonimum, enti, & hoc dicendi modo ſoluuntur obiecta contra alias ſententias.

Reſpõdetur bonũ verè nõ eſſe ſinonymũ enti; nã licet eandẽ rẽ ſignificet, illam tamẽ exprimit
B ſub alia ratione formali, nimirũ ſub ratione perfectiui cum relatione rationis ad appetitum. Secundo dico longè melius vim obiectorum contra ſententias nobis aduerſas ſuſtineri ſtatuendo bonitatem formaliter in ratione perfectiua conſiſtere.

Tertio probat inductione, in omnibus bonis, bonum connotare dictam conuenientiam: Nam bonum honeſtum ex omnium ſententia dicit bonum, quod per ſe eſt conueniens naturæ rationali, vt ſic; bonum item delectabile nihil aliud eſt, quã bonum habens conuenientiam cum natura ſenſibili, vt Caiet. latè tractat 1.2.q.32.art.1. explicãs quomodo id non ſit relatio, ſed ipſa res, vt accom
C modata tali naturæ, id eſt, vt habens cum ea proportionem, & fundamentalem cõnexionem: quod idem reperitur ſuo modo in bono vtili, quod ſolũ dicit bonum aptum, & accommodatum ad finem intentum. Rectè igitur conuenientia, quam dicit bonum, prædicto modo declaratur.

Reſpondetur: hoc argumento probari tertiam noſtram concluſionem nimirum bonum formaliter conſiſtere in rei perfectione, quatenus eſt alterius perfectiua per modum finis, vt bonum honeſtum, & delectabile; vel per modum medii ducentis ad finem, vt bonum vtile.

Contra tertiam concluſionem argumentatur
D Molina. Molina.

Primò: Communis ſententia patrum, atq; doctorum affirmat malum opponi bono priuatiuè, & malum nõ eſſe aliud, quàm priuationem boni, atque entitatis debitæ ineſſe; & planè loquuntur apertè de bono tranſcendente, & malo illi oppoſito; at bonum, vt eſt obiectum voluntatis, & vt eſt idem, quod conueniens, & malum, vt eſt idem, qd diſconueniens, non opponuntur, vt priuatiua, vt ſatis eſt perſpicuum; ergo.

Reſpondetur: Bonum opponi malo, vt poſitiuũ priuatiuo, non ratione vltimi complementi bonitatis; ſed ratione clauſæ perfectionis, quæ eſt per
E formam, cui opponitur priuatio debitę perfectionis, & formæ. Secundò reſpondatur: bonum etiam ratione ſui complementi, quod eſt eſſe alterius perfectiuum, opponi malo eadem oppoſitione, quæ primò, & radicaliter conuenit perfectioni, & oppoſitæ imperfectioni; ſed quaſi ſecundariò, & cõſequenter deriuatur in rationem perfectiui, & in eius oppoſitum: Nam, quemadmodum omnem perfectionem ſequitur ratio perfectiui, vt ſupra deduximus, ita omnem priuationem perfectionis ſequitur

Bonũ q̃uo opponatur malo.

ſequitur priuatio perfectiui eidem oppoſita priuatiuè. Sicut igitur bonum in ſui ratione perfectionem includit alterius perfectiuam, ita malum priuationem includit perfectionis, & perfectiuitatis (vt ita loquar) in ordine ad alterum. Ad argumentum itaque dico: falſam eſſe minorem, ſi ſumatur diſconueniens priuatiuè, ſi verò ſumatur poſitiuè, non rectè ſubſumitur, nec eſt ad propoſitum, & falſum ſupponit, nimirum conuenienti nõ opponi, niſi diſconueniens poſitiuè, cum prius, & melius eidem opponatur non conueniens priuatiuè.

Alia eiuſdem expoſitoris, & Suarezij, ac aliorũ recentiorum argumenta militant contra ſententiam Durandi, & eorum, qui dicebant rationem formalem boni conſiſtere in relatione conuenientiæ. Nos autem dicimus rationem illam conueniẽtiæ, ſiue perfectiuitatis, in qua formalis ratio boni conſiſtit, non eſſe relationem realem, aut rationis; ſed eſſe rationem abſolutam, ad quam conſequitur relatio, quæ nomine conuenientiæ abſolutè dictæ connotatur, & eodem etiam nomine ſecunda quadam impoſitione ſignificatur.

Contra quintam concluſionem poſſent adduci argumentum Suarezij contra Durandum, quia Deus ab æterno bonus eſt bonitate tranſcendentali, & tamen nulla fuit ab æterno creatura, cui diceretur conueniens; ergo. *Suarez.*

Reſpondetur: Nullam eſſe conſequentiam; nã, cum hęc ratio conuenientis, ſiuè perfectiui ſit abſoluta, non eſt neceſſe, vt terminum habeat actu exiſtentem: ſed quemadmodum Deus ab æterno dicitur omnipotens, quia poteſt omnia factibilia; ita dicitur bonus, quia perfectiuus eſt; ideſt poteſt perficere ad modum finis omnem producibilem creaturam.

Contra eandem argumentatur Vaſquez. Magis neceſſarium eſt Deum eſſe, quàm poſſibiles eſſe creaturas, adeo vt Deus etiam eſſet, ſi non eſſent poſſibiles creaturæ; ergo eadem ratione Deus bonus eſſet, etiam ſi poſſibiles non eſſent creaturæ; quia in Deo eadem eſt neceſſitas eſſe, & bonitatis; igitur Deus non eſt bonus; quia creaturis cõueniens eſt; ſed è contra; quia bonus eſt in ſe, ideo conueniens eſt, & bonus creaturis. *Vaſquez.*

Reſpondetur primò: falſum eſſe antecedens; nã creaturæ non ſunt poſſibiles, niſi per actiuam Dei potentiam, quæ eiuſdem eſt neceſsitatis cum eſſe Dei. Secundò reſpondetur: implicare contradictionem Deum eſſe, & creaturas non eſſe poſſibiles: nam in ratione Dei includitur omnipotentia. Tertiò dico: quod ſi creaturæ non eſſent poſſibiles, Deus eſſet bonus quo ad illud abſolutũ, quod importatur nomine bonitatis: ſicut etiam eo caſu poſito diuina eſſentia non eſſet idęa, niſi quo ad abſolutum. *Implicat Deum eſſe, & tamẽ creaturas nõ eſſe poſſibiles.*

Contra ſextam concluſionem ſunt plura argumenta, & ſolutiones apud Banneſ. & Zumell. quos vide, ſi placet. *Bannes. Zumellus.*

Contra vltimam concluſionem nulla producit recentiores alicuius valoris argumenta: nam, quę aduerſus hãc concluſionem poſſent militare, iam

A in præcedentibus ſoluta ſunt, & quę profert Molina, probant priorem partem noſtræ concluſionis; videlicet, bonum nõ eſſe paſſionem entis realem. *Molina.*

ARTICVLVS II.

Vtrum bonum ſecundùm rationem ſit prius quàm ens.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd bonum ſecundum rationem ſit prius, quàm ens. Ordo enim nominum eſt ſecundùm ordinem rerum ſignifica- *1. d. 17. q. 1. art. 3. & 3. cõ. cu. Et ver. q. 20. art. 3. Et Dionyſ. 3. col. 1.*

B tarum per nomina. Sed Dionyſ. inter alia nomina Dei primò ponit bonum, quàm ens, vt patet in tertio capitulo, de diuin. nomin. ergo bonum ſecundùm rationem eſt prius, quàm ens. *Cap. 3. in princ.*

Præterea: Illud eſt prius ſecundùm rationem, quod ad plura ſe extendit: ſed bonum ad plura ſe extẽdit, quàm ens: quia, vt dicit Dionyſ. 5. cap. de diuin. nom. Bonum ſe extendit ad exiſtentia, & non exiſtentia; ens verò ad exiſtentia tantùm; ergo bonum eſt prius ſecundùm rationem, quàm ens. *cap. 5. p. rti. à princ.*

C 3 Præterea: Quod eſt vniuerſalius, eſt prius ſecundùm rationem; ſed bonum videtur vniuerſalius eſſe, quàm ens, quia bonum habet rationem appetibilis; quibuſdam autem appetibile eſt ipſum non eſſe: dicitur enim Matth. 26. de Iuda; Bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet, &c. ergo bonum eſt prius, quàm ens, ſecundùm rationem.

4 Præterea: Non ſolùm eſſe eſt appetibile; ſed & vita, & ſapientia, & multa huiuſmodi: & ſic videtur, quòd eſſe, ſit quoddam particula-

D re appetibile, & bonum vniuerſale; bonum ergo ſimpliciter eſt prius ſecundùm rationem, quàm ens.

Sed contra eſt, quod dicitur in lib. de cauſis, quòd prima rerum creatarum eſt eſſe. *Propoſit. 4 inter opera Ariſto. tomo 3. D. 558.*

Reſpondeo. Dicendum, quòd ens ſecundũ rationem eſt prius, quàm bonum. Ratio enim ſignificata per nomen eſt id, quod concipit intellectus de re, & ſignificat illud per vocem; illud ergo eſt prius ſecundùm rationem, quod prius cadit in conceptione intellectus; Primò autem in conceptione intellectus cadit ens;

E quia ſecundum hoc, vnum quodque cognoſcibile eſt, inquantum eſt actu, vt dicitur in 9. metaph. vnde ens eſt proprium obiectum intellectus; & ſic eſt primum intelligibile, ſicut ſonus eſt primum audibile: ita ergo ſecundum rationem prius eſt ens, quàm bonum.

Ad primum ergo dicendum, quòd Dionyſ. determinat, de diuin. nomin. ſecundum quod important circa Deum habitudinẽ cauſæ; nominamus *Cap. 1. & 3 de diu. no.*

minamus enim Deum, vt ipſe dicit, ex creaturis, ſicut cauſam ex effectibus; bonum autē, cum habeat rationem appetibilis, importet habitudinem cauſæ finalis, cuius cauſalitas prima eſt, quia agens non agit, niſi propter finē, & ab agente materia mouetur ad formam; vnde dicitur, quòd finis eſt cauſa cauſarum.

18 Et ſic in cauſando bonum eſt prius, quàm ens, ſicut finis, quàm forma; & hac ratione inter nomina ſignificantia cauſalitatem diuinā, prius ponitur bonum, quàm ens. Et iterum; quia ſecundùm Platonicos, qui materiā a priuatione non diſtinguentes dicebant, materiā eſſe non ens, ad plura ſe extendit participatio boni, quàm participatio entis; nā materia prima participat bonum, cùm appetat ipſum; nihil autem appetit, niſi ſimile ſibi: non autem participat ens, cùm ponatur non ens.

Et ideo dicit Dionyſ. quòd bonum extenditur ad non exiſtentia.

Cap. 5. de diu. nom. parum à principio.

Vnde patet ſolutio ad ſecundum; vel dicēdum, quòd bonum extenditur ad exiſtentia, & non exiſtentia, nō ſecundùm prædicationem, ſed ſecundùm cauſalitatem; vt per non exiſtētia intelligamus, non ea ſimpliciter, quæ penitus non ſunt; ſed ea, quæ ſunt in potentia, & non in actu; quia bonum habet rationem finis, in quo non ſolùm quieſcunt, quæ ſunt in actu; ſed ad ipſum etiam ea mouentur, quæ in actu non ſunt, ſed in potentia tantùm; ens autem non importat habitudinem cauſæ, niſi formalis tantùm, vel inhærentis, vel exemplaris, cuius cauſalitas non ſe extendit, niſi ad ea, quæ ſunt in actu.

19 Ad tertium dicendum, quòd non eſſe ſecundùm ſe, non eſt appetibile, ſed per accidens, inquantum ſcilicet, ablatio alicuius mali eſt appetibilis, quod malum quidem aufertur per non eſſe: ablatio verò mali non eſt appetibilis, niſi inquantum per malum priuatur quoddam eſſe.

Illud igitur, quod per ſe eſt appetibile, eſt eſſe; non eſſe verò, per accidens tantùm, inquātum ſcilicet, quoddam eſſe appetitur, quo homo non ſuſtinet priuari; & ſic etiam per accidens non eſſe dicitur bonum.

Ad quartum dicendum, quòd vita, & ſcientia, & alia huiuſmodi ſic appetuntur, vt ſunt in actu; vnde in omnibus appetitur quoddam eſſe, & ſic nihil eſt appetibile, niſi ens, & per conſequens nihil eſt bonum, niſi ens.

A *Senſus quæſiti.*

Titulum explicat Caietanus, quem ſequitur Iauellus: ſed ſatis etiam explicatur in corpore. Sylueſter autem ex defectu intelligentiæ terminorum Caietanum impugnat; nec expedit in re perſpicua declaranda, verba profundere.

Forma Textus.

Concluſio eſt: Ens ſecundum rationem eſt prius, quàm bonum.

Probatur: Illud eſt prius ſecundum rationem, quod B *prius cadit in conceptione intellectus; at primò in conceptione intellectus cadit ens; ergo ſecundum rationem prius eſt ens, quàm bonum. Maior probatur; quia ratio ſignificata per nomen eſt id, quod concipit intellectus de re, & ſignificat illud per vocem; ergo illud eſt prius ſecundùm rationem, quod prius cadit in conceptione intellectus. Minor autem probatur: Quia ens eſt primum intelligibile; ſicut ſonus eſt primum audibile, ergo. Antecedens probatur: Quia vnumquodque eſt cognoſcibile, inquantum eſt actu, vt dicitur primo Metaphyſ. ergo ens eſt proprium obiectum intellectus, & ſic eſt primum intelligibile.*

C

Controuerſia vnica:

Quomodo verum ſit ens eſſe prius bono ſecundum rationem.

Aſſertur ſolutio Caietani, & impugnatio Vaſquezij, & defenditur Caietanus.

Dubitatio Caiet.

Dubitationem mouet Caietanus de ſenſu illatæ concluſionis: Nam, vel S. Doct. intendit inferre ens eſſe prius ordine rationis ſecundùm ſe, aut quo ad nos. Si ſecundùm ſe, pugnat cum ſupradictis, in quæſtione tertia, artic. quin- D to; vbi dicitur nihil eſſe prius Deo, neque ſecundùm rem, neque ſecundùm rationem. Admiſſo autem hoc ſenſu ſequitur aliquid eſſe Deo prius ſecundùm rationem, ſiue ſecundùm intellectum; quia ſi ens eſt primum intelligibile, ſicut ſonus eſt primum audibile, oportet cætera eſſe poſteriora intelligibilia, vt patet ex primo poſteriorū. Quod enim primò conuenit alicui, cæteris conuenit ratione illius. Si quo ad nos, tunc non ſatisfit quæſito: dubitatur enim, an ratio entis ſecundùm ſe ſit prior ratione boni; non autem, an quo ad nos ſit prior.

Solutio caiet.

Hanc dubitationem ſoluit Caietan. duabus reſponſionibus, ſuſtinēs in vtraque hic D. Thomam E intendere rationem formalem entis eſſe primum intelligibile ſecundùm ſe, & eſſe priorem ſecundùm ſe ratione formali boni. Vaſquez autem exiſtimat nullum eſſe prioritatis ordinem ſecundùm ſe inter dictas duas rationes formales; atque ideo neutram ſecundùm ſe eſſe prius intelligibilem, quàm alia, ſed reſpectu tantùm intellectus noſtri diſtinguentis rationem entis, & boni. Ex quo ſic argumentatur aduerſus ex-

Vaſquez impugnat Caietanū.

Digitized by Google

poſitiones Caietani. Ex articulo primo conſtat ens, & bonum eſſe idem ex natura rei; ergo S. Th. inquirere non potuit: quodnam illorum ex natura rei prius eſſet. Probatur conſequentia; quia ordo prioris, & poſterioris diſtinctionem neceſſariò poſtulat inter ea, quæ ordinata ſunt; igitur talis debet eſſe ordo, qualis eſt diſtinctio eorum, quæ ordinem habent: Ait itaque prædictus expoſitor, quæſtioni propoſitæ optimè reſponderi, dicendo rationem entis priorem eſſe, quàm rationem boni in quacunque re, etiam in Deo; nam de quacunq; re prius intelligimus entitatem illius, quàm id, quod illi conuenit per modum affectionis, ſiuè paſſionis, aut proprietatis; qualis eſt ratio boni, & perfecti.

Defenditur Caiet.

Sed hic dicendi modus (ni fallor) in vera metaphyſica falſus eſt, nec penetrat ſubtilitatem Caietani, quam vt ſuperfluam reijcit: Nam rationes formales entis, & boni nominibus ſignificatæ (de ente, & bono creato loquimur) non diſtinguuntur ſola ratione ex parte noſtri, nec tantùm ratione habente fundamentũ in re ſimpliciſsima, & eminentiſsima, qualis eſt Deus, ſiue Deitas; cuius perfectiones non ſunt formaliter diſtinctæ, aut ordinatæ, ſecundùm ſe; ſed tantùm ſecundùm rationẽ noſtram habentem in re illa ſimpliciſſima fundamentum, modo ſuperius pluries explicato; ſed diſtinguuntur ratione habente fundamentum in re metaphyſicè compoſita ex eſſe, & eſſentia, quæ diſtinctio formalis eſt aliquo modo actu, abſq; intellectus conſideratione: Dixi aliquo modo, quia ratio entis, & ratio boni non ſe mutuo excludunt: nam ratio boni claudit ſemper intrinſecè rationẽ entis, ratio verò entis non claudit intrinſecè rationem boni. Vnde entia Mathematica, vt ſic, non ſunt bona, vt dicitur in ſequenti articulo, & patet etiam ex dictis in articulo præcedente: nam ratio entis, vt ſic, ſecũdùm ſe non eſt ratio perfectiui, aut conuenientis. Quamuis enim in re idẽ ſint realiter ens, & perfectiuum, ratio tamen illa formalis, quæ entis nomine ſignificatur, ita exercet, (vt ita dicam) actum eſſendi, vt non exerceat actũ perficiendi, qui pertinet ad rationem perfectiui; quo fit, vt quidam exiſtiment bonũ, & ens in creaturis inter ſe diſtingui ex natura rei; vt etiam annotauit Bannes in artic. præcedente.

Soluitur argumentum Vaſquezij.

Ad argumentum itaq; Vaſquezij reſpõdetur: falſum eſſe antecedens, ſi nomine identitatis ex natura rei eã intelligat, cui opponitur diſtinctio formalis ex natura rei maior diſtinctione rationis quo ad nos: nam S. Thom. in articulo præcedẽte, & alibi per diſtinctionẽ rationis intellexit omnem diſtinctionem, quæ non eſt realis; opponit. n. diſtinctionem identitati reali, quæ eſt inter ens, & bonum.

Proponitur, & reijcitur alia ſolutio Iauelli, & Bannezij.

EAndem difficultatem alio modo ſoluunt Iauellus, & Bannes, dicentes D. Thomam hic loqui de ente, & bono, prout includunt ens increatum, & bonum increatum; ſed comparationem eſſe inter rationem boni, & entis eiuſdem ordinis; adeo vt in vnaquaq; re prior ſit ratio entis, quàm boni, etiam in Deo ipſo; qui prius intelligitur, vt ens, quàm, vt bonus, quia bonum fundatur in eſſe; Nõ autem fieri comparationem inter eſſe Dei, & ens in communi, vt intellexit Caietanus. Sed ex prædictis facilè reijcitur hæc expoſitio: nam cum in Deo non ſit compoſitio illa Metaphyſica eſſentiæ, & eſſe, non poſſunt in eo rationes formales entis, & boni ſecundùm ſe, ſed fundamentaliter tantùm eſſe diſtinctæ; iam autem diximus hic ſermonem eſſe de ordine, & diſtinctione formali dictarum rationum ſecundùm ſe. Præterea, cum ens, & bonum non habeant niſi vnitatem analogicam reſpectu ſuorum inferiorum, idem eſt dicere rationem formalem entis ſecundùm ſe præcedere rationem formalem boni, & rationem formalem entis in vnaquaq; re præcedere rationem formalem boni; quia ratio entis non eſt vna ſimpliciter, nec præſcindit à particularibus entium rationibus, vt infra quæſt. 13. in ſpeciali cõtrouerſia defendimus contra recentiores. Cum igitur ratio entis abſolutè non ſit prior Deo, aut eius bonitate ſecundùm rationem à parte rei, neque erit prior eodem modo in ipſo Deo; ſed vnum formaliter cum ipſa Deitate. In cæteris, autem entibus ſaluatur ordo prædictus.

ARTICVLVS III.

Vtrum omne ens ſit bonum.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd non omne ens ſit bonum. Bonum enim addit ſupra ens, vt ex dictis patet. Ea verò, quæ addũt aliquid ſupra ens, contrahunt ipſum: ſicut ſubſtantia, quantitas, qualitas, & alia huiuſmodi; ergo bonum contrahit ens; non igitur omne ens eſt bonum. 27

1. cont. cap. 37. 38 & 49. li. 3. c. 20. & ver. q. 21. art. 1. & 5. Art. 1. huius quæſt.

2 Præterea: Nullum malum eſt bonũ Iſa. 5. Væ qui dicitis malum bonum, & bonũ malum; ſed aliquod ens dicitur malum; ergo non omne ens eſt bonum.

3 Præterea: Bonum habet rationem appetibilis: ſed materia prima nõ habet rationẽ appetibilis, ſed appetentis tantùm; ergo materia prima non habet rationem boni; non igitur omne ens eſt bonum.

4 Præterea: Philoſophus dicit in tertio metaphyſ. quòd in mathematicis non eſt bonum; ſed mathematica ſunt quædam entia, alioquin de eis non eſſet ſcientia; ergo non omne ens eſt bonum.

3. metaph. tex. 4 10.

Sed contra: Omne ens, quod non eſt Deus, eſt Dei creatura; ſed omnis creatura Dei eſt bona, vt dicitur 1. ad Tim. 4. cap.

Deus

by Google

Deus verò eſt maximè bonus; ergo omne ens eſt bonum. A

Reſpondeo. Dicendum, quòd omne ens, inquantum eſt ens, eſt bonum.

Omne enim ens, inquantum eſt ens, eſt in actu, & quodammodo perfectum, quia omnis actus perfectio quædam eſt: perfectum verò habet rationem appetibilis, & boni, vt ex dictis patet: vnde ſequitur, omne ens, inquantũ huiuſmodi, bonum eſſe. Art. 1. huius quæſt.

Ad primum ergo dicendum, quòd ſubſtãtia, quãtitas, & qualitas, & ea, quæ ſub eis cõtinentur, contrahunt ens, applicando ens ad aliquam quidditatem, ſeu naturam; ſic autem non addit aliquid bonum ſuper ens, ſed rationem tantùm appetibilis, & perfectionis, quod conuenit ipſi eſſe, in quacunque natura ſit; vnde bonum non contrahit ens. B

Ad ſecundum dicendum, quòd nullum ens dicitur malum, inquantum eſt ens: ſed inquantum caret quodam eſſe; ſicut homo dicitur malus, inquantum caret eſſe virtutis, & oculus dicitur malus, inquantũ caret acumine viſus.

Ad tertium dicendũ, quòd materia prima, ſicut non eſt ens, niſi in potentia, ita nec bonũ, niſi in potentia. C

Licèt ſecundùm Platonicos dici poſſit, q̃d materia prima eſt non ens propter priuationem adiunctam: ſed tamen participat aliquid de bono, ſcilicet ipſum ordinem, vel aptitudinem ad bonum; & ideo non conuenit ſibi, ꝙ ſit appetibile, ſed quòd appetat.

Ad quartum dicendum, quòd mathematica nõ ſubſiſtunt ſeparata ſecundùm eſſe; quia ſi ſubſiſterẽt, eſſet in eis bonum, ſcilicet ipſum eſſe ipſorum; ſunt autem mathematica ſeparata ſecundùm rationem tantùm, prout abſtrahunt, à motu, & à materia: & ſic abſtrahunt à ratione finis, qui habet rationem mouentis. Non eſt autem inconueniens, quòd in aliquo ente ſecundùm rationem non ſit bonum, vel ratio boni, cùm ratio entis ſit prior, quàm ratio boni, ſicut ſupra dictum eſt. b 424 D Ar. præced.

Forma Textus.

C*onclusio eſt: omne ens, inquantum ens, eſt bonũ. Probatur: Omne ens, inquantum ens, eſt perfectum; At perfectum habet rationem appetibilis, & boni; ergo omne ens, inquantum huiuſmodi, bonum eſt. Maior probatur: quia omne ens, inquantum ens, eſt in actu; at omnis actus perfectio quædam eſt; ergo omne ens, inquantum ens, eſt perfectum. Minor patet ex dictis in primo articulo.* E

Expoſitio textus.

ADuertè hic maiorem propoſitionẽ, & eius probationem intelligendam eſſe de ente participialiter, q̃d ſimpliciter appellat ens: De ente verò nominaliter, quod de rerum eſſentijs, etiam non exiſtentibus, & eorum partibus, puta materia, & forma prædicatur, non eſt propriè vera hæc propoſitio: alioquin materia prima, quià ſecundùm ſe eſt ens, ſecundùm ſe etiam eſſet perfecta, & in actu; ſi tamen limitetur ad ens cõpletum in ſuo genere, vera erit de actu, & perfectione eſſentiæ. Poſſet tamen dici cum D. Thom. in articulo præſenti ad tertium, quod ſicut materia prima ſecundùm ſe non eſt ens, niſi in potẽtia; ita non eſt perfecta, niſi in potentia, nec habet actum, niſi in potentia; & conſequenter neque eſt bona, niſi in potentia: vt ſcilicet eo modo, & gradu, quo ens eſt, eodem etiam modo, & gradu ſit perfecta, ſit in actu, ſit bona. Sed de hoc ſcitè, & amplè diſſerit Ferrarienſis in tertio contra gent. cap. vigeſimo, poſt mediũ, ibi: *Circa id, quod dicitur materiam*, &c. ad quem lectorem remittimus. Solum ens participialiter eſt propriè bonum. Eſſentiæ quõ bonæ. D. Thom. Materia prima quõ bona. Ferrarien.

Cur in Mathematicis non ſit bonum.

CIrca reſponſionem ad quartum: Notanda eſt primò forma reſponſionis, ex Caietano ibi. *Secundò in eadem reſponſione*, Deinde circa eiuſdem reſponſionis materiam quatuor, quæ tradit hic Caietanus de mente D. Thomæ, diligenter ſunt obſeruanda. Caiet.

Primum eſt: Mathematica dupliciter ſumi poſſe: Vno modo abſolutè, ſiue materialiter, id eſt ſecũdùm quod ſunt; & ſic idem eſt de eis iudicium, quod de naturalibus, quo ad eſſe, & bonitatem: Nam, quemadmodum naturalia ſunt in materia, ita mathematica abſolutè, ſiue materialiter ſumpta ſunt in materia; ſunt enim accidentia ſecundũ rem ſubiecto, quod eſt ſubſtantia materialis, inhærentia: Alio modo conſiderantur mathematica formaliter, vt mathematica ſunt, id eſt quatenus ſubſunt tali abſtractionis modo; & ſic aliud eſt de illis iudiciũ, & aliud de rebus naturalibus, ſiue etiam metaphyſicis formaliter ſumptis: Nã Metaphyſicalia ſecundùm propriam abſtractionem ſumpta, quatenus, ſcilicet abſtrahunt ab omni materia, ſubſiſtunt in multis indiuiduis, & ſpeciebus ſubſtantiarum immaterialium. Naturalia etiam ſecundùm ſuam rationem formalem, quæ eſt mobilitas, vel ſenſibilitas, ſubſiſtunt: quia omnia eorum indiuidua mobilia ſunt, & ſenſibilia. Mathematica verò formaliter ſumpta, prout ſcilicet abſtrahunt à materia ſenſibili, nullum habent ſingulare ſubſiſtens. Ex qua differentia ſequitur in mathematicis, vt ſic, non eſſe bonum, quod attenditur ſecundùm eſſe. Metaphyſicalia formaliter ſubſiſtunt in multis; non autem Mathematica.

Secundũ eſt: Mathematica ſic abſtracta, & minimè ſubſiſtentia, idcirco non eſſe bona: quia, vt ſic, abſtrahunt à motu, & à materia, & conſequenter

ter à ratione finis,qui habet rationem mouentis, idest cauſantis motum: Nam, cum mathematica ſecundum rem ſint entia naturalia, vt antea diximus,nullum alium nata ſunt habere finem,niſi illum,quem reſpicit motus,& materia. Si itaque à tali fine abſtrahunt; ab omni fine abſtrahere neceſſe eſt; cum alium habere non poſsint.

Tertium eſt ſolutio tacitæ obiectionis, quomodo,ſcilicet poſsibile ſit, in aliquo ente eſſe rationem entis abſque ratione boni, cum ſint idem realiter,& conuertibiliter ens,& bonum.Cui obiectioni reſpondet S.D. dicens nullum eſſe inconueniens in aliquo ente ſecundùm ratione,idest cōſiderationem noſtram non eſſe rationem boni; quia ratio entis prior eſt ratione boni,prout dictū fuit in articulo præcedente. Quomodo verò ſit in mathematicis formaliter ſumptis entis ratio,cum in abſtractione propria non ſint actu, neque potentia, ens verò non dicatur, niſi de eo, quod eſt, vel in actu, vel in potentia, Caietanus explicat dicens,ad hoc, vt aliquid habeat formaliter rationem entis,ſufficere,quòd in ſe ſit tale, vt ei nō repugnet eſſe in rerum natura quocunque modo, ſiue ſecundùm ſuam abſtractionem, ſiue non. Quamuis autem mathematica formaliter, ſumpta, idest in abſtractione propria,non ſubſiſtant, ſiuè ſint in rerum natura, abſolutè tamen ſunt in rebus; quia quantitates illæ,quas conſiderat mathematicus, ſecundùm rem exiſtunt in rebus naturalibus,vt earum accidentia. Et rurſus ſecundùm earum quidditates non repugnat eis exiſtere:Nec abſtractio illis adiuncta repugnantiam affert mathematicis quidditatibus ad exiſtendum aliquo modo; quamuis repugnantiam afferat ad exiſtendum tali modo,ſcilicet abſtractè. Hoc verò ſufficit,vt mathematica formaliter ſumpta poſſint abſolutè,& ſimpliciter entia nuncupari: Non tamen eadem ratione bona dici poterunt;quia ſcilicet non repugnat eis eſſe actu, & eſſe perfectum, ac perfectiuum; hoc enim non ſufficit, vt aliquid habeat rationem boni; ſed requiritur amplius,vt ſumatur in ordine ad eſſe, vel ad finem,quod mathematicis formaliter ſumptis non conuenit, vt ſupra diximus.Rationem igitur entis habent formaliter mathematica, non tamen habent rationē boni,niſi fundamentaliter, vt hic aduertit Caietanus.

Mathematica formaliter ſunt entia.

Poſtremò aduerte Mathematica dupliciter poſſe cōſiderari: Vno modo ſm̄ ſuas naturas,& proprietates ſic abſtractas ab intellectu: Alio modo quatenus ſic abſtracta pertinent ad ordinem intelligibiliū,& ex eis, vt intelligibilibus deriuatur perfectio cognitionis,& veritatis ad intellectum, prout ſcilicet vniuntur intellectui in eſſe intelligibili per ſpeciem,& in eo exiſtunt, vt perfectiones in perfectibili. Differunt hi duo modi;Quoniam in priori modo principale, & formale conſideratum ſunt ipſæ naturæ,& proprietates,vt ad rerum ordinem pertinentes, abſtractio verò conditio quædam eſt, à qua naturæ illæ, & proprietates extrinſecè denominantur abſtractæ: In poſte-

A riori verò modo principale, & formale conſideratum ſunt eędem naturæ, & proprietates, vt ad ordinem intelligibilium pertinentes, & vt exiſtentes in tali ordine, atque adeò, vt habentes rationem finis appetibilis,& boni:Et ex his patet, quomodo contemplatio mathematicorum ſit bona bonitate participata ab obiecto, & quomodo mathematica tendant in obiectum ſuum tanquàm in propriam perfectionem, & quomodo eadem poſsint dici bona tanquàm rationes bonitatis ipſius intellectus;in quibus explicandis mirificè laborant quidam recentiores quibuſdam minimè neceſſarijs vtentes diſtinctionibus, & ſubtilitati-

B bus. His adde actus non recipere ſuam perfectionem immediatè ab obiecto,ſed ex ordine ad obiectum,& ideò poteſt actus eſſe perfectus,& bonus, etiam ſi eius obiectum abſtrahat à bonitate,ſicut etiam ſpeculatio mali ſub ratione mali bona eſt ob eandem cauſam, quia .ſ. bonitatem non trahit ex obiecto proximè,& immediatè,ſed ex modo tendendi in ipſum.

Proponuntur,& ſoluuntur argumenta Vaſquezij contra D. Thomam, & Caietanum.

C ET ex his facilè diluuntur obiecta Gabrielis Vaſquezij contra D.Thomam, & Caietanū. Ait enim per ea,quæ tradit hic S. Thom. probari ſolùm quodlibet ens,& mathematicas figuras cōcipi poſſe ſine ratione boni; non autem intellectū noſtrum non poſſe in ipſis conſiderare rationem boni. Sic igitur arguit. Primò: Mathematici non ſolùm ſpeculantur in ſuis lineis naturam, & eſſentiam,ſed etiam perfectionem, & integritatē earum,qua ſuppoſita de eiſdem multa probant; ſed integritas,& perfectio eſt bonitas; ergo non ſolùm entitatem, ſed etiam bonitatem conſiderant, tametſi non diſputent de ratione forma-

D li bonitatis.

Præterea,vt aliquid ſit bonum, non eſt neceſſe, vt exiſtat; ergo, etiam ſi mathematica non exiſtant,bona ſunt. Antecedens probatur: Quia ſicut in quibuſcunque rerum eſſentijs per intellectum abſtractis ab exiſtentijs cōſideramus alias proprietates,& de ipſis eas prędicamus,ſic etiam intelligere poſſumus rationem bonitatis, & de ipſis eam enunciare; ergo. Confirmatur: quia in enunciatione, qua res aliqua dicitur eſſe bona, verbum eſt,non ſignificat exiſtentiam; ſed connexionem extremorum; ſicut cum dicimus, homo eſt animal. Ait igitur Vaſquez mentem

E Ariſtotelis, ſic facilius exponi poſſe; vt ſcilicet cum negat mathematicis figuris,& lineis bonitatem ineſſe,non loquatur de bono, quod formaliter in perfectione, & integritate rei conſiſtit, & cum ente conuertitur; ſed de bono relatè, quòd alteri conueniens eſt; hoc enim bonum habet rationem finis, & cuius gratia reliqua appetuntur, mathematicæ verò ſcientiæ, nihil probant ex finali cauſa. Nos autem dicimus hoc

hoc Angelici Doct. diſcurſu probari; non ſolùm mathematicas quantitates concipi poſſe ſine ratione boni, verùm etiam in eis formaliter ſumptis nullo modo poſſe bonitatem conſiderari. Vnde ad argumenta Gabrielis Vaſquezij ex dictis etiam in artic. primo reſpondetur.

Ad primum negatur minor præcisè, & formaliter ſumpta: nam perfectio, & integritas præcisè non eſt bonitas; ſed adiuncta ratione perfectiui, ſiue conuenientis, vt ſuprà diximus. Suarez diſputatione decima, metaphyſ. ſectione prima, numero vndecimo, probat rationem bonitatis non conſiſtere in perfectione.

Ad ſecundum dico, vt aliquid ſit bonum, neceſſe eſſe, vt exiſtat, vel vt dicat ordinem ad exiſtentiam. Ad probationem negatur antecedens: quia bonitas dicit ordinem ad eſſe; non autẽ aliæ proprietates, & ideo rerum eſſentijs nulla conuenit ratio bonitatis, niſi prout concipiuntur cum ordine ad eſſe, & conſequenter etiam ad appetitum; quem ordinem non conſiderat Matematicus.

Ad confirmationem negatur aſſumptum: nam cùm dicimus, hæc res eſt bona, verbum eſt, ſignificat exiſtentiam, vel ſaltem ordinem ad illam. Ex dictis tandem ſequitur diſcurſum Caietani ambages non eſſe, vt minus conſideratè dixit Valentia, nec laborem fruſtraneum; vt ait Vaſquez, ſed profundiſſimas ſpeculationes ad defenſionem doctrinæ D. Thom. & Ariſt. neceſſarias.

ARTICVLVS IV.

Vtrum bonum habeat rationem cauſæ finalis.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd bonum non habeat rationem cauſæ finalis, ſed magis aliarum. Vt enim dicit Dionyſ. 4. cap. de diuin. nom. bonum laudatur, vt pulchrum: ſed pulchrum importat rationem cauſæ formalis; ergo bonum habet rationem cauſæ formalis.

2 Præterea, bonum eſt diffuſiuum ſui eſſe, vt ex verbis Dionyſ. accipitur: quibus dicit, quòd bonum eſt, ex quo omnia ſubſiſtũt, & ſunt; ſed eſſe diffuſiuum importat rationem cauſæ efficientis; ergo bonum habet rationem cauſæ efficientis.

3 Præterea dicit Auguſt. in 1. de do. Chriſt. quòd, quia Deus bonus eſt, nos ſumus; ſed ex Deo ſumus, ſicut ex cauſa efficiente; ergo bonum importat rationem cauſæ efficientis.

Sed contra eſt, quod philoſophus dicit in ſecundo phyſicorum, quòd illud, cuius cauſa eſt, eſt ſicut finis, & bonum aliorum: bonum ergo habet rationem cauſæ finalis.

Reſpondeo. Dicendum; quòd, cùm bonum ſit, quod omnia appetunt: hoc autem habet rationem finis; manifeſtum eſt, quòd bonum rationem finis importat; ſed tamen ratio bo-

A ni præſupponit rationem cauſæ efficientis, & rationem cauſæ formalis. Videmus enim, quòd id, quod eſt primum in cauſando, vltimum eſt in cauſato; ignis enim primò calefacit, quàm formam ignis inducat; cùm tamen calor in igne conſequatur formam ſubſtantialem: in cauſando autem primum inuenitur bonum, & finis, qui mouet efficientem: ſecundò actio efficientis mouens ad formam: tertiò aduenit forma; vnde e conuerſo eſſe oportet in cauſato, quòd primum ſit ipſa forma, per quam eſt ens; ſecundò conſideratur in ea virtus effecti-
B ua, ſecundùm quòd eſt perfectum in eſſe; quia vnumquodque tunc perfectum eſt, quando poteſt ſibi ſimile facere, vt dicit philoſophus in quarto meteororum, tertiò conſequitur ratio boni, per quàm in ente perfectio fundatur. 2. de anima tex. 34 to 3.

Ad primum ergo dicendũ, quòd pulchrũ, & bonum ſubiecto quidem ſunt idem; quia ſuper eandem rem fundantur, ſcilicet ſuper formam; & propter hoc bonum laudatur vt pulchrum, ſed ratione differunt; nam bonum propriè reſpicit appetitum; eſt enim bonum, quod omnia appetunt; & ideo habet rationem
C finis; nam appetitus eſt quaſi quidam motus ad rem; pulchrum autem reſpicit vim cognoſcitiuam; pulchra enim dicuntur, quæ viſa placent: vnde pulchrum in debita proportione conſiſtit: quia ſenſus delectatur in rebus debitè proportionatis, ſicut in ſibi ſimilibus; nam, 109 & ſenſus ratio quædam eſt: & omnis virtus cognoſcitiua; & quia cognitio fit per aſsimilationem; ſimilitudo autem reſpicit formã, pulchrum propriè pertinet ad rationem cauſæ formalis.

Ad ſecundum dicendum, quòd bonum di-
D citur diffuſiuum ſui eſſe, eo modo, quo finis dicitur mouere.

Ad tertium dicendum, quòd quilibet habens voluntatem, dicitur bonus, inquantum habet bonam voluntatem; quia per voluntatem vtimur omnibus, quæ in nobis ſunt, vnde 117 non dicitur bonus homo, qui habet bonum 118 intellectum; ſed qui habet bonam voluntatẽ voluntas autem reſpicit finem, vt obiectum proprium; & ſic quod dicitur, quia Deus eſt bonus, ſumus, refertur ad cauſam finalem.

E

Senſus quæſiti.

AD intelligentiam ſenſus quæſiti aduertit Caietanus, quòd habere rationem cauſę finalis non ſumitur hic identicè; vt ſcilicet quæratur, an bonum ſit idem realiter, quod finis, ſiue an ratio boni, & ratio finis coincidant in vnam rem; de hoc enim nulla eſt dubitatio: ſed dupliciter (inquit) ſumitur, ſcilicet in actu ſignato, & in Caiet.

Ratio finis dupliciter ſ. in actu ſignato, & in actu exercito.

Digitized by Google

A ſiue in actu exercito. Si primo modo habere rationem cauſæ finalis intelligatur, ſumitur (inquit) fundamentaliter fundamento proximo; ita vt ſenſus ſit: an bonum formaliter ſumptum, ideſt ſecundum propriam rationem boni, ſit proprium fundamentum rationis, ſiue quidditatis cauſæ finalis. Eſt autem quidditas cauſæ finalis hoc, quod eſt eſſe, cuius gratia aliquid fit, vt docet Ariſt. ſecundo phyſicorum, & quinto metaph. in capit. de cauſa. (Ariſt.) Quæritur ergo an res ex eo, quod eſt bona, hoc ſibi vendicet proprium, vt ſit cuius gratia; quod eſt quærere, an ex rei bonitate tanquam radice, & fundamento proximo conueniat ipſi rei ratio, ſiue quidditas finis, quæ eſt eſſe gratia cuius; B non autem quæritur, an ratio boni ſit ratio, ſiue quidditas cauſæ finalis formaliter; hoc enim manifeſte falſum eſſe indicat diuerſa boni, & finis diffinitio: non enim ſinonymè dicitur aliquid bonum, & finis. Si verò habere rationem finis ſumatur in actu exercito, tunc (inquit Caiet.) habere rationem cauſæ finalis ſumitur formaliter; ita vt ſenſus quæſiti ſit: vtrum bonum formaliter ſit ipſa ratio finis in actu exercito, ideſt exerceat cauſalitatem finalem, ideſt actu finalizet, quod eſt actu terminare actum appetitus. (Caiet.) Exemplo res illuſtratur. Cum dico ſanitas procuratur, fit, aut cõſeruatur, quia bona eſt; ordo vniuerſi à Deo factus eſt, & rebus ineſt, quia bonus eſt, quæritur, an hoc ipſo dicendi modo expreſſerim, vel reddiderim cauſam C finalem, ideſt cauſam actu finalizantem. Ex hac explicatione doctrinæ Caietani apparet Bannesium non aſſequutum fuiſſe legitimum illius ſenſum, neque idcircò exiſtimaſſe illum variè fuiſſe locutum. (Bannes nõ habuit ſenſum Caietani.)

Forma Textus.

PRima concluſio eſt. Bonum rationem finis importat.

Probatur: Appetibile habet rationem finis: at bonũ eſt appetibile; ergo bonum habet rationem finis. Maior D *patet. Minor probatur: quia bonum eſt, quod omnia appetunt.*

Secunda concluſio. Ratio boni præſupponit rationem cauſæ efficientis, & rationem cauſæ formalis. Probatur: Primum in cauſando eſt vltimum in eſſendo; ſed bonum eſt primum in cauſando; ergo eſt vltimum in eſſendo. Maior probatur ex teſtimonio ſenſibilium; in quibus id, quod eſt primum in cauſando, eſt vltimum in eſſendo, vt patet in igne, qui prius calefacit, quàm formam ignis inducat, cum tamen calor in igne conſequatur formam ſubſtantialem, &c. Minor verò probatur: quia bonum habet rationem finis, vt iam probatum eſt.

E

Expoſitio Textus.

MOuent hic expoſitores plures dubitationes. Prima eſt de veritate, & ſenſu primæ concluſionis. Hanc tractant hic Bannes, & Zumellus; (Bannes. Zumel.) ſed eius reſolutio ſatis patet ex dictis in declaratione tituli, & in præcedentibus huius quæſtionis articulis. Secũda dubitatio eſt: quam reſoluit hic Caietanus, & tractant expoſitores prædicti. (Caietanus) An A res ſit cauſa finalis in intentione, an in executione. Eius proprius locus eſt, in prima ſecundæ, q. 1. ar. 1. prima, vbi copioſius tractatur à Caietano, & alijs interpretibus, & eodem loco Deo dante, erit à nobis examināda. Tertia dubitatio eſt de vi probationis ſecundæ concluſionis, quam hic ſubtiliter verſant, & determinãt Caietanus, & Iauellus, ad quos lectorem remittimus. (Caiet. Iauellus.)

ARTICVLVS V.

Vtrum ratio boni conſiſtat in modo, ſpecie, & ordine.

B AD quintum ſic proceditur. Videtur quòd ratio boni nõ conſiſtat in modo, ſpecie, & ordine. Bonũ enim, & ens ratione differunt, vt ſupra dictum eſt; ſed modus, ſpecies, & ordo pertinere ad rationem entis videtur; quia ſicut dicitur Sap. 2. Omnia in numero, pondere, & menſura diſpoſuiſti. Ad quæ tria reducuntur ſpecies, modus, & ordo; quia, vt dicit Aug. 4. ſuper Gen. ad litteram. Menſura omni rei modum præfigit; & numerus omni rei ſpeciem præbet; & pondus omnem C rem ad quietem, & ſtabilitatem trahit; ergo ratio boni non conſiſtit in modo, ſpecie, & ordine. (19 Veri. q. 21 art. 6. Art. 1 huius quæſt. 144 4. ſuper Gen. ad litteram cap. 3. in med. to. 3.)

2 Præterea: Ipſe modus, ſpecies, & ordo bona quædam ſunt; ſi ergo ratio boni conſiſtit ĩ modo, ſpecie, & ordine, oportet etiam, quòd modus habeat modum, ſpeciem, & ordinem: & ſimiliter ſpecies, & ordo; ergo procederetur in infinitum.

3 Præterea: Malum eſt priuatio modi, & ſpeciei, & ordinis; ſed malum non tollit totaliter bonum; ergo ratio boni non conſiſtit in D modo, ſpecie, & ordine.

4 Præterea: Illud, in quo conſiſtit ratio boni, non poteſt dici malum, ſed dicitur malus modus, mala ſpecies, malus ordo; ergo ratio boni non conſiſtit in modo, ſpecie, & ordine.

5 Præterea: Modus, ſpecies, & ordo ex pondere, numero, & menſura cauſantur, vt ex auctoritate Auguſt. inducta patet: non autẽ omnia bona habent pondus, numerum, & menſuram; dicit enim Ambr. in hexam. quòd lucis natura eſt, vt non in numero, non in pondere, non in menſura creata ſit; non ergo ratio bo- E ni conſiſtit in modo, ſpecie, & ordine. (In arg. primo. Lib. 1. hexameron c. 9 poſt med. to. 4. Cap. 3. in medio, to. 6.)

Sed contra eſt, quòd dicit Auguſtinus in libro de natura boni. Hæc tria, modus, ſpecies, & ordo, tãquam generalia bona ſunt in rebus à Deo factis; & ita hæc tria, vbi magna ſunt, magna bona ſunt; vbi parua, parua bona ſunt; vbi nulla, nullum bonum eſt; quod non eſſet, niſi ratio boni in eis conſiſteret; ergo ratio boni conſiſtit in modo, ſpecie, & ordine.

Re-

Reſpondeo. Dicendum, quòd vnumquodque dicitur bonum, inquantum eſt perfectum; ſic enim eſt appetibile; vt ſupra dictum eſt; perfectum autem dicitur, cui nihil deeſt ſecundum modum ſuæ perfectionis; cum autem vnumquodq; ſit id, quod eſt per ſuam formã; forma aũt præſupponit quædã, & q̃ dã ad ipsã ex neceſsitate conſequuntur: ad hoc, quòd aliquid ſit perfectum, & bonum, neceſſe eſt, quòd formam habeat, & ea, quę conſequuntur ad ipſam. Præexigitur autem ad formam determinatio, ſiue commenſuratio principiorum, ſeu materialium, ſeu efficientium ipſam; & hoc ſignificatur per modum; vnde dicitur, quòd mẽſura modum præfigit. Ipſa autẽ forma ſignificatur per ſpeciem; quia per formam vnumquodq; in ſpecie conſtituitur; & propter hoc dicitur, quòd numerus ſpeciem præbet; quia diffinitiones ſignificantes ſpeciem ſunt ſicut numeri ſecundùm Philoſ. in octauo metaph. Sicut enim vnitas addita, vel ſubtracta variat ſpeciem numeri, ita in diffinitionibus differentia appoſita, vel ſubtracta. Ad formam autẽ conſequitur inclinatio ad finem, aut ad actionem, aut ad aliquid huiuſmodi; quia vnumquodque, inquantum eſt actu, agit, & tendit in id, quod ſibi conuenit ſecundùm ſuam formã: & hoc pertinet ad pondus, & ordinem; vnde ratio boni, ſecundum quod conſiſtit in perfectione, conſiſtit etiam in modo, ſpecie, & ordine.

Art. 1. & 3. huius q.

244

8 metaph. tex. 10. 10. 3.

art. 2

155

Ad primum ergo dicendum, quòd iſta tria non conſequuntur ens, niſi inquantũ eſt perfectum, & ſecundùm hoc eſt bonum.

Ad ſecundum dicendum, quòd modus, ſpecies, & ordo, eo modo dicuntur bona; ſicut & entia; non quia ipſa ſint quaſi ſubſiſtentia; ſed quia eis alia ſunt, & entia, & bona; vnde non oportet, quòd ipſa habeant aliqua alia, quibus ſint bona: nõ enim ſic dicuntur bona, quaſi formaliter alijs ſint bona; ſed quia ipſis formaliter aliqua ſunt bona; ſicut albedo non dicitur ens, quia ipſa aliquo ſit: ſed quia ipſa aliquid eſt ſecundùm quid, vt album.

Ad tertium dicendum, quòd quodlibet eſſe eſt ſecundùm formam aliquam; vnde ſecundũ quodlibet eſſe rei, conſequuntur ipsũ modus, ſpecies, & ordo; ſicut homo habet ſpeciẽ, modum, & ordinem, inquantum eſt homo: & ſimiliter inquantum eſt albus, habet ſimiliter modum, ſpeciem, & ordinem: & inquantũ eſt virtuoſus, & inquantum eſt ſciens, & ſecundũ omnia, quæ de ipſo dicuntur. Malum autem priuat quoddam eſſe, ſicut cæcitas priuat eſſe viſus; vnde non tollit omnem modum, ſpeciẽ, & ordinem: ſed ſolum modum, ſpeciem, & ordinem, quæ conſequuntur eſſe viſus.

A

Ad quartum dicendum; quòd, ſicut dicit Auguſt. in libro de natura boni, omnis modus, inquantum modus, bonus eſt; & ſic poteſt dici de ſpecie, & ordine: ſed malus modus, vel mala ſpecies, vel malus ordo, aut ideo dicuntur, quia minora ſunt, quã eſſe debuerunt; aut quia non his rebus accommodantur, quibus accõmodanda ſunt; vel ideo dicuntur mala, quia ſunt aliena, & incongrua.

Ad quintũ dicendum, quòd natura lucis dicitur eſſe ſine numero, & pondere, & menſura, nõ ſimpliciter, ſed per cõparationẽ ad corporalia; quia virtus lucis ad omnia corporalia ſe extendit, inquantum eſt qualitas actiua primi corporis alterantis, ſcilicet cœli.

B

Titulus exponitur à Caietano.

Forma Textus.

Concluſio eſt. Ratio boni conſiſtit in modo, ſpecie, & ordine.

C

Probatur: Vnumquodque dicitur bonum, inquantũ eſt perfectum; ſed ad hoc, vt aliquid ſit perfectum neceſſe eſt, vt habeat modum, ſpeciem, & ordinem; ergo ratio boni conſiſtit in modo, ſpecie, & ordine. Maior probatur: quia vnumquodque eſt appetibile, inquantũ eſt perfectum; ergo, vt ſic, eſt bonum. Minor probatur: quia perfectum dicitur id, cui nihil deeſt ſecundùm modum ſuæ perfectionis; ſed ad hoc, vt nihil deſit, neceſſaria ſunt tria prædicta; ergo. Maior patet. Minor probatur: quia vnumquodque perfectum eſt per ſuam formam; at forma idem eſt, quod ſpecies, & præſupponit modum, & ad eam ſequitur ordo; ergo tria prædicta neceſſaria ſunt ad hoc, vt nihil deſit rei ſecundùm modum ſuæ perfectionis. Minor huius argumenti probatur quo ad ſingulas partes; & primò, quod forma

D

ſit species: quia per formam vnumquodque in ſpecie conſtituitur, &c. Secũdò, quod forma, ſiue ſpecies præſupponat modum, probatur: quia ad formam præexigitur determinatio, ſiue commẽſuratio principiorum, ſiue materialium ſiue efficientium; at hoc ſignificatur per modum. quod probatur: quia dicitur, quod menſura modum præfigit. Poſtremò probatur tertia pars; nimirum ad formam conſequi ordinem: Quia ad formam conſequitur inclinatio ad finem, aut ad actionem, aut ad aliquid huiuſmodi: at hoc pertinet ad ordinem, ſiue pondus; ergo. Maior probatur: quia vnumquodque, inquantum eſt actu, agit, & tendit in id, quod ſibi conuenit ſecundùm ſuam formam.

E

Doctrinam hanc explicat accuratè Zumellus ſuper hoc articulo.

Sed circa prædicta tres ſunt dubitationes, ex quibus duas hic proponit, & breuiter expedit Caietanus.

Prima dubitatio de diſcurſu D. Thomæ.

Circa conſequentiam illam. Per formam vnũquodque in ſpecie conſtituitur; ergo rectè forma

Digitized by Google

forma ſignificatur per ſpeciem: dubium occurrit. Quia nomen hoc *ſpecies*, prima ſui ſignificatione formam ſignificat, à qua formoſi dicuntur, qui corporis commenſurationem à natura ſibi congenitam acceperunt, propter quam ſpecies Priami digna dicta eſt imperio, & aiunt Porphyrius, & Auicenna: & explicat Caietanus in ſuo logicali commentario, igitur forma non ideò dicitur ſpecies, quia per eam vnumquodque in ſpecie cōſtituitur, ſed magis è contra id, quod ſub genere conſtituitur, ſpecies nuncupatur, quia per formam, quam nomẽ ſpeciei primo ſignificat, determinatur, perficitur, & ſub genere conſtituitur.

Caiet.

Reſpondetur, nomen ſpeciei prima ſui ſignificatione formam ſignificaſſe, deinde id, quod ponitur ſub aſſignato genere, & quoniam in ſpecie ſub genere poſita præcipuum eſt forma, à qua ſumitur vltima differentia genus determinãs, & ſpeciem conſtituens, ideò tertia quadam impoſitione forma dici potuit ſpecies, quaſi cauſaliter, qua ſpeciem conſtituit, & ſecundum hanc tertiam ſpeciei ſignificationem procedit, & tenet illa conſequentia.

Secunda Dubitatio.

An ratio boni conſiſtit in modo, ſpecie, & ordine, vt in partibus eſſentialibus, an vt in partibus integralibus, non rationis, ſed materiæ.

Proponuntur ſententię expoſitorum, & argumenta.

SEcunda dubitatio eſt de ſenſu concluſionis, quomodo, ſcilicet intelligendum ſit rationem boni conſiſtere in modo, ſpecie, & ordine: an ſcilicet, vt in partibus eſſentialibus, quemadmodum ratio hominis conſiſtit in animali, & rationali; an verò, vt in partibus integralibus, non rationis; ſed propriæ eius materiæ; ſicut ratio hominis conſiſtit in carnibus, oſſibus, & neruis, tanquam in partibus propriæ ſuæ materiæ.

Caiet.

Caietanus exiſtimat hoc poſteriori modo intelligendum eſſe rationem boni conſiſtere in modo, ſpecie, & ordine. Cuius ſententiam ſequuntur Zumellus, & Bannes. Sed Iauellus ſuper hoc articulo approbat priorem ſenſum, motus primò authoritate D. Thom. in quæſt. 21. de veritate articulo ſexto, ad ſextum, vbi ſic loquitur. *Cum in iſtis tribus ratio boni conſtituatur, non potuit à Deo fieri, quòd aliquid eſſet bonum non habens modum, ſpeciem, & ordinem; ſicut ab eo fieri non potuit, quòd aliquis eſſet homo, qui non eſſet animal rationale*; ergo iuxta priorẽ illum ſenſum interpretari poteſt intentio D. Tho. Secundò, quia videtur magis conſonum declarationi, quam facit Auguſtinus in libro de vera religione, vbi inquit: Quælibet res modũ habet, quia vna eſt, & ſpeciem, quoniam diſtinguitur à cęteris, & ordinem, quoniam rerum ordinem non excedit; patet autẽ, quod vnum, & diſtinctio, & excedens ſunt prædicata eſſentialia; ergo.

Zumel. Bannes. Iauellus. D. Thom.

A *Reſoluitur dubitatio, & ſatisfit argumentis Iauelli.*

SEd conſideranti doctrinam D. Thom. tam in hoc, quàm in articulo illo de ver. apparet manifeſtè concluſionem hanc intelligendam eſſe in poſteriori ſenſu: Nam commenſuratio ad agens, nulla ratione ad rei quidditatem poteſt pertinere; ſed eam præcedit; ſicut etiam commenſuratio materialium principiorum, quæ ad quandam rei producendæ diſpoſitionem ſpectat, & ad partes materiæ integrales manifeſtè pertinet, cum in illa, quatenus materia eſt, non poſsint aliæ partes, quàm integrales conſiderari; Sed quia prædicta B tria, nimirum modus, ſpecies, & ordo, non in eodem ſemper ſenſu, vel ſignificatione ſumuntur à D. Thom. & Auguſtino, non dubito ea poſse ſecũdùm aliquam intelligentiam accipi, vt partes eſſentiales; maximè ſumendo ordinem in ſenſu D. Auguſtini, vel etiam, vt dicit rationẽ perfectiui, quatenus perfectiuum non dicit ſolum reſpectũ; ſed abſolutum, quod proximum fundamẽtum eſt relationis: Nam ſpeciem manifeſtè conſtat ad eſſentiam pertinere, & modum, quatenus dicit menſuram ipſius formæ, vt ait S. Thom. 1. 2. quæſt. 85. art. 4. In hoc tamen articulo certum eſt modum, ſpeciem, & ordinem, non ad partes rei eſſentiales; C ſed integrales pertinere iuxta ſingulorum expoſitionem factam à D. Thoma. Igitur ad argumenta Iauelli reſpondetur. Ad primum ex auctoritate D. Thom. dicitur: ſimilitudinem illam tenere quo ad impoſſibilitatem ſeparationis vnius ab alijs, vel omnium, ſiuè alicuius eorũ à re producta; non autem quo ad rationem partis materiæ, vel eſſentiæ, vt accepit Iauellus contra mentem D. Thom. Ad ſecundum ex Auguſtino reſpondetur, iuxta ſenſum ibi aſſignatum: prædicta pertinere ad partes eſſentiales. Secundò dicitur: negationem illam exceſſus ordinis rerum pertinere ad ipſius rei ordinem, quatenus mutua relatione ad alia creata D ad vniuerſi perfectionem pertinentia ordinatur; non autem ad ipſius rei naturam abſolutè ſumptam.

S. Tho.

Tertia Dubitatio.

Quomodo in bono ſubſtantiali angelorum ſit modus.

Proponitur ratio dubitandi, & ſententia Caietani.

TErtia dubitatio eſt: Quomodo poſſit ſaluari modus in bono ſubſtantiali angelorum, exE ponendo modum pro cõmenſuratione principiorum efficientium, vel materialium, vt hic exponit S. D. Nam in Angelis non ſunt principia materialia; & efficiens eorum eſt ſolus Deus, cuius actio eſt eius ſubſtantia omnibus modis illimitata. Caietanus reſpondet dicens Deum agentem dupliciter poſſe conſiderari: Vno modo abſolutè; & ſic (inquit) tam ipſe, quàm eius actio, eſt ſupra omnẽ modũ: Alio modo, quatenus agit ſecundùm hanc, vel illam ideam; & ſic actio Dei eſt commenſurata, ita

Caiet.

ta ita huic,quod non alij;ſicut & idæa, ita eſt huius propria,vt non ſit alterius idæa. Itaque actio, & idæa Dei, qua producit Gabrielem, quamuis abſolutè ſit illimitata, quatenus tamen idæa eſt Gabrielis,modificata eſt, & Gabrieli commenſurata,& eius eſſe,ac bonum ſubſtātiale modificat. Hanc ſolutionem ſequuntur Iauellus, & Zumellus ſuper hoc articulo.

Iauellus. Zumellus.

Proponitur, & confutatur opinio Valentiæ cum ſua ratione.

SEd Valentia ſolutionem hanc impugnat hoc argumento:D.Thom.videtur loqui de commēſuratione effectus cum ſua cauſa in re ipſa; At in Deo non eſt re ipſa cuiuſcunque effectus propria, & diſtincta idea,ſed vna communis omnium:quę ratione duntaxat à nobis in plures diſtinguitur. Subdit autem Valentia, poſſe facilius reſponderi commenſurationem illam,de qua loquitur D.Th. non conſiſtere in adæquatione effectus, cum ſua cauſa,ſed in proportione quadam,ſiue habitudine effectus ad cauſam tali,vt habeat omnino eum perfectionis modum, quem illi cauſa præfixit, & indidit;ſiue quia non alium præfigere potuit; ſiue quia non voluit. Hæc ille. Sed hæc reſponſio, vel coincidit cum reſponſione Caietani,vel eam pręſupponit: nam Deus,vt ſuprema cauſa,nulli effectui modum præfigit particularem, niſi quatenus agit ſecundùm hanc,vel illam ideam particularē; & voluntatis determinatio in cauſa per intellectum,& voluntatem agente determinationem exigit practicæ rationis, ſiue itellectus; alioquin determinatum effectum non produceret.

Ad argumentum igitur reſpondetur falſam eſſe minorem propoſitionē: Ad hoc enim,vt in Deo ſit reipſa idæa cuiuſcunque effectus propria, & diſtincta,non eſt neceſſe,vt diſtinctio aliqua realis, aut ex natura rei ſit in ipſo Deo, quatenus cauſa eſt; Sed ſatis eſt,vt ita perfectè propria huius rei repręſentet; ac ſi nihil aliud omnino repręſentaret: quod eſt diſtinctè repręſentare ex parte rei repręſentatæ,vt ſuo loco dicemus vberius.

ARTICVLVS VI.

Vtrum conuenienter diuidatur bonum per honeſtum, vtile, & delectabile.

30 q.99. ar.9. c. Et 1.1. q. 45. art 3 Et 1. d. 21. q. 1. ar. 2. c. Et 1. ethic. le 5. tex. 2. 1 eth c. 6. ante med tom 5.

AD ſextum ſic proceditur. Videtur, quòd non conuenienter diuidatur bonum per honeſtum,vtile,& delectabile. Bonum enim, ſicut dicit philoſophus in primo ethic. diuiditur per decem prædicamenta; honeſtum autem, vtile, & delectabile inueniri poſſunt in vno prædicamento,ergo non conuenienter per hæc diuiditur bonum.

2 Præterea, Omnis diuiſio fit per oppoſita: ſed hæc tria non videntur eſſe oppoſita: nam honeſta ſunt delectabilia; nullumque in-

A honeſtum eſt vtile; quod tamen oportet,ſi diuiſio fieret per oppoſita, vt opponerentur honeſtum,& vtile;vt etiam dicit Tullius in libro de offic. ergo prędicta diuiſio non eſt conueniens.

Lib. 2. in c. cuius titulus eſt vtilitatem hic accipi, non eam quam vulgus.

3 Præterea: Vbi vnum propter alterum, ibi vnum tantùm eſt: ſed vtile non eſt bonum, niſi propter delectabile, vel honeſtum; ergo non debet vtile diuidi contra delectabile, & honeſtum.

Sed contra eſt,quòd Ambr. in lib. de offic. vtitur iſta diuiſione boni.

Lib. 1. c. 9. & 10. to. 5.

B Reſpondeo. Dicendum, quòd hæc diuiſio propriè videtur eſſe boni humani. Si tamen altius, & communius rationem boni conſideremus, inuenitur hæc diuiſio propriè competere bono,ſecundùm quòd bonum eſt: Nam bonum eſt aliquid,inquantum eſt appetibile, & terminus motus appetitus: cuius quidem motus terminatio conſiderari poteſt ex conſideratione motus corporis naturalis. Terminatur autem motus corporis naturalis,ſimpliciter quidem ad vltimum, ſecundùm quid autē etiam ad medium,per quod itur ad vltimum, C quod terminat motum: & dicitur aliquis terminus motus,inquantum aliquam partem motus terminat. Id autem,quod eſt vltimus terminus motus,poteſt accipi dupliciter, vel ipſa res,in quam tenditur,vt pote locus,vel forma; vel quies in re illa. Sic ergo in motu appetitus id,quod eſt appetibile,terminans motum appetitus ſecundùm quid vt medium, per quod tenditur in aliud, vocatur vtile. Id autem,quod appetitur, vt vltimum terminās totaliter motum appetitus,ſicut quædam res, D in quam per ſe appetitus tendit,vocatur honeſtum: quia honeſtum dicitur, quod per ſe deſideratur. Id autem, quod terminat motum appetitus, vt quies in re deſiderata, eſt delectatio.

b 258

Ad primum ergo dicendum:quod bonum, inquantum eſt idem ſubiecto cum ente, diuiditur per decem prædicamenta; ſed ſecundū propriam rationem cōpetit ſibi iſta diuiſio.

Ad ſecundum dicendum,quòd hæc diuiſio non eſt per oppoſitas res, ſed per oppoſitas rationes. Dicuntur tamen illa propriè delectabilia, quæ nullam habent aliam rationem E appetibilitatis, niſi delectationem, cùm aliquando ſint,& noxia,& inhoneſta.

Vtilia verò dicuntur, quæ non habent in ſe,vnde deſiderentur:ſed deſiderantur ſolùm, vt ſunt ducentia in alterum; ſicut ſumptio medicinæ amarę.

Honeſta verò dicuntur, quæ in ſeipſis habent vnde deſiderentur.

Ad

Ad tertium dicendum, quòd bonum non diuiditur in iſta tria, ſicut vniuocum æqualiter de his prædicatum; ſed ſicut analogum, quod prædicatur ſecũdum prius, & poſterius; per prius enim prædicatur de honeſto, & ſecundariò de delectabili, tertiò de vtili.

Forma Textus.

Concluſio eſt: Hæc diuiſio propriè competit bono, ſecundùm quod bonum eſt.

Probatur: Terminus motus appetitiui benè diuiditur in boneſtum, vtile, & delectabile; ergo, & bonum. Conſequentiã probatur; quia bonum eſt id, quod appetitur. Antecedens verò probatur: Quia terminus motus corporalis conuenienter diuiditur per ea, quæ ſunt proportionabilia honeſto vtili, & delectabili; ergo terminus motus appetitus benè diuiditur in honeſtum, vtile, & delectabile. Antecedens declaratur ex diuiſione termini motus in terminum ſimpliciter, & in terminũ ſecundum partem, ſiue ſecundum quid; & præterea termini ſimpliciter, in rem ipſam terminantem, & quietem in ea. Conſequentia verò probatur: quia terminus motus appetitiui ex terminatione motus corporalis innoteſcit.

Ariſt. Cicero. Auguſtin. Valentia. Suarez. — De hac diuiſione, quæ deſumitur ex Ariſt. Cicerone, & Auguſti no, vide quæ ſcribit Valentia ſuper hoc articulo, & Suarez, diſp. 10. Metaph. ſect. 2. valdè prolixè.

QVAESTIO SEXTA.

De bonitate Dei, in quatuor articulos diuiſa.

Deinde quæritur de bonitate Dei.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

Primò. Vtrum eſſe bonum, conueniat Deo.

Secundò. Vtrum Deus ſit ſummum bonũ.

Tertiò. Vtrum ipſe ſolus ſit bonum per ſuam eſſentiam.

Quartò. Vtrum omnia ſint bona bonitate diuina.

Ratio ordinis huius quæſtionis ad alias, & articulorum inter ſe.

Caiet. — Ordinem duarum quæſtionum de bonitate ad præcedentes, & ſubſequẽtes, profundè, & ſubtiliter explicat Caiet. in principio quintæ quæſtionis. De bonitate vero prius ſecundùm illius ampliſsimam rationem agit in quinta quæſtione; in hac verò ſexta de eadem agit contractè ad diuinam naturam; Sed quoniam Dei bonitatem dupliciter conſideramus, vno modo abſolutè, prout in ſe eſt; alio modo comparatiuè ad res creatas; idcirco S. D. primò agit de diuina bonitate abſolutè in primo artic. Deinde de eadem tractat per comparationem ad creaturas in reliquis tribus articulis. In ſecundo fit comparatio diuinæ bonitatis, vt bonitas eſt, quo ad rationem exceſſus: in tertio comparatur eadem bonitas, nõ vt bonitas eſt, ſed vt talis eſt, vel talẽ habens modum, videlicet, vt eſt bonitas per eſſentiam. In quarto, & vltimo fit eiuſdem bonitatis per eſſentiam comparatio magis reſtrictè, videlicet ſecundùm rationem cauſalitatis exemplaris finalis, & effectiuę, quæ ſunt rationes conſequentes bonitatem talem, ſcilicet per eſſentiam.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum eſſe bonum Deo conueniat.

Ad primum ſic proceditur. Videtur, quòd eſſe bonum, non conueniat Deo. Ratio enim boni conſiſtit in modo, ſpecie, & ordine; hæc autẽ non videntur Deo cõuenire, cum Deus immenſus ſit, & ad aliquid non ordinetur: ergo eſſe bonum, non conuenit Deo.

2 Præterea: Bonum eſt, quod omnia appetunt: ſed Deum non omnia appetunt, quia nõ omnia cognoſcunt ipſum: nihil autem appetitur, niſi notum; ergo eſſe bonum, non conuenit Deo.

Sed contra eſt, quod dicitur. Tren. 3. Bonus eſt Dominus ſperantibus in eum, animæ quærenti illum.

Reſpondeo. Dicendum, quòd bonum eſſe, præcipuè Deo cõuenit. Bonum enim aliquid eſt, ſecundùm quòd eſt appetibile: vnũquodq; autem appetit ſuam perfectionem: perfectio autem, & forma effectus eſt quædam ſimilitudo agentis, cum omne agens agat ſibi ſimile; vnde ipſum agens eſt appetibile, & habet rationem boni; hoc autem eſt, quod de ipſo appetitur, vt eius ſimilitudo participetur; cum ergo Deus ſit prima cauſa effectiua omniũ, manifeſtum eſt, quòd ſibi competit ratio boni, & appetibilis. Vnde Dionyſ. in libro de diu. nomin. attribuit bonum Deo, ſicut primæ cauſæ efficienti, dicens, quòd bonus dicitur Deus; ſicut ex quo omnia ſubſiſtunt. 134 Cap. 4. inter prin. & med.

Ad primum ergo dicendum, quòd habere modum, ſpeciem, & ordinem, pertinet ad rationem boni cauſati: ſed bonum in Deo eſt, ſicut in cauſa; vnde ad eum pertinet imponere alijs modum, ſpeciem, & ordinem; vnde iſta tria ſunt in Deo, ſicut in cauſa.

Ad ſecundum dicendum, quòd omnia appetendo proprias perfectiones appetunt ipſũ Deum, inquantum perfectiones omnium rerum ſunt quædam ſimilitudines diuini eſſe, vt

D. 461. D.1176. D. 1182. Q.4.art.2 23 vt ex dictis patet. Et ſic eorum, quæ Deum appetunt, quædam cognoſcunt ipſum, ſecũdum ſeipſum, quod eſt proprium creaturæ rationalis. Quædam verò cognoſcunt aliquas participationes ſuæ bonitatis, quod etiam extenditur vſque ad cognitionem ſenſibilem. Quędam verò appetitum naturalem habent abſq;
398 cognitione; vtpote inclinata ad ſuos fines ab alio ſuperiori cognoſcente.

Forma Textus.

Concluſio eſt affirmatiua. Probatur: Agens eſt appetibile, & bonum: Deus eſt agens primum effectuum omnium; ergo Deus eſt bonus, & appetibilis. Maior probatur: Quilibet effectus appetit ſimilitudinẽ agentis; ergo appetit ipſum agens; ergo agens eſt appetibile. Conſequentia videtur euidens; quoniam ſi ſimilitudo agẽtis appetitur, multò magis ipſum agens. Antecedens verò probatur: Quilibet effectus appetit ſuam perfectionem; ſed perfectio, & forma effectus, eſt ſimilitudo agentis; ergo. Minor probatur; quia omne agẽs agit ſibi ſimile.

ARTICVLVS II.

Vtrum Deus ſit ſummum bonum.

38 2.d.1.q.2. art.2 4. Et 1 con e 41 74.95 3. & 101 f. Et lib.3.c.17. Et po.q.7 art.1.c.10. Et mal q.3 art.1. c. Q.3.art.7.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd Deus non ſit ſummũ bonum. Summum enim bonum addit aliquid ſupra bonum; alioquin omni bono conueniret; ſed omne, quod ſe habet ex additione ad aliquid, eſt compoſitum; ergo ſummum bonum eſt compoſitum: ſed Deus eſt ſummè ſimplex, vt ſupra oſtenſum eſt: ergo Deus non eſt ſummũ bonum.

In prin primi lib. eth. to.5. 2 Præterea: Bonum eſt, quod omnia appetunt, vt dicit Philoſophus; ſed nihil aliud eſt, quod omnia appetunt, niſi ſolus Deus, qui eſt finis omnium: ergo nihil eſt aliud bonum, niſi Deus. Quod etiam videtur per id, quod dicitur Matt. 19. Nemo bonus, niſi ſolus Deus; ſed ſummum dicitur in comparatione aliorum, ſicut ſummum calidum in cõparatione ad omnia calida; ergo Deus non poteſt dici ſummũ bonum.

3 Præterea: Summum bonum comparationem importat; ſed quæ non ſunt vnius generis, non ſunt comparabilia; ſicut dulcedo inconuenienter dicitur maior, vel minor, quã linea; cum igitur Deus non ſit in eodem genere cum alijs bonis, vt ex ſuperioribus patet, Q.3.art.5 Q.4.art.3 ad 2. videtur, quòd Deus non poſſit dici ſummum bonum reſpectu eorum.

Primo de Trin.ca 2. circa prin. to.no 3. Sed cõtra eſt, quod dicit Auguſt. primo de Trinit. quòd Trinitas diuinarum perſonarum

A eſt ſummum bonum, quod purgatiſsimis mẽtibus cernitur.

Reſpondeo. Dicendũ, quòd Deus eſt ſummum bonum ſimpliciter; & non ſolùm in aliquo genere, vel ordine rerum. Sic enim bonum Deo attribuitur, vt dictum eſt, inquantũ Ar.præced omnes perfectiones deſideratę effluunt ab eo, ſicut à prima cauſa; nõ autem effluunt ab eo, ſicut ab agente vniuoco, vt ex ſuperioribus patet: ſed ſicut ab agente, quod non conuenit 22 cum ſuis effectibus, neque in ratione ſpeciei, Q.4.art.3 nec in ratione generis. Similitudo autem effe-

B ctus in cauſa quidẽ vniuoca inuenitur vniformiter, in cauſa autem æquiuoca inuenitur excellentiùs, ſicut calor excellentiori modo eſt in Sole, quàm in igne. Sic ergo oportet, quòd cùm bonum ſit in Deo, ſicut in prima cauſa omnium non vniuoca, quod ſit in eo excellẽtiſsimo modo, & propter hoc dicitur ſummũ D.1176 bonum. D.1182

Ad primum ergo dicendum, quòd ſummũ bonum addit ſuper bonum non rem aliquam abſolutam, ſed relationem tantùm; relatio autem, qua aliquid de Deo dicitur relatiuè ad D. 1089. 74

C creaturas, non eſt realiter in Deo, ſed in creatura; in Deo verò ſecundùm rationem. Sicut ſcibile relatiuè dicitur ad ſcientiam; non quia ad ipſam referatur, ſed quia ſcientia refertur ad ipſum. Et ſic non oportet, quòd in ſummo bono ſit aliqua compoſitio; ſed ſolùm quod alia deficiant ab ipſo.

Ad ſecundum dicendum, quòd, cùm dicitur, bonum eſt, quod omnia appetunt; non ſic intelligitur, quaſi vnumquodque bonum ab omnibus appetatur: ſed quia, quicquid appetitur, rationem boni habet. Quod autem dici-

D tur: Nemo bonus, niſi ſolus Deus, intelligitur Art.ſeq. de bono per eſſentiam, vt poſt dicetur.

Ad tertium dicendum, quòd ea, quæ non ſunt in eodem genere, ſiquidem ſint in diuerſis generibus contenta, nullo modo comparabilia ſunt; de Deo autem negatur eſſe in eodẽ genere cum alijs bonis: non quod ipſum ſit in quodam alio genere; ſed quia ipſum eſt ex- 19 tra genus, & principium omnis generis. Et ſic comparatur ad alia per exceſſum, & huiuſmodi cõparationem importat ſummum bonum.

E *Senſus quæſiti.*

ESſe ſummum bonum ſignificat eſſe bonum, quo nullum eſt melius, & quod vniuerſa cętera bona ſuperexcedit, tam quæ ſunt actu in aliqua temporis, aut cuiuſuis durationis differentia, quàm quæ poſſunt eſſe.

Forma

itized by Google

Forma Textus.

Conclusio eſt: Deus eſt ſummum bonum ſimpliciter, & non tantùm in aliquo genere, vel ordine rerum. Hæc conclusio ſupponit, vel potius continet diſtinctionem, ex qua maximè manifeſtatur illius ſenſus: Diſtinctio eſt: Duplex eſt ſummum bonum; quoddam in genere, vel ordine aliquo: & quoddam ſimpliciter. Sũmum bonum in genere eſt, quod excedit cætera bona in illo genere, vel ordine rerum; ſicut ſummum bonum in genere bonorum hominis eſt fælicitas, quia excedit reliqua omnia bona humana, ſiue hominis: Summum verò bonum ſimpliciter eſt illud, quod in tota entium, vel bonorum latitudine ſupremum obtinet locum.

Probatur autem concluſio: Similitudo effectus in cauſa æquiuoca inuenitur excellentiori modo; at bonũ inuenitur in Deo ſicut in cauſa æquiuoca; ergo eſt in eo excellentiori modo, & ſic Deus erit ſummum bonum. Maior probatur exemplo caloris in Sole: Minor probatur: Bonum Deo attribuitur, inquantum omnes perfectiones deſideratæ effluunt ab eo, ſicut à prima cauſa; at non effluunt ab eo, ſicut ab agente vniuoco; ergo ſicut ab agente æquiuoco. Maior probatur ex præcedenti articulo. Minor autem; quia Deus cum ſuis effectibus nõ conuenit, neque in ratione ſpeciei, neque in ratione generis.

Expoſitio Textus.

Circa concluſionem huius articuli, quæ affirmat Deum eſſe ſummum bonum ſimpliciter; ſciendum eſt dupliciter poſſe bonum aliquod nuncupari ſummum bonum ſimpliciter: Vno modo, prout diſtinguitur tantùm contra bonum in tali genere, vel ordine: Alio modo, prout diſtinguitur etiam contra bonum nuncupatum bonum ſimpliciter ex ſola relatione, vel ordine ad bonũ ſimpliciter; quo modo beatitudo formaliter dicitur vltimus finis, & ſummũ bonum, quatenus eſt adeptio vltimi finis, & ſummi boni, vt docet S.Th. 1.2.q.1.art.8.& quæſt.2.artic.7.& q.5.artic.1.& infra quæſt.25.artic.6.ad 4. Et virtus infuſa dicitur ſummum bonum ſimpliciter, inquantum per eam homo ad ſummum bonum ordinatur, quod eſt Deus, vt ait S.D. de virtutibus, quæſt.1.artic.9. ad 7. Concluſio S.Thom. intelligenda eſt de ſummo bono ſimpliciter vtroque modo, id eſt de ſummo bono, non in aliquo genere, vel ordine, nec relatiuè ad ſummũ bonum, ſed de ſummo bono abſolutiſsimè. Vnde etiam S.Thom. in 1.2.q.34.art.3. & ibidem Caiet. docent delectationem de ſummo bono; & viſionem, non eſſe ſummum bonum ſimpliciter. *S. Tho.*

Sed ad præſentis articuli maiorem explicationem, proponendæ ſunt quatuor breues dubitationes cum vna controuerſia.

Prima Dubitatio.

De efficacitate diſcurſus S.Thom.

Ex diſcurſu S.Thom. non videtur probari Deum eſſe ſummum bonum formaliter; ſed tantùm eminenter, cum tamen quæſitũ ſit de ſummo bono formaliter. Nam vis rationis in hoc conſiſtit, quod effectus omnes in Deo ſunt, tanquam in cauſa æquiuoca excellentiori modo; ex quo non videtur poſſe deduci, niſi quod iidem effectus ſint in Deo virtualiter, & eminenter; non autem formaliter.

A

Soluit Caietanus dicens effectum poſſe eſſe in cauſa æquiuoca excellentiori modo dupliciter: Vno modo formaliter, & virtualiter ſimul, quemadmodum lumen, & diaphaneitas eſt in corporibus cœleſtibus, tanquam cauſis luminis, & diaphaneitatis corporum inferiorum: Alio modo virtualiter tantùm; ſicut calor in Sole, à quo cauſatur in corporibus inferioribus. Hic textus intelligendus eſt de continentia effectus in cauſa priori modo; & vis præſentis diſcurſus fundatur in paſsiua cõtinentia effectus in cauſa æquiuoca vtroque modo, ſcilicet formaliter, & virtualiter. *Caiet. Effectus in cauſa æquiuoca dupliciter.*

B

Secunda Dubitatio.

An calor ignis cauſetur à Sole.

Secundò dubitatur de exemplo caloris in Sole, aſſumpto ad probationem maioris: nam calor ſpheræ ignis eſt proprietas conſequens naturã ignis, quæ producta eſt non à Sole; ſed à Deo immediatè per creationem; ergo non continetur in Sole virtualiter.

C

Reſpondetur primò exemplum prædictum nõ eſſe vniuerſale de omni calore; ſed intelligendum eſſe de calore à Sole cauſato: Secundò dicitur: exẽplum eſſe vniuerſale de omni calore pro ſingulis generibus, non pro ſingulis generum: nam ex quolibet caloris genere multi ſunt calores à Sole cauſati, licèt nõ ſinguli cuiuslibet generis calores, vt patet de calore ſpheræ ignis, & de calore primorum corporum à Deo creatorum. Tertiò dicitur; ad continentiam virtualem non requiri actualem productionem; ſed ſufficere virtutem producendi effectum in aliquo, vel aliquibus indiuiduis vnius ſpeciei, ex perfectione, & forma altioris ordinis; vt patet diſcurrendo per ſingula; alioquin ſolus Deus eſſet cauſa æquiuoca virtualiter continens effectus; quia Deus indiuidua perfectarum ſpecierum ab initio immediatè produxit, & poteſt reliqua omnia immediatè producere, & ad omnia producta ſua virtute, vt prima cauſa concurrit. Quartò dici poſſet cum Syluestro: ſpheram ignis cum ſuo calore contineri virtualiter in Sole, nõ effectiuè, ſed conſeruatiuè; quia diſpoſitiones ad formas elementorum, ad quas conſequuntur naturales qualitates, conſeruantur à cœlo, vt habetur in 2. ſent. diſt.19. & 4. diſt.47. *Prima ſolutio. Secunda ſolutio. Tertia ſolutio. Quid requiratur ad continentiam virtualem. Quarta ſolutio et Syluestri.*

D

E

Tertia Dubitatio.

An Deus dicatur bonus, inquantum eſt cauſa bonitatis.

Tertiò dubitatur circa illam propoſitionem. *ſic Deo bonum attribuitur, inquantum omnes perfe-*

perfectiones deſideratæ effluunt ab eo. Nam videtur hæc propoſitio contraria doctrinæ eiuſdem Sacti Doct. quæſt. 13. art. 2. vbi impugnat illorum ſententiam, qui dicebant nomina Deo impoſita fuiſſe ad ſignificandam habitudinem cauſæ ad creaturas, vt cũ dicimus, Deus eſt bonus, ſenſus ſit: Deus eſt cauſa bonitatis, & ſic de alijs.

Solutio. Ad hoc dicitur verba illa, *inquantum omnes perfectiones deſideratæ effluunt ab eo*, dupliciter intelligi poſſe; Vno modo formaliter, & ſic procedit argumentum, nec in hoc ſenſu accipienda ſunt. Alio modo originaliter, ſiue radicaliter, & hic eſt proprius dictorum verborum ſenſus; videlicet, quod bonum Deo attribuitur, inquantum in eo eſt origo, & fons, à quo promanant omnes perfectiones creaturarum.

Quarta dubitatio.

Qua ratione Deus dicatur ſummum bonum.

QVarta dubitatio eſt. Si Deus eſt ſummum bonum per comparationẽ ad creaturas à Deo deriuatas, ergo, ſi Deus nunquã produxiſſet creaturas, non fuiſſet, nec fuit ab æterno ſummum bonum.

Solutio. Summum bonum dupliciter ſ. negatiuè, & poſitiuè. Reſpondetur bonum dupliciter dici ſummum: Vno modo negatiuè, ideſt quod eo nihil ſit, aut poſsit eſſe, vel cogitari melius; & hoc modo ſummum bonum non præſupponit, vel exigit alia bona in rerum natura: Alio modo bonum dicitur ſũmum poſitiuè; & hoc modo requirit aliorum bonorum exiſtentiam in rerum natura: Nam ſummũ poſitiuè dicitur relatiuè: relatio autem præexigit extrema relata, in quibus fundatur. Sed quoniam eſſe in rerum natura contingit dupliciter, ſcilicet in actu, & in potentia, ideo etiam bonum poteſt dici ſummum per comparationem ad bona actu exiſtentia, & per comparationem ad bona factibilia. Vnde ad argumentum dicitur primò: Deum ſemper fuiſſe ſummum bonum negatiuè. Secũdò; fuiſſe etiam ſummum bonum poſitiuè per comparationem ad reliqua bona exiſtentia, ſi non in actu, ſaltem in potentia; hanc reſponſionem indicat Caiet. in expoſitione tituli.

Controuerſia vnica.

An Deus, & vniuerſum ſimul ſumpta ſint aliquid melius, ſiuè maius bonum, quàm Deus ſolus.

Sententiæ Doctorum, & expoſitorum.

Durandus. DVrandus in 1. ſent. diſt. 44. q. 3. affirmat Deum, & vniuerſum eſſe aliquid melius extẽſiuè, quàm Deus ſolus. Eandem ſententiam ſequitur Alexander Peſantius ſuper 2. art. q. 4. Oppoſitam ſententiam docent S. Tho. 1. 2. q. 34. art. 3. ad 2. & 3. ſent. diſt. 6. q. 2. art. 3. ad 1. & de Malo, q. 5. art. 1. ad 4. eandem ſententiam ſequuntur Ludou. Molina ſuper hoc artic. & Zumellus ſuper q. 4. art. 2. in appendice ad ſecundam ſuam quæſtionem.

(Peſantius. S. Tho. Molina. Zumellus.)

A

Reſolutio.

Diſtinguuntur, & explicantur plures modi, quibus vnum bonum dicitur altero maius.

DIſcuſsio, & reſolutio præſentis controuerſiæ pendet ex ſufficienti diſtinctione materiæ, de qua tractatur, tam in vniuerſali, quàm in particulari, & ex attẽta ſingulorum membrorum inſpectione.

Diſtinctio eſt: Aliquid eſſe maius bonum contingit dupliciter: Vno modo intenſiuè, ſicut albedo intenſior eſt perfectior, & melior alia albedine minus intenſa, vel etiam pluribus minus intenſis: Alio modo eſt aliquid maius bonum extenſiuè. Et hoc dupliciter: Vno modo, vt ſit idem numero bonum, quod conſideratur, vt extenſius, & minus extenſum; ſicut eadem albedo extenſa ad maiorem ſuperficiem perfectior eſt, & maius bonum, quàm minus extenſa; & eadem ſcientia extẽſa ad plura ſcibilia, perfectior, & melior eſt ſeipſa ad pauciores concluſiones extenſa: & hoc modo propriè dicitur aliquid melius extenſiuè: Alio modo eſt aliquid extenſiuè maius bonum, nõ ſeruata rei identitate. Quod duobus modis fieri poteſt. Primò, vt ſit diuerſum quidem numero, ſed retineat eandem rationem formalem vniuocam: ſicut ſi dicamus plures albedines eſſe aliquid melius extenſiuè, quàm vna, & plures homines, quàm vnus: quoniam ibi ſunt plures omnino diſparati gradus bonitatis, quorum vnus in alio non continetur; & hic etiam eſt proprius modus, quo dicitur aliquid melius extenſiuè. Secundò, vt bonum, quod dicitur extenſiuè maius, ſit aggregatum ex bonis non vnius rationis formalis vniuocæ, ſed analogicæ; quod alio modo eſſe nõ poteſt, niſi quatenus bonitas, quæ in vno eſt per eſſentiam, vel eminenter, in alio, vel in alijs eſt per participationem; ſicut ſi dicamus albedinem per eſſentiã ſubſiſtentem, ſi daretur, acceptam ſimul cum albedine inhærente eſſe aliquid melius extenſiuè ſola albedine per eſſentiam, vel calorẽ eminenter exiſtentẽ ĩ Sole ſumptũ ſimul cũ calore ignis eſſe aliquid melius ſola caliditate eminenter exiſtente in Sole.

(Maius bonum intenſiuè, & extẽſiuè multipliciter.)

B C D

Sed aduertendum eſt, Deum multò eminentius in ſe creaturas vniuerſas continere, quàm Sol caliditatem; cum Deus ſit ipſum eſſe infinitum ſimpliciter perfectiſsime præhabens omnes eſſendi modos, & ideo eminenter continens formas, & actus; etiam ratione potentiarum, ſiue illæ ſint proximæ, ſiue remotæ, vſque ad quamlibet ſubſtantiam, & materiam primam incluſiuè; quod de nulla re creata dici poteſt. Non enim Sol, aut Angelus eminenter continet omnem potentiam calorificam etiam remotam; cum non contineat materiã primam, quæ à ſolo Deo produci poteſt. Quo fit, vt ſimpliciter, & propriè enunciari poſſit virtualẽ Solis calorẽ, ſimul cum formali ignis calidiitate eſſe aliquid melius, non tamẽ ita ſimpliciter, & propriè dici poſſit eſſe creaturæ in Deo, qđ Deus eſt, ſimul cum eſſe creaturæ in ſeipſa eſſe aliquid melius ſolo eſſe Dei, vel creaturæ in Deo, prout Deus eſt.

(Quo Deus Sol, & Angelus eminenter cõtineant.)

E

Digitized by Google

Proponuntur, & probantur concluſiones.

PRima concluſio. Deus, & vniuerſum non ſunt maius bonum intenſiuè, quàm Deus ſolus. Probatur hæc concluſio pluribus authoritatibus, D.Tho. in quibus etiam continentur rationes demonſtratiuæ.

D. Thom.

Prima authoritas eſt ex queſt. de Malo, q. 5. art. 1. ad quartum. *Cuius verba ſunt. Bonum creatum additum bono increato, non facit maius bonum, nec magis beatum. Cuius ratio eſt; quia ſi duo participantia coniungantur, augeri poteſt in eis id, quod participatur, ſed ſi participans addatur ei, quod eſt per eſſentiã tale, non facit aliquid maius; ſicut duo calida adiuncta adinuicem poſſunt facere magis calidum; ſed ſi eſſet aliquid, quod eſt calor per eſſentiam ſuã ſubſiſtens, ex nullius calidi additione intenderetur. Cum ergo Deus ſit ipſa eſſentia bonitatis, & omnia alia ſint bona per participationem, ex nullius boni additione fit Deus magis bonus, quia cuiuslibet rei alterius bonitas continetur in ipſo, & addit. Vnde cum beatitudo non ſit aliud, quàm adeptio boni perfecti, quodcunque aliud bonum ſuperadditur diuinæ viſioni, aut fruitioni, non faciet magis beatum.* Et 1. ſent. diſt. 6. q. 2. art. 3. ad primum loquens de Chriſto, quatenus eſt perſona compoſita, inquit. *In perſona compoſita, quamuis ſint plura bona, quàm in perſona ſimplici, quia ibi eſt bonum increatum, & bonum creatum; tamen perſona compoſita non eſt maius bonum, quàm ſimplex; quia bonum increatum ſe habet ad bonum creatum; ſicut punctus ad lineã; cum nulla ſit proportio vnius ad alterum; vnde ſicut lineæ additum punctum non facit maius, ita nec bonum creatum additum in perſona bono increato facit melius; vel etiam, quia tota ratio bonitatis omnium bonorum eſt in Deo; vnde, & ipſe dicitur omne bonum; vnde nõ poteſt ſibi fieri additio alicuius boni, quod in ipſo nõ ſit;* Et idem ſignificat 1. 2. q. 34. art. 3. ad 2. Hanc concluſionem probat alijs medijs Franciſcus Zumellus, q̃ tñ fundantur in dictis rationibus S. Th.

Zumel.

Secunda concluſio. Deus, & vniuerſum nõ ſunt maius bonum extenſiuè propriè, ideſt nec, vt vnũ numero bonum magis extenſum; nec vt plura eiuſdem rationis formalis. Probatur; quia Deus; & creatura, nec ſunt vnum numero, nec vnum ſecundùm rationem formalem vniuocam: Et quoniam altero iſtorum duorum modorum dicitur propriè aliquid maius extenſiuè, ideo abſolutè loquendo non eſt dicendum Deum, & vniuerſum eſſe maius bonum extenſiuè, quàm ſolus Deus. Hoc enim ſolo modo additur noua omnino, & diſparata bonitas bonitati. Hanc concluſionem probant diſcurſus D. Thomæ, paulò ante relati.

Tertia concluſio. Deus, & vniuerſum ſunt maius bonum extenſiuè impropriè, Declaratur primò hæc concluſio, deinde probatur: Senſus concluſionis eſt, Deum, & vniuerſum ſimul nõ continere plures, & omnino diſparatos gradus bonitatis, quàm ſint in ſolo Deo; ſed bonitatem extenſiorem eſſe in Deo, & creatura ſimul, quàm in ſolo Deo, in quo vnitatem habet, ſine numero: qđ eſt dicere illa eſſe plura bona, & non maius bonũ. Probatur concluſio: Quoniam communicatio diuinæ boni-

A tatis facta creaturis eſt quædam illius extenſio: nil enim aliud eſt cõicare; quàm, quod ſibi proprium erat, alijs cõe facere; hoc verò eſt eam ſua vnitate inextenſam, ac quaſi implicatam ad alia per rerum multarum productionem illius ſimilitudinem participantium extẽdere, & latius explicare; & hoc idẽ probant quatuor argumenta Durãdi, quæ proponenda ſunt, & ſoluenda, quatenus aduerſus p̃determinatã veritatẽ poſsũt militare.

Quid ſit cõicare.

Argumenta Durandi, & eorum ſolutiones.

COntra ſecundam concluſionem argumentatur Durandus. Primò: Quando Deus mundũ

B produxit, plures creauit perfectiones, quæ prius non erant, neque extabant ad extra; ergo mundo ipſo producto plures perfectiones ſunt ad extra, quæ prius non erant; ergo creuit rerum perfectio.

Reſpondetur: conſequens vltimum tripliciter intelligi poſſe. Primò; quod creuerit rerum perfectio intenſiua. Secundò; quod creuerit rerum perfectio extenſiua propriè dicta. Tertiò; quod creuerit rerum perfectio, & bonitas extenſiua impropriè dicta. In primo, & ſecundo ſenſu accipiendo conſequens, negatur conſequentia; in tertio conceditur, & probat noſtram tertiam concluſionem.

Secundo: Si Deus eſſet formaliter planta, & p̃duceret de nouo aliam plantam, profectò eſſent

C plures perfectiones, & eſſet aliquid melius in hac rerum vniuerſitate; ergo, ſi Deus eſt eminenter planta, & producit de nouo plantam, certè plures perfectiones ſunt in rerum vniuerſitate.

Reſpondetur negando conſequentiam: & ratio negationis eſt; quoniam ſi Deus eſſet formaliter planta, & non eminenter, bonitas plantæ producẽtis, & plantæ productæ eſſent eiuſdem rationis, & eiuſdem ordinis, & ideo bonitas vnius addita bonitati alterius, maiorem faceret bonitatem.

Tertiò: Sol eſt eminenter calidus: at calidum ſimul cum Sole eſt aliquid melius, & perfectius, quã Sol; ergo, quamuis Deus ſit eminenter planta, &

D eminenter Angelus; nihilominus Deus, & Angelus, Deus, & planta aliquid maius, & aliquid perfectius ſunt, quàm ſolus Deus.

Reſpondetur falſam eſſe conſequentiam: & ratio ſupra allata eſt; quoniam longe eminẽtiori modo res in Deo continentur, quam quilibet effectus in cauſa æquiuoca creata.

Quartò: Bonũ creatum, & bonũ diuinũ increatum, ſunt duo bona, ſiquidẽ ſunt duo entia: & bonum creatum non includitur in bono increato formaliter, aut actualiter; ſed tñ cauſaliter, aut potẽtialiter; ergo bonum creatum, & bonum diuinũ,

E ſunt aliquid perfectius, & aliquid melius ſaltem extẽſiuè, quàm ſolum bonum diuinum; neq; enim aliquis ſanæ mentis poteſt cogitare, quòd bonum additum alteri bono non efficiat aliquid perfectius, & aliquid melius extenſiuè, alias Deus mundum producendo, nullum bonum produxiſſet; & falſum eſſet, quod ſcriptura teſtatur dicens. *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valdè bona.* Gen. 1.

Reſpondetur ſicut ad primum: quòd, ſi conſequẽs itelligatur de pfectiori, vel meliori inteſiuè,

vel

vel extenſiuè propriè, negatur conſequentia. Si autem intelligatur de perfectiori, & meliori extenſiuè impropriè, admittitur totum argumentũ: probat enim tertiam noſtram concluſionem.

ARTICVLVS III.

Vtrum eſſe bonum per eſſentiam ſit proprium Dei.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd eſſe bonum per eſſentiam, non ſit proprium Dei. Sicut enim vnum conuertitur cum ente, ita & bonum, † vt ſupra habitum eſt; ſed omne ens eſt vnum per ſuam eſſentiam, vt patet per philoſophum in 4. metaph. † ergo omne ens eſt bonum per ſuam eſſentiam.

2 Præterea: Si bonum eſt, quod omnia appetunt, cùm ipſum eſſe ſit deſideratum ab omnibus, ipſum eſſe cuiuslibet rei eſt eius bonũ. Sed quælibet res eſt ens per ſuam eſſentiam; ergo quælibet res eſt bona per ſuam eſſentiã.

3 Præterea: Omnis res per ſuam bonitatẽ eſt bona. Si igitur aliqua res eſt, quæ non ſit bona per ſuam eſſentiam, oportebit, quòd eius bonitas non ſit ſua eſſentia. Illa ergo bonitas, cùm ſit ens quoddam, oportet, quòd ſit bona: & ſi quidem alia bonitate, iterum de illa bonitate quæretur: aut ergo erit procedere in infinitum, aut venire ad aliquam bonitatem, quæ non erit bona per aliam bonitatem: eadem ergo ratione ſtandum eſt in primo; res igitur quælibet eſt bona per ſuam eſſentiam.

Sed contra eſt, ꝙ dicit Boet. in lib. de hebdom. † quòd alia omnia à Deo ſunt bona per participationem; non igitur per eſſentiam.

Reſpondeo. Dicendum, quòd ſolus † Deus eſt bonus per ſuam eſſentiam. Vnumquodque enim dicitur bonum, ſecundùm quod eſt perfectum. Perfectio autem alicuius rei triplex eſt. Prima quidem, ſecundùm quòd in ſuo eſſe conſtituitur. Secunda verò, prout ei aliqua accidentia ſuperadduntur ad ſuam perfectam operationem neceſſaria. Tertia verò perfectio alicuius eſt per hoc, quòd aliquid aliud attingit, ſicut finem, vtpote prima perfectio ignis conſiſtit in eſſe, quod habet per ſuam formam ſubſtantialem. Secunda verò eius perfectio conſiſtit in caliditate, leuitate, & ſiccitate, & huiuſmodi. Tertia verò perfectio eius eſt, ſecundùm quòd in loco ſuo quieſcit. Hæc autẽ triplex perfectio nulli creato competit ſecundum ſuam eſſentiam, ſed ſoli Deo, cuius ſolius eſſentia eſt ſuum eſſe: & cui non adueniunt aliqua accidentia: ſed quæ de alijs dicuntur accidentaliter, ſibi cõueniunt eſſentialiter, vt eſſe potentem, ſapientem, & huiuſmodi, ſicut

A ex dictis patet. † Ipſe etiam ad nihil aliud ordinatur ſicut ad finem, ſed ipſe eſt vltimus finis omnium rerum. Vnde manifeſtum eſt, quòd ſolus Deus habet omnimodam perfectionem ſecundùm ſuam eſſentiam; & ideo ipſe ſolus eſt bonus per ſuam eſſentiam. Q. 3. art. 6.

Ad primum, ergo dicendum, quòd vnũ nõ importat rationẽ perfectionis, ſed indiuiſionis tantùm, quæ vnicuique rei competit ſecũdum ſuam eſſentiam. Simplicium autem eſſentiæ ſunt indiuiſæ, & actu, & potentia. Compoſitorum verò eſſentiæ ſunt indiuiſę ſecundùm B actum tantùm; & ideo oportet, quòd quælibet res ſit vna per ſuam eſſentiam; non autem bona, vt oſtenſum eſt. † D. 1191. 17.

Ad ſecũdum dicendum; quòd licèt vnumquodque ſit bonum, inquantum habet eſſe, tamen eſſentia rei creatæ non eſt ipſum eſſe; & ideo non ſequitur, quòd res creata ſit bona per ſuam eſſentiam. In corpore articuli.

Ad tertium dicendum, quòd bonitas rei creatæ non eſt ipſa eius eſſentia, ſed aliquid ſuperadditum, vel ipſum eſſe eius, vel aliqua perfectio ſuperaddita, vel ordo ad finem. Ipſa C tamen bonitas ſic ſuperaddita dicitur bona; ſicut & ens; hac autem ratione dicitur ens; quia ea eſt aliquid: non quia ipſa aliquo alio ſit. Vnde hac ratione dicitur bona, quia ea eſt aliquid bonum; non quia ipſa habeat aliquàm aliam bonitatem, qua ſit bona.

TErminos huius quæſiti explicant diligenter Caiet. Syluester, & Ianellus.

Forma Textus.

D *COnclusio eſt. Solus Deus eſt bonus per ſuam eſſentiam. Probatur: Vnumquodque eſt bonum ſecundum quod eſt perfectum; at ſolus Deus eſt perfectus per ſuam eſſentiam; ergo ſolus Deus eſt bonus per ſuam eſſentiam. Maior patet ex dictis in q. 5. Minor probatur: Triplex eſt res perfectio: ſed ſecundùm quamlibet ſolus Deus eſt perfectus per ſuam eſſentiam; ergo ſolus Deus eſt perfectus per ſuam eſſentiam. Probatur primo maior explicando dictas tres perfectiones: Prima eſt ſecundùm quod res in ſuo eſſe conſtituitur. Secunda, prout aliqua accidentia ſuperadduntur ad eius perfectionem. Tertia, ſecundùm quod aliquid aliud attingit tanquam finem; quæ omnia illuſtrat exemplo ignis, cuius prima perfectio conſiſtit in eſſe, quod habet per ſuam* E *formam ſubſtantialem in primo inſtanti naturæ, in quo genitus eſt. Secunda verò eius perfectio in caliditate, leuitate, & ſiccitate, & alijs qualitatibus. Tertia verò eius perfectio eſt in hoc, quod in ſuo loco quieſcit. Minor autem, quod ſcilicet ſecundum quamlibet ſolus Deus ſit perfectus per ſuam eſſentiam, probatur quo ad primam: Quia ſolius Dei eſſentia eſt ſuum eſſe, quo ad ſecundam: quia, quæ de alijs dicuntur accidentaliter, Deo conueniunt eſſentialiter, vt eſſe potentem, ſapientẽ, &c.*

Digitized by Google

& ſic in Deo nullum eſt accidens eſſentiæ ſuper additum. Quo ad tertiam: quoniam Deus eſt vltimus finis omnium, ex quo ſequitur, quod ipſe ad nihil aliud ordinatur tanquam finem, ſed omnia ad ipſum ordinentur, & ſic in eo, tanquam in fine omnia acquirant tertiam bonitatem.

Prima Controuerſia.

De ſenſu concluſionis, & quæſiti.

Explicatur ſenſus, & ſtatus, & controuerſiæ, & referuntur ſententiæ expoſitorum cum ſuis argumentis.

DIſputant expoſitores de ſenſu illius particulæ *per eſſentiam*. Ad cuius euidentiam duo præmittenda ſunt. Primum eſt concluſionem hãc D. Thom. *ſolus Deus eſt bonus per ſuam eſſentiam*. Continere dictionem illam excluſiuam, *ſolus*. Omnis autem talis propoſitio duas habet exponẽtes; vnam affirmatiuam, & alteram negatiuam; affirmatiua dictæ propoſitionis eſt; Deo conuenit eſſe bonum per ſuam eſſentiam. Negatiua eſt; nihil aliud à Deo eſt bonum per ſuam eſſentiam. Secundum eſt, particulam illam *per eſſentiam*, poſſe determinare ſubiectum, & poſſe etiam determinare prædicatum. Et ſiquidem determinet ſubiectum, diſtinguit contra omnẽ id, quod eſt extra ſubiecti eſſentiam, & habet vim duarum dictionum; & eſt ſenſus. Vtrum ſolus Deus per ſuam eſſentiam formaliter, & non per aliquid, quod eſt extra eſſentiam, ſit ſufficienter bonus. Quòd ſi dictio *per eſſentiam* determinet prædicatum, tunc diſtinguit contra eſſe tale per participationem, & habet vim vnius dictionis, & eſt idem, quod eſſentialiter; ſicut ſi albedo naturaliter ſubſiſteret, eſſet albedo per eſſentiam; quæ vero non ſubſiſtit, eſt albedo p participationem; & eſſet ſenſus in propoſito. *Vtrũ Deus ſit bonus per eſſentiam*, ideſt, vtrum ſit bonus non per participationem, ſed eſſentialiter. Quid autem ſit eſſe tale per eſſentiam explicat Caiet. ex q. 4. art. 2. Id per eſſentiam dici, quod ex ipſo ſuo eſſendi modo omnem plenitudinẽ illi rationi formali poſſibilem naturaliter claudit; vt albedo, ſi per ſe naturaliter ſubſiſteret; è contra verò participatiuè tale dici, quidquid habet aliquam rationem formalem non ſecundùm totam plenitudinẽ perfectionis poſſibilis conuenire tali rationi formali; vt albedo in ſubiecto recepta. Quomodo autem hic ſumatur vox illa *per eſſentiam* in præſenti quæſito, diſſenſio eſt inter expoſitores; nam Caietanus tria dicit. Primum eſt, In re præſenti hi duo modi, ſcilicet eſſe bonum per eſſentiam, vt dictio *per eſſentiam* ſe tenet ex parte ſubiecti, & eſſe bonum per eſſentiam, prout eadem dictio ſe tenet ex parte prædicati, coincidunt gratia materiæ: nam omne, quod eſt per eſſentiã primò modo, eſt etiã per eſſentiã ſecundo modo; quoniam nullius creaturæ perfectio, vel bonitas eſt ei eſſentialis; ſed formaliter, vt dictum eſt, diſtinguuntur. Secundũ eſt, Ex parte exponentis affirmatiuæ, dictio illa *per eſ-*

Eſſe tale per eſſentiam dupliciter.

Caiet.

Caiet.

A *ſentiam* ſe tenet ex parte prædicati, & diſtinguitur contra per participationem; non autem ſe tenet ex parte ſubiecti; quoniam hoc modo pertineret ad quæſtionem de ſimplicitate Dei: in qua ſtabilitum eſt, nihil Deo conuenire per aliquid additũ ſuæ eſſentiæ. Quæſitum autem hoc, eſt de ipſo bono per eſſentiam. Tertium eſt: Ex parte exponentis negatiuæ prædicta vox ſe tenet ex parte ſubiecti: & ratio eſt, quoniam argumenta S. Tho. militant contra ſenſum hunc, & probatio etiam concluſionis procedit ſecundum hunc eundem ſenſum, vt patet.

Sententiam Caietani ſequitur Zumellus. At Syl- B ueſter, Iauellus, Gregorius de Valẽtia, & Gabriel Vaſquez arbitrantur particulam illam *per eſſentiã* ſe tenere ex parte ſubiecti in vtraque exponente: licèt Iauellus in principio exponat titulum cum Caietano.

Zumel. Sylueſt. Iauell. Valent. Vaſquez.

Pro hac ſententia, argumentatur primò, Sylueſter: Nam ſenſum Caietani excludit pronomen, *ſuam*; poſitum in titulo (intellige in fronte quæſtionis, vbi proponuntur quæſita.) Secundò; ratio adducta à S. Thom. ad probandam concluſionem procedit iuxta hunc ſenſum, vt manifeſtè patet. Tertiò; eundem ſenſum habent reſponſiones D. Thom. ad argumenta.

C Iauellus ſic arguit. Eſſe bonũ per eſſentiã, ideſt eſſentialiter, æquipollet ſummo bono: at de ſummo bono egit in præcedenti articulo; ergo. Gregorius de Valentia hoc vtitur argumento. De plenitudine bonitatis diuinæ communiter intellectæ, ſcilicet abſtrahendo ab infinitate: iam egerat S. Thom. art. ſecũdo, vbi oſtenderat Deum eſſe ſummum bonum, de infinitate verò bonitatis diuinæ tractabit quæſtione ſequenti. Poteſt præterea argui pro hac ſententia: nam S. Thom. in principio corporis ſic reſpondet. *Dicendum, quod ſolus Deus eſt bonus per ſuam eſſentiam*. & in fine corporis idẽ concludit; conſtat autem hoc modo loquendi ſi- D gnificari Deum eſſe bonum per intrinſeca, & non per ſuperaddita, ſecundum quem ſenſum dictio illa: *per eſſentiam* ſe tenet ex parte ſubiecti.

Reſolutio.

Vtraque ſententia, vt probabilis ſuſtinetur.

IN hac controuerſia, vtraq; ſententiã probabilẽ arbitramur. Et ſententiæ quidẽ Caiet. præter ſupradicta, duo ſunt, quæ maximè fauent, primũ eſt titulus huius articuli, in quo non apponitur pronomen, *ſuam*. Sm̃ eſt argumẽtum ad oppoſitũ, in quo affertur authoritas Boetij de Hebd. dicen- E tis, *alia à Deo ſunt bona per participationẽ*; vnde infert S. Tho. *non igitur per eſſentiam*; quo loquẽdi modo manifeſtè ſignificat ſe ſumere particulã illam *per eſſentiam*, vt ſe tenet ex parte prędicati. Sed reſpondet Vaſquez hoc genus argumentorum non tam poni à S. Thom. vt confirmet id, quod docet in articulo, quam, vt quæſtionem propoſitam more ſolito, ex vtraq; parte dubiam reddat; Sed licet quandoque ita ſit, nunquàm tamen S. Thom. affert argumenta extra propoſiti ſenſum quæſiti: & ſi quan-

S. Tho.

Vaſquez.

Digitized by Google

ſi quando affert argumenta, quorum probatio protendatur vltra intentionem quæſiti, vel contra ſenſum concluſionis, ſolet in poſtrema parte articuli talibus argumentis reſpondere.

Soluuntur argumenta pro vtraque parte.

Caietanus. Syluest.

IGitur pro ſententia Caietani reſpondeo, & ad primum argumentum Syluestri dico primò: titulum quęſiti in proprio loco non habere pronomen, *ſuam.*

Secundò reſpondetur: S. Thomam in articulo ſequenti, vbi loquitur de bono per eſſentiam, quatenus particula illa *per eſſentiam* ſe tenet ex parte prædicati, appoſuiſſe pronomen *ſuam*, dictioni illi *per eſſentiam*. Vnde ex dicto pronomine nihil poteſt deduci contra Caietanum, ſed potius pro ipſo.

Ad ſecundum, & tertium reſpōdet Caietanus; hic principaliter excluſiuam diſputari propter negatiuam exponentem; quaſi (inquit) affirmatiua ex tertia quæſtione habita ſit; & ideo diſcurſus corporis, & reſponſiones ad argumenta, huic fauent ſenſui; ſed quia eſſe tale per eſſentiam priori modo, coincidit in doctrina S. Thomæ, cum eſſe tale per eſſentiam poſteriori modo: ideo probando, & diſputando vnum: probatur ſimul, & diſputatur aliud.

Poſtremò dico rationem Diui Thomæ optimè, & formaliter concludere Deum eſſe bonum per eſſentiam, ideſt eſſentialiter: Nam S. Thom. ad probationem ſuæ concluſionis, ſic argumentatur. *Vnumquodque eſt bonum ſecundùm quod eſt perfectũ. Solus Deus eſt perfectus per eſſentiam; ergo ſolus Deus eſt bonus per ſuam eſſentiam. Minor probatur: quia ſolius Dei eſſentia eſt ſuum eſſe. Et quæ de alijs dicuntur accidentaliter, ſibi conueniunt eſſentialiter.* Conſtat autem S. Thomam ſupra in artic. 2. quæſt. 4. probaſſe Deum totam eſſendi perfectionem in ſe continere, quia eſt ipſum eſſe ſubſiſtens, ideſt per eſſentiã; cum igitur hoc in loco aſſumat id, quod probauit in dicto artic. neceſſe eſt in eodem ſenſu illud accipiat; & cum vnumquodque dicatur bonum ſecundum quod eſt ens, & perfectum, vt hic ait S. Tho. ſequitur in ſenſu formali, quod ſi Deus eſt perfectus, & ens per eſſentiam, prout hæc particula *per eſſentiam*, ſe tenet ex parte prædicati, eadem ratione ſit bonus per eſſentiam. Vnde etiam ad idem ſignificandum vtitur hoc termino *eſſentialiter* dicens, *quæ de alijs dicuntur accidentaliter, ſibi cõueniunt eſſentialiter;* qui terminus in vtroque ſenſu accipi commodè poteſt.

Iauellus.

Ad argumentum Iauelli, reſpondetur: quòd licèt bonum per eſſentiam ſit idem materialiter cũ ſummo bono, differunt tamen formaliter. Primò: quia eſſe bonum per eſſentiam dicitur abſolutè; eſſe autem ſummum bonum dicitur relatiuè. Secundò; quia illud eſt fundamentum huius. Et eodem modo ſoluitur argumentum Valentiæ, quod in ſubſtantia idem eſt cum prædicto. Ad vltimũ reſpondetur eodẽ modo; videlicet, id factũ eſſe ad ſignificandã realem vtriuſq; ſenſus identitatem.

Valentia.

A Ad rationem Caietani, & noſtram contra ſententiam aliorum dici poteſt; quòd quemadmodũ S. Thom. non obſtante determinatione facta in q. 3. de ſumma ſimplicitate Dei, & doctrina ſecundi art. 4. quæſt. quæſiuit in artic. quarto, q. 14. Vtrum intellectus Dei ſit eius ſubſtantia; potuit eadem ratione hic quærere, an Deus ſit bonus per eſſentiam, ideſt: An Dei bonitas ſit eius eſſentia: non. n. ſufficit quæſita tractare ex communibus, ſed determinãda ſunt ex proprijs; quoniam ex proprijs ſpecialem habent difficultatem, ſicut patet in materia præſentis articuli.

Caiet.

B

Secunda Controuerſia.

An aliqua res alia à Deo ſit bona per ſuam eſſentiam.

Sententiæ expoſitorum.

Valentia. Vaſquez.

GRegorius de Valentia, & Gabriel Vaſquez ſequentes Scotum, affirmant quamlibet rẽ eſſe bonam ſimpliciter, ideſt abſolutè per ſuam eſſentiam, & eãdem opinionem videtur tenere Suarez lib. 1. de eſſentia Dei cap. 8. Oppoſitam ſententiam tenet S. Thom. in hoc articulo, & alibi ſæpè; & Caietan. hic cum alijs expoſitoribus.

Suarez. S. Thom. Caiet.

C *Reſolutio.*

AD huius controuerſiæ explicationem, ſciendum eſt primò; in qualibet re creata duo inueniri, videlicet eſſentiam, & exiſtentiam, de quibus latè egimus in 3. q. art. 4. Eſſentia eſt, qua res dicitur ens nominaliter; exiſtentia eſt, qua res dicitur ens participialiter, ideſt exiſtens. Differunt autem ens nominaliter, & ens participialiter. Primò, quia ens nominaliter dicit eſſentiã, ſiue quidditatem in concreto, ſine exiſtẽtia; ens autem participialiter dicit eſſentiam ſub exiſtentia. Secundò, quia ens nominaliter non eſt ens ſimpliciter, ideſt abſolutè: nam eſſentia rei ſine exiſtentia ſimpliciter nihil eſt, vt in dicta quæſt. oſtendimus cũ

Differẽtia triplex inter ens nominaliter, & ens participialiter.

D Capreolo; Ens autem participialiter, ſimpliciter, & abſolutè ens eſt. Tertiò, quia ens nominaliter nõ conuertitur cum bono, ſed ens participialiter: nam vnum quodque bonum eſt, quatenus appetibile eſt; eſt autem appetibile, quatenus perfectum eſt: eſt autem vnumquodque perfectum, quatenus actu eſt; eſt autem actu, quatenus exiſtens eſt: hoc autem eſt ens participialiter. Et hic diſcurſus eſt S. Thom. in 1. art. 5. q. Loquimur autem hic de bono, quod abſolutè, ideſt ſine addito poteſt appellari bonũ: nam materia prima bona eſt ſm̃ quid: quia ſ. aptitudinẽ habet, & ordinem ad bonum, vt

Capreolus.

E inquit S. Tho. q. 5. art. 3. ad 3. & eadem ratione eſſentia rei bona eſt, quia ordinem habet ad eſſe.

Secundò obſeruandum eſt cum S. Thom, & Caiet. quæſt. 5. art. 3. quòd quia ratio entis prior eſt ratione boni; ſicut ratio hominis prior eſt ratione riſibilis; ideo quemadmodum poteſt conſiderari homo in aliquo priori, in quo conuenit illi eſſe animal rationale, & eſſe hominem, & non conuenit illi eſſe riſibilẽ; quia prædicata primi modi præcedunt prædicata ſecũdi modi dicẽdi per ſe; ita põt

D. Thom. Caiet.

conſiderari ens in aliquo priori, in quo illi conuenit ratio enti, & non conuenit ei ratio boni. Vnde mathematica, vt ſubſunt abſtractioni mathematicæ, non ſunt bona; quia vt ſic, abſtrahunt ab exiſtentia: & ſicut non licèt inferre: homo, vt homo abſtrahit à riſibili; ergo aliquis homo non eſt riſibilis; ita non licèt inferre: ens vt ens abſtrahit à bono; ergo aliquod ens non eſt bonum: nam ex abſtractione, & ſeparatione in intellectu, non ſequitur abſtractio, & ſeparatio in ipſa re.

Bonū ſimpliciter duob. modis.

Tertiò aduertendum eſt, quòd hoc, quod dico bonum ſimpliciter, duobus modis exponi poteſt: Vno modo, vt ſit idē, quod nullo addito, ſiuè abſolutè bonum; & ſic bonum ſimpliciter eſt illud, qđ habet primam, ideſt ſubſtantialem perfectionē, ſcilicet eſſe exiſtentiæ, & hoc quidam appellant bonum tranſcendentale, & diſtinguitur contra bonum in potentia, quod hic Caiet. appellat bonum ſecundum quid: quale eſt bonum materiæ primæ, & eſſentiæ, præciſa exiſtentia: Alio modo, vt idem ſit, quod omnibus modis, ſaltem in genere; & ſic bonū eſt illud, quod habet tres perfectiones enumeratas à S. Thom. in hoc articulo: quod verò primam tantùm habet, appellatur à D. Tho. bonum ſecundùm quid, q. 5. art. 1. ad primum, quia ſcilicet non habet omnem debitam perfectionem, & bonitatem, quæ fit per actus ſuperadditos ſubſtantiæ rei.

D. Thom.

Eſſentia quō ſit bona.

Q[u]artò notandum eſt; quod, licèt eſſentia ſecūdùm ſe non ſit bona ſimpliciter; ſed tantùm ſecundum quid, & in potentia, ſiuè radicaliter: eſſentia tamen, vt eſt ſub exiſtentia, bona eſt actualiter, & formaliter; & eſt illa, qua res eſt bona, tanquam parte, (vt ita loquar) præcipua perfectionis, & bonitatis rei. Exiſtētia verò eſt, vel qua res bona eſt, tanquam ratione bonitatis, vel ſaltem tanquam neceſſaria conditione: & quoniam exiſtentia dupliciter ſummi poteſt: Vno modo in actu ſignato, quando ſcilicet intelligitur, & ſignificatur actualitas exiſtendi, etiam ſi nulli rei ſit ratio actualiter exiſtendi in rerum natura: Alio modo in actu exercito, quando eſt actu ratio exiſtendi in rerum natura. Vtroque modo exiſtentia eſt ratio, vel cōditio bonitatis rei; quia nihil habet rationem appetibilis, & boni, niſi inquantum conſideratur, vt exiſtens: vnde etiam ſanitas non exiſtens appetitur ſub ratione exiſtentiæ nondum exercitæ. Vidēdus eſt Ferrarienſis 1. cont. gen. cap. 36.

Exiſtentiæ bonitas.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio. Nulla creatura eſt bona ſimpliciter, ideſt omnibus modis per eſſentiam ſuam. Hæc patet ex corpore huius articuli, vbi probatur triplicem perfectionem, videlicet ſecundum eſſe, ſecundum virtutem, & quietem in fine ſoli Deo ſecundum ſuam eſſentiam conuenire.

Secunda concluſio. Nulla res creata eſt bona ſimpliciter, ideſt nullo addito, ſiuè abſolutè per eſſentiam ſuam. Hæc etiam patet ex hoc articulo; quoniam nulla creatura eſt ſuum eſſe; ergo nulla creatura eſt bona abſolutè per eſſentiam ſuam.

A Conſequentia patet ex dictis. Secundò probatur quia bonum habet rationem appetibilis, & perfectiui; ſed nulla res poteſt alterā perficere, niſi actu ſit; ergo nulla res poteſt eſſe bona, niſi actu ſit. Tertiò; bonum eſt paſſio entis; ergo poteſt intelligi entitas quidditatiua, cuiuſque rei, antequàm intelligatur eius bonitas, quæ eſt paſſio conſequens.

Nulla res abſolutè bona per eſſentiam ſuam.

Tertia concluſio. Eſſentia præciſa exiſtētia eſt bona in potentia, ſecundum quid, & radicaliter. Probatur: Quoniam eſſentia eſt prima radix intrinſeca cuiuſcunque perfectionis, & ipſa nullam habet perfectionē, niſi per ordinem ad eſſe, quod

B eſt eius prima, & vltima actualitas.

Quarta concluſio: Eſſentia vt exiſtens, bona eſt actualiter, ſimpliciter, & formaliter; hæc patet ex 4. notabili.

Argumenta, & ſolutiones.

COntra ſecundam concluſionem argumentatur Gregorius de Valentia. Primò: Omnis creatura, qua ratione eſt creatura, eſt bona propriè, & formaliter; ſed omnis creatura etiam ſecūdum ſuam eſſentiam eſt creatura; ergo. Maior probatur, ex primo Gen. *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat,*

C *& erant valde bona,* & primæ ad Thim. quarto. *Omnis creatura Dei bona eſt;* Minor probatur: quoniam creatura ſm̄ ſuam eſſentiam non eſt Deus.

Valentia.

Gen. 1. Primæ ad Tim. 4.

Reſpondetur, eſſentiam creaturæ dupliciter ſumi poſſe: Vno modo, vt ſtat ſub exiſtētia; & ſic eſt creatura: Nam creatio terminatur formaliter ad eſſe exiſtentiæ: Alio modo abſolutè; & ſic nec eſt creator, nec creatura, ſed abſtrahit; nam ſic non includit, niſi ea, quæ ſunt de eius diffinitione; cōſtat autem, quòd eſſe creatum, vel non creatum, non ingreditur diffinitionem. Vnde falſa eſt minor in hoc poſteriori ſenſu: Ad probationem negatur conſequentia: quoniam abſtrahit, vt diximus,

Eſſentia, vt ſic nec eſt creator nec creatura.

D ab vtraq; ratione ſcilicet creati, & nō creati.

Secundò: Omnis res ea realitate eſt propriè, & formaliter bona, qua eſt ens; cū bonum ſit quædam paſſio tranſcendens entis; Sed omnis creatura per realitatem quoque eſſentiæ ſuæ eſt ens (non enim ſic eſt nihil) ergo etiam eſt bona.

Reſpondetur: Maiorem eſſe veram de ente participialiter, non autem de ente nominaliter. Ad probationem dicitur bonum eſſe paſſionem entis participialiter, non nominaliter ſumpti, modo ſuperius explicato.

Tertiò: Omnis res, qua realitate eſt appetibilis, eſt etiam bona: ſed creatura etiam ſecundùm

E realitatem eſſentiæ ſuæ eſt appetibilis, (non enim appetimus nudam exiſtentiam ſanitatis ver. gra. ſed ipſam quoque ſanitatem;) ergo etiam bona.

Reſpondetur ad minorem: creaturam eſſe appetibilem ratione eſſentiæ ſuæ, nō abſolutè ſumptæ; ſed quatenus eſt ſub exiſtentia, ad minus tanquā conditione, ſine qua ipſa eſſentia non poteſt habere rationem appetibilis, ſicut nec rationem entis ſimpliciter.

Quartò: Omnis res eadem realitate, qua eſt melior,

melior, & perfectior, quàm alia, eſt etiã propriè, & formaliter bona, & perfecta; ſed creatura ſecũdum realitatem quoque eſſentiæ ſuæ eſt melior, & perfectior, quàm alia, (dicimus enim hominem ſecũdum rationalitatem eſſe perfectiorem equo) ergo etiam perfecta, & bona.

Reſpondetur cum Caiet. primò, quòd cum dicitur nullam rem aliam à Deo eſſe per ſuam eſſentiam perfectam ſimpliciter: intelligitur, tãquam per cauſam formalem ſufficientem, omni alio præciſo; quamuis autem eſſentia hominis ſit, qua formaliter homo habet formalem perfectionem; non tamen eſt ſufficiens ratio, quòd homo ſit in ſua ſubſtantiali perfectione; ſed neceſſe eſt, vt actuetur per eſſe. Vnde eſſentia eſt tantùm ratio radicalis ſubſtantialis perfectionis. Ad argumentum ergo reſpondetur falſam eſſe minorem formaliter intellectam de eſſentia, præciſa exiſtentia: veram autem eſſe de perfectione radicali. Secundò; quòd vera eſt minor de eſſentia ſumpta cum ordine ad eſſe: non autem abſolutè.

Quintò: Auguſtinus, in libro de natura boni contra Manicheos ait; Omnis autem natura inquantum natura bona eſt. Omnis natura non poteſt eſſe niſi à ſummo vero Deo; ſed natura rei, & rei eſſentia idem eſt: ergo.

Reſpondetur Sanctum Auguſt. ibi loqui de natura creata, & exiſtente. Cum autem ait, Omnis natura inquantum natura bona eſt, dictio illa inquantum nõ ſpecificat naturam præciſè ſumptã, ſed naturam ſua actualitate completam: ſic enim eſt natura creata. Sed contra hanc reſponſionem argumentatur Valentia: Quia ſequitur ex hac reſponſione creaturam non eſſe formaliter bonam ſecundum exiſtentiam. Probatur conſequentia: quia nunquam appetitur exiſtentia nuda ſine aliqua eſſentia, cuius exiſtentia ſit, immò præcipuè appetitur eſſentia quando vtrũq; ſimul appetitur.

Reſpondetur conſequentiam nullam eſſe: quoniam exiſtentia eſt actualitas, & realitas rei ſimpliciter, & ideo eſt ratio appetibilitatis per ſe primò, & conſequenter bonitatis: hæ verò conditiones eſſentiæ, ſecundùm ſe non conueniunt. Secundò dicitur eſſentiam præcipuè appeti, vt quod, loquendo de eſſentia ſubſiſtente; ſed tamen principalius appetitur exiſtentia, vt ratio appetendi.

Vaſquez. Profert Vaſquez plura argumenta contra dictã ſecundam concluſionem: in quibus adducendis, & ſoluendis, non eſt nobis neceſſe tempus inſumere, cùm ex prædictis facilem habeant ſolutionem.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum omnia ſint bona bonitate diuina.

84 22. q. 17. art. 3. c. & 1. cont. c. 41. & ver. q. 1. art. 4. & opuſ. 72. q. 6. Lib. 8. c. 3. circa prin. to. 3.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quod omnia ſint bona bonitate diuina. Dicit enim Aug. 8. de Trin. Bonũ hoc, & bonum illud; tolle hoc, & tolle illud; & vide ipſum bonum, ſi potes: ita Deum videbis, non alio bono bonum, ſed bonum omnis boni; ſed vnumquodque eſt bonum ſuo bono: A ergo vnumquodque eſt bonum ipſo bono, quod eſt Deus.

2 Præterea, ſicut dicit Boet. in lib. de hebd. omnia dicuntur bona, inquantum ordinantur ad Deum; & hoc ratione bonitatis diuinæ: ergo omnia ſunt bona bonitate diuina. (In lib. An omne quod eſt ſit bonum an re mediã.)

Sed contra eſt, quod omnia ſunt bona, inquantum ſunt; ſed non dicuntur omnia entia per eſſe diuinum, ſed per eſſe proprium; ergo non omnia ſunt bona bonitate diuina, ſed bonitate propria.

Reſpondeo. Dicendum, quòd nihil prohi- 450
B bet in his, quæ relationem important, aliquid ab extrinſeco denominari: ſicut aliquid denominatur locatum à loco, & menſuratum à menſura.

Circa verò ea, quæ abſolutè dicuntur, diuerſa fuit opinio. Plato enim poſuit omnium rerum ſpecies ſeparatas; & quod ab eis indiuidua denominãtur quaſi ſpecies ſeparatas participando, vt puta, quòd Socrates dicitur homo ſecundùm idęam hominis ſeparatam. (Lib. 1. metaph. apud Ariſt. tex. 6. to. 3.) 336

Et ſicut ponebat idęam hominis, & equi ſe-
C paratam, quam vocabat per ſe hominẽ, & per ſe equum, ita ponebat idęam entis, & idęam vnius ſeparatam, quàm dicebat per ſe ens, & per ſe vnum; & eius participatione vnumquodque dicitur ens vel vnum; hoc autem, quod eſt 330 per ſe ens, & per ſe vnum, ponebat eſſe ſummum bonum; & quia bonum conuertitur cum ente, ſicut & vnum, ipſum per ſe bonum dicebat eſſe Deum, à quo omnia dicũtur bona per modum participationis. Et quamuis hæc opinio irrationabilis videatur, quantum ad hoc, quod ponebat ſpecies rerum naturalium ſe-
D paratas, per ſe ſubſiſtentes, vt Ariſt. multipliciter improbat; tamẽ hoc abſolutè verum eſt, quòd aliquid eſt primum, quod per ſuam eſſẽtiam eſt ens, & bonum, quod dicimus Deum, vt ex ſuperioribus patet: huic etiam ſententię concordat Ariſt. A primo igitur per ſuam eſſentiam ente, & bono, vnumquodque poteſt dici bonum, & ens, inquantum participat ipſum per modum cuiuſdam aſſimilationis; licèt remotè, & deficienter, vt ex ſuperioribus patet. Sic ergo vnumquodque dicitur bonum bonitate diuina, ſicut primo principio exem-
E plari, effectiuo, & finali totius bonitatis. Nihilominus tamen vnumquodque dicitur bonum ſimilitudine diuinæ bonitatis ſibi inhærẽte, quæ eſt formaliter ſua bonitas denominãs ipſum. Et ſic eſt bonitas vna omnium, & etiã multæ bonitates. (Lib. 3. metaph. à tex. 10. vſq; ad finem lib.) (Q. 2. art. 3.) 33 (Q. 6. art. 3. D. 284.)

Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

Ratio ordinis, & ſenſus quæſiti.

EX determinatione præcedentis articuli, nimirum Deum eſſe bonitatem ipſam per eſſentiam, videtur deduci poſſe iuxta ſententiam Platonis, reliqua omnia denominari bona formaliter ipſa ſola diuina bonitate; cuius ſequelæ falſitatem aperit S. Doct. diſcurſu præſentis articuli. In cuius titulo aduerte cum Caietano, non quæri; vtrum bona ſint omnia à bonitate diuina, idest, an omnium rerum bonitas ex Dei bonitate procedat; hoc etenim propriè pertinet ad quæſtionem de rerum omniũ creatione. Sed quod hic quæritur eſt; vtrũ omnia ſint bona bonitate diuina formaliter: adeo vt diuina bonitas ea ſit, qua res formaliter denominantur bonæ, ſicut albedine res denominatur alba, & loco locata. Hunc articulum habeat Catholicus pro maximo fundamento contra deliria Lutheranorum, de quibus infra.

Forma, & explicatio textus.

APerit primò S. Doct. nodum difficultatis præmiſſis duabus diſtinctionibus: ſecundò refert opinionem Platonis; tertiò ſententiam Ariſt. poſtremò respondet quæſito duabus concluſionibus adiecto corollario.

Prior diſtinctio eſt: Nomina quædam important abſolutum, ſicut ens, bonum, ſapiens, iuſtus, homo, &c. quędam relationem, vt menſura, locus, tempus.

Secũda diſtinctio eſt: Denominatio eſt duplex, quædam intrinſeca, & quædam extrinſeca: Denominatio intrinſeca eſt; quæ fit à forma inhærente rei denominatæ: exempli gratia, res denominatur alba ab albedine, denominatione intrinſeca; quia albedo eſt forma inhærens ſubiecto, vel rei, quæ denominatur alba: ſimiliter calidum à caliditate, quantum à quantitate, & iuſtum à iuſtitia. Denominatio verò extrinſeca eſt, quæ fit à forma, quæ non inhæret rei denominatæ; vt locatum à loco, & menſuratam à menſura, & temporaneum à tempore. Si ſermo ſit de nominibus importantibus relationem, certum eſt, fieri poſſe denominationem ab extrinſeco: ſicut aliquid denominatur locatum à loco, & menſuratum à menſura: ſed controuerſia eſt inter Platonem, & Ariſt. an ſecundum nomina, quæ important abſolutũ, fieri poſſit ab extrinſeco denominatio: Et quoniam nomen boni, eſt nomen importans abſolutum idcircò diſcuſſio dictæ controuerſiæ ad propoſitum præſentis articuli maximè pertinet.

Sententia Platonis quatuor propoſitionibus comprehenditur.

Prima eſt: Species rerum ſunt ſeparatæ: Exiſtimabat enim ea omnia ſeparata ſubſiſtere ſecundùm eſſe, quæ per intellectum poſſunt ſeparari: ac proinde, quia homo intelligitur per abſtractionẽ à Sorte, & Platone, affirmabat hominem ſubſiſtere præter Sortem, & Platonem; quod idem exiſtimabat de alijs ſpeciebus, quas ſic ſeparatas vocabat idæas: ſpeciemque hominis ſeparatam vocabat per ſe hominem, & ſpeciem equi, per ſe equũ, & ſic de ſingulis.

A

Secunda eiuſdem propoſitio eſt: Particularia denominantur à dictis ſpeciebus ſeparatis, quaſi eas participando: vt Socrates dicitur homo, ſecũdùm idæam hominis ſeparatam.

Tertia eiuſdem propoſitio: Inuenitur etiã idęa entis, & vnius, quę eſt per ſe ens, & per ſe vnum: cuius participatione vnumquodque dicitur ens, vel vnum.

B

Quarta propoſitio: Ponenda eſt etiam idæa boni, quæ eſt per ſe bonum, & eſt Deus, cuius participatione omnia dicuntur bona per modum participationis. Probatur: Quia bonum conuertitur cum ente, ſicut & vnum; ergo, quod eſt per ſe ens, & per ſe vnum, eſt per ſe bonum, & ſummum bonum, à quo per modum participationis omnia dicuntur bona; hoc autem Deus eſt. Ariſt. autẽ duas primas propoſitiones improbat, nimirũ, ſpecies rerum eſſe ſeparatas, & ab eis ſingularia denominari; conſentit verò dari aliquod primum ens, qđ per ſuam eſſentiam eſt ens, & bonum, quod dicimus Deum; ſed quod à tali bono cętera formaliter denominentur bona, nihil ait, aut negat Ariſt.

C

PRima concluſio eſt: *Vnumquodque dicitur bonum bonitate diuina extrinſecè, ſicut primo principio exemplari, effectiuo, & finali totius bonitatis. Probatur: A primo per ſuam eſſentiam ente, & bono vnumquodque poteſt dici bonum, & ens extrinſecè ſicut primo principio exemplari, effectiuo, & finali; At Deus eſt primum per ſuam eſſentiam ens, & bonum; ergo ab eius bonitate vnumquodque poteſt dici bonum, &c. Maior probatur: quia vnumquodque participat primum, quod eſt per eſſentiam bonum, per modum cuiuſdam aſſimilationis, licèt remotè, & deficienter; igitur ſecundùm hoc poteſt ab eo dici bonum, tanquam à*

D

primo principio exemplari, &c. Minor autem patet ex articulo præcedente.

Secunda Concluſio: Vnumquodque dicitur etiam bonum ſimilitudine diuinæ bonitatis ſibi inhærente. Probatur: quia vnumquodq; denominatur ab eo, quod formaliter eſt in eo; ergo.

Corollarium eſt: Vna eſt bonitas omnium, & multæ etiam bonitates: Prior pars ſequitur ex prima concluſione; Poſterior autem ex ſecunda.

Amplior expoſitio textus.

E

EX hoc toto diſcurſu, vnum ſolùm explicandũ occurrit, nimirum efficacitas illius conſequentiæ. *Vnumquodque participat primum, quod eſt per eſſentiam bonum per modum cuiuſdam aſſimilationis; ergo vnumquodque dicitur bonum bonitate diuina, ſicut primo principio exemplari, effectiuo, & finali totius bonitatis.* Cuius conſequentiæ vis, euidenter elucet ex intellectu illius termini *per modũ aſſimilationis*: Nam, vt hic aduertit Caietan. duobus modis fieri poteſt denominatio ab extrinſeco: Vno modo, vt ratio denominationis ſit ſola rela-

Denominatio fit ab extrinſeco dupliciter. Caiet.

Digitized by Google

relatio ad extrinſecum; vt vrina dicitur ſana, ſola relatione ſigni ad ſanitatem; & hæc eſt ſola, & pura denominatio ab extrinſeco; cum hic nulla ſit forma inhærens, à qua trahi poſsit denominatio; ſed forma, ex qua pendet denominatio, inhæret alteri, puta ſanitas animali: Alio modo poteſt fieri denominatio ab extrinſeco, vt ratio denominationis non ſit ſola relatio; ſed forma fundans relationem ad extrinſecum; ſicut aer dicitur lucidus luce ſolari, non per ſolam relationem ad lucem ſolarem, ſed quia formam habet lucis ex luce ſolari participatam: Quo fit, vt ſit quidem hic ab extrinſeco denominatio, ſed non pura.

Omnia creata dicuntur bona intrinſece, & extrinſecè.

Itaque S. Thom. ait, à primo per eſſentiam bono omnia nuncupari bona per modum aſsimilationis; & ex hoc principio, vt propriam cauſam continente, deducit omnia dici bona vtraque denominatione, ſcilicet intrinſeca, & extrinſeca. Intrinſeca quidem, propter formam bonitatis in rebus participatam, & eis intimè copulatam; extrinſeca verò, propter relationem ad extrinſecam cauſam, quæ relatio in dicta participatione fundatur. Hanc verò extrinſecam denominationem Caietanus appellat extrinſecam cauſalem; Et hinc pendet intellectus eorum terminorum, qui ponuntur in conſequente, in quo apponitur particula illa, *ſicut principio, &c.* ad denotandum boni denominationem non eſſe purè extrinſecam, ſed cauſalem extrinſecam.

Caiet.

Denominatio à primo bono ſecundum triplicem cauſalitatem.

Et quoniam denominatio, de qua loquimur, eſt à bono per eſſentiam; ſequitur amplius illam eſſe ſecundùm triplicem cauſalitatem, nimirum exemplarem, efficientem, & finalem. Secundùm exemplarem quidem; quoniam omne, quod eſt per eſſentiam tale, exemplar eſt eorum, quæ participatiuè talia ſunt. Secundùm efficientem verò; quia non fit participatio, niſi media illius efficientia, quod per eſſentiam eſt tale. Secundùm finalem autem; quoniam ſi entia minus perfecta ordinantur tanquam ad fines ad ea, quę perfectiora ſunt, multò magis, quòd eſt per participationem, ordinatur tanquam ad finem, ad id, quod eſt per eſſentiam. Et quoniam hic ſermo eſt de primo ente, & primo bono, quod Deus eſt, cui conueniunt prædictæ cauſalitates; idcircò videtur adhuc euidentior illa, quam nunc examinamus, conſequentia. Ex prędictis deducit Caietanus regulam illā vniuerſalem. *In abſolutis impoſſibile eſt fieri denominationem extrinſecam puram, quamuis fieri poſſit extrinſeca cauſalis.*

Caietani regula.

Prior Dubitatio.

An Ariſtotel. Platoni conſentiat in idæa boni.

Affirmat hic S. D. Ariſtotelem Platoni conſentire in poſitione idææ boni, quod tamen videtur falſum; cum in primo Ethicorum Ariſtot. idæam boni vehementer impugnet. Soluitur hæc difficultas à D. Tho. in primo Ethicorum; & à Caietano, ſuper hoc articulo; hac vna diſtinctione, videlicet. De idęa boni dupliciter loqui poſſumus: Vno modo, ſub ratione, ſeu modo idææ: Alio modo, ſub ratione, ſeu modo primi boni per eſſentiam; in priori ſenſu impugnatur ab Ariſtot. in poſteriori verò ſtatuitur ab eodem duodecimo metaphyſic.

S. Tho. Caietanus

Poſterior Dubitatio.

De veritate ſecundæ Concluſionis.

Dvo ſunt argumenta præcipua, quæ ſecundæ Concluſionis veritatem, quamuis firmiſsimam, videntur infringere: Primum eſt. Quemadmodũ ſe habet prima veritas ad res veras, ita prima bonitas ad res bonas; ſed à prima veritate res omnes denominantur veræ ſola extrinſeca denominatione; ergo etiam à prima bonitate res omnes denominantur bonæ ſola extrinſeca denominatione. Maior videtur euidens. Minor eſt S. Tho. infra quæſt. 16. art. 6.

S. Thom.

Ad hoc breuiter dicitur primo cum Caietano in eo articulo falſam eſſe maiorem; quoniam veritas propriè, & formaliter eſt in ſolo intellectu; bonitas autem non eſt in ſolo Deo, ſiue primo bono; ſed etiam in cęteris propriè, & formaliter participatur; à bonitate verò participata poſſunt res intrinſecè denominari bonę, cum tamen intrinſecè non poſſint dici veræ. Secundò reſpondetur res omnes intrinſeca denominatione dici veras formaliter veritate rei; ſed de hoc inferius ſuo loco dicemus vberius.

Caiet.

Secundum Argumentum eſt. Chriſtus, & eius ſapientia, iuſtitia, & redemptio ſunt quædam nobis extrinſeca; ſed à Chriſto, & eius ſapientia, & iuſtitia, & redemptione, denominamur ſapiẽtes, iuſti, & redempti; ergo non à ſimilitudine talium perfectionum nobis inhærente. Maior patet. Minor eſt Apoſtoli primæ Corint. 1. *Qui factus eſt nobis à Deo ſapientia, & iuſtitia, & redemptio.*

1. Cor. 1.

Ad huius argumenti, quod eſt Achilles Lutheranorum ſolutionem, præmittenda eſt Sacri Concilij Tridentini, definitio de cauſa formali iuſtificationis, ſeſſione ſexta, capitulo ſeptimo, ſic decernentis. *Vnica formalis cauſa eſt iuſtitia Dei, non qua ipſe iuſtus eſt; ſed qua nos iuſtos facit, qua videlicet ab eo donati renouamur ſpiritu mentis noſtræ, et non modo reputamur, ſed verè iuſti nominamur, & ſumus.* Et infra. *Id in hac impij iuſtificatione fit, dum eiuſdem ſanctiſſimæ paſsionis merito per Spiritum ſanctum charitas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui iuſtificantur, atque ipſis inhæret. Vnde in ipſa iuſtificatione cum remiſſione peccatorum, hæc ſimul infuſa accipit homo per Ieſum Chriſtum cui inſeritur: fidem, ſpem, & charitatem.* Quibus verbis condemnat ſacrum Concilium non ſolùm errorem Lutheri dicentis Chriſtum fide apprehenſum eſſe Chriſtianam iuſtitiam, propter quàm nos Deus reputat iuſtos, & donat vitam æternam (per fidem autem declarat Lutherus ſe intelligere fiduciam in rem, quæ non videtur,) ſed eiſdem etiã verbis, aliorum etiam hæreticorum, qui ſe iam dicti anteſignani ſectatores, & diſcipulos profitentur,

Cõc. Trid.

Error Lutheri, & ſequacium condemnatur.

Digitized by Google

ſitentur, errores à veritate Catholica, & ab antiqua ſanctorum Patrum traditione diſcordes eliminat. Omnes enim vnam aliquam formalem iuſtificationis cauſam ab inhærente iuſtitia diuerſam ſibi confingunt, dicentes eam eſſe, vel iuſtitiam, & obedientiam Chriſti nobis imputatam, vel iuſtitiam Dei eſſentialem nos inhabitantem, vel peccatorum remisſionem, vel denique duo ſimul, ſcilicet iuſtitiam noſtram inhærenté, & Chriſti iuſtitiam imputatam, quas omnes hæreſes ſacroſancta Synodus paucisſimis illis verbis effuſa luce veritatis eliminat. Sed operæpretium eſt, ex multis ſacrarum litterarum oraculis, & ſanctorũ Patrum teſtimonijs pauca quædam ad vberioré huius Catholicæ veritatis notitiam adiungere. D. Apoſtolus ad Rom. cap. quinto, ſic ait: *Si enim vnius delicto mors regnauit per vnum, multò magis abũdantiam gratiæ, & donationis, & iuſtitiæ accipientes in vita regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum. Igitur ſicut per vnius delictum in omnes homines, in condemnationem, ſic & per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi, ita per vnius obedientiam iuſti conſtituentur multi.* In quibus verbis tria attente ponderanda ſunt: Primũ verbum *conſtituentur*, quòd nulla ratione idem ſignificat, quod declarabuntur, aut pronunciabuntur; ſicut longè aliud eſt conſtituere, quàm declarare, aut pronunciare. Nam conſtituere apud omnes idem eſt quod efficere; declarare verò, & pronunciare, nõ eſt rem declaratam, aut pronunciatam efficere; ſed eam iam effectam exterioribus verbis explicare; vel etiam externa quadam forma iudicij, quid de iam factis, & euidentibus ſit communiter opinandum decernere. Secũdum eſt particula illa, *abundantiam gratiæ, & donationis, & iuſtitiæ accipientes*; qua in re præſenti modus ille ſignificatur acceptionis, qui idem eſt, quod receptio inexiſtentis, & inhærentis perfectionis: nam hic ſermo eſt de abundantia gratiæ, donationis, & iuſtitiæ, quæ perfectiones ſunt ſuaptè natura animis noſtris inhærentes.

Quòd ferè expresſius ſignificauit idem Apoſtolus ad Roman. eodem cap. 5. in illis verbis: *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis*. Charitas autem effectus eſt gratiæ, eidem connaturalis, & forma iuſtitiæ. Si ergo charitas Apoſtolo teſte in cordibus noſtris diffunditur, eadem ratione gratia, & iuſtitia. In cordibus verò diffundi, quid aliud eſt, quàm in eis recipi, & ea perficere? Quod expreſsè declarat D. Auguſt. in libro de ſpiritu, & littera, cap. 32. dicens: Charitas Dei dicta eſt diffundi in cordibus noſtris, non qua nos ipſe diligit, ſed qua nos facit dilectores ſuos. Tertium eſt antitheſis Adami ad Chriſtum: Nam quemadmodum (inquit Apoſtolus) per vnius Adæ, ſcilicet delictum, & inobediẽtiam regnauit mors, & peccatores conſtituti ſunt multi, ſic multo magis per Ieſum Chriſtum abundantiam gratię, & donationis, & iuſtitię accipientes in vita regnabunt, & ad eos iuſtitia deriuabitur, & iuſti conſtituentur. At certum eſt per delictum, & inobedientiam Adæ nos ita peccatores fuiſſe cõſtitutos, vt peccato, & iniuſtitia nobis intrinſecus inhærente, eſſemus, & diceremur peccatores, & iniuſti; igitur multò magis accepta per Chriſtum abundantia gratiæ, donationis, & iuſtitiæ, ita conſtituemur iuſti, vt gratia, iuſtitia, & donis nobis intrinſecus inhærentibus iuſti verè ſimus, & appellemur.

Nam quibus obſecro verbis poterat D. Apoſtolus inhærentem nobis iuſtitiam luculentius explicare, quàm vtendo verbo accipiendi, & conſtituẽdi? Perfectiones enim, & dona ſpiritualia, non alia ratione poſſumus accipere, quàm in anima noſtra recipiendo; nec aliquo conſtitui dicitur aliquid, niſi conſtitutiuo intrinſece in ipſo conſtituto recepto. Præcipua namque pars rei ex pluribus conſtitutæ eſt formale conſtitutiuum. Conſtat autem iuſti conſtitutiuum eſſe iuſtitiam, ſicut albi conſtitutiuum eſt albedo, & calidi calor. Sed audiamus adhuc Apoſtolum in Epiſt. ad Titum cap. 3. vt ſic ait: *ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos abundè per Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum, vt iuſtificati gratia, ipſius hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ*. Quibus verbis pronunciat Apoſtolus iuſtificationem nil aliud eſſe, quàm regenerationem, & renouationem Dei benignitate per lauacrum baptiſmi, & effuſionem Spiritus ſancti in nobis factam. Quod verò regeneratio, & renouatio, quæ ipſa eſt iuſtificatio, fiat per donum aliquod nobis inhærens, ex duobus colligitur. Primũ eſt cauſarum iuſtificationis diſtincta enumeratio ab Apoſtolo facta: Nam vt cauſam efficientem, Deum nominat in verbis immediatè præcedentibus; deinde Chriſtum, & denique Spiritum ſanctum; quibus addit, vt cauſam inſtrumentalem baptiſmum. Cauſam autem finalem apertè ſignificat in poſtremis verbis, *vt hæredes, &c.* Relinquitur itaque cauſam formalem iuſtificationis nomine effuſionis Spiritus ſancti hic ab Apoſtolo ſignificari, cum hæc ad nullum aliud cauſarum genus poſſit pertinere. Nihil enim aliud eſt effuſio Spiritus ſancti, quàm charitatis, & cæterorum donorumq́ eam comitantium infuſio, non enim effunditur Spiritus ſanctus, niſi per charitatis, & donorum eius virtute factam in cordibus, & animabus noſtris infuſionem, iuxta ſuperius relata eiuſdem Apoſtoli verba Roman. 5. *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis*. Secundum eſt nomen, & ratio regenerationis, & renouationis, quæ abſque reali, & vera interius facta mutatione, nec eſſe poteſt, nec intelligi. Eũdẽ ſenſum clarius expreſſit Apoſtolus primæ Corinth. ſexto, dicens. *Et hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri.* Quę verba ſãcti Patres, & præſertim Ambroſius, Chryſoſtomus, & Theophilactus, ſic interpretantur, vt dicat Apoſtolus, fideles fuiſſe mundatos, & ſanctificatos per ſacramentum baptiſmi, & inuocationem nominis Chriſti, & virtutem Spiritus ſancti, hancq́; emundationem, & ſanctificationem eſſe iuſtificationem.

Ex

Rom. 5. — Iuſtitia inhærẽs ex Apoſt. — Rom. 5. — Auguſt. — Ratio ex conſtitutiuo inhærente. — Ad Tit. 3. — Rom. 5. — 1. Cor. 6. — Ambroſ. Chryſoſt. Theophil.

Ex quo ſequitur primò iuſtificationem non eſſe ſolam remiſſionem peccatorum, cum præcipuè conſiſtat in interiori emundatione, & ſanctificatione.

Secundò ſequitur iuſtificationem non eſſe imputationem, aut declarationem iuſtitiæ more forenſi, quæ nihil interius operatur. Denique ſequitur iuſtificationis cauſam formalem non eſſe iuſtitiam Dei eſſentialem nos inhabitantem; ſed realẽ qualitatem, & habitum nobis inhærentẽ. Sed hæc obiter ad præſentis artic. intelligentiam indicaſſe ſufficiat. Nam prænotatarum hæreſum amplior impugnatio legi poterit apud plures, qui hoc noſtro ſæculo dictos errores plenè, & glorioſè confutarunt. Inter quos egregiè laborauit Cardinalis Bellarminus lib. 2. de iuſtific. tom. 4.

Bellarmin.

Solutio argumenti.

Ad ſecundum igitur argumentum reſpondetur primò iuxta doctrinam Angelici Doctoris in hoc articulo, verba illa Apoſtoli: *Qui factus eſt nobis à Deo ſapientia, &c.* intelligenda eſſe cauſaliter, tribus modis, ſcilicet exemplariter, efficienter, & finaliter, ſicut etiam cum dicitur Deus vita noſtra, pax noſtra, ſalus noſtra, &c. Adeo, vt Deum eſſe ſapientiam, & iuſtitiam noſtram idem ſit, quod ex Dei ſapientia, & iuſtitia, omnem noſtram ſapientiam, & iuſtitiam cauſari; tanquam ab exemplari, & primo efficiente, & ad eam, vt ad vltimam finem ordinari. Secundò reſpondetur, ea loquendi forma ſignificari, ita communicatam fuiſſe Chriſti ſatisfactionem fidelibus iuſtificatis, vt eorum iuſtitia, & redemptio dici poſſit: Nam, vt inquit S. Thom. tertia parte, quæſt. 1. art. 2. ad ſecundum. *Omnis puri hominis ſatisfactio efficaciã habet ex paſſione Chriſti.* Et vt ibi notat Caietanus, quia ex Chriſto capite, & nobis membris conſtituitur vna perſona myſtica, ideo ſatisfactio mea coniuncta ſatisfactioni Chriſti fit æqualis ſimpliciter, vt eſt ſatisfactio myſticæ perſonæ. Vnde ſi quis haberet gratiam, & non ex ſatisfactione Chriſti, ſatisfactio illa non haberet efficaciam ex ſatisfactione Chriſti, & eſſet imperfectior, vt ibidem deducit Caietanus. Igitur ex hoc ipſo, quòd iuſtitia nobis inhærens, pendet ex meritis, & ſatisfactione Chriſti, gratiam habemus, & iuſtitiam, vt membra Chriſti; ac per hoc applicantur nobis Chriſti merita, & ſatisfactio, ac ſi nos ipſi Deo ſatisfeciſſemus. In quo ſenſu interpretanda ſunt verba D. Bernardi in epiſtola 190. ad Innocentium. *Nam ſi vnus* (inquit) *pro omnibus mortuus eſt; ergo omnes mortui ſunt; vt videlicet ſatisfactio vnus omnibus imputaretur; ſicut omnium peccata vnus ille portauit.* Eſt itaque Chriſtus nobis ſapientia, iuſtitia, & redemptio, non per excluſionem nobis inhærentis iuſtitiæ; ſed per admirabilem communicationem ſatisfactionis, ex hoc ipſo nobis factam, quod ille caput noſtrum eſt, nos autem illius membra.

Alia ſolutio.

S. Thom.

Caiet.

Satisfactio perſonæ myſticæ eſt æqualis ſimpliciter.

D. Bernar.

A

QVAESTIO SEPTIMA.

De infinitate Dei, in quatuor articulos diuiſa.

POſt conſiderationem diuinæ perfectionis, conſiderandum eſt de eius infinitate, & de exiſtentia eius in rebus; attribuitur enim Deo, quòd ſit vbique, & in omnibus rebus, inquantum eſt incircumſcriptibilis, & infinitus.

Circam primum quæruntur quatuor.

B Primò, Vtrum Deus ſit infinitus.

Secundò. Vtrum aliquid præter ipſum ſit infinitum ſecundum eſſentiam.

Tertiò. Vtrum aliquid poſſit eſſe infinitum ſecundum magnitudinem.

Quartò. Vtrum poſſit eſſe infinitum in rebus ſecundum multitudinem.

Ratio ordinis huius quæſtionis ad præcedentes, & articulorum eius inter ſe.

C EX introductione quæſtionis apparet ordo huius quæſtionis ad præcedentes de diuina perfectione, & bonitate, de quo ordine late diſſerit Caietanus in principio quintæ quæſtionis docens duas quæſtiones de bonitate partes eſſe tractatus de diuina perfectione; quo abſoluto tradenda ſunt immediatè, quæ ad diuinæ perfectionis quantitatem, & modum pertinent; eſt autem infinitas primus ac præcipuus modus perfectionis; ac propterea primo loco conſiderandus. De hoc autem infinitatis modo circa diuinam perfectionem tria quærit S. Thom. Primò ipſam diuinæ perfectionis infinitatem ſecundum ſe in primo articulo. Secundò eandem per comparationem ad creaturas in ſecundo articulo. Tertiò creaturarum infinitatem in duobus poſtremis articulis, vt ex ea illuſtrior appareat diuinæ perfectionis infinitas.

D

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Deus ſit infinitus.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd Deus non ſit infinitus. Omne enim infinitum eſt imperfectũ, quia habet rationem partis, & materiæ; vt dicitur in tertio phyſic. ſed Deus eſt perfectiſſimus; ergo non infinitus. 25

E

2 Præterea: ſecundùm Philoſophum in primo † phyſic. finitum, & infinitum conueniunt quantitati: ſed in Deo non eſt quantitas, cum non ſit corpus, vt ſupra oſtenſum eſt; * ergo non competit ſibi eſſe infinitum.

1. diſt. 43. q. 2. art. 1. & 1. cõt. c. 43. Et pot. q. 1 ar. 2 Et op. 3. artic. 18. 19 & 20.

3. phyſic. tex. 66. to. 2.

1. phyſ. tex tu 15. to. 2

Q. 3. art. 1.

Digitized by Google

3 Præterea: Quod ita eſt hic, quod non alibi, eſt finitum ſecundùm locum; ergo quod ita eſt hoc, quod non eſt aliud, eſt finitum ſecundùm ſubſtantiam; ſed Deus eſt hoc, & non eſt aliud; non enim eſt lapis, nec lignum: ergo Deus non eſt infinitus ſecundùm ſubſtãtiam.

Sed contra eſt, quod dicit Damaſ. * quòd Deus eſt infinitus, & æternus, & incircumſcriptibilis.

Lib. 1. orthod. fidei cap. 4.

Reſpondeo. Dicendum, quòd omnes antiqui philoſophi attribuunt infinitum primo principio, vt dicitur in tertio phyſic.* Et hoc rationabiliter, conſiderantes res effluere à primo principio in infinitum.

3. phyſ. tex 30. tom. 2.

Sed quia quidam errauerũt circa naturam primi principij; conſequens fuit, vt errarent circa infinitatem ipſius: quia enim ponebant primum principium materiam, conſequenter attribuerunt primo principio infinitatem materialem dicentes aliquod corpus infinitum eſſe primum principium rerum.

Conſiderandum eſt igitur, quod infinitum dicitur aliquid ex eo, quod non eſt finitum; finitur autem quodammodo, & materia per formam, & forma per materiam. Materia quidé per formam, inquantum materia, antequam recipiat formam, eſt in potentia ad multas formas; ſed cum recipit vnam, terminatur per illam. Forma verò finitur per materiam, inquantum forma in ſe conſiderata, communis eſt ad multa: ſed per hoc, quod recipitur in materia, fit forma determinatè huius rei. Materia autem perficitur per formam, per quam finitur, & ideo infinitum, ſecundùm quod attribuitur materiæ, habet rationem imperfecti; eſt enim quaſi materia non habens formam.

361 135

Forma autem non perficitur per materiã, ſed magis per eam eius amplitudo contrahitur. Vnde infinitum, ſecundùm quòd ſe tenet ex parte formæ non determinatæ per materiam, habet rationem perfecti. Illud autem qđ eſt maximè formale omnium, eſt ipſum eſſe, vt ex ſuperioribus patet: * cum igitur eſſe diuinum non ſit eſſe receptum in aliquo, ſed ipſe ſit ſuum eſſe ſubſiſtens, vt ſupra oſtenſum eſt, manifeſtum eſt, quòd ipſe Deus ſit infinitus, & perfectus. Et per hoc patet reſponſio ad primum.

D. 634. D. 467. Q. 4. art. 1. & q. 3. ar. 4 Q. 3. art. 4.

Ad ſecundum dicendum, quòd terminus quantitatis eſt ſicut forma ipſius; cuius ſignũ eſt, quod figura, quæ conſiſtit in terminatione quantitatis, eſt quędam forma circa quantitatem. Vnde infinitum, quod competit quantitati, eſt infinitum, quod ſe tenet ex parte materiæ; & tale infinitum non attribuitur Deo, vt dictum eſt.*

D. 613. 1 corp. ar.

A Ad tertium dicendũ, quòd ex hoc ipſo, q eſſe Dei eſt per ſe ſubſiſtens, non receptũ in aliquo, prout dicitur infinitum; diſtinguitur ab omnibus alijs, & alia remouentur ab eo. Sicut ſi eſſet albedo ſubſiſtens, ex hoc ipſo, quòd non eſſet in alio, differret ab omni albedine, exiſtente in ſubiecto.

Terminos quæſiti profundè hic explicat Caietanus, quem alij ſequuntur expoſitores.

Forma Textus.

B *Tres ſunt partes corporis huius articuli. In prima refert opinionem antiquorum. Qui in vno conueniebant: in alio verò differebant; conueniebant in hoc omnes, quòd primo principio, ſcilicet Deo infinitum tribuebant, vt dicitur tertio phyſic. ratio eorum fuit; quia conſiderabant à primo principio res in infinitum effluere. Differebant autem, quoniam aliqui attribuerunt primo principio infinitatem formalem; & hi benè de Deo ſenſere; aliqui verò attribuerunt primo principio infinitatem materialem; & horum error ex alio errore originem traxit: nam, quia errabant circa naturam primi principij, exiſtimantes primum principium eſſe materiam; vel aliquid materiale; conſequenter errabant* C *circa eius infinitatem, dicentes aliquod corpus infinitum, eſſe primum principium rerum.*

In ſecunda parte corporis diſtinguit S. Thom. finitum, & infinitum, in finitum, & infinitum, quod ſe tenet ex parte materiæ, & finitum, & infinitum, quod ſe tenet ex parte formæ. Quæ duo finita, & infinita inter ſe differunt: quòd finitas ex parte materiæ dicit perfectionem; infinitas verò imperfectionem, at finitum ex parte formæ dicit imperfectionem, infinitum verò perfectionem. Probatur autem primò diſtinctio; deinde differentia. Diſtinctio ſic probatur: Infinitum dicitur aliquid ex eo, quòd non eſt finitum: at materia quodam D *modo finitur per formam, & forma per materiam; ergo duplex eſt finitas, & infinitas, &c.*

Probatur minor, & primò quo ad materiam: quoniam materia, antequam recipiat formam, eſt in potentia ad multas formas: cum autem recipit vnam, terminatur per illam; ergo materia finitur per formam. Quo ad formam verò: quoniam forma in ſe conſiderata communis eſt ad multa, per hoc autẽ, quod recipitur in materia, fit forma determinata huius rei; ergo forma finitur per materiam. Differentia verò inter hæc duo finita, & infinita probatur: primò quo ad materiam.

Materia perficitur: per formam, per quam finitur; ergo infinitum, ſecundùm quod attribuitur materiæ, habet rationem imperfecti. Conſequentia probatur: quo- E *niam eſt quaſi materia non habens formam. Secundò probatur quo ad infinitum ex parte formæ: Forma non perficitur per materiam, ſed magis eius amplitudo arctatur; ergo infinitum, ſecundùm quod ſe tenet ex parte formæ, non determinatæ per materiam, habet rationem perfecti.*

In tertia parte corporis S. Thom. proponit concluſionem talem. Deus eſt infinitus, & perfectus, ideſt, infinitus infinitate dicente perfectionem. Probatur: Eſſe diuinum,

Digitized by Google

uinum, non eſt eſſe receptum in aliquo; ergo Deus eſt infinitus infinitate dicente perfectionem. Antecedens probatur: quoniam eſſe diuinum eſt eſſe ſubſiſtens; ergo non eſt eſſe receptum. Conſequentia verò probatur ſic: Forma non recepta in materia eſt infinita infinitate dicente perfectionem; ergo eſſe non receptum in aliqua natura erit infinitum infinitate dicente perfectionem; Conſequentia probatur: quoniam id, quod eſt maximè formale omnium, eſt ipſum eſſe; ergo, ſi forma non recepta in materia eſt infinita infinitate dicente perfectionem, multò magis eſſe non receptum erit infinitum tali infinitate.

IN hoc diſcurſu Sancti Thomæ quædam ſunt, partim à Scoto, partim ab expoſitoribus in Cõtrouerſiam vocata: quæ per ſingulas controuerſias ſunt examinanda.

Prima Controuerſia.

De Veritate, et ſenſu illius propoſitionis. Finitum, quod ſe tenet ex parte formæ non limitatæ per materiam, habet rationem perfecti.

Ratio Dubitandi, & ſententiæ expoſitorum.

RAtio difficultatis eſt, quia quælibet forma, & ipſa anima intellectiua formarum omnium nobiliſſima perficitur ex vnione ad materiam, vt docet S.Tho. in quarto ſententiarum, diſtinctione quadrageſima tertia, queſtione vnica, artic. primo, quæſt. prima, ad quartum. Vnde etiam quando eſt ſeparata, naturale habet deſiderium reunionis ad corpus. *S. Thom.*

Syluester. Syluester ſuper hoc articulo, duobus modis ſoluit difficultatem. Primò diſtinguendo, quòd vnio formę duplex eſt: vna aptitudinalis; alia actualis; ex priori (ait) vnione forma fit imperfectior, inquantum eſt in tali gradu entis, qui requirit talé vnionem; ſed ex poſteriori vnione perficitur; quia ſuppoſita tali natura formæ perficitur ex actuali vnione; quia ipſum imperfectum gradum, qui naturæ ſuę debetur, perfectiori modo habet in toto, quàm in ſeipſa. Secundò reſpondet formam non perfici formaliter per materiam; quia materia nõ eſt actus formæ: ſed concomitanter perficitur ex vnione ad materiam; quia reſultat totum, quod reſpectu partium eſt vt forma; vt dicitur ſecundo phyſic. Forma ergò ſecundum Syluestrum nõ perficitur ex vnione cum materia ſecũdùm ſeipſam formam vnitam, ſed ſecundùm formam reſultantem, quæ eſt entitas totius. Hanc eandem ſententiam ſequitur Bannes hic ad quartum ſuum argumentum; licèt ob aliam cauſam, videlicet quia ex tali vnione reſultat quoddam totum perfectum in ſpecie, quod poteſt operari proprias, naturaleſq; operationes; & hoc pacto inquit, anima rationalis perfectior eſt in corpore, quàm extra illud; & ſic conſideratur vt talis forma. Sed quatenus eſt forma, & actus, perfectiori modo eſt extra corpus, quàm intra; quia ſic operatur iuxta modum ſubſtantiarum ſeparatarum. Gregorius de Valentia alio modo reſpondet dicens, formam dupli- *Bannes.* *Valentia.*

A citer poſſe conſiderari: Vno modo abſolutè, vt habet perfectionem, qua poteſt indifferenter hanc vel illam materiam informare: Alio modo, vt naturaliter eſt pars compoſiti, id eſt, vt poteſt vnà cũ materia venire in compoſitionem cuiuſdam tertij, nempè totius. Priori modo (inquit) non perficitur, ſed limitatur potius eius perfectio, cum recipitur in materia; quatenus, vt eſt in tali materia, non poteſt informare aliam; & hoc modo intelligi debet D. Thom. Poſteriori modo perficitur, cum recipitur in materia, & hoc ſolùm probat argumentum; hæc Gregorius addens Caietanum, idem, quod ad rem attinet, reſpondere, niſi B quod non vtitur ſatis perſpicuis verbis. Caietanus longè alio, & altiori modo reſpondet dicens formam dupliciter ſumi poſſe: Vno modo abſolutè, in eo, quod forma: Alio modo ſecundùm quid, in eo, quod talis, puta informatiua materiæ. Forma (inquit) talis perficitur ex vnione ad materiã; non autem forma, in eo quod forma. Hic eſt ſermo de forma, vt forma, id eſt, ſecundùm ſuam latitudinem, cuius pars deterior vnibilis eſt materiæ, reliqua verò pars libera eſt, & nullis materiæ terminis limitabilis; hæc verò pars continet omnes ſubſtantias ſeparatas. Hanc eandem ſententiam ſequitur Zumellus, & Iauellus, qui diſtinguit C formam, in formam metaphyſicam, & in formam talem, ſcilicet naturalem. Prior forma (inquit) cõuertitur cum actu, nec habet perfectionem à materia, ſed in ſeipſa habet omnem ſuam completam perfectionem, vt intelligentia. Poſterior autem, vel non habet eſſe, niſi per eſſe compoſiti, vt ſunt formæ naturales; vel non eſt producta gratia ſui, ſed gratia compoſiti, vt compleat tertiam naturam, dato, quod habeat eſſe per ſe, ſicut anima intellectiua. Ex quibus patet differẽtia ſententiæ Caietani ab opinione Valentiæ; quoniam hic loquitur de ſola forma receptibili in materia; Ille verò accipit formam latiſſimè, prout etiam ſe extẽ- D dit ad ſubſtantias ſeparatas. *Caiet.* *Zumellus. Iauellus.*

Reſolutio.

Qua ratione forma perfectionem, aut imperfectionem acquirat ex hoc, quod vnitur materiæ.

PRo reſolutione huius controuerſiæ obſeruandum eſt primò formam duobus modis accipi poſſe: Vno modo latiſſimè; vt ſignificat quemlibet actum, ſiue ille ſit aptus natus informare materiam; ſiue ſuapte natura, ſit omnino abſtractus, & ſubſiſtens, ſicut Deus, & Angelus; Alio modo E ſtrictè, pro forma, actu, vel aptitudine informante materiam; Sed hæc aptitudo dupliciter ſumi poteſt: Vno modo in communi, communitate ſaltem ſpecifica, ſicut ſi dicamus albedinẽ ſecundùm ſpeciem ſuam habere aptitudinem ad informandum ſubiectum, quod denominatur album: Alio modo in ſingulari: vt hæc albedo habet aptitudinem ad informandum hoc ſubiectum. Aptitudo cõis formæ naturalis ad informandum ſubiectũ ſequitur naturam, & ſpeciem formæ, & conuenit illi in pri- *Aptitudo formæ ad materiam conuenit illi in primo modo dicendi per ſe.*

Digitized by Google

mo modo dicendi per ſe:nam ex hoc,quòd eſt talis ſpeciei, apta nata eſt informare ſubiectum ſic diſpoſitum. Vnde etiam ponitur ſubiectum in diffinitione formæ, vt patet ex diffinitione animæ tradita ab Ariſt. ſecundo de Anima: nam quilibet actus,natus eſt fieri in propria potentia;& hæc aptitudo eſt relatio tranſcendens minimè diſtincta ab eſſentia formæ. Vnde etiam, ſi albedinis ſpecies ſubſiſteret, ſemper eſſet actus ex natura ſua receptibilis; licèt conſiderato tali eſſendi modo, ſcilicet ſubſiſtentia, repugnaret illi in ſubiecto recipi:& pertinet hęc aptitudo ad naturalem imperfectionem formæ naturalis per comparationē ad formas ſubſiſtentes, ſed tamen pertinet ad eius perfectionem, quatenus eſt talis forma; ſicut rationalitas pertinet ad naturalem imperfectionem animæ intellectiuæ, comparatione intelligentiarum,ſed eius eſt perfectio, quatenus eſt talis forma: nam per illam differentiam in ſpecie conſtituitur: Igitur aptitudo formæ naturalis in particulari,ſequitur hanc formā in ordine ad hoc ſubiectum,& conuenit illi eſſentialiter ſecundum gradum ſuum indiuidualem, nec poteſt ſine illa diſtinctè concipi, & pertinet eodem modo ad eius imperfectionem,& perfectionem. Actualis verò informatio materiæ, nō eodem modo ſe habet ad formam materialem ſpecificè ſumptam,& ad eādem in ſingulari acceptam: Nam forma naturalis ſpecificè ſumpta,ſiuè ſecundùm ſe,infinitatem habet ſecundùm quid,quæ ad perfectionem pertinet;& hæc infinitas tollitur ex actuali receptione formæ in materia;quia per eam limitatur, & coarctatur amplitudo formæ; ſicut etiam limitatur ex aptitudine ad hoc ſubiectum particulare. Sed ſingulariter ſumpta ex receptione in materia,perfectionem quandam acquirit,quatenus ſuum in ea habet eſſe naturale,& formæ ſubſtantiales informantes materiam,ſunt in complemento ſui totius ex vnione materiæ,& formæ reſultantis. Vnde S. Thom. in 2.2.quæſt.4.artic.5.ad primum, & quintum,docet animam noſtram perfici ex vnione ad corpus. Quam perfectionem Caietanus ibidem ait eſſe,non intenſiuam,ſed extenſiuam, quoniam ſe extendit ad corpus, & integritatem humanæ naturæ,ad quę nata eſt ſe extendere. Itaque forma naturalis particulariter ſumpta,perfectionem acquirit ex actuali vnione cum materia cum nulla noua imperfectione; nam per aptitudinem iam præintelligitur limitata,& imperfecta.

Ariſt.

Aptitudo ad ſubiectū aliter pertinet ad naturalem perfectionē formæ aliter ad imperfectionem

Forma ſpecificè fit imperfectior ex vnione ad materiam

S. Thom.

Forma ſingularis perficitur ex vnione cū materia.

Ad maiorem verò claritatem diſtingue primò formam ſubſtantialem ſpecificè ſumptam dupliciter poſſe conſiderari: Vno modo per comparationem ad materiam primam,& ita limitatur, & coarctatur, & imperfectionem acquirit: Alio modo per comparationem ad totum compoſitum,cuius eſt pars,& ita perficitur,& completur ob dictā cauſam,quia.ſ.eſt in complemento ſui totius. Secundò diſtingue formam accidentalem habētem formale ſuæ productionis principium in ſuo ſubiecto,vt calor ignis,& ſplendor Solis,poſſe dupliciter conſiderari: Vno modo,prout comparantur ad ſubiectum, vt potentiale,& receptiuum, & ita

A ex eo nullā recipit perfectionem, ſed potius ex eo contrahit imperfectionem, quia purior eſt ſecundùm ſe conſiderata: Alio modo,prout ad idē ſubiectum cōparatur, vt ad principium formale ſuę productionis,& ita perficitur,& completur.

Ex his patet,quid cenſendum ſit de dictis opinionibus.

Concluſiones deductæ,& probatæ.

PRima Concluſio. Solutio prior Syluestri ſimpliciter deuiat,licèt poſſit ad bonum ſenſum trahi. Probatur prima pars:quoniam forma ſpecificè ſumpta ex aptitudine ad recipi in materia, nihil amittit de ſua ſpecifica perfectione; ſed potius ex hoc ipſo perfecta eſt in ſpecie ſua, quia apta nata eſt recipi in ſuo ſubiecto.

Impugnatur Syluest.

B

Secunda pars probatur:quia ex hac aptitudine imperfectior eſt formis irreceptibilibus in materia,quales ſunt Angeli;ſed tamen ex actuali receptione, adhuc imperfectior redditur: quia coarctatur eius amplitudo, licèt etiam ex hac eadem receptione perfectionem quandam ſecundū quid ſortiatur,vt dictum eſt, quæ perfectio non poteſt æquiualere perfectioni illimitationis.

Secunda Concluſio. Poſterior ſolutio eiuſdem

C Syluestri,& Banneſij, non tollit vim argumenti, quia argumentum loquitur de forma ſecūdùm ſe, non autem ratione concomitantium formam; vt patet in exemplo animæ intellectiuæ, & ex doctrina D. Thom. allegata cum expoſitione Caietani.

Reijcitur ſolutio Syluestri, & Banneſij.

Tertia Concluſio. Opinio Valentiæ, implicat contradictoria. Probatur:nam duo membra diuiſionis,ab eo factę ſunt vnum,& idem,& tamen de illis enunciat contradictoria. Quòd autem ſint vnum,& idem,ſic probatur: Nam forma, vt poteſt indifferenter hanc, vel illam materiam informare,naturaliter eſt pars compoſiti,& poteſt vnà

Valentia ſecum pugnat.

D cum materia venire in compoſitionem cuiuſdam tertij;ergo membra coincidunt. Probatur antecedens:nam ex hoc ipſo,quòd forma poteſt hāc, vel illam materiam indifferenter informare,poteſt & indifferenter eſſe pars huius, vel illius compoſiti, & venire in compoſitionem huius, vel illius tertij indifferenter; ergo verum eſt antecedens. Conſequentia autem euidens eſt.

Quarta concluſio. Sententia Caietani optima eſt: hæc patet ex iacto fundamento.

Sententia Caietani optima.

Argumentum Syluestri, & eius ſolutio.

E

COntra hanc vltimam concluſionem argumētatur Syluest. idem ſunt forma, & hæc forma;ergo idem ex vnione perficeretur,& imperficeretur realiter per idē, & ſecundum idem realiter.

Syluest.

Reſpondetur: formā,& hanc formam diſtingui realiter metaphyſicè, ſiue formaliter realiter, vt oſtendimus quæſt.3. artic.3. de quolibet genere, & ſpecie cum Caietano, & alijs. Et hæc diſtinctio ſufficit, vt ex vnione cum materia, in formam,

Caiet.

mam, vt forma eſt, redundet imperfectio, & in eandem, vt talis forma, deriuetur perfectio. Et ratio allata eſt à Caietano, quia formæ, vt forma eſt, nõ conuenit vniri materiæ, ſed quatenus talis forma imperfecta eſt. Vnde quæ libera eſt à materia, lógè perfectior eſt; quæ verò vnitur materiæ, ex hoc ipſo, quod vnibilis eſt, imperfectior eſt ſecundùm rationem formæ; ſicut animal irrationale, ex hoc ipſo, quod per irrationale contrahitur, imperfectius eſt; quia irrationalitas eſt ignobilior differentia: & loquimur de animali non ſecundùm qđ totum eſt potentiale, ſed ſecundùm totam latitudinem ſuæ rationis formalis actualis, infra quam ignobilius eſt irrationale, quàm rationale.

Secunda Controuerſia.

An diſcurſus D. Thomæ efficaciter concludat infinitatem Dei ſimpliciter.

Sententiæ Doctorum, radix difficultatis, & ſtatus Controuerſiæ.

Scotus. SCotus in primo ſententiarum, diſtinctione ſecunda, diſcurſum hunc, & radicem arguit, vt hic refert Caietanus. Gabriel Vaſquez friuolam arbitratur Scoti obiectionem, ſed alia via impugnat rationẽ Sancti Thomæ, vt patebit in fine huius controuerſiæ. Sentit autem ipſe Dei infinitatẽ in eo poſitã eſſe, vt à nulla cauſa habeat eſſe. Hanc opinionem pluribus rationibus impugnat Suarez libro ſecundo, de attributis diuinis capitulo primo, exiſtimat autem Suarez in hoc conſiſtere Dei infinitatem, quod eſt tale ens, quo maius excogitari non poteſt. S. Thom. autem affirmat infinitatem Dei in hoc poſitam eſſe, quod eſt ipſum eſſe ſubſiſtens in nulla natura receptum.

Vaſquez. Suarez. S.Thom.

Hæc difficultas emergit, (vt arbitror,) ex ſumma profunditate præſentis diſcurſus S. Thom. & minus perſpicaci dubitantium ſpeculatione: Vnde ex viſceribus huius doctrinæ, & Caietani commentario petenda eſt dubitationis reſolutio, & argumentorum confutatio.

Caiet.

Obſeruandum eſt igitur primò cum Caietano, nomen hoc *infinitum*, compoſitum eſſe ex *in*, & *finitum*, & dictionem *in*, ſumi hoc in loco non priuatiuè, ſed negatiuè. Finitum autem in propoſito terminos dicit quantitatis, non cuiuſcunque, ſed perfectionalis, cum in Deo nulla ſit alia, tó quantitatis. Et quoniam, vt docet Ariſt. tertio phyſic. infinitum non eſt ſubſtantia, ſed accidens rebus, ideo iuxta differentes rerum naturas, differentes etiam ſunt infinitatis modi: Quo fit, vt alius ſit modus infinitatis eſſentiæ, alius potentiæ, alius ſcientiæ, alius durationis. Nam infinitas eſſentiæ attenditur penès negationem, ſiuè excluſionẽ terminorum eſſentialium, quæ ſunt differentiæ, vel peculiares eſſendi modi. In præſenti articulo tractat S. Thom. de infinitate diuinæ naturæ, vt patet ex ipſa forma quæſiti, quæ eſt. *Vtrum Deus ſit infinitus*. Conſtat autem nomen hoc *Deus*, eſſe no-

Infinitum, quid ſit, & quot modis dicatur. Ariſt.

A men naturæ, & ex ratione adducta pro concluſione, quæ procedit ex propria ratione diuinæ naturæ. Igitur controuerſia noſtra eſt de infinitate perfectionis eſſentialis, & quidditatiuæ.

Reſolutio.

Indicatur Dei quidditas, & infinitas, & explicatur differentia infinitatis formæ, & eſſe.

SEcũdò ſciendum eſt, propriam Dei eſſentiam, & quidditatem in hoc conſiſtere, vt ſit ipſum eſſe per ſe ſubſiſtens ſignificatum Exodi tertio, B hoc nomine. *Qui eſt*. Vnde Damaſcenus libro primo, Orthodoxę fidei capit. duodecimo dixit. *Principalius omnibus, quæ de Deo dicuntur, nominibus, eſt Qui eſt; totum in ſeipſo comprahendens velut quoddã pelagus ſubſtantiæ infinitum, & indeterminatum*, vt latè declarat S. Thom. infra quæſt. 13. artic. 11. & ibidem Caietanus.

Quidditas Dei. Exodi 3. Damaſcen. S. Tho. Caiet.

Tertiò notandum eſt, in eo propriè, & formaliter, non tantùm radicaliter conſiſtere infinitatem quidditatiuam Dei, quod proximè, & propriè ſibi vendicat negationem limitationis eſſentialis. Conſtat autem, quòd eſſe ſubſiſtẽs in ſua ratione formali talem claudit negationẽ, vt patet ex allega-C ta ſententia Damaſceni, & doctrina Diui Thomæ in dicto articulo. Et probatur: quoniam eſſe, ſicut omnium eſt actualiſſimum, ita & communiſſimum; commune autem, vt ſic, excludit determinatiuum, & limitatiuum; Igitur quanto aliquid communius eſt, tantò minus determinatum eſt, & limitatum: Igitur, cum eſſe ſit communiſſimum, excludit omne determinatiuum, & limitatiuum, hoc autem eſt eſſe infinitum ſimpliciter. Et propter hoc ait Damaſcenus, hoc nomen. *Qui eſt*. totum in ſeipſo comprænhendere, velut quoddam pelagus ſubſtantiæ infinitum; quæ verba explicans Sanct. Doct. in dicto articulo ſubdit. *Quolibet enim alio nomine determinatur aliquis modus ſubſtan-*D *tiæ rei, ſed hoc nomen Qui eſt nullum modum eſſendi determinat, ſed ſe habet indeterminatè ad omnes*. Et eadem ratione, hoc nomen eſſe nullum eſſendi modum determinat; ſed omnes in ſeipſo ſupereminẽter continet tanquam pelagus infinitum; vt ſupra probauit S. Thom. quæſt. quarta, articulo ſecundo; vbi probauit Deum eſſe perfectiſſimum; vbi etiã adducit author D. Dionyſij ſic dicentis. *Deus non quodammodo eſt ex ſtens, ſed ſimpliciter, & incircumſcriptè totum in ſeipſo vniformiter eſſe præaccipit*. Ad manifeſtandum igitur hãc infinitatem Dei quidditatiuam, aſſumpſit S. Thom. infinitatem formæ argumentando à ſimili proportionaliter, vt patet E in diſcurſu ſupra formato; vnde,

Infinitas Dei quid. S.Thom. Dionyſ.

Quarto notandum eſt, quod vis probationis pẽdet ex vna diſtinctione cum differentia inter membra diſtinctionis; quæ diſtinctio, & differentia, non niſi implicitè ſignificantur in textu. Diſtinctio eſt: Duplex eſt infinitas dicens perfectionem; videlicet infinitas formæ, & infinitas eſſe. Ratio diſtinctionis eſt: Quoniam actus dicitur

Infinitas formæ, & eſſe quomodo differant.

Digitized by Google

reſpectu potentiæ receptiuæ; eſt autem duplex actus, ſcilicet eſſe, & forma; quare duplex erit potẽtia receptiua, ſcilicet eſſentia reſpectu eſſe; & materia reſpectu formæ; & conſequenter duplex receptio, & irreceptio, ſcilicet receptio eſſe in eſſentia, irreceptio eſſe in eſſentia; receptio formæ in materia, & irreceptio formæ in materia. Ex quo cõſequitur etiam duplex finitas, & duplex infinitas, ſcilicet finitas eſſe, quæ conſequitur receptionem eſſe in eſſentia, & infinitas eſſe, quæ conſequitur irreceptionem eiuſdem eſſe in eſſentia. Similiter finitas formæ, quæ conſequitur receptionem formę in materia, & infinitas formæ, quæ conſequitur irreceptionem formæ in materia. Et hinc etiam facile patebit differentia inter prædicta duo membra diſtinctionis. Nam, vt inchoemus à radice. Eſſe, & forma actus quidam ſunt: ſed longè diuerſarum rationum; & ſimiliter eſſentia, & materia, potentiæ quædam ſunt, ſed latiſſimè differentes; quod ſupra in artic. 4. tertiæ quæſt. diffusè declarauimus, & ab effectu, ſcilicet compoſitione facilè cognoſci poteſt; quoniam alia eſt compoſitio ex eſſe, & eſſentia, ab ea, quę eſt ex materia, & forma. Vnde etiam conſequitur diuerſæ rationis eſſe eam receptionem, qua recipitur eſſe in eſſentia, ab ea, qua forma recipitur in materia.

Ex quo poſtremò ſequitur diuerſam eſſe finitatem, quam habet eſſe ab eſſentia, in qua recipitur, ab ea, quam habet forma à materia, in qua recipitur, & ſimiliter aliam eſſe irreceptionem, & aliam infinitatem. Si autem voluerimus adhuc intimius prædictæ differentiæ veritatẽ ſpeculari, dicemus; quod hoc intereſt inter eſſe, & formam, quod eſſe ſecundùm ſuam rationem formalem, perfectionẽ quandam dicit; ſed huius perfectionis quantitas, nequit etiam per intellectũ determinari, niſi per hoc, quod intelligimus eſſe, vt alicui naturæ, vel eſſentiæ applicatum. Eſſe enim ſecundùm ſe nullos ſibi vendicat limites, nec generis, nec differentiæ; ſed ſi intelligatur, vt eſſe talis naturæ, puta hominis, Gabrielis, vel ſapientiæ, vel albedinis, iam limitibus, terminis, ac differentijs eius naturæ, cui applicatur, intelligitur circumſcriptum; ſi itaque ipſum eſſe nulli fuerit applicatum naturæ, ſed in ſeipſo naturaliter ſubſiſtens, nullum habebit terminum eſſentialem, ac per hoc erit infinitum ſimpliciter; At verò forma ſecundùm ſe, perfectionẽ dicit, & limitationem eſſentialem ſecum affert; quare etiam ſi intelligatur naturaliter ſubſiſtens, & nulli materiæ vnibilis, erit tamen ad genus, & ſpeciẽ limitata; vt patet de forma Gabrielis, quæ naturaliter eſt ſubſiſtens, & tamen eſt in determinata ſpecie; per hoc autem, quod aliqua forma in materia recipitur ſecundùm diuerſos eſſendi modos, diuerſimodè limitatur, & ratio eſt: quoniam forma, licèt ſecundùm rationem ſpecificam ſit impartibilis, nec aliquam habeat latitudinem: ſecundùm gradus tamen indiuiduales latitudinem habet, quæ radicaliter pendet à materia, in qua recipitur: nã vnumquodq; recipitur in altero per modum recipientis, id eſt ſecundùm capacitatem receptiui: Itaque forma in materia non recipitur ſecundùm omnem ſuæ perfectionis modum, ſed iuxta materiæ diſpoſitionem, & capacitatem. Ex dictis ſequitur formam à materia naturaliter ſeparatam, & ſubſiſtentem, eſſe finitam ſimpliciter, cum ſit ad genus, & ſpeciem determinata; eſſe tamen infinitam ſm quid, quia non eſt ad aliquẽ particularem ſuæ perfectionis modum limitata, ſed omnem ſuæ rationis formalis perfectionem latiſſimè continet. At verò eſſe, ſi per ſe ſit naturaliter ſubſiſtẽs, ſicut eſſe diuinum, nullam prorſus habebit limitationem; nec eſſentialem, nec gradualẽ, ſed erit infinitum ſimpliciter. Patet ergo prædicta differentia inter finitatem, & infinitatem eſſe ex vna parte; & finitatem, & infinitatem formæ ex alia parte. Sed quoniam non ita differunt eſſe, & forma, quin conueniant in vna ratione actus proportionali, ideo ex finitate, & infinitate formæ S. Thom. ad ſimilem proportionaliter finitatem, & infinitatem eſſe proceſsit. Et ex his patet etiam concluſio ſecũdi articuli, ſcilicet, quòd nulla alia res à Deo poteſt eſſe infinita ſimpliciter, licèt poſſit eſſe infinita ſm quid, vt patet de Angelis, & materia prima; non enim Angeli ſunt ipſum eſſe ſubſiſtens, ſed ſunt formæ ſubſiſtentes ſine materia.

Eſſe dicit perfectionem ſecundum ſe nõ limitatam

Forma ſecundum ſe dicit perfectionẽ limitatam.

Latitudo gradualis formæ.

A B C D

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio. Infinitas Dei quidditatiua in eo poſita non eſt, quod à nulla cauſa habeat eſſe. Probatur: Prius formaliter eſt cuiuſuis naturæ quantitas, & perfectio quidditatiua, quã quæcunque cauſalitas, vel negatio cauſalitatis; ergo prius natura diuina ſecundùm ſeipſam eſt infinitè perfecta, quàm in ea conſideretur negatio dependentiæ ab alia cauſa. Antecedens probatur: quoniam quidditas rei perfecta præcedit omnia extrinſeca, & prius eſt hominem eſſe animal rõnale, quã eſſe cauſatum, & conſequenter prius eſt hominem eſſe tãtę perfectionis, quàm eſſe cauſatũ.

Infinitas Dei quidditatiua non eſt independentia.

Et licèt perfectio ſumatur in ordine ad eſſe, nõ tamẽ quatenus eſſe dicit relationem cauſalitatis paſſiuæ, vel actiuæ; ſed quatenus actualitas eſt eſſentiæ realiter, vel formaliter: Igitur quidditas Dei, quæ eſt ipſum eſſe ſubſiſtens, & eius quantitas, ſcilicet infinitas, præcedunt omnem rationem cauſalitatis paſſiuæ, vel actiuæ, affirmatiuæ, vel negatiuæ. Poteſt eadẽ concluſio probari argumentis Suarez in loco allegato, quæ vide apud ipſum.

Secunda concluſio. Infinitas Dei quidditatiua in eo, non cõſiſtit, quod eſt tale ens, quo maius cogitari non poteſt. Hæc concluſio probatur eodem argumento, quo probata eſt præcedens: Nã quidditas Dei, & eius perfectio, & quantitas, præcedit omnem conceptum reſpectiuum: conſtat autem, quòd eſſe maius omni cogitabili, eſt conceptus reſpectiuus; ergo. Maior probatur: quia quidditatiua abſoluta præcedunt omnia reſpectiua; at perfectio eſſẽtialis Dei, & eius quãtitas, eſt quidditatiuum abſolutum; ergo præcedunt omnẽ conceptum reſpectiuum. Secundò probatur hæc concluſio ex tertio fundamento ſupra poſito.

Eſſe maius omni cogitabili non eſt infinitas Dei.

E

Tertia

Infinitas Dei eſt eſſe ipſum eſſe ſubſiſtens. Tertia concluſio. Deus infinitus eſt quidditatiuè, ex hoc ipſo, quod eſt ipſum eſſe ſubſiſtens. Hęc concluſio iam demonſtrata eſt in tertio fundamẽto; nec alia poteſt, aut indiget probari efficaciori ratione. Eandem concluſionem tenet Suarez diſp. 30. ſect. 2. nu. 18. & ſequen.

Argumenta, & ſolutiones.

Vaſquez. Contra primam concluſionem argumentatur Vaſquez: Omnis creatura finita eſt ſecundùm eſſentiam, eo quod à Deo perpetuò conſeruante ita pendeat, vt neque ad inſtans ſine illius influxu eſſe poſſit; ergo cum Deus à nullo habeat eſſe, aut cõſeruetur, ſed ex ſeipſo ſit, nullo fine, aut termino eius eſſe, & eſſentia in genere entis limitari poteſt: Igitur propria ratio infinitatis Dei ſecundum eſſentiam in eo poſita eſt, vt à nulla cauſa habeat eſſe. Antecedens probatur: quia quælibet res à ſua cauſa accipit eſſe, & continetur intra illius efficacitatem; ergo eſt finita ſecundùm eſſentiam, & habet naturã participatam, eo quod per ſuam cauſam à qua pendet, limitetur, & finiatur.

Eſſentia rei creatæ ſecundum ſe abſtrahit à dependẽtia. S. Thom. Capreol. Reſpondetur falſum eſſe Antecedens: nam rei creatæ eſſentia ſecundùm ſe abſtrahit à dependentia, & ſecundùm ſe finita eſt eſſentialiter; quia finitas eſſentialis pendet ex termino, vel terminis eſſentiæ; hi verò ſunt differentiæ eſſentiales vltimæ, vt docet S. Thom. in primo ſententiarum, diſtinct. 43. q. 2. art. 1. relatus à Capreolo in primo, diſt. 43. q. 1. art. 1.

Ad probationem antecedentis reſpondetur: eſſentiam ſecundùm ſe à nulla cauſa dependere, & conſequenter nec eius limitationem; ſed eſſentia rei creatæ ſecundùm eſſe pendet à Deo; & ideo, vt ſic, etiam ab eo pendet ſecundùm limitationem effectiuè; prius tamen intelligitur formaliter, & eſſentialiter limitata ſecundùm ſe.

Secundò reſpondetur: Antecedens dupliciter intelligi poſſe: Vno modo, vt finitas creaturæ ſit à Deo conſeruante tanquàm à cauſa formali, & intrinſeca ipſius finitatis, & ita manifeſtè falſum eſt: Alio modo, vt ſit à Deo tanquàm ab extrinſeco efficiente, & ita admiſſo antecedente negatur conſequentia; quia ſicut ad tribuendum eſſe effectui præter cauſam efficientem neceſſaria eſt etiã cauſa formalis, quæ ſit intrinſecũ, & formale principium eſſendi; ſic, vt effectus ſit formaliter finitus, & limitatus, præter efficientis cauſæ concurſum neceſſarium eſt principium formale limitatiuum intrinſecum, hoc autem in re propoſita eſt, & genus, & eſſentialis cuiuſque rei creatæ differentia.

Suarez. Contra ſecundam argumentatur Suarez in dicto lib. 2. de attributis Dei negatiuis cap. 1. numero quinto. In creaturis dicitur aliqua eſſentia finita in gradu entis, quia talis eſt, vt nõ repugnet illi habere aliam excellentiorem in gradu entis; ergo Deus dicitur infinitus ſimpliciter propriè, & quaſi à priori; quia tantæ perfectionis eſt, vt non poſſit in eæ habere ſuperiorem, nec æqualem, qui ſit diſtinctæ naturæ.

A Reſpondetur falſum eſſe antecedens: nam eſſentia, ideò propriè, & formaliter dicitur finita, quia terminatur vltima differentia, ex qua ſequitur, quòd nõ repugnet illi habere aliam ſuperiorem naturã.

Contra tertiam argumentatur Vaſquez ſuper hoc articulo, capit. 2. In rebus à materia ſeparatis eſſentia, & exiſtentia idem omnino ſunt ex natura rei; ergo nihil in alio ſubſtantialiter receptũ eſt; ergo nihil ſubſtantiale eſt in rebus ſpiritualibus, quod alio ſecundum rem finiatur, & terminetur; ergo non ſufficienter probatur infinitas Dei per ſupradictam rationem à D. Thom. Vaſquez.

B Ad hoc argumentum dico primò: Suarezium in dicta diſp. 30. ſect. 2. num. 18. Imponere Caiet. Capreolo, & Ferrarienſis, quòd dixerint vim rationis D. Thom. in hoc fundari: quòd in Deo non diſtinguitur ex natura rei eſſe ab eſſentia, in creaturis autem diſtinguantur; ſentiantque nullum eſſe finiri, aut limitari, niſi quatenus in eſſentia finita recipitur; & è contra eſſentiam eſſe finita, quatenus eſt capax finiti eſſe. Additque ſe exiſtimare rationem non eſſe efficacem, ſi in hoc fundetur, quod illi dixerunt, cum etiam falſum eſſe arbitretur eſſe in eſſentia recipi tanquam in potentia verè, & propriè receptiua, & paſſiua: Sed ſi paulò diligentius inſpiciantur dictorum expoſitorum verba, apparebit eos tàquam Thomiſtas vti quidem prædicta opinione, ac ſupponere diſtinctionem eſſe ab eſſentia, & realem vnius in altero receptionem, nullum tamen eorum exiſtimaſſe vim rationis S. Tho. in dicta diſtinctione, & receptione fundari. Suarez falſum imponit Caietano, & Capreolo.

C Dico ſecundò: rationem D. Tho. fundari in receptione, & irreceptione eſſe in eſſentia finita, ac limitata, ſiue ea receptio ſit realis, videlicet actus in propria potentia realiter ab eo diſtincta, ſiue ſit formalis tantùm, vel identica, ſiue virtualis; Nam, ſi eſſe receptum eſt in eſſentia limitata, quæcunq; ſit illa receptio, neceſſe eſt finitum eſſe, ſicut eſſentia finita eſt; quoniam neceſſe eſt actum recipi in potentia iuxta modum, ideſt capacitatẽ potentiæ. Vnde, ſi eſſentia fuerit finita, neceſſe eſt eſſe in ea receptum eſſe finitum, ſiue ſit realis, ſiue formalis, aut identica, vel virtualis receptio; nullus enim horum modorum variat propoſitum, ſed magis adiuuat modus formalis, & identicus; quoniam manifeſtam implicat contradictionem eandem rem eſſe ſimpliciter finitam; & ſimpliciter infinitam. Fundamẽtum rõnis D. Thom.

D Ad argumentum igitur reſpondetur primò falſum eſſe antecedens, vt patet ex dictis ſupra q. 3. art. 4. Secundò dico, falſum ſupponi, videlicet rationem D. Thom. in dicta diſtinctione fundari, cuius oppoſitum diximus. Tertiò dico, nullam eſſe primam conſequentiam, ſi de receptione identica, aut virtuali loquatur; ſi verò de reali receptione ſermo ſit, admiſſa prima conſequentia, negatur ſecunda melius enim finitur eſſe ex identica, quã ex reali receptione in re finita.

E Secundò arguit idem Vaſquez: Ex eo, quod recipiatur forma in materia, aut eſſe in eſſentia, non ſequitur, quòd ſint forma, & eſſe limitata, & finita, & licet ita mutuò determinentur, vt ex ipſis Vaſquez.

A tertia quædam ſubſtantia conſletur à quacunque alia diſtincta, ex hoc tamen non ſequitur rem illam eſſe diſtinctam, vt falsò putauit Ferrarienſis: nã non eſt aliquid finitum ex eo, quòd diſtinguatur ab alio; ſic enim Deus finitus eſſet, quia ita eſt Deus, vt à cęteris rebus diſtinguatur.

Reſpondetur: S.Tho. & qui eius doctrinam ſequuntur, nõ affirmare ex ſola reali receptione ꝓciſè ſumpta, aut ex ſola reali diſtinctione cõſequi rei finitatem; ſed ex receptione, quæcunque ſit illa, in re finita, docent ſequi rem receptam eſſe finitam, ob rationes ſupra aſsignatas.

Poſtremò argumentatur contra illam differentiam Caietani inter eſſe, & formam, B quod videlicet eſſe perfectionem quandam dicit, ſed eius quãtitas definiri nequit, niſi alicui naturæ intelligatur applicatum; at forma ſecundum ſe quidẽ perfectionem dicit, ſed quanta ſit eius perfectio intelligi poteſt, ſiuè ſit vnibilis materiæ, ſiue non ſit vnibilis, ſed per ſe ſubſiſtens, ſicut Angeli. Videtur enim falſa hæc differentia: Nam quemadmodum eſſe, vt ſic, eſt vniuerſaliſsimum, & ideo non dicit determinatam perfectionem, niſi alicui naturæ ſit applicatum, ita forma, vt ſic, eſt vniuerſaliſsima ad omnes formas ſubſiſtentes, & ad formas informantes, nec poteſt intelligi forma, vt determinata ad tantam perfectionem; niſi eam intelligamus C applicatam huic, vel illi ſpeciei formæ, puta animæ hominis, vel bouis, vel formæ aeris, vel ignis; ergo.

Reſpondetur cum duplici diſtinctione. Prior diſtinctio eſt: Duplex eſt applicatio, quædam vniuerſalis ad particulare, ſicut animalis ad hominẽ, & hominis ad hunc hominem; & formæ ad hanc formam ſpecie, vel numero; & exiſtentiæ ad hanc exiſtentiam. Alia eſt applicatio actus ad potentiam, ſicut formę ad hanc materiã, & eſſe ad hanc eſſentiam. Hic ſermo eſt non de prima, ſed de ſecunda applicatione. Secunda diſtinctio eſt: forma limitata duplex eſt: quædam naturaliter ſubſiſtens, D vt Angelus, quedam naturaliter informans, vt omnes aliæ formę tam ſubſtantiales, quàm accidẽtales. Eſſe autem limitatum nullum eſt, quod naturaliter ſit ſubſiſtẽs, ſed totum in eſſentia naturaliter receptum eſt. Ex his ad argumentum dico primò, in antecedente non eodem modo ſumi applicationem: nam quo ad eſſe ſumitur applicatio actus ad potentiam, quo ad formam autem ſumitur applicatio actus ad hunc actũ, & ideò nulla eſt conſequentia. Secundò dico ſumendo ex vtraque parte applicationem pro ea, quæ eſt vniuerſalis ad particulare, eandem eſſe omninò rationẽ de forma, & de eſſe: nam quemadmodum eſſe com- E muniſsimè ſumptum ad omne eſſe, ſi in tali vniuerſalitate ſubſiſtat abſtractum ab omni differentia, ſiue modo illius limitatiuo, eſt infinitum ſimpliciter, ſic etiam forma vniuerſaliſsimè ſumpta, prout ad omnem extenditur formæ differentiam, ſi in tali abſtractione ſubſiſtat, erit infinita ſimpliciter; forma namque æqualis eſt amplitudinis cũ eſſe, eo quòd eſſe cõſequatur ad formam per ſe primò. Tertiò dico, diuerſam eſſe rationem formæ, & eſſe, quoniam ex formis limitatis quædam ſunt naturaliter ſubſiſtentes, nullum autem eſſe limitatum eſt naturaliter ſubſiſtens. Et ideò, ſi forma ſubſiſtat abſtracta à receptiuo, non ſequitur, eam ſubſiſtere abſtractã à limitatiuo; ſi vero eſse ſubſiſtat naturaliter abſtractum à receptiuo, ſubſiſtit etiam hoc ipſo abſtractũ à limitatiuo, cum à nullo alio limitetur eſſe, niſi à receptiuo.

Poſtremò dico, formam ex ſui propria ratione eſſe limitatiuam ad ſpeciem, cum ex ea ſumatur vltima differentia, & ideo forma ſecũdùm ſe perfectionem dicit determinatam; Eſſe autem ex ſui ratione nullius differentię principium eſt, ac proinde ſecundùm ſe nullam determinat perfectionem, & ideò ſic abſtractum ſubſiſtens naturaliter eſt infinitum ſimpliciter.

ARTICVLVS II.

Vtrum aliquid aliud, quàm Deus poſsit eſſe infinitum per eſſentiam.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd aliquid aliud quam Deus, poſsit eſſe infinitũ per eſſentiam. Virtus enim rei proportionatur eſsẽtiæ eius. Si enim eſſentia Dei eſt infinita, oportet, quòd eius virtus ſit infinita; ergo poteſt producere effectum infinitum, cum quantitas virtutis per effectum cognoſcatur.

(Margin: 1 Q. 50. art. 2. 4. & q. 76 ar. 2. & 1. diſt. 43 q. 1. art. & 1 metaph. tex. 10.)

2 Præterea: Quidquid habet virtutem infinitam, habet eſſentiam infinitam; ſed intellectus creatus habet virtutem infinitam (apprehendit enim vniuerſale, quod ſe poteſt extendere ad infinita ſingularia) ergo omnis ſubſtãtia intellectualis creata eſt infinita.

3 Pręterea: Materia prima aliud eſt à Deo, vt ſupra oſtenſum eſt; * ſed materia prima eſt infinita: ergo aliquid aliud præter Deum poteſt eſſe infinitum.

(Margin: Q. 3. art. 8. & 1. ad 3.)

Sed contra eſt, quòd infinitum non poteſt eſſe ex principio aliquo, vt dicitur in 3. phyſi. * Omne autem, quod eſt præter Deum, eſt ex Deo, ſicut ex primo principio; ergo nihil, qđ eſt præter Deum, poteſt eſſe infinitum.

(Margin: 3 phyſic. tex. 30. & 8.)

Reſpondeo. Dicendum, quòd aliquid præter Deũ poteſt eſſe infinitum ſecundùm quid, ſed non * ſimpliciter: ſi enim loquamur de infinito ſecundùm quod competit materiæ, manifeſtum eſt, quòd omne exiſtens in actu habet aliquam formam, & ſic materia eius eſt determinata per formam.

(Margin: D. 736. D. 836.)

Sed quia materia ſecundùm quòd eſt ſub vna forma ſubſtantiali, remanet in potentia ad multas formas accidentales, quod eſt finitum ſimpliciter, poteſt eſſe infinitum ſecundũ quid: vtpote, lignum eſt finitum ſecundùm ſuam

Digitized by Google

ſuam formam, ſed tamen eſt infinitum ſecundùm quid, inquantum eſt in potentia ad figuras infinitas.

Si autem loquamur de infinito ſecundùm quod cōuenit formæ, ſic manifeſtum eſt, quòd illa, quorum formæ ſunt in materia, ſunt ſimpliciter finita, & nullo modo infinita.

Si autem ſint aliquæ formæ creatæ non receptæ in materia, ſed per ſe ſubſiſtentes, vt
D. 111. quidam de Angelis opinantur, erunt quidem* infinitæ ſecundùm quid, inquantum huiuſmodi formæ non terminantur, neque contrahun-
263 tur per aliquam materiam; * ſed quia forma creata ſic ſubſiſtens habet eſſe, & non eſt ſuū eſſe, neceſſe eſt, quòd ipſum eius eſſe, ſit receptum, & contractum ad terminatam naturam.
151. b Vnde non poteſt eſſe infinitum ſimpliciter.*

Ad primum ergo dicendum, quòd hoc eſt contra rationem facti, quòd eſſentia rei ſit ipſum eſſe eius, quia eſſe ſubſiſtens non eſt eſſe creatum, vnde contra rationem facti eſt, quòd ſit ſimpliciter infinitum.

Sicut ergo Deus, licèt habeat potentiā infinitam, non tamen poteſt facere aliquid non fa-
142 ctum: * hoc enim eſſet contradictoria eſſe ſi-
153 mul; ita non poteſt facere aliquid infinitum
150 ſimpliciter.
b
d Ad ſecundum dicendum, quòd hoc ipſum,
433 quòd virtus intellectus extendit ſe quodammodo ad infinita, procedit ex hoc, quòd intellectus eſt forma non in materia, ſed vel totaliter ſeparata, ſicut ſunt ſubſtantiæ Angelorum, vel ad minus potentia intellectiua, quæ non eſt actus alicuius organi in anima intellectiua corpori coniuncta.

Ad tertium dicendum, quòd materia prima non exiſtit in rerum natura per ſeipſam, cum non ſit ens in actu, ſed potentia tantùm;
c vnde magis eſt aliquid concreatū, quàm crea-
874 tum.* Nihilominus tamen materia prima e-
D.854 tiam ſecundùm potentiam nō eſt* infinita ſimpliciter, ſed ſecundùm quid; quia eius potentia non ſe extendit, niſi ad formas naturales.

Dubitatio de ſenſu quæſiti.

Caiet. CAietanus hic aduertit particulam illam *infinitum per eſſentiam* non ſignificare idem, quod res infinitæ perfectionis; quia dictio illa *infinitum* non arctatur hic ad infinitum, ſe tenens ex parte formæ, quod dicit perfectionem, ſed communiter ſumitur, prout extenditur etiam ad infinitum ex parte materiæ, vt manifeſtè conſtat ex diſcurſu præſentis articuli, & ſingulariter ex argumento tertio, & eius reſponſione. Infinitum itaque per eſſentiam hoc in loco ſignificat rem eſſentiæ prorſus indeterminatæ; quæ ſcilicet neque per ſe, neq; reductiuè ad vllius generis, aut ſpeciei limites

A coarctatur. Dictio autem *aliquid* rem ſingulariter exiſtentem ſignificat, prout contra rem in abſtractione conceptam diſtinguitur, vt hic etiam annotauit Caietanus, adeo, vt ſit ſenſus quæſiti: An eſſe poſſit præter Deum res aliqua ſingulariter exiſtens, cuius eſſentia ſit indeterminata ſimpliciter; ſiue ea indeterminatio ad perfectionē pertineat, ſiue ad imperfectionem.

Sed Valentiæ non placet hæc expoſitio; arbitratur enim idem eſſe creaturam habere eſſentiā ſimpliciter infinitam, & illam habere perfectionē ſimpliciter infinitam; quod probare nititur hoc argumento: Hoc ipſo, quod creatura nulla ſimpli- Valentia.
B citer eſt infinita ſecundùm eſſentiam, nulla etiam habet perfectionem ſimpliciter infinitam, & è cōtra; ergo. Sed falſum eſt antecedens quo ad ſecundam partem: videlicet, hoc ipſo, quod nulla creatura perfectionem habet ſimpliciter infinitam, nullam etiam creaturam eſſe ſimpliciter infinitā ſecundùm eſſentiam, ſecundùm omnium opinionem: Nam qui contenderet materiam eſſe ſimpliciter infinitam ſecundùm eſſentiam ſuam, hoc ipſo illam imperfectiſsimā pronunciaret, quod Pytagoricis, & Leucippo contigit, vt refert Ariſt. 12. diuinorum tex. 40. & S. Tho. ſupra q. 4. art. 1. Quā- Ariſt.
uis igitur ſecundùm veritatem prædicta duo ſe ſe D. Thom.
C mutuo conuertibiliter conſequantur; propter rationem tamen apparentem dubitandi tactam in tertio argumento, & oppoſitam dictorum philoſophorum ſententiam, non debuit ad ſolam perfectionis infinitatem quæſtio limitari. Quod quia non aduertit Valentia, Caietani ſenſum minimè perceptum reprehendit. Valentia non habuit ſenſum Caietani.

Forma Textus.

C*Oncluſio eſt. Aliquid præter Deum poteſt eſſe infinitum ſecundùm quid, ſed non ſimpliciter. Probatur: Infinitum eſt duplex. Vnum, quod competit ma-*
D *teriæ, aliud, quod conuenit formæ; & vtrique ſcilicet formæ, & materiæ poteſt conuenire eſſe infinitum ſecùndùm quid, non autem ſimpliciter; ergo. Prima pars antecedentis, videlicet duplex eſſe infinitum, &c. patet ex articulo præcedente; Secunda verò pars, quæ eſt de infinito, quod conuenit materiæ, probatur primò, quo ad negationem infinitatis ſimpliciter: Omne exiſtens in actu habet aliquam formam; ergo eius materia eſt determinata per formam. Antecedens patet: cōſequentia etiam eſt manifeſta ex articulo præcedente. Deinde probatur quo ad affirmationem infinitatis ſecundùm quid. Materia, ſecundùm quod eſt ſub vna forma ſubſtantiali, remanet in potentia ad infinitas formas accidentales; ergo, quod eſt finitum ſimpliciter, po-*
E *teſt eſſe infinitum ſecundùm quid. Antecedens probatur exemplo ligni, quod eſt finitum ſecundùm ſuam formam: ſed tamen eſt infinitum ſecundùm quid, inquantū eſt in potentia ad figuras infinitas. Secundò probatur eadem pars, quo ad infinitum, quod cōuenit formæ: Formæ quædam ſunt in materia, & quædam per ſe ſubſiſtentes; & vtræque ſunt finitæ; & ſubſiſtentes poſſunt eſſe infinitæ ſecundùm quid; ergo. Antecedens, quo ad formas exiſtentes in materia ait S. D. eſſe manifeſtum.*

Quo

Digitized by Google

Quo ad formas verò per ſe ſubſiſtentes, probat primò eas eſſe infinitas ſecundum quid: Quia huiuſmodi formæ non terminantur, neque contrahuntur per aliquam materiam; ergo ſunt infinitæ ſecundum quid. Secundò probat eas eſſe finitas ſimpliciter. Forma creata ſic ſubſiſtens habet eſſe, & non eſt ſuum eſſe: ergo neceſſe eſt, quod ipſum eius eſſe ſit receptum, & contractum ad terminatam naturam; ergo non poteſt eſſe infinitum ſimpliciter.

Expoſitio Textus.

Art Angelici Doctoris notanda.

OBſeruanda eſt hic ars Angelici Doctoris; qui in probatione minoris principalis argumenti inchoat à nobis notiori, ſcilicet finito, & infinito ſe tenente ex parte materiæ: in quo etiam primò probat finitatem, quæ fundat negationem infinitatis ſimpliciter; deinde probat infinitatem ſecundum quid; quia finitas rerum materialiũ longè notior eſt, quàm infinitas ſecundùm quid; illa enim eſt à forma rei ſenſibilis, quæ eſt ratio cognoſcendi; hæc verò, ſcilicet infinitas eſt à materia, & eius potentia, quæ non niſi per formam cognoſcitur. In probatione verò eiuſdem minoris, quo ad infinitum ſecũdum formam contrariò procedit ordine: nam primò probat infinitatem ſecũdum quid, deinde finitatem ſimpliciter: cuius ratio eſt, quia infinitas ſecundum quid, longè manifeſtior eſt, quàm finitas formæ ſimpliciter: nam illa attenditur penes ordinem, & proportionẽ ad ſenſibilia nobis notiſſima; hæc verò, ſcilicet finitas, attenditur penès comparationem eſſentiæ ad eſſe, quæ ſenſibilia nobis proportionata tranſcendit, & in metaphyſicalium ordine numeratur.

Zumel.

Zumellus hic multa diſputat de veritate concluſionis Sanct. Thom. quæ, quoniam extraneas ſecum trahunt materias, cui placuerit, legenda relinquimus.

ARTICVLVS III.

Vtrum poſſit eſſe aliquid infinitum actu, ſecundum magnitudinem.

37 Ver. q. 2. a. 2. & 9. quol. ar. 1. & 12. quol art. 2.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd poſſit eſſe aliquid infinitum actu ſecundùm magnitudinem. In ſcientijs enim mathematicis nõ inuenitur falſum: quia abſtrahentium non eſt mendacium, vt dicitur* in 2. phyſic. ſed ſcientiæ mathematicæ vtuntur infinito ſecundùm magnitudinẽ; dicit enim Geometra in ſuis demonſtrationibus; ſit linea talis infinita; ergo non eſt impoſſibile aliquid eſſe infinitum ſecundùm magnitudinem.

2. phyſic. tex. 18. to. 2.

2 Præterea: Id, quod non eſt contra rationem alicuius, non eſt impoſſibile conuenire ſibi; ſed eſſe infinitum non eſt contra rationẽ magnitudinis; ſed magis finitum, & infinitum videntur eſſe paſsiones quantitatis; ergo non

A eſt impoſſibile aliquam magnitudinem eſſe infinitam.

3 Præterea: Magnitudo diuiſibilis eſt in infinitum. Sic enim diffinitur continuum, quod eſt in infinitum diuiſibile, vt patet in 3. phyſi. Sed contraria nata ſunt fieri circa idem: cùm ergo diuiſioni opponatur additio, & diminutioni augmentum, videtur, quòd magnitudo poſſit creſcere in infinitum; ergo poſsibile eſt eſſe magnitudinem infinitam.

4 Præterea: Motus, & tempus habent quantitatem, & continuitatem à magnitudine, ſuper quam tranſit motus, vt dicitur in quarto physic. ſed non eſt contra rationem temporis, & motus, quòd ſint infinita, cùm vnumquodque indiuiſibile ſignatum in tempore, & motu circulari, ſit principium, & finis; ergo nec contra rationem magnitudinis erit, quod ſint infinita. B

Sed contra: Omne corpus ſuperficiem habet; ſed omne corpus ſuperficiem habens eſt finitum; quia ſuperficies eſt terminus corporis finiti; ergo omne corpus eſt finitum. Et ſimiliter poteſt dici de ſuperficie, & linea: nihil eſt ergo infinitum ſecundum magnitudinem. C

Reſpondeo. Dicendum, quòd aliud eſt, eſſe infinitum ſecundùm ſuam eſſentiam, & ſecundùm magnitudinem. Dato enim quòd eſſet aliquod corpus infinitum ſecundùm magnitudinem, vtpote ignis, vel aer, non tamen eſſet infinitum ſecundùm eſſentiam: quia eſſentia ſua eſſet terminata ad aliquam ſpeciem per formam, & ad aliquod indiuiduum per materiam.

Et ideo habito ex præmiſſis, quod nulla creatura eſt infinita ſecundùm eſſentiam,* adhuc reſtat inquirere, vtrum aliquid creatum ſit infinitum ſecundùm magnitudinem. D

Sciendum eſt igitur, quòd corpus, quod eſt magnitudo completa, dupliciter ſumitur, ſcilicet mathematicè, ſecundùm quòd conſideratur in eo ſola quantitas, & naturaliter, ſecundùm, quòd conſideratur in eo materia, & forma.

Et de corpore quidem naturali, quòd non poſſit eſſe infinitum in actu, manifeſtum eſt. Nam, omne corpus naturale aliquam formam ſubſtantialem habet determinatam: cùm igitur ad formam ſubſtantialem conſequantur accidentia, neceſſe eſt, quòd ad determinatam formam conſequantur determinata accidentia; inter quæ eſt quãtitas. Vnde omne corpus naturale habet determinatam quantitatem, & in maius, & in minus. Vnde impoſsibile eſt, aliquod corpus naturale infinitum eſſe. E

Ex primo physic.

Hoc etiam ex motu patet; quia omne corpus

pus naturale habet aliquẽ motũ naturalẽ; corpus autẽ infinitum non poſſet habere aliquẽ motum naturalem, nec rectum, quia nihil mouetur naturaliter motu recto, niſi cùm eſt extra ſuum locum; quod corpori infinito accidere non poſſet; occuparet enim omnia loca; & ſic indifferẽter quilibet locus eſſet locus eius: & ſimiliter etiam neque ſecundùm motum circularem; quia in motu circulari oportet, quòd vna pars corporis transferatur ad locum, in quo fuit alia pars: quod in corpore circulari, ſi ponatur infinitum, eſſe non poſſet: quia duæ lineæ protractæ à centro, quantò longius protrahuntur à centro, tantò longius diſtant ab inuicem; ſi ergo corpus eſſet infinitum, in infinitum lineæ diſtarent ab inuicem, & ſic vna nũquam poſset peruenire ad locum alterius. De corpore etiã mathematico eadẽ ratio eſt; quia, ſi imaginemur corpus mathematicũ exiſtens actu, oportet, quòd imaginemur ipſum ſub aliqua forma; quia nihil eſt actu niſi per ſuam formã; vnde, cùm forma quanti, inquantum huiuſmodi, ſit figura, oportebit, quòd habeat aliquam figuram: & ſic erit finitum, eſt enim figura, quæ termino, vel terminis comprehenditur.

Ex primo cœli.

Ad primum ergo dicendum, quòd Geometra non indiget ſumere aliquam lineam eſſe infinitam actu; ſed indiget accipere aliquam lineã finitã actu, à qua poſſit ſubtrahi, quantũ neceſſe eſt: & hanc nominat lineam infinitã.

Ad ſecundum dicendum, quòd licèt infinitum non ſit contra rationem magnitudinis in communi, eſt tamen contra rationem cuiuslibet ſpeciei eius, ſcilicet contra rationẽ magnitudinis bicubitæ, vel tricubitæ, ſiue circularis, vel triangularis, & ſimilium. non autẽ eſt poſſibile in genere eſſe, quod in nulla ſpecie eſt; vnde non eſt poſſibile eſſe aliquam magnitudinem infinitam, cùm nulla ſpecies magnitudinis ſit infinita.

Art. 1. huius q. ad ſecundum. D. 73a D. 85a Art. 1. huius q. ad 1.

Ad tertium dicendum, quòd infinitum, quod conuenit quantitati, vt dictum eſt, * ſe tenet ex parte materiæ; per diuiſionem autẽ totius acceditur ad materiam; nam partes * ſe habẽt in ratione materiæ, per additionem autem acceditur ad totum, ſecundùm quòd ſe habet in ratione formæ, & ideo non inuenitur infinitũ in additione magnitudinis, ſed ĩ diuiſione tñ.

Ad quartum dicendum, quòd motus, & tẽpus non ſunt ſecundùm totum in actu, ſed ſucceſſiuè; vnde habent potentiam permiſtam actui. Sed magnitudo eſt tota in actu; & ideo infinitum, quod conuenit quantitati, & ſe tenet ex parte materiæ, repugnat totalitati magnitudinis, non autem totalitati temporis, vel motus: eſſe .n. in potentia conuenit materiæ.

A *Forma Textus.*

Prima concluſio eſt. Corpus naturale non poteſt eſſe infinitum in actu. Probatur dupliciter. Primò: Ad determinatam formam ſequuntur determinata accidentia, inter quæ eſt quantitas; ſed omne corpus naturale habet aliquam formam ſubſtantialem determinatam; ergo omne corpus naturale habet determinatam quantitatem, & in maius, & in minus. Maior probatur: quia ad formam ſubſtantialem ſequuntur accidentia; ergo ad determinatam formam ſequuntur determinata accidentia.

Secundò: Omne corpus naturale habet aliquem motum B *naturalem; at corpus infinitum non poſſet habere aliquem motum naturalem: ergo. Minor probatur: quia non poſſet habere motum rectum, nec motum circularẽ; ergo. Antecedens quo ad primam partem probatur: Nihil mouetur motu recto, niſi cum eſt extra locum ſuum: ſed corpus infinitum non poſſet eſſe extra locum ſuum: ergo. Minor probatur: quia occuparet omnia loca. Deinde probatur ſecunda pars Antecedentis: In motu circulari oportet, quòd vna pars transferatur ad locum, in quo fuit alia pars; ſed hoc in corpore circulari infinito eſſe non poſſet; ergo. Probatur minor: quia ſi corpus eſſet infinitum lineæ protractæ à centro diſtarẽt in infinitum; ergo vna nunquam poſſet peruenire ad lo-* C *cum alterius. Antecedens probatur: quia lineæ protractæ à centro, quantò longius protrahuntur à centro, tantò longius diſtant ab inuicem; ergo, ſi corpus eſſet infinitum, in infinitum lineæ diſtarent ab inuicem.*

Secunda concluſio. Corpus Mathematicum non poteſt eſſe infinitum. Probatur: Corpus mathematicum, oportet, quod habeat aliquam figuram: Ergo eſt finitũ; probatur conſequentia: Quia figura eſt, quæ termino, vel terminis comprehenditur: Antecedens autem probatur: quia ſi imaginemur corpus mathematicum exiſtens in actu, oportet quod imaginemur ipſum ſub aliqua forma; Ergo oportet, vt habeat aliquam figuram: Probatur antecedens; quia nihil eſt actu, niſi per formã: D *Conſequentia verò probatur; quia forma quanti, inquantum huiuſmodi eſt figura.*

Controuerſia vnica.

De efficacia rationum S. Thomæ.

Rationes D. Thom. eſſe Ariſt. & intentionem S. D. cum eiuſdem philoſophi mente congruere.

Ratio prima pro prima concluſione ſumpta eſt ab Ariſtot. primo phyſic. tex. trigeſimoſexto, & ſecundo de Anima, tex. 41. & licèt in ſecun- E do de Anima Ariſt. intendat probare de animalibus in ſpecie, quod in eis ſit terminus magnitudinis, & augumenti; in primo tamen phyſicorum, intentio Philoſophi eſt vniuerſaliter probare rerum omnium naturalium determinatam eſſe magnitudinem in maius, & in minus; alioquin ratio illa efficax non eſſet contra Anaxagoram, cum quo ibidem erat cõtentio de vniuerſis entibus naturalibus.

Secunda

Secunda ratio pro eadem Concluſione deſumpta eſt ex primo Cœli tex. 35. & 62.

Impugnationes Vaſquezij contra primam rationem D. Thom. pro prima concluſione, & eorum confutationes.

Vaſquez. SEd vtramq; rationem Gabriel Vaſquez ſoluere nititur, cum ratione pro ſecunda concluſ. tenens oppoſitum vtriuſque concluſionis. Et primæ rationis negat maiorem propoſitionem, quo ad quantitatem determinatam; eius ratio duplex eſt. Prima; quoniam hæc duo genera infinitatis, ſcilicet ſecundùm eſſe, & ſecundum quantitatem, omnino diſtincta ſunt. Secunda ratio eſt: Ignis addita materia ſine termino augeri poſſet, vt docet Ariſt. ſecundo de Anima tex. 41. Et quoniam Caietanus ſoluit hoc argumentum dicens; indiuiduum ignis duplex eſſe, quoddam per ſe vnum, quod ſcilicet ſic conſtat ex vna neceſſario in actu forma, & materia, vt per ſolam diuiſionem non poſſint fieri duo ignes; quoddam verò aliud eſt indiuiduum ignis vnum per aggregationem. Indiuiduum ignis per ſe vnū, determinatæ eſt quantitatis in maximo, & minimo; ſed indiuiduū ignis vnum quaſi per aggregationem, non eſt determinatæ quantitatis in maximo ab intrinſeco, ſed tãtum ab extrinſeco; quia ſcilicet vniuerſi natura non patitur ignem ſuperare cætera elementa; quã reſponſionem ſequuntur alij expoſitores S. Thom. *(Solutio Caietani. Indiuiduū ignis duplex.)*

Contra hanc reſponſionem, argumentatur Vaſquez. Eiuſdem prorſus naturæ eſt ignis in quacũque quantitate; ergo poſtulat ſemper eadem omnino accidentia; ergo ſi quantitas illius creſcere poteſt in infinitum, etiam per aggregationem, ſignum eſt non eſſe per ſe requiſitam in aliqua menſura determinata; ergo diſtinctio Caietani commentitia, & inanis eſt. *(Replica Vaſquezij.)*

(Solutio.) Sed hæc leuia, ac nugatoria prorſus eſſe facilè conſtat bene ponderanti dictas rationes Ariſtot. & S. Thomæ, & earum explicationem hic factam à Caietano. Vt enim docet Ariſtot. in quinto metaphyſ. in capite de cauſa, & ſecundo phyſic. tex. 37. & 38. cauſæ effectibus, & effectus cauſis coaptantur, & proportionantur; vt cauſarum in potẽtia, ſint effectus in potentia, & cauſarum in actu, effectus in actu, & ſingularium, ſingulares, & vniuerſalium, vniuerſales; & eadem ratione tantæ virtutis cauſam ſequatur tantæ perfectionis, & quãtitatis effectus, & finitæ finitus, alioquin effectus excederet virtutem cauſæ, quod implicat contradictionem; eſſet enim effectus, & nõ eſſet effectus: nam, qua ratione ponitur à cauſa dependere, eſſet effectus; ſed qua ratione illius excedit virtutem, non eſſet illius effectus. Vnde optimè ſequitur, q̃d ſi formam ſubſtantialem naturaliter in communi ſequitur quantitas; igitur formam hanc ſingularem determinatam, ſequitur determinata quantitas; at verò quantitas, non alio modo determinatur, quàm ſecundùm terminos; ergo ſequitur determinata quantitas ſecundùm terminos, non igitur infinita. *(Ariſt. — Cauſarū, & effectuū proportio.)*

A Ex his patet maiorem illam propoſitionẽ abſque legitimo fundamento negari à dicto expoſitore. Et ad primam rationem negationis negatur conſequentia; nam, licèt alia ſit infinitas eſſe, & alia quantitatis; neceſſe tamen eſt firmam ſemper conſiſtere dictam cauſarum, & effectuum commẽſurationem; vt effectus cauſæ virtutem non excedat; & finitæ virtutis non ſit effectus infinitus. Ad ſecundam optimè reſpondet Caietanus. Ad impugnationem reſponſionis Caiet. admiſſo Antecedẽte, negatur cõſequentia: nam ex hoc, quod eiuſdẽ naturæ eſt ignis in quacumque quantitate, ſequitur tantùm, nullum indiuiduū per ſe vnum ignis, B poſſe in infinitum creſcere, ſtante illius ſola vnitate per ſe, cum tamen quodlibet ignis indiuiduū per alterius, & alterius indiuidui aggregationem vſq; in infinitum, poſſit creſcere in infinitum; ſed ex hoc non ſequitur non eſſe determinatam indiuidui ignis, quod eſt per ſe vnum, quantitatem in maius, & in minus. *(Caiet.)*

Argumenta Vaſquezij, & Valentiæ contra ſecundam rationem pro prima concluſione, & ſolutiones.

COntra vim ſecundæ rationis, ſic argumentatur Vaſquez. Etiam ſi corpus naturale infini C tum non moueretur, hinc tamen non colligitur nõ fore naturale, aut in ſe non habiturum naturam, quæ eſt principium motus; ſed tantùm ſequitur eius naturam fore impeditam mole illa infinita quantitatis; nihil enim repugnat, vt docet Ricardus, eſſe aliquod corpus, quod moueri nequeat. *(Vaſquez.)*

Pro ſolutione huius argumenti ſupponendum eſt primò hoc loco S. Thom. loqui cum Ariſtot. de corpore infinito ſecundùm omnem dimenſionem; hoc enim corpus nullum relinqueret locum non occupatum, ad quem moueri poſſet motu recto; immo in nullo eſſet loco, ſecundum ſe totum; alioquin finitum eſſet, & haberet corpus maioris quã- D titatis, cuius ſuperficie contineretur. *(Ariſt.)*

Secundò ſupponendum eſt motum naturalem eſſe proprietatem naturalem corporis, quæ illum naturaliter concomitatur; vt patet de motu cœlorum, & de motu recto elementorum, cum non fuerint in proprio, ac connaturali ſibi loco; ac per hoc poſſe quodcunque corpus naturale moueri.

Cum igitur corpus naturale infinitū, nullo motu locali moueri poſſit, ſequitur illud in ſua intrinſeca ratione pugnantia continere: nam infinitas naturalitati repugnat; ex hoc enim, quòd naturale eſt, motum ſibi vendicat naturalem; ex hoc verò, quòd infinitum eſt, implicat contradictionem moueri. Et cum infinitas illa quantitatis pona- E tur ab intrinſeca corporis natura prouenire, ſequitur corpus illud naturale, & mobile habere ex principijs intrinſecis ſui motus impedimentum, ac proinde non eſſet corpus mobile, quod aſſeritur eſſe corpus mobile, vel ſimul eſſet vtrumque, quod implicat: prima conſequentia patet; ſecunda probatur: Quoniam ex principijs corporis mobilis, ſi verè eſt corpus mobile, debet procedere quantitas, quę reddat ipſum diſpoſitum, & aptum ad *(Corpus naturale infinitum implicat contradictoria.)*

Digitized by

ad motum, non autem impediat, & impoſſibilem reddat, quia motus eſt naturalis perfectio corporis mobilis, conſtat autem nullam rem ab intrinſeco ponere impedimentum ſuæ naturali, & debitæ perfectioni, alioquin natura ſecum pugnaret, & in oppoſita tenderet, & in propoſito duo cauſaret oppoſita, ſcilicet motum, & immobilitatem: Nam, quia natura eſſet rei ſenſibilis, ens mobile conſtitueret; quia verò quantitatem cauſaret infinitam, neceſſariam induceret immobilitatem. Et hæc eſt vis rationis Diui Thomæ; quæ, licet nõ videatur demonſtratiua, magnam tamẽ, vt iacet, habet probabilitatem. Dixi, vt iacet; quia, vt patebit, poteſt ad formam veræ demonſtrationis reduci.

Contra eandẽ rationem, quatenus probat corpus naturale infinitum non poſſe circulariter moueri, argumentatur idem Vaſquez, & cum eo Gregorius de Valentia. Diſtantia linearum, quæ à cẽtro protraherentur, eſſet inter lineam, & lineam; ergo eſſet lineis actu terminata, & finita. Huic vero argumento reſpondent, rectè probari diſtantiam illam duarum linearum non eſſe actu infinitam; ſed ꝙ procedẽdo ſemper ad maiorem, & maiorem diſtantiã futurã ſemper eſſet maior, & maior diſtantia abſque vlla vltima, & maxima.

Sed hæc reſponſio deſtruit textum Ariſtot. qui ponit lineas illas actu infinitas, ſicut & corpus actu infinitum eſſet; ergo neceſſe eſſet dicere in infinitum diſtare à parte circumferentiæ corporis infiniti. Et ratio euidenter demonſtratiua eſt: Nã, ſi lineæ à centro protractæ, quantò longius protrahuntur, tantò longius diſtant ab inuicem; Ergo ſi actu fuerint in infinitum ductæ, actu etiam diſtabunt in infinitum categorematicè, & non tantum ſincategorematicè, vt docẽt dicti expoſitores cõtra veritatem, & contra textum Ariſtot. Igitur ad argumentum reſpõdeo: ex poſitione corporis infiniti, vtrumque contradictorium ſequi; videlicet tales lineas infinitè diſtare, & eaſdem non infinitè diſtare; & conſequenter tale corpus poſſe circulariter moueri, & non poſſe circulariter moueri. Neque hoc mirum eſt, ſed proprium, ac regulare eſt cuilibet impoſſibili poſitioni, vt ex ea impoſſibilia, & implicantia deducantur; vt patet, ſi ponamus hoc impoſſibile, nimirum Deum creare aliũ Deum: nam ex hoc, quod Deus creatus, Deus eſſet, poſſet ſemper eſſe quouis repugnante; ex hoc autem quod eſſet creatus, indigeret Deo creatore, conſeruante; & ſic eſſet Deus, & non eſſet Deus.

Alia contradictio ex poſitione corporis infiniti

Et hinc patet rationem hanc Diui Thomæ, & Ariſtot. facilè erigi poſſe in demonſtrationem ducentem ad impoſſibile, probando ex poſitione corporis infiniti ſequi contradictoria: Nam tale corpus poterit ſaltem per Dei omnipotentiam circulariter moueri, & non poterit circulariter moueri, vt deductum eſt.

Argumenta Vaſquezij contra rationem pro ſecunda concluſione, & ſolutiones.

CONtra rationem ſecundæ Concluſionis argumentatur Vaſquez dupliciter. Primò ſic. Quamuis corpus mathematicũ in ſola cogitatione infinitum eſſe non poſſet: quia ſemper à nobis apprehenderetur inſtar aliorum, quæ finita ſunt; hinc tamen non colligitur reipſa à Deo fieri non poſſe; multa enim, quæ cogitare non valemus, à Deo fieri non repugnat.

Secundò; quia etiam ex parte noſtræ cogitationis non repugnat; nam facilè apprehendimus vaſtitatem aliquam, ſiuè magnitudinem extra cœlum, ſine vllo termino; nihil ergo repugnat, quo minus corpus mathematicum infinitum fieri poſſit à Deo.

Reſpondetur ad primum: quòd licèt multa fieri poſſint à Deo, quæ cogitare non valemus; vt patet de nouis intelligentijs: in genere tamen quanti, quod eſt maximè cogitabile, nihil fieri poteſt à Deo, quod à nobis cogitari non poſſit, ſaltem quo ad genericam, vel ſpecificam rationem formæ, ſiuè figuræ eiuſdem quanti; quoniam, vt inquit S. Thom. nihil poteſt eſſe actu, nec cogitari actu, niſi per formam. Vnde ratio S. Thom. non fundatur in nuda noſtra cogitatione; ſed in ipſa rei natura fundante cogitationem; natura enim quanti in actu eſt, vt ſit actu per aliquam formam, quę eſt eius figura, & ideo ſine tali actu cogitari non poteſt.

Ad ſecundum negatur antecedens: de propria & formata cogitatione, quidquid ſit de confuſa, & informi.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum poſſit eſſe infinitum in rebus ſecundum multitudinem.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd poſſibile ſit eſſe multitudinem infinitam ſecundum actum. Non enim eſt impoſſibile id, quod eſt in potentia, reduci ad actum: ſed numerus eſt in infinitum multiplicabilis; ergo non eſt impoſſibile eſſe multitudinem infinitam in actu. 38 Ver. q. 2 ar. 10. Et 9. quolib. ar. 1.

2 Præterea: Cuiuslibet ſpeciei poſſibile eſt eſſe aliquod indiuiduum in actu; ſed ſpecies figuræ ſunt infinitæ; ergo poſſibile eſt eſſe infinitas figuras in actu.

3 Præterea: Ea, quæ non opponuntur ad inuicem, non impediunt ſe inuicem; ſed poſita aliqua multitudine rerum, adhuc poſſunt fieri alia multa, quæ eis non opponuntur; ergo non eſt impoſſibile aliqua iterum ſimul eſſe cum eis, & ſic in infinitum: ergo poſſibile eſt eſſe infinita in actu.

Sed contra eſt, quod dicitur Sapien. 11. Omnia in pondere, numero, & menſura diſpoſuiſti.

Reſpondeo. Dicẽdum, quòd circa hoc fuit duplex opinio. Quidam enim ſicut Auicen. & Algazel dixerint, quòd impoſſibile eſt eſſe multitudinem actu infinitam per ſe: ſed infinitam per accidens multitudinem eſſe, non eſt impoſſibile. Super 3. phyſ.

Dicitur

Dicitur enim multitudo eſſe infinita per ſe, quando requiritur ad aliquid, vt multitudo infinita ſit; & hoc eſt impoſſibile eſſe, quia ſic oporteret, quòd aliquid dependeret ex infinitis. Vnde eius generatio nunquam compleretur, cùm non ſit infinita pertranſire.

Per accidens autem dicitur multitudo infinita, quando non requiritur ad aliquid infinitas multitudinis, ſed accidit ita eſſe. Et hoc ſic manifeſtari poteſt in operatione fabri; ad quã quædam multitudo requiritur per ſe, ſcilicet, quòd ſit ars in anima; & manus mouẽs, & martellus: & ſi hæc in infinitum multiplicarentur, nunquam opus fabrile compleretur, quia depẽderet ex infinitis cauſis. Sed multitudo martellorum, quæ accidit ex hoc, quòd vnum frãgitur, & accipitur aliud, eſt multitudo per accidens: accidit enim, quòd multis martellis operetur, & nihil differt, vtrum vno, vel duobus, vel pluribus operetur, vel infinitis, ſi infinito tempore operaretur; per hunc igitur modum poſuerunt, quòd poſſibile eſt eſſe actu multitudinem infinitam per accidens.*

347 Sed hoc eſt impoſſibile, quia omnem multitudinem oportet eſſe in aliqua ſpecie multitudinis. Species autem multitudinis ſunt ſecundum ſpecies numerorũ. Nulla autem ſpecies numeri eſt infinita; quia quilibet numerus eſt multitudo menſurata per vnum. Vnde impoſſibile eſt eſſe multitudinem infinitam actũ, ſiue per ſe, ſiue per accidens.

Item, multitudo in rerum natura exiſtens eſt creata, & omne creatum ſub aliqua certa intentione creantis comprehenditur; non enim in vanum agens aliquod operatur.

Vnde neceſſe eſt, quòd ſub certo numero omnia creata comprehendantur. Impoſſibile eſt ergo eſſe multitudinem infinitam in actu, etiam per accidens. Sed eſſe multitudinem infinitam in potentia, poſſibile eſt; quia augmentum multitudinis conſequitur diuiſionẽ magnitudinis.

Quantò enim aliquid plus diuiditur, tantò plura ſecundùm numerum reſultant. Vnde ſicut infinitum inuenitur in potentia in diuiſione continui, quia proceditur ad materiam, vt

Ar. præced. ſupra oſtenſum eſt,* eadem ratione etiam infinitum inuenitur in potẽtia in additione multitudinis.

Ad primum ergo dicendum, quòd vnumquodque, quod eſt in potentia, reducitur in actum ſecundùm modum ſui eſſe; dies enim non reducitur in actum, vt ſit tota ſimul, ſed ſucceſſiuè; & ſimiliter infinitum multitudinis non reducitur in actum, vt ſit totum ſimul, ſed ſucceſſiuè; quia poſt quamlibet multitudinẽ,

A poteſt ſumi alia multitudo in infinitum.

Ad ſecundum dicendum, quòd ſpecies figurarum habent infinitatem ex infinitate numeri. Sunt enim ſpecies figurarum, vt Trilaterũ, Quadrilaterum, & ſic inde. Vnde ſicut multitudo infinita numerabilis, non reducitur in actum, quòd ſit tota ſimul, ita nec multitudo figurarum.

Ad tertiũ dicendũ, quòd licèt quibuſdam poſitis alia poni non ſit eis oppoſitum: tamen infinita poni opponitur cuilibet ſpeciei multitudinis.

B Vnde non eſt poſſibile, eſſe aliquam multitudinem actu infinitam.

Forma Textus.

Relata, & explicata opinione Auicennæ, & Algazelis, reſpondet S. Doct. ad quæſitum duabus concluſionibus.

Prior concluſio eſt. Impoſſibile eſt eſſe actu infinitam multitudinem ſiue per ſe, ſiue per accidens. Probatur dupliciter: Nulla ſpecies numeri eſt infinita; Ergo impoſſibile eſt eſſe multitudinem infinitam actu, ſiuè per ſe, ſiuè per accidens: Antecedens probatur: Quia

C *quilibet numerus eſt multitudo menſurata per vnum: Conſequentia verò probatur: Quia omnem multitudinem oportet eſſe in aliqua ſpecie multitudinis, quæ ſpecies eſt ſecundùm aliquam ſpeciem numeri; Ergo, ſi nulla ſpecies numeri eſt infinita, impoſſibile eſt etiam multitudinem eſſe infinitam. Secundò probatur eadem concluſio. Neceſſe eſt, quòd ſub certo numero omnia creata comprehendantur; ergo impoſſibile eſt eſſe multitudinem infinitam actu, etiam per accidẽs. Antecedens probatur: Multitudo in rerum natura exiſtens eſt creata: ſed omne creatum ſub certa intentione creantis comprehenditur; ergo neceſſe eſt ſub certo numero omnia creata comprehendi. Minor probatur: quia nullum agens in*

D *vanum operatur.*

Secunda concluſio eſt. Eſſe multitudinem infinitam in potentia, poſſibile eſt. Probatur: Quia inuenitur infinitum in potentia in diuiſione continui; Ergo etiam inuenitur infinitum in potentia in additione multitudinis. Antecedens probatur; Quia in diuiſione continui proceditur ad materiam; ergo. Conſequentia verò probatur; quia augmentum multitudinis conſequitur diuiſionem magnitudinis; ergo ſi inuenitur infinitum in potentia in diuiſione continui &c. probatur hoc antecedens, & Conſequentia; Quia quantò plus diuiditur, tantò plura ſecundum numerum reſultant.

E

Prima Controuerſia.

De efficacia rationum Sancti Thomæ.

Argumenta Vaſquezij contra primam probationem, primæ concluſionis.

Gabriel Vaſquez ſequens Auicennam, & Algazelem, ſentit multitudinem rerum non per ſe ordinatarum poſſe eſſe infinitã in actu; nititurque ſoluere,

ſoluere, & impugnare vtramque rationem S. Doct. pro prima concluſione.

Et primò probat falſum eſſe omnem multitudinem debere eſſe in aliqua ſpecie numeri. Sed quoniam, vt Caietanus hic ſcitè aduertit, S. Thom. nō affirmat omnes ſpecies multitudinis eſſe ſpecies numeri, quod falſum eſt: ſed omnes ſpecies multitudinis eſſe ſecundum ſpecies numeri, id eſt, proportionales illis; quod verum eſt (nam multitudo, quia eſt quid vniuerſalius, quàm numerus, longè plures complectitur ſpecies, quàm numerus, continet enim ſpecies omnes numeri; & præter eas habet etiam ſpecies multitudinis immaterialis, quæ propriè non eſt numerus) ideò, propoſitionē hāc tripliciter impugnat prædictus expoſitor. Primò, numerus ſecundum formalem ſuam rationem, quā nullus præter mathematicum conſiderat, etiam in Angelis reperitur: nam mathematicæ demonſtrationes ita in Angelis, ſicut in rebus corporeis procedunt, ergò.

Secundò, cum probatur prædicta per illam propoſitionem, videlicet; *omnem multitudinem oportet eſſe in aliqua ſpecie multitudinis*, vel intelligitur de aliqua ſpecie, quæ non ſit ſpecies numeri; & hoc omnino gratis aſſumitur: nam, ſi non eſt ſpecies numeri ſub genere quantitatis, ſub quo alio genere eſſe poterit? Vel intelligitur, de ſpecie numeri & hoc etiam probari deberet: Nam infinitam multitudinem, nullus diceret eſſe ſpeciem numeri.

Tertiò licet, vt inquit Caietanus, omnis rerum creatarum multitudo proportionem habeat cum ſpeciebus numerorum, non tamen probat Caietanus nullam multitudinem fieri poſſe, quæ proportionem non habeat cum numero.

Soluuntur Argumenta Vaſquezij.

Caie. AD hæc argumenta ſuppoſita doctrina Caietani ſuper hoc articulo, ſtatim reſpondendū eſt. Ad primū negatur antecedens: Ad probationem, iterum negatur antecedens: fatuum eſt enim dicere numerum mathematicum ſecundùm ſuam rationem formalem eſſe in Angelis, & demonſtrationes mathematicas ad Angelos extendi: nam, vt explicauimus latiſſimè in 2. artic. primæ quæſtionis. Ad rationem formalem quanti, vt quantū eſt, ſequitur ratio, formalis obiecti, vt obiectum eſt, quo ſcietia mathematica diſtinguitur à qualibet ſcientia. Quare, vbi quantitas non eſt, ibi nec numerus mathematicus, nec ſcibile, aut demonſtrabile mathematicum eſſe poterit; conſtat autē Angelos, & res omnes immateriales quantitate carere; illis igitur repugnat ratio numeri, & demonſtrationis mathematicæ. Sed quoniam proportionales ſunt ſpecies multitudinis ſpeciebus numerorum, ideo etiam demonſtrationes ſunt proportionales.

Numerus mathematicus non eſt in Angelis.

Ad ſecundum argumentū, in quo quæritur, ſub quo genere contineātur illæ multitudinis ſpecies, quæ nō ſunt ſpecies numeri ad genus quantitatis pertinentis. Reſpōdetur: ſpecies multitudinis Angelorum pertinere ad genus ſubſtantiæ; ſpecies

A multitudinis intellectuum, & voluntatum ad genus qualitatis, & ſic de ſingulis: Nam, cum multitudo non addat ſuper entia, quæ dicuntur multa, niſi negationes, vt patet infra quæſt. trigeſima, artic. 3. ad idem genus, & ſpeciem pertinet multitudo, ad quod genus, & ſpeciem pertinent entia illa, quæ dicuntur multa.

Ad tertium dicitur: quòd, cum numerus ſit infinitus in potentia, vel ſincategorimaticè, eadē ratione, qua vniuerſæ multitudinis ſpecies nobis notæ, vel nunc exiſtētes proportionales ſunt ſpeciebus numerorum nunc exiſtentibus, reliquæ etiam omnes creabiles proportionales erunt ſpeciebus

B numerorum poſſibilibus, vel creabilibus; nec oppoſitum eſt rationabile, aut intelligibile.

Argumenta Vaſquezij contra ſecundam probationem ſecundæ concluſionis, & earum ſolutiones.

COntra ſecundam probationem eiuſdem primæ concluſionis argumentatur idem Expoſitor argumento ſecundo loco propoſito, & ſoluto à Caiet. videlicet: Quamuis quodlibet creatum ſit terminus alicuius certæ intentionis, & operationis ipſius creantis, multa tamen creata non oportet eſſe terminum alicuius certæ intentionis, & o-

C perationis; ſed multarum intentionum, & creationū; & conſequenter infinita creata erunt termini infinitarum intentionum, ſicut & creationum.

Cui argumento reſpondet Caietanus: Totā multitudinem exiſtentium in actu poſſe accipi, vt vnū creatum; quoniam non excedit vniuerſum, quod vnius primò intēti creati rationem habet; & ideo non ſolùm ſingula creata, ſed omnia ſimul (dummodo actu coexiſtant) eſſe comprehenſibilia ſub aliqua certa intentione creantis. Caie.

Hanc reſponſionem Vaſquez arguit dupliciter. Primò; quia tota rerum vniuerſitas non poteſt habere rationem vnius rei creatæ; quia non vna, ſed

D pluribus productionibus ſingularum rerum producitur. Et ſi dicatur rerum vniuerſitatem vnitatem ordinis habere contra argumentatur; quia vnitas ordinis vniuerſi locum tantum habere poteſt in multitudine finita.

Secundò principaliter ſic arguit. Deus perſpicaci intellectu, & omnipotenti voluntate, quæ falli, aut deficere nequeunt, vniuerſa operatur; ergo non minus infinita illa rerum multitudo ſub certā Dei cognitionem, & voluntatem caderet, quàm ſi finita eſſet.

Ad primum reſpōdetur: Totam rerum vniuerſitatem propter ordinis vnitatē, & vnam formalē

E rationem obiecti diuinæ potentiæ poſſe accipi vt vnum creatum, & per ſe primò intentum. Ad replicam negatur antecedens: ad eius probationē dico plures illas productiones, & res ipſas productas dupliciter poſſe conſiderari: Vno modo ſecundùm ſe, & ita ſunt plures productiones, & plura producta: Alio modo, vt ordinata ad integritatem, & perfectionem vniuerſi, vt cuiuſdam totius ex partibus ordinatis conſurgentis, & ità plures illæ productiones partes quædam ſunt vnius inte-

Digitized by Google

græ productionis, & res tot gradibus diſtinctæ A partes ſunt vnius integræ rei, quod eſt vniuerſum, de quo tanquam de vna re creata dicitur Ioann. 1. *Et mundus per ipſum factus eſt*. Et ideò poteſt vniuerſum ſub vna certa creantis intentione comprehendi, quod dici non poteſt de rerum infinita multitudine, quæ non admittit ordinis vnitatem, nec eſt aliquid certum, & determinatum.

Secundò reſpondetur manere ſemper vnitatem formalem obiecti creabilis, vel factibilis, ſecundũ quàm poteſt quælibet multitudo accipi, vt vnum creatum, & vnum intentum: quod tamẽ repugnat infinitæ multitudini, tam ratione medij ad conſequendum finem, quàm ratione finis, vt benè B probat Caietanus in ſolutione primæ dubitationis. Caie.

Ad ſecundum reſpondetur negando conſequentiam; & ratio eſt, quoniam defectus non eſt ex parte intellectus, aut voluntatis diuinæ; ſed ex parte infinitatis, cui repugnat intendi in ratione certi medij, aut certi finis, cum idem ſit in re præſenti certum, quod determinatum: Nam certitudo multitudinis intentę non alia fingi poteſt, quàm eiuſdem actualitas; hæc verò idem eſt, quod determinatio ſecundùm ſpeciem numeri prædicamentalis, aut tranſcendentis. Vnde certa intentio hoc in loco ſumitur non actiuè tantùm; ſed etiam paſsiuè, vt idem ſit terminus certæ intentionis, quod C certus terminus intentus.

Et ideò quidam benè diſtinguunt dicentes creationem dupliciter poſſe conſiderari: Vno modo, prout à creante procedit, & hoc modo dicunt poſſe creationem habere certam, & determinatam vnitatem, & intentionem in rebus creatis, licèt eſſent infinitæ; quia Deus eas omnes, & ſingulas perfectiſsimè cognoſcit, res autem, vt ſunt in intellectu diuino, ſunt vnitæ, quia ſunt ibi per modũ intellectus; & non prout in ſeipſis ſunt: Alio modo poteſt creatio conſiderari, prout ſe tenet ex parte rerum creatarum, & in ipſis paſsiuè recipitur, & D hoc modo non habet prædictam vnitatem, quia creatio terminatur ad res, prout in ſeipſis ſunt, & ideò non poſſent in ſeipſis habere paſsiuam ordinationem ad aliquem certum, & determinatum finem, ac proinde ſimpliciter loquendo ſub certa creantis intentione cadere non poſſent.

Secunda Controuerſia.

De veritate primæ concluſionis.

Ratio dubitandi, & ſententia Banneſij cum ſuis argumentis.

SOlet hic inter alia argumenta contra cõcluſionem primam, hoc etiam produci. Deus potuit creare mundum ab æterno, & ſingulis diebus, vel ſingulis annis creare vnum Angelum, vel vnam animam; ergo modo eſſent infiniti Angeli, vel infinitæ animæ, & conſequenter poſſet eſſe infinitum ſecundum multitudinem. Conſequentia patet; quia Angeli, & animæ ſunt immortales.

A Ad hoc argumentum reſpondet Bannes; tẽpus non potuiſſe eſſe ab æterno; eo quod ſequatur motum localem alicuius ſubſtantiæ; ſubſtantia quidẽ habet totum ſuum eſſe ſimul, motus verò ſucceſſiuè. Igitur neceſſe eſt, vt ſubſtantia duratione ſit prior tota ſimul; motus autem ſit poſterior, quàm ſubſtantia; vbi verò eſt prius, & poſterius, neceſſe eſt eſſe initium eſſendi. Et confirmatur (inquit) quia ſubſtantia Solis creata non potuit, niſi in aliquo loco; verbi gratia, ſit in Ariete creatus Sol ab æterno, tunc neceſſe eſt, quod antea non fuerit in aliquo ſigno, & conſequenter etiam neceſſe eſt, vt ab Ariete trãſierit vſque ad Libram; & rurſus à Libra vſque B ad Arietem, & ſic datur prima circulatio, & dantur vlterius; ergo non potuit tempus eſſe ab æterno; ſiquidem non tranſierunt infinitæ circulationes. Eandem ſententiam ſuſtinet idem expoſitor infrà q. 46. artic. 2. quam etiam plures ex modernis expoſitoribus ampleſtuntur. Additq; ibidem prædictis argumentis etiam ſequentia, videlicet. S. aii.

Si Deus crearet mundum ab æterno, quamlibet ſpeciem eius ſignaret in aliquo indiuiduo particulari determinato; ergo neceſſarium erat, quòd ſignaret aliquod indiuiduum primò creatum. Confirmatur: quia Deus creauit ſpeciem equinam nõ in communi; ergo determinatam ad hic, & nunc, C & ad ſignatum indiuiduum. Confirmatur ſecundò: quia Deus creauit ſpeciem equinam per cognitionem rei, quam creauit; ergo cognouit equum illum in particulari, quem produxit. Confirmatur vltimò: Tota ſpecies equina facta eſſet per creationem ex nihilo; ergo oportet ſignare aliquod indiuiduum ex nihilo productum; at dicendo, quòd ante quemlibet equum eſſet alius equus ſignabilis; ita quod præceſſerint equi infiniti, non ſignatur aliquod indiuiduum productum per creationem; ſed oĩa eſſent producta per generationem.

Reſolutio.

D ET quoniam præſentis quæſtionis plena diſcuſſio huic loco minimè congruit, cum propriã habeat ſedem in q. 46. artic. 2. ſufficiet ex paucis fundamẽtis prædicta argumenta diluere, & aliorum ſimilium ſolutiones indicare.

Notandum eſt igitur primò, Deum in ſua æternitate cognoſcere infinita per ſcientiam viſionis, etiam ſecundùm quòd ſunt abinuicem diſtincta; vt cogitationes, & affectiones cordium, quæ in infinitum multiplicabuntur in creaturis rationalibus perpetuò duraturis, vt inquit S. Thom. infra quæſt. 14. art. 12.

E Secundò ſciendum eſt, determinatam, & diſtinctam cognitionem conuenire perfecto cognitori ſecũdùm diſtinctionem, & determinationem, quæ inuenitur in re; non enim aliter poteſt res verè cognoſci, quàm in ſeipſa ſit: Aliter non verè, ſed falsò cognoſceretur.

Tertiò, Obſeruandum eſt, duplicem eſſe indiuidui determinationem, vnam quę eſt intrinſeca indiuiduo, per quam indiuiduum ſubſtantialiter à quolibet alio indiuiduo diſtinguitur; & hæc ſit Indiuidui determinatio duplex, intrinſeca, & extrinſeca.

Digitized by Google

ſit per intrinſeca principia, quibus hoc indiuiduũ ſit in ſeipſo indiſtinctum, & à quolibet alio diſtinctum. Alia eſt indiuidui determinatio extrinſeca, & accidentalis; vt quod indiuiduum ſit primum, vel ſecundum in ordine aliorum, quòd ſit in tali tempore, loco, & alijs rerum circunſtantijs; hæc enim omnia extrinſeca, & accidentalia ſunt indiuiduo, quatenus indiuiduum eſt; quoniam ſequuntur eius rationem ſubſtantialem indiuidualem iã completam. Vnde ſi diffiniendum eſſet, ad eius quidditatem minimè pertinerent.

Quartò conſiderandum eſt, data Mundi æternitate indiuiduum omne corporeum, & corruptibile proprium aliquem locum, & tempus ſibi abſolutè determinare, ſed non cum ordine determinatæ diſtantię ſecundùm duratione reſpectu prę cedentium omnium indiuiduorum, quæ ſingula ſuis locis, & temporibus fuere producta, quamuis nullum ex antecedentibus indiuiduis valeat deſignari, à quo præſens indiuiduum diſtantiam non habeat ſecundùm tempus determinatam, ſicut et poteſt homo diſtantiam temporis cogitare huius indiuidui ab alio prius genito, & huius ab alio vſque in infinitum: nec tamen poterit huius indiuidui diſtantiam omnem, quam habet ad omnia indiuidua præcedentia, ſua cogitatione percurrere, & ad vltimum eius terminum peruenire.

Poſtremò recolenda eſt cõis doctrina; videlicet ꝙ generationi infinitæ à parte ante, repugnat dari primum generans, ſiuè primum indiuiduum, à quo reliqua pendent, & primum genitum, aut ſecũdum, vel tertium, &c. nam poſito primò ſtatim ponitur terminus, & tollitur infinitas.

Concluſiones deducta, & probata.

PRima concluſio. Deus in ſua æternitate cognoſcit diſtinctè omnia, & ſingula indiuidua, tã præterita, quàm præſentia, & futura, quo ad cõditiones intrinſecas ſibi conuenientes. Hæc patet ex dicto artic. 12. quæſt. 14.

Secunda concluſio. Data ęternitate generationis, nullum eſſet indiuiduum ſignatũ, quo ad conditiones extrinſecas de quo poſſet verificari, ꝙ eſſet creatũ, & quòd ab eo cætera dependerent. Probatur hęc concluſio: quoniam talis deſignatio repugnat infinitati generationis: nam ponere vnum indiuiduum ſic deſignatum, à quo cætera, media generatione deriuantur, eſt ſtatuere terminum à parte ante in tota ſerie generatorum.

Tertia concluſio. Poſita generationis æternitate, non poſſet à Deo tale indiuiduum ſecundùm talem determinationem cognoſci. Hæc ſequitur euidenter ex præcedenti: nam, ſi nullum tale eſt, nec eſſe poteſt; nec vllum à Deo tale cognoſci poterit; quod enim non eſt, nec eſſe poteſt, incognoſcibile eſt à quocunque intellectu, cum obiectum intellectus ſit ens.

Quarta concluſio. Data generationis æternitate, ſpecies equina creata eſſet à Deo in vno aliquo indiuiduo deſignato, quo ad intrinſecas deſignationes; non autem quo ad extrinſecas, idest non

A quo ad conditionem primi, à quo cętera pendent; & reliquas circunſtantias: nam quouis deſignato ante illud eſſet aliud, & aliud vſque in infinitum. Hæc concluſio probatur quo ad primam partem: Nam omnis actio fit in aliquo ſingulari; ergo etiã creatio fit in aliquo ſingulari deſignato ſaltẽ intrinſecè. Quo ad ſecundam verò; quia talis deſignatio, videlicet extrinſeca, cum ſit accidens, ſeparabilis eſt ab indiuiduo; ergo poterit eſſe indiuiduum abſque tali deſignatione. Et cum non poſſit infinitas generationis ſaluari, niſi ea deſignatione remota ab infinitis indiuiduis; in tali caſu nulla eſſet in eis extrinſeca deſignatio. Et confir-

B matur; quia talis deſignatio fit per ordinem durationis determinatum ad ſingula, & omnia præcedentia, quæ, ſi fuerint infinita ſibi ſuccedẽtia, nullam poterunt habere ad hoc, quod modo eſt, durationis diſtantiam determinatam. Et ex his patet reſponſio ad argumenta Banneſij in principio poſita, preterquàm ad primum.

Argumenta, & ſolutiones.

CAeterùm hic dicendi modus alias à me excogitatus, quo etiam in publicis concerta-

C tionibus vſus ſum, in hac quarta concluſione, quæ præcipua eſt, videtur continere implicantia contradictionem: Nam facta hyppoteſi, quod generatio ſit æterna, ſi datur vnum indiuiduum ſignatum intrinſeca deſignatione, quod ſit creatum; ergo datur vnum indiuiduum à quo cętera indiuidua pendent; ergo primum; ergo non erit infinita generatio à parte ante. Prima conſequẽtia probatur: quia indiuiduum creatum eſt illud, ex quo cætera omnia trahunt originem; ea ſiquidem ratione creatum eſt, vt ab eo initium ſumeret generatio. Secunda conſequentia ſequitur ex prima, & eius probatione: nam primum in aliquo ordine il-

D lud eſt, ante quod aliud non eſt, & poſt quod reliqua ſunt; Reſpondetur, quòd cum dicitur in primo conſequente; ergo datur vnum indiuiduũ creatum, à quo cætera pendent, dictio illa vnum, poteſt denotare deſignationem intrinſecam ſolã, vel etiam extrinſecam; ſi primum, admittitur conſequentia, quo ad illam partem, quæ infert dari vnũ indiuiduum creatum, negatur autem quo ad eam partem, quæ infert cæterorum omnium dependentiam ab illo; quoniam in hac deſignatur determinatio extrinſeca illius indiuidui quo ad primitatẽ reſpectu cęterorum: Nam, ſi cætera omnia ab illo pendent per generationem; Ergo generatio ab illo, vt in ordine primo ſumpſit exordium. Itaque

E quocunque indiuiduo deſignato, à quo cætera eo poſteriora depẽdent, ante illud erit aliud, & aliud vſque in infinitum: Si verò dictio illa vnũ denotet extrinſecam deſignationem, negatur cõſequẽtia: nam dato vno indiuiduo creato, non eſt neceſſe illud eſſe deſignabile in ratione primi, & ſecundùm reliquas alias circunſtantias.

Ad primum autem argumentum Banneſij negatur conſequentia; loquendo de poſterioritate

Digitized by Google

temporis: Nam, licèt ſubſtantia ſit tota ſimul, & præcedat natura motum, & motus ſit ſucceſsiuus; habet tamen eſſe ſemper in indiuiſibili, iuxta ſucceſsiuorum naturam; vnde potuit in eodem durationis inſtanti ſimul eſſe cum ſubſtantia mobili. Reliqua ex dictis ſoluta remanent. Ad principale autem argumentum poſitum in fronte quæſtionis, reſpondet S.Thom. in dicta quæſt. 46. art. 2. ad octauum. Et Bannes hic ad ſextum, & Zumellus ad primum. Vera ſolutio eſt, potuiſſe Deum vnum Angelum ſingulis diebus creare, non tamen in omnibus collectiuè; quia contradictionem implicat eſſe Angelos infinitos. Vide, quæ diximus infra quæſt. 46. art. 2. Contr. vnica.

QVAESTIO OCTAVA.

De exiſtentia Dei in rebus, in quatuor articulos diuiſa.

QVIA verò infinito conuenire videtur, quòd vbique, & in omnibus ſit, conſiderandum eſt, vtrũ hoc Deo conueniat.

Et circa hoc q̃runtur quatuor.

Primò. Vtrum Deus ſit in omnibus rebus.

Secundò. Vtrum Deus ſit vbique.

Tertiò. Vtrum Deus ſit, vbique per eſſentiam, & potentiam, & præſentiam.

Quartò. Vtrũ eſſe vbique, ſit propriũ Dei.

Ratio ordinis huius quæſtionis ad præcedentem, & articulorum eius inter ſe.

IN ipſo quæſtionis ingreſſu reddit S.D. rationem ordinis huius quęſtionis ad præcedentem dicens, ideo poſt quæſtionem de infinitate Dei agendum eſſe de exiſtentia Dei in rebus, quia infinito cõuenire videtur, quòd ſit in omnibus, & vbique, vt patet de corpore infinito ſecundum omnem dimẽſionem, ſi daretur. Quæſtionem hanc diſtinguit in quatuor articulos, ita diſpoſitos. In primo vniuerſale præmittit quæſitum, interrogans abſolutè an Deus ſit in omnibus rebus. In ſecundo deſcẽdit ad magis ſpecialem difficultatem de exiſtentia Dei in loco, qui rerum corporearum eſt accidens, cum ſit ſuperficies corporis locantis. In tertio differit de modo, quo Deus adeſt omnibus, tũ rebus, tum locis. In vltimo tractat quæſtionem comparatiuam de exiſtentia Dei vbique, an ſcilicet hæc ſit Dei propria.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Deus ſit in omnibus rebus.

AD primum ſic proceditur. Videtur quòd Deus nõ ſit in omnibus rebus. Quod enim eſt ſupra omnia, non eſt in omnibus rebus; ſed Deus eſt ſupra omnia, [...d. 37 q. 1 ... art. 3. ... c. 68.]

A ſecundum illud Pſalm. Excelſus ſuper omnes gentes Dominus, &c. ergo Deus nõ eſt in omnibus rebus.

2 Præterea: Quod eſt in aliquo, continetur ab eo; ſed Deus non continetur à rebus, ſed magis continet res; ergo Deus non eſt in rebus, ſed magis res ſunt in eo. Vnde Auguſtin. in lib. 83. q. dicit, * quod in ipſo potius ſunt omnia, quàm ipſe alicubi. [Lib. 83. q. 20. in princ. habetur, to. 4]

3 Præterea: Quantò aliquod agens eſt virtuoſius, tantò ad magis diſtans, eius actio procedit; ſed Deus eſt virtuoſiſsimum agens; ergo eius actio pertingere poteſt ad ea etiã, quę ab ipſo diſtant: nec oportet, quòd ſit in omnibus. B

4 Præterea, Dęmones res aliquæ ſunt: nec tamen Deus eſt in dæmonibus; non enim eſt conuentio lucis ad tenebras, vt dicitur 2. ad Corinth. 6. ergo Deus non eſt in omnibus rebus.

Sed contra. Vbicunq; operatur aliquid, ibi eſt; ſed Deus operatur in omnibus, ſecundùm illud Iſa. 26. Omnia opera noſtra operatus es in nobis domine; ergo Deus eſt in oĩbus rebus.

C Reſpondeo. Dicendum, quòd Deus eſt in omnibus rebus; non quidem ſicut pars eſſentiæ, vel ſicut accidens, ſed ſicut agens adeſt ei, in quod agit. Oportet enim omne agens coniungi ei, in quod immediatè agit; & ſua virtute illud contingere: vnde in 7. phyſic.* probatur, quòd motum, & mouens oportet eſſe ſimul. Cum autem Deus ſit ipſum eſſe per ſuã eſſentiam, oportet, quòd eſſe creatũ ſit proprius effectus eius; * ſicut ignire eſt proprius effectus ipſius ignis. Hunc autem effectum cauſat Deus in rebus, non ſolùm quando primò eſſe incipiunt, ſed quandiù in eſſe conſeruantur; * ſicut lumen cauſatur in aere à Sole, quãdiù aer illuminatus manet. Quandiũ igitur res habet eſſe, tãdiù oportet, quòd Deus adſit ei ſecundùm modum, quo eſſe habet. Eſſe autem eſt illud, quod eſt magis intimum cuilibet, & quod profundius omnibus ineſt, cum ſit formale reſpectu omnium, quæ in re ſunt (vt ex ſupra dictis patet.*) Vnde oportet, quod Deus ſit in omnibus rebus, & intimè. D

[Lib. 7. phyſic. à tex. 10 vſque ad 15 incluſiuè, to. 2.] [Q. 4. art. 1. ad 3. & q. 7. art. 1. c.]

Ad primum ergo dicendum, quod Deus eſt ſupra omnia per excellentiam ſuæ naturæ, & tamen eſt in omnibus rebus, vt cauſans omnium eſſe, vt ſupra dictum eſt.* E [In corp. art.]

Ad ſecundum dicẽdum, quòd, licet corporalia dicantur eſſe in aliquo ſicut in continente, tamen ſpiritualia continent ea, in quibus ſunt, ſicut anima continet corpus; * vnde, & Deus eſt in rebus, ſicut continens res; tamen per quandam ſimilitudinem corporalium dicuntur

Digitized by Google

dicuntur omnia eſſe in Deo, inquantum continentur ab ipſo.

Ad tertium dicendum, quòd nullius agentis quantumcunq; virtuoſi, actio procedit ad aliquid diſtans, niſi inquantũ in illud per media agit. Hoc autem ad maximam virtutem Dei pertinet, quòd immediatè in omnibus agit. Vnde nihil eſt diſtans ab eo, quaſi in ſe illud Deum non habeat. Dicuntur tamen res diſtare à Deo per diſſimilitudinem naturæ, vel* gloriç; ſicut & ipſe eſt ſuper omnia per excellentiam ſuæ naturæ. (al. gratiæ.)

Ad quartum dicendum, quòd in dæmonibus intelligitur, & natura, quæ eſt à Deo, & deformitas culpæ, quæ nõ eſt ab ipſo. Et ideo non eſt abſolutè concedendum, quòd Deus ſit in dæmonibus, ſed cum hac additione, inquãtum ſunt res quædam. In rebus autem, quæ nominant naturam non deformatam, abſolutè dicendum eſt, Deum eſſe.

SEnſum quæſiti ſubtiliter explicat Caietanus, quem ſequuntur Sylueſter, Iauellus, & alij.

Forma Textus.

COnclusio eſt. Deus eſt in omnibus rebus intimè. Hæc concluſio duas habet partes. Prior eſt: Deus eſt in omnibus rebus. Probatur ſic: Neceſſe eſt omne agens coniungi ei, in quod immediatè agit, & ſua virtute illud contingere, ſed Deus eſt agens totius eſſe creati, vt proprij effectus, non ſolùm in fieri; ſed etiam in conſeruari; ergo quamdiù res habet eſſe, tamdiù oportet, quòd Deus adſit ei, ſiue coniungatur ei immediatè ſecundùm modũ, quo habet eſſe. Maior probatur auth. Ariſt. ſeptimo phyſ. vbi probat, quod motum, & mouens oportet eſſe ſimul, & poſſet probari per argumentum, ſed contra. Minor habet duas partes. Prior eſt, qđ eſſe creatum eſt proprius effectus Dei. Probatur: quia Deus eſt ipſum eſſe per eſſentiam; ergo eſſe participatum, quale eſt eſſe creatum, eſt eius proprius effectus. Conſequentia probatur exẽplo: quia ignire eſt effectus ignis, quod autem ignitur participat ignem. Secunda pars minoris, quod Deus eſt cauſa, non tantum in fieri, & c. manifeſtatur exemplo Solis, et aeris ab eo illuminati: nam lumen cauſatur in aere à Sole, quamdiù aer illuminatus manet. Secunda pars concluſionis eſt; quòd intimè ſit in rebus. Probatur: Deus eſt in rebus, ſecũdum quod cauſat eſſe; ergo eſt intimè in omnibus rebus. Probatur conſequentia; quia eſſe eſt illud, quod magis eſt intimum cuilibet, et quod profundius omnibus in eſt; Antecedens probatur: quia eſſe eſt formale reſpectu omnium, quæ in re ſunt.

Caiet. Ferrarien.

CIrca reſponſionem ad tertium argumentum, præter ea, quæ hic ſcribit Caietanus; vide etiam quæ tradit Ferrarienſis in tertio cõtra gent. cap. 77.

A

Prima Controuerſia:

De ſenſu concluſionis, & efficacia rationis S. Thom.

Sententiæ Doctorum, ac prçſertim expoſitorum. S. Tho. & ſtatus controuerſiæ.

Scotus. SCotus in primo ſententiarum diſtinct. 37. quæſt. vnica rationem huius articuli pro concluſione, tanquàm minimè efficacem, falſa aſſumentem, & nihil concludentem impugnat.

B Rada. Sententiam Scoti latè declarat, & pro viribus defendit Ioannes Rada in prima parte controuerſiarum Theologicarum controuerſia 18. art. 2. Et conſiſtit ſententia Scoti in duabus propoſitionibus. Prior propoſitio eſt. Si daretur aliqua pars vniuerſi in qua nõ eſſet Deus ſecundùm eſſentiã, adhuc in ea operari poſſet, etiam immediatè. Poſterior propoſitio eſt. Non ſequitur conſequentia formali, præſentia Dei ſecũdùm eſſentiam in omnibus, ex eo, quòd in omnibus operatur. Sed hæc conſequentia eſt tantùm materialis: Deus operatur vbique; ergo eſt vbique ſecundùm ſuam eſſentiam.

C Valentia. Eandem ſententiam ſequitur Gregorius de Valentia. Qui dicit quinque. Primum eſt, ex infinitate Dei euidenter demonſtrari poſſe Deum eſſe in omnibus rebus. Secundũ eſt, ex hoc præcisè, quòd Deus agit aliquid, etiam intimè, non ſequi euidẽter ipſum vnicuique rei adeſſe intimè. Tertiũ eſt, ex hoc præcisè, quòd Deus immediatè etiam agit aliquid in rebus, non ſequi euidenter Deum, vel intimè, vel extrinſecus adeſſe rebus præſentem. Quartum eſt, non ſequi euidenter ex hoc præcisè, quod Deus immediatè conſeruat res omnes creatas, Deum adeſſe rebus conſeruatis. Quintum, id benè ſequi euidenter ex eo, quod Deus agit, & cõſeruat res omnes omnino, vt agens primũ, & perfectiſſimum: cum in iſto modo agendi contineatur etiam virtus agendi infinita.

D Vaſquez. Gabriel Vaſquez profitetur ſe tenere ſententiã mediam, & dicit quatuor. Primum eſt, S. Thomã, & qui eius ſententiam ſequuntur, efficaciter non probare Deum ratione operationis in loco conſtitui, & in rebus omnibus eſſe. Secundum eſt, Deum ratione ſuæ eſſentiæ rebus, & locis eſſe prçſentem. Tertium, ſcripturæ teſtimonia non multum probare exiſtentiam Dei in omnibus rebus, & locis; gloſſatq; multa ſacrarum litterarum teſtimonia pro ſententia D. Thomæ allegari conſueta. Quartũ eſt, quòd quamuis operatio non ſit fundamentum diuinæ præſentiæ, rectè tamen infertur Deum eſſe in omnibus rebus, ſi in omnibus operatur.

E Suarez. Franciſcus Suarez libro ſecundo, de attributis Dei negatiuis cap. ſecundo, & diſp. 30. ſect. 7. vbi hanc verſat controuerſiam, quatuor dicit. Primũ eſt, rationem D. Thomæ eſſe ſatis efficacem, & magis conſentaneam, non ſolùm philoſophis; ſed etiã Sanctis patribus; & vero ſenſui ſcripturæ; non tamen eſſe demonſtrationem, ſi de rigoroſa demon-

ſtratione ſit ſermo. Secundum eſt, efficaciam rationis in hoc poſitam eſſe, quod agens, vt agens requirit ad agendum propinquitatem, & immediationem cum paſſo, vel effectu, ſine qua non poteſt agere; etiam ſi infinitum ſit. Tertium eſt, Deum, antequàm agat, talem habere diſpoſitionem, vt ſine ſui mutatione poſſit intimè, & realiter eſſe ĩ quacunque re, ſi illam velit creare, hancque diſpoſitionem Deo conuenire ratione immenſitatis, & nuncupari præſentiam, ſecundùm quam Deus dicitur fuiſſe præſens ſpatio imaginario ante mundi creationem: eſſeq; neceſſariam præſentiam ad actionem Dei. Quartum eſt, Si res aliqua extra Deum habere poſſet exiſtẽtiam ſine actione Dei, neceſſariò futurum fuiſſe Deum in illa per eſſentiam ex vi immẽſitatis, licet hyppoteſis ſit impoſſibilis ſimpliciter.

Status Cõtrouerſiæ.

Et quoniã præſens controuerſia, non eſt de concluſionis veritate, ſed de eiuſdem ſenſu, & aſſumptarum ex philoſophia propoſitionum intelligentia. Ex qua tota vis aperienda eſt demonſtrationis, de qua diſputamus; idcirco inchoandum eſt ab explicatione primæ propoſitionis aſſumptæ, videlicet, *Neceſſe eſt omne agens coniungi ei, in quod immediatè agit, & ſua virtute illud contingere.*

Reſolutio.

Explicatur, quid ſit agens immediatum immediatione virtutis, & agens immediatum immediatione ſuppoſiti, tam in ſpiritualibus, quàm in corporalibus.

Ariſt.

CONſiderandum eſt igitur primò, dictam propoſitionem probari per aliam propoſitionem, ex Ariſt. ſeptimo phyſicorum, videlicet. *Mouens, & motum oportet eſſe ſimul*, pendet verò vtriuſque propoſitionis vera cognitio ex duorum terminorum intelligentia; qui ſunt dictio *immediatè*, & dictio *ſimul*, cui æquiualet illud verbum *contingi*. Duplex eſt immediatio, vna virtutis, & altera ſuppoſiti. Immediatio virtutis eſt independentia à virtute ſuperioris agentis; ſicut in ordine corporum, primum cœlum agit immediatè immediatione virtutis; quia eius virtus à nulla ſuperioris corporis virtute dependet; immediatio ſuppoſiti dicit negationem medij ſuppoſiti coagentis inter agens, & effectum; ſicut ignis immediatè generat ignem, quia inter ignem generantem, & ignem genitum nullum aliud mediat ſuppoſitum agens ad generationem ignis. Hoc in loco Maior illa propoſitio intelligitur de immediatione ſuppoſiti, de qua latius agemus in particulari controuerſia.

Immediatio duplex .ſ. virtutis, & ſuppoſiti.

Quid ſit agens eſſe ſimul cum paſſo, & mouens cum moto

Quid autẽ ſit eſſe ſimul agens cum paſſo, vel mouens cum moto conſiderandum eſt ex diuerſo agentium ordine. Eſt enim duplex agens; quoddam corporeum, vt cœlum, ignis, & homo; quoddã incorporeum; vt Deus, & Angelus; de quibus non eadem ratione affirmandum eſt ea ſimul eſſe cum paſſo, ſiue re, in quam operantur: Nam agens corporeum naturaliter ſimul eſt cũ corpore, in quod operatur, quando vtrumque corpus immediatè ſituatum eſt; ita vt nullius interueniat medius corporis ſitus, ſed mutua quantitatum adhæſione ſe contingant. Dixi naturaliter; quia diuinæ potentiæ miraculo fieri poteſt, vt duo corpora ponantur in eodem loco. Agens autem ſpirituale, ſcilicet Deus, & Angelus dicitur eſſe ſimul cum eo, in quod agit, per hoc, quod immediatè, ideſt nõ medio ſuppoſito cauſat, & ſua virtute paſſum contingit.

Et hanc Ferrarienſis in tertio cont. gent. capit. 68. appellat immediationem cauſalitatis. Et quẽadmodum agens corporeum per hoc, quòd ſua quantitate aliud corpus immediatè tãgit, fit etiã ſua ſubſtãtia illi immediatè præſens; ita per hoc, quòd agẽs ſpirituale ſua virtute immediatè, ideſt non medio ſuppoſito contingit effectum eiuſdem agentis, ſubſtantia eidem effectui fit immediatè præſens. Vnde quantum differt quantitas à virtute, ſiuè operatione, tantum differt præſentia ſubſtantiæ corporeæ à præſentia ſubſtantiæ ſpiritualis. In vtraque tamen aliud eſt ratio præſentiæ, & aliud eſt res præſens: Nam in corporeis ratio præſentiæ eſt quantitas immediatè ſituata; res verò præſens eſt ipſa corporis ſubſtantia. In ſpiritualibus aũt ratio præſentiæ eſt operatio immediata, res verò præſens, eſt ipſa ſpiritualis ſubſtantia.

Et licèt abſolutè aliud ſit eſſe præſentem ſecundùm ſubſtantiam, & eſſe præſentem ſecundũ operationem; non tamen aliud eſt eſſe præſentem ſecundùm ſubſtantiam, & eſſe præſentem ſecundùm immediatam operationem; ſed ſe habent, vt quo, & quod, ideſt, vt ratio præſentiæ, & res præſens.

Vnde quãdo vnum corpus aliud ſua quantitate contingit, & in eo operatur, duplici ratione eſt illi præſens, ſcilicet ad modum corporis, & ad modum agentis, vt agens eſt, videlicet per operationem: vnde remota per diuinam potentiam à corpore agente quantitate, adhuc remaneret præſens corpori patienti, quatenus agens per operationẽ, vt habetur manifeſtè ex S. Thom. in ſecundo cont. gen. capit. 56. ita dicente. *Eſt tamen quidam modus contactus, quo ſubſtantia intellectualis corpori vniri poteſt. Corpora enim naturalia tangendo ſe alterant, & ſic adinuicem vniuntur, non ſolùm ſecundùm vltima quantitatis, ſed etiam ſecundùm ſimilitudinem qualitatis vel formæ, dum alterans formam ſuam imprimit in alteratum. Et quamuis ſi conſiderentur ſolùm vltima quantitatis, etiam oporteat in omnibus mutuum eſſe tactum, tamen ſi attendatur ad actionem, & paſſionem, inuenientur aliqua eſſe tangentia tantùm, & alia quæ tacta tantùm, corpora enim cœleſtia tangunt quidem hoc modo elementaria corpora, inquantum ea alterant, non autem tanguntur ab eis, quia ab eis non patiuntur. Si igitur ſint aliqua tangentia, quæ in quantitatis vltimis non tangant, dicentur nihilominus tangere, inquantum agunt, ſecundùm quem modum dicimus quod contriſtans nos tangit;* Hæc D. Tho. Sed eſt præterea, & altera differẽtia inter agens corporeum, & agens ſpirituale; quod agẽs corporeum, ita dicitur eſſe præſens rei, in qua operatur, vt in ea ſua naturali facultate, minimè ſubſtantialiter eſſe poſſit; at ſpirituale agens immediatum, ita paſſo ſua virtute fit præſens, vt in eo etiam eſſe poſſit, & eſſe dicatur;

Corpus contingẽs aliud & in illud agẽs duplici ratione eſt illi præſens.

S. Thom.

Digitized by Google

ſe dicatur; non tamen ita, vt agens ſpirituale; exempli gratia: Angelus ſit ſemper intimè in qualibet re, in quam operatur; cum poſſit circa ſolam rei ſuperficiem aliquid operari, & ibi eſſe; ſed ob eam cauſam dicitur Angelus eſſe in re, in quam operatur; quia poteſt in rem ipſam profundè ſuam virtutem, & conſequenter etiam ſeipſum immittere; & quia etiam ſemper dicitur eſſe in re, in quam operatur, eo modo, quo in ea operatur. Ex quo patet plures recentiores malè intellexiſſe verba Dominici Bannes deſumpta ex Ferrarienſi in dicto capit. 68. inter quos eſt Ioānes Rada, Gabriel Vaſquez, & Gregorius de Valentia; qui aliquid etiam magis deuium affirmat, videlicet ex hoc præcisè, quòd Deus agit aliquid etiam intimè in vnaquaque re, non ſequi euidenter ipſum vnicuique rei adeſſe intimè. Nam, ſi operatio ſubſtantiæ ſpiritualis eſt præciſa, & propria ratio præſentiæ; igitur ſecundùm modum operationis eſt modus præſentiæ; Igitur intimam operationem ſequitur intima agentis præſentia; non enim verum eſt, quod prædictus expoſitor ait, negationem ſcilicet quantitatis eſſe cauſam, quòd agentia ſpiritualia intimè præſentia ſint: nam effectus poſitiui, & realis, aſsignanda eſt tanquam propria, cauſa poſitiua, & realis; non autem mera & ſola negatio.

Rada, Vaſquez, & Valētia nō habuerunt ſenſum Bā[nes].

Reijcitur dictum Valentiæ.

Diſtinguuntur, & explicantur tres modi præſentiæ, ſecundum quos dicitur Deus præſens omnibus rebus, & aperitur ſenſus concluſionis D. Thom.

Secundò obſeruandum eſt, idem eſſe Deum præſentem eſſe omnibus rebus, quod Deum eſſe in omnibus rebus; Vnde quot modis dicetur præſentia Dei in rebus, totidem modis dicetur Dei in rebus exiſtentia. Eſt autem triplex huius nominis præſentiæ, cum de Deo dicitur, ſignificatio: Nam primò ſignificat præſentiam ſecundùm immenſitatem ſubſtantiæ; Secundò præſentiam ſecundū virtutis ſuæ operationis contactum; Tertiò relationem præſentiæ conſequentem operationem. Nam in præſentia Dei ad res tria conſideramus; Primum eſt, immenſitas diuinæ ſubſtantiæ, ſiue diuina ſubſtantia immenſa. Secundum eſt, contactus per operationem. Tertium eſt, relatio præſentiæ. Primum, ſcilicet diuina ſubſtantia immenſa illud eſt, quod eſt præſens, vbique; Et rurſus illa eſt, quæ eſt prima radix contactus virtualis, quo Deus omnia attingit, & in omnibus operatur. Secundum, videlicet contactus virtualis, eſt cauſa, ſiue ratio formalis, qua diuina ſubſtantia fit præſens loco; ſed tamen contactus nō eſt ratio præſentiæ; niſi quatenus immediatè ſimpliciter, vel immediatione ſuppoſiti eo Deus agens attingit effectū, ſiue locum. Tertium autem, ſcilicet relatio præſentiæ inter Deum, & rem creatam illud eſt, per quod denominatur Deus formaliter præſens, ſicut per relationē locati ad locū res denominatur locata.

Immēſitas Dei.

Cōtactus virtualis Dei.

Relatio præſētiæ Dei.

Tertiò ſciendum eſt, quòd prædicta tria poſsūt dupliciter comparari, ſiue ordinari adinuicem: Vno modo ſecundùm ſuum eſſe in rerum natura; Et hoc modo, Primò eſt immenſitas diuinæ ſubſtantiæ: Secundò contactus virtualis: Tertiò relatio conſequens prædictum contactum: Alio modo poſſunt ordinari ſecundùm rationem præſentiæ; id eſt ſecundùm quòd concurrunt ad hoc, vt Deus ſit præſens rebus: & ſic primò eſt contactus; Secūdò ſubſtantialis præſentia: Tertiò relatio præſentiæ, qua Deus denominatur præſens.

Ex prædictis ſequitur prædictos tres præſentiæ modos, qui ſemper ſimul concurrunt ad hoc, vt Deus ſit, & dicatur præſens, non eſſe omnino diuerſos; ſed vnum eſſe alterius fundamentum, rationem, vel cauſam: Nā, vt hic notat Caietanus, licèt ſit aliud eſſe præſentem ſecundùm ſubſtantiam, & eſſe præſentem ſecundùm operationem, virtutem, vel potentiam abſolutè; non eſt tamen aliud eſſe præſentem ſecundùm ſubſtantiam, & eſſe præſentem ſecundùm potentiam, ſiuè operationem immediatè immediatione ſuppoſiti attingētē effectum, cum hoc ſit illius ratio, vt dictum eſt.

Caiet.

Quartò aduertendum eſt, quatuor modis intelligi poſſe concluſionem D. Tho. quæ affirmat Deū eſſe in omnibus rebus, ſiuè Deum rebus omnibus eſſe præſentem: Nā primò ſignificare poteſt Deū eſſe rebus præſentem ſecundùm immenſitatē ſuæ ſubſtantiæ; & hoc dupliciter: Vno modo, vt immēſitas ſubſtantiæ ſit ratio formalis, qua Deus ſit præſens ante omnem contactum, ſiue operationem; & hic ſenſus falſus eſt; quoniam nulla eſt in Deo præſentiæ ratio, niſi operatio; Alio modo intelligi poteſt, vt ipſa immenſitas ſubſtantiæ, ſiuè ſubſtantia immenſa ſit id, quod eſt præſens, vel etiam ſit prima radix præſentiæ.

Immēſitas Dei nō eſt ratio præſentiæ.

Immēſitas eſt prima radix præſentiæ Dei.

Et ſic vera eſt propoſitio; & eius probatio eſt à priori; quoniam probatur præſentia immenſitatis, id eſt ſubſtantiæ immenſæ ex operatione, ſiue contactu, tanquam ex propria, & formali cauſa: Nam immediatè attingere, eſt ratio præſentiæ ipſius ſubſtantiæ; ita vt per talem contactum non ſolùm contactus ipſe, ſed magis, & principalius ipſa ſubſtantia ſit præſens, ſicut etiam in corporibus, ſubſtantia ſituata, per ſitum eſt præſens, & non ſolus ſitus eſt præſens; ſed etiam, & principaliter ipſa ſubſtantia per ſitum. Secūdò poteſt intelligi dicta concluſio, vt Deus ſit præſens rebus ſecundùm contactum.

In quo ſenſu procedit etiam probatio à priori; deducit enim à diffinitione diffinitum: Nam medium aſſumptum, eſt diffinitio contactus: ſiquidē agere immediatè immediatione ſuppoſiti in rem, eſt rei coniungi ſecundùm contactum. Itaque cōiunctio ſecundùm contactum concluditur, tanquam paſsio de ſubiecto per ipſius paſsionis diffinitionem, vt bene notat Caietanus. Tertius concluſionis ſenſus eſſe poteſt, vt Deus ſit rebus præſens ſecundùm præſentiam relationis, quę ſequitur contactum, ſiue operationem diuinam. Et ſecundum hanc intelligentiam, erit etiam diſcurſus à priori; ſcilicet à cauſa, quæ eſt fundamentum dictæ relationis.

Immediata operatio eſt rō contactus, & præſentiæ.

Relatio præſentiæ concluditur à priori ex operatione, & contactu.

Poſtremò ita poteſt intelligi concluſio, vt affirmet Deum eſſe rebus præſentem ſic indiſtinctè; ſiuè indifferenter ad tres modos prædictos, Et in hoc

ſtratione ſit ſermo. Secundum eſt, efficaciam rationis in hoc poſitam eſſe, quod agens, vt agens requirit ad agendum propinquitatem, & immediationem cum paſſo, vel effectu, ſine qua non poteſt agere; etiam ſi infinitum ſit. Tertium eſt, Deũ, antequàm agat, talem habere diſpoſitionem, vt ſine ſui mutatione poſſit intimè, & realiter eſſe i quacunque re, ſi illam velit creare, hancque diſpoſitionem Deo conuenire ratione immenſitatis, & nuncupari præſentiam, ſecundum quam Deus dicitur fuiſſe præſens ſpatio imaginario ante mundi creationem: eſſeq; neceſſariam præſentiam ad actionem Dei. Quartum eſt, Si res aliqua extra Deum habere poſſet exiſtẽtiam ſine actione Dei, neceſſariò futurum fuiſſe Deum in illa per eſſentiam ex vi immẽſitatis, licet hyppoteſis ſit impoſſibilis ſimpliciter.

Status Cõtrouerſiæ.

Et quoniã pręſens controuerſia, non eſt de concluſionis veritate, ſed de eiuſdem ſenſu, & aſſumptarum ex philoſophia propoſitionum intelligentia. Ex qua tota vis aperienda eſt demonſtrationis, de qua diſputamus; idcirco inchoandum eſt ab explicatione primæ propoſitionis aſſumptæ, videlicet. *Neceſſe eſt omne agens coniungi ei, in quod immediatè agit, & ſua virtute illud contingere.*

Reſolutio.

Explicatur, quid ſit agens immediatum immediatione virtutis, & agens immediatum immediatione ſuppoſiti, tam in ſpiritualibus, quàm in corporalibus.

Ariſt.

CONſiderandum eſt igitur primo, dictam propoſitionem probari per aliam propoſitionem, ex Ariſt. ſeptimo phyſicorum, videlicet. *Mouens, & motum oportet eſſe ſimul*, pendet verò vtriuſque propoſitionis vera cognitio ex duorum terminorum intelligentia; qui ſunt dictio *immediatè*, & dictio *ſimul*, cui æquiualet illud verbum *contingi*.

Immediatio duplex .ſ. virtutis, & ſuppoſiti.

Duplex eſt immediatio, vna virtutis, & altera ſuppoſiti. Immediatio virtutis eſt independentia à virtute ſuperioris agentis; ſicut in ordine corporum, primum cœlum agit immediatè immediatione virtutis; qa eius virtus à nulla ſuperioris corporis virtute dependet; immediatio ſuppoſiti dicit negationem medij ſuppoſiti, coagentis inter agens, & effectum; ſicut ignis immediatè generat ignem, quia inter ignem generantem, & ignem genitum nullum aliud mediat ſuppoſitum agens ad generationem ignis. Hoc in loco, Maior illa propoſitio intelligitur de immediatione ſuppoſiti, de qua latius agemus in particulari controuerſia.

Quid ſit agens eſſe ſimul cum paſſo, & mouens cum moto

Quid autẽ ſit eſſe ſimul agens cum paſſo, vel mouens cum moto conſiderandum eſt ex diuerſo agentium ordine. Eſt enim duplex agens; quoddam corporeum, vt cœlum, ignis, & homo; quoddã incorporeum; vt Deus, & Angelus; de quibus non eadem ratione affirmandum eſt ea ſimul eſſe cum paſſo, ſiue re, in quam operantur: Nam agens corporeum naturaliter ſimul eſt cũ corpore, in quod operatur, quando vtrumque corpus immediatè ſituatum eſt; ita vt nullius interueniat medius corporis ſitus, ſed mutua quantitatum adhæſione ſe contingant. Dixi naturaliter; quia diuinæ potentiæ miraculo fieri poteſt, vt duo corpora ponantur in eodem loco. Agens autem ſpirituale, ſcilicet Deus, & Angelus dicitur eſſe ſimul cum eo, in quod agit, per hoc, quod immediatè, ideſt nõ medio ſuppoſito cauſat, & ſua virtute paſſum contingit.

Et hanc Ferrarienſis in tertio cont. gent. capit. 68. appellat immediationem cauſalitatis. Et quẽadmodum agens corporeum per hoc, quòd ſua quantitate aliud corpus immediatè tãgit, fit etiã ſua ſubſtãtia illi immediatè præſens; ita per hoc, quòd agẽs ſpirituale ſua virtute immediatè, ideſt non medio ſuppoſito contingit effectum eiuſdem agentis, ſubſtantia eidem effectui fit immediatè præſens. Vnde quantum differt quantitas à virtute, ſiuè operatione, tantum differt præſentia ſubſtantiæ corporeæ à præſentia ſubſtantiæ ſpiritualis. In vtraque tamen aliud eſt ratio præſentiæ, & aliud eſt res præſens: Nam in corporeis ratio præſentiæ eſt quantitas immediatè ſituata; res verò præſens eſt ipſa corporis ſubſtantia. In ſpiritualibus autẽ ratio præſentiæ eſt operatio immediata, res verò præſens, eſt ipſa ſpiritualis ſubſtantia.

Et licèt abſolutè aliud ſit eſſe pręſentem ſecundùm ſubſtantiam, & eſſe præſentem ſecundũ operationem; non tamen aliud eſt eſſe præſentem ſecundùm ſubſtantiam, & eſſe præſentem ſecundùm immediatam operationem; ſed ſe habent, vt quo, & quod, ideſt, vt ratio præſentiæ, & res præſens.

Corpus contingẽs aliud, & in illud agẽs duplici ratione eſt illi præſens.

Vnde quãdo vnum corpus aliud ſua quantitate contingit, & in eo operatur, duplici ratione eſt illi præſens, ſcilicet ad modum corporis, & ad modum agentis, vt agens eſt, videlicet per operationem: vnde remota per diuinam potentiam à corpore agente quantitate, adhuc remaneret præſens corpori patienti, quatenus agens per operatione, vt habetur manifeſtè ex S. Thom. in ſecundo cont. gen. capit. 56. ita dicente.

S. Thom.

Eſt tamen quidam modus contactus, quo ſubſtantia intellectualis corpori uniri poteſt: corpora enim naturalia tangendo ſe alterant, & ſic adinuicem uniuntur, non ſolùm ſecundùm vltima quantitatis, ſed etiam ſecundùm ſimilitudinem qualitatis, aut formæ, dum alterans formam ſuam imprimit in alteratum. Et quamuis ſi conſiderentur ſolùm vltima quantitatis, oporteat in omnibus mutuum eſſe tactum, tamen ſi attendatur ad actionem, & paſſionem, inuenitur aliqua eſſe tangentia tantùm, & aliqua tacta tantùm: corpora enim cœleſtia tangunt quidem hoc modo elementaria corpora, inquantum ea alterant, non autem tanguntur ab eis, quia ab eis non patiuntur. Si igitur ſint aliqua tangentia, quæ in quantitatis vltimis non tangant, dicentur nihilominus tangere, inquantum agunt, ſecundùm quem modum dicimus, quod contriſtans nos tangit; Hæc D. Tho. Sed eſt pręterea, & altera differẽtia inter agens corporeum, & agens ſpirituale; quod agẽs corporeum, ita dicitur eſſe præſens rei, in qua operatur, vt in ea ſua naturali facultate, minime ſubſtantialiter eſſe poſſit; at ſpirituale agens immediatum, ita paſſo ſua virtute ſit præſens, vt in eo etiam eſſe poſſit, & eſſe dicatur;

ſe dicatur; non tamen ita, vt agens ſpirituale; exẽpli gratia: Angelus ſit ſemper intimè in qualibet re, in quam operatur; cum poſſit circa ſolam rei ſuperficiem aliquid operari, & ibi eſſe; ſed ob eam cauſam dicitur Angelus eſſe in re, in quam operatur; quia poteſt in rem ipſam profundè ſuam virtutem, & conſequenter etiam ſeipſum immittere; & quia etiam ſemper dicitur eſſe in re, in quam operatur, eo modo, quo in ea operatur. Ex quo patet plures recentiores malè intellexiſſe verba Dominici Bannes deſumpta ex Ferrarienſi in dicto capit. 68. inter quos eſt Ioãnes Rada, Gabriel Vaſquez, & Gregorius de Valentia; qui aliquid etiam magis deuium affirmat, videlicet ex hoc præciſè, quòd Deus agit aliquid etiam intimè in vnaquaque re, non ſequi euidenter ipſum vnicuique rei adeſſe intimè. Nam, ſi operatio ſubſtantiæ ſpiritualis eſt præciſa, & propria ratio præſentiæ; igitur ſecundùm modum operationis eſt modus præſentiæ; Igitur intimam operationem ſequitur intima agentis præſentia; non enim verum eſt, quod prædictus expoſitor ait, negationem ſcilicet quantitatis eſſe cauſam, quod agentia ſpiritualia intimè præſentia ſint: nam effectus poſitiui, & realis, aſsignanda eſt tanquam propria, cauſa poſitiua, & realis; non autem mera & ſola negatio.

Rada, Vaſquez, & Valẽtia nõ habuerunt ſenſum Bãneſij. Reijcitur dictum Valentiæ.

Diſtinguuntur, & explicantur tres modi præſentiæ, ſecundum quos dicitur Deus præſens omnibus rebus, & aperitur ſenſus concluſionis D. Thom.

SEcundò obſeruandum eſt, idem eſſe Deum præſentem eſſe omnibus rebus, quod Deum eſſe in omnibus rebus. Vnde quot modis dicitur præſentia Dei in rebus, totidem modis dicetur Dei in rebus exiſtentia. Eſt autem triplex huius nominis præſentiæ, cum de Deo dicitur, ſignificatio: Nam primò ſignificat præſentiam ſecundùm immenſitatem ſubſtantiæ. Secundò præſentiam ſecundũ virtutis ſuæ operationis contactum. Tertiò relationem præſentiæ conſequentem operationem. Nam in præſentia Dei ad res tria conſideramus. Primum eſt, immenſitas diuinæ ſubſtantiæ, ſiue diuina ſubſtantia immenſa. Secundum eſt, contactus per operationem. Tertium eſt, relatio præſentiæ. Primum, ſcilicet diuina ſubſtantia immenſa illud eſt, quod eſt præſens, vel quæ. Et rurſus illa eſt, quæ eſt prima radix contactus virtualis, quo Deus omnia attingit, & in omnibus operatur. Secundum, videlicet contactus virtualis, eſt cauſa, ſiue ratio formalis, quâ diuina ſubſtantia fit præſens loco; ſed tamen contactus nõ eſt ratio præſentiæ, niſi quatenus immediatè ſimpliciter, vel immediatione ſuppoſiti eo Deus agens attingit effectũ, ſiue locum. Tertium autem, ſcilicet relatio præſentiæ inter Deum, & rem creatam illud eſt, per quod denominatur Deus formaliter præſens, ſicut per relationẽ locati ad locũ res denominatur locata.

Immẽſitas Dei. Contactus virtualis Dei. Relatio pſẽtiæ Dei.

Tertiò ſciendum eſt, quòd prædicta tria poſsũt dupliciter comparari, ſiue ordinari ad inuicem. Vno modo ſecundum ſuum eſſe in rerum natura; Et hoc modo, Primò eſt immenſitas diuinæ ſubſtantiæ: Secundò contactus virtualis: Tertiò relatio conſequens prædictum contactum: Alio modo poſſunt ordinari ſecundum rationem præſentiæ; ideſt ſecundùm quòd concurrunt ad hoc, vt Deus ſit præſens rebus: & ſic primò eſt contactus: Secũdò ſubſtantialis præſentia: Tertiò relatio præſentiæ, qua Deus denominatur præſens.

A

Ex prædictis ſequitur prædictos tres præſentiæ modos, qui ſemper ſimul concurrunt ad hoc, vt Deus ſit, & dicatur præſens, non eſſe omnino diuerſos; ſed vnum eſſe alterius fundamentum, rationem, vel cauſam: Nã, vt hic notat Caietanus, licèt ſit aliud eſſe præſentem ſecundùm ſubſtantiam, & eſſe præſentem ſecundùm operationem, virtutem, vel potentiam abſolutè; non eſt tamen aliud eſſe præſentem ſecundùm ſubſtantiam, & eſſe præſentem ſecundùm potentiam, ſiue operationem immediatè immediatione ſuppoſiti attingẽtẽ effectum, cum hoc ſit illius ratio, vt dictum eſt.

B

Caiet.

Quartò aduertendum eſt, quatuor modis intelligi poſſe concluſionem D. Tho. quæ affirmat Deũ eſſe in omnibus rebus, ſiue Deum rebus omnibus eſſe præſentem: Nã primò ſignificare poteſt Deũ eſſe rebus præſentem ſecundum immenſitatẽ ſuæ ſubſtantiæ; & hoc dupliciter: Vno modo, vt immẽſitas ſubſtantiæ ſit ratio formalis, qua Deus ſit pſens ante omnem contactum, ſiue operationem; & hic ſenſus falſus eſt; quoniam nulla eſt in Deo præſentiæ ratio, niſi operatio: Alio modo intelligi poteſt, vt ipſa immenſitas ſubſtantiæ, ſiue ſubſtantia immenſa ſit id, quod eſt præſens, vel etiam ſit prima radix præſentiæ.

C

Immẽſitas Dei nõ eſt ratio præſentiæ.

Immẽſitas eſt prima radix præſentiæ Dei

Et ſic vera eſt propoſitio; & eius probatio eſt à priori; quoniam probatur præſentia immenſitatis, ideſt ſubſtantiæ immenſæ ex operatione, ſiue contactu, tanquam ex propria, & formali cauſa. Nam immediatè attingere, eſt ratio præſentiæ ipſius ſubſtantiæ; ita vt per talem contactum non ſolùm contactus ipſe, ſed magis, & principalius ipſa ſubſtantia ſit præſens, ſicut etiam in corporibus, ſubſtantia ſituata per ſitum eſt præſens, & non ſolus ſitus eſt præſens; ſed etiam, & principaliter ipſa ſubſtantia per ſitum. Secũdò poteſt intelligi dicta concluſio, vt Deus ſit præſens rebus ſecundum contactum.

D

In quo ſenſu procedit etiam probatio à priori; deducit enim à diffinitione diffinitum: Nam mediũ aſſumptum, eſt diffinitio contactus: ſiquidẽ agere immediatè immediatione ſuppoſiti in rem, eſt rei coniungi ſecundùm contactum. Itaque cõiunctio ſecundum contactum concluditur, tanquã paſſio de ſubiecto per ipſius paſſionis diffinitionem, vt bene notat Caietanus. Tertius concluſionis ſenſus eſſe poteſt, vt Deus ſit rebus præſens ſecundùm præſentiam relationis, quæ ſequitur contactum, ſiue operationem diuinam. Et ſecundum hanc intelligentiam, erit etiam diſcurſus à priori; ſcilicet à cauſa, quæ eſt fundamentum dictæ relationis.

E

Immediata operatio eſt rõ contactus, & præſentiæ.

Relatio præſentiæ concluditur à priori ex operatione & contactu.

Poſtremò ita poteſt intelligi concluſio, vt affirmet Deum eſſe rebus præſentem ſic indiſtinctè; ſiue indifferenter ad tres modos prædictos. Et in hoc

Digitized by Google

hoc ſenſu probatio erit ab inferiori ad ſuperius affirmatiue: Nam ex hoc, quòd Deus præſens eſt rebus per modum agentis immediati, deducitur, quod abſolutè ſit præſens; ſicut ſi probarem Sortē eſſe animal; quia eſt tale animal, ſcilicet rationale: vel quòd ſit coloratus; quia eſt albus; vel quòd eſt in loco, quia continetur à loco: Nam communius eſt eſſe in loco, quàm contineri à loco; cum Deus, & Angelus ſint in loco, & non contineantur à loco.

Quo ſenſu accipiendum ſit Deum eſſe, vbi res eſt, aut ſimul cum re, in quam operatur, & Dei infinitatem, ſiue immenſitatem eſſe primam cauſam radicalem exiſtentiæ Dei in omnibus rebus.

QVintò notandum eſt, dupliciter intelligi poſſe, Deum, aut quamcunque ſpirituale ſubſtantiam eſſe, vbi res eſt, aut ſimul cum re, in quā operatur: Vno modo, vt Deus, vel ſubſtantia ſpiritualis, eadem ratione locetur, ac præſens dicatur, qua locatur, ac præſens eſt res illa corporea, ī qua terminatur operatio. Et hic ſenſus falſus eſt, vt patet ex dictis, cum alia ſit ratio præſentiæ, & locationis rei corporalis, & alia ſpiritualis, vt dictum eſt: Alio modo intelligi poteſt Deum, aut aliam ſubſtantiam ſpiritualem eſſe, vbi res eſt, in quam operatur, per præſentiam actualis cauſalitatis, & modo proprio ſubſtantiæ ſpiritualis, aut per loci, & ſitus indiſtinctionem, quia ſcilicet non eſt à loco, & ſitu rei, in quam operatur, diſtincta. Et in hoc ſenſu intelligenda eſt illa propoſitio. *Oportet agens coniungi ei, in quod immediatè agit*; & eius probatio ex ſeptimo phyſicorum, hic à S. D. ad metaphyſicam amplitudinem eleuata, & ad mouentis metaphyſici genus extenſa.

Senſus falſus.

Senſus verus.

Eſtque adeo certa vtraque propoſitio, & intelligentibus terminos manifeſta, vt nullus videatur eſſe dubitationi locus: Nam ſi agens loco, ſituque eſt indiſtans, nec vllo medio operatur ſuppoſito, & conſequenter eſt indiſtans cauſalitate, neceſſe eſt tale agens ſimul eſſe cum eo, in quod agit, & ei coniungi, & in eo eſſe; & ſermo noſter eſt de agente, vt agens eſt; hoc enim ipſa operatione formaliter ſit præſens ſecūdùm ſubſtantiam ſuam. Quòd autem tale agens puta corporeum prærequirat actioni præſentiam, quæ eſt per quantitatis contactum, hoc per accidens eſt illi, quatenus agēs eſt: Nam, vt ſupra diximus, corporeum agens remota quantitate, & perſeuerante actione remanet operatione præſens, ſicut agens ſpirituale: Neque ita intelligendum eſt neceſſariò quodlibet agens, etiā infinitum, quale Deus eſt, eſſe preſens rei, in quam agit, quaſi præſentia conditio quædam ſit ad agē dum neceſſariò prærequiſita, ſicut contingit in agente tali, videlicet corporeo. Sed agentis præſentia neceſſariò concomitatur; aut conſequitur actionem: Nam eo ipſo, quod agens agit, ſit formaliter præſens.

Valentia, & Vaſquez, fruſtra laborant.

Ex quo patet Valentiam, & Vaſquez fruſtra laborare ad probandum Deum nō indigere propinquitate ad agendum; hoc enim gratis cōcedimus;

A ſed dicimus tamen Deum ex hoc ipſo, quod operatur in rebus ipſis, ſua operatione formaliter præſentem eſſe; & hoc cuilibet agenti, vt agens eſt, cōuenire; vt benè aduertit Capreolus in primo ſent. diſtinct. 37. quæſt. vnica, art. 2. ad octauum contra primam concluſionem rationem aſsignans, quoniam agens eſt quodammodo actus paſſi; & paſſum eſt quaſi potentia quædam reſpectu agentis; ex natura autem actus, & potentiæ requiritur vtriuſque indiſtantia. Neque idem eſt omnino dicere agens eſſe præſens paſſo; quia in eo operatur; & agens eſſe præſens paſſo; quia eſt quaſi actus eius, vt dixit Valentia, ſed formaliter differunt, & B notius eſt proprium actum coniungi propriæ potētiæ, quàm agens paſſo. Verùm, vt diximus, ex hoc ipſo, quòd agens immediatè modo dicto operatur in paſſum, fit eidem ſua operatione præſens formaliter. Nec ſanus intellectus aliam poteſt rationem quærere, ſicut nec quæret, quare albedo facit album.

Capreol.

Valent.

Sextò conſiderandū eſt, quod eſſe, quod eſt prima, & vniuerſaliſsima actualitas, qua nihil eſt prius ī rerū natura ſit proprius effectus Dei, Deus in hoc differt à cæteris agentibus particularibus, quod nihil productū præſupponit, cui ad agendū approximetur, ac proindè adeſt intimè cuilibet effectui à ſe C producto cū in ipſo eſſe ſit præſentia Dei, & quodammodo prius intelligitur Deus eſſe in effectibus, quàm effectus ſint in ſe ipſis; Ex quo patet primò implicare contradictionem Deum, qui eſt primum agens totum eſſe tribuens effectui, diſtantē eſſe ab aliqua re; diſtantia namque ſupponit extrema poſitiua, quæ nulla ſunt ante actionē Dei. Secundò patet efficacitas rationis D. Thomæ. Tertiò patet falſitas opinionis Vaſquezij. Quartò patet eſſentiam Dei non eſſe rationem formalem, qua Deus exiſtit in creaturis, quia in eis exiſtit, vt ens per eſſentiam cauſans in eis eſſe per participationem: Non enim Deus exiſtit in creaturis, vt D forma, aut per vnionem hypoſtaticam, ſicut eſt in aſſumpta humanitate: Igitur non ratione eſſentiæ, aut ſubſiſtentiæ, vt ſic, ſed ratione operationis, vt ratione locandi, ſiue exiſtendi in eis eſt, cū non alia ratio fingi poſsit.

Poſtremò obſeruandū eſt id quòd dixit S. Tho. in introductione huius quæſtionis; videlicet, cōſiderandum eſſe, vtrum Deus vbique ſit, & in omnibus rebus, quia id infinito conuenire videtur; Quibus verbis ſignificauit primam cauſam radicalem exiſtentiæ Dei in omnibus rebus eſſe infinitatem eſſentiæ; quæ alio nomine immenſitas vocatur: Nam, quia Deus naturæ eſt immenſæ, & eſE ſentialiter infinitæ, habet, vt abſque vlla ſui mutatione ſit intimè in qualibet re, quæ prius nullum habebat eſſe, nunc autem diuinæ virtutis operatione producitur. Vnde licet, vt infra demonſtrabimus in propria controuerſia, Deus ab æterno non fuerit in ſpacio imaginario, apprehendimus tamen intellectu Dei immenſitatem, non quidem vt præſentem per modum extenſionis ſpacio infinito immaginario; ſed vt potentem corpora, & loca in infinitum ſincategorematicè creare, & in

S. Thomas.

Immenſitas Dei eſt prima radix exiſtentiæ eius in rebus.

eis

eis eſſe; cum tamen non poſſit prius eis eſſe præſens, quàm ea creauerit; ſiquidem non niſi creatione entia ſunt. Quòd verò non nulli ſpacium illud infinitum quaſi creatorum, vel creandorũ corporum receptaculum apprehendant, in quo præxiſtat diuinæ maieſtatis immenſitas, hæc non eſt mentis intelligentia, ſed interni ſenſus proprietas ſpiritualia melius capere non valentis. Quo plerumque fit, vt humani intellectus infirmitas, quæ ſenſuum in ſua operatione vtitur miniſterio, ad imaginationes incautè deducta, loco veritatis errorem concipiat: vt quibuſdam modernis expoſitoribus contingit, affirmantibus extra cœlum eſſe ſpacium quoddam infinitum, in quo latiſſimè diffuſa ſit præſens diuina maieſtas. Itaque ſi Scotus, & alij nihil aliud intendunt, niſi præſentiam immenſitatis modo prædicto ante omnem operationem, fruſtra nobiſcum decertant. Quod ſi præſentiam immenſitatis contactu virtutis priorem affirmant; hoc eſt, quod nos ex præiactis fundamentis, & paulò inferius addẽdis, nedum falſum, ſed impoſſibile, quantùm humana ratio poſtulat, arbitramur.

Concluſiones deducta, & probata.

PRima concluſio. Ex hoc præcisè, quod Deus operatur in rebus immediatè immediatione ſuppoſiti, ſequitur neceſſariò, & euidenter Deũ rebus eſſe præſentem, & in eis eſſe ſecundùm ſubſtãtiam ſuam.

Probatur hæc concluſio ex quinto fundamẽto: Quoniam omne agens, quod ita immediatè agit, indiſtans eſt loco, ſiue ſitu, & ſuppoſito à re in quam operatur; ergo eidem coniungitur, & ſi fuerit agens ſpirituale, eſt in ea, vt patet ex dictis in primo fundamento. Probatur antecedens, & conſequentia: quia omne agens, aut eſt corporeum, aut ſpirituale; ſi fuerit corporeum, manifeſtũ eſt, & fatentur etiam aduerſarij debere ex ſua limitatione ſimul eſſe cum paſſo; Si verò fuerit ſpirituale, cum ratio, qua agens ſpirituale eſt alicubi, non poſſit eſſe eius ſubſtantia, nec aliquid aliud præter eius operationem, vt latè, & ſubtiliter notat Caietanus infra quæſt. 52. art. 1. neceſſe eſt agens ſpirituale ibi eſſe, vbi immediatè operatur: ſicut corpus ibi eſt, vbi ſua ſuperficię; quæ eidem eſt ratio locandi, aliud corpus contingit. Caie.

Secunda concluſio. Infinitas eſſentiæ diuinę eſt prima radix, propter quàm Deo congruit eſſe in omnibus locis, & rebus à Deo factis, vel fiendis. Probatur, quoniam ex immenſitate diuinæ eſſentiæ, prouenit Primò, vt omne ens aliud à Deo ſit eius quædam participatio. Secundò, vt virtutem habeat infinitam creandi, conſeruandi, & gubernandi totam creaturarum vniuerſitatem; quibus actionibus ſit Deus præſens formaliter omnibus rebus, & locis.

Tertia concluſio. Si per impoſſibile res aliqua extra Deum habere poſſet exiſtentiam ſine actione Dei, Deus in illa per eſſentiam ex vi immenſitatis nequaquam exiſteret.

A Hæc concluſio patet ex probatione primæ: Nã, ſi propria, & præciſa ratio formalis locandi, ſiue quomodocunque exiſtendi in aliqua re ſubſtãtiæ, ſpirituali, ſiue finitæ, ſiue infinitæ eſt operatio, ſequitur, vt remota operatione non ſit in loco, ſiue in re. Ex hac ſequitur.

Quarta concluſio. Deus per immenſitatem ſuę ſubſtantiæ non eſt in rebus, ſi dictio illa per, dicat rationem exiſtendi in ipſis rebus. Hæc concluſio latè probabitur infra in artic. 2. in controuerſia, An Deus ſit in ſpacio imaginario.

Quinta concluſio. Si daretur aliqua pars vniuerſi, in qua nõ eſſet Deus per eſſentiam ſuam, ſe-

B quereturcontradictio, videlicet, Deum poſſe in illa operari immediatè, & non poſſe in illa operari immediatè. Probatur hæc concluſio ex Caietano; Caiet. & primo ſequi primam partem contradictionis: Nam poſito Deum eſſe in certo quodam ſitu, quia omnipotẽs eſt, ſequitur illum poſſe agere, in quacumque re, vbicũque ſit illa res; & quoniam eſt in certo ſitu; ſequitur illum non poſſe agere in re diſtante, niſi prius ageret in propinqua, cum hæc ſit ratio, & certa lex agentis loco, aut ſitu limitati; Nam, vt ſupra diximus; hæc eſt natura impoſſibilium, vt ex eis alia, & ſæpè maiora conſequantur.

Sexta concluſio. Deum eſſe in rebus ratione o-

C perationis, probatur efficaciter auctoritatibus ſacræ ſcripturæ. Probatur hæc concluſio primò auctoritatibus ſacrarum literarum: Pſalmo 138. ait Pſal. 138. propheta. *Si aſcendero in cœlum, tu illic es; ſi deſcendero ad infernum, ades, ſi ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris:* Et cauſam adiungens diuinæ præſentiæ ſubdit. *Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.* Quibus verbis manifeſtè declarat diuinam operationem immediatè mouentem, & conſeruantem cauſam eſſe diuinæ præſentiæ; Igitur, ſi ratio ſpiritus ſancti per os Dauid rectè, & efficaciter probat, vniuerſaliter dicendum eſt, Dei operationem eſſe illi

D propriam cauſam exiſtendi in omnibus rebus, alioquin conſequentia inefficax eſt, cũ non valeat, niſi in virtute dictæ vniuerſalis propoſitionis.

Secũda authoritas eſt Actorum 17. vbi de Deo Act. 17. loquens Apoſtolus ait. *Quamuis non longè ſit ab vno quoque noſtrum; in ipſo enim viuimus, & mouemur, & ſumus.* Vbi ferè apertius Spiritus ſanctus eodẽ vtitur medio ad probandum, Deum omnibus hominibus præſentem eſſe: & licèt ibidem inſtitutus eſſet ſermo de Dei cognitione, prædicta tamẽ verba manifeſtè loquuntur de exiſtentia eius in rebus. Vnde Anſelmus Monologio. 22. & 23. ſic ait; Anſel. *quoniam nihil ſine Deo poteſt, aut eſſe, aut conſeruari,*

E *dicere cogimur, Deum vbique, & ſemper eſſe.* Et ſcito nomine operationis intelligi vtramque actionem ſimul, ſcilicet phyſicam, quæ eſt in paſſo, & Metaphyſicam, quæ eſt in agente, prout accipiuntur per modum vnius, quid autem ſit actio phyſica, & Metaphyſica, declarabitur infra quæſtione 25. articulo primo.

Argumenta, & ſolutiones.

COntra primam concluſionem argumentatur Valentia. Si quid in creaturis propter limi- Valentia.

tationem

tationem earum eſt in illis requiſitū, ad aliquid, non poteſt concludi, quòd id etiam in ente infinito ad illud idē requiratur, ex eo formaliter, quòd ens infinitum illud idem facit; ſed quòd agens debeat eſſe ſimul cum paſſo, vt aliquid in paſſo agat, requiritur in agente finito propter limitationem eius: atque adeo propter defectum quendam in virtute actiua ipſius, ob quem quaſi cogitur adeſſe paſſo, vt in illo aliquid efficiat; igitur ex eo proprie, & formaliter, quòd Deus in aliquo paſſo agit, non poteſt euidenter concludi, quòd oporteat Deum adeſſe paſſo; quandoquidem Deus non eſt agens finitum; ſed infinitum. Maior eſt clara. Minor probatur: Nam nō poteſt aſſignari ratio alia, cur agens creatum, hoc ipſo, quòd agit, debeat eſſe ſimul cum paſſo; niſi quia virtus illius in agendo eſt ita limitata, vt non poſſit agere in diſtans.

Reſpondetur in minori propoſitione duplicem eſſe falſitatem: Prima eſt, quòd agens debeat eſſe ſimul cum paſſo, ad hoc, vt agat: Nam, licèt id verum ſit in agente corporeo; non tamen verum eſt de incorporeo, videlicet de Deo, & Angelo; qui nō prius, quàm operentur, ſunt præſentes; ſed ipſa operatione, vt ſola, & propria ratione præſentiæ fiunt rebus, in quas operantur, præſentes. Secunda falſitas eſt ſimultatem requiri propter limitationem agentis; quòd enim agens immediatum, ſiue finitum, ſiue infinitum ipſa operatione formaliter fiat præſens, hoc prouenit ex ipſa ratione agentis non vt finitum eſt, ſed vt agens eſt, & ex ratione paſſi, vt paſſum eſt; vt ſupra diximus cum Capreolo ſoluentes oppoſitionem dicti expoſitoris.

Vaſquez. Contra eandem argumentatur Vaſquez. Agentia creata, præſertim corpora, de quibus agit Ariſtot. 7. phyſic. tex. 10. ad hoc, vt operentur, indigēt loci propinquitate, tanquam aliquo præuio requiſito ad agendum; Deus autem ſecundum ſententiam Thomiſtarum non ideo præſens eſt rebus, vt in ipſis operetur; nec requirit loci propinquitatem, vt quid neceſſarium ad operationem; igitur ex doctrina Ariſt. de propinquitate agentium pręſentia Dei in rebus non ſatis oſtenditur.

D. Thom. Reſpondetur negando conſequentiam: Nā intētio S. Thom. fuit probare Deum eſſe in omnibus rebus, tanquàm agens vniuerſale, & immediatum; ad id autem probandum aſſumpſit illam propoſitionem. *Neceſſe eſt omne agens coniungi ei, in quod immediatè agit, & ſua virtute illud contingere*; Hanc verò propoſitionem probat per illam Ariſt. (Ariſt.) videlicet, *mouens, & motum oportet eſſe ſimul*. Ex quo diſcurſu ſufficienter probatur concluſio D. Tho. videlicet Deum eſse in omnibus rebus, tanquàm agens immediatum. An autem hæc Dei in rebus exiſtentia, vel præſentia antecedat Dei operationem, vel ſequatur, nihil pertinet ad veritatem cōcluſionis D. Thom. ſed differentia, quæ in hoc inuenitur inter agentia corporalia, & Deum, relinquitur penſanda ex proprijs corporum, & Dei naturis. Conſtat enim non prærequiri ad Dei operationem diuinæ ſubſtantiæ præſentiam; alioquin, vt benè deducit dictus expoſitor, non potuiſſet facere vniuerſum ex nihilo; quia antequam res crearentur, non erant; vnde non poterat Deus rebus creandis eſſe pręſens; ſicut nec ſpacio imaginario, quod nihil eſt.

Secundò dicitur, in mouente corporeo duo eſſe ſcilicet rationem agentis, & rationem corporis; & quo ad vtramq; rationem mouens corporeum ſimul eſt cum corpore moto; ſed quatenus eſt mouens corporeum, præexigit ſui præſentiam, & ſimultatem cum mobili; quatenus autem mouens eſt, vt ſic, non præexigit ſui præſentiam, ſed facit agendo ſe præſentem, vt ſupra diximus; igitur S. Thom. vſus eſt dicta Ariſt. auctoritate conſiderando mouens, quatenus agens eſt, vt ſic.

Vaſquez. Secundò ſic arguit idem Vaſquez. Ex eo, quod agens eſt immediatum immediatione ſuppoſiti, non ſequitur loco coniunctum eſſe cum effectu; ergo. Probatur antecedens: Agens immediatum immediatione ſuppoſiti optime ſaluari poteſt, & intelligi abſque loci propinquitate; aliud eſt enim immediatè, hoc eſt nulla diſtantia interpoſita, aliud verò nullo alio agente intermedio operari; ergo poſſet aliquod agens immediatione ſuppoſiti, hoc eſt nulla interiecta ſecunda cauſa operari, & tamen longè à materia, in quam operatur, diſſitum eſſe. Quod ſi (inquit) dicant Thomiſtæ, idem eſſe operari immediatè immediatione ſuppoſiti, quod nullo corpore, & ſubſtantia interiecta operari, tunc maior propoſitio erit vera, videlicet, ꝙ oē immediatum agens, debet eſſe coniunctum cum effectu: ſed cum ſub hac maiori ſumitur; Deus eſt immediatum agens, ſupponit, quod probandum erat; quod ſi concedatur, ſolùm ſequitur Deum eſſe iuxta; non autem intra res ipſas.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens: Ad probationem negatur iterum antecedens cum aſſumpta propoſitione ad eius probationem; Nam præſentia ſecundùm operationem immediatam immediatione ſuppoſiti infert à priori coniunctionem, & præſentiam ſecundùm ſubſtantiā in agente, vt agens eſt, & multo magis in primo, cuius actio in rebus intimè operans eſt eius ſubſtantia; nec alio medio magis efficaci, & nobis notiori ꝓbari poteſt. Ad impugnationem reſponſionis Thomiſtarum, negamus, quod ſubſumendo illā propoſitionem, vt iacet: Deus eſt agēs immediatum, ſupponatur, quod probandum erat; & quòd ea propoſitione admiſſa, ſolùm probetur Deum eſſe iuxta, & non intra res: Nam in primis non ſupponitur id, quòd erat probandum, videlicet Deum eſſe in omnibus rebus; ſed affertur propria ratio, & cauſa à priori; nam eſſe agens immediatum eſt ratio, & propria cauſa præſentiæ agentis, Deum autem eſſe agens immediatum probat S. Tho. per hoc, quòd eſt cauſa totius eſſe, non tantùm in fieri, ſed etiam in conſeruari.

Caiet. S. Tho. Et, vt notat hic Caietanus, ex eodem S. D. in tertio con. gent. cap. 68. in qualibet re eſt aliquid, qđ à Deo immediatè cauſatur; in rebus quidem corporeis prima materia; in rebus autē incorporeis, ſimplices earum eſſentiæ. Et ſi his addamus Deū non quomodocunque, ſed intimè in rebus operari, vt hic probat S. Thom. ſequetur etiam Deū intimè

timè in rebus eſſe: Nã, ſi operatio immediata eſt propria ratio, quòd Deus in rebus exiſtat; ergo operatio immediata, & intima erit ratio intimè exiſtendi; Et quemadmodum implicat contradictionem corpus ſua quantitate aliud contingere, & illi præſens non eſſe; ita contradictionem inuoluit dicere agens immediatè operari in aliquã rẽ, & illi præſens non eſſe; & intimè operari, & intimè non adeſſe. Vbi aduertendum eſt hoc loco ſummi immediatè operari; non tantùm, vt diſtinguitur contra mediatè operari medio ſuppoſito in actu; ſed etiam, vt diſtinguitur cõtra mediatè operari media parte rei, quæ ſit ſuppoſitum in potentia; ſicut ignis calefacit interiores partes corporis medijs exterioribus; & ideo ignis immediatè calefaciens non dicitur eſſe intimè in calefacto; Deus autem in vnamquamque rei partem per ſeipſum immediatè, ideſt non media alia parte operatur.

Immediatè operari excludit etiam mediationẽ partis.

Contra eandem concluſionem argumentatur Ioannes Rada. Primò. Ex poſitione prioris, nõ ſequitur conſequentia formali poſitio poſterioris: ſed præſentia Dei ſecundum potentiam, & operationem eſt prior præſentia eius ſecundum eſſentiam: ergo illius poſitio non infert neceſſariò poſitionem illius.

Rada.

Reſpondetur maiorẽ eſſe falſam: quando prius eſt ratio, & cauſa neceſſaria poſterioris, ſicut in propoſito.

Alia eiuſdem argumenta ea ſunt, quæ ſoluunt Capreolus, & Caiet.

Capreol.

Contra tertiam concluſionem argumentatur idem Rada argumentis Scoti ſolutis à Caietano, & Capreolo. Primò: Creatura poteſt agere immediatè, vbi non eſt; ergo magis Deus. Antecedens probatur: quia Sol generat in viſceribus terræ mineram, & proximum principium elicitiuum talis generationis eſt ſubſtantia Solis; ergo: Antecedẽs probatur auctoritate Ariſt. ſeptimo metaph. cap. nono: vbi dicit, quòd neceſſe eſt præexiſtere aliquam aliam ſubſtantiam, quæ facit, vt ſit animal, quale verò, & quantum non neceſſarium, niſi poteſtate ſolum. Addit, & alia argumenta communia, quę partim hic ab expoſitoribus, partim à Caietano infra quæſt. 54. artic. tertio, & quæſt. 77. artic. 1. ſunt ſoluta. Neque hic locus eſt difficultatẽ hanc à præſenti inſtituto valdè remotam definiendi, ſed proprio ſeruetur loco.

Caiet. Rada.

Cõmunia.

Contra quartam concluſionem argumentatur prædictus Rada ex Scoto.

Rada.

Primò. Deus ex natura ſua eſt ſubſtantia infinita, & immenſa; ergo de ſe eſt præſens actu omnibus locis. Probatur conſequentia: Nã, ſi eſſet ſubſtantia corporea immenſæ magnitudinis repleret omnia ſpacia; ergo diuina ſubſtantia, replet omnia illa ſpiritualiter per præſentiam ſubſtantiæ.

Reſpondetur falſam eſſe conſequentiam: ſi illa particula de ſe, dicat rationem præciſam ſecluſa operatione. Ad probationem dicitur exemplum eſſe contra ipſum Radam, & Scotum: Nã, quemadmodum corpus infinitum repleret omnia loca formaliter per quantitatem ſuam infinitam, quæ

A eſſet ei ratio locandi, ipſa verò ſubſtantia corporis eſſet id, quod repleret; ita Deus replet omnia entia, & loca exiſtentia per operationem, tamquam rationem locandi, & exiſtendi in omnibus locis, & rebus; ipſa verò ſubſtantia diuina ea eſt, quæ in locis, & rebus exiſtit.

Secundò D. Aug. D. Hilar. & D. Ambroſ. ex immenſitate diuinæ ſubſtantiæ Deum, vbique eſſe collegerunt.

Reſpondetur: his auctoritatibus probari ſecũdam noſtram concluſionem, & nihil aliud.

Contra vltimam argumentatur Vaſquez: quia ſcripturæ teſtimonia adduci conſueta non multũ probant; ergo. Antecedens oſtendit verum eſſe

Vaſquez.

B interpretando, & gloſſando ſingulas diuinarum litterarum ſententias.

Sed eius interpretationes nõ eſt difficile ex ſanctorum patrum, & probatorum auctorum cõmentarijs explodere, & ipſarum collatione ſcripturarum adulterinas oſtendere; ſed nõ vacat, nec expedit ſingula proſequi, & in immenſum fruſtra vagari. Obſerua tamen prædictum expoſitorem fateri ſacras ſcripturas Dei immẽſitatem in rebus, & præſentiam ex operatione probare voluiſſe; idque efficaci ratione demonſtraſſe; neque tamen (inquit) ſequitur operationem potentiæ eſſe fun-

C damentum ipſi Deo exiſtendi in rebus; ſed ſolum ex potentia, & operatione immenſitatem Dei in rebus rectè probari. Cum igitur ex ſacris litteris, ex ſanctis patribus, ex Ariſt. & ratione naturali ex Dei operatione rectè concludatur eius præſentia, nec à parte rei demonſtrari poſſit alia prior ratio diuinæ præſentię, relinquitur legitimum eſſe diſcurſum D. Thom. quo ex rerum creatione, & conſeruatione probat diuinæ maieſtatis præſentiam rebus omnibus intimã. Vnde oppoſita ſentẽtia minus erit catholicę veritati conformis, propter tam illuſtria diuinarum litterarum teſtimonia.

D

Secunda Controuerſia.

An Deus ſit in omnibus rebus, etiam materialibus, quo ad omnia, vt agens immediatum immediatione ſuppoſiti.

Sententiæ Expoſitorum.

TRes ſunt de hoc quæſito ſententiæ. Prior eſt Dom. Bannes, & Franciſci Zumelli ſuper hoc articulo; qui tria dicunt. Primum eſt, differentiã eſſe inter Deum agentem immediatè, & inter ſecundum agens immediatè reſpectu eiuſdem effectus; quòd inferius agens ſolùm concurrit imme-

Bannes, Zumellus

E diatè immediatione ſuppoſiti, Deus autem concurrit immediatè vtraque immediatione, ſcilicet ſuppoſiti, & virtutis. Secundum eſt, nullum eſſe inconueniens, immo neceſſarium ſemper duo agẽtia, ſcilicet Deum, & proximum agens eſſe immediata immediatione ſuppoſiti, cum dictorum agentium coniunctiones immediatę cum paſſo diuerſorum ſint ordinum, & vtrumque agens, videlicet primum, & ſecundum, modo ſibi conuenien-

ni, rei,

ti, rei, in quam agit, vniatur: Nam corpus vnitur corpori ſuæ quantitatis contactu; Angelus verò ſua virtute operatiua, quæ non eſt eius eſſentia. Deus autem intimè illabitur fouendo, conſeruando, & mouendo. Quare poterunt eſſe ſecundùm hanc ſententiam tria agentia ſubordinata, & immediata ſuppoſitaliter eidem omnino rei, puta corpus, Angelus, & Deus. Tertium eſt, ſententiam Caiet. ſuper hoc artic. & Ferrar. in 3. contra gent. cap. 70. eſſe diuerſam.

Nauarretus cõtrouerſia 26. §. 1. ait omne agẽs, ſiuè agat immediatione ſuppoſiti, ſiuè immediatione virtutis, eſſe in paſſo immediatè in ratione agentis, quia vna eſt vtriuſque actio, prout actio B idem eſt, quod motus in paſſo receptus, quo mediante agens dicitur eſſe in paſſo; immò (inquit) ſub hac conſideratione coniungitur immediatius paſſo agens, quod operatur immediatione virtutis, quàm agens, quod operatur immediatione ſuppoſiti tantùm, & per virtutem participatam à primo agente, quia, licèt mediet hoc agens inter illud, & effectum; tamen non communicat primo agenti rationem agendi, atque adeò non communicat illi rationem vnionis cum effectu, vt agenti, ſed è contra.

Suarez. Secunda ſententia eſt Franciſci Suarez diſput. metaph. 22. ſect. 1. nu. 17. & ſequentibus, qui dicit C quatuor. Primum eſt: illa dicuntur agere immediatè immediatione virtutis, & non ſuppoſiti, quę per virtutem à ſe diffuſam contingunt paſſum, vel effectum; non tamen per ſuppoſitum ſuum. Secundum eſt, diſtinctionem Ferrarienſis de actione immediata immediatione virtutis, vel immediatione ſuppoſiti, non eſſe in præſenti materia neceſſariam. Tertium eſt, Deum agere cum omnibus agẽtibus immediatione virtutis & ſuppoſiti; non ſolũ loquendo de immediatione ſuppoſiti locali, quia ſcilicet ibi eſt, vbi operatur; ſed etiam loquẽdo de immediatione ſuppoſiti in agendo, quia inter Deum & actionem, vt eſt ab ipſo, non mediat aliud D ſuppoſitum propriè, & formaliter. Quartum eſt, eſſe immediatum ſuppoſitum in agendo non excludere ſubordinationem alterius; ſed mediationem tantùm in agendo; immo (inquit) hæc immediatio ſuppoſiti in agendo ſub vna ratione, nõ excludit, quin ſub alia poſſit mediatè agere duobus modis ad actionem concurrendo. Et licèt Deus, quatenus dat virtutem agendi cauſæ ſecundæ, & conſeruat illam, eamque ad agendũ inſtituit, poſſit dici agere per illam; tamẽ, quatenus coöperatur naturæ, non agit propriè per illam, ſed per ſeipſum, & per ſuam potentiam, ac virtutem.

E Tertia ſententia eſt Caiet. in commentario huius articuli, & Ferrarienſis in dicto cap. 70. tertij contra gen. quorum dicta, tantùm abeſt, vt ab inuicem in aliquo diſſideant, vt, quæ docet hic non Caiet. ſatis plenè, aut diſtinctè Caiet. optimè compleãtur, & illuſtrentur per ea, quæ tradit in dicto cap. Ferrarien. D.Tho. Ferrar. Et quoniam horum expoſitorum ſententiam exiſtimo conſonam eſſe intentioni S. D. ideo illam ſequendo tria propono cõſideranda, ex quibus pendet huius controuerſiæ reſolutio. Primum

A eſt vniuerſis agentibus commune, reliqua duo explicant id, quod proprium eſt Dei, quatenus à cęteris agentibus diſtinguitur.

Reſolutio.

Explicatur ordo virtutum, & ordo ſuppoſitorum in agendo; & differentia Dei agentis, eiuſque virtutis ab agente creato, & illius virtute.

PRimò igitur cõſiderandum eſt; alio modo accipiendum eſſe ordinem inter virtutes agentium ſubordinatorum, cum dicimus vnum agens B operari per alterius virtutem; & aliò modo attendendum eſſe ordinem inter ſuppoſita agentia, cũ aſſerimus agẽs, vel ſuppoſitum per aliud operari: Nam ordo inter ſuppoſita, cũ dicimus vnum per aliud operari; eſt ordo deſcenſus; operatur enim vnum ſuppoſitum per aliud tanquam per inſtrumentum ab eo motum ad aliquid producendum; vnde dicimus regem per balliuum, ſiue miniſtrum operari, quemadmodum ſcriptor ſtylo literas format, ſalua differentia veræ, & minus propriæ rationis inſtrumenti; itaque vbi plura ſunt agentia ſubordinata, quorum vnum ab altero mouetur, illud, quod vltimum tenet locum, quodque ab omnibus motũ poſtremò mouet, & attingit paſſum, C effectumque producit, dicitur agens proximum, & immediatũ immediatione ſuppoſiti. At ordo, quem inter agẽtium virtutes agnoſcimus, cum dicimus vnum agens, aut eius virtutem operari per alterius virtutem, non eſt ordo deſcenſus, ſed aſcẽſus; Nam, cum audimus vnius agentis virtutẽ agere per virtutem alterius, intelligimus virtutem illius agentis ab alterius virtute, tamquàm à ſuperiori, & mouente, dependere. Vnde, cum dicimus virtutem aliquam eſſe immediatam effectui, intelligimus eam nullam aliam priorem habere virtutem, à qua moueatur, & applicetur; ſed ex ſeipſa eſſe effectus productiuam, & reliquas alias ab ea D mendicare. Vnde S. Thom. in dicto cap. aſſimilat virtutis immediationẽ immediationi primi principij: Nam primum principium ideo dicitur immediatum, quia ex proprijs terminis veritatẽ habet, & virtutem ad inferendam concluſionem, nec eã recipit ab alterius prioris propoſitionis veritate. Quare non ſatis congruè diceremus virtutẽ agentis primi operari per ſecundorum agentium virtutes, tanquam per inſtrumenta; tametſi negãdum non ſit virtutem agentis ſecundi inſtrumentalem, quandoque nuncupari; quod tamẽ non ita accipiendum eſt, vt poſterioris agẽtis virtus prioris agentis virtutis ſit inſtrumentum; ſed quia in- E ſtrumenti, quod eſt ſecundum agens, virtus eſt. Poſſumus tamen pro voluntatis arbitrio vocabulis abutendo virtutem infimi agentis, quæ à ſuperioribus agentibus mouetur, & effectui applicatur, virtutem immediatam nuncupare; Sed hunc loquendi modum philoſophorum Schola non recipit.

Ordo in ſuppoſitis in agendo, eſt ordo deſcenſus.

Ordo virtutum in agendo eſt ordo aſcenſus.

S.Thom.

Secundò ſciendum eſt; hoc eſſe diſcrimen inter Deum, & reliqua agentia, præſertim corporea, quod virtus

virtus Dei idem eſt, quod ſua ſubſtantia: Et cum virtus dicatur eſſe, vbi aliquid per ipſam cauſaliter attingitur; conſequens eſt Deum ſecundũ ſubſtantiam ſuam ita cuilibet effectui preſentem eſſe, vt in eo ſit; ſiquidem diuina virtus omnem attingit effectum intimè, & immediatè; Igitur abſolutè, & indiſtinctè loquendo dicendum eſt primũ agens, videlicet Deum, eſſe immediatum agẽs reſpectu omnium; cum eius virtus nedum ſit agens quo, ſed etiam agens quod; eſt enim idem, quod Deus ipſe; quod cęterorum agentium nemini cõgruit. Vnde non vbicunque agentis creati virtus eſt, ibi adeſt agens; vt videre eſt de Sole, cuius virtus operatur in intimis terræ viſceribus ad auri, & reliquorum mineralium generationem; nec tamen ibi dicitur eſſe Sol tanquàm agens immediatũ abſolutè; quia ſitu diſtat, & non eſt ſua virtus.

Aliud eſſe Deum eſſe agens immediatum abſolutè, & aliud Deum eſſe agens immediatè immediatione ſuppoſiti: & priori modo Deum in omnibus immediatè operari; non autem poſteriori modo, quo ad omnia.

Tertiò notandum eſt; aliud eſſe affirmare Deũ abſolutè eſſe agens immediatum in omnibus rebus, & aliud eſſe dicere Deum eſſe agens immediatũ immediatione ſuppoſiti in omnibus rebus; Nam ad hoc, vt Deus ſit agens immediatum abſolutè duo ſufficiunt: Primum eſt; vt res attingat immediatè immediatione virtutis, quæ ſcilicet à ſuperiori virtute non moueatur. Secundum eſt; vt ſit idem, quod ſua virtus; ita vt Dei virtus non ſit tantùm, quo Deus agit, ſed ſit ipſe Deus agens. Et ex his duobus principijs S. Thom. in primo ſententiarum, diſtinct. 37. quæſt. prima, articulo primo, ad quartum, & de potentia quæſtione tertia, articulo ſeptimo probat Deum eſſe immediatè in omnibus operantem. Sed vt Deus ſit agens immediatum immediatione ſuppoſiti, requiritur amplius, vt inter Deum, & effectum nulla ſit alia cauſa coagens à Deo mota. Vnde in creatione mundi, in conſeruatione materiæ primæ, & ſubſtantiarum ſpiritualium, quia Deus nullo vtitur agente medio, dicitur agens immediatũ immediatione ſuppoſiti. Et quoniam auctores in principio nominati differentiam hanc cõſiderare neglexerunt, ideo à Caietani, immò D. Thom. ſententia receſſerunt, & æquiuocatione decepti doctrinam Ferrarienſis diuerſam à mente Caiet. iudicarunt.

S. Tho.

Ferrarien. Caiet.

Quartò obſeruandum eſt; Deũ quædam agere per ſeipſum nullo alio ſuppoſito cooperante, ſicut patet in rerum creatione, & rerum incorruptibilium conſeruatione. Vnde, ſicut animam intellectiuam, & materiam primam per ſeipſum immediatè creauit; ita & immediatè conſeruat, ideſt non medio alio agente, vel ſuppoſito; Sed quædam alia operatur Deus medijs ſecundis agentibus; Deus enim operatur in quolibet operante, nõ ſolum ſicut dans agentibus formas, & eas in eſſe conſeruans; ſed etiam ſicut mouens res ad operandum applicando formas, & virtutes rerum ad operationem; ſicut artifex applicat ſecurim

A ad ſcindendum; vt docet S. Thom. infra quæſtione 105. articulo quinto. Et quoniam Deus, & natura, ſicut nihil agunt fruſtra, ita nihil ſuperfluũ operantur, cum Deus in generatione Leonis operatur mediante Leone concurrente virtute diuina principaliter tanquàm mouente vim Leonis generatiuam, & ad generandum applicante, & intimè genitum attingente, nõ eſt exiſtimandũ alia quaſi via, & agendi modo cum generante Leone eo nõ mediante, ſed ſeipſo immediatè etiam concurrere, quemadmodum, ſi Sol ſuo lumine corpus aliqđ igne, vel alio ab ipſo Sole prius calefacto corpori proximum calefaceret, ageret Sol ad calefaciendum mediante corpore calefacto, & immediatè B per ſe ipſum. Sic enim ſuperflua, & minimè ordinata eſſet diuina operatio; & quilibet effectus ex cauſa eiuſdem ſpeciei duplex haberet proximum agens, vnum videlicet æquiuocum, qui Deus eſt, & alterum vniuocum, ſcilicet corporeũ generans; magiſq; dicendus eſſet æquiuocus effectus, quàm vniuocus; cum à Deo, non ſolùm efficacius, intimius, & principaliter agente; ſed etiam proximè operante proueniret quaſi per accidens concurrẽte ſecunda cauſa vniuoca. Nec vllus vnquàm vſq; ad hæc noſtra tempora excepto Suarezio talem de rerum generatione, & cauſarum concurſu opi C nionem concepit. Ex dictis ſequuntur quinque concluſiones.

S. Thom.

Concluſiones deducta, & probata.

Prima concluſio. Impoſſibile eſt duo agentia ſubordinata eſſe eidem paſſo immediata immediatione ſuppoſiti. Probatur ex primo, & tertio fundamento: Nam ad hoc, vt agens aliquod ſit immediatum immediatione ſuppoſiti, requiritur, vt nullo alio agente medio ab eo moto attingat effectum; ergo implicat contradictionem duo eſſe agentia ſubordinata, & eidẽ paſſo immediata D ſuppoſitaliter.

Secunda concluſio. Deus eſt agens immediatũ immediatione ſuppoſiti in omnibus rebus; in quibuſdam quidem quo ad omnia; in quibuſdam autem quo ad aliqua tantùm. Probatur: Quoniam Deus totam ſubſtantiam creaturæ ſpiritualis per ſeipſum nulla alia media cauſa produxit, & cõſeruat; creaturas autem corporeas primas tantùm immediatè produxit: in aliorum autem productione vtitur ſecundarum cauſarum miniſterio; vt patet in generatione Leonis, & plantæ; in quibus tantùm eſt materia prima, quæ à ſolo Deo producta fuit, & ab eodem abſque alterius agen E tis concurſu conſeruatur; ergo Deus in ſubſtantijs ſpiritualibus eſt immediatè immediatione ſuppoſiti quo ad omnia, in corporalibus autem quo ad ſolam materiam primam: de eſſe autem erit ſpecialis controuerſia, an à ſolo Deo cauſetur.

Tertia concluſio. Deus abſolutè eſt agens immediatum in omnibus rebus. Hæc patet ex tertio fundamento, & ratione, & auctoritate Diui Thomæ locis ibidem allegatis. Et loquendo de hac

D. Tho.

Digitized by Google

immediatione; non autem de ſuppoſitali, verificantur prima duo dicta Banneſij, & Zumelli.

Bannes. Zumel. Quarta concluſio. Deus in effectu totali, quem media ſecũda cauſa pducit, verbi gratia, in Leone genito, dum actu producitur, nõ operatur alia ratione, ideſt ſeorſum ad eius productionem non media ſecunda cauſa. Hæc patet ex quarto fundamento.

Vltima concluſio. Ad hoc, vt agens aliquod dicatur agere immediatè immediatione virtutis, non ſufficit per virtutem ab eo diffuſam, & non per ſuppoſitum paſſum contingere; hæc patet ex primo fundamento: Nam requiritur illam nullam aliam habere priorem virtutem, à qua moueatur, & effectui applicetur.

Argumenta, & ſolutiones.

Bannes. Zumel. Contra primam, & ſecundam concluſiones argumentatur Bannes, & Zumellus.

Primò: Virtus Dei eſt ſubſtantia Dei: at Deus ſecundùm Sanctum Thomã eſt in qualibet re immediatè immediatione virtutis; ergo etiam immediatione ſubſtantiæ.

Reſpondetur hoc argumento probari noſtram tertiam concluſionem; non autem Deum eſſe agẽs immediatũ immediatione ſuppoſiti in omnibus quo ad omnia: Quod ſi hoc intendũt, negatur ſequela, eo quod aliud requiritur, ſcilicet, vt nullum interueniat medium ſuppoſitum motum coagens.

Secundò: Quoniam D. Thom. in hoc artic. aſſumit illam propoſitionem. *Omne agens coniungitur ei, in quod immediatè agit*; quæ propoſitio non poteſt intelligi, niſi de immediatione ſuppoſiti; quoniam ex ſola immediatione virtutis non poſſet inferri Deum ſecundùm ſeipſum eſſe in rebus: Nam Sol operatur immediatè immediatione virtutis in generatione auri, & tamen ſecundùm ſeipſum non coniungitur immediatè effectui.

Caiet. Reſpondetur primò cum Caiet. S. Thom. intentionem eſſe; affirmare Deum eſſe immediatè agẽtem immediatione ſuppoſiti in omnibus rebus; in quibuſdam quidem, quo ad omnia, in quibuſdam verò quo ad aliquid, vt ſupra expoſuimus. Secundò dicitur per illam propoſitionem S. Thom. affirmare voluiſse Deum eſſe agentem immediatè abſolutè, modo ſuperius explicato; & hoc ſufficit, vt dici poſſit eſſe in omnibus rebus.

Tertiò: Si concurſus Dei immediatus ſuppoſitalis excluderet alterius rei concurſum, ſequeretur Deum non concurrere immediatè immediatione virtutis ad califaciendum. Probatur conſequentia: quoniam concurrit media virtute ignis; igitur ſicut virtus ignis calefaciens non excludit immediationem virtutis Dei; ita neque ſubſtantia, aut ſuppoſitum ignis medium excludit immediationem ſubſtantiæ, vel ſuppoſiti diuini.

Reſpondetur falſam eſſe conſequentiã: Et ratio allata eſt in primo fundamento; Ad probationem dicitur antecedens falſum eſſe: Nam, vt ſupra diximus, ordo inter virtutes agentium eſt ordo aſcẽ-

A ſus; ita vt ſuperior ſit media reſpectu inferioris propriè loquendo, licet abuſiuè ſit è contrario.

Quartò: Quia ſecunda concluſio quo ad vltimam partem eſt inintelligibilis; quia ſuppoſitum Dei, & Deus, vt ſic, omnia replet, & in omnibus rebus eſt, & hoc ob eam cauſam; quoniam omnia producit, omnia conſeruat, omnia mouet; quæ oĩa ſuppoſito diuino proprijſsimè conueniunt; ergo ipſum ſuppoſitum diuinum immediatum eſt, qđ agit in omnibus rebus.

Reſpondetur hoc argumento probari noſtram tertiam concluſionem, & nihil aliud.

Quintò: Deus in oĩ actione concurrit vt ſuppoſitũ, à nullo ſuppoſito depẽdens; ergo immediatè.

B Reſpondetur falſam eſſe conſequentiã: requiritur. n. vt nullum aliud medium ſuppoſitũ interueniat. Secũdò dicitur hoc argumento probari Deũ poſſe quemlibet effectũ creatum ſubſiſtentẽ abſq; media cauſa producere, quod veriſsimum eſt. Suar.

Sextò: Sic argumentatur Suarez. In rebus creatis illa dicuntur agere immediatione virtutis, & non ſuppoſiti, quæ per virtutem à ſe diffuſam cõtingunt paſſum, vel effectum, non tamen per ſuppoſitum ſuum, quod Deo attribuere nefas eſt; ergo ſimpliciter dicendum eſt, Deum agere cũ omnibus agentibus creatis immediatione virtutis, & ſuppoſiti.

C Reſpondetur, & dicitur primò falſum eſſe antecedens, vt patet ex vltima concluſione: ſecundò dicitur: nos etiam affirmare Deum in omnibus agere immediatè immediatione ſuppoſiti, modo explicato in ſecunda concluſione. Tertiò dicitur: Deum abſolutè eſſe agentem immediatè in omnibus rebus in ſenſu expreſſo in tertio notabili, & tertia concluſione, & hanc immediationem abſolutè appellat Suarez immediationem ſuppoſiti localem, ſeu in eſſe. Suarez.

Septimò: Arguit idem Suarez: Actio, qua Deus operatur in rebus, procedit immediatè à virtute increata inexiſtente ipſi Deo; ergo agit etiam immediatione ſuppoſiti; patet conſequentia; tũ quia
D tũc ſuppoſitum dicitur immediatè agere, vt principium quod, quando per virtutem ſibi inhærentem, ita agit, vt ab illa virtute immediatè prodeat actio, tanquam à principio quo; tum etiam quia diuinum ſuppoſitum eſt ſuamet virtus; non ergo poteſt actio immediatè prodire à virtute quin immediatè prodeat à ſuppoſito.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens vniuerſaliter ſumptum; nam quamuis actio, qua Deus mouet agens ſecundum ad operandum, procedat ab increata virtute, nullo mediante ſuppoſito, ea tamen
E actio, qua Deus cum agente ſecundo producit effectum, ab increata virtute non exit, niſi medio agente ſecundo. Si autem in antecedente ſermo ſit de ſola virtute diuina, qua ſecundam cauſã Deus mouet ad agendum, falſa eſt conſequentia. Ad cuius primam probationem negatur antecedens: Nam requiritur, vt nullum aliud mediet ſuppoſitum motũ in agẽdo reſpectu effectus. Ad ſecũdam dicitur: ꝙ probat noſtrã tertiã concluſionẽ.

Octauò: Sic arguit idem Suarez. Inter Deum, & actio-

& actionem, vt eſt ab ipſo, non mediat aliud ſuppoſitum; ergo illa actio eſt à Deo immediatione ſuppoſiti. Antecedens probatur: quia actio, qua Deus influit in effectum, vt ſic, tam immediatè, ac per ſe dicit habitudinem ad cauſam primam, ſicut ad ſecundam: Secundò, quia agere immediatè immediatione ſuppoſiti, non excludit conſortium alterius ſuppoſiti agentis; aliàs ſi duæ lucernæ idem lumen producant, neutra aget immediatione ſuppoſiti.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens vniuerſaliter loquendo: Ad primam probationem negatur antecedens: ad ſecundam dicitur; quòd, licet agere immediatione ſuppoſiti non excludat conſortium cuiuslibet ſuppoſiti; excludit tamen conſortium ſuppoſiti ſubordinati. Et præterea hic auctor ſupponit vnum falſum; videlicet, Deum in qualibet actione circa creaturā agere etiam ſeorſum per ſe ipſum non mediante ſuppoſito creato; Cuius oppoſitum diximus eſſe verum in quarto fundamento.

Ferrarien. Caiet.

Aduerte tamen, quod ſi de Deo, vt prouiſore formaliter loqueremur, dicendum eſſet Deum immediatè, non tantum immediatione virtutis, ſed & ſuppoſiti rerum omnium ordinem diſponere; vt ſcitè notat Ferrar. in 3. con. gen. cap. 77. Sed hic ſermo eſt de Deo, vt ſuæ prouidentiæ executore. Videndus eſt etiam Caiet. infra quæſt. 103. art. 6.

Tertia Controuerſia.

De ſenſu illius propoſitionis. Eſſe creatum eſt proprius effectus Dei.

Senſus quæſiti, & ſententiæ Expoſitorum.

Caiet. Bannes. Zumellus.

Poteſt dicta propoſitio duplicem habere ſenſum; eo quod vocabulum illud *proprium* dupliciter ſumi poteſt: Vno modo, vt diſtinguitur contra commune; ſecundum quam ſignificationē ſenſus eſt propoſitionis, eſſe eſt effect' à ſolo Deo proueniens nulla interueniente media cauſa effectiua. Alio modo poteſt ſumi prædictus terminus *proprium*, vt diſtinguitur contra alienū, ideſt contra id, quod per aliud ineſt. Dicitur autem per aliud ineſſe, vt hic explicat Caietanus, quod, quamuis inſit per ſe, non ineſt tamē per ſe primò. Quēadmodum Socrati per ſe conuenit eſſe riſibile, nō tamen per ſe conuenit, vt diſtinguitur contra per aliud; quia conuenit illi per naturam hominis, vt homo eſt. Dominicus Bannes, & Zumellus dicunt in priori ſenſu propoſitam fuiſſe dictam propoſitionem à S. Thom. affirmantque Deum ſolùm eſſe cauſam eſſendi omnibus rebus, tā materialibus, quàm immaterialibus; in rebusque materialibus ſolùm Deum cauſare eſſe, non tantùm quatenus eſſe eſt materiæ; ſed etiam quatenus eſt formæ, & totius compoſiti.

Caiet. Ferrarien. Syluest. Iauellus. Molina.

Sed Caiet. hic, & infra q. 45. art. 5. & q. 44. ar. 2. accipit propoſitionem in poſteriori ſenſu. Caietanum ſequitur Ferrarienſis in ſecundo cont. gent. cap. 21. Syluester, Iauellus, Molina, Peſantius ſup hoc artic. & Suarez diſput. 31. ſect. 9. Quę proculdubio eſt ſententia S. Tho. in dictis locis, & infra quæſt. 104. articulo primo, & de potentia quæſt. ſeptima, artic. ſecundo, & tertio, contra gent. capitulo tertiodecimo.

Peſantius. Suarez. S. Thom.

Reſolutio.

Oſtenditur eſſe cauſari à prima cauſa, ſcilicet Deo per ſe primò, à ſecundis verò cauſis produci non ſolam determinationem eſſe ad hoc, ſed etiam ipſum eſſe.

Arist.

Sciendum eſt primò ex Ariſtotele ſecundo phyſicorū, cauſas effectibus, & effectus cauſis proportionaliter reſpondere; ita vt à cauſa in actu ſit effectus in actu, à cauſa in potentia, effectus in potentia, à cauſa particulari, effectus particularis, & ab vniuerſali, vniuerſalis.

Cauſas autem eſſe vniuerſales intelligimus cū Ariſtotele ſecundùm perfectionem, & virtutis extenſionem; effectus verò dicimus vniuerſales ſecundùm prædicationem, ſiuè communitatem, & rationis ſuæ formalis latitudinem. Vnde quantò maior fuerit cauſæ perfectio, & virtus eminētior; eò ex parte effectus, & obiecti eidem correſpondebit ratio formalis extenſior, & ſecundùm prædicationem vniuerſalior. Cum igitur Deus ſit prima ſimpliciter, & vniuerſaliſſima cauſa ſecūdum eſſentiæ ſuæ perfectionem, & virtutem, eidem neceſſe eſt reſpondere latiſſimum, & vniuerſaliſſimum effectum; hoc verò eſt eſſe ſimpliciter. Igitur eſſe ſimpliciter Deo, qui ſuprema, & vniuerſalis ſima eſt cauſa, tanquàm proprius, & eius adæquatus effectus formalis correſpondet.

Ex quo ſequitur, quod eſſe, vt ſic, ſit ratio, quare aliquid efficiatur à Deo; & conſequenter, quod eſſe per ſe primò producatur à Deo; atque ideo facere eſſe Deo conueniat non per aliam cauſam, à qua virtutem accipiat, alijs verò cauſis congruat eſſe producere per virtutem ſupremæ cauſæ. Vnde ſola prima facit eſſe ſimpliciter; reliquæ verò non cauſant eſſe ſimpliciter, ſed præſuppoſito eſſe ſimpliciter, efficiunt eſſe tale. Sicut per Leonis generationem fit tale ens, quod eſt Leo; nō autem ens ſimpliciter, aut per ſe: Nam, vt ſcitè docet Caietanus infra quæſt. 45. artic. 5. Illud dicitur per ſe fieri, cuius ante factionem immediatè ratio nō præerat; ex Ariſtotele primo phyſicorum, textu ſeptuageſimo ſexto. Quemadmodum coloratum per ſe fieri dicitur, quando ex non colorato producitur, fit verò per accidens coloratum, quando fit ex colorato; vt cum ex nigro fit album; tunc enim fit etiam coloratum; cum ſpecies, nec fieri, nec eſſe poſſit, niſi in aliquo genere, quod realiter ab ea non diſtinguitur.

Caiet. Arist.

Dicitur autem id, cuius ratio præerat fieri per accidens; quia nullum agens intendit facere id, quod eſt; ſed tantùm id, quod non erat, vel ſimpliciter, vel aliquo modo. Hoc autem intereſt inter Deum, & quodlibet agens creatum; quòd agens creatum ſemper preſupponit aliquod ens; & ideo non facit ens per ſe: at verò Deus nullum neceſſa-

rio ens præſupponit, ſed producere poteſt ex penitus non ente, quodlibet ens.

Et hæc eſt propria ratio, quòd ens creatum ſit proprius, ideſt, per ſe primò effectus ſolius Dei; quia, ſcilicet ſolus Deus inter omnes cauſas nihil neceſſariò præſupponit, ſed ea omnia poteſt efficere, quæ requiruntur ad hoc, vt aliquid ſit: quod facile patet, ſi diſtinguamus factibilium rerum ordines. Nam quidam ſunt materiales, quidam immateriales; ad eſſe rerum materialium neceſſaria eſt materia, quæ primum eſt omnium ſubiectum; & ideo nullo præexiſtente fit ſubiecto.

Immaterialia verò à ſolo Deo produci poſſunt, vt probat S. Thom. infra quæſt. 45. artic. 5. in corpore, & ad primum: *Agentia verò creata* (inquit) *per generationem, aut quamcunque aliam operationem efficere non poſſunt ens abſolutè, ideſt per ſe primò, ſed hoc ens, vel tale.* Quæ verba Bannes, & Zumellus non bene ponderantes, interpretati ſunt ſecundas cauſas producere hoc ens, & tale ens, determinando ipſum eſſe ad hoc eſſe in hac ſpecie, non tamen producendo ipſum eſſe; ſed cauſando eius determinationem.

S. Thom.

Bannes. Zumel.

Sed hæc interpretatio falſa eſt, & contra mentem Sancti Thomæ: quod ſic oſtenditur; Nam vel nomine determinationis intelligunt modum intrinſecum; aut eſſentialem differentiam, per quam eſſe determinetur ad tale eſſe; aut diſpoſitionem ſubiecti, qua fiat talis eſſe ſuſceptiuum. Si primum id eſt impoſſibile: nam agens phyſicum ſua operatione in rem, prout in ſe eſt, terminatur, & non tantùm in aliquam differentiam, vel modum ſola ratione diſtinctum; igitur producendo determinationem producit etiam eſſe. Si ſecundum, hoc non eſſet; niſi quia agens naturale producit formam, & totum compoſitum; Deus autem cauſat eſſe: hoc autem eſt impoſſibile; quoniam agens non cauſat formam, niſi illam educendo de potentia materiæ; at eductio formæ de potentia materiæ, nihil aliud eſt, quàm reductio illius de potentia ad actum; quæ reductio non fit, niſi per eſſe; ergo agens naturale cauſando determinationem cauſat eſſe. Vnde etiam generatio dicitur mutatio de non eſſe ad eſſe. Non enim agens agere poteſt ſolam eſſentiam producendo; tum quia omnis productio terminatur ad eſſe; tum quia per productionem res educitur de potentia ad actum. Vt autem oſtendimus ſupra quæſt. 3, artic. 4. in ſpeciali controuerſia de eſſentia, & exiſtentia, ſemper eſſentia eſt actu eſſentia, & tamen ſimpliciter nihil eſt; fit autem ens actu ſimpliciter per actionem agentis effectiuè; & per exiſtentiam formaliter; ergo per actionem agentis attingitur, & producitur exiſtentia; alioquin agens ſua actione nihil omnino faceret; non enim ſufficit in eodem inſtanti, in quo ſecundum agens dicitur operari, per aliam actionem à primo agente eſſe produci: Nam ex hoc nil aliud habetur, niſi actionum vtriuſque agentis concomitantia; non autem, quòd per actionem ſecundi agentis fiat aliquod ens reale, cum virtute illius actionis nihil procedat de potentia ad actum.

Reijcitur interpretatio Bannesij, & Zumelli.

Prima rō.

Secunda rō.

Præterea, vel operatio, qua Deus eſſe producit,

A eſt creatiua, vel eductiua: ſi primum; igitur cuiuſlibet rei exiſtentia eſſet ſubſiſtens, & independens in eſſe, & fieri à receptiuo; quod pluſquàm falſum eſt: Primò, quia exiſtentia in fieri, & in eſſe dependet à ſuo receptiuo, quod eſt eſſentia, cuius eſt vltima actualitas. Secundò, quia oporteret aſcribere creato agenti actionem vnitiuam exiſtentiæ, cum eſſentia, quemadmodum fit in hominis generatione, quoniam anima intellectiua per creationem deforis venit. Si verò affirmetur ſecundum, videlicet actionem, qua Deus exiſtentiam producit, eſſe eductionem, æquè poterit eſſe ab agente creato; quoniam talis actio nulla ratione ſuperat

B vim agentis creati, neque ex actus ſiue termino actionis formali, neque ex tali agendi modo. Non ex formali termino; quoniam tantæ perfectionis eſſe eſt in agente, quantæ eſt in re producta, & quandoque maioris, vt in agente æquiuoco. Neque ex tali agendi modo, ſcilicet eductiuo ex præexiſtente ſubiecto; Quoniam hic eſt proprius agenti creato; Igitur productio exiſtentiæ ſubditur facultati agentis creati.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

C Prima concluſio. Eſſe eſt proprius, ideſt, per ſe primò effectus Dei. Hæc patet ex diſcurſu præmiſſo, & auctoritatibus Sancti Thomæ ſupra allegatis.

Secunda concluſio. Secundæ cauſæ producunt eſſe, non tamen per ſe primò, ſed per accidens modo explicato. Hæc etiam ex dictis firma relinquitur.

Argumenta, & ſolutiones.

Contra ſecundam concluſionem argumentantur prædicti expoſitores contrariæ ſententiæ defenſores.

Primò. Eſſe rerum materialium non conuenit

D primò, nec immediatè materiæ, ſed prius conuenit formæ, & compoſito, quàm materiæ; non enim materia per ſe ſola creatur, aut conſeruatur à Deo; ergo, ſicut immediatè immediatione ſuppoſiti, & non tantùm virtutis Deus eſt cauſa eſſe, prout eſt materiæ, erit etiam multò magis immediatè cauſa eſſe, prout eſt formæ, & compoſiti.

Reſpondetur duplex eſſe medium; Quoddam intrinſecum, & minimè ſecundùm eſſe diſtinctum ab altero extremo; ſicut vna pars aeris eſt medium reſpectu alterius in illuminatione: & tale medium eſt forma, & compoſitum reſpectu materiæ, quo ad exiſtentiam. Sed hæc non eſt mediatio ſuppoſi-

E talis, de qua loquimur, & ideo admiſſo in hoc ſenſu antecedente negatur conſequentia.

Medium intrinſecũ non tollit immediationẽ ſuppoſitalem agentis.

Aliud eſt medium, quod eſt agens extrinſecum; ſicut vas, quo mediante ignis aquam calefacit, & aer, quo mediante Sol terram calefacit. Et hæc eſt mediatio ſuppoſitalis, de qua tractamus: quæ non poteſt interuenire in creatione, vel conſeruatione materiæ. Nam agens in generatione compoſiti non producit eſſe, quatenus eſt materiæ abſolutè loquendo; præexiſtebat enim materia eadem,

licet

licèt ſub alio eſſe, cum ſic ingenerabilis, & incorruptibilis, ſi,que primum generationis ſubiecta; ſed producit agens exiſtentiam, quatenus eſt formæ, & compoſiti; quæ prius non erant, niſi in potentia materiæ, & conſequenter etiam producit eſſe materiæ, non abſolutè, ſed quatenus tale eſt, puta eſſe Leonis, aut Bouis: De conſeruatione verò materiæ alia ratio eſt: nam conſeruari dicitur materia, non per hoc, quod nunc ab hoc agente particulari recipit hoc eſſe, ſed per hoc, quod ſemper habet eſſe influxum ab agēte primo, quod eſt ipſum eſſe per eſſentiam, ſicut diaphanum conſeruatur in eſſe luminoſo per continuum lucis influxum à Sole.

Secundò, *quia ex ſententia Caietani ſequitur Deum non tam intimè*, & immediatè operari in Leone, quando generatur, & conſeruatur, ſicut operatur in Angelo. Probatur conſequentia; quia ſecundum Caietanum in Leone genito non operatur immediate immediatione ſuppoſiti, ſed tantū virtutis: in Angelo verò vtraque immediatione.

Deus æquè intimè eſt in leone, ſicut in Angelo.

Ad hoc negatur conſequentia, quo ad illud aduerbium intimè: Nam mediatio ſuppoſitalis non tollit intimitatem, vt patet ex dictis in præcedente controuerſia: Quo ad alium verò terminum, videlicet immediate immediatione ſuppoſiti, reſpōdetur nullum eſſe inconueniens; immo neceſſariū ad ordinem vniuerſi conſeruandum, eſſe quædam agentia ſuppoſitaliter media inter Deum, & effectus naturaliter productos, & ipſis effectibus immediata; quoniam hoc maximè pertinet ad rerū dignitatem, & ordinem vniuerſi conſeruandum, vt ſint quædam proximæ, & immediatæ cauſæ diuinæ virtutis participes ſuorum effectuum productiuæ.

Quarta Controuerſia.

De ſenſu illius propoſitionis. Eſſe eſt id, quod eſt magis intimum, et quod profundius omnibus ineſt, cum ſit formale reſpectu omnium.

Proponuntur, & refutantur ſententiæ expoſitorum.

Tribus modis exponitur hæc propoſitio ab interpretibus D. Thom.

Caiet.

Nam Caiet. illam interpretatur de eſſe exiſtentiæ dicens, hoc dici profundius, & intimius omnibus ex hoc, quod eſt formale reſpectu omnium; quia nihil eſt in re, quod non actuetur per eſſe: Nā exiſtentia omnem partem, tam eſſentialem, quàm integralem, omne prædicatum, ſiue ſit eſſentiale, ſiue ſit accidentale, omnem denique gradum, & omnem rationem ſua actualitate perficit, & informat; quod de nullo quantumuis intrinſeco, & eſſentiali prædicato dici poteſt. Eandem ſententiā ſequitur Iauellus addens, quòd eſſe eſt fundamentum omnium aliarum perfectionum. Syluester eādem propoſitionem exponit de eſſe exiſtentiæ; ſed longè diuerſo modo. Ait enim exiſtentiā eſſe magis intimam comparando illam ad ea, quæ ſunt

Iauellus. Syluester.

A in re, & non ſunt res; vt ſunt (inquit) omnia accidentia, & etiam ſingulæ partes, & maximè ſine quibus res eſſe poſſet: quia eſſe perficit immediatè ipſam eſſentiam ante omnia accidentia: Si autē fiat comparatio ad ipſam eſſentiam, non eſt intimius; quia eſſentia eſt idem rei; non autem eſſe; vnde non eſt intimius prædicatis eſſentialibus; vt quidam videntur opinari. Hæc ille. Vltima expoſitio deſumi poteſt ex Ferrarienſi in primo contra gentiles cap. 28. quo loco exponēs dictum D. Thomæ, videlicet, ***quod nobilitas cuiuſcunque rei eſt ſibi ſecundùm ſuum eſſe***, ait, quod non intelligitur de imperfecto eſſendi gradu, qui eſt exiſtere tantum; nec de eſſe cuiuſcumque formæ veluti præciſo à forma; ſed intelligendum eſſe de forma, vt dat eſſe; cum omnis nobilitas ſit à forma; nō quidem, vt à re ſeparata ſecundum eſſe, ſed quatenus intelligitur rei ſecundùm eſſe coniuncta; ſiquidē nihil eſt alicuius rei forma & perfectio, niſi prout ei dat aliquod eſſe: Nam ſapientia non eſſet hominis forma, & perfectio, niſi eidem ſapientem eſſe daret; cum ergo hic affirmat S. Thom. ***quod eſſe eſt id, quod eſt magis intimum, cum ſit formale reſpectu omnium***, facilè exponeret Ferrarienſis intelligendum eſſe de forma, prout dat eſſe.

Ferrarien.

Sed ſi quis paulò attentius cōſideret verba D. Thom. in hoc articulo, & in primo contra gentiles cap. 28. & vbi de hac materia loquitur, cognoſcet nullam ex dictis expoſitionibus attingere mentē S. Doct. Nam licet eſſe exiſtentiæ ſingulas rei partes, gradus, & rationes attingat, & actuet; ſolum tamen vltimæ differentiæ rationem immediatè actuat, & reliquas omnes mediante illa; vt optimè declarat Caietanus in ſexto cap. de ente, & eſſentia exponens etiam illa verba Porphirij. *Differentia eſt, quæ conducit ad eſſe.*

Reijcitur ſententia Caietani.

Igitur eſſe non magis intimè attingit reliquos gradus, quam vltima differentia, immo minus; quia hæc eſt intrinſeca rei conſtitutiua, & omniū reliquorum graduum actus, & determinatio: eſſe autem eſt extrinſecum ... Et licet differentia actuetur per eſſe, & ea mediante reliqui gradus, hinc tamen non efficitur, quòd eſſe ſit intimius; ſed quod eius actualitas ſit extenſior.

Dicere autem hic non fieri comparationem ad prædicata eſſentialia, vt ait Syluester, hoc expreſſe repugnat doctrinæ S. Thom. ſupra quæſt. 3. art. 4. & quæſt. 4. art. 1. ad tertium; ad quæ loca hic ſe remittit S. Doct. Cōſtat autem manifeſtè in dictis locis fieri cōparationem ipſius eſſe ad omnes formas, & gradus eſſentiales. Expoſitio verò Ferrarienſis nec facilè poteſt extendi ad præſentem textum, nec conſonat menti S. Thom. in dicto capitulo, vbi ſermo eſt de nobilitate, & formalitate ipſius eſſe in comparatione ad formas & alias perfectiones, ſiue actualitates, quatenus ab illis diſtinguitur.

Refutatur expoſitio Syluestri. S. Tho.

Excluditur interpretatio Ferrar.

Reſolutio.

Probatur eſſe, ideſt entitatem, prout eſt communis entitati nominaliter, & participialiter, eſſe id, quod eſt magis intimum, & profundius omnibus ineſt.

OCcurrit autem mihi quarta quædam expoſitio, quam exiſtimo conſonam eſſe menti S. Thom. Ad cuius euidentiam. Notandum eſt primò; rationem formalem entis à Metaphyſico cõſideratam eſſe communem enti nominaliter, & participialiter ſumpto, & ſimiliter eſſentiæ, & exiſtẽtiæ, abſtractam eo modo, quo fit abſtractio analogi ab analogatis; vt patet euidenter ex Ariſt. 4. metaph. tex. 2. vbi docet Philoſophus ea omnia dici entia, quæ aliquam habent habitudinem ad ſubſtantiam; extenditq; entis analogiam, vſque ad priuationes, & negationes propter dictam habitudinem. Conſtat autem exiſtentiam habere habitudinem ad ſubſtantiam, cum ſit vltima actualitas illius, & etiam accidentium, quæ ad ſubſtantiam ordinem habent.

Ariſt.

Obiectum diuinæ potentiæ.

Secundo conſiderandum eſt totam latitudinẽ entis à Deo diſtincti eſſe obiectum diuinæ potentiæ, à qua, vt diximus ſupra quæſt. 3. art. 4. non tantùm producitur exiſtentia, ſed etiam rerum eſſentiæ ſub exiſtentia; per quam formaliter ſunt entia realia ſimpliciter, & abſolutè loquendo.

Itaque, quando dicimus ens per ſe primò fieri à Deo, & eſſe obiectum diuinæ potẽtiæ, loquimur non de ſolo ente, quod formaliter dicit exiſtentiã; ſed etiam de ente, quod dicit eſſentiam ſub exiſtẽtia; Igitur eſſe, quod ſignificat rationem formalẽ obiecti diuinæ potentiæ, non erit tantum exiſtentia, ſed erit tota latitudo entitatis, prout extenditur ad omnes gradus, & modos eſſendi, quatenus modi eſſendi ſunt formaliter. Quod probatur primo: Quoniam ratio entis creati de illis omnibus formaliter, & immediatè prædicatur. Secundò probatur auctoritate D. Thom. ſupra quæſt. 4. art. 2. in corpore: vbi probans Deum eſſe perfectiſſimum vtitur pro medio, quòd Deus eſt cauſa æquiuoca, & eſt ipſum eſſe, in quo eminentiori modo præexiſtit tota eſsẽdi perfectio, & ſubſumit, quod *omnium rerum perfectiones pertinent ad perfectionem eſſendi, quoniam* (inquit) *ſecundùm hoc aliqua perfecta ſunt, quod aliquo modo eſse habent*. Ergo teſte D. Thom. perfectio eſſendi, quæ idem eſt formaliter, quod eſſe, non dicitur de ſola exiſtentia; ſed etiam de quolibet alio eſſendi modo. Et idem habet primo cont. gent. cap. 28.

S. Thom

Tertio ſciendum eſt, ens ſiue eſſe ſecundùm prędictum modum communitatis, & abſtractionis ſumptum, eſſe id, quod eſt magis intimum, & profundius omnibus ineſt, & quod eſt formale reſpectu omnium.

Et inchoando ab hoc vltimo. Certum eſt, quo aliquid communius eſt, eo formalius eſſe; ſi ſub abſtractione formali conſideretur: Nam ſecundũ talem abſtractionem oritur in re abſtracta diſtinctio, & actualitas; Et quia ens eſt omnium abſtractiſſimum, ideo eſt omnium actualiſsimũ, & for-

A malisſimum. Conſtat autem rationem formalem entis ſignificari per eſſe; non prout dicit eſſe exiſtentiæ (ſic enim non eſt ratio formalis entis, quæ illi eſt intrinſeca, ſicut humanitas homini) ſed prout idem eſt, quod entitas; quæ non differt ab ente, niſi vt abſtractum, & concretum: quia entitas ſignificatur per modum formæ totius. Et quoniam ens, vt diximus, commune eſt ad ens nominaliter, & ad ens participialiter ſumptum; ideo ẽt eſſe communitatem habet ad rationem formalẽ entis, vtroque modo ſumpti, & ſic prædicatur de qualibet rei intrinſeca entitate, ſiue de quolibet eſſendi modo, & gradu, & de rei exiſtentia, a qua

B dicitur ens participialiter, quod idem eſt, quod exiſtens. Cum itaque eſſe in ſuo formaliſſimo, & abſtractiſſimo conceptu vtrumque eſſe complectatur; ſequitur, quòd eſſe ſecundùm totam latitudinem ſuæ rationis formalis ſumptum ſit omnium, quæ ſunt in re formalisſimum; quamuis cõparatis inter ſe duobus primis modis prædictis, quibus eſſe diſtinguitur, vnum, videlicet eſſe exiſtentiæ, ſit alio actualius, & formalius; cum ſit illius actualitas. Et quoniã ratio entis intimè clauditur in quolibet gradu, & ratione formali, cum nullus ſit gradus, & ratio formalis in re, cui entitas non conueniat, & rurſus exiſtentia ſuo modo

C omnem gradum, & omnem rationem formalẽ rei attingat; & formaliter extra nihil conſtituat, ſequitur, quod eſſe ſecundum totam ſuę rationis formalis latitudinem ſit omnium, quæ ſunt in re, maxime intimum: licet comparãdo eſſe inter ſe, vnũ, videlicet rei entitas, vt eſt abſtractum entis nominaliter dicti, ſit quid intimius, quàm eſſe exiſtentiæ. Vnde entitas, non tantùm differentiæ vltimæ; ſed etiam ſupremi generis eſt quid intimius, quã exiſtentia; ſed exiſtentia in ratione actus, & realitatis formalis, quia ſcilicet omnium, quæ ſunt in re, eſt actualitas, & realitas, eſt maximè intima.

Et huic dicẽdi modo mihi videntur omnia cõ-

D ſonare; & contra viam hanc nulla (quod ſciam) militant argumenta. Ex dictis deducuntur tres concluſiones cum vno corollario.

Tres concluſiones deductæ, cum vno corollario.

PRima concluſio. Propoſitio D. Tho. videlicet *eſse eſt id, quod eſt magis intimum, & quod profundius omnibus ineſt, & quod eſt formale omnium, quæ ſunt in re.* Intelligenda eſt de eſſe, prout abſtrahit ab eſſe, à quo dicitur ens nominaliter, & ab eſſe, à quo dicitur ens participialiter. Hæc patet ex dictis.

Secunda concluſio. Eſſe priori modo, prout ſci-

E licet dicit gradum eſſendi, ſiue rationem formalẽ entis nominaliter ſumpti, eſt intimius ſimpliciter, quàm eſſe exiſtentiæ. Probatur: Quia includitur in conceptu cuiuslibet rei quidditatiuo; non autem exiſtentia.

Tertia concluſio. Eſſe exiſtentiæ eſt formalius eo eſſe, quod dicit gradum eſſendi. Probatur: quoniam hoc actuatur per illud.

Corollarium eſt: Facile poſſunt concordari di-

Concord...

uerſa

uerſa dicta D.Thom.Probatur: Nam quandoque prædicta,vel vnum eorum enunciat de eſſe abſtractiſſimè,& communiſſimè ſumpto, quandoq; de ſolo eſſe exiſtentiæ. Vtrumque enim verum eſt, vt ex dictis apparet. Sed materiæ diuerſitas,puta diuinę perfectionis,potentiæ,creationis, exiſtentiæ in rebus,diuerſæ loquutionis cauſam præbuit: & Caiet. egregius expoſitor in hoc articulo ſupponens id,de quo nulla,aut modica poterat eſſe difficultas,explicat illud, quod in controuerſiam facilè vocari poterat; quomodo ſcilicet eſſe exiſtentiæ ſit maximè intimum, & profundius omnibus inſit.

Explicatur ſenſus Caiet.

ARTICVLVS II.

Vtrum Deus ſit vbique.

40 1.d.37.q.1. art.1. & 3. & 3. cont. c.68.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur,quòd Deus non ſit vbiq;. Eſſe enim vbique, ſignificat eſſe in omni loco; Sed eſſe in omni loco non conuenit Deo, cui non conuenit eſſe in loco: nam incorporalia,vt dicit Boet.in lib.de hebdom.* non ſunt in loco; Ergo Deus,non eſt vbique.

Huius lib. titulus eſt. an omne, quod eſt, bonum ſit, circa principium illius.

2 Præterea: Sicut ſe habet tempus ad ſucceſſiua,ita ſe habet locus ad permanētia; Sed vnum indiuiſibile actionis,vel motus,non poteſt eſſe in diuerſis temporibus;ergo, nec vnū indiuiſibile in genere rerum permanentium poteſt eſſe in omnibus locis. Eſſe autem diuinum non eſt ſucceſſiuum,ſed permanens; Ergo Deus non eſt in pluribus locis. Et ita non eſt vbique.

3 Præterea: Quod eſt totum alicubi, nihil eius eſt extra locum illum; Sed Deus, ſi eſt in aliquo loco,totus eſt ibi:(non enim habet partes) ergo nihil eius eſt extra locum illum; Ergo Deus non eſt vbique.

Sed contra eſt,quod dicitur Hierem. 23. Cœlum,& Terram ego impleo.

Reſpondeo. Dicendum, quòd cum locus ſit res quædam,eſſe aliquid in loco,poteſt intelligi dupliciter. Vel per modum aliarum rerum,id eſt, ſicut dicitur aliquid eſſe in alijs rebus,quocunque modo, ſicut accidentia loci ſunt in loco. Vel per modum proprium loci, ſicut locata ſunt in loco. Vtroque autem modo ſecundùm aliquid Deus eſt in omni loco, quod eſt eſſe vbique. Primò quidem ſic eſt in omnibus rebus,vt dans eis eſſe,& virtutem,& operationem;ſic enim eſt in omni loco,vt dās ei eſſe,& virtutem locatiuam. Item locata sūt in loco,inquantū replent locum; & Deus omnem locum replet; non ſicut corpus (corpus enim dicitur replere locum, inquantum non compatitur ſecum aliud corpus:)ſed per hoc,

A quòd Deus eſt in aliquo loco,non excluditur, quin alia ſint ibi; immò per hoc replet omnia loca,quòd dat eſſe omnibus locatis,quę replent omnia loca.

Ad primum ergo dicendum,quòd * incorporalia non ſunt in loco per contactum quantitatis dimenſiuæ,ſicut corpora; ſed per contactum virtutis. D. 810.

Ad ſecundum dicendum,quòd indiuiſibile eſt duplex; vnum quod eſt terminus continui, vt punctus in permanentibus, & momentum ī ſucceſſiuis. Et huiuſmodi indiuiſibile in permanentibus,quia habet determinatum ſitum,

B non poteſt eſſe in pluribus partibus loci, vel in pluribus locis; & ſimiliter īdiuiſibile actionis,vel motus; quia habet determinatum ordinem in motu,vel actione, non poteſt eſſe in pluribus partibus temporis. Aliud autem indiuiſibile eſt,quod eſt extra totum genus cōtinui; & hoc modo ſubſtantiæ incorporeæ, vt Deus,Angelus,& anima,dicuntur eſſe indiuiſibiles. Tale igitur indiuiſibile non applicatur ad continuum; ſicut aliquid eius; ſed inquantum contingit illud ſua virtute; vnde ſecun-

C dùm,quòd virtus ſua ſe poteſt extendere ad vnum,vel multa,ad paruum,vel magnum, ſecundùm hoc eſt in vno,vel pluribus locis, & in loco paruo,vel magno.

Ad tertium dicendum,quòd totum dicitur reſpectu partium. Eſt autem duplex pars,ſcilicet pars eſſentiæ,vt forma, & materia dicuntur partes compoſiti; & genus, & differentia partes ſpeciei. Et etiam pars quantitatis, in quam, ſcilicet diuiditur aliqua quantitas. * Quod ergo eſt totum in aliquo loco totalitate quantitatis,non poteſt eſſe extra locum il- D. 640 176

D lum; quia quantitas locati commenſuratur quantitati loci,vnde non eſt totalitas quantitatis: ſi non ſit totalitas loci. Sed totalitas eſſentiæ non commēſuratur totalitati loci. Vnde non oportet, quòd illud, quod eſt totum totalitate eſſentiæ,in aliquo, nullo modo ſit extra illud. Sicut apparet etiam in formis accidentalibus,quæ ſecundùm accidens quantitatem habent: albedo enim eſt tota in qualibet parte ſuperficiei, ſi accipiatur totalitas eſſentiæ: quia ſecundùm perfectam rationem

E ſuæ ſpeciei, inuenitur in qualibet parte ſuperficiei. Si autem accipiatur totalitas ſecundùm quantitatem, quam habet per accidens; ſic non eſt tota in qualibet parte ſuperficiei. In ſubſtantijs autem incorporeis non eſt totalitas,nec per ſe,nec per accidens,niſi ſecundùm perfectam rationem eſſentiæ. Et ideo,ſicut anima eſt tota in qualibet parte corporis, * ita Deus totus eſt in omnibus,& ſingulis. 177

Ratio

Digitized by

Ratio ordinis, & ſenſus quæſiti.

IN articulo præcedente quæſitum eſt, an Deus ſit in omnibus rebus, quatenus res ſunt abſolutè: hic autem quæritur, an ſit vbique, ideſt in omnibus locis, vt loca ſunt; eſt autem prior ratio rei ratione loci abſoluti; Vnde patet ordo præcedentis, & præſentis articuli.

Forma Textus.

PRemiſſa diſtinctione S. D. reſpondet duabus concluſionibus ad quæſitum.

Diſtinctio eſt; Eſſe in loco poteſt intelligi dupliciter. Vno modo per modum aliarum rerum, ideſt eo modo, quo dicitur aliquid eſſe in alijs rebus quocunque modo id contingat, ſiue, vt accidentia loci ſunt in loco, ſiuè per modum agentis. Alio modo poteſt intelligi aliquid eſſe in loco per modum loci, ſicut locata ſunt in loco. Probatur hæc diſtinctio: Quoniam locus eſt res, & eſt locus; ergo duobus modis poteſt intelligi, &c.

Prima concl. eſt. Deus eſt in loco per modũ aliarũ rerum. Probatur: Deus dat eſſe, & virtutem locatiuam loco; ergo eſt in loco per modum aliarum rerum, ideſt per modum, quo eſt in alijs rebus. Probatur conſequentia: quia Deus eſt in omnibus rebus, vt dans eſſe, & virtutem, & operationem.

Secunda concluſio. Deus eſt in omni loco per modum loci. Probatur: Locata ſunt in loco, inquantum replent locum; at Deus omnem locum replet; ergo Deus eſt in omni loco per modum loci. Minor declaratur, & probatur, ex differenti modo replendi locum, qui conuenit corpori, & qui conuenit Deo: Nam corpus replet locum per hoc, quòd non compatitur ſecum aliud corpus; ſed Deus dicitur replere locum, non per hoc, quòd excludat corpora ab eodem loco ſed per hoc, quòd dat eſſe omnibus locatis, quæ replent locum.

Expoſitio Textus.

Formalis diſtinctio ex Caiet.

DIſtinctio formalis, vt notat Caietanus, in hoc conſiſtit; quod replere locum ſtat dupliciter; ſcilicet formaliter, & effectiue. Corpus locatum replet locum formaliter; Deus autem effectiue. Et hinc ſequitur alia differentia nimirum, vt corpus replens excludat omnia alia; Deus autem non tantum nõ excludit; ſed etiam facit ea locari. Et quoniã locari formaliter eſt abſolute locari; effectiue vero locari, eſt locari ſecundum quid, ſiue aliquo modo, ideo S. Tho. non dixit abſolute Deum eſſe in loco, vt locus eſt, ſed quodammodo.

Deum effectiuè replere locũ dupliciter.

Aduertẽ tamen dupliciter intelligi poſſe Deum effectiuè replere locum, & eſſe in loco: Vno modo ex hoc præcisè, quòd effectiue cauſat corpus, qđ replet locum. Et ſic etiam ignis generans ignẽ diceretur replere locũ effectiuè: Alio modo ex hoc, quod effectiue tali modo dat eſſe corpori, videlicet, vt primum efficiens, à quo omnia pendent in fieri, & in conſeruari, & vt agens immediate immediatione virtutis, & ſuppoſiti, & vt intimè præ-

A ſens rei ſecundùm ſe totam, & quamlibet eius partem. Quæ omnia Deo propria ſunt, oſtenduntque ſolum Deum totum loci ambitum, in corpus locatum operando ſua operatione contingere. Hæc vnico verbo S. Thom. expreſſit dicens Deum per hoc omnia loca replere, quod dat eſſe omnibus locatis, intelligens Deum dare eſſe modo in articulo præcedente, & hic à nobis expreſſo. Vnde Syluester hic gratis reprehendit dictam diſtinctionem Caietani.

Poſſet tamen ſecundò dici ſolùm Deum replere locum effectiuè tantùm: nam corpus generans aliud corpus, replet quidem locum effectiuè cau-
B ſando ſcilicet corpus, quod replet locum; ſed tamen per ſeipſum etiam replet locum formaliter; quod Deo non conuenit. Angelus verò nullo modo poteſt corpus generare immediatè; quia non poteſt per ſeipſum mouere materiam ad formam, ſed tantùm medijs corporibus, applicando ſcilicet actiua paſſiuis.

Et ideo nec replet locum formaliter, nec effectiuè in ſenſu noſtro; dico autem in ſenſu noſtro; quoniam operari in loco, vt operatur Angelus, nõ eſt efficere immediatè, vt corpus locetur. Vnde Angelus locatur formaliter, ſed æquiuocè ad locari formaliter ipſius corporis. Deus autem loca-
C tur, & formaliter æquiuocè, & effectiuè modo dicto. Poſtremo dico, S. Thom. hic affirmare Deum eſſe vbique, quia replet omnia loca effectiuè; quod nulli corpori, aut ſpiritui conuenit.

Controuerſia vnica.

An Deus ſit in ſpatio infinito extra Cælum.

Sententiæ expoſitorum, & aliorum Doctorum.

D DVæ ſunt contrariæ ſententiæ in hac controuerſia: nam Caietanus ſuper 12. cap. Ioannis exponens illa verba. *Ego lux veni in mundum*, ait: *Niſi extra mundum ante fuiſſet, non diceret, in mũdum veni.* Et addit. *Solius autem Dei proprium eſt eſſe extra mundum.* Quibus verbis ſatis aperte ſignificat, ſua opinione Deum eſſe in ſpatio infinito extra cęlum. Eandem ſententiam defendunt pluri-mi Doctores moderni, & expoſitores S. Thom. videlicet Ludouicus Molina, Gregorius de Valẽtia, Franciſcus Zumellus, Franciſcus Suarez, diſput. metaph. trigeſima, ſect. ſeptima, à numero vigeſimo octauo, vſque ad quadrageſimum, & Alexander Peſantius, ſuper hoc articulo. Ex antiquiori-
E bus autem pro hac ſententia nominantur, Sãctus Bonauentura in primo, diſtinctione 37. quæſt. 20. Ricardus eadem diſtinct. art. 1. quæſt. 2. Hanc ſententiam explicant quinque propoſitionibus.

Prima propoſitio; Deus actu, & vere eſt extra mundum in ſpatio infinito à nobis immaginato.

Secunda propoſitio; Deus eſt in dicto ſpatio per immenſitatem ſuæ ſubſtantiæ, & tanquam continens omnia poſſibilia, quæ ibi producere poteſt.

Tertia propoſitio; Deus non eſt in ſpatio immaginario

ginario, quaſi aliquid aliud ſua virtute cōtingēs; ſed per realem præſentiam ſuam.

Quarta propoſitio; Ad hunc præſentiæ modum non eſt neceſſarium, vt ſpatium ſit aliquid præter Deum ipſum; ſed ſatis eſt, vt à nobis apprehendi poſſit per modum cuiuſdam vacuitatis aptæ repleri corporibus, vt per habitudinem ad illam poſſimus dictam Dei præſentiam concipere, & declarare.

Quinta propoſitio; Quemadmodum Deus ab æterno, antequam mundum conderet, erat in ſemetipſo, cum tamen eſſet præſens ſpatio infinito; ita nunc præſens eſt ſpatio infinito extra cœlum, & eſt in ſemetipſo.

Has verò propoſitiones illuſtrant exemplo corporis exiſtentis in loco: Nam corpus (inquiunt) duplicem habet reſpectum. Vnum ad locum; qui eſt reſpectus contenti ad continentem. Alium reſpectum habet ad ſpatium, quod occupatur à corpore, ad quod comparatur, vt replens ad repletū: nam tale ſpatium, niſi repleretur, eſſet vacuū. Inter quos reſpectus eſt duplex differentia. Prima eſt; quòd primus non poteſt eſſe ſine ſecundo; at ſecundus poteſt eſſe ſine primo, vt patet in toto vniuerſo, quod à nullo continetur, & tamen replet ſpatium: Sicut etiamſi Deus annihilaret vniuerſa corpora, quæ ſunt circa terram, à nullo contineretur terra, & tamen ſpatium occuparet.

Secūda differentia eſt; Quod primus reſpectus terminatur ad rem realem, ſecundus autē ad nullam rem terminatur; ſed tantùm eſt quidam modus ipſius corporis, quod replet hoc ſpatium, & non aliud. Ipſum autem ſpatium, vt diſtinctum à corpore, non eſt res aliqua. Quidam illud appellant diſtantiā, ſeu vacuitatem aptam repleri corpore, alij verò dicunt eſſe ſolam capacitatem, hoc eſt non repugnantiam per comparationem ad potentiam diuinam ad recipiendum corpus tantæ, vel tantæ quantitatis, ſi ibi a Deo collocetur; nihil tamen poſitiuum eſſe; ſed ſe habere per modum priuationis. & eſſe tanquam vacuum aptum repleri corpore.

Dicunt itaque Deum propriè loquendo neutrum habere dictorum reſpectuum, ſcilicet contēti, vel replentis; ſed habere aliquid proportionaliter correſpondens vtrique reſpectui: Nam quod attinet ad primum reſpectum, Deus non eſt in aliqua re tanquam contentus ab illa, ſed eſt in omnibus rebus tanquam continens omnia ſua virtute actiua, & conſeruatiua: ſed hunc reſpectum nō habet Deus ad ſpatia immaginaria extra mundum; quia Deus in illis nihil efficit, aut conſeruat.

Secundum autem reſpectum, ſcilicet replentis ad repletum, non habet Deus propriè, ſcilicet modo quantitatiuo; ſed loco illius habet præſentiam ſubſtantialem, qua intimè adeſt omnibus, & replet omnia; quam præſentiam haberet Deus in rebus, etiam ſi per impoſſibile nihil in eis operaretur. Affert aliud exemplum Suarez: Nam corpus Chriſti extra cęlum exiſtens ibi realiter eſt præſens abſque corpore circumſcribēte, & replet corporaliter illud ſpatium, quod occupat; non quia

[Sua]rez.

A ſpatium illud, prout cōdiſtinctum à corpore Chriſti, ſit aliquid reale; ſed quia per ipſius corporis præſentiam fit corporale ſpatium, & reale, quod de ſe vacuum, & nihil erat.

Ad hunc ergo modum (inquit) vt ſubſtātia Dei eſſet ibi præſens, antequā ibi adeſſet corpus Chriſti, non eſt neceſſe illud ſpatium eſſe aliquid reale diſtinctum à ſubſtantia Dei, & hanc præſentiam ſubſtantialem appellat Suarez intrinſecam, & abſolutam, quia non eſt cum habitudine ad aliquid reale; præſentiam verò, quam habet Deus per operationem in rebus, nominat præſentiam cōtactus virtualis, ex proportione ad corpora, eodem ferè

B modo, quo ſupra.

Oppoſitam ſententiam tenent cōiter ſcolaſtici Doctores, & in primis S. Thom. in primo ſententiarum, diſtinct. 37. quæſt. 2. artic. 3. dicens Deum ex tempore eſſe vbique, quod certè falſum eſſet, ſi ab æterno fuiſſet in ſpatio infinito immaginario. Et in articulo præcedente docet Deum eſſe in omnibus rebus: quoniam in eis cauſat, & conſeruat eſſe; in ſpatio autem immaginario, cum nihil ſit, nullum eſſe potuit Deus cauſare. Eandem ſententiam ſequuntur Scotus, Durandus, Capreolus, Albertus Magnus, Aegidius, & alij in dicta diſt. 37. inter expoſitores autem S. Tho. Banneſius, & Vaſ-

C quez huic patrocinantur ſententiæ.

S. Tho.

Scotus. Durandus capreolus Albertus Magnus. Egidius. Bannes. Vaſquez.

Reſolutio.

Probatur immenſitatem ſubſtantiæ non eſſe rationem, qua Deus ſit alicubi, & explicatur, quo ſenſu dici poſſint Deus, Angelus, & corpus eſſe extra mundū.

AD cuius euidentiam ſciendum eſt primò; nomine immenſitatis ſignificari diuinæ eſſentiæ perfectionem, & actualitatem, ac magnitudinem virtutis infinitam, qua potens eſt Deus res, & loca in infinitum producere, & in eis vt ab eo productis, & perenniter conſeruatis exiſtere: ſicut actu

D nunc in rebus omnibus iam ab eo creatis exiſtit, vt earum eſſe omnipotenti, & continua ſua operatione cauſans, & conſeruans. Non enim poſsibile eſt diuinæ ſubſtantiæ immenſitatem purè, & præcisè ſumptam non poſſe eſſe rationem locādi, aut conſtituendi Deum alicubi; ſicut nec ſubſtantia cuiuſuis rei creatæ poteſt illi eſſe ratio, vt in aliquo conſtituatur loco: Nam, quemadmodū quantitas molis in rebus corporalibus eſt ratio ſubſtantiæ corporeæ, quod ſit in loco; ita virtutis quantitas actu exercita, eſt ratio ſubſtantiæ ſpirituali, vt ſit alicubi. Hac ratione vtitur S. Tho. infra quęſtione quinquageſima ſecunda, articulo primo,

E quam etiam tāgit hic ad primum. Sicut ergo ſubſtantia corporea ſpatium replere non poteſt, niſi per quantitatem; ita nec ſubſtantia ſpiritualis ſpatium ſuo modo replere poteſt, niſi ſuæ virtutis operatione. Hanc veritatem ſubtiliter probat Caietanus in dicto artic. 1. quæſt. 52.

Secundò aduertendum eſt; magnam eſse differentiam inter contactum Dei, & contactum creaturæ: Nam contactus creaturæ ſupponit exiſtentiam

tiam rei creatæ; contactus autem Dei non eſt ſupponit,ſed facit. Vnde Deus ſua actione ſimul rem producit;& eidem fit præſens;& eſt in ea; quod cęteris agentibus non contingit. Quare imaginationis eſt deceptio,& falſitas intellectus, exiſtimare Deum,antequam mundum crearet, eſſe per ſuæ ſubſtantiæ immenſitatem in imaginario,ac mentis vanitate conficto ſpatio infinito vbique præſentem, vt mundum in hoc determinato ſitu tanquam præſens creare poſſet; Sed,cum nec præſens eſset Deus, nec abſens alicui rei,(nihil enim erat) creando mundum,ac ſimul cum eo ſpatium,quod mundo conſtringitur, eidem factus eſt intimè præſens.

Tertiò conſiderandus eſt modus loquendi; cũ dicimus,ſpatium,aut Deum eſſe extra mundum: Nam illud aduerbium extra,dupliciter poteſt intelligi. Vno modo poſitiuè, vt dicat differentiam realem loci,vel ſitus.

In quo ſenſu ſecundùm omnes falſa eſt loquutio: nam vltra, vel ſupra vltimam ſphęram nihil eſt: vt ait Ariſtot.in 1. Cœli tex.100. cuius verba ſunt: *Extra cœlum autem oſtenſum eſt,quia neque eſt, neque contingit fieri corpus: Manifeſtum eſt igitur, quia neque locus,neque vacuum,neque tempus eſt exterius.* Alio modo poteſt ſumi aduerbium illud extra negatiuè; vt idem ſit, quod non in mundo; & ſic vera eſt propoſitio, & in hoc ſenſu dicimus Deum poſſe creare lapidem extra mũdum; immò alium mundum,& alios vſque in infinitum: vel ẽt poſſe creare Angelum extra mundum; ideſt nõ in mundo; ſed longè alia ratione à corpore,puta lapide:Nam ſi Deus crearet lapidem extra mundũ, ideſt non in mundo,ſtatim ſequeretur eundem lapidem eſſe extra mundum poſitiuè; non quia ante lapidis creationem eſſet differentia realis loci, vel ſitus vltra hoc vniuerſum; ſed quia ipſa lapidis creatio non in hoc vniuerſo eſſet creatio realis differentiæ ſitus extra vniuerſum. Quia lapis ratione ſuæ quantitatis ferret ſecum ſuum ſitum;At ſi crearetur Angelus non in mundo, non eſſet neceſſe ipſum eſſe extra mundum poſitiuè; cum Angelus non ſit in loco, niſi per virtutis contactum. Quare,ſi nullum corpus ſua virtute contingeret, nullibi eſſet,nec intra, nec extra vniuerſum corporeum.

Et quoniam corpus fert ſecum ſuam quantitatem,ſecundùm quam eſt diſtans,vel propinquum alteri corpori,poteſt Deus creare corpus extra vniuerſum,magis, vel minus diſtans ab eo; prout inter ipſum,& vniuerſum poteſt creari maior, vel minor magnitudo alterius corporis. Vnde tale corpus moueri poſſet appropinquãdo ad vniuerſum: Nec tamen eadem eſt ratio de toto vniuerſo nullo alio exiſtente corpore; quia nullum habet terminum realem,ad quem moueri poſſit.

Non enim ad realem motum ſufficit imaginarius terminus, niſi talis imaginarius terminus in reali magnitudine ſit fundatus,ſicut patet de polis mundi,qui termini, quidem ſunt imaginarij, ſed in reali cœli magnitudine fundamentum habentes.Nec huius quærenda eſt alia ratio,niſi mo-

A tus localis natura,quę duos ex propria ratione ſibi vendicat terminos,ſine quibus nec fieri,nec verè intelligi poteſt. Et quemadmodum totum vniuerſum non eſt alicubi tanquam in loco,ſed eſt in ſemetipſo: ita lapis extra vniuerſum creatus non eſſet alicubi tanquam in loco,ſed eſſet in ſeipſo. Quod eſſe in ſeipſo dicit lapidem quantum cum negatione continentis;ſicut vniuerſum eſſe in ſeipſo dicit ipſum mundum cum negatione continentis. Et quia mundus ſecundùm ſeipſum quantus eſt,dicitur replere ſpatium,non quod ſpatium ſit aliquid reale ab vniuerſi mole diſtinctũ; ſed quia in ſua,vel intra ſuam dimenſionem non compati-
B tur aliud corpus.

Cum autem dicimus Deum eſſe extra mundũ, exponendum eſt negatiuè, ideſt non intra mundũ limitatũ; quia ſua omnipotentia excedit ipſum; non enim diuina virtus ad hoc vniuerſum eſt limitata;ſed poteſt aliud, & aliud vſque in infinitum creare. Eſt igitur Deus non actu,ſed potentia extra mundum; ſicut etiam eſt in potentia in rebus poſſibilibus,vt dixit S.Tho. quolibet. vndecimo, artic.1. afferens rationem; quia Deus ſua virtute excedit non tantùm facta, ſed etiam factibilia.

C *Ex conceſsis ab aduerſarijs probatur eorum ſententiam de exiſtentia Dei in ſpatio infinito vanam eſſe.*

QVartò diligenter notandum eſt affirmantes Deum eſſe in ſpatio illo infinito quatuor confiteri. Primum eſt; ſpatium illud nihil eſſe:Qd poſſet etiam ratione conuinci.

Primò,quia,cum illud ſpatium ſit æternum, ſi eſſet aliquid reale, ſequeretur aliquid reale eſſe Deo coæternum,quod eſt error in fide.

Secundò,quia illud ſpatiũ vel eſſet à Deo creatum,vel ex ſe. Non ſecundùm:quia nullum eſt,aut poteſt eſſe ens independens, niſi Deus. Non primum; quia vel eſt aliquid corporeum, vel aliquid
D ſpirituale;ſi eſt aliquid ſpirituale, vel eſt ſubſtantia,vel eſt accidens. Si ſubſtantia;ergo eſſet intellectiua; nec poſſet eſſe corporum receptaculum;ſi accidẽs,neceſſe eſt aſsignare ſubiectum aliquod; Si autem eſt aliquid corporeum, vel eſt ſubſtãtia; & ſic non erit tantùm ſpatium; ſed corpus infinitum; in quo non poſſet,recipi aliud corpus;vel accidens,& tunc quæritur de ſubiecto; igitur nihil eſt illud ſpatium. Quod ſi quis dicat priuationem eſſe repletionis, cum aptitudine ad poſsibilem repletionem,reddit difficultas de ſubiecto illius priuationis:quod nullo modo poteſt aſsignari.

Secundum eſt; Deum ante mundi creationem
E fuiſſe in ſeipſo; & eodem modo etiam eſſe extra mundũ,iuxta dictum Auguſtini libro tertio contra Maximinum, capit.21. Quo loco interrogat, *vbi nam erat Deus,antequam eſſet mundus?* & reſpondet *in ſeipſo habitaſſe:* Dicitur autem Deus eſſe in ſeipſo negatiuè,quia à nullo exteriori continetur, vt docet S.Thom. infra quæſtione 14. articulo tertio ad primum.

Tertium eſt;Cum dicimus Deum eſſe in ſpatio immaginario,non ſignificari habitudinem ad aliquid

Digitized by Google

quid à Deo diſtinctum, quod Dei virtute, vel immenſitate contingatur: cum ſpatium nihil ſit; ſed quia concipimus ſpatium per modum vacui non repleti corpore, apti tamẽ corpore repleri, ibi (inquiunt) præſentisſima eſt diuina maieſtas, totúq; illud ſubſtantialiter replet; ita Suarez.

Quartum eſt; Deum eſſe in locis imaginarijs modo dicto nihil aliud eſſe, quàm ſic illum habere ſuam entitatem etiam extra mũdum; vt ſi quis extra mundum imaginetur aliquam rem, vel aliquem locum, conſequenter debeat etiam neceſſariò imaginari (ſi de hoc cogitet,) Deum illi rei, vel loco eſſe præſentem; ita Valentia.

Ex quibus manifeſtè ſequitur poſitionem hanc de exiſtentia diuinæ maieſtatis ſecundùm ſubſtãtiæ immenſitatem in ſpatio infinito ſeipſam deſtruere, ac velut ſomnium, aut humanæ phantaſiæ figmentum euaneſcere: Nam, ſi ſpatium illud nihil omnino eſt, ſed ſolùm habet eſſe imaginariũ, dicere Deum eſſe in illo ſpatio quouis modo, eſt dicere Deum eſſe in nihilo, & eſſe in re à nobis imaginata: quod eſt Deum verè non eſſe in ſpatio; ſed concipi, vt exiſtẽtem in ſpatio; quod enim à parte rei Deo congruit, noſtra non indiget imaginatione. Præterea Deum eſſe præſentem ſpatio, aut eſſe in ſpatio, ex ipſa ratione terminorum neceſſariò dicit relationem, cum dicat vnum ens cũ ordine ad aliud, quidquid dicat Suarez; at ex parte Dei non poteſt eſſe realis relatio ad extra, neq; ex parte ſpatij; cum nihil ſit; igitur illa præſentia, vel exiſtentia in ſpatio nihil eſt. Præterea ſpatiũ repleri corpore nihil aliud eſt, quàm corpus ſua quantitate, ſiue dimenſione, ita eſſe diſpoſitum, vt aliud corpus intra eam minimè eſſe poſſit; non autem, quod ſpatium aliquid ſit à corpore diſtinctum; At diuina ſubſtantia quantitatem non habet, qua ita dici poſſit ſpatium replere; quod ſi replere dicatur, quia in ſeipſo eſt, & à ſeipſo omnem extraneam entitatem excludit, hoc iam non erit replere vacuum; ſed à cæteris entibus eſſe diſtinctum.

Relinquitur itaque, vt iuxta quartum ab eis cõceſſum, ſolùm dici poſſit Deum eſſe in ſpatio imaginario: ita ſcilicet, vt ſi quis extra mundum imaginetur aliquam rem, vel locum, conſequenter debeat etiam imaginari Deum illi rei, vel loco eſſe pręſentem; quod libenter admittimus; quia de ſola agitur imaginatione, ne dum rerum, & locorũ, ſed etiam diuinæ præſentiæ. Quod optimè rationi conſonat: nam quemadmodum, ſi ſecundum rem Deus res aliquas, vel loca extra mundũ crearet, neceſſe eſſet etiam ſecundum rem illis Deum eſſe præſentem: quia ſine Deo nec fieri, nec eſſe poſſunt; ita ſi prædicta minime ſint in re, ſed in noſtra tantùm imaginatione, eodem etiam modo ſola noſtra imaginatione erit præſens illis diuina maieſtas.

Concluſio deducta, & probata.

CONcluſio vnica. Deus non eſt in ſpatio infinito extra mundum; nec in eo fuit ante vniuerſi creationem.

A Hæc concluſio probatur rationibus paulò ante productis. Secundo probatur authoritate D. Auguſtini libro vndecimo de Ciuitate Dei capitulo quinto; quem locum contrariæ ſententiæ defenſores pro ſua opinione violenter exponunt. S. Auguſt.

Sed ſi legatur attentè totum illud cap. apparebit ibidem D. Auguſtinum vanam, & inanem exiſtimare illorum hominum cogitationem; qui extra mundum infinita imaginantur ſpatia, in quibus ſit Deus. Argumentatur enim ibidem ducendo ad impoſſibile, vt patet legenti. Vnde idẽ D. Auguſtinus ſuper Pſalm. 122. exponens primum verſiculum videlicet. *Ad te leuaui oculos meos, qui* Pſ.122.
B *habitas in cælis.* Quærit; vbi habitaret Deus, antequàm faceret cœlum, & terram, & antequàm faceret ſanctos; & reſpondet. In ſe habitabat Deus, apud ſe habitabat. Et S. Bernard. in lib. 5. de conſideratione ita quęſitum proponit, & reſoluit. *Alias verò vbi erat, antequam mundus fieret, ibi eſt: non eſt, quod quaras vltra, vbi erat; præter ipſum nihil erat; ergo in ſeipſo erat.* Quod idem Tertullianus paucis, ſed grauiſsimis verbis expreſſit libro contra Praxeam cap. quinto, dicens. *Ante omnia Deus erat ſolus, & ipſe ſibi, & locus; & omnia.* Inanis igitur eſt infiniti ſpatij cogitatio, cum diuinę immenſitatis præſentia tanquam in quodam loco, vel ſitu ante
C mundi creationem; cum ſibi fuerit Deus, & mundus, & locus, & omnia, vt ait Tertullianus.

S. Bernar.

Tertull.

Argumenta, & ſolutiones.

SEd iam aduerſæ opinionis proponenda ſunt argumenta, & ex iactis fundamentis diluenda, vt firmior, & illuſtrior appareat noſtræ, & cõmunioris ſententiæ veritas.

Primo ſic argumentatur Molina: Id, quod exiſtit in vno loco, ſi de nouo incipiat eſſe in alio loco, mutatur; at Deus poteſt creare alium mundũ, & conſequenter poterit eſſe de nouo in ſpatio, in
D quo antea non fuit; ergo poterit mutari. Molina.

Eodem argumẽto vtitur Suarez; & alij ſub alia forma; ſed eadem ſemper eſt vis argumenti: Maiorem probat Molina, exemplo Angeli extendentis ſuam operationem ad maius ſpatium: nam ea extenſione mutatur. Eandem propoſitionem probat Suarez: quia rem eſſe, vbi operatur, non eſt denominatio extrinſeca reſultans ex operatione, aut termino eius; ſed eſt proprietas aliqua, vel conditio prærequiſita ex parte agentis ad operandum; ergo non poteſt hæc conuenire agenti, nec etiam Deo ſine ſui mutatione. Suarez.

Reſpõdetur ad minorem propoſitionem: quòd
E data noui orbis creatione, non acquireret Deus nouum ſpatium per ſui mutationem; ſed per mutationem orbis de nouo creati: falſum enim ſupponit argumentum; videlicet, ſpatium eſſe diſtinctum à corpore; cum ſpatium nihil aliud ſit, quã ipſamet corporis extenſio, quæ ſecum non compatitur aliud corpus. Vnde mundus de nouo creatus non eſſet, niſi in ſeipſo, nec Deus de nouo eſſet in alio ſpatio à corpore diſtincto: ſed tantùm in corpore de nouo creato.

Spatiũ eſt ipſamet corporis extenſio.

Ad

Ad primam probationem maioris dicitur exẽplum non eſſe ſimile: nam Angelus ſemper per ſui mutationem acquirit locum; non ita Deus. Ad ſecundam probationem negatur antecedens: talis enim proprietas, vel conditio conuenit ſoli agenti finito: vel magis ſoli agẽti corporeo, quod prius eſt præſens loco, quàm agat. Et per hoc ſoluitur alia replica eiuſdem Suarez.

Secundò ſic arguit Molina: Spatium eſt capacitas, ideſt nõ repugnantia per comparationem ad potentiam diuinam ad recipiendum tantum, vel tantum corpus, ſi ibi à Deo creetur; quę capacitas eſt ante vllam creationem; ſed in hac capacitate poteſt eſſe diuina ſubſtantia; non minus antequã recipiat corpus, quàm poſtquàm receperit; ergo, ſicut in ſpatio, quod occupat mundus, eſt modo diuina ſubſtantia, ita reipſa fuit ab æterno.

Reſpondetur hoc argumentum ſupponere capacitatem illam eſſe aliquid, & corporis eſſe receptiuam; & conſequenter etiam diuinæ ſubſtantiæ, quæ omnia, vt diximus falſa ſunt: Nam, ſi ſola nõ repugnantia eſt, ſola negatio eſt; negationi verò non poſſunt conuenire actus, vel proprietates poſitiuæ; quales ſunt recipere, & repleri, quæ loco proprie dicto cõueniunt; qui repleri dicitur, quãdo contenti corporis moles ſua quantitate adæquat concauum continentis.

Tertiò ſic arguit idem expoſitor: Si Deus eſſet tantùm in rebus creatis, & non in ſpatio vacuo, ſequeretur Deum poſſe mutari; Conſequentia probatur: Supponamus Deum in nihilum redigere omnia corpora intra orbem lunæ; quo facto collocet lapidem in medio illo vacuo; tunc, ſi moueat Deus lapidem illum, ſequeretur Deum moueri; quia Deus eſt in lapide, & non in reliquo ſpatio.

Reſpondetur falſam eſſe conſequentiã: Ad probationem negatur in eo caſu ſequi Deum moueri; quoniã ad hoc, vt aliquid moueatur per accidens ad motum eius, in quo eſt, requiritur, vt ſit in eo per ſe primò, vel circumſcriptiuè, aut diffinitiuè, aut dependenter. Illud autem eſt diffinitiuè in vno aliquo loco, quod ita eſt ibi, vt nec ſit, nec eſſe poſsit ſimul in alio loco diſtincto. Illud igitur, qđ per ſe eſt vbique, ideſt cuius præſentiam nulla res facta, aut fienda poteſt ſubterfugere, nullo modo eſt in loco diffinitiuè, & conſequenter non poterit per accidens moueri. Vnde dato caſu, quòd Deus crearet corpus extra mũdum ab eo diſtans, & eodem tempore moueret motu recto mundum verſus illud corpus, & etiam illud corpus verſus mũdum, non per hoc moueretur Deus; quia non eſt in mundo, & in illo corpore per ſe primo, nec diffinitiuè; alioquin ſi crearet de nouo alios mundos, nõ poſſet ſimul in eis eſſe, nec vllo modo dependet à rebus.

Illud ſolũ mouetur per accidẽs, quod eſt diffinitiuè in remota.

Zumell.

Quartò arguit Franciſcus Zumellus: Subſtantia ſpiritualis eſt in loco per applicationem ſuæ virtutis, quamuis ad extra nihil operetur; ſed Deus poteſt operari in locis imaginarijs abſque ſui mutatione; ergo extra cœlum eſt, quamuis nihil operetur ad extra in locis imaginarijs.

Reſpondetur Deum poſſe operari in locis ima-

A ginarijs non eſſe Deum illis ſuam virtutem applicare: nam loca imaginaria nihil ſunt; virtus autẽ non applicatur nihilo. Vnde Deus non dicitur poſſe operari in locis imaginarijs tanquam præexiſtentibus diuinæ operationi, cum nihil ſint; ſed qa diuina virtute poſſunt fieri ſimul, & corpora, & loca in quibus ſint, & corpora, & Deus ipſe.

Quintò arguit idem Zumellus: Deus eſt ęternus, & comprehẽdit ſua ęternitate etiam tempus, tam verum, quàm imaginarium; ergo ſimiliter, quia eſt immenſus, ſequitur, quod ſit in omni loco vero, & imaginario. Conſequentia probatur: quoniam, ſicut æternitas ſe habet ad omnia tem-

B pora, ita immenſitas ad omnem locum.

Reſpondetur negando conſequentiam: Ad probationem negatur etiam conſequentia: Et ratio eſt; quoniam ſicut Deus ſua ęternitate comprehẽdit omne tempus, etiam imaginarium, non tamẽ eſt, aut fuit vnquam in tempore imaginario; ſed in ſua æternitate; ita Deus comprehendit ſua potentia, & infinita virtute omnia loca, & vera, & imaginaria; quia poteſt ea producere in eſſe reali; non tamen eſt, aut fuit vnquam in locis imaginarijs; ſed antequam mundum crearet, erat in ſeipſo. Vnde argumentum poteſt in authorem facilè retorqueri.

C Sexto, ſic arguit Zumellus: Si Deus non eſſet in locis imaginarijs, poſito quod crearet Angelum per duo, aut tria millaria extra cœlum, non eſſet Deus in medijs locis imaginarijs; quod videtur abſurdum: nam quomodo producet Angelum, ſi ibi non eſt?

Reſpondetur negando poſse à Deo creari Angelum in locis imaginarijs nulli corpori applicatum: quoniam Angelus non eſt, niſi vbi operatur, & ſi nullibi operaretur, nullibi eſſet, conſtat autẽ circa nihilum Angelum nihil operari poſſe. Dico præterea, quòd ſi crearet Deus lapidem extra mũdum in dicta diſtantia, Deus in eo eſset, & non in

D medio, quòd medium nihil eſt; & cum quæritur quomodo &c. reſpondetur non eſſe neceſſarium Deum præexiſtere in ſpatio, vt ibi creet lapidem; ſed creando lapidem ſic diſtantem à mũdo fieret præſens lapidi ſic diſtanti, & diceretur lapis diſtare à mundo modo ſuperius explicato; quia ſcilicet inter ipſum, & mundum poſſet creari corpus tãtæ magnitudinis. Sed ſi propriè loqui volumus, illa nõ eſset diſtantia; quia diſtantia ſupponit mediam realem dimẽſionem, quæ in vacuo nulla eſt.

Septimò arguit idem expoſitor: Si eſset ſubſtãtia corporea infinitæ magnitudinis, repleret omnia loca, etiam imaginaria; ergo etiam ſubſtantia diuina, cum ſit infinita, replet omnia ſpatia, licèt

E alio modo.

Reſpondetur primò negando conſequentiam: Quoniam ſubſtantia corporea infinita fert ſecum ſuam rationem locandi, ſcilicet quantitatem; ſubſtantia autem diuina, vt ſic, non dicit rationem locandi, quæ eſt operatio.

Secundò dicitur: repletionem hanc corporis nil aliud importare, quam corporis quantitatem cũ negatione alterius corporis infra eaſdem dimenſiones.

Digitized by Google

ſiones. Quare tunc corpus illud infinitum non eſſet in alio, quàm in ſeipſo; Et ſic etiam dicimus Deum ab æterno in ſeipſo fuiſſe.

Octauò ſic arguit: Chriſtus ſecundùm S. Tho. eſt in conuexo cœli empirei, vbi etiam erunt omnes beati poſt iudicium; ergo eſt extra mundum; ergo multò magis Deus.

Reſpondetur falſam eſſe vltimam conſequentiam; ſi de ſolo ſpatio ſit ſermo: nam Chriſtus fert ſecum ſuam quantitatem; quæ eſt ratio ſitus, & ideo poteſt eſſe extra mundum poſitiuè, non tamẽ in alio, quàm in ſeipſo: Deus autẽ nec habet quantitatem, nec operatur in ſolo ſpatio extra mundũ, ſed tantùm in corpore Chriſti, quod ibi eſt, & Beatæ Virginis: & ideo in eis eſt, non autem in aliquo ſpatio imaginario, quod nihil eſt.

Secundò dico: corpus omne habere finitum modum exiſtendi, ratione cuius conuenit illi reſpectus ad aliud, in quo exiſtat, & ideò, ſi locus ei deſit, quo contineatur, concipitur in eo carentia loci realis continentis cum reſpectu ad ſitum, ſeu locum imaginarium, & ita intelligitur, & dicitur eſſe in vacuo, vel in loco, aut ſpatio imaginario. At exiſtentia diuina infinita eſt, & ab extrinſeco penitus independens, & ideò Deus in ſeipſo tantùm intelligitur exiſtere, niſi ratione operationis in re per eam producta fiat exiſtens.

Contra eandem concluſionem, & ſententiã noſtram afferri ſolent variæ ſacrarum litterarum, eccleſiæ catholicæ, & ſanctorum authoritates. Ex 3. Reg. 8. *ſi enim cœlum, & cœli cœlorum te capere nõ poſſunt, &c.* & illud Eccleſiæ: *quem cœli capere non poterant, tuo gremio contuliſti.* Et illud. *mundum pugillo continens.* Et illud Gregorij Nazianzeni in Apologia prima. *Deus eſt in vniuerſo, & extra vniuerſum.* Et Hieronymus in cap. 66. Iſaiæ ait Deum eſſe extra loca, & tempora. Et Auguſtinus in primo confeſſ. cap. 2. & 3. & lib. 7. capit. 5. affirmat Deum eſſe tanquam mare, & totum mundum tanquam ſpongiam; quam mare ſua vaſtitate incomparabiliter excedit; Et multa alia ſimilia dicta inueniuntur in ſanctis Patribus, quæ omnia, vnam, & eandem patiuntur interpretationem: Nam dicitur Deus excelſior cœlo, non poſſe à mundo capi, eſſe extra vniuerſum, & extra omnia loca, & velutimare ad totum vniuerſum tanquam ſpongiam comparari: quia huic vniuerſo non eſt diuina virtus definita, & limitata; ſed poteſt in infinitum alias, & alias creaturas de nouo creare, & in eis eſſe: nõ quod actu nunc ſit in ſpatio extra mundum, cũ nihil ſit ſpatiũ illud ſecundùm rem; ſed ſola ſit imaginatione confictum.

[margin: Reg. 8. / Eccleſia. / Greg. Naz / Hierony. / Auguſtin.]

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus ſit vbique per eſſentiam, præſentiam, & potentiam.

[margin: 41 / 17. q. 1 / 2. & in / o. lit.]

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd male aſſignentur modi exiſtẽdi Deũ in rebus, cum dicitur, quòd Deus eſt in omnibus rebus per eſſentiam, potentiam, & præſentiam. Id enim per eſſentiam eſt in aliquo, quod eſſentialiter eſt in eo; Deus autem non eſt eſſentialiter in rebus; non enim eſt de eſſentia alicuius rei; Ergo nõ debet dici, quòd Deus ſit in rebus per eſſentiam, præſentiam, & potentiam.

2 Præterea: Hoc eſt eſſe præſentem alicui rei, ſcilicet non deeſſe illi: Sed hoc eſt, Deũ eſſe per eſſentiam in rebus, ſcilicet non deeſſe alicui rei; ergo idem eſt, eſſe Deum in omnibus per eſſentiam, & præſentiam. Superfluum ergo fuit dicere, quòd Deus ſit in rebus per eſſentiam, præſentiam, & potentiam.

3 Præterea: Sicut Deus eſt principium omnium rerum per ſuam potentiam, ita per ſcientiam, & voluntatem; Sed non dicitur Deus eſſe in rebus per ſcientiam, & voluntatem; Ergo nec per potentiam.

4 Præterea: Sicut gratia eſt quædam perfectio ſuperaddita ſubſtantiæ rei: ita multæ ſunt aliæ perfectiones ſuperadditæ; Si ergo Deus dicitur eſſe ſpeciali modo in quibuſdam per gratiam, videtur, quòd ſecundùm quamlibet perfectionem debeat accipi ſpecialis modus eſſendi Deum in rebus.

Sed contra eſt, quòd Gregor. * dicit ſuper Cantica canticorum, quòd Deus cõmuni modo eſt in omnibus rebus præſentia, potentia, & ſubſtantia; tamen familiari modo dicitur eſſe in aliquibus per gratiam.

[margin: Ho. 8. Ezech. parũ ante medium habetur in 18 tent.]

Reſpondeo. Dicendum, quòd Deus dicitur eſſe in re aliqua dupliciter: Vno modo per modum cauſæ agentis; & ſic eſt in omnibus rebus creatis ab ipſo.

Alio modo ſicut obiectum operationis eſt in operante: quod proprium eſt in operationibus animæ, ſecundùm quòd cognitum eſt in cognoſcente, & deſideratum in deſiderante. Hoc igitur ſecũdo modo Deus ſpecialiter eſt in rationali creatura, quæ cognoſcit, & diligit illum actu, vel habitu.

Et quia hoc habet rationalis creatura per gratiam, vt infra patebit, * dicitur eſſe hoc modo in ſanctis per gratiam: In rebus verò alijs ab ipſo creatis quomodo ſit, conſiderandum eſt ex his, quæ in rebus humanis eſſe dicuntur. Rex enim dicitur eſſe in toto regno, ſcilicet per ſuam potentiã, licèt non ſit vbiq; præſens.

[margin: Q. 12. art. 4]

Per præſentiam verò ſuam dicitur aliquid eſſe in omnibus, quæ in proſpectu ipſius ſunt, ſicut omnia, quæ ſunt in aliqua domo, dicuntur eſſe præſentia alicui, qui tamen non eſt ſecundùm ſubſtantiam ſuam in qualibet parte domus: Secundùm verò ſubſtantiam, vel eſſentiam, dicitur aliquid eſſe in loco, in quo eius ſubſtantia habetur.

Digitized by Google

Fuerunt ergo aliqui, ſcilicet Manichæi, qui dixerunt, diuinæ poteſtati ſubiecta ſpiritualia eſſe, & incorporalia; * viſibilia verò, & corpo-
136 ralia ſubiecta eſſe dicebãt poteſtati principij contrarij: Contra hos ergo oportet dicere, ꝙ Deus ſit in omnibus per potentiam ſuam.

Fuerunt verò alij, qui, licet crederent omnia eſſe ſubiecta diuinæ potentiæ, tamen prouidentiam diuinam vſq; ad hæc inferiora corpora non extendebant, ex quorum perſona dicitur Iob 22. Circa cardines cœli perambulat, nec noſtra conſiderat. Et contra hos oportuit dicere, quòd ſit in omnibus per ſuam præſentiam.

Fuerunt verò alij, qui, licèt dicerent, omnia ad Dei prouidentiam pertinere, tamen poſuerunt omnia non immediatè eſſe à Deo creata; ſed quod immediatè creauit primas crea-
19 turas; & illæ creauerunt alias. * Et contra hos oportet dicere, quòd ſit in omnibus per eſſentiam.

Sic ergo eſt in omnibus per potentiam, inquantum omnia eius poteſtati ſubduntur. Eſt per præſentiam in omnibus, inquantum omnia nuda ſunt, & aperta oculis eius. Eſt in omnibus per eſſentiam, inquantũ adeſt omnibus,
Art. 1. huius quæſt. vt cauſa eſſendi, ſicut dictum eſt. *

Ad primum ergo dicendum; quòd Deus dicitur eſſe in omnibus per eſſentiam, non quidem rerum, quaſi ſit de eſſentia earum; ſed per eſſentiam ſuam, quia ſubſtantia ſua adeſt omnibus, vt cauſa eſſendi, ſicut dictum eſt. *

Art. 1. huius quæſt. Ad ſecundum dicendum, quòd aliquid poteſt dici præſens alicui, inquantum ſubiacet eius conſpectui, quod tamen diſtat ab eo ſecundum ſuam ſubſtãtiam, vt dictum eſt. * Et ideo
Incorp. ar. oportuit duos modos poni, ſcilicet per eſſentiam, & præſentiam.

Ad tertium dicẽdum, quòd de ratione ſciẽtiæ, & voluntatis eſt, quòd ſcitum eſt in ſciente, & volitum in volente. Vnde ſecundùm ſciẽtiam, & voluntatem magis res ſunt in Deo, ꝙ̃ Deus in rebus.

Sed de ratione potentiæ eſt, quòd ſit principium agendi in aliud; vnde ſecundùm potentiam agens comparatur, & applicatur rei exteriori, & ſic per potentiam poteſt dici agens eſſe in altero.

Ad quartum dicendũ; quòd nulla alia perfectio ſuperaddita ſubſtantiæ facit Deum eſſe in aliquo, ſicut obiectum cognitum, & amatũ, niſi gratia: & ideo ſola gratia facit ſingularẽ modum eſſendi Deum in rebus.

Eſt autem alius ſingularis modus eſſendi Deum in homine per vnionem: de quo modo
17 ſuo loco agetur, * tertia parte, quæſt. 2.
18

A

Forma Textus.

Dvabus diſtinctionibus, & totidem concluſionibus abſoluitur præſentis quæſiti difficultes. Prior diſtinctio eſt: Deus dicitur eſſe in re aliqua dupliciter: Vno modo per modum cauſæ agentis; de quo modo dictũ eſt in duobus articulis præcedentibus, & præſertim in primo: Alio modo Deus dicitur eſſe in aliqua re, ſicut obiectum operationis eſt in operante: Differunt hi duo modi; Quia iuxta primum modum Deus eſt in omnibus creaturis, vt ſupra probatum eſt: iuxta ſecundum autem non eſt niſi in rationali creatura: Cuius ratio eſt; quoniam proprium eſt operationibus animæ, vt in eis
B *ſit obiectum, tanquam cognitum in cognoſcente, & deſideratum in deſiderante.*

Secunda diſtinctio eſt. Deum eſſe in omnibus rebus contingit tripliciter: videlicet per eſſentiam, præſentiã, & per potentiam. Manifeſtatur hæc diſtinctio exemplo regis; cui prædictis tribus modis contingit eſſe in aliquo, licèt non eodem, vel æquali reſpectu: Nam in toto ſuo regno dicitur eſſe per ſuam potentiam, modo ſibi conuenienti, ſcilicet per apprehenſionem exequutorum, quod eſt eſſe moraliter in toto regno; non tamen dicitur eſſe in toto regno per præſentiam; ſed tantùm in his, quæ in proſpectu illius ſunt; puta quæ ſunt in eadẽ aula, vel in eodem cubiculo.

C *Nec tamen vbi eſt per præſentiam, dicitur eſſe pe[r] ſubſtantiam; ſed tantùm in loco, in quo habetur ei[us] ſubſtantia, ſcilicet in loco adæquato: itaque ſimilite[r] Deum eſſe in rebus contingit tripliciter; ſcilicet per e[ſ]ſentiam, præſentiam, & potentiam.*

Prima concluſio eſt. Deus eſt ſpecialiter in rationa[]li creatura, ſicut obiectum cognitum, & amatum. Pr[o]batur primò: deinde explicatur ſenſus cõcluſionis. Pr[o]batio eſt: Sola rationalis creatura cognoſcit, & dilig[it] Deum actu, vel habitu; ergo. Conſequentia patet ex d[i]ctis; quoniam hic modus attenditur ſecundum opera[]tiones cognitionis, & amoris.

Explicatur ſenſus concluſionis dicendo; quòd h[oc]
D *modo dicitur Deus eſſe in ſanctis per gratiam. Prob[a]tur; quoniam, quod creatura cognoſcat, & diligat [De]um, hoc habet per gratiam. Ex quo patet concluſione[m] non intelligi de quacunque cognitione, & amore; ſed [de] cognitione gratuita, & ſupernaturali, & de amore c[a]ritatis ex dicta cognitione procedente; vt amplius pa[te]bit ex dicendis.*

Secunda concluſio. Deus eſt in omnibus rebus p[er] potentiam, præſentiam, & eſſentiam. Probatur quo[ad] ſingulas partes: Et primò quo ad primã, videlicet qu[od] Deus ſit in omnibus rebus per potentiam; Omnia ſu[b]duntur diuinæ potentiæ, ſcilicet ſpiritualia, & corpor[a]lia, viſibilia, & inuiſibilia; ergo Deus eſt in omnibus [re]
E *bus per potentiam: Et ex hoc confutatur error Man[i]chæorum dicentium diuinæ poteſtati non eſſe ſubiec[ta] corporalia, & viſibilia.*

Secunda pars ſic probatur: Diuina prouidentia [ad] omnia extenditur, tam ſuperiora, quàm inferiora; er[go] Deus eſt in omnibus rebus per præſentiam. Conſeque[n]tia patet ex ſupradictis: nam prouidentia ad cogniti[o]nem pertinet, cum ſit ratio ordinis rerum in finem. [Et] ex hoc confutatur error Auerrois dicentis, quòd De[um] non ad omnia penetrat ſuo intuitu.

Ter-

Digitized by Google

Tertia pars ſic probatur: Deus eſt immediata cauſa eſſendi omnibus; ergo Deus eſt in omnibus rebus per eſſentiam: conſequentia patet ex ſupradictis. Et ex hoc excluditur error Auicennæ dicentis nō omnia eſſe immediatè à Deo creata;ſed Deum immediatè creaſſe primas creaturas,ab illiſque alias fuiſſe creatas vſque ad vltimam. Tandem colligit D.Thom. ſummariè tres prædictos modos, quibus Deus eſt in omnibus rebus: Nam Deus dicitur eſſe in omnibus rebus per potentiam, inquantùm omnia eius poteſtati ſubduntur, per præſentiam, inquantùm omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius; per eſſentiam, inquantùm adeſt omnibus, vt cauſa eſſendi.

Expoſitio Textus.

HAec doctrina,licèt videatur eſſe de modo loquendi; cum de re nulla poſſit eſſe difficultas inter doctores catholicos, quaſdam tamen habet dubitationes; ex quarum ſolutionibus huic articulo non nihil ſplendoris accedet.

Prima Dubitatio.

An modus eſſendi in rebus vt agens diſtinguatur hic in tres illos modos: per eſſentiam, præſentiam, & potentiam.

Sententiæ Expoſitorum.

PRima dubitatio eſt:an ſecunda diuiſione ſubdiuidatur primum membrum prioris diuiſionis. Caietanus negat; quoniā (inquit) falſa eſſet diuiſio. Syluester,& Iauellus affirmāt; ſed diuerſa ratione: Nam Syluester innititur authoritati D.Thom. in primo ſentent. diſtinct. 37. quæſt. 1. artic. ſecundo, cuius verba ſunt: *Tres autem primi modi non ſumuntur ex parte creaturæ, ſed Dei operantis in rebus; ex parte enim Dei non inuenitur diuerſitas in re,ſed ratione tantùm, ſecundùm quam diſtinguitur in ipſo eſſentia, virtus, & operatio; eſſentia autem eius, cum ſit abſoluta ab omni creatura, non eſt in creatura, niſi inquantum applicatur ei per operationem, & ſecundùm hoc,quod operatur in re, dicitur eſſe in re per præſentiam,ſecundùm quod oportet operans operato aliquo modo præſens eſſe. Et quia operatio non deſerit virtutem diuinam,à qua exit, ideo dicitur eſſe in re per potētiam. Et quia virtus eſt ipſa eſſentia, ideo conſequitur, vt in re etiam per eſſentiam ſit.* Hæc S.Thom. vbi apertè videtur diſtinguere primū membrum prioris diuiſionis, quod eſt Deum eſſe in rebus per modum cauſæ agentis;Sed Iauellus primū illud prioris diuiſionis membrum latius accipit; vt ſcilicet ſignificet modum generalem, quo Deus eſt in rebus: mentionem autem factam fuiſſe in eius expreſſione de modo cauſæ agentis gratia exempli; cum tamen exemplum illud non adæquet modum generalem, quo Deus eſt in rebus, cum Deus non tantùm per modum cauſæ agentis ſit in rebus;ſed alijs etiam modis.

Caiet. Syluest. Iauellus. D. Thom.

A

Reſolutio.

Explicatur duplex modus eſſendi Dei in rebus per præſentiam, & reſpondetur quæſito negatiuè.

PRo reſolutione dico primo; ſententiam,& gloſſam Iauelli eſſe directè contra textū, qui planis verbis diſtinguit dicens. *Deus dicitur eſſe in re aliqua dupliciter: Vno modo per modum cauſæ agentis; Et ſic eſt in omnibus rebus creatis ab ipſo: Alio modo ſicut obiectum, &c.* vbi apparet modum cauſæ agentis, non vt exemplum;ſed vt membrum diuiſionis alteri condiuiſum poſitum fuiſſe. Quod etiā B conſonat diuiſioni S. Thom. in primo ſententiarū. Dico ſecundo duplicem eſſe Dei cognitionē: Vnā ſpeculatiuam; qua ſeipſum, & rerum omnium factarum,& factibilium quidditates,& entitates cognoſcit: Alteram practicam; quæ eſt omnium operum Dei ad extra directiua; & per conſequens complet rationem agentis intellectualis; quale agens eſt Deus; Et hac cognitione propriè dicitur Deus eſſe præſens rebus omnibus, dum eas practica cognitione dirigente producit, & eas productas in eſſe conſeruat; Et hoc eſt, quod voluit ſignificare S. Thom. in verbis ſupra notatis ex primo ſententiarum, quando dicit, oportere operās C operato aliquo modo præſens eſſe: Nam ad hoc, vt vna res propriè alteri ſit præſens, requiritur primò cognitio ex parte rei, quę dicitur præſens. Dixi propriè, quia res non cognoſcens dicitur quidē cognoſcenti præſens, ſed extrinſeca denominatione, qualis eſt in relatiuis tertij modi: Scibile enim refertur ad ſcientiam, quia ſcientia refertur ad ipſum ſic in propoſito res cognoſcens practica, aut intuitiua cognitione, dicitur propriè præſens rei cognitæ, & ex hoc denominatur res cognita præſens cognoſcenti; licèt vſus, ſiuè magis abuſus loquentium nomen præſentiæ vtrique rerum generi tanquam propriè,& æqualiter dictum accommodauerit. D Nec tamen dicimus nomen præſentiæ eſſe relatiuum tertij modi, ſed illis tantùm aſſimilari. Secundò requiritur realis exiſtentia vtriuſq; extremi; videlicet rei, quæ dicitur præſens,& rei, cui altera præſens eſt. Exiſtentia verò rerum, quibus Deus præſens eſſe dicitur, non eſt, niſi per diuinæ virtutis operationem dirigente practica ſciētia. Itaque benè dixit S.Tho. Deum ſecundùm qđ operatur in rebus, eſſe in rebus per præſentiam: quia oportet operans operato aliquo modo præſens eſſe; ſcilicet vt practicæ cognoſcens, & practica cognitione imperans,& cauſans operatum. Vnde etiam S.Thom. in hoc artic. contra negantes E diuinam prouidentiam circa hæc inferiora, (quæ prouidentia pertinet ad ſcientiam practicam) *oportet* (inquit) *dicere Deum eſſe in omnibus rebus per præſentiam.* Dico tertio; Deum eſſe etiam pręſentem rebus per ſcientiam ſpeculatiuam, non ſimplicis intelligentiæ,ſed viſionis: quatenus ſcilicet,(vt inquit S.Th.)omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius.

Reijcitur gloſſa Iauelli.

D. Thom.

Deus eſt præſens rebus p practicam cognitionē.

Deus eſt præſens rebus per ſcientiam ſpeculatiuam viſionis.

S.Thom. 1. Cor. 1.

Qui modus quaſi ſecundarius ſequitur ex primo,

mo, quem ſolum modum attendit Caietanus, & alij expoſitores communiter. Ad cuius expoſitionem Caietanus affert doctrinam deſumptam ex D.Thom. prima ſecundæ quæſt.vigeſima octaua, artic.ſecũdo. Vbi S.D.amantem dicit eſſe in amato ſecundùm apprehenſionem, quatenus amans non eſt contentus ſuperficiali apprehenſione amati,ſed nititur ſingula, quæ ad amatum pertinent, intrinſecus diſquirere; & ſic ad interiora eius ingreditur:ſicut de ſpiritu ſancto,qui eſt amor Dei, dicitur primæ ad Cor. ſecundo, *quod ſcrutatur etiã*
1. Cor.2. *profunda Dei*. Hanc verò intrinſecam penetrationem hic ait Caietanus attendi ſecundùm vim cognitionis,non autem ſecundùm modum:nam modus cognitionis eſt, vt cognitum ſit in cognoſcente ſecundùm eſſe cognoſcibile. Dico quartò S.Th. hoc in loco vtrumque præſentiæ modum intendiſſe, videlicet ſecundùm cognitionem Dei practicam,& ſpeculatiuam.Quem verò principalius intenderit,non facilè dixerim. Nec multum refert hoc ſcrupuloſius indagare. Ex dictis ſequitur rectè potuiſſe primum membrum primæ diuiſionis in tria membra poſterioris diuiſionis diſtingui, ſicut factum eſt in primo ſententiarum; Sed quoniam ſub dicta diuiſione non poteſt comprehendi præſentia Dei ſecundùm actum ſcientiæ viſionis, vt ſic, ſed tantùm ſecundùm actum ſcientiæ practicæ,vt practica eſt, meritò Caietanus dixit hic non ſubdiſtingui primum membrum primæ diuiſionis per ſecundam diuiſionem; cum eſſe in rebus per præſentiam latius pateat, quàm eſſe in rebus per modum cauſæ agentis, vt oſtenſum eſt.

Secunda dubitatio.

An S.Thom. complexus fuerit hoc articulo vniuerſos modos,tam generales, quàm ſpeciales, quibus Deus dicitur eſſe in rebus,& eos rectè explicauerit.

Sententia Molinę, & ratio dubitandi.

Molina. LVdouicus Molina cenſet alijs etiã modis Deũ eſſe in hominibus,& alijs rebus: Primus eſt
Gen. 28 per peculiaria ſigna;quibus Deus ſuam quandoq; præſentiam manifeſtat. Sicut Gen.28.Iacob dixit de loco, in quo viderat Angelos per ſcalam aſcẽdentes, & deſcendentes, *Verè Dominus eſt in loco*
Exod.3 *iſto, & ego neſciebam*. Et Exodi 3. dicitur:*locus in quo ſtas,terra ſancta eſt:* quia ſcilicet ibi erat Deus per myſterij manifeſtationem.

Secundus modus eſt, quo Deus adeſt ſummis Pontificibus,& concilijs vniuerſalibus, ne errare poſſint in definiendis ijs, quæ ad fidem,vel ad mores pertinent.Præterea non rectè videtur explicari à S.Thom.ſecundum membrum primæ diuiſionis, quod eſt Deum eſſe in creatura rationali per gratiam:Nam ſancti Patres,& ſcholaſtici communiter affirmant Deum eſſe in ſanctis per gratiam, quia Deus in illis operatur gratiam, & virtutes eleuans eos ad conſortium diuinæ naturæ. Qui modus pertinet ad efficientiã Dei;& ſic erit quaſi

A quædam ſpecies, ſiue modus primi membri primæ diuiſionis. At D.Thom.docet modum exiſten di in creatura rationali per gratiam in hoc poſiti eſſe,quod homines iuſti cognoſcunt, & amãt Deum. De quo latius tractandum erit infra quæſt 43. artic.tertio.

Reſolutio.

Oſtenditur omnes modos eſsendi Dei in rebus à ſacri litteris,vel ſanctis patribus commemoratos ad bo reduci.

PRo reſolutione cõſiderandũ eſt primò,quòd licèt prima facie videatur differre expoſiti B S.Thom.à communi; abſolutè tamen non diſcor dat,ſed maximè conſonat: Nam,vt hic aduerti Caiet.ſancti Patres, & alij ſcolaſtici tradiderun radicem modi eſſendi Dei in rationali creatura Quæ radix eſt gratia, à qua pendet cognitio cha ritatis amorem pariens. Sed S.Doctor explicaui nobis ipſum modum formaliter,quo Deus dicitu eſſe in creatura rationali per cognitionem quan dam ſublimẽ, quæ eſt per dona Spiritus ſancti, i intellectu tanquam obiectum in cognoſcente, & in voluntate tanquam obiectum charitate dile ctum. Conſtat autem prædictam cognitionem,& C charitatem ex gratia, tanquam ex radice propri pullulare.

Eſt autem congruentior expoſitio.S.Thom.pr mò,quia & radicem, & formalem modum expli cauit; vt patet in textu. Secundò, quoniam iuxt expoſitionem.S.Thom. hic modus remanet à ce ris omnino diſtinctus,& membrũ principale co ſtituit; iuxta communem verò erit pars ſubiect ua primi membri,primæ diuiſionis,& tertij ſecu dæ,ſi præciſè ſumatur.Quod ideo dico,quia, ſi matur vt radix cognitionis, & amoris formal ter, iam pertinebit ad ſpecialem modum omni diſtinctum iuxta expoſitionem S.Thom.

D Secundò ſciendum eſt ad prædictos modos ſe facilè reliquos omnes reduci: Nam,quòd dic tur Deus eſſe alicubi per ſigna quædam partic laria illius præſentiam declarantia,aut etiam p ſpecialem cultum, vt in templis Deo dicatis, eundem illum modum pertinet; quo Deus dicit eſſe in ſanctis,vt obiectum cognitum,& amatu Signa namque prædicta,& ſacra loca ad excita dam Dei cognitionem, & amorem ordinantu Quo etiam ſpectat Dei infallibilis aſsiſtentia p tribus in concilio legitimè congregatis,& ſumm Pontifici,iuxta illud: *ecce ego vobiſcum ſum om bus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.* Et ill E *Vbi fuerint duo,vel tres congregati in nomine meo, ſum in medio eorum* Hæc enim aſsiſtentia per ſe mò directiua eſt cognitionis, & amoris. Et hęc patet ſolutio argumentorum.

Tertia dubitatio.

TErtia dubitatio eſt:an modus,quo Deus di tur eſſe in rebus per potentiam, extendat ad res poſsibiles nunquam tamẽ futuras. Et ra dul

S.Thom.

dubitationis eſt: quoniam S.Thom. in quolib. 11. artic. 1. affirmat Deum eſſe, non tantùm in his, q̃ ſunt, ſed etiam in imaginatis, in præteritis, & futuris; hic autem nulla fit diſtinctio, vel expreſſio, ſed videtur textus ſupponere rerum exiſtentiam in quoſlibet exiſtendi modo, vt hic notat Molina. Sed facilè ſoluitur hæc difficultas: Nã ſi propriè, & ſtrictè ſumatur exiſtentia Dei in rebus quocũque dictorum modorum, ſupponit abſque dubio realem extremorum exiſtentiam. Quod ſi minus propriè, & latius vtamur nomine exiſtentiæ Dei in rebus, non ſupponit rerum exiſtentiam, præſertim ſecundùm duos illos modos, qui ſunt per præſentiam, & potentiam, & hoc eſt, quod dicit S.Th. in loco allegato.

Molina.

ARTICVLVS IV.

Vtrum eſſe vbique ſit proprium Dei.

12
1.d.37.q.2 ar.2. Et 3. cont.c.68. Et lib.4.c. 17.16. Et quol.11.q. 1.artic 2. Primo poſter.tex.43 to.1. Q 3.art.1. vſque ad 5 incluſiuè.

AD Quartum ſic proceditur, Videtur, quòd eſſe vbique non ſit proprium Dei. Vniuerſale enim, ſecundùm Philoſophum; * eſt vbique, & ſemper: materia etiã prima, cũ ſit in omnibus corporibus, eſt vbiq; Neutrum autem horum eſt Deus, vt ex præmiſsis patet; * Ergo eſſe vbique non eſt proprium Dei.

2 Præterea; Numerus eſt in numeratis; Sed totum vniuerſum eſt conſtitutum in numero, vt patet Sapient. ſecundo; Ergo aliquis numerus eſt, qui eſt in toto vniuerſo, & ita vbique.

Lib.1.tex. 4.tom.1.

3 Præterea: Totum vniuerſum eſt quoddã totum corpus perfectum, vt dicitur in primo * Cœli, & mundi; Sed totum vniuerſum eſt vbique, quia extra ipſum nullus locus eſt, Non ergo ſolus Deus eſt vbique.

8 17 76c 15 21

4 Præterea: Si aliquod corpus eſſet infinitum, nullus locus eſſet extra ipſum; Ergo eſſet vbique. Et ſic, eſſe vbique, non videtur proprium Dei.

Lib.6.de Trinit.c.6. nõ procul à fin.to.3.

5 Præterea: Anima, vt dicit Auguſt. * in 6. de Trinit. eſt tota in toto corpore, & tota in qualibet eius parte; Si ergo non eſſet in mundo, niſi vnum ſolùm animal, anima eius eſſet vbique; Et ſic eſſe vbique, non eſt proprium Dei.

Epiſt.3. ali quantulũ à prin.to.2.

6 Præterea: Vt Auguſt. * dicit in epiſtola ad Voluſianum; Anima vbi videt, ibi ſentit: & vbi ſentit, ibi viuit, & vbi viuit ibi eſt. Sed anima videt quaſi vbique, quia ſucceſsiuè videt etiam totum cœlũ; Ergo anima eſt vbiq;.

Lib 1.c.7. circa prin. to.2.

Sed contra eſt, quod Ambroſ. * dicit libro de Spiritu ſancto: Quis audeat creaturam dicere Spiritum ſanctũ, qui in omnibus, & vbiq; & ſemper eſt? quod vtiq; diuinitatis eſt proprium.

A

Reſpondeo. Dicendum, quòd eſſe vbique primò, & per ſe, eſt proprium Dei. Dico autẽ eſſe vbique primò, quod ſecundum ſe totum eſt vbique: ſi quid enim eſſet vbique ſecundum diuerſas partes in diuerſis locis exiſtens, non eſſet primò vbique; quia, quod conuenit alicui ratione partis ſuæ, non conuenit ei primò; ſicut ſi homo eſt albus dentem, albedo nõ conuenit primò homini, ſed denti. Eſſe autem vbique per ſe dico id, cui non conuenit eſſe vbique per accidens propter aliquam ſuppoſitionem factam: quia ſic granum milij eſſet vbique, ſuppoſito, quòd nullum aliud corpus eſſet.

B

Per ſe igitur conuenit eſſe vbique alicui, quãdo tale eſt, quod qualibet poſitione facta, ſequitur illud eſſe vbique.

Et hoc propriè conuenit Deo, quia quotcũque loca ponantur, etiam ſi ponerentur infinita præter iſta, quæ ſunt, oporteret in omnibus eſſe Deum; quia nihil poteſt eſſe, niſi per ipſũ; Sic igitur eſſe vbique primò, & per ſe conuenit Deo: & eſt proprium eius; quia quotcunq; loca ponantur, oportet, quod in quolibet ſit Deus, non ſecundum partem; ſed ſecundum ſeipſum.

C

Ad primum ergo dicendum, quòd vniuerſale, & materia prima ſunt quidem vbique: ſed non ſecundum idem eſſe.

Ad ſecundum dicendum, quòd numerus, cum ſit accidens, non eſt per ſe: ſed per accidens in loco. Nec eſt totus in quolibet numeratorum; ſed ſecundùm partem; & ſic non ſequitur, quòd ſit primò, & per ſe vbique.

Ad tertium dicendum, quòd totum corpus vniuerſi eſt vbique; ſed non primò; quia non totum eſt in quolibet loco; ſed ſecundùm ſuas partes. Nec iterum per ſe: quia, ſi ponerentur aliqua alia loca, non eſſet in eis.

D

Ad quartum dicẽdum, quòd ſi eſſet corpus infinitũ, eſſet vbiq;, ſed ſecundùm ſuas partes.

Ad quintum dicendum, quòd ſi eſſet vnum ſolùm animal, anima eius eſſet vbique, nõ primò quidem; ſed per accidens.

Ad ſextum dicendum, quòd cum dicitur, animam alicubi videre, poteſt intelligi dupliciter: Vno modo ſecundùm quòd hoc aduerbium, alicubi; determinat actum videndi ex parte obiecti. Et ſic verum eſt, quòd dum cęlum videt, in cęlo videt; & eadem ratione in cœlo ſentit; non tamen ſequitur, quòd in cœlo viuat, vel ſit; quia viuere, & eſſe non important actum tranſeuntem in exterius obiectũ: Alio modo poteſt intelligi ſecundùm quòd aduerbium determinat actum videntis, ſecundùm quòd exit à vidente.

E

Digitized by Google

Et ſic verum eſt, quòd anima vbi ſentit, & videt, ibi eſt, & viuit ſecundùm iſtum modum loquendi: & ita non ſequitur, quòd ſit vbique.

Forma Textus.

Concluſio eſt. Eſſe vbique primò, & per ſe eſt proprium Dei Probatur: Illud eſt vbique primò, quod ſecundùm ſe totum eſt vbique, illud autem eſt vbique per ſe, quod eſt tale, vt facta quacumque ſuppoſitione ſequatur illud eſſe vbique; at vtrumque conuenit Deo; ergo eſſe vbique primò, & per ſe conuenit Deo. Maior duas habet partes; & probatur primò prior pars: Nã, ſi quid eſſet vbique ſecundùm diuerſas partes in diuerſis locis exiſtens, nõ eſſet primò; vbique; quia, quod cõuenit alicui ratione partis, nõ conuenit ei primò: quemadmodum ſi homo eſt albus ſecundùm dentem, albedo non conuenit primò homini; ſed denti. Poſterior autem pars maioris ſic probatur: Quia id, cui cõuenit eſſe vbique propter aliquam ſuppoſitionem factam, eſt vbique per accidens tantùm; ſicut granum millij eſset vbique, ſuppoſito, quòd nullum aliud corpus eſset. Minor autem probatur quo ad vtramque partem ſimul.

Quia quotcumque loca ponantur, etiam ſi ponerentur infinita præter iſta, quæ ſunt, oportet in omnibus eſſe Deum, non ſecundùm partem; ſed ſecundùm ſeipſum; ergo vtrumque conuenit Deo, ſcilicet eſse vbiq; per ſe, & eſſe vbique primò. Antecedens probatur.

Quia nihil poteſt eſse, niſi per Deum; ergo quotcumque loca ponantur, &c.

Expoſitio Textus.

Declaratur ſenſus terminorum, & vis probationis.

Senſus præſentis concluſionis, & vis probationis eiuſdẽ ſcitè perſpecta plures grauiſsimas ſoluũt difficultates: Pendet autem concluſionis ſenſus, & totius huius D diſcurſus efficacitas ex duorum terminorum, qui in textu declarantur, intelligentia, quæ ex aliorum duorum explicatione reddetur apertior. Prior eſt dictio illa *proprium*, quæ hic ſumitur, vt diſtinguitur contra commune; vt ſenſus ſit: Soli Deo conuenit eſſe vbique, &c. quæ propoſitio, quia cõtinet dictionem illam excluſiuam *ſolus*, duas habet propoſitiones illam exponentes; vnam affirmatiuam, & alteram negatiuam. Affirmatiua eſt: Deo conuenit eſſe vbiq; primò, & per ſe. Negatiua eſt: nulli alteri rei conuenit eſſe vbiq; primò, & per ſe. Affirmatiuam probauit S.Thom. explicitè; negatiuam autem, (inquit Caiet.) reliquit, vt notam ex eodem medio: Nam nihil aliud E à Deo eſt, quòd oporteat eſſe, non ſecundùm partem; ſed ſecundùm ſe totum in omnibus locis. Et de corporibus quidem id habetur manifeſtè ex reſponſionibus ad argumenta, & ex ipſa natura corporis: De Angelis verò poteſt facilè deduci ex q. 7. art. 2. vbi determinatum eſt ſolùm, Deum infinitum eſſe ſimpliciter. Poſterior terminus, ſiue particula eſt, *eſse vbique*; cuius duplex poteſt eſſe ſen- Caiet.

A ſus, iuxta duplicem modum eſſendi vbique, nimirum in actu, vel in aptitudine, non quacunque, ſed naturali, ideſt ex proprijs naturæ principijs emanante. Non eſt concluſionis ſenſus proprium eſſe Deo vbique eſſe actu tantùm; ſed affirmat concluſio Deo proprium eſſe, ac ſoli illi conuenire vbiq; eſſe, tam actu, quàm aptitudine, quæ propriæ ſit naturæ congenita. Hunc ſenſum breuibus, ac formalibus verbis in textu S. D. expreſsit dicens, ac probans ſoli Deo conuenire eſſe vbique primò, & per ſe, quia qualibet ſuppoſitione facta ſequitur Deum eſſe vbique. Nam quotcunque loca ponantur, etiam ſi ponerentur infinita præter illa, quæ B ſunt, oporteret in omnibus eſſe Deum; quia nihil põt eſſe, niſi per ipſum. Hoc vero nihil aliud eſt, q̃ aptitudinem habere connaturalem ex eius, vt primæ cauſæ infinita, & independente virtute, modo noſtro intelligendi promanantem: Nam, quia Deus primum agens eſt à nullo dependens, à quo neceſſe eſt reliqua omnia, tam in fieri, quàm in eſſe, & etiam in agendo dependere, ſequitur hæc in Deo ſingulariter aptitudo, vt omnibus adeſſe neceſſa ſit, quantumuis infinitis, ſi producerentur locis. Et quia cuilibet creaturæ factæ, aut factibili repugnat primitas, & vniuerſalitas cauſalitatis, abſoluta virtutis infinitas, & independentia; idcircò C nulli rei creatæ, aut creabili conuenire poteſt aptitudo prædicta: & eadem ratione neque eſſe vbiq; primò, & per ſe. Et ex his patet intellectus verborum D.Thom. in primo ſentent. dicentis Deo ab æterno non conuenire eſſe vbique; ſed ex tempore, interpretanda ſunt enim de eſſe vbique actu, non autem de aptitudine. S.Tho.

Nulli corpori, etiam Chriſti conuenire, vt ſit actu, aut eſse poſsit per Dei potentiam vbique primò, & per ſe.

Sed expreſſius adhuc diſtinguendum eſt aptitudinem ad eſſendum vbique poſſe alicui conuenire dupliciter. Vno modo naturaliter, ideſt ex principijs naturæ: Alio modo per extrinſeci principij virtutem, Dei ſcilicet omnipotentiam. Priori modo certum eſt vbiquitatem eſſe Dei propriã, vt efficaciter probat diſcurſus S.Thom. Sed an poſteriori modo poſſit aptitudo prædicta, ſiue vbiquitas alijs à Deo conuenire, controuerſia eſt inter doct. catholicos: Nam Scotus in 4. diſt. 10. q. 2. art. 3. & Dominicus Sotus lib. 4. phyſ. q. 2. & in 4. ſent. diſt. 10. & quidam alij arbitrantur per diuinam potentiam effici poſſe, vt ſit idem corpus in pluribus locis, & eadem ratione in omnibus, ideſt vbique. Scotus. Sotus.

At S.Thom. in 4. ſent. diſt. 10. q. 1. art. 1. ad 5. 6. 7. & 8. argumentũ exiſtimat id fieri nunimè poſſe, ob rationem ibidem in argumento quinto allatam, quia ſcilicet nihil poteſt eſſe extra proprios terminos. Cuiuslibet verò corporis locati termini ſimul ſunt cum terminis corporis locantis; ergo nullum corpus locatum in vno loco poteſt eſſe extra terminos illius loci; ergo non poteſt eſse in pluribus locis ſimul. Quod autem idem Chriſti S.Tho.

corpus

Digitized by Google

corpus ſimul ſit ſub pluribus numero, & ſitu diſtinctis ſpeciebus ſacramentalibus nihil obſtat; cum ſub ſacramenti quantitate non contineatur corpus Chriſti tanquã in loco; ſed ineffabili quodam modo, quem ſacramentalem nominamus.

Verùm duo ſunt in hac re diligenter aduertenda. Primum eſt: dato per diuinam potentiam poſſe corpus aliquod vbique ſtatui, non exinde tamẽ ſequi, quod hæretici docent Vbiquiſtæ, nimirum corpus Chriſti actu vbique eſſe. Valde namq; differunt, poſſe ſtatui corpus Chriſti per diuinã potentiam vbique, & corpus Chriſti eſſe actu vbiq; per ipſam diuinam vbiquitatem, vt hæretici prædicti contendunt. Secundum eſt: dato etiam, ſed non conceſſo, Chriſti corpus vbique eſſe, adhuc veram eſſe concluſionem præſentis artic. ſoli ſcilicet Deo conuenire, vt primò, & per ſe ſit vbique: Nam in eo caſu non conueniret per ſe humanitati Chriſti eſſe vbique: ſed per accidens, facta ſcilicet ſuppoſitione, quòd vnita eſſet hypoſtaticè perſonæ Verbi: nam, etiam ſecundùm illos, ſi dimitteretur non eſſet vbique. — [V]biquiſtæ

Probatur ex ſcripturis, patribus, & ratione Chriſti humanitatem non eſſe vbique.

Sed libet inſigniter abſurdam hæreſim euidentioribus argumentis euincere, & præcipua quædam ſophyſmata ex oppoſita catholica veritate diluere.

Primum argumentum deſumitur ex illis ſacrarum litterarum locis, in quibus dicitur Chriſtum ambulaſſe, transfretaſſe, veniſſe, ingreſſum, & egreſſum fuiſſe, ſtetiſſe; abſentem fuiſſe, natum, ex virgine, delatum fuiſſe, in ſepulchro poſitũ, reſurrexiſſe, ad cœlos aſcendiſſe, venturum ad iudiciũ, & alia ſimilia; quibus apertè ſignificatur, non omnem ſimul locum, ſed vnum tantùm Chriſti corpus occupaſſe. Loca ſcripturarum ſunt. Matt. 2.3.4.5.6.& alijs ſequentibus, & Ioan. 6. 11. & 20. & Actor. primo. Nec aliquid frequentius occurrit in ſacris Euangelijs, quàm crebra Chriſti domini locorum mutatio, aut vnius loci, vel ſitus ab alio diſtinctio. Nec Vbiquiſtarum ſubterfugium aliquid valet; dicunt enim, his authoritatibus probari non fuiſſe Chriſtum vbique localiter, cum tamen diuino quodam modo vbique fuerit; At Ioã. 11. abſolutè dicitur. *Nõ eram ibi*, & Matt. vlt. *Nõ eſt bic*, cuius oppoſitum dicendũ fuerat, ſi verè, & ſimpliciter vbique Chriſtus eſt ſecundum corpus. Præterea, ſi Chriſtus ſecundum humanitatẽ vbiq; eſſet, non magis diceretur in ventre Virginis Matris cõceptus, & ex ea natus quàm ex quauis alia muliere; eadem enim ratione, & modo illo (vt aiunt) diuino, in vteris eſſet omnium fęminarum ſecundùm realem, & corporalem ſui præſentiam: Nam localis egreſſio, propter quã Chriſtum in ſola virgine conceptum, & ex ea natum affirmãt, ad exteriorem quandam apparentiam, magis quã ad veram conceptionis, & natiuitatis rationem pertinet; ſicut etiam legimus Deum in locis quibuſdam particularibus apparuiſſe, quamuis rea- — [M]att. 2. &c. 6. &c. [Act.] 1. — [Io]an. 11. [M]att. vlt.

A liter ſit vbique. Preterea Chriſti reſurrectio de ſepulchro, ingreſſus ad diſcipulos ianuis clauſis, aſcenſio in cœlum non eſſent ſinceræ veritatis aſſerta, ſed apparentiæ cuiuſdam phantaſticæ deliramenta; quod de ſanctorum euangeliorum narrationibus cogitare impium eſt, & enunciare blaſphemum.

Secundum argumẽtum trahitur, ex reali præſẽtia corporis Chriſti in euchariſtia: Nam, ſi vbiq; eſſet corpus Chriſti, non magis eſſet in ſacramento, quàm extra, nec magis commederetur in myſtica cęna, vel altari, quàm in quolibet alio communi cibo; nec hominis tantùm; ſed brutorum ẽt
B cibus eſſet; cum ita dictorum hæreticorum ſentẽtia ſtatuatur vbique, vt intimè corporibus inſit, & non tantùm extrinſecus, vt Solis radij, qui ſolã opaci corporis ſuperficiem ſui ſplẽdoris illuſtratione contingunt, quam differentiam erroris ſui tenebris obuolutus non aduertit Lutherus.

Tertium argumentum ſumitur ex communi ſãctorum patrum conſenſu. Auguſt. in epiſt. 57. ad Dardanum ſic ait. *Non eſt autem cõſequens, vt, quod in Deo eſt, ita ſit vbique, vt Deus: nam, & de nobis veraciſſimè ſcriptura dicit, quòd in illo viuimus, mouemur, & ſumus: nec tamen ſicut ille, vbique ſumus; ſed aliter ille in Deo, quoniam aliter, & Deus ille in homi-* — Auguſt.
C *ne, proprio quodam, ac ſingulari modo. Vna enim perſona Deus, & homo eſt, & vtrumque vnus Chriſtus Ieſus vbique per id, quod Deus eſt; in cœlo autem per id, quod eſt homo.* Cirill. Alex. lib. 11. in Ioann. cap. 21. *Cum Deus* (ait) *& homo Chriſtus verè ſit, oportuit intellexiſſe ineffabili Dei poteſtate vna cum eis ſemper futurũ, etiam ſi carne ab eſſet.* Leo ſer. 2. de aſcẽſione ſic ait. *Ineffabili modo per aſcenſionem capit eſſe diuinitate præſentior, qui factus eſt humanitate longinquior.* Plura alia patrum teſtimonia profert Cardin. Bellarm. lib. 2. de incarnatione, cap. 14. — Cirill. — Leo. — Bellarmin.

Tertium argumentum deducitur ex abſurdis:
Nam ſequeretur humanam Chriſti naturam æ-
D què eſſe immenſam, & infinitam, ſicut Verbum, & non eſſe in Chriſto naturarum, & proprietatum diſtinctionem; ſed omnium communitatem, & identitatem.

Argumenta hæreticorum, & ſolutiones.

Sed arguunt Vbiquiſtæ Lutherani. Primò Chriſtus, vt homo, exaltatus eſt ad dexteram Dei patris. Act. 2. Epheſ. 1. & Heb. 1. at dextera Dei eſt vbique; igitur Chriſtus vt homo, eſt vbique.

Reſpondetur primò; nullam eſſe conſequentiã: nam Sapient. tertio animæ iuſtorum ſunt in manu
E Dei, quæ vbique eſt, & tamen animæ iuſtorum nõ ſunt vbique.

Secundò reſpondetur: dexteram Dei ſignificare beatitudinem æternam, in qua non ſolùm Chriſtus; ſed omnes beati ſemper durabunt; quos ideo in dextera Dei ſeſſuros affirmat Auguſt. in lib. de Agone chriſtiano capit. 26. & alibi. Poſtremò admiſſo per dexteram Dei intelligi æqualitatẽ Dei, dico datum eſſe humanitati Chriſti ſedere ad dexteram Dei, nõ in ſe, ideſt ratione ſui, ſed in ſuo ſup- — Auguſt.

poſito:

poſito; quia ille homo, qui eſt Chriſtus, eſt æqua-
lis Deo patri, & eodem modo ille homo dicitur eſ
ſe vbique, non ſecundùm humanam naturam; ſed
ſecundum ſuppoſitum humanæ, & diuinæ naturæ.

Secundò per incarnationem factum eſt, vt vna
perſona eſſet Deus, & homo; at perſona eſt indiui-
dua ſubſtantia; ergo non poteſt vna pars perſonæ
ab altera vllo modo diuelli; ergo vbicunque eſt v-
na, ibi eſt altera. Confirmatur: quia, ſi caro Chri-
ſti non eſt vbique cum verbo, ſequitur verbum ali
cubi eſſe hominem, & alicubi non eſſe hominem:
quod ſanè abſurdiſſimum eſt.

Reſpõdetur: perſonã dici ſubſtantiã indiuiduã;
nõ quia vbi eſt vna pars perſonæ, ibi ſit altera; hoc
.n. vel ſenſu cõſtat eſſe falſum; non .n. eſt caput, vbi
ſunt pedes, & è contra, ſed dicitur perſona indiui
dua ſubſtantia propter vnitatem ſubſiſtentiæ; cui
ſufficit, vt partes alicubi ſimul ſint. Ex quamuis
humanitas vnita ſit toti Verbo, quòd eſt indiuiſi-
bile, non adequat tamen eius immenſitatem; quẽ-
admodum ſtella minor eſt orbe, cui coniungitur,
& ideo non poteſt eſſe, vbicunque eſt orbis; ſic hu
manitas Chriſti, quæ minor eſt Verbo, quamuis
ſit ei in indiuiſibili ſubſiſtentia coniuncta, non po
teſt eſſe, vbicunq; Verbum exiſtit. Ad confirma-
tionem reſpõdetur: propoſitionem illam, *Verbum
alicubi non eſt homo,* poſſe dupliciter intelligi: Vno
modo; vt dictio illa *alicubi* determinet locum ex
parte Verbi, & vnionis; & ſic falſa eſt; quia Verbũ
vbicunq; ſit, ſuſtinet humanitatem ſibi perſona-
liter vnitam, ſed in vno tamen loco ſolum exiſten
tem. Alio modo; vt determinet locum ex parte hu
manæ naturæ, & in hoc ſenſu vera eſt; & ſignifi-
cat, Verbum alicubi non exiſtere ſecundùm hu-
manitatem; quamuis illam habeat ſibi perſona-
liter vnitam, ſed alibi exiſtentem.

QVAESTIO NONA.

De Dei immutabilitate, in duos articulos diuiſa.

CONſequenter cõſiderandum eſt
de immutabilitate, & æternita-
te diuina, quæ immutabilitatẽ
conſequitur.

Circa immutabilitatem verò
quæruntur duo.

Primò, Vtrum Deus ſit omnino immuta-
bilis.

Secundò, Vtrum eſſe immutabile ſit pro-
prium Dei.

*Ratio Ordinis huius quæſtionis ad præcedentes, & arti-
culorum eius inter ſe.*

EX infinitate, ſiue immẽſitate Dei,
de qua egit S.Thom. in queſt. 7. ſe-
quuntur ſecundùm modum no-
ſtrum intelligendi duæ aliæ perfe
ctiones; Vna poſitiua, videlicet
Deum eſſe in omnibus rebus, &
locis per eſſentiam, præſentiam, & potentiã: Alia
A negatiua; quæ eſt immutabilitas abſolutiſſim
Et quoniam poſitiuum ſuo ordine præcedit
gatiuum, idcircò poſt diuinam infinitatem p
loco tractauit. S. Doct. de exiſtentia Dei in re
& locis; nunc autem tractat de immutabilita
cuius etiam notiſſima pars, quæ eſt immutab
tas ſecundùm locũ, manifeſta relinquitur ex
tio, & quarto articulo præcedẽtis quæſtionis;
eſt alia ratio ordinis inter quæſtionem hanc
præcedentem. Continet hæc quæſtio duos arti
los; quorum ſatis perſpicuus eſt ordo: Nã in p
ri diſſeritur de diuina immutabilitate ſecun
ſe; in poſteriori verò per comparationem ad
B turas: in quibus explicantur gradus, ſiuè modi
mutabilitatis diuerſi, quibus imitantur perfe
ſimam Dei immutabilitatem, & recenſentur
tabilitates ſingulis rerum naturis congruente
earum comparatione illuſtrior appareat abſ
tiſſima diuinæ maieſtatis immutabilitas.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Deus ſit omnino immutabilis.

AD primum ſic proceditur.
detur, quòd Deus non ſit o
C nino immutabilis. Quicq
enim mouet ſeipſum, eſt
quo modo mutabile; Sed, ſi
dicit Aug. * 8. ſuper Geneſ. ad literam; Sp
tus creator mouet ſe, nec per tempus, nec
locum; Ergo Deus eſt aliquo modo mu
bilis.

2 Præterea: Sapient. ſeptimo dicitur
Sapientia, quòd eſt mobilior omnibus mo
libus; Sed Deus eſt ipſa ſapientia; Ergo D
eſt mobilis.

3 Præterea: Appropinquari, & elong
D motum ſignificant; huiuſmodi autem dic
tur de Deo in ſcriptura Iac. 4. Appropinq
Deo, & appropinquabit vobis; Ergo Deu
mutabilis.

Sed contra eſt, quod dicitur Malach. 3.
go Deus, & non mutor.

Reſpondeo. Dicendum, quòd ex præ
ſis * oſtenditur, Deum eſſe omnino imm
bilem.

Primò quidem; quia ſupra oſtenſum e
eſſe aliquod primum ens, quod Deũ dicir
& quòd huiuſmodi primum ens oportet
E purum * actum abſque permixtione alic
potentiæ, eo quòd potentia ſimpliciter eſ
ſterior actu.

Omne autem, quòd quocumque modo
tatur, eſt aliquo modo in potentia. Ex qu
tet, quòd impoſſibile eſt, Deum aliquo m
mutari.

Secundò, quia omne, quòd mouetur, q
tùm ad aliquid manet, & quantùm ad alic
tra

Digitized by Google

tranſit; ſicut quod mouetur de albedine in nigredinem, manet ſecundùm ſubſtantiam, & tranſit ſecũdùm albedinem, & ſic in omni eo, quod mouetur, attenditur aliqua compoſitio.

1. art.7 Oſtenſum eſt autem ſupra, * quòd in Deo nulla eſt compoſitio; ſed eſt omnino ſimplex. Vnde manifeſtum eſt, quòd Deus moueri non poteſt.

Tertiò, quia omne, quod mouetur, motu ſuo aliquid acquirit, & pertingit ad illud, ad quod prius non pertingebat; Deus autem, cũ ſit infinitus comprehendens in ſe omnem plenitudinem perfectionis totius eſſe, nõ poteſt aliquid acquirere, nec extẽdere ſe in aliquid, ad quod prius non pertingebat.

13 Vnde nullo modo ſibi competit motus. Et inde eſt, quòd quidam antiquorum, quaſi ab ipſa veritate coacti, poſuerunt primum principium eſſe immobile.

Ad primum ergo dicendum; quòd Auguſtin. * ibi loquitur ſecundùm modum, quo Plato dicebat primum mouens mouere ſeipſum; co cita n arg. 13 * omnem operationem nominans motum; ſecundùm quòd etiam ipſum intelligere, & velle, & amare, motus quidam dicuntur.

Quia ergo Deus intelligit, & amat ſeipſum, ſecundùm hoc dixerunt, quòd Deus mouet ſeipſum, non autem ſecundùm quòd motus, & mutatio eſt exiſtentis in potentia; vt nunc loquimur de mutatione, & motu.

Ad ſecundum dicendum, quòd ſapientia dicitur mobilis eſſe ſimilitudinariè, ſecundùm quòd ſuam ſimilitudinem diffundit vſque ad vltima rerum: nihil enim eſſe poteſt, quòd non procedat à diuina ſapientia per quandam imitationem, ſicut à primo principio effectiuo, & formali, prout etiam artificiata procedunt à ſapientia artificis.

Sic igitur, inquantùm ſimilitudo diuinæ ſapientiæ gradatim procedit à ſupremis, quæ magis participant de eius ſimilitudine, vſque ad infima rerum, quæ minus participant, dicitur eſſe quidam proceſſus, & motus diuinæ ſapientiæ in res, ſicut ſi dicamus Solem procedere vſque ad terram, inquantùm radius luminis eius vſque ad terram pertingit.

ipit.1. in incip. Et hoc modo exponit Dionyſ. * capitu. 1. cœl. hierarch. dicens, quòd omnis proceſſus diuinæ manifeſtationis venit ad nos à patre luminum moto.

Ad tertium dicendum, quòd huiuſmodi dicuntur de Deo in ſcripturis metaphoricè. Sicut enim dicitur Sol intrare domum, vel exire, inquantùm radius eius pertingit ad domũ: ſic dicitur Deus appropinquare ad nos, vel recedere à nobis, inquantùm percipimus influẽtiam bonitatis ipſius, vel ab eo deficimus.

A

Senſus quæſiti.

Immutabile dicitur per negationem mutabilitatis realis, quæ nihil aliud eſt, quàm aptitudo paſſiua ad mutationem eius, quod mutabile dicitur; mutatio verò realis paſſiua latè ſumpta, prout includit propriam, & impropriã, eſt noua acceptio, vel deſitio alicuius eſſe realis; Vel eſt tranſitus de potentia paſſiua phyſica, aut logica in actum intrinſecum mobili, vel de actu in ipſius negationem; & ita non ſolùm nouæ perfectionis acceptio in ſubiecto præexiſtente, aut deperditio in ſubiecto remanẽte mutatio eſt, ſed etiam creatio,

B & annihilatio, vt patet ex artic. ſequente. Et quia, ſi mundus fuiſſet ab æterno, creatura prius natura fuiſſet nihil, quã haberet eſſe, vt ait S. D. in opuſc. de mundi æternitate (quod dictum expoſuimus infra quæſt. 50. art. 5.) ideò fuiſſet in ea creatione quædam mutatio realis, quamuis impropriè dicta.

Forma Textus.

Concluſio eſt. Deus eſt omnino immutabilis. Probatur tribus medijs.

C *Primum: Omne, quod mutatur quocunque modo, eſt aliquo modo in potentia; Sed Deus eſt purus actus abſq; omni permixtione potentiæ; Ergo impoſſibile eſt Deũ, aliquo modo mutari. Maior patet ex tertio Phyſicorũ. Minor probatur ex ſupradictis; quæſtione ſecunda, artic. 3. quia Deus eſt primum ens; ergo primus actus. Conſequentia probatur: Quia potentia eſt ſimpliciter poſterior actu. Secundum: In omni eo, quod mouetur, attenditur aliqua compoſitio; at in Deo nulla eſt compoſitio; ergo Deus moueri non poteſt. Minor patet ex tertia quæſtione; Maior probatur: Omne, quod mouetur, quantùm ad aliquid manet, et quantùm ad aliquid trãſit; ergo in omni eo, quod mouetur, attenditur aliqua compoſitio. Conſequentia eſt euidens; quia, ſi eſt ibi aliquid, &*

D *aliquid; ergo compoſitio.*

Antecedens manifeſtatur exemplo eius, quod mouetur de albedine ad nigredinem, quod manet ſecundùm ſubſtantiam, & tranſit ſecundùm albedinem. Tertium omne, quod mouetur, motu ſuo aliquid acquirit, & pertingit ad illud, ad quod prius non pertingebat; at Deus non poteſt aliquid acquirere, nec ad aliquid pertingere, ad quod prius non pertingebat: ergo Deus non poteſt moueri.

Maior relinquitur, vt nota; Minor autem probatur: Deus eſt infinitus comprehendens in ſe omnem plenitudinem perfectionis totius eſſe; ergo non poteſt aliquid acquirere, nec, &c. Confirmatur concluſio ex antiquorum ſententia; quorum quidam ab ipſa veritate coacti

E *poſuerunt primum principium, quod Deus eſt, eſſe immobile.*

Expoſitio Textus.

Ad euidentiam trium harum demonſtrationum, quæ ex viſceribus philoſophiæ ſunt deſumptæ, diſtinguendæ ſunt diligenter mutationes, quæ rationali, ſiue intellectuali naturæ poſſunt

ſunt congruere; quarum oppoſitæ immutabilitates Deo conueniunt. Deinde explicãda eſt vis earundem demonſtrationum.

Mutatio, ſiue motus communiſsimè dictus primò diſtinguitur in motum phyſicum, & motum metaphyſicum. Motus phyſicus in ſua amplitudine ſumptus, diſtingui ſolet in motum propriè dictum, quem diffinit Ariſt. tertio phyſic. eſſe actũ exiſtentis in potentia, inquantùm huiuſmodi; & in mutationem inſtãtaneam, qualis eſt illuminatio, & generatio: Quæ ab eodem philoſopho diffinitur in, ſecundò de generatione, quòd eſt mutatio de non eſſe ad eſſe nullo remanente ſubiecto sẽſibili; Quæ motus, ſiue mutationum ſpecies, cum materiam requirant in re, quæ ſecundùm earum aliquam moueri, ſiue mutari dicitur, rei immateriali nulla poſſunt ratione congruere, ſed materiali tantùm. Sicut homini conuenit generari, augeri, ambulare, & calefieri: Motus autem, ſiue mutatio metaphyſica eſt actio, vel paſsio rei immaterialis.

Motus metaphyſicus ... & quotuplex

Eſt autem actionum rerum immaterialium duplex genus, nam quædam ſunt tranſeuntes, & quędam immanentes; Dicuntur illæ tranſeuntes, quæ effectum aliquem habent in rebus externis; Sicut actio, qua Angelus defert hominem, vel lapidem, aut noſtros interiores ſenſus cõmouet, aut actio, qua Deus creat, conſeruat, & regit ea, quæ ſunt in vniuerſo. Actiones verò immanentes ſubſtantiarum immaterialium aliæ ſunt intellectus, vt intelligere, conſiliari, iudicare, &c. aliæ ſunt volũtatis, vt amare, odiſſe, deſiderare, ſperare, timere, & ſimilia. Ex quibus tamen actionibus immanẽtibus, quædam connaturales ſunt, & ſemper præſentes; ſicut intellectio, & amor, quibus ſeipſum, & Deũ Angelus cognoſcit, & amat. Quædam autem adueniunt, & recedunt; vt reliquæ rerum ad ordinem vniuerſi pertinentium intellectiones; quas habent Angeli per ſpecies naturaliter inditas; quibus pro libertatis vtuntur arbitrio, quando, & quomodo voluerint.

Denique actio immanens, ſiue ſit libera, ſiue naturalis, & ſimiliter tranſiens quædam eſt, quæ idẽ omnino eſt cum ſubſtantia intelligentis, & volentis; vt intellectio, volitio, & operatio Dei. Quædã autem diſtinguitur ab intelligentis, ſiue volentis, aut operantis ſubſtantia; ſicut intellectio, volitio, & operatio Angeli. Oẽs itaque actiones prædictę, ſiue operationes nuncupantur motus metaphyſici; quia ſunt actus perfecti. Nec ſunt à natura: quę diſtinguitur in materiam, & formã, quæ ſunt principium motus, & quietis in rebus materia conſtãtibus. Attendendus eſt tamen inter actiones prædictas quidam ordo: Nã primò, & propriè actus tranſeuntes diſtincti ab agentis ſubſtantia, & immanentes non connaturales, dicuntur motus metaphyſici. Secundariò verò, & propriè actus etiã immanentes connaturales dicuntur motus metaphyſici: quia minus habent de varietate. Impropriè verò dicuntur motus metaphyſici actiones Dei, ſiue tranſeuntes, ſiue immanentes. Et ſolent congruè nuncupari motus metaphyſici, ſed metaphoricè dicti.

A Paſsio verò metaphyſica quædam eſt ſecundũ eſſe; qua ſcilicet res ab extrinſeco agente, ſcilicet Deo mutatur de non eſſe ſimpliciter in eſſe ſimpliciter; Sicut etiam è contra ab eodem manum conſeruatiuam ſubtrahente mutari poſſunt de eſſe in non eſſe ſimpliciter. Quod rebus contingere non poteſt, niſi in ordine ad primã cauſam, à qua per creationem de non eſſe producuntur in eſſe, & eiuſdem operatione conſeruantur. Quædam alia eſt paſsio, qua res ſecundùm ſuperadditas perfectiones mutantur de non eſſe tali, in eſſe tale, aut è contra; vt cum Angelus, aut homo, gratiam, charitatem, & complura alia ſimilia diuinæ largitatis

B cariſmata recipit, aut iuſta diuinæ prouidentiæ diſpoſitione, & propria infęlix culpa deperdit. Quæ paſsiones, ſiue paſsiuę mutationes, cũ à phyſicis longè diſtent, inter metaphyſicas meritò numerantur. Ex dictis elucet ſenſus concluſionis S. Thom. quæ affirmat Deum eſse omnino immutabilem. Intelligenda ſiquidem eſt de immutabilitate ampliſsimè ſumpta, quatenus negat genus omne mutationis propriè dictæ, ſiue ſit phyſica, ſiue metaphyſica, non autem ſi ſit impropria, ſiue metaphorica mutatio; hanc enim fatetur S. Tho. in reſponſionibus ad argumenta Deo nobiliſsimo modo congruere. Non tamen eodem modo quæ-

C libet ex prædictis tribus demõſtrationibus diuinam concludit immutabilitatem: Nam prima, & vltima ratio vniuerſaliter videntur concludere. Secunda verò omnem à Deo mutabilitatem excludit duabus exceptis, illa ſcilicet, quæ eſt de nõ eſſe ad eſſe ſimpliciter, aut è conuerſo, & illa, quæ attenditur ſecundùm intellectionem, & volitionẽ Angeli naturalem, & minimè liberam. Quoniam naturales hæ operationes ſunt actus potentijs ſuis coæui.

Senſus concluſionis S. Th.

Vis rationum D. Th.

Sed neceſſe eſt materiam hanc adhuc paulò latius explicare. Notandum eſt igitur aliquid dupliciter mutari: Vno modo, vt mutationis ſubiectũ: Alio modo, vt forma; vt cum paries de nigro fit al-

D bus, mutatur paries vt ſubiectum; ſed albedo mutatur vt forma terminans motum dealbationis, nigredo verò mutatur vt forma, quæ abijcitur. Et eodem modo cenſendum eſt de metaphyſica illa mutatione, qua intellectus de vna intellectione mutatur in aliam, aut de non intelligente fit intelligens. Conſtat autem in intellectione, & volitione Angeli naturali non fieri dictam mutationem ſubiecti, vel formæ; cũ tales actus coęui ſint ſubſtantiæ angelicæ ad modum naturalis proprietatis; niſi fortè dicamus ad mutationem metaphyſicam ſufficere, vt ſubiectum ordine naturæ præ-

E cedat operationẽ, & ab ea realiter diſtinguatur, extendamuſque nomen metaphyſicæ mutationis ad omnem quantumuis ſimplicem, & naturalem effluxum, ſiue emanationem, ſecundùm quam, qđ prius natura erat in potentia, fit in actu, quod videtur verius. Quoniam igitur tres rationes in textu probant nullum genus, aut modum dictarum mutationum in Deo locum habere; idcirco efficaciter concludunt Deum eſse omnino immutabilẽ. Obſeruandum eſt autem diligenter S. Tho. in hoc, & ſequenti

& ſequenti articulo latius ſumere mutationem, q̃ accipiat infra q.45.art.2. ad ſecundum,& de potentia,quæſt.3. artic.2. vbi negat creationem eſſe mutationem: nam in ſequenti articulo manifeſtè ſub nomine mutationis creationem, & annihilationem comprehendit; & eadem ratione omnem ſimplicem emanationem hic poſſumus mutationem vocare.

Argumenta,quæ afferri ſolent ad illuſtrandam concluſionis veritatem, tracta ſunt ex alijs quæſtionibus,& tractatibus Theologicis, quapropter conſultius erit eorum diſcuſsionem proprijs locis reſeruare. Si quis tamẽ ea propter ſcolaſticos cõgreſſus videre deſiderat, legat Zumellũ ſuper hoc articulo.

Zumellus

ARTICVLVS II.

Vtrum eſſe immutabile, ſit Dei proprium.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur,quòd eſſe immutabile, nõ ſit propriũ Dei. Dicit enim Philoſophus in ſecundo Metaphyſ. * quòd materia eſt in omni eo, quod mouetur; ſed ſubſtantiæ quædam creatæ ſicut angeli,& animæ non habent materiã, vt quibuſdam videtur: Ergo eſſe immutabile non eſt proprium Dei.

2 Præterea: Omne,quòd mouetur, mouetur propter aliquem finem; quod ergo iam peruenit ad vltimum finem,non mouetur;ſed quædam creaturę iam peruenerunt ad vltimũ finem,ſicut omnes beati; Ergo aliquæ creaturæ ſunt immobiles.

3 Præterea: Omne,quòd eſt mutabile,eſt variabile; ſed formæ ſunt inuariabiles;dicitur enim in libro Sex principiorum, * quòd forma eſt ſimplici, & inuariabili eſſentia conſiſtens; Ergo non eſt ſolius Dei proprium, eſſe immutabile.

Sed contra eſt,quod dicit Auguſtin. * in libro de natura boni; Solus Deus immutabilis eſt; quæ autem fecit,quia ex nihilo ſunt,mutabilia ſunt.

Reſpondeo. Dicendum, quòd ſolus Deus eſt omnino immutabilis;omnis autem creatura aliquo modo eſt mutabilis: Sciendum eſt enim, quòd mutabile poteſt aliquid dici dupliciter.

Vno modo per potentiam, quæ in ipſo eſt: Alio modo per potentiam, quæ in altero eſt; omnes enim creaturæ,antequam eſſent, non erant poſſibiles eſſe per aliquam potentiam creatam,cũ nullum creatum ſit æternum; ſed per ſolam potentiam diuinam, inquantũ Deus poterat eas in eſſe producere. Sicut autem ex voluntate Dei dependet, quòd res in eſſe

A producit; ita ex voluntate eius depẽdet, quòd res in eſſe conſeruat; non enim aliter eas in eſſe conſeruat,quàm ſemper eis eſſe dando; vnde,ſi ſuam actionem eis ſubtraheret,omnia in nihilum redigerentur, vt patet per Auguſtinum.* ſuper Geneſ.ad litteram.

Sicut igitur in potentia creatoris fuit, vt res eſsent,antequam eſſent in ſeipſis,ita in potentia creatoris eſt, poſtquàm ſunt in ſeipſis, vt non ſint. Sic igitur per potentiam,quæ eſt in altero, ſcilicet in Deo,ſunt mutabiles, inquantum ab ipſo ex nihilo potuerunt produci

B in eſſe,& de eſſe poſſunt reduci in non eſſe.

Si autem dicatur aliquid mutabile per potentiam in ipſo exiſtentem, ſic etiam aliquo modo omnis creatura eſt mutabilis. Eſt enim in creatura duplex potentia,ſcilicet actiua, & paſsiua;dico autem potentiam paſsiuam, ſecundùm quam aliquid aſſequi poteſt ſuã perfectionem,vel in eſſendo, vel in conſequendo finem.

Si igitur attendatur mutabilitas rei ſecundùm potentiam ad eſſe, ſic non in omnibus creaturis eſt mutabilitas; ſed in illis ſolùm,in

C quibus illud,quòd eſt poſſibile in eis, poteſt ſtare cum non eſſe.

Vnde in corporibus inferioribus eſt mutabilitas,& ſecundũ n eſſe ſubſtantiale; quia materia eorum poteſt eſſe cũ priuatione formæ ſubſtantialis ipſorum;& quantùm ad eſſe accidentale,ſi ſubiectum compatiatur ſecum priuationem accidentis; ſicut hoc ſubiectum homo,compatitur ſecum non album; & ideo poteſt mutari de albo in non album.

Si verò ſit tale accidens,quod conſequatur

D principia eſsẽtialia ſubiecti,priuatio illius accidentis non poteſt ſtare cum ſubiecto. Vnde ſubiectum non poteſt mutari ſecundùm illud accidens,ſicut nix non poteſt fieri nigra.

In corporibus verò cęleſtibus materia non compatitur ſecum priuationem formæ; quia forma perficit totam potentialitatem materiæ; & ideo non ſunt mutabilia ſecundùm eſſe ſubſtantiale, * ſed ſecundùm locale; quia ſubiectum compatitur ſecum priuationem huius loci, vel illius. 367

E Subſtantiæ verò incorporeæ,quia ſunt ipſę formæ ſubſiſtentes, quæ tamen ſe habent ad eſſe ipſarum ſicut potentia ad actum,non cõpatiũtur ſecum priuationem huius actus;quia eſſe conſequitur formam: & nihil corrumpitur,niſi per hoc,quod amittit formam.

Vnde in ipſa forma non eſt potentia ad nõ eſſe: * & ideo huiuſmodi ſubſtantiæ ſunt immutabiles, * & inuariabiles ſecundùm eſſe; & hoc eſt,quod dicit Dionyſ. * decimo capitulo,

Margin notes: 48 q.14.ar. & q.15 7 & 1.d. 3.ar.1 Et d. q.5 art. Et 4.cõ. 14 & Et opuſ 416.17. 4.& 212 net tex. tom.3. — p.de for a.in prin p.tom.1. — lena. bo. c.1.to.6. — lib.4.c.22. circ. prin. to.3. — 365 367 D 122. capit. de diui. nõ. circ. à princip.

lo, de diuinis nominibus,quòd ſubſtantiæ in-
tellectuales creatæ, mundæ ſunt à generatio-
ne, & ab omni variatione ſicut incorporales,
& immateriales; ſed tamen remanet in eis du
plex mutabilitas: vna ſecundùm quòd ſunt in
potentia ad finem, & ſic eſt in eis mutabilitas
ſecundùm electionem de bono in malum, vt
Lib.2.c.3. & 4. Dam.* dicit. Alia ſecundùm locum,inquantū
virtute ſua finita poſſunt attingere quædā lo-
ca,quæ prius non attingebant; quod de Deo
dici non poteſt,qui ſua infinitate omnia loca
Q.8.art.2. replet,vt ſupra dictum eſt.* Sic igitur in omni
creatura eſt potentia ad mutationem; vel ſe-
40 cundùm eſſe ſubſtantiale,ſicut corpora corru
41 ptibilia,vel ſecundùm eſſe locale tantùm, ſi-
cut corpora cęleſtia: vel ſecundùm ordinem
ad finem, & applicationem virtutis ad diuer-
49 ſa, ſicut in angelis; * & vniuerſaliter omnes
333 creaturæ communiter ſunt mutabiles ſecun-
D. 896 dùm potentiam creantis, in cuius * poteſtate
eſt eſſe,& non eſſe earum.

Vnde, cum Deus nullo iſtorum modorum ſit mutabilis, proprium eius eſt, omnino immutabilem eſſe.

Ad primum ergo dicēdum, quòd obiectio illa procedit de eo, quod eſt mutabile ſecundùm eſſe ſubſtantiale,vel accidentale.De tali enim motu philoſophi tractauerunt.

Ad ſecundum dicendum,quòd Angeli boni ſupra immutabilitatem eſſendi,quę competit eis ſecundùm naturam, habent immutabilitatem electionis ex diuina virtute,tamen remanet in eis mutabilitas ſecundùm locum.

Ad tertium dicendum,quòd formæ dicuntur inuariabiles, quia non poſſunt eſſe ſubiectum variationis; ſubijciuntur tamen variationi, inquantum ſubiectum ſecundùm eas variatur.

Vnde patet,quòd,ſecundùm quòd ſunt,ſic
variantur; non enim dicuntur entia quaſi ſint
b ſubiectum eſſendi; ſed quia eis aliquid eſt.*
29 Et ſic patet ſolutio ad obiecta.

Forma Textus.

PRima concluſio. Deus eſt immutabilis. Hæc probata eſt in articulo præcedente;& probatur etiam in fine corporis ex principijs, ex quibus deducitur ſecūda concluſio.

Secunda concluſio. Omnis creatura aliquo modo eſt mutabilis. Probatur: Aliquid poteſt eſſe mutabile dupliciter: Vno modo per potentiam,quæ in ipſo eſt: Alio modo per potentiam,quæ eſt in altero; ſed omnes creaturæ ſunt mutabiles aliquo ex dictis modis; ergo. Maior patet; Minor quo ad mutationem per potentiam in altero probatur: Omnes creaturæ mutabiles ſunt ex nihilo in eſſe,& de eſſe poſſunt reduci in non eſſe; ergo.

Antecedens probatur: quia omnes creaturæ, ante-

A *quàm eſſent,non erant poſſibiles eſſe per potentiam aliquam creatam; ſed per ſolam potentiam diuinam,inquantum Deus poterat eas in eſſe producere; ergo omnes creaturæ mutabiles ſunt ex nihilo in aliquid. Probatur hoc antecedens: quia nullum cratum eſt æternum; ergo.*

Conſequentia verò prioris enthimematis probatur: Quia ex voluntate Dei pendet,vt & res in eſſe producat,& eas in eſſe conſeruet; ergo ex hoc ipſo mutabiles ſunt per potentiam in altero. Secunda pars huius antecedentis probatur. Primò ex priori eiuſdem antecedentis parte; quia Deus non aliter res in eſſe conſeruat, quàm continuè dando eis eſſe.

B *Secundò: authoritate Auguſtini lib. 4. ſuper Geneſ. ad litteram,cap.22. dicentis. Si ſuam actionem Deus à rebus ſubtraheret,omnia in nihilum redigerentur.*

Deinde probatur minor principalis argumenti quo ad potentiam,quæ eſt in ipſa creatura. In creatura duplex eſt potentia,ſcilicet actiua,& paſsiua; ſed qualibet creatura poteſt mutari ſecundùm aliquam ex dictis potentijs; ergo. Declaratur prima propoſitio diffiniendo vtramq; potentiam,& diſtinguendo potentiam paſsiuam. Potentia paſsiua ea eſt,ſecundùm quam aliquid aſſequi poteſt ſuam perfectionem,vel in eſſendo,vel in attingendo ſuum finem. Actiua potentia eſt; per quam aliquid poteſt alia attingere, & eis virtutem applica-
C *re. Diſtinctiones potentiæ paſsiuæ ſunt: Potentia paſsiua quædam eſt ad eſſe ſubſtantiale, & quædam ad eſſe accidentale. Et vtraque duplex eſt: Quædam ſeparabilis ab eſſe,& potens ſtare cum non eſſe;& quædam inſeparabilis ab eſſe.*

Deinde probatur ſecunda propoſitio, diſtinguendo tres ordines, ſiue partes vniuerſi, ſcilicet ſphæram elementorum cum mixtis,corpora cœleſtia, & ſubſtātias ſpirituales,aſſumendo propriam,& veram cauſam mutabilitatis ab intrinſeco; ex qua ſic arguit. S.D. In illis eſt mutabilitas,in quibus id,quod poſſibile eſt in eis,poteſt ſtare cum non eſſe; ſed in corporibus inferioribus id,quod poſſibile eſt, ſ.materia,poteſt ſtare cum non eſ-
D *ſe,tam ſubſtantiali,quàm accidentali;ergo in eis eſt mutabilitas ſecundùm vtrumque eſſe.*

Minor probatur diſtinguendo duplex genus accidentis,ſ.conſequentis principia eſſentialia ſubiecti, & non conſequentis: Nam reſpectu huius ſubiectum compatitur ſecum priuationem,non autem reſpectu illius: Nā poteſt homo mutari de albo in nigrum,non autem nix. Ex eodem principio probatur mutabilitas ſecundùm locum in corporis cœleſtibus cum immutabilitate ſecundùm eſſe ſubſtantiale, & in ſubſtantijs incorporeis mutabilitas ſecundùm electionem de bono in malum in ordine ad finem. Et tandem probatur earundem ſubſtantiarum mutabilitas ſecundùm potentiam actiuā; quia, ſecundùm potentiam actiuam poſſunt attingere quædā
E *loca,quæ prius non attingebant. Ex quo diſcurſu colligit S.Thom. creaturam omnem eſſe mutabilem, aut ſecundùm eſſe ſubſtantiale,aut ſecundùm eſſe locale,aut ſecundùm ordinem ad finem, & applicationem virtutis ad diuerſa; Deum autem eſſe omnino immutabilem,cū prædictis omnibus careat mutationibus.*

Expoſitio

Digitized by Google

Expoſitio Textus.

IN hoc articulo tractāt multi expoſitores quęſtionem de Angelorum incorruptibilitate, quæ propriè ſpectat ad quintum articulum quæſtionis quinquageſimæ. De qua re legendus eſt Capreolus in primo, diſtinct. 8. quæſt. tertia, Caietanus, Iauellus, Banneſius, Zumellus, & Molina ſuper hoc articulo. Sed cauenda eſt gloſſa Banneſij circa illam propoſitionem D. Thom. *eſſe conſequitur formam.* ait enim veram eſſe de eſſe ſpecifico, non autem de eſſe exiſtentiæ, quod nullā (inquit) conſequitur formam abſolutè loquendo, niſi quātùm ad limitationem. Quod dictum ſupra in quęſtione tertia, tanquam veritati, & doctrinæ D. Th. contrarium impugnauimus.

Capreol. Caiet. Iauellus. Bannes. Zumel. Molina.

QVAESTIO DECIMA.

De Dei æternitate, in ſex articulos diuiſa.

DEinde quæritur de æternitate. Et circa hoc quæruntur ſex.

Primò, quid ſit æternitas.

Secundò, Vtrum Deus ſit æternus.

Tertiò, Vtrum eſſe æternum, ſit proprium Dei.

Quartò, Vtrum æternitas differat ab æuo, & tempore.

Quintò, de differentia æui, & temporis.

Sextò, vtrum ſit vnum æuum tantùm, ſicut eſt vnum tempus, & vna æternitas.

Ratio ordinis huius quæſtionis ad præcedentem, & articulorum eius inter ſe.

SIcut patet ex hoc articulo, & ſequētibus, ratio æternitatis conſequitur ex ratione immutabilitatis tāquam ex cauſa virtualiter in eſſendo; igitur quæſtioni de æternitate locus debebatur immediatè poſt quæſtionem de immutabilitate: eſt enim æternitas infinitatis quidam modus media immutabilitate ad durationem diuini eſſe deriuatus.

Tractat autem S. Tho. de æternitate primò ſecūdùm ſe in tribus prioribus articulis; deinde agit de eadem per comparationem ad reliquas durationes in alijs tribus articulis. De æternitate ſecūdùm ſe tria docet. Primum eſt diffinitio in primo articulo.

Secundum eſt; proprium illius ſubiectum: de quo tractat. Primò id, quod certum eſt de verò, & proprio ſubiecto ex diffinitione diſcuſſa in primo articulo. videlicet. *Vtrum Deus ſit æternus* in ſecūdo articulo. Secundò id, quod in dubium vocari poſſet de non verò ſubiecto, in tertio articulo. De æternitate verò per comparationem ad reliquas durationes agit dupliciter.

Primò per cōparationem ad tempus, quod eſt omnium durationum notiſsimum, in quarto articulo. Secundò per comparationem ad æuum in duobus vltimis articulis, in quibus explicat naturam æui: quia æuum eſt quędam æternitas participata, & ideo ſpectabat ad tractatum de æternitate: & cum ęuum ſit ęternitati maximè ſimile, ex eius cognitione facilè aſcenditur ad æternitatis notitiam.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum conuenienter diffiniatur æternitas, quòd eſt interminabilis vitæ tota ſimul, & perfecta poſſeſsio.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd non ſit conueniens diffinitio æternitatis, quam Boet.* ponit. 3. de conſol. dicens, quòd æternitas eſt interminabilis vitæ tota ſimul, & perfecta poſſeſsio. Interminabile enim negatiuè dicitur. Sed negatio non eſt de ratione, niſi eorum, quæ ſunt deficientia; quod æternitati non competit; ergo in diffinitione æternitatis non debet poni interminabile.

45 1. d. 8. q. 2. ar 1. & diſtin. 19. q. 2. art 1. & po. q. 3. artic. 14. co. lib. 3. proſa. 2. circa prin.

2 Præterea: Aeternitas durationem quādam ſignificat; duratio autem magis reſpicit eſſe, quàm vitam; Ergo non debuit poni in diffinitione æternitatis vita, ſed magis eſſe.

3 Præterea: Totū dicitur, quòd habet partes; Hoc autem æternitati non conuenit, cum ſit ſimplex; Ergo inconuenienter dicitur tota.

4 Præterea: Plures dies non poſſunt eſſe ſimul, nec plura tempora; Sed in æternitate pluraliter dicuntur dies, & tempora: dicitur enim Micheæ 5. Egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis. & ad Roman. 16. cap. Secundùm reuelationem myſterij temporibus æternis taciti; Ergo æternitas non eſt tota ſimul.

5 Præterea: Totum, & perfectum ſunt idē, Poſito igitur, quòd ſit tota, ſuperfluè additur quòd ſit perfecta.

6 Præterea: Poſſeſsio ad durationem non pertinet; æternitas autē quædam duratio eſt; Ergo æternitas non eſt poſſeſsio.

Reſpondeo. Dicendū, quòd ſicut in cognitionem ſimplicium oportet nos venire per cōpoſita, ita in cognitionem æternitatis oportet nos venire per tēpus, qđ nihil aliud eſt, quàm numerus motus ſecundùm prius, & poſterius. Cum enim in quolibet motu ſit ſucceſsio, & vna pars poſt alteram, ex hoc, quòd numeramus prius, & poſterius in motu, apprehendimus tempus, quod nihil aliud eſt; quàm numerus prioris, & poſterioris motus; in eo autem, quòd caret motu, & ſemper eodem modo ſe habet, non eſt accipere prius, & poſterius. Sicut igitur ratio temporis conſiſtit in numeratione

tionꝫ prioris,& poſterioris in motu,ita in apprehenſione vniformitatis eius, quod eſt omnino extra motum,conſiſtit ratio æternitatis. Item ea dicuntur tempore menſurari, quæ principium,& finem habent in tempore,vt di-
3.phyſ.tex 120.com.1 citur in 4.phyſic. * & hoc ideo: quia in omni eo,quod mouetur,eſt accipere aliquod principium,& aliquem finem. Quod verò eſt omnino immutabile,ſicut nec ſucceſsionem,ita nec principium,aut finem habere poteſt. Sic ergo ex duobus notificatur æternitas. Primò ex hoc,quòd id,quod eſt in æternitate, eſt interminabile,ideſt,principio,& fine carens; vt terminus ad vtrumque referatur. Secundò per hoc,quòd ipſa æternitas ſucceſsione caret,tota ſimul exiſtens.

Ad primum ergo Dicendum, quòd ſimplicia conſueuerunt per negationem diffiniri, ſi-
d 52 cut punctus eſt,cuius pars non eſt;* quod non ideo eſt,quòd negatio ſit de eſſentia eorũ,ſed quia intellectus noſter, qui primò apprehendit compoſita,in cognitionem ſimpliciũ peruenire non poteſt, niſi per remotionem compoſitionis.

Ad ſecundum dicendum,quòd illud, quod eſt verè æternum,non ſolùm eſt ens,ſed viuẽs; & ipſum viuere ſe extendit quodammodo ad
111 operationem,non autem eſſe; * protenſio * au-
D. 742. tem durationis videtur attẽdi ſecundùm operationem magis,quàm ſecundùm eſſe; vnde & tempus eſt numerus motus.

D. 572. Ad tertium dicendum, quòd æternitas * dicitur tota,non quia habet partes, ſed inquantum nihil ei deeſt.

Ad quartum dicendum, quòd ſicut Deus, cùm ſit incorporeus,nominibus rerum corporalium metaphoricè in ſcripturis nominatur, ſic æternitas tota ſimul exiſtens nominibus tẽporalibus ſucceſsiuis.

Ad quintum dicendum, quòd in tempore eſt duo conſiderare,ſcilicet ipſum tempus,qđ eſt ſucceſsiuum;& nunc temporis,quod eſt imperfectum. Dicitur ergo tota ſimul, ad remouendum tempus;& perfecta, ad excludendum nunc temporis.

Ad ſextum dicendũ,quòd illud,quod poſſidetur,firmiter, & quietè habetur. Ad deſignandam ergo immutabilitatem, & indeficiẽtiam æternitatis,vſus eſt nomine poſſeſsionis.

Senſus quæſiti.

Aeternitatis ſignificatio multiplex. OBſeruandum eſt nomen æternitatis analogum eſſe,& quatuor modis ſolitum vſurpari, vt colligitur ex S. Thom.artic.3. huius quæſtionis.

Primò pro duratione diuturna. Et hoc modo dicuntur montes æterni, licèt ſint cor-
Pſalm. 75. ruptibiles,iuxta illud Pſal. *Illuminans tu mirabili-*
A *ter à montibus æternis*. Secundò ſumitur æternitas pro duratione rei immutabilis ſecundum eſſe. Et ſic Angeli,& cęli dicuntur æterni;& ſimiliter terra ſecundum ſe totam. Vnde Eccl. 3. dicitur *terra* Eccle.
in æternum ſtat. Tertiò modo æternitas dicitur duratio operationis intranſmutabilis: qualis eſt viſio Beata,qua ſancti Deum immediatè in ipſo diuino lumine contemplantur. Vnde Dominus Io.
17.viſionem illam ineffabilem vitam æternam nominat dicens. *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.* Ioan.
Prædictis tribus modis æternitas minus propriè ſumitur; Igitur Quarto modo propriè,& ſtrictè accipitur æternitas pro duratione rei omnino im-
B mutabilis. In quo ſenſu explicauit illius naturam Boetius diffinitione in titulo præfixa, & hic à S. Thom.examinata.

Forma Textus.

DOcet primò S. D. *modum inueſtigandi rationem æternitatis.*

Secundò vtitur eo ad inquirendas duas præcipuas particulas æternitatis,quarum vna ponitur in diffinitione in recto, ſiue intrinſecè altera verò in obliquo, ſiue vt additum. tandem ex illis colligit rectam eſſe di-
C *ctam diffinitionem. Igitur ſtatuit primò S.Thom. æternitatem cognoſcendam eſſe per tempus. Probatur ſic: In cognitionem ſimplicium oportet nos deuenire per compoſita; at æternitas ſimplex eſt,tempus verò compoſitum: ergo. Maior patet,quia compoſita ſunt nobis notiora. Minor autem probatur; quia tempus eſt numerus motus ſecundùm prius,& poſterius, & ſucceſsionem habet; æternitas verò eſt vnitas ſucceſsione carens. Conſtat autem,quòd numerus eſt compoſitus reſpectu vnitatis,& id,quod ſucceſsionem habet prioris, & poſterioris eſt compoſitum reſpectu eius, quod caret tali ſucceſsione. Itaque ex ratione temporis oportet inueſtigare rationem æternitatis remouendo ab æternitate ea,*
D *quæ tempori conueniunt,quatenus compoſitum eſt. Secundo igitur loco S.Thom. vtens prædicto modo inueſtigat duas particulas poſitas in diffinitione æternitatis. Et primò illam,quæ ponitur in recto, ſiuè intrinſecè in diffinitione æternitatis, nimirum,* æternitas eſt vniformitas. *Probatur ergo ſic prædicta particula. Ratio temporis conſiſtit in numeratione prioris, & poſterioris in motu; ergo ratio æternitatis conſiſtit in apprehenſione vniformitatis eius,quod eſt omnino extra motũ. Antecedens probatur: quia, cum tempus ſit menſura motus,ex hoc apprehẽdimus tempus,quòd numeramus prius,et poſterius in motu. Cõſequentia probatur:quia, ſicut ſe habet tempus ad ſucceſsionem partis poſt partẽ in motu; ita æternitas ad rem carentem ſucceſsione*
E *quacunque; ergo,ſicut ratio temporis conſiſtit in numeratione prioris, & poſterioris in motu, ita ratio æternitatis conſiſtit in apprehenſione vniformitatis eius, quod eſt omnino extra motum; æternitas ergo eſt vniformitas. Secunda particula, quæ ponitur in diffinitione æternitatis in obliquo,ſiue vt additum eſt,* interminabilis vitæ. *Quæ ſe tenet ex parte ſubiecti,qđ non niſi, vt additum,ponitur in diffinitione. Dicitur autem vita interminabilis,quæ caret principio,& fine. Probatur,*

Digitized by Google

Probatur ergo ſic prædicta particula: Ea dicuntur tempore menſurari, quæ principium, & finem habent in tẽpore; ergo illud dicitur æternitate menſurari, quod principio, & fine caret; quod eſt eſſe interminabile. Antecedens probatur: quia in omni eo, quod mouetur, eſt accipere aliquod principium, & aliquem finem. Conſequẽtia verò probatur: quia, ſicut tempus eſt mẽſura rei mutabilis, ita æternitas eſt menſura rei omnino immutabilis; at quod eſt omnino immutabile, caret principio, & fine; ergo. Probatur hæc minor: quia caret ſucceſſione; ergo principio, & fine. Ex dictis colligitur diffinitio æternitatis, videlicet. Aeternitas eſt vniformitas rei interminabilis. Ad quas duas particulas, vt videbimus, reducuntur reliquæ omnes. Et hinc habetur concluſio, quæ non niſi implicitè, & virtualiter proponitur à S. Thom. videlicet. Diffinitio æternitatis à Boetio aſsignata eſt conueniens.

Expoſitio Textus.

Diſtinguitur, & explicatur ratio menſuræ, et eius proprietates, & conditiones in ſingulis membris.

AD euidentiam præſentis diſcurſus, & doctrinæ totius huius quæſtionis, tria ſunt explicanda ex doctrina D. Thom.

Primum eſt ratio, & proprietates menſuræ.

Secundum eſt ſignificatio, & quidditas durationis, illiuſque proprietates.

Tertium, quomodo ex diſcurſu S. Thomæ colligi poſsit prædicta diffinitio æternitatis, quo ad omnes, & ſingulas eius partes.

Quo ad primum S. Tho. in primo ſententiarum, diſt. 8. q. 4. artic. 2. ad tertium cum Ariſt. decimo metaph. tex. ſecundo, & tertio docet menſuram nuncupari illud omne, per quod innoteſcit quantitas rei.

Et quoniam quantitas duplex eſt, ſcilicet dimẽſiua, & perfectionalis; idcirco etiã duplex eſt menſura; vna quantitatis dimenſiuæ, altera quantitatis perfectionalis. Sed quantitati dimenſiuæ propriè conuenit ratio menſuræ; perfectionali autem per quandam tranſumptionem, ſiue ſimilitudinẽ. Ad hoc autem, vt aliquid ſit menſura quantitatis dimenſiuæ, requiritur, vt illud ſit minimum, vel ſimpliciter; vt in numeris, qui menſurantur vnitate, quæ eſt minimum ſimpliciter; vel vt ſit minimum ſecundùm humanam inſtitutionem; ſicut pes, vlna, vel brachium, quibus continua menſurãtur. Quæ tria, licet ſecundùm ſe diuiſibilia ſint, humano tamen inſtituto ad obſeruãtiam iuſtitiæ minimè diuidi poſsunt; nulli namque priuatę perſonæ fas eſt illis quidquam addere, vel minuere. Oportet enim menſuram eſſe certiſsimam; nõ poſſet autem certitudo conſiſtere, ſi variabilis eſſet ſecundùm magis, & minus, aut ſecũdum additionem, & ſubtractionem.

Sed, vt aliquid ſit menſura quantitatis perfectionalis, poſtulat, vt illud ipſum ſit primum, ſimplicisſimum, & perfectiſsimum; non ſimpliciter, **A** ſed in eo dumtaxat genere, in cuius ambitu rationem habet menſuræ.

Ratio eſt D. Tho. in dicto loco; quoniam vnũquodque cognoſcitur habere de veritate generis plus, & minus, ſecundum quod magis accedit ad ipſum, ſcilicet primum, & perfectiſsimum, vel recedit; ſicut album dicitur menſura in genere colorum; quia eſt perfectiſsimum; & Deus in coordinatione ſubſtantiarum, quia habet eſſe perfectisſimum, & ſimpliciſsimum, rationem habet menſuræ. Hæc in ſubſtantia D. Thom. D. Thom

Sed præterea obſeruandum eſt, ex D. Thom. de ver. q. prima, art. quinto, & 2. ſententiarum, diſt. 2. **B** quæſt. 1. artic. 2. ad primum, duplicem eſſe quantitatis menſuram; vnam videlicet intrinſecam, & aliam extrinſecam.

Intrinſeca eſt; quæ ineſt rei mẽſuratæ, ſicut accidens in ſubiecto, aut aliquo alio modo. Et hæc multiplicatur ad multiplicationem menſurati, quemadmodum plurium corporum æqualium lõgitudo pluribus lineis menſuratur. Extrinſeca vero menſura eſt vnius rei quantitas, ex cuius comparatione cognoſcitur quãtitas alterius, ſiue multorum aliorum; ſicut ex quantitate palmi replicata cognoſcitur huius, & illius panni quantitas, & ſic etiam ad numerum vnius primi motus, qui nu- **C** merus eſt tempus, multi motus menſurantur: & multa ſecundum eſſe permanentia ad vnitatem vnius permanentis, quod eſt æuum; vt inquit S. Thom. in ſecundo ſentent. diſt. 2. q. 1. art. 1. ad primum. Ad quantitatem autẽ perfectionalem pertinere aliquo modo videtur etiam rei duratio, in ſpiritualibus præſertim; quæ duratio diuerſa eſt in diuerſis rerum ordinibus; puta Deo, Angelis, & rebus corruptibilibus iuxta diuerſam earum naturam, & perfectionem. Vnde motus primi mobilis, quia ſimplicisſimus, & perfectisſimus eſt in genere motuum, menſurat omnes motus: & eſſe primi æuiterni, quia eſt omnium æuiternorum ſimpli- **D** cisſimum, & perfectisſimum, omnia æuiterna mẽſurat, vt docet S. Tho. in vltimo artic. huius quęſtionis. Sed licet rei intrinſeca duratio ad ipſius rei perfectionem pertineat, ſicut, & eſſe; quatenus tamen alterius rei durationis eſt menſura, magis videtur aſsimilari menſuræ quantitatis dimenſiuæ, quam menſuræ quãtitatis perfectionalis; quia mẽſurat per modum adæquationis, quo ad rationem durationis, vt duratio eſt; quãuis ſemper ſit differẽtia materialis, quo ad rationem perfectionis; quia duratio menſurans dicit eſſe ſimplicius, & magis vniformæ, quàm ſit eſſe durationis menſuratæ; vt patet in primo motu, cuius vna circula- **E** tio in ratione durationis adæquatur vni circulationi vltimi cęli; ſed illam excedit in ſimplicitate, & vniformitate. Ex dictis patet nomen menſuræ multiplex eſſe, nec poſſe aſsignari vnam illius ſimplicem, ac præciſam rationem, aut proprietatem: Nam alia eſt ratio, & proprietas menſuræ quantitatis dimenſiuæ, alia menſuræ quantitatis perfectionalis, alia rurſus eſt ratio, & proprietas menſuræ intrinſecæ, & alia menſuræ extrinſecæ. Quãuis vna ſit oĩum analoga ratio, ſecundùm quã ſic

Menſura quantitatis duplex.

S. Thom. Duratio qualis mẽſura ſit.

Menſuræ deſcriptio. poteſt menſura deſcribi. Menſura eſt ratio cognoſcendi quantitatem alicuius rei, ſiue id, per quod alterius rei quantitatem cognoſcimus.

Differentia menſuræ perfectionalis, & dimenſiuæ. Sed hoc intereſt inter menſuram quantitatis dimenſiuæ, & menſuram quantitatis perfectionalis extrinſecam; q̄ menſura quantitatis dimẽſiuæ ita menſurat, vt pluries accepta æquiparetur menſurato; ſicut numerus ternarius pluries acceptus nouenarium menſurat. Quod conuenit ēt tempori, q̄ eſt materialiter motus primi mobilis, reſpectu reliquorum motuum; At menſura quantitatis perfectionalis nunquam adęquatur menſurato; ſed longe ſemper ſuper excedit. Quam differentiam ſignificauit S.Thom. opuſc. 36. art. 3. à medio. S.Tho.

Et ratio differentiæ eſt: quoniã id, quod eſt mẽſura quantitatis perfectionalis, perfectiſsimũ eſt in toto illo genere, & rationem habet cauſæ exemplaris, vt docet Capr. in 1. ſen. diſt. 2. q. 2. ad 3. & 4 contra 6. concluſ. & menſurat præciſe, vt ratio cognoſcendi quantitatem alterius à priori; & conſequenter menſurat mediante ſcientia, vt ait S.Tho. in dicto opuſculo, & Capr. in quæſt. allegata. Capreol. Capreol.

Quod verò eſt intrinſeca menſura, ſecundùm æqualitatem quandam menſurat, & non neceſſariò realiter à re menſurata diſtinguitur; vt patet de tempore reſpectu primi motus; & de æuo reſpectu eſſe primi æuiterni. Cum igitur prædicta communis ratio menſuræ pluribus entium generibus, & ordinibus conueniat, ſequitur menſuram nullũ ſibi vendicare peculiare rerum genus ab alijs diſtinctum; ſed in multis rerum generibus eſſe diſtributam. Quod autem ſint aliquæ rerum intrinſecę menſuræ, diſcutietur in ſequenti Controuerſia.

Explicatur nomen, & ratio durationis, oſtenditurq́; tã ad rem menſurabilem, quàm ad menſuram pertinere.

Secundò loco explicanda eſt ſignificatio huius nominis duratio, eiuſq; natura, & ꝓprietates.

Quod paucis verbis eggregiè præſtitit Capreolus in dicta 2. q. 2. ſent. in fine, in reſpõſione ad ſextum argumentum dicens. Eadem res dr̃ ipsũ eſſe, inquantum eſt actus entis, vel eſſentiæ; dicitur autem duratio, inquantum non raptim tranſit, ſed diu ratum eſt; dicitur verò menſura, vel æuum, inquantum induit rationem vnitatis, vel ſimultatis; ita vt poſſit certificare quantitatem aliorum eiuſdem generis. Ex quibus verbis patet nomen durationis prima, & propria ſui ſignificatione nõ importare rationem menſuræ; ſed rationẽ rei mẽſurabilis; cum prius eſse Angeli habeat rationem durationis, quàm rationem menſuræ, & tamẽ idẽ eſſe ſit menſura, & menſuratum.

Sed vſu loquentium receptũ eſt, vt nomen durationis, quandoq; menſuram ſignificet cõiter dictã ad tempus, æuum, & æternitatẽ. Vnde etiam eſſe Sortis, & eſſe motus vt perſeuerãs duratio quedã eſt. Et tempus etiam menſurans eſſe Sortis, & eſſe motus vt perſeuerans duratio nuncupatur. D. Thom.

Et apud D.Tho. quandoq; vno, quandoq; alio modo ſumitur duratio. Nam in hoc articulo in reſponſione ad ſecũdum ait protenſionem durationis magis attendi ſm̃ operationem, quàm ſm̃ eſſe,

A & ideo melius poſitum eſſe nomen vitæ in diffinitione, quàm eſſe; quaſi ſignificans durationem habere rationem menſurati; & tamen in argumento dixerat, *æternitas eſt quædam duratio*. Vnde etiam in primo ſententiarum, diſt. 8. q. 2. artic. 2. Diſtinguit æternitatem, æuum, & tempus ſecundùm diuerſos modos durationis rerum menſuratarũ per dictas menſuras. Quæ diſtinctio nequaquam eſſet ſecundùm artem, ſi durationis nomen ibidem eſſet nomen menſuræ, & non menſurati; & de potentia q. 3. art. 17. ad 14. ait. *Id quod incipit, habet menſuram durationis*: ergo duratio menſuratur; Nam quemadmodum quantitas ſecundùm quam, corporea ſubſtantia ſit extenſa, licet ſit illius intrinſeca menſura, vt ſupra diximus, abſolutè tamen B non dicitur illius menſura; ſed potius eſt illa, qua res quanta per alterius rei quantitatem redditur menſurabilis; ita duratio, quę alicui ſubſtãtiæ ineſt, & qua formaliter ſubſtantiã durare dicitur, non eſt illius menſura, niſi eo modo, quo quãtitas eſt menſura proprij ſubiecti.

Sed alterius ſubſtantiæ, vel rei duratio, puta primi æuiterni, rationem habet menſuræ reſpectu cęterarum durationum eiuſdem generis; ſicut etiam quantitas eſt quantitatis menſura, & motus motuum, & ſubſtantia ſubſtantiarum. Vnde S.Thom. C in primo ſentent. diſt. 19. q. 2. artic. primo reſpiciens ad durationem mẽſurantem alias durationes dixit nomẽ æternitatis, æui, & temporis, ſignificare durationem quandam.

Reijcitur ſententia Bannesij Zumelli, Vaſquezij, & Suarezij.

Ex prædictis patet Banneſium, & Zumellum in tertio artic. huius quæſtionis male negaſſe ęternitatem eſſe formaliter durationem, eo quod æternitas ſit menſura durationis. Cum omnis duratio modo inferius explicando rationem habeat D menſuræ, aut extrinſecæ, vt duratio primi motus reſpectu reliquorum motuum, & duratio primi ęuiterni reſpectu reliquorum æuiternorum; aut ſaltem intrinſecæ reſpectu proprij ſubiecti, quod ex tanta durationis inhærentis quantitate denominatur formaliter tantùm durans; ſicut primus motus ex tanta ſuæ propriæ durationis quantitate tã tùm formaliter denominatur durans; ſimiliter & primum ęuiternum propria duratione, quæ nuncupatur æuum, menſuratur; ſicut etiam Deus ſua æternitate. Nec repugnat durationem rerum alicui primæ ſubordinatarum habere rationem intrinſecæ menſuræ, & ſimul etiam conſtituere eaſdem E res, vt menſurabiles per rei in illo genere ſupremæ durationem; ſed ex ipſa naturali ſubordinatione conſequitur.

Itaque per intrinſecam durationem cognoſcetur quantitas durationis rei, nõ abſolutè (alias duratio ſeipſam menſuraret,) ſed denominatiuè reſpectu rei durantis: Nã ex hoc ipſo, q̄ rei ineſt tanta durationis latitudo, tantùm durare cognoſcitur. Nec tamẽ eadem eſt ratio de qualibet alia forma reſpectu ſui ſubiecti, vt per hoc dicatur eſſe

eius

Digitized by Google

eius menſura, quod ſubiectum ex tanta formæ perfectione, vel gradu talem, vel tãtam ſuſcipiat denominationem, ſicut ex tãta albedinis perfectione denominatur paries ſecundum tantum gradũ coloratus; & ſecundum virtutis, bonitatis, aut ſapientiæ perfectionem cognoſcitur, & denominatur ſubiectum virtuoſum, bonum, & ſapiens: Nam cognitio, & denominatio non eſt à dictis perfectionibus, tanquã à menſuris, niſi impropriè, ſed tanquam à formis; quia omnis forma eſt ratio cognoſcendi. Verùm, vt diximus, non eſt eadem ratio; quia tales formæ ex natura ſua non habent rationem menſuræ, ſicut duratio, cum non habeant rationem, niſi quantitatis perfectionalis.

At duratio latitudinem habet quaſi dimenſiuã; cui cõuenit ratio menſuræ. Propter quam cauſam S. Thom. dixit quantitatem eſſe menſuram intrinſecam rei quantæ; non autem alia accidentia, & per hoc ſoluuntur argumenta Gabrielis Vaſquez ſuper hoc articulo, & Suarezij diſput. Metaph. 50. ſect. 2. num. 7. & ſect. 4. num. 4. quatenus militant contra præſentem doctrinam. [Vaſquez. Suarez.]

Durationem ab eſſe rei non realiter, ſed ratione tantùm diſtingui.

QVomodo verò diſtinguatur duratio, & eſſe rei, an realiter, vel ratione tãtum, aut etiam ex natura rei; & quid addat duratio ſuper eſſentiã rei durantis, omiſſis opinionibus.

Dico primò durationem intrinſecam cuiuslibet rei idem eſſe realiter, quod eſſe rei.

Probatur primò ex D. Tho. artic. ſequenti, vbi probat nullam rem aliam à Deo eſſe ſuam durationem, quia non eſt ſuum eſſe; igitur eſſe rei idem eſt, quod duratio. Secundò ex Capreolo ſupra allegato dicente eandem rem nuncupari eſſe, ideſt exiſtentiam, inquantum eſt actus entis, vel eſſentiæ, & durationem nominari, quatenus illud eſſe non rapſim tranſit, ſed durans eſt; menſuram autem, quatenus induit rationem vnitatis; igitur teſte Capreolo duratio dicit eſſe vt permanens, & idem perſeuerans. [Tho. Capreolus]

Ex quo ſequitur, durationem eſſe permanentiam, ſiue perſeuerantiam in eodem eſſe. At permanentia, ſiue perſeuerantia in eodem eſſe idẽ eſt realiter, quod eſſe; ſicut etiam rei creatio, & eiuſdem conſeruatio idem ſunt realiter: Nam conſeruatio eſt eadem actio, qua res eſt producta perſeuerãs; tametſi magna ſit differentia inter duo hæc poſteriora, & duo illa priora.

Secundò dico rei exiſtẽtiam, & durationem ab inuicem diſtingui ratione ratiocinata, ideſt habẽte in re fundamentum. Hoc dictum patet ex prædictis verbis Capreoli: Nam alia eſt ratio formalis eſſe abſolutè ſumpti, vel quatenus eſt actualitas vltima, & alia eiuſdem eſſe, quatenus idẽ perſeuerat. Hæc verò perſeuerantia in eſſe non addit ſuper eſſe aliquid reale, ſed modo noſtro intelligẽdi præſupponit rei exiſtẽtiam; ſiue illa fuerit producta, vt exiſtentia rei creatæ; ſiue improducta, vt exiſtentia diuina; & addit negationem inſtãtanei tranſitus, qualis eſt eorum, quæ habent eſſe tantũ per inſtans.

A Illa namque propriè non dicuntur durare: res enim permanentes incipiunt exiſtere per primum ſui eſſe; non tamen durare incipiunt per primum ſuum eſſe, ſed per vltimum non eſſe. Quo fit, vt in primo inſtanti, quo res producitur, & eſt in rerum natura, non dicatur durare; ſed inde tanquam ab extrinſeco termino incipit illius duratio.

Durationem omnem eſſe menſuram: & nominibus temporis, æui, & æternitatis ſignificari formaliter relationem menſuræ.

B TErtiò dico durationem omnem habere rationem menſuræ, vel intrinſecæ, vel extrinſecæ. Quod dictum non ita intelligendum eſt, quaſi in ratione formali durationis, vt ſic, includatur relatio menſuræ; hoc enim falſum eſt, & contra ſecundum dictum; in quo aſſignauimus completam rationem durationis ad mentem Capreoli abſq; ratione menſuræ; ſed ideo dicimus omnem durationem habere rationem menſuræ, quia quælibet duratio talis eſt naturæ; vt ex ea poſſit à priori certificari intellectus de quantitate durationis, ideſt perſeuerantiæ rei in eodem eſſe, aut abſolutè; vt fit per durationem extrinſecam primæ rei durantis in vnoquoque ordine; aut denominatiuè, vt fit C per durationem cuiuslibet rei intrinſecam.

Quartò dico durationis nomen accipi quandoq; pro extrinſeca duratione, prout ex eius quãtitate aliarum durationum, aut rerum durãtium eiuſdem ordinis quãtitatem cognoſcimus; vt etiã ſupra diximus.

Et in hoc ſenſu nomẽ durationis ſignificat formaliter relationem menſuræ; ſicut enim tantum tẽpus, verbi gratia vnius anni, appellamus tantam ciuitatis, aut ædificij, vel hominis durationem.

Quintò dico nomina temporis, æui, & æternitatis ſignificare formaliter relationem menſuræ: Nã ſignificant tales durationes, quatenus per eas cognoſcimus quantitatem alterius durationis, aut D rei durantis: tempus ſiquidem numerum, æternitas, & æuum vnitatem ſignificant; quibus, videlicet numero, & vnitati, ratio menſuræ congruit; ſed de hoc infra differemus vberius: Sequitur ex dictis ſolutio alterius quæſiti; quomodo ſcilicet duratio dicatur tanta, aut maior, vel minor.

Nam, ſi ſermo ſit de duratione in priori ſenſu, quatenus videlicet dicit rationem menſurabilis, dicitur tanta, maior, vel minor dupliciter: Primò per comparationem ad aliam extrinſecam durationem tanquam ad propriam menſuram, vt duratio Socratis dicitur magna, vel parua per com- E parationem ad tempus, quo menſuratur. Secundò dicitur etiam magna, vel parua ſecũdum propriæ quantitatis latitudinem ſibi, prout ab alijs diſtinguitur, impertitam: Nam remota duratione menſurante adhuc eandem retineret quantitatis latitudinem; & hoc modo duratio, quæ rationem habet menſuræ in ordine ad eiuſdem generis durationes, dicitur magna, vel parua ſeipſa, videlicet, vt ab auctore naturę tantam ſortita eſt ſuæ quantitatis latitudinem. Conatur Gregorius de Valẽtia [Quõ duratio dicatur tanta, vel maior, aut minor.] [Valentia.]

tia ſatisfacere dicto quæſito: ſed videtur minus notum per ignotius explicare.

Ex diſcurſu articuli benè colligi diffinitionem Aeternitatis.

POſtremò declarandū eſt, quomodo ex diſcurſu præſentis articuli colligi poſsit prædicta diffinitio æternitatis, quo ad ſingulas eius partes. Quod breuiter ſic explicatur: Nam, ſi æternitas eſt vniformitas: ergo eſt rei immutabilis. Quod enim mutabile eſt, vniforme eſſe nō poteſt, quod, ſi eſt rei immutabilis; igitur eſt poſſeſsio quædā: Nā quod firmiter poſsidetur, quietè etiam, ideſt immobiliter habetur; & è contra: Si namque variabiliter, ſiue ammiſsibiliter aliquid habeatur, hoc ipſo minimè firmiter poſsidetur: rurſus, ſi æternitas eſt vniformitas; ergo eſt tota ſimul, ideſt carens ſucceſsione: Et præterea, ſi eſt vniformitas rei omnino immobilis; igitur eſt tota, ideſt perfecta, ad differentiam nunc temporis, quod non eſt extra motum. Denique optimè ſequitur; æternitas eſt vitæ interminabilis; ergo eſt perfecta; ergo eſt poſſeſsio.

Igitur per diſcurſum præſentis articuli deducitur optimè diffinitio æternitatis, quam ex Boetio deſumptam propoſuit S.D. examinandam.

Controuerſia Vnica.

In quo conſiſtat ratio formalis Aeternitatis.

Sententiæ Expoſitorum.

ORtum trahit hæc Controuerſia ex verbis illis D.Thom. *ſicut ratio temporis conſiſtit in numeratione prioris, & poſterioris in motu, ita in apprehenſione vniformitatis eius, quod eſt omnino extra motū, conſiſtit ratio æternitatis*. Quæ verba interpretes Sancti Doct. in varios diſtraxerunt ſenſus; ex quorum diuerſitate variæ etiam de ratione formali æternitatis emerſere ſententiæ; quæ tamē pro maiori parte poſſunt ad concordiam reduci.

Capreol. Prima ſententia eſt Capreoli, qui in primo ſent. diſtin. 9. q. 1. ad primum argumentum Aureoli duo dicit.

Primum eſt, per illa verba D.Thomam noluiſſe ſignificare æternitatem eſſe formaliter rationem vniformitatis, vel è contra; nec quòd apprehendens vniformitatem, prout dicit vnitatem diuini eſſe, eo ipſo apprehendat æternitatem.

Secundum, quòd æternitas eſt diuina vniformitas materialiter, vnitas verò ipſius diuini eſſe, prout vnitas habet rationem menſuræ, cōplet rationem æternitatis.

Vnde (inquit Capreolus) ſicut tempus materialiter eſt prius, & poſterius in motu; ſed completur per hoc formale, quod eſt numeratio illius prioris, & poſterioris; ita æternitas eſt materialiter vniformitas; ſed completur per vnitatem, vt habet rationem menſuræ. Vnde ratio formalis æternitatis (inquit Capreolus) eſt vnitas, vt mēſura diuini

A eſſe non difformis, nec variabilis. S. Th.

Hanc ſententiam deducit ex verbis S.Thom. in primo ſent. diſt. 19. quæſt. 2. artic. 1. dicentis: *quod permanentia actus, ſecundùm quòd intelligitur in ratione vnius, quod habet rationem menſuræ, complet rationem æui, & æternitatis*. Eandem ſententiam ſequitur, & tuetur Chryſoſtomus Iauellus ſuper hoc artic. Iauel.

Secunda ſententia eſt Caiet. Qui diſtinguit, æternitatem conſiſtere in apprehenſione poſſe intelligi dupliciter: Vno modo in apprehenſione paſsiua, ideſt in apprehendi, ſiue cognoſci; ſicut ratio temporis, ſecundùm quòd eſt numerus, conſiſtit in apprehendi; & ſic completur ab anima. Et B hoc modo (inquit) non eſt verum, quòd ratio æternitatis conſiſtat in apprehenſione vniformitatis: Nam vnitas vniformitatis perēnis eſt actu abſq; apprehenſione animæ; ſicut etiam vnitas eſſentiæ: Alio modo poteſt intelligi, vt ratio æternitatis conſiſtat in apprehenſione, ideſt cōceptione obiectiua, quam conſueuimus rationem vocare; ſicut etiā, cum diffinientes vniuoca dicimus; vniuoca ſunt, quorum nomen commune eſt, & ratio ſubſtātiæ ſecundùm illud nomen eſt eadem ſimpliciter; nomen illud *ratio* ſignificat conceptionem obiectiuam, ideſt rei naturam, & rationem formalem, C prout obijcitur intellectui. Caie.

Sed vlterius diſtinguit Caietanus dicēs rationem æternitatis conſiſtere in apprehenſione obiectiua vniformitatis dupliciter intelligi poſſe: Vno modo formaliter; vt ſcilicet ratio æternitatis ſit ipſa vniformitas: Alio modo materialiter; vt ſit vnitas vniformitatis: ita vt formaliter dicat vnitatem; materialiter autem vniformitatem; Ait ergo Caietanus verba D.Tho. intelligenda eſſe formaliter; vt ſcilicet æternitas ſit ipſa vniformitas: Nam vniformitas, cum dicat vnitatem contractā ad formam, ſpecies eſt vnitatis.

D Vnde (inquit Caietanus) addere vnitatē vniformitati, dicendo vnitas vniformitatis, eſt nugatio; ſicut dicendo Petrus eſt homo animal.

Eſt itaque æternitas vnitas, & vniformitas; ſed cum dico, æternitas eſt vnitas, prædico genus remotum de ſpecie: cum autem dico, æternitas eſt vniformitas, prædico genus proximum de eadem ſpecie. Melius ergo, & perfectius explicatur natura æternitatis dicendo, quòd æternitas eſt vniformitas, quàm dicendo, quòd eſt vnitas; ſicut melius, & perfectius explicatur cuiuſcunque rei natura per genus proximum, quàm per genus remotū. Poſtremò, vt haberemus completam rationem æternitatis, addit Caietanus rationem æternitatis E conſiſtere in ratione vniformitatis, quatenus vniformitas habet rationem menſurę. Tria ergo dicit Caietanus. Primum, quòd æternitas non conſiſtit in apprehendi, nec eſt completiuè ab anima. Secundum, quòd eſt vniformitas formaliter. Tertium, quòd eſt vniformitas, vt habet rationem menſuræ.

Tertia ſententia eſt Sylueſtri ſuper hoc articulo, & Ferrarien. in primo cont. gent. cap. decimoquinto. Qui primò reicit expoſitionem Caietani dicens Syluest. Ferrar.

Digitized by Google

dicens ex ſententia Caietani ſequi S.Thom.ſuperflue appoſuiſſe illa verba, videlicet *conſiſtit in apprehenſione*: Nam iuxta ſenſum Caietani breuius, & clarius dici potuiſſet, quòd ratio æternitatis conſiſtit in ratione vniformitatis. Secundò, proponit duos modos exponendi verba S.Thom. Primus ſupponit rationem, quam format intellectus de re ab ipſo intellecta eſſe conceptum, quo mediante rem intelligit. Itaque ratio æternitatis ob eã cauſam dicitur cõſiſtere in apprehenſione vniformitatis rei penitus immutabilis; quia hoc ipſo, quòd intellectus rei omnino immutabilis vniformitatem apprehendit, format conceptum æternitatis. Secũdus modus exponendi prædicta verba S.Thomæ eſt ex proportione ęternitatis ad tempus, qua vtitur S.Thom. ad explicandam rationem æternitatis: Nam, quemadmodum tempus duo habet, ſ. partium continuitatem, & earum diſcretionem, & numerationem; ſed primum conuenit tempori ſecundùm illud eſſe reale, quod habet extra intellectum; ſecundùm autem eidem cõuenit ex ſola intellectus apprehenſione, qua tempus, quod eſt motus primi mobilis, diſtinguitur in partes, & numeratur, dum dicimus duas, aut tres horas temporis præterijſſe, aut tempus vitæ Socratis fuiſſe centũ annorum. Ratio itaque temporis conſiſtit in numeratione prioris, & poſterioris completiuè, & formaliter; quia talis numeratio complet rationẽ temporis, & eſt id; quod formale eſt in tempore. Aſcendendo igitur proportionali diſcurſu ad æternitatem, & inhærendo doctrinę S.D. in hac tota quęſtione duo in ea contemplabimur, videlicet vnitatem diuini eſſe penitus immutabilis, & menſurationem, qua diuinum eſſe per propraim vnitatem menſuratur; ex quibus primum conuenit ęternitati, quatenus eſt in re nullo intellectu conſiderante; ſecundum autem eidem conuenit, nõ niſi per apprehenſionem intellectus; qui vnitatem diuini eſſe, veluti ab eo diſtinctam, & vt eius menſuram apprehendit.

Itaque, cum dicitur in textu rationem æternitatis conſiſtere in apprehenſione vniformitatis rei omnino immutabilis, nihil aliud ſignificatur, quã complementum rationis illius, quod eſt eſſe menſuram, in ſola intellectus apprehenſione conſiſtere; ſicut dictum eſt de numeratione partium reſpectu temporis.

Quarta ſententia eſt Banneſij, & Zumelli. Qui referunt primò ſentẽtiam Caietani, & Ferrar. ſed minus fideliter. Dicunt namque Caietanum affirmare æternitatem eſſe menſuram realẽ diuini eſſe: quod nunquam dixit. Secundò Ferrarienſem opinari æternitatem habere complementum ſuũ eſſentiale ab anima: quod longè eſt ab eius intentione. Secundò explicant ſuam ſententiã quatuor concluſionibus. *Bannes. Zumel.*

Prima concluſio. Aeternitas in ſua ratione formali importat rationem menſuræ diuini eſſe. Probatur: quia ſacra ſcriptura, & Sancti contraponũt æternitatem tempori: Nam dicunt Deum eſſe in æternitate, ſicut res corruptibiles in tempore; at tempus in ſua ratione formali importat rationem

A menſuræ rerum corruptibilium; ergo.

Secunda concluſio. Ratio menſuræ, quæ importatur in ratione formali æternitatis, eſt reſpectus rationis.

Probatur primò, quòd ſit reſpectus: Quia ratio menſuræ eſt reſpectiua ad menſuratum. Quod verò ſit rationis, probatur: Quia in Deo nulla eſt relatio realis, pręter relationes diſtinguentes, & cõſtituentes perſonas.

Tertia concluſio. Aeternitas importat vniformitatem naturæ immutabilis tanquam rationem formalem: rationem verò menſuræ tanquàm modum intrinſecum. Prima pars patet per dicta ex B Caietano. Deinde probatur vtraque pars. Ex proportione ad tempus: Nam, ſicut tempus importat numerum in materia, ſcilicet in motu primi mobilis, ita æternitas dicit vnitatem concretam, & determinatam ad diuinam naturam immutabilem; & ſicut tempus dicit numerum ſub ratione menſuræ motus habentis ſucceſsionem prioris, & poſterioris, ita æternitas importat vniformitatem ſub ratione menſuræ durationis diuini eſſe.

Quarta concluſio. Aeternitas eſt menſura durationis diuini eſſe fundamentaliter realis, completiuè verò ab opere intellectus. Probatur ex tertia: Aeternitas dicit vniformitatem naturæ immuC tabilis ſub ratione menſuræ; ſed vniformitas eſt aliquid reale, ratio verò menſuræ eſt per opus intellectus, vt modus completiuus; ergo.

Quinta ſententia eſt Ludouici Molinæ, qui tria dicit. Primum eſt, Ceſſante opere intellectus eſt ęternitas eo modo, quo diffinita eſt à Boetio. Probat dupliciter. Primò, quia in Deo formaliter eſt duratio, qua formaliter re ipſa durat; cui durationi conuenit prædicta diffinitio. Secundò, quia ridiculum eſſet affirmare Deum ſecluſa operatione intellectus non eſſe æternum: Secundum eius dictum eſt: æternitas formaliter ſignificat durationem, & addit perfectam interminabilitatem; quæ D eſt negatio termini, tam actu, quàm potentia; quę interminabilitas fundatur in latitudine duratiua ſine termino; ſicut infinitas Dei fundatur in entitate, ac perfectione diuina. Tertium eius dictum eſt, Aeternitas non habet rationem mẽſuræ. Probatur dupliciter: Primò, quia menſuratum debet eſſe finitum; eſſe autem Dei eſt infinitum. Secũdò, quia menſura debet diſtingui à menſurato. Probatur primum aſſumptum, ex Ariſtotele 4. phyſic. & D.Th. ibi, quia infinitum mẽſura definiri nequit. *Molina.*

Vltima ſentẽtia eſt Gabrielis Vaſquez, qui tria dicit. Primum eſt; De ratione æternitatis eſt, vt ſit quædam duratio. Secundum; Aeternitas nõ dicit rationem menſurę. Hanc probat pluribus arguE mentis, quæ adducentur in fine præſentis Controuerſiæ, & ſoluentur. Tertium eiuſdem dictum eſt; De ratione æternitatis, vt ſignificatur hoc nomine, eſt aliquid rationis; quod non eſt aliqua relatio poſitiua, nec ſolùm negatio principij, & finis, ſed negatio huius reſpectus rationis, qui eſt menſura; quæ negatio videtur explicata illa particula *interminabilis*; quæ non tantùm ſignificat negationem principij, & finis in duratione; ſed etiam nega- *Vaſquez.*

Digitized by Google

negationem menſuræ: Nam, ideo dicitur interminabilis æternitas, quia nec determinari, nec definiri aliqua menſura poteſt; Quia, ſicut tempus nõ ſolùm eſt duratio motus, primi mobilis; ſed etiam eſt duratio numerata, & definita per intellectum, vt poſsit aliarum durationum eſſe menſura; ſic è contra æternitas eſt duratio omni prorſus menſura carens.

Reſolutio.

Explicatur, & probatur ratio formalis æternitatis, & conciliantur ſententiæ expoſitorum.

PRo reſolutione, & cõcordia dictarum opinionum: Conſiderandum eſt primo, in hoc ferè omnes conuenire, quod æternitas ſit formaliter quædam duratio diuini eſſe, quam ex proportione ad tempus cognoſcimus. Conſtat autem durationem, in vno ſenſu importare rationem menſuræ; vt patet tam ex ſupradictis, quàm ex communi vſu loquentium: Nam & durationis creatæ ſpecies; quæ ſunt tempus, & æuum, formaliter relationem menſuræ ſignificant. Cum itaque reliquas diuinas perfectiones concipiamus ad modũ earum perfectionum, quæ ſunt in creaturis, neceſſe eſt etiam, vt durationem diuini eſſe concipiamus ad modum earum durationum, quibus menſuratur eſſe creaturarũ; & conſequenter, ꝙ etiam duratio diuini eſſe concipiatur, vt eius menſura.

Et confirmatur: Quia ad nihil aliud deſeruiunt creatæ durationes, ſcilicet tempus, & æuum. Confirmatur ſecundò: quia, ſicut finitum eſſe, finita quadam duratione menſuratur, ita infinitum eſſe infinita duratione menſuratur. Vnde æuum eſt ſecundùm quid infinitum, quia menſurat eſſe æuiterni, quod infinitatem habet ſecundùm quid.

Cum ergo omnis duratio habeat ſaltem fundamentaliter relationem menſuræ ad proprium mẽſurabile, & omnis intrinſeca menſura ſit menſurato adæquata; iuxta quantitatem rei menſuratæ, ad quam talis menſura ordinatur, erit etiam quãtitas ipſius menſuræ durationis, præſertim quo ad finitatem, vel infinitatem.

Et probatur hoc: Quoniam duratio reſpectu rei, cuius eſt intrinſeca menſura, eſt quaſi paſsio ex ea pullulans; vt patet de tempore reſpectu primi motus, & de æuo reſpectu primi æuiterni; ergo ſicut paſsio ſecundùm ſe reſultat ex natura ſubiecti, ita & eius finitas, vel infinitas, ex eiuſdẽ ſubiecti finitate, vel infinitate dependet; igitur infinitas æternitatis pendebit ex infinitate diuinæ naturæ. Vnde etiam in diffinitione Boetij dictio illa *interminabilis* apponitur *vitæ*; quæ eſt id, quod mẽſuratur. Prius itaque diuinæ vitæ conuenit interminabilitas rei menſurabilis (infinitæ tamen) cõſtitutiua; deinde æternitas, vt menſura.

Reijcitur ſententia Vaſquezij

Igitur abſq; fundamẽto aſſeruit Vaſquez æternitatẽ dicere negationẽ mẽſuræ. Præterea aut æternitas ſignificat formaliter negationem menſuræ, aut tantum fundamentaliter, nõ primum, quia vocabulum illud *interminabilis*, quod dicũt ſignifi-

A care dictam negationem, manifeſtè refertur ad rem menſuratam. Secundò, quia *interminabil.* non ſignificat formaliter immenſurabile: Nam eſſe diuinum eſt interminabile, & eſt menſurabile æternitate; ergo ſi æternitas aliquo modo ſignificat negationem menſuræ, ſignificat illam fundamentaliter; quia ſcilicet eſt talis duratio, & talis menſura, quæ eſt omnium menſurarum ſuprema, quod libenter admittimus; Sed hoc non eſt de quo diſputamus.

Secundò ſciendum eſt conceptum formalem, qui eſt in intellectu, ita correſpondere conceptui obiectiuo, ideſt rei cognitæ, quatenus obijcitur
B intellectui, vt ex conceptu formali ſtatim inferatur obiectiuus, & è contra; cum ille ſit huius repræſentatiuus, & ambo ſint adæquati, & eadem ſit vtriuſque ratio formalis ſolo differens eſſendi modo, & ambo eiſdem nominibus conceptus videlicet, & rationis nuncupentur. Quo fit, vt verba D. Thom. congruè poſſint de vtraque ratione, ſiuè conceptu interpretari; ita vt vna interpretatio aliam non excludat; ſed neceſſaria conſequẽtia ſecum trahat. Verùm aduertendum eſt, conceptum obiectiuum nonnunquam eſſe aliquid reale ab intellectu cognitum, nonnunquam autem eſſe aliquid rationis; Sed in præſenti materia eſt aliquid
C reale. Igitur cum ait Caietanus rationem æternitatis conſiſtere in apprehenſione, ideſt rõne obiectiua; non autem in apprehendi, non excludit apprehenſionem formalem abſolutè, ſed eam tantũ, cui non reſpondet ratio obiectiua extra intellectum, ſed ſolùm ratio ab intellectu conficta. Caiet. [illegible] concor.

Vnde in rei veritate non diſcrepant ſententiæ Caietani, & Ferrarienſis, ſed maxime conſonant; licet Ferrarienſis exiſtimet ſe contradicere Caietano.

Tertio obſeruãdum eſt; Quòd ad rationem, ſiuè complementum formale alicuius rei poteſt aliquid pertinere dupliciter: Vno modo, vt eſſentiale
D ex parte rei: Alio modo, vt modus intrinſecus ex parte noſtræ cognitionis; ſicut eſt diſtinctio, & partium numeratio reſpectu temporis; quæ diſtinctio, & numeratio non eſt, niſi per actum animæ. Tales etiam ſunt reſpectus, quos addunt verum, & bonum ſupra ens; illud ad intellectum, & hoc ad voluntatem. Sic itaque in æternitate aliquid eſt quaſi materiale, aliquid quaſi formale eſſentiale, & aliquid formale, vt modus intrinſecus completiuus. Primum eſt, diuinum eſſe. Secundum vniformitas. Tertium ratio menſuræ.

Quemadmodum enim ratio temporis, ex quo deuenimus in cognitionem æternitatis, nunquam
E intelligitur vltima perfectione completa, niſi addita ratione mẽſuræ; ita ratio æternitatis ex adiuncta ratione mẽſuræ vltimo completur, prout à nobis intelligitur vt æternitas.

Cum ergo in æternitate duplex ſit formale cõpletiuum. Vnum eſſentiale, & alterum modale; de priori negat Caietanus eſſe ab anima, de poſteriori affirmat: quod idem docet Ferrarienſis Banneſius, & alij. Et eodem modo, ſcilicet loquendo de formali eſſentiali, verũ eſt eſſe in rerũ natura æternitatem, Ser. Ca. conc.

Digitized by Google

nitatem, prout diffinita eſt à Boetio; quoniam in diffinitione Boetij non ponitur explicitè ratio menſuræ.

Quòd autem æternitas in ſua ratione formali eſſentiali non includat rationem menſuræ formaliter, probatur: Quia res diuerſi generis adunari non poſſunt ad aliquod vnum ſimpliciter conſtituendum, ſed ex eis fieri tantùm poteſt vnum per aggregationem, aut vnum per accidens; Ergo mul to minus ex ente reali, qualis eſt duratio diuini eſſe, & ex ente rationis, qualis eſt ratio menſuræ; conſtitui poteſt vna ratio formalis ſimpliciſſima æternitatis. Antecedens probatur: quia res diuerſi generis diuerſas habent actualitates, quæ comparantur adinuicem, vt actus, & potentia ſimpliciter. Et eadem ratio probat contra Vaſquezium in ratione formali eſſentiali æternitatis non includi negationem menſuræ, quoniam ea negatio, vt ait Vaſquez, eſt aliquid rationis. Præterea noſter intellectus formalem, & eſſentialem rationem rei concipit vnico conceptu, poſitiuum autem æternitatis, & negatio menſuræ vno ſolo noſtro cōceptu apprehendi non poſſunt; quia negatio non niſi per ordinem ad affirmationem oppoſitam poteſt intelligi; Igitur negatio menſuræ non clauditur in eſſentiali ratione æternitatis; Includit tamen æternitas in eſſentiali ſua ratione radicaliter menſuræ rationem: Ex hoc enim, quod æternitas eſt ſūma, & perfectiſſima vniformitas, habet, vt concipi poſsit velut menſura diuini eſſe, & inferiorum omnium durationum; quia primo in vnoquoque genere, vel ordine debetur ratio menſuræ; & in ordine quidem durationum non ſolùm illi conuenit, vt ſit, aut eſſe poſsit extrinſeca menſura cęterorum, ſed etiam vt ſit intrinſeca menſura rei, cui per identitatem, aut connaturalitatem eſt vnita. Habet igitur æternitas ex vniformitate fundamētum, vt intellectus apprehendat in ea rationem menſuræ.

Quarto notandum, in æternitate duplicem eſſe vnitatem, & vniformitatem. Quædam eſt vnitas, & vniformitas eſſe diuini; quę idem eſt, quod immutabilitas eſſe diuini: Nam eſſe, quod eſt formaliſsimum, ex hoc ipſo, quod eſt inuariabile, eſt vniforme; ſicut è contra, ſi eſſet variabile, eſſet difforme, ex ipſa variabilitate: Alia eſt vnitas, & vniformitas ipſius durationis diuini eſſe, quæ duratio eſt æternitas. Quæ vniformitas ſignificatur per illas particulas, *poſſeſsio tota ſimul*: Quia ſcilicet firmitatē habet immutabilitatis, omni ſucceſſione carens, & tota indiuiſibiliter præſens. Vnde abſq; negatione poteſt æternitas dici vnitas vniformitatis, ideſt menſura per modum vnitatis: menſura inquam illius vniformitatis, quæ eſt diuinum eſſe inuariabile. In quo ſenſu videtur loquutus fuiſſe Capreolus: ſic enim vniformitas non eſt æternitas, niſi materialiter. Sed Caietanus loquitur de vniformitate durationis, quę formaliter eſt æternitas. Iauellus alio modo tuetur Capreolū; ſed hic videtur melior, & facilior. Ex dictis ſequū tur quinque concluſiones.

Capreoli, ... tus nu... ne di... rdes.

A *Concluſiones deductæ, & ſuperius probatæ.*

Prima concluſio. Aeternitas eſt materialiter vniformitas diuini eſſe. Hæc concluſio patet ex vltimo fundamento; quia æternitas materialiter eſt diuinum eſse immutabile, & vniforme modo ibidem explicato; ergo.

Secunda concluſio. Aeternitas eſt formaliter vniformitas durationis diuini eſſe: Hanc probant argumenta Caietani contra Capreolum.

Tertia concluſio. Aeternitas includit rationem menſuræ, tanquam modum intrinſecum complētiuum rationis formalis, modo explicato in tertio

B fundamento.

Quarta concluſio. Ratio formalis eſſentialis ęternitatis non completur per actum animæ. Hæc etiam patet ex dictis in ſecundo, & tertio fundamento.

Quinta concluſio. Ratio æternitatis non dicit negationem menſuræ. Hæc patet ex primo fundamento.

Argumenta, & ſolutiones.

Contra primam concluſionem ſunt argumenta Caietani, quæ ex dictis manifeſtam habent ſolutionem. Caiet.

C Contra tertiam argumentatur Molina. D.Tho. docet ex Ariſt. quar. o phyſic. quod infinitum mēſura definiri nequit; ſed tam res menſuranda, quā menſura, finita neceſſario eſſe debent; ergo. Molina.

Reſpondetur duplicem eſſe mēſuram: Vna eſt, quæ menſurat per modum numeri, aut quantitatis dimenſiuæ. Alia, quę menſurat per modum vnitatis. Propoſitio Ariſt. & D.Thom. intelligitur tātùm de priori menſura; non autem de poſteriori; qualis eſt æternitas, & æuum; vt docet Caietanus in vltimo articulo huius quæſtionis. Ariſt. D.Tho. Caiet.

Secūdo reſpondetur cum D.Thom. articulo ſecundo huius quęſtionis ad tertium; quod illa propoſitio vera eſt de menſura, & menſurato realiter

D diſtinctis; non autem, vbi ſunt vna res, & ratio mēſuræ accipitur tantum ſecundum apprehenſionē noſtram.

Secundò menſura debet eſſe quid diſtinctum à re, cuius eſt menſura: Nam idem ſeipſum menſurare non poteſt; at æternitas idem eſt cum diuina eſſentia, & exiſtentia; ergo.

Reſpondetur: maiorem veram eſſe de menſura realiter menſurante; non autem de illa, quæ menſurat tantum ſecundum apprehenſionem noſtram in re fundatam; qualis eſt æternitas; quæ licet ſit realis Dei perfectio, non tamen eſt realis menſura Dei: Nam ad hoc requireretur realis diſtinctio

E à menſurato.

Contra eandem argumentatur Vaſquez. Si ęternitas haberet rationem menſuræ, aut eſſet realis menſura, aut tantùm per intellectum: Non primū; quia ęternitas non menſurat realiter ſubſtantiam Dei, nec aliam ſubſtantiam. Non ſecundum, quia nulla duratio, ſicut nec quantitas menſurat rem, cuius eſt, ſed facit eam menſurabilem; æternitas autem eſt ſubſtantia Dei; ergo. Prima propoſitio Vaſquez.

probatur

probatur: quia menſura eſt, qua cognoſcitur quãtitas rei; res autem quanta non cognoſcitur quantitate ſua, nec ſubſtantia durans duratione ſua. Quod etiam probatur auctoritate Ariſtot. qui docet menſuram debere eſſe homogeneam menſurato, ideſt eiuſdem rationis cum re mẽſurata: Nã menſuramus longitudinem longitudine, pondus pondere, & eadem ratione durationem duratione. Vnde etiam ſubſtantia ſubiecta quantitati nõ menſuratur quantitate.

Secundò probat, quòd æternitas non poſſit eſſe menſura alterius ſubſtantiæ à ſubſtantia Dei, loquendo de menſura quantitatis durationis; licet ſit menſura perfectionis; Quia nullus intellectus poteſt cognoſcere ex æternitate, quanta ſit rei creatæ duratio, cum ęternitas non ſit nobis notior creatura.

Reſpondetur: æternitatem eſſe menſuram diuini eſſe, non ſecũdum rem, ſed ſecundùm rationẽ, ſiue apprehenſionem noſtram.

Ad argumentum, quo probatur oppoſitum: Reſpondetur falſam eſſe maiorem: Nam, vt ſupra diximus cum D. Tho. quantitas eſt menſura intrinſeca rei quantæ, & ſimiliter tempus eſt menſura intrinſeca primi motus, & æuum primi æuiterni. Ad probationẽ maioris negatur minor, quoad vtrãq; partem; falſa namq; eſt manifeſtè ſecunda pars; quia duratio ſimpliciſſima in vnoquoque genere menſura eſt omnium eiuſdem generis durationum, & à nulla earum eſt menſurabilis ſecundũ ſe, nec eſt eadem ratio de quãtitate materiali, quoniam hæc eſt eiuſdem omninò rationis in omnibus quantis; falſa eſt etiam pars negans rẽ quãtam cognoſci ſua quantitate, & ſubſtantiam durantem ſua duratione. Ad probationem, quia mẽſura debet eſſe homogenea menſurato; Reſpondetur dictum Ariſt. intelligendum eſſe de menſura extrinſeca proportionata menſurato: nam de illa loquitur Ariſt. Quomodo verò dicatur menſura homogenea menſurato declarauimus infra articulo quinto, controuerſia 2. §. 2. Si autem extendatur ad menſuram intrinſecam, oportet etiam extendere ſignificatum illius nominis homogeneum, vt latius ſumatur, videlicet pro connaturali, & maximè affine; qualis eſt quantitas reſpectu rei quantæ: Nam per eam indiuiduatur, & ſine ea nulla ratione (ſaltem naturaliter) poteſt cõſiſtere. Quod idem dicẽdum eſt de tempore reſpectu primi motus, & de æuo reſpectu primi æuiterni. Cum autem dicitur; quòd per menſuram cognoſcitur quantitas rei, non eius ſubſtantia.

Exponitur dictũ Ariſt.

Reſpõdetur: quòd ex ipſa inhærentia menſuræ intrinſecæ ad menſuratum cognoſcitur ipſum mẽſuratum, vt quantum, & extenſum tali quantitate, vel prout eſt capax tantę quantitatis. Admittimus autem æternitatem non poſſe eſſe alterius rei menſuram proportionatam.

Secundo. Si reſpectus rationis in obliquo connotatur ab æternitate, de ratione illius eſſe debet aliquis ordo ad talem reſpectum; id autem eſt abſurdum; ergo. Probatur minor dupliciter: Primò; quia ſequeretur rationem æternitatis ante intelle-

A ctum non eſſe: Nam ordo ad reſpectum rationis non poteſt eſſe realis. Secundò, quia ad reſpectum rationis non poteſt eſſe ordo, nec rationis, nec realis, cum ad relationem non ſit relatio. Maior autẽ probatur: Quia quoties dicimus nomine alicuius rei aliquid connotari, connotatum non eſt de eſſẽtia, ſed aliquis ordo ad ipſum; alioquin non connotaretur.

Reſpondetur primò: argumentum falſum ſupponere; nimirum nos, aut expoſitores, ad quos reſpexit, videlicet Banneſium, & Zumellum dicere dictum reſpectum connotari; quod nunquam dixerunt. Sed tantùm, quod veluti in obliquo ſigni-

De ... Bann. & Zum.

B ficatur, cum dicimus æternitatem eſſe vniformitatem ſub ratione menſuræ; non omne autem ſignificatum in obliquo eſt propriè connotatum; niſi fuerit abſolutum, nec poſſit in recto ſignificari. Vnde relationes rationis in obliquo ſignificatæ non ſunt connotatæ, ſed ſecundariò ſignificatæ; ſicut cum dicitur primus motus ſub ratione numeri eſt tempus. Vnde tales relationes non neceſſariò ſemper ſignificantur in obliquo, ſed poſſunt etiam in recto ſignificari, vt cum dicitur; tempus eſt numerus motus; & æternitas eſt menſura diuini eſſe. Et ideo cautè Banneſius non dixit ſimpliciter in obliquo, ſed veluti in obliquo ſignificari dictam relationem.

Bann. ... tur.

C Sed quia principale ſignificatum eſt aliquid reale; relatio verò rationis ſecundariò tantũ ſignificatur vt cõplementum ex parte noſtræ cognitionis; ideò congruentius id, quod eſt reale, & principale, ſignificatur in recto, id verò, quod eſt rationis, in obliquo.

Secundò reſpondetur nullam eſſe conſequentiam; quia talis reſpectus non connotatur vt contentus formaliter in ratione eſſentiali æternitatis, ſed vt contentus in ea tantùm radicaliter; & ideò nullus intelligitur ordo ad illum reſpectum in ratione eſſentiali æternitatis, ſicut nec in ratione eſſentiali boni, quæ radicaliter tantùm includit

D ordinem ad voluntatem, connotatur reſpectus ad dictum ordinem vt contentus formaliter in ratione boni.

Contra eandem concluſionem eſt authoritas D. Thom. in primo ſent. diſt. 19. quæſt. 1. art. 1. ad quartum, vbi ſic loquitur: ***Diuina magnitudo nullo modo eſt menſurabilis, vel menſurata, nec ab alio, nec à ſe: primò, quia menſuratio ponit terminationem, & diuina magnitudo non habet terminum intra, nec extra, & ideò infinita dicitur, non quidem per extenſionem priuatiuè, ſed per negationem termini: Secundò, quia commẽſuratio non eſt vnius quantitatis ad ſe, ſed duarum, & nulla alia magnitudo poteſt eſſe æqualis ſibi.***

E Reſpondetur primò S. Thomam nõ negare magnitudinem diuinam eſſe menſuram ſubſtantiæ Dei; ſed negare magnitudinem ipſam eſſe menſurabilem, quod perſpicuum eſt; quia magnitudo non niſi alia magnitudine poteſt menſurari; non eſt autem alia magnitudo, quæ ſit diuinæ magnitudini commenſurabilis; ſic igitur æternitas, quæ magnitudo quædam eſt durationis quantitatem habens virtualem, quatenus apta nata eſt omnibus inferioribus durationibus coexiſtere, non poteſt

teſt alia duratione menſurari, ipſa tamen ad modum vnitatis menſurat exiſtentiam, ſeu vitã Dei.

Secundo dico nomine menſuræ S. Thomam ibi intelligere quantitatem formalem, aut virtualem terminatam, & finitam, vt ipſe declarat, quæ videtur eſſe prima, & magis propria, ac magis vſitata dicti nominis ſignificatio; iuxta illud: *Omnia in numero, pondere, & menſura*: Nos autem hic cum eodem S.D. & alijs nomine menſuræ intelligimus quantitatem formalem, aut virtualem, quę ſecundum rem, vel ſecũdum modum noſtrum intelligendi poſsit alicui rei applicari, & illam compręhendere, & adæquare, atque ità certam in nobis de illius quantitate notitiam generare, quod infinitæ quantitatis virtualis ad rem infinitam collatione fieri poſſe certum eſt; ſic enim dicimus Deitatem diuini intellectus notitia comprehendi, & adæquari.

Contra quartam cõcluſionem argumenta, quę poſſent afferri, facilè ex prædictis diluuntur.

Contra quintam argumentatur Vaſquez. Tempus, non ſolum eſt duratio motus primi mobilis, ſed etiã eſt duratio numerata, & definita per intellectum; vt poſsit aliarum durationum eſſe menſura; igitur è contra æternitas eſt duratio omni prorſus menſura carens.

Reſpondetur falſam eſſe conſequentiã in ſenſu ab arguente intento: Nam, licèt verum ſit æternitatem omni menſura carere, & hæc negatio menſuræ deducatur per bonam conſequentiam ex proportione ad tempus; non tamen ſequitur hanc negationem eſſe de ratione formali æternitatis; ſed illi radicaliter, & materialiter conuenit, quia eſt res infinita ſimpliciter, ſicut Deitas: Nam omne, quod eſt idem Deitati, oportet eſſe infinitum ſimpliciter, & multò magis infra latitudinem proprię rationis formalis; ſicut patet de ſapientia, ex qua infinitate ſequitur non eſſe à re aliqua finita menſurabilem. Secundo reſpondetur, tempus ſecundùm ſe carere menſura proportionata, quia realiter idem eſt, quod primus motus omniũ ſimplicisſimus; & eadem, ac multò potiori ratione ęternitatẽ ſecundùm ſe nõ eſſe menſurabilem; quia realiter idem eſt, quod eſse Dei maximè vniforme, & ſimpliciſsimum, & eo modo, quo tempori conuenit menſurari per animæ menſurationem, ita proportionaliter conuenit æternitati mẽſurari per diuini intellectus cognitionem; qua videt ęternitatem ſuam habere rationem vnitatis inuariabilis, & poſſe per intellectum creatum concipi in ratione menſuræ. Immò, quemadmodum à nobis modo finito concipitur diuina æternitas in ratione menſuræ diuini eſſe, ita poteſt dici, vt ſtat ſub tali modo concipiendi, menſurari per intellectu noſtrum: licèt ſecundùm ſe menſura careat, ſicut nec ſecundùm ſe menſura eſt; vt patet ex dictis.

A

ARTICVLVS II.

Vtrum Deus ſit æternus.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd Deus non ſit æternes. Nihil enim factum poteſt dici de Deo: Sed æternitas eſt aliquid factum. Dicit enim Boet.* quod nunc fluens facit tempus; nunc ſtans facit æternitatem, & Aug.* dicit in lib. octuaginta trium quæſtionum, quòd Deus eſt auctor æternitatis; Ergo Deus nõ eſt æternus.

46 2.d.2. q.1. art.1.c. Et 1.cont.c.15 & po q.3. art.17.23. & opuſc 3. cap.5.6.7. & 8.

Lib. 5. de conſol. ex proſa vlt.

Q.23

2 Præterea: Quod eſt ante æternitatem, & B poſt æternitatem, non menſuratur ęternitate. Sed Deus eſt ante æternitatem (vt dicitur in libro * de cauſis.) & poſt æternitatem, dicitur enim Exod. 3. quòd Dominus regnabit in æternum, & vltra; Ergo eſſe æternum non conuenit Deo.

Propoſit. 2. inter opera Ariſt. to. 3.

3 Præterea: Aeternitas menſura quædam eſt. Sed Deo non conuenit eſſe menſuratum; Ergo non competit ei eſſe æternum.

4 Præterea: In æternitate non eſt præſens, præteritum, vel futurum, cùm ſit tota ſimul, vt * dictum eſt. Sed de Deo dicuntur in ſcriptu- C ris verba præſentis temporis, præteriti, vel futuri; Ergo Deus non eſt æternus.

Ar. pręced.

Sed contra eſt, quod dicit Athanaſius,* Aeternus pater, æternus filius, æternus ſpiritus ſanctus.

In ſuo ſymbolo de cõfeſsione fidei.

Reſpondeo. Dicendum, quòd ratio æternitatis conſequitur immutabilitatem, ſicut ratio temporis conſequitur motum, vt ex dictis patet.* Vnde, cùm Deus ſit maximè immutabilis,* ſibi maximè competit eſſe æternũ. Nec ſolùm eſt æternus, ſed eſt ſua æternitas; cùm tamen nulla alia res ſit ſua duratio, quia non D eſt ſuum eſſe; Deus autem eſt ſuum eſſe vniforme. Vnde, ſicut eſt ſua eſſentia, ita ſua æternitas.

Ar. pręced 43

Ad primum ergo dicendum, quòd nunc ſtans dicitur facere æternitatem ſecundùm noſtram apprehenſionem: Sicut enim cauſatur in nobis apprehenſio tẽporis eo, quòd apprehendimus fluxum ipſius nunc, ita cauſatur in nobis apprehenſio ęternitatis, inquantum apprehendimus nunc ſtans. Quod autẽ dicit Auguſt. * quòd Deus eſt author æternitatis, intelligitur de æternitate participata. Eo enim mo- E do communicat Deus ſuam æternitatem aliquibus, quo & ſuam immutabilitatem.

Loco citato in arg.

Et per hoc patet ſolutio ad ſecundum: Nã Deus dicitur eſſe ante æternitatem, prout participatur à ſubſtantijs immaterialibus. Vndè & ibidem * dicitur, quòd intelligentia pariſicatur æternitati. Quod dicitur in Exod. Domin. regn. in ætern. & vltra, ſciendum, quòd ęternum

Eadẽ propoſit. 2. cit. ca ſ. to. 2.

ternum accipitur ibi pro ſeculo; ſicut habet alia translatio. Sic igitur dicitur, quòd regnabit vltra æternum: quia durat vltra quodcunque ſeculum, ideſt vltra quamcunq; durationem datam. Nihil eſt enim aliud ſeculum, quã periodus cuiuslibet rei, vt dicitur in lib. 1. de cęlo.* Vel dicitur etiam vltra æternum regnare; quia ſi etiam aliquid aliud ſemper eſſet (vt motus cęli ſecundùm quoſdam Philoſophos) tamen Deus vltra regnat, inquantùm eius regnum eſt totum ſimul.

Primo libro de cęlo tex. 100. to. 2.

Ad tertium dicendum, quòd æternitas non eſt aliud, quàm ipſe Deus. Vnde non dicitur Deus æternus; quaſi ſit aliquo modo menſuratus: ſed accipitur ibi ratio menſuræ ſecundùm apprehenſionem noſtram tantùm.

Ad quartum dicendum, quòd verba diuerſorum temporum attribuuntur Deo, inquantum eius æternitas omnia tempora includit; non quòd ipſe varietur per præſens, præteritum, & futurum.

Forma Textus.

Prima concluſio. Deus eſt maximè æternus. Probatur: Ratio æternitatis conſequitur immutabilitatem: Deus eſt maximè immutabilis; ergo eſt maximè æternus. Maior propoſitio probatur ex proportione ad tempus: Nam ratio temporis conſequitur motum; ergo ratio æternitatis conſequitur immutabilitatem. Minor patet ex præcedenti quæſtione.

Secunda concluſio. Deus eſt ſua æternitas. Probatur vtendo regula illa poſterioriſtica: Si affirmatio eſt cauſa affirmationis, & negatio erit cauſa negationis, & è conuerſo; quæ tenet in cauſis proprijs, & præciſis; Probatur ergo ſic: Ratio propria, ob quàm nulla alia res à Deo ſit ſua duratio, eſt, quia nulla alia res à Deo eſt ſuũ eſſe; at Deus eſt ſuum eſſe vniforme; ergo Deus eſt ſua duratio, quæ eſt æternitas.

Expoſitio Textus.

IN hoc diſcurſu duæ ſunt propoſitiones explicandæ. Prima propoſitio eſt maior aſſumpta ad probationem primæ concluſionis; videlicet. *Ratio æternitatis conſequitur immutabilitatem.* Quæ non ita intelligenda eſt, vt immutabilitas ſit verè, & propriè cauſa æternitatis; cũ nihil in Deo ſit propriè cauſatum, nec realiter diſtinguantur æternitas, & immutabilitas, vt hoc illius poſsit eſſe vera cauſa.

Reijcitur interpretatio Banneſij, & Zumelli

Nec exponenda eſt eo modo, quo illam interpretantur Banneſius, & Zumellus, ſcilicet immutabilitatem eſſe cauſam æternitatis excellẽtiſsimo, & perfectiſsimo modo; qui cauſandi modus non poſtulat realem diſtinctionem effectus à cauſa; ſed ſufficit (inquiunt) diſtinctio eminens: Nã hæc expoſitio aut falſa eſt, aut coincidit cum communi ſenſu ex Caietano primo poſterior. cap. ſecun-

Caiet.

A do, à dictis expoſitoribus priori loco propoſito; vt videlicet immutabilitas ſit cauſa, ideſt ratio formalis, ex qua prouenit ęternitas, quaſi, vt propria paſsio; non quia realiter cauſetur; ſed quia, ſi poſſet habere cauſam, non niſi ab immutabilitate procederet; hanc verò cauſam appellat Caietanus cauſam in eſſendo virtualiter.

Si itaque dicti expoſitores hunc modum cauſæ tantùm intendunt, fruſtra, & ſuperfluè multiplicant expoſitiones; Si verò rationem cauſæ magis propriæ, & magis in actu, ſiue plus diſtinctę, quã prędicta, exprimere voluerunt, minus iuſto dignè de Deo ſentiunt, & à Thomiſtica doctrina longè

B recedunt; videntur namque ſaltem Scoticam illã diſtinctionem ex natura rei inter diuinas perfectiones admittere, & aliquid peius, videlicet verã cauſalitatem vnius perfectionis reſpectu alterius.

Secunda propoſitio eſt maior aſſumpta ad probationem ſecundæ concluſionis, videlicet. *Ratio propria, ob quàm nulla alia res à Deo ſit ſua duratio, eſt, quia nulla alia res à Deo eſt ſuum eſſe.*

Cuius ſenſum, & totius etiam vim argumenti hic explicat Caietanus. Et eius explicatio in hoc cõſiſtit, quod hęc tria ſcilicet res, eſſe, & duratio, ita adinuicem ordinantur, vt primò ſit res, ſecun-

Explicatio Caietani.

C dò eſſe, tertiò duratio.

Igitur eſſe eſt medium, quo duratio ineſt rei; nã res non durat, niſi ratione ſui eſſe, ob eam namq; ſolam cauſam res durat, quia retinet eſſe: ex quo ſequitur, quòd, ſi res non ſit ſuum eſſe, multò minus ſit ſua duratio; ſiquidem plus diſtant extrema ab inuicem quàm à medio: Quare, ſi primum extremum, quod eſt res, nõ eſt idem medio, quod eſt eſſe, multò minus erit idem reliquo extremo, quod eſt duratio. Cum ergo res durãs alia à Deo non ſit idem quod ſuum eſſe, multò minus erit idẽ quod ſua duratio.

Sed poteſt alio modo, & forte melius, exponi

Melior explicatio.

D ſenſus dictæ propoſitionis, iuxta ea, quæ diximus in præcedenti articulo. Vbi oſtendimus durationem æquiuocè dici de duratione menſurata, & de duratione, prout eſt menſura; ſiue de duratione intrinſeca, & de duratione extrinſeca: Nam eſſe rei, vt minimè deſtructum, ſed habẽs eſſe ratum, & firmum perſeuerans, eſt duratio intrinſeca, & menſurata; vt eſſe Angeli, eſſe Dei, & eſſe motus, vel etiam eſſe lapidis, aut bouis: Duratio autem, vt eſt menſura, relationem addit ad extrinſecas inferiores durationes menſuratas; eſt enim regula cognoſcendi quantitatem omnis durationis per eam menſuratę. Intrinſeca verò duratio ex hoc ip-

E ſo, quòd rei tanquam proprio ſubiecto ineſt, efficitur ratio cognoſcendi quantitatem durationis illius; tantùm ſiquidem res durat, quanta eſt ipſius durationis inhęrentis latitudo, & ſic primum ęuiternũ, immo & ſingula ęuiterna propria duratione; & primum mobile quatenus mouetur, & ſingula etiam mobilia propria ſui motus duratione menſurantur.

Quando ergo ait S. Thom. nullam rem aliam à Deo eſſe ſuam durationem, accipit durationem pro

833

pro intrinſeca duratione; quæ idem eſt realiter, q; eſſe rei, & eſt duratio menſurata per extrinſecam durationem; ſi aliquam aliam habet priorem. Ex quo manifeſta eſt veritas dictæ propoſitionis, & vis argumēti: Nam, ſi duratio idem eſt, quod eſſe rei, & res non eſt idem, quod ſuum eſſe, non erit ēt idem, quod ſua duratio; & ē cōtra; ſi res idem eſt, qũ ſuum eſſe, erit etiam ſua duratio, ſicut Deus.

Defenditur Caiet. contra Bannesium, & Zumellū.

Ex dictis apparet Banneſium, & Zumellum gratis reprehendere Caietanum, quòd dixerit æternitatem eſſe menſuram durationis. Ratio eorū eſt, quia duratio diuina eſt menſuratum; ſed iam diximus durationem, quandoque ſumi pro duratione menſurante, quandoque pro duratione menſurata; nomen autem æternitatis ſignificat durationem ſub ratione menſuræ.

Reſponſiones ad argumenta poſtularent illam Controuerſiam. An æternitas ſit tota ſimul abſq; ſucceſsione, & quomodo coexiſtat toti tempori, & quomodo vniuerſa, quæ fiunt in toto temporis decurſu, ſint Deo præſentia in menſura æternitatis ſecundum proprias exiſtentias: Sed aptior erit illius ſedes in articulo tertiodecimo, quæſtionis quartædecimæ, vbi à Caietano, & reliquis expoſitoribus agitatur.

ARTICVLVS III.

Vtrum eſſe æternum ſit proprium Dei.

47 d. 8, q. 2. art. 2 & d. 9. q. 1. art. ... art. 4 dist ... q. 1 ar. 2. l. 3. & 1. cont. e. 15. & cauſis. l. 6.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd eſſe æternum, non ſit ſoli Deo proprium. Dicitur .n. Dan. duodecimo, quòd, qui ad iuſtitiam erudiunt plurimos, erunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Non autem eſſent plures æternitates, ſi ſolus Deus eſſet ęternus; Non igitur ſolus Deus eſt æternus.

2 Præterea: Matth. 25. dicitur: Ite maledicti in ignem æternum; Non igitur ſolus Deus eſt æternus.

3 Præterea: Omne neceſſarium eſt æternum. Sed multa ſunt neceſſaria, ſicut omnia principia demonſtrationis, & omnes propoſitiones demonſtratiuæ; ergo non ſolus Deus eſt æternus.

Id hēt Hieronym. ad Damaſum in epiſt. Quoniam vetuſto, à med. to. 3. refertur ēt 2. ſent. d. 8. parag. A. Ar. preced. Q. 9. art 1. & 2.

Sed contra eſt, quòd dicit Auguſtin. libro de * fide ad Petrum, capit. ſexto. Deus eſt, qui exordium non habet; quicquid autem exordium habet, non eſt æternum; ſolus ergo Deus eſt æternus.

Reſpondeo. Dicendum, quòd æternitas verè, & propriè in ſolo Deo eſt; quia æternitas immutabilitatem conſequitur; vt ex dictis patet; Solus autem Deus eſt omnino immutabilis, vt eſt ſuperius oſtenſum. * Secundùm tamen, quòd aliqua ab ipſo immutabilitatem

A percipiunt, ſecundùm hoc aliqua eius æternitatem participant. * Quædam ergo quantum ad hoc immutabilitatem ſortiuntur à Deo, q; nunquàm eſſe deſinunt; & ſecundùm hoc dicitur Eccleſiaſtici primo de terra, quòd in æternum ſtat; & ſic æternitas Angelis attribui poteſt, ſecundùm illud Pſalm. Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. Quædam etiam æterna in ſcripturis dicũtur propter diuturnitatem durationis, licèt corruptibilia ſint; ſicut in Pſalm. dicuntur mōtes æterni: & Deuter. trigeſimotertio etiam dicitur: De pomis

B collium æternorum. Quædam autem amplius participant de ratione æternitatis, inquantum habent intranſmutabilitatem, vel ſecundùm eſſe, vel vlterius ſecundùm operationem: ſicut Angeli, & beati, qui verbo fruuntur: quia quantùm ad illam viſionem verbi, non ſunt in ſanctis volubiles cogitationes, vt dicit Auguſtin. * quintodecimo de Trinitat. Vndè, & videntes Deum dicuntur habere vitam æternam: ſecundùm illud Ioann. 17. Hæc eſt vita ęterna, vt cognoſcant, &c. 15. de trin. c. 16. in fi. to 3.

C Ad primum ergo dicendum, quòd dicuntur multæ æternitates, * ſecundùm quòd ſunt multi participantes æternitatem ex ipſa Dei contemplatione. D. 572.

Ad ſecundum dicendum, quòd ignis inferni dicitur æternus propter interminabilitatē tantùm. Eſt tamen in pęnis eorum tranſmutatio, ſecundùm illud Iob. vigeſimo quarto. Ad nimium calorem tranſibunt ab aquis niuium. Vnde in inferno non eſt vera æternitas: ſed magis tempus ſecundùm illud Pſal. Erit tempus eorum in ſecula.

D Ad tertium. Dicendum, quòd neceſſarium ſignificat quendam modum veritatis. Vérum autem ſecundùm philoſophum ſexto Metaphyſ. * eſt in intellectu, ſecundùm hoc igitur vera, & neceſſaria ſunt æterna, quia ſunt in intellectu ęterno, qui eſt intellectus diuinus ſolus. Vnde non ſequitur, quòd aliquid extra Deum ſit æternum. 6. met. tex. 8. tom. 3.

Senſus quæſiti.

E INtentio Sanct. Doct. in præſenti quæſito eſt explicare diuerſos æternitatis modos, de quibus æternitatis nomen analogicè prædicatur; vt patet in textu. Sumitur autem hic *proprium*, vt diſtinguitur contra commune. Et cum vox illa *proprium* dictionem claudat excluſiuam, duas etiam in ſe claudit exponentes, vnam affirmatiuam; videlicet Deus eſt æternus; de qua in præcedenti articulo; & aliam negatiuam, ſcilicet; nihil aliud à Deo eſt æternum.

Z Sed

Sed non eodem penitus modo videtur ſumi æternum in vtraque propoſitione: Nam in affirmatiua ſumitur pro æterno eſſentialiter, ſicut in præcedenti articulo. In negatiua verò accipitur quidem principaliter, & expreſsè quo ad formã quæſiti pro æterno eſſentialiter; ſed ſecũdariò, & quo ad intentionem quærendi ſumitur etiam pro æterno participatiuè; de quo latè diſſeritur in præſenti articulo. Vel dicas in ſecunda exponente ſumi nomen æterni, prout abſtrahit à quolibet æternitatis modo.

Forma Textus.

AD quæſitum reſpondet S. Doct. duabus concluſionibus præſuppoſita diſtinctione, non niſi implicitè inter reſpondendum inſinuata. Diſtinctio eſt: Aeternitas dupliciter ſumitur. Vno modo verè, & propriè, ideſt eſſentialiter. Alio modo participatiuè.

Prima concluſio eſt. Aeternitas verè, & propriè eſt in ſolo Deo. Probatur: Aeternitas immutabilitatem conſequitur; at ſolus Deus eſt omnino immutabilis; ergo ſolus Deus eſt verè, & propriè æternus. Maior patet ex præcedenti articulo. Minor autem ex quæſtione præcedente.

Secunda concluſio. Aeternitas participatiuè inuenitur in alijs à Deo quatuor modis. Probatur: Secundùm quod aliqua à Deo participant immutabilitatem, ſecundùm hoc participant æternitatem; at alia à Deo quatuor modis participant immutabilitatem; ergo quatuor modis participant æternitatem.

Maior patet ex dictis in præcedenti articulo; Minor probatur afferendo quatuor gradus immutabilitatis.

Primus gradus eſt eorum, quæ immutabilitatem participant per hoc, quod diuturna ſunt, & longæua; vt montes, & colles; qui ſecundùm hoc dicuntur æterni, iuxta illud pſalmi ſeptuageſimiquinti. Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. Et illud Deuteronomij 33. De pomis collium æternorum.

Secundus gradus eſt eorum, quæ immutabilia, & conſequenter perpetua ſunt ſecundùm totum: corruptibilia tamen ſecundùm partes; vt elementa. Vnde de terra dicitur Eccleſiaſtici primo. Terra autem in æternum ſtat.

Tertius gradus eſt eorum, quæ ſecundùm eſſe ſubſtantiale ſunt omnino intranſmutabilia: vt Angeli, & corpora cœleſtia.

Quartus gradus eſt eorum, quæ intranſmutabilia ſunt ſecundùm operationem eandem numero; vt beati: in quibus non ſunt volubiles cogitationes: vt ait D. Auguſtinus quintodecimo de Trinit. Vnde dicuntur habere vitam æternam; ſecundum illud Io. 17. Hæc eſt vita æterna, &c.

A

Expoſitio Textus.

EX hoc diſcurſu duo deducuntur. Primũ eſt; in ſingulis beatis Deũ videntibus, iuxta ſingulas eorum viſiones immutabiles, ſingulas eſſe æternitates, quaſi materialiter ſumptas; vt ſignificatur Dan. 12. *Qui ad iuſtitiam erudiunt plurimos, erunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.*

Secundum eſt; ignem inferni, & pęnas damnatorum, ea tantùm ratione dici æternas, quia vtrũque eorum eſt interminabile, Non enim his vera

B

conuenit æternitas, ſed tempus infinitæ durationis, non ſtrictè; ſed largè ſumptum: Nam tempus propriè eſt numerus primi motus, qui finietur; tẽpus autem largè ſumptum eſt numerus cuiuſque tranſmutationis; quæ etiam erit in pęnis damnatorum; iuxta illud Iob. 24. *Ad nimium calorem tranſibunt ab aquis niuium.* Ex his remanent ſoluta duo prima argumenta D. Thom.

Valentia addit ex Diuo Auguſtino, duos alios modos, quibus aliquid dicitur æternum. Sed ambo reducuntur ad ſecundum modum in textu poſitum. Valen.

In reſponſione ad tertium argumentum occur-

C

rit ſubtilis valdè, & difficillima Controuerſia. An rerum creatarum eſſentiæ fuerint ab eterno, nedũ in intellectu diuino, ſed etiam extra in ſemetipſis. Cuius propria ſedes eſt, in quæſtione ſextadecima, articulo ſeptimo. Sed quoniam illam, (vt arbitror,) plenè diſcuſsi in quæſt. 3. art. 4. nihil hic addendum exiſtimaui. Vide etiam, quæ hic ſcribunt Caietanus, & Iauellus de neceſſario. Caiet. Iauellus

ARTICVLVS V.

Vtrum æternitas differat ab æuo, & tempore.

D

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd æternitas non ſit aliud à tempore. Impoſſibile eſt enim duas eſſe menſuras durationis ſimul, niſi vna ſit pars alterius. Non enim ſunt ſimul duo dies, vel duę horę; ſed dies, & hora ſunt ſimul, quia hora eſt pars diei.

Sed ęternitas, & tempus ſunt ſimul; quorũ vtrumq; menſuram quandam durationis importat.

E

Cum igitur ęternitas non ſit pars temporis; quia ęternitas excedit tempus, & includit ipſum, videtur, quòd tempus ſit pars ęternitatis, & non aliud ab ęternitate.

2 Pręterea: Secundùm philoſophum in 4. phyſic. * nunc temporis manet idem in toto tempore. 4. phyſ. tex. 121. & 124. 10. 1.

Sed hoc videtur cõſtituere rationem æternitatis, quòd ſit idem indiuiſibiliter ſe habens in toto

[Margin note beside Article V: 48 [illegible] q. 2. art. 1. & 2. d. 2. q. 1. artic. 1. & quæſt. q. 43. 8 quodl. 10. q. 2. & po. q. 3. art. 14. [illegible]]

in toto decurſu temporis; Ergo æternitas eſt nunc temporis.

Sed nunc temporis non eſt aliud ſecundùm ſubſtantiam à tempore; Ergo æternitas nõ eſt aliud ſecundùm ſubſtantiam à tempore.

3 Præterea: Sicut menſura primi motus eſt menſura omnium motuum, vt dicitur in 4. phyſic.* ita videtur, quòd menſura primi eſſe ſit menſura omnis eſſe.

Lib. 4. phyſic. tex. 133 to. 2.

Sed æternitas eſt menſura primi eſſe, qđ eſt eſſe diuinũ; Ergo ęternitas eſt mẽſura oĩs eſſe.

Sed eſſe rerum corruptibilium menſuratur tempore; Ergo tempus, vel eſt æternitas, vel aliquid æternitatis.

Sed contra eſt, quòd æternitas eſt tota ſimul. In tempore autem eſt prius, & poſterius; Ergo tempus, & æternitas non ſunt idem.

Reſpondeo. Dicendum, quòd manifeſtum eſt tempus, & æternitatem non eſſe idem. Sed huius diuerſitatis rationem quidam aſsignauerunt ex hoc, quòd æternitas caret principio, & fine; tempus autem habet principiũ, & finem. Sed hæc eſt differentia per accidẽs, & non per ſe: quia dato, quòd tempus ſemper fuerit, & ſemper futurum ſit ſecundùm poſitionem eorum, qui motum cęli ponunt ſempiternum, adhuc remanebit differentia inter æternitatem, & tempus, vt dicit * Boet. in lib. de conſolatione, ex hoc, quòd æternitas eſt tota ſimul, quod tempori non conuenit; quia æternitas eſt menſura eſſe permanentis, tempus verò eſt menſura motus. Si tamen prædicta differentia attendatur quantùm ad menſurata, & non quantùm ad menſuras, ſic habet aliam rationem; quia ſolùm illud menſuratur tempore, quod habet principium, & finem in tempore, vt dicitur in 4. phyſic.

Proſa 4. li. 5.

4. phyſic. textu 120. to. 2.

Vnde, ſi motus cęli ſemper duraret, tempus non menſuraret ipſum ſecundùm ſuam totam durationem, cum infinitum non ſit menſurabile; ſed menſuraret quamlibet circulationem, quæ habet principium, & finem in tempore.

Poteſt tamen & aliam rationem habere ex parte iſtarum menſurarum, ſi accipiatur finis, & principium in potentia; quia, etiam dato; quòd tempus ſemper duret, tamen poſsibile eſt ſignare in tempore & principium, & finẽ, accipiendo aliquas partes ipſius, ſicut dicimus principium, & finem diei, vel anni, quod non contingit in æternitate; Sed tamen iſtæ differentiæ conſequuntur eam, quæ eſt per ſe, & primò differentiam, per hoc, quòd æternitas eſt tota ſimul; non autem tempus.

Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa procederet, ſi tempus, & æternitas eſſent menſuræ vnius generis: quod patet eſſe falſum ex his, quorum eſt tempus, & æternitas menſura.

A

Ad ſecundum dicendum, quòd nunc temporis eſt idem ſubiecto in toto tempore; ſed differens ratione; eo quòd, ſicut tempus reſpõdet motui: ita nunc temporis reſpondet mobili; mobile autem eſt idem ſubiecto in toto decurſu temporis, ſed differens ratione, inquantum eſt hic, & ibi, & iſta alternatio eſt motus. Similiter fluxus ipſius nunc, ſecundùm quòd alternatur ratione, eſt tempus. Aeternitas autem manet eadem, & ſubiecto, & ratione. Vnde æternitas nõ eſt idem, quod nunc temporis.

B

Ad tertium dicendum, quòd, ſicut æternitas eſt propria menſura ipſius eſſe, ita tempus eſt propria menſura motus. Vnde ſecundùm quòd aliquod eſſe recedit à permanentia eſſendi, & ſubditur tranſmutationi, ſecundùm hoc recedit ab æternitate, & ſubditur tempori; Eſſe ergo rerum corruptibilium: quia eſt tranſmutabile, non menſuratur æternitate, ſed tempore: * tempus enim menſurat, non ſolùm, quæ tranſmutantur in actu; ſed quæ ſũt tranſmutabilia. Vnde non ſolùm menſurat motum; ſed etiam quietem; quæ eſt eius, quod natum eſt moueri, & non mouetur.

C

40 D. 2151.

Forma Textus.

Diſcurſus præſentis articuli quinque continet partes. In prima declaratur ſenſus quæſiti. In ſecunda refertur quorundam opinio. In tertia confutatur. In quarta ad bonum ſenſum reducitur. In quinta reſpondetur quæſito vnica concluſione. Senſus quæſiti nõ eſt, quem ſuperficies verborum oſtendit, nimirum an tempus, & æternitas realiter differant; manifeſtum eſt enim non eſſe idem tempus, & æternitatem; ſed quæſtio eſt de ratione diuerſitatis. Opinio quorundam fuit in hoc poſitam eſſe rationem differentiæ; quod æternitas caret principio, & fine; tempus autem habet principium, & finem. Confutatur hæc opinio: Quia hæc differentia eſt per accidens; ergo non eſt rectè aſsignata. Probatur antecedens: quia remota hac differentia adhuc remanebit differentia inter æternitatem, & tempus, quòd æternitas eſt tota ſimul; non autem tempus; ergo illa differentia eſt per accidens. Antecedens probatur primò auct. Boetij de conſolat. proſa ſexta, libro quinto. Secundò, quia æternitas eſt menſura eſſe permanentis, tempus verò ſucceſsiui. Reducitur ad bonum ſenſum prædicta opinio dupliciter: vno modo attendendo dictam differentiam ex parte menſuratorum; non autem ex parte menſurarum. Et probatur: quia ſolùm illud tempore menſuratur, quod habet principium, & finem in tempore; ergo. Antecedens probatur: quia, ſi motus cœli ſemper duraret, tempus non menſuraret ipſum ſecundùm totam ſuam durationem; quia infinitum non eſt menſurabile; ſed menſuraret ipſum ſecundùm quamlibet circulationem, quæ habet principium,

D

E

& finem in tempore. Alio modo poteſt ad bonum ſenſum reduci, attendendo dictam differentiam ex parte menſurarum non in actu, ſed in potentia. Probatur: quia dato, quòd tempus ſemper duret, poſsibile tamen eſt in eo ſignare principium, & finem, accipiendo aliquas partes ipſius; ſicut dicimus principium, & finem diei, vel anni; quod non contingit in æternitate.

Concluſio eſt. Differentia per ſe primò, quam prædictæ differentiæ conſequuntur eſt, quòd æternitas eſt tota ſimul; non autem tempus; Hæc vt probata relinquitur, cum facilè deducatur ex ſupradictis.

Expoſitio Textus.

HIc articulus partim ex dictis in ſuperioribus articulis, & partim ex dicendis in ſequenti articulo, adeo perſpicuus eſt, vt nulla ſit ei neceſsaria interpretatio. Obſeruandus eſt tamen error tituli, qui ſuperfluè cōtinet nomen æui, & eius correctio habetur ex ipſo articuli principio. Nam proponēs primum argumentum ait. *Videtur, quod æternitas non differat à tempore.* Vbi omittitur nomen æui. de quo nulla fit mentio in hoc toto articulo. Reliqua annotatione digna lege apud Caietanum, Iauellum, & Gregorium de Valentia.

Caiet. Iauellius. Valentia.

ARTICVLVS V.

De differentia æui, & temporis.

49
Locis ſupra art. 4. notatis 8. ſuper Gen ca. 20. 22. 23. tom. 3.

AD quintum ſic proceditur. Videtur, quòd æuum non ſit aliud à tempore. Dicit enim Auguſ.* octauo ſuper Geneſim ad litteram, quòd Deus mouet creaturam ſpiritualem per tempus; ſed æuum dicitur eſſe menſura ſpiritualium ſubſtantiarū; Ergo tempus non differt ab æuo.

2 Præterea: De ratione temporis eſt, quòd habeat prius, & poſterius: de ratione verò æternitatis eſt, quòd ſit tota ſimul, vt dictū eſt;* ſed æuum non eſt æternitas. Dicitur enim Eccleſiaſt. 1. quòd ſapientia æterna eſt ante æuū; Ergo non eſt totum ſimul; ſed habet prius, & poſterius, & ita eſt tempus.

Ar. præced

3 Præterea: Si in æuo non eſt prius, & poſterius; ſequitur, quòd in æuiternis non differat eſſe, vel fuiſſe, vel futurum eſſe. Cum igitur ſit impoſsibile, æuiterna non fuiſſe. ſequitur, quòd impoſsibile ſit ea non futura eſſe; qđ falſum eſt, cùm Deus poſsit ea reducere in nihilum.

4 Præterea: Cum duratio æuiternorum ſit infinita ex parte poſt, ſi æuum ſit totum ſimul, ſequitur, quòd aliquod creatum ſit infinitum in actu; quod eſt impoſsibile; Non igitur æuū differt à tempore.

A Sed contra eſt, quod dicit Boet.* Qui tempus ab æuo ire iubes.

Lib. 3 de conſol. metro. 9. in princip.

Reſpondeo. Dicendum, quòd æuum differt à tempore, & ab æternitate, ſicut medium exiſtens inter illa. Sed horum differentiam aliqui ſic aſsignant, dicentes, quòd æternitas principio, & fine caret: Aeuum habet principium, ſed non finem; tempus autē habet principiū, & finem; Sed hæc differentia eſt per accidens, ſicut ſupra dictum eſt;* quia, ſi etiam ſemper æuiterna fuiſſent, & ſemper futura eſſent, vt aliqui ponunt: vel etiam ſi quandoque

Ar. præced

B deficerent, (quod Deo poſsibile eſſet) adhuc æuum diſtingueretur ab æternitate, & tempore. Alij verò aſsignant differentiam inter hæc tria per hoc, quòd æternitas non habet prius, & poſterius; tempus autem habet prius, & poſterius cum innouatione, & veteratione: æuum habet prius, & poſterius ſine innouatione, & veteratione; Sed hæc poſitio implicat contradictoria; quod quidem manifeſtè apparet, ſi innouatio, & veteratio referantur ad ipſam menſuram: Cùm enim prius, & poſterius durationis non poſsit eſſe ſimul.

C ſi æuum habet prius, & poſterius, oportet, quòd priore parte æui recedente poſterior de nouo adueniat; & ſic erit innouatio in ipſo æuo, ſicut in tempore; Si verò referatur ad menſurata, adhuc ſequitur inconueniens: Ex hoc enim res temporalis inueteratur tempore, quod habet eſſe tranſmutabile, & ex tranſmutabilitate menſurati eſt prius, & poſterius in menſura, vt patet ex quarto phyſic.* Si igitur ipſum æuiternum non ſit inueterabile; nec innouabile, hoc erit, quia eſſe eius eſt in tranſmutabile; Menſura ergo eius non habebit prius, & poſterius.

4. phyſic. tex. 104.

D Eſt ergo dicendum, quòd, cum æternitas ſit menſura eſſe permanentis, ſecundùm quod aliquid recedit à permanentia eſſendi, ſecundùm hoc recedit ab æternitate. Quædam autem ſic recedunt à permanentia eſſendi, quòd eſſe eorum eſt ſubiectum tranſmutationis, vel in tranſmutatione conſiſtat: & huiuſmodi menſurantur tempore; ſicut omnis motus, & etiam eſſe omnium corruptibilium. Quædam verò recedunt minus à permanentia

E eſſendi, quia eſſe eorum, nec in tranſmutatione conſiſtit, nec eſt ſubiectum tranſmutationis; tamen habent tranſmutationem adiunctam, vel in actu, vel in potentia; ſicut patet in corporibus cœleſtibus, quorum eſſe ſubſtantiale eſt intranſmutabile; tamen eſſe intranſmutabile habent cum tranſmutabilitate ſecundùm locum, & ſimiliter patet de Angelis, quòd habent eſſe* in trāſmutabile cum tranſ-

D. 11.

Digitized by Google

tranſmutabilitate ſecundùm electionem, quã
tùm ad eorum naturam pertinet; & cum tranſ
mutabilitate intelligẽtiarum,& affectionum,
44 & locorum ſuo modo. * Et ideo huiuſmodi
833 a menſurantur æuo: quod eſt medium inter ęter
nitatem,& tempus. Eſſe autem, quod menſu-
rat ęternitas, nec eſt mutabile, nec mutabilita
ti adiunctum; Sic ergo tempus habet prius, &
poſterius; ęuum autem non habet in ſe prius,
& poſterius; ſed ei coniungi poſſunt: æterni-
tas autem non habet prius neq; poſterius, ne-
que ea compatitur.

Ad primum ergo dicendum, quòd creatu-
ræ ſpirituales, quantùm ad affectiones,& intel
ligentias, in quibus eſt ſucceſsio, menſurantur
D. 129. * tempore. Vnde,& Auguſtin.* ibidem dicit,
Lib.8. ſup quòd per tempus moueri, eſt per affectiones
Gen. c.20. moueri; quantum verò ad ęorum eſſe natura-
to. 3. le menſurantur æuo; Sed quantùm ad viſionẽ
D. 585. gloriæ participant* ęternitatem.
D. 871.

Ad ſecundum dicendum, quòd ęuum eſt to
tum ſimul, non tamen eſt æternitas; quia com
patitur ſecum prius,& poſterius.

Ad tertium dicendum; quòd in ipſo eſſe
Angeli in ſe conſiderato, non eſt differentia
præteriti,& futuri; ſed ſolùm ſecundùm adiũ-
ctas mutationes.

Sed, quod dicimus, angelum eſſe, vel fuiſſe,
vel futurum eſſe, differt ſecundùm acceptionẽ
intellectus noſtri, qui accipit eſſe Angeli per
comparationem ad diuerſas partes temporis.
Et cum dicit, Angelum eſſe, vel fuiſſe, ſuppo-
nit aliquid, cum quo eius oppoſitum non ſub-
ditur diuinæ potentię. Cùm verò dicit, futurũ
eſſe, nondum ſupponit aliquid. Vnde cùm eſ-
ſe,& non eſſe Angeli, ſubſit diuinæ potentiæ,
abſolutè conſiderando poteſt Deus facere, q;
D. 499. eſſe Angeli non ſit futurum; tamen non* po-
teſt facere, quòd non ſit dum eſt, vel quòd nõ
fuerit, poſtquàm fuit.

Ad quartum dicendum, quòd duratio ęui
eſt infinita: quia non finitur tempore. Sic au
D. 736. tem eſſe aliquod creatum * infinitum, quòd
non finiatur quodam alio, non eſt inconue-
niens.

Ratio,& ſenſus quæſiti.

QVæſitum præſentis articuli anguſtius eſt re-
ſponſione. Quæritur enim de differentia æ-
ui,& temporis; reſponſio verò eſt de differentia
æui, temporis,& æternitatis. Cuius ratio videtur
eſſe, quoniam differentia inter æuum, & tempus
quæſita eſt propter æternitatis cognitionem; quæ
ex dictarum durationum collatione, tam inter ſe,
quàm cum ipſa æternitate maximè pendet. Et cũ
æuum ſit medium inter æternitatem & tempus;
non poterat eius natura perfectè cognoſci, niſi v-
A triuſque extremi comparatione. Nec tamen erat
neceſſe in quæſito mentionem facere de æternita-
te; quoniam in quæſtione propria ſupponitur v-
niuerſa ad eius notitiam deſtinari.

Forma Textus.

*PRopoſiti quæſiti difficultatem hoc ordine reſoluit S.
D. Primò ſecernit manifeſtum à latente; ſiue certũ
à dubio. Secundò refert, et examinat duas opiniones.
Poſtremò reſpondet quæſito iuxta propriam ſenten-
tiam. Primò itaque manifeſtum eſt (inquit S. Th.) quòd
æuum differt à tempore,& ab æternitate; tanquàm me
B dium inter illa; ſed dubium eſt quomodo æuum ſit me-
dium inter prædicta duo, ſcilicet tempus, & æternitatẽ,
propter varias de hac re ſententias. Secundò igitur loco
proponit, & examinat duas opiniones. Prima opinio
fuit eorum, qui differentiam aſsignabant inter æuum,
tempus,& æternitatem in hoc, quòd æternitas princi-
pio,& fine caret; æuum habet principium, ſed non fi-
nem; tempus autem habet principium, & finem; Sed
contra hanc opinionem ſic argumentatur S. Thom. Hæc
opinio non aſsignauit differentiam per ſe, ſed per acci-
dens; ergo non eſt tenenda: Antecedens probatur: quia
illa eſt differentia per accidens, qua remota res differt
ab alijs, ſed remota dicta differẽtia adhuc æuum differt
C ab æternitate, & tempore; ergo illa eſt differentia per
accidens. Minor probatur: quia, ſi ſemper æuiterna fuiſ
ſent, vel etiam ſi quandoque deficerent, (quod per Dei
potentiam poſſet fieri,) adhuc æuum diſtingueretur ab
æternitate,& tempore. Secunda opinio fuit eorum, qui
differentiam aſsignarunt inter hæc tria. quòd æternitas
nõ habet prius,& poſterius; tempus autem habet prius,
& poſterius cũ innouatione,& veteratione, æuum ha-
bet prius,& poſterius ſine innouatione,& veteratione.
Hæc fuit S. Bonauenturæ. Contra hanc opinionem ſic
argumentatur S. Thom. Aut innouatio, & inueteratio
refertur ad ipſam menſuram, quæ eſt æuum, aut ad mẽ
ſurata, ſcilicet ad æuiterna; ſed ex vtroque ſequitur cõ-
D tradictio; ergo prædicta poſitio eſt falſa. Probatur ſe-
cunda propoſitio: Et primò quo ad primam partem; ſci-
licet, quòd ſi innouatio,& inueteratio referatur ad mẽ
ſuram, quæ eſt æuum, quòd implicat contradictionem
habere prius,& poſterius ſine innouatione ſic: Si æuum
habet prius, & poſterius; oportet, quòd priore parte
æui recedente poſterior de nouo adueniat; ergo, ſi habet
prius,& poſterius, habet etiam innouationem,& inue-
terationem. Probatur antecedens: quia prius,& poſte-
rius non poſſunt eſſe ſimul: conſequentia verò proba-
tur: quia hæc eſt innouatio, & inueteratio; ergo. Aſ-
ſumptum hoc patet ex terminis; nam innouatio nihil a-
liud dicit, niſi receſſum prioris, tanquàm veteris,& ad-
E uentum poſterioris, tanquam noui: Deinde probatur: ſi
innouatio & inueteratio referantur ad menſurata, ſcili
cet ad æuiterna, quòd etiam implicat contradictionem
habere prius,& poſterius ſine innouatione;& inuetera
tione, ſic: Si æuiternum non ſit inueterabile, nec innoua-
bile, hoc erit, quia eſſe eius eſt intranſmutabile; at ſi eſſe
æuiterni eſt intranſmutabile, eius mẽſura, quæ eſt æuũ,
non habet, prius,& poſterius; ergo implicat, quòd ha-
beat prius,& poſterius ſine innouatione, & inuetera-
tione. Maior probatur: quia ex hoc res temporalis in-*

ueteratur tempore, quòd habet eſſe tranſmutabile; ergo hoc e- ſi æuiternum non ſit inueterabile nec innouabile, vit, quia eſſe eius eſt intranſmutabile. Et tenet conſequẽ tia per illam regulam poſterioriſticam. Si affirmatio, &c. Minor probatur: quia ex tranſmutabilitate menſurati eſt prius, & poſterius in mẽſura; ergo ſi eſſe æuiterni eſt intranſmutabile, æuum, quod eſt eius menſura, non habebit prius, & poſterius: Antecedens eſt Ariſt. 4. phyſic. conſequentia tenet in virtute prædictæ regulæ poſterioriſticæ. Si affirmatio eſt cauſa affirmationis, &c. & tenet in cauſis proprijs & præciſis; propria verò cauſa prioris, & poſterioris in menſura eſt tranſmutabilitas menſurati.

Poſtremò S. Thom. proponit ſuam ſententiam vnica concluſione tali; Aeuum eſt medium inter æternitatem, & tempus, quia tempus habet prius, & poſterius; æuum autem non habet in ſe prius, & poſterius; ſed ei coniungi poſſunt; æternitas verò non habet prius, neque poſterius, neque ea compatitur. Probatur: Tempus mẽſurat ea, quorum eſſe eſt ſubiectum tranſmutationis, aut in tranſmutatione conſiſtit; æuũ menſurat ea, quorum eſſe nec in tranſmutatione conſiſtit, nec eſt ſubiectum tranſmutationis; ſed tamen habent tráſmutationem coniunctam; æternitas verò mẽſurat eſſe, quòd nec eſt mutabile, nec mutabilitati adiunctum; ergo tempus habet prius, & poſterius; æuum autem &c. Conſequentia eſt euidens ex dictis ſupra; quia prius, & poſterius in menſura, ſequitur ex tranſmutatione menſurati &c. Antecedens autem probatur dupliciter: Primò oſtendendo ſufficientiam dictorum membrorum. Secundò probando ſingula. Sufficientia oſtenditur ſupponendo id, quòd ſupra probatum eſt, quòd æternitas ſit menſura eſſe permanentis: quo ſuppoſito ſic probatur antecedens: Secundùm quod aliquid recedit à permanentia eſſendi, ſecundùm hoc recedit ab æternitate; at duobus modis contingit recedere à permanentia eſſendi; ergo. Probatur minor: quoniam quædam ſic recedunt, quòd eorũ eſſe eſt ſubiectum tranſmutationis, vel in tranſmutatione conſiſtit, & hæc menſurantur tempore; quædam autem recedunt à permanentia eſſendi ſic, vt eorum eſſe, nec ſubiectum ſit tranſmutationis, nec in tranſmutatione conſiſtat, ſed tamen habent tranſmutationem adiunctam, vel actu, vel potentia; ergo. Secundò probatur illud antecedens, quo ad ſingulas partes; Et primò quo ad primam; quia tempus eſt menſura omnis motus, & eſſe rerum corruptibilium; Quo ad ſecundam dupliciter: Primò, quia eſſe ſubſtantiale corporum cœleſtium, quod eſt intranſmutabile, & tamen habet annexam tranſmutationem ſecundùm locum, menſuratur æuo. Secundò, quia Angeli menſurantur æuo, & Angeli habent eſſe intranſmutabile coniunctum triplici tranſmutabilitati: prima eſt ſecundùm electionem de bono in malum, quantùm ad eorum naturam pertinet. Secunda eſt ſecundùm actus intellectus, & affectus. Tertia eſt ſecundùm locum modo ſuo; ergo. Quo ad tertiam verò partẽ probatur: quia eſſe, quod menſurat æternitas, nec eſt mutabile, nec mutabilitati adiunctum; eſt enim eſſe diuinum.

Expoſitio Textus.

Significatio multiplex huius nominis Aeuum.

Antequàm Controuerſijs, quæ valdè perplexæ ſunt in hac materia, manum apponamus, duo prius ſunt artiori, quo fieri poterit, ſtylo declarandã. Primum eſt huius nominis *æuum* ſignificatio, quod non erit difficile præſuppoſitis, quæ hucuſque diximus, explicare. S. Tho. quol. 5. art. ſeptimo ait ex ignorantia linguæ Græcæ multos æuum ab æternitate diſtinxiſſe, cum tamen, quod græcè dicitur æuon, latinè dicatur æternitas. *S. Tho.*

Vndè D. Dionyſ. 10. cap. de diuin. nom. vtroque nomine in eodem vtitur ſignificato. Verùm, quoniam, vt inquit S. Doct. nominibus vtendum eſt vt plures, ſumendum eſt nomen æui, quatenus ſecundùm vſus accommodationem ſignificat æternitatis participationem in ſubſtantijs ſpiritualibus, quæ ſunt ſupra tempus; quæ tamen æternitatis participatio, ſecundario conuenit etiam corporibus cœleſtibus, quæ ſunt incorruptibilia. In quo extenſo ſignificato videtur accipi nomen æui Eccleſiaſtici primo, vbi dicitur. *Sapientia à Domino Deo eſt, & cum illo fuit, & eſt ante æuum.* Extenditur tamen amplius nomen æui ad ſignificandam longam temporis ſeriem, ſicut apud Poetam cum ait. *Tantùm æui longinqua valet mutare vetuſtas.* Et in eodem ſenſu Eſdræ 4. dicitur. *Maieſtas, & poteſtas æuorum eſt apud te domine*, vt exponit S. Tho. in vltimo artic. huius quęſtionis in reſponſione ad primum. Ex dictis ſequitur nomen æui prima ſui inſtitutione non ſignificare ſeculum, aut longum tempus, vt opinatur Molina. Si namque nomẽ ęui idem ſonat, quod æternitas, cum nomen ęternitatis prima, & propria ſignificatione non importet ſeculum, aut prolixum tempus, eadem prorſus ratione nec nomen æui prima ſui inſtitutione ſignificabit temporis durationem. *D. Diony. Eccleſi. Eſdræ 4. Molina & duas resp.*

Sed, vt affirmat S. Thom. ex vi vocabuli æternitatem ſignificat; ſecundùm accommodationem autem importat durationem exiſtentiæ ſubſtantiarum ſpiritualium, & incorruptibilium, & ſecundùm quandam extenſionem ſeculum, aut valdè prolixam temporis moram ſignificat; vt hic etiã diligenter annotauit Gabriel Vaſquez. *Vaſquez.*

An S. D. aſſignauerit veram, & per ſe differentiam inter æternitatem, & æuum, & quæ ſit radix differentiæ.

Aſſertur ratio dubitandi, & Sententia Suarezij.

Secundò explicanda eſt differentia poſita inter ęuum, & ęternitatem. Videtur enim S. D. ommiſſa per ſe, & eſſentiali differentia accidẽtalem, & extraneam tantùm aſſignaſſe; ante quam neceſſe eſt præexiſtere intimam, & eſſentialem differentiam inter prædictas duas durationes; quę primò fuerat

fuerat exprimenda, aut ſaltem non ommittenda: Conſtat autem aſsignatam differentiam accidentalem eſſe: Nã, quod æuiterna proprio eſſe in tranſmutabili adiunctam habeant actu, vel potentia tranſmutationem ſecundùm locum, aut operationem immanentẽ, vel tranſeuntem, poſterius quidpiam eſt, ac ſubſequens eorum eſſe; eſtque longè diuerſa duratio operationis à duratione eſſe rei incorruptibilis.

Itaque remota operationum tranſmutatione, relinquitur adhuc propria, & eſſentialis differentia, inter æuum, & æternitatem.

Suarez. Huic difficultati reſpondet Suarez in diſp. 50. metaph. ſect. 5. nu. 9. primariam differentiam inter æternitatem, & æuum in hoc poſitam eſſe; quòd æternitas eſt duratio per ſe, & ab intrinſeco neceſſaria, & à nullo dependens; & ideo omnino immutabilis; æuum autem extrinſecam habet cauſam, à qua dependet, & per cuius potentiam deficere poteſt: Nam, cum duratio (inquit) formaliter dicat permanentiam alicuius eſſe; quod rationẽ, & modum permanendi in eſſe variat, formaliter etiam, & per ſe diſtinguit durationes. Ex quo deducit prędictam ęternitatis eſſentialem differentiam, poſita etiam per impoſsibile in Deo operationum tranſmutatione, firmam in ſua ratione manſurã, & è contra data in incorruptibili creata ſubſtantia accidentium incapacitate, & ſecundùm eadẽ inuariabilitate, nihilominus (inquit) duratio ipſius eſſe non eſſet æternitas; quia ſimpliciter eſſet dependens, & mutabilis ſecundùm ſubſtantiam.

Addit Suarez rectè nihilominus fuiſſe aſsignatam à S. Thom. differentiam æternitatis ab æuo: Nã per ſucceſsionis, tam formalis, quàm adiacentis negationem quandam indicauit ęternitatis exiſtentiam, quę conſiſtit in adęquatione diuini eſſe, quod eſſencialiter claudit omnem perfectionẽ eſſendi, & conſequenter etiam omnem actum; & operationem talis eſſe; quod ſicut eſt plenitudo eſſendi, ita eſt plenitudo durãdi; quod nulli rei creatę poteſt conuenire.

Reſolutio.

Eſſentialem æternitatis, & Æui differentiam in diuerſo modo ſimplicitatis, & actualitatis eſſe diuini, & ſubſtantia creata incorruptibilis poſitam eſſe.

Alius tamen occurrit dicendi modus, videlicet S. Thom. preſuppoſita dicta prima differẽtia iam in q. 9. art. 2. ſtabilita aliam inquiſitę differentię magis notitia proximam, & accommodam protuliſſe. Et quamuis eſſendi neceſsitas, & independentia videatur eſſe quędam radix differentię formalis ęternitatis ab æuo, non tamen in ea conſiſtit formalis differentia; nec pertinet ad modum permanendi formaliter, ſed tantùm radicaliter.

Vnde Boetius illam differentiam non poſuit in diffinitione ęternitatis in recto; ſed eam in obliquo indicauit in ſua radice, ſcilicet in re menſurabili per illa verba, *interminabilis vita*. Dicitur enim vita interminabilis, quę à nullo habet eſſendi principium, nec per quamcunque potentiam poteſt terminari: formalem autem differentiam manifeſtè ſignificauit in perfecta eſſendi vniformitate per ea verba, *tota ſimul, & perfecta poſseſsio*. Et quoniam vniformitas eſſendi ex actualitate, & ſimplicitate, tanquã ex proxima, & propria radice dependet; quę actualitas Deo conuenit, ex hoc ipſo, quòd eſt ipſum eſſe per eſſentiam; idcircò Deum eſſe ipſum eſſe per eſſentiam eſt propria ratio vniformitatis, & conſequenter ęternitatis; immò prima, & ſuprema radix. Quoniam, quòd Deus ſit ens ſimpliciter neceſſarium, & à nullo depẽdens, hoc ei conuenit ex hoc, quòd eſt ipſum eſſe per eſſentiam, cui repugnat eſſe ens per participationem, quod eſt eſſe dependens ab alio, & ex eadem radice prouenit, vt ſit ens ſimpliciter neceſſarium; quia, ſcilicet ſicut à nullo alio ente dependet in eſſe, ita nec in conſeruari; alioquin non eſſet ens per eſſentiam, ſed per participationem. Vnde etiam ad incorruptibilia creata deſcendendo, duratio, quę eſt vnitas, ſiue vniformitas eſſendi, pendet, tanquàm ex propria cauſa, ex actualitate, & ſimplicitate ſubſtantię incorruptibilis creatę; quę actualitas, & ſimplicitas tot habet gradus, quod ſunt ſubſtantiarum incorruptibilium corporearum, & incorporearum ſpecies: Et quia prima inter eas ſupremũ obtinet actualitatis & ſimplicitatis gradum in ſuo ordine; idcircò eius duratio menſura eſt reliquarum, & nuncupatur æuũ: Et quia ſubſtantię omnes creatę entia ſunt per participationem, ideo ab extrinſeco poſſunt non eſſe. Prima itaque, & propria radix differentię inter æuum, & ęternitatem eſt diuerſitas actualitatis, & ſimplicitatis; non autem, quòd ęternitas ſit ens ſimpliciter neceſſarium, & indepẽdens; æuum autem non ſimpliciter neceſſarium, & dependens. Hanc adinuenit Suarez, ſed illam docet S. Thom. & eius ſchola; & ipſa ratio naturalis demonſtrat. Reijcitur opinio Suarezij. Et hęc diligenter annotanda ſunt: quoniã ex his pendet reſolutio quęſtionis de vnitate æui: deſtructo namq; illo fundamento in doctrina Suarezij ruit æuorum pluralitas ab ipſo ſuper eo conſtructa; vt magis infra patebit. Conditionales autem illę, quas pro ſuę ſententię confirmatione proponit prędictus auctor, cum vtrãq; contradictionis partem inferant, efficaces non ſunt: Nam, ſi in Deo eſſet operationum tranſmutatio cum neceſsitate ſimpliciter in eſſe; eſſet eius duratio tota ſimul; quia in ipſo eſſe pręciſè ſumpto nulla eſſet tranſmutatio actu, nec potentia; & non eſſet eius duratio tota ſimul; quia Deus non eſſet totum ſuum eſse; quia nõ eſset ſuę operationis eſse, & conſequenter non eſset tota ſua duratio, & pars durationis Dei eſset ſimul, & alia ſucceſsiua.

Vnde poſset fingi alia conditionalis, quę nihilominus erit vera; videlicet; ſi eſſe diuinum eſſet ab æterno dependens, adhuc menſuraretur ęternitate: Nam eſſe diuinum perfectam habet eſsendi vniformitatem, ex qua ſibi vendicat ęternitatem.

Itaque poſito per impoſsibile, quòd eſset depẽdens, adhuc eſset ęternũ; quòd autem deſtrui poſſet,

ſet, per accidens eſſet, reſpectu vniformitatis.

Sed tamẽ ex hac etiam conditionali conſequitur altera pars contradictionis, videlicet Deũ non menſurari æternitate; Quia ex hoc ipſo, quòd diuina natura ponitur dependens, iam non eſt diuina natura, nec perfectam habet vniformitatem, & conſequenter nec æternitatem. Et idem dicendum eſt de alia conditionali in materia ſubſtãtiæ creatæ incorruptibilis; infert enim vtramque contrariæ partem. Quapropter ommiſsis conditionalibus, ex propria durationis natura ſecundũ ſe conſiderata, & eius proprietatibus venanda eſt propria, & eſſentialis differentia; ſicut ſupra abundè fecimus cum D. Thom. & antiquis eius expoſitoribus. Et ex ea conſequitur hæc, quam vt notiorem aſsignat hic S. D.

Ad rationem autem dubitandi iam dictum eſt, differẽtiam hic aſsignatam formaliter ſumptam, non eſſe per ſe primò, & eſſentialem differentiam; ſed ex differentia eſſentiali conſequentem, & vt notiorem nobis hic aſsignatam fuiſſe. Quamobrem radicaliter potius, quàm formaliter, eſt intelligẽda. Secundò reſpondetur: (& in idem redit) differentiam hic aſsignatam non conſiſtere in actuali tranſmutatione; ſed in tranſmutabilitate, qua ſignificatur incorruptibilis rei natura, ex qua prouenit proxima tranſmutationis potentia; ſicut patet de Angelis, ex quorum natura prouenit intellectus, & voluntas; quæ multarum tranſmutationũ ſunt principia, quod facilè colligitur ex modo loquendi S. Thom. qui vtitur nominibus *tranſmutabilis, & tranſmutabilitatis*, & quando vtitur nomine tranſmutationis, addit, vel in actu, vel in potẽtia; Significans naturæ modum, ſiue rationem intrinſecam, ex qua tanquam ex vna communi radice prouenit intranſmutabilitas ſecundùm eſſe, & tranſmutabilitas ſecundùm operationem, aut ſecundùm locum.

Prima Controuerſia.

De quidditate, & ratione formali æui.

Sententię Doctorum, & Expoſitorum.

NOn conueniunt doctores, neque expoſitores S. Thom. in aſsignanda æui diffinitione, aut ratione formali: Nam S. Bonauentura, cuius ſentẽtiam refert, & confutat S. Tho. exiſtimauit æuum eſſe durationem ſua natura ſucceſsiuam, abſque innouatione, & inueteratione; quam ſententiam ſequitur Gabriel Biel in 2. diſt. 2. q. 1. Suarez diſp. 50. Metaph. ſect. 6. tria dicit. Primum eſt, rationẽ æui non conſiſtere in ratione menſuræ intrinſecæ, vel extrinſecæ. Secundum eſt, rõnem menſuræ extrinſecæ non poſſe habere locum in æuiternis ſecũdùm ſe cõſideratis. Tertium eſt, propriã æui differentiam conſtitutiuam, & ab alijs diſtinctiuam in hoc conſiſtere, quòd dicit durationem permanẽtem natura ſua immutabilem, ſeu neceſſariam, quam ſententiam aſcribit Caietano in artic. præſenti, & ſequenti, & alijs recentioribus interpreti-

S. Bonau.

Gabriel Biel.

Suarez.

A bus. Eandem ſentẽtiam ſequitur Vaſquez, qui ſic æuum diffinit ad mentem, (vt ipſe inquit) Caietani. Aeuum eſt permanens quædam, & indiuidua Angeli, & cuiuſque ſubſtãtiæ, etiam corporatæ in ſuo eſſe duratio, cui tamẽ coniuncta eſſe poteſt operationum, & accidentium varietas; atque (inquit) hoc modo ratio æui realis erit, nec ad illam formaliter pertinebit ratio menſuræ actiuę, aut ratio menſuræ paſsiuę.

Vaſquez.

Ludouicus Molina inter expoſitores D. Thom. auctor primus huius opinionis, eam non niſi vt probabilem affirmat.

Molina.

B Oppoſitam ſententiam docet Capreolus in 2. diſtinct. 7. q. 2. & Caiet. in hoc, & ſequenti articulo, quem reliqui alij ſequuntur interpretes.

Capreol. Caiet.

Reſolutio.

Affertur, & explicatur æui diffinitio cum quibuſdam conſequentibus.

DIffinit autem ſic ęuum Caietanus. Aeuum eſt vnitas per modum menſuræ immutabilis vitæ mutabilitati coniunctæ. Quę diffinitio colligitur ex doctrina præſentis articuli.

Caiet.

C Primã partem huius diffinitionis ſupra declarauimus cum Capreolo in primo articulo explicãtes naturam æternitatis. Vbi diximus, eſſe primi æuiterni poſſe tripliciter conſiderari. Primò, inquantùm eſt actus eſſentię; & ſic dicitur eſſe. Secũdò, inquantùm non raptim tranſit, ſed diù ratum eſt. Tertiò, inquantùm induit rationem vnitatis, vel ſimultatis, ita, vt poſsit certificare quantitatẽ aliorum, quæ ſunt eiuſdem generis: & ſecundùm hanc vltimam conſiderationem dicitur menſura, vel æuum. Vnde ſecunda particula videlicet *per modum menſuræ*, habetur eadem diuiſione, & cõſideratione Capreoli, quam etiam Caietanus ſequẽti articulo ponit in æui diffinitione ſecundo loco allata.

Capreol.

D Ex his ſequitur primò, æuum non eſſe accidens inhærens ſubſtantię; ſed eſſe ſecundùm rem exiſtẽtiam primi ęuiterni. Sequitur ſecundò ęuum nullum reale abſolutum addere ad eſſe primi ęuiterni; ſed negationem tantùm, & relationem. Negationem quidem: quia dicit vnitatem, quæ ſignificat indiuiſionẽ; quę eſt negatio diuiſionis in partem priorem, & poſteriorem, ſicut diuiditur tempus; cum ęuum ſit totum ſimul. Relationem autẽ addit menſuræ ad cętera ęuiterna, quam relationem, ſi quis affirmaret realem eſſe, vt videntur affirmare Banneſius, & Zumellus in ſequenti articulo, nõ multum à probabilitate diſtaret. Hæc enim relatio menſuræ conſequitur ad eſſe vniforme primi ęuiterni, quatenus inter omnia ęuiterna eſt primum vniformitate, & ſimplicitate.

E

Aeuum eſt exiſtentia primi æuiterni.

Bannes. Zumel.

Quę primitatis relatio pertinet ad realem ordinem partium vniuerſi; in quo ſecundùm Ariſtot. duodecimo metaphyſ. tex. 52. conſiſtit bonũ intrinſecum vniuerſi. Ex qua ſententia, ſi vera eſt, ſequitur æuum non eſſe omnino idem realiter, & formaliter à parte rei, quod eſſe Angeli. Et poteſt hęc

Ariſt.

Digitized by Google

hæc opinio confirmari; quoniam cum ſecundùm S.Thom. eſt menſura, non ſecundùm humanã, aut angelicam apprehenſionem ſolum; ſed ex propria natura, cui conuenit ſumma ſimplicitas, & vniformitas in genere talis durationis; Sed, quoniam ſupra diffiniuimus menſuram eſſe, qua rei quantitatem cognoſcimus, apparet illius complementum ex cognitione aliqua depẽdere: Quamuis, vt probant rationes adductæ, ſit fundamentaliter, & eſſentialiter realis; quod idem ſupra ſtabiliuimus de ratione æternitatis.

Aliæ particulæ ſuperius explicatæ ſunt, in expoſitione litteræ præſentis articuli.

Aeuum eſse totum ſimul, & diuerſis temporis partibus coexiſtere.

SEd neceſſe eſt duo adhuc diligenter explicare: Primum eſt, quomodo æuum ſit totum ſimul. Secundum eſt, quomodo æuum coexiſtat diuerſis partibus temporis.

Quod æuum ſit totum ſimul, facilè deducitur ex allata diffinitione; in qua diximus æuum eſſe vniformitatem vitæ immutabilis, ſiue eſſe angeli, vt vniforme: Nam, ſi totum ſimul non eſt, ſed habet partem poſt partem, iam vniforme non eſt. Rurſus, ſi eſt eſſe immutabile, vel vitæ immutabilis ab intrinſeco ſecundùm eſſe ſubſtantiale; ergo ſucceſſione caret; ergo eſt totum ſimul.

Prima conſequentia probatur: nam, ſi ſucceſsio in menſurato, puta in motu, eſt propria cauſa ſucceſsionis in mẽſura, puta in tempore, ſequitur immutabilitatem menſurati, quæ eſt negatio ſucceſſionis, eſſe etiam propriã cauſam negationis ſucceſsionis in menſura, iuxta regulam illam Ariſto. ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis, & negatio erit cauſa negationis.

Cum ergo in eſſe angeli nulla ſit ab intrinſeco mutabilitas, nulla ſucceſsio, ſed vniformitas; ſequitur, vt nec etiam in æuo ſit aliqua difformitas, vel ſucceſsio partis poſt partem, ſed ſit totum ſimul.

Sed quoniam æuum coexiſtit diuerſis partibus temporis noſtri, modo inferius explicando; idcircò de eo loquimur per verba tempus præſens, præteritum, & futurum ſignificantia, dicentes æuum angeli duraſſe, (verbi cauſa) per annos mille, nunc durare, & vltra duraturum. Hinc tamen non efficitur æuum non eſſe totum ſimul; ſed illud dumtaxat coexiſtere diuerſis partibus temporis noſtri continuè fluentis, cum tamen æuum totum ſimul ſit à Deo productum, totum ſimul à Deo conſeruetur, ſimulq; ſemper totum ſit, nulla vnquã partis ad partem additione, aut ſucceſsione facta; ſed puncti, & æternitatis inſtat idem, & indiuiſibile præterfluente motus, & temporis varietate perſeuerat.

Molina. Exemplo res poteſt illuſtrari, quo vtitur Ludouicus Molina: Nam, quemadmodum Sol eadem luce luxit heri, & lucet hodie, & lucebit cras. Quod inde prouenit, quòd eadem numero lux in Sole cõ

A ſeruatur per incorruptibilis corporis ſolaris eſſentiam, & indeficientem Dei operationem: ita Angelus eodẽ prorſus æuo, quo durauit heri, durat hodie, & durabit cras; quia idem perſeuerat æuum à Deo conſeruatum in omnibus partibus temporis, quibus coexiſtit.

Sed quoniam æuum non continet eminenter totam temporis latitudinem, ſicut æternitas, cũ non ſit eius cauſa, ſicut nec eſſe angeli eſt cauſa eſſe rerum corruptibilium; ideo non coexiſtit partibus temporis, niſi quando ſunt actu.

B *Explicatur vberius æui coexiſtentia ad partes temporis ex æui natura, & per comparationem ad æternitatem, & refertur ſententia Molinæ negantis æui latitudinem.*

SEd explicanda eſt paulò fuſius hæc æui ad temporis partes coexiſtentia; quod optimè fiet conferendo æuum æternitati; cum qua licet in aliquo conueniat, plurimum tamen ab ea deficit: Nã æternitati duo conueniunt.

Primum, quòd ſit tota ſimul, quoniam eſt menſura rei omnino immutabilis. Secundum eſt durationis latitudo infinita; qua ſimul actu ab æterno coexiſtit omnibus partibus temporis, tam realis, C quàm immaginarij.

Et hoc habet ex eo, quòd continet eminenter totam temporis latitudinem: Nam, quemadmodum eſſe diuinum continet eminenter omne eſſe, quod menſuratur æuo, aut tempore, ita æternitas, quæ eſt eſſe diuinum vniforme, continet eminenter, vt fons, & origo omnem durationem, & excedit; & ideo coexiſtit omnibus partibus temporis ſimul, ſicut punctum in medio circuli ſingulis punctis poſitis in circumferentia. De qua coexiſtentia latè agendum erit infra quæſtione quartadecima, articulo tertiodecimo; Aeuum igitur, quia eſt mẽſura rei immutabilis ab intrinſeco ſecundùm eſſe D ſubſtantiale eſt totum ſimul. Aeuum nõ cõtinet eminenter tempus.

Sed quia non continet eminenter tempus, cum non ſit eius cauſa, ſicut nec eſſe angeli eſt cauſa eſſe rerum corruptibilium, quæ ſecundùm ſuum eſſe menſurantur tempore; ideo æuum non habet latitudinem duratiuam, qua ſimul actu coexiſtat diuerſis partibus temporis. Aeuũ hẽt latitudinẽ duratiuam.

Non caret tamen ſua latitudine duratiua, qua coexiſtit ſingulis partibus temporis, quando ſunt actu præſentes. Sicut palus in fluuio defixus correſpondet è diametro ſingulis partibus aquæ, quando actu præterlabuntur; non tamen actu correſpõdet ſingulis partibus totius fluuij; quoniam ſimul E actu non ſunt in ſitu diametraliter oppoſito palo fixo in aqua. Et ſicut palus, quando primum plantatur in fluuio, habet ſimul totam ſuæ quantitatis latitudinẽ, qua, dum manet in fluuio defixus, correſpondet præterlabẽtibus aquæ partibus; ita æuũ totam ſimul habet ſuæ durationis latitudinem, quæ diuinæ operationis virtute conſeruatur.

Vnde, quemadmodum, ſi palus fuiſſet plantatus in fluuio, quando aqua incæpit defluere, coextitiſſet omnibus partibus aquæ defluxæ; quod ſi

poſt

poſt inceptum aquæ curſum in fluuio fuiſſet defixus, puta poſt centum annos ab incepto fluminis decurſu, non coextitiſſet partibus iam decurſis; ſed his tantùm, quæ illo infixo manente actu prætérlabuntur; ita pariter dicendum eſt de æuo; qđ, quia productum eſt ſimul cum tempore, ideo per illam eandem, quam habet durationem totam ſimul exiſtentem, coextitit omnibus præteriti temporis partibus, præſentibus coexiſtit, & futuris coexiſtet: Sed, poſito nunc angelum à Deo de nouo creari, non poſſet talis angelus coexiſtere partibus præteriti temporis; ſicut nec vllus angelus actu coexiſtit partibus præteritis, aut futuris.

Molina. Rationem huius duplicem aſsignat Molina. Vna eſt; quia angelus caret latitudine duratiua, qua non caret æternitas, quoniam eminenter continet tempus, & omnem durationem, vt eius origo; licèt eius ſentẽtia nec æternitas ſimul coexiſtat omnibus partibus temporis, de qua in re propria cõtrouerſia agendum erit.

Altera eius ratio eſt: Nam, quòd angelus eadẽ duratione modo duret, qua durauit heri, ex eo (inquit) pendet, quòd eius eſſe, atque duratio conſeruetur nunc à Deo; ſicut quod heri durauerit, ex eo fuit, quòd illum Deus conſeruauit; & quòd duret cras, atque in æternum, ex eo eſt, quòd cras, & in æternum conſeruabitur; cum tamen de ſe ſit indifferens, vt coexiſtat huic, vel illi parti temporis.

Reijcitur ſententia Molinæ, & probatur Aeuum habere latitudinem duratiuam.

SEd quamuis prædictę rationes videantur à Molina ſatis ſubtiliter excogitatę, exiſtimo tamẽ veritatis ſoliditate carere: Nam in primis æuo cõuenire durationis latitudinem probari poteſt ex confeſſa in tempore latitudine: Si namq; tempus, quod nunquam habet eſſe, niſi in inſtanti indiuiſibili, latitudinem habet duratiuam ob partes nũquam ſimul totas in actu exiſtentes præſenti inſtãti continuatas, multo potiore ratione duratiuam latitudinem habebit æuum, cuius duratio ſimul tota eſt, & tanquam excellentior tempore ſingulis illius fluentibus partibus ſucceſsiuè coexiſtit.

Non enim menſura dicitur propriè menſuræ coexiſtere, niſi quatenus aliquo modo vna in alia continetur; ſaltem eo modo, quo ea, quæ ſuperioris ordinis ſunt, in vno ſimplici, & indiuiſo virtutem continent in inferioribus diuiſione multiplicatam; ſicut patet de ſpeciebus intellectus comparatione ſpecierum ſenſibilium, & de ſpeciebus mẽtis angelicæ collatis ſpeciebus intellectus humani, & de ſpeciebus angeli ſuperioris comparatis ſpeciebus angeli inferioris.

Sicut igitur ſimplicitas formæ ſuperioris ordinis non tollit, ſed auget latitudinem quantitatis perfectionalis, ita ſimplicitas durationis ſuperioris ordinis non tollit, ſed auget durationis latitudinem, iuxta modum, & gradum durationis.

Vnde æternitas eſsentialis, quæ eſt ipſum eſſe diuinum ſimplicisſimum, infinitam habet durationis latitudinem, qua actu partibus omnibus tẽ

A poris, tam realis, quàm imaginarij coexiſtit.

Aeternitas autem participata, qua menſurantur beatorum viſiones, & fruitiones, partibus omnibus realis temporis coexiſtit; illaque omnia reddit beatis præſentia, quæ in diuina eſſentia tanq̃ in obiecto primario contemplantur: Nam, quemadmodum Deus res videt, non tantùm in ſeipſo, ſed etiam in ſeipſis tanquam ſecundarijs terminis cognitionis, atque ideo neceſſe eſt omnia Deo eſse præſentia in menſura æternitatis, qua menſuratur diuina cognitio; ita, quoniam beati plurima vident, tam præſentia, quàm præterita, & futura, in noſtro tempore, vident inquam, non in Deo tãtùm tanquam in obiecto primariò repreſentata, ſed etiam prout ſunt in ſeipſis, vt ſecũdariò viſionem terminantia, neceſse eſt, vt ſint illis ſecũdùm ſuas exiſtentias præſentia in menſura æternitatis participatæ, qua menſuratur viſio beatorum. *Aeternitas participata toti tp. coexiſtit.* (B)

Vnde minor eſt æternitatis participatæ latitudo, quàm eſsentialis; quia illa non ſe extendit ad præteritum tempus imaginarium, ſicut hæc. Rurſus eſsentialis æternitas reſpicit per ſe omnia tempora poſsibilia in infinitis mũdis à Deo producibilibus; quod non conuenit æternitati participatæ; ſed pro modo viſionis eſt etiam latitudo participatæ æternitatis. Altior tamen eſt, & latior æuo, cui, vt diximus non conuenit coexiſtere partibus temporis, niſi ſucceſsiuè, dum actu labuntur. *Latitudo æternitatis participatæ.* (C)

Atque hinc trahi poteſt aliud argumentum contra Molinam prædictum: Nam, ſi æternitas participata, cuius conſeruatio continuè à Deo pendet, atque ideo per actionis conſeruatiuæ ſubtractionem poteſt annihilari, latitudinem habet duratiuam longè excellentiorem quàm æuum; igitur ob eam cauſam non carebit æuum latitudine duratiua, quod à Deo continuè conſeruetur. *Ratio contra Molinam.*

Pręterea de rebus philoſophandum eſt ſecundùm eorum intrinſecas quidditates, ſuppoſitis his, quę eiſdẽ rebus conueniunt ex ordine ad primam cauſam, qualis eſt creatio, & conſeruatio, & potentia obedientialis, & ſimilia: At eſse angeli, quod eſt eius duratio, intrinſecam habet neceſsitatem & permanentiam eſsendi, & coexiſtẽdi modo dicto partibus temporis ſucceſsiuè; ergo ex natura ſua altiorem, & latiorem habet latitudinem quàm tempus: Nam, cum ęuum, & tempus in hoc conueniant, quòd indigent à Deo continuo conſeruari, in hoc excedit æuum, quòd idem ſemper immutabile perſeuerat coexiſtens mutabilibus partibus temporis; durat ergo cum tempore, quaſi pari; ſed excellentiori latitudine, quam etiã maiorem diximus; quia tota ſimul eſt, ſicut tota ſimul eſt angelica exiſtentia; temporis autem latitudo, non in actu eſt; ſed in potentia. (D) (E)

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio. Aeuum eſt vniformitas ſub ratione menſurę, vitæ immutabilis mutabilitati coniunctę. Hęc patet ex dictis.

Secunda concluſio. Quamuis ratio ęui eſsentialis non compleatur ab anima, eius tamen modus

dus eſt ab anima, vt ſupra dictum eſt de tempore, & æternitate. Hæc etiam patet ex iactis fundamentis; quoniam relatio menſuræ, quæ eſt relatio rationis complens vt modus rationem æui, eſt ab anima.

Tertia concluſio. Aeuum eſt totum ſimul ſucceſsione carens. Hæc etiam ſupra probata eſt, & habetur in textu præſentis articuli, & abunde tractatur ab expoſitoribus.

Quarta concluſio. Aeuum coexiſtit non ſimul; ſed ſucceſsiuè diuerſis partibus temporis. Hæc fuit probata, & explicata.

Quinta concluſio. Aeuum habet latitudinem duratiuam. Hæc etiam ſatis eſt probata.

Argumenta, & ſolutiones.

Contra primam concluſionem duo ſunt argumentorum genera: Nam quædam militant contra ſecundam particulam, videlicet *ſub ratione menſuræ*; Et hæc producentur contra ſecundam concluſionem. Quædam autem ſunt contra vltimam, videlicet *mutabilitati coniunctæ*. Et hæc ſupra ſunt ſoluta.

Contra ſecundam Concluſionem quædam sũt argumenta probantia æuum non poſſe eſſe menſuram intrinſecam ipſius æuiterni; quia realiter ab eo non diſtnguitur; & hæc ſupra ſunt ſoluta in Cõtrouerſia de ratione formali æternitatis.

Molina. Secundò contra eandem argumentatur Molina: menſura, vt ait Ariſtot. decimo metaphyſ. tex. ſecundo, notam facit quantitatem; at durationes permanentes, cum indiuiſibiles ſint, & totę ſimul, nullam habent quantitatem; ergo in ſeipſis menſurari non poſſunt. Confirmatur: quia non apparet modus, quo quædam earum ſecundùm ſe poſſint aliarum eſſe menſuræ.

Reſpondetur: maiorem non eſſe veram de menſurabili per vnitatem, vt ait Caietanus in ſequenti articulo. Secundò reſpondetur: falſam eſſe minorem propoſitionem; Quoniam duratio ſubſtantiæ incorruptibilis, licèt careat quantitate dimenſiua, habet tamen latitudinem duratiuam, quæ menſurabilis eſt per æuum.

Ad confirmationem dicitur: quòd modus apparet ex maiori ſimplicitate, & vniformitate inuenta in eſſe primi æuiterni.

Tertiò. Quòd vna duratio permanens poſsit ab alia excedi, hoc non habet ex eo, quòd vna virtute ſit maior quàm alia, aut quòd contineat vnitè maiorem latitudinem duratiuam; ſed ex ſola cõſeruatione; ex qua prouenit, quòd non definat toto aliquo tempore. Quare (inquit) vna non poteſt alia dici maior, niſi habita ratione temporis; cum nimirum per longius tempus cõſeruatur: Quo fit, vt ſemper ad tempus reducatur latitudo duratiua ipſarum, neque aliter, quàm per tempus verũ, vel imaginarium, in quo conſeruantur, intelligi poſsit, etiam ab angelis; ergo carent ratione menſuræ.

Reſpondetur: Durationem æuiternorum menſurari ab æuo dupliciter. Vno modo ratione lati-

A tudinis duratiuæ. Et hoc modo æuum eſt æqualis menſura omnium æuiternorum per ſe loquendo; quoniam, vt ſupra diximus, æuum ex natura propria, & abſolutè conſideratum habet durationis latitudinem, quæ eſt tota ſimul, & tempori ſucceſſiuè coexiſtit; idque conuenit durationi cuiuslibet æuiterni. Sed per accidens, ideſt per ordinem ad extrinſecum, contingit maiorem æſtimare durationem vnius æuiterni, quàm alterius; vt patet in animabus noſtris, quæ nõ eodem tempore ſunt creatæ; ſed hoc per accidens non redundat in maiorem intrinſecam durationem æuiterni, quæ ſecundùm ſe ſemper eiuſdem eſt quantitatis. Verũ,

B cum ęuiterni duratio ſit altioris ordinis, quàm ſit tempus noſtrum, non facilè percipi poteſt, quomodo ſit duorum æuiternorum ſecundùm ſe æqualis duratio; quæ tamen facta ad tempus collatione ſit inæqualis. Hoc enim, vt diximus, extraneũ eſt, & per accidens; nec tollit id, quod per ſe conuenit cuilibet durationi æuiternorum. Hoc tantùm præ oculis habendum eſt; quantitatem .ſ. durationis æuiterni altioris ordinis eſſe, & conſequenter eius menſuram ex tempore quidem, vt notiori cognoſcendam; At non ex eo, ſed ex proprijs iudicandam.

Duratio æuiternorũ æqualis.

Ad argumentum ergo reſpondetur: quòd falsũ

C ſupponit, videlicet vnius æuiterni durationem ſecundùm ſe poſſe eſſe maiorem alia. Alio modo menſuratur duratio æuiternorum ab æuo ratione vniformitatis in permanentia ipſius eſſe, & ſecundùm hoc non ſunt æquales durationes: Nec tamẽ vna in ratione durationis eſt maior alia; ſed in modo durandi perfectior. Quid autem veritatis habeant reliqua dicta eiuſdem argumenti, patet ex ſupra dictis. Et per hæc ſoluuntur etiam argumẽta Suarezij diſp. met. 50. ſectione 11. num. 14. & ſequentibus. Suarez.

Contra eandem concluſionem argumentatur Suarez in dicta diſputatione quinquageſima, ſe- Suarez.

D ctione ſexta, num. 4.

Duratio vt ſic, non conſtituitur ex ratione menſuræ; ergo nec talis duratio conſtitui poteſt in ratione talis durationis per determinatam relationem menſuræ. Probat conſequentiam; quia differentiæ eſſentialiter contrahentes debent per ſe, ac eſſentialiter determinare diuiſum.

Reſpondetur argumentum falſum ſupponere, nimirum durationem primi æuiterni conſtitui in ratione talis durationis per relationem menſuræ, & per eam eſſentialiter determinari; quod nunq̃ D. Thomæ, nec Capreolo, aut Caietano, vel alicui ex Thomiſtis in mentem venit; ſed dicunt relationem menſuræ eſſe modum quendam, & quaſi pro-

E prietatem conſequentem durationem primi æuiterni, inquantum illa eſt prima duratio omnium ſimplicisſima, & maximè vniformis.

Secundò. Ratio durationis intrinſeca eſt rei duranti, & dicit quid abſolutum; ratio autem menſuræ eſt reſpectiua, & extrinſeca, & ſecundùm denominationem rationis; ergo etiam ſic durare nõ poteſt eſſe aliquid extrinſecum.

Reſpondetur: Argumentum probare. Primò duratio-

rationem vt ſic,non dicere rationem menſuræ;q̃d gratis concedimus. Secundò rationem menſuræ non eſſe differentiam contrahentem eſſentialiter durationem ad talem durationem; ſed tamen eſt modus complens rationem formalem eius: nam hoc nomine ſignificatur duratio ſub rõne mẽſuræ

Vaſquez. Contra eandem argumentatur Vaſquez argumento Durandi,& aliorum. Menſura debet eſſe notior re menſurata; At æuum ſuperioris angeli non eſt notius duratione aliorum angelorum; ergo. Minorem probat; quia non eſt notius intellectui diuino; illi enim omnia æquè patent. Non intellectui angeli ſuperioris; quia ex ſua duratione non redditur certior de duratione inferioris,quãta ſcilicet fuerit; videt enim omnes ſimul incepiſſe,& perſeueraſſe, & licèt aliquis eorum poſtea incepiſſet,ſicut animę;ex ſua tamen duratione nõ cognoſceret,quãta eſſet aliorum duratio: Nec eſt notius intellectui inferioris angeli: nam ſuam durationem quiſque ita benè nouit, vt duratione alterius eam melius non cognoſcat.

Poſtremò; æuum ſuperioris angeli non eſt notius intellectui noſtro,vt experimento conſtat; cũ de vnius duratione nullo modo per aliud certiores reddamur;ſed ſolo tempore noſtro;ergo vnum æuum non eſt alterius menſura.

Reſponſio Banneſij, Zumelli, & Radæ. Huic argumento reſpondet Bannes, Zumellus, & Rada in ſua controuerſia de rerum menſura;falſam eſſe maiorem, & ad rationem menſuræ ſatis eſſe eam eſſe notiorem ſecundùm ſuam naturam, non autem oportere eam eſſe notiorem vtenti illa: nam motus horũ inferiorum notiores ſunt quo ad nos,quàm motus primi mobilis,& tamen motus primi mobilis eſt menſura noſtra.

Impugnatio Vaſquezij,& vera ſolutio ex Caiet. Hanc reſpõſionem meritò impugnat Vaſquez: tam in ſeipſa,quàm quo ad eius rationem ex motibus deſumptam; Igitur ſecundò reſpondetur cũ Caietano in ſequenti articulo, negando minorem propoſitionem quo ad intellectum angelicum: Ad eius probationem negatur aſſumptum: Nam cauſa,ob quam aliquid per aliud menſuratur, eſt dependentia certitudinis intrinſecæ ab extrinſeca; conſtat autem certitudinem durationis inferioris angeli dependere à certitudine durationis primi æuiterni in genere cauſæ formalis; vt inquit Capreolus; quia illa ſimplicior eſt,& vniformior in ſuo eſſe,& duratione. Vnde poteſt dici vniformitatem primi æuiterni in ratione menſuræ eſſe notiorem cuilibet angelo, quàm ſit propria cuiuſq; vniformitas; quoniam per acceſſum ad illam vniformitatem cognoſcunt, quanta ſit ipſorum duratio,quatenus duratio eſt;quæ formaliter conſiſtit in vniformitate manendi; quod dixi, ne quis dicat hoc genus menſurę ad rationem durationis non pertinere;ſed potius ad rationẽ perfectionis. (Capreol.)

Et ex his patet ſolutio argumentorum Benedicti Pererij libro duodecimo, de communibus rerum naturalium principijs, capitulo ſextodecimo; non enim ſunt alia à prædictis. (Benedict. Pererius.)

Contra tertiam concluſionem multa ſunt argumenta,quæ hic referuntur,& ſoluuntur à Caietano, Bannesio,Zumello,Molina,Vaſquezio,& alijs

A expoſitoribus S.Thom. & à Capreolo in ſecundo diſtinctione ſecunda, quæſt. 2. & Suarezio latè in diſputatione quinquageſima metaphyſicali, ſect. quinta,& Rada Controuerſia quarta,de rerũ menſuris;ad quos lectorem remittimus. (Caietan. Bannes. Zumel. Molina. Vaſquez. Suarez.)

Contra quintam concluſionem argumentatur Molina. Aeuum eſt duratio pendens à conſeruatione diuina,neque in ſe continet eminenter tempus; ergo non habet eſſe ſimul, coexiſtereue cum tempore,niſi ex productione,& conſeruatione diuina; qua tali,vel tali tempore producitur,& conſeruatur; ergo non habet de ſe latitudinem duratiuam; ſed habet,quòd duret tanto, vel tanto tem- (Rada Molina.)

B pore,propterea quòd non deſinat eſſe; ſed conſeruetur toto illo tempore.

Reſpondetur: conſequens primæ conſequentię videlicet;ergo æuum non habet eſſe ſimul,aut coexiſtere cum tempore, niſi ex conſeruatione diuina,&c.dupliciter intelligi poſſe: Vno modo,vt illa excluſiua *niſi*, excludat omnem aliam cauſam ſimpliciter;& ſic falſa eſt conſequentia:nam,licèt æuum indigeat Deo conſeruante, tanquam cauſa efficiente,vt poſſit eſſe ſimul, & coexiſtere partibus temporis, non indiget tamen alia cauſa formaliter intrinſeca,ſed ex propria quidditate formaliter habet vniformitatem,& eſſe ſimul totũ,&

C conſequenter etiam quod tempori coexiſtat. Alio modo poteſt intelligi dictum conſequens,ita vt illa excluſiua *niſi*, excludat tantùm aliam cauſam efficientem,aut independentiam ab alia quacunque cauſa efficiente, nõ autem cauſam formalem intrinſecam; & tunc admiſſa prima conſequentia negatur ſecunda,qua infertur æuum ex ſe non habere latitudinem duratiuam: nam ex ſe formaliter illam habet;ſicut etiam tempus,licèt indigeat in ſui eſſe continuatione à Deo conſeruari, quod idem apparet etiam ex ſupradictis de æternitate participata.

D

Secunda Controuerſia.

De menſura æuiternorum, ac præſertim quo ad eorum operationes,tam naturales, quàm liberas.

Sententia Scoti, & expoſitorum.

Scotus. Scotus in ſecundo,diſtinctione ſecunda, quæſt. 4. ſentit omnes operationes angeli immanentes menſurari æuo. Statuit enim tres menſuras: nimirum tempus noſtrum,æuum, & æternitatem, aitq; tempus eſſe menſuram rei ſucceſsiuę; ęuum rei permanentis, defectibilis tamẽ, ſiue ab extrinſeco,ſiue ab intrinſeco, ęternitatem verò eſſe mẽ-

E ſuram rei omnino indefectibilis. Vnde diſtribuẽdo ſecũdùm Scotum,propria menſurata ſub proprijs menſuris, tempus erit menſura motuum, ſiue tranſmutationum, æuum exiſtentiæ, ſiue durationis omnium ſubſtantiarum ſpiritualium, & corporalium,incorruptibiliũ, & corruptibiliũ, & operationum omnium immanentium angelorum; quoniam prędicta omnia(inquit Scotus)habent ſuum eſſe totum ſimul, & ſecundùm ſe omni ſucceſsione carent. Aeternitas autem mẽſurat eſ-

ſe, &

ſe,& operationem diuinam. Præter has menſuras nullam aliam agnoſcit Scotus. Hanc ſententiam ſequitur, & pro viribus tuuetur Ioannes Rada in ſua quarta Controuerſia de rerum menſura, & Benedictus Pererius libro duodecimo, de rerum naturalium principijs, capit. 17. Ludouicus Molina duo dicit. Primum eſt, tot eſſe rerum genere diſtinctas durationes, quot ſunt non ſolùm modi durandi, ſed etiam phyſicè diſtincta rerum genera; vt ſcilicet diuerſa ſit duratio rei corruptibilis, & rei incorruptibilis, ſpiritualis, & corporeæ, naturalis ordinis, & ſupernaturalis, ſucceſsiuæ, & permanẽtis; & ſingula etiam prædicta rerum, & durationũ genera in plures partitur ſpecies. Secundum eſt, nullam dictarum durationum habere rationẽ mẽſuræ intrinſecæ, nec extrinſecæ, niſi tempus noſtrum, ad quod reducitur latitudo duratiua aliarum omnium durationum; quarum quantitas nõ aliter intelligi poteſt, etiam ab angelis, quàm per tempus noſtrum, aut per tempus imaginarium. Eandem ſententiam ſequũtur Vaſquez ſuper hoc articulo, & Suarez diſp. met. 50. ſect. 11. nume. 14. Addit autem Suarez, nec etiam diuinum intellectum cognoſcere, quanta ſit duratio angeli, niſi p comparationẽ ad tempus. Vaſquez autem aliud adiungit, videlicet tempus noſtrum eſſe verè, & propriè menſuram omnium aliarum durationum creatarum. Tertia ſententia eſt S. Thomæ, quam hic explicat Caietanus, & alij Thomiſtæ interpretes D. Thom. & Capreolus in ſecundo, diſt. 2. quæſtione ſecunda.

Rada. Pererius. Molina. Vaſquez. Suarez. S. Tho. Caiet. Capreol.

Ad cuius euidentiam præmittenda ſunt nõnulla fundamenta cum quibuſdam diſtinctionibus; vt ſub inde reſpõdeamus per cõcluſiones ad quæſitum, & tandem præcipua diluamus aduerſariorũ argumenta.

Reſolutio.

Oſtenditur mutabilitatem, & immutabilitatem eſſe radicem differentiarum per ſe durationis.

SCiendum eſt itaque primò differentias per ſe diſtinguentes durationes deſumi ex mutabilitate, vel immutabilitate rerum. Cuius ratio ſuperius aſsignata eſt cum S. Thom. Nam, qua ratione aliquid recedit à permanentia eſſendi, eadem recedit ab æternitate, & ab ea diſtinguitur. Sunt aũt nonnulla, quæ ita recedunt ab eſſendi permanentia, vt mutabilia, ac defectibilia ſint ab intrinſeco; quæ ſimpliciter mutabilia nuncupantur. Hæc verò ſunt in duplici differentia: nam quædam sũt, quæ ſuum eſſe ſimul totum habent; ſicut angelorũ operationes immanentes; & hæc menſurantur tẽpore diſcreto. Quoniam, vt inquit Caietanus, tales operationes excellentiores ſunt tempore, qui eſt motus primi cęli: cum quælibet ſimul tota ſit, & immediatè vna alteri ſuccedat; quæ ſucceſsio motus quidam ſpiritualis eſt in quolibet angelo, & in primo intelligente tempus eſt. Et cum naturaliter ſint defectibiles, ad æui menſuram nõ pertingunt; igitur diſcreto tempore menſurantur. A Quędam alia ab intrinſeco defectibilia ſunt; quorum eſſe totum ſimul non eſt; ſed vel eſt ſubiectũ tranſmutationis, vel in tranſmutatione conſiſtit; ſicut eſſe rerum corruptibilium, & motus omniũ corporum. Et hæc tempore noſtro menſurantur. Sunt præterea quædam alia, quæ per hoc diſtant à permanentia eſſendi: quòd habent eſſe intranſmutabile ſimpliciter, vel ſecundùm ſe, ſecundum operationem autem tranſmutabile, ſiue tranſmutationi coniunctum; quale eſt eſſe ſubſtantiale angeli, & cęleſtium corporum. Et hęc menſurantur æuo. Quædam denique ita recedunt à perfecta eſſendi permanentia, vt tamen participent eſſe diuini, & ſupernaturalis ordinis, quod ab intrinſeco penitus eſt indefectibile; ſicut beata viſio. Et hæc menſurantur æternitate participata. Hanc diſtinctionem eſſe per differentias per ſe, ſic oſtẽditur: Naturalis rei duratio à rei mutabilitate, vel immutabilitate, quę eſt ab intrinſeco, naſcitur tanquam ex propria cauſa; igitur, quod per ſe diuerſificat rei mutabilitatem, vel immutabilitatem ab intrinſeco, diuerſificat etiam per ſe durationem. At differentiæ aſsignatę faciunt diuerſitatem per ſe in rebus quo ad rationem mutabilitatis, & immutabilitatis ab intrinſeco; ergo ſunt per ſe differentię durationis. Probatur hæc ſubſumpta propoſitio: Quoniam permanentia eſſendi quædam immutabilitas eſt, & receſſus ab eadem ſecundùm cõmemoratos modos, vel gradus, mutabilitates quædã ſunt formaliter diſtinctæ; ergo ſunt differentiæ p ſe mutabilitatis, & immutabilitatis. Appoſui autem particulam illam, ***ab intrinſeco*** in antecedente, & in ſubſumpta propoſitione; quoniam, vt hic aduertit Caietanus, nihil refert ad naturalem rei durationem, quòd per extrinſecam agentis potentiam poſsit, aut non poſsit deficere: Nam, quemadmodum rei natura variatur ſolùm per hoc, qđ eſt poſſe, aut non poſſe ab intrinſeco deficere; non autem per hoc, quòd poſsit res per extrinſecã Dei potentiam annihilari, vt patet ex 10. metaph. vbi dicitur: ***quod corruptibile, & incorruptibile ſunt ſubſtantia, aut in ſubſtantia,*** nec phyſicè loquendo aliquid habent commune vniuocum; ita nec propria rei duratio per ſe variatur, niſi per hoc, quod eſt eſſe mutabile, vel immutabile ab intrinſeco; cuius oppoſitum opinabatur Scotus. Quo fit, vt Angelus, quamuis à Deo eſſet annihilandus, menſuraretur ęuo; & rurſus; ſi intellectio angeli libera perpetuò conſeruaretur à Deo, menſuraretur nihilominus inſtanti temporis diſcreti.

Caieta. Ariſt. Scotus.

Explicantur duæ conditiones menſuræ naturalis, et præſertim in materia durationum.

SEcundò attendendæ ſunt conditiones neceſſariò requiſitæ ad hoc, vt aliquid habeat rationem menſuræ ex natura ſua, ſaltem fundamentaliter; quæ ſunt tres. Prima eſt, vt menſura rationem habeat vnius, & indiuiſibilis, aut ſimpliciter, aut ſecundùm quid. Hanc conditionem docet Ariſtot. decimo metaphyſ. tex. tertio, oſtendens neceſſariam eſſe in qualibet ſpecie quantitatis; vt

Menſuræ naturalis conditiones. Ariſtot.

in longitudine, latitudine, profunditate, grauitate, & velocitate, quas ibidem accipit, vt ſpecies quantitatis; & in ſpeciebus etiam qualitatis, ad quas per ſimilitudinem transfertur ratio menſuræ. Et quoniam ratio menſuræ per ſe primò conuenit vnitati, ideo, vt ibidem tex. quarto indicat Ariſt. ſi numerus menſuraretur numero, cum numerus etiam ſecundùm ſingulas vnitates menſuretur vnitate, neceſſe eſſet rationem menſuræ reducere ad vnitatem, cui per ſe primò conuenit ratio menſuræ. Secunda conditio eſt, vt menſura (ſcilicet proportionata) ſit eiuſdem generis cum re menſurata. Hanc idem Philoſophus eodem libro

Ariſt. tex. quarto ſtatuit eſſe neceſſariam ad rationem menſuræ dicens. *ſemper autem cognatum eſt metrũ, magnitudinum quidem magnitudo, & ſecundùm vnumquodque, longitudinis longitudo, latitudinis latitudo, vocis vox, grauitas grauitatis.* Hæc Ariſt. Dixit autem *ſecundùm vnumquodque*, quoniam, vt inquit

S.Thom. S.Thom. ibidem, *non ſufficit, vt conueniant in natura communi, ſicut omnes magnitudines conueniunt; ſed oportet eſſe conuenientiam menſuræ ad menſuratum in natura ſpeciali ſecundùm vnumquodque, ita vt longitudinis ſit longitudo menſura, latitudinis latitudo, vox vocis, &c.* ex quo patet Vaſquezium contra men-

Vaſquezii dictum cõtra Ariſt. tem Ariſtot. Diſputatione trigeſimaquinta, capitulo ſecundo, dixiſſe tempus eſſe menſuram congeneam durationi angelorum, quia ad hoc ſatis eſt vtrumque eſſe durationem; non enim duratio (inquit) grauitatem, aut pondus, ſed aliam durationem pro menſura habet. Quod eſſe contra mentẽ Ariſt. ex eo conuincitur, quòd duratio cuiuslibet rei eſt eſſe ipſius rei, vt perſeuerans, vt docet idem expoſitor; at eſſe rei reductiuè pertinet ad genus, & ſpeciem rei exiſtentis per illud eſſe; ergo etiam duratio ad idem genus, & ſpeciem pertinet. Conſtat autem res corruptibiles genere differre ab incorruptibilibus; itẽ operationes, & motus à ſubſtantia; ergo non poſſunt vna menſura illis homogenea menſurari; cum Ariſt. declarauerit debere eſſe homogeneam in ſpecie, ſi non athoma, ſaltem ſubalterna. Sed quomodo omnia, quæ vna, & eadem menſura ſunt menſurabilia; conueniant in vna ſpecie, non ita facile oſtendi poteſt; Nam prima diſtinctio inter ea, quæ menſurantur æuo, tol-

Quõ, quæ vnius ſunt menſuræ ſint vnius ſpecie. lit omnem ſpecificam conuenientiam, facitq; differentiam in genere phyſico; ſubſtantia namque incorruptibilis æuo mẽſurata diſtinguitur in ſubſtantiam ſpiritualem, qualis eſt angelus, & animam noſtram, & ſubſtãtiam corpoream, quale eſt corpus cœleſte, quæ genere phyſico differunt; cum non cõueniant in materia. Motus etiam, qui tempore noſtro menſurantur, ad diuerſa pertinent ſumma genera: Nam motus localis eſt ad vbi, motus alterationis ad qualitatem, motus augmenti ad quãtitatem; & præterea ſubſtantia corruptibilis, quæ etiam tempore menſuratur, alterius eſt prædicamenti. Videtur autem dicendum Ariſtot. intelligendum eſſe de menſura, & menſurabili formaliter, non autem materialiter; prædicta verò argumenta militant in ſenſu materiali. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, alias eſſe differentias men-

A ſurabilis, vt menſurabile eſt, & alias entis, vt ens eſt: Nam ens primò diuiditur in ens finitum, & infinitum, deinde finitum diſtinguitur in ſubſtantiam, & accidens, & rurſus accidens diſtinguitur in nouem accidentium genera, & ſingula genera in ſuas ſpecies vſque ad ſpecialiſsimas. At menſurabile durationis menſura, de qua loquimur, diſtinguitur primò in id, quod habet durationem mutabilem ab intrinſeco, ſiue difformem, & in id, quod habet durationem immutabilem ab intrinſeco, & vniformem; & hoc rurſus diuiditur in id, quod habet annexam operationum mutabilitatẽ, & difformitatem, & in id, quod omni prorſus careret mutabilitate, & difformitate, perfectã habens

B vniformitatem. Sunt itaque tres menſurabilium per ſe differentiæ. Prima eſt eſſe mutabile ab intrinſeco. Secunda eſt eſſe immutabile ab intrinſeco ſecundùm ſubſtantiam, mutabile autem ſecundùm operationem. Tertia eſſe immutabile omnibus modis. Quæ differentiæ, ſi ſingulæ in genere entis conſiderentur, pertinẽt ad communiſsimos eſſendi modos, nec habent ſpecificam, aut genericam vnitatem, tertia tantùm excepta, quæ indiuiſibilis eſt, & extra omne genus. At ſi in genere durationis menſurabilis accipiantur, ſingulas conſtituunt menſurabilium ſpecies. Differentiæ ſiqui-

C dem per ſe durationum ſumendę ſunt penes diuerſos modos per ſe mutabilitatis, & immutabilitatis: Nam, quæ eodem modo mutabilia ſunt, eadẽ menſura menſurantur, & quæ eundem habent immutabilitatis modum, eadem etiam menſurantur menſura. Reliquæ verò differentiæ, etiam ſi entibus, vt entia ſunt, ſint eſſentiales; vt eſſe ſubſtantiam, aut accidens, eſſe corporeum, & incorporeũ, per accidens ſe habent ad rationem durationis, vt ſic: Nam operatio connaturalis angelo, qualis eſt cognitio, & amor naturalis ſui, & Dei, & corpus cęleſte eandem habent immutabilitatem, & conſequenter durationis differentiam cum ange-

D lo, & ideo ad vnam menſurabilis ſpeciem pertinent, licèt in ratione entis in nullo vniuoco conueniant. Et eadem ratione dicendum eſt motus tempore noſtro menſurabiles eſſe quidem in diuerſis prædicamentis, vt entia diſtincta ſunt; ſed modi diſtinguentes prædicamenta, accidentia ſunt mẽſurabili, quatenus menſurabile eſt; quoniam menſurabilitas durationis attenditur penès eſſe mutabile, aut immutabile, non penès ſubſtantiam, aut accidens, quantum, aut quale. Hæc enim accidũt mutabili, vt mutabile eſt, & ſimiliter etiam immutabili, ea ratione, qua immutabile eſt. Cum autem dicimus menſurabile in ſpecies diſtingui, non eſt

E ſermo de ſpeciebus ſtrictè, & proprie ſumptis, phyſicè, aut metaphyſice loquendo; ſed loquimur de rationibus formalibus, quatenus ad modum ſpecierum concipiuntur, & apud logicum ſubijciuntur, & prædicantur vt ſpecies, propter fundamentum, quod habent in vnitate rationis formalis.

Diſtĩctio durationũ vnde ſumenda.

Expli-

Digitized by Google

Explicatur tertia conditio menſuræ, quæ eſt eius notitia, & certitudo.

TErtia conditio eſt; vt menſura ſit certior, & notior menſurabili, & ſecundùm ſe, & vtenti illa menſura. Quæ conditio intelligenda eſt formaliter de menſura, vt mẽſura eſt. Sed prior pars cõditionis videlicet, quòd ſit notior ſecundũ ſe, non requiritur in menſura de genere quantitatis dimẽſiuæ, cum vna linea ſecundùm ſe non ſit notior alia, nec ſuperficies ſuperficiẽ, ſed requiritur in alijs quibuſcunque menſuris, ſiuè ſint menſuræ durationis, ſiuè perfectionis. Et ratio eſt; quia tales non ex ſolo humanæ voluntatis arbitrio, ſed ex ipſa rei natura ſibi vendicant, fundamentaliter ſaltem, rationem menſuræ, vt patuit ex diſcurſu S. Thom. in præſenti articulo, & multò magis elucet ex doctrina ſequentis articuli; vbi ex maiori ſimplicitate, & vniformitate, quæ ſupremæ conuenit naturæ in quocunq; exiſtentium ordine, deducit S. Thom. rationem menſuræ reſpectu cęterorum eiuſdem ordinis; Igitur ratio menſuræ durationis in ipſa rei natura fundamentum habet naturale.

Poſterior autem pars eiuſdem conditionis, videlicet menſuram debere eſſe vtenti notiorem re menſurabili, habetur ex ipſa diffinitione menſuræ. Eſt enim mẽſura id, quo cognoſcimus rei quãtitatem. Cum ergo menſura ſit inſtrumentum, ſiue medium, aut ratio, qua intellectus rei menſurabilis quantitatem cognoſcit, neceſſe eſt notiorẽ eſſe re menſurabili.

Ex dictis ſequitur primò menſuram durationis nobiliorem eſſe mẽſurabili. Cum autem vſus ęui, vt omnium æuiternorum mẽſuræ, ſit Angelis proprius, qui ſoli ſubſtantias, & exiſtentias ſui ordinis quidditatiuè cognoſcunt, non erit neceſſe, primi Angeli durationem nobis eſſe notiorem cęterorum Angelorum durationibus, ſed Angelis tantùm, non abſolutè, ſed quo ad rationem maioris ſimplicitatis, & immutabilitatis, ſeu vniformitatis, ac proindè menſuræ. Attenditur autem hæc maior notitia penes maiorem certitudinem, quã habent de primi æuiterni ſimplicitate, & vniformitate, veluti exemplari reſpectu cęterorum; ſecũdario verò penes euidentiam, quæ maior eſt de exemplari formaliter ſumpto, ſcilicet vt exemplar eſt, quàm de cęteris eiuſdem ordinis ad illius imitationem naturæ ſimilitudine productis: quibus etiam modis ſuſtineri poſſet, primi æuiterni durationem nobis eſſe notiorem. His adde durationes inferiorum angelorum non cognoſci, vt diſtinctas à qualibet alia duratione, præſertim temporali, niſi per reductionem ad ſupremam, & maximè vniformem eiuſdem generis durationem; ſicut nec motus rerum temporalium benè, & diſtinctè cognoſcuntur à nobis, vt diſtincti ab alijs motibus, qui menſurantur alia menſura, niſi per reductionem ad primum, & ſimpliciſsimum primi mobilis. Cum igitur ex dicta reductione dependeat durationum æuiternarum, prout tales ſunt, diſtincta cognitio, conſequens eſt, vt primi æuiterni duratio ſit cęterarum durationum æuiternarum menſura, non ſolùm Angelis, ſed etiam hominibus notior, quàm cęteræ eiuſdem ordinis durationes. Si etiam comparetur primi angeli duratio, vt æuũ eſt, ad ipſum eſſe angeli vniforme per eam menſuratum, notior illo eſt: Quia per formalem rationẽ æui, prout diſtinguitur ab alijs durationibus, cognoſcimus à priori vniformitatem exiſtentiæ angelicæ, prout diſtinguitur à quocunque modo vniformitatis, aut difformitatis: Et quia Deus ex parte obiecti cognoſcit vnum eſſe rationem alterius, vt explicauimus infra quæſt. 14. art. 1. vbi oſtendimus ſcientiam Dei reſpectu creaturarũ eſſe propter quid, quamuis eius intellectui vna res, aut ratio non ſit altera notior, ideò cognoſcit ęuũ primi angeli, prout eſt ratio, & menſura cęterarũ omnium durationũ eiuſdem ordinis, & prout ſũmam inter eas habet cognoſcibilitatem, ita vt cõgruè dici poſsit cęteras durationes inferiores per primam à Deo definiri; quia dictio, *per*, non dicit cauſam ex parte intellectus definientis, ſeù cognoſcentis, ſed ex parte rei cognitæ, & definitæ. Quod ſatis eſt, vt verè, ac propriè dici poſsit ęuum habere rationem menſurę ęuiternorum in ordine ad intellectum diuinum. Et quamuis angelo inferiori notior ſit ſua duratio, non ſolùm vt ens eſt, ſed etiam vt duratio quædam eſt, quàm duratio angeli ſuperioris; quatenus tamen ea duratio vniformitatem habet maiorem, aut minorem alterius angeli duratione, minus nota eſt illi, quàm duratio alterius angeli. Cum enim ſit hæc cognitio cõparatiua, & comparatio fiat in ordine ad vnum tertium magis notum in tali genere, quàm ea, quę comparantur, neceſſe eſt ſupremi angeli, ſiuè æuiterni durationẽ eſſe cuilibet inferiori angelo magis notam ſecundùm rationem vniformitatis, & menſuræ, quàm propriam, & quamlibet aliam: & eadem ratio eſt de primo motu comparatione cęterorum in cognitione noſtra: Nam, quæ ſecundũ ſe notiora, & certiora ſunt, ex hoc ipſo nobiliora ſunt: Nam maior rei certitudo, & notitia ſecundùm ſe, ex maiori pendet actualitate, & conſequẽter perfectione. Vnde benè dicebat Capreolus talem menſuram habere rationem cauſæ formalis, nimirum extrinſecę reſpectu menſurabilis. Sequitur ſecũdò, quòd, quamuis mẽſura, quatenus mẽſura, non exigat neceſsariò maiorem certitudinẽ, & notitiam à parte rei, nec maiorem nobilitatẽ; talis tamen menſura videlicet durationis, illas exigit conditiones. Vnde non debuit Vaſquez diſputatione trigeſimaſexta, capitulo ſecundo, ob eam ſolam cauſam dictas conditiones à menſura durationis abſcindere, quòd non ſint de ratione menſuræ, vt menſura eſt, nec eas Ariſt. poſuerit in diffinitione menſuræ: Nam multa ſunt de ratione minus communis, quæ non includuntur in ratione communioris, ſed illi accidunt. Sequitur tertiò, tempus noſtrum non eſſe propriè menſuram æui, nec operationum immanentium angelorum, vt opinatur idem expoſitor. Contra Vaſquez.

Diſtinguuntur multiplices angeli operationes, & eiſdē propriæ decernuntur menſuræ.

Prima diſtinctio. Duplex eſt operatio angeli; vna immanens, altera tranſiens. Immanens diſtinguitur in eam, quæ eſt intellectus, & eā, quæ eſt voluntatis. Et vtraque diuiditur in naturalem, & liberam.

Operatio angeli naturalis, & libera.

Naturalis dicitur illa, quæ ex ipſa angeli natura illi ſemper neceſſariò adeſt, ſicut cognitio, & dilectio ſui, & Dei ex viribus naturæ. Libera verò ea eſt, quam poteſt angelus exercere, & non exercere. Operatio autem tranſiens angeli duplex eſt, quædam continua; & quædam diſcreta, vt patet ex quæſtione quinquageſimatertia, articulo ſecundo, & tertio. Et vtraque dupliciter poteſt conſiderari: Vno modo ex parte angeli operantis: Alio modo ex parte paſsi, in quod operatur; verbi gratia, Angelus defert hominem, aut lapidem ab vno loco ad alium, aut mouet ſucceſsiuè aquam, aut diuerſos homines, vel animalia ſucceſsiuè contingit; poteſt ille motus, vel contactus dupliciter cōſiderari.

Operatio angeli trāſiens duplex.

Vno modo ex parte angeli mouentis, vt ſcilicet eſt operatio practici intellectus, & voluntatis cum imperio (per hæc enim proximè operatur angelus, vt docet D.Tho. quolib. ſexto, art. 2. & quolib. 9. articulo decimo) & hoc modo idem cenſendum eſt de operatione angeli tranſeunte, quod de eiuſdem immanente, quo ad exemptionem à menſura motuum inferiorum, quæ eſt tempus noſtrū. Et in hoc ſenſu loquutus eſt S.Thom. in dicta quæſtione quinquageſimatertia, de menſura motus angeli.

D. Thom.

Alio modo poteſt ille motus, vel contactus cōſiderari ex parte paſsi, & ſic menſuratur tempore noſtro, vt docet D.Thom. opuſc. 36. capitulo penultimo. Neceſſe eſt autem ſingulis prædictis operationum generibus proprias, & proportionatas aſsignare menſuras, iuxta ea, quæ diximus in primo fundamento. Vnde operationes immanentes angeli naturales, cū ab intrinſeco ſint indefectibiles, menſurantur æuo, vt ait S.Thom. quol. quinto, articulo ſeptimo. Operationes autem liberæ immanentes mēſurantur tempore diſcreto, vt ſupra probauimus ex Caietano; Operatio verò tranſiēs continua, tempore menſuratur continuo; diſcreta verò diſcreto, vt docet S.Doct. in dicta quæſtione quinquageſimatertia, & ibidem Caietanus, & alij expoſitores.

Menſuræ operationum angelicarum.

S.Tho.

Caiet.

Quæ tempora diſtincta ſunt à tempore noſtro, cum ſint operationum angelicarum menſuræ, quę tempori noſtro non ſubduntur.

Diſtinguitur tempus angelicum, & oſtenditur liberam primi angeli operationem omnium aliarum eiuſdem rationis eſſe menſuram.

Secunda diſtinctio. Duplex eſt tempus angelicum. Vnum, cui complete, & formaliter conuenit ratio temporis. Aliud, quod non eſt tempus, niſi materialiter, & incomplete.

A Manifeſtatur hæc diſtinctio ex alia ſimili in tēpore noſtro: Quod duplex eſt: quoddam habens completè, & formaliter rationem temporis; & hoc eſt numerus primi motus, quatenus eſt certificatiuus quantitatis reliquorum motuum, tanquam omnium primus, ſimplicisſimus, & inter motus maximè vniformis. Aliud eſt tempus, quod incōplete tantùm, & materialiter habet rationem temporis. Et hoc tempus eſt quilibet motus, quatenus habet in ſe proprium prius, & poſterius, quæ poſſunt ab anima numerari; Sed, quoniam deeſt illi id, quod cōſtituit rationem formalem temporis, ſcilicet maxima ſimplicitas, & vniformitas reſpectu oīum motuum, quo poſsit eorū eſſe menſura;

B idcircò nō niſi materialiter ſapit rōnem tēporis.

Ita pariter ſtatuendum eſt duplex eſſe tempus angelicum. Vnum, cui completè, & formaliter cōgruit ratio temporis, & hoc eſt illud, quod eſt numerus operationum primi æuiterni ſibi inuicem ſuccedentium, qua ratione talis numerus eſt certificatiuus quantitatis durationis operationum aliorum æuiternorum. Aliud eſt tempus materialiter, & incompletè tantùm; quod ſcilicet eſt numerus numeratus operationum cuiuſque angeli; qui tamen non eſt certificatiuus durationis operationum alterius æuiterni.

C Sed conſiderandum eſt, menſuram omnem certam quidem, & ſtabilem eſſe debere, ſed pro rei, & naturæ, cui ratio menſuræ conuenit, modo, & capacitate. Conſtat autem operationes primi angeli liberas multiplici eſſe varietate mutabiles. In quibus nihilominus poſſumus non nullam ſtabilitatis, & vniformitatis figuram contemplari: Nam ſupponimus primum æuiternum nunquam vacare ab omni libera intellectione, & volitione, ſed vna dimiſſa in aliam tranſire. Quo fit, vt licèt tempus diſcretum varietur in eo materialiter, firmum tamen ſit, quo ad id, quod per ſe, & formaliter pertinet ad rationem menſuræ. Hoc autem eſt ſimplicitas, & vniformitas, quæ reperitur in qualibet o-

D peratione primi angeli.

Nec pro abſurdo ducendum eſt multiplicari in inferioribus angelis operationes durante interim vna, & eadē libera intellectione in ſupremo æuiterno: aut è contra durante in vno aliquo inferiori vna, & eadem operatione multiplicari in ſupremo intellectiones, & volitiones: Nam poſſunt ſupremi æuiterni operationes menſurare inferiorū æuiternorum operationes duobus modis. Primò per modum vnitatis: Secundò per modum numeri. Et vtroque modo dupliciter; ſcilicet, formaliter, & virtualiter. Menſurant per modum vnitatis

E formaliter, cum æqualis eſt omnino latitudinis duratiuæ operatio primi æuiterni cum operatione alterius æuiterni; aut etiam cum durante vna, & eadem operatione primi æuiterni multiplicantur operationes in inferioribus; menſurantur enim illa vna operatione, tanquam vnitate replicata; vt docet Ariſtot. decimo metaph. tex. quarto, dicens, vt ibidem exponit Sanct. Thom. nihil aliud eſſe dicere vnitatem eſſe menſuram numeri, quàm vnitatem eſſe menſuram vnitatum. Ariſtot.

Poteſt

Poteſt etiam dici menſurare tunc per modum numeri virtualiter, quia pluribus æquipollet in durationis latitudine. Menſurat autem per modum vnitatis virtualiter, quando in æuiterno inferiori perſeuerat vna operatio multiplicatis in ſupremo operationibus: Nam tunc illę multæ rationem habent menſuræ; cum ſint natura ſua ſimpliciores. Et quoniam menſurabile vnum eſt, & indiuiſibile, neceſſe eſt, vt non per modum numeri, ſed vnitatis menſurent. Quando autem in vtroque multiplicantur operationes, menſurantur, quæ ſunt in inferiori, ab his, quæ ſunt in ſuperiori, vtroq; modo, ſcilicet per modum vnitatis, ſi ſingulæ ſumantur, & per modum numeri, ſi ſimul omnes accipiantur.

Nec ſequitur menſuram hanc nõ eſſe ſtabilem, quia poteſt eſſe breuis, & longa, vna, & multiplex; nam, quod ſit breuis, & longa, hoc non habet propriè ſecundùm ſe, ſed tantùm, vt coexiſtit paruo, vel multò tempori noſtro; quòd verò ſit vna, vel plures, hoc habet per accidens ex libera angeli voluntate conſeruantis, aut deſiſtentis à propria operatione, non ex intrinſeca ipſius operationis natura. Valentia alio modo tuetur rationem menſurę in operatione primi æuiterni. Valentia.

Et quoniam de menſura motus, & operationis angelicæ redibit iterum diſputatio quæſt. 53. articulo ſecundo, & tertio, ſufficient inſtituto præſenti, quæ hucuſque diximus. Ex quibus ſequuntur ſeptem concluſiones.

Concluſiones deducta, & probatæ.

Prima concluſio. Eſſe ſubſtantiale angelorũ, & cęleſtium corporum vna, & eadem æui menſura menſurantur. Hæc patet ex præcedenti Cõtrouerſia; & ex duobus prioribus fundamentis iactis in hac Controuerſia.

Secunda Concluſio. Tempus noſtrum non eſt propriè menſura æui, nec durationis operationũ immanentium angelorum. Hæc concluſio ſequitur neceſſariò ex tribus conditionibus ad menſurã durationis requiſitis; ex quibus manifeſtè duæ deſunt tempori comparatione dictarum durationum, videlicet ſecunda, & tertia.

Tertia concluſio. Poteſt angelus, & multò magis Deus, cognoſcere, quanta ſit æuiterni duratio, abſque collatione eiuſdem durationis ad tempus noſtrum. Probatur hæc concluſio: Duratio æuiterni propriam habet latitudinem abſolutam, ſicut duratio temporis, & æternitatis; ergo per eam poteſt cognoſci abſque ordine ad tempus, quanta ſit. Secundò, quia quãtitas durationis angelicæ prior eſt ſecũdum ſe quantitate temporis, & eſt alterius ordinis, & à Deo, & angelis cognoſcitur, prout eſt ſecundùm ſe; at ſecundùm ſe nullum habet ordinem ad tempus noſtrum reale, aut imaginarium; ergo ſine ordine ad illud põt cognoſci eius quantitatis, ſiue durationis permanentis latitudo.

Quarta concluſio. Operationes angeli immanentes naturales, quæ ſunt intelligere, & amare, reſpectu ſui, & Dei menſurantur æuo. Hæc propo- A ſitio eſt S. Thom. quolib. quinto, artic. 7. Probatur ibidem à S. Thom. auctoritate libri de cauſis. Vbi dicitur intelligentias eſſe in momento æternitatis ſecundùm ſubſtantiam, & ſecundùm operationẽ. Secundò, quoniam operatio naturalis angeli eſt æquè immutabilis, ſicut ſubſtantia angeli; ergo. S. Tho.

Quinta concluſio. Operationes liberæ, & immanentes angeli non menſurantur æuo, ſed tempore diſcreto. Probatur: quia defectibiles naturaliter ſunt; igitur non menſurantur æuo; & ſunt totæ ſimul, & altioris ordinis, quàm motus cęlorum; ergo non menſurantur tempore noſtro; ergo alia mẽſura; hanc autem nuncupamus tempus diſcretũ, B cum & ipſe operationes diſcretæ ſint.

Sexta concluſio. Tempus diſcretum menſurans dictas operationes eſt duratio ſimpliciſſimæ operationis primi æuiterni. Hæc verò eſt operatio intellectus, qua menſurantur etiam operationes voluntatis ipſius primi æuiterni, & aliorũ. Hæc concluſio præſupponit vnum, quod certum eſt in doctrina S. Thom. & Ariſt. videlicet operationem intellectus eſſe altiorem, & ſimpliciorem operatione voluntatis. De qua re videndus eſt S. Thom. infra quæſt. 82. art. 3. & ibidem Caietanus. Quo ſuppoſito concluſio ſatis eſt probata ex prædictis. S. Thom. Ariſtot. Caiet.

Septima concluſio. Operationes angeli tranſeũtes, ſi conſiderentur ex parte angeli, menſurantur C tempore angelico. Probatur: quia ſic non ſunt niſi operationes intellectus practici, & voluntatis; tales autem ſunt totæ ſimul, & altiores tempore noſtro.

Si autem conſiderentur, vt recipiuntur in paſſo, ſiuè mobili, ſic menſurantur tempore noſtro. Hæc eſt. D. Thom. opuſc. 36. capit. penult. Secundò probatur: quia talis operatio ſic conſiderata eſt verus motus phyſicus; ergo menſuratur menſura motuum inferiorum. S. Thom.

Videnda ſunt, quæ de tempore angelico continuo, & diſcreto diximus infra quæſt. 53. art. 3. cõ- D trouerſia ſecunda.

Argumenta, & ſolutiones.

Contra primam concluſionem ſunt argumenta Molinæ ſoluta in præcedenti Controuerſia circa ſecundam concluſionem ibi poſitam.

Contra ſecundam concluſionem argumẽtatur Molina. Durationes permanentes ſunt indiuiſibiles, totæ ſimul, & nullam habent quantitatem; ergo non habent rationem menſuræ; ergo ſolo tempore menſurantur. Molina.

Reſpondetur negando conſequentiam: nam, li- E cet tales durationes careant quantitate dimenſiua, habent tamen ſuam latitudinem duratiuam, & quantitatem virtualem. Secundò dicitur: conſequentiam nullam eſſe, loquendo de menſura menſurante per modum vnitatis. Qualem habent durationes permanentes ipſius eſſe, & operationum angelorum.

Secundò: Nec homo, nec angelus poteſt intelligere, quanta ſit duratio eſſe, vel operationis æuiterni, niſi per ordinem ad tempus noſtrum, ad illud

lud reducendo earum latitudinem durațiuam; ergo.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens de angelo loquendo; de homine verò, non eſt mirũ; quia ſpiritualia non intelligit, niſi per ordinem ad ſenſibilia; & ſecundùm hanc partem negatur conſequentia: nimirum hinc ſequi tempus eſſe menſurã propriè, & ſimpliciter dictarum durationũ. His duobus argumentis vtũtur etiam Suarez, & Vaſquez. Suarez. Vaſquez.

Contra eandem argumentatur Vaſquez. Primò, id eſt mẽſura, quo quis cognoſcit quantitatẽ alterius, ſeu durationem; at tẽpore cognoſcimus, quanta fuerit angelorum ætas; ergo eſt verè, & propriè angelorum menſura.

Reſpondetur falſam eſſe maiorem de menſura propriè, & ſimpliciter; currit autem de menſura quo ad noſtram imperfectam cognitionem; quẽadmodum, & horologio menſuramus motum cęli, qui propriè, & ſimpliciter nõ eſt menſurabilis, ſed omnium motuum eſt menſura; cum ſit omniũ ſimpliciſsimus.

Secundò, menſura non debet eſſe natura ſua pfectior re, quam metitur, nec cauſa illius; ergo tẽpus poteſt eſſe menſura propriè æuiternorũ. Antecedens probatur: quia Ariſtot. in diffinitione hęc non expreſsit, ſed debet eſſe notior; quia ea ratione eſt menſura, qua eſt principium, vel inſtrumentum ad cognoſcendum, quod obſcurum eſt.

Reſpondetur primò: falſam eſſe conſequentiã: Nam, vt ſupra diximus, aliud eſt loqui de menſura abſolutè, vt mẽſura eſt; & aliud eſt loqui de mẽſura tali, videlicet durationis, aut perfectionis. Menſura vt ſic, nõ exigit maiorem perfectionem, vt patet de menſura quantitatis dimenſiuæ; ſed talis menſura, nempè durationis, neceſſariò requirit maiorem perfectionem in ipſa, quàm in menſurabili, ob rationes ſupra aſsignatas. Quibus nunc addo, menſuram non prædicari vniuocè, ſed analogicè de menſura quantitatis dimenſiuæ, & de menſura durationis. Sicut nec etiam menſura durationis vniuocè dicitur de qualibet durationis menſura. Et ideo non eſt mirum, quòd menſura durationis includat perfectionem, & cauſalitatẽ formalem extrinſecam.

Tertiò, vt vna duratio ſit alterius menſura, ſatis eſt, vt vtraq; ſit duratio, & concipiatur ad modum extenſæ, & fluentis, licèt altera ſit indiuiſibilis, & permanens: ergo.

Reſpondetur: falſum eſſe antecedens, vt patet ex dictis.

Quartò: Solus intellectus noſter indiget ad res definitè cognoſcendas menſura aliqua, & vnitate: non autem Deus, & angelus; qui nec indigent, nec poſſunt vti aliqua menſura; ergo. Antecedẽs probatur: quia omnis menſura refertur ad intellectũ; at Deus, & angelus intuentur res, ſicut ſunt; ergo non indigent menſura. Conſequentia probatur: quia tempus eſt menſura noſtro intellectui ad cognoſcendas alias durationes.

Reſpondetur: falſum eſſe antecedens quo ad angelum; Ad probationem negatur conſequentia: quoniam ex hoc, quod angelus intuetur res, prout

A ſunt, videt etiam naturalem earum ordinem, & diſpoſitionem, ſecundùm quam vna eſt altera ſimplicior, & vniformior; & ideo vtitur vna tanquam ratione, & cauſa formali, ad cognoſcendum aliã abſque vllo diſcurſu.

Deus autem, quamuis in ſua cognitione menſura non indigeat, hoc ipſo tamen, quod perfectiſsimè cognoſcit reductionem durationum angelicarum ad vnã primi angeli durationem omnium ſimpliciſsimam, vtitur ea duratione tanquàm mẽſura cęterarum.

Contra tertiam concluſionem argumentatur Suarez, diſput. 50. ſect. vndecima, nu. 14. & tribus ſequentibus. Suar.

B Primò Angelus non poteſt concipere ſuam durationem, vt quantam, niſi cognoſcendo, quanto tempori ſucceſsiuo coextiterit; ergo. Antecedens probatur: Quia hæc denominatio non conuenit durationi angeli ab intrinſeco, & ſecundùm ſe; ergo per comparationem ad aliquid quantum, aut realiter exiſtens, aut conceptum.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens: Ad probationem negatur iterum antecedens: Nam, vt ſæpè dictum eſt, duratio angeli propriam habet latitudinem; quæ eſt quantitas durationis, alterius tamen ordinis à quantitate durationis temporis; &

C ideo occulta remanet humano ĩtellectui, qui ſubſiſtentium abſtractorum naturas, non niſi imperfectiſsimè cognoſcit.

Secundò probat neque diuinum intellectũ poſſe cognoſcere dictę durationis quantitatem, niſi per ordinem ad tempus. Neceſsitas cognoſcendi ſimul correlatiua reſpectu omnis intellectus locũ habet, eo quòd intrinſecè proueniat ex connexione obiectorum: nam illa denominatio non poteſt cognoſci, niſi cognita forma, ex qua denominatur; ergo.

Reſpondetur argumentum falſum ſupponere, videlicet relatiuum reſpectum, aut extrinſecam denominationem includi in quantitate durationis

D angelicæ: Nam, vt diximus, illa duratio ſuam habet quantitatem, & latitudinẽ abſolutam abſque vllo reſpectu ad extrinſecam durationem, pręſertim inferioris ordinis. Dicitur tamen indiuiſibilis illa duratio; quia non habet partium permanentium, aut fluentium diſtinctionem. Quo fit, vt ſi per modum talis quãtitatis, ſcilicet ſucceſsiuæ, & fluentis debeat intelligi, neceſſe ſit eam concipi per comparationem ad tempus, cui eſſentialiter ſucceſsio conuenit. Et hinc videtur orta prędicta opinio, quam tuentur tres prędicti expoſitores.

Contra quintam concluſionem argumentatur Ioannes Rada. Rada

E Non datur tempus diſcretum; ergo operationes angeli immanentes non menſurantur eo. Antecedens probatur: Quia, ſic ponitur magna temporum multitudo ſine neceſsitate; Sequitur enim quemlibet angelum habere ſuum tempus diſcretum; Quia vnus angelus poteſt continuare cognitionem ſuam cum die noſtro, & alius poteſt ſuam continuare cum dimidio die, & alius cum hora; & ita vnus angelus habebit quatuor inſtantia ſui tẽ

poris

Digitized by Google

poris diſcreti, dum alius habet vnum inſtans: Immo ſequitur in quolibet angelo eſſe duo tempora diſcreta; Quia quilibet poterit continuare intellectionem ſuam non continuando volitionem; & ita habet duo inſtantia volitionis, & vnum intellectionis.

Reſpõdetur falſum eſſe antecedens: Ad probationem negatur antecedens: Ad eius probationẽ negatur conſequentia, ſi ſermo ſit de tempore diſcreto formaliter. Quomodo autem vnius operationis duratio in primo æuiterno poſsit eſſe menſura durationis plurium durationum in inferioribus, aut è contra, ſatis oſtendimus.

Quo ad operationes autem volũtatis, diximus in quinta concluſione, earum durationem menſurari per durationẽ operationum intellectus, quę ſimplicior eſt.

Secundò. Inſtans temporis diſcreti, vel neceſſariò coexiſtit alicui parti noſtri temporis, vel inſtanti; ſed neutrum dici poteſt; ergo. Probat diffusè minorem quo ad vtramque partem, quam gratis concedimus, & negamus conſequentiam; quoniam datur medium; nimirum inſtans temporis diſcreti pro libito angeli operãtis coexiſtere quãdoque alicui parti noſtri temporis, & quandoque inſtanti. Vnde tota machina argumenti corruit.

Tertiò: Si intellectiones angeli menſurantur tẽpore diſcreto; ergo ſimiliter intellectiones noſtrę; ſed hoc non concedunt aduerſarij; ergo nec primum debent admittere. Probat ſequelam: nam intellectiones noſtrę ſunt totæ ſimul ſecũdùm philoſophum 10. Ethic. cap. 4. ſicut, & intellectiones angeli; ergo habent menſuram illis proportionatam, quæ ſecundum eos eſt tempus diſcretum. — Ariſtot.

S. Thom. — Reſpondetur falſam eſſe conſequentiam: Ad probationem dicitur cum D. Thom. infra quæſt. 85. art. 5. ad ſecundum, & prima ſecundæ, quæſt. 113. artic. 7. ad quintum, & de verit. quæſt. 8. art. quartodecimo, ad duodecimum, intellectionem non cadere per ſe ſub tempore; ſed tantùm per accidens, inquantùm motui coniungitur accipiendo à potentijs ſenſitiuis, quæ vtuntur organo corporeo, & contemplando ſpecies in phantaſmatibus: Nam, quę ſtatim habent ſpeciem ſuam completam, non menſurantur tempore, niſi per accidens, ſicut intelligere, & ſentire (inquit S. Thom.) addens: *Vndè philoſophus dicit in 10. Ethicorũ, quod delectari non eſt in tempore, tamen in tempore poſſunt eſſe tales operationes, inquantùm motui coniunguntur.* Hæc D. Thom. — D.Tho.

Ariſtot. — Nec verum eſt Ariſt. dicere intellectiones noſtras eſſe totas ſimul, ſed delectationem.

Replica. — Sed quoniam eadem eſt ratio etiam de intellectione, parum refert, & eodem modo accipiendũ eſt, & ſcilicet per ſe, & quantùm ſit ex parte intellectus; cum quo ſtat ſucceſsio per accidens.

Sed contra reſponſionem hanc eſt argumentũ: Nam ſupra diximus operationem angeli tranſeuntem, vt eſt ab angelo, menſurari tempore angelico; licet, vt recipitur in paſſo, menſuretur tempore noſtro; ergo idem dicendum eſt de noſtra intel-

A lectione, quod ſcilicet tempore angelico menſuretur ſecundùm ſe, & ex parte intellectus, tempore autem noſtro, vt reſpicit phantaſmata.

Reſpondetur valde diuerſam eſſe rationẽ; quoniam operatio tranſiens angeli eſt formaliter operatio intellectus, & volũtatis; quæ naturaliter nullam habent connexionem cũ rebus materialibus, ſed ad eas extenditur, quatenus intellectus, & voluntas virtutem habent potentiæ operatiuæ; operatio autem intellectus noſtri pro præſenti ſtatu naturalem habet connexionem cum phantaſmatibus, ſine quibus nihil poteſt intelligere.

B Quartò arguit argumento Scoti. Quæ habent vniformem modum manendi, dũ manent, habent menſuram eiuſdem rationis in manendo; licet vna diutius maneat, quàm altera; ſed cognitio angeli dum manet, habet modum manendi eundem cum exiſtentia angeli; licet non habeat eandem durationem, ſicut exiſtentia eius; habet igitur mẽſuram eiuſdem rationis cum illa exiſtentia; ergo menſuratur æuo. Maior probatur: quia formali rationi exiſtentiæ angeli ſecundùm vniformitatem, vel difformitatem eius correſpondet propria ratio menſuræ. Probatur minor: quia illa operatio angeli eſt indiuiſibilis, ac tota ſimul, ſicut angeli exiſtentia; eſt inſuper exiſtentia angeli defectibi-

C lis ſecundùm ſe (quia deficere nõ repugnat ei abſolute) ſicut operatio angeli; ergo.

Reſpondetur cum Caietano maiorem propoſitionem falſam eſſe in quocumque ſenſu ſumatur. Poteſt autem intelligi dupliciter. Vno modo in ſẽſu compoſito: & ſic eſt manifeſte falſa; quoniam vnumquodque, dum eſt, neceſſe eſt eſſe: Et ſic omnia manentia, dum manent, habent vniformem modum manendi, quia ſunt neceſſariò neceſsitate ſuppoſitionis; & tamen non habent eandem mẽſuram. Alio modo poteſt intelligi in ſenſu diuiſo, & ſic poteſt habere multiplicem ſenſum, iuxta plures modos manendi, qui ſunt: neceſſariò, poſsibi- — Caiet.

D liter, permanẽter, ſucceſsiue, defectibiliter, & indefectibiliter. Et quocumque modo ſumatur, ſemper eſt falſa.

Nam non omne neceſſarium cõuenit in eadem menſura. Alia eſt enim menſura neceſſarij omnino; ſicut eſt Deus, alia neceſſarij ab intrinſeco, poſſibilis autem non eſſe ab extrinſeco, ſicut angelus, & cęlum. Nec omnia poſsibilia eandem habent menſuram: Nam quædam menſurantur tempore continuo, quædam tempore diſcreto. Nec omnia permanentia eidem ſubduntur menſuræ: nam eſſe angeli, & lapidis ſunt permanẽtia; & tamen nõ conueniunt in menſura. Nec etiam omnia ſucceſ- — Nõ oĩs neceſſarij eſt vna mẽſura; nec oĩs poſsibilis, nec omnis permanentis.

E ſiua eadem gaudent menſura; quoniam alia eſt menſura ſucceſsiuorum ſucceſsione continua, vt motus; alia eſt ſucceſsiuorum ſucceſsione diſcreta, vt intellectionum angeli. Denique nec vna eſt omnium defectibilium ab intrinſeco menſura: Nã intellectio libera angeli, & lapis cũ ſuo motu defectibiles ſunt ab intrinſeco, nec tamen ſub eadem reguntur menſura. — Nõ oĩs defectibilis eſt vna mẽſura.

Secundò negatur etiam minor; cuius falſitas patet etiam ex dictis. Ad probationem negatur conſe-

conſequentia: quia alia eſt vniformitas exiſtentię angeli, & alia operationis liberæ: nam illa vniformitas dicit non tantùm ſimultatem totius exiſtétiæ, ſed etiã immutabilitatem ab intrinſeco: hęc verò eſt cũ mutabilitate ab intrinſeco. Et per hoc etiam patet reſponſio ad probationem minoris.

Rada aſſumit falſa.

Nititur prædictus Rada impugnare prædictã reſponſionem, ſed aſſumit propoſitiones manifeſte falſas. Prima, quod angelus habeat ex natura ſua neceſſariò defectibilitatẽ; hæc enim falſa eſt, ſi ſermo ſit dę defectibilitate ab intrinſeco. Secunda, quod dicta maior propoſitio vera ſit in ſenſu compoſito, cum tamen nullam adducat rationem efficacem. Tertia, quòd neceſſarium, & poſſibile non variant menſuram, & alia ſimilia; in quibus confutandis non expedit amplius laborare, cum per prædicta ſit ſatis firma Thomiſtica veritas.

Quintò argui quædam dicta Caiet. Sed quia non aſſequutus eſt illius mentem, omittenda ſunt argumenta. Et aduertendum, tempus angelicum eſſe numerum tranſcendentem, ideſt non de prædicamento quãtitatis, compoſitum ex vnitatibus tranſcendentibus, vt inquit Caietanus. Nec tamẽ ſequitur ipſas operationes numeratas in nullo poni prædicamento, vt malè intellexit Rada.

Peter.

Contra eandem concluſionem argumentatur Pererius, Angelus poteſt habere duas intellectiones inſtantaneas ſibi immediatè ſuccedẽtes; quarum vnaqueq; per ſe reſpondeat inſtanti noſtri tẽporis, vt Thomiſtæ concedunt; ergo etiam in noſtro tempore poterunt dari duo inſtantia ſibi immediata.

Probatur conſequentia: Nam prior intellectio angeli reſpondet vni inſtanti noſtro; & poſterior intellectio reſpõdet etiam vni inſtanti noſtro; ſed poſterior intellectio ponitur immediatè ſuccedere priori; ergo pari ratione vnum inſtans noſtrum immediatè ſuccedit alij inſtanti.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens: Nec illud admittunt Thomiſtę; quamuis dicant vnam intellectionem poſſe vni noſtri temporis inſtanti coexiſtere; implicat enim duas ſic inſtantaneas operationes eſſe diſcretas, & immediatas: Nam ex hoc ipſo, quòd ſic inſtantaneæ ſunt: ideſt ad modum duorum noſtri temporis inſtantium, durationis continuæ ſunt, & immediatę eſſe non poſſunt. Quod facilè probari poſſet arguendo proportionaliter, vt arguit Ariſtot. in 6. phyſic. ad probandum continuum ex indiuiſibilibus non cõponi, & duo indiuiſibilia non eſſe ſibi immediata. Itaque neceſſe erit alteram ſemper angeli intellectionem, quæ inſtantaneæ prædicto modo immediatè ſuccedit, aut præcedit correſpõdere parti noſtri temporis. Nec obſtat angelorum libertas, hæc enim ad poſſibilia tantùm extenditur.

Ariſt.

Bannes.

Contra ſextam concluſionem ſunt argumenta Bannesij infra quæſtione quinquageſimatertia, articulo tertio, dubio quarto. Hæc verò ſunt apud ipſum in ordine ſextum cum ſuis confirmationibus; quod remanet ſolutum ex ſupra notatis; & ſeptimum, cuius ſolutio pendet ex Controuerſia ſequẽtis articuli de vnitate æui. Aduertendum eſt tamẽ,

A ad hoc, vt operationes ſupremi angeli ſint menſuræ operationum inferiorum angelorum; non eſſe neceſſarium, vt inferiores angeli vtentes illa menſura cognoſcant perfectè operationes ſuperioris angeli; ſed ſufficit, vt cognoſcant ſuperiorem angelum nunc intelligere, & ipſius intellectionis durationem. Dei verò proprium eſt cognoſcere intellectionis determinationem, & modum vſus.

Contra ſeptimam concluſionem ſunt plura argumenta; quæ pertinent ad materiam, q. 53. de motu angelorum; quæ ideo huic Controuerſiæ nõ inſeruntur.

B

Tertia Controuerſia.

An viſio beatifica menſuretur æternitate participata; & quid ſit hæc æternitas.

Sententiæ Doctorum, & expoſitorum.

De vtraque parte Controuerſię cõtrariæ ſunt doctorum, & expoſitorum ſententiæ. Quo ad priorem partem Scotus in ſecundo ſententiarum, diſtinct. ſecunda, quæſt. 4. exiſtimat viſionem beatam æuo menſurari.

Scotus.

Cuius ſententiam acriter conatur defendere Rada in ſua quarta Controuerſia de menſura. Ludouicus Molina, quem ſequitur Vaſquez, arbitratur viſionem beatificam ſolo tempore noſtro poſſe menſurari. Sentit autem Vaſquez, tempus eſſe beatæ viſionis mẽſuram propriè iuxta diffinitionem menſuræ datam ab Ariſtot. decimo metaph. Oppoſitam ſententiam tenet S. Tho. hic in reſponſione ad primum argumentum, & reliqui omnes eius expoſitores. Quo ad ſecundam partem: Ferrarienſis in tertio, contra gent. cap. 6. opinatur eãdem eſſe æternitatem participatam cum æternitate eſſentialiter dicta; ſed ab inuicem differre ex parte menſuratorum. Nam eadem æternitas, vt per ſe primò, & intrinſecè menſurat eſſe diuinum, & viſionem, qua Deus ſeipſum, & omnia videt, dicitur æternitas eſſentialiter; vt verò mẽſurat extrinſecè, & ſecundariò viſiones aliorum beatorum, nuncupatur æternitas participata. Eandem ſententiam ſequitur Iauellus ſuper hoc artic. & Nauarretus Contr. 3. 2. Oppoſitam ſententiam tenet Caietanus; ſentit enim nomine æternitatis participatæ apud Sanctum Thom. intelligendam eſſe quandam creatam durationẽ ordinis diuini, & ſupernaturalis; quæ eſt duratio viſionis primi beati, ſcilicet animæ Chriſti: qua cęterarum viſionum durationes menſurentur. Hanc ſententiam ſequitur Syluester, & alij omnes expoſitores. S. Tho. & Ferrarienſis reputat illam probabilem; cui Bannes, & Zumellus conſentiunt priorem ſententiam probabilem exiſtimantes.

C Rada. Molina. Vaſquez. D Ariſtot. S. Thom. Ferrarien. Iauellus. Caiet. E Syluester. Ferrarien. Bannes. Zumel.

Reſolutio.

Diſtinguitur æternitas participata, & oſtenditur proprium, ac per ſe primò illius menſurabile.

Notandum eſt primò æternitatem eſſentialiter dictam dupliciter participari. Vno modo,

do,quo ad eſſe ordinis naturalis; & hæc participatio dicitur æuum. Alio modo participatur æternitas ſecundum eſſe, quod eſt ordinis ſupernaturalis,& diuini;& hæc participatio nuncupatur æternitas participata; quæ menſurat operationes illas intellectus,& voluntatis;quibus poſt vnionem hypoſtaticam ſummè Deus creaturæ coniungitur,& ipſa Deo. Vnde S.Thom. in quarto ſentent. diſtinct.49.quæſt.1.art.2.quęſtiuncula tertia,diſtinguit æuum ab æternitate participata, tanquã quid imperfectum à perfecto; non in eadem ſpecie,ſicut albedo perfecta diſtinguitur à minus perfecta;ſed eo modo,quo diſtinguitur perfectum,& imperfectum diuerſorum ordinum; ſicut diſtinguuntur amor naturalis, & amor ſupernaturalis, aut ſicut differunt viſio naturalis, & viſio ſupernaturalis. Quæ differentia colligi poteſt ex per ſe primò menſuratis ab æuo, & æternitate:Nam æuũ eſt menſura eſſe immutabilis, ſed naturalis ordinis;æternitas verò participata eſt menſura eſſe,ſiuè durationis diuini ordinis. Quæ ideo dicitur diuini ordinis, quoniam impoſsibile eſt eã eſſe, aut fieri connaturalem cuicunque creaturæ factę, aut factibili: Nam,quemadmodum æternitas eſſentialis eſt menſura ipſius eſſe per eſſentiam; cui per ſe primò conuenit ſupernaturalitas; ita æternitas participata eſt menſura eſſe ſupernaturalis participati,non ſecundùm totam ipſius latitudinem; vt videtur opinari Syluefter;ſed ſecundùm eã partem, in qua ſupernaturalitati coniungitur perfecta puræ creaturæ poſsibilis immutabilitas: Quo fit,vt eſſe gratiæ,charitatis, & aliorum habituum ſupernaturalium in anima viatoris non menſuretur æternitate participata; cum careãt perfecta immutabilitate ratione ſtatus; qui ex libera volũtatis electione in vtramque partem flexibili firmam non patitur (quantùm ſit ex parte ſubiecti) dictorum habituum coniunctionem.Dixi autem, quantùm ſit ex parte ſubiecti; quoniam ex parte formæ; vel habitus nulla eſt ratio corruptionis, aut mutabilitatis;ſicut nec ex parte Spiritus ſancti,qui ſupernaturales habitus infundit.

S. Tho.

Non omne ſupernaturale menſuratur æternitatẽ participata.

Sed quia de ratione formæ eſt,vt in ſubiecto ſit amiſsibiliter,quando non replet totam eius potẽtialitatem, ideo charitas viæ, quæ non replet totã ſubiecti capacitatem, quia non ſemper actu fertur in Deum,poteſt amitti;ſicut aliæ formæ, quę ſui ſubiecti potentialitatem non implent,vt docet S.Thom.ſecunda ſecundæ,quæſt.24. art.11. Quæ amiſsibilitas nunquam in formam,ſed in ſubiecti potentialitatem reducitur; licèt conſequenter in formam redundet; propter quam redundantiam dixit S.Thom.eſſe de ratione formæ, quando non replet,&c. Quando verò forma totam replet materiæ,vel ſubiecti potentiam,inamiſsibiliter recipitur in ſubiecto. Sicut forma corporis cœleſtis, quæ non relinquit materiam in potentia ad aliam formam, vnionem habet cum ea indiſſolubilem. Sicut etiam, ſi materia reciperet omnes formas, ad quas eſt in potentia,vel vnam omnibus ęquiũalentem perfectione,& informatione; impleretur enim tota materiæ potentia, nec poſſet vnquam,

S. Thom.

A nisi per Dei potentiam, formam illam amittere. Sic igitur intellectus beati informatus, & perfectus diuina eſſentia,vt ſpecie, & obiecto in eſſe intelligibili in actu ſecundo, caret potentia ad non eſſe illius formæ,& actus; quoniam actus ille eſt omnium bonorum,non aggregatione, ſed eleuatione perfectus;quo fit, vt beatificet, & beatũ immutabilem reddat à ſtatu beatitudinis.

Immutabiliorem eſſe viſionem ipſa beati ſubſtantia,& eam nobilitate ſimpliciter excedere,& excedi.

B Eſt itaque longè immutabilior actus ille beatę viſionis, ac fruitionis,quàm ſit ſubſtãtia beati. Primò; quia eſt ordinis immutabilioris,nempè diuini. Secundò;quia plura mutabilia immutabilius continet:Nam,vt hic notat Caietanus, vna viſio beata abſque omni mutatione continet viſiones omnium ſpectantium ad vniuerſum eminenter: Adde viſionem cõtinere virtualiter adeptionem omnium bonorum deſiderabilium. Primò; quia per eam intellectus complectitur ſummum bonum,quod eſt immutabilis eſſentia bonitatis, & obiectum beatitudinis. Secundò;quia viſio beatifica illa eſt,qua perfectè, & completè in eſſe intelligibili videns Deum Deus eſt. Comparatur.n. C viſio beata ad diuinam eſſentiam vnitam intellectui beati,vt eſſe ad formam;eſt enim diuina eſſẽtia principium formale beatæ viſionis in intellectu Deum videntis; vt magis explicabitur infra quæſt.12.art.ſecundo; ergo ex tam intima connexione cũ ſummè immutabili maximam participat immutabilitatem. Tertiò;quia ex ea ſequitur fruitio virtute continens omnẽ cuiuſuis boni delectationem. Denique immutabilior eſt,quàm ſit ipſius beati ſubſtantia; quia licèt ſubſtantia beati ſecundùm ſe ſit immutabilis, coniungitur tamen mutabilitati intellectionum, & affectionum ſibi inuicem ſuccedentium; ſecundùm quarum muta- D tionem etiam ipſa ſubſtantia denominatur mutabilis ſecundùm operationem,at viſio beatifica nõ tantùm ſecundùm ſeipſam immutabilis eſt,& tota ſimul;verùm etiam excludit omnem annexam mutationem, ſecundùm quam poſsit denominari mutabilis.

Caietanus

Vnde, quamuis,vt dicit Caietanus, cõparatio ſit æquiuoca inter ſubſtantiam, & operationem, quæ ad diuerſa pertinent prædicamenta,& conſequenter ſit impropria: cum ſemper legitima comparatio ſit inter ea, quæ ſunt eiuſdem generis; nihilominus admiſſa,eo quo fieri poteſt modo,comparatione, viſio beata in ſuo ordine nobilior erit E ſimpliciter ſubſtantia ipſius beati: Nam tota latitudo eſſe,ſiuè ordinis diuini, & ſupernaturalis eſt ſupra totam latitudinem eſſe,ſiuè ordinis naturalis,formaliter loquendo. Subſtantia verò beati nobilior erit ſimpliciter viſione beatifica in alio ordine,videlicet, quatenus eſt in ordine ſubſtantiarum,viſio autem in ordine accidentiũ. Subſtantia verò nobilior eſt ſimpliciter accidente, ſecundùm eſſe naturæ. Itaq; viſio ſimpliciter eſt nobilior ſubſtãtia videntis,quatenus illa habet eſſe diuinum,

Caietan.

Viſio ſubſtantia nobilior.

uinum,& eſt ordinis diuini, hæc autem habet eſ-ſe naturale,& eſt ordinis naturalis: è contra verò

Subſtantia viſione nobilior.

ſubſtantia ſimpliciter nobilior eſt viſione,quo ad eſſe vtriuſque naturale,illa enim eſt ſubſtãtia,hęc verò accidens. Similis comparatio fieri poteſt inter materiam primam,& actum intellectus: Nam illa,vt pertinens ad ordinem ſubſtantiarum,nobilior eſt ſimpliciter actu intellectus,qui eſt in ordine accidentium: rurſus actus intellectus nobilior eſt ſimpliciter materia prima; quia ille pertinet ad ordinem actuum, & ad ordinem entium immaterialium; hæc verò pertinet ad ordinem potẽtiarum,& ad ordinem entium materialium; cum eſſentialiter ſit potentia,& materia.

Nec arbitror ſine diſtinctione,ſiue abſolutè reſponderi poſſe quærenti,quod eorum ſit nobilius. Vbi aduertendum eſt, quando dicitur vnũ in hoc ordine eſſe ſimpliciter nobilius,& aliud in illo ordine:dictionem illam, *ſimpliciter*, intelligi limitatè in illo ordine, & diſtinguitur contra eſſe nobilius ſecundũ quid in illo ordine. Et per hęc ſoluuntur plura argumenta Radæ procedentia ex mala dictorum Caietani intelligentia.

Radę

Aeternitatem participatam nihil aliud eſſe, quàm durationem viſionis animæ Chriſti.

SEcundò conſiderandum eſt viſioni beatificę, ſicut & cęteris entibus propriam deberi menſuram eidem tanquam menſurabili proportionatam,pręter communem, & minimè proportionatam. Hãc verò propriam menſuram neceſſe eſt eiuſdem eſſe generis cum ipſa viſione menſurata, iuxta regulam Ariſt. 10.metaph. text. ſecundo, & tertio. Nec ſufficit eam eſſe eiuſdem ordinis, nempè diuini: quoniam,quod ſupremum eſt in illo ordine,ſcilicet diuinum eſſentialiter,diſtat in infinitum ab alijs eiuſdem ordinis; nec in aliquo genere cum eis conuenit:cum in nullo contineatur genere. Itaque,ſi viſio creata eſt, & finita in ordine diuino,neceſſe eſt illius propriam menſuram in illo ordine eſſe creatam,& finitam. Et cum duratio vt ſupradiximus,non diſtinguatur ab eſſe rei durantis, ea duratio, quæ rationem habet menſurę reſpectu aliarum durationum eiuſdem generis,& ordinis,nihil aliud erit,quàm eſſe illius primi durantis,vt habet eſſe ſimpliciſsimum, & vniforme.

Ariſtot.

Quo fit,vt duratio cuiuſcunque viſionis beatificę menſuretur duratione viſionis primę, & nobiliſsimę,qualis eſt viſio animę Chriſti; quę,vt habet eſſe ſimpliciſsimũ, & maximè vniforme propter maiorem propinquitatem, & ſimilitudinem ad beatitudinem Dei,habebit rationem ęternitatis participatę. Itaque diffinitio ęternitatis participatę hęc eſſe poterit: Aeternitas participata eſt duratio beatificę viſionis animę Chriſti, qua vt ſimpliciſsima, & maximè vniformi menſurantur omnium beatorum viſiones,& fruitiones. Ex pręmiſsis ſequuntur tres concluſiones.

Diffinitio æternitatis participatæ.

A *Concluſiones deductæ, & probatæ.*

PRima concluſio. Viſio beata non menſuratur ęuo,nec tempore noſtro,ſed ęternitate participata,tanquam propria menſura. Probatur hęc concluſio. Primò:viſio beata eſt tota ſimul, & eſt diuini ordinis; ergo non menſuratur ęuo,nec tempore, ſed ęternitate participata. Antecedens patet; Conſequentia probatur: Primò quo ad tẽpus; qm̃ tẽpus eſt mẽſura per ſe primò rei ab intrinſeco defectibilis, & ſucceſsiuę; ęternitas verò eſt menſura rei,quę eſt tota ſimul,& prorſus immutabilis ab intrinſeco: Quo ad ęuum autem; quia in

B hoc differũt ęuum,& ęternitas participata; quòd illud eſt menſura eſſe immutabilis ordinis naturalis;hęc autem eſt menſura eſſe immutabilis ordinis diuini,& ſupernaturalis.Secundò:Viſio beata eſt immutabilior,quàm ſit ſubſtantia videntis; ergo non menſuratur ęuo,ſed altiori menſura;hęc verò eſt ęternitas; ergo. Antecedens patet ex ſupradictis. Conſequentia verò eſt D.Thom. in hoc articulo.

Secunda concluſio.Aeternitas participata,qua menſurantur viſiones beatificę, diſtinguitur realiter, & intrinſecè ab ęternitate eſſentialiter dicta. Probatur primò authoritate S.Thomę in ſecũ

S. Tho.

C do articulo,huius quęſtionis; vbi gloſſans illam authoritatem,Sancti Auguſtini *Deus eſt author æternitatis*,ait intelligendam eſſe de ęternitate participata; ergo datur ęternitas participata, quę cauſatur; ac proinde diſtinguitur realiter, & intrinſecè ab ęternitate incauſata. Et confirmatur; quia ibidem ſubdit S.Thom. *Deus eodem modo communicat aliquibus ſuam æternitatem,quo & ſuam immutabilitatem*; at Deus ſuam immutabilitatẽ beatis communicat cauſando in eis immutabilitatẽ omnino diſtinctam à ſua; ergo communicat ęternitatem cauſando in eis ęternitatem omnino ab eſſentiali ęternitate diſtinctam. Et confirmatur;

D quoniam nõ propriè dicitur participare tempus, quod tempore vt propria menſura menſuratur;licèt duratio temporis multò latior ſit duratione rei menſuratę;ſed poteſt dici eſſe in tempore, & menſurari tempore; at beati dicuntur participare ęternitatem. Vnde etiam S.Thom. hic in reſpõſione ad primum ait. *Angeli quantum ad viſionem gloriæ participant æternitatem*; ergo non menſurantur ęternitate eſſentiali, ſed quadam illius participatione. Tertiò probatur ex prædictis:quoniam viſioni beatificę oportet aſsignare proportionatã menſuram; at hęc non eſt ęternitas eſſentialis;ergo eſt æternitas participata: Antecedens patet in-

E ductiuè in alijs menſurabilibus. Quartò probatur; quia menſura debet eſſe eiuſdem generis cum re menſurata;at res menſuratę ſunt viſiones creatę; ergo menſura debet eſſe viſio creata,cuius duratio eſt æternitas participata.

Tertia concluſio:Gratia,& charitas viatoris cũ alijs ſupernaturalibus habitibus, & actibus non menſurantur ęternitate participata.

Probatur hęc concluſio; quoniam hęc, prout ſunt in viatore, mutabilia ſunt ab intrinſeco; ergo non

non menſurantur æternitate; conſequentia patet ex dictis. Antecedens probatur: quoniam habitudo ad ſubiectum eſt intrinſeca cuilibet formæ inhærenti; at dictorum habituum, & formarum habitudo ad animam non eſt immobilis; ergo tales formæ pro tali ſtatu ab intrinſeco ſunt mutabiles. Maior patet in doctrina D. Thomæ, & Ariſt. Minor probatur authoritate Sancti Thomæ in ſecunda ſecundæ queſt. 24. artic. 11. dicentis de ratione formæ eſſe, vt in ſubiecto ſit amiſsibiliter, quando non replet totam eius potentialitatem. Tales ergo formæ, cum in viatore ſint amiſsibiles de ſui ratione, & ab intrinſeco, habent mutabilem habitudinem ad ſubiectum. S. Tho.

Quod ſi dicatur talem habitudinem nō eſſe illis intrinſecam, ſed eſſe veluti proprietatem cōſequētem naturam formæ, facilè confutatur: Quia, cum mutatio huius proprietatis redundet in mutationem formæ, quæ deſinit eſſe; ſequitur ipſam formam ab intrinſeco eſſe mutabilem, quamuis ipſa non ſit prima mutabilitatis origo, ſed diſpoſitio ſubiecti, vt ſignificauit S. D. in loco allegato.

Argumenta, & ſolutiones.

Contra primam concluſionem argumentatur Scotus. Scotus.

Primò. Operatio beata non eſt immutabilior æuiterno; ergo non menſuratur æternitate, ſed æuo. Antecedens probatur: tum quia operatio beata eſt ſimpliciter minus nobilis, quàm ſubſtantia angeli beati; quia ſubſtantia abſolutè eſt nobilior accidente: Tum quia perfectio eiuſdem operationis beatæ, quæ attenditur ex hoc, quod attingit obiectum beatificum, non eſt immutabilior ſubſtantia, & natura eiuſdem operationis: quia id, quod ineſt alicui per accidens, nō eſt immutabilius eo, quod ineſt per ſe; ſed ſubſtantia operationis menſuratur æuo; ergo ſimiliter, & eius perfectio.

Reſpondetur cum Caietano falſum eſſe antecedens: rationem negationis multiplicem ſupra reddidimus in primo notabili; Ad eius probationem patet etiam ex ſupra dictis reſpōſio: falſum enim aſſumit. Ad ſecundam probationem reſpondetur illam falſum ſupponere; nimirum rationem formalem beatifici adiunctam viſioni eſſe conditionem accidentalem; ſiquidem eſt differentia eſſentialis diſtinguens illam operationem ab omni operatione ordinis naturalis, ita vt per illam differentiam conſtituatur in ordine entium diuinorum: ſicut, cum dico lumen diuinum, aut ſcientia diuina, non ſignifico per hæc nomina vnum per accidens; ſed vnum per ſe; quoniam nomen illud *diuina* ſignificat differentiam per ſe contrahentem lumen, & ſcientiam ad ordinem diuinum, & diſtinguentem à quocumque alio.

Et qua ratione viſio illa eſt per ſe diuina, & beatifica, eadem ratione per ſe ſibi vendicat immutabilitatem, & perennitatem; vt ſcitè deducit Caietanus prima ſecundæ, quæſt. 5. art. 4. ad primum ex verbis D. Tho. Cum enim diuina illa viſio, quæ eſſentialiter eſt beatitudo, ſit conſumata perfectio Caiet.

A virtute diuina communicata, quæ hominem eleuat in participationem æternitatis tranſcendentis omnem mutationem, habet ex quolibet cauſarum genere rationem immutabilitatis: Nam cauſa formalis eſt conſumata perfectio; effectiua eſt diuina virtus; materialis eſt homo eleuatus in participationem æternitatis; Quibus ſi addamus viſionem illam, & beatitudinem eſſe adeptionē bonitatis per eſſentiam, habebimus etiam cauſam finalem. Vnde beata viſio non ſe habet ad immutabilitatem, & perpetuitatem per accidens, ſicut albedo ſe haberet ad eam, ſi à Deo perpetuò conſeruaretur; eſſet enim albedo illa ſecundùm ſe, & ab
B intrinſeco corruptibilis; ſed ſe habet ad perpetuitatē, ſicut figura cęleſtis, quæ per ſe perpetua eſt.

Vbi aduertendum eſt viſionem illam, qua beati vident diuinam eſſentiam, non eo præcisè dici beatam, quòd ad obiectum beatificum terminatur, vt opinatur Rada; ſed etiam ob cauſas ſupra notatas; quia ſcilicet à diuina eſſentia tanquam à principio formali producitur, ad quam in intellectu beati comparatur, vt eſſe; & quia per eam videns Deum fit Deus completè in eſſe intelligibili. Et præterea viſionem terminari ad diuinam eſſentiam non dicit relationem ſuperadditam viſioni, vt dixit Rada; ſed eſt ipſamet viſio, vt ſeipſa coaptata, & relata in tale obiectum relatione tranſcendentali, quæ ab ipſa viſione minimè diſtinguitur. Et ex his plures repelluntur inſtantiæ Radæ, quas fruſtra magnificat. Rada
C

Secundo arguit Rada. Viſio beati Pauli, qua vidit diuinam eſſentiam in via, fuit eiuſdē ſpeciei, & ordinis cum viſione beatorum: nam terminabatur ad idem obiectum, & fiebat mediante eadem ſpecie, ſcilicet eſſentia diuina; ſed viſio Pauli non menſurabatur æternitate; ergo nec viſio aliorum beatorum. Probatur minor: Viſio Pauli erat variabilis, & mutabilis, & deſiuit eſſe; ergo non menſurabatur æternitate. Rada

D Reſpondet Bannes dupliciter: Primò viſionem Pauli, & viſionem aliorū beatorum fortaſsis ſpecie differre quo ad modum, ſicut lux ſolis, & lux inferiorum; Quia viſio Pauli fuit per modū trāſitus, & diſpoſitionis, viſio verò beatorum eſt per modum permanentis. Secundò admiſſa identitate ſpecifica negat conſequentiam; quia (inquit) corpora cęleſtia, & inferiora ſunt eiuſdem ſpeciei, & non differunt, niſi accidentaliter, & tamen cęleſtia æuo menſurantur, inferiora verò tempore; ita viſio Pauli, licèt non differat, niſi accidentaliter à viſione beatorum, menſuratur tempore. Bannes.

Contra has reſponſiones inſurgit Rada primò; Quia ratio menſuræ competit viſioni ratione naturæ exiſtentis in ea; ergo, vbi eſt eadem natura ſpecifica, erit eadem menſura. Secundò, quia falſum eſt, quod aſſumitur in exemplo, videlicet corpora cęleſtia, & inferiora eſſe eiuſdem ſpeciei, quatenus diuerſis menſuris menſurantur: nam illa ſunt incorruptibilia, & immutabilia ex ſua natura; hæc vero corruptibilia. Rada
E

Et licèt prima inſtantia Radæ non ſit multùm efficax; quia poſſet ſolui dicendo diuerſitatē modi

di eſſendi ſufficere ad diuerſificandam menſurã; vt patet in luce ſolaris corporis, & in luce ex illa in aerem diffuſa: nam prior menſuratur æuo poſterior tempore propter ſolam modi eſſendi diuerſitatem; nihilominus exiſtimo aliter reſponderi poſſe ad argumentum Radæ.

Dico itaque falſam eſſe ſecundam propoſitionem, ſcilicet viſionem Pauli non menſuratam fuiſſe æternitate. Ad probationem, qua dicitur illam fuiſſe variabilem, & mutabilem, & deſijſſe eſſe, reſpondetur dupliciter intellige poſſe: Vno modo illam fuiſſe mutabilem ab intrinſeco; & id falſum eſt; quoniam diſcurrendo per cauſas intrinſecas viſionis nulla inueniri poteſt cauſa mutabilitatis; vt patet ex ſupradictis; & illæ eædem cauſæ, ex quibus immutabiles ſunt aliorum beatorum viſiones, locum habent etiam in viſione Pauli: Alio igitur modo poteſt intelligi illam fuiſſe mutabilẽ ab extrinſeco; non eo tantùm modo, quo aliorum beatorum viſiones ſunt ab extrinſeco mutabiles per Dei potentiam; ſed ex ſingulari diuinæ prouidentiæ, & voluntatis diſpoſitione; qua decreuerat viſionem ſuæ eſſentiæ Paulo communicare, non vt perpetuò duraret, ſed certo quodam periodo clauderetur. Et hoc modo verum eſt viſionem Pauli fuiſſe mutabilem. Sed tunc negatur conſequentia, qua infertur; ergo non menſuratur æternitate. Primò, quoniam poteſt Deus à quolibet beato tollere actum viſionis; Et ſi de facto tolleret ab omnibus, vel ab aliquo, nihilominus verum eſſet eorum viſionem menſuratam fuiſſe æternitate. Secundò, quia viſio Pauli eaſdem habet cauſas immutabilitatis intrinſecas, quas habent aliæ viſiones, & ex eadem cauſa, ſcilicet diuina potentia, tanquã extrinſeca cauſa, mutabilis eſt, hoc ſolo differens, q ex diuino decreto ille nunquam ceſſabunt, hæc verò, eo fuit collata decreto, vt ad tempus noſtrum relata parum duraret. Dico autem ad tempus noſtrum relata, quia ſecũdùm ſe totam habebat ſuę durationis latitudinem, quæ alterius rationis eſt à latitudine durationis noſtri temporis; ſed quia illa duratio tota ſimul eſt ens ab alio pendens in fieri, & in conſeruari, idcircò deſtrui poteſt.

Nec tamen per hoc deſtruitur quidditas æternitatis participatæ; alioquin, ſi ſequeretur deſtructio quidditatis æternitatis participatæ, non poſſet etiam per diuinam potentiam tolli viſio beatorum. Et confirmatur: quoniam viſiones beatæ non omnes ſimul incipiunt menſurari æternitate; & tamen eadem, immo ęqualis eſt in omnibus mẽſura ęternitatis; ergo, etiam ſi per diuinam potentiam in aliquo beato ceſſaret viſio, fuiſſet nihilominus menſurata æternitate, ſicut ſi ęuiternum aliquod à Deo deſtrueretur, nõ per hoc fieret, quin verè menſuratum fuiſſet æuo; quoniam, vt inquit Caietanus, natura rei non eſt metienda ſecũdùm vires diuinas, ſed proprias. Caiet.

Ferrarien. Bannes. Zumell. Contra ſecundam concluſionem argumentantur Ferrarienſis, Bannes, & Zumellus.

Primò S. Thom. & Theologi non ponunt, niſi tres menſuras, videlicet tempus, æuum, & æternitatem; ergo.

A Reſpondetur, quòd quemadmodum tempus diſtinguitur in continuum, & diſcretum, ita æternitas in æternitatem eſſentialiter dictam, & in æternitatem participatam.

Secundò. Non ſunt multiplicandæ menſurę ſine neceſsitate; ſed eadem omnino menſura poteſt menſurari operatio Dei, & viſio beatorum; ergo.

Reſpondetur falſam eſſe minorem, ſi loquamur de propria, adæquata, & proportionata menſura.

Tertiò. Quę ſunt eiuſdem ordinis, eadem menſurantur menſura; at viſio beata eſt ordinis diuini; ergo eadem menſura, qua cętera menſurantur diuina, & ipſa menſuratur.

B Reſpondetur ordinem diuinum duplicem eſſe. Vnus eſt eorum, quę eſſentialiter diuina ſunt, & in hoc ordine eſt ſolus Deus Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus. Alius eſt eorum, quę participatione diuina ſunt; vt creata viſio, fruitio, lumen glorię, & ſimilia. Vnde ordo diuinus ſimpliciter non eſt vnius generis; ſed diſtinguitur in ordinem exiſtentem in genere, & in ordinem exiſtentem extra, & ſupra omne genus.

Ad argumentum ergo dico maiorem eſſe verã de his, quæ ſunt eiuſdem ordinis ſecundùm eandẽ rationem, aut genericam, vt omnia diuina creata, aut eandem ſimpliciter; vt diuina increata; ſed C minor manifeſtè falſa eſt in hoc ſenſu. Si autem maior intelligatur abſolutè, falſa eſt.

Quartò. Si viſio beatorum aliqua æternitate participata diſtincta ab æternitate eſſentiali menſuratur, hęc ęternitas participata maximè erit duratio viſionis animæ Chriſti; ſed hæc non poteſt eſſe; ergo. Minor probatur: nam ante Chriſtũ angeli erant beati, & tamen non menſurabantur viſione animę Chriſti.

Reſpondetur tunc menſuratam fuiſſe viſionem beatificam angelorum duratione viſionis primi angeli, quę habebat rationem ęternitatis participatę formaliter; ſed ſuperueniente ſimpliciore viſione animę Chriſti deſijt viſio primi angeli habere rationem menſurę, & cępit menſurari duratione viſionis animę Chriſti. Sicut in articulo ſequenti dicemus etiam de ęuo. D

Contra eandem concluſionem argumentatur Nauarretus primò: quia eadem ratione, qua eſſentia diuina concurrit ad viſionem, qua Deus videt ſeipſum, concurrit etiam ad viſionem, qua beatus videt ipſum; Ergo eadem menſura debet menſurari vtraque viſio. Antecedens probatur: quia in vtraque cognitione concurrit eſſentia in ratione ſpeciei ad attingendum quidditatiuè idem obiectum. Confirmatur: quia cognitio quidditatiua E Dei expoſcit principium infinitę perfectionis, & concurſum eiuſdem principij etiam prout eſt infinitę perfectionis; Ergo non poteſt dari aliqua mẽſura creata, qua menſuretur talis viſio, & concurſus: Conſequentia eſt nota; nam menſura debet ſaltem adequare menſuratum; Ergo ſi principium illius viſionis concurrit ſecundùm perfectionem infinitam non poteſt, vt ſic contineri ſub menſura creata; Antecedens verò probatur: Nàm eſſentia diuina concurrit cum intellectu beati ad illam viſionem, Nauarretus.

by Google

ſionem, prout talis eſſentia habet in ratione ſpeciei adæquationem cum obiecto cognito, in quo denotatus infinita perfectio.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens ſimpliciter loquendo; ad probationem negatur conſequētia, quia, licèt in vtraque cognitione concurrat, vt ſpecies, non tamen concurrit in viſione creata ſecundùm omnem modum ſuæ perfectionis, ſed ſecundùm modum, & menſuram luminis gloriæ, alioquin beatus quilibet Deum compræhenderet. Ad confirmationem negatur aſſumptum quo ad illam partem: *etiam prout eſt infinita perfectionis*, ſi ſermo ſit de concurſu, & modo cōcurſus ad viſionem in ratione principij formaliter, & in actu 2. Ad probationem negatur aſſumptum; Si intelligatur de concurſu, & modo concurſus ad viſionem in ratione principij formaliter; quamuis vt eſſentia diuina vniri poſsit, & actu vniatur intellectui creato, vt forma intelligibilis ſecundū ſe ipſam immediatè, neceſſe ſit eam eſſe actum purum, ac proinde perfectionis, & actualitatis ſimpliciter infinitæ, vt oſtendimus infra cum S. Doct. quæſt. 12, art. 2.

Secundò. In viſione beatifica nulla inuenitur ſubordinatio vnius beati reſpectu alterius, ſed mediante illa omnes beati immediatè participāt bonum infinitum; Ergo non poteſt dari aliquid extra Deum, quod ſit mēſura viſionis beatificæ. Antecedens patet, quia vnus beatus non beatificat alterum.

Reſpondetur antecedens verum eſſe de ſubordinatione in ratione cauſæ efficientis, aut finalis, ꝓpriè, non autem de ſubordinatione in rōne exemplaris proximi, & conſequenter in ratione menſuræ proportionatę eo modo, quo ſupra diximus motus oēs inferiores ſubordinari motui ſimplicisſimo primi mobilis, & omnium angelorū durationes ſubordinari primæ, & ſimpliciſsimæ durationi primi æuiterni.

Tertiò. Si menſuraret viſio animæ Chriſti alias viſiones, quæ dicuntur æternæ per participationē; Ergo vel ipſa viſio eſſet æterna per eſſentiam, vel ſi eſt talis participatiuè, implicat, quòd ad illā, vt ſic reducātur inferiores viſiones. Probatur conſequentia, quia ſic procederetur in infinitum: Nā impoſsibile eſt, quòd participatiuè tale reducatur ad aliquid, quod eſt etiam participatiuè tale: quia, cum ſit eadem ratio vtriuſque, etiam ſecundùm poſſet habere eandem reductionem, quā habet primum, & ſic in infinitum.

Reſpondetur falſam eſſe conſequentiam, quo ad vtramque partem. Ad probationem ſecundæ partis negatur aſſumptum; ad probationem negatur conſequentia, ad cuius probationem dico, qđ abſolutè loquendo omne, quod eſt participatiuè tale, reducitur vltimò ad aliquid, quod eſt per eſſentiam tale, non tamen neceſſe eſt, vt reducatur ad ipſum, vt ad menſuram proximam, & homogeneam; ſed reduci poteſt, vt ad menſuram homogeneam ad aliquid ſui generis; quod .ſ. eſt tale p participationem, quòd immediatè reſpicit vt excedē tem, & altioris ordinis menſuram, id quod eſt per

A eſſentiam; ſicut patet in durationibus angelorū, quæ omnes reducuntur ad æuum, quod eſt duratio primi æuiterni, & nuncupatur æuum, quod eſt participatio æternitatis, vt ſupra diximus. Reducuntur ergo viſiones oēs beatificæ ad ſummam, & perfectiſsimam viſionem creaturarum, vt ad menſuram homogeneam; hæc autem eſt viſio animæ Chriſti, quæ viſio eſt ipſa æternitas participata; quamuis & ipſa cum cęteris viſionibus beatorum reducatur ad viſionem Dei per eſſentiam, non vt ad menſuram proportionatam, ſed tanquam id, quod tale eſt per participationem, ad id, quod eſt tale per eſſentiam; quæ reductio formaliter loquē

B do eſt in ratione entis ad ens, non autem in ratione menſurati ad menſuram propriam.

Argumenta, quæ poſſent, ex Rada, & alijs militare contra tertiam concluſionem, iam ſunt ſoluta ex ipſa probatione concluſionis.

ARTICVLVS VI.

Vtrum ſit vnum æuum tantùm.

AD ſextum ſic proceditur. Videtur, ꝙ non ſit tantùm vnum æuum. Dicitur enim in apocryphis Eſdræ: Maieſtas, & poteſtas æuorum eſt apud te Domine. 50 1. d 2. q. 1. art. 2. Et 5. q. 1. q. 4.

2 Præterea: Diuerſorum generum diuerſæ

C ſunt menſuræ. Sed quædā æuiterna ſunt in genere corporaliū, ſcilicet corpora cęleſtia, quędam verò ſunt ſpirituales ſubſtantiæ, ſcilicet angeli; Non ergo eſt vnum æuum tantùm.

3 Pręterea: Cum æuum ſit nomen durationis, quorum eſt vnum æuum, eſt vna duratio. Sed non omnium æuiternorum eſt vna duratio; quia quædam poſt alia eſſe incipiunt, vt maximè patet in animabus humanis. Non eſt ergo vnum æuum tantùm.

4 Præterea: Ea, quæ non dependent abinuicem, non videntur habere vnam menſurā du-

D rationis; Propter hoc enim omnium temporalium videtur eſſe vnum tempus; quia omniū motuum quodam modo cauſa eſt primus motus; qui prius tempore menſuratur; Sed æuiterna non dependent abinuicem: quia vnus angelus non eſt cauſa alterius: Non ergo eſt vnū æuum tantùm.

Sed contra. Aeuum eſt ſimplicius tēpore, & propinquius ſe habens ad æternitatem; Sed tēpus eſt vnum tm̄; Ergo multò magis ęuum.

Reſpondeo. Dicendum, quòd circa hoc eſt duplex opinio. Quidam .n. dicunt, ꝙ eſt vnum

E æuum tm̄, quidam quòd multa. Quid autē horum verius ſit, oportet conſiderare ex cauſa vnitatis temporis. In cognitionem enim ſpiritualium per corporalia deuenimus.* 421

Dicunt autem quidam, eſſe vnum tempus omnium temporaliū propter hoc, ꝙ eſt vnus numerus omnium numeratorum; cum tempus ſit numerus ſecundùm Philoſophum.* Lib. 4. phyſic. tex. 101 tomo 2.

Sed hoc non ſufficit; quia tēpus non eſt nu-

 merus,

merus, vt abſtractus extra numeratum, ſed vt in numerato exiſtens; alioquin non eſſet continuus; quia 10. vlnæ panni continuitatem habent, non ex numero, ſed ex numerato. Numerus aũt in numerato exiſtens non eſt idem omnium, ſed diuerſus diuerſorum. Vnde alij aſsignant cauſam vnitatis tẽporis ex vnitate æternitatis, quæ eſt principium omnis durationis.

Et ſic omnes durationes ſunt vnum, ſi conſideretur eorum principium. Sũt verò multę, ſi conſideretur diuerſitas eorum, quæ recipiũt durationem ex influxu primi principij. Alij verò aſsignant cauſam vnitatis temporis ex parte materię primæ, quæ eſt primum ſubiectum motus, cuius menſura eſt tẽpus; Sed neutra aſsignatio ſufficiens videtur; quia ea, quæ ſunt vnum principio, vel ſubiecto, & maximè remoto, non ſunt vnum ſimpliciter, ſed ſecundùm quid.

Eſt ergo ratio vnitatis temporis, vnitas primi motus, ſm̃ quẽ, cùm ſit ſimplicisſimus, omnes alij menſurantur, vt dicitur in 10. metaph. * Sic ergo tempus ad illum motum comparatur, non ſolùm, vt menſura ad menſuratũ, ſed etiam, vt accidens ad ſubiectum; & ſic ab eo recipit vnitatem.

10. metaph. tex. 4. to. 3.

Ad alios autem motus comparatur ſolùm, vt menſura ad menſuratum. Vnde ſecundùm eorum multitudinem non multiplicatur; quia vna mẽſura ſeparata multa menſurari poſsũt. Hoc igitur habito ſciendum, ꝙ de ſubſtantijs ſpiritualibus duplex fuit opinio. Quidã enim dixerunt, quòd omnes proceſſerunt à Deo in quadam æqualitate, vt Origenes dixit.* vel ẽt multæ earum, vt quidam poſuerunt. Alij verò dixerunt, quòd omnes ſubſtantiæ ſpirituales proceſſerunt à Deo quodam gradu, & ordine. Et hoc videtur ſentire Dionyſ.* qui dicit decimo capitulo, cęl. Hierarch. quòd inter ſubſtantias ſpirituales ſunt primæ, mediæ, & vltimæ, etiam in vno ordine angelorum.

Lib. 1. periarchon. c. 8. tom. 4.

Cap. 10. & 4. à medio.

530 ab cd

Secundùm igitur primam opinionem neceſſe eſt dicere, quòd ſunt plura æua, ſecundùm quòd ſunt plura æuiterna prima æqualia. Secundùm autem ſecundam opinionem oportet dicere, quòd ſit vnum æuum tantùm; quia, cũ vnumquodque menſuretur ſimplicisſimo ſui generis, (vt dicitur in 10. Metaph.*) oportet, quòd eſſe omnium æuiternorum menſuretur eſſe primi æuiterni; quod tantò eſt ſimplicius, quantò prius.

Lib. 10. metaph. tex. 3 & 4. to. 3.

Et quia ſecunda opinio verior eſt, (vt infra oſtendetur.*) concedimus ad præſens vnum eſſe æuum tantùm.

Q. 50. ar. 4

Ad primum ergo dicendum, quòd æuũ aliquando accipitur pro ſæculo; quod eſt perio-

A dus durationis alicuius rei; & ſic dicuntur multa æua, ſicut multa ſæcula.

Ad ſecundũ dicendum, quòd licet corpora cęleſtia, & ſpiritualia differant in genere naturæ, tamen conueniunt in hoc, quòd habent eſſe intranſmutabile. Et ſic menſurantur æuo.

Ad tertium dicendum, quòd nec omnia tẽporalia ſimul incipiunt; & tamen omnium eſt vnum tempus propter primum, quod menſuratur tempore.

Et ſic omnia æuiterna habent vnum æuum propter primum, etiam ſi nõ omnia ſimul incipiant.

B

Ad quartum dicendum, quòd ad hoc, quòd aliqua menſurentur per aliquod vnum, non requiritur, quòd illud unum ſit cauſa omnium eorum, ſed quòd ſit ſimplicius.

Forma Textus.

Refert primò S. D. duas oppoſitas ſententias. Prior, quæ eſt Origenis, negat, poſterior, quæ eſt Dionyſij, affirmat vnitatem æui. Ratio prioris opinionis fuit, quia exiſtimauit ſubſtantias omnes ſpirituales à Deo in quadam æqualitate pocesſiſſe. Ratio verò poſterioris fuit, quia ſenſit ſubſtantias omnes ſpirituales à Deo quodam gradu, & ordine proceſsiſſe; vt ſcilicet inter eas ſint, primæ, mediæ, & vltimæ; & per conſequens vna omnium prima. Secundò uiam proponit inueſtiganda veritatis dicens huius rei veritatem ex cauſa vnitatis temporis eſſe conſiderandum; quod probatur; quia in cognitionẽ ſpiritualium per corporalia deuenimus. Tertiò quatuor refert opiniones de temporis vnitate.

C

Prima vnum eſſe tempus affirmat eo, quòd vnus eſt numerus omnium numeratorum; tempus autem eſt numerus motus. Reijcitur hæc opinio hoc argumento. Tempus non eſt numerus, vt abſtractus extra numeratum, ſed vt in numerato exiſtens; at numerus in numerato exiſtens nõ eſt idem oĩum, ſed diuerſus diuerſorũ; ergo.

D

Maior probatur: Quia alioquin numerus, qui eſt tẽpus, non eſſet continuus; quia decem vlnæ panni continuitatem habent, non ex numero, ſed ex numerato; ergò ſimiliter, & tempus.

Secunda opinio fuit eorum, qui aſsignabant cauſam vnitatis temporis ex vnitate æternitatis, quæ eſt principium omnis durationis.

Tertia opinio aſsignat cauſãm vnitatis temporis ex vnitate materiæ primæ, quæ eſt primum ſubiectum motus, cuius menſura eſt tempus. Aduerſus vtramque ſic argumentatur. S. D. Ea, quæ ſunt vnum principio, vel ſubiecto, & maximè remoto, non ſunt vnum ſimpliciter, ſed ſecundùm quid: ergo neutra aſsignatio eſt ſufficiens. Poſtrema igitur, & vera ſententia eſt. D. Thom. dicentis rationem vnitatis temporis eſſe vnitatem primi motus; Hanc ſic probat. Tempus ad primum motum comparatur non ſolùm, vt menſura ad mẽſuratum, ſed etiam vt accidens ad ſubiectum, ad alios autem motus comparatur ſolùm, vt menſura ad menſuratum; ergo à primo motu recipit vnitatem, & non multiplicatur ſecundùm aliorum motuum multitudinem. Ancecedens probatur: quia primus motus eſt ſimplicisſimus; ergo

E

ſecun-

ſecundùm eum omnes alij menſurantur; ergo, &c. conſequentia, quo ad priorem partem euidens eſt, quo ad poſteriorem verò probatur: quia vna menſura ſeparata multa menſurari poſſunt. Vltimò ad quæſitum reſpondet duabus concluſionibus.

Prima concluſio eſt. Secundùm primam opinionem neceſſe eſt dicere, quòd ſunt plura æua. Probatur: quia ſecundùm illam ſunt plura æuiterna prima æqualia.

Secunda concluſio. Secundùm alteram opinionem, et ſecundùm veritatem eſt vnum tantùm æuum. Probatur: vnumquodque menſuratur ſimpliciſsimo ſui generis, ſed eſſe primi æuiterni eſt ſimpliciſsimum; ergo eo menſurantur reliqua; ergo eſt vnum tantùm æuum, quod eſt eſſe primi æuiterni.

Maior eſt Ariſtot. decimo metaph. tex. 3. & 4. Minor probatur: quia inter æuiterna tantò aliquid eſt ſimplicius, quantò eſt prius; ergo primum eſt ſimpliciſſimum.

Controuerſia Vnica:

De vnitate, & ſubiecto æui.

Sententiæ Doctorum, & Expoſitorum.

Aegidius. Durandus.

DE priori parte huius Controuerſiæ, nimirũ de vnitate æui ſentit Aegidius in ſecundo, diſtinctione ſecunda, æuum eſſe in ſubiecto æterno, ſcilicet Deo, ſicut tempus eſt in ſubiecto æuiterno, ſcilicet in cęlo, ac proinde vnum eſſe tantùm æuum, ſicut eſt vnum tempus. Durandus negat poſteriora æuiterna æuo extrinſeco menſurari; ſtatuitque tot æua, quot æuiterna.

Molina. Vaſquez. Suarez.

Quam ſententiam ſequuntur Molina, Vaſquez, & Suarez, diſput. metaph. quinquageſima, ſect. 6. numero 16.

Peſantius.

Sed Molina ſententiam de vnitate æui, vt probabilem admittit; Addunt tres prædicti æuũ nullius rei eſſe menſuram, ſed quantitatem durationis illius tempore menſurari; vt etiam ſupra notauimus. Peſantius exiſtimat vno æuo omnia æuiterna menſurari; non quo ad durationem, ſed quo ad rectitudinem, & obliquitatẽ, eo modo (inquit) quo vnus motus eſt menſura alterius motus; non quo ad durationem, ſed quo ad vniformitatem, & diffotmitatem.

S. Thom. Capreol. Caiet.

At S. Thom. quem ſequuntur Capreolus, Caietanus, & alij Thomiſtæ, docet vnum eſſe tantùm æuum, quo primum æuiternum intrinſecè, reliqua verò extrinſecè menſurantur.

Circa poſteriorem autem partem quæſiti, quæ eſt de proprio ſubiecto æui, quibus cum D. Thom. placet vnitas æui, licèt omnes conſentiant illud eſſe in primo æuiterno, magna tamen eſt inter eos diſſenſio in aſsignando primo æuiterno.

Capreol. Banner. Zumel.

Nam Capreolus, Syluester, Iauellus, & Peſantius ſentiunt de mente D. Thom. ſubiectum æui eſſe primum angelum beatum, hanc ſententiam, vt probabilem tuentur Bannes, & Zumellus. Qui tamen exiſtimant æuum eſſe in Lucifero, ſi ille ſit natura inter angelos nobiliſsimus, vt docet D. Tho. Alij autem antiquiores Thomiſtæ, vt inquit Capreolus, arbitrati ſunt æuum eſſe in anima Chriſti, quorum ſententiam Zumellus ſentit eſſe probabilem. Caietanus quæſtionem hanc relinquit inſolutam.

Reſolutio.

Omnia æuiterna menſurari eſſe ſimpliciſsimo primi æuiterni.

OBſeruandum eſt primò, eos omnes, qui vnũ tantùm æuum agnoſcunt, in hoc conuenire, quòd omnia æuiterna menſurantur per eſſe, ſiuè durationem æuiterni ſimpliciſsimi, quod æuiternum eſt primum in genere æuiternorum.

Aeuũ menſurat per modum vnitatis.

Cuius ratio eſt; quoniam æuiternum, ſiuè menſuretur per æuum intrinſecè, vt primum æuiternum, quod eſt ſubiectum æui, ſiue menſuretur extrinſecè, vt reliqua æuiterna, non menſuratur per modum quantitatis continuæ permanentis, aut ſucceſsiuæ, aut per modum quantitatis diſcretę; ſed per modum vnitatis. Quoniam, vt ſupra diximus, æuum eſt indiuiſibile, & totum ſimul; ergo menſurat per modum indiuiſibilis; ergo per modum vnitatis. Quod etiam probatur ex æui diffinitione: Nam æuum eſt vnitas immutabilis vitæ mutabilitati coniunctæ ſub ratione menſuræ. Et quoniam inter immutabilia mutabilitati coniuncta quantò aliquid minus habet de mutabilitate, tantò eſt minus compoſitum; & minus difforme, & conſequenter magis ſimplex, ac magis vniforme, & magis vnum, ſequitur primum æuiternũ in genere æuiternorum eſſe maximè vnum, & cõſequenter cęterorum menſuram. Quantò namque æuiternum eſt inferius, tantò magis habet de pluralitate, & minus de vnitate: è contra verò, quantò ſuperius eſt, tantò magis ad vnitatem accedit, & à pluralitate recedit. In cuius ſignum inferiores Angeli plures habent ſpecies, & operationes magis dearticulatas, & definitas, ſuperiores verò, ſpecies habent vniuerſaliores, & operationes locorum, & rerum amplitudine magis extenſas. Itaque ſupremum æuiternum inter immutabilia mutabilitati coniuncta, erit maximè immutabile, ſimpliciſsimum, & maximè vnum, atque ideo cęterorum extrinſeca menſura.

Primi æuiterni, & æui perfectionem, & ſimplicitatem eſſe magis ex gratia, quàm ex natura.

Capreol. Nota diuiſionem.

SEcundò ſciendum eſt ex Capreolo, entiũ quædam eſſe, quorum tota perfectio eſt à natura, ſicut perfectio corporum cęleſtium, & elementorum; quædam autem, quorum perfectio tota non eſt à natura, ſed completur per gratiam, & gloriã; ſicut perfectio creaturæ intellectualis; quæ ad cõſumatam æternæ fęlicitatis perfectionem à Deo eſt ordinata. Cuius perfectionis ex hoc ipſo naturalem habet capacitatem, quod facta eſt ad imaginem Dei, vt inquit S. Thom. 1. 2. quæſt. 113. articulo decimo. Quo fit, vt etiam ex menſuris durationis quædam ſint, quarum tota perfectio eſt à natura, ſicut tempus noſtrum; quædam autem, quorum naturalis perfectio ſuum habet comple-

merus, vt abſtractus extra numeratum, ſed vt in numerato exiſtens; alioquin non eſſet continuus; quia 10. vlnæ panni continuitatem habent, non ex numero, ſed ex numerato. Numerus aũt in numerato exiſtens non eſt idem omnium, ſed diuerſus diuerſorum. Vnde alij aſsignant cauſam vnitatis tẽporis ex vnitate æternitatis, quæ eſt principium omnis durationis.

Et ſic omnes durationes ſunt vnum, ſi conſideretur eorum principium. Sũt verò multę, ſi conſideretur diuerſitas eorum, quæ recipiũt dúrationem ex influxu primi principij. Alij verò aſsignant cauſam vnitatis temporis ex parte materię primæ, quæ eſt primum ſubiectum motus, cuius menſura eſt tẽpus; Sed neutra aſsignatio ſufficiens videtur; quia ea, quæ ſunt vnum principio, vel ſubiecto, & maximè remoto, non ſunt vnum ſimpliciter, ſed ſecundùm quid.

Eſt ergo ratio vnitatis temporis, vnitas primi motus, ſm̃ quẽ, cùm ſit ſimplicisſimus, omnes alij menſurantur, vt dicitur in 10. metaph.
10. metaph tex. 4. to. 3. * Sic ergo tempus ad illum motum comparatur, non ſolùm, vt menſura ad menſuratũ, ſed etiam, vt accidens ad ſubiectum; & ſic ab eo recipit vnitatem.

Ad alios autem motus comparatur ſolùm, vt menſura ad menſuratum. Vnde ſecundùm eorum multitudinem non multiplicatur; quia vna mẽſura ſeparata multa menſurari posſũt. Hoc igitur habito ſciendum, ꝙ de ſubſtantijs ſpiritualibus duplex fuit opinio. Quidã enim dixerunt, quòd omnes proceſſerunt à Deo in
Lib. 1. periarchon. c. 8. tom. 4. quadam æqualitate, vt Origenes dixit.* vel ẽt multæ earum, vt quidam poſuerunt. Alij verò dixerunt, quòd omnes ſubſtantiæ ſpirituales proceſſerunt à Deo quodam gradu, & ordine.
Cap. 10. & 4. à medio. Et hoc videtur ſentire Dionyſ.* qui dicit decimo capitulo, cęl. Hierarch. quòd inter ſubſtantias ſpirituales ſunt primæ, mediæ, & vltimæ,
530 ab cd etiam in vno ordine angelorum.

Secundùm igitur primam opinionem neceſſe eſt dicere, quòd ſunt plura æua, ſecundùm quòd ſunt plura æuiterna prima æqualia. Secundùm autem ſecundam opinionem oportet dicere, quòd ſit vnum æuum tantùm; quia, cũ
Lib. 10. metaph. tex. 3 & 4. to. 3. vnumquodque menſuretur ſimplicisſimo ſui generis, (vt dicitur in 10. Metaph.*) oportet, quòd eſſe omnium æuiternorum menſuretur eſſe primi æuiterni; quod tantò eſt ſimplicius, quantò prius.

Et quia ſecunda opinio verior eſt, (vt infra
Q. 10. ar. 4 oſtendetur.*) concedimus ad præſens vnum eſſe æuum tantùm.

Ad primum ergo dicendum, quòd æuũ aliquando accipitur pro ſæculo; quod eſt perio-

A dus durationis alicuius rei; & ſic dicuntur multa æua, ſicut multa ſæcula.

Ad ſecundũ dicendum, quòd licet corpora cęleſtia, & ſpiritualia differant in genere naturæ, tamen conueniunt in hoc, quòd habent eſſe intranſmutabile. Et ſic menſurantur æuo.

Ad tertium dicendum, quòd nec omnia tẽporalia ſimul incipiunt; & tamen omnium eſt vnum tempus propter primum, quod menſuratur tempore.

Et ſic omnia æuiterna habent vnum æuum propter primum, etiam ſi nõ omnia ſimul in-
B cipiant.

Ad quartum dicendum, quòd ad hoc, quòd aliqua menſurentur per aliquod vnum, non requiritur, quòd illud unum ſit cauſa omnium eorum, ſed quòd ſit ſimplicius.

Forma Textus.

Refert primò S. D. duas oppoſitas ſententias. Prior, quæ eſt Origenis, negat, poſterior, quæ eſt Dionyſij, affirmat vnitatem æui. Ratio prioris opinionis fuit, quia exiſtimauit ſubſtantias omnes ſpirituales à Deo in quadam æqualitate proceſsiſſe. Ratio verò poſterio-
C *ris fuit, quia ſenſit ſubſtantias omnes ſpirituales à Deo quodam gradu, & ordine proceſsiſſe; vt ſcilicet inter eas ſint, primæ, mediæ, & vltimæ; & per conſequens vna omnium prima. Secundò uiam proponit inueſtigandæ veritatis dicens huius rei veritatem ex cauſa vnitatis temporis eſſe conſiderandum, quod probatur; quia in cognitionẽ ſpiritualium per corporalia deuenimus. Tertiò quatuor refert opiniones de temporis vnitate.*

Prima vnum eſſe tempus affirmat eo, quòd vnus eſt numerus omnium numeratorum; tempus autem eſt numerus motus. Reijcitur hæc opinio hoc argumento. Tempus non eſt numerus, vt abſtractus extra numeratum, ſed vt in numerato exiſtens; at numerus in numerato
D *exiſtens nõ eſt idem oĩum, ſed diuerſus diuerſorũ; ergo.*

Maior probatur: Quia alioquin numerus, qui eſt tẽpus, non eſſet continuus; quia decem vlnæ panni continuitatem habent, non ex numero, ſed ex numerato; ergò ſimiliter, & tempus.

Secunda opinio fuit eorum, qui aſsignabant cauſam vnitatis temporis ex vnitate æternitatis, quæ eſt principium omnis durationis.

Tertia opinio aſsignat cauſam vnitatis temporis ex vnitate materiæ primæ, quæ eſt primum ſubiectum motus, cuius menſura eſt tempus. Aduerſus vtramque ſic argumentatur. S. D. Ea, quæ ſunt vnum principio, vel ſubiecto, & maximè remoto, non ſunt vnum ſimpli-
E *citer, ſed ſecundùm quid: ergo neutra aſsignatio eſt ſufficiens. Poſtrema igitur, & vera ſententia eſt. D. Thom. dicentis rationem vnitatis temporis eſſe vnitatem primi motus; Hanc ſic probat. Tempus ad primum motum comparatur non ſolùm, vt menſura ad mẽſuratum, ſed etiam vt accidens ad ſubiectum, ad alios autem motus comparatur ſolùm, vt menſura ad menſuratum; ergo à primo motu recipit vnitatem, & non multiplicatur ſecundùm aliorum motuum multitudinem. Antecedens probatur: quia primus motus eſt ſimplicisſimus; ergo ſecun-*

ſecundùm eum omnes alij menſurantur; ergo, &c. conſequentia, quo ad priorem partem euidens eſt, quo ad poſteriorem verò probatur: quia vna menſura ſeparata multa menſurari poſſunt. Vltimò ad quæſitum reſpondet duabus concluſionibus.

Prima concluſio eſt. Secundùm primam opinionem neceſſe eſt dicere, quòd ſunt plura æua. Probatur: quia ſecundùm illam ſunt plura æuiterna prima æqualia.

Secunda concluſio. Secundùm alteram opinionem, et ſecundùm veritatem eſt vnum tantùm æuum. Probatur: vnumquodque menſuratur ſimpliciſsimo ſui generis, ſed eſſe primi æuiterni eſt ſimpliciſsimum; ergo eo menſurantur reliqua; ergo eſt vnum tantùm æuum, quod eſt eſſe primi æuiterni.

Maior eſt Ariſtot. decimo metaph. tex. 3. & 4. Minor probatur: quia inter æuiterna tantò aliquid eſt ſimplicius, quantò eſt prius; ergo primum eſt ſimpliciſſimum.

Controuerſia Vnica:

De vnitate, & ſubiecto æui.

Sententię Doctorum, & Expoſitorum.

Aegidius. DE priori parte huius Controuerſiæ, nimirũ de vnitate æui ſentit Aegidius in ſecundo, diſtinctione ſecunda, æuum eſſe in ſubiecto æterno, ſcilicet Deo, ſicut tempus eſt in ſubiecto æuiterno, ſcilicet in cęlo, ac proinde vnum eſſe tantùm Durandus æuum, ſicut eſt vnum tempus. Durandus negat poſteriora æuiterna æuo extrinſeco menſurari; ſtatuitque tot æua, quot æuiterna.

Molina. Vaſquez. Suarez. Quam ſententiam ſequuntur Molina, Vaſquez, & Suarez, diſput. metaph. quinquageſima, ſect. 6. numero 16.

Sed Molina ſententiam de vnitate æui, vt probabilem admittit; Addunt tres prædicti æuũ nullius rei eſſe menſuram, ſed quantitatem durationis illius tempore menſurari; vt etiam ſupra noPeſantius. tauimus. Peſantius exiſtimat vno æuo omnia æuiterna menſurari; non quo ad durationem, ſed quo ad rectitudinem, & obliquitatẽ, eo modo (inquit) quo vnus motus eſt menſura alterius motus; non quo ad durationem, ſed quo ad vniformitatem, & S. Thom. Capreol. Caiet. difformitatem. At S. Thom. quem ſequuntur Capreolus, Caietanus, & alij Thomiſtæ, docet vnum eſſe tantùm æuum, quo primum æuiternum intrinſecè, reliqua verò extrinſecè menſurantur.

Circa poſteriorem autem partem quæſiti, quæ eſt de proprio ſubiecto æui, quibus cum D. Thom. placet vnitas æui, licet omnes conſentiant illud eſſe in primo æuiterno, magna tamen eſt inter eos diſſenſio in aſsignando primo æuiterno.

Capreol. Nam Capreolus, Syluester, Iauellus, & Peſantius ſentiunt de mente D. Thom. ſubiectum æui eſſe primum angelum beatum, hanc ſententiam, vt Bannes. Zumel. probabilem tuẽtur Bannes, & Zumellus. Qui tamen exiſtimant æuum eſſe in Lucifero, ſi ille ſit natura inter angelos nobiliſsimus, vt docet D. Tho. Alij autem antiquiores Thomiſtæ, vt inquit Capreolus, arbitrati ſunt æuum eſſe in anima Chri-

A ſti, quorum ſententiam Zumellus ſentit eſſe probabilem. Caietanus quæſtionem hanc relinquit inſolutam.

Reſolutio.

Omnia æuiterna menſurari eſſe ſimpliciſsimo primi æuiterni.

OBſeruandum eſt primò, eos omnes, qui vnũ tantùm æuum agnoſcunt, in hoc conuenire, quòd omnia æuiterna menſurantur per eſſe, ſiuè durationem æuiterni ſimpliciſsimi, quod æuiternum eſt primum in genere æuiternorum.

B Cuius ratio eſt; quoniam æuiternum, ſiuè menſuretur per æuum intrinſecè, vt primum æuiternum, quod eſt ſubiectum æui, ſiue menſuretur extrinſecè, vt reliqua æuiterna, non menſuratur per modum quantitatis continuæ permanentis, aut ſucceſsiuæ, aut per modum quantitatis diſcretę; ſed per modum vnitatis. Quoniam, vt ſupra diximus, æuum eſt indiuiſibile, & totum ſimul; ergo menſurat per modum indiuiſibilis; ergo per modum vnitatis. Quod etiam probatur ex æui diffinitione: Nam æuum eſt vnitas immutabilis vitæ mutabilitati coniunctæ ſub ratione menſuræ. Et quoniam inter immutabilia mutabilitati coniunC cta quantò aliquid minus habet de mutabilitate, tantò eſt minus compoſitum, & minus difforme, & conſequenter magis ſimplex, ac magis vniforme, & magis vnum, ſequitur primum æuiternũ in genere æuiternorum eſſe maximè vnum, & cõſequenter cęterorum menſuram. Quantò namque æuiternum eſt inferius, tantò magis habet de pluralitate, & minus de vnitate: è contra verò, quantò ſuperius eſt, tantò magis ad vnitatem accedit, & à pluralitate recedit. In cuius ſignum inferiores Angeli plures habent ſpecies, & operationes magis dearticulatas, & definitas, ſuperiores verò, ſpecies habent vniuerſaliores, & operationes loD corum, & rerum amplitudine magis extenſas. Itaque ſupremum æuiternum inter immutabilia mutabilitati coniuncta, erit maximè immutabile, ſimpliciſsimum, & maximè vnum, atque ideo cęterorum extrinſeca menſura. Aeuũ menſurat per modum vnitatis.

Primi æuiterni, & æui perfectionem, & ſimplicitatem eſſe magis ex gratia, quàm ex natura.

SEcundò ſciendum eſt ex Capreolo, entiũ quædam eſſe, quorum tota perfectio eſt à natura, ſicut perfectio corporum cęleſtium, & elementorum; quædam autem, quorum perfectio tota non E eſt à natura, ſed completur per gratiam, & gloriã; ſicut perfectio creaturæ intellectualis; quæ ad cõſumatam æternæ fęlicitatis perfectionem à Deo eſt ordinata. Cuius perfectionis ex hoc ipſo naturalem habet capacitatem, quod facta eſt ad imaginem Dei, vt inquit S. Thom. 1. 2. quæſt. 113. articulo decimo. Quo fit, vt etiam ex menſuris durationis quædam ſint, quarum tota perfectio eſt à natura, ſicut tempus noſtrum; quædam autem, quorum naturalis perfectio ſuum habet comple- Capreol. Nota diuiſionem.

Menſura cuius perfectio completur à gratia.

mentum à gratia, & gloria, per quàm participes ſunt æternitatis; aut etiam per altiorem quandam vnionem cum ipſa diuina natura; qualis eſt vnio perſonalis in Chriſto. Cuius ratio ex ſupradictis facilè colligitur: Nam eſſe primi æuiterni, quatenus vniformæ, habet rationem æui, quo cætera æuiterna menſurantur.

Si itaque per gratiam, & gloriam perficitur natura ipſius æuiterni, eadem etiam ratione perficitur eſſe, quod eſt actualitas ipſius naturæ, per quã natura eſt ens reale extra cauſas ſuas. Et quemadmodum natura per gloriam, quæ eſt gratia conſummata, ſit particeps diuinæ ſimplicitatis, & æternitatis, ad cuius vniformitatis excellentem ſimilitudinem eleuatur; ita, & eſſe, quod eſt æuum in primo æuiterno, ad eandem ſimplicitatis, vniformitatis, & æternitatis participationem extollitur: ita vt tota latitudo naturalis durationis nũquàm ad æqualem ſimplicitatis, & vniformitatis gradum poſsit pertingere. Vnde quamuis eſſe, & duratio Luciferi cæteros Angelos naturali præcellat vniformitate; gratiæ tamen, & gloriæ ſimplicitas vniuerſos Angelos beatos in maiori ſimplicitate, & vniformitate conſtituit. Et quoniam Lucifer per peccatum, non ſolùm à Deo ſimpliciſsimo, & ab ea, quam per gratiam adeptus fuerat, vniformitate, receſsit; ſed ẽt ad creaturã multipliciter cõpoſitam, varia, & inſtabili fuit operatione conuerſus; multò minorẽ habet, quàm quilibet Angelus beatus, ſimplicitatem; cuius defectu ſubiectum æui nullatenus eſſe permittitur.

Oẽs Angeli Lucifero ſimpliciores.

Vnde S.Thom. quol. 5. artic. 7. ſic ait. ***Attendendum eſt, quod ſubſtantiæ ſpirituales menſurantur æuo, non ſolùm quantùm ad earum ſubſtantiam, ſed etiam quantùm ad earum propriam operationem, & ſic oportet, quod ille Angelus, qui eſt ſubiectum æui, ſit ſimpliciſsimus, non ſolùm quantùm ad eſſentiam, ſed etiam quantùm ad operationem; talis autem eſt ſupremus angelus; cuius operatio maximè eſt in vno, quod eſt Deus, vnita. Vndè ſupremus omnium Angelorum eſt ſubiectum æui; non autem Lucifer.*** Et in reſponſione ad primum ſic ait. ***Operatio Luciferi auerſa eſt ab vno primo, & conuerſa ad multitudinem inferiorum rerũ, quarum primatum appetijt; & ſecundùm hoc dæmones decidunt à ſumma ſimplicitate æui.*** Hæc Diuus Thom.

S.Thom.

Vbi ſcito D. Thomam loqui de ſubiecto Aeui in genere ſubſtantiarum immaterialium completè ſubſiſtentium, quales ſunt Angeli, ſupra quos eſt anima Beatiſsimæ Virginis Mariæ ſuo coniuncta corpori, quæ ex amplitudine, & excellentia diuinæ gratiæ in ea receptæ, longè maiorem, quàm ſupremus omnium Angelorum, adepta eſt ſimplicitatem, & vniformitatem, ac proinde ſtatim, vt ad cæleſtis regni beatitudinem fuit eleuata, ſubiectum æui fuiſſet effecta, niſi præextitiſſet ibi ſuperior ſecundum gratiam anima Chriſti; Quã ideò exiſtimamus eſſe ſubiectum æui.

Ad cuius euidẽtiam tertiò notandum eſt, Deũ quædam efficere ad ordinem gratiæ pertinentia, quæ ſint proportionalia quibuſdam alijs ſub ordine naturæ concluſis, ſicut gratiam, & gloriam cõ-

A tulit Angelis gradibus naturalium proportionalem, vt ait inf. a S.D. quæſt. 62, art. 6. Quædam autem alia Deus operatur in natura, nulla reſpectu naturalium proportionalitate ſeruata, ſed ſuæ tãtùm habita ratione ſapientiæ, bonitatis, & prouidentiæ res in fines ab eo præfinitos ordinantis. Ex quibus ſupernaturalibus præcipuum eſt Myſteriũ Incarnationis cum omnibus gratiæ donis eidem annexis, & gratia B. Virginis Matris Dei, & alij gratiarum gradus, præſertim excellentes diuerſis hominibus à Deo collati. Cum igitur, ſolis attentis naturalibus, ſubiectum æui proprium, & naturale ſit Angelorum omnium ſummus, cui conſide-

B rato ſolo naturæ gradu maior conuenit gratia, q̃ cæteris Angelis, & animabus, dici non incongrue poteſt, ſubiectum æui per ſe loquendo eſſe ſupremum Angelorum inter beatos. Sed quoniam animæ Chriſti gratia collata fuit infinita, nulla reſpectu naturæ proportionalitate ſeruata, ideò quaſi per accidens ſubiectum æui fuit effecta. Quam ob cauſam exiſtimo S. Thomam, cũ loquitur de ſubiecto æui, nunquam de anima Chriſti meminiſſe: quia ſubiectum æui proprium, per ſe, & connaturale; ſaltem radicaliter, & fundamentaliter voluit aſsignare: æui namque ſubiectum ex naturæ perfectione, veluti prima radice, & fundamento con-

C ſtituitur, & gratia ſuperueniẽte completur, vt ante diximus. Illud igitur, cuius eſt natura nobiliſsima, & cui ſumma cõuenit gratia, ſi ſecundùm naturæ gradus ſit diſtribuenda, dici congruè poterit eſſe radicaliter, & fundamentaliter ſubiectum æui proprium, per ſe, & connaturale.

Subiectum æui poſſe quadruplex aſsignari: ſimpliciter tamen eſſe animam Chriſti; cuius exiſtentia diuerſa ratione eſt æuum, & æternitas.

QVartò diligenter conſiderandum eſt, poſſe nos quatuor modis loqui de ſubiecto æui: pri-

D mò abſolutè. Secundò ſtãdo infra limites puræ creaturæ. Tertiò in genere ſubſtantiarum immaterialium completè ſubſiſtentium. Quartò ſtando infra limites naturalium tantum.

Si primò modo ſermo ſit de ſubiecti æui; illud erit ſubiectum, quod abſolutè erit ſimpliciſsimũ; non tantùm ex natura, ſed etiam ex gratia; ſiue ſit pura creatura, ſiue non ſit.

Si ſecundò modo loquamur; illud erit ſubiecti æui, quod inter puras creaturas ſubſtãtialiter immutabiles erit ſimplicius; ſiue ex ſola natura, ſiue ex adiuncta diuina gratia.

Si verò de ſubiecto æui tertiò modo ſermo ſit illa ſubſtantia immaterialis completa ſubſiſten-

E erit æui ſubiectum, cuius ſubſtantia tam ex ſui natura, quã ex addita gratia erit immutabilior, aut minori mutabilitati coniuncta, ſiue magis à mutabilitate elongata.

Si de quarto modo ſit quæſtio; illud erit æui ſubiectum, cuius immutabilis ab intrinſeco ſubſtantia erit naturaliter minori mutabilitati coniuncta. Quartò modo tractatur hic à D. Thom. de ſubiecto æui. Tertiò modo tractauit in allegat.

quolibet

quolibeto, in quo etiã iaciuntur fundamenta primi, & ſecundi modi, vt patet ex verbis D. Thom. ſupra notatis. Quarto modo ſignificatur in vtroq; loco, quid dicendum ſecluſa à ſpirituali ſubſtantia ſupernaturali perfectione.

Quatuor æui ſubiecta diuerſa ratione.

Vnde, vt ſtatim dicemus, iuxta primam conſiderationem anima Chriſti eſt ſubiectum æui iuxta ſecundam primus omnium beatorũ poſt Chriſtum; hic autem quandoque fuit primus Angelus beatus, nunc autem eſt anima ſanctiſsimæ Virginis Mariæ ſuper omnes Angelorum Choros exaltata. Iuxta tertiam eſt primus Angelus beatus, iuxta quartam eſt Lucifer; Verum hæ duæ poſteriores conſiderationes ſunt ſecundum quid, & cũ abſtractione; prima autem eſt conſideratio ſimpliciter; quia eſt de re cum omnibus conditionibus in ea realiter inuentis: & ideo ſimpliciter anima Chriſti erit ſubiectum æui. Ad cuius euidentiam.

Quintò notandum eſt, exiſtentiã animæ Chriſti eſſe diuinam, & increatam, ſicut, & perſona Chriſti eſt hypoſtaſis increata. Et quemadmodũ perſona Verbi poteſt dupliciter conſiderari: Vno modo ſecundùm ſe: ideſt ſecundùm ea, quæ ſibi conueniunt tantùm ad intra: Alio modo, vt eſt hypoſtaſis humanæ naturæ, ideſt ſecũdùm ea, quæ ſibi conueniunt etiam ad extra; quatenus ſcilicet humana natura diuini Verbi perſonalitate ſubſiſtit; ita eſſe exiſtentiæ Verbi Dei poteſt dupliciter cõſiderari: Vno modo ſecundùm ſe: Alio modo, vt eſt eſſe humanæ naturæ, & animæ Chriſti; quatenus ſcilicet humana natura, & anima Chriſti eo exiſtit in rerum natura. Priori modo exiſtentia Verbi idem eſt, quod æternitas. Poſteriori modo eſt duratio animę Chriſti adiuncta eſſendi vniformitate, ſicut eſſet propria, & naturalis eiuſdem animæ exiſtentia, ſi eam haberet; ſupplet enim excellenter eius vices.

Eſſe animę Chriſti eſt æternitas, & æuum.

Et quoniam hoc eſſe, vt eſt animæ Chriſti, eſt ſimpliciſsimum, & maxime vnũ; quia, vt ſic, trahit animam ad conſortium ſummæ ſimplicitatis, & vnitatis, ideo poteſt, & debet appellari æuum. Quod probatur euidenti ratione deſumpta ex diffinitione æui: Nam, vt diximus, æuum eſt vnitas immutabilis vitæ mutabilitati coniunctæ; at eſſe animæ Chriſti, inquantùm eſt eius eſſe, eſt vnitas vitæ immutabilis mutabilitati coniunctæ; ergo eſt æuum.

Minor probatur quo ad primam partem: quia nomine vnitatis intelligimus ipſum eſſe, quatenus eſt in ſeipſo indiuiſum, & cõſequenter vnum; conſtat autem ſummam indiuiſionem, & vnitatẽ conuenire exiſtentiæ animæ Chriſti, vt eſt eius exiſtentia; quia eſt eſſe diuinum maximè vnum indiuiſibili modo creaturæ copulatum.

Quo ad ſecundã autem partem probatur; quia vita animæ Chriſti, immò vita ipſius Chriſti, vt nunc exiſtentiæ diuinæ coniuncta, immutabilis eſt ab intrinſeco, iuxta illud Apoſtoli Rom. 6. *Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.*

Tertiam demum partem diffinitionis eidem eſ-

A ſe animę Chriſti conuenire probatur: quoniam in anima Chriſti eſt mutabilitas operationum, tam ſecundum intellectum, & voluntatem, quàm ſecũdùm potentiam ad extra operantem.

Secundò probatur intentum principale: quoniã perſona Chriſti, vt perſona humana, ponitur in prædicamento; licet ſecundùm ſe ſit extra, & ſupra omne prædicamentum; ergo eadem ratione eſſe animæ Chriſti, vt eo exiſtit anima Chriſti, poterit eſſe æuum, quãuis ſecundum ſe ſit æternitas.

Tertio probatur; quoniam anima Chriſti eſt æuiterna, ſicut aliæ animæ; vel ergo menſuratur ab alio æuiterno, vel menſurat alia; primum dici
B non poteſt ſtantibus ſupra dictis; ergo ſecundum; ergo eius eſſe eſt æuum.

Poſtremò aduertendum, quòd quemadmodum eſſe primò cõuenit animæ noſtræ, deinde per eam corpori, & toti compoſito fit commune (vnde in ſeparatione illud idem eſſe, quod habebat in corpore illi communicatum, anima ad ſe retrahit, & eo ſola ſubſiſtit, aut exiſtit) ita exiſtentia diuina primò conuenit animæ Chriſti, & per eam corpori, & compoſito.

Aſſumpſit enim Filius Dei carnem mediante anima, & totum mediantibus partibus ſecũdùm ordinem exequutionis; quamuis recedente anima
C Chriſti à corpore in die paraſceues non per hoc ſeparatum fuerit eſse diuinum à corpore; quia anima fuit medium aſſumptionis in fieri, non in facto eſſe; & perſona diuina non ſolùm toti, ſed etiã partibus ſecundùm ſe fuit vnita. Igitur meritò diximus æuum eſſe in anima Chriſti, quia illi per ſe primò conuenit naturalis ſimplicitas, & vniformitas, quæ etiam per ſe primò perficitur per gratiam vnionis, & per gratiam habitualem, & gloriam; & per eam corpus, & totum compoſitum.

Vnde per hoc non excluditur, quin æuum ſit in Chriſto ſubiectiuè, ſed aſſerimus hoc illi conuenire ratione animæ, cui primò conuenit ſimplicitas,
D & incorruptibilitas, & per eam corpori.

Æuum eſt in Chriſto ſed ratione animę.

Quare dato, quod eſſe per ſe primò conueniat compoſito, non inde tamen ſequitur eidem per ſe primò conuenire rationem æui; quoniam eſſe, non quomodocunque rationem habet æui; ſed quatenus vniforme perſeuerat indeficiens ab intrinſeco. Dicitur autem eſſe indeficiens ab intrinſeco, quatenus in re per illud eſſe exiſtente non eſt potentia ad non eſſe, vel ad aliud eſſe. Conſtat autẽ in Chriſto, quo ad conditionem naturæ paſsibilis fuiſſe potentiam ad non eſſe, quo ad totum ipſum compoſitum, licet in anima, & corpore fuerit ſemper idem ſuppoſitum, & idem eſſe; quod autem
E nunc in ipſo toto Chriſto non ſit potentia ad non eſſe, ex ipſa anima eſt; à qua immortalitas glorioſa redundat in corpus, & in totum compoſitum. Igitur eſſe Chriſti, vt habens rationem æui, per ſe primò conuenit animæ, in qua nulla eſt ab intrinſeco potentia ad non eſſe.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio. Vnum eſt tantùm æuum, quod eſt omnium æuiternorum menſura exiſtens in

primo æuiterno. Hæc eſt ſecunda concluſio D.Th. in hoc articulo, Cuius probatio patet ex dictis.

Secunda concluſio. Aeuum menſurat æuiterna, quo ad durationem, ſicut etiam motus primi cœli menſurat reliquorum motuum durationem, & nõ tantùm rectitudinem, vel obliquitatem.

Probatur: Aeuum eſt formaliter duratio, ſicut, & tempus; ergo æuum, vt duratio formaliter men ſurat reliquorum æuiternorum durationes, quate nus etiam illæ formaliter durationes ſunt, & ſimi liter tempus durationes aliorum motuum: Antecedens patet ex dictis.

Ariſtot. Conſequentia probatur auctoritate Ariſt. deci mo metaph.text.quarto, vbi ait. *Semper autem cognatum eſt metrum; magnitudinum enim magnitudo, & ſecundùm vnumquodque, & longitudinis longitudo, &c.* At hæc formaliter mẽſurant, vt talia ſunt; ergo etiam duratio menſurat durationem, vt ſic, & talis duratio talem durationem; puta duratio primi æuiterni durationem aliorum æuiternorũ, & duratio primi motus durationem reliquorum motuum.

Et confirmatur; quia longè diuerſarum rationum ſunt duratio, & rectitudo, vel obliquitas; igitur diuerſarum etiam rationum menſuras requirunt, iuxta prædictam doctrinam Ariſt.

Tertia cõcluſio. Stando infra limites puræ creaturæ ſubiectum æui eſt Beatiſsima Virgo Maria. Hæc ſatis eſt probata.

Quarta concluſio ſtãdo præciſè in genere ſubſtantiarum ſpiritualium complete ſubſiſtentium, & per ſe loquendo ſubiectum Aeui eſt primus Angelus beatus. Hæc patet ex diſcurſu D.Thomæ ſupra notato ex Quol.5.& ex 3.fundamento.

Quinta concluſio. Stando infra limites naturalium, & præſcindendo à ſupernaturalibus Lucifer eſt ſubiectum æui. Probatur ex dictis: Quoniam eius eſſe, & naturalis operatio eſt ſimpliciſsima inter omnia eſſe, & operationes naturales cæterorum Angelorum ſola eorum attenta natura, præciſa ſcilicet gratia, & peccato.

Sexta concluſio. Simpliciter loquendo, neque Lucifer, neque aliquis Angelus beatus neque beata virgo eſt ſubiectum æui. Hæc concluſio ex dictis ſufficientes habet probationes.

Vltima concluſio. Anima Chriſti abſolutè loquendo eſt per ſe primò ſubiectum æui, & per ipſam totum compoſitum, quod eſt Chriſtus. Hæc concluſio ex poſtremò fundamento efficaciter, vt arbitror, eſt probata.

Argumenta, & ſolutiones.

Scotus. Durandus. Caietan. COntra primam concluſionem ſunt argumenta Scoti, & Durandi, relata, & ſoluta à Capreolo, Caietano, & alijs expoſitoribus Thomiſtis, ad quos Lectorem remittimus.

Bannes. Zumel. Contra quartam concluſionem argumentatur Bannes, & Zumelius. Primo: Vniformitas in duratione non eſt mutata in Lucifero per peccatum; ergo in illo eſt Aeuum. Antecedens probatur: Nam quamuis factus fuerit deformis per peſsimam vo A luntatem, & iniquas cogitationes, in naturalibus tamen manſit ſecundum eſſe vniformis; ergo.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens; Ad probationem dicitur, quòd vniformitas æui, non tantũ attenditur penes durationem eſſe ſubſtantialis; in quo nulla eſt difformitas; ſed etiam ſecundùm annexas operationes.

Itaque illud æuiternum erit ſubiectum æui, cuius eſſe inuariabile minorem habebit annexam operationum varietatem. Conſtat autem in Lucifero maximam eſſe varietatem operationum; vt ſupra probatum eſt, etiam ex D. Thom. in allegato quolibeto.

B Secundò. Primus Angelus erat ſuprema Angelorum ſpecies; quę non eſt ablata per peccatum; ergo manſit in eo menſura aliorum ſecundum eſſe. Probatur conſequentia: quia homo, quamuis habeat peccatum, ſemper eſt mẽſura aliorum animalium; quoniam eſt perfectiſsima ſpecies; ergo idem erit in Angelo ſupremo.

Reſpondetur negando conſequentiam: nam, licèt non fuerit ablata ſpecies, diminuta tamen eſt vniformitas multipliciter, vt oſtenſum eſt. Ad probationem negatur conſequentia: quoniam non eſt ſimile, quod affertur pro ſimili: Nam homo nõ eſt menſura durationis, ſed perfectionis ſubſtãtialis; C quæ non variatur per peccatũ, ſicut variatur vniformitas durationis variata immutabilitate, & augetur aucta immutabilitate.

Et præterea homo deterioratus eſt quidẽ propter peccatum, ſed animalia reliqua non ſunt meliorata; at verò primus Angelus per peccatum deterioratus eſt, reliquis interim beatis Angelis melioratis ex coniunctione ad Deum.

Contra vltimam argumentatur Capreolus. Capreol.

Primò. Quoniam S.Thom. nullibi fecit mentionem de anima Chriſti, quòd eſſet ſubiectum æui; ergo ſecundùm illius mentem anima Chriſti non eſt ſubiectum æui.

D Reſpondetur primò hoc haberi per neceſſariã conſequentiam ex hoc articulo adiuncta eidẽ doctrina prædicti Quolibeti de perfectione ſimplicitatis, & vniformitatis addita æuiterno per gratiam.

Nec fuit neceſſariũ ad magis particularia deſcendere. Secundò dico S.Thom. vbi de hac materia loquitur, tractaſſe ſolùm de æuo, & eius ſubiecto ſecundùm naturalem rerum ordinem; vt videtur feciſſe in hoc articulo; aut infra limites ſubſtantiæ ſpiritualis complete ſubſiſtentis, ſicut in dicto Quolibeto; non enim indicauit expediens quæſtioni de æuo immiſcere arcana myſterij incarnationis.

E Secundò eſſe diuinum non eſt æuum, ſed æternitas; at eſſe animæ Chriſti eſt eſſe diuinum; ergo non eſt æuum, ſed æternitas. Eodem argumento vtitur Benedictus Pererius libro 12. de communibus rerum naturalium principijs, capitulo quartodecimo. Pererius.

Ad hoc argumentum reſponſum eſt ſupra in quinto notabili.

Contra eandem concluſionem argumentatur

Syluester.

Sylueſter. Sylueſter. Tria faciunt ſubiectum æui. Primum, quod menſuretur æuo. Secundum, quòd illud eleuetur in participationem æternitatis. Tertium, quod inter alia ſit primum; ergo anima Chriſti non eſt ſubiectum æui. Conſequentia probatur: quia anima Chriſti non habet nobiliſsimè tale eſſe, & talē operationem, quæ eſt naturalis. Antecedens probatur: Quia tria faciunt aliquid eſſe ſubiectum tēporis. Primum, quod menſuretur tempore. Secundum, quòd illud eleuetur ad participandum menſuram ſuperiorem, ſcilicet æuum. Tertium, quòd inter alia ſit nobiliſsimum; ergo illud eſt ſubiectum æui, in quo tria poſita in antecedente inueniuntur.

Reſpondetur negando conſequentiam: Ad probationem negatur antecedens loquendo de eſſe animæ Chriſti: Nam illud abſque Controuerſia eſt nobiliſsimum; Et licèt non ſit eſſe naturale animę Chriſti, ſuppleт tamen actum eſſe naturalis, & pręſtat excellentiori modo, quidquid præſtari poſſet ab eſſe naturali ſecluſis imperfectionibus.

Quo ad operationem autem naturalem nobiliſsimam, negamus illam eſſe neceſſariam ad ſubiectum æui: ſufficit enim nobilitas, per ſe primò menſurabilis, quod eſt eſſe: nec D. Thom. illam requirit. Secundo negatur antecedēs primi enthimematis; ſi loquatur de nobilitate, aut primitate ſecundùm eſſe ordinis naturalis, vt patebit ex ſolutione ſeqtentis argumenti.

Iauellus. Contra eandem argumentatur Iauellus. S. Tho. Quol. 5. art. 7. determinat ęuum eſſe ſubiectiuè in æuiterno ſimpliciori ſecundùm ſubſtantiam, & ſecundùm operationem beatiſicam coniunctim, & non diuiſim; at anima Chriſti nō eſt ſimplicior ſecundum ſubſtantiam; ergo non eſt ſubiectū ęui.

Reſpondetur S. Thom. in dicto Quolibeto eodē modo ſumere ſimplicitatem ſecundùm ſubſtantiam, ſiue eſſentiam, quo ſumit ſimplicitatem ſecūdùm operationem; quando autem ibi loquitur de ſimplicitate operationis, ſumit ſimplicitatē, prout eſt perfecta per gratiam, vt patet in illis verbis. *Talis autem eſt ſupremus omnium Angelorum, cuius operatio maximè eſt in vno, quod eſt Deus, vnita*. Eadem ergo ratione vult S. Thom. eſſentiam eius, qđ eſt ſubiectum æui, eſſe ſimpliciſsimā, ſcilicet ſimplicitate per gratiam (quæ in ipſa eſſentia eſt,) completa.

Sententiam hanc de ſubiecto ęui iam temporis vetuſtate, & antiquorum Theologorum neglectu collapſam, ac multorum impugnatione conuulsā, à fundamentis ereximus, rationum, ac diſtinctionum propugnaculis communiuimus, & explicationibus illuſtrauimus, dum in Studio Bononienſi primariæ cathedræ munere fungeremur, eamque ab auditoribus exceptam, & euulgatam, vidimus à multis etiam doctiſsimis viris fuiſse receptam.

A

QVAESTIO XI.

De vnitate Dei, in quatuor articulos diuiſa.

POST præmiſſa, conſiderandum eſt de diuina vnitate.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

Primo. Vtrum vnum addat aliquid ſuper ens.

Secundò. Vtrum opponantur vnum, & multa.

B Tertiò. Vtrum Deus ſit vnus.

Quartò. Vtrum ſit maximè vnus.

Ratio ordinis huius quæſtionis, & articulorum eius.

DIſſerit Caietanus de ordine huius quæſtionis ad præcedentes: cuius reſolutio optima eſt. Iauellus alia via eundem ordinem ſuſtinet. Caiet. Iauellus.

Ordo verò articulorum præſentis quæſtionis hic eſt. Agit primò S. Thom. de vno ſecundùm illius communem rationem in primis duobus articulis. Quorum rationem tradit Iauellus ſuper hoc art. Deinde in a-

C lijs duobus de eodem agit, quatenus reperitur in Deo. In primo artic. tractat de ratione formali vnius, qua diſtinguitur ab ente. In ſecundo de quadam illius proprietate, quæ eſt oppoſitio. In tertio agit de vnitate Dei abſolutè. In quarto de eadem comparatiuè.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum vnum addat aliquid ſuper ens.

AD primum. Sic proceditur. Videtur, quòd vnum addat aliquid ſupra ens. Omne enim, quod eſt in aliquo genere determinato, ſe habet ex additione ad ens, quod circuit omnia genera. Sed vnū eſt in genere determinato; eſt enim principium numeri, qui eſt ſpeciei quantitatis; ergo vnum addit aliquid ſupra ens.

D

51 q. 10. ar. 3. c. Et 1 diſ. 24. 3. c. Et 3. metaph. l. 12. & 13. ſi.

Præterea: Quod diuidit aliquod commune, ſe habet ex additione ad illud; Sed ens diuiditur per vnum, & multa; Ergo vnum addit aliquid ſupra ens.

E Præterea. Si vnum non addit ſupra ens, idē eſſet dicere vnum, & ens; Sed nugatorie dicitur, ens ens; Ergo nugatio eſſet dicere ens vnum, quod falſum eſt; Addit igitur vnum ſupra ens.

Sed contra eſt, quod dicit Dionyſ. vltim. c. de diuin. nom. Nihil eſt exiſtentium non participans vno. Quod non eſſet, ſi vnum adderet ſupra ens, quod contraheret ipſum; ergo Cap. 9 nō multum procul à princip. D. 59.

vnum

vnum non habet ſe ex additione ad ens.

Reſpondeo. Dicendum, quòd vnum non addit ſupra ens, rem aliquam, ſed tantùm negationem * diuiſionis. Vnum enim nihil aliud
99 ſignificat, quàm ens indiuiſum. Et ex hoc ipſo apparet, quòd vnum conuertitur cum ente: Nam omne ens, aut eſt ſimplex, aut compoſitum. Quod autem eſt ſimplex, eſt indiuiſum, & actu, & potentia. Quod autem eſt compoſitum, non habet eſſe, quandiù partes eius ſunt diuiſæ: ſed poſtquam conſtituunt, & componunt ipſum compoſitum. Vnde manifeſtũ eſt, quòd eſſe cuiuslibet rei conſiſtit in indiuiſione. Et inde eſt, quod vnumquodque, ſicut cuſtodit ſuum eſſe, ita cuſtodit ſuam vnitatem.

Ad primum. Igitur dicendum, quòd quidã putantes, idem eſſe vnum, quod conuertitur cum ente, & quod eſt principium numeri, diuiſi ſunt in contrarias poſitiones. Pythagoras enim, & Plato videntes, quòd vnum, quod cõuertitur cum ente, non addit, aliquàm rem ſupra ens; ſed ſignificat ſubſtantiam entis, prout eſt indiuiſa, exiſtimauerunt ſic ſe habere de vno, quod eſt principium numeri. Et quia numerus componitur ex vnitatibus, crediderũt, quòd numeri eſſent ſubſtantiæ omnium rerũ. E contrario autem Auicen. conſiderans, quòd vnum, quod eſt principium numeri, addit aliquam rem ſupra ſubſtantiam entis (aliàs numerus ex vnitatibus compoſitus non eſſet ſpecies quantitatis.) credidit, quòd vnum, quod conuertitur cum ente, addat rem, aliquam ſuper ſubſtantiam entis, ſicut album ſupra hominem; Sed hoc manifeſtè falſum eſt; quia quælibet res eſt vna per ſuam ſubſtãtiam. Si enim per aliquid aliud eſſet vna quælibet res, cùm illud iterum ſit vnum, ſi eſſet iterũ vnum per aliquid aliud, eſſet abire in infinitum. Vnde ſtandum eſt in primo.* Sic igitur dicendũ eſt, quòd vnum, quod conuertitur cum ente, non
b addit aliquam rem ſupra ens: *ſed vnũ, qđ eſt
29 principium numeri addit aliquid ſupra ens,
1 ad genus quantitatis pertinens.
33

Ad ſecundum dicendum, quòd nihil prohibet id, quod eſt vno modo diuiſum, eſſe alio modo indiuiſum: ſicut, quod eſt diuiſum numero, eſt indiuiſum ſecundùm ſpeciem; & ſic contingat aliquid eſſe; vno modo vnum; alio modo multa. Sed tamen ſi ſit indiuiſum ſimpliciter; vel quia eſt indiuiſum ſecundùm id, quod pertinet ad eſſentiam rei, licèt ſit diuiſũ quantùm ad ea, quæ ſunt extra eſſentiam rei: ſicut, quod eſt vnum ſubiecto, & multa ſecundùm accidẽtia; vel quia eſt indiuiſum in actu, & diuiſum in potentia; ſicut quod eſt vnum toto, & multa, ſecundùm partes; huiuſmodi erit

A vnum ſimpliciter, & multa ſecundum quid. Si verò aliquid econuerſo ſit indiuiſum ſecundũ quid, & diuiſum ſimpliciter, vt pote, quia eſt diuiſum ſecundùm eſſentiam, & indiuiſum ſecundùm rationem, vel ſecundum principium, ſiue cauſam; erunt multa ſimpliciter, & vnum ſecundùm quid; vt quæ ſunt multa numero, & vnum ſpecie, vel vnũ principio. Sic igitur ens diuiditur per vnum, & multa, * quaſi per vnũ ſimpliciter, & multa ſecundùm quid: Nam, & 18
ipſa multitudo non contineretur ſub ente; niſi cõtineretur aliquo modo ſub vno. Dicit enim
B Dionyſ. vltim. cap. de diuin. nom. quod non eſt multitudo non participas vno; ſed quæ ſunt multa partibus, ſunt vnum toto; & quæ ſunt multa numero, ſunt vnum ſpecie; & quæ ſunt ſpeciebus multa, ſunt vnum genere: & quę sũt multa proceſsibus, ſunt vnum principio.

Ad tertium dicendum, quòd ideo nõ eſt nugatio, cum dicitur ens vnum, quia vnum addit aliquid ſecundùm rationem ſupra ens.

Forma Textus.

C *PRima concluſio eſt. Vnum non addit ſuper ens rem aliquam, ſed tantùm negationem diuiſionis. Probatur: Vnum ſignificat ens indiuiſum; ergo. Secundò probatur eadem concluſio in reſponſione ad primum: Si per aliquid aliud, quàm per ſuam ſubſtantiam, quælibet res eſſet vna; ſequeretur proceſſus in infinitum; ergo quælibet res per ſuam ſubſtantiam eſt vna. Conſequẽtia probatur: quia, ſi res eſt vna per aliquid aliud, illud etiam erit vnum per aliquid aliud, & ſic in infinitum.*

Secunda cõcluſio. Vnum conuertitur cum ente. Probatur tripliciter: Primò ex præcedente: Nam, ſi vnum non addit rem aliquam ſuper ens, niſi negationem diuiſionis; ergo cum ente conuertitur. Secundò ſic: eſſe cuiuslibet rei conſiſtit in indiuiſione; ergo in vnitate. An-
D *tecedens probatur: Omne ens, aut eſt ſimplex, aut compoſitum; ſed eſſe vtrinſque conſiſtit in indiuiſione; ergo. Minor probatur: primò quo ad primam partem: Nam quod eſt ſimplex, eſt indiuiſum actu, & potentia: Quo ad ſecundam verò, quia quod eſt compoſitum, non habet eſſe, quandiù partes eius ſunt diuiſæ; ſed poſtquam conſtituunt, & componunt ipſum totum. Tertiò probatur concluſio à ſigno: quia, vnumquodque ſicut cuſtodit ſuũ eſſe, ita cuſtodit ſuam vnitatem.*

Expoſitio Textus.

E ADuertè vim ſecundæ probationis primæ concluſionis in hoc poſitam eſſe, quòd in tranſcendentibus concretum prædicatur de abſtracto: Nam entitas eſt ens, & vnitas eſt vna. Vndè in tranſcendentibus, quod habet rationem abſtracti, ſiue quo, habet etiam rationẽ concreti, ſiue quod. Si igitur vnum addit rem aliquã ſuper ens, quæ ſit vnitas, qua ens eſt vnum, res illa erit natura quædam; ergo vna. Cõſequentia probatur:

Digitized by Google

batur: quia omnis natura, ſiue ſit ſubſiſtens, ſiue ſit adiacens, vt accidens, vel vt modum habens accidentis, ſemper eſt vna; vt patet inductiuè in albedine, relatione, & alijs.

Controuerſia vnica.

An vnum, quo ad ſuum formale dicat entitatem, & perfectionem, an ſolam indiuiſionem, ſeu negationem.

Sententiæ Expoſitorum.

HAec quæſtio, quoniam metaphyſicalis eſt, ſummis hic erit vix tantùm labijs attingenda, ne laborem Theologicis explicãdis myſterijs debitum plus nimio in humanæ ſapientiæ ſubtilitatibus inſumamus.

Bannes. Zumel. Vaſquez. Dominicus Bannes, & Zumellus ſuper hoc artic. & Vaſquez infra quæſt. 30. artic. 3. ſequentes Scotum ſentiunt rationem formalem vnius eſſe poſitiuam quandam entitatem, & perfectionem; Sed Zumellus alteram etiam partem tuetur, vt ꝓbabilem, oppoſitum docet hic S. Thom. quem omnes alij eius expoſitores ſequuntur; S. Tho. videtur autem diſſenſio hæc, inter Thomiſtas præſertim, non eſſe de re, ſed de ſolo modo loquendi. Ad cuius euidentiam.

Reſolutio.

Explicatur ratio formalis, vnius, & vnitatis, & modus definiendi iuxta duas oppoſitas ſententias.

NOtãdum eſt primò nullam entis paſsionem poſſe addere quidquam reale ſuper ens; cũ omnis realitas, ſiue ſit ſubſtantia, ſiue accidens, ſiue modus, entitas quędam ſi; alioquin nihil eſſet. Vnde, vt ſtatim dicemus, ens intrinſecè clauditur in qualibet eius paſsione, quod cæteris ſpecialium paſsionum ſubiectis minimè conuenit.

Secundò ſciẽdum eſt, quamlibet paſsionem entis intrinſecè duo claudere; vnum, quod eſt materiale. Aliud, quod eſt formale. Id, quod eſt materiale, eſt ens; quod ſe habet ad inſtar generis, & Paſsionũ entis formale, & materiale. communis ſubiecti reſpectu omnium paſsionum; & eſt illud, in quod omnes conceptus reſoluũtur, & quod de omnibus rebus, rerum rationibus, differentijs, paſsionibus, & modis quidditatiuè prædicatur; in quo deniq; conueniunt omnes paſsiones entis. Quo fit, vt paſsiones entis non poſſint addere ſuper ens modos aliquos intrinſecos formaliter omnino ab entitate diſtinctos; cũ omnis entis modus formaliter entitas quædam ſit; aut ergo ſolam aliquam addunt negationem, vel intelligibilem relationem; vel certè maiorẽ quãdam alicuius perfectionis expreſsionem, quàm ſolius entis nomine fieri poſsit. Hoc verò ſuperadditum, quodcunque illud ſit, neceſſe eſt eſſe formale paſsionis conſtitutiuum, & vnius ab altera diſtinctiuum. Omnis igitur entis paſsio, puta vnum, verum, bonum, &c. ſignificat aliquid, vt formale, & aliquid, vt materiale. Significat autem id, quod

A eſt materiale, vt ſtat ſub formali: Verbi cauſa, bonum ſignificat ens, vt appetibile; ita vt ens ſit materiale; appetibile autem formale. Eodem igitur modo prima paſsio entis, quæ eſt vnum, ſignificat ens, quatenus eſt indiuiſum; ita vt ens ſit materiale, indiuiſio autem formale.

Sed differentia eſt in modo concipiendi; nã Caietanus, & complures alij nomine vnitatis, qua vnum conſtituitur, quod eſt paſsio entis, intelligũt ſolam, & meram negationem diuiſionis; & ideo dicunt vnum formaliter importare tantùm negationem. Banneus autem, & Zumellus, & alij nomine vnitatis intelligũt entitatem indiuiſam, qđ Vnitas, qd formaliter ſignificet. Caiet. Bannes. Zumell.

B eſt poſitiuum cum priuatione; ita vt, quemadmodum entitate conſtituitur ens, ita entitate indiuiſa ſignificata nomine vnitatis conſtituatur ens indiuiſum. Iuxta priorem ſententiam eadem ferè erit ratio de vno, quod eſt paſsio entis, & de alijs rerũ paſsionibus, non ſimpliciter, ſed quo ad modum ſignificandi, & definiendi: Nam omnes aliæ rerum paſsiones, ſi definiantur, vt concreto nomine ſignificatæ, ſubiectum earum, quod materialiter per nomen ſignificatur, ponitur in recto loco generis in diffinitione; nam diffiniendo ſimum dicitur, ſimum eſt naſus curuus; quia tũc concipiuntur, & diffiniuntur ad modum ſubſtantiarum cõ-

C poſitarum, in quibus ratio generis ſumitur à materia. Si verò diffiniantur, vt in abſtracto conceptæ, & ſignificatæ, ſubiectum obliquè ſignificatũ ponitur loco differentiæ; quia paſsiones ex proprijs principijs ſubiecti cauſantur. ita docet S. Thom. in 7. cap. de ente, & eſſentia circa finem. Similiter ergo iuxta primam ſententiam, ſi concipiatur, & ſignificetur vnum, quod eſt paſsio entis, in concreto, in eius diffinitione, ſiue deſcriptione ponetur ens in recto ad inſtar generis dicendo; vnum, eſt ens indiuiſum. Si verò ſignificetur in abſtracto, videlicet nomine vnitatis, ponetur ens in obliquo in eius diffinitione loco differentiæ: Nam Diffinitio paſsionis. S. Thom. Diffinitio vnius, & vnitatis.

D dicemus; vnitas eſt indiuiſio entis. Et quemadmodum ſubiectum extraneum eſt ab accidente proprio, ita vnitas ſecundùm hanc ſententiam extranea eſt ab ente, cum ſit ſola negatio. At ſecundùm aliam ſententiam ſemper vnitas includit ens in recto; nam, ſi diffiniatur in concreto, dicitur; vnum eſt ens indiuiſum. Si autem diffiniatur in abſtracto, dicitur; vnitas eſt entitas indiuiſa; itaque in ratione vnius concretè ſumpti includitur in recto ens concretè ſumptum. Et in eiuſdem abſtractè ſumpti ratione includitur etiam in recto ens abſtractè ſumptum.

E Ex dictis ſequitur hæc vnica Concluſio; Vnũ de formali nõ dicit entitatẽ realem, & perfectionẽ, ſed materialiter tm̃ ſignificat entitatẽ, formaliter autem indiuiſionem, quæ mera negatio eſt. Concluſio

Argumenta, & ſolutiones.

COntra concluſionem argumentãtur Bannes, & Zumellus. Bannes. Zumell.

Primò S. Thom. 10. metaphyſ. lect. 4. eam videtur tenere ſententiam, quæ docet vnum de formali di-

li dicere entitatem, & perfectionem.

Reſpondetur S. Thomam ibidem nihil aliud dicere, niſi vnum opponi multitudini, quatenus cōſideratur, vt in ſe perfectum, & ſpeciem quandam habens. Et addit: *Quia, quod eſt vnum, non eſt multa, neque è contra*. Quibus verbis apertè declarat, ſe nihil aliud voluiſſe ſignificare, quàm vnum, licèt formaliter ſit nomen negatiuum, poſſe tamen eius ſignificatum concipi ad modum rei perfectè ſpeciem habentis; quæ per propriam formam ab alio diſtinguitur, & alteri opponitur. Hoc verò cōmune eſt etiā negationibus, & priuationibus; quæ ad modum entis ſpeciem, & formam habentis cōcipiuntur, cum à nobis intelliguntur. Propter qđ Ariſt. in quarto metaphyſ. tex. 2. Analogiam entis extendit vſque ad non entia. Hunc modum, quo indiuiſio nomine vnius ſignificata concipitur ad modum entis, intellexit, & ſubtiliter expreſſit Caietanus in ſequenti articulo in reſponſione ad ſecundum. Poſſet ſecundò dici vnum eſſe perfectū ratione incluſę entitatis, vt ſubſtat indiuiſioni formaliter ſignificatæ. *Ariſtot.*

Secundum. Vnum eſt realis paſsio entis; ergo non dicit de formali indiuiſionem, ſed perfectionem. Patet conſequentia: nam ens rationis nō poteſt eſſe paſsio entis realis.

Reſpondetur primò falſum eſſe antecedens: Nā ens non habet paſsiones reales; quæ ſcilicet ab eo ſint realiter diſtinctæ, aut ex natura rei; ſed habet tantùm paſsiones demonſtrabiles.

Secundò dicitur ens habere paſsiones reales in hoc ſenſu; quod eius paſsiones ſignificant aliquid reale: Nā vnum ſignificat hoc reale, quod eſt ens indiuiſum, & bonum ens appetibile, & ſic de ſingulis; non tamen ſequitur; ergo vnum non dicit de formali indiuiſionem. Ad probationem conſequētiæ negatur conſequentia: ſupponit enim nos dicere vnum ſignificare ſolam indiuiſionem; cū apud nos ſignificet ens indiuiſum, licèt ſola indiuiſio ſit formaliter ſignificata.

Tertiò. Iſta paſsio probatur à metaph. per principia entis realis; ergo non eſt ens rationis de formali. Patet conſequentia: nam ens rationis non oritur ex principijs intrinſecis entis realis.

Reſpondetur falſam eſſe conſequentiam loquēdo de ente rationis, quod eſt priuatio: Ad probationem negatur Antecedens: quoniam priuatio formarum eſt in materia nullo intellectu conſiderante, & Sortes nullo intellectu conſiderāte in ſeipſo indiuiſus eſt, & tales priuationes oriuntur ex intrinſecis rerum principijs. Sed ab intellectu cōcipiuntur, vt entia; & ideo dicūtur entia rationis.

Quartò. Deus eſt ſimpliciter vnus; ergo vnum dicit perfectionem. Patet conſequentia: nam quę dicuntur de Deo ſimpliciter, dicūt perfectionem.

Reſpondetur falſam eſſe conſequentiam: Ad probationem negatur Antecedens: Nam multa dicuntur de Deo ſimpliciter, quæ ex ſuo formali ſignificato non dicunt perfectionem, vt relationes, & nomina negatiua, vel priuatiua; ſicut etiam ſupra diximus de ſimplicitate.

Zumellus. Quintò. Arguit Zumellus: Vnitas numeralis

A propterea eſt naturæ poſitiuæ apud S. Thom. quia vel eſt ipſa quantitas continua, vel eſt eſſe quantitatis indiuiſum; ſed vnitas tranſcendentalis, vel eſt ipſa ſubſtantia, & entitas cuiuslibet rei, vel eſſe ſubſtantiæ, & entitatis; ergo vnitas tranſcendentalis formaliter eſt poſitiua.

Reſpondetur propriam cauſam, ob quam vnitas numeralis eſt formaliter poſitiua, non eſſe, quia dicat quantitatem, vel eſſe quantitatis; ſed quia addit alterum dictorum ſupra rem, quæ dicitur vna, tanquam rem, ſeu entitatem ab ea realiter diſtinctam, quòd non contingit in vno tranſcendentali.

B Sed contra hanc reſponſionē inſurgit Vaſquez: quoniam ex hac reſpōſione ſequitur magnum abſurdum, nempè numerum de prædicamento quantitatis formaliter, non niſi priuationibus conſtare, quod ſi dicatur vnitatem numeri, qui collocatur in prædicamento, eſſe in quantitate continua, inſtat dicens. Parum refert; quoniam quantitas continua non eſt ratio formalis vnitatis, ſed materiale ſubiectum; alioquin vna ſpecies quantitatis ſecundùm rationem formalem, ſcilicet ſecundùm continuitatē componeret aliam, nempè numerum. Vnitas verò conſideratur à mathematico abſtracta à quauis materia, & quantitate corporis; ergo ratio formalis vnitatis eſt, qđ poſitiuū, quamuis à nobis negatione commodius explicetur. *Vaſquez.*

C Reſpondetur negando ſequelam magni inconuenientis: quoniam vnū numerale dicit eſſe quantitatis, prout eſt indiuiſum; & idem etiam dicit aliquid reale additum quantitati per ſe ſumptæ. Et quando arguit dicens hoc parum referre; quoniam quantitas continua non eſt ratio formalis vnitatis, ſed materiale ſubiectum.

Reſpondetur ex noſtra poſitione non ſequi quātitatem continuam eſſe rationem formalem vnitatis; ſed tantùm ſequitur, quòd eſſe quantitatis continuæ, vt indiuiſum, ſit ratio formalis vnitatis, ipſa verò quantitas ſit materiale ſubiectum:

D Nam Socrates dicitur vnus vnitate numerali, quatenus habet eſſe ſuæ quantitatis continuæ in ſeipſo indiuiſum. Vnde quantitas, cuius eſt tale eſſe, materialiter tantùm cōcurrit. Cum autem addit, vnitatem conſiderari à mathematico abſtractam à quauis materia, & quantitate corporis, dicitur falſum eſſe vnitatem à mathematico conſiderari abſtractam, etiam à quantitate corporis, licèt nō conſideret talem quantitatem, prout eā actu corpus afficitur; alioquin, ſi realem quantitatem mathematicus non conſideraret, non eſſet mathematica ſcientia realis. *Mathematicus quo conſideret quantitatē.*

E Sextò ſic arguit Zumellus: Si argumentum D. Thom. in reſponſione ad primum aliquid probaret, etiam concluderet, quòd bonum, vt bonum, nō importat naturam poſitiuam, ſed priuatiuam: quoniam omne ens eſt bonum bonitate; tūc quęritur, an illa bonitas ſit ens, vel non, &c. *Zumellus.*

Reſpondetur negando conſequentiam: Ad probationem dicitur, quod per illum diſcurſum probatur tantùm nullā entis paſsionem addere aliquid

quid

Digitized by Google

S. Tho. quid realiter diſtinctum ab ente; quod ibi S. Tho. intendit probare de vno contra Auicennam, vt patet.

Vaſquez. Septimò. Arguit Vaſquez auct. Ariſt. 10. metaphyſ. tex. 9. vbi ait vnum, & multa opponi contrariè, idque multis verbis perſuadere nititur ex ipſo tex. Ariſtot.

Sed omnia vnica reſponſione diluuntur. Reſpõſio verò habetur ex interpretatione D. Thom. S. Tho. ſuper illo tex. Qui ſic ait: *Sed, cum dixerit, quòd vnum, & multitudo opponuntur, ſicut indiuiſibile, & diuiſibile; quæ videntur opponi ſecundùm priuationem, & habitum, concludit tamen, quòd vnum, & multitudo opponuntur vt contraria. Oppoſitio enim, quæ eſt ſecundùm priuationem, & habitum, eſt principium oppoſitionis, quæ eſt ſecundùm cõtrarietatem. Alterum enim contrariorum ſemper eſt priuatio; ſed non priuatio pura; ſic enim non participaret naturam generis; cũ contraria ſint in eodem genere. Oportet igitur, quòd vtrúque contrariorum ſit natura quædam, licèt alterum eorum participet naturam generis cum quodam defectu; ſicut nigrum ſe habet ad album; Quia igitur vnum non ſignificat priuationem puram (nõ enim ſignificat ipſam indiuiſionem, ſed ipſum ens indiuiſum) manifeſtum eſt, quòd vnum, & multitudo non opponuntur ſecundùm priuationem puram, & habitum, ſed ſicut contraria.* Hæc D. Thom. Ex quibus verbis manifeſtè patet mentem Ariſt. & D. Thom. non eſſe ponere oppoſitionem contrariam propriè dictam inter vnum, & multa; cum in nullo genere conueniant; ſed tantũ ſignificare quendam oppoſitionis contrariæ modum; qui in hoc conſiſtit; quòd, ſicut multitudo non dicit ſolã priuationem; ita nec vnum; & ideo non poſſunt opponi præcisè, vt habitus, & priuatio: ſed eorum oppoſitio aſsimilatur oppoſitioni contrariæ ratione dicta. Ex quo oppoſitionis modo non tollitur, quin vnum de formali dicat priuationem. Quòd autem hæc ſit mens D. Thom. ex eo patet; quoniam in ſequenti articulo, vbi tractat de oppoſitione vnius ad multa, nullam facit mentionem de oppoſitione contraria.

Caiet. Scotus. Iauellus. Præter hæc argumenta ſunt etiam quatuor argumenta Scoti, quorum ſolutiones lege apud Caietanum, Iauellum, & alios metaphyſicos: hæc enim noſtro ſufficiunt inſtituto.

Quomodo diuidatur ens per vnum, & multa.

Caiet. CIrca reſponſionem ad ſecundum, & ea, quæ ad eius explicationẽ ſcribit Caietanus, duo ſunt obſeruanda.

Primum eſt, multa dupliciter ſummi poſſe: Vno modo formaliter, quatenus multa ſunt; & hoc modo conſiderantur multa, ſiue multitudo in ſequenti articulo, & infra quæſt. 30. artic. 3. & ſic dicitur opponi vni ratione diuiſionis, quàm includit ipſa multitudo, & componi ex vnitatibus, vt totum ex partibus, & ab vnitate menſurari. Alio modo ſumi poteſt multitudo, vt modum induit vnitatis; vt S. Thom. hic latè declarat S. D. in illis verbis. *Si verò aliquid è conuerſo ſit indiuiſum ſecũdùm quid, & diuiſum ſimpliciter, vt pote, quia eſt diuiſum ſecundùm eſſentiam,*

A *& indiuiſum ſecundùm rationem, vel ſecundùm principium, ſiue cauſam, &c.* Et hoc modo multa, ſiue multitudo, vnum, ſiue vnitas quædam eſt imperfecta, & ſecundùm quid; nec differt ab vno ſimpliciter, niſi eo modo, quo imperfectũ in vno aliquo genere, vel ordine, aut ratione differt à perfecto eiuſdẽ generis, ordinis, aut rationis; ſicut domus in potentia differt à domo in actu.

Secundum eſt. Hanc eſſe eius diuiſionis naturam, in qua diuiſionis membra ſe habent, vt perfectum, & imperfectum, non quomodocunque, ſed ita, vt id, quod imperfectum eſt, naturam perfecti participet, aut habeat diminutè, vt ſemper id, qđ B perfectũ eſt, adæquet diuiſum abſolutè ſumptũ: Nam cum diuiditur domus in domum in actu, & domum in potentia, domus in actu adæquat domum abſolutè ſumptam; cũ domus abſolutè ſumpta ſit domus in actu; ſic igitur in propoſito. Ens diuiditur per vnũ, & multa, quatenus multa vnũ aliquo modo ſunt; & tamen vnum adæquat ens, cum ſit illius paſsio cũ eo conuertibilis; quia multa, non alia ratione participant ens, aut continentur ſub ente, niſi quatenus participant vno, vel cõtinentur ſub vno: Igitur vnũ ſimpliciter adæquatur diuiſo, ſcilicet enti, & eadem ratione ens diuiditur ſimpliciter in vnum, id eſt ſua diuiſione deC ſcendit ſimpliciter ad vnum: in multa verò diuiditur ſecundùm quid; quia entis natura non deſcendit ad multa, niſi ſecũdùm quid, & quatenus vnum ſunt.

ARTICVLVS II.

Vtrum vnum, & multa opponantur.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd vnum, & multa non opponantur. Nullum enim oppoſitum prædicatur de ſuo oppoſito; ſed omnis multitudo eſt D quodammodo vnum, vt ex * prædictis patet; ergo vnum non opponitur multitudini. [1. diſt. 24. q. 1. ar. 3. 4. Et 10. met. lc. 4.] [Ar. præced.]

2 Preterea: Nullum oppoſitum conſtituitur ex ſuo oppoſito; ſed vnum conſtituit multitudinem; Ergo opponitur multitudini.

3 Præterea: Vnum vni eſt oppoſitum; Sed multo opponitur paucum; Ergo non opponitur ei vnum.

4 Præterea: Si vnum opponitur multitudini, opponitur ei, ſicut indiuiſum diuiſo; & ſic opponetur ei, vt priuatio habitui. Hoc autem E videtur inconueniens, quia ſequeretur, quòd vnum ſit poſterius multitudine, & diffiniatur per eam, cùm tamẽ multitudo diffiniatur per vnum. Vnde erit circulus in diffinitione; quod eſt inconueniens; Non ergo vnum, & multa ſunt oppoſita.

Sed contra; quorum rationes ſunt oppoſitæ, ipſa ſunt oppoſita. Sed ratio vnius conſiſtit in indiuiſibilitate: ratio verò multitudinis diui-

diuiſionem continet; Ergo vnum, & multa ſũt oppoſita.

Reſpondeo. Dicendum, quòd vnum opponitur multis, ſed diuerſimodè: Nam vnum, qđ eſt principiũ numeri, opponitur multitudini, qui eſt numerus, vt menſura menſurato. Vnũ enim habet rationem primæ menſuræ, & numerus eſt multitudo menſurata per vnum, vt patet ex decimo* Metaph. Vnum verò, quod conuertitur cum ente, opponitur multitudini per modum priuationis, vt indiuiſum diuiſo.

10. metaphyſ. tex. 2. to. 3.

Ad primum ergo dicẽdum, quòd nulla priuatio tollit totaliter eſſe, quia priuatio eſt negatio in ſubiecto ſecundùm * philoſophum; Sed tamen omnis priuatio tollit aliquod eſſe. Et ideo in ente ratione ſuæ communitatis accidit, quòd priuatio entis fundatur in ente: qđ non accidit in priuationibus formarum ſpecialium, vt viſus, vel albedinis, vel alicuius huiuſmodi. Et ſicut eſt de ente, ita eſt de vno, & bono, quæ conuertuntur cum ente: Nam priuatio boni fundatur in aliquo bono; & ſimiliter remotio vnitatis fundatur in aliquo vno. Et exinde contingit, quòd multitudo eſt quoddã vnum; & malum eſt * quoddam bonum; & nõ ens eſt quoddam ens. Non tamen oppoſitum prędicatur de oppoſito; quia alterum horum eſt ſimpliciter, & alterum ſecundùm quid. Qđ enim ſecundùm quid eſt ens (vt in potentia) eſt non ens ſimpliciter, ideſt actu; vel quod eſt ens ſimpliciter in genere ſubſtantiæ, eſt non ens ſecundùm quid, quantùm ad aliquod eſſe accidentale. Similiter ergo, quod eſt bonum ſecundùm quid, eſt malum ſimpliciter, uel è conuerſo; & ſimiliter, quod eſt unum ſimpliciter, eſt multa ſecundùm quid, & è conuerſo.

In poſt prædicamẽtis c. de oppoſitis, & 4. met. textu 4.10.2.& 3

D. 191.

Ad ſecundum. Dicendum, quòd duplex eſt totum. Quoddam homogeneum, quod componitur ex ſimilibus partibus; quoddam verò heterogeneum, quod componitur ex diſsimilibus partibus. In quolibet autem toto homogeneo, totum conſtituitur ex partibus * habẽtibus formam totius; ſicut quælibet pars aquę eſt aqua; & talis eſt cõſtitutio continui ex ſuis partibus. In quolibet autem toto heterogeneo, quælibet pars caret forma totius. Nulla enim pars domus eſt domus, nec aliqua pars hominis eſt homo. Et tale totum eſt multitudo. In quantùm ergo pars eius non habet formam multitudinis, componitur multitudo ex vnitatibus, ſicut domus ex non domibus; non quòd vnitates conſtituant multitudinem ſecũdùm id, quod habent de ratione indiuiſionis, prout opponuntur multitudini, ſed ſecundùm hoc, quòd habent de entitate; ſicut, & partes domus cõſtituunt domum per hoc, quòd ſunt

D. 1137.

A quædam corpora, non per hoc, quòd ſunt non domus.

Ad tertium. Dicendum, quòd multum accipitur dupliciter. Vno modo abſolutè, & ſic opponitur vni. Alio modo ſecũdùm quòd importat exceſſum quendam, & ſic opponitur pauco. Vnde primo modo duo ſunt multa; nõ autem ſecundo.

Ad quartum. Dicendum, quòd vnum opponitur priuatiuè multis, inquantùm in ratione multorum eſt, quòd ſint diuiſa.

Vnde oportet, quòd diuiſio ſit prius vnitate non ſimpliciter, ſed ſecundùm rationem noſtræ apprehenſionis.* Apprehendimus enim ſimplicia per compoſita. Vnde diffinimus punctum, cuius pars non eſt,* vel principiũ lineę; Sed multitudo etiam ſecundùm rationẽ conſequenter ſe habet ad vnum; quia diuiſa non intelligimus habere rationem multitudinis, niſi per hoc, quòd vtrique diuiſorum attribuimus vnitatem. Vnde vnum ponitur in diffinitione multitudinis; non autem multitudo in diffinitione vnius; Sed diuiſio cadit in intellectu ex ipſa negatione entis. Ita quòd primò cadit in intellectu ens. Secundò, quòd hoc ens non eſt illud ens: & ſic ſecundò apprehendimus diuiſionem. Tertiò vnum. Quartò multitudinem.

Ratio ordinis, & ſenſus quæſiti.

EX vnius ratione formali in articulo præcedente declarata ſequitur illius ad multitudinem oppoſitio; ſicut, & ad ceterarũ rerum quidditates conſequuntur oẽs illæ, quas inter eas agnoſcimus oppoſitiones; ex proprijs ſiquidẽ albi, & nigri naturis emergit inter ea formalis, & actiua contrarietas, non rõni tm̃, ſed, & ſenſui manifeſta. Hic itaque ſecundus articulus vnius ad multa debuit oppoſitionẽ inquirere. Cum autem quæritur, *Vtrum vnum, & multa opponantur*, non eſſe ſolùm, ſed, & modus oppoſitionis inquiritur, vt ex totius præſentis articuli doctrina ſatis elucet.

Forma Textus.

DIſtinguit, ac ſimul reſpondet quæſito S. Doct. duabus concluſionibus. Diſtinctio eſt. Vnum duplex eſt, ſcilicet, quod eſt principium numeri, quod eſt in prædicamento quantitatis; & vnum tranſcendens, quod cũ ente conuertitur; & eadem ratione multitudo duplex eſt; quædam, quæ eſt numerus ad prædicamentum quantitatis pertinens; quædam autem tranſcendens, ad nullũ prædicamentum limitata.

Prior ſequitur diuiſionem continui, ſiuè quanti; poſterior verò ſequitur diuiſionem eſſentialem, ſiue ſpecificam, vt inter Angelos, ſiuè indiuidualem, vt inter animas, & alia entia, vt ſic.

Prima

Digitized by Google

Prima concluſio. Vnum, quod eſt principium numeri, opponitur multitudini, quæ eſt numerus, vt menſura menſurato. Probatur ex Ariſt. 10. metaph. dicente, quòd vnum habet rationem primæ menſuræ, & quòd numerus eſt multitudo menſurata per vnum.

Secunda concluſio. Vnum, quod conuertitur cum ente, opponitur multitudini tranſcendenti per modum priuationis. Probatur; quia opponitur ei, ſicut indiuiſum diuiſo.

Expoſitio Textus.

VTriuſque concluſionis ſenſum declarat Caietanus, tam quo ad id, quod explicitè continent, quàm quo ad id, quod in eis implicitè clauditur, & ex eis deduci poteſt.

Quarum, ſi perſpicuè ſignificatum, ac ſenſum attendamus, apparet de vnitatibus, & multitudinibus realiter diſtinctis eas eſſe intelligendas: Nã vnitas numeralis, de qua ſermo eſt in prima concluſione, addit aliquid reale, ſcilicet eſſe quãtum ad vnitatem tranſcendentem, de qua loquitur ſecunda concluſio. Sed inſpecta diligentius vtriuſque vnitatis, & multitudinis natura, & concluſionum ſenſu ex duabus his cõcluſionibus aliæ duæ in diſtinctione rationis fundatæ deducentur. Diſtinctio verò eſt. Vnitas numeralis poteſt dupliciter conſiderari: Vno modo, vt eſt principium numeri; Alio modo, vt habet rationem indiuiſionis, quæ eadem diſtinctio adaptatur etiã vnitati tranſcendenti; cuius duplex eſt cõſideratio. Vna, quatenus principium eſt numeri tranſcendentis; altera, vt rationem habet indiuiſionis. Huius diſtinctionis membra conſtat, non niſi ratione diſtingui, ſicut eius, quę fit in textu, membra realiter diſtinguuntur; prout etiam hic aduertit Caietanus.

Nota diſtinctionẽ, tam vnitatis tranſcẽdentis, quã numeralis.

Caiet. Duplex cõcluſio deducta.

Prima verò cõcluſio deducta eſt: Vnitas numeralis, vt indiuiſa, opponitur multitudini numerali, vt priuatio habitui.

Secunda cõcluſio. Vnitas tranſcendens, vt principium numeri tranſcendentis, opponitur numero tranſcendenti, vt menſura mẽſurato. Collectis igitur omnibus ex prænotato diſcurſu, duæ reſultant diſtinctiones, & quatuor concluſiones, vt patet ex dictis.

Cur autem S. Thom. oppoſitionem menſuræ, & menſurati tribuat vnitati quantitatiuæ reſpectu numeri, qui eſt in quantitate, non verò vnitati, & multitudini tranſcendenti, ſatis patet ex doctrina præcedentis articuli in reſpõſione ad primum argumentum; vbi dicitur vnum, quod cum ente conuertitur, nullam rem addere ſuper ens, vnum verò, quod eſt principium numeri, aliquid addere ſupra ens ad genus quantitatis pertinens.

Vnum igitur quantitatiuum in ſua ratione formali aliquid habet poſitiuum, ſcilicet eſſe quãtitatis, quo relatiuam menſuræ oppoſitionem exerceat; vnum verò tranſcendens nihil habet poſitiuum, niſi materialiter ſumptum, quo tranſcendentalem mẽſuret ex eo compoſitam multitudinem.

Contra Suarezium.

Quod ſi aduertiſſet Suarezius diſputatione 4. metaphyſ. ſect. 6. in fine, non dixiſſet prædictam

A differentiam attendendam eſſe in ordine ad vſum humanum, & ſecundùm quandam denominationem inde reſultantem; nequaquam autem à parte rei. Cuius diſtinctionis rationem affert; quia (inquit) eandem proportionem ſeruat vnum trãſcendens ad ſuam multitudinem, quam vnum numerale, ſeu quantitatis ad ſuum numerum; quia, & eſt principium eius, & illam componit: vnde, & per illud etiam menſurari poteſt.

Sed iam oſtendimus non eandem eſſe proportionem, quia vnum quantitatiuum in ſua ratione formali claudit poſitiuum rei ſuperadditum, quo menſuret, & actu referatur; vnum autem tranſcendens, B nõ niſi materialiter dicit poſitiuum. Et quia ſermones philoſophorum, & ſapientum formales eſſe debent, idcircò S. Thom. de vno formaliter loquens, quo ad rationem ſcilicet eius formalem, aſſeruit vnum quantitatiuè habere rationem menſuræ; de vno verò tranſcendente nihil tale dixit.

Reijcitur diſtinctio Valentiæ.

Aduertẽ prætereà Valentiam non rectè triplicem vnius acceptionem poſuiſſe. Prima eſt, prout eſt quoddam tranſcendens. Secunda, vt idem eſt, quod ſimplex, in quo nulla ſit pluralitas, quæ acceptio (inquit) colligitur ex D. Thoma hic articulo primo, & quarto. Tertia eſt, prout vnum eſt principium numeri. Et omnibus his modis vnum opponitur C multitudini; Sed priori modo multitudini talium rerum, qualis eſt ipſa res, quæ dicitur vna. Secundo autem modo opponitur multitudini rerum, qualitercunque diſtinctarum. Tertiò autẽ modo illi multitudini, ex qua conſtat numerus, opponitur, vt menſura menſurato.

Simplex tripliciter.

Verùm ſecunda illa acceptio, nec inſinuata eſt à S. Thoma, nec vllum veritatis, ſed magis ſuperfluitatis habet fundamẽtum: Nam, quod ſimplex eſt, vel caret omni partium, ac rerum componentium pluralitate, ſicut Deus, qui ſolus perfecta gaudet ſimplicitate, vel partes tantùm excludit materiales, quantitatiuas, & eſſentiales, ſicut Angelus, D vel plures corporum ſpecies, materialiter concurrentes, ſicut elementum; quod tamẽ habet partes quantitatiuas, & eſſentiales, quę ſunt materia, & forma.

Quod primo modo ſimplex eſt, non alia ratione dicitur vnum, niſi quia in ſeipſo indiuiſum eſt actu, & potentia, ſumendo indiuiſionem, prout dicit quamcumque partium, aut rerum componentium diſtinctionem, ſiuè ſint ab inuicem ſeparatæ, aut ſeparabiles, ſiue non.

Quod verò ſecundo modo dicitur ſimplex, ea ratione dicitur vnum, quia nec actu, nec potentia partes habet quãtitatiuas, vel eſſentiales, in quas E diuidi poſſit.

Quod deniq; poſtremo modo ſimplex eſt, hoc ipſo dicitur vnum, quod cum indiuiſam habeat quantitatem, in plures nequit corporum ſpecies, ex quibus materialiter conſtet, diſtingui, ſicut diſtinguitur mixtum, cuius materia proxima ſunt quatuor elementa, quamuis non actu, ſed virtute tantùm in eo conſeruentur, quidquid dicat Auerroes, & quidam alij. Auerroes.

Igitur quodcũq; ſimplex, nõ ea ratione formaliter

liter dicitur vnum,quia ſimplex eſt;ſed quia indiuiſum eſt. Et confirmatur; quia ſicut compoſitio ſuper eſſentiali partium diuiſione fundatur, ita ſimplicitas ſuper earundem partium indiuiſione fundatur. Quod enim partes non habet quidditatiuè diſtinctas,dicitur propriè,& verè ſimplex.

Ratio ſimplicitatis, & vnitatis diuerſa.

Secundò;quia in doctrina D.Tho.longè diuerſa eſt ratio ſimplicitatis,& ratio vnitatis; vnde & duas valdè diſtinctas formauit quęſtiones de ſimplicitate,& vnitate Dei. Et in hoc articulo,vbi de vnius oppoſitione differit,non vtitur,niſi bimembri diuiſione, omiſſa illa ſimplicitatis ſignificatione,quę,vt diximus,vnitas non eſt;ſed magis vnitatis effectus,vel ad minus diſparatè diſtincta.

Proponitur in forma ſecundum argumentum D.Tho. & eius reſponſio formalis.

SEcundum argumentum D.Thom.eſt.Nullũ oppoſitum conſtituit ſuum oppoſitum;ſed vnum conſtituit multitudinem;ergo nõ opponitur multitudini.

Reſpondet cum duplici diſtinctione. Prior diſtinctio eſt. Duplex eſt totum, quoddam homogeneum,quod conſtat ex ſimilibus partibus; quoddam verò heterogeneum, quod componitur ex diſsimilibus partibus.

Ex qua differẽtia ſequitur, alia nimirum,quòd totum homogeneum conſtet ex partibus habentibus formam totius; ſicut quælibet pars aquæ, eſt aqua;& talis eſt conſtitutio continui,vt continuũ eſt ex ſuis partibus.

Totum autem hetherogeneum conſtituitur ex partibus non habentibus formam totius: Nã nulla pars hominis eſt homo, nec vlla pars domus, eſt domus. Et tale totum eſt multitudo,vt multitudo eſt. Ex quo ſequitur multitudinem componi ex vnitatibus,inquantùm quælibet vnitas,non habet formam multitudinis; ſicut domus componitur ex non domibus.

Secunda diſtinctio eſt. Vnitates poſſunt conſiderari dupliciter. Primò,ſecundùm quod habent rationem indiuiſionis,ſecundùm quam opponuntur multitudini;& hoc modo non cõſtituunt multitudinem. Secundò poſſunt conſiderari ſecundũ id,quod habent de entitate; & hoc modo conſtituunt multitudinem; ſicut partes domus conſtituunt domum,per hoc,quod ſunt quędam corpora; non autem per hoc,quòd ſunt non domus. Vnde ad argumentum admiſſa maiori de oppoſito, vt oppoſitum eſt, negatur minor, ſcilicet vnitatẽ conſtituere multitudinem,vt opponitur illi.

Prima Dubitatio.

Quomodo multitudo componatur ex vnitatibus, ſecundùm id,quod habent de entitate.

Ratio dubitandi,& ſolutio Caietani.

Caiet.

EX hac reſponſione duplex oritur dubitatio: Prior eſt illa,quam tractat Caietanus, quo- A modo ſcilicet verum ſit, multitudinem componi ex vnitatibus,non ſecundùm id, quod habent de indiuiſione,ſed ſecundùm id, quod habent de entitate. Hoc enim videtur falſum de multitudine tranſcendente,de qua loquitur hic S.Doct. Quod probatur: quoniam aut hic eſt ſermo de multitudine,vt multitudo eſt,aut de rebus multis;non de rebus multis,quoniam illæ non ſunt totum heterogeneum;non de multitudine, vt multitudo eſt; quoniam multitudo,vt ſic,non componitur ex rebus multis,ſed ex vnitatibus;ſic enim ait hic San. Thom.in reſponſione ad quartum. *Diuiſa non intelligimus habere rationẽ multitudinis,niſi per hoc, quòd vtrique diuiſorum attribuimus vnitatem.*

B Hanc difficultatem ſoluit Caietanus dupliciter: Prima ſolutio eſt: Tam vnũ, quàm multa tranſcendenter poſſunt dupliciter ſumi: Vno modo ſubſtantialiter: Alio modo completiuè, ſeu formaliter. Si priori modo ſumãtur vnum, & multa, componitur multitudo ex rebus vnis,quę ſubſtantiæ ſunt;ſiue entia realia,vt & ipſa ſubſtantia eſt, ſiuè ens reale.

Prior ſolutio Caiet.

Secunda eiuſdem ſolutio eſt; hic ſermonem eſſe de multitudine formaliter,vt multitudo eſt, & D.Thom.per illa verba. *Vnitates ſecundùm id, quòd habent de entitate* noluiſſe ſignificare rem, quæ eſt

Alia ſolutio Caiet.

C vna,ſed ipſam vnitatis naturam, prout entis actũ exercet, ſcilicet, non prout eſt indiuiſio exercens actum priuationis, ſed inquantùm habet rationẽ entis,& ſecundùm hanc rationem componit multitudinem formaliter, & completiuè ſumptã,quę multitudo eſt ſecundùm veritatem ens negatiuũ, magis,quàm vnum.

Hanc ſolutionem deducit Caietanus ex dictis verbis in reſponſione ad quartum videlicet: *Diuiſa non intelligimus habere rationem multitudinis, niſi per hoc,quòd vtriq; diuiſorum attribuimus vnitatem.* Igitur multitudo formaliter ex vnitatibus formaliter coaleſcit,& conſequenter ex negationibus.

D Probatur ſequela;quoniam vnitatem tranſcendentem dixit S.Thom.in art.præcedente ſolam negationem addere ſuper ens.

Argumenta Suarezij contra Caietanum,& ſolutiones.

SEd reſponſionem hanc reprehendit Suarez diſputatione Metaphyſic.4.ſect.6.dicens ſecundùm mentem S.Doct. vnum componere multitudinem,quo ad omnia,quæ ſunt de ratione entis a non ſolùm ratione poſitiui, ſed etiam ratione negationis,quam dicit vnum.

Probat autem ſententiam ſuam duobus argumentis contra ſententiam Caietani.

S. Tho.

E Primum eſt.D.Thom.in hac reſponſione ad ſecundum docet vnitates componere multitudinẽ, ſecundùm id,quod habent de entitate,non ſecundùm id,qđ habent de indiuiſione, quod idem repetit de potentia, quæſtione nona, articulo ſeptimo,ad decimum, & quartumdecimum, & hic ad quartum,& in dicta quæſtione,& articulo de potentia ad quintum ait in intellectu multitudinis includi ens diuiſum ab alio, & quòd vtrumque ipſorum in ſe ſit vnum; ergo vnum componit multi-

Digitized by Google

multitudinem, quo ad omnia, quæ ſunt de ratione eius, non ſolum ratione poſitiui, ſed etiam ratione negationis, quam dicit vnum.

Secundum eſt; Vel intendit Caietanus priuationem habere rationem entis, ſolum ratione entitatis, aut quatenus poteſt per modum entis cõcipi. Si primum, repũgnat priori dicto eius, & argumento iam allato. Si ſecundum; ſic eſt impertinens diuiſio; quia hoc ſolùm habet priuatio per denominationem extrinſecam; & ſic negatio potius eſt ens rationis tantùm, quàm ens reale, de quo loquitur Caietanus; Sed hæc non eſt difficile ſoluere ex prædicta doctrina Caietani, & S. Thom.

Ad primum igitur reſpondetur: Vnitates non componere multitudinem, ſecundùm quod habẽt de indiuiſione, quatenus indiuiſio priuationis actum exercet; Sed ſecundùm id, quod habent de entitate, ideſt, quatenus indiuiſio entitatis actum exercet. Dicitur autem indiuiſio, ſiue vnitas entitatis actum exercere per hoc, quòd officio fungitur partis in cõpoſitione multitudinis. Pars enim, quatenus officium habet partis, rationem habet entis; ſicut, & ipſum totum. Cum autem ait S. Tho. in intellectu multitudinis includi ens diuiſum ab alio, & non intelligi multitudinem, niſi quodlibet diuiſorum intelligatur vnum, intelligendum eſt formaliter de rebus ab inuicem diuiſis, & in ſeipſis indiuiſis, vt ſic; hac enim ſola ratione componunt multitudinem formaliter ſumptam, quæ negatiuum ens eſt, vt patet ex quæſt. 30. artic. 3. Cui loco plura de hac materia dicenda reſeruamus.

Indiuiſio q̃ entis actum exercet.

Ad ſecundum reſpondetur: Secundam propoſitæ diuiſionis partem veram eſſe. Ad impugnationem negatur hoc priuationi conuenire, vt entis actum exercet, ex ſola extrinſeca denominatione, & conceptione noſtri intellectus; ſed ex ſui ipſius natura ſecluſo opere intellectus, ex hoc ipſo rõnẽ entis exercet, quòd multitudinem abſque vlla rationis conſideratione componit. Quod ſic oſtenditur: Certum eſt nullo intellectu conſiderante, quodlibet ens ſingulare eſſe indiuiſum in ſe, & diuiſum à quocunque alio, & conſequenter vnum, cum tamen diuiſio, & indiuiſio negationes, ſiue priuationes ſint: ſicut etiam cæcitas nullo intellectu conſiderante eſt in oculo, & nauis caret gubernatore nemine cogitante: certum eſt etiam multitudinem ex vnitatibus componi, & eſſe in rerum natura abſque opere intellectus. Denique certum eſt vnitatem formaliter, & multitudinem tranſcẽdentem formaliter eſſe entia negatiua; cum ſuper entia non addant niſi negationes; Igitur nullo intellectu conſiderante multitudo formaliter componitur ex vnitatibus formaliter. Et poteſt hæc compoſitio non incongrue dici realis, prout reale diſtinguitur contra ens fabricatum ab intellectu; ſicut cæcitas realis dicitur, quia ex ſui natura, & non per opus intellectus exercet actum priuationis.

Priuationes, & negationes ſunt in rebus.

Cum igitur vnitates formaliter ſumptæ, ex ſui natura, non tantùm exerceant actum diuiſionis; ſed etiam actum compoſitionis, quæ, vt diximus, actus entitatis eſt, poteſt non abſurdè dici talis

A compoſitio realis, in ſenſu iam expreſſo; nec in alio ſenſu de ente reali loquitur Caietanus.

Secunda dubitatio.

An ſit contradictio in dictis D. Thomæ.

Ratio dubitandi.

Altera dubitatio eſt; quia videtur S. Thom. ſibi manifeſte contradicere loquens de compoſitione multitudinis ex vnitatibus. ſic enim ait. *Inquantùm ergo partes eius non habent formam multitu*
B *dinis, componitur multitudo ex vnitatibus, ſicut domus ex non domibus.* Deinde ſtatim, quaſi deſtruens id, quod dixerat ſubiungit: *Non quòd vnitates conſtituant multitudinem, ſecundùm id, quod habẽt de ratione indiuiſionis, prout opponuntur multitudini, ſed ſecũdùm quod habent de entitate, ſicut partes domus conſtituunt domum per hoc, quod ſunt quædam corpora, non per hoc, quod ſunt non domus.* Tandem in reſponſione ad quartum, conformiter loquens priori dicto ſic (ait) *Diuiſa non intelligimus habere rationem multitudinis, niſi per hoc, quòd vtrique diuiſorum attribuimus vnitatem;* Igitur per hoc, quòd diuiſa, quæ partes ſunt multitudinis, habent rationem vnitatis,
C & conſequẽter indiuiſionis, multitudinem ipſam componunt.

Solutio.

Hvius difficultatis ſolutio ex eiſdem ferè pendet fundamentis, quibus præcedẽs ſoluta eſt dubitatio.

Dico itaque primò dictionem illam, *inquantũ*, poſſe duo ſpecificare, ſcilicet rationem conſtituendi, & conditionem neceſſariò requiſitam ad conſtituendum. Si reduplicet conditionem conſtituẽdi, ſic verum eſt; quod ait primo loco S. Doct. multitudinem ex vnitatibs componi, inquantùm par-
D tes eius, non habent formam multitudinis, ſicut domus ex non domibus: Nam, ſi pars multitudinis formam habet multitudinis, iam non poteſt conſtituere multitudinem; ſicut ſi pars domus formam haberet domus conſtruendę, iam non poſſet domum conſtituere, ſed ipſa eſſet domus conſtituta. Vnde etiam in primo phyſicorum inter principia generationis neceſſaria ponitur priuatio præcedens in materia formam geniti. Si verò dictio illa, *inquantùm* ſpecificet rationem conſtituendi, ſic diſtinguendum eſt cum Caietano de priuatione, ſeu negatione per indiuiſionem importata: Nã aut cõſideratur, prout exercet actum negationis,
E ſeu priuationis, quæ opponitur diuiſioni contentæ in multitudine; aut conſideratur, vt exercet actũ entitatis, modo ſuperius expoſito.

Si priori modo ſumatur indiuiſio, non eſt verũ multitudinem ex vnitatibus, inquantùm negant diuiſionem, conſtitui; ſicut neque domus ex non domo conſtituitur, ita, vt negatio domus ſit ratio conſtituendi; ſic enim oppoſitum formaliter conſtitueretur ex oppoſito. Si verò poſteriori modo

conſidereretur priuatio per indiuiſionem ſignifica-
ta, ſic verum eſt multitudiné ex vnitatibus, quæ
nus indiuiſa ſunt, conſtitui; alioquin multitudo
formaliter ex vnitatibus formaliter non cõſtitue-
retur, nec multitudo eſſet formaliter ens negati-
uum; cuius oppoſitum diximus verum eſſe; prout
patet etiam ex art. 3. quæſt. 30.

Proponitur vltimum argumentum S. D. in forma, & eius reſponſio formalis.

VLtimum argumentum S. Tho. eſt. Si vnum opponitur multitudini, opponitur ei, vt priuatio habitui; ſed hoc eſt falſum ergo. Maior probatur: quia, ſi opponitur multitudini; opponitur ei, ſicut indiuiſum diuiſo; ergo vt priuatio habitui. Minor autem probatur: quia ſequeretur, quòd vnum eſſet poſterius multitudine, & diffiniretur p eam; at hoc eſt abſurdum. Probatur maior: quia priuatio diffinitur per habitum. Minor autẽ: quia eſſet circulus in diffinitione; nam multitudo diffinitur per vnum.

Reſpondet S. Thom. & diſtinguit, quòd in multitudine duo cõſideramus, ſcilicet diuiſionem, & ipſam multitudinem. Hac præmiſſa diſtinctione, dicit quinque. Primum: Vnum opponitur priuatiuè multis, ratione diuiſionis incluſæ in multitudine. Secundum: Diuiſio eſt prior vnitate, non ſimpliciter; ſed ſecundùm apprehenſionem noſtram. Probatur hoc dictum; quia ſimplicia apprehendimus per compoſita. Vnde diffinimus punctum, cuius pars non eſt. Tertium: Multitudo eſt poſterior vno ſecundùm rationem; Probatur hoc dictum; quia diuiſa non intelligimus habere rationẽ multitudinis, niſi per hoc, quòd vtrique diuiſorum attribuimus vnitatem. Quartum eſt: Vnum ponitur in diffinitione multitudinis, & non è contra. Hoc quartum ſequitur ex tertio cum ſua probatione. Quintum eſt dictorum omnium fundamentum. Primò in intellectu cadit ens. Secundò, quòd hoc ens, non eſt illud ens. Et ſic ſecundò apprehẽdimus diuiſionem, tertiò vnum, quartò multitudinem. Ex dictis habetur reſponſio formalis ad argumentum; quæ cõſiſtit in diſtinctione prædicta.

Tertia Dubitatio.

An, & quomodo diuiſio ſit prior vnitate.

Affertur ratio dubitandi ex Caietano.

DVbitat Caietanus de veritate ſecundi dicti, an ſcilicet diuiſio ſit prior vnitate, non ſimpliciter, ſed ſecundum apprehenſionem noſtram. Et rationem affert dubitandi; quoniam habitus eſt prior priuatione; at diuiſio ſe habet ad vnitatem, vt habitus; ergo. Poſſet reſponderi, diuiſioné non eſſe habitum, quo priuat vnitas ſecundum ſe, ſed eſſe habitum ſecundum modum noſtrum intelligendi.

Hanc reſponſionem impugnat Caietanus hoc argumento; Quoniam, ſi diuiſio non eſt habitus,

A quo priuat vnitas ſecundùm ſe; oportet aſſignare, quis nam, ſit ille habitus, quo priuat vnitas ſecundùm ſe; at nullus alius poteſt aſſignari, niſi diuiſio; ergo. Probatur minor; quia ille habitus, vel eſt quid poſitiuum, vel eſt quid negatiuum; at neutrum dici poteſt; ergo. Non primum; quia nihil poſitiuum præter ens, eſt ante vnitatem. Non ſecundum; Quoniam nulla alia negatio videtur eſſe ante vnitatem, præter eã negationem, quam importat diuiſio.

Soluitur ex Caietano, & explicatur eius reſponſio.

B REſpondet Caietanus ſubobſcurè; ſed eius reſponſio, ſic poteſt explicari. Aliquid eſſe prius ſimpliciter, ideſt abſolutè, contingit duobus modis: Vno modo in eſſe intelligibili; & hoc modo diuiſio eſt prior vnitate: Nam diuiſio ſe habet, vt habitus ad vnitatem; quia primò, exempli gratia, in intellectu noſtro cadit homo, & in eodẽ priori concipitur non homo, à quo per eſſentialẽ ſuam differentiam, & quidditatem diſtinguitur homo. Et quoniam diuiſio eſt inter extrema contradictionis, hinc apprehendendo duo hæc contradictoria, quæ ſunt homo, & non homo, apprehendimus diuiſionem.

Ordo apprehenſionis vnitatis & diuiſionis.

C Secundò; quia poſt apprehẽſionem ſimplicem, ſequitur apprehenſio compoſitiua, & diuiſiua, apprehendo, quòd homo eſt homo, & non eſt non homo; in qua apprehenſione conſiſtit formaliter ratio indiuiſionis, & vnitatis, quæ in hoc poſita eſt, vt homo, exempli gratia, nõ ſit diuiſus in ſe, vt ſit homo, & non homo, quod eſt eſſe vnum; quia vnũ nihil aliud addit ſuper ens, niſi dictam indiuiſionem; quæ tamen apprehenſione ſimplici ad modũ diffinitionis, ſeu rationis quidditatiuę poteſt apprehendi. Sed quemadmodum, vt ait Ariſt. *in ſecundo poſteriorum, quodquid eſt, ſiue diffinitio, quæ ad ſimplicem pertinet apprehenſionem, inueſtigatur miniſtrante compoſitione, & diuiſione, & etiam diſcurſu,*

D ita ratio, & quidditas indiuiſionis, & vnitatis in intellectu noſtro cadit miniſtrante compoſitione, & diuiſione, vt ante diximus. Itaque negatio importata per diuiſionem, erit prior ſimpliciter; ſecũdùm eſſe intelligibile negatione importata per vnitatem.

Alio modo contingit aliquid eſſe prius ſimpliciter ſecundùm eſſe in rerum natura. Et hoc modo vnum præcedit diuiſionem: Nam tunc diuiſio eſt in rerum natura, quando vtraque extrema diuiſionis, quæ ſignificantur per affirmationem, & negationẽ, ſunt in rerum natura; exempli gratia, diuiſio inter Deum, & non Deum, eſt in rerum natura; quia vtrumque extremum eſt in rerum natura, ſcilicet Deus, & non Deus; quia ſunt creaturæ, fundantes hanc negationem non Deus.

Diuiſio quẽ ſit in rerũ natura.

E Ad hoc autem, vt vnitas, vel vnum ſit in rerum natura, non requiritur, vt duo aliqua extrema ſint realiter exiſtentia; ſed ſatis eſt, vt ſit vna res in ſe minimè diſtincta; ſicut Deus ante mundi creationem erat vnus, & tamen eius contradictorium, ſcilicet non Deus in nulla erat re. Vnum itaque

Veritas quo ſit in rerum natura.

Digitized by Google

itaque ſimpliciter, ideſt ſecundum eſſe in rerũ natura, præcedit diuiſionem.

Eandem doctrinam Caietani ſequitur in ſubſtantia Suarez diſput. 4. metaphy. ſect. 7. Cuius diſtinctionem ait vix eſſe intelligibilem. Sed prædicta legenti, non minus perſpicuus, quàm ſubtilis apparebit noſtri Caietani diſcurſus. Qui de ſola non agit entis, à non ente diſtinctione, vt exponit Suarez; ſed de quauis entis ſingularis diſtinctione, tam ab ente, quàm à non ente, vt ex ſequentis Controuerſiæ reſolutione patefiet.

Controuerſia vnica.

An de ratione vnius ſit diuiſio ab alio, & quomodo vnum opponatur diuiſioni.

Sententiæ Doctorum, & Argumentum Suarezij.

S. Thom. DOcet S. Thom. in tractatu de principio indiuiduationis; & in 4. ſententiarũ, diſt. duodecima, q. prima, art. 1. q. 3. ad tertium, & alibi ſæpè, de ratione cuiuslibet indiuidui eſſe, vt ſit indiuiſum in ſe, & diuiſum à quolibet alio.

Capreol. Soncinas. Caiet. Quàm ſententiam ſequitur Capreolus, in 2. diſtinct. 3. quæſt. 1. & in 1. diſt. 24. quæſt. 1. art. 1 Sõcinas in 7. metaph. quæſt. 34. Caietanus ſuper hoc articulo, & in quæſt. de principio indiuiduationis, & alij Thomiſtæ communiter. Docet præterea hic S. Doct. vnum opponi priuatiuè diuiſioni, quatenus diuiſio negatio quædam eſt, prout apparet ex principio, & fine reſponſionis ad quartum: Nam in principio ſic ait. ***Vnum opponitur priuatiuè multis, inquantùm in ratione multorum eſt, quòd ſint diuiſa.*** In fine verò ait. ***Sed diuiſio cadit in intellectu ex ipſa negatione entis, &c.*** Et poſt pauca addit. ***Et ſic ſecundò apprehendimus diuiſionem, tertiò vnum.*** Ex quibus verbis tria colligũtur. Primum eſt, Vnum opponi priuatiuè diuiſioni. Secũdum eſt, diuiſionem eſſe formaliter negationem. Tertium eſt, diuiſionem negatam per indiuiſionem, quam ſignificat vnum, eſſe negationem illam, quam formaliter ſignificat diuiſio; alioquin non rectè concluderet D. Thom. dicens. ***Et ſic ſecundò apprehendimus diuiſionem, tertiò vnum.*** Vt patet ex plano verborũ ſenſu iuncto doctrinæ primi huius quæſt. artic.

Suarez. At Suarez diſput. 4. metaphyſ. vtrumque dictum S. D. reijcit; negat enim diuiſionem ab alio, prout eſt negatio, eſſe de ratione vnius, aut illi per ſe primò conuenire; Sed ait conſequenter tantùm, & neceſſario ad rationem vnitatis pertinere; quò ad aliud verò dictum diſtinguit dicens; In diuiſione duo poſſe conſiderari. Primum, quòd entia inter ſe diuiſa ſunt, quaſi in ſe completa, & terminata ſuis entitatibus. Secundum eſt, quòd vnum non eſt aliud; Hoc ſecundum eſt negatio, illud primum eſt poſitiuum, & eſt negationis fundamentum; igitur indiuiſio, quam dicit vnum, negat (inquit Suarez) diuiſionem ratione poſitiui, non ratione negationis, quam includit diuiſio. Probat autem diuiſionem ab alio non eſſe de ratione v- A nius hoc argumento. Eſſe diuiſum ab alio poteſt concipi per modum relationis realis, ſeu ad terminum realiter exiſtentem, & poteſt concipi ſolum per modum negationis; & hoc tripliciter, vel in ordine ad terminum poſitiuum exiſtentem, vel in ordine ad terminum poſitiuum abſolute ſumptum, ſiuè exiſtat, ſiue non exiſtat, vel in ordine ad terminum negatiuum, & contradictorium; ſed nullo horũ modorum eſſe diuiſum ab alio, eſt de ratione vnius; ergo. Minor probatur; & primò quo ad diuiſionẽ, prout eſt realis relatio. Primò; quia ſic eſſe diuiſum ab alio, eſt quid poſterius vno: nã ideo hoc eſt diuiſum ab alio; quia in ſe tale eſt, & B vnum quid. Secundò; quia vnum prius eſt multitudine; ſic autẽ eſſe diuiſum ab alio requirit multitudinem; immo inde conſurgit multitudo; quia ſunt plura vna, quorum vnum non eſt aliud. Tertiò; quia, antequàm creaturę exiſterent, Deus erat perfectè, & completè vnus. Secundò probatur minor de diuiſione concepta per modum negationis in ordine ad terminum poſitiuum exiſtentẽ: Quia eadem eſt ratio de hac diuiſione, quæ eſt de illa, quæ eſt relatio realis. Tertiò probatur eadem minor quo ad diuiſionem conceptam per modũ negationis in ordine ad terminum poſitiuum abſolutè ſumptum: Quia ratio Capreoli, & Soncina- C tis non probat hanc negationem primariò, ac formaliſſimè intrare rationem vnius; ſed tãtùm probat conuenire illi neceſſario, ſiue conſequenter. Capreol. Soncinas.

Ratio verò Capreoli, & Soncinatis hæc eſt. Sicut de ratione vnius eſt, vt in ſe non ſit diuiſum, ita de eius ratione eſt, vt non ſit aliud à ſe; quia eſſe aliud à ſe, & non eſſe aliud à ſe contradictoriè opponuntur; ergo alterum ex his duobus neceſſe eſt in ratione vnius includi; ſed eſſe aliud à ſe non eſt de ratione vnius; ergo erit de ratione vnius, vt non ſit aliud à ſe.

Poſtremò probat maiorem quo ad diuiſionem in ordine ad terminum negatiuum, & contradi- D ctorium; Quia ens diuiditur à non ente, non per negationem aliam, ſed per ſe, ſicut è contrario nõ ens diuiditur ab ente, non per aliam negationem, vel affirmationem; ſe per ſeipſum; igitur formaliſſimè diuidi à nõ ente, nil aliud eſt, quàm eſſe ens; ergo talis negatio nec pertinet ad rationẽ vnius, neque eſt paſſio entis, ſed extrinſeca tantùm denominatio, vel relatio rationis, quatenus per intellectum excogitari poteſt. Antecedẽs probatur; quia hæc negatio, prout obiectiuè intelligitur antecedere in ente, potius eſt affirmatio; affirmatio autem non diuiditur à negatione per aliam nega- E tionem; alioquin procederetur in infinitum; ergo per ſe ipſam diuiditur.

Reſolutio.

Diuiſionem eſſe formaliter negationem, & vt ſic eſſe de ratione vnius, & vnum opponi priuatiuè diuiſioni, quatenus diuiſio negatio formaliter eſt.

SEd quantùm hæc diſtant à mente S. D. tantùm ab ipſa deuiant veritate: Nam quod attinet ad

primum. Hoc ipſo, quòd vnum in ſeipſo indiuiſũ eſt, ab alio abſolutè diuiſum eſt. Eſſe namque in ſeipſo indiuiſum eſt eſſe hoc, & non eſſe non hoc: vt hic aduertit Caietanus; & hominem eſſe indiuiſum, eſt hominem eſſe hominem, & non eſſe nõ hominem: Nam, ſi homo eſſet in ſeipſo diuiſus, ita, vt eſſet homo, & non homo, non eſſet vnus, & indiuiſus; & hoc idem ſignificat hic S. Thom. & in art. præcedente in corpore, & ad ſecundum. Vbi indiuiſionem, quam ſignificat vnum, declarat eſſe negationem diuiſionis partium illius integralium, aut eſſentialium inter ſe; ex qua, vt dicemus, tanquam ex radice in rebus materialibus pendet indiuiſio ſingularis ſecundùm ſe totum à ſeipſo toto: & eadem ratione à quolibet alio, ſiue ente, ſiue non ente. Ex quo ſequitur primò, ſecundùm mentem D. Thom. & Caietani, diuiſionem formaliter eſſe negationem. Secundò vnum opponi diuiſioni formaliter, prout diuiſio negatio eſt. Tertiò in cõceptu, ſeu ratione formali vnius claudi duplicem diuiſionem, ſcilicet illam, qua hoc ens non eſt illud ens, & illam, qua hoc ens non eſt non hoc ens, ita vt prior diuiſio ſit ab omni alio ente, abſolutè: ſiue illud exiſtat, ſiuè non exiſtat; poſterior autem ſit à contradictorio, ſiue negatiuo; ſiue ea negatio ſit in alterius entitate fundata, ſiue non; Explicatur, & probatur hoc tertium: Nam, ſi Petrus, aut Gabriel, eſſet in ſeipſo diuiſus; hoc ideo eſſet, vel quia eſſet Petrus, & aliqua alia res, puta Martinus, aut lapis; vel quia eſſet Petrus, & non Petrus; igitur Petrum eſſe indiuiſum in ſeipſo, eſt Petrum eſſe Petrum, & non eſſe aliud à Petro, vel non eſſe non Petrum; Et ſic dicendum eſt de Gabriele, & quolibet alio indiuiduo, ſiue materiali, ſiue immateriali.

Indiuiſionis radix. Sed conſiderandum eſt diligenter indiuiſioné hanc, qua hoc ens, eſt hoc, & non eſt nõ hoc, & eadem ratione non eſt aliud ens, in quolibet indiuiduo proximum habere fundamẽtum, in propria, & ſingulari illius quidditate, ſiuè hecceitate, per quàm ſit hoc, & ab omni alio diſtinguitur.

Sed in materia conſtantibus, hæc indiuiſio primam habet radicem ex coniunctione partium, tã eſſentialium, puta materiæ, & formæ, quàm integralium, ſiuè ſint homogeneæ, vt partes huius libri, vel lapidis, ſiue ſint hetherogeneæ, vt partes animalis.

In hoc articulo S. Doct. proximum attulit fundamentum, tam diuiſionis, quàm indiuiſionis dicens, rationem diuiſionis conſiſtere in hoc, quod hoc ens, nõ eſt illud ens; cuius radix eſt materia, & forma, vt vnitæ ſunt; ſic enim conſtituunt, ita hoc, quòd nõ aliud in rebus materialibus. Et hic paulò ante dixerat, vnum opponi priuatiuè multis, inquantùm in ratione multorum eſt, quòd ſint diuiſa. Vbi nulla ſit mentio de partibus huius entis, an ſint coniunctæ, vel ſeparatæ; ſed de hoc ente ſecundum ſe totum, quatenus, ita eſt hoc, vt nõ ſit aliud, & vt non ſit non hoc. In articulo verò præcedente, à notiori doctrinam tradens primam in rebus materialibus radicem indiuiſionis, & ab alio diſtinctionis expreſſit.

A Igitur hoc ipſo, quòd hoc ſingulare indiuiſum eſt in ſeipſo, indiuiſione proximè fundata in huius ſingularis hecceitate, eſt etiam ab omni alio diſtinctum, cum nõ alia ratione, hoc ſingulare in ſeipſo ſit indiuiſum; niſi quia non eſt ſimul hoc, & aliud, ſiuè non hoc. *Indiuiſum in ſeipſo hoc ipſo eſt ab alio diuiſum.*

Itaque nõ neceſſariò tantùm conuenit vnitati diuiſio huius entis ab omni alio; quaſi conſequẽs rationem vnitatis, vt dixit Suarez; ſed eſt de eius intrinſeca ratione, vel potius eius intrinſeca ratio ſumendo diuiſionem hanc reſtrictè; quatenus ſcilicet negatio eſt tali affirmationi cõiuncta: Nam, cum dico Petrus eſt Petrus, & non eſt non Petrus,
B diuiſionem Petri à non Petro ſignifico, ſed coniunctam affirmationi Petri de ipſo Petro. Quæ ambæ ſimul, ſcilicet affirmatio, & negatio vnitatis, ſiuè indiuiſionis talis, qualis ſingulari conuenit, rationem conſtituunt. Quòd autem indiuiſio non neget diuiſionem ratione poſitiui, multipliciter demonſtratur. Primò, ex ipſo nomine indiuiſionis, quo formaliter ſignificatur diuiſionis negatio; diuiſio verò formaliter negationem importat. Secũdò, quia remota negatione illa, quam ſignificat diuiſio, & remanente tota illa entitate, in qua fundabatur diuiſio, ſtatim reſultat indiuiſio, & vnitas in illa entitate, cui primò inerat diuiſio; ergo
C indiuiſio non negat diuiſionem ratione poſitiui. Et confirmatur: Quia alioquin, quæ plura ſunt, nunquàm poſſent fieri vnum. Probatur ſequela: Quia ſecundùm hanc ſententiam vnitas opponitur entitatibus, in quibus fundatur diuiſio: nunq̃ autem oppoſitum poteſt ineſſe alteri oppoſito, & illud denominare. Falſitas autem conſequentis patet inductiuè in partibus artificiatorum; & fluidorum, & in anima ſeparata; quæ iterũ corpori coniungetur ad vnum per ſe cum eo conſtituendum. *Indiuiſio non negat diuiſioné ratione poſitiui.*

Tertiò quæro, quod ſit hoc fundamentum poſitiuum diuiſionis, quod per indiuiſionem negatur: Nam vel eſt entitas, vt ſic; vel entitas, vt talis, vel plures entitates, vt ſeipſis, aut proprijs differen-
D tijs, ſiuè modis diſtinctæ; nec aliquid aliud poteſt excogitari. Non poteſt eſſe primum, neque ſecundum; quoniam entitas, & talis entitas ſubiectum eſt vnitatis; neque tertium, quoniam indiuiſio, q̃ vnitas ſignificat, & quæ eſt de illius intrinſeca ratione, non eſt negatio diuiſionis huius entis, ab illo ente, ſed negatio diuiſionis huius entis in plura. Conſtat autem diuiſionem hanc realem non eſſe, & nullum à parte rei habere fundamentũ, ſed in ſola noſtri intellectus contemplatione fundari, qua primò concipimus hoc ſingulare, vt in ſeipſo diuiſum, ad modum plurium, & deinde talem di-
E uiſionem ab eo negamus, concipientes illud, vt in ſeipſo minimè diuiſum, & conſequenter vt vnum. Maneat itaque diuiſionem, quam negat indiuiſio, negationem eſſe formaliter.

Soluitur Argumentum Suarezij.

AD argumẽtum Suarezij, quo probare nititur diuiſionem ab alio nõ eſſe de ratione vnius, reſpondetur falſam eſſe minorem propoſitionem

quo

quo ad diuiſionem per modum negationis acceptam in ordine ad terminum, tam poſitiuum abſtrahentem ab exiſtentia, quàm negatiuum, ſiue contradictorium. Ad probationem quo ad terminum poſitiuum, quia ratio Capreoli non concludit &c.

Reſpondetur hoc argumento non infringi dictum D. Thom. Sed vim rationis Capreoli.

Secundò reſpondetur: dictum illud D. Tho. efficaciter probari argumento noſtro ſuperius poſito, & explicato.

Diſtinctionum entis à non ente.

Ad probationem quo ad terminum negatiuum negatur antecedens: Nam ens diuiditur à non ente ſeipſo quidem fundamentaliter; ſed negatione formaliter, quatenus, ſcilicet non ens negatur ab ente; & ſimiliter non ens ſeipſo fundamentaliter diſtinguitur ab ente, ſed negatione formaliter, qua ens negatur à non ente. Quamuis dici poſſet non ens eſſe ipſam entis negationem; atque ideo ſe ipſo formaliter ab ente diuidi, & non per aliam negationem; quod de ente dici non poteſt in ordine ad non ens. Ad probationem autem antecedentis negatur aſſumptum; nimirum negationem illam, prout obiectiuè intelligitur antecedere in ente, potius eſſe affirmationẽ: Nam, quod affirmationis eſt in ente, nihil formaliter dicit de diuiſione à non ente, ſed fundamentaliter tantùm; ſola verò negatio, qua hoc ens, non eſt non ens, formaliter diſtinguit.

Caiet.

Vbi aduerte cum Caietano infra quæſt. 39. art. 1. circa reſponſionem ad ſecundum D. Thom. negationem, qua vnum ens non eſt aliud; puta qua homo non eſt bos, & eadem ratione negationem, qua hoc ens non eſt non ens, eſſe negationem in actu exercito, & rebus, conuenire abſque opere intellectus: nam præciſo omni opere intellectus cõuenit homini non eſſe bouem, & non eſſe chimerã, aut non hominem; quamuis talis negatio nec ſit ens reale, nec ens rationis; quatenus autem ab intellectu formante propoſitionem negatiuam concipitur, induit rationem entis, & eſt ens rationis.

Negatio eſt circũ p̄ciſo opere intellectus.

Eſt igitur diſtinctio, de qua loquimur, non affirmatio, ſed negatio in actu exercito, qua vnum ens, neque eſt aliud ens, neque non ens.

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus ſit vnus.

55 1. q. 103. art. 3. Et 1. diſt. 2. art. 1. Et 2. diſt. 2. 1. q. 1. ar. 1. Et 1. cont. cap. 42. Et pot. q. 3. ar tic. 6. Et o. puſ. 3. c. 15 Et 12. metaph.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd Deus non ſit vnus. Dicitur enim primæ ad Corinth. octauo. Siquidem ſunt dij multi, & domini multi.

2 Præterea: Vnum, quod eſt principiũ numeri, non poteſt prædicari de Deo, cum nulla quantitas de Deo prædicetur; ſimiliter, nec vnum, quod conuertitur cum ente; quia importat priuationem, & omnis priuatio imperfectio eſt, quæ Deo non competit; Non eſt igitur dicendum, quòd Deus ſit vnus.

A Sed contra eſt, quod dicitur Deuter. 6. Audi Iſrael; Dominus Deus tuus vnus eſt.

Reſpondeo. Dicendum, quòd Deum eſſe vnum, ex tribus demonſtratur.

Primò quidem ex eius ſimplicitate. Manifeſtum eſt enim, quòd illud, vnde aliquid ſingulare eſt hoc aliquid, nullo modo eſt multis cõmunicabile. Illud enim, vnde Sortes eſt homo, multis communicari poteſt; ſed id, vnde eſt hic homo, non poteſt communicari, niſi vni tantùm; Si ergo Sor. per id eſſet homo, per quod eſt hic homo, ſicut non poſſunt eſſe plu-

B res Sortes, ita nõ poſſent eſſe plures homines, Hoc autem conuenit Deo: Nam ipſe Deus eſt ſua natura, vt ſupra oſtenſum eſt. *Secundùm igitur idem eſt Deus, & hic Deus; Impoſſibile eſt igitur eſſe plures Deos. Q. 3. art. 3.

Secundò verò ex infinitate eius perfectionis. Oſtenſum eſt enim ſupra, * quòd Deus comprehendit in ſe totam perfectionem eſſendi: Si ergo eſſent plures dij, oporteret eos differre; Aliquid ergo conueniret vni, quod non alteri; & ſic ille, in quo eſſet priuatio, non eſſet ſimpliciter perfectus; Si autem hoc eſſet perfe- Q. 4. art. 2.

C ctio, alteri eorum deeſſet; Impoſſibile eſt ergo eſſe plures Deos.

Vnde, & antiqui philoſophi quaſi ab ipſa coacti veritate ponentes principium infinitũ, poſuerunt vnum tantum principium.

Tertiò ab vnitate mundi. Omnia enim, quæ ſunt, inueniuntur eſſe ordinata ad inuicem, dũ quædam quibuſdam deſeruiunt. Quæ autem diuerſa ſunt, in vnum ordinem non conuenirent, niſi ab aliquo vno ordinarentur. Melius enim multa reducuntur in vnum ordinem per

D vnum, quàm per multos; *quia per ſe vnius vnum eſt cauſa, & multa non ſunt cauſa vnius, niſi per accidens; inquantùm ſcilicet ſunt aliquo modo vnum. 502

Cùm igitur illud, quod eſt primum, ſit perfectiſſimum, & per ſe, non per accidens, oportet, quòd primum reducens omnia in vnum ordinem, ſit vnum tantùm. Et hoc eſt Deus.

Ad primum ergo dicendum, quòd dicuntur dij multi ſecundùm errorem quorundam, qui multos Deos colebant; exiſtimantes planetas, & alias ſtellas eſſe Deos, vel etiam ſingulas partes mundi. Vnde ſubdit; Nobis autẽ

E vnus Deus, &c.

Ad ſecundum dicendum, quòd vnum, ſecũdùm quod eſt principium numeri, non prædicatur de Deo, ſed ſolùm de his, quæ habent eſſe in materia. Vnum enim, quod eſt principium numeri, eſt de genere mathematicorũ, quæ habent eſſe in materia; ſed ſunt ſecundũ rationem à materia abſtracta. Vnum verò, qđ 175

conuer-

conuertitur cum ente, eſt quoddam metaphyſicum, quod ſecundùm eſſe non dependet à materia; & licet in Deo non ſit aliqua priuatio, tamen ſecundùm modum apprehenſionis noſtrę, non cognoſcitur à nobis, niſi per modũ priuationis, & remotionis. Et ſic nihil prohibet aliqua priuatiuè dicta de Deo prædicari; ſicut, quod eſt incorporeus, infinitus, & ſimiliter de Deo dicitur, quod ſit vnus.

Senſus quæſiti.

NOmen Dei ſumitur in hoc quæſito, p. out ſignificat concretum diuinæ naturæ, ideſt habens deitatem; eo modo, quo phyloſophi Deum intelligebant.

Dictio verò *vnus* numeralẽ denotat vnitatem, non ſolùm, vt diſtinguitur contra vnitatem ſpecificam, ſed etiam, vt diſtinguitur cõtra pluralitatem indiuiduorum diuinæ naturæ.

Quemadmodum Sol vnus numero eſt, non ea ſolùm ratione, quòd vnitati ſpecificę addat vnitatẽ numeralem, ſed ea ratione præcipuè, quòd eius natura non habet plura, in quibus multiplicetur, indiuidua.

Priorem rationem vnitatis appellant quidam recẽtiores affirmatiuam; poſteriorem verò excluſiuam.

Hic manifeſtè quæritur de vnitate Dei numerali, quo ad poſteriorem eius rationem, non excluſa priori: Nam tres rationes, quibus probatur cõcluſio, in dicto ſenſu procedunt; ſecundùm autem argumentũ; & eius reſponſio priori fauent ſenſui.

Forma Textus.

COncluſio eſt. Deus eſt vnus. Probatur tripliciter.

Primò ex ſimplicitate Dei. Si Sortes per idem eſſet homo, per quod eſt hic homo; ſicut non poſſunt eſſe plures Sortes, ita non poſſent eſſe plures homines; at Deus per idem eſt Deus, per quod eſt hic Deus; ergo, ſicut non poſſunt eſſe plures, qui ſint hic Deus, ita non poſſunt eſſe plures Dij. Minor probatur: Quia Deus eſt ſua natura, vt oſtenſum eſt quæſt. tertia articulo tertio. Maior autem probatur: Quia illud, vnde aliquod ſingulare eſt hoc aliquid, nullo modo eſt multis communicabile; ergo, ſi Sortes per idem eſſet homo, &c. Antecedens manifeſtatur in Sorte, & homine; nam illud, vnde Sortes eſt homo, multis poteſt cõmunicari; ſed id, vnde eſt hic homo, non poteſt, niſi vni tantùm communicari.

Secundò probatur concluſio, ex infinitate perfectionis Dei. Si eſſent plures Dij, puta duo, vnus eorum non eſſet ſimpliciter perfectus; at Deus ſimpliciter perfectus eſt; ergo non ſunt plures Dij. Minor probatur: quia Deus comprehendit in ſe totam perfectionem eſſendi; vt oſtenſum eſt quæſt. 4. art. 2. Maior probatur: quia, ſi eſſent plures Dij, in vno eorum eſſet priuatio, aut perfectio, quæ alteri non conueniret; at vtrumque ponit imperfectionem in altero; ergo. Maior probatur: quia, ſi eſſent plures Dij, oporteret eos differre per hoc, quod aliquid conueniret vni, quod non conueniret alteri, quod eſſet, vel perfectio aliqua, vel priuatio perfectionis; ergo alter eorum eſſet imperfectus. Probatur conſequentia: quia ille, in quo eſſet priuatio perfectionis, aut cui deeſſet perfectio, eſſet imperfectus.

Tertiò probatur concluſio ab vnitate mundi. Oportet, quòd illud, quod eſt reducens per ſe omnia in vnum ordinem, ſit tantùm vnum; at hoc eſt Deus; ergo. Probatur Maior: Omnia quæ ſunt, ad inuicem ſunt ordinata; at quæ diuerſa ſunt, non conueniunt in vnum ordinem, niſi ab aliquo vno per ſe ordinentur; ergo. Probatur hæc minor: quia vnum eſt per ſe cauſa vnius; multa verò non cauſant vnum, niſi per accidens, inquantũ, ſcilicet aliquo modo ſunt vnum. Ex quo ſequitur, quòd multa melius reducuntur in vnum ordinem per vnum, quàm per multos. Minor autem principalis argumenti probatur: quia Deus *eſt id, quod eſt primum, & perfectiſſimum, & per ſe, & non per accidens.*

Expoſitio Textus.

PRopoſita concluſio vna eſt, & quidem potiſſima, ex ijs, quæ naturali diſcurſu ſunt euidenter cognoſcibiles. Et rationes, quibus ad eius probationem hic vtitur S. Doct. verę demonſtrationes ſunt. Quæ paulò latius explicantur in primo cont. gent. cap. quadrageſimoſecundo; additis quatuordecim alijs non minus efficacibus; quas ibidem doctè, & ſubtiliter explicat. Ferrarienſis. Hanc veritatem probant rationes illæ omnes, quibus probatur Deum eſſe.

S. Thom. Ferrarienſ.

Et quemadmodum ibidem notauimus contra Vaſquezium, diuinam exiſtentiam ab antiquis philoſophis fuiſſe demonſtratiuè cognitam; ita nunc dicimus vnitatem Dei non minus eiſdẽ fuiſſe perſpicuam; vt apertè docent Cyrillus in primo contra Iulianum capit. 9. Euſebius lib. 11. de præparat. cap. 9. Et Iuſtinus in libro de Monarch. Athanaſius in oratione contra idola, Cyprianus de idolorum vanitate, Lactantius libro primo diuin. inſtitut. Auguſt. lib. 4. de Trinit. & alij plures; quos nimis longum eſſet recenſere.

Cyrillus. Euſebius. Iuſtinus. Cyprian. Athanaſ. Lactantius. Auguſtin.

Et ſermo eſt de vnitate, qua Deorum pluralitas numeralis excluditur; vt ſupra notauimus in explicatione ſenſus quæſiti.

Eandem veritatem diuinarum litterarum teſtantur frequenter oracula. Deut. 4. *Dominus ipſe eſt* Deus, *& non eſt alius præter eum.* Et cap. 6. *Dominus* Deus *tuus* Deus *vnus eſt.* Et cap. 32. *Videte, quòd egò ſim ſolus, & non ſit alius* Deus *præter me.* Et primi Reg. 2. *Non eſt ſanctus, vt eſt dominus; neque enim eſt alius extra te.* Et Pſalm. 85. *Tu es* Deus *ſolus.* Et Iſaiæ 44. *Ego primus, & ego nouiſſimus, & abſque me non eſt* Deus. *Quis ſimilis mei?* Et cap. 45. *Ego dominus, & non eſt alius: extra me non eſt Deus.* Marci. 12. *Primum omnium mandatum eſt. Audi Iſrael. Dominus* Deus *tuus Deus vnus eſt.* primæ Corint. 8. *Scimus, quia nullus eſt Deus, niſi vnus.* Et Gal. 4. *Deus autem vnus eſt.*

Deut. 4. 6. & 32. Primi Reg. 2. Pſalm. 85. Iſa. 44. & 45. Marci. 12. 1. Cor. 8. Gal. 3.

Qui ampliores probationes deſiderat ex ſacrarum litterarum fontibus, ſanctorum patrum ſcriptis, & ex naturali rationis humanæ diſcurſu, legas

gas

gat recentiores ſuper hoc articulo, & in particulari Valentiã; qui prę omnibus alijs vberius hanc veritatem confirmat; legat etiam Suarezium diſp. Metaph. 29. ſect. ſecunda, & tertia, & diſput. trigeſima, ſect. 10. vbi rationibus naturalibus hanc eandem probat veritatem.

Valentia. Suarez.

ARTICVLVS IV.

Vtrum Deus ſit maximè vnus.

54 Q. 11. ar. 3. c. & q. 39. art. 3 c. Et cauſis 11. 1.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd Deus non ſit maximè vnus; vnum enim dicitur ſecundùm priuationem diuiſionis; Sed priuatio non recipit magis, & minus; Ergo Deus non dicitur magis vnus, quã alia, quæ ſunt vnum.

52 2 Præterea: Nihil videtur eſſe magis indiuiſibile, quàm id, quod eſt indiuiſibile actu, & potentia; cuiuſmodi eſt punctus, & vnitas; Sed intantùm dicitur aliquid magis vnum, inquantùm eſt indiuiſibile; Ergo Deus non eſt magis vnum, quàm vnitas, & punctus.

3 Præterea: Quod eſt per eſſentiam bonũ, eſt maximè bonum; Ergo, quod eſt per eſſentiam ſuam vnum, eſt maximè vnum, Sed omne ens eſt vnum per ſuam eſſentiam, vt patet per philoſophum in * 4. metaph. Ergo omne ens eſt maximè vnum; Deus igitur non eſt magis vnum, quàm alia entia.

4. met tex. 3. tom. 3.

Sed contra eſt, quod dicit Boet. quod inter omnia, quæ vnum dicuntur, arcem tenet vnitas diuinæ trinitatis.

Reſpondeo. Dicendum, quòd cum vnum ſit ens indiuiſum, ad hoc, quod aliquid ſit maximè vnum, oportet, quòd ſit, & maximè ens, & maximè indiuiſum. Vtrumque autem competit Deo. Eſt enim maximè ens, inquantùm eſt nõ habens aliquod eſſe determinatum per aliquam naturam, cui adueniat; ſed eſt ipſum eſſe ſubſiſtens omnibus modis indeterminatum.

Eſt autem maximè indiuiſum, inquantùm neque diuiditur actu, neque potentia ſecundũ quemcunq; modum diuiſionis, cùm ſit omnibus modis ſimplex, vt ſupra * oſtenſum eſt.

Q. 3. ar. 7.

Vnde manifeſtum eſt, quod Deus eſt maximè vnus.

Ad primum ergo dicendum, quòd licet priuatio ſecundùm ſe non recipiat magis, & minus, tamen ſecundùm quòd eius oppoſitum recipit magis, & minus, etiam ipſa priuatiua dicuntur ſecundùm magis, & minus. * Secundũ igitur, quod aliquid eſt magis diuiſum, vel diuiſibile, vel minus, vel nullo modo, ſecundùm hoc aliquid dicitur magis, & minus, vel maximè vnum.

26

A Ad ſecundum dicendum, quòd punctus, & vnitas, quæ eſt principium numeri, non ſunt maximè entia, cùm non habeant eſſe, niſi in ſubiecto aliquo. Vnde neutrum eorum eſt maximè vnum. Sicut enim ſubiectum non eſt maximè vnum propter diuerſitatem accidentis, & ſubiecti, ita nec accidens.

Ad tertium dicendum, quòd licèt omne ens ſit vnum per ſuam ſubſtantiam, non tamen ſe habet æqualiter ſubſtantia cuiuslibet ad cauſandam vnitatem; quia ſubſtantia, quorũdam eſt ex multis compoſita, quorundam verò nõ.

B

Forma Textus.

C*Oncluſio eſt. Deus eſt maximè vnus. Probatur: Ad hoc, vt aliquid ſit maximè vnum; requiritur, vt ſit maximè ens, & maximè indiuiſum; at vtrũque competit Deo; ergo.*

Maior probatur: Vnum eſt ens indiuiſum; ergo ad hoc, vt aliquid ſit maximè vnum, requiritur, ut ſit maximè ens, & maximè indiuiſum.

Minor probatur primò quo ad primam partem: Deus eſt ipſum eſſe ſubſiſtens omnibus modis indeterminatum; ergo eſt maximè ens. Deinde quo ad ſecundam
C *partem: Deus non diuiditur actu, neque potentia ſecundùm quemcunque modum diuiſionis; ergo eſt maximè indiuiſus. Antecedens probatur: quia Deus eſt omnibus modis ſimplex.*

Expoſitio Textus.

INtelligenda eſt concluſio de vnitate diuinæ naturæ in concreto ſumptæ, quæ ſignificatur hoc nomine *Deus*; nõ autem de vnitate hypoſtaſis, vel perſonæ, aut relationum, quibus diuinæ perſonæ conſtituuntur, & diſtinguuntur: Hæc enim ſingulares habent difficultates in proprio tractatu de-
D terminandas; Scito tamen diuinam naturam per relationum, aut perſonarum pluralitatem non diſtingui; ſed cum perſonarum trinitate ſummam conſiſtere diuinitatis vnitatem. Quo fit, vt nulla ſit hæc conſequentia. In Deo eſt Trinitas perſonarum; ergo Deus non ex maximè vnus: Nam, ſi ſumatur dictio illa *Deus*, vt ſtat pro concreto indiuiduali Deitatis, falſa eſt conſequentia; quia vnum dicit ens indiuiſum, ſcilicet, ſecundùm eſse, vt ſcilicet nõ ſint in eo diuerſa eſſe, vel diuerſa entia, & maximè vnum dicit maximè ens omnibus modis indiuiſum in eſſe, aut entitate: vt ſcilicet in Deo non ſint diuerſa eſſe, aut diuerſa entia. Perſo-
E næ verò diuinæ, & relationes earum conſtitutiuæ non ita diſtinguuntur, vt ſint, vel habeant diuerſa eſſe, vel vt ſint diuerſa entia; ſed vnum omnium eſt eſſe, & eadem entitas ſimpliciſsima. Si verò dictio illa *Deus* ſumatur, vt ſupponit perſonaliter indiſtinctè, concludit argumentum Deum nõ eſſe maximè vnum perſonaliter; quod ne dum concedimus, ſed fide certiſsima catholicè cõfitemur. Abſolutè tamen dicendus erit ſemper Deus maximè vnus; ob rationem paulò ante dictam; quæ in ip-

in ipſius eſſe, vel entitatis indiuiſione cōſiſtit; atque ideo quorum vnum eſt eſſe, & eadem entitas, ea ſimpliciter vnum dicenda ſunt. Ex quo ſequitur in Deo non eſſe maiorem vnitatem perſonæ, puta patris, quā ſit ipſius diuinæ naturæ, quæ tribus eſt communicabilis; quia per communicationem non diuiditur in plura diuinitas, ſed triū vna, & eadem eſt cum ſingulis identificata.

Aduerte præterea Doctorem ſanctum hic probare maximam vnitatem Dei ex hoc, quòd neque actu, neque potentia diuiditur ſecundùm quemcunque diuiſionis modum, quæ diuiſionis negatio probatur hic ex ſumma Dei ſimplicitate. Ad cuius probationis intelligentiam recolenda ſunt, quæ ſupra diximus artic. 2. in ſpeciali Controuerſia, nimirum proximum fundamentum indiuiſionis, qua hoc ens eſt hoc, & non eſt non hoc, & qua etiam non eſt aliud ens, in quolibet indiuiduo poſitum eſſe in propria, & ſingulari huius entis hęcceitate, ſiue quidditate: ſed in rebus materialibus primam eius radicem eſſe partium coniunctionē. Ex quo ſequitur, quòd, vbi nullæ ſunt omnino partes; ſed res eſt perfectiſsimè ſimplex, ibi ſit maxima, ac perfectiſsima vnitas, qua res in ſeipſa indiuiſa eſt, non ſolùm actu, ſed etiam in potentia, nō tantùm phyſica, ſed etiam logica; & eadem ratione ſit à quolibet alio, tam ente, quàm non ente diſtincta. Vis itaque probationis ex prima pendet indiuiſionis, & vnitatis radice; quæ in rebus materialibus, aut habentibus partes ex ipſarum partium coniunctione dependet; in ſimplicibus autē, & omni partium compoſitione carentibus ex ipſa procedit ſimplicitate; quæ formaliter negationē dicit compoſitionis, & perfectam rei, quo ad omnia cum ſemetipſa identitatem cum nulla partiū, aut rerum inter ſe, vel à re ſingulari, cui conueniunt, diuerſitate, aut extraneitate. Hæc enim longè potentior eſt indiuiſionis cauſa, quàm quæuis partium, aut rerum in vno aliquo ente coniunctio: Nam, ſi res partibus, aut quauis rerum diuerſitate conſtans ob eam cauſam dicitur indiuiſa, quòd eius partes, aut res ſecundùm ſe diſtinctè coniunguntur ad inuicem, ſi res fuerit omnino ſimplex nullam habens in ſe partium, aut rerum diuerſitatem, quæ per coniunctionem, quandam identitatis figuram participent: ſed ſecundùm ſeipſam perfectam rerum omnium habuerit identitatem, longe maiorem, & excellentiorem habebit indiuiſionem, & vnitatem. Cum itaque talem habeat Deus ſimplicitatem, ex ea S. D. tanquam ex prima radice ſummam diuinæ naturæ indiuiſionem, & vnitatem deduxit.

S. Thom. Bannes. Reſponſio ad primum argumētum optimè explicatur à D. Thoma prima ſecundæ quæſt. 73. artic. 2. vt hic etiam annotauit Bannes.

In reſponſione ad ſecundum nota duas contineri reſponſiones. Vnam explicitè, qua negatur maior præciſè ſumpta: quia ſcilicet vnum non dicitur ſolùm, nec primario ſecundùm rationem indiuiſionis, ſed primo ſecundùm rationem entitatis. Alteram autem reſponſionem continet implicitè, qua negatur minor; quia punctus, & vnitas

A compoſitionem faciunt cum ſubiecto, atque ideo non ſunt omnino ſimplicia, ſicut Deus.

In reſponſione ad tertium nota modum loquendi. S. Tho. affirmat enim omne ens eſſe vnum per ſuam eſſentiam, nō autem eſſe vnum per eſſentiā, vt argumentum ſumit; vnde non eſt neceſſaria illa diſtinctio, quam hic adhibet Syluester, ex Caietano, ſupra quæſt. 6. artic. 3. in titulo; de qua ibidem latè diſputauimus. Syluester.

QVAESTIO XII.

Quomodo Deus à nobis cognoſcatur, in 13. articulos diuiſa. B

QVia in ſuperioribus conſiderauimus, qualiter Deus ſit ſecundùm ſeipſum, reſtat conſiderādum, qualiter ſit in cognitione noſtra, ideſt, quomodo cognoſcatur à creaturis.

Et circa hoc quæruntur 13.

Primò. Vtrum aliquis intellectus creatus poſsit videre eſſentiam Dei.

Secundò. Vtrum Dei eſſentia videatur ab C intellectu per aliquam ſpeciem creatam.

Tertiò. Vtrum oculo corporeo Dei eſſentia poſsit videri.

Quartò. Vtrum aliqua ſubſtantia intellectualis creata ex ſuis naturalibus, ſufficiens ſit videre Dei eſſentiam.

Quintò. Vtrum intellectus creatus ad vidēdam Dei eſſentiam, indigeat aliquo lumine creato.

Sextò. Vtrum videntium eſſentiam Dei vnus alio perfectius videat.

Septimò. Vtrum aliquis intellectus crea- D tus poſsit comprehendere Dei eſſentiam.

Octauò. Vtrum intellectus creatus videns Dei eſſentiam, omnia in ipſa cognoſcat.

Nonò. Vtrum ea, quæ ibi cognoſcit, per aliquas ſimilitudines cognoſcat.

Decimò. Vtrum ſimul cognoſcat omnia, quæ in Deo videt.

Vndecimò. Vtrum in ſtatu huius vitæ poſſit aliquis homo eſſentiam Dei videre.

Duodecimò. Vtrum per rationem naturalem Deum in hac vita poſsimus cognoſcere.

Tertiodecimò. Vtrum ſupra cognitionem E naturalis rationis ſit in præſenti vita aliqua cognitio Dei per gratiam.

Ordo huius Quæſtionis ad præcedentes, et articulorum eius inter ſe.

HVcuſque tractauit S. Doct. de diuina eſſentia ſecundùm ſeipſam diſſerendo de prædicatis illius quidditatiuis, tam affirmatiuis, quàm negatiuis. Nunc de eadē diuina eſſentia diſputat, quatenus

tenus obiectum eſt creatæ cognitionis, ideſt quomodo ab homine, & ab angelo cognoſcatur; id verò præſtat tredecim articulis. Quorum hic eſt ordo: Nam de cognitione, qua homo, vel Angelus Deum contemplatur, dupliciter inquiri poteſt: Vno modo abſolutè: Alio modo limitatè ad ſtatum viæ. Priori modo de ea tractat in primis decem articulis. Poſteriori autem modo in tribus vltimis. Et quoniam tria ſunt quæſita, ad quæ tanquam ad capita reliqua omnia reducuntur, vt patet in primo capitulo ſecūdi Poſt. videlicet, an ſit, quid ſit, & quomodo ſit, in hoc primo articulo, abſoluitur primum quæſitum. Et quoniam modus viſionis ad illius quidditatem pertinet, ideo coincidit hic tertia quæſtio cum ſecunda. Igitur Sanct Thom. de quidditate viſionis beatificæ tribus modis agit. Primò ex parte principiorum viſionis: Secundò ex parte termini. Tertiò ex parte actus videndi. Primum tractatur in quatuor articulis immediatè ſequentibus. Secundum in alijs quatuor immediatè ſequentibus. Tertium autem in 10. artic. Ariſtot.

Cognitio autem, quam habere poteſt homo de Deo in præſenti vita, triplex eſt. Vna per eſſentiā immediatè; & hæc eſt ſumma, & perfectiſsima. Alia naturalis per effectus ſenſibiles iuxta illud Apoſtoli Rom. 1. *Inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſūt, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoq; eius virtus, & diuinitas.* Et hæc eſt imperfectiſsima. Tertia eſt media inter duas prædictas, & appellatur cognitio per gratiam, ideſt cognitio ſupra omne debitū naturæ gratis collata; quæ tamen fit per ſpecies creatas. Itaq; S. Thom. in artic. 11. agit de prima, quæ eadem eſt in ſubſtantia cum viſione beatorū in patria, de qua in præcedentibus articulis egerat; in duodecimo verò quærit de cognitione naturali, quæ eſt in altero extremo; in vltimo demū articulo illam explicat, quæ media eſt; eius enim notitia ex præhabita extremorum cognitione fit planior. Rom. 1.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum aliquis intellectus creatus poſsit Deum videre per eſſentiam.

55 AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd nullus intellectus creatus poſsit Deum per eſſentiam videre. Chryſoſt. enim ſuper Io. * exponens illud, quod dicitur Io. 1. Deum nemo vidit vnquam; ſic dicit. Ipſum quod eſt Deus, non ſolùm prophetæ, ſed nec Angeli viderunt, nec Arcangeli. Quod. n. creabilis eſt naturæ, qualiter videre poterit, quod increabile eſt? Dionyſ. etiam primo capit. * de diuin. nom. loquēs de Deo dicit. Neque ſenſus eſt eius, neque phantaſia, neq; opinio, nec ratio, nec ſcientia.

1. 2. q. 5. ar 1. in c. & q 93. art 1. & 3. contra c. 51. 54. & 57. Et ver. q. 8. ar. 1. & quol. 7. ar. 1. & quol. 10. ſi & op. 1. c. 104. & Mat 5. to. 1e. 6. Hom. 14 in Io. ali quātulum a prin. to. 3 Carit. 1. à medio illius.

2 Præterea: Omne infinitum, inquantùm huiuſmodi, eſt ignotū; ſed Deus eſt infinitus,

A vt ſupra oſtenſum eſt; ergo ſecundùm ſe eſt ignotus. Q. 7. art. 1.

3 Præterea: Intellectus creatus non eſt cognoſcitiuus, niſi exiſtentium. Primum enim, quod cadit in apprehenſione intellectus, eſt ens; * Sed Deus non eſt exiſtens, ſed ſupra exiſtentia, vt dicit Dionyſ. ergo non eſt intelligibilis, ſed eſt ſupra omnem intellectum. 35 26 d 32

4 Præterea: Cognoſcentis ad cognitum oportet eſſe aliquam proportionem, cum cognitum ſit perfectio cognoſcentis; Sed nulla eſt proportio intellectus creati ad Deum; quia B in infinitum diſtant; ergo intellectus creatus non poteſt videre eſſentiam Dei.

Sed contra eſt, quod dicitur primæ Ioan. 3. videbimus eum ſicut eſt.

Reſpondeo. Dicendum, quòd, cum vnumquodq; ſit cognoſcibile ſecundùm, * quòd eſt in actu; Deus, qui eſt actus purus abſque omni permixtione potentiæ, quantùm in ſe eſt, maximè cognoſcibilis eſt; Sed quod eſt maximè cognoſcibile in ſe, alicui intellectui cognoſcibile non eſt, propter exceſſum intelligibilis ſupra intellectum. Sicut Sol, qui eſt maxi- C mè viſibilis, videri non poteſt à veſpertilione propter exceſſum luminis. Hoc igitur attendentes quidam poſuerunt, quod nullus intellectus creatus eſſentiā Dei videre poteſt; ſed hoc inconuenienter dicitur; cum enim vltima hominis beatitudo in altiſsima eius operatione conſiſtat, quæ eſt operatio intellectus, ſi nūquam eſſentiam Dei videre poteſt intellectus creatus, vel nunquàm beatitudinem obtinebit, vel in alio eius beatitudo conſiſtet, quàm in Deo, quod eſt alienum à fide. In ipſo enim eſt vltima perfectio rationalis creaturæ; quod D eſt ei principium eſſendi. Intantùm enim vnūquodque perfectum eſt, inquantùm ad ſuum principium attingit. ſimiliter etiam eſt præter rationem. Ineſt enim homini naturale deſiderium cognoſcendi cauſam cum intuetur effectum; & ex hoc admiratio in hominibus cōſurgit. Si igitur intellectus rationalis creaturæ pertingere non poſsit ad primam cauſam rerum, remanebit inane deſiderium naturæ. * Vnde ſimpliciter concedendum eſt, quòd beati Dei eſſentiam videant. 761 311 17

E Ad primum ergo dicendum, quòd vtraq; authoritas loquitur de viſione comprehēſionis. * Vnde præmittit * Dionyſ. immediatè: ante verba propoſita dicens: Omnibus ipſe eſt vniuerſaliter incomprehenſibilis, & nec ſenſus eſt, &c. Et Chryſoſt. * parum poſt verba prædicta ſubdit. Viſionem hic dicit certiſsimam patris conſiderationem, & comprehenſionem tantam, quantam pater habet de filio. Ad

Cap. 1. de diu. nom. aliquantulum à prin D. 266. Eadē ho. 14. parum ante med. to. 3.

Digitized by Google

Ad ſecundum. Dicendum, quòd infinitum, quod ſe tenet ex parte materiæ non perfectæ per formam, ignotum eſt ſecundùm ſe;* quia omnis cognitio eſt per formam; Sed infinitū, quod ſe tenet ex parte formæ non limitatæ p materiam, eſt ſecundùm ſe maximè notum. Sic autem Deus eſt infinitus, & non primo modo, vt * ex ſuperioribus patet.

Q.7.art.1.

Ad tertium. Dicendum, quòd Deus nō ſic dicitur non exiſtens, quaſi nullo modo ſit exiſtens; ſed quia eſt ſupra omne exiſtens, inquantùm eſt ſuum eſſe.

Vnde ex hoc non ſequitur, quòd nullo modo poſsit cognoſci, ſed quòd omnem cognitionem excedat; quod eſt ipſum non comprehendi.

Ad quartum. Dicendum, quòd proportio dicitur dupliciter.

Vno modo certa habitudo vnius quantitatis ad alteram, ſecundùm quòd duplum, triplum, & æquale ſunt ſpecies proportionis. Alio modo quælibet habitudo vnius ad alterū, proportio dicitur.

Et ſic põt eſſe proportio creaturæ ad Deū, inquantùm ſe habet ad ipſum, vt effectus ad cauſam, & vt potentia ad actum.

Et ſecundùm hoc intellectus creatus proportionatus eſſe poteſt ad cognoſcendū Deū.

Explicatur ſenſus quæſiti, relatis expoſitorum ſententijs, & ſuſtinetur interpretatio Caietani.

Caiet. Syluester. Iauellus.

Huius quæſiti ſenſum quo ad punctum præcipuum variè exponūt commentatores. Caietanus, quē ſequuntur Syluester, & Iauellus, tres quæſiti partes diſtinguit, & exponit.

Nos autem illud in quatuor partes diſtinguemus. Prima pars, quæ totius propoſitionis eſt ſubiectum, illis duobus verbis continetur, videlicet *intellectus creatus*, quibus ſignificatur non ſolus intellectus humanus, nec ſolus angelicus, ſed intellectus creatus in tota ſua latitudine.

Secunda pars eſt verbum illud *poſsit*, quod poteſtatem, ſiuè facultatem quandam ſignificat; quæ in intellectu duplex eſt. Vna ab intrinſeco; & hæc naturalis eſt; qualis eſt in intellectu noſtro vis ad intelligendum quidditates ſenſibiles, & Deum, vt primam cauſam, quo ad an eſt, & quia eſt. Altera eſt ab extrinſeco; & hæc eſt ſupernaturalis; fit enim per diuinam reuelationem, ſiuè claram, ſiuè obumbratam. In præſenti quæſito non arctatur prædicti verbi ſignificatio ad vnam aliquam tantùm ex duabus iam expoſitis facultatibus; ſed vt indifferens concipienda eſt ad potentiam in ſe, & potentiam in alio; ſiue ad eam vim, quæ eſt ab intrinſeco, & ad eam, quæ eſt ab extrinſeco.

Tertia pars eſt dictio illa *videre*. Quæ, cum ſit analoga, & multipliciter ſumatur in ſacris litteris, vt hic notat Bannes, & Peſantius, hoc in loco per vltimam illam particulam, *per eſſentiam*, determinatur ad talem viſionis modum; quem Caietanus exponit idem eſſe, quod quidditatiuè, ità vt *videre per eſſentiam* idem ſit, quod intelligere quidditatiuè. Illæ verò dicitur quidditatiuè cognoſcere, qui completè ſcit terminare quæſtionē, quid eſt de Deo. Dico autem completè, non prout idem pollet, quod comprehenſiuè; ſed quatenus diſtinguitur contra incompletè: Nam ſcire terminare quæſtionem quid eſt; contingit dupliciter: Vno modo incompletè, ſicut ſciens communia tãtùm prædicata alicuius rei nouit terminare quæſtionem quid eſt, ſed incompletè.

Bannes. Pesantius. Caiet.

Cognitio quidditatiua duplex.

Alio modo cõpletè, & hoc dupliciter: Vno modo comprehenſiuè: Alio modo apprehenſiuè; nūc de hoc poſteriori modo loquimur: Nam de illo priori quærendum erit in ſeptimo articulo. Tunc autem intellectus terminat completè apprehenſiuè quæſtionem quid eſt, quando ſcit omnia prædicata quidditatiua vſque ad vltimam differētiam incluſiuè; quod intelligendum eſt, vbi aliqua eſt à parte rei prædicatorum diſtinctio maior, quàm ſola virtualis. Quod dixerim, quoniam in Deo ſecundùm ſe vna eſt ratio formalis ſimplicißima, quam beati, vt formaliter vnā intuitiuè videbūt.

In qua apprehenſiua cognitione completa maxima eſt latitudo; vt patet ex ſexto articulo. Hanc Caietani expoſitionē Zumellus nimis rigoroſam exiſtimat: Nam (inquit) ad videndum Deum, ſicut, & quamcunq; aliam creaturam, non videtur neceſſarium, quòd intellectus cognoſcat omnia à prima potentia vſque ad vltimum actum; profectò (inquit) ego noui Paulum intuitiuè, & tamen non cognoſco illum à prima potentia vſque ad vltimum actum. Quapropter quæſtio eſt, an intellectus creatus poſsit intelligere Deum intuitiuè; Hæc ille. Sed expoſitio Caietani, præter quàm qđ eſt D.Thom. infra articulo duodecimo, & prima ſecundæ quæſt.3.artic.8.& primo contra gen. capit.3.& tertio contra gent. capitulo 49. & 50. vbi S.Doct. apertè ſignificat videre per eſſentiam idē eſſe, quod videre quidditatiuè, & non tantùm intuitiuè; adhuc ex viſionis intuitiuæ natura facilè defendi poteſt: Nam, quemadmodum, qui ſenſu viſus rem aliquam præſentem intuetur, videt illius colorem, & ſenſibilia communia, prout ſunt in re: ita, qui intellectuali cognitione intuitiua purum, & ſimplicißimum actum, qualis Deus eſt, intuetur, videt eum ſicut eſt. Eſt autem Deus ipſū eſſe per eſſentiam; adeo, vt eſſe Dei ſit ipſa quidditas Dei; videt igitur quicumque Deum intuitiuè contemplatur, totum eſſe Dei, & conſequenter totam illius quidditatem, & eſſentiam; cum ſimplicißima ſit, & vnius dumtaxat rationis formalis ſecundùm ſe.

Zumel. contra Caiet.

Defenditur Caiet. D.Tho.

Itaque admittens hic ſermonem eſſe in quæſito de intellectione Dei intuitiua, neceſſe eſt etiam, vt concedat intelligendum eſſe de intellectione quidditatiua. Neque eadem eſt prorſus ratio de cognitione intuitiua ſenſus, & de cognitione intuitiua

tuitiua intellectus; Quoniam cognitio ſenſitiua nunquam pertingit ad intima rei, at cognitio intuitiua intellectus circa obiectum præſertim ſimpliciſsimum ad totam rei quidditatem terminatur ob dictam cauſam.

Videre p eſſentiam dupliciter

Vbi etiam aduertendum eſt particulam illam *per eſſentiam* dupliciter exponi poſſe: Vno modo, vt ſignificet medium, ſiuè rationẽ videndi ex parte videntis; vt idem ſit *videre per eſſentiam*, quod non videre per aliam mediam ſpeciem. Et hic ſenſus pertinet ad ſequentem articulum: Alio modo exponi poteſt illa particula *per eſſentiam*, vt dicit modum vidẽdi ex parte rei viſæ, ſiuè obiecti, prout ſcilicet obiectum videtur, nõ quo ad aliqua extrinſeca, aut communia, ſed quo ad ipſam eſſẽtiã totam ſecundùm ſe. Quam expoſitionem ſignificauit Syluester, & alijs terminis expreſsit Molina. Et per hanc adhuc apertius excluditur interpretatio Zumelli. Valentia exponit *videre per eſſentiam* idem eſſe, quod videre quidditatiuè, ideſt ita perfectè cognoſcere, vt quod attinet ad quæſtionem quid eſt Dei, non poſsit vllius creaturæ intellectus vlterius progredi in cognoſcendo; ſed iam omnia cognoſcantur, quæ vel actu, vel virtute diſtincta reperiuntur in illo ſummo ente, quod eſt Deus, & ſanctiſsima Trinitas. Quæ expoſitio, vt vera ſit, non poteſt intelligi, niſi de illis omnibus, quæ in Deo actualiter, & formaliter ſunt; ex quibus quædam ſola virtute ab inuicem ſunt diſtincta, ſicut diuina attributa inter ſe, & eſſentia diuina ab illis, & à perſonalibus; quædam autem realiter diſtinguuntur, ſicut relationes oppoſitæ, & diuinæ inter ſe perſonæ. Quod, ſi extenderetur ad omnia, etiam illa, quæ in Deo ſunt virtualiter, manifeſtè falſa eſſet, vt patebit ex octauo artic. nec dictus expoſitor hoc intẽdit: Nec etiam ad ideas poteſt extendi.

Syluester. Molina. Valentia.

Et quoniam de ratione Dei quidditatiua ſecũdùm ſe eſt exiſtentia, non tantum in actu ſignato, ſed etiam in actu exercito; idcircò videns, aut cognoſcens Deum quidditatiuè neceſſariò videt illius actualem exiſtentiam. Quòd autem exiſtẽtia, vt exercita, ſit de ratione Dei quidditatiua ſecundùm ſe, probatur: Quia quælibet res, vt actu exiſtens nobilior eſt ſeipſa non exiſtente; prout latè probauimus ſupra quæſtione ſecunda, artic. primo, in ſecunda Controuerſia. Conſtat autem quãlibet perfectionem ſimpliciter, qualis eſt exiſtentia, eſſe de intrinſeca, & quidditatiua ratione Dei ſecundùm ſe, nec diſtingui poſſe ab eius eſſentia ſecũdùm ſe; cum vna ſit illius ratio formaliſsima, vt alibi oſtenſum eſt. Itaque, licèt in conceptione noſtra alia ſit eſſentiæ, & alia exiſtentię diuinæ ratio formaliter, nulla tamen eſſe poteſt in Deo, qui res eſt ſimpliciſsima, ſecundùm ſe formalis diſtinctio perfectionum.

Ex quo ſequitur impoſsibile eſſe cognoſcere Deum quidditatiuè, & illum vt actu exiſtentem non videre, & è contra; nimirum fieri non poſſe, vt videatur Deus, prout in ſe eſt, ſiue intuitiuè cognoſcatur, & non habeatur eius cognitio quidditatiua. Quod etiam aduertit Capreolus in ſecundo

Capreol.

A ſentent. Diſt. tertia, quæſt. 2. ad argumenta Scoti contra ſextam concluſionem, & diſtinctione 23. quæſt. 1.

Cuius oppoſitum abſque legitimo fundamento docet Ioannes Salas nouiſsimus expoſitor prima ſecundæ quæſtione tertia, tractatu ſecundo, diſput. tertia, ſectione ſeptima, cuius opus, dum hæc imprimerentur, ad manus meas peruenit. Diſtinctio namque rationis ratiocinatæ, cui nititur prædicti expoſitoris opinio, non conuenit eſſentię Dei ſecundùm ſe, neque in ordine ad intellectum videntem illam, prout in ſe eſt; qualis eſt omnis intellectus quidditatiuè Deum cognoſcens.

Io. Salas.

B

Forma Textus.

ANtequã reſpondeat quæſito S. Doct. proponit quorundam errorem, qui ſolet aſcribi Armenis Petro Abailardo, Arnaldo Brixienſi, & Almerico, & alijs quibuſdam. Qui dicebant diuinam eſſentiam, ſecundùm quod in ſe eſt, non poſſe videri nec ab Angelo, nec ab homine. Ratio eorum erat; quia, quod in ſe maximè cognoſcibile eſt, non eſt alicui intellectui cognoſcibile propter exceſſum intelligibilis ſupra intellectum; at Deus in ſe eſt maximè cognoſcibilis; ergo non erit cognoſcibilis ab intellectu creato propter exceſſum eius ſupra C *intellectum creatum Maior propoſitio probatur exemplo: Nam Sol quia eſt maximè viſibilis, videri non poteſt à veſpertilione propter exceſſum luminis exiſtentis in Sole. Et eſt Ariſtot. ſecundo met. tex. 1.*

Minor probatur: Vnumquodque cognoſcibile eſt, ſecundùm quod eſt actu; at Deus eſt maximè actu; ergo maximè cognoſcibilis. Probatur hæc minor; quia Deus eſt actus purus.

Concluſio eſt. Beati vident Dei eſſentiam. Probatur hæc concluſio, & ſimul confutatur recenſitus error: homo poteſt conſequi beatitudinem; ergo, poteſt videre Deum. Antecedens relinquitur vt notum ex fide. Cõſequentia verò probatur; quia beatitudo hominis conſiſtit D *in viſione Dei, ergo. Probatur hoc aſſumptum tripliciter.*

Primò vltima beatitudo hominis conſiſtit in altiſsima eius operatione; ſed hæc eſt viſio Dei; ergo. Probatur hæc minor: Quia illa altiſsima operatio eſt altiſsima operatio intellectus, quæ eſt de altiſsimo intelligibili, qui Deus eſt; ergo. Secundò probatur eadẽ propoſitio: Quia, ſi beatitudo non conſiſtit in Dei viſione; ergo conſiſtit in alio, quàm in Deo; ſed hoc eſt contra fidem; ergo. Quòd autem id ſit contra fidem, relinquit S. Thom. tanquam notum ex ſacris litteris, Matthei quinto. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Et decimo octauo capitulo. Angeli eorum ſemper vident faciem E *patris mei. Ioannis quartodecimo: Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. 1. Io. 3. Videbimus eum ſicuti eſt.*

Tertiò probatur eadem propoſitio ſic: In eo conſiſtit vltima perfectio rationalis creaturæ, quod eſt ei principium eſſendi; at Deus eſt principium eſſendi rationali creaturæ; ergo in eo conſiſtit vltima perfectio, & beatitudo. Probatur hæc maior: Quoniam vnumquodque intantùm perfectum eſt, inquantùm ad ſuum principiũ attingit.

Secundò probatur eadē concluſio: Si intellectus creatus non poteſt pertingere ad viſionem diuinæ eſſentiæ, remanebit inane deſiderium naturæ; at hoc eſt abſurdū; ergo. Probatur prima propoſitio: Quia, ſi non poteſt intellectus creatus pertingere ad viſionem diuinæ eſſentiæ, nec etiam pertinget ad cognoſcendam primam cauſam rerum; at ſi ad hanc non pertinget, erit inane deſiderium naturæ; ergo, ſi intellectus creatus non pertinget ad viſionem diuinæ eſſentiæ, erit inane deſiderium naturæ. Probatur hæc minor: Quoniam ineſt homini naturale deſiderium cognoſcendi cauſam, cum intuetur effectum.

Expoſitio Textus.

IN hoc diſcurſu tria ſunt obſeruatione, & explicatione digna. Primum eſt, quòd S. Thom. non reſpondet argumento hæreticorum. Cuius rei duplex (vt opinor,) poteſt eſſe cauſa. Prima; quia ex reſponſionibus ad tertium, & quartum argumentum habetur etiam illius argumenti ſolutio. Secūda; quoniam ex dicendis articulo quarto, & quinto, manifeſtè ſoluetur illud argumentum; quo nihil aliud probatur, niſi creatum intellectum non poſſet per ſua naturalia Deum videre per eſſentiam; quia eſt ſummum omnium intelligibilium excedens naturalem proportionem cuiuſcunque intellectus creati.

Secundum eſt cur S. Thom. in prima antecedentis probatione prioris rationis pro concluſione mentionem facit de homine, & de altiſsima eius operatione, quæ eſt intellectio: cum tamen hic ſermo ſit de intellectuali creatura in communi. Ad quod ex Caietano dico quatuor.

Caiet. Primum eſt S. Thom. à notioribus doctrinam tradere voluiſſe, & à minori argumētum ſumere: Nam, ſi hominis beatitudo in eius altiſsima ſita eſt operatione, dignior ratio poſtulat, vt aliorum longè maiori nobilitate præſtantium fęlicitas in altiſsima eorum ſpeculatione conſiſtat.

Secundum eſt S. Doct. altiſsimam operationem ad eam, quę eſt intellectio determinaſſe: quoniam de homine ſermonem fecerat, in quo ſunt etiam ſenſus operationes, à quibus erat fęlix operatio diſtinguenda.

Tertium eſt operationē intellectus ex proprij generis ratione omnium aliarū eſſe nobiliſsimā, cum eius obiectum quouis alterius obiecto potētiæ ſit abſtractius, atque ſimplicius; vt probat S. Thom. & Caiet. infra q. 82. art. 3. S. Thom. caietanus.

Quartum. Nomine altiſsimæ operationis hic non intelligi ſolùm operationis genus, nempè operationem intellectus, vt diſtinguitur contra aliarum operationum ſpecies, aut genera; ſed ſignificatur ſummum in toto genere operationis intellectus, ſcilicet perfectiſsima ſpecies intellectionis. Hæc verò eſt ſola viſio ſūmi obiecti, qđ Deus eſt.

Tertium annotatione dignum eſt Diuum Thomam in prima probatione maioris primæ rationis aſſumpſiſſe beatitudinem hominis conſiſtere in operatione intellectus; quod latè probatur prima 2. quæſt. 3. art. 4. & 5. de quo tamen nobiſcum

A decertant Scotiſtæ; Sed dato etiam in actu voluntatis poſitam eſſe beatitudinem, nihil huic rationi deperit efficaciæ: nam voluntatis operatio præexigit actionem intellectus: Quare ſemper neceſſaria eſt viſio, vt beatus Deo fruatur.

Prima Controuerſia.

An Deus clarè uiſus contineatur intra latitudinem obiecti intellectus creati.

Aſſertur ratio dubitandi, & refertur ſententia Banneſij, & Zumelli.

B HVius quæſtionis duplex eſt ratio. Vna, vt ex eius reſolutione pateat modus, quo Deus clarè viſus continetur ſub obiecto intellectus creati: (nam ſub eo contineri nullus mediocriter eruditus poteſt dubitare.) Altera, vt planior ſit nobis via ad aliam controuerſiam de appetitu naturali perfectæ cognitionis, aut viſionis diuinæ naturæ: Nam præcipua ratio dubitandi hæc eſt. Si Deus clarè viſus continetur intra latitudinem obiecti intellectus creati; igitur intellectus creatus naturaliter inclinatur in Deum clarè videndum; probatur ſequela; quia quælibet potentia naturaliter inclinatur in ſuum obiectum, vbicunque ſit; ſicut
C potentia viſiua naturaliter inclinatur in omnem rationem colorati abſque vlla ſubiectæ rei differentia; ergo etiā vis intellectiua inclinatur in ſuū obiectum, quacumque fuerit differentia, vel modo contractum. Et confirmatur: nam obiectum intellectus creati vnicam habet rationem formalē, q̄ naturaliter reſpicit; ergo ad eam cuiuſuis rei differētia ſpecificatā propenſionē habet naturalē.

Bannez, Zumel. Banneſius, & Zumellus referūt duos modos ſoluendi propoſitam difficultatem, quibus refutatis producunt tertium ex ſententia propria. Prima itaq; ſolutio eſt. Duplex eſt obiectum intellectus. Vnum adæquatū, ſiue extenſiuum; quod ea omnia
D cōtinet, ad quæ ſe poteſt extendere potentia intellectiua, & hoc eſt ens inquantū ens. Aliud eſt obiectum proportionatum; quod ſcilicet habet proportionē cū intellectu; & hoc eſt quidditas rei materialis reſpectu intellectus noſtri, ſubſtantia verò propria reſpectu intellectus angelici. Hoc ſuppoſito dicunt nonnulli potentiā naturaliter inclinari in omne id, quod continetur infra latitudinē obiecti proportionati; non autem in illud omne, quod ambitu clauditur obiecti adæquati: Nam, ſi fuerit aliquid contentum infra terminos obiecti adęquati, quod potentiæ valdè ſuperexcedat virtutē, in illud non inclinatur naturaliter potentia; ſicut
E potentia viſiua noctuæ non inclinatur naturaliter in lucem Solarem; ſic itaque Deus clarè viſus continetur intra latitudinem obiecti adæquati intellectus creati; ſed, cum ſit valdè excedens, non inclinatur intellectus in Deum clarè videndum: nā nec ſua vi naturali ad eum poteſt pertingere.

Hunc dicendi modū meritò reijciunt dicti expoſitores: quoniam ex eo ſequitur intellectum creatum naturalem habere propenſionem ad videndum Deum, vt obiectum eſt ſupernaturale; licet

Digitized by Go

li:tèt aſſequutio ſit ſupernaturalis ob defectum potentiæ; quemadmodum viſiua potentia naturalē habet inclinationē ad omne viſibile,tametſi quędam ſint viſiuæ potentiæ,quæ ob nimiam virtutis imperfectionem attingere non valeant omne viſibile.

Secundus dicendi modus negat Deum clarè viſum concludi intra latitudinem obiecti intellectus creati; limitatque adæquatum obiectum ad ens naturale.

Ad propoſitam verò difficultatem reſpondet, poſſe intellectum eleuari ad cognoſcēdum ens ſupernaturale per ordinem ad ens naturale; ſicut obiectum intellectus noſtri eſt ens reale, ſed poſſumus tamen cognoſcere ens rationis per ordinem ad ens reale; Sed quoniam hic vnum manifeſtè falſum aſſeritur,nimirum beatos in cęlo non videre Deum immediatè, & abſolutè, ac ſine ordine ad ens naturale, idcircò, qui ita loquuntur, digni non ſunt,vt eis quiſquam,vel mediocris eruditionis auditum præſtet.

Sententia Banneſij, & Zumelli. Igitur Dominicus Bannes,& Zumellus tertiam viam ingreſsi tria dicunt.

Primum eſt. Obiectum intellectus noſtri adæquatum eſſe ens in confuſo, vt abſtrahit ab ente naturali,& ſupernaturali; quæ duæ rationes videlicet naturale,& ſupernaturale ſunt primò diuerſæ,non ſolùm in ratione entis, ſed etiam in ratione cognoſcibilis: ita vt ratio formalis obiecti intellectus non ſit vna ſpecie, ſed tantùm analogia; poſſeque intellectum noſtrum cognoſcere ens ſupernaturale; quia poteſt fieri particeps diuini intellectus,& conſequenter diuinæ cognitionis obiecti ſupernaturalis; ita vt ens naturale cognoſcatur à potentia naturali, & ſupernaturale à ſupernaturali.

Dicunt ergo, Deum clarè viſum eſſe obiectum extenſiuum intellectus creati; quoniam ad illud participatione quadam extēdi poteſt, afferuntq; tres cauſas huius extenſionis.

Prima eſt ex parte potentiæ; quia eſt ſpiritualis. Secunda eſt ex parte obiecti ſcilicet Dei; quia eodem modo immutat potentiam,ſicut ens naturale,ſcilicet per ſpeciem omnino immaterialem. Tertia ex parte vtriuſque; quia ens ſupernaturale continetur ſub ratione entis;quæ eſt ratio ſpecificatiua intellectus.

Secundò dicunt intellectiuam potentiam poſſe ſpecificari per ens naturale,& ſupernaturale,licet differant genere in ratione cognoſcibilis. Primò; quia intellectus,& voluntas ſunt potentiæ vniuerſaliſsimę; ergo poſſunt ſpecificari ab vna ratione analoga;nam etiam aliqui dicunt intellectum ſpecificari ab ente,prout abſtrahit ab ente reali,& rationis; & obiectum voluntatis eſt bonum abſtrahens à verò bono,& apparenti.Secundò,quia proprium eſt formæ,vt faciat effectum,quem non habet: Nam albedo facit album,cum ipſa non ſit alba; obiectum autem eſt forma extrinſeca potentiæ. Tertiò,quia Caietanus,& Soncinas dicunt vnam ſcietiam metaphyſicam poſſe ſpecificari ab obiecto analogo, ſcilicet ab ente, vt abſtrahit à

A Deo,& creaturis,à ſubſtantia,& accidente. Quartò, quia probabilis ſententia eſt conceptum entis eſſe vnum,non tantùm ſpecie, ſed etiam numero: & tamen eius obiectum eſt analogum. Itaque cōcludunt obiectum intellectus creati eſſe analogū, inclinarique naturaliter intellectum in ens naturale,& ſupernaturaliter in ens ſupernaturale.

Tertiò dicunt intellectum creatū in intima ſua natura includere, vt ſit principium quoddam vitale,quod factum in actu poteſt in actum exire reſpectu ſui obiecti; fieri autem naturaliter in actu reſpectu entis naturalis;ſupernaturaliter verò reſpectu entis ſupernaturalis; quo fit,vt naturaliter B non inclinetur,niſi in ens naturale; in ens autem ſupernaturale inclinetur ſupernaturaliter: eandē ſententiam ſequitur,& explicat ſubtiliter Nauarretus controu. 33.§.4.

Confutatur ſententia Banneſij,Zumelli,et Nauarreti.

Sed hic modus dicendi plura continet falſa:Nā ſecundum dictum manifeſtè pugnat cum doctrina S.Thom.ſupra queſt. 1.artic. 3.ita dicentis. **S. Thom.** *Vnitas potentiæ, & habitus conſideranda eſt ſecundùm obiectum,non quidem materialiter,ſed ſecūdùm rationem formalem obiecti; puta homo & aſinus,& lapis,* C *conueniunt in vna ratione colorati; quod eſt obiectum viſus;Quia igitur ſacra ſcriptura conſiderat aliqua,ſecundùm quod ſunt diuinitus reuelata, omnia quæcunque ſunt diuinitus reuelabilia, communicant in vna ratione formali obiecti huius ſcientiæ, & ideo comprehēduntur ſub ſacra doctrina,ſicut ſub vna ſcientia*. Hæc S.Thom. Et loquitur de vnitate ſpecifica rationis formalis obiecti ſcientiæ, vt explicauimus ibi cū Caietano. Vbi etiam diximus tres ſcientias reales,videlicet phyſicam,mathematicam, & metaphyſicam ſuas habere ſpecificas vnitates, quibus adinuicem differunt,& cū ampliſsima entis analogia ſimul eſſe ſpecificam vnitatem obiecti,vt oD biectum eſt,quo ſpecificatur metaphyſica.

Præterea ſenſuum exteriorum obiecta vnitatē habent ſpecificam ex proprijs ſibi modis immutandi potentiam: Nam omnia colorata eodē modo ſpecie indiuiſibili immutant viſū.Et alio quodam modo vnitatem ſpecificam habente audibilia feruntur in auditum,& ſimiliter alia ſenſibilia reſpectu cæterorum ſenſuum.Denique,ſi ens ſtante ſua analogia in ratione cognoſcibilis poteſt intellectum ſpecificare, ſequitur intellectus omnes, videlicet humanum,angelicum,& diuinum vnius eſſe ſpeciei.Sequela probatur;Quia ab eodē obiecto ſecundùm eandem rationem formalem ſumE pto ſpecificantur.Tertium autem dictum ſemetipſum deſtruit:Nam,ſi intellectus in eſſentia ſua includit ordinem ad obiectum ſecundùm totā eius latitudinem;igitur antequam fiat in actu per aliquam ſpeciem, vel lumen, inclinatur naturaliter in omne ſuum obiectum; Conſequentia probatur: Quoniam actualitas illa ſuperueniens non affert, ſed præſupponit naturalem intellectus inclinationem.

Reſolutio.

Proponitur, & examinatur ſententia Caietani de diſtinctione intellectuum, & explicantur vera diſtinctiua, reducendo dicta Caietani ad bonum ſenſum.

ALia igitur via incedendum eſt. Ad cuius euidentiam cõſiderandum eſt primò ens inquãtùm ens, eſſe obiectum adæquatum cuiuſcunque intellectus; vt notat Caietanus infra quæſt.79.artic.ſeptimo. Vnde, vt ibidem idem expoſitor deducit, non poteſt aliquis intellectus ſpecificari à ratione formali entis; Et cum obiectum motiuũ, ſiue proportionatum non adæquet potentiam intellectiuam, nec ab eo poterit ratio intellectus ſpecifica dependere. Diſtinguuntur ergo (inquit Caietanus) intellectus humanus, angelicus, & diuinus ſecundùm diuerſitatem actus, & potentię: Nã humanus eſt pura potentia; diuinus eſt purus actus: angelicus medio modo, ſcilicet mixtus potentia, & actu. Ratio Caietani eſt; Quia intelligere eſt actus perfecti, perfectio autem conſequitur actum; & ideo ſicut ſubſtantia immaterialis ſe habet ſubſtantialiter ad actum, & potentiam, ita ſe habet ad intelligere. Vnde primus intellectus ſtabilitur puritate actus, infimus verò conſtituitur pura potentia, intellectus autem medij ratio ex vtriuſque actus ſcilicet, & potentiæ permixtione conſurgit.

Caiet.

Intellectuum ſpecies vnde ſumantur ſecundum Caietan.

Et quamuis S.Thom. in hac quæſt.artic.4. diſtinxerit intellectus iuxta triplicem modum eſſendi rei cognitæ, ſcilicet eſſe in materia, ſubſiſtere abſque materia, & eſſe abſque omni potentia, illa tamen diſtinctio, & graduatio (inquit Caietanus) non eſt facta ad diſtinguendum intellectus ſimpliciter; ſed ad oſtendendam efficaciam intenſiuam cuiuſcunque intellectus; & ideo per obiecta quaſi motiua graduauit intellectus; obiecta enim motiua ſunt adæquata intenſiuè potentijs.

S.Tho.

Caietanus

Sed cum ab Ariſtot. ſecundo, de anima tex.33. didicerimus potentias diſtingui per actus, & obiecta, quod etiam ſæpè docet. S.Thom. & præſertim infra quæſt.77.artic.3. mirum eſt, quomodo talis modus diſtinctionis negari poſsit de intellectu; qui nõ minus eſſentialem habet ordinem ad actũ, & obiectum, quàm quęuis alia potentia; adeo vt à tali ordine nec ꝑ primã operationem intellectus abſtrahi poſsit, vt in dicto art.3. docet Caietanus.

Ariſtot.

S. Tho.

Quare dicẽdum videtur intellectus prædictos, qui per ſe primò reſpiciunt ens in tota ſua latitudine, diſtingui, & ſpecificari ab obiecto adæquato, quod eſt ens; non ſimpliciter; ſed quatenus ſtat ſub tali modo perficiendi intellectum, ſcilicet media ſpecie immateriali abſtracta à quidditate ſenſibili relucente in phantaſmate; vt humanus, vel media propria ſubſtantia, vt angelicus, de diuino autem intellectu alia eſt ratio, vt infra patebit.

Vera ſententia.

Et probatur quod diximus: Quoniam tale obiectum, quod eſt intelligibile, non ſpecificat intellectum; niſi ſub ratione perfectiui intellectus. Et ideo ſecũdùm diuerſam per ſe rationem perfectiui erit etiam per ſe diuerſa ratio intelligibilis.

A Ad cuius euidentiam nota ex Caietano infra quæſtione 87. articulo primo, intelligibile conſtitui in eſſe intelligibili formaliter immaterialitate perfectiua, intellectum verò immaterialitate perfectibili conſtitui in ratione intellectus; vt ibidem latè probat.

Caietan.

Ex quo ſequitur, vt ibi etiam deducit Caietanus, ſic ordinari intellectus inter ſe; vt Diuinus qui eſt ipſum totum ſuum intelligibile in actu ſecundo, ſit actus purus; Angelicus verò, qui eſt totum ſuũ naturale intelligibile in habitu, ſeu actu primo, habeat rationem actus permixti potentiæ; In quo tamen eſt magna latitudo iuxta diuerſos angelorum ordines. Intellectus verò humanus, qui nullum actu intelligibile eſt, ſed eſt ſicut tabula raſa, & pura potentia, ex ſui natura, infimum tenet locum. Cum ergo ens, inquantùm ens, ſit obiectum adæquatum intellectus, & inquantùm ens ſit intelligibile, & è conuerſo; idem erit dicere; ens, inquantùm ens, eſt obiectum adæquatum intellectus, & dicere; intelligibile, inquantùm intelligibile, eſt obiectum adęquatum intellectus; niſi, quòd intelligibile exprimit rationem formalem obiecti, quam non exprimit ens.

Gradus in intellectiui.

B

Quo fit, vt eadem ratio formalis entis ſub diuerſis intelligibilitatis modis poſsit intellectus diuerſos ſpecificare.

C

Vnde, quemadmodum ad ſpecificationem, & diſtinctionem habitus ſcientifici concurrunt duę rationes formales; vna quæ, & altera ſub qua; illa, vt ratio formalis rei, vt res eſt; hæc vt ratio formalis obiecti, vt obiectum, & vt ſcibile eſt; illa, vt quæ attingitur, hæc autem, vt ratio attingendi tãtùm; ita fęrè contingit in obiecto intellectus: Nã entitas, vt ſic, eſt ratio formalis, quæ attingitur ab intellectu; talis autem modus intelligibilitatis, ideſt talis modus perficiendi intellectum, ſe habet, vt ratio formalis ſub qua, & vt ratio obiecti, vt obiectum eſt; & conſequenter complet rationem formaliter ſpecificatiui, & diſtinctiui in obiecto intellectus, quod eſt ens.

D

Vnde ſicut eadem Deitas ſub diuerſis luminibus ſpecificat, & diſtinguit diuerſas de Deo cognitiones; ita eadem ratio formalis entis ſub diuerſis modis intelligibilitatis ſpecificat, & diſtinguit diuerſas potentias intellectiuas.

Specificatio intellectuum à ratione formali entis.

Sed diligenter aduertenda eſt differentia inter obiectum motiuum diuini intellectus, & obiecta motiua aliorum intellectuum: Nam obiectum motiuũ intellectus diuini eſt etiam per ſe primò terminatiuum; ita vt in eo tanquam obiecto cognito cętera videantur. At obiectum motiuum intellectus humani, quod eſt, quidditas rei ſenſibilis, nõ eſt obiectũ per ſe primò, in quo reliqua entia, puta ſeparata à materia, videantur tanquam in obiecto cognito; ſed ęquè immediatè, noſtra cognitio terminatur ad corporalia, & ſpiritualia.

E

Et ſimiliter cognitio angeli æquè immediatè terminatur ad ſubſtantiam propriam, & ad reliqua per ſpecies, aut etiam per ſubſtantiam ſuam repreſentata.

Et

Ex qua differentia ſequitur alia, nimirum diuinum intellectum nõ ab ente in tota latitudine, ſed à ſubſtantia ſua ſpecificari; alios autem intellectus, ſcilicet humanum, & angelicum ab ente ſub tali modo, & ratione ſpeciem ſumere. Et cum eſſentia diuina, ea ratione ſit obiectum adæquatè motiuum, & immediatè terminatiuũ intellectus diuini, qua totam entis latitudinem ſupereminenter continet, cum ſit ipſum eſſe per eſſentiam, idẽ ferè eſt diuinum intellectum ab eſſentia ſua ſpecificari, & ab ente ſub tali modo ſpeciẽ ſumere, niſi, quòd ſpecificatio diuini intellectus non eſt ex ratione formali entis, vt ſic, ſed ex Deitate, prout eminenter continet totam entis latitudinem, quod eſt ab ente ſpecificari nobiliſsimo modo.

Caietani doctrina declaratur

Quamobrem doctrina illa Caietani quæſt. 79. artic. 7. ad hanc reducenda eſt, ſi legitima eſſe debeat. Nec aliud etiam intendebat ibidem expoſitor. Et quoniam prædicti modi intelligibilitatis ſuas habent differentias, & vnitates ſpecificas, quibus diuerſi diſtinguuntur intellectus, vt patet in angelis, ex hoc ipſo magis rationi conſona redditur prædicta noſtra ſententia.

Secundò obſeruandum eſt: Ens quatenus ens, quod diximus eſſe obiectum intellectus creati, in ſe complecti ens naturale, & ens ſupernaturale: Nam, cum dico ens ſupernaturale, nullam rẽ, aut rationem formalem ſignifico, cui ratio formalis entis non congruat; ſupernaturalitas enim entitas quædam eſt. Exprimitur tamen differentia, ſiue modus quidam entis, quo talis entis pars eximitur ab obiecto creati intellectus naturali; Sed cum ſub entis latitudine, quod obiectum eſt adæquatum intellectus, comprehendatur, poterit diuina virtute potentiam eleuante etiam ad obiectũ ſub tali modo pertingere; ſicut oculus noctuæ diuinitus confortatus poſſet cum oblectamento lucem Solaris corporis intueri. Vnde diſtingue de ente inquantùm ens, immò de quolibet ente poſſe nos loqui dupliciter: Vno modo ſecundùm formalẽ, & præciſam rationem entis, (eo modo quo poteſt eſſe præciſa) abſtrahendo à naturali, & ſupernaturali: Alio modo deſcendendo ad talem, vel talem rationem entis, puta naturalem, vel ſupernaturalem, ſiue etiam nulla vtẽdo abſtractione, ſed ſumẽdo ens in tota ſua latitudine. His præmiſsis ad quæſitum reſpondeo quatuor concluſionibus.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima Concluſio. Ens commune enti naturali, & ſupernaturali inquantùm ens, eſt obiectum adæquatum intellectus creati, in cuius formaliter, & præciſè ſumpti notitiam quilibet intellectus naturaliter inclinatur.

Prima pars probatur: Quia alioquin ſequeretur dari aliquod ens, ad cuius cognitionẽ per nullam potentiam poſſet intellectus creatus eleuari; & hoc maximè eſſet ſummum ens, quod eſt Deus; hoc verò erroneum eſt, vt probauit S. Thom. ergo.

Sequela probatur: Nam propria ratio, propter

A quam non poteſt Deus, aut angelus oculo corporeo quantumuis confortato videri, ea eſt; quia Deus, aut Angelus non continetur intra latitudinem obiecti potentiæ viſiuæ corporalis. Vnde nec per Dei potentiam poteſt oculus corporeus eleuari ad videndum Deum, aut Angelum; Cum itaque poſsit intellectus creatus diuina potentia eleuari ad videndum clarè diuinam eſſentiam, neceſſe eſt Deum clarè viſum contineri intra latitudinẽ obiecti intellectus creati; & multò magis quodlibet aliud ens inquantùm ens. Secundò probatur: Quia ens, quatenus ens intelligibile eſt; at intelligibile ſignificat obiectum intellectus; ergo ens quatenus ens, eſt obiectum intellectus.

B Secunda pars concluſionis probatur: Ens ſecùndùm rationem formalem entis, vt ſic, præciſè nihil ſupernaturalitatis includit; ergo intellectus creatus naturaliter inclinatur in ens, quatenus ens præciſè ſumptum.

Conſequentia euidens eſt; quia tota ratio, ob quam intellectus creatus non habeat in obiectum aliquod naturalem propenſionem, eſt obiecti ſupernaturalitas; igitur ea præciſa, currit naturalis inclinatio, ſi non poſitiuè, ſaltem non repugnanter: Antecedens patet ex entis abſtractione iam dicta.

C Secunda Concluſio. Intellectus creatus in ens ſupernaturale, ea præciſa ratione, qua ens eſt, naturaliter inclinatur: Hæc concluſio probatur eodem medio, quo probata eſt ſecunda pars præcedentis concluſionis.

Tertia Concluſio. Intellectus creatus inclinatur in ens ſupernaturale, quatenus tale, ſupernaturaliter. Hæc propoſitio latè probabitur in ſequenti controuerſia.

Quarta Concluſio. Licèt intellectus creatus nõ habeat naturalem inclinationem in ens ſupernaturale, quatenus tale, poteſt tamen ad illud pertingere per lumen ſupernaturale. Hæc ſupra proba-

D ta eſt.

Reſpondetur Argumentis.

AD rationes pro tertia opinione reſpondetur: Ad primam negatur conſequentia: Ratio negationis patet ex dictis.

Ad probationem etiam per idem reſpondetur: Nam illæ duæ entis rationes analogæ in vnam rationem formalem ſpecificam obiecti vt obiectum eſt conueniunt; & ſimiliter duæ rationes boni.

Ad ſecundum negatur antecedens quo ad hũc effectum, qui eſt dare eſſe ſpecificum.

Ad tertium reſpondetur, ſicut ad primum ex

E prædictis.

Ad quartum dicitur, conceptum entis in eſſendo eſſe vnum numero, cum ſit vna qualitas; ſed in repreſentando non habet maiorem vnitatem, quã ens, ſed eandem omnino, quam habet ens, ſiue vt ens eſt, ſiue vt obiectum eſt. Argumento verò in capite controuerſiæ poſito abundè ſatisfactum eſt.

Digitized by Google

Secunda Controuerſia.

An in homine, vel in Angelo ſit naturale deſiderium videndi Deum.

Sententię Doctorum, & Expoſitorum.

VAriæ ſunt, ac valdè differentes doctorum, & expoſitorum ſententiæ in pręſenti Controuerſia: Nam Scotus in prima quæſtione prologi, & in quarto, diſtinct. 49. quæſt. 9. (ait) in qualibet intellectuali natura eſſe naturalem quandam inclinationem, quæ non eſt actus elicitus, ſequens cognitionem, ſed naturæ pondus, ſiue propenſio in Deum, vt obiectum beatificum clarè videndũ, quod etiam affirmant Durand. in 4. diſt. 49. quæſtione 8. & Palud. quæſt. 7. — Scotus.

Eandem ſententiam ſequitur Syluester ſuper hoc articulo, & Sotus in quarto ſentent. diſtinct. 49. quæſt. 2. art. 1. & lib. 1. de natura, & gratia, capitulo 4. & Valentia prima ſecundæ quæſtione 5. articulo octauo. — Syluester. Sotus. Valentia.

Secunda ſententia eſt Ferrarienſis in tertio cõtra gent. c. 51. qui diſtinguit dicens Deum dupliciter conſiderari: Vno modo, vt prima cauſa omnium effectuum: Alio modo, vt obiectum eſt ſupernaturalis beatitudinis, ad quam intellectualis creatura eſt per diuinam prouidentiam ordinata. Vnde ſequitur viſionem diuinæ eſſentiæ poſſe dupliciter conſiderari: Vno modo, quatenus eſt viſio eſſentiæ primæ cauſæ abſolutè: Alio modo, inquantum eſt viſio obiecti ſupernaturalis beatitudinis. — Ferrarien.

Hac præmiſſa diſtinctione tria dicit. Primũ eſt dictum illud D. Thom. *Ineſt nobis naturale deſiderium videndi diuinam eſſentiam*, intelligendum eſſe de natura abſolutè conſiderata reſpectu talis viſionis; quæ ſcilicet eſt viſio eſſentiæ, vt primæ cauſæ abſolutè. Secundum eſt hoc naturale deſideriũ videndi diuinam eſſentiam eſſe actum voluntatis neceſſarium quo ad ſpecificationem actus; quia ſequitur neceſſariò cognitionem, qua cognoſcitur per effectus de Deo quia eſt. Tertium eſt in intellectuali natura non eſſe naturale deſiderium videndi Deum, vt eſt obiectum beatitudinis ſupernaturalis.

Tertia ſententia eſt Valentiæ, prima ſecundæ quæſt. 5. artic. 8. & Vaſquezij, & Peſantij ibidem, & ſuper hoc articulo, & Suarezij libro ſecundo, de attributis Dei, capit. 7. numero decimo, & vndecimo. Qui affirmant S. Thom. appellaſſe deſideriũ videndi Dem naturale, non quia ex viribus naturæ habeatur, nec quia ſit obiecti naturalis; ſed quia neceſſarium eſt quo ad ſpecificationẽ actus. Addit Peſantius non eſſe in rationali creatura appetitum naturalem ad videndum Deum clarè, vt eſt tantùm cauſa prima, etiam in ordine rerum naturalium. — Valentia. Vaſquez. Peſantius. Suarez.

Quarta ſentẽtia eſt Bartholomæi Medinæ 1. 2. q. 3. art. 8. qui dicit quinque. — Medina.

Primum eſt, falſam eſſe eorum ſententiam, qui dicunt inclinari nos in Deum videndum pondere naturæ abſque vlla cognitione, & appetitu elicito voluntatis.

A

Secundum eſt, hominem illuſtratum lumine fidei, aut habentem notitiam rerum ſupernaturalium non deſiderare naturali, & efficaci appetitu videre Deum ex facultate naturæ.

Tertium eſt, fidelem, aut paganum habentem notitiam rerum ſupernaturalium poſſe ex facultate naturæ habere imperfectum deſiderium videndi Deum, quod explicatur his verbis: vellem Deum videre.

Quartum eſt, neminem habere deſiderium efficax videndi Deum, niſi diuinitus adiuuetur.

B

Quintum eſt, illam ſententiam, quæ affirmat Deum clarè viſum eſſe finem noſtrum naturalem, eſſe probabilem.

Quinta ſententia eſt Bannefij, & Zumelli. Hi quatuor dicunt. Primum eſt: Viſio Dei per eſſentiam non eſt finis naturalis hominis. Secundũ eſt: Homo poteſt habere appetitum naturalem, ideſt elicitum ex viribus naturæ, ideſt deſiderium quoddam conditionale, & inefficax vidẽdi Deum. Quod intelligunt nulla præſuppoſita cognitione ſupernaturali. In hoc ſecundo dicto conuenit etiam Syluest. Tertium eſt: Homo, ſiue angelus ex natura ſua non habet pondus, neque potentiam naturalẽ ad viſionem Dei claram. Quartum: In homine eſt capacitas naturæ ſecundùm potentiam obedientialem, vt poſſit eleuari ad videndum Deum. — Bannes. Zumel. Syluest.

C

Sexta ſententia eſt Caietani prima ſecũdæ quæſtione 3. art. 8. & in præſenti artic. & infra quæſt. 82. artic. 2. qui dicit quatuor. Primum eſt: Sumendo deſiderium naturale, vt dicitur à natura, vt ſubiecto tantùm, ſic naturaliter deſideramus viſionem Dei. Secundum: Creatura rationalis abſolutè ſumpta nõ deſiderat naturaliter viſionem Dei. Tertium: Homo, vt Theologus, ideſt, vt ordinatus à diuina prouidentia ad fęlicitatẽ ſupernaturalẽ per cognitionem effectuum ſupernaturalium, naturaliter deſiderat videre Deum. Quartum: Homo naturaliter ſcire deſiderat de Deo, quid eſt, inquantùm ſub numero cauſarum comprehenditur, & non abſolutè, niſi per quandam conſequentiam. Caietanum ſequitur Conradus in dicto 8. artic. quæſt. 3. prima ſecundæ, qui deſiderium naturale in ſenſu tertij dicti appellat natnrale ex ſuppoſitione; quia naturale eſt cognito effectu, etiam ſupernaturali deſiderare cauſę cognitionem. — Caiet. Conrad.

D

Reſolutio.

Diſtinguitur multipliciter appetitus naturalis, & explicantur ſingula illius membra.

E

PRo reſolutione præmittenda ſunt tria diſtinctionum genera. Primum ex parte appetitus. Secundum ex parte rei appetitæ, ſiue appetibilis. Tertium ex parte appetentis; quibus addemus duo alia fundamenta.

Prima diſtinctio eſt. Appetitus naturalis dupliciter, dicitur: Vno modo, vt diſtinguitur contra ſupernaturalem. Et hoc modo naturalis appetitus ille — Appetitus naturalis duplex.

Digitized by

ille eſt, qui eſt ex viribus naturæ nullo habitu, aut auxilio ſupernaturali concurrente; Et ſic appetitus cuiuſcunque boni ordinis naturalis ex naturali cognitione poteſt dici appetitus naturalis; Sed in hoc ſenſu non conſueuit accipi nomen appetitus naturalis: Alio modo ſumitur appetitus naturalis, prout diſtinguitur contra liberum. Et hic eſt, de quo præcipue diſputamus. Verùm hic appetitus in hoc ſenſu naturalis duplex eſt. Vnus, qui diſtinguitur contra appetitum animalem ſen ſitiuum, & intellectiuum, eſtq; inclinatio, & pondus cuiuſcunque naturæ, ſiue ſit ſubſtantialis, ſiue accidentalis, in propriam perfectionem. Et hic appetitus non eſt ſpeciale genus potentiæ, ſed rebus omnibus conuenit, conſequitur rationem formalem rei abſolutè, eſt actu ex ſola natura, nõ eſt actus elicitus, ſed mera inclinatio ad vnum determinata, inſerta ab authore naturæ cuilibet perfectibili potentiæ propter particulare cuiuſque bonum, vt annotauit Caietanus infra quæſt. 19. art. 1. vbi ſtatuit ſeptem differentias inter appetitum naturalem, & appetitum animalem. Alius eſt appetitus naturalis, qui eſt actus elicitus à potentia appetitiua ſenſitiua, aut intellectiua; qualis eſt voluntas in ordine ad obiectum neceſſariò appetitum. Sed rurſus hic naturalis appetitus, qui diſtinguitur contra liberum, duplex eſt. Quidam eſt naturalis quo ad ſpecificationem tantùm. alius eſt naturalis etiam quo ad exercitium. Ratio huius diſtinctionis eſt; quoniam hic ſumitur naturale, vt diſtinguitur contra liberum. Dicitur autem aliquid liberum dupliciter. Vno modo quo ad exercitium. Alio modo quo ad ſpecificationem actus ſecundi; igitur ex oppoſito tot modis etiam dicetur aliquid naturale.

Appetitus naturalis adhuc duplex.

Caiet.

Alia diſtinctio appetitus naturalis.

Liberum dupliciter

Eſt igitur quædam operatio libera vtroque modo; vt electio; quia poſſumus eligere, & non eligere; & ſi eligimus, poſſumus eligere hoc, & eius oppoſitum.

Eſt etiam alia quædam operatio libera quo ad exercitium, ſed naturalis, & neceſſaria quo ad ſpecificationem: ſicut velle reſpectu boni, & intelligere reſpectu primorum principiorum. Poſſumus enim exercere actum volendi circa bonum, & nõ exercere; & ſimiliter actum intelligẽdi circa principia, quod eſt habere libertatem quo ad exercitium actus; ſed, ſi exire volumus in actum circa dicta obiecta, naturaliter, & neceſſariò determinatus eſt actus noſter ad alteram partem; vt actus voluntatis ad bonum, & actus intellectus ad aſſẽſum verum circa prima principia.

Denique eſt quædam alia operatio naturalis vtroque modo; quales ſunt omnes appetitus brutorum reſpectu ſenſibilis obiecti ab eiſdem apprehenſi ſub ratione conuenientis, aut nociui; nã ouis neceſſariò amat agnum viſum, & paſcua oblata, & occurrentem auerſatur lupum.

Sed præterea appetitus naturalis quo ad ſpecificationem duplex eſt. Quidam conſequens naturaliter cognitionem ordinis naturalis, id eſt habitam virtute naturali. Quidam autem dicitur naturalis conſequens naturaliter cognitionem ſupernaturalem; ſiue illa ſit per intrinſecam Dei reuelationem, vt viſio beatifica, & fides viatorum; ſiue per ſolam extrinſecam obiecti ſupernaturalis doctrinam, vel narrationem; vt cum infidelis audit à fideli magnitudinem cæleſtis gloriæ à Deo ſanctis promiſſæ; ex qua cognitione naturaliter conſequitur in voluntate cogniti boni deſiderium: Nam ſupernaturalitas addita bono cognito non minuit, ſed potius auget eius intrinſecam, & innatam virtutem; quam habet ad excitandum in voluntate deſiderium. Sed quoniam bonum excitãs talem affectum non eſt naturale, nec cognitio naturalis; idcircò non eſt dicendus ſimpliciter appetitus ille naturalis, ſed cum addito, ſcilicet naturalis ex modo; vel, vt inquit Conradus, ex ſuppoſitione.

Appetitus naturalis quo ad ſpecificationẽ duplex.

A B

Tandem diſtinguendum eſt, appetitum naturalem, quo ad ſpecificationem, ſiue priori, ſiue poſteriori modo duplicem eſſe: Nam quidam eſt efficax, & quidam inefficax; quidam abſolutus, & quidam conditionatus. Efficax, & abſolutus eſt eorum, quæ poſſibilia ſunt, & quatenus talia apprehenduntur. Inefficax autem, & conditionatus, eſt eorum, quæ non ſunt poſſibilia, vel non apprehenduntur, vt poſſibilia. Dicitur autem efficax appetitus reſpectu finis, quando ex fine appetito mouemur ad appetenda, & eligenda media ducẽtia in finem, & ad operandum propter eius aſſequutionẽ; vel dicitur appetitus efficax, qui attingit obiectum ſecundum vniuocam, aut quaſi vniuocam proportionem, & commenſurationem, licèt non adæquet: appetitus autem inefficax eſt, qui imperfecto, & improportionato modo attingit obiectum.

Vlt. diſtinctio appetitus naturalis.

C

Affertur, et explicatur duplex diſtinctio. Vna Dei, quatenus eius viſio eſt à nobis appetibilis. Altera obiecti noſtræ voluntatis, & beatitudinis.

D

SEcundum genus diſtinctionis eſt ex parte obiecti appetibilis. Circa quod duplex occurrit diſtinctio; vna ex Caietano, & Ferrarienſi; altera ex D. Thom. & Capreolo.

Prior diſtinctio ex caietano, & Ferrar.

Prior diſtinctio eſt. Deus dupliciter conſideratur: Vno modo, vt prima omnium cauſa effectiua: Alio modo, vt obiectum ſupernaturalis beatitudinis: Ex quo ſequitur viſionem diuinæ eſſentiæ dupliciter poſſe conſiderari, & deſiderari: Vno modo, quatenus viſio eſt primæ cauſæ, vt ſic, & per quandam conſequentiam, vt eſt viſio Dei abſolutè: Alio modo, quatenus eſt viſio obiecti ſupernaturalis beatitudinis.

E

Poſterior diſtinctio ex D. Tho. & Capreolo in quarto ſententiarum, diſtinct. 49. quæſt. 3. in reſponſio ad argumenta Scoti eſt talis. Duplex eſt obiectũ voluntatis, ſcilicet per ſe, & per accidens.

Poſterior diſtinctio ex S. Tho. & capreo.

Obiectum per ſe voluntatis eſt bonum. obiectũ per accidens eſt hoc, vel illud bonum. Et ſicut bonum communiter loquendo eſt per ſe obiectũ voluntatis; ita ſummum bonum poteſt dici vltimus finis voluntatis per ſe loquendo; ſed hoc, vel illud bonum ponitur, vt vltimus finis volũtatis, & principale

Digitized by Google

cipale eius obiectum, quaſi per accidens.

Beatitudo autem, quantùm ad illud, quod in ea eſt per ſe voluntatis principale obiectum, eſt omnibus nota; ſed quantùm ad illud, quod accidit per ſe obiecto, non eſt omnibus nota: Nam omnes cognoſcũt perfectum bonum, & hoc appetũt, dum beatitudinem appetunt. Sed hoc perfectum bonum eſſe voluptatem, vel diuitias, vel virtutẽ, vel aliud huiuſmodi eſt per accidens. Hæc ex D. Thom. in quarto ſentent. diſtinct. 49. quæſt. 1. art. tertio, & addit S. Thom. *Quamuis diuina viſio ſit ipſa beatitudo, non tamen ſequitur, quòd, quicumque appetit beatitudinem, appetat diuinam viſionem; quia beatitudo inquantùm huiuſmodi importat per ſe obiectum voluntatis, non autem diuina viſio.* Hæc S. Tho. Quo fit, vt voluntas naturaliter, & neceſſariò appetat beatitudinem in vniuerſali apprehenſam; non ob eam ſolùm cauſam, quòd in ea ſit ratio omnis boni, & defectus omnis mali ſecundùm rem; ſed ob id præſertim; quia hæc importat formaliter ex propria ratione, ex qua habet, vt ſit per ſe obiectũ voluntatis; nullum autem particulare bonum ex propria ratione hæc importat, nec etiam ipſa viſio diuinæ eſſentiæ, ſed tantũ materialiter; & ideo apprehenſa ſub propria ratione non mouet neceſſariò voluntatem, vt loco allegato docet Capreolus. Vnde S. Tho. ibidem ait. *Quamuis voluntas ex naturali inclinatione habeat, vt in beatitudinem feratur, quod tamen feratur in talem beatitudinem, hoc non eſt ex inclinatione naturæ, ſed per diſcretionem rationis; quæ adinuenit in hoc, vel in illo bono, ſummum bonum hominis conſiſtere; & ideo quandocumque aliquis beatitudinem appetit actualiter, id eſt in particulari, cõiungitur ibi naturalis appetitus, & appetitus rationalis: ex parte appetitus naturalis ſemper eſt ibi rectitudo, ſed non ſemper ex parte appetitus rationalis: nam quandoque appetitur beatitudo, vbi verè non eſt.* Hæc ibi. Nec eſt incõueniens, vt ait Capreolus ad quartum Scoti, aliquod bonum particulare ſecundùm vnam rationem neceſſariò appeti, & non ſecundũ aliam, ſed merè contingenter, ſiuè liberè. Quod etiam apertè ſignificant verba D. Tho. paulò ante relata.

S. Tho. — Capræol. — S. Tho.

Proponitur, & explicatur duplex naturæ rationalis, vt diuinæ cognitionis appetitiua eſt, conſideratio.

Caietanus — Conradus

TErtium genus diſtinctionis eſt apud Caietanum ex parte appetentis tale. Creatura rõnalis poteſt dupliciter conſiderari: Vno modo abſolutè; & ſic non habet deſiderium naturale videndi diuinam eſſentiam: nã deſiderium naturæ rationalis abſolutè ſumptæ non ſe extendit vltra naturæ facultatem: Alio modo poteſt conſiderari rationalis natura, vt ordinata ad fęlicitatem. Et ſic (dicũt Caietanus, & Conradus) naturaliter deſiderat viſionem Dei: Nam rationalis natura, vt ordinata ad fęlicitatem ſupernaturalem, cognoſcit quoſdã effectus gratiæ, & gloriæ; quorum cauſa eſt Deus, vt Deus in ſe abſolutè, & non, vt vniuerſale agẽs; notis autem effectibus naturale eſt cuilibet intellectuali naturæ deſiderare notitiã cauſæ. Et quia

A creaturæ non ſunt de conſideratione ſciẽtiæ theologiæ, niſi, vt ordinantur, gubernantur, & prædeſtinantur à Deo in Deum, vt ſupremum omnium finem ſupernaturalem; idcircò D. Thom. hic, & in tertio cont. gen. cap. 50. concludit inane fore deſiderium intellectualis naturæ, ſi Deum videre non poſſet; loquitur namq; de rationali creatura theologicè; ſicut, & quælibet ſcientia vtitur terminis ſecundùm eum ſenſum, qui congruit illius obiecto, & rationi formali.

S. Thom.

Appetitum naturalem intellectus, & voluntatis, non niſi in Deo clare viſo ſatiari poſſe, & bonum euidenter tantùm cognitum poſſe neceſſariò appeti.

B POſtremò duo ſunt adnotanda. Primum eſt, naturalem appetitum intellectus, & voluntatis plenè perfici, & ſatiari non poſſe ſola cognitione, & amore naturali; ſed plenam perfectamque ſatietatem illis affert viſio diuinæ eſſentiæ, & amor perfectæ in patria charitatis teſte Pſalm. qui ait: *Satiabor, cum apparuerit gloria tua.* Probatur prior pars: Nam, quemadmodum naturalis appetitus materiæ fertur ad omnes formas ſubſtantiales educibiles de ſinu materiæ, ita appetitus naturalis intellectus fertur in omnes intellectiones naturales, & in omne verum, quod per naturales intellectiones cognoſci poteſt; & appetitus naturalis voluntatis fertur in omnes dilectiones naturales, & in omne bonum, quod eſt earum obiectum. At appetitus materiæ per formas naturales ſatiari nequit; quia nec omnes poteſt ſimul recipere, neque vnam omnes virtualiter continentem; ergo eadem ratione neque appetitus naturales intellectus, & voluntatis ſatiari poterunt per intellectiones, & volitiones naturales; quia neque omnes poſſunt ſimul habere; neque vnam omnes virtualiter continentem.

Pſal. 16.

C

Poſterior pars probatur: Deus clarè viſus continet eminenter totam latitudinem veri, & boni; ad quod ſe extendunt appetitus naturales intellectus, & voluntatis; & eadem ratione viſio, & amor Dei clarè viſi eminenter continent cognitiones, & amores naturales; ergo plenè, perfecteque ſatiant appetitus naturales intellectus, & voluntatis.

D

Secundum annotandũ eſt, appetitum, ſiue deſideriũ in voluntate cauſari ex cognitione boni apprehenſi per intellectum: Nam, vt dixit in tertio de anima Auerr. tex. 36. *Balneum in anima eſt agens deſiderium.* Itaque etiam appetitus naturalis, prout eſt actus elicitus, cauſatur ex appetibilis boni cognitione; non quacunque, ſed naturali. Et quoniam, quod naturale eſt, & neceſſarium, nõ poteſt non eſſe, oportet, vt omnis appetitus naturalis, ita ſit neceſſarius, vt non poſſit non eſſe; eo modo, quo neceſſarius eſt. Bonum autem imperfectè cognitum ita apprehendi poteſt, vt ex eo ſic cognito nulla in ipſum ſequatur voluntatis inclinatio, ſed oppoſita; quoniam ineuidens cognitio, quantumuis ex parte obiecti, & luminis certa ſit, dubitationem, & errorem ex parte ſubiecti poſſibilem non excludit, vt diximus, quæſt. 1. art. 5. Igitur bonum

Auerr.

E

A

num imperfectè cognitum non neceſſariò, nec naturaliter deſideratur. Itaque cum eſſentia diuina, & illius viſio, quæ beatitudo eſt, non ſit nobis in præſenti vita euidenter nota, ſed valde imperfectè, & obſcurè, idcircò nec naturaliter, nec neceſſariò appetitur, vt docet Conradus prima ſecundæ quæſt. 10. artic. 2. de mente D. Thom. in illo articulo, & Caietanus infra quæſt. 82. art. 2.

Conradus. Caiet.

Nec tamen oppoſitum ſentit in præſenti articulo; quoniam ibi loquitur de appetitu naturali ſimpliciter; hic verò de naturali ſecundùm quid, ſcilicet ex ſuppoſitione; & de naturali, non vt ſemper, ſed vt frequenter. Appetitus autem naturalis ſimpliciter procedit ex cognitione euidente naturæ

B

viribus habita; ſiue modo ſit naturalis, vt ſemper; ſicut appetitus boni, & beatitudinis abſolutè; ſiue ſit naturalis, vt in pluribus; ſicut appetitus vitæ, ſcientiæ, & integritatis corporis, & ſimilium, vt docent S. Thom. & Caiet. 1. 2. q. 10. art. 1. & de Malo, quæſt. 3. artic. 3.

S. Thom. Caietanus

Nec verum eſt, quod ait Valentia contra Caietanum, & S. Thom. appetitum non moueri neceſſariò à cognitione beatitudinis, quatenus eſt euidens, ſed per hoc ſolùm, quod per illam cognoſcitur, beatitudinem illam, ſiue in communi, ſiue in particulari conceptam, eſſe ſummam noſtram perfectionem; quoniam (inquit) hac poſita cognitio-

Cõfutatur obiectio Valentię.

C

ne, ſiue illa ſit euidens, ſiue ineuidens, nulla occurrere poteſt ratio incommodi in ipſa fruitione ſummi boni, quæ appetitum noſtrũ mouere queat ad fugam eiuſmodi beatitudinis. Iam enim diximus data perfecta certitudine ex parte obiecti, & luminis contingere poſſe dubitationem, & errorem ex parte ſubiecti, ex hoc ipſo, quod perfectè talis obiecti notitiam non aſſequitur, vt declarauimus in dicto 5. artic. primæ quæſt. Et ex eadem radice prouenit, vt humanus affectus ſæpè contempta tali beatitudine deflectat ad temporalia bona ſibi præſentia, & euidenter nota.

D

Et quamuis hoc videatur eſſe per accidens reſpectu talis boni vndecumque deſiderabilis; vt dicit Caietanus 1. 2. quæſt. 10. artic. 2. in fine de eſſe, viuere, & ſimilibus, quæ (inquit) vt connexa ſunt beatitudini, ex parte ſui tantam habent efficaciã, vt ad ſpecificationem neceſſitent; ſed ſi connexio illa ignota ſit, & inconſiderata, vel non ſufficienter viſa, à tali efficacia impeditur. Nihilominus, ſi conſideremus appetibile quatenus eſt mouens appetitum, neceſſariò cognitionem includere, (nã baleum non vtcumque, ſed in anima, id eſt, vt cognitum, eſt agens deſiderium) apparebit etiam iuxta modum per ſe cognitionis eſſe modum per ſe appetitionis in appetitu; ſicut vniuerſaliter mo-

Caietanus.

E

tus eſt in mobili, iuxta modum virtutis impreſſę à mouente, vt probat Ariſtot. in 7. & 8. phyſic. Vnde cognitio imperfecta, & ineuidens; cum ex parte ſubiecti firmitate careat, ſitque tot appetibilibus in contrarium mouentibus euidẽter notis obſeſſa, ab efficacitate mouendi ſæpè deficit. Quapropter actus appetendi ex ea conſequens non erit ſimpliciter naturalis, & neceſſarius quo ad ſpecificationem, ſed tantùm ſecundùm quid modo ſuperius expoſito.

Ariſtot.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio. In homine, ſiue angelo non eſt inclinatio merè naturalis, ſiue pondus naturæ, qui non ſit actus elicitus, quo appetatur viſio diuinæ eſſentiæ.

Hanc concluſionem probat hic Caietanus cuius rationes acriter tuetur Molina ſuper hoc articulo, diſputat. 2. quibus, & alias addit ſatis efficaces; videndi ſunt etiam Bãnes, & Zumellus, qui eandem concluſionem confirmant pluribus medijs, & Vaſquez prima ſecundæ quæſt. 5. art. 8. qui contra Scotum, & Sotum pro hac concluſione pugnat. Et quoniam prædicti expoſitores omnibus ſunt in promptu, nullas libet in præſenti eorum rationes recenſere, ſicut nec nouæ illis fortiores occurrunt.

Caietanus. Molina. Bannes. Zumell. Vaſquez

Secunda concluſio. In homine eſt capacitas naturalis, ſiue potentia obedientialis reſpectu diuinæ viſionis.

Hęc concluſio ſtabilita eſt ſupra quæſt. 1. artic. 1. Controuerſia ſecunda. Quam etiam hic probant Bannes, & Zumellus, & optimè explicat Peſantius prima ſecundæ quæſt. 5. art. 8.

Bannes. Zumellus Peſantius

Vbi ſcito potentiam obedientialem formaliter non dicere ordinem poſitiuum, ſed ſolùm non repugnantiam rei ad aliquid, quod fieri poſsit in ea ab agente præſertim ſupernaturali; fundamentaliter autem dicit capacitatẽ actionis, ſeu formæ, vel effectus ex dicti agentis virtute producibilis, quæ capacitas eſt ipſa rei natura, vt fundans prædictam non repugnantiam: Nam, vt ait S. D. in 1. 2. quæſt. 113. artic. 1. *anima noſtra eo quòd facta eſt ad imaginem Dei, naturaliter eſt capax gratiæ*, quia. ſ. hoc ipſo, quod talis eſt, non habet repugnantiam ad gratiam; quam tamen habent aliæ inferiores naturæ, quæ nõ ſunt ad imaginem Dei, & ideò nõ habent capacitatem, nec potentiam obedientialẽ ad gratiam. Vide etiam ea quæ dicunt S. Thom. & Caiet. 3. Parte, quæſt. 9. art. 2. ad tertium.

Tertia concluſio viſio diuinæ eſſentiæ non eſt finis naturalis hominis, aut angeli. Hæc probata fuit in dicta Controuerſia, quæſt. 1. art. 1. quam et hic latè diſcutit, & probat Zumellus, quæſtione ſua ſecunda, & Medina prima ſecundæ q. 3. art. 8.

Zumellus. Medina.

Quarta concluſio. Non poteſt homo, aut angelus appetitu naturali efficaciter appetere beatitudinem ſupernaturalem. Probatur primò; Quia potentia, vt efficaciter attingat obiectum, debet eſſe eiuſdem ordinis cum obiecto; Ergo non poteſt homo, aut angelus appetitu naturali, &c. Antecedẽs probatur: Quia potentia ſpecificatur per ordinẽ ad obiectum. Secundò: vel talis appetitus, ſeu potentia fertur efficaciter in obiectum ſupernaturale primò, & per ſe, vel ſecundariò; ſi primò, & per ſe; ergo habet naturalem connexionem, ſeù proportionem cum illo, quod eſt abſurdum; quia naturale, & ſupernaturale non habent naturalẽ connexionem, aut proportionem; Si ſecundariò; Ergo neceſſe eſt, vt appetitus feratur in beatitudinem ſupernaturalem, quatenus continetur ſub obiecto primario, atque adeò naturali appetitus natura-

lis.

lis, quod eſt impoſsibile: Conſequentia probatur, quia omne ſecundarium ſequitur naturam primarij; Ergo impoſsibile eſt, vt appetitus naturalis feratur naturaliter in beatitudinem ſupernaturalē, tanquam in obiectum ſecundarium.

Quinta concluſio. Homo, & angelus ex notitia, & virtute naturali poteſt habere deſiderium inefficax, huc conditionale videndi Deum abſolutè, ideſt quidditatiuè.

Declaratur hæc concluſio. Non enim affirmat hoc deſiderium eſſe naturale quo ad ſpecificationem actus, ſed tantùm ex cognitione, & virtute naturali; non omne autem deſiderium, quod eſt ex cognitione, & virtute naturali, eſt naturale; alioquin nullum eſſet deſiderium liberum in homine, niſi ex ſupernaturalibus principijs; quod eſt erroneum. Ad hoc autem, vt deſiderium ſit naturale, requiritur, vt procedat ex certa, & euidenti cognitione ex viribus naturæ habita, qua ſciat bonū appetitu eſſe poſsibile. Quæ enim naturalia ſunt, firma omnino eſſe debent, & certa; non enim natura in incertum tendit, quæ ad vnum, illudque fixum, & ſtabile eſt præfinita. Cum igitur poſsibilē eſſe Dei viſionem naturale lumen non poſsit oſtendere, conſequens eſt omne deſiderium videndi Deum ex viribus naturæ comparatum eſſe cū cōditione ſaltem implicita, videlicet, ſi eſſet poſsibile; vt hic ſcitè annotat Bannes.

Quod nō ſit deſiderium naturale.

Bannes.

Differunt autem voluntas efficax, & voluntas inefficax, quæ dicitur velleitas, quòd voluntas efficax non abſtrahit à circumſtantijs, & conditionibus conuenientibus rei, vel actui in ſuo eſſe ſingulari; velleitas autem poteſt ab illis præſcindere; vt patet de illo, qui vellet ſaluare merces, qui tamen conſideratis circumſtantijs vult efficaciter illas proijcere; quamuis ergo nullus actu, & clare videre poſsit abſoluta Dei prædicata, niſi videndo Deum, prout eſt obiectum ſupernaturale, & per auxilium Dei ſupernaturale, poteſt tamen per actum intellectus, & conſequenter etiam per actum voluntatis præſcindi eſſentia Dei ab omni ratione ſupernaturalitatis, & conſiderari, & appeti ſub tali præciſione, quæ tamen appetitio non erit efficax, & perfecta volitio, ſed imperfecta, quę dicitur velleitas.

Nunc probatur concluſio. Homo naturæ viribus deſiderare poteſt ſcire id, cuius ignorantiam ſcit ſe habere, quamuis ignoret talis rei cognitionem eſſe poſsibilem; ſed homo naturaliter poteſt ſcire Deum eſſe actum purum, ſuperexcedentem captum humani intellectus; igitur poteſt naturæ viribus appetere claram illius viſionem; quæ eſt cognitio quidditatiua. Quod verò tale deſideriū ſit inefficax, & conditionale, patet ex facta declaratione. Et quoniam tale deſiderium tendit ad ſcire, cuius appetitus eſt homini naturalis; vt dicitur in prohemio metaph. & ad propriam intellectus humani perfectionem, vt ibidem docet S.Thom. & commune eſt per ſe loquendo omnibus hominibus; idcirco ex hac parte naturale eſt. Vnde S. Thom. hic & in tertio cont. gēt. cap. 50. & 51. ait tale deſiderium in angelis eſſe naturale, & humane maximè eſſe poſſe.

Ariſtot. S.Thom.

A Sed qua ratione applicatur hoc ſcire tali obiecto, quod in infinitum vim creatæ mentis excedit, quodque naturaliter nequaquam videri poteſt, à propria, & vera naturalitate deficit; ſicut ſupra dixit S.Thom. de beatitudine appetita in aliqua re particulari. Rationes autem D.Thom. in dicto capit. 50. tertij cont. gent. & ratio etiam huius articuli accipiendæ ſunt, non, vt demōſtrationes, ſed vt rationes probabiles, quatenus probant deſiderium naturale ſimpliciter; vt admonet Medina prima ſecundæ quæſt. 3. art. 8. in fine commentarij. Alias probationes huius concluſionis, vide apud Banneſium, & Zumellum.

Medina.

Bann. Zumellus. Ferrar.

B Sexta concluſio. Primum, & ſm̄ dictum Ferrarienſis vera ſunt in ſenſu quintæ cōcluſionis: Nā, vt oſtendimus, homo habet naturale deſiderium conditionale, & inefficax videndi eſſentiam primæ cauſæ abſolutè.

Probatur hæc concluſio: Naturale deſiderium naturæ intellectualis, quatenus intellectualis eſt, dicitur illud, quod ad aliquam cognitionem intellectus, de neceſsitate conſequitur; at deſideriū videndi primam cauſam quidditatiuè conſequitur neceſſariò cognitionem illam naturalem, intellectus, quam de Deo habet in via, quo ad quia eſt; ergo tale deſiderium eſt naturale. Maior patet C ex ſupradictis. Minor probatur: nam cognitio, quam naturaliter, ideſt per vires naturæ de Deo habemus in via, eſt imperfecta in ſpecie cognitionis; omne autem, quod eſt imperfectum in aliqua ſpecie, deſiderat conſequi perfectionem illius ſpeciei; hæc autem perfectio poſita eſt in cognitione quidditatiua; igitur nos viatores naturali tenemur deſiderio videndi primam cauſam quidditatiuè; & multò magis Angelus in puris naturalibus conſideratus. Cuius deſiderium naturale (inquit S.Thom. in dicto capit. 50.) non quieſcit in ea cognitione naturali; qua Deum per ſuam (angeli ſcilicet) eſſentiam cognoſcit, ſed magis incitatur ad D diuinam ſubſtantiam videndam.

S.Thom.

Et ratione quinta, ibidem ſic ait. *Sicut naturale deſideriū ineſt omnibus intellectualibus naturis ad ſciendum; ita ineſt eis deſiderium ignorantiam, ſiue neſcientiam repellendi; ſubſtantiæ autem ſeparatæ cognoſcūt dicto cognitionis modo ſubſtantiam Dei eſſe ſupra ſe, & ſupra omne, quod ab eis intelligitur, & per cōſequēs ſciunt diuinam ſubſtantiam ſibi eſſe ignotam: tendit igitur naturale ipſorum deſiderium ad intelligendam diuinam ſubſtantiam*. Hæc S.Thom. & medium, quo vtitur in hoc articulo, eſt ſecunda ratio poſita in dicto capitulo, vbi manifeſtè loquitur de naturali deſiderio conſequente cognitionem naturalem effectuum Dei pertinentium ad ordinem naturæ.

E Et in cap. 51. ait tale deſiderium naturale omnibus mentibus eſſe commune; Sed cum ex viribus naturæ Deum nullus creatus intellectus videre poſsit, fit, vt tale deſiderium inefficax tantùm ſit, & conditionale.

Septima concluſio. Sententia Caietani, videlicet, ineſſe homini theologo naturale deſiderium vidēdi diuinam eſſentiam eſt probabilis. Hæc cōcluſio probatur: Rationalis natura, vt ordinata ad

Sentent. Caietani probab.

ad fęlicitatem ſupernaturalem cognoſcit nonnullos effectus gratiæ,& gloriæ; quoru cauſa eſt Deus,vt Deus eſt in ſe abſolutè,& non, vt vniuerſale agens; at notis effectibus naturale eſt cuilibet intellectuali naturæ deſiderare notitiam cauſæ; ergo. Et quia creaturæ non conſiderantur ab hac diuina ſcientia,niſi,vt ordinantur, gubernantur, & prædeſtinantur à Deo in Deum ipſum ſupremum omnium finem ſupernaturalem; idcircò valdè probabile eſt S.Thom.hic,& in tertio contr. gent. cap. 50. vbi concludit inane fore deſiderium naturale intellectualis naturæ, ſi Deum videre non poſsit, loqui de rationali creatura theologicè, quatenus ſcilicet notitiam habet reuelatam effectuũ ſupernaturalium: Verùm,vt ſupra diximus, tale deſiderium non erit abſolutè, & ſimpliciter naturale,ſed tantùm ex ſuppoſitione, & ſecũdùm quid,vnde ſit.

Octaua concluſio. Deſiderium videndi Deum, quatenus eſt obiectum beatificum,ſimpliciter eſt ſupernaturale. Probatur: quoniam procedit ex cognitione ſupernaturali.

Vltima concluſio. Deſiderium videndi Deum, vt obiectum eſt ſupernaturale, non eſt efficax ex facultate naturæ;ſed omnem efficaciam habet ex gratia Dei,poteſt tamen ex facultate naturæ ſuppoſita cognitione reuelata haberi deſideriũ ineſficax videndi Deum.Probatur prima pars concluſionis: Nam alioquin ſequeretur poſſe hominem ſolis naturæ viribus à Deo ſalutem æternam ſperare,ac Deum ſuper omnia diligere: nam,qui efficaciter deſiderat ſummum bonum,ex hoc ipſo diligit illud ſuper omnia; dilectio verò ſuper omnia ſpem habet annexam: Præterea tale deſideriũ eleuat hominem ſupra totum ordinem naturæ; ergo non eſt ex facultate naturæ.Tertiò non poteſt homo ex facultate naturæ efficaciter deſiderare credere in Deum; ergo multò minus poterit deſiderare efficaciter viſionem Dei. Antecedens determinatum eſt in concilijs Mileuitano, & Arauſicano. Conſequentia euidens eſt; ergo fidei repugnat oppoſitum noſtræ concluſionis.

Concil. Mileuitanum, & Cõcil. Arauſicanũ.

Argumenta, & ſolutiones.

Scotus. Sotus. Zumellus. Medina.

Contra primam concluſionem ſunt argumenta Scoti,& Soti;quæ referuntur,& ſoluũtur à Zumello ſuper hoc articulo,& Medina prima ſecundæ quæſt.3.artic.vlt. & ex iactis fundamentis nullo negotio dilui poſſunt.

Contra ſecundam,& tertiam concluſionẽ,quoniam diſcuſſæ fuerunt in 1.artic primæ quæſt.non eſt neceſſe aliqua producere argumenta.Cui placuerit,videat ea, quæ referuntur, & ſoluuntur à Bannesio,Zumello,& Molina ſuper hoc art.

Bannes. Zumel. Molina. Caietan.

Contra quintam,& ſextam ſunt duo argumenta Caietani in hoc artic.

Primum eſt. Natura non largitur inclinationẽ ad aliquid, ad qđ tota vis naturæ perducere nequit; ſed tota vis naturæ non poteſt perducere rationalem,ſiue intellectualem naturam ad viſionẽ

A diuinæ eſſentiæ;ergo. Maior probatur à ſigno: quĩa natura dedit organa cuilibet potentiæ, quam intus in anima poſuit,& in ſecundo cęli dicitur: Si aſtra haberent vim progreſsiuam,natura dediſſet eis organa opportuna. Ariſtot.

Secundum eſt,quia S.Tho. docet hominem non naturaliter;ſed obedientialiter ordinari in ęternã fęlicitatem, vt dictum eſt in primo articulo,primę quæſt.ergo.

Ad hæc argumenta reſpondet Ferrarienſis in tertio cont.gen.cap.51.dicens naturalem appetitum dupliciter accipi poſſe: Vno modo pro appetitu formam naturàlem conſequente: Alio modo Ferrarienſis

B pro actu elicito volũtatis.De priori appetitu procedunt argumenta Caietani,non autem de poſteriori: Nam non eſt inconueniens appetitum intellectualis naturæ in aliquid naturaliter ferri,in qđ virtute propriæ naturæ non poteſt peruenire; ſed ſufficit, vt habeantur ea, quibus natura ſit capax talis finis, & mediorum ad finem, poſsitque alterius auxilio ad illum peruenire. Quod etiam docet S.Thom.ſuper Boetio de trinitate, quæſt. vlt. art.vlt.ad quintum dicens. *Quamuis homo naturaliter in finem vltimum inclinetur,ſcilicet ſub communi ratione beatitudinis, non tamen poteſt naturaliter illá conſequi propter eminentiam ipſius,ſed per gratiá tantùm*. Itaque viſio diuinæ eſſentiæ dicitur finis ſupernaturalis; nõ quia nullo modo naturaliter deſideretur;ſed quia non poteſt ad illam ex ſolis naturæ principijs perueniri. S. Thom.

C

Tertiò ſic arguitur:S. Thom. in prima ſecundæ quæſtione quinta,articulo 8. & in quarto ſentent. diſtinct.49.quæſt.1.artic.3. quæſtiuncula 3. & de ver.quæſt.22.art.7.ait,*quòd beatitudo, licèt ſecundũ communem rationem naturaliter appetatur, in particulari tamen ſiuè quantùm ad particularem rationem eius,in quo ratio ſummi boni ſaluatur,non appetitur naturaliter;* ergo.

D Reſqondetur S. Thomam in illis locis loqui de appetitu viſionis diuinæ eſſentiæ, vt eſt obiectum ſupernaturalis beatitudinis; non autem,vt eſt viſio primæ cauſæ abſolutè. S. Thom.

Sed contra hanc reſponſionem eſt argumentũ: Nam deſiderare viſionem Dei per eſſentiam eſt conuerſio quædam voluntatis in Deũ; at hęc conuerſio ſine gratia fieri non poteſt; ergo neque tale deſiderium naturaliter haberi poteſt. Minor patet Maior probatur ex D.Thom.infra quæſt.62.artic. 2.vbi ait angelos indiguiſſe gratia, vt conuerterẽtur in Deum,quia videre Deum per eſſentiam eſt ſupra naturam cuiuslibet intellectus creati.

E Reſpondetur primò falſam eſſe maiorem: Ad probationem dicitur S.Thom. ibi loqui de conuerſione meritoria,non autem de ſimplici deſiderio.

Secundò reſpondetur ibi ſermonem eſſe de cõuerſione in Deum,quæ eſt amor,quo Deus diligitur vt finis vltimus, & obiectum ſupernaturalis beatitudinis;non autem,vt eſt deſiderium videndi eſſentiam primæ cauſæ abſolutè,quomodocunque videatur.

Contra hanc reſponſionem ſunt verba D. Tho. ibidem dicentis. *Naturalis inclinatio voluntatis eſt*

ad id,

ad id, quod eſt conueniens ſecundùm naturam; & ideo, ſi aliquid ſit ſupra naturam, voluntas in id ferri non poteſt, niſi ab alio ſupernaturali principio adiuta. Hæc D. Thom. at videre eſſentiam primæ cauſæ abſolutè eſt ſupra naturam intellectus creati; ergo. S. Tho.

Reſpondetur hoc argumento probari deſideriũ illud non eſſe efficax, nec abſolutum, ſed tantùm conditionale: nam S.Thom. ibi loquitur de deſiderio efficaci, & abſoluto.

Ferrarien. Contra ſeptimam concluſionem ſunt primò argumenta Ferrarienſis allata pro quinta, & ſexta concluſione. Igitur ad primum argumentum reſpondetur falſam eſſe minorem propoſitionem, videlicet deſiderium vidẽdi primam cauſam quidditatiuè conſequi neceſſariò cognitionem illam, quam de Deo naturaliter habemus in via. Ad probationem dicimus, imperfectum in qualibet ſpecie deſiderare perfectionem, quando illa perfectio eſt naturalis, & poſsibilis naturaliter, & ſimiliter dicendum eſt ad rationes ex S.Thom. nos tũc viſo effectu appetere viſionem cauſæ, & ſcito quia eſt deſiderare ſcire, quid eſt, quando id nobis naturaliter eſt poſsibile. Sunt enim, vt ſupra dictum eſt, rationes illæ tantùm probabiles; quoniam ad ea, quæ fidei ſunt, non poſſunt afferri rationes demonſtratiuæ.

Secundò reſpondetur: nihil aliud velle ſignificare. S.Thom. niſi, quòd non quietatur naturale deſiderium in illa naturali, quam habent de Deo, notitia; hanc verò inquietudinem deſiderium appellat naturale. Tertiò dicitur ex illis rationibus non concludi, niſi deſiderium quoddam conditionale, & inefficax. Quartò dicitur cum Caietano, S.Thom. loqui de illa cognitione, qua angelus per ſuam ſubſtantiam nõ abſolutè ſumptam, ſed quatenus ordinata eſt ad beatitudinem per ſupernaturalem cognitionem, & gratiam, & de homine, quatenus notitiam habet effectuum gratiæ, & gloriæ. Et licet tales effectus non exprimantur hic à D.Thom. ſubintelliguntur tamen in materia theologica.

Zumell. Contra eandem concluſionem argumentatur Zumellus.

Primò. Si ratio D.Thom. intelligenda eſt ad eũ modum, quo Caietanus vult, eſſet petitio principij; ergo. Probatur conditionalis; quia oportebat probare, quod ſumus ordinati ex peculiari Dei prouidentia ad felicitatem ſupernaturalem; & tunc quidem melius oſtenderetur conditio ex illa ordinatione, quam ex noſtro appetitu; ergo.

Reſpondetur negando aſſumptam conditionalem. Ad probationem negatur antecedens quo ad vtramque partem: Nam multa ſupponuntur in multis præcedẽtibus quæſtionibus, & tractatibus propter neceſſariam materiæ connexionem, quæ tamen propter ordinem doctrinæ proprijs reſeruantur locis probanda, & explicanda; vt patet maniſeſte de cauſalitate Dei reſpectu creaturarum, quæ connexionem habet neceſſariam cum ſingulis ferè quæſtionibus præſentis tractatus, & tamẽ de ea non agitur, niſi in quæſt. 44. & ſequentibus; talis eſt etiam ordinatio creaturarum per diuinã

A prouidentiam ad vltimum finem; quoniam, vt inquit S.Thom. in ſecundo cont. gent. capit. 4. *creaturæ non pertinent ad huius diuinæ ſcientiæ conſiderationem, niſi quatenus ordinantur, gubernantur, & prædeſtinantur à Deo in Deum, vt ſupremum omnium finem.* S. Tho.
Alioquin, vt inquit Caietanus theologus non cõſideraret theologica in ordine ad altiſsimam cauſam. Vndè etiam in prima queſt. in artic. 3, 4, 5, 6. & 7. oſtenſum eſt creaturas omnes ab hac ſcientia conſiderari in ordine ad Deum, quatenus eſt altiſsima cauſa, ideſt cauſa ſupra totum ordinem naturæ, & ſub lumine ſupernaturali diuinæ reuelationis, ſupponẽdo Deum eſſe altiſsimam cauſam,
B & diuina nobis à Deo reuelari, de quibus alibi diffusè tractatur. Falſa eſt etiam ſecunda pars illius antecedentis, videlicet, quòd tunc melius oſtenderetur concluſio ex illa ordinatione: nam illa ordinatio, quæ ſupponitur, quid commune eſt; ex qua non poteſt legitimè talis modus particularis ordinationis deduci. Ex deſiderio autem naturali determinato talis appetibilis deduci poteſt probabiliter poſsibilitas adeptionis.

Secundò. Si alicui philoſopho diceret vir magnæ authoritatis eſſe beatitudinem ſupernaturalem, & ille opinaretur, & crederet, profectò deſideraret videre Deum; & tamen neque habet, neq;
C habuit aliquid ſupernaturale. Si etiam interrogares Platonẽ, an mallet eſſe diues, quam noſſe Deũ notitia quidditatiua, profectò reſponderet ſe potius velle cognoſcere Deum, & videre, & tamen nihil haberet ſupernaturale.

Reſpondetur in vtroque exemplo interuenire notitiam ſupernaturalem per extrinſecam reuelationem; quoniam vniuerſæ vires naturæ non ſufficiunt ad talem cognitionem perducere. An autem, & quomodo ſit neceſſarium diuinum auxiliũ ad eliciendum tale deſiderium, ſatis ſupra diximus. Nec Caiet. affirmat notitiam ſupernaturalem, ex qua procedit tale deſiderium, ſemper eſſe
D notitiam fidei, vt eidem imponit Zumellus; nam de fide nullam facit mentionem Caiet. Caiet.

Tertiò. Quia ſi creatura rationalis ex eo, quòd eſt ordinata ad felicitatem Dei, ob id nouit quoſdam effectus gratiæ, & gloriæ; ſequitur, quod cum Deus omnes homines ad ſe retulerit, & ordinauerit, quatenus omnes fecit capaces gratiæ, & gloriæ, omnes pagani; & gentiles cognoſcerent hunc ordinem gratiæ, & gloriæ; quod eſt contra fidem.

Reſpondetur propoſitionem Caiet. nõ eſſe cauſalem, vt ſignificat Zumellus, ſed formalem tantũ; ita vt quicunque cognoſcunt tales effectus, eos cognoſcant, quatenus ordinati ſunt ad vltimum finem ſupernaturalem; non autem quòd omnes ad
E finem modo dicto ordinati tales effectus cognoſcant. Poſſet ſecundò dici Caiet. loqui de ordinatione actuali, ꝙ inchoat à notitia ſupernaturali.

Contra eandem argumentatur Valentia prima ſecundæ quæſt. 5. art. 8. Primò auctoritate Sancti Auguſtini. Qui libro 4. contra Iulianum capit. 3. & lib. 13. de trinitate, cap. 8. dicit omnes naturali inſtinctu velle eſſe beatos, & videtur loqui de beatitudine in particulari. Valentia

Re-

Digitized by Google

Reſpōdetur verba illa intelligenda eſſe de beatitudine in communi;licèt occaſione materię,quę erat de beatitudine in particulari ſint prolata.

Secundò. Sicut in ratione beatitudinis;in communi non poſſumus aliquod incommodum cogitare,quod nos ad fugam,& odium ſui moueat;ita neque in ratione viſionis,& fruitionis,ſummi boni; ergo æquè beatitudinem in particulari, & in communi appetimus neceſſariò quo ad ſpecificationem. Antecedens probatur: Nam, ſicut beatitudo in communi eſt, & verè concipitur,vt ſumma perfectio noſtra,ita etiam,& illa viſio, & fruitio ſummi boni; ergo.

Ad hoc argumentum ſupra reſponſum eſt;& diximus falſum eſſe antecedens. Ad probationem negatur Antecedens: ad eius probationem negatur conſequentia; quoniam beatitudo in communi duo habet, quæ non conueniunt beatitudini in particulari. Primum eſt, quod beatitudo in communi importat per ſe obiectum voluntatis,nō autem viſio,vel fruitio. Ex quo ſequitur primò beatitudinem in communi eſſe euidenter, & perfectè notam,non autem viſionem. ſecundò poſſe nos in viſione, & fruitione ſummi boni aliquod incommodum cogitare. Et ex hac differentia ſequitur etiam illam naturaliter appeti,non autem hanc.

Vaſquez. Contra eandem inſurgit Vaſquez prima ſecundæ quæſt.5.art.vlt. Viſio Dei,vt vnus eſt, coniuncta eſt neceſſariò viſioni,vt trinus eſt; ergo, quēadmodum deſiderium vidēdi Deum, vt vnus eſt, eſt naturale; ita deſiderium videndi Deum,vt trinus eſt,erit naturale; tum etiam quia appetitus vtroque modo eſt aliquo modo neceſſarius, & per modum naturæ, quod tamen (inquit) Ferrarienſis immeritò negauit.

Reſpondetur primo;vtrumque deſiderium aliquo modo eſſe naturale; Sed primum eſt naturale abſolutè, tanquam procedens ex cognitione naturali: Secundum atuem eſt naturale ex ſuppoſitione ſupernaturalis notitiæ. Et ideò benè negauit Ferrarienſis eſſe naturale abſolutè loquendo, Ferrar. Et licèt viſioni Dei,vt vnus eſt,ſit à parte rei coniuncta viſio Dei,vt trinus eſt, non ita tamen eſt in cognitione viæ, neque in deſiderio viatoris; quia deſiderium ſequitur cognitionem;de Deo autem, vt vnus eſt,habetur cognitio naturalis, & euidēs; quæ non habetur de Deo,vt trinus eſt.

Nullum ex ſanctis patribus negaſſe diuinam eſſentiam ab intellectu creato videri poſſe, prout voluit Vaſquez.

VAſquez ſuper hoc articulo percurſis, & relatis multorum ſanctorum patrum Latinorū, ac Græcorum ſententijs, videlicet Chryſoſtomi, Hieronymi,Primaſij,Iſidori,Ambroſij,Theodoreti,Epiphanij,Cyrilli Alexandrini, Cyrilli Hieroſolymitani,Baſilij, & Gregorij Niſſeni, nititur perſuadere eos in ea fuiſſe ſententia,quam eſſe errorem in fide pronunciat S.Tho. & ex ſacris litteris, & catholicæ Eccleſiæ dogmatibus manifeſtè conſtat. Et quoniam quorundam recentiorum do-

A ctrina,& pietate ſatis reiectæ fuere,quas ad ſuum intentum affert coniecturas, nil aliud addo, niſi prædictas patrum ſententias illas eaſdem admittere gloſſas, quæ ſacrarum ſcripturarum dictis ſolent accommodari,quarum legitimum ſenſum optimè nouerūt ꝑdicti S. Doctores,& pluribus in locis clarius expreſſerunt. Conſultiuſque facturum fuiſſe prædictum expoſitorem ſi S.D. obſeruantiā in ſanctos eccleſiæ patres, & doctores imitatus, vel à recenſendis illis ſententijs abſtinuiſſet, aut illis piam aliquam ex conſuetis interpretationib. adhibuiſſet; cum plures abſque violentia facilè poſsint relatis ab eo ſententijs accommodari.

B Legendus eſt Io.Salas 1.2.quæſt.3.tract.2.diſp.4. ſect.1.& Nauarretus cōtrouerſia 33. §.1. qui piè, & eruditè cum S.Thom. ſingula ſanctorum patrū dicta interpretantur. Vidimus etiam poſt hæc noſtra ſcripta prælo commiſſa ſcolaſticas Notationes D.Raphaelis Ripæ,Curzulenſis Epiſcopi viri vndequaq; ornatiſsimi mira breuitate multa pau cis ſignificantes; in quibus ſuper hoc articulo Dubitatione ſecunda,latè ſatis ſanctorum patrum legitimum,& catholicum apperit ſenſum meritò repræhendens facilem in Patres Vaſquezij cenſurā. Io. Salas. Nauarretus. Raphael Ripa.

ARTICVLVS II.

C *Vtrum eſſentia Dei ab intellectu creato per aliquam ſimilitudinem videatur.*

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur,quòd eſſentia Dei ab intellectu creato per aliquam ſimilitudinem videatur. Dicitur enim 1.Ioan.3. Scimus quoniam,cum apparuerit,ſimiles ei erimus, & videbimus eū ſicuti eſt. *4.d.49.q.2 artic.1. Et ver.q.8.ar. 1. & quol. 7. artic. 1. & 3. cont. c.49.& op. 3. c. 105.

2 Præterea,Auguſtin.dicit *9. de Trinit. Cum Deum nouimus,fit aliqua Dei ſimilitudo in nobis. Lib.9. de Trin. c.11. circa med. tom. 3.

D 3 Pręterea: Intellectus in actu eſt intelligibile in actu,ſicut ſenſus in actu eſt ſenſibile in actu. Hoc autem non eſt,niſi inquantùm informatur ſenſus ſimilitudine rei ſenſibilis; & intellectus,ſimilitudine rei intellectæ; Ergo, ſi Deus ab intellectu creato videtur in actu, oportet, quòd per aliquam ſimilitudinem videatur.

Sed contra eſt, quod dicit Auguſt. quintodecimo,* de Trinit. quòd cum Apoſtolus dicit, videmus nunc per ſpeculum in ænigmate E ſpeculi,& ænigmatis nomine quæcumque ſimilitudines ab ipſo ſignificatæ intelligi poſſunt,quæ accommodatæ ſunt ad intelligendū Deum; Sed videre Deum per eſſentiam nō eſt viſio ænigmatica,vel ſpecularis,ſed contra eā diuiditur; Ergo diuina eſſentia non videtur ꝑ ſimilitudines. 15.de trin. c 9. parum à med. to. 3.

Reſpondeo. Dicendum,quòd ad viſionem tam ſenſibilem, quàm intellectualem duo re-

quiruntur, ſcilicet virtus viſiua, & vnio rei viſæ cum viſu. Non enim fit viſio in actu, niſi per hoc, quòd res viſa quodammodo eſt in vidente.

Et in rebus quidem corporalibus apparet, quòd res viſa non poteſt eſſe in vidente per ſuam eſſentiam, ſed ſolùm per ſuam ſimilitudinem. Sicut ſimilitudo lapidis eſt in oculo, per quam fit viſio in actu, non autem ipſa ſubſtantia lapidis. Si autem eſſet vna, & eadem res, quæ eſſet principiũ viſiuæ virtutis, & quæ eſſet res viſa, oporteret, videntem ab illa re, & virtutem viſiuam habere, & formam, per quam videret.

Manifeſtum eſt autem, quòd Deus, & eſt author intellectiuæ virtutis, & ab intellectu videri poteſt. Et cũ ipſa intellectiua virtus creaturæ non ſit Dei eſſentia, relinquitur, quòd ſit aliqua participata ſimilitudo * ipſius, qui eſt
D. 483. primus intellectus. Vnde, & virtus intellectualis creaturæ lumen quoddam intelligibile dicitur, quaſi à prima luce deriuatum, * ſiue hoc
c 65 410 intelligatur de virtute naturali, ſiue de aliqua perfectione ſuperaddita gratiæ, vel gloriæ; Requiritur ergo ad videndum Deum aliqua Dei ſimilitudo ex parte viſiuæ potentiæ, qua ſcilicet intellectus ſit efficax ad videndum Deũ.

Sed ex parte viſæ rei, quam neceſſe eſt aliquo modo vniri videnti, per nullam ſimilitudinem creatam Dei eſſentia videri poteſt. Pri-
Cap. I. nõ multũ procul à prin. mò quidem; *quia, ſicut dicit Dionyſius primo de diuin. nominib. per ſimilitudines inferioris ordinis rerum, nullo modo ſuperiora poſſunt cognoſci.

Sicut per ſpeciem corporis non poteſt cognoſci eſſentia rei incorporeæ. Multò igitur minus per ſpeciem creatam quamcunquè poteſt eſſentia Dei videri.

D. 461. Q. 3. ar. 4. Secundò; quia eſſentia * Dei eſt ipſum eſſe eius, vt ſupra * oſtenſum eſt; quod nulli formę creatæ competere poteſt. Non poteſt igitur
D. 485. aliqua forma creata eſſe ſimilitudo * repręſẽtans videnti Dei eſſentiam. Tertiò; quia diuina eſſentia eſt aliquod incircumſcriptum continens in ſe ſupereminenter, quicquid poteſt ſignificari, vel intelligi ab intellectu creato. *
25 Et hoc nullo modo per aliquã ſpeciem creatã repręſentari poteſt; quia omnis forma creata eſt determinata ſecundùm aliquam rationem, vel ſapientiæ, vel virtutis, vel ipſius eſſe, vel alicuius huiuſmodi. Vnde dicere, Deum per ſimilitudinem videri, eſt dicere, diuinam eſſentiam non videri, quod eſt erroneum. Dicendum ergo, quòd ad videndum Dei eſſentiam requiritur aliqua ſimilitudo ex parte viſiuæ potentiæ; ſcilicet lumen diuinæ * gloriæ,

A confortans intellectum ad videndum Deum; De quo dicitur in Pſalmo. In lumine tuo videbimus lumen: Non * autem per aliquam ſi- D. 916.
militudinem creatam Dei eſſentia videri poteſt, quæ ipſam diuinam eſſentiam repręſentet, vt in ſe eſt. D. 1011.

Ad primum ergo dicendum, quòd authoritas illa loquitur de ſimilitudine, quæ eſt per participationem luminis gloriæ.

Ad ſecundum dicendum, quòd Auguſt. ibi loquitur de cognitione Dei, quæ habetur in via.

B Ad tertium dicendum, quòd diuina eſſentia eſt ipſum eſſe. Vnde, ſicut aliæ formæ intelligibiles, quæ non ſunt ſuum eſſe, vniuntur intellectui ſecũdùm aliquod eſſe, quo informãt ipſum intellectum, & faciunt ipſum in actu; ita diuina eſſentia vnitur intellectui creato, vt intellectum in actu, per ſeipſam faciens intellectum in actu.

Ratio ordinis, & ſenſus quæſiti.

C ABſoluta quæſtione an eſt, tranſit S. Doct. ad quæſtionem quid eſt beatificæ viſionis. Cuius ratio ex duobus dependet, ſcilicet ex principio, & ex obiecto, ſiue termino: notiora ſunt autem, quæ ſe tenent ex parte principij; idcircò de his primo tractatur. Priora verò ſunt iter viſionis principia virtus intellectiua, & ſpecies intelligibilis; ambo namque rationem habent ſimilitudinis, vt hic docet Sanc. Thom. Nam ſpecies ſimilitudo quædam eſt obiecti; & intellectus noſter ſimilitudo quædam eſt diuinæ eſſentiæ.

Quamobrem S. Thom. ſub eadem forma quæſiti de vtroque diſputat, videlicet de virtute intelle-
D ctiua, & de ſpecie intelligibili, qua ratione ſimilitudines quædam ſunt diuinæ eſſentiæ; vt hic etiã aduertit Caietanus in titulo.

Forma Textus.

RESponſio ad quæſitum abſoluitur tribus diſtinctionibus, & duabus concluſionibus.

Prima diſtinctio eſt. Ad omnem viſionem, tam ſenſitiuam, quàm intellectiuam duo requiruntur, ſcilicet virtus, ſiue potentia viſiua, & vnio rei viſæ cum ipſa potentia.

Probatur ſecundum membrum; quia non fit viſio in actu, niſi per hoc, quòd res viſa quodammodo eſt in vi-
E *dente, ſcilicet per ſuam ſimilitudinem, aut alio modo, vt dicemus.*

Secunda diſtinctio eſt. Rem viſam eſſe in vidente cõtingit dupliciter: Vno modo per ſimilitudinem: Alio modo per ſuam eſſentiam.

Probatur quo ad primũ mẽbrum; quia in rebus corporalibus res viſa non poteſt eſſe in vidente per ſuam eſſentiam; ſed tantùm per ſimilitudinẽ: ſicut ſimilitudo lapidis eſt in oculo, per quã fit viſio in actu; non aũt ipſa ſubſtantia lapidis.

Quo

Quo ad ſecundum autem manifeſtabitur in probatione ſecundæ concluſionis.

Tertia diſtinctio eſt. Duplex eſt ſimilitudo. Vna ſe tenens ex parte potentiæ viſiuæ, ſiue intellectus in propoſito. Altera ſe tenens ex parte obiecti. Hæc poſterior iã manifeſtata eſt.

Prior verò ſic probatur: Virtus intellectiua creatura eſt quædam participata ſimilitudo diuinæ eſſentiæ, quatenus diuina eſſentia eſt primus intellectus per eſſentiam; at virtus intellectiua ſe tenet ex parte potentiæ intellectiuæ; ergo datur ſimilitudo ſe tenens ex parte potentiæ intellectiuæ.

Maior probatur dupliciter: Primò; quia, ſi eſſet vna, & eadem res, quæ eſſet principium viſiuæ virtutis, B *& quæ eſſet res viſa, oporteret videntem ab illa re, & virtutem viſiuam habere, & formam, per quam videret: at Deus eſt auctor intellectiuæ virtutis, & ab intellectu videri poteſt; ergo ab eo creatura intellectualis habet virtutem viſiuam; tunc vltra; hæc virtus viſiua nõ eſt diuina eſſentia; ergo eſt quædam illius participata ſimilitudo, qui eſt primus intellectus. Secundò probatur; quia virtus intellectualis creaturæ, ſiue ſit naturalis, ſiue ſuperaddita per gratiam, & gloriã, appellatur lumẽ quoddam intelligibile; non alia ratione, niſi, quia à prima luce eſt deriuatum. Vndè in Pſal 4. dicitur. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.*

Prima Concluſio eſt. Ad videndum Deum requiritur aliqua ſimilitudo ex parte viſiuæ potentiæ. Hæc C *concluſio ſatis eſt probata ex dictis: Nam potentia viſiua intellectualis eſt quædam participata ſimilitudo diuinæ eſſentiæ, quatenus diuina eſſentia eſt intellectus per eſſentiam; ergo requiritur ſimilitudo ex parte potẽtiæ ad videndum Deum.*

Secunda concluſio. Diuina eſſentia per nullam ſimilitudinem creatam ex parte rei viſæ videri poteſt. Explicatur hæc cõcluſio, in fine corporis; intelligitur enim de ſimilitudine repræſentãte diuinam eſſentiam, nõ quomodocunque, ſed vt in ſe eſt. Probatur tripliciter: Primò: per ſimilitudines rerum inferioris ordinis nullo modo ſuperiora poſſunt cognoſci, ſiuè repreſentari; ergo D *multo minus per ſpeciem creatam quamcunque poteſt eſſentia Dei videri. Conſequentia ex eo euidens eſt, quòd Deus plus in infinitum excedit quemcunq; ordinẽ creatum, quàm quilibet ordo creatus alium ordinem creatum. Antecedens probatur dupliciter: primò auct. D. Dionyſij 1. cap. de diuin. nomin. Secundò exemplo; quia per ſpeciem corporis non poteſt cognoſci eſſentia rei incorporeæ. Secundò probatur concluſio: Nulla forma creata eſt ipſum eſſe; ergo nulla forma creata poteſt eſſe ſimilitudo repreſentans videnti Dei eſſentiam. Probatur conſequentia: quia eſſentia Dei eſt ipſum eſſe. Tertiò diuina eſſentia eſt aliquid incircumſcriptum continens in ſe ſupereminenter, quidquid poteſt ſignificari,* E *vel intelligi ab intellectu creato; ergo per nullam formã creatam videri poteſt. Probatur conſequentia: quoniã illud incircumſcriptum, &c. per nullam formam creatam poteſt repreſentari. Probatur hoc aſſumptum: quia omnis forma creata eſt determinata ſecũdùm aliquam rationem, vel ſapientiæ, vel virtutis, vel ipſius eſſe, vel alicuius huiuſmodi.*

Ex his corollariè deducit S. Tho. quòd dicere Deum per ſimilitudinem videri, eſt dicere diuinam eſſentiam non videri; quod eſt erroneum.

Prima Controuerſia.

De veritate ſecundæ concluſionis.

Sententiæ expoſitorum, & commune eorum fundamentum.

ERat ſecunda concluſio D. Tho. *Per nullam ſimilitudinem creatã ex parte rei viſæ diuina eſſentia videri poteſt*. Quam tribus argumentis probauit; ex quibus corollariè deduxit dicentes Deum per ſimilitudinem videri, hoc ipſo dicere diuinã eſſentiam non videri. Quibus verbis manifeſtè ſignificat S. Thom. dictam concluſionem intelligendam eſſe, non de potentia ordinaria, vt quidã interpretantur; ſed de potentia Dei abſoluta; idque per dictas tres rationes efficaciter probari.

Sed Aureolus apud Capreolum in 4. diſt. 49. q. 5. oppoſitum ſentit affirmans diuinam eſſentiam à beatis per creatam ſimilitudinẽ ex parte rei viſæ non ſolùm videri poſſe, ſed etiam actu videri. Alij autem antiquiores exiſtimant per Dei potentiam effici poſſe ſpeciem aliquam intellectui beato impreſſam, qua Deum per eſſentiam videat.

Hanc ſententiam ſequuntur omnes ferè extranei expoſitores S. Thom. videlicet Molina, Valentia, Vaſquez, Suarez, Peſantius, & Ioannes Salas 1. 2. quæſt. 3. tract. 2. diſput. 5. ſect. 2. qui ſententiã hanc exiſtimat eſſe lõgè probabiliorem, affirmãs dici poſſe non in omnibus ſequendum eſſe D. Tho. qui, vt homo falli interdum potuerit; & in hac parte videri fuiſſe deceptum; cum ſine vrgenti ratione aſſerat non poſſe ſpeciem intuitiuam Dei produci ab ipſo Deo.

Molina. Valentia. Vaſquez. Peſantius. Suarez. Salas.

Et quoniam tres dictæ rationes S. Doct. efficaciter hanc opinionem excludunt, idcircò vnica reſponſione vnicum earum fundamentum demoliri nituntur.

Dicunt enim cum Aureolo: Cum in ſpecie impreſſa duo ſint; nimirum eſſe, quo eſt in rerum natura, & repræſentatio, qua repræſentat obiectum; quæ duo maximè diuerſa ſunt, prædictas tres rationes eodem infectas eſſe peccato; eo, quòd non diſtinguãt, ſed idem iudicium faciant de ſpecie, quo ad illius eſſe, & de eadem, quo ad eius repræſentationem. Ad ſingulas verò deſcendendo dicunt. Ad primam rationem, quòd ſpecies, quæ eſt inferioris ordinis in eſſendo, poteſt eſſe ſupremi ordinis in repræſentando.

Ad ſecundam, quòd ſpecies, quę in eſſendo habet eſſe diſtinctum ab eſſentia, poteſt in repræſentando habere eſſe idem cum eſſentia.

Ad tertiam, quòd ſpecies, quæ in eſſendo eſt finita, poteſt in repræſentando eſſe infinita. Probãt ſuam hanc reſponſionem ſolidam eſſe; quia nõ eſt inconueniens aliqua conuenire ſpeciei obiectiuè, quorum oppoſita conueniunt ei formaliter: Nam ſpecies lapidis eſt ſubſtantia obiectiuè, ſiue repræſentatiuè, cum tamen ſit accidens formaliter; ita in propoſito ſpecies creata repræſentans diuinã eſſentiã, erit ſupremi ordinis, erit ipsũ eſſe, erit infinita obiectiuè, ſiue repreſentatiuè; ſed formaliter

erit iſerioris ordinis, diſtincta à ſuo eſſe, & finita.

Sed ſingulariter Vaſquez, (quod admiratione dignum eſt,) in omne latus ſe vertit, vt planũ verborum D. Thom. ſenſum euertat, eumque in ſuam ſententiam trahat. Ait enim S. Doctorem hoc in loco ab illa diuina viſione ſolùm excluſiſſe ſpeciẽ expreſſam, quæ prius viſa videatur; additque de mente S. Thom. ſpeciem hanc eſſe medium in quo, diſtinctum contra medium quo, & contra mediũ ſub quo; de quibus omnibus medijs loquitur S. Thom. in 4. ſenten. diſt 49. q. 2. art. 1. ad quintumdecimum, & quol. 7. art. 1. & nos infra aliquid dicemus, ſ. in ſecunda Controuerſia huius articuli. *S. Thom.*

Interim videndus eſt Zumellus diſp. 1. & Suarez lib. 2. de attributis negatiuis Dei capit. 13. in principio, qui optimè explicant differentiam dictorum trium mediorum, vel ſimilitudinum, quibus res aliqua cognoſci poteſt. *Zumell. Suarez.*

Raphael Ripa recenſet, & ſoluit argumẽta Vaſquezij, quibus probare nititur S. Tho. hic non negare, ſed potius ſtatuere ſpeciem impreſſam in viſione beata. *Ripa*

Reſolutio.

Speciem intelligibilem eiuſdem eſſe rationis ſpecificæ cum re, cuius eſt ſpecies, & intellectui in vnitate quidditatiua copulari.

PRo reſolutione conſiderandum eſt primò rerũ eſſentias abſtrahere à quolibet eſsẽdi modo, ſcilicet ab eſſe in re, vel intellectu, ab eſſe naturali, & intẽtionali, ab eſſe in vno, vel in pluribus, &c. includunt enim ea dumtaxat, quæ pertinẽt ad rei diffinitionem; ſicut homo, inquantùm homo, ea tantum includit, quæ ad eius attinent quidditatem, & abſtrahit àb exiſtentia, & à quolibet exiſtendi modo, ſcilicet in re, vel in intellectu. Quare eiuſdem omnino ſpeciei eſt homo in re, & homo in intellectu: licet in re habeat eſſe materiale, & ſubſtãtiale; in intellectu verò habeat eſse immateriale, & accidentale.

S. Thom. Vnde S. Thom. in tertio cont. gent. capit. 49. ait: *quòd ſimilitudo intelligibilis, id eſt ſpecies impreſſa, per quàm intelligitur aliquid ſecũdum ſuam ſubſtantiam, id eſt quidditatiuè oportet. vt ſit eiuſdẽ ſpeciei, vel magis ſpecies eius; ſicut forma domus, quæ eſt in mente artificis, eſt eiuſdem ſpeciei cum forma domus, quæ eſt in materia, vel potius ſpecies eius.*

Reddit rationem S. Tho. ſubdens; *Non enim per ſpeciem hominis intelligitur de equo, vel aſino quid eſt*, Vbi diligenter annotandus eſt modus loquendi S. Tho. ait enim neceſse eſse, ſpeciem, per quàm intelligitur aliquid quidditatiuè, eſse eiuſdem ſpeciei, vel magis illius ſpeciem; ſignificans vtrumq; verè dici poſſe, ſed congruentius ſecundùm.

Ad cuius euidentiam, ſciendum eſt ſecundò ad quamlibet cognitionem neceſsariò requiri, vt cognoſcens fiat vnum cum ipſo cognito; non eo tantùm modo, quo fit vnum ex materia, & forma, ex quibus reſultat vnum tertium; ſed ita, vt vnũ fiat aliud; non quomodocunq;, ſed ſecundùm eãdem

A rationem ſpecificam, & quidditatiuam; ita, vt vtriuſq; vna ſit eſsentia, & eadem quidditas; alioquin, ſi fieret vnio tantùm ſecundùm rationem aliquam communem, ſiuè genericam, non poſset res cognoſci, niſi communiter, aut genericè, cum cognoſcere, vt infra dicemus, nihil aliud ſit, niſi cognoſcentẽ eſse perfectè ipsũ cognitũ in actu 2.

Vbi tamen aduertendum eſt formalem ſimilitudinis, vel identitatis conuenientiam non ſemper eſse neceſsariam, ſed ſufficere eminentem, vt patet in diuina eſsentia, quæ eminenter continet, & eſt omne intelligibile creatum; vt notat etiam Ferrarienſis in dicto cap. Affirmat itaque S. Tho. B ſpeciem, per quam intelligitur aliquid quidditatiuè, debere eſse eiuſdem ſpeciei, vel magis intellectæ rei ſpeciem. *Ferrarien.* Cuius ratio eſt, quia res intelligibilis, & eius ſimilitudo, quæ eſt ſpecies exiſtens in intellectu, dupliciter poſsunt adinuicem comparari, vt ibidem notat Ferrarienſis: Vno modo, vt duo eiuſdem naturæ indiuidua ſolo abinuicem eſsendi modo differentia. Quemadmodum, ſi domus in materia, & domus in mente dicantur duæ ſingulares domus; quarum vna materialem habet exiſtentiam in re, altera immaterialem habet eſſendi modum in intellectu: Et ſecundũ hanc conſiderationem dicuntur vnius ſpeciei: Alio modo C conferri poſsunt adinuicem res intelligibilis, & eius ſimilitudo exiſtens in intellectu, vt ſpecies, ſiue quidditas, & id, cuius eſt quidditas; ſicut humanitas comparatur ad hominem, vel hunc hominem, pũta Socratem, vt eius quidditas; Et hoc modo id, q͛d eſt in intellectu, eſt ſpecies, & quidditas eius, quod eſt in re. Vnde quidditas hominis exiſtens intelligibiliter in intellectu, eſt ſpecies, & quidditas hominis exiſtẽtis in re. Abſtrahit enim ab accidentibus, & indiuiduantibus principijs, ſiue conditionibus, & continet ea tantùm, quæ ad rei naturam, ſiue ſpeciem omnibus ſingularibus communem pertinent. Propter quam cauſam aſ- D firmat S. D. ſimilitudinem rei exiſtentem in intellectu congruentius dici rei ſpeciem, quàm eiuſdẽ ſpeciei; nam, cum abſtrahat à conditionibus naturam communem ad ſingulare contrahentibus, nõ poteſt propriè dici ſingulare illius naturæ; cuius exiſtit ſimilitudo; tametſi vt accidens eſt exiſtens in intellectu, ſit indiuidua.

Salas, & Valentiæ dictũ reijcitur. Ex quo patet falſum eſse id, q͛d ait Salas loco ſuperius allegato ſequens Valentiã, nimirum ſpeciẽ non eſse propriè obiectũ in alio eſsendi modo; ſed impropriè, & metaphoricè ad modũ, quo imago imperatoris dicitur imperator. Vbi etiã aliud affirmat abſurdius, poſse videlicet Deum quidditatiuè cognoſci in ſpecie creata tãquam in obiecto, E ſed talem viſionem, vel nõ eſse beatificam, vel nõ immediatã. Hæc enim plures implicant contradictiones: Nã viſio Dei quidditatiua nõ ea ratione p ſe primò beatificat, qua immediata eſt, ſed qua quidditatiua eſt, iuxta illud Io. 10. *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcãt te verum Deũ, & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtũ.* Et præterea, vt in artic. præcedẽte probauimus, cognitio quidditatiua Dei neceſsariò eſt intuitiua, & conſequenter immediata; cum oĩs cognitio

gnitio intuitiua ſit rei,prout in ſe eſt,& non abſolutè tãtùm,vel prout in alio repreſentatur. Denique,ſi obiectum omne creatum finitũ eſt in quolibet eſſendi modo,vt patebit ex probatione tertiæ concluſionis, impoſsibile eſt diuinam eſſentiam, quæ ſimpliciter infinita eſt,in aliqua ſpecie creata tanquam in obiecto cognito quidditatiuè cognoſci. Itaque cõtradictionem implicat primò dicere eſſe viſionem Dei quidditatiuam,& non beatificam. Secũdò implicat eſſe viſionem Dei quidditatiuam,& non immediatam. Tertiò contradictionem inuoluit eſſe obiectum creatum,ſiue finitum,& in eo quidditatiuè cognoſci rem ſimpliciter infinitam,qualis eſt eſſentia diuina. Tum quia in obiecto finito non poteſt, niſi aliquid finitum, repreſentari. Tum etiam quia obiectum finitum facit cognitionem mediatam,quæ,de Deo loquẽdo,non poteſt eſſe quidditatiua, vt patebit ex dicendis in ſequenti Controuerſia.

Concluſiones deductæ,& probatæ.

PRima concluſio. Neceſſarium eſt, ad hoc,vt ſpecies intelligibilis perfectè repreſentet,i. quidditatiuè,vt ſit adæquata intelligibili in hoc eſſendi modo,qui eſt repræſentare,licèt differat ab intelligibili, quo ad eſſendi modum naturalẽ. Probatur: Nam, ſi neceſſe eſt, vt diximus,vt ſpecies intelligibilis ſit quidditas rei intellectæ; igitur eſt illi æqualis; immò idem,quamuis differat in modo eſſendi.

Vnde S.Thom.in 4.ſentent.diſt.49.quæſt.2.artic.1.ait formam exiſtentem in intellectu,vel ſenſu,eſſe principium cognitionis:non ſecundùm eſſendi modum, quem habet,ſed ſecundùm rationem,ideſt quidditatem, in qua cum re exteriori communicat.

Quę conueniat ſpeciei per ſe. Secunda concluſio. Veriſsima eſt,& neceſſaria ea diſtinctio Caietani,qua diſtinguit conuenientia ſpeciei in ea,quæ conueniunt ei per ſe, & quæ conueniunt ei per accidens.

Probatur, & explicatur ſimul hæc concluſio: Nam primò ſpeciei per ſe conuenit, vt ſit repræſentatiua,non per modum ſigni; quemadmodum voces,aut termini;qui ex humana inſtitutione res intellectui repræſentant; & ideo vna vox ſecundũ ſe nõ eſt altera perfectior,ex hoc, quòd rem ſignificat perfectiorem; cum tota eius ſignificatio non ex vocis natura, ſed ex humano beneplacito deriuetur. Sed ſpeciei intelligibili per ſe conuenit, vt ſit repræſentatiua per modum ſimilitudinis naturaliter; ita, vt ſit naturalis imago rei repræſentatæ. Vnde,ſi cognitio ſit quidditatiua,& perfecta, debet ſpecies obiecto eſſe ſimilis in ſpecie infima, quam dicunt ſpecialiſsimam.

Immò per ſe habet, ꝙ ſit natura, & quod quid eſt rei intelligibilis; & conſequenter,vt diximus, quòd ſit æqualis intelligibili,aut quod ſit eminenter continens intelligibile.Quare nunquam poteſt eſſe inferioris ordinis.

Denique per ſe habet,quòd ſit vnum cum intellectu; quoniam oportet cognoſcens eſſe ipſum co-

A gnitum. Per accidens autem ſpeciei conuenit primò,vt ſit ſubſtantia,vel accidens: Nam in quibuſdam eſt ſubſtantia,vt in Deo,& Angelo,quatenus ſeipſum intelligit; accidens autem eſt in nobis. Secundò accidit ſpeciei, quòd ſit idem in eſſe naturæ cum intelligente,vel intellectu,aut etiam intelligibili,aut quod ab eo diſtinguatur. Tertiò,ꝙ habeat eſſe naturale,vel intentionale. Hæc enim omnia accidunt quidditati,vt quidditas eſt,& repræſentatiuo,vt repræſentatiuum eſt,& ſpeciei,vt ratio, & vt principium eſt cognitionis.

Nec verò obeſt id, quod ait Suarez lib.2. de diuinis attributis negatiuis,cap.duodecimo,nume.6. Dictũ Suarezij reijcitur.
B ſpeciem intelligibilem propriè,& per ſe ſignificare aliquid diſtinctum ab obiecto, quòd ſit veluti ſemen,vel inſtrumentum eius datum potentiæ cognoſcenti ad ſupplendum vicem obiecti, quando ipſum per ſe non poteſt adeſſe potẽtiæ: Nam,cum ſpeciei per ſe conueniat,vt ſit quidditas rei intelligibilis; cui quidditati accidũt omnia prædicta, quæ enumerat Suarez, ſequitur euidenter prædicta non poſſe per ſe conuenire ſpeciei, ſed tantùm per accidens. Et eadem ratione ſequitur contra eundem Suarezium talem vnionis modum ſpeciei cum potentia, verbi cauſa, per informationem, conuenire per accidens ipſi ſpeciei, & non tãtùm
C obiecto: Nam quidditati, vt ſic, & repræſentatiuo,quatenus repræſentatiuum eſt,accidit talis vnionis modus,vt patet ex dictis; Sed,quia prædictus auctor negat ſpeciem impreſſam eſſe formalem rei cognitæ ſimilitudinem,& conſequenter ẽt negat eſſe rei quidditatem;idcirco exiſtimat ſpeciem intelligibilem per ſe eſſe accidens vnitũ per informationem intellectui; Sed hoc fundamentũ & ſecundum ſe, & multò magis in doctrina Diu. Thom.falſum eſt;vt etiam ex dicendis apparebit.

Tertia concluſio. Certa eſt ſecunda concluſio D.Thom.& rationes eius ſunt demõſtratiuæ.Probatur hæc concluſio ijs,quæ diximus,inhęrendo, Vis primæ rationis S. Thom.
D & explicando vim ſingularum rationum: Prima ratio aſſumebat per ſimilitudines rerum inferioris ordinis cognoſci non poſſe, quæ ſunt altioris ordinis. Quæ propoſitio vera eſt per ſe intellecta; ita vt ſit ſenſus,per ſimilitudines, quæ per ſe ſunt inferioris ordinis, ſcilicet, vt ſimilitudines ſunt, non poſſunt cognoſci, quæ in altiori ſunt ordine conſtituta;Tunc autem per ſe eſt inferioris ordinis ſimilitudo,quãdo eſt magis coarctata,ac definita ea ratione, qua ſimilitudo, aut ſpecies eſt, ꝙ ſit obiectũ tali ſimilitudine repræſentatum. Quo fit,vt per ſpecies phantaſiæ nequeant intelligibilia repræſentari;ſunt enim illæ ſpecies magis definitę,ſiue,vt inquit Caietanus,dearticulatę,quàm Caietanus
E ſunt obiecta intelligibilia.Species autem,quę ſunt in intellectu,ſunt eiuſdem ordinis,& æqualis ambitus cum rebus intelligibilibus per eas repræſentatis. Iã verò ſpecies omnis creata neceſſariò eſt inferioris ordinis ad diuinam eſſentiam, vel Deũ comparata; quia quælibet creata ſpecies,ex hoc ipſo, quòd creata eſt, definitam habet non ſolùm eſſentiam,ſed etiam repræſentandi rationem. Nã in eſſendo,vel eſt accidens de prædicamento qua-

litatis; vt in nobis, & in Angelis reſpectu aliarum rerum ab ipſis Angelis, aut eſt ſubſtantia determinatæ ſpeciei, vt natura Angeli reſpectu ſui ipſius, & Dei, quo ad naturalem cognitionem. In repræſentando verò; quia non aliter repræſentat, niſi p hoc, quòd eſt rei quidditas in aliquo eſſendi modo, ideſt ſecundùm aliquem entis modum; nulla autem res creata, aut creabilis poteſt eſſe quidditas infinita ſimpliciter in aliquo eſſendi modo; igitur nulla creata ſpecies, aut ſimilitudo poteſt diuinam eſſentiã, quæ infinita eſt ſimpliciter, quidditatiuè repræſentare. Ad cuius ampliorem euidẽtiam conſiderandum eſt ſpeciem omne intelligibilem immediatè, & quidditatiuè repræſentantem habere ordinem eſſentialem ad obiectum per eã repræſentatum, & ad eius naturam, gradum, & ordinem reduci, & ideò ſpecies inferioris ordinis neceſſariò reſpicit obiectum inferioris ordinis, nec fieri poteſt, vt repræſentet obiectum in ordine ſuperiori conſtitutum; alioquin talis ſpecies ad ordinem inferiorem pertineret; quia ponitur eſſe inferioris ordinis, & ad ipſum non pertineret, ſed ad ordinem ſuperiorem, hoc ipſo, quod ponitur eſſe obiecti ſuperioris ordinis eſſentialiter repręſentatiua, quæ eſt contradictio manifeſta. Et hæc eſt vis primæ rationis S.Thom. ex D.Dionyſio dicente, per ſimilitudines rerum inferioris ordinis non poſſe ſuperiora cognoſci; ſicut (inquit) per ſpeciẽ corporis non poteſt cognoſci eſſentia rei incorporeæ: Nam ex hoc ipſo, quòd quælibet creata ſpecies ſuæ repræſentationis limitem habet, inferioris ordinis eſt, inquantùm repræſentatiua eſt, reſpectu diuinæ eſſentiæ, q̃ infinita eſt ſimpliciter.

Vis ſecundæ rationis S.Tho. Ex eodem fundamento robur trahit ſecunda ratio aſſumens nullam ſpeciem creatam eſſe ipsũ eſſe per eſſentiam, cum tamen Deus ſit ipſum eſſe, & ideo per nullam ſpeciem creatam poſſe Deum per eſſentiam videri. Oportet enim, vt diximus, ſpeciem omnem quidditatiuè repræſentantem eſſe ipſam rei repræſentatæ quidditatem; nulla verò creata ſpecies poteſt eſſe quidditas Dei, vt demõſtratum. Et eſt probatur amplius; quia ſpecies per ſe primò, & immediatè repræſentatiua ipſius eſſe per eſſentiam debet habere ſimpliciſsimam, & actualiſsimam repræſentationem excludentẽ omnem compoſitionem ex actu, & potentia; igitur erit ſua repræſentatio, ſiuè ſuum eſſe repræſentatiuum, quod nulli creatæ ſpeciei poteſt conuenire; quia ſub determinato genere continetur, atque adeò limitatam habet ſuæ repræſentationis differentiam. Antecedens verò probatur; quia ſpecies omnis intelligibilis, quæ vt ſpecies, & vt repræſentatiua eſt, non eſt purus actus, ſed eſt ad certum genus, & differentiam limitata, correſpondet obiecto eiuſdem gradus, & ordinis, quod ſ. nõ eſt purus actus, ſed eſt cõpoſitũ ex genere, & differẽtia.

Vis tertiæ rationis S. Thom. Tertia demum ratio talis erat. Oportet, quòd ſpecies Dei quidditatiua ſit eſſe infinitum ſecundum aliquod eſſe reale; alioquin non eſſet adæquata ſimilitudo; eſt autem impoſsibile in tota ipſius eſſe creati latitudine dari vnum aliquod eſſe ſimile adæquatè infinito eſſe diuino; quod infinitas continet perfectiones: Nam, quemadmodũ dari non poteſt in re creata vna quidditas, quæ contineat omnes quidditates; ita nec in eſſe intelligibili creato.

Et quoniam ſpecies ſecundùm ſuam naturam, & eſſentiam eſt repræſentatiua, & hoc conuenit illi intrinſecè, & per ſe primò; ideo in idem redit loqui de ſpecie in eſſendo, ideſt ſecundùm ſuam eſſentiam, ac proprium entitatis modum, quẽ ſortita eſt inter entia, & de eadem in repræſentando. Non enim differunt in ipſa ſpecie, aut ſimilitudine, eſſentia, & repræſentatio, niſi ratione: nam eſſẽtia ſimilitudinis, ſiue ſpeciei in ipſa repræſentatione conſiſtit, & ſecundùm diuerſas repræſentationis per ſe differentias differunt etiam per ſe ſpecies, & ſimilitudines: talibus namque differentijs diſtinguuntur ſpecies omnes ſenſibiles, & intelligibiles ad inuicẽ, vt patet diſcurrenti per ſingula.

Deinde ſpecies intelligibilis habet ex ſua immaterialitate, vt obiectum intelligibile repræſentet; Igitur, quo fuerit altius, & immaterialius, & actualius obiectum, eo maior immaterialitas, & actualitas requiretur in ſpecie ad illud repræſentã dum ordinata; Igitur ad obiectum infinitæ immaterialitatis, & actualitatis repræſentandum erit neceſſaria ſpecies infinitæ immaterialitatis, & actualitatis. Hęc autẽ non poteſt eſſe ſpecies creata: Primò, quia omni ſpecie creata poteſt Deus creare perfectiorem, & perfectiorem in repræſentando vſque in infinitum, cum ſpecies, & eius repræſentatio ſit aliquid creatum. Secundò, quia talis ſpecies eſſet infinita ſimpliciter in repræſentãdo, & conſequenter eſſet extrà omne genus; nàm, ſi eſſet in genere, eſſet finita, & limitata in ratione repræſentationis, ſecũdùm quam eſſet ad certum genus, & differentiam determinata; Igitur impoſſibile eſt diuinam eſſentiam per ſpeciem vllã creatam immediatè, & quidditatiuè repræſentari.

Argumenta, & ſolutiones.

Contra primam concluſionem argumentatur Valentia. *Valentia.*

Primò. Species non repræſentat, ſicut ratio cognita, ad quam requiritur ſimilitudo conuenientiæ in quidditate; ſed ſicut ratio cognoſcendi ex parte obiecti, ad quod ſatis eſt quidam peculiaris ordo ipſius ad obiectum.

Reſpondetur ſpeciem impreſſam ita eſſe rationem cognoſcendi ex parte obiecti, vt neceſſariò requirat cõuenientiam in quidditate formaliter.

Secundò. Differentia prædicamentalis, quæ eſt inter ſpeciem, & obiectum, tollit vtriuſque conuenientiam in quidditate; ergo.

Reſpondetur ſpeciem, quo ad id, quod eſt per ſe, non differre prædicamento; ſed tantùm, quo ad id, quod eſt per accidens; ſcilicet quo ad talem eſſendi modum, vt ſupra dictum eſt.

Contra hanc reſponſionem inſtat Valentia. *Replica.* Quidditas rei prior eſt modo exiſtendi rei; ergo etiam differentia prædicamentalis prior eſt.

Probatur conſequentia; quia hæc prius eſt in quid-

quidditate, quàm in ipſo modo exiſtēdi; ergo ſpecies, & obiectum ſimpliciter prædicamento differunt.

Reſpondetur falſam eſſe conſequentiam: Ad probationem negatur antecedens: Nam differentia prædicamentalis non eſt inter quidditatē ſpeciei, & quidditatem obiecti.

Replica. Valentiæ. Contra hanc reſponſionem replicat Valentia. Cum dicis ſpeciem hominis ſecundùm eſſe repręſentatiuum eſſe ipſam quidditatem hominis, aut vis illi propriè competere diffinitionem hominis, ſicut competit homini; & hoc planè eſt inintelligibile; aut tantùm vis dicere eſſe hominem repræſentatiuè, ideſt habere aliquem ordinem ad hominem, qui ordo eidem ſufficiat, vt ſit quaſi quiddā vicarium hominis; at hoc non eſt verè conuenire ſpeciem cum obiecto in quidditate.

Reſpondetur primum verum eſſe: Ad impugnationem dicitur hoc facilè intelligi poſſe ex prædictis iactis, & explicatis fundamentis.

Vaſquez. Contra primam concluſionem, & eius probationem argumentatur Vaſquez. Intendēs probare ſpeciem, & illius obiectum non neceſſariò debere eſſe eiuſdem rationis.

Primò: Quia ſimilitudo repræſentans ſubſtantiam, vel angelum, non debet eſſe ſubſtantia, vel Angelus; ergo. Antecedēs probatur: Omnis cognitio eſt expreſſa obiecti repræſentatio, & illius ſimilitudo, & tñ nulla cognitio ſubſtantiæ eſt ſubſtantia, neque hominis homo, nec etiam ſpecies coloris eſt color remiſſus.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens: Nam ſimilitudo Angeli repræſentatiua eſt quidditas Angeli in tali eſſendi modo, ſcilicet intelligibili intra intellectum.

Ad probationem negatur antecedens; cognitio enim non eſt repreſentatio, ſed actio immanens, ex repræſentatione procedens, & ad repræſentationem terminata, & ſimiliter falſum eſt ſpeciem coloris non eſſe colorem eiuſdē omnino rationis, & gradus cum colore repręſentato, quamuis in alio eſſendi modo.

Secundò. Species non debet eſſe eiuſdem ordinis cum obiecto ſecundùm eſſe; ſed tantùm ſecundùm repræſentationem; ergo fieri poteſt, vt ſpecies, quæ eſt accidens, repræſentet ſubſtantiam, & quæ eſt creata, & finita ſecundùm eſſe, repræſentet Deum, qui non eſt creatus, nec finitus.

Reſpondetur primò falſum eſſe antecedens de eſſe eſſentiæ, ſeu quidditatiuo. Secundò dico verū eſſe antecedens, cū primò conſequente in hoc ſenſu; videlicet, quòd ſpecies, quæ per ſe eſt quidditas rei repręſentatæ, & per accidens habet, quòd ſit accidens, poteſt repræſentare ſubſtantiam; Sed quando vlterius infertur; ergo, quæ creata eſt, & finita, &c. negatur conſequentia; quia, vt diximus, nulla creata ſpecies in quouis eſſendi modo poteſt eſſe quidditas Dei, quæ infinita eſt.

Tertiò. Ex eo, quòd aliqua repręſentatio, vel cognitio, ſit infiniti obiecti, non ſequitur repræſentationem, aut cognitionē in genere repræſentationis, ſiue cognitionis eſſe infinitam, ſed ſolùm iux-

A ta infinit[illegible]ſari; ergo non ſequitur eā eſſe eiuſdem ordinis, a[illegible] naturæ cum Deo, ſed longè inferioris ordinis.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens de repræſentatione obiecti infiniti, quod repræſentatur, prout in ſe eſt, aut quidditatiuè: Nam, cum ſecundùm ſe ſit infinitum ſimpliciter, neceſſe eſt etiam repræſentatiuum eius, prout in ſe eſt, eſſe infinitū ſimpliciter; alioquin non repræſentaret illud, prout in ſe eſt.

Vnde diuina eſſentia ſola poteſt eſſe ſpecies in cognitione illius intuitiua. Nec tamen ſequitur infinitam eſſe viſionem; quoniam, vt in articulo 5.

B dicemus, diuina eſſentia informat intellectum, & cum eo concurrit iuxta mēſuram luminis glorię.

Contra ſecundam concluſionem argumentatur Vaſquez. Omnis ſpecies intelligibilis, aut eſt principium intellectionis, aut ipſa intellectio repræſētans per modum habitus, vel per modum actus obiectum; ergo natura ſua debet eſſe accidens inhęrens potentiæ, idemque de omni ſpecie ſenſibili apertè ſequitur. Vaſquez.

Reſpondetur falſam eſſe conſequentiam: Nam, ſi ſpecies ſit ſubſtātia, ſicut ſubſtantia Angeli, eodē fungitur officio, ſcilicet cauſandi intellectionem, & repræſentandi; vt patet etiam de diuina eſ-

C ſentia in intellectu beatorum.

Contra eandem argumentatur Suarez. Suarez.

Primò. Species intelligibilis propriè ſignificat aliquid diſtinctum ab obiecto; quòd ſit veluti ſemen, & inſtrumentum eius datum potentię cognoſcenti ad ſupplendum vicem obiecti, quando ipsū per ſe non poteſt adeſſe potentiæ, & per ſe efficere cū illa, & huiuſmodi ſpecies ſemper eſt accidens, nec aliter intelligi, nec fieri poteſt; ergo ſpeciei ꝓpriè dictæ conuenit inhærere.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens: Nam ſpecies, vt ſic, non ſignificat aliquid diſtinctū ab obiecto: ſed ſignificat per ſe repræſentatiuum obie-

D cti, cui repræſentatiuo accidit diſtinctio ab obiecto, ſicut, & identitas cum eo; poteſt enim ſtare cū vtroque, vt patet in eſſentia Angeli reſpectu proprij intellectus, & in eſſentia diuina reſpectu intellectus beatorum, & proprij:

Secundò; Quia nulla eſt neceſsitas fingendi repræſentationem in ſpecie impreſſa; ergo repræſentare illi non conuenit per ſe. Antecedens probatur: quia repræſentare ponitur propter actum ſecundùm, & repręſentationem non experimur, niſi in actu ſecundo; ergo non eſt neceſſe maiorem ſimilitudinem, vel repræſentationem eſſe in ſpecie, quàm in actu ſecundo.

E Quòd autem repræſentatio ſit in actu ſecundo probatur; quia ceſſante actu nullam effigiem, vel idolum obiecti experimur in anima; quod autem ceſſante actu poſsimus iterum intelligere, ſignum eſt aliquod ſemen relictum eſſe in mente, quod eſt principium actualis intellectionis.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens: Ad probationem dicitur, quòd repræſentare eſt propter actum ſecundum, non vt ille repræſentet; ſed vt poſſit produci ſimul cum termino ſuo, quod eſt ver-

bum,

bum, quod eſt expreſſa ſimil[itudo de]pendens ab impreſſa; & quia ceſſante intellectione ceſſat verbũ, ideo ceſſat actualis repræſentatio.

Contra tertiam concluſionem argumentatur Vaſquez. In clara Dei viſione eſt ſpecies expreſſa, quæ Deum repræſentat, ſicut eſt; ergo non repugnat dari ſpeciem impreſſam, quæ non expreſsè, nec actu, ſed habitu ipſum repræſentet. (Vaſquez.)

Reſpõdetur falſum eſſe antecedens, vt patebit in ſequenti Controuerſia.

Contra eandem argumentatur Suarez. Primò vel repugnat dari ſpeciem diuinæ eſſentiæ creatã propter repræſentationẽ, vel propter efficientiã; ſed neutrum dici poteſt; ergo. Probatur minor quo ad priorẽ partem; quia datur de facto in beatis expreſſa ſimilitudo; ergo. Secunda pars pertinet ad tertiam controuerſiam. (Suarez.)

Reſpondetur id repugnare propter repræſentationem: Ad probationem negatur antecedẽs; quia ſpecies repræſentans Deum, prout in ſe eſt, deberet eſſe ei adæquata, & infinita ſimpliciter.

Sed contra hanc reſponſionem inſtat Suarez. (Replica.)

Primò; quia talis ſpecies eſſet à Deo, non vt ab agente naturali, ſed tanquàm ab agente libero; ergo non oportet, vt ſit adęquata obiecto, ſed actui, propter quem datur.

Secundò; quia ſpecies infuſa Angelo inferiori ad videndum ſuperiorem non oportet eſſe cõprehenſiuam; quia Deus infundit illam proportionatam virtuti intelligentis.

Reſpondetur falſam eſſe conſequentiam: Nam propria cauſa, quare talis ſpecies eſſet adæquata, non eſt, quia eſſet à Deo, tanquam ab agente naturali; ſed quia repræſentaret Deum, prout in ſe eſt. Ad exemplum de Angelo reſpondetur Angelũ inferiorem per ſpeciem inditam non comprehẽdere ſuperiorem, quamuis cognoſcat illum quidditatiuè, nec eſt ſimilis ratio de Angeli ſuperioris ſpecie indita inferiori, & de ſpecie diuinæ eſſentię indita creato intellectui; quia illi ſunt eiuſdem ordinis, & eiuſdem generis; non autem Deus, & creatura.

Contra hanc reſpõſionem replicat Suarez. Aut ſermo eſt de ſimilitudine fundata in vnitate formæ, aut de ſimilitudine repræſentationis. Si de priori ſermo ſit, verum eſt non poſſe inueniri in re creata reſpectu Dei, ſed falſum eſt ſpeciẽ eſſe hoc modo ſimilem obiecto. Si autem de poſteriori ſimilitudine loquamur, falſum eſt non reperiri hàc in actu cognoſcẽdi, multò magis, quàm in ſpecie. (Replica.)

Reſpondetur de vtraque ſimilitudine ſermonẽ eſſe. De priori quidem, quia, vt diximus, ſpecies eſt quidditas obiecti in alio eſſendi modo; de poſteriori autem, quia repræſentatio per ſe conuenit ſpeciei.

Ad impugnationem ſecũdi membri iam ſupra dictum eſt actam intelligendi ſecundùm ſe non eſſe repræſentatiuum rei intellectæ.

Contra hanc reſponſionem affert auctorit. Anſelmi. (Replica.)

Qui nihil aliud dicit, niſi ſpeciem expreſſam in cognitione naturali formari ex impreſſa.

A Alia argumenta contra prædictas concluſiones lege apud Banneſium, & Zumellum; quorum ſolutiones conformes ſatis ſunt prædictæ reſolutioni. Quæ autem affert Peſantius, non ſunt alia ab his, quæ iam ſoluta ſunt. (Bannes. Zumelles. Peſantius.)

Secunda Controuerſia.

An Beati forment verbum, per quod videant diuinam eſſentiam.

Sententiæ Expoſitorum.

B Tres ſunt expoſitorum in hac quæſtione ſententiæ.

Prima ſententia eſt eorum, qui affirmãt etiam de mente S.D. Beatos per verbum beatifica viſione formatum videre Deum. Hanc ſequitur Molina, Vaſquez, & Peſantius ſup hoc articulo, & Suarez lib. 2. de attributis Dei negatiuis cap. vndecimo. Eandem ſententiam ſequitur Salas prima ſecundæ, quæſt. 3. tract. 2. diſp. 5. ſect. 2. qui tamen eam non attribuit D. Thom. (Molina. Vaſquez. Peſantius. Suarez. Salas.)

Secunda ſententia eſt è diametro pugnans cũ prædicta negat Beatos actu videre, aut etiam videre poſſe diuinam eſſentiã per ſpeciem expreſſam, ſiue verbum ab eis formatum. Hanc ſequi-
C tur Paulus Soncinas in epit. ad Capr. in primo ſen. diſt. 27. quæſt. 2. Caiet. Bannes, & Zumellus ſuper hoc articulo. (Sonc. Caietanus. Bannes. Zumell. Capreol.)

Tertia ſententia eſt media, quæ docet poſſe aliquo modo vtramque partem ſuſtineri. Nec tamẽ hi, quibus hæc media placuit via, eodem vtuntur dicendi modo: Nam Capreolus ſatis videtur fuiſſe varius in hac Controuerſia; cum in primo ſent. diſt. 27. quæſt. 2. ad octauum argumẽtum Aureoli contra primam concluſionem tria dicat. Primum eſt conceptum formatum mediante viſione beatifica nõ adæquare viſionem illam; ita, vt quidquid
D in Deo videtur, vno verbo dicatur. Secundum veriſimile videri viſionem illam terminari ad vnicũ verbum habitum de obiecto beatifico eſſentialiter in actu. Tertium eſt eandem viſionem habitualiter terminari poſſe ad multa verba habita de attributis in Verbo viſis. In quarto verò ſententiarum diſt. 49. quæſt. 2. tria alia dicit. Primum eſt, communiter teneri beatos præter Verbum increatum aliud non habere verbum propter ĩntimam præſentiam Verbi ad intellectum beatum; ſicut nec habent aliam ſpeciem intelligibilem, quàm diuinam eſſentiam. Secundum eſt, vtramque opinionem eſſe probabilem. Tertium eſt, quod S. Tho. videtur tenere partem affirmatiuam.

E Syluester ſuper hoc articulo, vtramque partem tuetur in affirmantem magis declinans. Ferrariẽſis in primo cont. gent. cap. quinquageſimotertio, vtramque opinionem defendit. (Syluester. Ferrarien.)

Re-

Reſolutio.

Diſtinguitur,& explicatur triplex mediū viſionis intellectualis, & oſtenditur, ex quo medio fiat viſio mediata.

S.Thom.

OBſeruandum eſt primò ex doctrina S.Thom. in 4.ſentent.diſt.49.queſt.2.art.1:& quol.7. art.1.in viſione intellectiua triplicem ſimilitudinem,ſiue medium poſse contingere.

Viſionis intellectiuæ mediū ſub quo.

Primum eſt medium ſub quo; quod non determinat intellectum ad aliquod obiectum ſpeciale; ſed diſponit ad videndum; Et hoc in naturali noſtra cognitione eſt lumen intellectus agētis; quod ita ſe habet ad intellectum poſsibilem, ſicut lumē Solis ad oculum. In viſione autem beata eſt lumē gloriæ;de quo agitur in quinto artic. huius quæſtionis.

Medium quo.

Et hoc medium,ſiuè ſimilitudo non facit viſionem mediatam; nō enim intellectus primò fertur in lumen,vt eo viſo intueatur obiectum. Secundū medium eſt ſpecies impreſsa,qua conſtituitur intellectus in actu primò, & determinatur ad tale obiectum,& dicitur medium quo. Et hæc, per ſe loquendo non facit viſionem mediatam; quia intellectus non fertur in ſpeciem,vt in quoddam viſibile,ſed per eam fertur in obiectum. Dixi autem

C

per ſe loquendo;quoniam per accidens poteſt facere viſionem mediatam: Nam,vt dicit D.Thom. in dicto quolibeto,*quando videtur aliquid immediatè per ſpeciem,oportet ſpeciem illam repræſentare rem ſecundùm completum eſſe ſuæ ſpeciei; alioquin non diceretur res illa immediatè videri, ſed quadam vmbra eius;ſicut ſi ſimilitudo lucis reciperetur in oculo per modum coloris,qui eſt lux obumbrata.* Hoc igitur modo per accidens ſpecies impreſsa mediatam efficit viſionem.

D. Thom.

Medium in quo multiplex.

Tertium medium eſt, in quo aliquid videtur; quod à modernis vocatur ſimilitudo obiectiua. Hoc verò multiplex eſt:Nam quoddam eſt mediū

D

extrinſecum; Et hoc eſt res aliqua,per quam in alterius notitiam deuenimus,quod multipliciter euenit: nam ſimile videtur in ſuo ſimili; etiam ſi neutrum ſit ab alio cauſatum,& oppoſitū cognoſcitur in oppoſito,& in effectu videtur cauſa;ſicut Sortes videtur in imagine ab eo in ſpeculum deriuata,& Deus in creaturis; Et hoc medium extrinſecum facit viſionem mediatam:Nam intellectus cognoſcens cauſam in cauſato, fertur in cauſatū, ſicut in quoddam intelligibile, & per illud acquirit cognitionem cauſæ. Aliud autem eſt medium intrinſecum.Quod D.Thom.pluribus ſolet nominibus deſignare: Nam infra quæſt.27.art.1. conceptionem mentis, & verbum cordis appellat. &

D. Thom.

E

primo cont.gent.cap.59. nominat intētionem rei intellectæ,& intentionem intellectam; communiter autem nuncupatur ſpecies expreſſa, quam ait S.Thom.eſse quaſi terminum intelligibilis operationis. Et de potentia,quæſt.1.art.5.affirmat verbum eſse primò,& per ſe intellectum, & terminū intellectionis.Et in dicto capit.53. de verbo duo dicit.

A

Primum eſt,illud neceſsariò formari ab intellectu,eo,quod intelligat abſtrahendo à conditionibus indiuiduantibus.

Secūdum eſt,verbum eſse ſimilitudinem; quoniam vnumquodque, quale eſt, tale operatur,at ſpecies impreſsa,q̄ eſt principiū intellectionis, & conceptus, eſt ſimilitudo rei intellectæ; igitur etiam conceptus, ſiuè verbum eſt ſimilitudo rei cognitæ. An autem hoc medium, ſiuè ſimilitudo cauſa ſit mediatæ viſionis, nihil de hoc in particulari inuenitur determinatum à S.Thom.

B

Species expreſſa non facit per ſe viſionem mediatam ſed per accidens.

Sed ex dictis,tam in hac, quàm in præcedenti Controuerſia,& ex dicendis facilè apparebit ſimilitudinem hanc in re præſenti, de qua loquimur, cauſam eſse per accidens mediatę viſionis:Nam, quemadmodum ſpecies impreſsa per ſe non efficit mediatam viſionem,ſed tantùm per accidens, quando, ſcilicet rem ſecūdùm completam ſpeciei rationem non repræſentat; ita ſpecies expreſsa p̄ ſe loquendo non efficit viſionem mediatam.Si nāque talis ſit,vt ſit perfecta rei ſecundùm ſpeciem, & propriam eius rationem ſimilitudo, erit viſionis immediatè perfectio;ſin minus,mediatam faciet viſionem; quia non rem, ſed illius quandam vmbram,aut ſimulachrū deficiens repræſentabit.

C

Et quoniam,vt paulò poſt dicemus,per nullum creatum verbum poteſt diuina natura perfectè repræſentari;idcircò medium hoc intrinſecum mediatam reddit diuinæ eſsentiæ viſionem.

Probatur Beatos Diuinam eſſentiam videntes nullum de ea formare verbum.

Oīs operatio terminum attingit.

SEcundò conſiderandum eſt operationem omnem ſuaptè natura ad obiectū terminari: quo fit,vt neceſse ſit operationem omnem in actu poſitam ad obiectum aliquod in actu, veluti ad terminum proprium definitam attingere: Nam calefactio ad calorem,& albefactio ad albedinem ter-

D

minatur. Non poteſt autem operatio obiectum, vt terminum attingere, niſi illud præſens habeat eo modo, quo poſtulat operationis natura: Nam corporalis viſio effici nequit, niſi viſibili quo ad eſſe naturale ſecundùm locum præſente in proportionata diſtantia. Neque phantaſia, aut cogitatiua ſuæ cognitionis actum,niſi in obiectum preſēs ſecūdùm eſſe ſpirituale poteſt exercere; & eadem ratione intellectus præſentiam in eſſe intelligibili,requirit obiecti,vt indifferenter rem præſentē, & abſentem,immò exiſtentem,& non exiſtentem poſsit cognoſcere.

Quæ præſentia obiecti ſit neceſſaria.

E

Non eſt itaque neceſſaria, neque per ſe ſufficit naturalis obiecti præſentia in intellectu, vt intelligat; etiam ſi eidem per ſpeciem impreſsam intellectui ſit vnitum;niſi fiat actu præſens in eſsè obiectiuo,& terminatiuo cognitionis per verbum, ſiue ſpeciem expreſsam; aut (quod melius eſt) per ſeipſum obiectum actu intelligibile formaliter,& excellenter præhabens omnem verbi perfectionē, & officium.

Cum itaque diuina eſsentia, vt puriſsimus actus in genere entium,& in genere intelligibilium

ſe

ſe ipſa ſit præſens intellectui Deum videntis, non vt principium tantùm intellectionis, verùm etiã, vt obiectum in eſse intelligibili, conſequẽs ſit, intellectum videntis Deum nullum ea viſione formare verbum; præhabet enim diuina eſsentia, & præſtat excellenter, quidquid per quodcumque creatũ verbum præſtari poteſt, & multò amplius eadem prorſus ratione, qua impreſsæ ſpeciei munus exercet; quia ſcilicet eſt purus actus, vt dictũ eſt: Nam, quia, vt inquit Caietanus, diuina eſsentia eſt ſuũ eſse, ideò eſt omne ſuum eſse; & ob eandem cauſam eſt etiã illud eſse intelligibile, quod exiſtimaretur dare intellectui per ſpeciem intelligibilem, tam expreſsam, quàm impreſsam, ſi per eas, aut earum alterã vniretur intellectui, aut prę-ſens obiectiue fieret.

Diuina eſſentia ſeipſa ſit præſens intellectui.

Caietanus

Tertiò notandum eſt, rationes D.Thom. in hoc articulo æquè probare, non poſse diuinam eſsentiam videri per ſpeciem expreſsam, ſicuti probãt impoſsibile eſſe Deum videri per ſpeciem impreſſam, vt hic notat Caietanus: Nam quælibet creata ſpecies, etiam expreſsa, quo ad id, quod illi per ſe conuenit, quod eſt eſse repræſentatiuum neceſſariò eſt inferioris ordinis reſpectu diuinæ eſsentiæ; cum hæc ſit illimitata ſimpliciter, illa verò ad peculiarem aliquam repræſentandi rationem, & modum definita. Nec vlla talis ſpecies in aliquo eſsendi modo eſt ipſum eſse; cum in eo, quod ei conuenit, aut conuenire poteſt eſsendi modo, ſit ens per participationem.

Vis rationũ S.Th.

caietan.

Denique non eſt finita ſimpliciter in ratione repræſentatiui, vt patet applicanti vim demonſtrationum D.Thom. in ſuperiori Controuerſia ſatis explicatam.

Sed Ferrarięñſis, & Sylueſter reſpondent, dictas rationes non procedere de ſpecie expreſsa, quia hæc producitur à forma, ſiue ſpecie increata; ſemper autem (inquit Sylueſter) verbum retinet imitationem ſpeciei, quæ eſt formale principium illud producendi. Ferrarienſis autem aliam affert cauſam, videlicet, quia ſpecies intellectualis, & verbum ab ea expreſsum habent rationem vnius totalis, & perfecti repræſentatiui rei intellectæ ipſi intellectui. Itaque verbum ſimul cum diuina eſſentia perfectè repræſentabunt ipſam diuinam eſſentiam intellectui beatorum.

Ferrarien. & Syluest. contra Caietan.

Sed neutra ratio ſatisfacit: nam, licèt verbum ſemper imitetur ſpeciem impreſsam, vt ſupra etiã ſignificauit S.Thom. negat tamen S.Thom. in articulo præſenti talem poſse in aliqua creata ſpecie reperiri diuinæ eſsentiæ imitationem, ſiuè ſimilitudinem, quæ illam perfectè repræſentet. Non enim ſufficit finita repræſentatio iuxta menſuram viſionis; quoniam, vt in præcedenti Controuerſia diximus, neceſse eſt diuinam eſsentiam perfectè repræſentari, vt videatur, prout in ſe eſt; vt etiam dicit S.Thom. in ſupra allegato quol. 7. art. 1. Nec ratio Ferrarienſis aliquid valet; quoniam repræſẽtatio in ratione obiecti intrinſeci propria eſt ſpeciei expreſſæ, prout diſtinguitur contra ſpeciem impreſsam; vt patet ex D.Thom. in locis ſupra notatis. Igitur ſpecies expreſſa debet per ſe eſſe ſuffi-

Reijcitur reſponſio Ferrar. & Sylueſtri.

S. Tho.

A ciens ad repræſentandum obiectiue intellectui eſſentiam; quod nulli creatę, aut creabili ſpeciei poteſt conuenire reſpectu Deitatis.

Secundò. Aut ad hanc repræſentationem concurrunt diuina eſſentia; & verbum creatum ex æquo; aut vnum principaliter, & aliud, vt alterius complementum, aut principium.

Non poteſt dici primum; quia diuina eſsentia in infinitum excedit omnem ſpeciem creatam, tã in eſſendo, quàm in repræſentando.

Non ſecundum, quia, aut creata ſpecies cõplet repræſentationẽ diuinæ eſſentiæ; & hoc eſt abſurdum; ſequeretur enim diuinam eſſentiam imper-
B fectam eſſe, & indigere cõplemento, & perfectione. Aut ſpecies increata complet repræſentationẽ ſpeciei creatæ; & hoc etiã à recta ratione deuiat: nam diuina eſsentia per ſe ſufficiens eſt ſui ipſius repræſentatiuum; igitur abſque ratione ponitur concurrere ad alterius repræſentatiui complemẽtum. Nec rationi conſonat infinitam perfectionẽ ad eiuſdem rationis formalis finitæ perfectionis complementum conuenire, neque aliquid in vniuerſis Dei ſupra naturæ ordinem operibus ſimile poterit inueniri: Nam in vnione hypoſtatica perſonalitas non complet perſonalitatem, ſed naturã eleuando illam ad diuinam increati Verbi ſubſi-
C ſtentiam. Tandem, dici non poteſt diuinam eſſentiam concurrere vt principium repræſentationis Verbi, & quod ideo verbum perfectè repræſentet.

Quoniam, vt oſtendimus, impoſsibile eſt verbũ creatum ſe ipſo formaliter perfectè repræſentare diuinam eſsentiam. Et præterea falſum eſt ſpeciẽ impreſsam cum expreſsa habere rationem vnius completi repræſentatiui obiectiuè; cum officium ſpeciei impreſsæ ſit repræſentare in ratione principij intellectionis; munus autem ſpeciei expreſsæ ſit repræſentare in ratione obiecti, ſiuè termini; vt ſupra notauimus ex S.Doct.

Deinde perfectio intrinſeca, & eſsentialis non
D poteſt augeri per additionẽ extrinſecę perfectionis, niſi perfectio extrinſecus addita fiat intrinſeca, quod eſt impoſsibile, at repræſentatio eſt intrinſeca, & eſsẽtialis perfectio ſpeciei tàm impreſſę, quàm expreſsę ad eius entitatem intimè pertinens; Ergo per additionem extrinſecę perfectionis, qualis eſt reprę́ſentatio, quę fit per diuinam eſſentiam, non poteſt augeri repræſentatio Verbi.

Præterea, ſi poteſt à diuina eſsentia vnita intellectui produci verbum reprę́ſentatiuum eiuſdem, cur ab eadem ſeparata non poterit produci ſpecies impreſſa eiuſdem eſſentię reprę́ſentatiua? Nunquid accipit diuina eſsentia virtutem ab in-
E tellectu ad producendum perfectum reprę́ſentatiuum?

Nec ſatisfit dicendo differentiam eſse inter ſpeciem impreſsam, & Verbum; quod ſpecies impreſſa commenſuratur obiecto per eum reprę́ſentato, Verbũ autẽ commẽſuratur immediatè actui intelligendi, & ideò ſpeciei impreſſę reprę́ſentatio debet adęquare perfectionem obiecti, ſed Verbi reprę́ſentatio tunc perfecta eſt, cum adęquat perfectionem intellectionis, licèt non ſit obiecto commenſu-

menſurata. Hæc enim reſponſio maximè fauet ſententiæ noſtræ; quia, ſi Verbum ſoli intellectioni, proportionatur vniuocè non autem obiecto, ſed analogicè tantùm, non faciet viſionem immediatam, ſed mediatam, quia ſcilicet erit eius repræſẽtatio finita, & conſequenter ad finitum obiectum eſſentialiter ordinata, vt patet ex dictis; igitur immediatè repræſentabit creaturam, non autẽ Deũ.

Quartò. Sciendum eſt diuinam eſſentiam ideò in viſione beata ſupplere poſſe nõ ſolum vices ſpeciei impreſsæ, ſed etiam Verbi, quia eſt puriſsimus actus, in quo idem ſunt eſſentia, & eſſe, & intelligere, & intelligi; ex his enim habet, vt ex ſe, & per ſe ſit actu intellecta, & omnẽ præhabeat perfectionem Verbi, quod dicitur per ſe primò intellectum, & pendet in fieri, & cõſeruari ab actuali intellectione. Cũ igitur ea nulli poſsint eſſentiæ creatæ conuenire, proprium erit eſſentiæ diuinæ ſupplere poſſe vicem Verbi, ita vt nec eſſentia Angeli reſpectu ſuæ naturalis cognitionis, qua ſeipſum intelligit, Verbi munus valeat exercere, ſed producat neceſſariò Verbum, in quo ſeipſum intueatur, vt ait S.D. in quarto contr. gent. cap. 11. Exemplum afferri poteſt de perſonalitate diuina, quæ ex infinitate ſua in perſonando, & terminando diuinam naturam, habet, vt poſsit etiam creatã natura terminare; Igitur ſimiliter eſſentia diuina ex infinita ſua perfectione, quam habet in terminando diuinam intellectionem, habet, vt vicem Verbi ſupplere poſsit beatorum viſionem terminando.

Non omnem actionem immanentem habere terminum intrinſecum productum.

Quintò aduertendum eſt, non omnem actionem habere terminum intrinſecum productum per ipſam actionem: Nam, vt dicemus q. 27. artic. primo, per actionem immanentem nihil producitur neceſsariò. Actiones ſiquidem immanentes per ſe primò à natura inſtitutæ ſunt, nõ ad producendum intra, vel extra potentiam operantis, ſed ad cognoſcendum, vel amandum.

Quorum primum, ſcilicet cognitio ſufficienter fieri poteſt actuata per ſpeciem cognoſcitiua potentia, & obiecto præſente; prout patet in potentia viſiua, & auditiua, & alijs externis ſenſibus. Nec alia quærenda eſt ratio, niſi ipſa operationis natura, quæ ad producendum non eſt inſtituta; Quòd verò per talem immanẽtem operationem aliquid intra potentiam operantem producatur, ex tali operandi modo prouenit, puta, quia cognoſcit cũ abſentia obiecti, vt phantaſia, vel etiam abſtrahẽdo à ſingularibus; vt contingit intellectui noſtro in ſua naturali cognitione; aut etiam id euenit ex naturali talis intellectus fęcunditate; vt patet de intellectu diuino; aut denique, quia obiectũ quidem præſens eſt in eſſe naturali; nequaquam autẽ in eſſe obiectiuo; vt in noſtro intellectu reſpectu ſui ipſius, & in ſubſtantia Angeli reſpectu ſui intellectus.

Amor autem, cum ſemper ſequatur, vel actionem imaginatiuæ, vt amor ſenſitiuus, vel actionẽ

A intellectus, vt amor intellectiuus, proportionalis eſt cognitioni, à qua dependet; vt, ſicut illa terminum habet productum, ita & ipſe.

Poſtremò notandum eſt viſionem, & omnem aliam intellectionem ſe tenere ex parte potentiæ magis, quàm lumen gloriæ, quo diſponitur intellectus ad recipiendam in ſe diuinam eſſentiam vt ſpeciem intelligibilem, atque ideò impoſsibile eſſe, vt ſe teneat ex parte obiecti, & vices eius gerat, vt eius ſimilitudo: Conſtat enim viſionem elici à potentia iuxtà modum ipſius potentię; igitur ſe tenet ex parte potentiæ: Si namque ex parte obiecti ſe teneret tanquam ſimilitudo in actu 2. eſſet ne-
B ceſſario aſsignanda alia ſimilitudo in actu 1. per quam intellectus conſtitueretur in actu, vt per intellectionem ex illa procedentem aſsimilari poſſet obiecto in actu 2. quod tamen negant contrariæ ſententiæ defenſores.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

EX prædictis ſequuntur quatuor cõcluſiones. Prima concluſio. Beati Deum non vidẽt per verbum creatum. Hæc patet ex dictis.

Secunda concluſio. Beati non formant verbum viſioni inadæquatum de obiecto beatifico eſſen-
C tialiter.

Hęc eſt contra Capreolum, & probatur. Primò; quia diuina eſſentia eſt vnica, & ſimpliciſsima ratio videndi omnia, quæ videntur à Beatis; igitur beati, vel nullum, vel adæquatum viſioni formãt verbum. Secundò; quia diuina eſſentia ſecundùm ſe non eſt per aliquam ſpeciem creatam reprę́ſentabilis; vt dictum eſt. Contra Capreol.

Tertia concluſio. Implicat contradictionem, et ſecundùm mentem S. Tho. diuinam eſſentiam videri per ſpeciem expreſſam, ſiuè verbum creatũ.

Hanc concluſionem probant tres rationes S. D, in hoc art. vt latè ſupra declarauimus.

D Quarta concluſio. Beati ex illa beatifica viſione, qua Deum vident, habẽt, vt poſsint per alium actum intellectus, qui non eſt viſio beata, formare diuerſa verba de his, quæ vident in diuina eſſentia. Hæc concluſio eſt Pauli Soncinatis loco ſuperius allegato, immò eſt S. Thom. infra art. 9. ad ſecundum. Quã probat; quoniam S. Apoſtolus Paulus in beatifica viſione diuinæ eſſentiæ, plura verba de viſis in diuina eſſentia formauit, quæ remãſerunt in Paulo, etiam poſtquam deſijt Dei eſſentiam videre: vnde 2. Corin. 12. dixit: *Audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui*; & eadẽ ratione id poterit quilibet intellectus beatorum actua- 2. Cor. 12.
E liter ſemper Deum videntium.

Argumenta, & ſolutiones.

COntra primam concluſionem argumentatur Molina. Molina.

Primò. Cognoſcere nihil aliud eſt, quàm potentiam vitalem exprimere in ſe imaginẽ rei cognoſcendę; ergo in qualibet cognitione producitur ſpecies expreſſa.

Re-

Reſpondetur falſum eſſe antecedens: nam cognoſcere eſt cognoſcentem eſse in actu ſecundo ipſum cognitum, ſiue illius imaginem exprimat, vt intellectus noſter in ſuæ naturalis cognitionis modo; ſiue non exprimat, vt potentia ſenſitiua exterior.

Secundò. Quoties res aliqua intelligitur, verè dicitur concipi; ergo conceptu aliquo; at conceptus eſt verbum; ergo.

Reſpondetur primò antecedens verum eſſe de cognitione noſtra naturali, à qua talis loquendi modus ad omnem cognitionem videtur deriuatus. Secundò reſpondetur, beatos Deum videntes non propriè dici Deum concipere; Nec vllus ſanctorum tali vſus eſt loquendi modo.

Tertiò. Intellectio omnis eſt actio; at omnis actio eſt productio, & omnis productio eſt alicuius rei productæ; ergo.

Reſpondetur falſum eſſe omnem actionem eſſe productiuam; vt ſupra diximus.

Quartò. Implicat actionem eſſe ſine termino; at verbum eſt terminus intellectionis; ergo.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens, loquendo de termino intrinſeco producto. Viſio autem diuinæ eſſentiæ habet terminum quodammodo intrinſecum præexiſtentem.

Quintò. Anſelmus ait ex cogitatione imaginem naſci.

Reſpondetur Anſelmum loqui de cogitatione naturali; nec viſio beata eſt propriè cogitatio, vt docet D. Aug. in 5. de Trin. cap. 15.

Ferrarien. Sextò. Arguit Ferrarienſis. Non poteſt dari linea ſine puncto; ergo nec intellectio ſine termino.

Reſpondetur intellectionem omnem habere terminum ſuæ eſſentiæ, & aliquam habere terminum præexiſtentem; non autem terminum productum; de illis admittitur conſequentia, de hoc negatur.

Zumellus. Septimò arguit Zumellus rationem Caietani, & Ferrarienſis. Si præſente obiecto non producitur verbum, ſequeretur Deum non producere verbum, cum ſit ſibi maximè præſens, & eadem ratione neque Angelum de ſeipſo cognito.

Reſpondetur falſam eſſe conſequentiam: Nam diuini Verbi productio fide creditur, nec hominis diſcurſu ſciri poteſt, licèt ad eius congruentiam declarandam Sancti Patres plures rationes excogitauerint. Prouenit ergo Verbi diuini generatio ex naturæ diuinę naturali fęcunditate. De Angelo autem ad præſens dicitur illum abſque Verbo non eſse ſibi præſentem obiectiuè; ſed tantùm naturaliter.

Io. Salas. Sed hanc reſponſionem arguit Io. Salas. Quia propter ſimilem (inquit) fœcunditatem intellectus in qualibet notitia producet verbum; & non quia eo indigeat ad terminandum intellectionē: Nam, ſi intellectione producitur verbum; ergo prius natura eſt intellectio rei, quàm verbum ipſum producatur; ergo intellectio eſt terminata ad obiectum ante productionem verbi; ad quod ſuffi cit obiectum eſſe in ſpecie impreſsa, vel eſse ens exiſtes, aut poſsibile, reale, vel rationis. Obiectum
A enim adæquatum terminatiuum intellectionis eſt ens in tota ſua latitudine.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam: Ad probationem dico intellectionem dupliciter cōſiderari poſſe: Vno modo, vt formatam, & complètam, ſiue prout eſt in facto eſſe. Et hoc modo ſumendo intellectionem falſa eſt prima conſequentia: Nam verbum non producitur per intellectionem formatam, & completam: Alio modo poteſt intellectio conſiderari, vt informis, & incompleta, ſiue prout eſt in fieri. Et ſic admiſſo antecedente, & prima conſequentia negatur ſecunda; quia intellectio nō terminatur ad obiectum, niſi prius
B fuerit formata, & completa per verbum.

Secundò. Reſpondetur fœcunditatem naturæ diuinę, ex qua per intellectum, prout eſt in patre, procedit verbum, non fundari in ſola communi ratione naturæ intellectiuę, vt intellectiua eſt; ſed in infinitate ſimpliciter naturæ diuinæ à nobis incomprehenſibili. Vnde non licet ex naturali ſupremæ huius naturæ fęcunditate ſimilem in qualibet intellectualis ſubſtantiæ intellectione fęcunditatem deducere.

Alia eiuſdem interpretis argumenta, vel cum prædictis, aut inferius adducendis coincidūt, vel eiſdem ſolutionibus diluuntur, additis præſertim
C ſequentis Controuerſiæ fundamentis.

Contra eandem concluſionem argumentatur Suarez. Suar.

Primò auctoritate D. Thom. qui vbique docet verbum formari ab omni intellectu creato, eo ipſo, quòd eſt intelligens. Et in particulari agens de viſione diuinæ eſſentiæ id docet expreſsè quæſt. 4. de ver. art. 2. vbi ſic inquit. *Omne autem intellectum in nobis eſt aliquid progrediens realiter ab altero, vel ſicut conceptiones quidditatum verum poſteriorū à quidditatibus priorum; vel ſaltem ſicut conceptio actualis progreditur ab habituali cognitione: & hoc vniuerſaliter verum eſt de omni, quod à nobis intelligitur, ſiue per*
D *eßentiam videatur, ſiue per ſimilitudinem.*

His adde plura alia loca S. D. quæ notauimus infra quęſt. 27. art. 1. Controu. 2. & pręſertim dictum illud de potentia quæſt. 9. art. 5. quod Verbū ſit de ratione intellectionis.

Reſpōdetur S. Thomam in locis allegatis loqui de cognitione noſtra naturali; ex qua manuducimur in cognitionem diuinæ intellectionis. Nomine verò intellecti per eſsentiam intelligit id, quod quidditatiuè cognoſcitur; ita, vt dictio *per eſſentiā*, nō ſignificet medium, ſed modum cognitionis ex parte obiecti, qui diſtinguitur contra modum cognoſcēdi rem per ſimilitudinem obiectiuam, quā
E S. Thom. ſolet appellare medium in quo.

Nec verum eſt D. Thom. ibi ſermonem habere de viſione diuinæ eſsentiæ, vt manifeſte patet ex toto illo diſcurſu; in quo nec verbum habet de viſione diuinæ eſſentiæ.

Secundò reſpondetur D. Thomam loqui de intellectione ex parte ipſius tantum cōſiderata; omnis enim intellectio, quantùm ſit ex parte ſua, eſt dictio, & productio Verbi, niſi Verbum inueniat productum, vt intellectio Filij, & Spiritus ſancti, aut

A aut aliquid ſupplens vicem Verbi, vt viſio beata. Tertiò reſpondetur D. Thomam loqui de intellectione, quæ procedit à ſpecie intelligibili naturaliter intellectui proportionata; de ratione enim huius intellectionis eſt producere Verbum, ita vt per nullum extrinſecum, etiã ſi ſit eſſentia Dei, ſuppleri poſsit Verbum per talẽ intellectionem producibile, vt patet diſcurrenti per ſingulas naturales hominis, & Angeli intellectiones.

Secundò. Profert multas auctoritates D. Auguſtini ex libro nono de Trinitate, cap. 7. 10. & 11. ex libro quartodecimo, capit. ſextodecimo, & decimoſeptimo, ex libro quintodecimo, cap. ſextodecimo; in quibus locis ait expreſsè Diuum Auguſtinum affirmare beatos in viſione diuinæ eſſentiæ formare verbum.

Exponitur Auguſt. Sed omiſsis verbis Diui Auguſtini ſummariè reſpondetur ad dicta in nono de Trinitate illa manifeſtè loqui de cognitione hominis viatoris. Ad alia ex quartodecimo libro, & quintodecimo reſpondetur Diuum Auguſtinum nil aliud ſignificare, niſi perfectam fore mentis noſtræ cum Deo ſimilitudinem, quando videbimus eum, ſicuti eſt; & tunc verbum noſtrum, nõ fore falſum, neque fallax; ſed verum.

Conſiſtet autem perfecta illa ſimilitudo, non in verbo de Deo clarè viſo formato, ſed in perfecta mentis cum Deo per ſummam, ac nobiliſsimã operationem coniunctione. Tantoque erit illa ſimilitudo perfectior, quantò diuina illa erit viſio ſimplicior, & ad ſimpliciſsimum obiectum terminata, nulla creata egens ſimilitudine. Vnde primæ

1. Ioan. 3. Ioan. 3. pro cauſa ſimilitudinis non affertur verbi productio, ſed viſio immediata; dicitur enim; *cum apparuerit ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eũ, ſicuti eſt.* Quibus verbis vtitur etiam D. Auguſtin. & iuxta eorum ſenſum diſcurſum concludit. Nec tamen viſio eſt ſimilitudo repræſentans; ſed ſe tenens ex parte potentiæ, & conuenientiam faciens in actu videndi cum Deo ſeipſum vidente. Verbũ autem, de quo ibidem loquitur Auguſtinus, nõ eſt ſpecies, repræſentans diuinam eſſentiam; ſed ea, quæ in illa videtur à beatis, quod ab eis formatur modo in quarta concluſione declarato: in quo et nonnulla conſiſtit mentis ad Deum ſimilitudo.

Tertiò arguit. Viſio beatifica eſt qualitas ab intellectu producta, vt per eam formaliter conſtituatur intelligens; ergo eſt verbum creatum illius obiecti, quod per illam qualitatem videtur, ideſt ipſius Dei, prout in ſe eſt. Antecedens probatur; quia viſio eſt quid factum, & non eſt ſubſtantia; ergo eſt accidens; ergo eſt qualitas, vt etiam docet Caietanus infra quæſt. ſeptuageſima nona, articulo ſecundo, & Ferrarienſis ſecundo contra gent. capitulo nono, & octuageſimo ſecundo, & Capreolus in ſecundo diſt. 1. quæſt. 2. artic. 3. ad ſecundum.

Reſpondetur actiones immanentes eſſe qualitates, prout qualitatem diſtinguimus contra actionem prædicamentalẽ, quæ ex ſe paſsionem infert; ſunt tamen actiones alterius rationis, quàm ſint prædicamentales; & ideò non ad prædicamentum actionis, ſed qualitatis pertinent.

Igitur ad argumentum negatur conſequentia: Probatio autem antecedentis non eſt legitima; falſa enim eſt ſecunda conſequentia.

Quartò ſic arguit. Si actio realis interuenit in viſione Dei, neceſſe eſt actionem illã habere terminum; quia intelligi non poteſt productio, quin productum aliquod illi reſpondeat.

Reſpondetur argumentum falſum ſupponere: ſcilicet actionem immanentem eſſe productionẽ; quod nos negamus abſolutè loquendo. Neque etiã dicimus viſionem fieri per actionem: cum actio

B non fiat per aliam actionem. Et per hoc ſoluitur argumentum aliud eiuſdem auctoris.

Quintò. Si intellectio eſt actio vera de genere actionis, impoſsibile eſt eam eſſe, ſine verbo; ſicut impoſsibile eſt eſſe actionem ſine termino.

Reſpondetur intellectionem eſſe veram actionem, ſed non de prædicamento actionis: & ideò poſſe eſſe ſine termino producto.

Sextò. Impoſsibile eſt; quin, ſicut verbum eſt quædam ſimilitudo facta, ſeu producta, ita intellectio ſit aſsimilatio quædam, ſeu ſimilitudo in fieri; at de ratione notitiæ, & cognitionis eſt, vt ſit ſimilitudo, vt expreſsè docent Auguſtinus, & Anſelmus; nec intelligi poſſet, quòd deſeruiret actio

C illa ad intelligendum Deum, ſi nec repræſentaret Deum, nec terminaretur ad qualitatem repræſentantem formaliter Deum intellectui; quia nullo modo faceret Deum præſentem intellectui.

Reſpondetur omnes propoſitiones hic adunatas eſſe falſas. Ad auctoritatem Auguſtini, & Anſelmi reſpondetur eos ſolere appellare verbum ipſum notitiam; quia ex notitia prouenit; non autẽ, quòd ipſa notitia ſit verbũ, aut quòd ex qualibet notitia verbum procedat. Verbũ cur dicatur notitia ab Auguſt. & Anſelmo.

Ad inconueniens vltimò deductum reſpondetur intellectionis officium non eſſe repræſentare, nec facere præſens obiectum, ſed attingere vitali-

D ter obiectum prius præſens, aut per ſpeciem, aut per eius eſſentiam; contactumque hunc vitalem ſignificamus nomine cognitionis; aut intellectionis, aut viſionis. Quibus verbis denotatur etiam vnio perfecta intelligibilis, cum intellectu, vt patebit ex dicendis in ſequenti Controuerſia. Et ex his ſolutum remanet aliud argumentum ex præcedentibus deductum.

Contra eandem concluſionem argumentatur Gabriel Vaſquez eiſdem ferè medijs, quæ ex Suarezio adduximus, & ſoluimus. Et Anſelmus, quem adducit, non loquitur niſi de intellectione viæ, in Vaſquez qua formatur verbum; nec talis intellectio eſt a-

E pud eum ſimilitudo ſecundum ſe, ſed tantùm ratione termini, qui pro vna re, cum illa computatur, propter intimam coniunctionem.

Digitized by Google

Tertia Controuerſia.

De modo vnionis diuinæ eſſentiæ cum intellectu beati, & concurſu cum eo ad actum viſionis.

Sententiæ Expoſitorum.

Caiet. PRima ſententia, quam primo loco proponit hic Caietanus, cuius ſe quondam ſectatorem fuiſſe confitetur, eſt eorum, qui diſtinguunt ſpeciẽ intelligibilem, dicẽtes dupliciter ſumi poſſe: Vno modo, vt eſt forma inhærens intellectui: Alio modo, vt vicem gerit intelligibilis, priori modo ſpecies concurrit per accidens ad actum intelligendi, poſteriori verò modo per ſe: Nam ſpecies intelligibilis principium eſt intellectionis cum intellectu ea ratione, qua eſt vicem gerens intelligibilis; non autem, quatenus eſt inhærens. Quare, ſi inuenitur aliquod intelligibile, quod per ſemetipſum ſimul cum intellectu poſsit eſſe principiũ intellectionis abſque eo, quod informet, illud per ſe ipſum, dicitur vniri intellectui, illumque in actu conſtituere nulla præuia informatione; & tunc concurrent intellectus, & intelligibile, vt duo partialia agentia ad actum intellectionis; ita, vt intellectus ſit cauſa actus intellectionis, quo ad ſubſtãtiam, intelligibile verò, quo ad ſpeciem.

Hunc dicendi modum reprobat Caietanus eo, quod de intellectu, & de cognoſcitiua natura non pro dignitate ſentiat; ſed eam ad cęterorum agentium naturalium ordinem deprimat. Hanc tamen Molina. Vaſquez. Suarez. opinionem, vt optimam amplectuntur Molina ſuper hoc articulo, & Vaſquez ſuper artic. 1. & Suarez libro ſecundo de attributis Dei negatiuis capit. 12. quorum rationes adducemus in fine cõtrouerſiæ, & ſoluemus.

Salas. Hanc eandem ſententiam amplectitur in ſubſtantia Ioan. Salas prima ſecundæ quæſt. 3. tract. ſecundo, diſput. 5. ſect. 3. affirmans hanc eſſe ſententiam Caietani.

Soto. Secũda eſt Dominici Soto in quarto ſententiarum, diſt. 49. quæſt. 2. artic. 3. qui ait, diuinam eſſentiam eſſe ſpeciem, & formam intellectus nihil aliud eſſe, quàm vniri intellectui per ſeipſam, & cõſtituere ipſum in actu primò; vt cum eo ſit vnũ principium intelligendi.

Ferrarien. 3. Ferrarienſis autem in 3. contra gent. capit. 51. quaſi magis explicans ſententiam hanc, inquit diuinam eſſentiam eſſe ſpeciem, idem eſſe, quod illã vniri intellectui, & facere, vt ex eius vnione intellectus ſit potens ad intelligendum; ſed differenter à reliquis formis. Quoniam reliquæ dant eſſe diſtinctum à ſe, quia dant eſſe per ſpeciem intelligibilem ab eis diſtinctam; diuina autem eſſentia exiſtens in intellectu beati per modum formæ intelligibilis actuat intellectum non per aliquid aliud ab ea diſtinctum, quod ſit eius formalis effectus, ſed per ſeipſam; quia ipſa non diſtinguitur à ſuo eſſe, ſed eſt ipſum ſuum eſſe, tam reale, quàm intelligibile; ita vt intellectus per diuinam eſſentiam ſit potens actu intelligere, tamquam formali prin-A cipio intellectionis. Et hoc ipſo dicitur diuina eſſentia forma intellectus in eſſe intelligibili; quia eſt intellectui per ſe ipſam ratio, & formale principium intelligendi. Et ſecundùm hunc ſenſum explicat Ferrarienſis reſponſionem S.Thom. hic ad tertium.

Hic modus dicendi, licèt melior ſit, quàm præcedens; quia explicat aliquod peculiare intellectus, vt diſtinguitur à cęteris agentibus, cum tractat eum ſolum modum, quo diuina eſſentia vnitur intellectui in actu primò; non autem illũ, quo vnitur in actu ſecundò (qui tamen eſt præcipuus) meritò reiicitur, tamquàm imperfectus.

B Bannes. Tertius dicendi modus eſt Dominici Bannes; qui tria dicit. Primum eſt. Diuina eſsentia vnitur immediatè intellectui beatorum, tamquam principale agens viſionis, à quo dependet viſio in fieri, & in conſeruari, tamquam ab agente ſupernaturali, & ſpeciali auctore gratiæ, & glorię. Probatur ex primo art. quæſt. octauæ, vbi dictum eſt, Deum eſſe in omnibus rebus, tamquam agens immediatum immediatione virtutis, & ſuppoſiti. Secundũ dictum eſt. Diuina eſſentia, quatenus vnitur intellectui, vt forma intelligibilis, non concurrit effectiuè cum intellectu ad producendam viſionẽ beatificam, ſed ſolus intellectus cum lumine gloriæ C elicit viſionem beatificam efficienter. Hoc dictũ Zumel. Franciſcus Zumel ait eſſe probabile, ſed oppoſitũ affirmat eſſe multò probabilius. Tertium eſt. Diuina eſsentia vnitur intellectui beato propriè in ratione ſpeciei intelligibilis; ita vt viſio pendeat à diuina eſſentia non ſolùm in ratione obiecti terminatiui; ſed etiam tamquam à ſpecie intelligibili.

Hæc ſententia, vt oſtendemus, plura dicit falſa, & ſecum pugnantia.

Reſolutio.

D *Diuinam eſſentiam per ſeipſam vniri mentibus beatorum prius natura in actu primo, quàm in actu ſecundo: & vtroq; modo, vt principium effectiuum, et formale viſionis.*

Caiet. EST igitur quartus modus dicẽdi Caietani, imò S.Tho. quòd diuina eſſentia vnitur intellectui beati prius prioritate naturæ in actu primo in ratione formæ intelligibilis; deinde in actu ſecundo, vt cauſans effectiuè, & in ratione principij formalis actum videndi. Quòd prius natura vniatur in actu primo, probatur; quoniam ex intellectu, & intelligibili fit magis vnum, quàm ex materia, & forma, vt dicit Auerro. in 3. de anima Auerr. E tex. 36. ergo oportet, vt intellectus videntis Deum prius natura ſit Deus, & poſt videat Deum, vt inquit Caietanus; ergo prius natura ſit vnio diuinæ eſſentiæ, cũ intellectu in actu primò, antequã fiat in actu ſecundò. Radix, & modus huius vnionis tangitur à S.Thom. in tertio cont. gent. cap. 51. vbi S. Thom. ait diuinam eſſentiam poſse eſſe formam intellectus ſecundùm eſſe intelligibile; non poſſe autem vllius

Digitized by Google

vllius rei eſſe formam ſecundùm eſſe naturale. Ratio huius ſecundi dicti eſt; quoniam ſequeretur diuinam naturam alicui rei vnitam conſtituere vnam aliquam tertiam naturam; quod illi puriſsimo actui, & perfectiſsimè ſubſiſtenti repugnat.

Ratio verò primi eſt; quia, quemadmodũ ſubſtantia compoſita ex materia, & forma nõ poteſt alteri eſſe forma; quia in eo compoſito iam eſt ad materiam limitata; ſubſtantia verò ſubſiſtẽs, quæ eſt forma tantùm, poteſt alteri vniri, vt forma, ſi eius eſſe poſsit ab altero participari, ſicut anima humana; nequaquàm autem, ſi eius eſſe ab altero participari minimè poſsit: Nã, ex hoc ipſo, quòd participationi repugnat, habet eſſe indiuiduum, & determinatum, ſicut Gabriel. Ita proportionaliter contingit in eſſe intelligibili: Nam, cum perfectio intellectus ſit verum, illud intelligibile eſt forma tantùm in genere intelligibilium, quod eſt veritas ipſa, & quod eſt ipſum eſſe, quod eſt proprium ſoli Deo: Nam veritas ſequitur ad eſſe; illud ergo tantùm eſt ſua veritas, quod eſt ſuum eſſe; igitur quoduis aliud intelligibile non eſt pura forma in genere intelligibilium, ſed eſt habẽs formam in ſubiecto aliquo, aut eſſe diſtinctum ab eſſentia: Nam quodlibet aliud intelligibile ita verum eſt, vt non ſit veritas ipſa, ſicut etiam eſt ens, & non ipſum eſſe. Itaque ſola diuina eſſentia poteſt ad intellectum creatum comparari vt ſpecies intelligibilis. Nec tamen ſequitur diuinam naturam eſſe partem conſtitutiuam alterius tertiæ naturæ. Nam ſpecies intelligibilis, (inquit S. Thom.) non conſtituit vnam aliquàm naturam, ſed perficit intellectum ad intelligendum; quod perfectioni diuinæ eſſentiæ non repugnat. In hoc autem artic. in reſpõſione ad tertium reddit rationem, cur diuina eſſentia poſsit eſſe forma in genere intelligibilium, *quia* (inquit) *eſt ipſum eſſe*.

Sola veritas eſt forma tãtùm in genere intelligibilium.

Ex quibus verbis format Caietanus tale argumentum. Eſſentia, quæ eſt ipſum eſſe, eſt omne ſuum eſſe, id eſt omne eſſe ſui ordinis, tàm naturale, quàm intelligibile; cognitio verò quidditatiua nõ fit niſi per eſſe eiuſdem, vel ſuperioris ordinis cũ re cognita; ergo eſſentia diuina clarè, id eſt quidditatiuè viſa eſt illud eſſe intelligibile, quod exiſtimaretur dare intellectui per ſpeciem, ſi per ſpeciẽ illi vniretur.

Ex hoc diſcurſu patet Caietanum cum S. Thoma velle prædictam vnionem fieri in actu primo; quoniam, vt patet ex dictis, in hac vnione non cõfertur intellectui, aliquod eſſe diſtinctum ab ipſa diuina eſſentia; ſicut in ea, quæ eſt per actum ſecundum, vt dicemus; & rurſus per hanc perficitur intellectus ad intelligendum.

Vnio diuinæ eſſentiæ in actu primò.

Iam verò de ſecunda vnione, quæ fit in actu ſecundo, dicendum eſt.

Vnio diuinæ eſſentiæ in actu ſecundò.

Hanc Caietanus appellat vnionem perfectam; quam explicat duabus propoſitionibus.

Prima eſt. Speciem intelligibilem vniri perfectè intellectui non eſt ipſam inhærere intellectui. Probatur; quoniam vnio per inhæſionem conſtituit intellectum non in actu, ſed in habitu.

Secunda propoſitio. Speciem vniri perfectè in- **A** tellectui eſt conſtituere intellectum in actu ſecundo. Probatur; quoniam ad hoc ponitur ſpecies intelligibilis, vt ſic, vt intelligens ſit intellectũ, id eſt res intellecta in actu completo; at tunc intelligẽs eſt in actu ſecundo, cum eſt in actu completo; ergo. Probatur hæc minor propoſitio ex proportione, quam habet intelligere ad ſpeciem: Habet .n. eam proportionem, quam habet eſſe ad formam; ita vt quemadmodum forma eſt principium eſsẽdi materię per vnum, & idem eſſe, quod eſt formę, & materiæ, ſed diuerſimodè, vt patet de lumine in diaphano; ſic ſpecies intelligibilis, ſi ſit actu in genere intelligibilium, eſt principium huius eſ- **B** ſe, quod eſt intelligere; complementum autem, & perfectio vnius cuiuſque rei terminatur ad eſſe. Hoc ſuppoſito ſic probatur dicta minor.

Eſſe actu intelligentem nihil aliud eſt, quã eſſe perfectè, & completè actu ipſum cognitum; ergo, cum intelligens eſt intellectum in actu completo, tunc eſt in actu ſecundò. Probatur antecedens; quoniam cognoſcere aliquid, nihil aliud eſt, quã eſſe illud in actu completo. Sunt itaque idem, aut ſaltem neceſsariò connexa hæc tria, videlicet ſpeciem vniri perfectè intellectui, intellectum eſse actu intelligentem, & intellectum eſse actu ipſum intelligibile.

Eſſe actu intelligentem eſt eſſe perfectè ipſum cognitum.

C Ex quibus omnibus ſequitur, vt bene deducit Caietanus, quòd diuinam eſſentiam vniri intellectui per ſe ipſam, & conſtituere ipſum in actu in genere intelligibili, (quod eſt vniri perfectè,) eſt ipſam facere formaliter intellectum eſſe in actu vltimo ipſo Deum intelligibiliter ſublatis imperfectionibus; quod ideò dicimus; quia diuina eſsẽtia non inhæret intellectui, nec actuatur per illud eſſe: Nam etiam lumen abſque inhærentia, & ſubordinatione perficit colorem, vt ſpeciem ad viſũ emittat; & eodem modo bonum per intellectum apprehenſum cauſat actum voluntatis abſque vlla inhærentia, aut ſubordinatione ad voluntatem. **D** Sequitur ſecundò diuinam eſſentiam vnitam intellectui beati duplicem habere habitudinem ad intelligere, ſcilicet principij effectiui, & principij formalis; ſed melior (inquit Caietanus,) & potior eſt proportio formalis, quàm actiua; quoniam intelligere eſt veluti eſſe ipſius eſsentiæ, non illam actuans, ſed intellectum. Tertiò ſequuntur ex dictis tres propoſitiones.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima propoſitio. Diuina eſſentia vnitur per modum formæ intelligibilis intellectui beatorum. Hæc patet ex dictis; Et probatur; quo- **E** niam viſio ſecundùm ſe totam eſt operatio vitalis; ergo ſecundùm ſe totam eſt ab intrinſeco principio; ergo non tantùm quo ad ſubſtantiam; ſed etiã quo ad ſpeciem habet principia intrinſeca; ergo neceſse eſt diuinam eſſentiam in ratione formæ intelligibilis intimè vniri intellectui, vt ſpecies viſionis ab intrinſeco cauſetur principio. Antecedens patet; quoniam de ratione operationis vitalis eſt, vt ſit ab intrinſeco: cum autem vitalitas con-

Diuina eſſentia vnitur, vt forma intelligibilis.

A conueniat operationi,non tantùm quo ad ſubſtantiam,ſed etiam multò magis,quo ad ſpeciem,neceſſe eſt eam, quo ad vtrumque procedere ab intrinſeco principio. Ex quo patet etiam prima, & ſecunda conſequentia. Vltima verò conſequentia facilè probatur; quoniam intrinſecum principiũ ſpeciei operationis eſt formam operantem, vel eius potentiam informans; vt patet ex S. Thom. 1. 2.quæſt.1.artic.3.vbi ſic ait: *Actio ſpeciem ſortitur ab actu,qui eſt principium agendi, paſsio verò ab actu, qui eſt terminus motus; vnde calefactio actio nihil eſt aliud,quàm motio quædam à calore procedens.* Hæc S. Thom.& in reſponſione ad primum ibidem docet ſpeciem actus ſemper eſſe à principio intrinſeco.

S. Thom.

B Secũda propoſitio. Diuina eſſentia vnitur prius natura in actu primo,quàm in actu ſecundò. Hæc etiam ex dictis eſt manifeſta; Si namque operatio quo ad ſpeciem procedit ab intrinſeco principio,quod eſt forma; neceſſe eſt prius natura formam vniri potentiæ,vel agenti, vt per eam ſit potens operari,& deinceps agat. Deinde probatur hæc concluſio ex doctrina Caietani infra quæſt. 14.art.primo ibidem explicanda.

Caietan.

Eſſentia diuina eſt principiũ formale,& efficiens viſionis.

C Tertia propoſitio. Eſsentia diuina in intellectu beati eſt principium formale, & effectiuum actus viſionis,qui eſt ab ea,vt eſſe à forma. Probatur ex dictis; Primò,quoniam ad hoc diuina eſsentia ſtatuitur forma intelligibilis, vt vniat intellectũ beati cũ ipſa diuina eſsẽtia vnione perfecta; at perfecta vnio non eſt,niſi quo ad actum ſecundum; ergo eſsentia diuina vnitur,vt forma,quo ad actum ſecundum: Hæc verò vnio diuinæ eſsentiæ, aut cuiuſcunque formę quo ad actum ſecundum non aliter intelligi poteſt,quàm in ratione principij quo ipſius actus,quod eſt eſſe eius principium formale,& effectiuum. Secundò intellectus in actu eſt principium viſionis elicitiuum, tam quo ad ſubſtantiam,quàm quo ad ſpeciem; ſed hoc non poteſt facere,niſi per formam, quæ eſt ſpecies intelligibilis;ergo. Minor probatur; quia, ſi per aliud efficeret,maximè illud eſset lumẽ gloriæ; at illud non ſufficit ad ſpecificandam operationem: Quoniam, vt ait S.Thom.in quol.7. art.1. medium ſub quo, non determinat potentiam ad aliquod ſpeciale obiectum,ſed tantum diſponit ad videndũ; ſed ſpecies intelligibilis eſt, per quam intellectus in actu conſtituitur, & determinatur ad tale obiectum;vt patet etiam in qualibet intellectione, tã noſtra,quàm Angelica, & omni genere cognitionis. Denique probatur auctoritate S.Thom.tertio cont.gent. cap.51. dicentis in beata viſione diuinam eſsentiam eſſe & quod videtur, & quo videtur; cum ſit & quoddam ſubſiſtens,& ſpecies intelligibilis. Qui plures probationes deſiderat, legat Zumellum ſuper hoc artic. diſput. 3. concluſ. quinta. Eamdem probat Suarez lib.1.de attributis Dei negatiuis cap.12. à num.17. vſque ad 21. ſed debilioribus medijs.

S.Thom.

Zumell. Suarez.

Argumenta, & ſolutiones.

Molina.

Contra primam concluſionem argumentatur Molina.

Primò. Nulla alia coniunctio ad actionem eſt neceſſaria,quàm præſentia agentis cum re patiente cũ debita proportione eorum, quæ concurrunt vt partes vnius integræ cauſæ;ergo non eſt neceſſaria vnio diuinæ eſsentiæ in ratione formæ.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens in his,quę cõcurrunt,vt principium vnius actus vitalis;qualis eſt viſio.Secundò dico actioni immanenti nullum reſpondere patiens.Tertiò dico, ſupponi falſum in argumento,videlicet ſpeciem intelligibilẽ concurrere cum intellectu, vt partem vnius integræ cauſæ. Quartò dico proportionem concurrentium ad viſionem in eo poſitam eſſe, vt ſpecies ſit forma intellectus; cum præſertim nullum agens agat,niſi per formam ſibi vnitam.

Secundò ſic arguit virtualiter. Si duo Angeli ſint ſimul in eodem loco, coniunctio illa vnius cũ altero ſatis eſt,vt per ſuas ſubſtãtias ſecluſa quacumq; alia ſpecie ſe mutuò intueri poſsint; ergo.

S. Thom.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens; Nam nec illa coniunctio ſufficit; nec vnus angelus alterum intelligit per alterius ſubſtantiam,vt ſupra probatum eſt ex S.Thom.tertio cont.gent. cap.51. quia ſcilicet neutrius ſubſtantia eſt forma tantùm in genere intelligibili;cum non ſit ipſum eſſe,nec veritas ipſa.

Suarez.

Contra eadem argumentatur Suarez.

Primò interrogo, (inquit,) quæ, vel qualis ſit hæc vnio in eſse intelligibili; aut enim eſt vera,& formalis,& realis vnio,quæ ordine naturæ antecedit inter potentiam, & obiectum ante actum intelligendi,vel non. Si dicatur hoc ſecundum,tollitur quæſtio, ſi verò dicatur primum, impugnari poteſt;quia noua vnio realis non eſt ſine nouo modo,vel mutatione reali in altero extremorum; hic D verò neque in eſsentia diuina hoc reperiri poteſt; vt per ſe conſtat,neq; in intellectu in actu primo, & quatenus antecedit viſionem; nec facilè poteſt fingi,aut explicari talis modus.

Videns Deũ fit Deus.

Caiet.

Reſpondetur maximam interuenire mutationem ex parte intellectus creati; quoniam beatus fit Deus in eſſe intelligibili prius natura,quàm videat Deum,vt bene ait Caietanus. Et quilibet intelligens fit prius intelligibile per ſpeciem, antequàm intelligat, ſed per actualem intellectionem affertur complementum. Modus autem adueniẽs non aliter explicari poteſt,quàm dicendo nihil eſſe reale additum intellectui, ſed eſſe ipſum intellectum,vt eſt perfectus diuina eſſentia, tamquam E ſpecie intelligibili.

Secundò. Omnis vnio realis terminatur ad vnum reale compoſitum; ex intellectu verò, & eſſentia diuina non componitur vnum ens reale; quia neque vna ſubſtantia, neque vnum accidens, &c. ergo.

Reſpondetur Antecedens falſum eſſe de vnione in eſſe intelligibili, aut cognoſcibili; vt amplius explicabitur infra quæſt.14.art.1.

Tertiò

Tertiò vnio realis inter duo nõ intelligitur ſine aliqua, vel cauſalitate mutua, vel ſaltem dependẽtia reali in exiſtendo, vel ſubſiſtendo; nihil autem horum reperitur inter eſſentiam diuinam, & intellectum; igitur tota coniunctio obiecti per ſe cum potentia intelligi debet in ordine ad efficientiam ſine informatione.

Reſpondetur hic eſſe cauſalitatem formalem ſecluſis imperfectionibus. Secundò dicitur maiorem eſſe falſam in ea vnione, quę fit ſecundũ eſſe intelligibile, in qua vnum fit aliud.

His argumentis addo argumentum ex S. Tho. quol. ſeptimo, articulo primo. Vbi ſic argumentatur S. Thom. *Ad hoc vt intellectus intelligat, oportet, vt fiat actu; at intellectus non fit in actu niſi ſecundùm quod intelligibili informatur; cum ergo diuina eſſentia per ſeipſam nõ poſsit informare intellectum; vt formaliter faciat ipſum eſſe actu, oportet, ſi debet per intellectum cognoſci, quod per aliquam ſui ſimilitudinem informet.* Huic argumento ita reſpondet S. Tho. *Dicendum, quòd intellectus creatus fit actu ad videndam diuinam eſſentiam per lumen gloriæ, & hoc ſufficit, vt dictum eſt.* In qua reſponſione videtur admittere, quod diuina eſſentia non vniatur intellectui, vt forma.

Reſpondetur intentionem S. Thom. ibidem eſſe affirmare intellectum ſufficienter fieri in actu per lumen gloriæ, loquendo de actu inhærente, vel informante per inhæſionem; ſic enim excluditur ſimilitudo inhærens intellectui, non autem diuina eſſentia informans abſque inheſione, & alijs imperfectionibus.

Contra ſecundam concluſionem argumentatur Suarez.

Diuina eſſentia aliquo modo poteſt conſtituere intellectum in actu formaliter; ergo formaliter debet illi dare aliquod eſſe; ergo dabit eſſe increatum; nam forma non dat formaliter aliud eſſe, niſi quod ipſa eſt, ſeu quod in ſe habet; conſequens autem eſt falſum.

Reſpondetur negando falſitatem conſequentis, ſi loquamur de vnione in actu primo, & in eſſe intelligibili; quoniam, vt diximus, per vnionem diuinæ eſſentiæ cum intellectu Beatus fit Deus in actu primo in eſse intelligibili; cui ſuperuenit actus ſecundus, qui eſt videre.

Contra tertiam concluſionem argumentatur idem Suarez primò: Poteſt conſeruari ſpecies cũ toto effectu formali abſq; actuali cognitione; ſed eſſe non eſt ſeparabile à forma informante, nec diſtinctum ab ipſa; ergo intelligere non eſt à ſpecie, vt eſſe à forma.

Reſpondetur primam propoſitionem non eſse veram de toto effectu formali perfecto, & completo; nam ſpecies intelligibilis tunc habet ſuum effectum formalẽ completum, quando facit, vt intelligens ſit perfectè, & completè ipſum intelligibile; hoc verò nõ eſt, niſi adſit actualis intellectio.

Secundò: Actus videndi Deum eſt forma creata; quomodo ergo poteſt eſſe formaliter à forma increata?

Reſpondetur id fieri facilè poſſe; quoniam hoc

A eſſe non eſt actualitas diuinæ eſſentiæ, ſed intellectus, & omnis creata intellectio pendet à primo omnis intellectionis fonte, quod eſt diuina natura ſummè intelligibilis.

Contra eandem concluſionem argumentatur Bannes.

Banne[s]

Primò: quoniam ſequeretur diuinam eſſentiam eſse principium ſubordinatum intellectui beatorum, vel ipſi Beato, vt principali agenti. Sequela probatur; nam omne principium formale quo operatur agens, eſt aliquid ſubordinatum agenti.

Reſpondetur negando ſequelam: Ad probationem negatur antecedens; nam non omne principium formale accipit virtutem operandi ab intel B lectu, vel intelligente; vt patet de ſubſtantia Angeli reſpectu proprij intellectus; Quamobrem diſtinguendum eſt, duplex eſſe principium quo; vnum inhærens, vel habens rationem partis; alterum autem ſubſiſtens, vt quoddam totum ſecundùm ſe. Antecedens currit de priori principio quo, non autem de poſteriori; & tale principium eſt diuina eſſentia in intellectu Beati.

Secundò D. Thom. hic ponit diuinam eſſentiam vniri intellectui in ratione ſpeciei intelligibilis; ſed hoc non eſt efficere viſionem; ergo.

Reſpondetur falſam eſse minorem loquẽdo de C vnione perfecta, vt diximus cum Caiet.

Tertiò. Si diuina eſſentia, inquantùm ſpecies intelligibilis, vt ſic, concurreret ad viſionem effectiuè, iam ſe teneret ex parte potẽtiæ viſiuæ, quatenus ea mediante vt principio effectiuo produceret viſionem.

Reſpondetur negando conſequentiam; quia diuina eſſentia eſt ipſummet obiectum intelligibile ſimul cum intellectu efficiens viſionem abſq; ſubordinatione ad intellectum. Illud enim ſe tenet propriè ex parte potentiæ, quod eſt vel naturalis virtus potentiæ, vel augmentum virtutis; ex parte verò obiecti illud eſt, quod eſt ipſummet obiectũ D in aliquo eſſendi modo.

Quartò S. Thom. quolib. 7. art. 1. ait, quod in alijs intellectionibus lumẽ non ſolùm effectiuè cõcurrit, ſed etiam ſpecies obiecti: at in beata viſione ſolùm lumen interuenit cum intellectu. Et rationem affert; *quia diuina eſſentia, quæ eſt obiectum viſionis beatæ, eſt totaliter lux intelligibilis; vnde lumẽ gloriæ, ab ipſa in intellectu deſcendens facit hoc reſpectu diuinæ eſſentiæ in intellectu, quod facit reſpectu aliorum intelligibilium ipſa ſpecies rei intellectæ ſimul, & lumen*; ergo diuina eſſentia non concurrit vt principium efficiens, vel formale viſionis.

Mẽs D. Th. de concurſu diuinæ eſſentiæ ad viſionem.

Reſpondetur mentem S. Thom. ibidem eſse per illa verba ſolam mediam ſpeciem excludere, non E autem obiectum per ſeipſum vnitum; vt patet ex titulo illius articuli, vbi quærit. *An aliquis intellectus creatus poſsit diuinam eſſentiam immediatè videre*; conſtat enim ex dictis in prima Controuerſia omnem ſpeciem creatam facere viſionem diuinæ eſſentiæ mediatam. Quando ergo inquit in viſione beata ſolum lumen interuenire cum intellectu, dictio illa *ſolum* excludit ſpeciem mediam creatam, non autem diuinam eſsentiam; vt patet ex diſcurſu dicti art.

Quintò. In intellectione Angeli; qua Angelus ſeipſum per ſuam eſſentiam intelligit, eſſentia Angeli concurrit effectiuè ad viſionem, quatenus eſt forma totalis agentis principalis, ideſt quatenus eſt Angelus ipſe ſecundùm eſſe naturale; & in hoc intellectus ſubordinatur eſsētiæ tanquàm potiori principio: At in ratione ſpeciei intelligibilis non poteſt eſſentia Angeli effectiuè concurrere; quia ſic concurreret vt ſubordinata intellectui, & ſic eadem eſsentia eſset agens principale, & ſubordinatum, quod eſt abſurdum; ergo ſimiliter dicendū eſt de diuina eſsentia.

Reſpondetur primò eſsentiam Angeli non vniri proprio intellectui per informationem, ſed vnitam eſse angelo intelligenti per identitatem, & ſic concurrit, vt agens principale, & vt formale principium, ſicut, ſi calor eſset ſubſiſtens, eſset principium calefactionis vtroq; modo, & propterea non ſubordinatur potentiæ. Vide Caietanum infra q. 56. artic. 1. Secundò dicitur, quòd ſubſtantia angeli eſt forma ſubſiſtens, & ideo non poteſt ſubordinari potentiæ; ſed eſt ei ratio operandi ſecluſa imperfectione inhærētiæ, & ſubordinationis: Nā, vt talis forma ſit ratio operandi, ſufficit, quòd ſit vnum cum intellectu in eſse intelligibili, non autē requiritur talis modus vnitatis, qui eſt ſecundùm inhærentiam, aut ſubordinationem; ſed accidit tali formæ, vt accidens eſt. *Caiet.*

Sed contra hanc reſponſionem eſt argumentū: nam neceſſe eſt aſsignare vnum agens principale viſionis; vel ergo tale agens eſt beatus, vel eſsentia diuina; non diuina eſsentia; quia ipſa nō eſt vidēs, hac viſione; ergo beatus eſt agens principale; ergo diuina eſsentia erit agens ſubordinatum.

Reſpondetur primò, quòd beatus eſt agēs principale; negatur tamen inde ſequi diuinam eſsentiam eſſe ſubordinatam; non enim concurrit, vt forma inhærens, ſed ſubſiſtens, & ideo eſt quaſi agens coadiuuans; vel melius dico, eſt fons intellectus in actu; cum ab ea pendeat vis intellectiua, tam in eſse naturali, quàm in eſse intelligibili, & in conſeruari.

Secundò reſpondetur, quòd vtrumque concurrit, vt vnum agens: nam videns Deum prius natura, quàm videat, eſt Deus in eſse intelligibili. Itaque concurrit diuina eſsentia vt vnum cum vidēte ſecluſis imperfectionibus.

Alia argumenta contra hanc concluſionem, vide ſoluta à Ferrarienſi in tertio cont. gent. cap. quinquageſimo primo, in fine. *Ferrarien.*

Quarta Controuerſia.

An per diuinam potentiam poſsit Beatus videre Deū abſque omni ſpecie intelligibili creata, vel increata.

Sententiæ Expoſitorum.

Tametſi præſentis quæſiti reſolutio ex dictis in præcedentibus facilè à perſpicacibus deduci poſsit; quia tamen omnibus debitores ſumus; idcircò non erit prorſus inutile ſpecialem hanc for- A maſſe Controuerſiam. In qua quorundam ſententia fuit, poſse beatum per Dei potentiam abſque omni ſpecie intelligibili: tam creata, quàm increata Deum videre. Quam ſententiam ſequitur Molina ſuper hoc articulo, diſputatione 2. & Peſantius in ſuo Commentario, & Suarez de attributis negatiuis Dei lib. 2. cap. 12. num. 19. *Molina. Peſantius. Suarez.*

Reſolutio.

Implicare contradictionem diuinam eſſentiam ab intellectu creato videri abſque omni ſpecie.

B Sed opinionis huius falſitas facilè conuinci poteſt ex dictis, & ex doctrina Caietani infra q. 14. artic. 1. Nam cognoſcens, vt cognoſcat, oportet, vt ſit ipſum cognitum in actu; hoc autem fit per ſimilitudinem, aut rei eſsētiam per ſeipſam in cognoſcente exiſtentem; ergo omnino neceſsaria eſt ſpecies ad viſionis actum. Prima propoſitio eſt Ariſt. tertio de anima, textu comm. 8. vbi ait intellectum ſingula fieri ab eo cognita. Auerroes autem dicit ex intellectu, & intelligibili fieri magis vnū, quàm ex materia, & forma; quia hic fit vnum tertium, ibi autem vnum fit aliud. Minor verò probatur; quoniam hoc non poteſt fieri, niſi quatenus C vnum habet alterius naturam in aliquo eſsendi modo. Secundò probatur; quia cognoſcens debet eſſe ſufficiens principium ſuæ operationis; at nō poteſt eſse principium ſufficiēs, niſi ſit ipſum cognitum per ſpeciem, aut ipſam eſsentiam cogniti; ergo &c. Maior patet; quia hoc eſt commune agentibus perfectis. Minor probatur; quia ad perfectionem operationis pertinet præcipuè ſpecificatio; quę fit ab obiecto; ergo, vt hęc ſpecificatio ſit à cognoſcente, oportet, vt cognoſcens fiat ipſum obiectum per ſpeciem, aut per eius eſsentiam. Tertiò probatur ſic: Species eſt principium formale intrinſecum concurrens ad actum vitalem intelle- D ctionis, & ſpecificans ipſum; at Deus vt agens nō poteſt ſupplere vicem cauſæ formalis, nec principij formalis ſpecificantis; ergo ſemper neceſſaria eſt ſpecies, aut ipſamet rei eſsentia loco ſpeciei. Maior eſt euidens; & poſset probari; quia actionē quamlibet determinatæ ſpeciei oportet eſſe ab agente ſecundùm formam determinatam; alioquin non magis hanc, quàm illam actionē produceret. *Caietan. Ariſtot. Auer.*

Et confirmatur; quia intellectus noſter ſecundùm ſe eſt pura potentia in genere intelligibiliū, ſicut materia prima in genere entium; igitur, vt intellectionem, vel viſionem producat, indiget forma, quæ ſit ei ratio agendi. Quartò; Implicat con- E tradictionem agens agere ſine actu: nam vnumquodque agit, inquātum eſt in actu; at intellectus non eſt actu, ſine ſpecie; ergo. Quintò: Contradictionem inuoluit actionem vitalem talis ſpeciei eſſe huius operantis, & non eſſe à principio intrinſeco ſpecificatiuo; ergo. Probatur antecedēs; quia actio vitalis intrinſecè claudit ordinem ad principia intrinſeca agentis, inter quæ præcipuum eſt forma.

Concluſio, impugnatio, & ſolutio.

CONcluſio vnica. Implicat contradictionē beatum videre Deum abſque omni ſpecie creata, & increata. Hæc patet ex dictis.

Contra hanc concluſionem argumentatur Molina.

Concurſus ſpeciei impreſsæ, quæcunq; illa ſit, ad actum viſionis eſt in genere cauſæ efficientis; ergo poterit Deus ſupplere, & producere viſionē abſque concurſu ſpeciei intelligibilis, aut ſuæ eſſentiæ loco ſpeciei. Eodem argumento vtitur Suarez.

Reſpondetur. Antecedens falſum eſſe præciſè loquendo; quoniam, vt diximus, ſpecies cōcurrit vt principium formale ſpecificatiuū intellectionis, & non præciſè vt efficiens; ſicut etiam calor eſt principium efficiens, & formale ſpecificatiuū calefactionis; immo commune eſt cuilibet actioni ſpecificari à ſuo formali principio; vt docet S. Thom. prima 2. q. 1. art. 3. Et præterea falſa eſt cōſequentia de agente reſpectu actionis vitalis: quæ ex hoc ipſo, quòd vitalis eſt, ſibi vendicat eſſe à principio intrinſeco.

ARTICVLVS III.

Vtrum eſſentia Dei videri poſſit oculis corporalibus.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd eſſentia Dei videri poſſit oculo corporali. Dicitur enim Iob. 19. In carne mea videbo Deum, &c. & quadrageſimoſecundo. Auditu auris audiui te; nunc autem oculus meus videt te.

2 Præterea: Auguſtinus dicit vltimo * de ciuitate Dei, cap. 29. Vis itaque præpollétior oculorum erit illorum, ſcilicet glorificatorū, non vt acutius videant, quàm quidam perhibentur videre ſerpentes, vel aquilæ. Quantalibet enim acrimonia cernendi eadem animalia vigeant, nihil aliud poſſunt videre, quàm corpora; ſed vt videant, & incorporalia. Quicunque autem poteſt videre incorporalia, poteſt eleuari ad videndum Deum; ergo oculus glorificatus poteſt videre Deum.

3 Præterea: Deus poteſt videri ab homine viſione imaginaria. Dicitur enim Iſa. 6. Vidi dominum ſedentem ſuper ſol. &c. Sed viſio imaginaria à ſenſu originem habet: phantaſia enim eſt motus factus à ſenſu ſecundùm actum, vt dicitur in tertio de anima; ergo Deus ſenſibili viſione videri poteſt.

Sed contra eſt, quòd dicit Aug. in * lib. de videndo Deum ad Paulinam. Deūm nemo vidit vnquam; vel in hac vita, ſicut ipſe eſt: vel in Angelorum vita, ſicut viſibilia iſta, quæ corporali viſione cernuntur.

A Reſpondeo. Dicendum, quòd impoſsibile eſt, Deum videri ſenſu viſus, vel quocunque alio ſenſu, aut potentia ſenſitiuæ partis. Omnis enim potentia huiuſmodi eſt actus corporalis organi, vt infra dicetur. * Actus autem proportionatur ei, cuius eſt actus. Vnde nulla huiuſmodi potentia poteſt ſe extendere vltra corporalia. Deus autem incorporeus eſt, vt ſupra oſtenſum eſt. * Vnde nec ſenſu, nec imaginatione videri poteſt, ſed ſolo intellectu.

(Art. ſeq. & q. 78.) (Q. 3. art. 1.)

Ad primum ergo dicendum, quòd cum dicitur, In carne mea videbo Deum Saluatorē meum; non intelligitur, quòd oculo carnis ſit Deum viſurus, ſed, quòd in carne exiſtēs poſt reſurrectionem viſurus ſit Deum. Similiter quod dicitur; nunc oculus meus videt te; intelligitur de oculo mentis, ſicut Epheſ. 1. dicit Apoſtolus; Det vobis ſpiritum ſapientiæ in agnitione eius, illuminatos oculos cordis veſtri.

Ad ſecundum dicendum, quòd Auguſtinus loquitur, inquirendo in verbis illis, & ſub cōditione.

Quod patet ex hoc, * quòd præmittitur. Longè itaque potentiæ alterius erunt, ſcilicet oculi glorificati, ſi per eos videbitur incorporea illa natura.

(Eodē lib. 22 c p. 29. to 6.)

Sed poſtmodum hoc determinat dicēs; Valdè credibile eſt, ſic nos viſuros mundana tunc corpora cęli noui, & terræ nouæ, vt Deum, vbique præſentem, & vniuerſa etiam corporalia gubernantem clariſsima perſpicuitate videamus: non ſicut nunc inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur; ſed ſicut homines, inter quos viuentes, motuſque vitales exercētes viuimus, mox, vt aſpicimus, non credimus viuere; ſed videmus. Ex quo patet, quòd hoc modo intelligit oculos glorificatos Deum viſuros; ſicut nunc oculi noſtri vident alicuius vitam. Vita autem non videtur oculo corporali, ſicut per ſe viſibile: ſed, ſicut ſenſibile per accidens. Quod quidem à ſenſu non cognoſcitur, ſed ſtatim cum ſenſu ab aliqua alia virtute cognoſcitiua. Quòd autem ſtatim viſis corporibus diuina pręſentia ex eis cognoſcatur per intellectum, ex duobus contingit, ſcilicet ex perſpicacitate intellectus, & ex refulgentia diuinæ claritatis in corporibus innouatis.

Ad tertium dicēdum, quòd in viſione imaginaria non videtur Dei eſſentia, ſed aliqua forma in imaginatione formatur repræſentās Deum, ſecundùm aliquem modum ſimilitudinis, prout in ſcripturis diuinis diuina per res ſenſibiles Metaphoricè deſcribuntur.

Ratio

Ratio ordinis, & ſenſus quæſiti.

DIſſeruit S.Thom. in artic. præcedenti de principio viſionis, quo ad ſimilitudinem, tum ex parte viſiuæ potentiæ intellectualis, tũ ex parte rei viſæ, & excluſa ea, quæ ſe tenet à parte rei viſæ, dixit eam eſſe neceſſariam, quæ ſe tenet ex parte intellectus vidẽtis. Quæ nihil aliud erat, quàm virtus naturalis intellectus, & quæcunque alia perfectio gratiæ, vel gloriæ ſuperaddita.

Quæ ideo dicebatur ſimilitudo diuinæ eſſentiæ, quia erat quædam participatio diuinæ naturæ, quæ eſt primus intellectus. Et quoniam virtus noſtra viſiua corporea eſt nonnulla participatio primæ virtutis viſiuæ, quæ eſt diuina eſſentia; & per conſequens eſt quædam (licèt imperfectiſſima) illius ſimilitudo; ideo hic quæritur, an hæc ſimilitudo ſit tanta, vt poſſit oculus corporeus eleuari ad videndam diuinam eſſentiam. Quærit ergo S.D. *An diuina eſſentia videri poſſit oculo corporali.* In quo quæſito duo ſunt obſeruanda. Primum eſt verbum illud *poſſit* ſumi indifferenter ad potẽtiam in ſe, & ad potentiam in alio. Secundùm eſt, hic tantùm quæri de oculo corporali; non autem de alijs ſenſibus, ſiuè externis, ſiuè internis. Cuius ratio multiplex eſt. Prima; quia viſus inter omnes exteriores ſenſus eſt perfectiſſimus, & maximè ſpiritualis; vnde etiam translatum eſt nomen viſionis ad cognitionem intellectualem. Secunda, propter varias auctoritates ſacræ ſcripturæ, vt patet in primo argumento. Tertia; quia hęc quęſtio eſt de viſione, ideo de viſu corporali ſpecialiter erat quærendum. Sed licèt hæc quæſtio ſit mota de ſolo viſu corporali propter rationes dictas, nihilominus, vt completa eſſet omnibus modis doctrina, reſpondet cõcluſione vniuerſaliſſima complectente omnes potentias partis ſenſitiuæ, & in corpore vtitur communiſſima ratione; qua probatur per nullum ſenſum poſſe cognoſci diuinam eſſentiam.

Forma Textus.

COncluſio eſt. *Impoſſibile eſt Deum videri ſenſu viſus, vel quocunque alio ſenſu, aut potentia ſenſitiuæ partis. Probatur: Nulla potentia ſenſitiua poteſt ſe extendere vltra corporalia; ſed Deus non eſt corporeus; ergo per nullam potentiam ſenſitiuæ partis videri poteſt. Minor patet ex 1. ar. tertiæ quæſt. Maior probatur: omnis talis potentia eſt actus organi corporalis; ergo nulla talis potentia poteſt ſe extendere vltra corporalia. Probatur conſequentia; quia actus proportionatur ei, cuius eſt actus.*

Expoſitio Textus.

VIs rationis S.Thom. conſiſtit in diſtinctione ſuperius commemorata, nimirum, duplex eſt obiectum potentiæ cognoſcitiuę; vnũ proportio-
A natum, & aliud adęquatum; ſicut obiectum intellectui noſtro proportionatum eſt quidditas rei materialis; obiectum autem adæquatum eſt ens, inquantum ens. Et in propoſito obiectum proportionatum potentiæ viſiuæ eſt viſibile non excedẽs proportionem, ſiuè virtutem viſiuam; obiectum autem adæquatum eſt viſibile, vt ſic; ſicut patet in oculo Nicticoracis. Potentia cognoſcitiua poteſt ſe extendere vltra obiectum ſuum proportionatum; ſicut intellectus noſter intelligit Angelum, & Deum, qui non eſt quidditas rei ſenſibilis; & oculus Nicticoracis, ſi confortetur, poteſt videre Solem. Nulla tamen potentia cognoſcitiua poteſt ſe extẽ-
B dere vltra obiectum ſuum adæquatum. Non enim viſus poteſt percipere ſonum, nec auditus colorẽ. Cuius ratio eſt; quoniam potentia in ſui natura includit ordinem tranſcendentalem, & eſſentialẽ ad ſuum obiectum adæquatum; ergo non poteſt ferri in non ſuum obiectum. Conſequentia eſt euidens; quoniam hoc eſſet mutare eſſentias rerum. Quemadmodum ergo non poteſt fieri homo, qui non ſit rationalis; quoniam homo eſſentialiter includit rationale; ita nõ poteſt fieri potentia, quę non habeat ordinem ad ſuum obiectum adęquatum, aut quæ ad aliquod aliud attingat; quoniam rerum differentiæ ſunt ſicut numeri, quibus nil tã
C parum poteſt addi, quin varietur ſpecies.

Ex his colligitur vis rationis S. Tho. nam; quia obiectum cuiuſcunque potentię ſenſitiuę eſt quid corporeum, id eſt dependens à corpore; Deus autẽ non eſt corpus, nec pendens à corpore, idcircò non continetur ſub obiecto alicuius ſenſitiuæ potentiæ; ex quo ſequitur, nullam potentiam ſenſitiuam poſſe eleuari ad videndum Deum. Sed, quia Deus continetur ſub ente, quod eſt obiectum intellectus noſtri adæquatum, ideò poteſt virtute diuina intellectus noſter eleuari ad videndũ Deũ; quia tali viſione non extenditur intellectus vltra ſuum obiectum; ſed tantùm altiori ratione illud
D cognoſcit, quàm naturaliter poſſet cognoſcere.

Proponitur argumentum Soti, & Medinæ contra concluſionem D.Thom. & reijcitur eorum ſolutio, & affertur alia.

COntra concluſionem eſt argumentum. Sẽſus interior poteſt habere notitiam abſtractiuam Dei; ergo etiam intuitiuam.

Conſequentia eſt euidẽs. Antecedens probatur dupliciter: Primò, quia appetitus ſenſitiuus dolet de peccato, vt eſt offenſa Dei; nam luget aliquis, & plorat ex eo ſolùm, quia Deũ offendit; ergo ſequitur, quòd in potentia ſenſitiua apprehenſiua
E ſit cognitio Dei offenſi.

Reſpondet Soto in 4. ſent. diſt. 49. q. 1. artic. 2. & Medina, prima 2. q. 3. art. 3. quòd ſuppoſita cognitione abſtractiua Dei in intellectu, poteſt ſenſus interior, videlicet æſtimatiua nonnullam rationẽ amicitiæ, vel timoris Dei percipere, & per illũ poteſt appetitus dolere vſque ad lacrimas. Soto. Medin.

Sed contra hanc reſponſionem ſic argumentor. Vis appetitiua mouetur à vi, ſiuè potentia apprehenſi-

Digitized by Google

henſiua ſibi proportionata; at intellectus non eſt motor proportionatus appetitus ſenſitiui,ſed potius ſenſus interior;ergo non ſufficit, quòd Dei cognitio ſit in intellectu,ad hoc,vt in appetitu ſenſitiuo ſit amor Dei, vel dolor de peccato propter Deum offenſum. Et prçterea quomodo poteſt ęſtimatiua concipere rationem amicitiæ, vel timoris Dei,abſque cognitione Dei? nō enim poteſt actus cognoſci ſine eius obiecto.

Igitur dicendum videtur ex S. Thom. hic ad tertium,quòd ſuppoſita Dei cognitione in intellectu poteſt in imaginatione formari ſpecies manifeſtans Deum ſecundùm aliquem modum ſimilitudinis, prout etiam in ſcripturis per res ſenſibiles diuina Metaphoricè deſcribuntur; ex qua cognitione poteſt etiam concipi amor, & timor Dei; & ſic poteſt appetitus ſenſitiuus Deum ſic cognitum amare,& timere,& dolere, &c. Et per idem patet ad aliam probationem,quòd ſcilicet in appetitu ſenſitiuo ſunt virtutes infuſæ,videlicet fortitudo, & temperantia,quæ regulantur regulis diuinis; ergo in ſenſu erit Dei cognitio.Dicitur,quòd in ſenſu eſt Dei cognitio modo dicto,quæ non eſt cognitio abſtractiua,ſed ſingulari ſenſibiliter apprehēſo concreta.

Alia argumenta, & ſolutiones vide apud Banneſium,& Zumellum.

Quæ hic ſcribit Vaſquez de mente D.Auguſtini contra interpretationem D.Thom. non eſt neceſſe confutare,cum ſola lectio loci hic in argumēto ſecundo allegati ſufficiat cuilibet,vel mediocriter erudito ad expoſitionem S.D.tamquam legitimam,& menti D.Auguſtini conſonam comprobādam,& debitam vtrique doctori reuerentiam cōſeruandam.

Non poſſe à Deo intellectum, & viſionem diuinæ eſſentiæ in oculo corporeo collocari.

IOannes Salas prima 2.quæſt.3.tract.2. diſp.5. ſect. 1. affirmat non eſſe omnino improbabile accidētia ſpiritualia poſſe eſſe in corpore,ac proinde intellectum in oculo; cui(inquit) ſi concedatur lumen gloriæ,& ſpecies, & vniatur diuinæ eſſentiæ in ratione ſpeciei,cur non poterit elicere viſionem Dei? maximè cum minus probabilis ſit opinio aſſerens ſubſtantiam per ſe concurrere ad actum vitalem, & Deus poſsit ſupplere quamcunque efficientem cauſam,etiam vitalem,& omnem actum vitalem ſe ſolo extra ſubiectum, aut in ſubiecto producere,vt libuerit. Sed communis ſcholaſticorum, ac præſertim Thomiſtarum ſententia eſt,neque accidens ſpirituale, ſimpliciter poſſe in corpore collocari,neque actum vitalem effici poſſe abſque vitali potentia,ſed in vtroque contradictionem inuolui; atque ideo ſub obiecto diuinæ potentię non claudi.

Et de priori quidem latè diſſeremus in artic.5. huius quæſtionis Controuerſia 2.vbi probabimus neceſſariam omnino eſſe proportionem inter potentiam,& actum,vt in ea recipi poſsit.

De ſecundo verò, pluries infra repetiuimus il-

A lud implicare contradictionem; quia de ratione intrinſeca vitalis actus, ſine qua nec concipi, nec diffiniri poteſt,eſt ordo ad potentiam vitalem;at verò potētia vitalis eſt virtus vitæ,quæ vita actus primus eſt,& agens principale, cui proprijſsimè, & principaliter attribuitur operatio per potentiā exercita. Itaque actus vitalis verè, & propriè ſolus ille eſt,qui eſt à vita, tamquàm actus ſecūdus à primò media potentia illi congenita, ſiue ſit ab eo realiter diſtincta,ſiue tantùm formaliter; aut ſecundùm rationem. Hac ſiquidem ſola ratione vitalis actus nuncupatur;quia procedit à vita per vitalem,& congenitam ſibi potentiam.

B Et ex his patet falſum eſſe, quod ait Salas, nimirum minus probabilem eſſe opinionem dicentem ſubſtantiam per ſe concurrere ad actum vitalem,& Deum poſſe ſupplere quamcunque efficientem cauſam,etiam vitalem,&c.Nam falſa eſt poſterior pars huius ſecundi dicti cum primò;poteſt enim Deus ſupplere cauſam omnem propriè efficientem, cuius effectus ad propriam cauſam non habeat intrinſecam, & eſſentialem habitudinem;qualem habent, vt diximus,actus omnes vitales ad vitam,& quælibet propria paſsio ad ſubiectum proprium: Nam, vt ſcitè aduertit Capreolus in quarto ſent. diſt.49.q.4.artic.3. ad tertium Capreol. Ferrarien. Soto.

C Scoti contra ſecundam concluſionem, & Ferrarienſis in 3.cont.gent.cap.54.& Soto in 4.ſenten. diſt. 49.quæſt.2.art.3. Dato etiam poſſe à ſolo Deo effici intellectionem in intellectu eo mere paſsiuè ſe habente,actus tamen ille non denominaret intellectum,vel animam intelligentem;quia intelligere nō eſt tantùm in ſe habere actum intellectionis,ſed eſt illum vitaliter in ſe habere;quod eſt illum elicere virtute propria concurrente;& eadem eſt ratio de quolibet actu ſenſus,& appetitus.Nec verum eſt,quod ait Salas,diſpu. 2.ſect.4.effectum primarium viſionis eſſe reddere videntem,& amoris amantem, niſi cum tales actus vitaliter inhærent potentijs, ideſt, vt ab eis eliciti; quod ſi ab

D extrinſeco tantùm producantur, eorum effectus formales non erunt,niſi facere ſubiectum habentem tales actus; nec habēs intellectionem dicetur propriè,& verè intelligens, ſed intellectione vt quadam qualitate perfectus, & non niſi æquiuocè dicetur intelligens.

ARTICVLVS IV.

Vtrum aliquis intellectus creatus per ſua naturalia diuinam eſſentiam videre poſsit.

E AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd aliquis intellectus creatus per ſua naturalia diuinam eſſentiam videre poſsit. Dicit enim Dionyſ. * 4. capit.de diuin.nom.quòd angelus eſt ſpeculum purū, clariſsimum,ſuſcipiens totam (ſi fas eſt dicere) pulchritudinem Dei. Sed vnumquodque videtur,dum videtur eius ſpeculum. Cum igitur angelus per ſua naturalia intelligat ſeipſum,

58 4 diſt. 49. q. 2. art 6. Et ver q.8. art.3 Et 2. cont c.50. cap 4 par. 4. parum ante medium.

ſum, videtur, quòd etiam per ſua naturalia intelligat diuinam eſſentiam.

2 Præterea: Illud, quod eſt maximè viſibile, fit minus viſibile nobis propter defectũ noſtri viſus; vel corporalis, vel intellectualis. Sed intellectus angeli non patitur aliquem defectum. Cum ergo Deus ſecundùm ſe ſit maximè intelligibilis, videtur, quòd ab angelo ſit maximè intelligibilis. Si igitur alia intelligibilia per ſua naturalia intelligere poteſt, multò magis Deum.

3 Præterea: Senſus corporeus non poteſt eleuari ad intelligendam ſubſtantiam incorpoream; quia eſt ſupra eius naturam: Si igitur videre Deum per eſſentiam, ſit ſupra naturã cuiuslibet intellectus creati, videtur, quòd nullus intellectus creatus ad videndum Dei eſſentiam pertingere poſſit. Quod eſt erroneum, vt ex ſupradictis patet. * Videtur ergo, quòd intellectui creato ſit naturale diuinam eſſentiam videre. Art. 1. huius quæſt.

Sed contra eſt, quod dicitur Rom. 6. Gratia Dei vita æterna. Sed vita æterna conſiſtit in viſione diuinæ eſſentiæ, ſecundùm illud Io. 17. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolùm verum Deum, &c. Ergo videre Dei eſſentiam conuenit intellectui creato per gratiam, & non per naturam.

Reſpondeo. Dicendum, quòd impoſſibile eſt, quòd aliquis intellectus creatus per ſua naturalia eſſentiam Dei videat. Cognitio enim contingit, ſecundùm quod cognitum eſt in cognoſcente. Cognitum autem eſt in cognoſcẽte ſecundùm modum cognoſcentis. Vnde cuiuslibet cognoſcentis cognitio eſt ſecundùm modum ſuæ naturæ. Si igitur modus eſſendi alicuius rei cognitæ excedat modum naturæ cognoſcentis, oportet, quòd cognitio illius rei ſit ſupra naturam illius cognoſcentis.

Eſt autem multiplex modus eſſendi rerum. Quædam enim ſunt, quorum natura non habet eſſe, niſi in hac materia indiuiduali, & huiuſmodi ſunt omnia corporalia. Quædam verò ſunt, quorum naturæ ſunt per ſe ſubſiſtentes, non in materia aliqua, quæ tamen non ſunt ſuum eſſe, ſed ſunt eſſe habentes. Et huiuſmodi ſunt ſubſtantiæ incorporeæ, quas angelos dicimus.

Solius autem Dei proprius modus eſſendi eſt, vt ſit ſuum eſſe ſubſiſtens. Ea igitur, quæ non habent eſſe, niſi in materia indiuiduali, cognoſcere eſt nobis connaturale, * eo quòd anima noſtra, per quam cognoſcimus, eſt forma alicuius materiæ. Quæ tamen habet duas virtutes cognoſcitiuas. 28. 26 42

A Vnam, quæ eſt actus alicuius corporei organi. Et huic connaturale eſt cognoſcere res, ſecundùm quod ſunt in materia indiuiduali. Vnde ſenſus non cognoſcit, niſi ſingularia. Alia verò virtus cognoſcitiua eius eſt intellectus, qui non eſt actus alicuius organi corporalis. Vnde per intellectum connaturale eſt nobis cognoſcere * naturas, quæ quidem non habent eſſe, niſi in materia indiuiduali: non tamen ſecundùm quòd ſunt in materia indiuiduali, ſed ſecundùm quòd abſtrahuntur ab ea per conſiderationem intellectus. Vnde ſecundùm intellectum poſſumus cognoſcere huiuſmodi res in vniuerſali; quod eſt ſupra facultatem ſenſus. D. 7. B

Intellectui autem angelico connaturale eſt cognoſcere naturas non in materia exiſtẽtes.* Quod eſt ſupra naturalem facultatem intellectus animæ humanæ, ſecundùm ſtatum præſentis vitæ, quo corpori vnitur. Relinquitur ergo, quòd cognoſcere ipſum eſſe ſubſiſtens ſit connaturale ſoli intellectui diuino, & quòd ſit ſupra facultatem naturalem cuiuslibet intellectus creati; quia nulla creatura eſt ſuum eſſe, ſed habet eſſe participatum. Non igitur poteſt * intellectus creatus Deum per eſſentiã videre, niſi inquantùm Deus per ſuam gratiã ſe intellectui creato coniungit, vt intelligibile ab ipſo. 411 C D. 14.

Ad primum ergo dicendum, quòd iſte modus cognoſcendi Deum, eſt angelo connaturalis, vt ſcilicet cognoſcat eum per ſimilitudinem eius in ipſo angelo refulgentem. Sed cognoſcere Deum per aliquam ſimilitudinem creatam, non eſt cognoſcere eſſentiam Dei, vt ſupra oſtenſum eſt. * Vnde non ſequitur, quòd angelus per ſua naturalia poſſit cognoſcere eſſentiam Dei. Art. 2. huius quæſt. D

Ad ſecundum dicendum, quòd intellectus angeli non habet defectum, ſi defectus accipiatur priuatiuè, vt ſcilicet careat eo, quod habere debet. Si verò accipiatur negatiuè, ſic quęlibet creatura inuenitur deficiens Deo comparata, dum non habet illam excellentiam, quæ inuenitur in Deo.

Ad tertium dicendum, quòd ſenſus viſus; quia omnino materialis eſt, nullo modo eleuari poteſt ad aliquid immateriale. Sed intellectus noſter, vel angelicus, quia ſecundùm naturam à materia aliqualiter eleuatus eſt, poteſt vltra ſuam naturam per gratiã ad aliquid altius eleuari. E

Et huius ſignum eſt; quia viſus nullo modo poteſt in abſtractione cognoſcere id, quod in concretione cognoſcit; nullo enim modo poteſt percipere naturam, niſi vt hanc. Sed intelle-

tellectus noſter poteſt in abſtractione conſide rare, quod in cõcretione cognoſcit. Etſi enim cognoſcat res habentes formam in materia, tamen reſoluit compoſitum in vtrumque, & conſiderat ipſam formam per ſe. Et ſimiliter intellectus angeli, licet connaturale ſit ei cognoſcere eſſe concretum in aliqua natura; tamen poteſt ipſum eſſe ſecernere per intellectum, dum cognoſcit, quòd aliud eſt ipſe, & aliud eſt ſuum eſſe.

Et ideò cum intellectus creatus per ſuam naturam, natus ſit apprehendere formam cõcretam, & eſſe concretum in abſtractione, per modum reſolutionis cuiuſdam, poteſt per gratiam eleuari, vt cognoſcat ſubſtantiam ſeparatam ſubſiſtentem, & eſſe ſeparatum ſubſiſtens.

Ratio ordinis, & ſenſus quæſiti.

DEterminauit S.Thom. in ſecundo articulo, neceſſariam eſſe eam ſimilitudinem, quæ ſe tenet ex parte potentiæ viſiuæ ad videndam diuinã eſſentiam, quæ ſimilitudo eſt tum ipſa virtus potentiæ viſiuæ, tum etiam lumen ſuperadditum, vel quodcumque augmentum gratuitum virtutis. In tertio autem articulo concluſit, eam ſimilitudinem, quæ eſt virtus oculi corporei, nequaquàm poſſe ad viſionẽ diuinæ eſſentiæ pertingere. Supererat modo quædam maior dubitandi ratio de naturali virtute creatæ mentis, an tanta ſit, vt per ſe ſufficiat ad videndam, ideſt quidditatiuè cognoſcendam diuinam eſſentiam; quod profundè diſcutitur in articulo præſenti.

Forma Textus.

COncluſio eſt. Impoſsibile eſt, quemuis intellectum creatum per ſua naturalia eſſentiam Dei videre. Probatur: Si modus eſſendi alicuius rei cognitæ excedat modum naturæ cognoſcentis, oportet cognitionem illius rei eſſe ſupra naturam illius cognoſcentis; at modus eſſendi diuinæ eſſentiæ excedit modum cuiuſcunq; creatæ naturæ cognoſcentis; ergo illius etiam cognitio excedit naturam cuiuſcunque creati cognoſcentis. Minor probatur; quia diuina natura eſt ſuum eſſe, quod nulli rei creatæ conuenit. Maior autem probatur dupliciter: Primò cuiuslibet cognoſcentis cognitio eſt ſecundùm modum ſuæ naturæ; ergo, ſi modus alicuius rei cognitæ excedat modum naturæ cognoſcentis, oportet cognitionem illius rei eſſe ſupra naturam illius cognoſcẽtis. Antecedens probatur: Cognitio fit, ſecundùm quod cognitum eſt in cognoſcente; at cognitum eſt in cognoſcente ſecundùm modum cognoſcentis; ergo cuiuslibet cognoſcentis cognitio eſt ſecũdùm modum ſuæ naturæ.

Secundò probatur eadem maior inductiuè diſtinguendo modos eſſendi rerum, vt patet in textu.

A

Expoſitio Textus.

Quo ſenſu accipienda ſunt in textu cognitio, res cognita, & modus cognoſcendi.

SEd tria neceſſariò ſunt explicanda, vt exactam habeamus præſentis doctrinæ notitiam, qua vt ſolari luce offuſę à Scoto tenebræ diſſoluantur.

Primum eſt terminorum ſignificatio. Igitur S. Tho. in hoc diſcurſu cognitionis nomine eam tantum intelligi voluit, quæ eſt quidditatiua; nõ quocunque modo poſsibilis, ſed ex propria cognoſcẽtis natura, vt cauſa per ſe ſufficienti. Præterea mo-
B dus eſſendi cognoſcentis, & cogniti hic non ſumitur ſecundùm rationem ſpecificam, ſed genericã, aut genericæ ſimilem, eo videlicet modo, quo ea, quæ ſunt vnius ordinis, etiam diuini dici poſſunt eſſe eiuſdem generis.

Deniq; cognita, ideſt obiecta aſsignata cognoſcentibus, vel potentijs non ſunt adæquata extenſiuè, ſed intenſiuè duntaxat naturaliter; quia nimirum ſupra aſsignati ſibi ordinem obiecti non poteſt naturali virtute potentia quidquam quidditatiuè cognoſcere, tametſi valeat, quæ in altiori ſunt ordine conſtituta, imperfecta quadam attingere cognitione: Nam rei ſenſibilis quidditas, q̃
C hic S. Doct. intellectui humano aſsignauit obiectum, ab intellectu noſtro poteſt quidditatiuè cognoſci. Verùm, cum non ſit illi adæquatum, poteſt etiam humana mens lumine ſuo naturali Deum, & Angelos intelligere, quamuis imperfectè; & eadem ratione Angelus, cuius proportionatum obiectum eſt immaterialis ſubſtantia ſeparata ſubſiſtens habens eſſe diſtinctum ab eſſentia, poteſt, (licèt imperfectè) naturali notitia Deum attingere, qui ſub ente adæquato eius obiecto continetur. De obiectis autem intellectuum humani, Angelici, & diuini ſatis diximus in prima Controuerſia primi articuli huius quæſtionis.

D

Explicatur primus eſſendi modus, tam ex parte rei materialis cognitæ, quàm ex parte cognoſcentis hominis.

SEcundò explicandus eſt primus eſſendi modus, tàm ex parte rei cognitæ, quàm ex parte cognoſcentis, eorum ſcilicet, cognoſcibilium, & cognoſcentium, quę habent eſſe in materia. Diſtinguitur enim res cognita materialis, vt hic notat Caietanus, in duos modos, quorũ vnus realis eſt, alius autem in ſola ratione conſiſtit: Nam, quæ in materia ſunt ſenſibili, dupliciter intelligi poſſunt:
E Vno modo, prout verè ſunt in materia ſingulari. Et hic eſt modus eſſendi realis: Alio modo, quatenus ab indiuiduantibus conditionibus abſtracta vniuerſaliter concipiuntur. Et hic eſt modus ſecũdùm rationem; cum vniuerſalitatis cõditio rebus non inſit ſecundùm ſe; ſed qua ratione noſtræ mentis notitiæ ſunt obiectæ. Vnde conſequens fit, vt duo pariter modi ex parte cognoſcentis diſtinguantur; qui, licèt realem aliquam inter ſe habeãt differentiam, ad illum tamen primum ambo pertinent

Digitized by Google

tinent eſſendi modum: Nam ſingularia ſecundùm proprium eſſe ſingulare, ad naturam vt obiecta referuntur ſenſitiuam; quæ actus eſt organici corporis; eadem verò vniuerſaliter concepta ad naturam animæ noſtræ pertinent intellectiuam. Humana ſiquidem anima partim eſt coniuncta ea ratione, qua corpus informat, & partim ſeparata; cum à corpore non depẽdeat, ſed de foris veniat, atque ideo potentia gaudeat intellectiua, quæ nullius corporis eſt actus; & ob eandem cauſam, quæ ſunt in materia, à materiæ conditionibus abſtrahendo cognoſcat.

Itaque hi duo cognoſcentium modi, nimirum ſenſitiuum, & intellectiuum realem habent inter ſe differentiam; cum illud ſit dependens à materia, hoc autem minimè; illud ſingulariter, hoc verò vniuerſaliter cognoſcat. Ad vnum nihilominus eſſendi modum pertinent; quia neutrum eorum in ſuo eſſe completo in rerum natura ſine materia ſubſiſtit; cum anima tam intellectiua, quàm ſenſitiua ſit materiæ forma, & quod quid erat eſſe, & perfectio corporis phyſici. Ex dictis perſpicuè ſequitur modum eſſendi naturæ cognitæ nunquam excedere modum naturæ quidditatiuè, & naturaliter cognoſcentis.

Cur in quidditatiua cognitione naturali neceſſe ſit modum eſſendi rei cognitæ non excedere modum eſſendi naturæ cognoſcentis.

POſtremò breuiter apperienda eſt propria radix, ex qua pendet veritas maioris propoſitionis, & totius huius diſcurſus S.Thomæ, ac ſolutio omnium argumentorum.

Caietan. Prima naturæ cognoſcentis origo, ac primæua radix, vt hic ſcitè notat Caietanus, in eo poſita eſt; vt ſua non tantùm ſit eſſentia, ſed in aliorum transformetur naturas, & fiat alia. Et quoniam alia fieri non vno tantùm modo contingit; idcircò iuxtà diuerſos modos, quibus naturam cognoſcitiuam alia contingit fieri, diſtincti conſurgunt cognoſcentium ordines. Pendet autem differentia modorum eſſendi alia ex diuerſis gradibus, ordinibus, ſiuè modis ipſarum cognoſcentium naturarum, non autem è conuerſo; ideſt diuerſitas naturarum cognoſcentium non pendet ex diuerſis modis eſſendi alia. Fit autem, vt ſupra diximus, naturalis cognitio iuxtà modum, quo naturaliter cognoſcens eſt ipſum cognitum. Itaque poſtremũ ex primo deducendo, ſequitur naturalis notitiæ modum, ſiuè menſuram ex ipſa cognoſcentis natura deriuari, vt diſcurrendo per ſingulos cognoſcentium ordines ſæpè deducit Caietanus. Cum igitur cognitio fiat, ſecundùm quod cognitum eſt in cognoſcente, ſiuè quatenus cognoſcens eſt ipsũ cognitum, cognitum autem ſit in cognoſcẽte, vel potius cognoſcens ſit ipſum cognitum ſecundùm modum naturæ cognoſcentis; neceſſariò ſequitur cuiuſuis cognoſcentis notitiam naturalem effici iuxtà modum ipſius cognoſcentis naturæ.

Vbi obſeruandũ eſt non eſſe neceſſariam æqualitatem vtriuſque modi, videlicet rei cognitæ, & cognoſcentis; neque hanc requirit S.Thom. Sic n. Deus alia à ſe cognoſceret, nec Angelus mate rialia. Neceſſe tamen eſt, vt cognitum non ſit al- tioris ordinis in eſſendi modo, quam cognoſcens; nam tunc non poſſet ex proprijs viribus à cognoſcente videri; ideſt quidditatiuè cognoſci. Poſſent hæc faciliori, ac breuiori methodo declarari. Nã cùm rem aliquam cognoſcimus, quinque ſunt in nobis; nimirum natura cognoſcens, intellectus, ſpecies, actus intelligendi, & obiectum in eſſe intelligibili repræſentans obiectum ad extra; quæ omnia neceſſe eſt adinuicem eſſe proportionata: Nam intellectus naturæ commenſuratur, ſpecies intellectui, actus ſpeciei, obiectũ autem interius actui; & extrinſeco obiecto neceſſe eſt proportionari, vt perfecta, & quidditatiua ſit obiectę rei notitia. Igitur de primo ad vltimum iuxtà proportionem; & modum naturæ erit etiam modus obiecti connaturalis. Quo fit, vt excedente obiecti modo rei cognoſcentis naturam, non poſſit ex naturæ viribus quidditatiuè cognoſci.

Videndus eſt Capreolus in 4. ſent. diſtin. 49. q. 4. artic. 3. in reſponſione ad argumenta Scoti: Et Ferrar. in tertiò cont. gent. cap. 52. & Albertin. in prima ſua quæſtione philoſophica Dubio primò latè diſputat de hac materia, vide etiam ea, quæ diximus in tertia parte, quæſt. 1. art. 2. contr. 1.

Proponuntur cenſuræ, & argumenta Molinæ contra diſcurſum D. Thom. & confutantur.

LVdouicus Molina ſuum de diſcurſu D. Thom. iudicium proferens duo dicit. Primum eſt, poſſe defendi eo modo, quo defenditur à Caietano. Secundum eſt, in eo ſe non videre multum euidentiæ ad probandum inſtitutum. Moneturq; ad id tribus rationibus, nunc adducendis, & ſoluendis; ſed latius in articulo ſequenti confutandis.

Prima ratio eſt. Si per impoſsibile daretur intellectus creatus, cui naturale eſſet lumen gloriæ, viſio diuinæ eſſentiæ eſſet ei naturalis; & tamen adhuc modus eſſendi diuinæ eſſentiæ excederet modum eſſendi talis rei creatæ; ergo exceſſus quo ad modum eſſendi alicuius rei non eſt euidens argumentum ad probandum eam non poſſe cognoſci naturaliter à re, quæ exceditur.

Reſpondetur. Antecedens contradictionem inuoluere: Nam, ſi lumen gloriæ eſſet connaturale intellectui creato iã ille non eſset intellectus creatus, ſed diuinus: & conſequenter eiuſdem modi eſſendi cum diuina eſsentia; è contra verò, ſi eſt intellectus creatus; non poteſt eſse ei connaturale lumen gloriæ; vt fuſius oſtendemus in articulo ſequenti.

Cum igitur ex illo antecedente ſequatur vtraq; pars contradictionis, nihil ex eo ſolidi, aut certi poteſt deduci.

Secundò ſic arguit. Intellectus illuſtratus lumine gloriæ naturaliter videt Deum, & tamen modus eſsendi diuinitatis excedit modum eſſendi totius coniuncti ex intellectu, & lumine gloriæ: ergo idem quod prius.

Re-

A Reſpondetur videre naturaliter poſſe dupliciter intelligi: Vno modo ſimpliciter,& abſolutè,vt ſcilicet viſio ſit ordinis naturalis, & à principijs merè naturalibus; & in hoc ſenſu falſa eſt prior pars antecedentis: Alio modo, poteſt intelligi;vt viſio illa ſit naturalis ex ſuppoſitione formæ ſupernaturalis, quæ naturalem habet ordinem, ad actum videndi; modo in primo articulo præſentis quæſtionis ſatis explicato; & in hoc ſenſu vera eſt prima pars antecedentis; ſed falſa eſt ſecunda pars: Nám intellectus illuſtratus lumine gloriæ eſt eiuſdem ordinis,nempè diuini cum diuina eſſentia.Et præterea etiam admiſſa illa ſecũda parte antecedentis nihil ſequitur aduerſus doctrinā B S.Thom.nam illa propoſitio,*ſi modus eſſendi rei cognitæ excedit modum naturæ cognoſcentis, cognitio illius rei erit ſupra naturam cognoſcentis*, intelligitur, vt ſupra diximus de cognitione quidditatiua poſſibili ex viribus naturæ, quæ cognitio eſt naturalis ſimpliciter.

Tertiò ſic argumẽtatur. Per accidens eſt,vim, quæ concurrit ad cognitionem eliciendam, eſſe naturalem,aut ſupernaturalem; ergo, ſi quando cognitio eſt ſupernaturalis,exceſſus in modo eſſēdi rei cognoſcendæ non impedit cognitionem; vt patet,quando intellectus,& lumen gloriæ concurrunt; ſanè neque impediet, quando eſt naturalis. C

Nota ſolutionem.

Ad hoc argumentum reſpondetur dupliciter: Primò de cognitione quidditatiua alicuius rei nos dupliciter loqui poſſe:Vno modo abſolutè: & hoc modo per accidens eſt,quòd vis, quæ ad talē cognitionem eliciendam concurrit naturalis, vel ſupernaturalis ſit;nam vndecumque proueniat,erit cognitio quidditatiua; exempli gratia,per accidens eſt, quòd cognitio quidditatiua corporis celeſtis ſit in meo intellectu per lumen naturale, vel quòd ab alio cognoſcatur per lumen ſupernaturale à Deo infuſum; & ſimiliter cognitio quidditatiua diuinæ eſſentiæ habetur à Deo per vim intellectus diuini naturalē; habetur autem à Bea- D tis per vim intellectus ſupernaturalem. Et hoc modo per accidens eſt, quod cognitio quidditatiua diuinæ eſſentiæ ſit per vim naturalem, aut ſupernaturalem.

Alio modo poſſumus loqui de cognitione quidditatiua alicuius rei in ordine ad tale cognoſcēs, vel ad talem intellectum.Et hoc modo falſum eſt, quòd ſit per accidens, vim, quæ concurrit ad eliciendam talem cognitionem,eſſe naturalem, vel ſupernaturalem: Nā datur aliqua cognitio quidditatiua alicuius obiecti, quæ in ordine ad talem intellectū vendicat ſibi per ſe, quòd ſit à vi ſupernaturali,& nullo modo per accidens poſsit eſſe à E vi naturali. Hæc verò eſt omnis cognitio quidditatiua obiecti ſuperioris ordinis ad cognoſcentē; de quo inquit S.Thom.quòd excedit in modo eſſē di naturā cognoſcentis,verbi cauſa,cognitio Angeli quidditatiua in ordine ad intellectum humanum, vt cognoſcentem vendicat ſibi per ſe, quod ſit à vi ſupernaturali, & nullo modo poteſt eſſe à vi naturali. Multò magis cognitio quidditatiua diuinæ eſſentiæ reſpectu cuiuſcunque intellectus creati.

Reſponſio formalis.

A Ad argumentum igitur in forma reſpondetur: quòd, ſi loquatur de cognitione quidditatiua abſolutè, conceſſo antecedente negatur conſequentia; quæ nullam omnino habet apparentiam:Si autem loquatur ſecundo modo, negatur antecedēs: nam,vt diximus,quando obiectum excedit in modo eſſendi naturam cognoſcentis, vendicat ſibi per ſe,quòd non poſsit à tali cognoſcēte per vim eius naturalem quidditatiuè cognoſci.

Secundò reſpondetur:Argumentum falſum ſupponere;videlicet intellectum cum lumine gloriæ, & diuina eſſentia, vt forma intelligibili excedi in modo eſſendi generico, aut quaſi generico ab ipſa B diuina eſſentia,vt obiecto;comprehendũtur enim ambo infra latitudinem eiuſdem ordinis, & modi eſſendi,immò,vt ſupra diximus, vnũ ſit aliud.

ARTICVLVS V.

Vtrum intellectus creatus ad videndum Dei *eſſentiam aliquo creato lumine indigeat.*

59 3.cont. ca. 51. 52. & 55. Et op. 3.cap. 105. & 4. d. 49. q. 2. art. 7. & ver. q. 3. art. 3. 14.

AD quintum ſic proceditur. Videtur, quòd intellectus creatus ad videndum eſſentiam Dei aliquo lumine creato non indigeat. C Illud enim, quod eſt per ſe lucidum in rebus ſenſibilibus,alio lumine non indiget,vt videatur; Ergo nec in intelligibilibus; Sed Deus eſt lux intelligibilis; Ergo non videtur per aliquod lumen creatum.

Præterea:Cum Deus videtur per medium, non videtur per ſuam eſſentiam; Sed cum videtur per aliquod lumen creatum,videtur per medium; Ergo non videtur per ſuam eſſentiam.

3 Præterea: Illud, quod eſt creatum,nihil D prohibet alicui creaturæ eſſe naturale: Si ergo per aliquod lumē creatum Dei eſſentia videtur,poterit illud lumen eſſe naturale alicui creaturæ. Et ita illa creatura non indigebit aliquo alio lumine ad vidēdum Deum. Quod eſt impoſsibile; Non eſt ergo neceſſarium, ꝙ omnis creatura ad videndum Dei eſſentiam, lumen ſuperadditum requirat.

Sed contra eſt, quod dicitur in Pſal. In lumine tuo videbimus lumen.

Reſpondeo. Dicendum, quòd omne, quod eleuatur ad aliquid, quòd excedit ſuam naturam,oportet,quòd diſponatur aliqua diſpo- E ſitione,quæ ſit ſupra ſuam naturam.Sicut,ſi aer debeat accipere formam ignis,oportet, quòd diſponatur aliqua diſpoſitione ad talem formam.

Cum autem aliquis intellectus creatus videt Deum per eſſentiam, ipſa eſſentia Dei ſit forma intelligibilis intellectus.Vnde oportet, D. 910. quòd aliqua diſpoſitio ſupernaturalis * ei ſu- D. 935.

 perad-

Digitized by Google

peraddatur ad hoc, quòd eleuetur in tantam ſublimitatem.

Cum igitur virtus naturalis intellectus creati non ſufficiat ad Dei eſſentiam videndam, vt oſtenſum * eſt, oportet, quòd ex diuina gratia ſuperacreſcat ei virtus intelligendi.

Ar. præced.

Et hoc augmẽtum virtutis intellectiuæ illuminationem intellectus vocamus, ſicut, & ipſum intelligibile vocatur lumen, vel lux. Et iſtud eſt lumen, de quo dicitur Apoc. 21. quòd claritas Dei illuminabit eam, ſcilicet ſocietatem beatorum Deum videntium.

Et ſecundùm hoc lumen, efficiuntur deiformes, ideſt Deo ſimiles; ſecundùm illud primę Ioan. 3. Cùm apparuerit, ſimiles ei erimus, & videbimus eum ſicut eſt.

In 4. d. 49.

Ad primum ergo dicendum, quòd lumen creatum, eſt neceſſarium ad videndum Dei eſſentiam, non quòd per hoc lumen, Dei eſſentia intelligibilis fiat, quæ ſecundùm ſe intelligibilis eſt; ſed ad hoc, quòd intellectus fiat potens ad intelligendum per modum, quo potentia fit potentior ad operandum per habitum.

D. 361.

Sicut * etiam & lumen corporale neceſſarium eſt in viſu exteriori, inquantùm facit medium tranſparens in actu, vt poſsit moueri à colore.

Ad ſecundum dicendum, quòd lumẽ iſtud non requiritur ad videndum Dei eſſentiam, quaſi ſimilitudo, in qua Deus videatur; ſed quaſi perfectio quædam intellectus confortãs ipſum ad videndum Deum. Et ideo poteſt dici, quòd non eſt medium, in quo Deus videatur: ſed ſub quo videtur. Et hoc non tollit immediatam viſionem Dei.

Ad tertium dicendum, quòd diſpoſitio ad formam ignis, non poteſt eſſe naturalis, niſi habenti formam ignis. Vnde lumen gloriæ non poteſt eſſe naturale creaturæ, niſi creatura eſſet naturæ diuinæ: quod eſt impoſsibile. Per hoc enim lumen fit creatura rationalis deiformis, vt dictum eſt.

Ratio ordinis, & ſenſus quæſiti.

CVm non poſsit creatus intellectus per ſua naturalia ſola diuinam eſſentiã intueri, vt deductum eſt in articulo præcedenti; conſequens erat, vt quęreretur de virtutis augmento ſupernaturali, quod lumen nũcupamus, quo valeat Deum per eſſentiam cõtemplari. Sed ſingulorum declaratio terminorum ad præſentis articuli doctrinam patentius additum reſerabit.

Subiectum quæſiti eſt, *intellectus creatus*, qui dupliciter ſumi poteſt: Vno modo pro intellectu creato actu tantum exiſtente: Alio modo, pro quouis

A intellectu ſiuè creato, ſiuè creabili per diuinã potentiam, quæ poteſt alios intellectus nobiliores vſque in infinitum creare. Hoc poſteriori modo ſumitur terminus ille *creatus*, vt hic aduertit Caietanus: nam etiam ratio D. Thom. in corpore vniuerſalis eſt, & concludit de quolibet intellectu ſiuè creato, ſiuè creabili.

Secunda particula eſt *lumen creatum*. Quo neceſſariò ſignificatur lumen ſupernaturale; cum iã probata ſit luminis naturalis infirmitas. Vlt. terminus eſt verbum illud, *indigeat*, quo denotatur neceſsitas non ad benè, vel melius eſſe tantùm, ſed ſimpliciter ad finem hunc acquirendum, qui eſt

B beata viſio.

Forma Textus.

COnclusio eſt. Intellectus creatus eget lumine creato ſupernaturali ad viſionem diuinæ eſſentiæ. Probatur. Intellectus creatus eget diſpoſitione, quæ ſit ſupra ſuam naturam ad videndam diuinam eſſentiam; ergo eget lumine creato ſupernaturali, &c. Probatur conſequentia: quia hæc diſpoſitio ſupernaturalis, nihil aliud eſt, quàm lumen gloriæ.

Probatur hoc antecedens: quia hoc augmentum virtutis intellectiuæ vocatur illuminatio. Declaratur; quia & ipſum intelligibile vocatur lumen, vel lux. Deinde probatur auctoritate ſacræ ſcripturæ Apocal. 21. Claritas Dei illuminabit eam, ſcilicet ſocietatem beatorum

C *Deum videntium. Et primæ Io. 3. Cum apparuerit, ſiue ſimiles ei erimus, & videbimus eum ſicuti eſt. Vbi D. Io. tradit proprium effectum luminis gloriæ, qui eſt facere deiformes. Antecedens autem principale ſic probatur: omne, quod eleuatur ad aliquid, quod excedit ſuam naturam, oportet, vt diſponatur aliqua diſpoſitione, quæ ſit ſupra ſuam naturam; ſed intellectus videns Deum eleuatur; & ergo. Maior propoſitio huius argumenti probatur exemplo aeris; qui, vt accipiat formam ignis, neceſſe eſt, vt diſponatur aliqua diſpoſitione ad talem formam. Minor autem probatur; quia, cum intellectus creatus videt Deum per eſſentiã; ipſa eſſentia Dei fit forma intelligibilis intellectus; ergo. Probatur cõſe-*

D *quẽtia: quia eſſentia Dei excedit naturã intellectus creati. Probatur hoc aſſumptum. Ex præcedenti articulo: quia virtus intellectus creati non ſufficit ad eſſentiam Dei videndam; ergo intellectus creatus, cum videt Deum per eſſentiam, eleuatur ad aliquid, quod excedit ſuam naturam.*

Prima Controuerſia.

De neceſsitate, & effectu luminis gloriæ.

Sententiæ Expoſitorum.

E QVi docent diuinam eſſentiã nõ vniri beatorũ mentibus in ratione formæ intelligibilis, hi conſequenter negant lumen gloriæ neceſſarium eſſe ad vniendam diuinam eſſentiam, vt formam in actu primo cum intellectu Deum videntis.

Affirmant autem neceſſarium eſſe, vt eo mens eleuata viſionis actum eliciat. Ita ſentiunt Molina, Vaſquez, Salas prima ſecundæ quæſtione tertia, tract. ſecundo, diſp. 5. ſectione 3. & Suarez de attri-

Molin. Vaſquez. Salas. Suarez.

Digitized by Google

attributis negatiuis Dei, cap. quintodecimo; quo loco recenſet quinque modos dicendi circa neceſſitatem, & officium luminis gloriæ; ex quibus primum ſolùm approbat, reliquis omnibus reiectis. Et quoniam, qui minus probabiles ſunt, ſatis remanent prædicti authores rationibus confutati, non eſt, cur in eis recitandis, ac refellendis laborẽ inſumamus; ſed ex ſolida, ac valdè profunda præſentis articuli doctrina additis alijs S. Tho. apertioribus locis ſtabilienda eſt huius Controuerſiæ veritas, & aduerſariorum obiecta diluenda.

Reſolutio.

Quid ſit eſſe ſupra naturam.

PEndet autem huius articuli declaratio ex pluribus rerum hic ſignificatarum distinctionib. ſunt verò numero ſeptem diſtinguenda. Primum eſt hoc, *quod eſt eſſe ſupra naturam*, quod dupliciter euenit: Nam aliquid eſt ſupra naturã proprij gradus eſſentialis dignitate: quemadmodum inter corpora, quæ ſublimiorem à natura ſortita ſunt locum, ſupra naturam dicuntur eſſe inferiorum. Sed aliquid præterea eſt ſupra naturam efficacitate, ſiuè poteſtate; quia ſcilicet alterius virtutẽ, in alicuius operationis, aut effectus altioris ordinis productione tranſcendit: vt lumen aeri comparatum lõgè nobiliores habet effectus, quamuis illud ſit accidens, hoc verò ſubſtantia. Hoc poſteriori modo intelligenda eſt dictio *ſupra naturam* in illa propoſitione, *omne, quod eleuatur ad aliquid, quod excedit ſuam naturam, oportet, vt diſponatur aliqua diſpoſitione, quæ ſit ſuprà naturam ſuam.* Hoc. n. modo charitas, gratia, lumen gloriæ, & alia ſimilia ſupernaturalia ſunt; quia nimirum vi ſua naturali totius naturæ creatæ, aut creabilis ſuperant facultatem; non ea tantùm ratione; quia quaſdam poſſunt operationes, & effectus emittere, quos tota non valet natura producere; veluti conſtituere naturæ diuinæ conſortem; quod præſtat gratia, Deum, vt finem ſupernaturalem diligere; quod efficit charitas; Diuinam eſſentiam creato intellectui in ratione formæ copulare; quod munus eſt ſingulare luminis gloriæ; ſed ob eam etiam cauſam, quia nullius virtute naturæ fieri, aut ex eius poſſunt principijs emanare. De hoc verò latior erit inferius ſermo.

Dupliciter aliquid ea ſupra naturam.

Quomodo diuina eſſentia ſit forma intelligibilis intellectus creati.

SEcundum diſtinctione declarandum eſt, quomodo diuina eſſentia forma ſit intelligibilis intellectus creati. Diximus enim in articulo ſecundo dupliciter id fieri: Vno modo in actu primo; & ſic non dat intellectui aliquod eſſe ab ipſa diſtinctum; ſed dat ſuum eſſe, quod eſt ipſamet eſſentia diuina: Alio modo, vnitur in actu ſecundo; & hoc modo dat intelligere; quod eſt eſſe formæ intelligibilis perfectè vnitæ intellectui: Nam, vt hic obſeruat Caietanus, diuina eſſentia

A non ſolùm eſt verè forma in eſſe intelligibili intellectus creati Deum videntis, (ſecluſis tamen imperfectionibus;) ſed etiam eſt forma ad modum vltimi termini generationis; cum non ſit forma conſtituens intellectum in habitu, ſed in actu ſecũdo. Conſtat autem, quòd eſſe non ponit in numerum cum forma, cuius eſt eſſe; quia forma, & eſſe non ſunt duo termini generationis, ſed vnus tantùm. Itaque etiam intelligere, quod eſt eſſe formę intelligibilis, non ponit in numerum cum ipſa forma intelligibili, ſed pertinet ad vnum integrum generationis terminum, quo fit intellectus in actu completo.

B Ex his patet ſenſus illorum verborum S. Thom. videlicet. *Cum aliquis intellectus creatus videt Deum per eßentiam, ipſa eſſentia Dei fit forma intelligibilis intellectus. Vnde oportet, quòd aliquã diſpoſitio ſupernaturalis ei ſuperaddatur ad hoc, vt eleuetur in tantam ſublimitatem, &c.* Significat enim S. Thom. lumen gloriæ propter prædictos duos modos vnionis eſſe neceſſarium; nimirum ad diſponendum primò intellectum pro tam excelſa forma recipienda in actu primo prius natura, quàm in actu ſecundo; & deindè ad vires præbendum intellectui; vt poſsit viſionis actum elicere. Et hoc eſt, quod paucis verbis inſinuauit Caietanus, & planis verbis in text. C S. D. expreſsit, tam in corpore, quàm in reſponſione ad primum, & tertium argumentum, & in locis inferius adducendis.

Diſtinguitur forma, & explicatur, quomodo lumen gloriæ ſit vltima diſpoſitio eiuſdem ordinis cum diuina eſſentia.

TErtiũ, quod eget diſtinctione, eſt forma. Quæ duplex eſt; nam quædam eſt principalis, & vltimus terminus generationis, & quędam alia, quę diſpoſitio eſt, & via ad vltimam formam, quæ generationem poſtremò terminat.

D Illa igitur aſſumpta propoſitio. *Omne, quod eleuatur ad aliquid, quod excedit ſuam naturam, oportet, vt diſponatur aliqua diſpoſitione, quæ ſit ſupra ſuam naturam,* probata à D. Tho. exemplo aeris ſuſcipientis formam ignis, intelligenda eſt de eo, ad quod diſponitur ſubiectum tamquam ad formam principalem, & vltimum generationis terminum; non verò de eo, quod diſpoſitio eſt, & via ad vlteriorẽ formã; alioquin, vt arguebat Durandus, eſſet proceſſus in infinitum. Vnde etiam in rebus naturalibus apparet formam ſubſtantialem in materia nõ recipi, niſi præuijs quibuſdam alijs formis accidentalibus, ſiuè etiam ſubſtantialibus, vt in gene-E ratione hominis. Non tamen quælibet diſpoſitiua forma aliam præexigit in materia diſpoſitionẽ, alioquin nullũ eſſe poſſet generationis exordiũ.

Quartò loco diſtinguendum eſt lumen gloriæ. Quod dupliciter poteſt conſiderari: Vno modo, quatenus accidens creatum inhærens intellectui, & hoc modo (inquit Ferrarienſis in tertio con. gentil. cap. 54.) lõgè eſt alterius ordinis, quàm ſit diuina eſſentia; cum ſit (inquit) entitas, non ſolùm diuina natura, ſed etiã omni ſubſtantia inferior:

Ferrarien.

Alio modo, poteſt conſiderari lumen gloriæ, qua ratione eſt vltima diſpoſitio ad ſuſceptionem diuinæ eſſentiæ per modum formæ intelligibilis, & hoc modo (inquit) eſt eiuſdem ordinis cum diuina natura. Quemadmodum diſpoſitio ad formã ſubſtantialem, vt entitas quædam eſt habens eſſe accidentale, non eſt eiuſdem ordinis cum ipſa forma; at quatenus eſt vltima ad ipſam formam diſpoſitio, eſt eiuſdem ordinis; Sed hæc nullam recipiunt dubitationem; cum nulla res ſecundùm ea, quæ communia ſunt pluribus entibus diuerſorum ordinum, poſsit ad aliquem eorum ſpecialem ordinẽ pertinere, ſed tantùm ſecundùm aliquid ſpeciale, in quo cum tali entis ordine conuenit, & ab alio diſtinguitur. Itaque explicandum erat, quomodo lumen gloriæ rationem habeat vltimæ diſpoſitionis, & quomodo vltima diſpoſitio ſit eiuſdem ordinis cum forma, ad quam diſponit. Quod facilè ex ſacris litteris, & doctrina D. Thom. hic, (S. Thom.) & in tertio cont. gent. cap. quinquageſimo tertio, deduci poteſt; quoniam lumẽ gloriæ nil aliud eſt, quàm claritas Dei participata Apocal. vigeſimo (Apoc. 21.) primo, lux ab infinita luce deriuata, Iſaiæ ſexageſimo, (Iſa. 60.) & Ioan. 1. (Ioan. 1.) & Pſalm. 35. (Pſalm 35.) eſt etiam, vt hic docet Sanc. Thom. ***augmentum virtutis eleuans intellectum ad formam ſupernaturalem.*** Si itaque lumen gloriæ eſt participatio diuinæ claritatis, lucis, & virtutis diuinæ mentis, qua ſeipſum Deus per ſeipſum, & alia in ſeipſo contemplatur; ſequitur primò lumen gloriæ in nobis participatum eundem effectum, vt ſibi proprium, ac connaturalem, ad quem per ſe primò eſt ordinatum, exercere, quem modo noſtro intelligendi operatur in Deo; hic verò effectus eſt vnire diuinam eſſentiam cum intellectu vt formam eius intelligibilem, eumq́ue potentem reddere, vt viſionis actum circa eandem eſſentiam vt obiectum eliciat.

Vnde ſequitur ſecundò lumen gloriæ diſpoſitionem eſſe ſupernaturalis ordinis ad prædictos duos effectus: Nam, cum vnio diuinæ eſſentiæ cũ quouis intellectu creato, & viſio eiuſdem quidditatiua nulli poſsit eſſe connaturalis, conſequens etiam eſt, vt lumen gloriæ, ad quod neceſſariò prędicta conſequuntur, ſit etiam ſupernaturalis ad eadem diſpoſitio.

Sequitur tertiò lumen gloriæ ex propria ratione eſſe diuini ordinis, ſicut gratia, & charitas; q̃m ex ſua intrinſeca ratione ad prædictos ſupernaturales effectus ordinatur, & non tantùm extrinſeca agentis operatione.

(S. Thom.) Quod autem prædicta ſint conſona menti San. Thom. conſtat ex tertio cont. gent. capitulo quinquageſimo tertio. Quo loco quatuor affert rationes ad probandam neceſsitatem luminis gloriæ; ex quibus duæ priores probant illud eſſe neceſſarium, vt diuina eſſentia vniatur vt forma intelligibilis creato intellectui; reliquæ autem duæ poſteriores probant eiuſdem luminis neceſsitatem ad eliciendum beatæ viſionis actum. Quarum rationum vim paulo latius explicat idem S. Thom. in quarto ſententiarum, diſtinct. 49. quæſt. 2. art. 6. & de ver. quæſtione octaua, artic. tertio. Dictas

A verò rationes inferius adducemus in noſtrarum concluſionum confirmationem.

Poſtremò ſequitur ex prædictis lumen gloriæ quandam habere infinitatem in ratione diſpoſitionis ob infinitam eſſentiæ diuinæ dignitatem, ad quam diſponit vt formam in intellectu creato recipiendam; propter quam etiam S. Doct. infra quæſt. 25. artic. 6. ad quartum reſpondet dicens: ***Humanitas Chriſti ex hoc, quòd eſt vnita Deo, & beatitudo creata ex hoc, quòd eſt fruitio Dei, & beata Virgo ex hoc, quòd eſt Mater Dei; habent quandam dignitatem infinitam ex bono infinito, quod eſt Deus,*** &c. Nec

B propterea tamen lumen illud attingit vnionem eſſentiæ diuinæ in ſeipſa cum intellectu, ſicut diſpoſitiones ad vnionem animæ rationalis vnionẽ attingunt animæ cum materia ex parte materiæ, vt ait Caiet. infra quæſt. 118. art. 2. in fine commentarij. Ratio diſcriminis eſt; quia anima rationalis, & quælibet alia forma in eſſe reali informans materiam, & informatione, & vnione perficitur, & ita quodãmodo ſubordinatur diſpoſitionibus, à quibus eius vnio cauſatur, eſſentia verò diuina quatenus intellectui vnitur vt forma intelligibilis, nullam ab eo recipit, ſed illi tribuit perfectionem, & habet eius vnio rationem termini, non autem effectus reſpectu luminis gloriæ, hæc enim vnio proximè, & immediatè fit à ſolo Deo præſup-

C poſito lumine glorię veluti diſpoſitione ab eodem inducta.

Diſtinguitur, & explicatur multiplex acceptio luminis gloriæ.

QVintò diſtinguendum eſt lumen gloriæ poſſe dupliciter accipi: Vno modo, pro qualitate quadam à Deo infuſa intellectui ad eum eleuandum, diſponendum, & confortandum, vt ſit capax diuinæ eſſentiæ tanquam formæ intelligibilis, & virtutem habeat ſufficientem ad producendũ viſionis actum; ſiuè talis qualitas intellectui confe-

D ratur per modum habitus; vt communiter docent Doctores ſcholaſtici de lumine, quod mentibus ineſt beatorum in Patria Deum uidẽtium; ſiuè ad modum paſsionis exiguo tempore perdurantis, & corruſcationis inſtar infundatur; ut ſentit S. D. (S. Thom.) de D. Paulo, & Moyſe ſecunda 2. quæſt. 74. articulo quarto, & quæſtione 75. articulo tertio, & cum eo complures ſancti Patres, & ſcholaſtici: Alio modo ſumi põt pro concurſu, ſiuè auxilio ſpeciali Dei eleuantis intellectum Beati ad uiſionem diuinæ eſſentiæ, quæ ſeipſam præſentem ut obiectum conſtituat intellectui abſque eius informatione.

E Hoc uerò auxilium dupliciter intelligi poteſt: Vno modo, ut aliquid ponat in intellectu quaſi ad modum intentionalis qualitatis, quæ duret in intellectu durante motione, & operatione, ſicut plures ſentiunt de uirtute mouentis in inſtrumento recepta, puta in ſerra, quæ durante ſectionis actu perſeuerat; & eo ceſſante deſinit. Et hoc modo coincidit cum priori membro; ſic enim erit qualitas confortans, augens, & eleuans uirtutem

Digitized by Google

tutem intellectus: Alio modo, vt nihil ponat in intellectu, ſed dicat ſolam motionem paſsiuam intellectus, vt à Deo moti ad viſionis actũ; quæ motio nil aliud videtur dicere, quàm ipſum intellectum, quatenus à Deo depẽdet in vidẽdo, & quatenus eidem, vt ſpeciali, & ſupernaturali agenti ſubordinatur, vt latè explicabimus infra in Controuerſia de influxu primæ cauſæ in ſecundas cauſas ad mentem Scoti, à quo non diſcordat S. Doct.

Indicatur diſtinctio augmenti virtutis, & explicatur duplex operationis acceptio.

SExtò. Diſtinguendum eſt virtutis augmentũ, de quo loquitur S. Thom. in hoc articulo, cuius diſtinctionem, & diſtinctorum membrorum explicationem optimè tradit S. Thom. in tertio contra gent. capit. quinquageſimotertio, cuius doctrinam retulimus infra in probatione ſecundæ concluſionis. Vide etiam Ferrarienſ. in dicto capit. & hic Caietanum. — S. Thom. Ferrarien. Caietanus.

Septimò diſtinguendum eſt de intellectiua potentia, quæ duplex eſt, ſcilicet agens, & poſsibilis, & dicendum nõ requiri lumen gloriæ ex parte intellectus agentis, vt exiſtimauit Aureolus apud Capreolum in 4. diſt. 49. q. 4. art. 3. ad argumenta Aureoli tertio loco facta contra ſecundam concluſionem; & Albertus eadem diſtinct. art. 5. & Ricardus art. 2. quæſt. 2. ſed requiritur tantùm ex parte intellectus poſsibilis, cuius ratio eſt; quia propriũ intellectus agentis officium eſt illuminare phantaſmata, & abſtrahere ſpecies, quibus actuetur intellectus poſsibilis confortando etiam intellectum poſsibilem, non ſolùm quando ſpeciebus actuatur, ſed etiam poſt, actuationem illam conſeruando, & præſertim quando intellectus ſpeciebus abſtractis vtitur ad intelligendum. Quod ſi intellectus poſsibilis ſpecies per ſe inditas à Deo receperit, non erit ad earum receptionem, conſeruationem, aut vſum neceſſarium lumen intellectus agentis, & multò minus erit neceſſaria virtus intellectus agentis ad videndum Deum, ſed tota ratio videndi Deum erit ex participatione luminis ſupernaturalis, & vnione diuinæ eſſentiæ cum intellectu, & per conuerſionem ad ſuperiora, ſicut Angelorum cognitio. Cum itaque lumen gloriæ ordinetur ad actum viſionis immediatè, quæ fit per diuinam eſſentiam ſupernaturaliter vnitam intellectui, alienum à ratione eſt aſſerere illud eſſe augmentum intellectus agentis.

Poſtremò diſtinguendę ſunt operationes: Nam quædam vitales ſunt, vt intelligere, velle, & ſentire; quædam autem ſunt non vitales; vt comburere, infrigidare, & moueri. Quæ vitales ſunt, in ſua propria, & intrinſeca ratione claudunt ordinem ad agens proximum, tanquam ad principale operans ſua propria ſibi inhærente virtute. Itaq; contradictionẽ implicat tales operationes eſſe à proximo agente tanquam inſtrumento. Viſio namq; ita actus eſt videntis, vt nulla ratione vidẽs ea viſione dici poſſet, niſi virtutem haberet intrinſecè ſibi, vt formam inhærentem, qua videret. Quod

A hac ratione conuincitur: Nam in omni actione oportet aſsignare aliquod agens principale; ſi itaque viſio aliqua non eſſet à vidẽte proximo, tanquam ab agente principali, ſequeretur Deum, qui principaliter ad viſionem oculum mouet, eſſe videntem per alterius oculum, quod eſt abſurdum, & fatuum. Operationes autem, quæ minimè vitales ſunt, effici poſſunt à proximo operante tanquã inſtrumento, vt patet de operationibus Artificum operantium per inſtrumenta, & de operationibus ſacramentalibus.

Concluſiones deducta, & probata.

B PRima concluſio. Lumen gloriæ neceſſariũ eſt, vt eſſentia diuina vniri poſsit intellectui creato tanquam forma in eſſe intelligibili. Hæc concluſio, licèt plenè conſtet ex prædictis, & ratione D. Thom. in hoc articulo. Probatur nihilominus adhuc duobus argumentis S. Thomæ in tertio cõtra gent. cap. 53. Primùm tale eſt: Impoſsibile eſt, vt id, quod eſt forma alicuius rei, propria fiat alterius rei forma, niſi res illa participet aliquam ſimilitudinem illius, cuius eſt forma propria: ſicut lux nõ fit actus alicuius corporis, niſi aliquid participet de diaphano: eſſentia autem diuina eſt propria forma intelligibilis intellectus diuini, & ei C proportionata; nam hęc tria in Deo ſunt vnum: intellectus, quo intelligitur, & quod intelligitur; impoſsibile eſt igitur, vt ipſa eſſentia Dei fiat intelligibilis forma alicuius intellectus creati, niſi per hoc, quòd aliquam diuinam ſimilitudinem intellectus creatus participat. Hæc igitur diuinæ ſimilitudinis participatio, quæ idem eſt, quod lumen gloriæ, neceſſaria eſt ad hoc, quod Dei ſubſtantia videatur. — S. Tho.

Secundum eſt. Nihil eſt ſuſceptiuum formæ ſublimioris, niſi per aliquam diſpoſitionem ad illius capacitatem eleuetur; proprius enim actus in D propria potentia fit; eſſentia autem diuina eſt forma altior omni intellectu creato; ad hoc igitur, vt eſſentia diuina fiat intelligibilis ſpecies alicuius intellectus creati (quod requiritur ad hoc, vt ſubſtantia diuina videatur) neceſſe eſt, vt intellectus creatus aliqua diſpoſitione ſublimiori ad hoc eleuetur.

Secunda concluſio. Lumen gloriæ neceſſarium eſt, vt intellectus vim habeat ſufficientem ad viſionis actum producendum.

Hæc concluſio probatur duobus argumentis S. Thomæ in dicto cap. 53. — S. Tho.

Primum eſt. Si aliqua duo prius fuerint non vnita, & poſtmodum vniantur, oportet, vt hoc fiat E per mutationem vtriuſque, vel alterius tantùm. Si autem ponatur, quod intellectus aliquis creatus de nouo incipiat Dei ſubſtantiam videre, oportet ſecundùm præmiſſa, vt diuina eſſentia copuletur ei de nouo, vt intelligibilis ſpecies. Impoſsibile eſt autem diuinam eſſentiam moueri; oportet igitur, vt talis vnio incipiat eſſe per mutationem intellectus creati. Quæ quidem mutatio aliter eſſe nõ poteſt, niſi per hoc, quod intellectus creatus aliquam

Digitized by Google

quam diſpoſitionem de nouo acquirat.

Secundum eſt. Nihil poteſt ad altiorem operationem eleuari, niſi per hoc, quod eius virtus fortificatur. Contingit autem dupliciter alicuius virtutem fortificari: Vno modo, per ſimplicem ipſius virtutis intenſionem, ſicut virtus actiua calidi augetur per intenſionem caloris, vt poſsit efficere vehementiorem actionem in eadem ſpecie: Alio modo, per nouæ formæ appoſitionem; ſicut diaphani virtus augetur ad hoc, vt poſsit illuminare, per hoc, quod fit lucidum actu per formam lucis receptam in ipſo de nouo. Et hoc, quidem virtutis augmentum requiritur ad alterius ſpeciei operationẽ conſequendam. Virtus autem intellectus creati naturalis non ſufficit ad diuinam ſubſtantiam videndam, vt ex prædictis patet; ergo oportet, vt augeatur ei virtus, ad hoc, quod ad talem viſionem perueniat. Non ſufficit autem augmentum per intenſionem naturalem virtutis; quia talis viſio nõ eſt eiuſdem rationis cum viſione naturali intellectus creati, quod ex diſtantia viſorum patet, oportet igitur, ut fiat augmentum uirtutis intellectiuæ per alicuius nouæ diſpoſitionis adeptionem.

Augmentum virtutis dup. ex

Et ſicut intellectui reſpectu cuiuſuis obiecti duo conueniunt: ſcilicet eſt ratio potentiæ paſſiuæ receptiuæ ſpecierum; & vis actiua ad eliciendum intellectionis actum circa ipſum intelligibile, poſtquam eius ſpecie fuerit actuatus: Ità lumẽ gloriæ, quod eſt augmentum intellectiuæ virtutis, vtramq; ſortitur rationem, ſcilicet ſuſceptiuæ potentiæ reſpectu eſsentiæ diuinæ vt formæ intelligibilis, & actiuæ virtutis ad eliciendum viſionis actum, poſtquàm fuerit eſsentia diuina vt ſpecies intelligibilis in intellectu recepta.

Tertia concluſio. Si diuinum auxilium ita moueat intellectum Beati, vt nihil reale permanens, vel tranſiens ad modum intentionalis uirtutis in illum influat, ſed in ſola illa actuali dependentia, & ſubordinatione, & motione paſsiua conſiſtat, nec uerè lumen gloriæ eſt, nec illius habet efficacitatem.

Probatur hæc concluſio primò quo ad ſecundã partem, ratione adducta pro ſecunda concluſione: Nam, ſi diuinum auxilium mouens intellectũ, nihil in eo ponit, quod actionem præcedat, uirtus intellectus neutro prædictorum modorum augetur, ſed in ſua naturali uirtute relicta ad actũ ſecũdum impellitur. Qui, cum in propoſito ſit actus uitalis, non poteſt eſſe, niſi à principijs intrinſecis, & conſequenter eiuſdem ordinis cum illis. Cum autem illa ſecundùm ſe ſint ordinis naturalis, neceſſe eſt etiam omnem actum ab eis exeuntem, quouis extrinſeco excitante, aut ſine influxu nouæ formæ, aut uirtutis mouente productum eiuſdem ordinis eſse, ut ſatis etiam patet ex ſingulis probationibus primæ, & ſecundæ concluſionis.

Secundò probatur eadem pars; quoniam ex ea probatione ſequitur manifeſta contradictio, uidelicet intellectum cum tali auxilio Deum uidere, & non uidere. Affirmatiua conceditur ab aduerſarijs, & probatur; quia ad uiſionem efficaciter mouetur intellectus per dictum auxilium. Ne-

A gatiua uerò probatur; quia uiſio eſt actus uitalis; ergo de eius intrinſeca ratione eſt eſſe à principio intrinſeco; at talis uiſionis in intellectu cum tali auxilio nullum eſset principium intrinſecum, ut patet ex dictis; ergo nõ eſſet actio uitalis, & ſic nõ eſset uiſio. Prior autem pars concluſionis manifeſtè ſequitur ex probatione ſecundæ: Nam luminis gloriæ nomine intelligimus, ut inquit S.D. augmẽtum uirtutis, & formam, ſeu diſpoſitionem intrinſecam eleuantem intellectum in operationem naturę uires excedẽtem. Vndè, ſi Scotus excluſa omni ſupernaturali qualitate ſolum auxilium prędictum in beatorum mentibus ſtatuere contendit,

B non uideo, quomodo ſalua fide poſsit ſuſtineri: cũ aduerſus eum clament ſacrarum litterarum oracula in locis ſuperius allegatis, & ſacri Concilij Vienneſis decretum, quod lumen gloriæ determinat eſſe neceſſarium; conſtat autem lumen gloriæ nomen eſse qualitatis, non autem puræ applicationis ad agendum. *Concilij Vienn.*

Communis denique Theologorum ſententia, quam ſacrum Concilium optime nouit, & ad erroris Begardorum condemnationem aſſumpſit, quo ad hoc ſaltem, quod uirtutem aliquam ſupernaturalem ad uidendum Deum in intellectu neceſsariam affirmat, quam Begardi negabant, magni

C ponderis eſt in re præſenti. Et huic fundamento nititur cenſura Capreoli, Caietani, & Ferrarienſis, contra Scotum. *Capreol. Caietan. Ferrar.*

Ex quo ſequitur quarta concluſio. Si nomine diuini auxilij intelligamus ſupernaturalis qualitatis minimè permanentis influxum, non erit error in fide aliam ad modum habitus firmiorem qualitatem negare. In hac concluſione conueniunt communiter moderni ſcholaſtici, & probatur: Vt ait S.Doct. *omne augmentum virtutis ad videndum Deum lumen gloriæ nuncupatur*, at prædictus influxus quoddam eſſet uirtutis augmentum; ergo poſſet appellari lumen gloriæ, quod eſse neceſsarium *S. Tho.*

D decernit Concilium. *Cõc. Vienn.*

Quinta concluſio. Lumen gloriæ, quod determinat ſacrum Concilium Vienneſe eſſe neceſſariũ, qualitas quædam eſt, & forma ſupernaturalis ad modum habitus firmiter inhærens intellectui Deum uidenti.

Hæc concluſio adeo probabilis eſt, ut oppoſitũ exiſtimem abſque temeritate defendi non poſſe, propter prædictas ſacræ ſcripturæ authoritates, & communem Doctorum aſsenſum, & determinationem Eccleſiæ; quæ ſemper in proprio, & magis uiſitato uerborum ſenſu debet intelligi.

Et ex his patet, quid cenſendum ſit de multis,

E quorum quædam affirmat, & quædam negat Io. Salas, prima ſecundę quæſt. tertia, tract. 2. diſput. quinta, ſectione tertia, ad hæc enim collata patebit, quid habeant ueritatis. *Io. Sal.*

Videndus eſt Bannes ſuper hoc articulo, in primo, & ſecundo dubio, & alij moderni expoſitores, & Suarez libro ſecundo de attributis Dei neg. capit. 14. *Bannes. Suarez.*

Ar-

Digitized by Go

Argumenta, & ſolutiones.

Contra primam concluſionem argumentatur Vaſquez.

Vaſquez.

Primò. Forma ſupernaturalis ſuaptè natura nõ indiget diſpoſitione aliqua, & admiſſo formam ſupernaturalem indigere diſpoſitione, debet eſſe forma inhærens; diuina autem eſſentia non eſt inhærens, ſed aſſiſtens; ergo.

Reſpondetur falſam eſſe primam propoſitionẽ, quo ad vtramque partem. Nam & forma ſupernaturalis, quæ eſt vt terminus vltimus generationis, indiget diſpoſitione, vt ſupra probatũ eſt, ſiuè illa forma ſit inhærens, ſiuè non inhærens, dummodo ſit verè forma, qualis eſt diuina eſſentia in eſſe intelligibili.

Secundò impugnat rationem Capreoli pro dicta concluſione, videlicet, ideo neceſſarium eſſe lumen gloriæ, vt intellectus noſter roboratus, diuinam eſſentiam, tanquam ſpeciem recipere poſſit, eo quod diuina eſſentia ſit excellens quoddã obiectũ, ac proinde, niſi facultas roboretur, ipſam nequit ſuſtinere; ſicut viſus non valet recipere alicuius vehementis ſenſibilis ſpeciem, niſi aliquo modo potentior efficiatur; hanc igitur rationem, & exemplum ſic impugnat.

Nullus ſenſus indiget roborari, vt vehementis alicuius ſenſibilis ſpeciem recipiat: nam ſpecies, cum nõ habeat phyſicam aliam actionem, quàm mouere, non poteſt ſecundum ſe aliquo modo facultatem ledere; ergo ſine alia diſpoſitione, ac roboratione poteſt eam ſenſus recipere. Senſum autem non lædi probat pluribus medijs, quæ gratis admittimus.

Ad argumentum igitur. Reſpondetur ſimilitudinem in hoc conſiſtere, quòd ſicut excellens ſenſibile ſuperat ſenſus proportionem: propter quam cauſam remota etiam læſione, non poteſt eius ſpecies diſtinctè repræſentans in ſenſu recipi, niſi eo prius noua virtute roborato; ita diuina eſſentia ſuperexcedit intellectus creati proportionẽ, & ideo neceſſarium eſt ſupernaturale virtutis augmentũ, vt poſſit intellectus diuinam eſſentiam veluti formam recipere.

Suarez.

Contra eandem concluſionem argumentatur Suarez. Primò authoritate S. Thom. diuerſis in locis: nam in hoc (inquit) articulo probat neceſſitatem luminis gloriæ non ex neceſsitate vnionis obiecti viſibilis cum potentia; ſed quia omne id, quod ordinatur ad aliquid, quod excedit ſuam naturã, oportet, quòd diſponatur per aliquid, quod ſit ſupra ſuam naturam. Et in reſpongone ad primum argumentum expreſsè declarat S. Thom. lumen non requiri ex parte eſſentiæ, ſed ad hoc, vt intellectus fiat potens ad intelligendum, & idem docet clarè tertio cont. gent. cap. 51. & 53. & in 4. ſent. diſtinct. 49. q. 2. art. 1. & alijs in locis, ſed clarius quolibet 7. art. 1.

Reſpondetur mirandum eſſe virum excellentis ingenij in verbis planiſsimis D. Thom. locis ab eo allegatis illius meridiana luce clariorem ſenſum non vidiſſe, aut viſum nedum diſsimulaſſe; ſed in

A oppoſitum adhibita violentia retorquere voluiſſe, quid enim clarius verbis illis? *Cum autem intellectus creatus videt Deũ per eſſentiam, ipſa eſſentia Dei fit forma intelligibilis intellectus, vnde oportet, quòd aliqua diſpoſitio ſupernaturalis ei ſuperaddatur, ad hoc, vt eleuetur in tantam ſublimitatem.* Et clariora adhuc ſunt verba eiuſdem S. D. in tertio cont. gen. cap. 51. ratione prima, & ſecunda, quas ſupra adduximus ad probationem concluſionis.

Contra ſecundam concluſionem argumẽtatur Vaſquez. Eſſentia diuina tenet locum ſpeciei ſecundùm Capreolum, & Caietanum; ergo lumen gloriæ erit ſuperuacaneum. Probatur conſequentia; B quia ad eundem effectum plures cauſæ proximè, & propriè concurrere nequeunt, niſi in effectu vnicuique cauſæ ratio aliqua peculiaris reſpondeat; Sed poſito, quòd diuina eſſentia teneat locũ ſpeciei, viſio clara Dei ſecundùm omnem rationem, quam in ipſa excogitare poſſumus, procederet ab intellectu creato, & eſſentia diuina, tanquã à ſufficienti, integro, & proprio principio; igitur ſuperuacaneum erit lumen gloriæ. Minor probatur: Viſio Dei clara triplicem ſubit rationem, prima eſt intellectionis, ſecunda eſt talis obiecti, tertia eſt claritatis; hæ autem omnes ſufficienter aſſignantur tanquam integræ cauſæ intellectui, & eſ- C ſentiæ loco ſpeciei; nam prima eſt ab intellectu, non ab eſſentia, ſecunda, & tertia eſt ab eſſentia; quoniam eſſentia eſt ſpecies, quæ ex natura ſua facit videre Deum clarè, & quidditatiuè. Quòd verò (inquit,) viſio ſit ſupernaturalis operatio, non eſt peculiaris ratio diſtincta à prędictis, eo enim, quòd eſt viſio clara Dei, quæ ſufficiẽter eſt ab intellectu cum eſſentia diuina loco ſpeciei, eſt etiã ſupernaturalis; ac proindè non poſtulat nouã cauſam ad hoc, vt ſupernaturalis ſit.

Reſpondetur falſam eſſe conſequentiam: Ad eius probationem dicitur, maiorem eſſe veram ſecundùm quandam adaptationem, ſiuè appropria- D tionem: Nam, cum actus viſionis, prout eſt in re, ſit vnus, & ſimplex, ſoloque intellectu in plures rationes diſtinctus, videlicet analogam, genericam, multiplicem, & ſpecificam, neceſſe eſt etiam omnes, & ſingulas illius reales, & Phyſicas cauſas totum actum viſionis, prout eſt in re, cauſare. Siquidem totus ille actus intellectio eſt, totus eſt viſio diuinæ eſſentiæ, & totus ſupernaturalis; cum tamen ſingulæ prædictæ rationes abinuicem diſtinguantur formaliter, & pręcisè ſumptæ; & ideo etiam diuerſis cauſis adaptentur. De qua re latius agemus in ſequenti Controuerſia. Ad minorẽ autem argumenti dicimus illam eſſe falſam.

E Ad eius probationem reſpondetur omiſſum eſſe quartum, quod eſt ſupernaturalitas, quæ in lumen glorię, vt in propriam cauſam reducẽda eſt. Ad huius impugnationem negatur aſſumptum; ad eius probationem dicitur formaliter, & præcisè loquendo differre eſſe viſionem Dei claram, & eſſe ſupernaturalem. Vnde non hoc ipſo formaliter, quòd eſt viſio clara Dei, eſt ſupernaturalis, ſed tantùm conſequenter, aut concomitanter. Itaque ſupernaturalitas actus præexigit etiam in virtute

intel-

intellectiua ſupernaturalitatem, alioquin intellectus ſua vi naturali potentiam haberet naturalem ad actus etiam ſupernaturales, & ideo dixit Sanc. Thom. neceſſarium eſſe augmentum virtutis intellectiuæ. Concurrit ſiquidem intellectus ad quamlibet intellectionem propria actiuitate; quæ ſicut ſpecie completur, vt ad talẽ intellectionis rationẽ determinetur, ita neceſſe eſt perfici ſupernaturali virtutis augmento, vt ſupernaturalem actum eliciat, ad quem ſecundùm ſe non habet, niſi potentiam obedientialem.

Secundò reſpondetur viſionem beatam ex hoc præciſè, quòd viſio eſt diuinæ eſſentiæ, non poſſe eſſe intrinſecè ſupernaturalem; quia ſupernaturalitas excellentiam denotat intrinſecam operationis per comparationem ad naturalẽ potentiæ facultatem: quæ propoſito quocunque obiecto non poteſt, niſi actus ſibi proportionatos elicere; alioquin, vt diximus, haberet potentia naturalem propenſionem ad omnes actus. De quo latius in ſequẽti Controuerſia.

Tertiò reſpondetur, admiſſa ſufficientia illa caſum eſſe impoſſibilem, diuinam ſcilicet eſſentiã intellectui abſque lumine gloriæ poſſe copulari; quia neceſſe eſt intellectualem potentiam prius fieri deiformem, vt diuinam eſſentiam intelligibiliter informantem recipiat: vt ſic proprius quodã modo actus in propria recipiatur potentia.

Poſtremò dico falſam eſſe minorem argum. cuius probationis falſa eſt minor quo ad rationem claritatis: Nam viſionis claritas à duobus pẽdet, ſcilicet à lumine virtutem viſiuam confortante, & à ſpecie diſtinctè, & perfectè repræſentante, vt patet in viſione corporea. Nec eadem eſt ratio claritatis ex lumine, & ex ſpecie, ſicut etiã alia eſt claritas ſpeciei, & alia luminis; hæc enim in lucis intenſione, illa verò in repræſentationis diſtinctione conſiſtit, vt patet ex artic. ſequenti.

Secundò arguit, & nititur probare in 6. & 7. c. de mente S. Tho. diuinam eſſentiam non vniri intellectui vt formam intelligibilem loco ſpeciei, ſed lumen gloriæ habere munus ſpeciei. Quæ ex prædictis in hoc, & in 2. art. facilè apparet eſſe falſa, & contra mentem S. D. qui lumen gloriæ vbiq; vult eſſe ſimilitudinem, non quæ repræſentet, aut in qua Deus videatur, vt hic etiam habetur in reſponſione ad ſecundum, ſed quę deiformem, id eſt Deo in forma ſimilem conſtituat; cum lumen gloriæ ſit quædam excellens diuinæ naturę participatio. Eſſentiam verò diuinam eſſe formam intelligibilem intellectus Deum videntis ſecundùm doctrinam S. Tho. adeò iam manifeſtum eſt, vt hoc negare, aut ineruditi, aut impudentis eſſe videatur.

Tertiò. Si lumen complet efficacitatem intellectus, vt viſionem efficiat, ſequitur, Deum habitualiter, vel in actu primo ei repræſentari. Conſequentia probatur; nã ideo aliqua qualitas dicitur hoc modo obiectum reprę́ſentare; quia eſt principium eliciendi viſionem, quæ eſt actualis, & expreſſa obiecti repræſentatio; ergo, cum lumen adiuuet intellectum ad hoc, vt exprimat actualem ſimili-

A tudinem ipſius Dei, congruè ſatis, & conuenienter vocari põt ſpecies impreſſa habitualiter Deũ reprę́ſentans.

Reſpondetur falſam eſſe conſequentiam: Ad probationem negatur aſſumptum, quo ad vtramque partem: Nam non omnis qualitas, quæ principium eſt effectiuum viſionis, eſt repræſentatiua; vt patet de ipſo intellectu, ad cuius virtutis augmentum confertur beatis lumen glorię, vt ſufficiẽtem habeat actiuitatem in ratione potentiæ. Quo fit, vt lumen gloriæ non ſit repræſentatiua qualitas, ſed confortatiua, & perfectiua ad agendum. Nec omne principium eliciendi viſionem repræſẽ-

B tat habitualiter; vt patet in ſpecie oculi noſtri corporei; hæc enim eſt principium viſionis, nec tamẽ habitualiter repræſentat, ſed tantùm in actu ſecundo. Nec verum eſt viſionem eſſe actualẽ obiecti repræſentationem.

Quartò ſi eſſentia diuina concurrit, vt proximum principium viſionis, concurrit naturaliter, quatenus eſt, & non quatenus vult, at Deus ad viſionem concurrere non poteſt, niſi quatenus vult; quo pacto cum omnibus alijs cauſis concurrit; igitur, &c.

Reſpõdetur viſionem à Deo liberè cauſari, qua ratione liberè ſe formam conſtituit intellectus in

C eſſe intelligibili; quo poſito naturaliter operatur cum intellectu.

Sed aduerſus hanc reſponſionem inſtat: Nam, ſi Deus aliquid extra ſe, inquantùm eſt, ageret, non inquantùm vult, illud infinitum in eſſentia produceret. Replica.

Reſpondetur negando ſequelam: Nam ex libera applicatione ad vnionẽ, & cooperationem ſui ipſius cum ſecunda cauſa, quæ eſt intellectus creatus, in ordine ad talem viſionis menſuram non ſequitur, niſi tantæ perfectionis cognitio, modificatur enim, etiam præciſa voluntate ſpeciei intelligibilis operatio iuxta modum creati intellectus

D cum lumine gloriæ, cuius eſt forma, à quo non poteſt effici, niſi finita viſio.

Contra tertiam concluſionem ſunt multa argumenta, quæ ad ſequentem pertinent Controuerſiam; in qua commodius, & euidentius ſolui poterunt.

Reliqua argumenta contra prædictas concluſiones cum ſolutionibus apud expoſitores videãt, qui voluerint; hæc .n. noſtro ſufficiunt inſtituto.

Secunda Controuerſia.

E *An de potentia Dei abſoluta poſſit homo, vel Angelus ſine lumine gloriæ cum ſolo Dei auxilio diuinam eſſentiam intueri.*

Proportionem potentiæ ad actum eſſe ſimpliciter neceſſariam, vt actum recipiat.

HVius quæſtionis ſolutio ex iactis in præcedẽti Controuerſia fundamentis facilè deduci poſſet; Quia tamen inſignes doctrina viri ob nimiam rei difficultatem rationibus vtriuſque partis

Digitized by

tis hinc inde iactati fluctuare videntur, operæpretium duxi Controuerſiam hanc ad pauca quædã ſolidiora fundamenta reducere; vt illis inhærentes ſuperatis dubitationis fluctibus ſtabiles in veritate conſiſtant.

Primò itaque conſiderandum eſt, vt actus ſuæ copuletur potentiæ, neceſſariam eſſe proportionẽ inter talem actum, & talem potentiam; qua deficiente, cum ſimpliciter neceſſaria ſit, nec per diuinam potentiam poterit actus vniri potentiæ: Nã, cum potentia, qua ratione potentia eſt, per ſe primò, & eſſentialiter ordinetur ad actum, & talis potentia ad talem actum, & actus vt actus, eſſentialiter, & per ſe primò reſpiciat potentiam, & talis actus talem potentiam; adeo vt, nec per primam intellectus operationem poſſibile ſit potentiã, vel actum à prædicta relatione ſeiungere; cum intima ſit, nec ſit à potẽtia, vel actu reſpectiuè diſtincta, ſed ſit ipſa rei natura ꝑ ſemetipſã in aliud relata, vt probè docuit Caietanus infra quæſt. 27. articulo 4. & quæſt. 77. art. 3. ſequitur, ita neceſſariã eſſe proportionem inter actum, & potentiam, vt contradictionem inuoluat actuari potentiam nõ prius actui proportionatam.

Caiet.

S. Tho.

Et hoc eſt, quod S. Thom. in pluribus ſuæ doctrinæ locis expreſsit, loquens in ſpecie de proportione neceſſaria inter intellectum creatum, & diuinã eſſentiam vt formam intelligibilem; & præſertim in quarto ſent. diſt. 4. q. 2. art. 6. & de Verit. quęſt. 8. art. 3. & 3. contra gent. cap. 53. vbi docet, potentiam, & actum ſemper accipienda eſſe in eodem genere iuxta doctrinam Ariſt. tertio phyſic. text. 3. & nono metaph. tex. 1. dicentis, quod potentia, & actus diuidunt quodlibet genus entis.

Ariſtot.

Ex quo deducit S. Doct. potentiam creaturę nõ ſe extendere, niſi ad ſui generis formam. Vnde nec ſenſus formas intelligibiles, nec intellectus formas ſenſibiles recipit, nec oculus noctuæ lucẽ Solis, niſi confortetur. Et eadem ratione creatus intellectus diuinam eſſentiam vt formam intelligibilem nunquam recipiet, niſi facta prius per lumẽ gloriæ proportione, qua fit deiformis, & eiuſdem ordinis cum diuina natura. Conſtat autem talem proportionem, cum ad genus cauſæ formalis pertineat, diuina potentia ſuppleri nõ poſſe; alioquin diuina virtute fieri poſſet, vt ſenſus corporeus ſpecies reciperet intelligibiles, ac per eas intelligeret, & intellectus calefieret, & dealbaretur; quæ omnia ſimpliciter impoſſibilia, & abſurda ſunt.

Quo ordine concurrant ad actum viſionis eſſentia, & lumen gloriæ.

SEcundò ſciendum eſt primã intellectus actualitatem ad viſionem eliciendam non ex diuina eſſentia, vt ſpecie itelligibili; ſed ex lumine gloriæ dependere; quia lumen ſe tenet ex parte potentiæ, vt eius augumẽtum, & virtus, & ideò, ſicut intellectus prior eſt ſpecie, ita vis eius, & actualitas eam præcedit: & cum lumen hoc, ad nihil aliud ordinetur, quàm ad viſionem eſſentiæ Dei, non concurrit ad viſionem vt principium vniuerſalius, q̃

A ſit eſſentia diuina in ratione ſpeciei, ſicut neq; cõcurſus eius præintelligitur concurſui eiuſdem eſſentiæ; ſit enim vnum viſionis principium ex lumine, & eſſentia; ita vt lumen ſe teneat ex parte potẽtię, eſſentia verò ſe teneat ex parte obiecti, nec poſſit eſſentia ſine lumine, nec lumen abſque eſſentia viſionem elicere; indiget enim lumen per eſſentiã diuinam determinari. Et quamuis luminis actualitas ex parte potentiæ præcedat actiuitatem eſsẽtiæ reſpectu viſionis, ſimpliciter tamen prior eſt eſſentiæ actualitas; quia per hãc determinatur luminis actualitas, vt diſpoſitio, & materia per formam. Sed quoniam efficientia primariò conuenit B intellectui per lumen actuatũ, ſecundariò verò eſſentiæ, ideò actiuitas luminis quoad efficientiam præcedit actiuitatem eſſentiæ: nec tamen luminis efficacitas principalior eſt; quia lumen ſecundùm ſe, & vt antecedit eſſentiam, non habet ſufficientẽ actiuitatem ad eliciendum viſionis actũ, ſed indiget ab eſsentia determinari.

Lumen gloriæ non concurrere cum intellectu, vt determinatiuum viſionis, nec vt partialem cauſam, vel adiuuantem tantùm; ſed vt totalem in ordine ſuo, & immediatam.

C TErtiò aduertendum eſt, quod lumen glorię nõ concurrit cũ intellectu beati, vt determinans viſionem; nec vt cauſa partialis, vel tantùm adiuuans: ſed vt cauſa totalis in ordine ſuo, & immediatã cum intellectu. Manifeſtantur, & probantur ſingula. Et primò lumen gloriæ nõ hoc modo cõcurrere, vt ſit determinans viſionem ad talem viſionis ſpeciem, probatur autboritate S. Tho. in 4. ſent. diſt. 49. q. 2. art. 1. ad quintumdecimum; vbi ſic ait; *Medium ſub quo videtur, eſt quod perficit viſũ ad videndum in generali non determinans viſum ad aliquod ſpeciale obiectum; ſicut ſe habet lumen corporale ad viſum corporalem, & lumen intellectus agentis ad intellectum poſsibilem.* Hæc S. Thom. Cum itaq; D lumen gloriæ, vt ibidem dicit S. Thom. ſit medium ſub quo, liquido ſequitur viſionem beatificam lumine gloriæ ad ſpeciem non determinari; ſed per diuinam eſsentiam tanquam ſpeciem, & obiectũ, ſicut & reliquæ operationes per obiecta propria, & intrinſecas formas, quæ ſunt rationes operãdi, ſpecificatur, vt docet S. Thom. 1. 2. q. 1. art. 3.

Lumẽ gloriæ non determinat viſionem. S. Thom.

Quòd verò lumen gloriæ non concurrat vt partialis cauſa, vt arbitrãtur Molina, & Salas 1. 2. qu. 3. tract. 2. diſput. 5. ſect. 5. probatur: Eodem modo ſe habet videns Deum, aut eius intellectus cum lumine gloriæ, quemadmodum ſe habent reliqua agentia cum ſuis virtutibus ad operandum; vt Sol E cum lumine, & ignis cum calore; at hæc agentia cum ſuis virtutibus non concurrunt vt cauſę partiales; ergo neque videns Deum ſimul cum lumine cõcurrit vt cauſa partialis. Maior probatur ex dictis; quia lumen gloriæ eſt augmentum virtutis, illiuſque perfectio, & complementum ſe tenens ex parte intellectiuę potẽtiæ; eo ſi quidem eleuatur, & ſit potens elicere viſionem ordinis ſupernaturalis: ad quam nullam per ſe habebat facultatem.

Lumẽ gloriæ non eſt cauſa partialis contra Molinã, & Salas

Minor

Digitized by

Minor autem euidens eſt; quoniam lux in Sole, & calor in igne ſunt rationes agendi reſpectu totius effectus, puta luciditatis, vel caloris producti.

Secundo, quælibet cauſa partialis denominatur ſaltem partialiter ab effectu, & ab actione; ſicut pluribus trahentibus nauim, vnuſquiſque eorum dicitur trahens; at lumen gloriæ nulla ratione poteſt denominari à viſione videns; Et hoc eodem medio probatur ſpeciē non eſſe viſionis cauſam partialem, cū nec ipſa verè poſſit dici vidēs.

Species nō eſt cauſa partialis.

Tertiò. Hæc eſt natura cauſæ partialiter concurrentis; vt totius coniuncti, ſeu aggregati, ex duabus, ſiuè pluribus partialibus cauſis operationem, & effectum adæquet, ſi fuerit illius facultas per augmentum ad æqualitatem virtutis totius ſimul aggregati perducta: vt ſæpè repetit Ariſtot. 7. & 8. phyſ. At quantumuis augeatur facultas intellectus creati per intenſionem, nunquā poterit viſionem producere; neque etiam lumen gloriæ quantumuis intenſum fuerit, id per ſe ſolum præſtare poterit; ergo.

Natura cauſæ partialis.

Ariſtot.

Quartò cauſæ partiales eiuſdem ſemper ſunt ordinis, nec altera illarum in aliam influit per ſe loquendo, ſed ambæ in effectum; nec vlla earum eſt per ſe ſufficiens in ſuo genere, & in ſuo ordine; at intellectus, lumen, & ſpecies ſunt diuerſorū generum, & quodlibet eorum ſufficiens eſt in ſuo genere, & ordine; igitur non ſunt cauſæ partiales.

Vltimò: lumen gloriæ actuans intellectum ad viſionem ſe habet ad modum formæ ſubſtantialis dantis eſſe ſimpliciter; ſed forma ſubſtantialis totaliter actuat ſubiectum, nec præſupponit, aut relinquit in eo partialem aliquā actiuitatem ad agēdum; Ergo nec lumen aliquam præſupponit, aut relinquit actiuitatem partialem in intellectu reſpectu viſionis. Prima propoſitio ꝓbatur: quia, ſicut forma ſubſtantialis nullum eſſe præſupponit in materia, ſed dat illi eſſe ſimpliciter, ita lumen gloriæ non præſupponit eſſe ſupernaturalis ordinis in intellectu, ſed eleuando ipſum ad ordinem ſupernaturalem dat ei eſſe ſimpliciter in tali ordine. Secūda propoſitio eſt euidens ex philoſophia. Sed obſeruandum eſt lumen gloriæ, & quodlibet accidens ſupernaturale ita perficere intellectum, ſeu potentiam ad operandum, vt nec illi, nec ſubſtantiæ operāti ſubordinentur, ſed ſoli Deo, à quo immediatè veluti à prima radice, & quaſi vniuoca cauſa deſcendit.

Radix autem opinionis prædictæ in eo videtur poſita: quòd non diſtinguit dictus expoſitor inter cauſam partialem, & partem integræ cauſæ: nec inter cauſam inadęquatam, & cauſam partialem, nec inter cauſam non per ſe ſufficientem, & cauſā partialem: Nam materia, & forma, cor, caput, & pedes concurrunt ad ambulandum, vt partes vnius integræ cauſæ; non tamen vt cauſæ partiales: Deus, & creaturæ concurrunt ad agēdum puta ad intelligendum, & merendum, vt duæ cauſæ inadæquatæ, quarum neutra per ſe ſufficit ad talem effectum; nec tamen concurrunt, vt partiales cauſæ, ſed ut totales in ſuo ordine; ſicut etiam Sol, & homo generant hominē ut duæ totales cauſæ diuerſorum ordinum.

Nota differentiam.

A Et eiſdem ferè medijs probari poteſt, lumē, & ſpeciem cum intellectu non concurrere, ut cauſas adiuuantes: Nam cauſa adiuuans ſonat cauſam efficientem extrinſecam à principali ſeparatam, & eidem ſubordinatam: Nam, ut notat S. Thom. 5. metaph. tex. 2. lect. 2. *in hoc differt cauſa adiuuans à principali, quòd principale agens agit ad finem proprium, adiuuans autē ad finem alienum; ſicut qui adiuuat Regem in bello, operatur ad finem Regis.* Et hæc eſt, inquit S. Tho. diſpoſitio cauſæ ſecundariæ ad primam: At lumen gloriæ non eſt extrinſeca cauſa à principali agente ſeiuncta, nec eidem ſubordinata; ſed illi, ut forma, uirtus, & ratio agendi intimè copulata, non erit igitur cauſa adiuuans, ſicut nec partialis, ſed pars integræ cauſæ, & in ſuo ordine, cauſa totalis, ut in ſuperiori Controuerſia ſatis oſtendimus.

Lumen, & ſpecies non ſunt cauſæ adiuuātes.

D. Thom.

B

Quòd denique lumen gloriæ ſit cauſa, uel principium immediatum uiſionis, probatur; quia concurrit ad uiſionem, ut augmentum uirtutis, quo perficitur intellectiua facultas, ut ſit potentia, & principium ſupernaturale proportionatum diuinæ eſſentiæ ueluti formæ intelligibili, & uiſioni tamquam operationi ſupernaturali; igitur lumen gloriæ eſt principiū uiſionis immediatum. Sequela probatur; quia ſupernaturalis operatio eſt immediatè à potentia ſupernaturali: alioquin actus eſſet à principio immediato ſibi minimè proportionato; cum intellectus abſque lumine gloriæ nullam habeat cum uiſione beata proportionem.

Lumē gloriæ eſt principium immediatum uiſionis.

C

Viſionis beatæ vitalitatem, & ſupernalitatem eſſe ab intellectu, & lumine gloriæ, vt proximis, & totalibus cauſis. Et duplicem eſſe diuinam motionem.

QVartò recolendum eſt illud, quod in præcedēti Cōtrouerſia diximus, nimirum de ratione cuiuslibet actus uitalis eſſe, ut procedat à cauſa proxima, tanquam ab agente principali operāte per intrinſeca ſua principia. Cum itaque uiſio illa beatifica ſit actio uitalis, neceſſe eſt, ut procedat ab intrinſeco principio ſibi proportionato; hoc autem eſt intellectus lumine gloriæ illuſtratus ratione, & modo ſuperius expoſito. Vbi diligēter obſeruandū eſt in uiſione duo illa intimè claudi, ſcilicet uitalitatem, & ſupernaturalitatem; quę ſecundùm quandam appropriationem, ſiuè adaptationem in duo ſolent reduci principia, uidelicet in intellectum, & lumen gloriæ; ut ab intellectu procedat uitalitas, à lumine uerò gloriæ ſupernaturalitas.

D

Sed quoniam intellectus illuſtratus, & factus deiformis per lumen gloriæ eſt unum perfectum principium ſupernaturale uiſionis ſupernaturalis ſimpliciſsimæ; hinc fit, ut ſupernaturalitas uitalitatem intimè imbibat, ſitque uitalitas ſupernaturalis, & ſupernaturalitas uitalis. Quamobrē, quod unius erit principium, erit pariter & alterius; & erit utrunque, ſcilicet uitalitas, & ſupernaturalitas ab intellectu, & utrumq; à lumine gloriæ; quēadmodum etiam intellectio naturalis tota eſt ab intellectu, & tota à lumine naturali, & tota à ſpecie intelligibili.

E

Vitalitas ſupernaturalis, & ſupernaturalitas vitalis.

Pro-

Digitized by Google

Probatur autem ita eſſe; quoniam non alio modo concurrit lumen, quàm vt principium formale,& ratio agendi potentiæ intellectiuæ,vt eius cõplementum ſe tenens ex parte ipſius potentiæ: at quod eo modo concurrit ad agendum, immediatè concurrit; & totius eſt cauſa operis modo ſuo; ergo etiam lumen gloriæ immediatè concurrit ad videndum, & totius eſt viſionis cauſa. Probatur minor: quoniam omnis forma,& diſpoſitio inhærens agit tantùm,vt quo, ſeu vt ratio agendi, non autem,vt quod;at id,quod agit tantùm vt quo,ſiuè vt ratio agẽdi, non ponit in numerum cum ipſo agente,nec cum eius potentia, & præſertim in re propoſita: quia lumen gloriæ eſt augmentum, & perfectio virtutis intellectiuę.Igitur,cum agẽs, & eius potentia immediatè agant, & totius ſint cauſa operationis,ſequitur etiam inhærentem formam,& habitum potentiæ completiuum, qui eſt ratio agẽdi,immediatam, & totalem eſſe cauſam operationis.

Ad cuius ampliorem euidentiam duo ſunt obſeruanda. Primum eſt,in Anima noſtra, & in Angelo duplex eſſe principium vitalitatis actuũ intellectus,& voluntatis: Alterum primum,& radicale,& hoc eſt ipſa animæ, & angeli natura, quæ vita ſubſtantialis eſt, & prima radix, ſeu principium primum omnis operationis vitalis. Alterũ eſt formale, & proximum, & huius generis ſunt intellectus,& volũtas,quæ ſunt naturales animę, & Angeli facultates actuum elicitiuæ. Secundum eſt conuenientia, & differentia habitus acquiſiti, & luminis gloriæ; conueniunt enim in hoc, quòd vtraque potentia naturalis perficitur in ordine ad obiectum,& operationem. Sed differunt:quòd habitus acquiſitus ſolius additæ perfectionis,& habitus officio fungitur,& non eſt,propriè loquendo,augmentum, ſiuè complementum potentiæ; atque ideo nõ additur potentiæ ad ſimpliciter operandum,ſed ad maiorẽ elicitæ operationis perfectionem,ac proindè non confert naturali potentiæ totam actiuitatem, neque propriè loquendo, illam auget,vel complet. At lumen gloriæ augmẽtum eſt virtutis intellectiuæ eam complens,& totam illi conferens actiuitatem, non quidem radicalem,& remotam,ſed proximam in ordine ad viſionẽ beatificam; ita vt vis intellectus naturalis, vt ſic,quę reſpectu naturalis intellectionis eſt potentia proxima,ſit reſpectu viſionis tantùm remota: vt autem per additum gloriæ lumen eſt aucta, atque completa,ſit iam veluti vnum viſionis proximum,& totale principium: Conſiderandum eſt enim,vim intellectus naturalem reſpectu tam excellentis obiecti,quale eſt eſſentia diuina clarè viſa,imperfectam quandam eſſe potentiam, ac per ſe minimè ſufficientem ad actũ quidditatiuę cognitionis circa tam excellens obiectum eliciendum;eo quòd,vt ante diximus,obiectum illud ſit altioris ordinis, nempè ſupernaturalis,atq; ideò non niſi à ſupernaturali potẽtia poſſit videri. Per lumen autem gloriæ intellectus humanus,& Angelicus fit ſupernaturalis,ſicq; proximam acquirit actiuitatem ad illius obiecti viſionẽ,& quidditatiuam notitiam eliciendam.Et quemadmodum in ordine ad viſionem beatificam duplex eſt principium vitalitatis, .ſ. proximum, & radicale,ſic in eadem viſione duplex eſt vitalitas in ordine ad diuinam eſſentiam clarè uiſam: altera proxima, quę eſt à lumine glorię ut formali principio, ex quo ſuam habet perfectionem;& hæc attingit obiectum:Et altera remota,ſeu radicalis,quæ eſt ab intellectuali natura, & eius potentia naturali, ex qua ſuam habet perfectionem, ita ut perfectior intellectus perfectiorem cauſet uitalitatem; ſed hęc pręciſè ſumpta non attingit obiectum.

Salas. Soto. Capreol.

Hic aduertè Ioannem Salas loco ſuperius allegato perperam imponere Soto in 4. ſent. diſt. 49. queſt. 2.art.4. & Capreolo eadem diſtinctione, q. 4.art.3. ad argumẽtum primum Durandi contra ſecundam concluſionem,& Banneſio in hoc artic. quod exiſtimauerint potẽtias in ordine ad uiſionem Dei cõcurrere actiuè per ſolius formę ſupernaturalis actiuitatem, eo modo, quo aqua ſolùm calefacit per calorem receptum ab igne. Et rationem affert; quia Sotus dixit, quòd ſicut aqua non poteſt calefacere ſine calore recepto ab igne, ita nec intellectus poteſt uidere Deũ ſine lumine glorię,quod eſt uirtus ſupernaturalis, qua redditur potens uidere Deum, & addit Sotus intellectum, & lumen non ſe habere,ut duo agentia partialia, ſed ut agens,& rationem agendi. Et idem (inquit Salas) uidetur tenere Capreolus,& Bannes.Sed rectè ponderanti uerba ex Soto relata manifeſtè patet ea oppoſitam ſignificare ſententiam: Nam, ſi lumen eſt intellectui agendi ratio, igitur intellectus erit agens,& non tantùm luminis,& actionis ſubiectum; ſicut patet in cęteris agentibus,tã naturalibus,quàm ſupernaturalibus,& pręſertim vitaliter operantibus.

Sotus.

Capreol. Bannes.

Quomodo autẽ lumen ſit uidendi ratio,& reddat intellectum potentem ad uidendum, & ſimul cum eo concurrat ad actum uiſionis,non ut cauſa partialis,ſatis oſtendimus. Exemplum autem de aqua calorem recipiente, qui eſt calefaciendi ratio,cum tamen aqua nihil operetur ad calefaciendum,ſed tantùm ſe habeat,ut calorem ſuſtẽtans, ad hoc ſolùm deſeruit,ut intelligamus lumen glorię nulli eſſe creaturę connaturale,ſed extrinſecus aduenire, & operationem intellectus ad altioris ordinis obiectum eleuare.

Motio diuina duplex.

Poſtremò obſeruandum eſt,quod in antecedente Controuerſia notauimus, uidelicet, auxilium, ſiuè motionem Dei, quam ponunt aduerſarij ſufficere ad uiſionem ſimul cum intellectu,poſſe dupliciter intelligi: Vno modo, ut nihil omnino ponat in intellectu, niſi ſolùm uſum paſsiuũ, qui eſt applicatio paſsiua intellectus ad intelligendum: Alio modo, ut pręter uſum prędictum intelligatur ponere qualitatem aliquam per modum tranſeuntis receptam in intellectu, qua non tantùm p modum vſus paſsiui,ſed etiam ad modum principij formalis applicetur ad intelligendum. Priori modo intellectus non tranſcendit in actu videndi ordinem cauſæ inſtrumentalis. At poſteriori modo,licèt ſecundùm apparentiam æſtimari poſſit

cauſa

Digitized by Google

cauſa inſtrumentalis, reuera tamen eſt cauſa principalis: cum agat per intrinſecam formam, quãuis fluxibiliter inhærentem.

Concluſiones deducta, & probata.

PRima concluſio. Per Dei omnipotentiam poteſt fieri viſio ſine lumine glorię per modum habitus. Hanc concluſionem communiter tenent Doctores, & expoſitores S. Doct. Et probatur; quoniam intellectus per lumen gloriæ datum per modum paſsionis ſufficienter poteſt eleuari, ac diſponi, vt ſit capax diuinæ eſſentiæ vt formæ intelligibilis, & actum viſionis eliciat; ſicut docet S.Thom. de Paulo, & Moyſe ſecũda ſecundæ, quæſtione 175. artic. 3. & ibidem Caietanus, & ante eos complures Sancti Patres, vt patebit inferius in hac quæſtione, artic. 11. S. Tho. Caietanus

Secunda concluſio. Per concurſum, ſeu auxiliũ Dei ponentem aliquid in intellectu poteſt videri diuina eſſentia.

Probatur: quoniam, quod ponitur per tale auxilium in intellectu nihil aliud eſt, niſi augmentum virtutis; at hoc idem eſt, quod lumen gloriæ, vt ait S.Thom. in hoc articulo, & tertio cont. gent. capit. 53. ergo erit ſufficiens diſpoſitio ad videndam diuinam eſſentiam. S.Thom.

Tertia concluſio. Per auxilium, ſiue concurſum Dei nihil ponentem in intellectu impoſsibile eſt videri diuinam eſſentiam. Hæc concluſio patet ex primo fundamento.

Et probatur primò: Nulla potentia naturalis ex ſua natura vim habet productiuam actuum ſupernaturalium, ſed naturalium tantùm; quoniam hi tantùm naturali potentiæ ſunt proportionati; at ſi ex parte intellectus nulla eſt neceſſaria qualitas eleuans, & complens virtutem actiuam intellectus, ſed extrinſeca tantùm Dei motio, & applicatio, in intellectu erit ſola naturalis facultas; ergo per ſolùm Dei auxilium, ſiue concurſum nihil ponentem in intellectu impoſsibile eſt videri diuinã eſſentiam. Maior ſupra probata eſt in primo fundamento. Minor probatur; quoniam auxiliũ prædictum nihil aliud operatur, niſi meram applicationem ad agendum; omnis autem applicatio potentiæ ad aliquam operationẽ ſupponit in ea virtutem reſpectu talis operationis; ſicut quod applicat ignem ad calefaciendum, ſupponit in eo virtutem calefactiuam; & qui per voluntatem ſuam applicat intellectum ad aliquid intelligẽdum, cogitatiuam ad cogitãdum, & oculum ad videndũ, ſupponit in potentia applicata ſufficientem virtutem ad illam operationem; alioquin, ſi non ſupponeret ſufficientem virtutem in illa, non eſſet ſola applicatio, ſed virtutis collatio, qua potentia vim reciperet operandi.

Et ſicut ſenſitiuum neceſſariò præexigit vegetatiuum vt neceſſariam, & ſubſtantialem diſpoſitionem, & radicẽ; ſic eſſentia diuina vt forma intelligibilis præexigit in intellectu lumen glorię vt neceſſariam diſpoſitionem, & proximum, ac radicale ſuſceptiuum; diſponit enim hoc lumen glorię

A vt tribuens intellectui virtutem quaſi radicalẽ recipiendi eſſentiam diuinam vt ſpeciem, ſeu formam intelligibilem; ad hanc enim formam nullũ habet intellectus ordinem naturalem.

Nec talem virtutem poteſt ſpecies obiecti, aut ipſum obiectum per ſe ipſum informans intellectum ſupplere; quoniam potentia, & obiectum reſpectũ actus intelligendi, non eiuſdem rationis principia ſunt, & in potentia neceſſe eſt ante omnem vnionem obiecti cum illa præexiſtere in ordine ad actum propriam actiuitatem; naturalẽ quidem, ſi naturalis eſt actus: ſupernaturalem autẽ, ſi fuerit actus ſupernaturalis; ergo obiectum, aut
B loco eius ſpecies vnita potentiæ non confert ei illam agendi rationem, quæ ſe tenet ex parte potentiæ, ſed eam tantùm, quæ neceſſaria eſt ex parte obiecti informantis potentiam, vt ſpeciei determinatę producatur operatio. De qua re videndus eſt Suarez libro 4. de attributis Dei negatiuis capit. 15. num. 4. & ſequentibus. Suar.

Argumenta, & ſolutiones.

COntra tertiam concluſionem, omiſsis duabus primis, in quibus neceſſe eſt omnes conuenire, ſunt argumenta Scoti, & Durandi recitata, & ſoluta à Capreolo in 4. ſent. diſt. 49. quæſt. 4. & Caietano; & alijs expoſitoribus ſuper hoc art. Scotus. Durandus Capreolo Caiet. C

Contra eandem concluſionem argumentatur Molina. Lumen gloriæ nõ eſt tota virtus, qua Beati eliciunt viſionem; ergo non repugnat Deum ſupplere efficaciam luminis gloriæ, & ſimul cum intelleetu influere in viſionem; & quemadmodũ lumen gloriæ immediatè influit in viſionem intellectu etiam ſimul ex parte ſua immediatè influente tanquam cauſa partiali, ſic etiam Deus immediatè influat ſupplẽdo efficaciam luminis gloriæ intellectu ipſo pariter immediatã influente. Molina.

Reſpondetur falſam eſſe conſequentiam; quoniam ſupponit vnum falſum in ſecundo fundamẽto confutatum, videlicet lumen gloriæ cauſam eſſe uiſionis partialem cum intellectu, & eundẽ cauſandi modũ poſſe Deo congruere; quod valde abſurdum eſt, vt ſuo loco demonſtrabitur. D

Contra eandem concluſionem argumentatur Zumellus. Zumell.

Primò. Cœlum eſt cauſa principalis horum inferiorum, & tamen potiſsima cauſalitas conuenit illi ratione motus, quo mouetur ab intelligentia; ergo, ut intellectus beati uideat diuinam eſſentiã ut cauſa principalis, & non ut inſtrumentum, ſufficit motio Dei, & auxilium eleuans.

E Reſpondetur falſum eſſe antecedens; quoniam Cœlum ſecluſa intelligentia motrice eſt merum inſtrumentum.

Secundò. Poteſt Deus unire formam materię ſine diſpoſitione; ergo etiam ſuam eſſentiam vnire poterit intellectui ſine lumine gloriæ.

Reſpondetur nullam eſſe ſequelam: Quoniam alio modo materia recipit formam naturalem, & alio modo intellectus formam intelligibilem; nã materia recipit formam propter operationẽ cõpoſiti;

Digitized by Google

poſiti; & idcircò etiam diſpoſitiones recipiuntur in compoſito, non in nuda materia; at intellectus recipit formam intelligibilem propter operationem ipſius intellectus; & ideo diſpoſitio debet immediatè recipi in intellectu, vt ſit proportionatus formæ i ordine ad operationē ſuperioris ordinis.

Deinde dico, poſſe Deum abſque præuia diſpoſitione vnire materiæ formam, quæ ſit eiuſdem ordinis cum materia, non autem, quæ ſit ſuperioris ordinis, putà diuini, & ſupernaturalis. Poſtremò dico, non poſſe Deum vnire formam aliquam materiæ abſquæ diſpoſitione ſimul inducta, quæ recipitur in compoſito, ſed tamen præcedit formam inſtanti naturæ à quo ſecundùm genus cauſæ materialis, vt patet ex ſupradictis quæſt. 3. art. 2. Cõtrouerſia Vnica.

Tertiò. Deus ſo ſolo poteſt eleuare naturam humanam ad eſſe hypoſtaticũ ſine aliquo dono creato infuſo, & ſupernaturali gratiæ, & charitatis, & per naturam ita eleuatam efficere opera diuina, & mirifica, & meritoria; ergo eadem ratione Deus per ſolam vnionem eſſentiæ in ratione ſpeciei intelligibilis, & per motionem ſupernaturalem, & per auxilium Dei ſpeciale ſine lumine infuſo poteſt efficere, vt beatus videat diuinam eſſentiam.

Reſpõdetur falſam eſſe ſequelam; quoniam inter ſuppoſitum, & naturam nihil poteſt mediare; eſt enim vnio ſubſtantialis præueniens quamcumque vnionem accidentalem: qua vnione facta ſequitur omnia opera illius ſuppoſiti eſſe valoris infiniti ex hoc ipſo, quòd opera ſunt ſuppoſiti infinitæ dignitatis. Hæc autem vnio, de qua loquimur, eſt in eſſe intelligibili, & quo ad operationem; & propterea neceſſariò exigit diſpoſitionē, vt potentia ſit formæ, & operationi proportionata.

Vaſquez. Argumenta Vaſquezij facillimè ſoluuntur ex fundamentis prædictis, & præſertim primo, & ex ipſa doctrina D. Thomæ in hoc articulo.

Bannes. Alia argumẽta, & illorum ſolutiones lege apud Banneſium, & alios expoſitores.

Salas. Contra eandem concluſionem argumentatur Salas, prima 2. quæſt. tertia, tract. 2. diſput. quinta, ſect. 4.

Durandus, D. Thom., Capreol., Caiet. Primò argumento Durandi ſoluto à Capreolo, & Caietano ſuper hoc articulo: quia D. Thom. in quarto ſententiarum, diſtinctione 49. quæſt. 2. articulo ſeptimo ait viſionem Dei poſſe communicari homini manenti in ſolis diſpoſitionibus viæ, & carenti lumine gloriæ, & idem ait de Verit. q. 10. artic. 7. nec valet (inquit) quod ait Capreolus Capreol. D. Thom. poſtea mutaſſe ſententiam, vel his locis ſolùm eſſe loquutum de lumine permanenti; nullibi enim legitur mutaſſe ſententiam, & falſum eſt his locis ſolùm loquutum eſſe de lumine permanẽti; quia tantùm ait requiri lumen gloriæ ad viſionem Dei, ſcilicet de potentia ordinaria, & cum D. D. Tho. Thom. ait de potentia abſoluta Deum videri poſſe ſine lumine glorię, indiſtinctè loquitur.

Reſpondetur præſuppoſita ſolutione Caietani, D. Thom. cum ait requiri lumen gloriæ de potentia Dei ordinaria, non autem de potentia Dei abſoluta, loqui de lumine gloriæ abſolutè, ideſt ſim-

A pliciter, ſiuè ſine addito: hoc verò eſt lumen gloriæ per modum permanentis. Lumen verò gloriæ per modum tranſeuntis non eſt lumen gloriæ abſolutè, ſed cum addito tali modo, qui ſtatui viæ non repugnat. Vnde nec facit videntem abſolutè beatum, aut glorioſum, ſed tali modo, ſiuè ſecundùm quid. Vnde ex hoc ipſo, quòd S. Thom. indiſtinctè loquitur de lumine gloriæ, apparet illum loqui de lumine gloriæ, quod ſimpliciter, & abſolutè eſt lumen glorię, quod ineſt per modum habitus.

Secundò. Quia poteſt Deus ſupplere concurſũ luminis gloriæ: ſicut etiam per ſuam voluntatem, B & potentiam poteſt ſupplere, non ſolùm concurſũ ſpeciei impreſſę, ſed etiam eſſentię diuinæ concurrentis in ratione ſpeciei; ergo. Antecedens probatur; quia ſua omnipotentia ſupplere poteſt concurſus cuiuſcunque cauſæ efficientis præſertim nõ viuentis: cuiuſmodi eſt lumen, & etiam diſponentis; ergo.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens, tam quo ad lumen gloriæ; quàm quo ad diuinam eſſentiã: Ad probationem reſpondetur diuinam eſſentiam non eſſe purum efficiens viſionis, ſed eſſe principium formale eiuſdem ſpecificatiuum, & rationē videndi ſimpliciter neceſſariam; lumen autem gloC riæ eſſe cauſam formalem eleuantem ad ordinem diuinum, & potentiæ intellectiuæ conſtitutiuam in tali ordine, ac proportione neceſſaria ad diuinam eſſentiam vt actum, ſiuè formam in eſſe intelligibili, & conſequenter ad viſionis actum. Vnde antecedens probationis falſum eſt abſolutè loquẽdo: Alia eiuſdem authoris argumenta ex dictis facilem habent ſolutionem: ex quibus etiam patet ſolutiones, quas idem author adhibet nonnullis argumentis pro ſententia noſtra, non eſſe ſufficientes.

D

Tertia Controuerſia.

An lumen gloriæ poſſit eſſe connaturale alicui creaturæ: & an poſſit per Dei omnipotentiam produci aliqua creatura, quæ ſine lumine gloriæ videat diuinã eſſentiam.

Sententię Doctorum, & Expoſitorum.

DVas has Controuerſias ſuſcitauit Molina occaſione tertij argumenti Doct. S. & reſponſionis. Quæ, quoniam valde connexæ ſunt, & carũ difficultas ex eadem videtur radice pullulare, ſimul etiam ſunt examinandæ, & ex eiſdem fundamentis determinandæ. Molina.

E Eſt igitur Molinæ ſententia (non tamen omninò firma) vtrumque per Dei omnipotentiam fieri poſſe, videlicet, vt lumen gloriæ alicui intellectuali creaturę ſit connaturale, & poſſe per eãdem virtutem Dei infinitã produci creaturam adeo perfectam, vt ſine lumine glorię videat diuinam eſſentiam.

Ioannes Maior in quarto ſententiarum, diſtinctione quadrageſimanona, quæſtione quarta, fuit Io. maior.

Digitized by Google

huius opinionis primæua radix; nam propoſita Controuerſia,& de reſolutione dubius illam ancipitem,& inſolutam reliquit.

D. Thom. & eius ſchola. Sed oppoſitam ſententiam, negãtem ſcilicet ſuſtinet D.S.hic,& in quarto ſententiarum,& alibi, & cum eo vniuerſa non ſolùm Thomiſtarum, ſed etiam Theologorum ſchola.

Reſolutio.

Quid ſit naturale, & ſupernaturale, & quot modis dicatur, & quis eorum ſit proprius.

OBſeruanda eſt primò diligenter ſignificatio huius nominis ſupernaturale. Dicitur ergo ſupernaturale,quod eſt ſupra naturam,aut ſupra id,quod eſt naturale: Per naturam autem intelligimus omnem eſſentiam cuiuſcunque rei creatæ, aut creabilis. Dupliciter autem poteſt aliquid eſſe ſupra naturam: Vno modo,dignitate;quod ſcilicet eſt ſupra gradum eſſentialem naturę alterius;vt ignis reſpectu aeris: Alio modo, poteſtate, ſiuè efficacitate; quia ſcilicet eſt ſupra poſſe alterius,vt lumen reſpectu aeris,licèt aer ſit ſubſtantia,lumen verò accidens: vt etiam ſupra notauimus cum Caietano.

Naturale verò, ſiuè cõnaturale eſt,quod emergit, ſiuè pullulat ex intimis illius naturæ principijs,cui dicitur eſſe naturale,aut connaturale: vt calor igni dicitur naturalis, & riſibile homini; qa poſitã ignis ſubſtantia ſtatim naturali ſequela reſultat calor, & poſito homine pullulat riſibilitas.

Caiet. Scitè igitur ait Caietanus fieri aliquid connaturale,puta formam,perfectionem,vel proprietatẽ, nil aliud eſſe,quàm ex non fluente ex intimis naturæ principijs,effici ex eiſdem fluentem, nec alia ratione,uel imaginatione percipi poſſe, quã vt natura in alienam transferatur naturam; in eam videlicet,cui connaturalis eſt illa forma,ſiuè perfectio,aut proprietas;quemadmodum,ſi calor decẽ graduum fiat connaturalis aeri,oportet aeris naturam in ignis naturam transferri; cui ſoli tanta caliditas poteſt eſſe connaturalis.

Sed redeundo ad ſupernaturale,quod primò diſtinximus: dupliciter dicitur aliquid ſupra naturam,aut ſupernaturale dignitate: Vno modo, ſecundùm quid: Alio modo, ſimpliciter. Priori modo quælibet creatura in altiori ordine conſtituta reſpectu alterius,puta ignis reſpectu aeris, Cœlum reſpectu corporum ſublunarium, & Angelus reſpectu hominis dicitur eſſe ſupernaturalis. Qđ non obſcurè ſignificauit S.Thom. in articulo precedente, in quo diſtinxit,& ordinauit modos eſſẽdi. Verùm hoc eſſe ſupernaturale eſt ſecundum quid,& impropriè.

Poſteriori verò modo ſolus Deus eſt ſupernaturalis reſpectu omnis creaturæ factæ, aut factibilis; quia ſcilicet nulla creatura facta, aut factibilis poteſt pertingere ad æqualitatem diuinæ excellẽtię,ſed ab ea ſemper in infinitum deficit: Et hoc eſt eſſe ſupernaturale ſimpliciter; qđ tñ non ſatis propriè dicitur ſñ communem loquẽtium vſum.

A Itaq; ſupernaturale propriè ſignificat id, quod eſt ſupra omnem naturam creatam,vel creabilem poteſtate,ſiuè efficacitate,tã paſsiuè, quàm actiuè modo ſuperius expoſito; & tamen ſecundũ rationem ſuam formalẽ eſt à creatura participabile. Cum autem participatio eius, quod eſt ſupra naturam,non fiat,niſi per accidẽtia in creaturis, qualia ſunt gratia,gloria, charitas,& ſimilia; ſequitur, omne ſupernaturale propriè dictum eſſe quid commune formaliter ad ſubſtantiam, & accidens; ſicut charitas, quæ in Deo ſubſtantia eſt, in nobis autem accidens.Itaque quodlibet ſupernaturale formaliter ſumptum, abſtrahit à ſubſtan- Supernaturale propriè. Supernaturale in creaturis accidens.

B tia,& accidente.

Sed conſiderandum eſt hoc ſupernaturale propriè dictum,quod videlicet eſt ſupernaturale poteſtate,& efficacia,originem trahere ab eo, quod eſt ſimpliciter ſupernaturale dignitate naturæ, quod eſt ipſa diuina ſubſtantia.

Secundò notandum eſt in diuina ſubſtantia, vel natura duo conſiderari perfectionum genera. Vnum earum, quę ſecundùm rationem ſuam formalem abſolutè ſumptam communes ſunt Deo, & creaturis factis,aut factibilibus;vt quòd Deus ſit ſubſtantia intelligens,& volens,& ſimilia. Aliud eorum,quę Deo conueniunt,quatenus ſuo eſ-

C ſe,vel natura, aut eſſendi modo ſibi proprio ſuperexcedit omnem creaturam factam,& factibilem; vt quòd ſit ipſum eſſe ſubſiſtens, & pelagus ſubſtãtię infinitum omnem eſſendi plenitudinem in ſua ſimpliciſsima actualitate concludens, vnitatem habens in eſſentia cum perſonarum Trinitate,quæ nulli creaturæ factæ, aut factibili connaturalia eſſe,aut fieri poſſunt.

Inter omnes autem eſſendi modos, quos includit eſſe ſubſiſtens, pręcipua eſt intellectualis vitę perfectio,non quęcumque, ſed ea,qua ſeipſum p. ſe ipſum, & alia in ſeipſo feliciſsime contemplatur. Et licèt perſonarum Trinitas in vnitate natu-

D ræ maxima ſit in Deo perfectio; hęc tamen prima non eſt,ſi noſtrę conceptionis ordinem attendamus in re illa infinita fundamentum habentem: Nam, quod primum, & maximum in Deo concipiendum occurrit,eſt,vt Deus ſit ipſum eſſe ſubſiſtens, infinitumque ſubſtantię pelagus ſupereminenter omnem eſſendi plenitudinem continens.

Hinc verò quaſi ex ratione modo noſtro intelligẽdi priore pullulat in Deo Trinitas perſonarum. Cum naturę diuinę per actiones immanentes intellectus,& voluntatis cõmunicatio non alia poſſit à nobis ratione percipi,quàm ex naturę diuinę

E infinitate,quę ſuum eſt eſſe,intelligere,& velle;ac propterea naturalem habet fœcunditatem. Itaq; illud erit propriè ſupernaturale, quod participatio, & ſimilitudo, & expreſsio eſt in re creata illius,quod auguſtius,ac diuinius eſt in Deo. Hoc autem quid ſit, iam ſatis expreſsimus. Primum namque eſt Deum eſſe ipſum eſſe ſubſiſtens,ſecùndùm autem Trinitatem habere perſonarum cum vnitate naturę. Supernaturale propriè quid ſit.

Hęc verò participatio, vel expreſsio per ſe primo,

Digitized by Google

mò, & quaſi ſubſtantialiter fit per gratiam gratū facientem, ſecundariò autem, & completiuè per reliquas poſteriores perfectiones ex ea conſequētes, quales ſunt charitas, & dona Spiritus ſancti, aut etiam diſpoſitiuè per eas, quæ ad gratiam diſponunt: quales ſunt fides, & ſpes. Quod magnificis verbis ſignificauit Sanctus Petrus Apoſtolorū princeps in ſua Epiſtola ſecunda, capit. 1. dicens: *Per quem maxima, & pretioſa nobis promiſſa donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ*. Quomodo autem gratia perfectio diuini eſſe ſubſiſtentis, Sanctiſsimæque Trinitatis ſimilitudinē gerat, vt apertè ſignificatur in dictis Apoſtoli verbis, non ita facilè poteſt intelligi, aut verbis explicari. Certum tamen eſt Apoſtolum verbis illis participationē ſuperius expoſitam ſignificare voluiſſe: alioquin nihil ſingulare de gratia, & celeſtibus donis per Chriſtum nobis collatis expoſuiſſet.

2. Petri 1.

Conſequens igitur eſt, gratiam adiunctis præſertim ceteris conſequentibus donis diuinæ naturæ ſimilitudinem gerere, & non quamcunque, ſed eam, quæ id, quod auguſtiſsimum eſt, & excellentiſsimum in Deo referat, vt creaturam ad Dei filiationem transferat, iuxta illud Ioannis primo: *dedit eis poteſtatem Filios Dei fieri, qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt*. Vnde gratia Dei nuncupatur vita ad Epheſ. 4. *Sicut gentes ambulant alienati à vita Dei*, ideſt à Dei gratia, quæ vita eſt animæ, ſignificata per *eſſe*, aut verbo *ſum* primæ Corinth. quintodecimo. *Gratia Dei ſum id, quod ſum*. Vnde, & immediata viſio diuinæ eſſentiæ, & triū perſonarum, prout in ſeipſis ſunt, effectus eſt digniſsimus, operatioque ſuprema; ad quam, veluti ad ſummam perfectionem, & vltimum finem ordinatur tota latitudo gratiæ filiorum Dei. Quod ſatis apertè declarat virtutem excellentiſsimam gratiæ gratum facientis ad diuinæ Trinitatis faſtigium ſua efficacitate pertingere, ac eiuſdē intimè formam participatam exprimere. Itaque verum eſt, quod dixit Franciſcus Zumellus in articulo præcedente, videlicet ſupernaturalitatem in ſingulis habitibus, & actibus deſumi ex Deo, prout eſt in ſeipſo.

Io. 1. — Epheſ. 4. — 1. Cor. 15. — Zumel.

Iam verò ad magis particularia deſcendamus, vt myſterium hoc apertius intuendum ob oculos proponamus. Ad excellentiſsimum eſſendi modum, quo Deus eſt ipſum eſſe, viuere, intelligere, & ſapere, pertinet, vt eius eſſentia naturaliter ſit vnita, quinimmò ſimpliciſsimè vnum cum intellectu; quæ, cum ſit puriſsimus actus in genere tam entium, quàm intelligibilium, habet, vt poſsit veluti forma intelligibilis creato intellectui copulari. Hæc patent ex articulo præcedenti, ex quæſtione quartadecima, & ex ſecundo articulo, præſentis quæſtionis, præſertim in reſponſione ad tertium. Quo fit, vt videre diuinā eſſentiam ſoli Deo poſsit eſſe connaturale; vtpotè conueniens ei ex proprio illo eſſendi modo, quo à ceteris diſtinguitur; reliquis autem erit ſupernaturale: Et quia lumen gloriæ ex propria ratione vis quædam eſt,

A vt propria, & vltima diſpoſitio vnitiua diuinæ eſſentiæ vt formæ intelligibilis cum intellectu, ac viſionis diuinæ effectiua; hinc ſequitur proportionem eſſe inter lumen gloriæ, & diuinam eſſentiam in eſſe intelligibili vt proprij connaturalis, ad naturam, à qua fluit.

Luminis gloria proportio ad diuinam eſſentiam.

Ex quo vlterius ſequitur, diuinam eſſentiam, & lumen gloriæ eſſe eiuſdem ordinis, eo modo, quo forma, & vltima ad eam diſpoſitio ſunt vnius ordinis, quo ad connaturalitatem, vt ſupra diximus cum S. Tho. quia videlicet, cui connaturale eſt vnum, neceſſe eſt alterum pariter eſſe connaturale. Quod apertè ſignificauit Sanct. Thom. dicens lumen gloriæ non poſſe eſſe connaturale, niſi habenti diuinam naturam. Itaque ſoli Deo lumen gloriæ erit connaturale: ceteris verò ſupernaturale.

B

Sed vlterius procedamus. Gratia participatio quædam eſt diuinæ naturæ. Vnde ab ea, vt diximus, prouenit beata viſio, & æterna fęlicitas; conſtituit enim gratia Dei Filium, & Regni cœlis hæredem, ideſt gloriæ; quæ poſita eſt in viſione, & fruitione diuinæ eſſentiæ, & idcircò dicitur, & eſt ſupernaturalis.

Gratia.

Charitas in Deum ordinat, quatenus per viſionem, & fruitionem eſt ſummum noſtrum bonum. Fides eſt Dei cognitio, licèt obſcura, ſecundùm proprium ipſius eſſendi modum, quatenus ſcilicet eſt trinus, & vnus, & qua ratione ad eum, prout talis in ſeipſo eſt, per euidentem notitiam intuendum, ordinamur.

Charitas. — Fides. — C

Eſt igitur fides habitus quidam ſupernaturalis, & eadem ratione ſpes, qua beatiſsimam illam viſionem ex Dei gratia, & miſericordia nobis cōferendam expectamus.

Spes.

Denique ea omnia ſupernaturalia eſſe dicuntur, & ſunt, quæ diuinam imitantur naturam, quatenus ſuo proprio eſſendi modo, ſuperexcedit omnem creaturam factam, & factibilem.

Alia ſupernaturalia.

Ex dictis ſequitur minus congruè dixiſſe Scotum, quòd naturale, & ſupernaturale non diſtinguunt res, ſed habitudines ad cauſas effectiuas: Nam, quæ ſupra enumerauimus, non eo ſolùm dicuntur ſupernaturalia; quia à ſolo agente ſupernaturali cauſari poſsūt; ſed præſertim ob eam cauſam; quia ſcilicet nulli creaturæ factæ, aut factibili connaturalia eſſe poſſunt; & ideo dicuntur entia ſupernaturalis, & diuini ordinis.

D — Scoti dictū reijcitur.

Oſtenditur gratiam, gloriā, charitatem, & alia ſupernaturalia ſoli Deo eſſe connaturalia.

E Tertiò conſiderandum eſt, quòd aliqua perfectio, vel proprietas poteſt eſſe connaturalis alicui dupliciter: Vno modo incommunicabiliter: ſicut riſibilitas hominis, & infinitas Dei ſimpliciter: Alio modo communicabiliter; ſicut lux propria eſt Solis qualitas; ſed cōmunicabilis eſt, & actu communicatur aſtris, & corporibus diaphanis; quamuis non in gradu perfectiſsimo, ſed remiſſo; neque ita, vt fiat ijs, quibus communicatur, corporibus, naturalis; ſed vt diffuſam ex Sole na-

Digitized by

naturaliter lucido lucem participent: Nam in diaphano non recipitur lumen, nec ſecundùm eã perfectionem, qua eſt in Sole, nec connaturale eſt diaphano, ſed tantùm Soli ſecundùm totam ſuam latitudinem; ita tamen, vt in ſummo gradu cęteris corporibus nulla ratione poſsit communicari, ſed in gradibus tantùm remiſsis, ideſt citrà ſummũ. Atque ita pariter dicendum eſt de lumine gloriæ, de gratia, charitate, & alijs eiuſdem ordinis: Nã hæc ſecundùm totam ſuam latitudinem Deo connaturalia ſunt, ſed in ſumma ſui perfectione, ac ſupremo gradu communicari nequaquam poſſunt; in remiſsioribus verò gradibus ſunt creaturis cõpatibilia; non tamen, vt fiant, aut eſſe poſsint vnquã connaturalia iis, quibus communicantur.

Vbi aduertendum eſt, gratiam, gloriam, & cætera ſupernaturalia dupliciter conſiderari poſſe: Vno modo, formaliter: Alio modo materialiter. Priori modo conſideratur gratia, & reliqua ſimilia ſecundùm latitudinem ſuæ perfectionis includentem omnes, & ſingulos gradus abſolutè, non prout ſunt in hoc, vel in illo: ſed ſecundùm ſuas rationes formales præciſis limitantibus receptiuis. Poſteriori verò modo, videlicet materialiter conſiderantur prædicta ſupernaturalia, vt in ſubiectis creatis limitata, ac definita. Si itaque formaliter ſumatur gratia, & quodlibet aliud ſupernaturale, ſic diuinæ naturæ ſunt connaturalia. Si verò materialiter conſiderentur, nec Deo, nec Creaturis vllum eorum eſt naturale. Non quidem Deo, quia ſic accepta imperfectionem habent accidentis, gratia ſiquidem gloria, & charitas creata accidentia ſunt: ratio verò accidentis diuinæ naturę ob ſummam eius ſimplicitatem, & actualitatẽ minimè congruit. Creaturis autem minus poſſunt eſſe connaturalia; quia, licèt accidentia ſint, altioris tamen ordinis ſunt, videlicet diuini, ex hoc ipſo, quòd participationes ſunt eius, quod in Deo diuiniſsimum eſt, ac Deo proprium, prout à qualibet creatura facta, aut factibili ſuæ diſtinguitur naturæ celſitudine. Vnde conſiderata præciſa ratione eius, quod formale eſt in his participatis pfectionibus ſupernaturalibus, connaturales Deo dici debent: Nam, quòd accidentia, & participationes ſint, & quòd ab eiuſdem rationis perfectionibus in Deo exiſtentibus in infinitum diſtẽt, hoc eis accidit ratione talis ſubiecti, videlicet creati, in quo limitatam habent ſuæ perfectionis latitudinem; & hæc eſt eorum materialis conſideratio.

Ad maiorem tamen huius materię claritatem ſcito formam aliquam dici poſſe dupliciter alicui connaturalem: Vno modo formaliter; quia ſcilicet vnitur illi naturaliter ad modum formæ, & in hoc ſenſu negandum eſt, vt diximus, lumen glorię creatum materialiter ſumptum eſſe alicui connaturale: Alio modo in ratione effectus cum propria cauſa, quod dupliciter eſſe poteſt; vno modo, vt ex parte vtriuſque extremi, ſcilicet cauſæ, & effectus ſit connaturalitas, vt patet in igne, & eius calore; & hoc modo nec lumen gloriæ, nec aliud quoduis

A creatum eſt Deo connaturale; quia Deus eſt agẽs liberum, non naturale: Alio modo, vt connaturalitas ſit ex parte ſolius effectus, puta luminis; & hoc modo vniuerſa ſupernaturalia materialiter ſumpta ſoli Deo ſunt cõnaturalia; quia ſolum Deum habent, vt principium, à quo procedant.

Non poſſe à Deo fieri ſubſtantiam, cui connaturalia ſint gratia, charitas, & ſimilia.

PRobatur autem fieri à Deo non poſſe ſubſtantiam, cui gratia, charitas, aut gloria, vel aliquid eorum, quę ſupernaturalia nuncupamus, ſit

B connaturale. Primò ex diſcurſu D. Thom. infra q. 50. articulo primo: Vbi probat neceſſe eſſe ponere aliquas creaturas omnino incorporeas, ad hoc, vt vniuerſum ſit perfectum, & bonum: *Nam quod præcipuè* (inquit S. Doct.) *intendit Deus in rebus creatis, eſt bonum, quod conſiſtit in aſsimilatione ad Deum; perfecta autem aſsimilatio effectus ad cauſam attenditur, quando effectus imitatur cauſam, ſecundùm illud, per quod cauſa producit effectum, ſicut calidum facit calidum. Deus autem creaturam producit per intellectum, & voluntatem; vnde ad perfectionem vniuerſi requiritur, vt ſint aliquæ creaturæ intellectuales, &c.* Hæc D. Thom. Quo loco Caietanus aduertit, perfectionem vniuerſi requirere continentiam omnium graduum creabilium; licèt non requirat cõtinentiam omnium modorum eſſendi. Caiet.

C

Subſtantia verò illa, cui connaturalis eſſet gratia, & alia ſimilia eiuſdem ordinis, ſi poſsibilis eſſet, ſpecialem cõſtitueret entis gradum in vniuerſo; eſſet enim ſubſtantia illa, vt dicemus ordinis ſupernaturalis; qui longè plus excedit totum rerum naturalium ordinem, quàm quęuis ſubſtantia ſpiritualis, quamlibet aliam ſpiritualem, aut corpoream; quia ſubſtantię omnes, tam ſpirituales, quàm corporeę ſub vno clauduntur ordine naturali; igitur ſpecialem in entibus gradum conſtitueret ſubſtantia illa; Vt igitur vniuerſum eſſet perfectum, & optimum, neceſſe fuiſſet talem

D à Deo ſimul cum alijs entibus ſubſtantiam creari; quod ne dum reputamus abſurdum, ſed etiam erroneum.

Præterea: Sanct. Thom. in tertia parte, quæſtione prima, articulo primo. Sic diſcurrit. *Quidquid pertinet ad rationem boni, conueniens eſt Deo; pertinet autem ad rationem boni, vt ſe alijs communicet: vnde ad rationem ſummi boni pertinet, quòd ſummo modo, ſe communicet; quod quidem maximè fit per hoc, quòd naturam creatam ſibi coniungit, vt vna perſona fiat ex tribus, Verbo, anima, & carne. Vnde manifeſtum eſt, quòd conueniens fuit Deum incarnari.* Quo loco Caietanus excellenter explicat ordinem omnium perfectionũ à Deo creaturis communicatarum, tam naturalium, quàm ſupernaturalium: vt exhibitam à Deo bonitatis communicationem illi maximè congruentem oſtenderet; at ſi præter eos, quos ibi recenſet rerum naturalium, ac ſupernaturaliũ gradus, eſſet alius oĩum excellẽtiſsimus poſt ĩcarnationis myſteriũ, S. Tho. Caietan.

E

non

non rectè declaraſſet Caiet. nec facilè, ab aliquo percipi poſſet congruentem eſſe iam factam diuinæ bonitatis communicationem; deeſſet enim medius ille gradus inter vnionem hypoſtaticam, & gloriam.

Tertiò ſubſtantia illa, cui connaturalia ponerētur gratia, charitas, &c. non poſset eſſe ſubſtantia naturalis, nec ſupernaturalis; ergo impoſsibile eſt à Deo fieri talem ſubſtantiam. Probatur antecedens quo ad priorem partem: nam, ſi naturalis eſt illa ſubſtantia, iam gratia, charitas, & ſimilia, quę ponuntur illi connaturalia, non erunt propriè, & ſimpliciter ſupernaturalia; quod enim connaturale eſt ſubſtantiæ naturali, ad ordinem pertinet naturalem, & ſimpliciter eſt naturale; alioquin effectus, propriæ, & naturalis ſuæ cauſæ virtutē excederet. Poſterior verò eiuſdem antecedētis pars probatur: Quia, vt oſtendemus, contradictionem inuoluit hoc, quod dico, ſubſtantia ſupernaturalis creata.

Poſtremò probatur eadē veritas ex abſurdis, quæ ex oppoſita Molinæ ſententia facilè deducuntur; Quia, ſi admittamus fieri poſſe à Deo ſubſtantiam naturalem, aut ſupernaturalem, cui connaturalia ſint prædicta accidentia ſuper naturalis ordinis, eadem ratione concedēdum erit fieri à Deo poſſe ſubſtantiam, cui connaturale ſit iuſtificare, miracula facere, tranſubſtantiare, vniri diuinę pſonæ, aut cuilibet alteri ſuppoſito, vel naturæ creatę. Et alia plura ſimilia, quorum effectio ex virtute ſoli Deo connaturali communi omnium Doctorum, & indoctorum frequenti, ac certiſsima confeſsione, dependet.

Probatur impoſsibile eſſe fieri à Deo ſubſtantiam ſupernaturalem.

POſtremò ſciendum eſt implicationē eſſe contradictionis in hoc dicto. *Subſtantia ſupernaturalis creata.* Cuius ratio pendet ex duobus.

ô. Primum eſt; quia ſupernaturalitas, vt ſupra diximus, attenditur penes naturam, aut modum eſſendi Dei, quo ſuperexcedit rem omnem creatā, aut creabilem.

Secundum eſt; quia differunt ſubſtantia, & accidens, quòd ſubſtantia eſt ens per ſe, accidens verò eſt ens in alio, & alterius perfectio; vndè propriū eſt accidentis ſupplere imperfectionem ſubſtantiæ, eſſeque ſuperioris naturæ participationē inferiori communicatā, quo ad eas perfectiones, quæ ſoli naturæ ſuperiori ſunt connaturales, prout diximus exempli cauſa de luce Solari alijs corporibus communicata. Quo fit, vt à Deo fieri, & eſſe poſsint gratia, charitas, & lumen gloriæ, quæ ab intrinſeco ſunt entia ſupernaturalia, quæ tamen ſunt etia creata, & limitata; quia entia in alio sūt, & ex alio, ſcilicet receptiuo limitata; At ſupernaturalis ſubſtantia ex intrinſecā ſua ratione quodlibet limitatiuum excluderet, eſſetque ſimpliciter infinita, & Deus ipſe: Nam, ſi verum eſt, quod diximus in ſecundo fundamento, videlicet ſupernaturalitatem attendi penes modum eſſendi, quo ſu- A perexcedit res vniuerſas, tam creatas, quàm creabiles; neceſſe eſt ſubſtantialem ſupernaturalitatem iuxta illum eundem modum attendi, quo diuina celſitudo maior eſt omni exiſtente, ac poſſibili creatura.

Hic verò modus eſt: vt ſit ipſum eſſe ſubſiſtens, & vna in tribus perſonis eſſentia. Probatur hoc: nam hic loquimur de ſubſtantia ſupernaturali intrinſecè, ſiuè ex propria differentia eſſentiali; hoc autem intereſt inter ſubſtantiam, & accidēs; quod differentiæ eſſentiales accidentium ſumuntur ex ordine ad extrinſecum; differentiæ verò ſubſtantiæ ab intrinſeco deriuantur; Igitur quemadmo- B dum accidentia, puta gratia, gloria, & charitas, & ſimilia idcirco dicuntur entia ſupernaturalia; quia ordinem habent ad modum eſſendi propriū Dei, vt ſupra latè monſtrauimus, ità ſubſtantia diceteur ſupernaturalis; quia intrinſecè ſibi vendicat proprium eſſendi modum diuinæ naturæ.

Hic verò modus eſt, vt ſit ipſum eſſe, & vt ſit vna natura in tribus ſuppoſitis. Impoſsibile eſt autem, & contradictionem inuoluit talem eſſendi modū creatæ ſubſtantiæ conuenire; poſtulat enim infinitatem ſimpliciter; creatura verò omnis ſimpliciter eſt finita. Itaque impoſsibile eſt dari ſubſtanti am ſupernaturalem creatam.

C Probatur ſecundò noſtrum hoc fundamentum; Quia ſubſtantiæ ſupernaturali connaturale eſſet lumen gloriæ, viſio Dei, gratia, & charitas, & vniuerſæ aliæ perfectiones ſupernaturales; Sed iam oſtendimus eas eſſe ſoli Deo connaturales; igitur illa creatura non eſſet creatura, ſed Deus. Secūda rō

Præterea: Si dictæ perfectiones ſupernaturales eſſent alicui ſubſtantię creatæ connaturales, iam non eſſent ſupernaturales; non enim, vt ſupernaturales eſſe poſsint ſatis eſt, vt pluribus inferioribus ſubſtantijs non poſsint eſſe naturales. Si, namque illud ſufficeret, conſequens fieret, vniuerſa ſuperiorum ſubſtantiarum accidentia propria verè eſ- D ſe ſupernaturalia; quia ſubſtantijs inferioribus connaturalia minimè fieri, aut eſſe poſſunt.

Amplius, cuilibet immateriali ſubſtantiæ conuenit ſeipſam habere proprij intellectus obiectū proportionatum, & naturale lumen eidem intellectui, & ſubſtantiæ commenſuratum, ac per ſe primò ad illius cognitionem ordinatum; prout patet ex doctrina præcedentis articuli; Igitur iam non eſſet lumen gloriæ, cui per ſe primò conuenit vnire diuinam eſſentiam, vt ſpeciem intelligibilem intellectui. Qui plures deſiderat probationes legat Zumellum ſuper articulo præcedente. Nobis enim prædictæ ſufficiunt. Tertia rō. Zumellus.

E

Concluſiones deducta, & probata.

PRima concluſio. Diuina natura eſt vtroq; modo ſupernaturalis, ſcilicet, dignitate, & efficacia. Probatur prima pars: Nam nulla res creata, aut creabilis poteſt eſſentiæ diuinæ dignitatem adæquare. Secunda pars, ſic probatur: Diuina natura poteſt in effectus, in quos nulla ex factis, aut factibilibus creaturis habet efficaciā; ergo.

Secunda concluſio. Gratia, & charitas, lumen gloriæ, & ſimilia ſupernaturalia verè, & propriè ſunt. Hæc concluſio latiſsimè probata eſt in primo, ſecundo, & tertio fundamento.

Tertia concluſio. Gratia, & charitas, &c. ſunt diuinæ naturæ connaturalia ſecundùm totam latitudinem ſuæ rationis formalis. Hæc patet ex tertio fundamento. Et probatur; quia diuina natura hæc ſibi per ſe vendicat in ſummo, & conſequenter ſecundùm omnes gradus poſsibiles, & ſecundùm totam eorum latitudinem.

Quarta concluſio. Gratia, charitas, & cętera ſupernaturalia creata ſecũdùm proprium modum eſſendi creatũ, ideſt materialiter ſumpta non ſunt Deo connaturalia. Probatur; quia illud eſt connaturale, quod à natura fluit naturaliter, ac eidem ineſt; at prædicta, qua ratione creata ſunt, & materialiter ſumpta non fluunt naturaliter à diuina natura, ſed liberè ab ea ſunt producta, & creaturę donata, nec illi in ſunt, ſed creaturæ; ergo, &c.

Quinta concluſio. Gratia, charitas, lumen gloriæ, &c. ſiue formaliter, ſiue materialiter ſumpta nec ſunt, nec poſſunt eſſe connaturalia alicui creaturæ factæ, aut factibili.

Probatur primò; quia prædicta, quo ad efficacitatem ſuperant cuiuslibet creatæ, aut creabilis naturæ facultatem.

Secundò; quia prædicta formaliter ſumpta naturaliter fluunt ex natura diuina (ſecundùm noſtrum intelligendi modum) qua ratione diuina natura ſuo proprio eſſendi modo ſuperexcedit omnẽ factam, aut factibilẽ creaturã; vt patet ex dictis.

S. Thom. Tertiò probatur ex diſcurſu D. Thom. in artic. præcedenti: Nam Deus clarè viſus non poteſt eſſe obiectum naturaliter proportionatum alicui intellectui creato, aut creabili; ergo lumen gloriæ, & viſio diuinæ eſſentiæ nulli creaturæ poſſunt eſſe cõnaturalia, & conſequenter, nec gratia, à qua tanquàm à radice prædicta ſuam primæuam ducunt originem.

Sexta concluſio. Implicat contradictionem fieri ſubſtantiam ſupernaturalem, aut ſupernaturalitatem ſubſtantialem. Hæc propoſitio ſatis probata eſt in quarto fundamento; Et roboratur adhuc his argumentis. Subſtantia creata ſupernaturalis, aut continet omnes modos ſupernaturalitatis, aut eſt ad vnum aliquem modum definita. Si primum, erit ipſa diuina eſſentia, quæ ſola omnes tales modos continet. Si ſecundùm, hic modus ad quem eſt limitata, erit modus eſſendi per ſe, cum ſit modus ſubſtantiæ; at nullus modus eſſendi per ſe eſt ſupernaturalis, niſi qui ſoli Deo conuenit, qui eſt ſuum eſſe, & vnam habet naturam in tribus ſuppoſitis ſubſiſtẽtem; ergo. Probatur hæc ſecunda propoſitio: Nam quilibet alius eſſendi modus poteſt habere ſuperiorem ſecundùm ſpeciem vſque in infinitum; ergo nõ eſt ſupernaturalis ſimpliciter, ſed ſecundùm quid; naturalis autem ſimpliciter.

Secundò probatur concluſio. Eadem ratione poſſent fieri gratia, & charitas ſubſtantialis, quod maximè abſurdum eſt; nihil aliud enim ſunt gra- A tia, & charitas ſubſtantialis, quàm Deus ipſe. Cõſequentia probatur; quia ſupernaturalitas eſt modus charitatis, & gratiæ; ſi ergo poteſt fieri modus ſubſtantialis, multò magis fieri poterunt ſubſtantiales res illæ, quarum eſt modus.

Poſtremò ſequeretur talem creaturam eſſe naturaliter impeccabilem, quod aduerſatur communi ſanctorum Patrum, & ſcholaſticorum ſentẽtiæ. Probatur ſequela; quia ſupernaturali vt ſic, repugnat auerſio à Deo, & peccatum; quoniam ſupernaturale dicit intrinſecè ordinem ad Deum, qui per ſe primò eſt ſupernaturalis. Secundò; quia ſupernaturale vt ſic, eſt participatio diuini ordinis; B ergo intrinſecè repugnat defectui ab ordine diuino; qui defectus eſt per peccatum.

Et confirmatur auctoritate primæ Ioan. 3. dicẽtis. *Omnis, qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit; quoniam ſemen ipſius in eo manet, & non poteſt peccare; quia ex Deo natus eſt.* At data ſubſtantia ſupernaturali, hęc maximè ex Deo nata eſſet, & in ea maneret ſemen Dei, ideſt gratia, & charitas, quæ illi eſſent connaturalia, & conſequenter inſeparabilia; ergo talis ſubſtantia eſſet impeccabilis. 1. Ioan. 3.

Vnde etiam ſubtracto influxu Dei generali in actum viſionis, ac viſione beatifica ceſſante ex propriæ naturæ perfectione, & quidditate talis ſubſtantia repugnantiam haberet ad peccatum. C

Vnde tollitur euaſio Molinæ, & apparet ratio demonſtratiua, quidquid dicat Suarez, cap. 9. de attributis negatiuis Dei lib. ſecundo. Ex dictis ſequitur temerariam, & in fide periculoſam eſſe prędictam ſententiam. Tum quia aduerſatur communi ſanctorum conſenſui, vt confitetur Molina, tum etiam, quia prędicta, & alia plura ex ea in doctrina fidei ſequuntur abſurda. Molin. Suarez.

Argumenta, & ſolutiones.

Contra quintam concluſionem argumentatur Molina, intendens probare fieri poſſe creaturam, cui ſit connaturale lumen gloriæ. D Molina.

Primò. Omnis forma creata eſt participatio diuinæ naturæ, & tamen quædam formæ ſunt cõnaturales rebus, vt voluntas, & intellectus; ergo, & lumen gloriæ poteſt fieri connaturale.

Reſpondetur ſequelam nullam eſſe: nam perfectiones, quæ ſunt rebus connaturales, participationes ſunt diuinæ naturæ, quo ad id, quod poteſt eſſe commune creaturis, quo ad modum eſſendi naturalem. At perfectiones, quas dicimus ſupernaturales, Deo conueniunt, ſecundùm id, quod in Deo eſt excellentiſsimum, quo diſtinguitur ab vniuerſis creaturis factis, & factibilibus in proprio, ac naturali ſibi eſſendi modo; qui nulli creaturæ poteſt eſſe naturalis. E

Secundò lumen gloriæ non eſt Deo connaturale; ergo poteſt fieri creaturæ connaturale. Antecedens probatur; quia lumen gloriæ eſt accidens creatum.

Reſpondetur primò falſum eſſe antecedens, ſi ſumatur lumen gloriæ formaliter. Ad probationẽ dicitur, quòd procedit de lumine glorię materialiter.

liter. Secundò negatur conſequentia,ſumendo lumen gloriæ materialiter;& ratio allata eſt in quarta concluſione.

Tertiò. Splendor Solis in gradu remiſſo poteſt fieri connaturalis alteri; ergo etiam lumen gloriæ in gradu remiſſo.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam; Quia Sol ſua natura non excedit omnes corporeas naturas factas,aut factibiles,vt eius pfectio nulli poſſit eſſe connaturalis; nec lux conuenit Soli ſecundùm id,quo à cęteris omnino diſtinguitur; vndè exemplum non eſt ſimile.

Deinde probat poſſe dari creaturam,cui ſit naturale videre diuinam eſſentiam, pluribus argumentis; quæ militant etiam contra ſextam concluſionem.

Primò. Coniunctum ex intellectu,& lumine gloriæ habet certam,& finitam virtutem ad intelligẽdum;ſed quocunque intellectu finitæ virtutis dato,poteſt Deus creare alium,& alium, qui ſuaptè natura habeat maiorem virtutem naturalem; ergo poterit creare intellectum excellentioris virtutis naturalis,quàm ſit virtus coniuncti ex intellectu,& lumine gloriæ.

Reſpondetur falſam eſſe minorem propoſitionem: quoniã tota latitudo virtutis naturalis creatæ,aut creabilis,quantumcunque creſcat,nunquã poteſt pertingere ad excellentiam virtutis totius coniuncti ex intellectu,& lumine glorię;quoniam hoc eſt ſuperioris,& diuini ordinis.

Secundò. Deus cadit ſub obiectum intellectus creati; ergo,ſi nõ poteſt ab eo videri;hoc ideò eſt; quia minorem habet virtutem,quàm quę ſufficere poſsit ad videndum eum;cum ergo Deus poſsit producere intellectũ perfectiorem, & perfectiorẽ abſque vllo termino; conſequens ſit poſse produci intellectum,cui ſit naturale videre Deum.

Et cõfirmatur;quia intellectus creatus eſt quędam participatio diuini intellectus; cũ ergo ſemper poſsit producere perfectiorem,ſequitur idẽ, quod prius.

Reſpondetur falſam eſse ſecundam conſequẽtiam ob rationem allatam in reſponſione ad præcedens argumentum: Perfectio namque virtutis neceſſaria ad videndam diuinam eſſentiam non eſt naturalis,ſed ſupernaturalis; & ideò tota latitudo naturalis virtutis eſt deficiens à neceſsaria perfectione.

Ad confirmationem reſpondetur, intellectum eſſe in claſſe perfectionum communium Deo, & creaturis;& conſequenter ad ordinem pertinet naturalem;& idcirco nullo proprio virtutis augmẽto pertinget vnquam ad ordinem viſionis ſupernaturalis.

Tertiò. Genus ſubſtantiæ eſt nobilius generibus accidentium; ergo nullum accidens eſt tam nobile, quin diuina potentia poſsit dari ſubſtantia nobilior entitatiuè; ergo poterit dari ſubſtantia adeò perfecta,quę perfectionem gratię, & luminis glorię ſuaptè natura ſuperexcedat; & talis videbit Deum naturaliter.

Reſpondetur antecedens verum eſse formaliter,conſiderando ſcilicet ſubſtantiam, vt ſubſtantia eſt,& accidens;vt ſic,& conſequenter etiam in ratione entis vt ſic,nobilior ſemper eſt ſubſtantia quocunque accidente. Sed conſequentia manifeſtè falſa eſt;quæ comparationem transfert ad alterius generis rationem formalem: Nam in conſequente ſit comparatio ad lumen gloriæ,non ſecundùm rationem accidentis, & entitatis, ſed ſecundùm efficacitatem in effectum ſupernaturalem, qui eſt viſio Dei. In qua lumen gloriæ ſimpliciter nobilius eſt quacunque creata, aut creabili ſubſtantia.

Quartò. Sicut lumen gloriæ ſupernaturale eſt cuilibet intellectui creato; ita intellectus illius ſubſtantię adeò perfectę ſupernaturalis eſſet animæ noſtrę,& Angelis,qui nunc ſunt; ergo ſupernaturalitas luminis glorię nihil officit. Probatur antecedens; quia ſicut intellectus in ſe eſt quædã natura,ita lumen gloriæ quędam natura eſt: quę per comparationem ad inferiora ſupernaturalis eſt;ſicut verbum diuinum naturale eſt Deo; ſupernaturale verò naturæ humanę Chriſti.

Reſpondetur intellectum ſubſtantię ſupernaturalis videntis Deum naturaliter fore, & eſſe ſupernaturalem,non ſolùm animę noſtrę,ſed omnibus Angelis creatis, & creabilibus; quia Deus eſſet: lumen etiam glorię eodem modo ſupernaturale eſt,quamuis finitè participatum ſit à creatura. Quare falſa eſt argumenti conſequentia.

Quintò. Eſſe naturale,aut ſupernaturale, eſſe vnius, aut alterius ordinis per accidens ſe habet ad rem pręſentem; ergo. Probatur antecedens; quoniam Deus continetur ſub obiecto intellectus creati,nec ad eum vidẽdum requiritur virtus infinita;cum ergo Deus dato quocunq; intellectu poſſit facere perfectiorem,tãdem peruenietur ad intellectum,qui vires habebit proportionatas ad videndum Deum.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens: Ad probationem negatur conſequẽtia;quoniam,licet ad videndum Deum per lumen glorię à Deo deriuatum non requiratur virtus infinita,neceſſaria tamen eſt vis infinita ad eum videndum virtute naturali: quoniam ad quidditatiuam cognitionem naturalem requiritur, vt obiectum non excedat in modo eſſendi naturam cognoſcentis. Deus autem ſemper excedit in infinitum quemcunque eſſendi modum creaturę factæ,aut factibilis.

ARTICVLVS VI.

Vtrum videntium eſſentiam Dei vnus alio perfectius videat.

AD ſextum ſic proceditur. Videtur, quòd videntium eſſentiam Dei vnus alio perfectius non videat. Dicitur enim 1.Ioan.3. Videbimus eum, ſicuti eſt; ſed ipſe vno modo eſt; Ergo vno modo videbitur ab omnibus; Non ergo perfectius, & minus perfectè. 6. 4. d. 49.q. 2. art 4. & 3. c. 56.

Præ-

Lib.83.q. Q.32. in prin.to.4.

2 Præterea: Auguſt. dicit in * lib. 83. quæſt. quòd vnam rem non poteſt vnus alio plus intelligere; Sed omnes videntes Deum per eſſentiam intelligũt Dei eſſentiã, Intellectu enim videtur Deus, non ſenſu; * vt ſupra habitũ eſt; Ergo videntium diuinam eſſentiam vnus alio non clarius videt.

Art.3.huius quæſt.

3 Præterea: Quod aliquid altero perfectius videatur, ex duobus contingere poteſt, vel ex parte obiecti viſibilis, vel ex parte potentiæ viſiuæ videntis. Ex parte autem obiecti; per hoc, quòd obiectum perfectius in vidente recipitur, ſcilicet ſecundùm perfectiorem ſimilitudinem, quòd in propoſito locum non habet. Deus enim non per aliquam ſimilitudinem, ſed per eius eſſentiam præſens eſt intellectui eſſentiam eius videnti. Relinquitur ergo; quòd ſi vnus alio perfectius eum videat, quòd hoc fit ſecundùm differentiam potentiæ intellectiuæ; Et ita ſequitur, quòd, cuius potentia intellectiua naturaliter eſt ſublimior, clarius eum videat, quod eſt inconueniens, cum hominibus promittatur in beatitudine ęqualitas Angelorum.

Sed contra eſt, quòd vita æterna in viſione Dei conſiſtit; ſecundùm illud Ioann. 17. Hæc eſt vita æterna, &c. Ergo, ſi omnes æqualiter Dei eſſentiam vident in vita æterna, omnes erunt æquales; cuius contrarium dicit Apoſtolus 1. Corinth. 15. Stella differt à Stella in claritate.

Reſpondeo. Dicendum, quòd videntium Deum per eſſentiam vnus alio perfectius eum videbit. Quod quidem non erit per aliquam Dei ſimilitudinem perfectiorem in vno, quã in alio: cum illa viſio non ſit futura per aliquã ſimilitudinem, * vt oſtenſum eſt; Sed hoc erit per hoc, quòd intellectus vnius habebit maiorem virtutem, ſeu facultatem ad videndum Deum; quàm alterius. Facultas autem videndi Deum non competit intellectui creato ſecundùm ſuam naturam; ſed per lumen glorię; quod intellectum in quadam deiformitate cõſtituit, * vt ex ſuperioribus patet.

Art.2.huius quæſt.

Ar.pręced.

Vnde intellectus plus participans de lumine gloriæ perfectius Deum videbit. Plus autẽ participabit de lumine gloriæ, qui plus habet de charitate; quia vbi eſt maior charitas, ibi eſt maius deſiderium. Et deſiderium quodammodo facit deſiderantem aptum, & paratum ad ſuſceptionem deſiderati; vnde qui plus habebit de charitate, perfectius Deum videbit, & beatior erit.

Ad primum ergo dicendum, quòd cum dicitur, videbimus eum ſicuti eſt: hoc aduerbium, ſicuti, determinat modum viſionis ex

A parte rei viſæ; vt ſit ſenſus: videbimus eũ ita eſſe, ſicuti eſt; quia ipſum eſſe videbimus, quod eſt eius eſſentia. Non autem determinat modum viſionis ex parte videntis; vt ſit ſenſus; q. ita erit perfectus modus videndi: ſicut eſt in Deo perfectus modus eſſendi.

Et per hoc etiam patet ſolutio ad ſecundum. Cum enim dicitur, quòd rem vnam vnus alio melius non intelligit, hoc habet veritatẽ, ſi referatur ad modũ rei intellectæ; quia quicũque intelligit rem eſſe aliter, quàm ſit, non verè intelligit; non autem, ſi referatur ad modũ

B intelligendi; quia intelligere vnius eſt perfectius, quàm intelligere alterius.*

Ad tertium dicendum, quòd diuerſitas videndi non erit ex parte obiecti; quia idem obiectum omnibus præſentabitur, ſcilicet Dei eſſentia; nec ex diuerſa participatione obiecti per differẽtes ſimilitudines, ſed erit per diuerſam facultatem intellectus, non quidem naturalem, ſed glorioſam, vt dictum eſt.*

Ratio ordinis, & ſenſus quæſiti.

C In viſione diuinę eſsentię; ſicut ẽt in qualibet viſione, duo conſideramus. Vnum eſt, principium viſionis; & hęc eſt virtus viſiua, & ſpecies in ea recepta. Alterum autem eſt obiectum, ſiuè terminus viſionis. Hucuſque diſſeruit S.D. de ijs omnibus, quę ad principium viſionis pertinere videbantur, ſcilicet de ſpecie, de virtute naturali intellectus; de virtute ſupernaturali, ſcilicet lumine glorię; Nunc aggreditur ea, quæ pertinent ad obiectum, ſiue terminum viſionis; Et quoniam in artic. præcedente tractauerat de lumine gloriæ, quod inæ-

D quale eſt in beatis, ex quo etiam cauſatur viſio obiecti inęqualis; ideò nunc conſequenter quęrit. *An videntium Dei eſſentiam vnus alio videat perfectius:* Nam quæſtio, an beati videant diuinam eſſentiam tractata eſt in primo articulo tamquam pertinens ad quęſtionem an eſt. Senſus huius quęſiti explicatur in corpore, & in reſponſionibus ad argumenta; & etiam in ſequentibus articulis.

Forma Textus.

Sanct. Thom. diſtinguit primò ſaltem implicitè. Secundò reſpondet. Diſtinctio eſt duplex. Prima eſt,

E *quod vnus alio perfectius Deum videat, poteſt ex duobus prouenire. Primò; quia habet ſimilitudinem Dei perfectiorem. Secundò; quia intellectus vnius habet maiorem virtutem, ſiuè facultatem ad videndum Deum, quàm intellectus alterius.*

Secunda diſtinctio eſt. Facultas videndi Deum duplex eſt. Vna naturalis, alia ſupernaturalis, quæ eſt per lumen gloriæ, quod intellectum in quadam deiformitate conſtituit.

Prima concluſio eſt. Videntium Deũ vnus alio perfectius

ſectius videt. Hæc non probatur per ſe; ſed probatio-nes ſequentium concluſionum hanc ſufficienter probãt, & argumentum: ſed contra.

Secunda concluſio. Vnus non videbit alio perfectius propter perfectiorem ſimilitudinem Dei *in ſuo intellectu receptam. Probatur; quia illa viſio non eſt futura per aliquam ſimilitudinem; ergo. Antecedens patet ex ſecundo art. Conſequentia euidens eſt.*

Tertia concluſio. Vnus alio non videbit perfectius propter maiorem facultatem intellectus naturalem. Probatur; quia facultas videndi Deum non conuenit intellectui creato ſecundùm ſuam naturam; ergo. Antecedens patet ex quarto articulo. Conſequentia euidens eſt.

Quarta concluſio. Vnus alio perfectius videbit propter maiorem facultatem ſupernaturalem, quæ eſt per lumen gloriæ. Probatur dupliciter: Primò: facultas videndi Deum conuenit intellectui per lumen gloriæ; ergo intellectus plus participans de lumine gloriæ perfectius Deum videbit. Antecedens patet ex præcedenti articulo.

Et probatur: quoniam lumen gloriæ intellectum in quandam deiformitatem conſtituit. Secundò probatur concluſio. Qui plus habet de charitate, perfectius videbit Deum; *ergo, qui plus habet de lumine gloriæ, perfectius videbit* Deum. *Probatur conſequentia. Quia qui plus habet de charitate, plus participat de lumine gloriæ. Probatur hoc antecedẽs ſimul cũ aſſumpto principali: quia, vbi eſt maior charitas, ibi eſt maius deſiderium; ergo, qui plus habebit de charitate, plus habebit de lumine gloriæ, et perfectius videbit Deum. Probatur cõſequentia: Quia deſiderium quodammodo facit deſiderantem aptum, & paratum ad ſuſceptionem deſiderati.*

Expoſitio Textus.

Beatos inæqualiter videre probatur ex ſacris litteris; ex quibus etiam confutantur errores Iouiniani, & Lutheri.

Circa prædicta duo ſunt explicanda.

Primum eſt, primam concluſionem eſſe dogma fidei expreſſum in ſacris litteris, & pluries ab eccleſia determinatum: Nam, vt nonnulla ex præcipuis ſacrarum litterarum teſtimonia proferamus. Matth. vndecimo, dicitur: *Qui minor eſt in Regno cælorum, maior eſt illo*, ſcilicet Ioanne; ergo in Regno cęlorum, ideſt in viſione beatifica ſunt maiores, & minores. Ioan. 14. *In domo patris mei manſiones multæ ſunt*. Vbi ſecundùm communem Patrum expoſitionem per domum Dei intelligitur celeſtis patria; in qua multę ſunt manſiones, ideſt ſtatus, ſiuè gradus beatitudinis, & Matt. 19. *Amen dico vobis, quòd vos, qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cum ſederit filius hominis in ſede Maieſtatis ſuæ, ſedebitis, & vos ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael*. Quibus verbis manifeſtè Chriſtus ſignificat, Apoſtolos præ cæteris in cęlo digniorem locum habituros.

Eãdem beatorum inæqualitatem Chriſtus expreſſit per illam parabolam eius, qui conſtituit ſuper decem ciuitates ſeruum illum, qui accepta vna mna decem mnas acquiſiuit. Luc. 19. alteri autem, qui tantùm quinque lucratus fuerat, regimen tradidit quinque ciuitatum. Luc. 19.

A

Et primæ Corint. quintodecimo, qui eſt locus allegatus à S. Thom. in argumento, *ſed contra*. Inquit Apoſtolus *ſtella differt a ſtella in claritate; ſic & reſurrectio mortuorum*. In quibus verbis ſignificat Apoſtolus inæqualem futuram gloriam corporis, & conſequenter etiam gloriam animæ; nã inæqualitas gloriæ corporis inæqualitatem cõſequitur gloriæ animæ. Sicut enim ſidera omnia à Sole ſuũ ſplendorẽ recipiunt non æqualiter, ſed quodlibet iuxta propriæ diſpoſitionis qualitatẽ, & quantitatem; Ita ſancti omnes in cęlo à Sole fulgentiſſimo Chriſto gloriam animæ, & corporis participabunt; non tamen æqualiter: ſed iuxta modum, & quãtitatem ſuę diſpoſitionis, hoc eſt bonorum operum, & meritorum ſuorum, gloriam animæ, & corporis recipient. 1. Cor. 15.

B

Et primæ Corinth. 3. *Vnuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundùm proprium laborem*. Et quoniam inter ceteros duo heretici, Iouinianus, & Lutherus hanc Euangelicam veritatem pari impietate, licèt ex diuerſa erroris ſcaturigine labefactare conati ſunt; ideò eccleſia aduerſus vtrunque hanc ſæpè veritatem definiuit: Nam D. Hieronymus in Apologia ad Pammachium pro libris ſuis contra Iouinianum affirmat errorem Iouiniani à Summo Pontifice Victorino fuiſſe damnatum. 1. Cor. 3. D. Hier.

C

Eundem errorem condemnauit Concilium generale Florentinum in Decreto vnionis. Prædictũ errorem amplexatus eſt Lutherus in ſermone de Natiuitate B. Mariæ Virginis: vbi adeò inſaniuit, vt dixerit fideles omnes æqualiter eſſe ſanctos, & cõſequenter futuros oẽs beatos, æquè ac B. Virgo. Cõcilium Florentinum. Inſania Lutheri.

Radix erroris Iouiniani erat; quia cum ſtoicis opinabatur virtutes omnes eſſe pares, & vitia inter ſe æqualia, & eo vtebatur argumento, quod S. Thom. in prima ſecundæ quæſt. 5. artic. 2. primo loco proponit, quod eſt tale. Beatitudo eſt præmium virtutis: ſed pro operibus virtutum omnib. æqualis merces redditur; ergo omnium eſt æqualis beatitudo. Probabat minorem, quia Matth. 20. omnes, qui operati ſunt in vinea, acceperunt ſingulos denarios; vbi et D. Gregorius iquit; ideò ſingulos denarios accepiſſe, quia æqualem æternæ vitæ retributionem ſortiti ſunt. Cui argumento reſpondet S. Thom. ex communi ſanctorum patrum ſentẽtia, quòd vnitas denarij ſignificat vnitatem beatitudinis ex parte obiecti; ſed diuerſitas manſionum ſignificat diuerſitatem beatitudinis ſecũdùm diuerſum gradum fruitionis. Vnus enim Deus eſt omnium beatorum poſseſsio æque infinita, & interminabilis cuiuslibet beati fruitio: non tamen æqualis eſt viſionis claritas, aut intẽſio; ſicut nec ęqualis eſt meritorum menſura. S. Thom. Matth. 20. S. Gregor.

D

E

Fundamentum autem Lutheri fuit, quia exiſtimauit omnes Chriſtianos eſſe iuſtos, & ſanctos ſola iuſtitia, & ſanctitate Chriſti ſingulis imputata, & quòd nulla eſſent fidelium merita, ſed quilibet per ſolùm Chriſti meritum eſſet ſaluandus, & afferebat præcipuè auctoritatem illam primæ ad Corinth. 1. Lutheri fundamentum. 1. Cor. 1.

Digitized by Google

rinth.1. *Chriſtus factus eſt nobis iuſtitia, & ſanctificatio,&c.*

Sed inane eſt fundamentum: Nam, quemadmodum ſacræ litteræ affirmant Chriſtum factum eſſe nobis iuſtitiam, & ſanctificationem, ita pronunciant factum eſſe nobis ſapientiam; at nemo negabit Chriſtum ita eſſe ſapientiam noſtram, vt nos etiam propria fide, & ſapientia nobis inhærente ſapientes ſimus; iuxtà illud Deut.4. *Hæc eſt ſapientia noſtra, & intellectus coram populis,&c.* ergo, pari forma ita Chriſtus eſt iuſtitia, & ſanctificatio noſtra, vt quilibet ſanctorum iuſtus ſit, & ſanctus iuſtitia, & ſanctitate intrinſecus ſibi inhærente, & conſimili etiam ratione per merita noſtra perducendi ſumus ad beatitudinem. Nec ob id tamen excluduntur merita Chriſti; quinimmò ex hoc ipſo per merita Chriſti beatitudinis præmium accipiemus, quod per merita noſtra nobis conferetur, quatenus innituntur meritis Chriſti. Sed de hoc ſatis diximus ſupra quæſt.6.artic.vlt. Itaq; erit inæqualis beatitudo iuxta ſanctitatis, & meritorum inæqualitatem ſecundùm illud Rom.2. *Qui reddet vnicuique iuxta opera eius.*

Deut.4. Rom.2.

In quo conſiſtat, & vnde cauſetur viſionum inæqualitas.

SEcundò explicãdum eſt, in quo conſiſtat viſionis, ſiue beatitudinis inæqualitas. Ad cuius euidentiam obſeruandum eſt, quòd viſio beata ordinem habet ad intellectum, à quo procedit, & ad obiectum quod videtur. Et in intellectu quidem duo ſunt, ſcilicet naturalis eius virtus; & perfectio luminis gloriæ ſuperaddita. In obiecto verò, puta diuina eſſentia, quædam ſunt formaliter: vt perfectiones ſimpliciter, & relationes diuinæ; quæ tamen perfectiones, & relationes à parte rei adunantur in vnam rem, & rationem formalem deitatis, manente ſola reali diſtinctione inter oppoſitas relationes.

Quædam verò ſunt in eſſentia diuina virtualiter, & eminẽter: vt ſunt reliquæ omnes perfectiones; quæ non ſunt perfectiones ſimpliciter, ſed in tali genere; vt humanitas, riſibilitas, & ſimilia. Inter prædicta, ſcilicet intellectum, & obiectum mediat viſio; quæ poteſt intelligi terminata ad plura, vel ad pauciora in obiecto viſa; & ſic erit perfectior, aut imperfectior extenſiuè; vel ad idem obiectum, aut eadem viſa ferri poteſt magis diſtincto, & claro intuitu contemplanda; & ſic erit perfectior intenſiuè. His adnotatis. Dico primò, inæqualitatem viſionis non cõſiſtere in hoc, quòd vnus videat plura ex his, quæ ſunt formaliter in Deo, quàm alius. Probatur: quoniam primæ Io.3. dicitur: *Cum apparuerit, ſimiles ei erimus, & videbimus eum ſicuti eſt*; at Deus in ſe eſt vnius rationis formalis ſimpliciſsimæ; ita vt ſapientia, bonitas, &c. ſint vna ratio formalis; ergo quilibet videt omnia exiſtentia in Deo formaliter.

1.Io.3.

Dico ſecũdò inæqualitatem viſionis, per ſe primò formaliter, & eſſentialiter non conſiſtere in hoc, quòd vnus alio plura videat ex iis, quæ in Deo

A ſunt virtualiter, & eminẽter idest plures effectus. Probatur; quia inæqualitas viſionis formaliter, & eſſentialiter ſecundùm illud eſt attendenda; quod per ſe primò videtur. & per quod aliquis conſtituitur beatus; at hæc eſt viſio Dei, vt terminatur ad ipſum Deum, & non vt terminatur ad creaturas viſas in ipſo Deo.

Vnde D.Auguſtinus 5.Conf.capit. quarto. *Qui te, & illa nouit, non propter illa beatior eſt, ſed propter te ſolùm beatus.* D.Aug.

Dixi autem formaliter, & eſſentialiter: Nam licèt perfectior viſio non conſiſtat in viſione pluriũ creaturarum in Deo, infertur tamen neceſſariò ex B plurium viſione: Nam plurium viſio in diuina eſſentia præexigit tanquam cauſam perfectiorem viſionem diuinæ eſſentiæ.

Ex quo ſequitur tertiò viſionis inæqualitatem in hoc poſitam eſſe, quòd vnus alio clariùs, & diſtinctius videt diuinam eſſentiam.

Dico quartò, primam, & remotam cauſam huius inæqualitatis eſſe inæqualitatem gratiæ, charitatis, & meritorum, quæ quis habuerit in hac vita. Hoc dictum probat S.Thom. in corpore articuli, vt ſupra, & tertiò contra gent.cap.quinquageſimo ſexto, probat per hoc, quod quemadmodum aliqua diuerſimodè præparantur ad finem, ità di- C uerſimodè participant finem: intellectuales autẽ ſubſtantiæ non omnes æqualiter præparantur ad finem, qui eſt viſio Dei; nam quædam ſunt maioris virtutis, quædam minoris; virtus autẽ eſt via, & diſpoſitio ad fęlicitatem; ergo oportet, vt in viſione diuina ſit quædam diuerſitas, vt quædam perfectius, & quædam minus perfectè ſubſtantiã Dei videant. S.Th.

Poſtremò dico, proximã, & immediatam cauſam huius inæqualitatis eſſe inæqualitatem luminis gloriæ. Probatur: Nam lumen gloriæ immediatè concurrit ad viſionem, &c.

An autem perfectio naturalis intellectus ſit aliquo modo huius inæqualitatis cauſa; diſcutien- D dum erit in ſequenti Controuerſia.

Reijcitur cenſura Vaſquezij contraria ſanctorum expoſitioni.

GAbriel Vaſquez longo diſcurſu diſputat de ſẽſu parabolę operariorum Matth. 20. & relicta communi ſanctorum Patrum expoſitione ſequitur interpretationem Ianſenij; quam diligenter impugnat, & falſam eſſe conuincit Suarez lib. 2. de attributis Dei negatiuis cap.20.num.8.

Idem Vaſquez impugnat expoſitionem D. Hieronymi ſuper illis verbis. *Qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, &c.* Matth.5. Sed, quia nõ E expedit ſcholaſticæ Theologię fines excedere, & de ſcripturarum interpretationibus loco minimè congruenti diſſerere, ſatis erit S. Doct. ſacrarum ſcripturarum periti ſsimi, ac reliquorum ſanctorũ Eccleſię Patrum debitam nobis obſeruantiam ad memoriam reuocaſſe exemplo ſanctiſsimi Doct. noſtri; qui ſanctorum Patrum prima facie minus cõſona dicta veneratus ſemper pia interpretatione, ac prudẽti dexteritate ad ſincerę veritatis ſenſum inflexit.

Prima

Prima Controuerſia.

An intellectus natura ſua perfectior cum æquali lumine gloriæ Deum perfectius, & intenſius videat, quã alius intellectus minus perfectus pari illuſtratus lumine.

Sententiæ Doctorum, & expoſitorum.

DVæ ſunt de hoc quæſito Doctorum, & expoſitorum contrariæ ſententiæ.

Scotus. Prior eſt Scoti in tertio ſentent. diſtinct. duodecima, quæſt. 3. & in 4. ſentent. diſtinctione quinquageſima, quæſt. 6. quàm ſequitur Maior in quarto ſentent. diſtinct. 49. quæſt. 10. Durandus in tertio ſent. diſtinct. quartadecima, quæſt. 1. Paludanus eadem diſtinct. Richardus in 4. ſent. diſt. 49. art. 1. q. 8. & Caietanus 3. par. q. 10. art. 4. & nouiſſimè Ludouicus Molina ſuper hoc art. qui omnes dicunt ex duobus æquale lumen gloriæ habentibus illum, qui perfectioris eſt intellectus, diuinã eſſentiam perfectius intueri. Maior. Durandus Palud. Richardus Caiet. Molina.

D. Thom. Poſterior ſententia huic oppoſita eſt omnium expoſitorum S. Thom. ſuper hoc artic. & in tertia parte, q. 10. art. 4. & habet magnum fundamẽtum in tertia, & quarta concluſione huius articuli, & in reſponſione ad tertium; vbi ſic ait S. Doct. *Diuerſitas videndi Deum perfectius, & minus perfectè erit per diuerſam facultatem intellectus, non quidem naturalem, ſed glorioſam.*

Reſolutio.

Præmiſſo communi fundamento proponitur, & reijcitur explicatio Caietani, & Molinæ.

PRo reſolutione huius arduæ difficultatis propter argumenta vtriuſque partis non contemnenda. Supponenda ſunt primò ea fundamenta, quæ iecimus in prima, & ſecunda Controuerſia præcedentis articuli, & præſertim ſecundũ, & tertium Controuerſiæ ſecundæ; in quibus oſtendimus intellectum cum lumine gloriæ, & diuina eſſentia vt ſpecie intelligibili concurrere, nõ vt cauſam partialem, aut inſtrumẽtalem, ſed vt cauſam totalem, & principalẽ. Et ibidem declarauimus, ac probauimus modum concurſus in ratione cauſæ totalis, concluſimuſque viſionem diuinæ eſſentiæ totam, videlicet vt includit rationem operationis vitalis intellectionis ſupernaturalis, & viſionis diuinæ eſſentię eſſe ab intellectu, & totam à ſpecie, & totam à lumine; cum ſit vna ſimplex operatio prædictas habens cauſas; quamuis ſecundũ quandam adaptationem ratio vitalitatis, & intellectionis vt ſic, in intellectum reducatur, ratio ſupernaturalitatis in lumen gloriæ, & ratio viſionis talis in diuinam eſſentiam, tamquam determinantem.

Si itaque totus actus à ſingulis prędictis cauſis tamquam totalibus dependet, neceſſariò ſequitur ẽt totam actus perfectionem eſſentialem, de qua loquimur, ab vnaquaque dictarum cauſarum de-

A riuari. Non enim differunt, aut ſeparari aliqua ratione poſſunt actus viſionis beatificæ, & eius eſſentialis perfectio; niſi quis adeo deſipiat, vt dicat rem poſſe à propria quidditate, vel eſſentia ſeparari. Itaque tota viſionis perfectio, non à ſolo lumine, vel ſpecie, quæ eſt diuina eſſentia; ſed etiam ab intellectus virtute naturali, vt cauſa in ſuo ordine totali, dependet; ergo quantò perfectior erit intellectus, tantò perfectiorem neceſſe eſt eſſe viſionem, ea ratione, qua ab intellectu, vt cauſa in ſuo ordine totali dependet. Sed qualis ſit iſta perfectio; non ita facilè poteſt explicari.

B Non enim placet explicatio Caietani, & Molinæ dicentium, quòd cũ æquali lumine gloriæ ſublimior erit viſionis gradus in intellectu nobiliori: vnde inquit Caietanus, ſi, cum æquali lumine gloriæ Angelus aſſumeretur in vnitatem perſonæ, Angelus ille perfectius videret Deum, quàm anima Chriſti, & eſſet (inquit) ſublimior gradus, non ex ſublimiori lumine, aut gradu luminis, ſed ex ſublimiori intellectu æqualiter illuſtrato. Non placet inquam hęc expoſitio: Nam vitare nullo modo poteſt multa incommoda, & abſurda ex ea cõſequentia, prout patet ex argumentis contra eam adductis à Banneſio, Zumello, Suarezio, & alijs poſterioribus expoſitoribus S. Thom. Reijcitur explicatio Caietani, & Molinæ

C

Refertur, & reijcitur ſententia Ioannis Salas.

IOannes Salas prima ſecundæ quæſt. 3. tract. ſecundo, diſput. 5. ſect. 7. alio modo ſoluit propoſitam difficultatem dicens intellectum dupliciter conſiderari: Vno modo, vt virtus merè naturalis, hoc eſt, vt potentia naturalis, non ſolùm quo ad ſubſtantiam, ſed etiam quo ad modum agendi: Alio modo, vt eſt potentia obedientalis, ideſt naturalis quo ad ſubſtantiam, ſupernaturalis verò quo ad modũ operandi. Quamuis igitur (inquit Io. Salas. D Salas) vnus intellectus ſit nobilior alio priori modo, non tamen melius videt cum æquali lumine gloriæ, quia non eſt altero nobilior, vt eſt potentia obedientialis, ſecundùm quam rationem concurrit ad viſionem Dei; non autem, vt potentia naturalis; quemadmodum etiam potentia obedientialis receptiua gratiæ, vel charitatis æqualis eſt in homine, & in Angelo, & ideò non recipit gratiam, vel charitatem melius Angelus, quàm homo.

Probat autem ſuam hanc ſententiã hoc argumento. Ratio potẽtiæ obedientialis actiuæ, & paſſiuę reſpectu viſionis non competit intellectui humano, & Angelico, vt ſunt tales intellectus, ſed, vt E intellectus sũt; At quatenus intellectus ſunt, ęqualitatem habent; ergo etiam in vi efficiendi, & recipiendi viſionem æquales eſſe poterunt; Igitur intellectus Angeli, licèt ſit melior, ad intellectiones naturales, non tamen ad ſupernaturales. Et addit prædictus author in ſolutione primi argumenti: quando vna pars cauſæ attemperat ſuum concurſum iuxta aliam partem cauſæ; etiam ſi ipſa ſit pfectior in uno, quàm in alio, non egredi meliorem actionem; & quia intellectus attemperat ſe

ſe lumini,& eſſentiæ diuinæ concurrenti per modum ſpeciei iuxtam menſuram luminis; ideo ſi lumen ſit valdè extenſum, magna erit viſio in quocunque intellectu: ſi verò valde contractum, modica.

Sed huic dicendi modo duo obijci poſſunt: vnũ eſt intellectionem, ſiue viſionem diuinæ eſſentiæ non eſſe tantùm operationem ſupernaturalem ob ſupernaturalia illa principia, quę ſunt lumeũ gloriæ,& diuina eſſentia, ſed eſſe etiam operationem vitalem; quia actiuè vitaliter exit ab intellectu. Ex quo ſequitur operationem illam, ea ſaltem ratione, qua vitalis eſt, nobiliorem eſſe à nobiliori intellectu puta ab intellectu angeli, quàm ab intellectu hominis: Nam, cum vitalitas actus radicaliter ſit à potentia, ſecundùm perfectionem potentiæ naturalis erit etiam perfectio vitalitatis.

Aliud, quod obijci poteſt prædictæ ſententiæ eſt; quia non apparet intellectum ſuam actionem ſecundùm omnem rationem, qua ab illo exit, attẽperare iuxta quantitatem luminis glorię; non autem è contra, hoc eſt lumen gloriæ nulla ratione attemperare ſuum concurſum iuxta quantitatem virtutis intellectiuæ; cum tamen actus ex potentia,& perfectio, ſiue naturalis, ſiue ſupernaturalis ex perfectibili modificetur, modo inferius declarando: prout etiam ſignificauit S.Thom. tertia parte, quęſt. 61. artic. 5. ad primum dicens formã completam eſſe in ſubiecto ſecundùm conditionẽ ſubiecti, *& quia* (inquit) *anima eſt mutabilis ſecundùm liberum arbitrium, quamdiu eſt in ſtatu viæ, conſequens eſt, quòd gratia inſit animæ mutabiliter*, quod idem ſignificat,& magis explicat 2.2.q.24. artic. 11. vbi tradit cauſam, ob quam ſemel habita charitas amitti poteſt. D. Thom.

Proponitur quædam via ſoluendi difficultatem, & reijcitur.

OCcurrunt autem mihi duę alię expoſitiones, ſiue vię, quibus ſuſtineri aliquo modo poſſit prędicta ſententia.

Primus dicendi modus ſupponit, quod dictum eſt, nimirum viſionis beatę perfectionem totam ex lumine,& totam à potentia intellectiua dependere; Sed quoniam lumen gloriæ altioris ordinis eſt, vtpotè diuini, quàm ſit intellectus, qui ad ordinem pertinet naturalem; hinc fit, vt gradus, quo vna viſio alia perfectior redditur ex maiori gradu luminis gloriæ, ſit longè perfectior illo viſionis gradu, quo vna viſio fit alia perfectior ex perfectiori potentia intellectiua; ita vt, quemadmodũ naturalis perfectio virtutis intellectiuæ createę, quantumcunque creſcat, nunquàm adęquari poterit perfectioni luminis gloriæ, ſic gradus viſionis, vt pendet ab intellectus virtute, nunquã adæquare poterit minimum viſionis gradum ea ratione, qua pendet à lumine glorię. Exempli gratia, Angelus Raphael minus habet de lumine glorię in vno gradu, quàm S.Io. Baptiſta, ſed tamen Raphael perfectione naturali intellectus quinq; gradibus pręſtat; hic exceſſus quinque graduum in naturali

A perfectione intellectus non adęquat exceſſum vnius gradus luminis glorię, quo S. Ioann. excedit Raphaelem,& conſequenter viſio Raphaelis, qua ratione, vt pendens ab intellectu perfectior eſt viſione S. Ioannis, vt hęc etiam pendet ab intellectu, non adequabit viſionem S. Ioannis, quatenus viſio S. Ioan. perfectior eſt, vt pendens à perfectiori lumine glorię: Nam effectus debet ſuę cauſę proportionari. Itaque longè excellentior erit gradus, ſiuè modus viſionis pendens à gradu luminis vt ſic, quàm gradus, ſiuè modus viſionis pendẽs à gradu naturalis virtutis; vt ſic. Et loquimur modo ſuperius explicato reducendo proprios effe-

B ctus, ſiue proprias effectuum rationes formales in proprias cuiuſque ordinis cauſas totales: quibus ſingulis neceſſe eſt totum effectum ſecundùm aliquam, vel etiam aliquas rationes formales correſpondere, vt ſuperius oſtenſum eſt in actu viſionis beatificę.

Vbi tamen diligenter aduertendum eſt, magnã differentiam eſſe inter eam comparationem, quæ fit inter lumen glorię,& naturalem virtutem intellectus;& eam, quę fit inter gradum viſionis pendentem ex lumine glorię, & gradum viſionis pendentem ex naturali virtute intellectus: Nam extrema primæ comparationis, videlicet lumen glorię,

C & virtus naturalis intellectus ſunt realiter abinuicem condiſtincta; non autem ſecundæ comparationis extrema, videlicet gradus viſionis pendens à lumine gloriæ, & gradus viſionis pendens à naturali virtute intellectiua; quoniam à lumine pręcisè ſumpto, nec à natura pręcisè ſumpta vllus viſionis gradus poteſt dependere, cum neceſſarius ſit ſimpliciter vtriuſque concurſus ad quemcunq; viſionis actũ,& gradum, modo ſuperius expoſito.

Itaque dici poſſet, data luminis paritate, cum inęquali virtutis intellectiuę perfectione inęqualem fore viſionem, qua ratione pendet ab intelle-

D ctu; ęqualem autem, qua ratione pendet à lumine glorię. Et quia viſio ſanctorum, ea ratione beatifica eſt, qua pendet à lumine eleuante intellectũ ad obiectum,& actum ordinis ſupernaturalis; idcircò ſecundùm hanc rationem attendendi ſunt ſimpliciter diuerſi beatitudinis gradus, ac multę in domo Dei, ac Patris ęterni manſiones: gradus autem viſionis, qua ratione pendet à naturali virtute, nec vllam habet cum gradu ex lumine dependente proportionem, & in ipſa conditione nobilioris naturę videtur radicaliter à Deo conditore, ſicut, & cętera dona gratis collatus: Nec de hoc magis mirandum eſt, quàm de inęqualitate gratię,& glorię Angelis à Deo collatę iuxtà proportionem inęqualium naturarum; prout docet S.

E Thom. infra quæſt. 62. art. 6. S. Thom.

Vnde etiam, qui ſublimioris naturæ ſunt Angeli, eorum, quæ magis recondita ſunt, myſteriorũ reuelationes accipiunt,& prius illis, quàm inferioribus reuelantur: Quæ omnia videntur eis, quaſi radicaliter, & diſpoſitiuè gratis à conditore collata in ipſa differentium naturarum creatione. Verùm hic dicẽdi modus eaſdem ferè patitur anguſtias, quas pręcedens: Nam perfectior viſionis gradus,

Digitized by Google

gradus, vndecunque dependeat, beatitudinem auget, pertinetque ad eſſentiale beatorum præmiũ, quod in propoſito caſu æqualibus meritis non redderetur æquale. Nec in Angelis cum inæqualitate naturæ fuit æqualitas meritorum, aut luminis gloriæ. Vndè exemplum non eſt ſimile, ſed valde diſſimile.

Solutio vera.

Differentem eſſe perfectionem, & intenſionem, quam habet actus ex potentia, ab ea, quam habet ex forma ſupernaturali.

SVpereſt altera via longè planior. Ad cuius euidentiam quinque ſunt obſeruanda.

Primum eſt, quòd perfectio, & intenſio viſionis ex perfectione potentiæ, & perfectio, ſeu intenſio viſionis ex perfectione luminis gloriæ ſunt, vt diximus, diuerſarum rationum formaliter loquendo, & comparantur adinuicem, vt modus, & res, cuius eſt modus: Nam, quemadmodum perfectio naturalis in actu primo aliqua ſæpè ratione modificat perfectionem ſupernaturalem in actu primo; vt patet de fidei, & Prophetiæ reuelatione facta ſecundùm modum noſtrum intelligendi naturalem per ſpecies à rebus acceptas; ita perfectio actus ſecundi, prout eſt à perfectione potentiæ, ſemper modificat perfectionem eiuſdem actus ſecundi, vt eſt à perfectione formæ ſupernaturalis, qua ratione exit ab agente, non tamen, vt ad obiectum terminatur. Itaque ea viſionis perfectio, quę à perfectione potentiæ deriuatur, modificat eiuſdem viſionis perfectionem, quæ ex lumine gloriæ dependet, vt exit à vidente. Quare prior perfectio poteſt nuncupari modalis, poſterior verò eſſentialis.

Secundò ſciendum eſt, quòd hæc modalis perfectio, quæ ſcilicet ineſt actui ex perfectione potentię, quandoque redũdat in perfectionem actus ſecundùm ſe, ideſt in perfectionem actus eſſentialem; non nunquam autem pertinet ad perfectionẽ actus tantùm ſecundùm quid, quatenus videlicet exit à potentia. Explicatur vtrumque per diſtinctionem: Nam potentia, & forma, quæ eſt actus primus, qui eſt principium ſecundi, poſſunt ſe habere dupliciter: Vno modo, vt ambo ſint eiuſdem ordinis; & hoc modo ſimul concurrunt ad intenſionem, ſiuè perfectionem eſſentialem vnius, & eiuſdem actùs; ſicut perfectio potentiæ viſiuæ ſenſitiuæ, & perfectio ſpeciei viſibilis eiuſdem ordinis ſunt, ſcilicet naturalis, & concurrunt ad intenſionem, & perfectionem eſſentialem viſionis naturalis: Alio modo ita ſe habere poſſunt, vt ſint diuerſorum ordinum; vt, ſi potentia ſit ordinis naturalis, & forma ſit ordinis ſuꝑnaturalis. Sicut in ꝓpoſito intellectus, & lumen gloriæ; Et hoc modo, non oportet, vt concurrant ad intenſionem actus ſecundi, puta viſionis ſecundùm eandem rationẽ; ſed perfectio potẽtiæ erit cauſa intenſionis actus, prout exit à potentia; forma verò ſupernaturalis cauſabit eiuſdem actus intenſionem, ſecundùm

A perfectionem eius eſſentialem, & qua ratione ad obiectum terminatur.

Tertiò aduertendum eſt, intenſionem actus ſupernaturalis, vt exit à perfectione potentiæ naturalis, non ſpectare formaliter loquendo ad perfectionem actus ſupernaturalem; ſed, quemadmodum in hoc actu ſupernaturali, qui eſt viſio beatifica, conſideramus rationem formalem intellectionis, & vitalitatis vt ſic, & ſupernaturalitatis, & claritatis, quibus ſingulis proprias attribuimus perfectiones, & intenſiones ratione diſtinctas, ita ſingulis perfectionum intenſionibus proprias aſſignamus cauſas: Nam, quo perfectior fue-
B rit intellectiua potentia, eò perfectior erit viſio, qua ratione vitalis eſt, & quatenus intellectio eſt; quantò verò abundantius fuerit lumen glorię, tãtò magis dę ordine ꝑ ſe primò ſupernaturali participabit. Denique quo fuerit vnio diuinæ eſſentiæ, vt formæ intelligibilis perfectior, eo clarior, & intenſior erit eiuſdem diuinæ naturæ contemplatio; Igitur, qui perfectioris erit intellectus, cũ ęquali lumine gloriæ clarius, ſiue perfectius eo videbit, qui minus eleuatum habet naturaliter intellectum, non quidem clarius eſſentialiter, ſed modaliter, ideſt, quatenus hoc vocabulo clarius, ſiue perfectius ſignificatur modus, & perfectio actus,
C prout exit à potentia, & quatenus intellectio eſt, & actio vitalis; vt ſic: non autem, vt talis eſt, ſcilicet ſupernaturalis, & viſio diuinæ ſubſtantiæ.

Ad cuius ampliorem euidentiam ſcito lumen gloriæ aliquo modo ſe tenere ex parte potentiæ, quatenùs ſcilicet eſt augumentum virtutis, & aliquo modo ex parte medij, & obiecti, quatenus ſcilicet eſt ratio ſub qua obiectum attingitur à potẽtia: ratione primi recipitur in potentia ſecundùm modum ipſius potentiæ, & ideò in perfectiori potentia efficit perfectiorem viſionem, prout viſio conſideratur vt exiens à potentia, ratione verò ſecundi viſionis perfectionem cauſat iuxtà proprię
D quantitatis, & perfectionis menſuram. Quod idẽ aſſerendum eſt de actibus ſupernaturalibus fidei, ſpei, charitatis, & aliorum habituum ſupernaturalium.

Ex quibus ſequitur primò perfectionem hanc viſionis modalẽ non facere videntem magis beatum; cum viſioni non congruat ea ratione, qua ad obiectum beatificum terminatur; ſed tantùm, vt exit à potentia modo dicto: Nam, cum gratia naturam non deſtruat, ſed perficiat, vbi ſublimior erit naturalis potentię virtus, erit etiam perfectior operatio, vt exit à potentia; tametſi ad obiectum, quod naturæ vires excedit, terminari nequaquam
E poſſit, niſi ſecundùm perfectionem, & proportionem virtutis, & formæ ſupernaturalis. Secundò ſequitũ poſſe aliquo mõ ambas primas illas opiniones cõciliari, & vtriuſq; partis argumẽta diſſolui.

Quartò conſiderandum eſt, quòd licèt formaliter, & præciſè ſumendo actum ſupernaturalem, vt exit à potentia naturali, perfectio, quæ ad actũ ex potentia deriuatur, non redundet in perfectionem eſſentialem actus; ſi tamen conſideretur potentia, vt à Spiritu ſancto, ſiuè diuino auxilio mo-

Digitized

ta exit in actum, ſic perfectio actus ex potentia eſſentialis eſt actui; ſic enim eiuſdem ordinis eſt potentia cum forma, quæ eſt ei ratio agendi, & cum actu producto. Vnde actus à voluntate informata charitate productus intenſior ipſa charitate per motionem, & auxilium Spiritusſancti perfectior eſt eſſentialiter, non quatenus præcisè eſt à voluntate, ſed vt eſt ab ea, cum diuino auxilio, & impulſu Spiritus ſancti.

Et quoniam huic dicendi modo, non ſolùm ratio ſupra poſita, ſed multa cõſonant dicta S. Tho. idcircò ſequendum, ac tenendum exiſtimaui.

S. Tho. Primum dictum D. Thom. eſt in prima ſecundę quæſt. 4. artic. 5. in corpore, vbi habentur hæc verba. *Cum enim operatio dependeat à natura rei, quantò anima perfectior erit in ſua natura, tantò perfectius habebit ſuam propriam operationem, in qua fœlicitas cõſiſtit.* Et loquitur ibidem S. Tho. de viſione, & fruitione diuinæ eſſentiæ; quod etiam ibidem apertius explicat in reſponſione ad quartum argumentum. In quo loco legenda eſt expoſitio Conradi, quæ valde fauet ſententiæ noſtrę. Conradus.

S. Thom. Secundum dictum S. Thom. eſt in 4. ſentent. diſtinct. 49. quæſt. 1. art. 4. quæſtiuncula prima. Vbi ait, *quòd quantò aliquid eſt perfectius in eſſe, tantò eſt perfectius in operari, & ideò ſanctorum beatitudinem poſt reſurrectionem augendam eſſe intenſiuè.* Quam intenſionem Petrus Bergomenſis auctor Tabulæ aureæ dubio 275. interpretatur de intenſione ex parte ſubiecti melius diſpoſiti; quam expoſitionẽ luculentius tradit S. Thom. in ſententijs paruis libro 4. diſtinct. 49. quæſt. vnica, art. vlt. Vbi ſic ait. *Perfectio operationis ex duobus pendet; aut enim ex habitu: & ſic non erit maior beatitudo poſt reſurrectionem, quàm ante; quia nec maior charitas perficiet affectum, nec maius erit lumen gloriæ illuſtrans; aut ex potentia naturali; & ſic quodammodo erit intenſior beatitudo poſt reſurrectionem, quàm ante.* Hæc S. Thom. Petrus Bergomenſis. S. Thom.

Ex quibus apparet ſententiam noſtram cũ doctrina, & ſenſu D. Thom. maximè conuenire. Alij perfectionem hanc extrinſecam appellãt, quæ attenditur ex maiori perfectione ſuppoſiti. Quæ tamen interpretatio non ſatis congruit dicto D. Th. paulò ante notato ex 4. ſent.

Prætereo locum eiuſdem S. Thom. tertia par. q. 10. art. 4. quem locum Caietanus pro ſua ſententia firmiſsimum exiſtimat fundamentum. Sed quoniam expoſitores verba D. Thom. ibidem longè aliter interpretantur, nec patitur ſcholaſticæ norma diſciplinæ prolixa nos ad extranea diſputatione diuertere, vſq; ad locum illum noſtræ interpretationis ſententiam differemus.

Aequales eſſe videntium conatus, iuxta luminum, & viſionum æqualitatem.

POſtremò notandum eſt, in viſione beatifica ęquales eſſe videntium conatus iuxta luminũ & viſionum æqualitatem; etiam ſi eſſet diſparitas aliqua in virtute naturali. Nam in lumine gloriæ cum æqualitatę viſionis inęqualitas eſſe non poteſt. Ad cuius probationem ſupponendum eſt co-

A natum nihil aliud eſſe, quàm applicationem quandam, vel ordinem ad actionem, vt nunc exercendam, vel, vt actu exercitam, cum ante potentia tantùm haberet ordinem ad actionem, vt poſsibilem exerceri. Eſt autem hic ordo non prædicamẽtalis, ſed tranſcendens; non realiter, ſed formaliter tantùm, ſiue modaliter à potentia diſtinctus, & ſermo eſt de potentia cum omnibus principijs eidem intrinſecè ſaltem in eſſe cognito, vel intelligibili coniunctis: Hoc verò latius explicandum erit infra quæſt. 22. artic. 4. Vel dicas conatum ex parte potentiæ mouentis, puta voluntatis, dicere vſum actiuum; ex parte verò potentiæ motæ, puta
B intellectus, dicere vſum paſsiuum vitalem, quo ſ. ad actionem, vt agens ordinatur, & non vt inſtrumentum tantùm. conatus quid ſit.

Quo ſuppoſito. Probatur omnes æquale lumen habentes, & æqualiter videntes æqualiter conari; licèt intellectuum perfectiones ſint inæquales.

Simpliciter loquendo prædictus ordo, ſiuè applicatio ad actum videndi pẽdet ex omnibus principijs viſionis, quatenus prius natura ſunt in actu primo; viſio autem diuinę eſſentię; vt ſic, non eſt ſublimior ex perfectiore virtute naturali; ſed tantùm ex maiori lumine gloriæ; vt ſupra diximus; ergo etiam ordo potentiæ ad viſionem ut ſic; nõ eſt
C maior ex maiori virtute naturali.

Sequela probatur: quoniam ordo ad actionem neceſſariò conſequens actionis principia, neceſſariò etiam adæquatur actioni: alioquin in eo, quod excedit, vel exceditur, non habet rationem ordinis reſpectu talis actionis. Loquor autem de ordine ad uiſionem ut ſic: Nam, ſi ſermo eſſet de ordine ad illum actum, qui eſt uiſio, qua ratione tantũ eſt actus uitalis, uel intellectio abſolutè, iã ſupra diximus perfectiorem eſſe actionem ſublimioris potentiæ naturalis, & conſequenter maior etiam erit ex hac parte conatus.

Secundò probatur idem: Quia, ſicut ſe habet
D conatus iuſtificati per gratiam ad ipſam gratiã, ita ſe habet conatus beati ad gloriam, ſiue beatitudinem, quæ in Dei uiſione conſiſtit: ſed iuſtificato quantitas gratiæ confertur iuxta quantitatẽ conatus uoluntatis, non prout operatur uirtute ſua naturali, ſed prout agit à Spiritu ſancto mota; ergo etiam beato quantitas gloriæ, ſiuè uiſionis confertur iuxta quantitatem conatus, non prout eſt ex naturali facultate intellectus, & uoluntatis, ſed quatenus intellectus uirtutis habet augmentum ex lumine glorię, & uoluntas ex charitate. Maior eſt euidens, & eam omnes admittũt, Minor eſt Diui Thomæ in ſecunda ſecundę queſt.
E 24. articulo tertio ad primum. Vbi diluens argumẽtum deſumptum ex illo dicto Matth. 25. *Dedit vnicuique ſecundùm propriam virtutem*, ita reſpondet; *Illa virtus, ſecundùm quam dona dat Deus vnicuique, eſt diſpoſitio, vel præparatio præcedens, ſiue conatus gratiam accipientis; ſed hanc etiam diſpoſitionẽ, uel conatum præuenit Spiritus ſanctus mouens mentem hominis, vel plus, uel minus ſecundùm ſuam voluntatẽ.* Vnde Apoſt. dicit ad Coloſſ. 1. *Qui dignos nos fecit in partem ſortis Sanctorum in lumine.* Hęc ibi S. Tho.

Qui

Digitized by Google

Qui plura de hac materia videre deſiderat, legat
Aluarezium de Auxilijs diuinæ gratiæ, diſpu. 62. 12.
cuius opus poſt primam huius noſtri voluminis
impreſsioné editum, & ex Vrbe nobis ab Illuſtriſ-
ſimo Cardinale Bernerio tranſmiſſum legimus.

Ex quo patet, quid cenſendum ſit de doctrina
Molinæ diſputatione 3. in hoc artic. in qua ſuppo- 12.
nit intellectum, lumen gloriæ, & diuinam eſſentiã
concurrere vt partiales cauſas ad actum viſionis;
quod ſuperius multis argumentis vt falſum reie-
cimus.

Poſt hæc ſcripta vidi Ioannem Salas 1. 2. queſt.
3. tract. 2. diſput. 5. ſect. 8. eadem ferè dicentem in
ſubſtantia contra Molinam. Legendus eſt S. Tho.
2. 2. quæſt. 24. art. 3. ad primum, & tertium, & ibi
Caietanus.

Deducuntur concluſiones, & indicantur argumentorum ſolutiones.

PRima concluſio. Duo intellectus inæquales virtute, pares autem in lumine gloriæ, æqualem habent viſionem diuinæ eſſentiæ, qua ratione viſio eſt diuinæ eſſentię.

Hanc concluſionem probant omnia argumenta, quæ ſolent proferri contra primam ſententiã; & habetur expreſsè ex tertia, & quarta concluſione Sanct. Thom. in hoc articulo, & ex reſponſione ad tertium.

Secunda concluſio. Intellectus perfectior cum æquali lumine gloriæ, perfectius videbit ſecundũ quid, conſiderata ſcilicet viſione, quatenus in ratione actus vitalis, & intellectionis exit à vidente; non autem, vt eſt viſio diuinæ eſſentiæ.

Hæc concluſio ſequitur euidenter ex iactis fundamentis, & eſt de mente S. Tho. vt patet in locis adductis in quarto fundamento.

Tertia concluſio. Aequales ſunt videntium conatus iuxta luminum, & viſionum ęqualitatem, ét ſi eſſet diſparitas aliqua in virtute naturali.

COntra primam concluſionem plura militant argumenta, quæ à modernis expoſitoribus ſunt ſoluta.

Contra ſecundam concluſionem nulla video apud expoſitores argumenta: nam quæ pro veritate adducunt ſententiam Scoti, Caietani, & aliorũ infringunt, & probant primam noſtram concluſionem.

Contra tertiam concluſionem, prout explicata eſt in vltimo fundamento, non militãt, ſed potius ei fauent argumenta Molinæ.

Contra eandem concluſionem ſunt argumẽta, quæ refert, & ſoluit Aluarez in ſua diſp. 63.

ARTICVLVS VII.

Vtrum videntes Deum per eſſentiam ipſum comprehendant.

AD ſeptimum ſic proceditur. Videtur, quòd videntes Deum per eſſentiam ipſum comprehendant. Dicit enim

A Apoſt. Phil. 3. Sequor autem, ſi quomodo cõprehendam. Non autem fruſtra ſequebatur: Dicit enim ipſe, primæ Corinth. 9. Sic curro, non quaſi in incertum; Ergo ipſe comprehendit; & eadem ratione alij, quos ad hoc inuitat dicens; ſic currite, vt comprehendatis.

2 Præterea: Vt dicit Auguſt. in lib. * de videndo Deum ad Paulinam; illud comprehenditur, quod ita totum videtur, vt nihil eius lateat videntem; ſed, ſi Deus per eſſentiam videtur, totus videtur, & nihil eius latet videntem: cùm Deus ſit ſimplex; ergo à quocunq; videtur per eſſentiam, comprehenditur. Epiſt. 112. c. 9. circa prin. to. 2.

B Si dicatur, quod videtur totus, ſed non totaliter, contra. Totaliter, vel dicit modum videntis, vel modum rei viſæ; Sed ille, qui videt Deum per eſſentiam, videt eum totaliter, ſi ſignificetur modus rei viſæ: quia videt eum, ſicuti eſt: * vt dictum eſt. Similiter videt eum totaliter, ſi ſignificetur modus videntis, quia tota virtute ſua intellectus Dei eſſentiam videbit; Quilibet ergo videns Deum per eſſentiam totaliter eum videbit; Ergo eum cõprehendet. Ar. præced.

C Sed contra eſt, quod dicitur Hier. 32. Fortiſsime, magne, potens, Dominus exercituum nomen tibi; magnus conſilio, & incomprehenſibilis cogitatu; Ergo comprehendi nõ poteſt.

Reſpondeo. Dicendum, quòd comprehendere Deum impoſsibile eſt cuicunque intellectui creato; attingere verò mente Deum qualitercunque magna eſt beatitudo, * vt dicit Auguſt. Epiſt. 112. c. 9. to. 2.

Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quòd illud comprehenditur, quod perfectè cognoſcitur; perfectè autem cognoſcitur, quòd tantùm cognoſcitur, quãtùm eſt cognoſcibile. Vnde,

D ſi id, quod eſt cognoſcibile per ſcientiam demonſtratiuam, opinione teneatur ex aliqua ratione probabili concepta, non comprehenditur; puta, ſi hoc, quod eſt triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis, aliquis ſciat per demonſtrationem, comprehendit illud. Si verò aliquis eius opinionem accipiat probabiliter, per hoc, quod à ſapientibus, vel pluribus ita dicitur, non comprehendet ipſũ; quia non pertingit ad illum perfectum modũ cognitionis, quo cognoſcibilis eſt.

E Nullus autem intellectus creatus pertingere poteſt ad illum perfectum modum cognitionis diuinæ eſſentiæ, quo cognoſcibilis eſt: quod ſic patet. Vnumquodq; enim ſic cognoſcibile eſt, ſecundùm quod eſt actu. Deus igitur, cuius eſſe eſt infinitum, * vt ſupra oſtenſum eſt, infinitè cognoſcibilis eſt. Nullus autẽ intellectus creatus poteſt Deum infinitè cognoſcere. q. 7. art. 1

Digitized by Google

Intantùm enim intellectus creatus diuinam eſſentiam, perfectius, vel minus perfectè cognoſcit, inquantùm maiori, vel minori lumine gloriæ perfunditur. Cum igitur lumen gloriæ creatum in quocunque intellectu creato receptum, non poſsit eſſe infinitum, impoſsibile eſt, quòd aliquis intellectus creatus Deum infinitè cognoſcat. Vnde impoſsibile eſt, quòd Deum * comprehendat.

60

D. 668. D. 366.

Ad primum ergo dicendum, quòd comprehenſio dicitur dupliciter. Vno modo ſtrictè, & propriè, ſecundùm quod aliquid includitur in comprehendente. Et ſic nullo modo Deus comprehenditur, nec intellectu, nec aliquo alio; quia, cum ſit infinitus, nullo finito includi poteſt; vt aliquid finitum eum infinitè capiat: ſicut ipſe infinitus eſt. Et ſic de comprehenſione nunc quæritur. Alio modo comprehenſio largius ſumitur, ſecundùm quòd comprehenſio inſequutioni opponitur. Qui enim attingit aliquem, quãdo iam tenet ipſum, comprehendere eum dicitur; Et ſic Deus comprehenditur à beatis, ſecundùm illud Cantic. tertio. Tenui eum, nec dimittam. Et ſic intelligũtur authoritates Apoſtoli de comprehenſione. Et hoc modo comprehenſio eſt vna de tribus dotibus animæ, quæ reſpondet ſpei, ſicut viſio fidei, & fruitio charitati. Nõ enim apud nos omne, quod videtur, iam tenetur, vel habetur; quia videntur interdum diſtantia, vel quæ non ſunt in poteſtate noſtra. Neque iterum omnibus, quę habemus, fruimur; vel quia non delectamur in eis; vel quia non ſunt vltimus finis deſiderij noſtri; vt deſiderium noſtrũ impleant, & quietent. Sed hæc tria habent beati in Deo; quia, & vident ipſum, & videndo tenent ſibi præſentem, in poteſtate habentes ſemper eum videre, & tenentes fruuntur, ſicut vltimo fine deſiderium implente.

Ad ſecundum dicendum, quòd non propter hoc Deus incomprehenſibilis dicitur, quaſi aliquid eius ſit, quòd non videatur; ſed quia non ita perfectè videtur, ſicut viſibilis eſt; ſicut cùm aliqua demonſtrabilis propoſitio per aliquam probabilem rationem cognoſcitur, non eſt aliquid eius, quod non cognoſcatur, nec ſubiectum, nec prædicatum, nec compoſitio; ſed tota non ita perfectè cognoſcitur, ſicut cognoſcibilis eſt. Vnde Auguſtin. * diffiniendo comprehenſionem dicit, quòd totum comprehenditur videndo, quod ita videtur, vt nihil eius lateat videntem; aut cuius fines circumſpici, vel circumſcribi poſſunt; tunc enim fines alicuius circumſpiciuntur, quando ad finem in modo

Loco citato in arg.

A cognoſcendi illam rem peruenitur.

Ad tertium dicendum, quòd totaliter dicit modum obiecti, non quidem ita, quòd totus modus obiecti non cadat ſub cognitione; ſed quia modus obiecti non eſt modus cognoſcẽtis; * Qui igitur videt Deum per eſſentiam, videt hoc in eo, quod infinitè exiſtit; & infinitè cognoſcibilis eſt; Sed hic infinitus modus non competit ei; vt ſcilicet ipſe infinitè cognoſcat. Sicut aliquis probabiliter ſcire poteſt aliquam propoſitionem eſſe demonſtrabilem, licèt ipſe eam demonſtratiuè non B cognoſcat.

60 1 70 c 114 450

Proponitur, & ſoluitur dubitatio de neceſſitate præſentis articuli.

DVbitationem offert articuli præſentis inſcriptio: Nam cùm beatorum videntium Deum per eſſentiam vnus alio perfectius videat, vt determinatum eſt in articulo præcedente, nullus huius articuli dubitationi locus videtur relinqui: Nam, ſi non omnes æquè perfectè Deum vident, manifeſtè ſequitur, non omnes Deum C videntes ipſum comprehendere, & tamẽ hoc quęſitum eſt de omnibus beatis, & argumenta de omnibus abſolutè procedunt. Et confirmatur: quia in vtroque articulo eadem eſt dubitandi ratio, vt patet ex argumentis.

Ad hoc dicitur hęc duo quæſita ita eſſe formaliter diuerſa, vt vnius habita reſolutione ſtatim ſequatur alterius dubitatio. Nam determinata viſionum inęqualitate ſequitur ex duplici capite de comprehenſione dubitatio. Primum eſt, quo ad eos, qui perfectius vident; ſtatim enim dubitandũ occurrit, an ità perfectè videant, vt comprehendant. D Secundum eſt, quo ad omnes; nam poteſt eſſe cognitionis inæqualitas cum comprehenſione, & ſine comprehenſione: Nam quilibet Angelus ſecundum probabilem opinionem alium comprehendit, & tamen inferiores Angeli non ita perfectè cognoſcunt Angelos ſuperiores, ſicut illi ſeipſos; quinimò perfectius à ſuperioribus cognoſcũtur, quàm ſeipſos cognoſcant, quæ perfectior cognitio nõ eſt ex parte rei cognitæ, ſed ex parte cognoſcentis; vt paulò inferius explicabitur. Vnde meritò dubitari poterat, an data viſionũ inęqualitate omnes beati Deum comprehendant.

Secundò dicitur: Hęc duo quęſita diſtingui ex E diuerſitate propriorum principiorum, ex quibus pendet eorum reſolutio; vt patet ex diſcurſu vtriuſque articuli. Quamuis ergo vnius quæſiti reſolutio aliqua ratione ex alterius determinatione deduci poſsit, deſideratur tamen ſemper ſcientifica ex proprijs determinatio; qualis ea eſt, quæ in preſenti exhibetur articulo. Et per hęc patet reſponſio ad obiecta.

Forma Textus.

Conclusio eſt. Comprehendere Deum eſt impoſsibile cuicunque intellectui creato.

Probatur: Illud comprehenditur, quod cognoſcitur, quantùm cognoſcibile eſt, ſed nullus intellectus creatus poteſt cognoſcere Deum, *quantùm cognoſcibilis eſt; ergo. Maior probatur dupliciter.*

Primò: Illud comprehenditur, quod perfectè cognoſcitur; at illud perfectè cognoſcitur, quod cognoſcitur, quantùm cognoſcibile eſt; ergo illud comprehenditur, quod cognoſcitur, quantùm cognoſcibile eſt.

Secundò: Probatur eadem maior: Si illud, quod eſt cognoſcibile per ſcientiam demonſtratiuam, opinione teneatur ex aliqua ratione probabili concepta, non comprehenditur; ergo illud comprehenditur, quod cognoſcitur quantùm cognoſcibile eſt. Conſequentia euidens eſt, quia non apparet alia ratio, quare non comprehendatur, niſi; quia eſt magis cognoſcibile, quàm cognoſcatur ab eo, qui tenet illud ſola opinione. Antecedens manifeſtatur exemplo huius propoſitionis: Triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, quam propoſitionem ſiuè eius ſignificatum, ſi quis per demonſtrationem ſciat, comprehendit; ſi verò aliquis eius opinionem accipiat probabiliter per hoc, quòd à ſapiētibus, vel pluribus ità dicitur, non comprehendit illud. Minor autem propoſitio ſic probatur: Deus eſt infinitè cognoſcibilis, ſed nullus intellectus creatus poteſt Deum infinitè cognoſcere; ergo nullus intellectus creatus poteſt Deum cognoſcere, quantùm cognoſcibilis eſt. Maior huius argumenti probatur: Vnumquodque eſt cognoſcibile, ſecundùm quod eſt actu; Deus eſt actus infinitus; ergo cognoſcibilis eſt infinitè.

Minor probatur: Ad videndum Deum infinitè neceſſarium eſt lumen gloriæ infinitum; ſed nullus intellectus creatus poteſt habere lumen gloriæ infinitum; ergo nullus intellectus creatus poteſt videre Deum infinitè.

Maior huius argumenti probatur: Intantùm *intellectus creatus diuinam eſſentiam perfectius, vel minus perfectè videt, inquantùm maiori, vel minori lumine perfunditur.*

Minor relinquitur vt manifeſta ex finitate receptiui, videlicet intellectus creati.

Expoſitio Textus.

Quæ ſit comprehenſionis ſignificatio, & diffinitio.

AD maiorem præſentis materiæ intelligentiā duo neceſſariò ſunt explicanda. Primum eſt nomen, & ratio comprehenſionis. Secūdum eſt ratio cognoſcibilitatis.

Comprehenſio, vt ait S. Thom. hic in reſponſione ad primum, & alibi, dupliciter ſumitur. Vno modo lata, & minus propria ſignificatione, prout opponitur inſequutioni: vt qui currētem inſequitur, quando illum iam attingit, & tenet, dicitur illum comprehendere; quo modo beati omnes in patria comprehendere, & comprehenſores dicūtur; iuxta illud Cant. 3. *Tenui eum, nec dimittam*, Et primæ Corinth. 9. *Sic currite, vt comprehendatis.* Et ad Phil. 3. *Sequor autem, ſi quo modo comprehendam.* Et
A eſt comprehenſio in hac ſignificatione ſumpta vna de tribus animæ dotibus, quæ correſpondet ſpei, vt hic explicat S. Thom.

Alio modo ſumitur cōprehenſio ſtrictè, & propriè pro incluſione, qua aliquid in alio, vt continēte, & comprehendente clauditur: Nam, vt ait San. Thom. in quarto ſentent. diſtinct. 49. quæſt. 2. art. 3. *Comprehendere dicitur, quaſi ſimul prahendere.* Quo fit, vt illud propriè dicatur comprehendi, quod ſimul capitur cum omnibus, quæ eius ſunt. Itaquè oportet omne comprehenſum includi in comprehendente, & ab eo contineri. Et quemadmodum dicitur quidpiam ab aliquo corporaliter contine-
B ri, quia ſua quantitate dimenſiua non excedit ambitum continentis, ſed exceditur; vt vinum in amphora: ita ſpiritualiter dicitur aliud ab alio contineri, quod eius virtuti ſubeſt, & nullo modo prorſus excedit propriæ ſuæ virtutis quantitate. Vnde ſenſus viſus, qui vtraque gaudet quantitate, ſcilicet corporea, & ſpirituali, poteſt ratione vtriuſq; ab actu perfectæ viſionis, ideſt comprehenſionis impediri: Nam ab exceſsiua terræ quantitate impeditur, ne ſimul totū terræ globum valeat intueri, & à nimia Solis claritate ab excellentis illius luminis comprehenſione coercetur. S. Thom.

At virtutis intellectiuæ comprehenſio non im-
C peditur in intellectis per ſe, niſi propter exceſſum obiecti ſecundùm quantitatem ſupra quantitatē viſionis, & viſiuę virtutis, quando videlicet id, qđ intelligitur, habet modum eſſendi perfectiorem, quàm ſit modus, quo intellectus intelligit; ſiuè qñ intelligibile plus habet cognoſcibilitatis, quàm poſsit intellectus cognoſcere.

Ex dictis deducitur comprehēſionis diffinitio; quòd eſt cognitio rei perfecta adæquās rei cognoſcibilitatem. Quæ diffinitio, vt ſignificat S. Thom. colligitur ex verbis D. Auguſt. Epiſt. 112. capit. 9. qui eſt liber de videndo Deum ad Paulinam; vbi ſic ait Diuus Auguſtinus. *Illud comprehēditur, quod*
D *ita videtur, vt nihil eius lateat videntem, aut cuius fines circumſpici, aut circumſcribi poſſunt.* Tunc verò ait S. Thom. fines alicuius circumſpiciuntur, quādo ad finem in modo cognoſcendi rem illam peruenitur, ideſt, quando modus cognoſcendi rei cognitæ modum adæquat. comprehēſionis diffinitio.

Ad cuius euidentiam obſeruandum eſt dupliciter intelligi poſſe Deum eſſe incompræhenſibilē: Vno modo ex parte cognoſcentis, quia ſcilicet non tanta claritate, aut certitudine cognoſcitur, quanta obiectum ipſum ſecundùm ſe eſt cognoſcibile, & ita certum eſt Deum non ab alio, quàm à ſe ipſo poſſe comprehendi, quia talis comprehēſionis modus lumen exigit increatum, quod ſoli
E Deo conuenit: Alio modo poteſt intelligi Deum eſſe incomprehenſibilem ex parte obiecti; quatenus in vna diuinæ perfectionis infinita plenitudine ſunt virtualiter infiniti gradus intētionis, quos omnes nullus creatus, aut creabilis intellectus videre poteſt, ex quo ſequitur etiam vt nec omnes creaturæ, quas continet eminenter eſſentia Dei, poſsint ab aliquo intellectu creato Deum vidente cognoſci: Quamuis enim quilibet videns Deum infi-

infinitatem eius videat intenſiuam, nullius tamē intellectus creati virtus, aut modus perfectionē, aut modum huius infinitatis intenſiuæ poteſt adæquare, vt ait S. Doct. hic ad tertium, quòd etiā manifeſtatur exemplis: Nam primò viſus à longè videns album vt octo videt quidem totū, ita vt nullus poſsit aſsignari gradus, quem non videat, nō tamen videt eum totaliter, ideſt ſecūdùm omnem modum intenſionis. Deinde videt oculus Solem, vt cubitalem, cum tamen ipſum verè totū videat, nec posſit vlla Solis pars deſignari, quæ non videatur, & tamen nō videt oculus Solem totaliter; quia non videt omnē extenſionis eius modum: quod ēt frequenter apparet in imagine quantitatis rei in ſpeculo repræſentatæ: hæc enim tota, ſed non ſecundùm omnem modum extenſionis repræſentatur; Sic ergo quilibet videns Deum, totam videt eius infinitam perfectionem; ſed, quia non omnes intenſionis eius gradus virtuales intuetur, ideò Deum non comprǽhendit. Nec obſtat, quod vidēs Deum videat eſſentiam, attributa, relationes, & perſonas; hæc.n. in Deo ſunt formaliter, & horū cognitio magis pertinet ad extenſionem illius beatæ viſionis: ſed gradus prædicti virtualiter tātùm ſunt in Deo, & pertinent ad modum illum ſimpliciter infinitum eſſendi, quem nullius intellectus creati, vel creabilis efficacitas poteſt adęquare.

Argumenta Vaſquezij contra dictam diſſinitionem, & eiuſdem, ac Suarezij ſententia.

HAnc diſſinitionem ſic explicatam impugnat Vaſquez, diſput. 53. cap. 2.

Primò, quoniam Auguſtinus, & Sancti Patres docent, comprehendere rem aliquam nihil aliud eſſe, quàm totum, quod eſt in re aliqua, ita cognitione complecti, vt nihil illius verè lateat, ſed appareat, ſicut eſt. Hanc diſſinitionem probat ex cōprehenſione corporea: nam inter corpora vnum ab alio comprehenditur; quādo latera ſuperficiei conuexæ vnius intra latera concaua alterius continetur; perindè autē ſe habet ſpiritualiter repręſentatio cognitionis cum re cognita, ſicut ſuperficies concaua corporis continentis cum conuexa contenti; ergo, ſicut ſuperficies continens ſecundùm extenſionem æquatur ſuperficiei contentæ, quatenus tota intra illam corporaliter cōtinetur; Sic etiam cognitio adæquari debet rei cognitæ, & intra ſinum, & quaſi concauitatem ſuam illam cōtinere, quoties tota res repræſentatur, & cognoſcitur: Tunc igitur finitur res cognita cognitione, quando nihil non illius cognitione repræſentatur; non enim neceſſaria eſt æqualitas in perfectione eſſentiali: nam etiam in corporibus id non eſt neceſſarium, cum auri ſphęra optimè à ferrea comprehendi poſsit.

Secundò. Vt cognitio dicatur obiectum cōprehendere, opus non eſt eſſe æqualis perfectionis ſecundùm intenſionem cum ipſo; quia, ſicut non reſpondet perfectio ſecundum eſſe perfectioni, vt adæquentur: ſic etiam nec intenſio intenſioni. Idcirco (inquit) omnino accidentarium eſt, & extra

A rem, vt aliquod comprehendatur, cognoſci omni modo, quo poteſt, & debet, ſi modus ille eſſe debeat ex parte ipſius cognitionis.

Tandem ſuam explicans ſententiam ait, comprehendere nihil aliud eſſe, quàm rem ita videre, vt nihil illius videntem lateat. Quod dupliciter ait poſſe contingere. Vno modo cognoſcendo id tantùm, quod eſt in re formaliter: Alio modo cognoſcendo, etiam quidquid eſt in ea virtualiter; quod ſcilicet eam conſequi, & ab ea depēdere poteſt. Ait ſanctos Patres quandoque in vno, quandoque in alio ſignificato nomen comprehenſionis accepiſſe, & in priori acceptione Deum poſſe comprehendi; non autem in poſteriori. *Opinio Vaſquezij.*

B Franciſcus Suarez in ſæpè citato ſecundo lib. cap. 29. in fine, ait ad comprehenſionem non ſatis eſſe cognoſcere id, quod eſt in re cognita formaliter, ſed requiri, vt illa omnia ita cognoſcat, vt ex vi talis modi cognoſcendi ea compregendantur omnia, quæ in tali obiecto quocunq; modo videri poſſunt. Et hæc (inquit) fuit ratio D. Thom. q. 12. articulo octauo, non diuerſa ab ea, quam habet in artic. ſeptimo. *Opinio Suarezij.*

Soluuntur argumenta Vaſquezij.

C HAec autem omnia ex doctrina D. Thom. ſuperius propoſita, & explicata facilè poſſunt quaſi ad lapidem lidium comparata diſcerni, & quæ minus doctrinæ S. Thom. ac veritati conſona videbuntur, refutari.

Igitur ad primum argumentum ex auctorit. D. Auguſtini reſpondet S. Thom. hic ad ſecundùm vt ſupra notauimus. *S. Tho.*

Alij autem Sancti Patres ſatis ſeipſos explicāt confitentes Deum eſſe incomprehenſibilem cum ſacris litteris: Nam iuxta diſſinitionem Vaſquezij in priori ſenſu non eſſet Deus incomprehenſibilis; poſſetque aliquo modo Deus dici comprehē-

D ſibilis à creatura; quod piæ, & catholicæ aures exhorreſcūt. An autem, quas affert gloſſas Vaſquez, ſanctorum Patrum dictis eiſdem congruant, non prius iudicet prudens Theologus, quàm verborū ſeriem, loquendi formam, ac modum, finemq; recta ſui librauerit lance iudicij.

Ad exemplum autem, & eius applicationem dicimus: In eo propriè conſiſtere corporis continentis cum cognitione comprehenſiua ſimilitudinē, quòd, quemadmodum corpus, quod aliud vndiq; circumcludit, dicitur ipſum comprehendere; quia tantùm includit corpus incluſum, quantùm includi poteſt, quo ad omnem, videlicet incluſionis mo-

E dùm poſsibilem (ad quam incluſionem requiritur, vt tanta ſit includentis corporis cōtinens quātitas concaua, quanta eſt contenti conuexa; & vt actu claudat intra ſe, quidquid actu, vel formaliter, vel virtualiter ſub tali conuexa latet quantitate. Incluſa namque in manu aurea ſphęra clauditur, non ſolùm manu illius quantitas, ſed ſubſtantia, & omnes eidem connaturales proprietates, & accidentia: nec perfectiori modo claudi poteſt, formaliter loquendo, quàm, vt vndique ſit continentis corporis quantitate concluſa.)

Ita

Ita proportionaliter cognitionem comprehenſiuam neceſſe eſt totũ cognitum circũplecti, quo ad omnem eius cognoſcibilitatem; & conſequenter quo ad omnia, quæ quocunque modo in eo cognoſci poſſunt, ſiuè formaliter in eo ſint, ſiuè tantùm virtualiter: Nec requirit comprehenſiua cognitio ex vi comprehenſionis formaliter equalitatem abſolutã in entitate, aut perfectione, ſed proportionalem; vt ſit nimirum tanta vis, ac perfectio cognitionis, quanta eſt rei cognoſcibilitas. Quemadmodum corporis continentis quantitas concaua tanta debet eſſe, quanta eſt quantitas cõtenti conuexa.

Sed nihilominus conſequenter deducitur gratia materiæ æqualitas abſoluta in entitate, & perfectione, cum loquimur de comprehenſiua cognitione diuinæ eſſentiæ; quoniam oportet talem cognitionem eſſe infinitam ſimpliciter; vt adæquet cognoſcibilitatem naturæ diuinæ, quæ eſt infinita ſimpliciter. Et per hæc patet reſponſio ad ſecundum: falſum enim aſſumit.

Diffinitio verò comprehenſionis, quam etiam approbat Suarez, tametſi vera ſit, & conſona doctrinæ D. Thom. in ſequenti artic. non explicat tamen formaliter, & à priori comprehenſionis naturam; ſed à conſequentibus ſecundum noſtrum modum concipiendi: Nam ex hoc, quòd tanta cognitionis efficacitate res cognoſcitur, quãta eſt obiecti cognoſcibilitas, ſequitur, vt quæcunque in obiecto cognoſcibilia ſũt, ſiuè in eo ſint formaliter, vt perfectiones, ſiuè virtualiter inſint, vt effectus ab eo producibiles, perfectè cognoſcãtur; nam ex perfectiori cauſæ cognitione perfectior habetur effectuum virtualiter in ea contentorum notitia; vt latius patebit in artic. ſequenti.

Itaque propria, & legitima comprehenſionis diffinitio eſt, quam nos ſupra aſsignauimus ex doctrina D. Thom. in hoc artic.

Videnda ſunt, quæ ſcribit Suarez de comprehẽſione in tertia par. diſput. 36. ſect. 2. §. ſed interrogo.

Diſtinguitur, & explicatur ratio cognoſcibilitatis.

SEcundò declaranda eſt ratio cognoſcibilitatis poſitæ in diffinitione comprehenſionis. Sciẽdum eſt igitur, rem aliquam creatam eſſe magis cognoſcibilem poſſe ex duplici capite prouenire. Primum eſt quidditas rei creatæ, quæ eſt ratio cognoſcibilitatis; Et ob hanc cauſam dicimus Angelum eſſe magis cognoſcibilem in ſe, quàm ſit potentiæ noſtræ intellectiuæ virtus ad cognoſcendũ. Secundum eſt. Intellectiuæ virtutis perfectio; quæ non conſiſtit in ſolo, ac nudo intellectu, ſed in lumine congenito, aut etiam ſuperaddito, ac ſpecie intelligibili; quãtò enim hæc fuerint in aliquo excellentiora, tantò eidem erit quælibet res creata magis cognoſcibilis.

Itaq; cognoſcibilitas poſita in diffinitione cõprehenſionis eſt conditio ſe tenens ex parte obiecti, non ex parte cognoſcentis; ſiquidẽ cognoſcibilitas, quatenus eſt obiecti conditio, conuenit il-

A li ab intrinſeco, & per ſe; nam vnumquodq; eſt cognoſcibile, qua ratione eſt ens, & pro vt eſt in actu; conſtat autem inter intrinſeca rei primum eſſe entitatem; At verò cognoſcibilitas, vt eſt conditio ſe tenens ex parte cognoſcentis, conuenit rei ab extrinſeco, & per accidens: Nam rei, prout tantæ cognoſcibilitatis eſt, accidit, vt ab intellectu eleuatiori, aut minus eleuato, finito, vel infinito cognoſcatur. Vnde lapis, ſiue triangulus, qui eſt finitæ cognoſcibilitatis proportionatæ humano intellectui, verè, & propriè ab intellectu noſtro comprehenditur; quamuis ab Angelo, & à Deo ſit perfectiori modo cognoſcibilis: Hæc enim perfectior

B cognoſcibilitas ad comprehenſionem, quæ per ſe nihil aliud poſtulat, quàm nõ exceſſum cognoſcibilitatis in re comparatione virtutis cognoſcitiuæ, non eſt neceſſaria. Quòd enim potentiæ cognoſcentis maior ſit efficacitas, quàm ſit obiecti cognoſcibilitas, hoc extraneum eſt, & per accidens; quemadmodum, ſi nucem ita manu comprehendam, vt totam perfectè concludam nihil eius extrinſecus apparente, dicor verè illam comprehendere: licèt alia latiori manu, vel vaſe melius concludi poſſet. Quamuis itaque Deus, & Angelus ex perfectiori intellectu melius triangulum, aut lapidem, aut quamcunque rem ſenſibili materiæ con-

C cretam longè perfectius ex ſublimiore intellectiua virtute cognoſcant, comprehendi nihilominus res eadem dicitur ab humano intellectu, rei quidditatem, quantùm in ſe ipſa cognoſcibilis eſt, penetrante.

Prima Controuerſia.

An quilibet beatus actu videat omnia attributa, ſiue perfectiones, quæ ſunt in Deo formaliter.

Sententiæ Doctorum, & expoſitorum.

D QVæſtio hæc amplior eſt, quàm ſonet inſcriptio: quæritur enim non ſolùm de facto, aut de potentia Dei ordinaria, ſed etiam de potentia Dei abſoluta. An videlicet per Dei omnipotentiã fieri poſsit, vt beatus ita videat diuinam eſſentiã, vt vel aliqua tantùm, ſiue aliquod, vel etiam nullũ videat attributum.

Bartholomæus Torres infra quæſt. 28. art. 2. ſentit diuina attributa eſſe infinita, ac propterea non omnia à beatis actu videri, aut ab eis videri poſſe. Torres.

Eadem ſententia videtur fuiſſe Alberti 1. p. ſuæ ſummæ, quæſt. 13. membro ſecundò, & Paludani in quarto diſtinct. 49. quæſt. 5. art. 2. quam etiam plures ex modernis aſcribunt Ferrarienſi in tertio cont. gent. cap. 56. Qui tamen ibidem non loquitur de perfectionibus, quæ ſũt formaliter in Deo, ſed de ijs, quæ eminenter in Deo cõtinentur tamquam in ſupremò, & nobiliſsimo ente, & cauſa prima; loquitur enim ibidem de infinitate diuina, quo ad eius cognoſcibilitatẽ, & ait illam nequaquàm à beatis diſtinctè cognoſci; quoniã cognoſcere diſtinctè infinitatem intenſiuam Dei eſt cognoſcere particulariter, & diſtinctè omnes gradus

Albertus. Paludanus

E Ferrarien.

dus perfectionis in ipſa cōtentos,qui infiniti ſūt; ſecundùm quod vnus ab alio diſtinguitur formaliter,quatenus ſcilicet à nobis concipiuntur. Appellat autem Ferrarienſis gradus perfectionis rerum ſpecies productas, & producibiles vſque in infinitum,quatenus in ipſo ente per eſſentiam eminenter continentur; vt docuit S.Thom.ſupra quæſtione quarta,artic.2. Itaque non loquitur Ferrarienſis de attributis,aut perfectionibus ſimpliciter, quæ de Deo formaliter prædicantur.

Capreol. Suarez. Sententiam Capreoli, quam ait Suarez ſe non intelligere,ſupra ſatis explicauimus in artic.2.huius quæſtionis.

Rada Ioannes Rada in ſexta ſua Controuerſia de termino viſionis beatificæ ſtatuit hanc illi quintam concluſionem.

Etiam actu beatifico per Dei potentiam videri poteſt eſſentia, non viſis attributis.

Quam ſententiam defendunt etiam alij antiquiores Scotiſtæ.

Io.Salas. Ioannes Salas prima ſecundæ quæſt. 3. tract.2. diſput.4.ſect.2.duo dicit.

Primum eſt. Poſſe beatum de potentia Dei abſoluta videre vnum attributum propriè dictū non viſo alio attributo propriè dicto.

Secundum eſt. Beatum de potentia Dei non ſolùm abſoluta,ſed etiam ordinaria, & de facto videre quædam attributa impropriè, & latè dicta, non viſis alijs quibuſdam impropriè dictis,ſecundùm earum proprias,& diſtinctas rationes.

Hæc enim (inquit Salas) ſunt infinita, nec ſine comprehenſione, ac cognitione infinitos habente gradus perfectionis cognoſci poſſunt. Et ex hac attributorum differentia latius explicata arbitratur vtramque partem propoſitæ difficultatis poſſe ſuſtineri. Quod ſanè conatur efficere reſpondendo ad ea, quæ pro vtraque parte propoſuerat,argumenta.

Communis verò Thomiſtarum ſententia eſt. Quemlibet beatum viſa diuina eſſentia neceſſariò videre vniuerſa attributa ſtrictè, & propriè ſumpta,nec per infinitam Dei potentiam poſſe vnum abſque alio videri.

Reſolutio.

Perfectiones omnes abſolutas à beatis videri, & vnam tantùm eſſe ſecundùm ſe: reſpectiuas autem non omnes videri.

PRo reſolutione ad memoriam reuocanda eſt primò illa communis diſtinctio,videlicet de Deo dupliciter nos loqui poſſe.

Vno modo, vt à nobis cognoſcitur per ſpecies à creaturis abſtractas.

Alio modo,prout in ſe eſt.Si priori modo loquamur de Deo, cum in creaturis alia ſit eſſentiæ ratio,alia potentiæ,puta intellectus, & voluntatis, alia naturæ,& alia ſuppoſiti,& exiſtentiæ, diuerſos pariter neceſſe eſt à nobis formari conceptus dictas in Deo præexiſtentes perfectiones intellectui noſtro,vt actualiter,& formaliter diſtinctas,

A repræſentantes; cum tamen in Deo nulla ſit ex natura rei actualis diſtinctio perfectionum,ſed ſumma vnitas,atque ſimplicitas ex hoc ipſo virtualiter,ſiue fundamentaliter diſtincta, quod diuerſis noſtræ mentis conceptibus poteſt reſpondere, & diſtinctas propoſitiones verificare, non minus, q̃ ſi realiter, aut actualiter ex natura rei conceptę à nobis perfectiones diſtinguerentur.Quas communiter diſtinguimus in perfectiones ſimpliciter, quæ formaliter de Deo prædicantur, nec vllam in ſuo proprio formali conceptu claudunt imperfectionem; vt ſapientia,bonitas,& ſimilia;& in perfectiones ſecundùm quid; quæ in Deo tantum virtualiter continentur,vt in primo ente,quod eſt ipſum eſſe per eſſentiam omnes eſſendi modos eminenter continens,& conſequenter, vt in prima cauſa cuiuslibet alterius entitatis. Duplices Dei perfectiones.

B

Sed rurſus, quę de Deo formaliter prædicātur, duplicem habent differentiam: Nam quædam abſoluta ſunt nullam habentia reſpectum ad creaturas; vt eſſentia,bonitas, ſimplicitas, perfectio,æternitas,& ſimilia. Aliæ abſolutæ & ſtrictæ.

Quædā verò ſunt, quæ abſq; reſpectu ad creaturas nulla ratione poſſunt intelligi;vt omnipotentia,prouidentia,conſilium,idæa,& ſimilia,q̃ Deo cōueniunt,quatenus principium eſt,& cauſa creaturarum.

C

Et perfectiones quidem abſolutę (excepta tamen eſſentia)attributa propriè nuncupantur;ſed, quæ reſpectum implicant ad creaturas, non omnes propriè dicūtur attributa, ſed illæ dumtaxat, ad quas veluti capita reliquę multipliciter inter ſe diſtinctæ reducuntur.

Hæ verò ſunt potentia,ſcientia,prouidentia, iuſtitia,& ſimilia; ad quæ reducuntur diſtinctę, ſecundùm rationem virtutes operandi diuerſas in infinitum rerum ſpecies, idęales rationes,iudicia Dei circa facta,& factibilia; quæ non niſi improprię,& largè dicuntur attributa; quia ſcilicet attributorum quędam dearticulatæ rationes ſunt.

D

Vel dicas attributa eſſe diuinas perfectiones abſolutè,& illimitatè ſumptas:Nam(exempli gratia)potentia,& idæa dupliciter ſumi poſſunt: Vno modo abſolutè,ſiue illimitatè: Alio modo,vt reſpiciunt hoc,vel illud producibile,puta cęlū, Angelum,aut hominem. Priori modo ſunt attributa; non autem poſteriori modo.Priores itaque perfectiones,ſiue attributa numero finita ſunt; cum ēt à parte rei ſint vna ſimpliciſsima perfectio.Poſteriores autem perfectiones infinitę ſunt: Nam poſſibiles creaturę, ad quas reſpectum habent hę perfectiones,ſunt numero, & ſpecie infinitæ.

E

Ex quo ſequitur priora omnia à beatis actu videri;poſteriora verò non omnia,ſed plura,vel pauciora,iuxta menſuram meritorū,vel luminis glorię cuilibet beatorum collati; Si namque hęc vniuerſa viderent,diuinam eſſentiam propriè,ac verè comprehenderent; vt patet ex ſequenti articulo. Vnde nullus eſt beatus,qui omnes rerum factibilium idęas videre poſsit.

Alio modo de Deo loqui poſſumus, prout in ſe eſt, & ſecundùm hāc conſiderationem in Deo eſt

vnica

Digitized by Google

vnica ratio formalis, non abſoluta tãtùm, nec præciſè relatiua, neque propriè communicabilis, aut ſolùm incommunicabilis, ſed rem, ac rationẽ omnem formalem omnis abſolutè perfectionis communicabilis, ac perſonalis relationis incommunicabilis eminenter, & formaliter continens: Nam, vt inquit Caietanus infra quæſt. 39. art. 1. oportet cuiuslibet rei ſimplicisſimę vnam eſſe adęquatã rationem formalem.

Dei rō formalis vna eſt ſrū ſe.

Caietanus

Itaque Dei omnium entium ſimplicisſimi vna erit tãtum à parte rei ratio formalis, abſoluta omnia, & relatiua comprehendens; alioquin Deus nõ eſſet per ſe primò vnum intelligibile à quouis intellectu, etiam diuino, nec diuinum Verbum vnũ tantùm eſſet, ſed plura iuxta rationum formalium pluralitatem. Cum itaque beati Deum videant, prout in ſe eſt, conſequens neceſſario eſt, vt Deum ſecundùm hanc vnicã eius rationem in plures rationes formales, attributales per intellectum viatoris diſtinguibiles intueantur.

Probatur idem ex natura viſionis intuitiuæ, & diuinæ ſimplicitatis.

SEcundò ſciendum eſt, in hoc conuenire viſionẽ Dei, & beatorum, quòd vtraque eſt intuitiua, & terminatur ad Deum, vt obiectum, prout in ſe ipſo eſt. Dicitur enim viſio intuitiua, quæ fertur, & terminatur ad rem exiſtentem, & præſentem, prout exiſtens, & pręſens eſt, quo differt ab abſtractiua cognitione, quę abſtrahit ab exiſtentia, & pſentia rei in actu exercito. Quo fit, vt cognitione intuitiua res cognoſcatur ſecudùm omnem illum eſſendi modũ, & conditiones, quas in ſe ipſa, prout actualiter exiſtit, habet.

Viſio intuitiua.

Cognitione autẽ abſtractiua poteſt res cognoſci ſecundùm vnam perfectionem, conditionem, aut modum, & non ſecundùm alium. Exempli gratia poſſum abſtractiua cognitione conſiderare hominem, quatenus rationalis eſt; non conſiderando ipſum, prout eſt riſibilis, quantus, aut coloratus; aut etiam ipſum intelligere, vt ſubſtantia, vel vt animal eſt, non intelligendo illum, prout rationalis eſt, vel conſiderare naturam non conſiderata ſubſiſtentia, aut exiſtẽtia, & conditionibus indiuiduantibus.

cognitio abſtractiua.

At cognitione intuitiua, qua res quidditatiuè cognoſcitur, neceſſe eſt prædictã omnia ſimul diſtinctè videre, & ea præſertim, quę ad rei quidditatem pertinent; quoniam vno eorum duntaxat latente non haberetur cognitio quidditatiua rei, prout in ſe eſt.

Itaq; non tantùm Deus, ſed quilibet beatus viſa diuina eſſentia neceſſario videt vniuerſas perfectiones abſolutas, & pſonas diuinas, vt dicemus in ſequenti controuerſia. Eſt enim hæc viſio intuitiua cognitio; igitur in Deum fertur, prout in ſe eſt; ergo ſecundùm omnem perfectionem, modũ, & conditionem ei, prout in ſe eſt, conuenientem.

Præterea diuinæ perfectiones in Deo formaliter ſunt vna perfectio ſimplicisſima; vt ſupra diximus; ergo impoſsibile eſt vna perfectione viſa, non omnes videre; alioquin eadem res ſecundùm eandem rationem formalem videretur, & non videretur; quæ eſt contradictio manifeſta.

Et confirmatur argumento, quo vtuntur recentiores: Deus tam idem eſt ſuæ ſapiẽtiæ, quàm ego ſum mihi; ergo ſicut implicat me videndo me, nõ videre meipſum, ita implicat videre Deum, & illius ſapientiam non videre. Alias probationes accumulant moderni expoſitores, ſed tota vis in prędictis conſiſtit.

Quæ, & quanta ſit diſtinctio viſionis beatorum.

TErtiò notandum eſt ex Durando in primo diſtinct. 35. qu. 2. quòd, cum dicimus diuinas perfectiones, vel attributa diſtinctè videri, poteſt tribus modis intelligi.

Videri diſtinctè tripliciter.

Primò ſumendo diſtinctionem, prout opponitur vnitati, & quatenus ſe tenet ex parte actus videndi; Et hoc modo ſignificatur diuina attributa diſtinctis videri beatorũ actibus, quod iam probauimus eſſe non poſſe.

Secundò ſumendo diſtinctionem, quatenus opponitur vnitati rei viſę, & poteſt nuncupari diſtincta cognitio ex parte rei viſę. Quo ſenſu denotatur actualis diſtinctio à parte rei inter attributa à beatis diſtinctè viſa; quod falſum eſſe ſatis patet ex dictis. Neque diſtinctio hęc referri poteſt ad diſtinctionem rationis radicalem, aut formalem, qua per hominis viatoris conceptus diſtinctè cognoſcuntur attributa diuina; quem modum optime beati cognoſcunt, licèt eo non vtantur: Quoniam talis cognoſcendi modus ad eam pertinet cognitionem, qua diuina eſſentia non abſolutè tantùm, prout in ſe eſt, cognoſcitur; ſed etiam, vt ad creaturas refertur, quę non neceſſariò competit beatis; Sed etiam, ſi neceſſariò hic cognoſcẽdi modus cuilibet beatorum conueniret, non inde tamen effici poteſt beatum poſſe vnum attributũ ſine alio videre; ſed tantùm quemlibet beatum vnam ſimplicisſimam Dei perfectionem diuerſis reſpectibus ad noſtras conceptiones, & creatas perfectiones relatam intelligere; quod eſt omnia attributa videre, quatenus ſecundùm ſe ſunt vna perfectio pluribus reſpectibus ad diuerſa relata.

Poſtremò intelligi poteſt, attributa diſtinctè videri, ſumendo diſtinctionem cognitionis; non vt opponitur vnitati actus, vel obiecti, ſed, vt diſtinguitur cõtra confuſam, & per cõmunes cõceptus habitam de re cognitionem. Et hoc modo dicendum eſt beatos omnes Deum diſtinctè, & clarè videre, id eſt, non quo ad prædicata tantùm communia, ſed à prima vſque ad vltimam actualitatem; quæ tamen vna eſt à parte rei; eſt enim illa viſio, vt ſępè diximus, quidditatiua cognitio, de cuius ratione eſt non communia tantùm, ſed & quæ propria ſunt, intelligere.

Quartò. Conſiderandum, quòd quemadmodũ apud nos quidditatiua potentiæ cognitio non exigit diſtinctam eorum omnium notitiam, quæ materialiter ſub obiecto illius potentiæ continentur; ſed ſatis eſt, ſi obiectum ipſum cognoſcatur ſub

cognitio quidditatiua potentiæ.

ea

ea ratione formali, qua reſpicitur à potentiæ; vt patet de potentia viſiua, & eius obiecto, quod eſt coloratum, ſiue viſibile (non enim neceſſe eſt illũ, qui potentiam viſiuam quidditatiuè cognoſcit, omnes colorum, & viſibilium ſpecies diſtinctè cognoſcere, nec qui naturam ſcire vult intellectus humani, omnes entium modos, & rerum genera, ac ſpecies ſcire compellitur; alioquin ſcientia de humano intellectu ſcientiarum omnium eſſet vltima, nec vnquàm poſſet acquiri.) ita, qui Dei omnipotentiam, prouidentiam, & alia attributa ſimilia claudentia reſpectum ad creaturas intuentur, ſufficit, vt eorum obiecta formalia, ſiue terminos ſecundùm proprias terminandi rationes cognoſcant; non autem neceſſe eſt, vt ſingula videãt rerum genera, ſpecies, aut indiuidua, quæ ſub propria ratione formali obiecti, ſiue termini, cuiuſque potentiæ, aut virtutis continentur.

Salas. Sed Io. Salas loco ſuperius allegato docet diuinam potentiam, & ſcientiam, & amorem relatione quadam reali intrinſeca tranſcendentali ad creaturas referri; quod expreſsius affirmat in ſequenti ſect. nimirum 4. num. 52. Et addit ſcientiã Dei, & potentiam non reſpicere rationes communes in ſua communitate, ſed contractas ad indiuidua; quod idem aſſerit de omnibus potentijs realibus, ſiue ſint creatæ, ſiue increatæ, exceptis dũtaxat intellectu, & voluntate, quæ poſſunt attingere obiecta ſua cum abſtractione.

At conſiderata relationis tranſcendentalis natura perſpicuè ſatis elucet prioris dicti falſitas: Nam relatiuum tranſcendens in hoc differt à relatiuo prædicamentali, & à quolibet alio relatiuo propriè dicto, quòd terminum ſuum reſpicit cum dependentia veræ cauſalitatis ab illo; vt patet de materia, & forma, de potẽtia, & actu ad inuicem relatione tranſcendente relatis; nullus autem ſanæ mentis vnquam dicet diuinas illas perfectiones, nimirum potentiam, ſcientiam, & amorem à creaturis intrinſecè depẽdere, quidquid ſit de relatione rationis, de qua infra quæſt. 14. artic. 6. Et alibi latè diſputabitur.

Præterea aduerſus hanc ſententiam militant omnia illa argumenta, quibus S. Tho. in quæſt. 7. de potentia, art. 10. probat Deum non referri realiter ad creaturã, ita vt ipſa relatio ſit res aliqua in Deo, quod idem ex eiſdem fundamẽtis probat in ſequenti quæſt. artic. ſeptimo, vbi latè ſingula erunt examinanda.

Ratio verò contra hanc opinionem vrgens eſt; quia ſequeretur in Deo eſſe rationem, & cauſam ordinis ad creaturas, & conſequenter illum eſſe eiuſdem ordinis cum creaturis, & ab eis etiam dependere, vt ſupra deduximus. Deniq; ad omnem realem relationem tranſcendentem ſequitur neceſſariò relatio realis, quæ non eſt tranſcendens; quia poſito fundamento ſtatim reſultat relatio, excepta materia prima, quæ, cum ſit pura potentia, nullius accidentis poteſt eſſe immediatũ ſubiectum. Conſtat autem ordinem tranſcendẽtem, quo vna res ſeipſa eſſentialiter, & intrinſecè ad aliam ordinatur, eſſe ſufficiens fundamentum rela-

A tionis realis, vt patet in materia, forma, potentia, & actu, & ſcientia in ordine ad ſcibile, & alijs ſimilibus; in quibus ex hoc ipſo, quòd eſſentiam, & tranſcendentalem habẽt ordinem ad aliud, reſultat in eis realis relatio à tranſcendẽtali diſtincta.

Poſtremò ſola entia ſimpliciter imperfecta, & ab alijs dependẽtia, quo ad eſſe, aut perfectionẽ, tranſcendentem habent ad alia relationem; vt apparet in prænominatis entibus, ſ. materia forma, &c. Hæc .n. ideò ſe totis eſſentialiter in alia appendent; quia ſibi minimè ſufficientia ſunt, & alijs omnino indigent ad ſui perfectionem ſubſtantialem, vel ad minus accidentalem.

B Sed neque ſecundum eiuſdem auctoris aſſertũ verum eſt: Nam, quamuis potentiarum operationes exerceantur in ſingularibus, nec potentiæ reſpiciant obiecta cum abſtractione: Feruntur tamen omnes potentiæ, etiam ſenſitiuę, ad ſua obiecta ſub aliqua ratione formali communi fundamentaliter, & eadem ſub eadem ratione formali ſingulis ſuis operationibus attingũt; quę rationis formalis cõmunitas ab intellectu cognita ſatis eſt ad quidditatiuam cognitionem potentiæ, vt non neceſſe ſit materialiter ſub ea contenta cognoſcere.

Ex dictis ſequuntur quatuor concluſiones.

C

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio. Quilibet beatus videt omnia diuina attributa propriè dicta. Hæc concluſio probata eſt in præmiſsis fundamentis.

Et probatur adhuc communi argumento: Nã, primæ Ioan. 3. dicitur. *cum apparuerit ſimiles ei erimus, & videbimus eum ſicuti eſt*: at qui videret Dei eſſentiam, & non videret Dei ſapientiam, & potẽtiam, & reliqua attributa propriè dicta, non videret Deum ſicuti eſt; ergo. 1. Io. 3.

D Minor patet ex dictis; quoniam vna, & eadem realiter, & formaliter à parte rei perfectio eſt eſſentia, ſapientia, potentia, & cętera omnia attributa; ergo ſi illa non videantur, non videtur Deus ſicuti eſt.

Secunda concluſio. Impoſsibile eſt actũ videre diuinam eſſentiam, non viſis alijs omnibus attributis propriè dictis. Hæc concluſio eiſdem nititur fundamentis, & rationibus, quibus præcedens.

Tertia concluſio. Nullus beatus videt diſtinctè, aut videre poteſt vniuerſa illa attributa, ſiuè perfectiones, quæ important relationem rationis ad creaturas à Deo producibiles.

E Probatur: quoniam Ideæ ſunt quædam attributa, & ſunt infinitæ iuxta poſsibilium ſpecierũ infinitatem; At nullus ex beatis tales ſpecies infinitas cognoſcit; ergo neque ideas omnes, & per cõſequens nec omnia attributa. Quòd autem Ideæ ſint attributa ſaltem impropriè, probatur: quia de Deo formaliter prædicantur; nam Deus eſt formaliter Idæa lapidis, leonis, & hominis, & ſingularum rerũ poſsibilium, vt magis patebit in quæſtione 15.

Quarta concluſio. Beati formant diſtinctos cõceptus inadæquatos de diuinis perfectionibus ad beatificam viſionem minimè pertinentes, ſed ad veſpertinam eorum cognitionem. Hæc concluſio eſt de mente Capreoli, & Ferrarienſis, quidquid dicat Salas. Et ſtabilita eſt ſupra art. ſecundo huius quæſtionis, Controuerſia ſecunda.

Argumenta, quæ contra has concluſiones afferri ſolent, referuntur, & ſoluuntur communiter à modernis expoſitoribus S. Thom. & ex iactis fundamentis facilè dilui poſſunt.

Ex quibus etiam patet, quid veritatis habeant, quæ ad vtramque partem latè diſputat Salas in dicta ſectione 2.

Secunda Controuerſia.

An poſſit beatus per abſolutam Dei potentiam videre diuinam eſſentiam non viſis perſonis, aut vnam perſonam alia non viſa.

Sententiæ Doctorum, & ſtatus Controuerſię.

Scotus in primo ſentent. diſtinct. 1. quæſt. 2. partem tuetur affirmatiuam, eius opinionem nititur defendere Ioannes Rada in ſexta ſua Controuerſia, & Io. Salas 1. 2. q. 3. tract. 2. diſput. 4. ſectione tertia, ſequens Paludanum in 4. diſtinctione 49. quæſt. 5. S. Thom. 2. 2. q. 2. artic. 8. in reſponſione ad tertium ſententiam profert oppoſitam, q̃ acriter tuetur Caietanus in dicto articulo, & alij expoſitores D. Tho. quidam in hoc articulo, quidam in ſequenti.

Hæc Controuerſia maximam habet cum pręcedente connexionem, & eiſdem nititur fundamentis additis quibuſdam paucis propter nonnullas ſingulares in ea difficultates. Itaque præſuppoſita tota præcedentis Controuerſiæ doctrina.

Sciendum eſt primò, quòd licèt hæc quæſtio ſit de viſione diuinæ eſſentiæ, & perſonarum, tractat tamen Caietanus loco allegato, & alij expoſitores in hoc articulo illam aliam difficultatem annexã, an videlicet ſola diuina eſſentia viſa poſſit beatificare, tum quia Scotus, & eius diſcipuli aſſumunt pro fundamento Patrem eſſe perfectè beatum, antequam ſit genitus filius: Tum etiam; quia viſio Dei eſt eſſentialiter ipſa beatitudo. Vnde Suarez lib. 2. de attributis Dei negatiuis, capit. 23. immeritò reprehendit Caietanum, & alios Thomiſtas, qui in hac Controuerſia pro fundamento aſſumũt ſolam eſſentiam ſine relationibus non ſatiare appetitum hominis, dicens primò id falſum eſſe (cuius oppoſitum oſtendemus.) Secundò ait, admiſſo etiam eo fundamẽto adhuc ſupereſſe locum huic quæſtioni: An poſſit, videlicet, dari viſio eſſentiæ, quæ non attingat relationes in ſe ipſis, ſiuè illa viſio ſatiet, aut beatificet, ſiuè non. Quod etiam falſum eſt; nam, vt patebit, ex eadem procedit radice, quòd eſſentia pręciſis perſonis videri non poſſit, & quòd ſub eadem ratione præciſa non poſſit beatificare.

A

Reſolutio.

Diuinam eſſentiam vt in tribus, eſſe indiuiſibile, & neceſſarium obiectum viſionis, & beatitudinis.

Secundò obſeruandum eſt in Deo trino, & vno clarè viſo à beatis, in quo, vt obiecto beatificantur, duo conſiderari, ſcilicet id, quod videtur, & beatificat, & id, quod eſt ratio videndi, & beatificandi.

Primum eſt Deus ipſe in tribus perſonis ſubſiſtens. Secundum autem eſt diuina eſſentia: quæ vt ſumma entitas, & prima veritas intellectui coniũ-
B cta ad modum ſpeciei intelligibilis eſt ratio vidẽdi, & vt ſumma bonitas eſt ratio beandi.

In quolibet autem obiecto id, quod habet rationem quod, & id, quod habet rationem quo, nõ diſtinguuntur, ita vt ſint duo obiecta, vnum primarium, & aliud ſecundarium; ſed ad vnius, & eiuſdem obiecti integritatem, & complementum concurrunt; vt patet inductiuè in ſingulis potentiarum obiectis: Et quemadmodum Deus, vt viſionis obiectum includit eſſentiam, & perſonas, ita etiam vt obiectum eſt beatificans. Probatur vtrumque argumento Caietani. Caiet.

Ad viſionem beatam requiritur, vt terminetur
C ad Deum, ſicuti eſt in ſuo eſſe: at Deus eſt ſubſiſtẽs in tribus ſuppoſitis; ergo viſio beata neceſſariò terminatur ad Deũ, prout ſubſiſtit in tribus perſonis. Et confirmatur; quia qui videret hanc humanitatem Sortis, & non videret ipſum ſuppoſitum Sortis, non videre Sortem, ſicuti eſt.

Confirmatur ſecundò: quia, ſi Deus eſſet vnus ſuppoſitaliter, ſicut eſt vnus eſſentialiter, qui videret Deitatem hanc, & non in vno ſuppoſito, non videret eam, ſicuti eſt, nec eſſet beatus; quia non videret Deum propriè loquẽdo, ſed hãc Deitatẽ.

Confirmatur tertio: quia, cum de ratione beatitudinis ſit videre Deũ ſicuti eſt, ille modus, quo
D Deus eſt, clauditur in Deo, vt obiecto beatifico, ſine quo nullus intellectus quieſcit: Nam viſa hac Deitate in nullo ſuppoſito, naturale ſequitur deſiderium quietem turbans, ſciendi, quomodo Deus ſit trinus ſuppoſitaliter, quod in via credimus.

Ad hæc reſpondet Ioannes Rada in ſexta ſua Controuerſia de termino viſionis beatificæ termi- Radæ reſponſio.
num viſionis beatificæ eſſe quid exiſtens, inquantùm exiſtens, nec tamen di ratione eius eſſe, quòd ſit ſubſiſtens incommunicabiliter, vt ſuppoſitum.

Probat hoc duplici exemplo. Primum eſt de albo, quod videtur inquantùm exiſtens, & tamen nõ videtur, vt ſubſiſtens in ſuppoſito: vt patet in ho-
E ſtia conſecrata; vbi videtur album exiſtens, non vt ſuppoſitaliter ſubſiſtens.

Secundum exemplum eſt de anima ſeparata; quæ videtur intellectuali viſione exiſtens, & non vt ſubſiſtens, tanquam ſuppoſitum.

Sed hęc facilè diluuntur; nam ſupponit Caieta- Impugnatio.
nus id, quod ſæpè repetiuit, videlicet eſſentiã diuinã, & perſonas eſſe vnius rationis formalis ſimpliciſſimę à parte rei, & vnam eſſe eſſentiæ, & perſonarum quidditatem ſecundùm ſe; hoc enim po-

ſito

ſito manifeſtè ſequitur, videntem Deum, ſicuti eſt, neceſſariò videre perſonas; alioquin non videret Deum, ſicuti eſt; quia non videret illius vnicã rationem formalem, & quidditatem, quæ præciſis perſonis iam non eſt eadem ratio formalis, nec quidditas, nec res; ſicuti homo ablato rationali iã non eſt homo. Vnde exẽpla valde diſſimilia ſunt: nam ſuppoſitum, in quo naturaliter albedo ſubſiſtit, & ſuppoſitum, in quo naturaliter, & completè ſubſiſtit anima, realiter ab ea diſtinguitur.

Secundò dicitur, nos loqui de re actu habente ſuppoſitum.

Tertiò dicitur; quòd prædicta modum habent ſuppoſiti; Supponit autem Rada ſuppoſitum, & naturam in diuinis eſſe diſtincta formaliter ex natura rei, quod nos negamus; nec vnquam probauit oppoſitum.

Secundò probatur idem. Eſſentia diuina tam eadem eſt diuinæ perſonæ, quàm ego ſum idem mihi ipſi; at non eſt poſſibile me videre me ipsũ, non videndo me; ergo eſt etiam impoſſibile videre eſſentiam non videndo perſonas.

Reſponſio Radæ. Ad hoc reſpondet Rada dicens eſſentiam diuinam maiori identitate eſſe idem cum diuinis perſonis, quàm ego mihi; quia illa identitas eſt ſumma, qua maior excogitari non poteſt: Cęterùm, (inquit) cũ hoc ſtat, quòd ego ſim magis idem mihi formaliter, quàm eſſentia cum perſonis; nã ego nõ diſtinguor à me ipſo formaliter ſecundùm omnes, vt eſſentia diuina formaliter diſtinguitur à relationibus ſecundùm Scoti probabilem opinionem.

Impugnatio. Sed hæc reſponſio manifeſtam implicat contradictionem; nam identitas opponitur diuerſitati, ſiuè diſtinctioni.

Vbi ergo minor eſt diuerſitas, ſiuè diſtinctio ex natura rei, maior eſt identitas; cum ergo eſſentia diuina ſecundùm Scotum diſtinguatur formaliter ex natura rei à perſonis, non autem ego ita diſtinguar à me ipſo, ſequitur non eſſe ſummam illã identitatem; ſed hanc, cuius tamen oppoſitum affirmat Rada.

Obiectum fruitionis. Ex dictis ſequitur Deum, quatenus eſt obiectũ beatitudinis, & fruitionis neceſſariò includere perſonarum Trinitatem: Nam Deus, vt ſummum, & infinitum bonum eſt obiectum fruitionis; at in ratione intrinſeca formali, & quidditatiua ſimpliciſsima ſummi boni claudũtur tres perſonę; ergo.

Minor patet; quia à parte rei vna eſt ratio formalis Dei ſimpliciſsima; ergo bonitas Dei à parte rei includit quidquid formaliter eſt in Deo; ergo includit tria ſuppoſita.

Obiectum intellectus diuini motiuum, & terminatiuum. Tertiò aduertendum eſt, quod ens, inquantùm ens, eſt obiectum adæquatum terminatiuum cuiuſcunque intellectus, etiam diuini; ſed obiectum motiuum, ac proportionatum diuini intellectus eſt ipſamet eſſentia diuina, & Deus ipſe. Quod ẽt dicitur per ſe primò obiectum; quia Deus ſeipsũ per ſeipſum, & reliqua alia in ſe ipſo cognoſcit.

Et quoniam quælibet potentia ſpecificatur ab obiecto ſecundùm illius rationem formalem, idcircò etiam modo noſtro intelligendi diuinus in-

A tellectus ſpecificatur ab ipſomet Deo, vel diuina eſſentia, vt obiecto per ſe primò, ſub ratione Deitatis. Vnde nec res creatæ, neque diuinæ relationes, ſiue perſonæ ſecundùm proprias rationes ſpecificant diuinum intellectum; nec vllam habent ad eum rationem formalis, aut finalis cauſalitatis, etiam ſecundùm modum noſtrum intelligendi; ſed pertinent ad obiectum materialiter conſideratum, & ad terminum diuinæ cognitionis. Vnde etiam Ariſt. in 12. metaphyſ. de creaturis loquens in ordine ad diuinum intellectum dixit illũ nihil extra ſe intelligere, id eſt extra obiectam ſuã eſſentiam; quia omnia intelligit, vt exiſtẽtia, & repræſentata in per ſe primò ſibi obiecta diuina eſſentia. Ariſtot.

B Ex quo ſequitur perſonam Patris, aut Deũ abſolutè intelligendo creaturas, & perſonas diuinas nihil ab eis recipere, ſed à ſola eſſentia ſecundùm modum noſtrum intelligendi.

Quartò notandum. Perſonam patris habere pro obiecto ſui intellectus diuinam eſſentiam, ut exiſtentem in tribus perſonis; & hoc habet ex ſe, cum ſit prima in Trinitate perſona. Aliæ autem perſonę, uidelicet Filius, & Spiritus ſanctus idem habẽt obiectum, non tamen ex ſe, ſed ab alio, ſcilicet à Patre: à quo recipiunt eſſentiam, & intellectum, & reliquas diuinas perfectiones.

C Nec tamen hoc, quòd eſt habere ex ſe, & habere ab alio, ſignificat in diuinis prioritatem, & poſterioritatem: ſed ordinem tantùm originis. Itaq; ſimul natura tres omnes perſonæ eandem habent eſſentiæ, perſonarum, & creaturarum notitiã hac ſola inter eas manente diſtinctione, quod Pater illam habet ex ſe, Filius autem, & Spiritus ſanctus ab alio.

Radę argumentum. Sed arguit Rada: Pater communicat filio eſſentiam perfectè beatam; ergo non eſt intelligibile, quòd illa eſſentia in Patre non prius moueret diuinum intellectum, & uoluntatem, quàm filio communicaretur.

D Solutio. Reſpondetur: quidquid ſit de modo noſtro intelligendi, in quo etiam S. Thom. admittit ordinẽ prioris, & poſterioris, negatur conſequentia, loquendo de tali ordine à parte rei: Nam ſufficit ordo à quo alius, & qui ab alio; Sed de hoc latius agendum erit infra quæſt. 42. artic. 3. Ex dictis ſequuntur ſex Concluſiones.

Concluſiones deducta, & probata.

PRima concluſio. Impoſſibile eſt uidentem diuinam eſſentiam non uidere perſonas. Hæc

E ſatis probata eſt in ſecundo fundamento. Et probatur etiam authoritate Domini noſtri, Ioan. 14. ubi reſpondens Philippo uiſionem Patris poſtulanti ait. *Tanto tempore vobiſcum ſum, & non cognouiſtis me? Philippe, qui videt me, videt & Patrẽ meũ, non credis, quia ego ſum in Patre, & Pater in me eſt?* Quibus uerbis apertè ſignificat illum, qui clara uiſione uidet Filij diuinitatem, uidere nõ tantùm Filium, ſed etiam Patrem, non ea ratione ſolùm; quia unum ſunt in eſſentia, ſed quatenus etiã perſona- Ioan. 14.

ſonalibus proprietatibus adinuicem diſtinguuntur, quod illis verbis ſignificatur. *Non credis, quia ego in Patre, & Pater in me eſt?*

Et quamuis Philippus nihil fortè de viſione diuinitatis cogitauerit: Chriſtus tamen ex interrogatione Philippi accepta occaſione myſterium aperit diuinitatis, in qua cum vnitate naturæ ſimul eſt realis diſtinctio perſonarum.

Conſueuit enim ſæpè Dominus profunda diuinorum myſteria oblata interrogantis opportunitate ſupra quærentis intentionem reuelare. Et licèt hæc interpretatio intelligentiæ conſonet ſanctorum Patrum, nihilominus pro poſſe illam impugnat Vaſquez diſp. 48. capit. 3. Sed noſtram tuetur Suarez in ſæpè allegato ſecundo libro de diuinis attributis cap. 23. reprehendens expoſitionem Vaſquezij.

Vaſquez. Suarez.

Secunda concluſio: Impoſsibile eſt videntem diuinam eſſentiam videre vnam perſonā alia non viſa. Hæc etiam patet ex dictis: Nam, ſi vna eſt, non tantùm res, ſed ratio formalis eſſentiæ diuinæ, & perſonarum, impoſſibile erit videre diuinā eſſentiam non viſis omnibus perſonis; igitur non poterit vna perſona videri alia non viſa.

Tertia concluſio. Prædictæ duæ concluſiones veræ ſunt de viſione beatifica, non ſolùm quatenus apprehenſiua eſt, ſed etiam quatenus eſt iudicatiua. Probatur: Nam viſio beatifica eſt clara, diſtincta, & perfecta cognitio; at ſinè iudicio non eſt perfecta cognitio, ſed valdè imperfecta, & quaſi in fieri; ergo illa viſio beata non tantùm eſt apprehenſiua, ſed etiam iudicatiua. Probatur minor: nam iudicium nihil aliud eſt, quàm cognitionis determinatio de his, quæ rei conueniunt, aut de ipſa rei veritate; quæ determinatio non neceſſariò poſtulat compoſitionem, aut actus reflexionem, cum eam habeat Deus, & Angelus vna ſimplici, ac directa intellectione.

Quarta concluſio. Impoſsibile eſt beatum frui eſſentia, & non frui perſonis, aut frui vna perſona ſine alijs.

Hæc probatur: quoniam diuina perfectio, & cōſequenter bonitas vna res eſt ſimplicisſima, & vnius rationis formalis; at diuina perfectio includit perſonarum trinitatem, & conſequenter etiam bonitas; ergo impoſsibile eſt frui diuina eſſentia, & nō frui perſonis, aut frui vna perſona ſine alijs.

Et confirmatur: quia fruitio naturaliter ſequitur ad viſionem; ſed hęc neceſſariò eſt ſimul eſſentiæ, & perſonarum; ergo & illa. Confirmatur ſecundò; quia fruitio, ſicut & viſio fertur ad rem, prout in ſe eſt; ſi ergo res ſit vna realiter, & formaliter, vna etiam erit totius fruitio.

Quinta concluſio. Si per impoſſibile videretur eſſentia non viſis perſonis, qui illam ita videret, ſimpliciter, & propriè non eſſet beatus. Hæc probata eſt ex Caietano in ſecundo fundamento.

Reſponſio Molinæ.

Sed ait Molina, ad videndum Deum ſicuti eſt, ſufficere, vt attingamus propriam rationem formalem Dei in ſe, ad differentiam cognitionis viæ: Nam eſſentia diuina præcisè conſiderata à perſonis, cum in ſuo eſſe ab eis non pendeat, non ſolum

A eſt id, quo perſonæ ſunt, ſed etiam eſt id, quod eſt Deus in ſe, vt etiam Caietanus alibi affirmat, & eſt id, in quo formaliter, aut virtualiter continetur tota latitudo veri, & boni.

Sed non ſoluit nodum; quoniam, vt dictum eſt, de ratione viſionis, & fruitionis eſt, vt videatur Deus, ſicuti eſt à parte rei, & conſequenter, vt vnus, & trinus, aliter videntis, & fruentis deſideriū non quieſcit. Et licèt eſſentia diuina in ſuo eſſe nō pendeat à perſonis, ſubſiſtentia tamen perſonalis pertinet ad maximam perfectionem diuinæ naturæ; vt docet S. Tho. infra quæſt. 29. art. 3. Vbi ait, quod *perſona ſignificat id, quod eſt perfectiſsimū in tota natura, & quòd ideo nomen, & ratio perſonæ affirmanda ſunt in diuinis*. Vnde falſum eſt totam veri, & boni latitudinem eſſe in eſſentia præciſis perſonis.

Obiectio.

S. Tho.

B

Et licet eſſentia ſit id, quod eſt, non tamen eſt alia Dei, & perſonarum ſubſiſtentia: immò completur quodammodo ſecundùm noſtrum intelligendi modum communis, & eſſentialis Dei ſubſiſtentia per trium perſonarum incommunicabiles ſubſiſtentias.

Sexta concluſio. Si duo æquè viderent diuinam eſſentiam, hoc eſt æquè clarè, & intensè penetrando illam, quo ad rationem formalem eſſentiæ, &
C vni eorum per impoſsibile occultarentur perſonę, alteri verò minimè, illi non eſſent æquales in beatitudine eſſentiali; immo qui perſonas non videret, verè, & propriè non eſſet beatus. Hæc patet ex dictis.

Ad maiorem huius, & præcedentis concluſionis notitiam aduerte magnam eſſe differentiam inter has duas conditionales.

Prior eſt. Si per impoſsibile diuina eſſentia eſſet ſine perſonis, qui eam videret, beatus eſſet.

Poſterior eſt. Si quis exiſtente Deo vno, & trino, prout eſt, videret eſſentiam non viſis perſonis, eſſet beatus: Quoniā in prima ſupponitur ex par-
D te Dei, & conſequenter etiam ex parte viſionis omnis debita perfectio: nam, ſi ſine perſonis eſſet diuina eſſentia, hoc ideo eſſet; quia non pertineret ad eius perfectionem eſſe in pluribus perſonis: vnde videns eam, videret ſicuti eſt; At ex quo verè, & realiter ſibi vendicat ſubſiſtentium perſonarum Trinitatem, ad eius ſummam, & infinitam perfectionem perſonas pertinere neceſſe eſt. Quo fit, vt videntis appetitus ſatiari, & quieſcere nullo modo poſſit, niſi cum vnitate eſſentiæ perſonarū videat Trinitatem; deeſſet enim viſionis obiecto veritatis, & bonitatis cōplementum, vt ſupra probauimus: Si quis tamen diceret ex antecedente v-
E triuſque conditionalis, ſcilicet quintæ, & ſextæ concluſionis ſequi vtramq; partem contradictionis, videlicet videntem eſſe beatum, & non eſſe beatum, nihil inueriſimile diceret: nam plerumq; ſolent ex huiuſmodi impoſſibilibus ſequi contradictoria.

Argumenta, & ſolutiones.

Contra primam concluſionem argumentatur Scotus. Qualibet perſona intelligit formaliter

Scotus.

Digitized by Google

liter intellectu,vt eſt in ipſa,non vt eſt in alia, nec in tribus; ergo quælibet perſona intelligit per ſe perfectè intelligẽdo eſſentiam,vt eſt in ſe formaliter; ergo perfecta intellectio,quæ ibi eſt beatifica,non neceſſariò ex ſe requirit eſſentiam, vt eſt in tribus. Antecedens probatur ex Auguſt. 15. de Trinitate. *Quælibet perſona intelligit ſibi ipſi.*

Conſequentia probatur: Non minus ad intellectionem requiritur intelligibile,quàm intellectus; ergo in perfecto intelligente,qualis eſt Pater, non minus requiritur,quòd habeat in ſe obiectum, vt formaliter intelligibile,quàm quòd habeat intellectum,vt quo intelligat.

Caietanus Reſpondetur ex Caietano loco allegato falſam eſſe primam conſequẽtiam: Ad probationem negatur primò Antecedens: Nam ad operationem vitalem,qualis eſt intellectio, magis requiritur principium uitale,quale eſt intellectus, quàm nõ uitale,quale eſt intelligibile.

Deinde negatur cõſequentia;quia mutatur minus,in non aliter: nam intellectus requiritur ad actũ intellectionis,ut quo tantum;& ideo eſt principium intellectionis tantum, prout eſt in intelligente; cum ſit uirtus,& potentia intelligentis;Sed intelligibile requiritur, ut terminus intellectionis; quam nunquam perfectè terminat, niſi eam terminet,prout eſt in intelligente, & prout eſt in ſeipſo,& in quocunque. Itaque Pater intelligit pfectè eſſentiam, prout eſt in ipſo Patre formaliter,quatenus illa dictio *vt* dicit conditionem neceſſariam ad intelligendum; non autem intelligit illam perfectè,ut eſt in ipſo Patre formaliter,ſi dictio *vt* dicat terminum intellectionis; quoniam ad perfectam intellectionem requiritur,ut terminetur ad intelligibile, non ſolùm ut eſt in intelligente,ſed etiam prout eſt in alio quocunque.

Rada Sed contra hanc reſponſionem argumentatur Rada: nam in perfecto intelligente,qualis eſt Pater,requiritur,quòd habeat in ſe obiectum, ut intelligibile,& non tantùm intellectum; at ſi obiectum beatificum Patris eſt eſſentia, ut in tribus, non habet illud obiectum ex ſe, ſed ab alio,uel ab alijs.

Reſpondetur falſam eſſe minorem propoſitionem:quoniam Pater habet ex ſe perfectam intellectionem,& perfectum illius per ſe primò obiectũ, quod eſt diuina eſſentia,ut ſe ipſam, & perſonas, & creaturas omnes repræſentans; Nec tamen ſequitur Patrem aliquid recepiſſe ab alijs perſonis: quoniam intelligens nihil recipit, niſi ab obiecto per ſe primo formaliter ſumpto.

Alia argumenta Scoti ex dictis facilè ſolui poſſunt.

Rada Contra eandem concluſionem argumentatur Rada.

Deus poteſt efficere quin uiſio beata terminetur ad creaturas; ergo etiam quòd non terminetur ad perſonas.

Conſequentia probatur: quia, ſicut creaturæ ſunt extra rationem formalem obiecti beatifici, ita & perſonalitates diuinæ.

Reſpondetur negando conſequentiam: ad pro-

A bationem negatur antecedens: nam creaturæ ita ſunt extra rationem formalem obiecti beatifici, ut ſint realiter diſtinctæ à per ſe primo obiecto beatifico,& pertineant ad obiectum ſecundariũ. Perſonæ autem,licèt ſecundùm noſtrum modum concipiendi ſint extra rationem formalem obiecti quo,quod eſt diuina eſſentia, non tamen ſunt extra rationem formalem obiecti quod, ſcilicet ipſius Dei clarè viſi,ſed ad illius integritatem,ſiue perfectionem pertinent,vt ſupra diximus.

Alia argumenta eiuſdem authoris ex dictis facilem habent ſolutionem: nam,vt plurimum aſſumunt propoſitiones manifeſtè falſas,quarum oppoſitas veras eſſe probauimus.

B Cõtra eãdẽ concluſ. argumentatur Paludanus. Palud.

Poteſt uideri eſſentia non videndo in ea rationem idææ;ergo etiam non uidendo in ea rationem perſonæ. Patet conſequentia; quia minus addit idæa ad eſſentiam,quàm perſona;cum hæc addat quid reale,illa rationis. Antecedens verò probatur: Quia,ut patet ex Ariſt.lib.6.de memoria, & reminiſcentia, *res,quæ eſt imago,poteſt cognoſci,non cognoſcendo in ea rationem imaginis:* quod potiorem locum habet in re, quæ non eſt facta ut repræſentet,qualis eſt eſſentia diuina. Hoc argumento utitur Ioannes Salas. Ariſto. Io. Salas.

C Reſpondetur primò falſum eſſe antecedens: Ad probationem ex Ariſt.dicitur longè diuerſam eſſe rationem de imagine creata, & de diuina eſſentia,quatenus eſt idæa: quia res creata, quæ eſt imago,diſtinguitur formaliter,actualiter in ſe ipſa,quatenus eſt res, & quatenus eſt imago; Quo fit,ut poſſit intellectus ferri in rem,prout res eſt, non cognoſcendo eam,prout imago eſt; At diuina eſſentia, ut res eſt, non diſtinguitur à ſeipſa, pròut idæa eſt formaliter actualiter, ſed tantùm quatenus idæa eſt, addit reſpectũ rationis ut modũ quendam,quo cõpletur ratio ideę. Et pręterea Ariſt.loquitur de naturali intellectus noſtri cognitione,qua res in abſtractione cognoſcimus.

D Secundò reſpondetur: nullam eſſe conſequentiam:Ad probationẽ; quia minus addit idæa, &c. dico primò,falſam eſſe cõſequentiam; quia, licèt minus addat, id tamen,quod addit, ſcilicet relatio,eſt alterius rationis formalis ab eſſentia;quod uerò addit perſona,eiuſdem eſt rationis formalis cum eſſentia, ut dictum eſt. Vnde in argumento eſt fallacia Figuræ dictionis; quia mutatur aliter in minus. Dico ſecundò, perſonam nihil addere reale, aut formale ſupra eſſentiam ſecundùm ſe, cum ſint una res ſimpliciſſima realiter,& formaliter,ſed additio tota referenda eſt ad modum noſtrum intelligendi.

E Contra eandem concluſionem hæc præcipua militant argumenta.

Primum eſt. Pater æternus ſuam communicat eſſentiam, & non relationem filio non obſtante ſumma ſimplicitate,& identitate reali,& formali à parte rei relationis, & eſſentię; ergo eadem ratione poteſt communicari creaturæ uiſio eſſentię ſine uiſione perſonarum.

Secundum. Poſſibile eſt hunc Deũ eſſentialiter ſubſi-

Digitized by Google

ſubſiſtentem vniri naturæ createę non vnitis perſonis. Vt docet Caietanus tertia parte; ergo eadem ratione poterit hic Deus vniri intellectui creato non vnitis perſonis.

Tertium. Perſona Verbi vnita eſt humanæ naturæ non vnitis alijs perſonis, & facta vnione in perſona, & non in natura; ergo eadem ratione, &c.

Quartum. Eſſentia poteſt vniri intellectui creato per modum ſpeciei non vnitis relationibus; cũ vnio ſpeciei ſit ad efficiendam viſionem, quæ efficientia non conuenit relationibus; ergo poterit & eſſentia præciſis relationibus videri.

Quintum. Eſſentia, & relatio in diuinis non sũt adæquatè idem, ſicut Petrus eſt adæquatè idem ſibi, & homo rationali; ergo poterit videri eſſentia non viſis perſonis, licet nõ poſsit videri Petrus non viſo ipſo Petro, nec videri homo non viſo rationali.

Sextum. Non eſt de ratione viſionis intuitiuæ, vt videatur omnis modus, quem res habet à parte rei: Nam Dęmon intuitiuę videt Chriſti humanitatem, & non videt modum vnionis, quem illa habet in Verbo; ergo ſufficit, vt ita res exiſtat à parte rei, ſicut videtur; ergo poterit videri eſſentia nõ viſis perſonis.

Ad hec argumenta reſpondetur. Ad primum negatur conſequentia: Primò; quia communicatio conuenit diuinæ naturæ realiter ob ſuam infinitatem, ex qua habet, vt ſit eadem cum omnibus relationibus; quia ad eam non habent oppoſitionem, tum tamen inter ſe opponantur, & diſtinguãtur: Quo fit, vt eſſentia ſit eadem huic relationi, puta Paternitati inadæquatè, Vnde poteſt communicari eſſentia, non communicata Paternitate.

At videri conuenit eſſentiæ diuinæ ab extrinſeco, ab actu ſcilicet viſionis, cuius viſionis vna eſt ratio, quæ eſt entitas diuinæ naturæ. Itaque attendenda eſt magis viſionis natura, cuius vna eſt ratio, quàm ipſius rei viſæ. Præterea negatur eadem conſequentia: quia, licet diuina eſſentia ſit eadem cum omnibus relationibus, relationes tamen non ſunt eadem inter ſe propter oppoſitionem relatiuam; & ideo filio poteſt communicari eſſentia, & non Paternitas, quæ ad illum habet oppoſitionẽ; ſed in ordine ad viſionem non obſtat oppoſitio, vt vna perſona viſa alia non videatur, ſed potius adiuuat; & vna eſt, vt diximus, ratio viſibilitatis in omnibus perſonis.

Ad ſecundum negatur conſequentia: Quia ratio terminandi naturam conuenit ſubſiſtentiæ, vt ſubſiſtentia eſt; in Deo autem eſt duplex ſubſiſtẽtia, virtualiter loquendo, ſcilicet eſſentialis, quę vna eſt, & perſonalis, quæ triplex eſt; & ideò poteſt ſola ſubſiſtentia eſſentialis humanam naturã terminare, vel vna tantùm, aut plures ſubſiſtentiæ perſonales: quia ſunt diuerſæ rationes terminãdi: ſed ratio videndi vna tantùm eſt. His adde diuinam ſubſiſtentiam, ideò poſſe terminare humanam naturam, quia continet virtualiter humanam perſonalitatem, eò quòd ſit infinita in terminando; hæc autem infinitas tam conuenit ſubſiſtentiæ perſonali, quàm eſſentiali, tàm vni perſonalitati, quàm

A pluribus. Et per hęc ſoluitur etiam tertium argumentum.

Ad quartum patet, quòd natura talis vnionis non patitur eſſentiam præciſis relationibus videri: tametſi propter virtualem diſtinctionem, quæ eſt inter eſſentiam, & perſonas admitti poſsit ſolã eſſentiam in ratione ſpeciei vniri intellectui, nam vnitur, vt repræſentans ſeipſam, & perſonas, cum quibus habet formalem idẽtitatem ſecundùm ſe.

Ad quintum dicendum eſt, vt ad primum; negãda eſt enim conſequentia ob rationem ibi aſsignatam.

Ad ſextum dicendum, quòd res, quæ videri poſſunt intuitiuè, ſunt in duplici differentia: Nã quędam ſunt, in quibus eſt una uidendi ratio reſpectu omnium, quæ ſunt in re; ſicut diximus ſe diuina entitate reſpectu eſſentiæ, & perſonarum in diuinis; quia ibi eſt una ratio formalis ſimpliciſſima. Quędam autem ſunt, in quibus plures ſunt entitates realiter, uel actualiter diſtinctę; hę namq; diuerſæ entitates ſunt diuerſę rationes uidendi. Si igitur antecedens intelligatur de primis uiſibilibus, falſum eſt: Ad probationem dicitur; quòd probatur tantùm de ſecundis uiſibilibus, in quibus eſt realis diſtinctio entitatum; ſicut in Chriſto, in quo realiter natura diſtinguitur à ſuppoſito.

C Contra tertiam concluſionem argumentatur Zumellus. Zumel.

Deus pro ſua omnipotentia poteſt concurrere cum intellectu beati, ut iudicet Deum eſſe unum, non iudicando eſſe trinum; poteſt etiam concurrere cum eodem intellectu ad iudicandum de modo, quo Pater generat filium, non concurrendo ad iudicandum, quo modo producat Spiritum ſanctum; ergo.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens quo ad utramque partem; & rationem adduximus in probatione concluſionis.

D Contra quartam concluſionem ſunt argumenta Radæ: quæ tamen ex dictis euidentem habent ſolutionem. Rada

Contra quintum argumentatur Suarez, & Molina, Suarez. Molina.

Hic Deus eſſentialiter ſubſiſtens eſt ſummũ bonum, & infinitum ſimpliciter, & eminenter continens omnia, etiam relationes; ergo ſola eſſentia uiſa ſine relationibus ſatiaret.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens loquendo de eſſentia pręciſis relationibus: Nã, ut diximus, ad ſummam Dei perfectionem pertinent relationes reales in eo exiſtentes, & cõſequenter ad ſummam illius bonitatem, quidquid ſit de modo noſtro intelligendi, quo relationes ab eſſentia diſtinguimus.

Argumenta, quæ ad ſuę ſententię confirmationem profert Ioan. Salas, uel eadem ſunt, cum prędictis, uel ex præiactis fundamentis facilè diluuntur. Salas

ARTICVLVS VIII.

Vtrum videntes Deum per eſſentiam omnia in Deo videant.

61 4. d. 49. ar. 5. Et ver. q. 2. art. 4. & 3. cont. c. 54. & 57. lib. 4. dial. cap. 33. in fi. & lib. 2. Moral. c. 3

AD octauum ſic proceditur. Videtur, quòd videntes Deum per eſſentiam, omnia in Deo videant. Dicit enim Greg.* in quarto dialog. Quid eſt, quòd non videant, qui videntem omnia vident? ſed Deus eſt videns omnia; Ergo qui vident Deum, omnia vident.

Item. Quicumque videt ſpeculum, videt ea, quæ in ſpeculo reſplendent; Sed omnia, quæcumque fiunt, vel fieri poſſunt, in Deo reſplendent, ſicut in quodam ſpeculo; ipſe enim omnia in ſeipſo cognoſcit; Ergo quicunque videt Deum, videt omnia, quæ ſunt, & quæ fieri poſſunt.

2 Præterea. Qui intelligit id, quod eſt maius, poteſt intelligere minima, vt dicitur* tertio de Anima; Sed omnia, quæ Deus facit, vel facere poteſt, ſunt minus, quàm eius eſſentia; Ergo quicunque intelligit Deum, poteſt intelligere omnia, quæ Deus facit, vel facere poteſt. (3. de Anima text. 7. to. 2.)

3 Præterea. Rationalis creatura omnia naturaliter ſcire deſiderat; ſi igitur vidẽdo Deum non omnia ſciat, non quietatur eius naturale deſiderium. Et ita videndo Deum non erit beata; quòd eſt inconueniens; Videndo igitur Deum omnia ſcit.

Sed contra eſt, quòd angeli vident Deum per eſſentiam, & tamen non omnia ſciunt: Inferiores enim angeli purgantur à ſuperioribus à neſcientia; vt dicit Dionyſ.* 7. capit. Celeſt. hierarch. Ipſi enim neſciunt futura contingentia, & cogitationes cordium. hoc enim ſolius Dei eſt.* Non ergo quicumque vident Dei eſſentiam, vident omnia. (capit. 7. à med. — 521 — 288 — 282 — & D. 277.)

Reſpondeo. Dicendum, quòd intellectus creatus videndo diuinam eſſentiam non videt in* ipſa omnia, quæ facit Deus, vel facere poteſt. Manifeſtum eſt enim, quòd ſic aliqua videntur in Deo, ſecundùm quòd ſunt in ipſo. Omnia autem alia ſunt in Deo, ſicut effectus ſunt virtute in ſua cauſa.* Sic igitur videtur omnia in Deo, ſicut effectus in ſua cauſa. Sed manifeſtum eſt, quòd quantò aliqua cauſſa perfectius videtur, tãtò plures eius effectus in ipſa videri poſſunt. Qui enim habet intellectum eleuatum, ſtatim vno principio demõſtratiuo propoſito ex ipſo multarum concluſionum cognitionem accipit. Quod non conuenit ei, qui debilioris intellectus eſt, ſed oportet, quòd ei ſingula explanentur. Ille igi- (84)

A tur intellectus poteſt in cauſſa cognoſcere omnes cauſſæ effectus, & omnes rationes effectuum, qui cauſſam totaliter comprehendit. Nullus autem intellectus creatus totaliter Deum comprehendere poteſt,* vt oſtenſum eſt; Nullus igitur intellectus creatus videndo Deum poteſt cognoſcere omnia, quæ Deus facit, vel poteſt facere. Hoc enim eſſet comprehendere eius virtutem. Sed horum, quæ Deus facit, vel facere poteſt, tantò aliquis intellectus plura cognoſcit, quantò perfectius Deum videt. (Ar. præc.)

B Ad primum ergo dicendum, quòd Greg. loquitur quantùm ad ſufficientiam obiecti, ſcilicet Dei, quod, quantùm in ſe eſt, ſufficienter continet omnia, & demonſtrat. Non tamen ſequitur, quòd vnuſquiſque videns Deum omnia cognoſcat, quia non perfectè comprehendit ipſum.

Ad ſecundum dicendum, quòd videns ſpeculum nõ eſt neceſſarium, quòd omnia in ſpeculo videat, niſi ſpeculum viſu ſuo comprehendat.

C Ad tertium dicendum, quòd licet maius ſit videre Deum, quàm omnia alia; tamen maius eſt videre ſic Deum, quòd omnia in eo cognoſcantur, quàm videre ſic ipſum, quòd non omnia, ſed pauciora, vel plura cognoſcantur in eo. Iam enim* oſtenſum eſt, quòd multitudo cognitorum in Deo conſequitur modum videndi ipſum, vel magis perfectum, vel minus perfectum. ([illegible])

Ad quartum dicendum, quòd naturale deſiderium rationalis creaturæ eſt ad ſciendũ omnia illa, quæ pertinent ad perfectionem intellectus, & hæc ſunt* ſpecies, & genera rerum, (D. 278)

D & rationes earum, quæ in Deo videbit quilibet videns eſſentiã diuinam. Cognoſcere autem alia ſingularia, & cogitata, & facta eorũ, non eſt de perfectione intellectus creati; nec ad hoc eius naturale deſiderium tendit; nec iterum cognoſcere illa, quæ nondum ſunt, ſed fieri à Deo poſſunt. Si tamen ſolus Deus videretur, qui eſt fons, & principium totius eſſe, & veritatis, ita repleret naturale deſiderium ſciendi, quòd nihil aliud quæreret, & beatus eſſet. Vnde dicit Auguſt. quinto, confeſſ. Infelix homo, qui ſcit omnia illa, ſcilicet creaturas: (Lib. 5. confeſs. c. 4. [illegible])

E te autem neſcit. Beatus autem qui te ſcit, etiam ſi illa neſciat. Qui verò te, & illa nouit, non propter illa beatior eſt; ſed propter te ſolum beatus.

Senſus

Digitized by Google

Senſus quæſiti.

PRo ſenſu quęſiti legendus eſt Caietanus, quem ſequuntur Sylueſter, & Iauellus. Addit Bannes, hic non agi de perfectionibus, quæ in Deo ſunt formaliter, ſed de illis tantùm, quæ in Deo ſunt eminēter; hæ verò ſunt perfectiones ad creaturas pertinentes. Senſum hunc manifeſtè indicat textus totius articuli, cum quo ſtat, quaſdam earum analogicè ſumptas Deo formaliter conuenire, videlicet perfectiones ſimpliciter.

Forma Textus.

P*Rima concluſio eſt. Nullus intellectus creatus vidēdo diuinam eſſentiam videt in ea omnia, quæ facit Deus, aut facere poteſt.*

Probatur: Nullus intellectus creatus poteſt videre omnes effectus, qui ſunt in Deo veluti in cauſa; ergo nullus intellectus creatus videndo diuinam eſſentiam videt omnia, quæ facit Deus, vel facere poteſt.

Probatur conſequentia: quia creaturæ, quæ vidētur in Deo, videntur in eo ſicut effectus in cauſa. Probatur hoc Antecedens: quia aliqua videntur in Deo, ſecundùm quod ſunt in ipſo; ſed omnia ſunt in Deo, ſicut effectus ſunt virtute in ſua cauſa; ergo omnia videntur in Deo ſicut effectus in ſua cauſa. Aſſumptum autem principale ſic probatur: Ille intellectus poteſt in cauſa cognoſcere omnes cauſæ effectus, & omnes rationes effectuum, qui cauſam totaliter comprehendit; ſed nullus intellectus creatus totaliter Deum comprehendere poteſt; ergo nullus intellectus creatus poteſt videre in Deo omnes effectus, qui in eo ſunt, vt in ſua cauſa.

Maior huius argumenti probatur: Quantò aliqua cauſa perfectius videtur, tantò plures in ea effectus videri poſſunt; ergo ille ſolus intellectus poteſt in cauſa cognoſcere omnes cauſæ effectus, & omnes rationes effectuum, qui cauſam totaliter comprehendit. Antecedens probatur exemplo principij demonſtratiui: Nam, qui habet intellectum eleuatum, ſtatim vno principio demōſtratiuo propoſito, ex ipſo multarum concluſionum cognitionem accipit: quod non conuenit ei, qui debilioris eſt intellectus; ſed oportet, vt et ſingula explanentur.

Secunda cōcluſio. Eorum, quæ Deus facere poteſt, tantò aliquis intellectus plura cognoſcit, quanto perfectius Deum videt. Probatur ex eiſdem principijs; quia quantò aliqua cauſa perfectius videtur, tantò plures in ea effectus videri poſſunt; ergo.

Prima Controuerſia.

An in Deo clarè viſo poſsit videri aliqua creatura.

Sententiæ expoſitorum, & ſenſus quæſiti.

FVit antiquorum nominalium ſentētia, qui negabāt in Deo, vt obiecto viſo, formaliter poſſe creaturam videri, dicebantq́; beatos creaturas in Deo cauſaliter tantùm videre. Quam ſententiā plures ex Theologis minoritis ſequuti ſunt, & nouiſsimè etiam Vaſquez ſuper hoc articulo, qui conatur etiam D. Thom. vel inuitum in eandem partem inflectere.

A Sed oppoſitam ſentētiam manifeſtè ſuſtinet S. Doct. in hoc artic. & duobus ſequentibus, & infra quæſt. 58. artic. 6. & 7. & tertia parte, quæſt. 10. artic. 2. & tertio cont. gent. capit. 50. & multis ſequētibus, & 4. ſentent. diſt. 49. & de verit. quæſt. 8. art. 4. & alijs locis infra notandis. Quam ſequuntur communiter eius interpretes ſuper hoc art. & tertia par. quæſt. 10. art. 2. Capreol. in 4. diſt. 49. quęſtione 6. ad argumenta Durandi contra primam concluſionem Ferrarienſis in tertio cont. gent. capit. 59. §. *Circa prædicta*, & §. *ſed remanet*, & Scotus in 4. diſt. 49. quæſt. 3. art. 3. concluſ. 7. & ſingulariter Io. Salas 1. 2. q. 3. tract. 2. diſput. 4. ſect. 4. vbi latiſ- D. Thom.
B ſimè differit de hac materia.

Ad cuius veritatis euidentiam. Notandum eſt primò, creaturas in Deo dupliciter videri poſſe: Vno modo cauſaliter: Alio modo formaliter. Tūc videntur in Deo creaturæ cauſaliter, quādo ex videntis clara diuinæ eſſentiæ viſione cauſantur in intellectu vidētis ſpecies aliquæ creaturarum repræſentatiuæ, quibus alio actu à beatifica viſione diſtincto repræſentatas creaturas intelligit, aut ſaltem præexiſtentes ſpecies nouo virtutis augmē to vigorantur, vt intellectione diuerſa à beatifica cognoſcat, quæ diuinitus in Deo fuerint ei reuelata myſteria. Sēſus quæſiti.

C Tunc autem formaliter videntur in Deo creaturę, cum eodem vidētur actu, quo Deus videtur, atque ita, vt tota ratio videndi creaturas ſit Deus clarè viſus. Quod alijs verbis ſolet explicari dicēdo creaturas in Deo videri obiectiuè, ideſt, vt in obiecto in ſe ipſo viſo, & ratione videndi creaturas, & hoc modo cognoſcitur effectus in cauſa, ſiuè ea ſit vniuoca, ſiuè æquiuoca. Et hic eſt cognoſcendi modus, de quo agit S. Thom. in præſenti artic. & de quo diſputatur.

Reſolutio.

D *Proponuntur, & explicātur quinque modi, quibus creaturæ ſunt in Deo.*

SEcundò obſeruandum eſt, quinque modis creaturas in Deo præexiſtere.

Primò, ſecundum eſſe, quod habent in Deo. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, Creaturā in Deo præexiſtentem dupliciter poſſe conſiderari: vno modo præciſe ſecundùm illud eſſe, aut eſſendi modum, quem habet in Deo, & ita non eſt Creatura, ſed Creatrix eſſentia; quoniam illud idem habet eſſe formaliter, quod conuenit ipſi Deo, qui eſt eſſe per eſſentiam: Alio modo poteſt eadem creatu- Primus modus.
E ra conſiderari ſecundùm propriam ſuam eſſentiā ab alia qualibet natura diſtinctā, cui diuerſi accidunt eſſendi modi, à quibus diuerſas accipit denominationes. Scilicet in cauſa, extra cauſam, in intellectu, & in re, & in præſenti, prout denominatur ab eſſe diuino, dicūtur creaturæ eſſe in Deo eminenter, ideſt habere eſſe eminens in Deo.

Quem modum explicauit egregiè D. Tho. quęſtione quarta, artic. 2. Vnde Bannes, & Zumellus minus rectè videntur loquuti, dicentes ſecundùm D. Thom. Bannes. Zumellus.

Digitized by Google

hunc modum creaturas eſſe formaliter in Deo.

Ex hoc modo, tanquam ex radice, & fundamento ſequitur ſecundus, videlicet creaturas eſſe in Deo, vt effectus in cauſa actiua virtutem habente ad illos ſecundùm omnem illorũ rationem, & modum producendos. Idcircò enim poteſt Deus totum effectum ſincategorematicè producere, quia eſt ipſum eſſe per eſſentiam eminenter continens omnes eſſendi modos. Et hoc modo creaturæ sũt in Deo eminenter ſecundùm omnem illum modum, qui ſibi conuenit à parte rei; ſic enim ſunt in virtute Dei productiua: differt autem hic ſecundus modus à primo; quia in primo conſideratur Deus, vt ens perfectiſsimum, in ſecundo verò conſideratur ſub ratione cauſæ. *Secundus modus.*

Ex duobus modis dictis ſequitur tertius, quo creaturæ ſunt in Deo tamquàm in exemplari inadæquato ex parte repræſentantis, ſed adæquato ex parte rei repræſentatæ, modo inferius explicando. Hic enim modus prouenit ex infinita perfectione Dei, qua eminenter, vt cauſa æquiuoca continet omnem creaturam ſecundùm omnem illius eſſendi modũ, quo fit, vt quilibet eſſendi modus, ſit exemplatus ex modo eſſendi infinito diuinę naturæ omnem eſſendi modum poſsibilem eminenter præbabente. *Tertius modus.*

Sequitur ex hoc tertio, quartus modus, quo in Deo ſunt creaturæ tanquam in exemplari adęquato tam ex parte exemplaris, quàm ex parte exemplati; qui modus attenditur ſecundùm rationes idęales; quot enim ſunt creaturæ à Deo factæ, & factibiles, tot etiam in Deo ſunt ideæ ſingulę ſingulis creaturis adæquatæ: Nam diuina eſſentia, vt idęa hominis, adęquatur homini, & vt idæa Bouis, adæquatur Boui, nec latius extenditur. *Quartus modus.*

Ex his duobus poſtremis ſequitur quintus modus metaphoricè dictus, quo res dicuntur eſſe in Deo, tanquam in ſpeculo voluntario; Deus enim res volũtariè producit, & ideo productas, & producendas voluntariè repræſentat per rationes idæales diſtinctè repræſentantes modo dicto: Vel dicitur ſpeculum, quia diſtinctè repræſentat; voluntarium autem; quia ad ſui manifeſtationem confert, quantùm voluerit luminis gloriæ. Metaphorica tamen eſt hæc loquutio: nam de ratione ſpeculi propriè ſumpti eſt, vt ab alio impreſſa repræſentet: quod Deo minimè conuenit. Sed dicuntur propriùs res creatæ ſpeculum Dei, iuxta illud Apoſtoli. *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate.* Deus verò dicitur exemplar. *Quintus modus.*

Differunt ſiquidem ſpeculum, & exẽplar, quòd exemplar eſt ſpecies rei præexiſtens in agente per intellectum, ſicut ſpecies domus eſt in artifice: ſpeculum autem eſt ſpeciei receptiuum ad repræſentandum: ſicut aqua, vel chriſtallum, quatenus eſt ſpeciei domus receptiuum, ac repræſentatiuum, nuncupatur ſpeculum. Vnde etiam Verbum Dei, quod à Patre recipit eſſentiam omnium repræſentatiuam, & procedit à Patre, vt eius imago perfecta, per quandam appropriationem dicitur ſpeculum Sap. 7. *Candor eſt enim lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula, & imago bonitatis illius.* *Sap. 7.*

A *Explicatur duplex modus repræſentationis diſtincta.*

Tertiò conſiderandum eſt, quòd repræſentare diſtinctè contingit dupliciter: Vno modo, vt diſtinctio repræſentationis ſit ex parte repræſentantis, & non tantùm ex parte rei repræſentatæ: quo modo ſpeculum diſtinctè repræſentat, cum in eo appareant diuerſarum rerum abinuicem diſtinctæ ſpecies: Alio modo, vt diſtinctio repræſentationis nulla ſit in repræſentante, ſed in rebus repræſentatis tãtùm; vt, exempli gratia, ſi dicamus animam intellectualẽ repræſentare diſtinctè formas corporeitatis, mixti, vegetatiui, & ſenſitiui non ex parte repræſentantis, in quo nulla eſt formarum diſtinctio, ſed ex parte formarum repræſentatarũ; quibus in anima intellectiua non reſpõdẽt diuerſa ſimilitudinum fundamenta, ſed vnũ, & idem, quod eſt ipſa animæ intellectiuæ natura; quæ prędictis omnibus formis reſpondet, vt ſimilis, non minus, quàm ſi ſingulorum diſtincta haberet ſimilitudinis fundamenta. Nam, vt ſcitè aduertit Caietanus, excedere non impedit, ſed auget perfectionem repręſentatiui. Vnde, ſi fieri poſſet, vt ſpecies albi ſimul repræſentaret etiam nigrum, eadem vtrumque perfectione repræſentaret. Itaq; Deus, vt abſolutiſsimum omnium exemplar non habet in ſemetipſo repræſentatorum effectuũ diſtinctionem, quaſi diſtinctas habens differentium rerum ſpecies, ſed repręſentationis diſtinctio tota ad effectus repręſentatos eſt referenda: Nam, cùm Deus ſit actus perfectiſsimus omnia vnitiſſimè pręhabens, hoc ipſo habet, vt ita cuiuſq; rei propria pręhabeat, vt proprium ſingulorum ſit exemplar nihilominus, quàm ſi actu diſtincta ſingularum rerum repręſentatarum includeret exẽplaria. Quę verò in Deo ponitur idęarum diſtinctio, nulla eſt actu à parte rei, ſed à noſtra reſultat intelligentia, vt explicat S D. infra queſt. 15. B Caie. C

D *Non eſſe neceſſe obiectum cognitum, in quo alia cognoſcuntur, relatiuè cognoſci.*

Quartò ſciendum, quòd non eſt neceſſe obiectum cognitũ, in quo res alia cognoſcitur, eſſe formaliter relatiuum, aut relatiuè concipi ad rem in eo cognitam; ſed poteſt vtrumque, videlicet obiectum, & res in eo viſa ſub abſoluta ratione cognoſci. Quod multipliciter oſtenditur: Nam Angelus in ſeipſo tãquam in cauſa cognoſcit omnes proprietates ſuas, & tamen ſubſtantia Angeli, etiam vt rationẽ habet cauſalitatis, abſoluta eſt, non reſpectiua: Nam cauſalitas, ſiuè ratio cauſandi, quæ ſubſtantiæ Angeli conuenit ex propria quidditate reſpectu ſuarũ proprietatum, fundamentum quidem eſt relationis inter ſubſtantiam, & proprietates, vt inter cauſam, & effectum; ſed actualis relatio non eſt. Secundò: Angelus in ſua ſubſtantia naturaliter Deum cognoſcit; quoniam ex natura ſua nihil aliud eſt, quàm diuinę ſubſtantię participatio; quę, licèt fundamentum ſit proximum realis relationis ad Deum vt cauſam, nõ eſt tamen realis relatio, nec illam intrinſecè claudit, ita vt neceſſe ſit Angelum relationem illam conce- E

piſſe,

piſſe, vt Deum intelligat, ſed prius natura ſeipſũ, & Deum in ſeipſo cognoſcit, poſterius autem relationem conſequentem intelligit.

Tertiò. Cognitio à priori non eſt per id, quod eſt poſterius poſteriori; at cognitio effectus in cauſa eſt à priori; ergo non eſt per id, quod eſt poſterius effectu, qui eſt poſterior cauſa; tunc vltra, ſed relatio cauſę ad affectum, & effectus ad cauſam eſt quid poſterius effectu; nam non conſurgit, niſi poſito effectu; ergo talis relationis cognitio non eſt neceſſaria, vt cognoſcatur effectus in cauſa, & ſpecialiter in eſſentia diuina, vt patebit ex dicendis in ſequenti controu. §. 2.

Deum in ſeipſo obſolutè cognito videre omnes creaturas.

EX dictis ſequitur primò Deum in ſeipſo abſolutè cognito videre omnes creaturas: Nam cauſa comprehenſiuè cognita eſt ſufficiens ratio cognoſcendi in ea vniuerſos effectus in particulari, vt docet S. Thom. in hoc articulo; At Deus ſeipſum vt cauſam comprehenſiuè cognoſcit; ergo in ſeipſo vt cauſa omnes effectus cognoſcit.

Cauſa autẽ, vt diximus, ex propria ratione fundamentum eſt relationis prçcedẽs ipſam relationem; ergo. Prçterea, quicunque cognoſcit perfectè aliquam naturam vniuerſalem, ſecundùm ſcilicet totam ſuę latitudinis extẽſionem, cognoſcit omnem modum, quo natura illa poteſt haberi; at Deus cognoſcendo ſe cognoſcit perfectè naturam vniuerſalem entis; ergo cognoſcit omnes gradus entis; ergo de rebus habet propriam cognitionẽ.

D. Thom. Diſcurſus eſt D. Thom. in primo contra gentil. cap. 50. ratione ſexta: Conſtat autem Deum ante omnem voluntatis determinationem, ſiuè abſolutam, ſiue conditionatam cognoſcere quidditatiuè totam entis latitudinem: alioquin perfectio diuini intellectus à voluntatis determinatione dependeret; ergo cognitio relationis, quę ſequitur determinationem diuinę voluntatis, nõ eſt neceſſaria ad cognitionem creaturarum in Deo.

Denique diuina cauſalitas non pendet à reſpectu rationis ad creaturas; ergo ante omnem talem D. Thom. reſpectum Deo conuenit cauſalitas. Videndus eſt S. Thom. infra q. 14. art. 6. vbi ſatis apertè determinat id, quod diximus de rerum cognitione, quatenus ſunt in Deo primo modo. Et Capreolus in 4. Capreol. diſtinctione 49. queſt. 6.

Poſſe creaturas in Deo diſtinctè cognoſci ſecundùm quemlibet ex quinq; modis, quibus ſunt in Deo.

SEquitur ſecundò poſſe creaturas in Deo diſtinctè cognoſci ſecundùm illum primum eſſendi modum, quo dicuntur in Deo eſſe eminenter. Probatur: quoniam illud eſt primum cauſalitatis fundamentum, & prima ratio cognoſcẽdi totam entis latitudinem; ſicut, qui comprehenderet naturã leonis ſubſiſtentem modo Platonico, comprehenderet etiam omnes modos, quibus poſſet ab indiuiduis participari. Dixi, quo dicuntur creaturę eſſe in Deo eminenter, ideſt, quo denominãtur creaturę eſſe in Deo; quoniam, ſi conſideretur prçcisè

A illud eſſe, non quatenus denominat creaturas, eſt ipſa Dei creatrix eſſentia formaliter, nos autem loquimur de creaturis, vt à tali eſſe denominãtur.

Sequitur tertiò poſſe diſtinctè creaturas cognoſci, prout ſecundo, & tertio modo ſunt in Deo. De ſecundo modo habetur expreſſa doctrina S. Tho. in præſenti articulo, & alibi ſæpè. De tertiò patet etiam ex dictis; quoniam ad cognitionem diſtinctam habendam ſufficit diſtincta repræſentatio ex parte rei repræſentatæ, ad quam terminatur cognitio; alioquin excellentia repræſentatiui tolleret diſtinctionem cognitionis: quod abſurdũ eſt: vt videre eſt etiam in ſpeciebus intellectus Ange-

B lici. Ex quibus patet, quid ſentiendum ſit de doctrina Banneſij, & Zumelli in hoc articulo, circa modum cognoſcendi creaturas in Deo; nec D.Th. ab eis allegatus in primo cont. gent. cap. 84. ita loquitur, ſed ex ſecundo artic. quartæ quæſt. colligitur manifeſtè, quod diximus. Denique ex dictis ſequuntur duæ concluſiones. Banneſ. Zumell. D. Thom.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio. In Deo clarè viſo poſſunt videri formaliter à beatis aliquæ creaturæ hæc patet ex dictis, & ex littera præſentis articuli.

Et probatur etiam ex varijs locis doctrinæ D.

C Thomæ: primus eſt in hoc articulo, vbi ait creaturas in Deo videri, ſicut effectus in cauſa, & ideò intellectum Deum videntem tantò plura in eo cognoſcere, quantò perfectius videt Deum; at effectus vidẽtur in cauſa eadem numero viſione, qua videtur cauſa; igitur eadẽ viſione formaliter creaturæ videntur in Deo, qua videtur Deus; & infrà artic. 9. & de ver. quæſt. 3. docet ea, quæ videntur à beatis, non videri per aliquam ſpeciem, ſed per ipſam eſſentiam diuinam vnitam eorum intellectui in ratione ſpeciei; at ſi cauſaliter tantùm viderentur in verbo, viſio fieret per aliquas ſpecies, & eſſẽtia diuina ſolùm haberet rationẽ ſpeciei in viſio-

D ne beata; & infra quæſt. 53. art. 6. & 7. expreſsè aſſerit Angelos cognitione matutina cognoſcere creaturas in Verbo eadem cognitione, qua vident Deum. Secundus locus eſt in 2. 2. quæſt. 83. art. 3. ad ſecundum, vbi ait beatos in Verbo cognoſcere orationes omnes fidelium ad eos directas. Tertius locus eſt in 3. par. q. 10. artic. 2. vbi docet beatum tantò plura videre in Verbo, quãtò perfectius videt Verbum; cõſtat autem poſſe alicui minus beato plura extra Verbũ reuelari, qui tamen non ideò erit beatior. Quartus locus eſt in 3. cont. gent. capit. 59. ratione ſecunda, vbi ait beatos eodem lu-

E mine videre creaturas, quo Deum vident; certum eſt autem lumine gloriæ, quo Deus videtur, nihil videri, niſi in Deo; ergo beati vident creaturas in Deo formaliter; & ibidem ratione quarta ait quẽlibet videntem Deum cognoſcere ſpecies omnes rerum naturalium in ipſa diuina eſſentia. Quintus locus eſt in 3. ſentent. diſt. 14. queſt. 1. art. 2. vbi docet animam Chriſti in eſſentia diuina tãquam in medio cognoſcere creaturas; at eſſentia diuina cognoſcitur cognitione beata; ergo. Sextus locus eſt hæb. 1. lect. vltima, vbi ait, quòd, ſicut Deus cogno-

Digitized by Google

gnoſcendo eſſentiam ſuam,ſe ipſum cognoſcit, & A
alia,omnia ex ſe,ſic Angeli videntes Dei eſſentiā,
ipſam cognoſcunt,& res omnes in illa.
Secundo probatur eadem concluſio ex Sancto-
Auguſtin. rum Patrum dictis: Auguſtinus enim lib.4. de Ge
neſi ad litteram,cap.25.& lib.11.de Ciuitate Dei,
cap.7.29.& 30. & alibi ſæpe diſtinguit in beatis,
ſicut etiam in Angelis duplicem rerum cognitio-
nem,alteram veſpertinam, qua res in ſeipſis co-
gnoſcunt,& alteram matutinam, qua res intuen-
tur in Verbo;quam cognitionem S.D. infra quęſt.
58.art.5.& 8.ait eſſe cognitionem beatam, qua.ſ.
videntur res in Verbo tàm ſecūdùm eſſe,quod ha
bent in Deo,quàm ſecundùm eſſe,quod habent in B
S. Bernar. ſe:S.Bernard.lib.5.de conſideratione in princ.ait:
Beatos in cœlo videre Verbum, & in Verbo facta
per Verbum: Et addit: *In verbo illa vident, vbi lon-
gè melius ſunt,quam in ſe ipſis*: Quibus verbis aper-
tè ſignificat Beatos in Verbo duplex eſſe creatura-
rum videre,ſcilicet id,quod habēt in Verbo, & id
quod habent in ſe ipſis.
Tertiò probatur eadem concluſio his argumen
tis. Primò.Quia Deus eadem cognitione,qua ſeip
ſum cognoſcit,vt obiectum primarium,cognoſcit
etiam creaturas in ſeipſis; igitur etiam beati poſ-
ſunt eodē modo creaturas in Deo cognoſcere co-
gnitione beatifica: antecedens eſt D.Thom.infra C
S. Thom. quęſt. 14.art.6.Conſequentia verò probatur;quia
viſio beata eſt participatio quædā viſionis increa
tæ; ergo ſicut viſio Dei extenditur etiam ad Crea-
turas,poterit etiam viſio creata ad eadem exten-
di; cum hæc perfectio ſit ex ijs, quæ ſunt creatu-
ræ communicabiles.
Secundò probatur eadem concluſio: quia eodē
actu ſimplici intellectus videntur cauſa, & effe-
ctus,principium,& concluſiones; igitur eodem a-
ctu videri poteſt Deus,& creatura: antecedēs pro-
batur: quoniam ideò Angeli non diſcurrunt, quia
vno,& eodem actu ſimplici,quo cauſam, & prin-
cipia intuentur, vident etiam effectus, & conclu- D
ſiones: Conſequentia probatur; quia creaturæ vi-
dentur à beatis in Deo,vt effectus in cauſa,& cō-
cluſiones in principio,vt ait S.Doct. in textu.
Tertiò probatur;quia viſio beatifica eſt eminē-
ter reflexiua ſupra ſeipſam,& eſt non ſolùm ſpecu
latiua,ſed etiam practica,nec ſolùm eſt viſio, ſed
eſt etiam iudicium,& imperium; ergo eſt forma-
liter cognitio non ſolùm Dei,ſed etiam creatura-
rum. Antecedens quo ad primam partem proba-
tur: quoniam Angelus eodem actu cognitionis ſe
ipſum intelligit,& actum ipſum; vt ait S. D. infra
quæſt.57. art.3. ergo multò magis beatus eodem
actu viſionis videt Deum,& viſionem ipſam.Quo E
ad ſecundam uerò partem patet ex dictis ſupra q.
1.artic.4.Quo ad tertiam demum partem proba-
tur; Quia viſio beatifica eſt cauſa amoris,qui eli-
ci non poteſt abſq; iudicio de bonitate actus; nec
ſine imperio,cum ſit actus moraliter bonus. Cōſe
quentia uerò probatur: quia reflexio eſt in ipſam
uiſionem,quæ eſt creatura; iudicium etiam,& im
perium reſpiciunt actum charitatis, & aliarum
uirtutum, quæ ſunt obiecta quædam ſecundaria.

A Quartò: uiſio beata fidem excludit omnium ar
ticulorum, ſaltem in actu; ergo formaliter eſt co-
gnitio articulorum pertinentium ad articulos hu
manitatis. Antecedens patet;nam,ſi non eſſet co-
rum cognitio manifeſta,& euidens,non exclude-
ret fidem eorum.
Quintò. Eadem uiſio excludit per ſe,& forma-
liter ſpem,ergo per ſe, & formaliter facit certam
euidentiam de perpetuitate ſui ipſius. Antecedēs
probatur; nam alioquin poſſet Deus facere,ut in
aliquo beato maneret ſpes; quia poteſt ei non tri-
buere aliam cognitionem præter beatam;& ità,ſi
per beatam uiſionem non tollitur ſpes, nec etiam
B per aliam cognitionem ſupernaturalem, quæ nul-
la eſſet,tolleretur. Conſequentia uerò probatur: S.Tho.
quia ideò non manet in beato ſpes reſpectu perpe
tuæ cōtinuationis beatitudinis,quia illa uidetur,
& tenetur; vt ait S.D.in 2.2.quæſt.18.art.2. ad ſe-
cundum,& de virtutibus,quæſt.4.art.4.ad tertiū:
non tenetur autem beatitudo,niſi per ipſam viſio-
nem;ergo per illā videtur formaliter aliqua crea-
tura. Et confirmatur: quia viſio beatifica forma- Auguſtin.
liter implet omne deſiderium beati; ergo certifi-
cat de adeptione ſui, & de perpetua ſui continua-
tione: Vnde Auguſtin. 11.de Ciuit.Dei cap.8.do-
cet in hoc poſitum eſſe beatitudinis complemen-
C tum,vt beatus intelligat ſe in bono incommutabi
li eſſe perpetuò manſurum;& lib.2.de correptio-
ne, & gratia ait beatos tantam plenitudinem de
beatitudine percipere meruiſſe, qua certiſsimum Ioā.17.
eis ſit ſe in illa perpetuò eſſe manſuros.
Poſtremò probatur ex illo Ioann. 17. *Hæc eſt vi
ta æterna,vt cognoſcant te ſolùm verum Deum,& quē
miſiſti Ieſum Chriſtum*, vbi Chriſtus manifeſtè lo-
quitur de ſe ipſo,quatenus homo eſt,vt diſtingui-
tur contra Deum; ergo viſio beata formaliter ex-
tenditur ad humanitatem; probatur conſequen- Auguſtin.
tia; quia vita æterna eſt viſio beata; Vnde etiam
Auguſt.lib.1.de Trinit.cap.8.ait beatos tunc viſu-
D ros Chriſtum ut hominem ſecundùm illam uiſio- Chriſoſt.
nem,qua apparet Deus mūdis corde,ſcilicet bea- Cyrillus.
tis:idem affirmant Chriſoſt.Hom.81.in Ioannem, S. Thom.
Cyrillus lib.9.in Ioannem,capit.47.& S.Thom.in
illud Ioannis 3. *Per me ſi quis introierit, ſaluabitur,
& ingredietur,& egredietur, & paſcua inueniet.*
Secunda concluſio. Poſſunt in Deo uideri crea-
turæ diſtinctè ſecundùm quemlibet ex modis aſſi
gnatis, quibus creaturæ ſunt in Deo. Hæc ſatis
eſt probata.

Argumenta, & ſolutiones.

CONtra primam concluſionem argumentatur
Vaſquez.
E Primò authoritate S.Thom.infra q.57.artic.5. S.Tho.
ubi ait Angelos beatos quædam myſteria gratiæ
cognouiſſe à principio ſuæ beatitudinis,& quædā
alia ſucceſſu temporis illis fuiſſe reuelata.
Reſpondetur mirum eſſe uirum doctiſsimum
locum illum pro ſui ſententia adducere noluiſſe
alijs apertiſsimis,quæ ſupra notauimus, minimè
commemoratis,iuxta quorum intelligentiam ex-
ponendus eſt locus hic adductus. In quo S.Thom.
de utroque modo cognoſcendi in Verbo,uidelicet
for-

Digitized by Google

formaliter,& cauſaliter mentionem facit,& vtrũque reuelationem appellat; Neq; nos dicimus omnes creaturas à beatis cognitas in Verbo formaliter cognoſci.

Secundò profert diuerſa loca D. Auguſtini, & Bernardi,& aliorum,quos in ſuam ſententiam trahere nititur. Ad quæ inter recentiores optimè re-
1. ſpondet Suarez lib. 2. de attributis Dei negatiuis; num. 10.& ſequentibus.

Tertiò, Si nihil eſſet futurum,& videretur diuina eſſentia, æquè clarè in eodem viſionis gradu, ſicut nunc videtur, non eſſet ratio videndi futurum aliquod; ergo neque nunc eſt ratio videndi futura. Antecedens patet, conſequentia probatur: Nã eadem res viſa, & eodem modo viſa; & ex parte ſui,& ex parte intellectus videntis,ſi ſemel eſt ratio videndi aliud, ſemper erit, & ſi ſemel non eſt, nunquam erit; Idem enim,quatenus idem eſt,ſemper eſt natum facere idem.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam: Ad probationem reſpondetur. Antecedens verum eſſe,quando ex parte ſecundario cogniti terminantis cognitionẽ ſit eadem diſpoſitio, quæ in re præſenti: aliàs diuerſa eſt: Nam res futura per determinationem diuinę voluntatis ſcibilem habet futuritionem: at quæ numquam futura eſt,nullã habet ſcibilem futuritionem, ſed ſimplicem quidditatem. Itaque vna,& eadem eſt diuina eſſentia, vna & eadem eſt viſio eodem modo ſe habens, ſed res ſecundariò viſæ non eodem modo ſe habent,
2 vt futuræ, ſicut vt non futuræ. Videndus eſt Caietanus infra quæſt. 14. art. 13. ad obiectiones Scoti contra rationem D.Thom. Et eodem modo ſoluitur ſimile argumentum eiuſdem authoris de ſcientia rerum poſsibilium.

Quartò. Eſſentia diuina eſt res omnino in ſe abſoluta; ergo prout in ſe viſa, non poteſt eſſe ratio videndi aliquem effectum ipſius.

Reſpondetur negando ſequelam,& ratio negationis aſsignata eſt in quarto fundamento.

Quintò. Si aliquæ creaturæ ex vi talis viſionis viderentur, creaturæ omnes poſsibiles, & futuræ viderentur, cũ non ſit maior ratio, cur vna videatur, quàm alia; ſed non eſt poſsibile omnes videri; ergo. Quòd autem non ſit maior ratio de vna, quàm de alia. Probat: Quoniam æqua eſt ratio ex parte eſſentiæ, ex parte luminis,& ex parte viſionis. Et ſingula probat longo diſcurſu. Secundò probat maiorem propoſitionem; quoniam nõ obſtat (inquit) quòd creaturę ſint infinitæ: Nam, ſi nihil obſtat, quo minus eſſentia Dei,quæ infinita eſt ſecundùm eſſe,(quæ infinitas longè maior eſt) videatur, nihil obſtare poterit, quo minus infinita multitudo rerum ab intellectu finito videri poſsit.

Reſpondetur hæc argumenta antequam ſcriberet Vaſquez, à noſtris communiter fuiſſe ſoluta. Vnde ad principale dicitur falſam eſſe ſequelam maioris: Ad probationem primam dicitur, eſſe maiorem rationem de vna, quàm de alia ex nulla dictarum cauſarum præcisè,ſed ex hoc, quòd diuina eſſentia illas tantùm creaturas beatorum mẽtibus repræſentat, ad quas repræſentandas intelle-

A ctibus copulatur. Et ideo nuncupatur ab Auguſt. *ſpeculum voluntarium*.

Ad ſecundam probationem reſpondetur longè maius eſſe videre in diuina eſſentia omnes creaturas, quàm videre ſolam diuinam eſſentiã: quoniam illud dicit viſionem comprehenſiuam diuinæ eſſentiæ, hoc autem ſolã viſionem minimè cõprehenſiuam diuinæ eſſentiæ, vt latius patebit inferius in propria Controuerſia.

Alia communia argumenta, & eorum ſolutiones legi poſſunt apud expoſitores.

B

Secunda Controuerſia.

De modo, quo videntur in Deo res creatæ, aut creari poſsibiles.

Sententię Doctorum, & Expoſitorum.

SEntentia fuit quorundam Theologorum, quam etiam nonnulli aſcribunt Scoto. Diuinam eſ- Scotus.
ſentiam dupliciter res repræſentare: Vno modo mediatè, quatenus ſcilicet primò ſeipſam repræſẽtat, vt per ſe primò obiectum diuini intellectus, in quo ſecundario repræſentatur creaturæ eo modo, quo effectus in cauſa perfectè cognita dicũtur re-
C præſentari: Alio modo diuina eſſentia repræſentat res immediatè, vt ſpecies intelligibilis eo modo, quo ſpecies angeli inditæ res ab angelis cognitas immediatè repræſentant: quam ſententiam videtur amplecti Ferrarienſis 3. cont. gent. cap. 56. Ferrarien.
in principio. Eandem ſententiam videtur ſequi Alex. Peſantius infra art. 10. diſp. 2. Ait enim diui- Peſantius.
nam eſſentiam eſſe velut ſpeciem perfectiſsimam omnium creaturarum; quia Deus cognoſcit omnes creaturas in ſua eſſentia, non tantùm veluti in cauſa, ſed etiam, quia eſt formalis cognitio omnium creaturarum. Vnde addit, quòd, ſi Deus nõ eſſet creator omnium rerum, adhuc cognoſceret
D omnia in ſua eſſentia propter perfectionem ſuæ eſſentię repræſentantẽ omnia: nam ſpecies, (inquit) Angelorum repræſentant Angelis etiã ea, quæ non fiunt ab Angelis.

Ex quo deducit, quòd, ſi Deus vellet vnire eſſentiam ſuam intellectui beato ad repræſentandum creaturas, prout relucent in ſua eſſentia tanquàm in ſpecie, tunc poſſent videri plures creaturæ, & perfectiores abſque maiori penetratione eſſentię, & inferius adiungit; quòd, ſi omnes creaturæ videantur per lumen, & viſionem finitam, non ſequitur Deum comprehendi, quoniam ſemper eſſentia in infinitum poterit clarius,& clarius cognoſci.

E Sed oppoſitam ſententiam, videlicet diuinam eſſentiam repræſentare creaturas vno tantùm modo, ſcilicet mediatè, docet D. Thom. in hoc artic. & alibi ſæpè: nam hunc immediatę repręſenta- D. Thom.
tionis modum in tota ſua doctrina nunquã agnouit S. Thom. Ad cuius euidentiam,

Digitized by Google

Reſolutio.

Explicatur duplex videndi modus, ſcilicet in ſeipſo, & in alio obiectiuè, & oſtenditur efficacitas diſcurſus S.Thom.

SCiendum eſt primò, dupliciter aliquid poſſe videri: Vno modo in ſeipſo obiectiuè: Alio modo in alio obiectiuè, ideſt in alio obiecto viſo. Illud videtur in ſeipſo, quod eſt per ſe primò, & adęquatè repræſentatum per ſpeciem, per quam fit viſio; ſicut roſa directè oculo meo obiecta dicitur videri in ſeipſa obiectiuè; quia videtur per ſpeciẽ, per ſe primò, & adæquatè repræſentantem roſam. Illud autem videtur in alio obiectiuè, quod nõ eſt adæquatè reprę ſentatum per ſpeciem, ſed cõtinetur aliquo modo in obiecto adæquatè, & per ſe primò repræſentato per ſpeciem, cui neceſſe eſt ſẽper reſpondere obiectum aliquod adæquatum, in quo cętera per ſpeciem repræſentata contineantur: Nam, ſi non omnia reprę ſentata continet, iam non eſt obiectum adæquatum ſpeciei. Vnde Caiet. infra quæſt. 14. art. 5. diffinit viſum in alio eſſe, quod per ſpeciem continentis, in quã ſcilicet relucet, videtur; ſicut exempli gratia, roſa poſt tergum vidẽtis ſita, & ſpeculo obiecta videtur in ſpeculo. Quamquàm, vt ſupra diximus, non ita propriè res dicuntur in Deo videri, ſicut in ſpeculo: nam quæ repræſentantur in ſpeculo, realem habẽt in ſpeculo ſpecierum diſtinctionem; effectus autẽ, quos diuina repræſentat eſſentia, perfecta in ea gaudent vnitate; cum in ea ſint, tamquàm in cauſa per vnam, ſimpliciſsimamque perfectionem, & virtutem, omnia continente. — Caiet.

S. Thom. — Vnde D. Thom. infra quæſt. 14. artic. 6. ſingulari ſuæ mentis excellentia rem hanc altius attingẽs ait diuinam eſſentiam ad omnes rerum eſſentias comparari vt actum perfectum ad imperfectos: ſicut homo ad animal, vel ſicut ſenarius, qui eſt numerus perfectus, ad imperfectos ſub ipſo contentos.

Manifeſtum eſt autem, (inquit S. Thom.) *per actũ perfectum cognoſci poſſe actus imperfectos, non ſolùm in communi: ſed etiam propria cognitione: ſicut qui cognoſcit hominem, cognoſcit animal propria cognitione, et qui cognoſcit ſenarium, cognoſcit ternarium propria cognitione. Cum igitur eſſentia* Dei *habeat in ſe, quidquid perfectionis habet eſſentia cuiuſque rei alterius, & adhuc amplius, Deus in ſeipſo* (inquit S. Thom.) *poteſt omnia propria cognitione cognoſcere*; & eadem eſt ratio de Beatis, quo ad ea, quæ vident in diuina eſſentia. Nam ea vident, non ſecundum communem tantùm aliquam rationem, neque ſecundùm illud eſſe tantùm, quod habent in Deo, ratione cuius, vt

Anſelmus — ait Anſelmus, *creatura in Deo eſt creatrix eſſentia*, ſed ſecundùm eſſe rei viſæ proprium, quod habet in ſeipſa. Cum autem dicimus beatos res in diuina eſſentia videre veluti in obiecto per ſe primò, vel cauſa viſa, non eſt ſermo de cauſa quouis modo viſa, ſed ita, vt quatenus viſa, ſit ratio per ſe ſufficiens viſionis effectus; alioquin, vt benè inquit Caiet. iam non ex vi viſionis cauſæ videretur effectus, ſed aliundè.

A Ex dictis ſic poſſumus argumentari cum Caietano ad oſtendendam vim diſcurſus S. Tho. Idem manens idem ſecundùm ſe ſemper facit idem; igitur cauſa in aliquo gradu cognita manens in eodem ſui eſſe, & cognitionis gradu ſemper idem efficit; ergo impoſſibile eſt cauſam ſic immutatam aliquem effectum intellectui repræſentare, quem prius eidem intellectui non reprę ſentabat; igitur, vt alios oſtendat effectus, neceſſe eſt illam mutari; at non in eſſe, quia ſic non eſſet eadem cauſa; ergo mutari debet in cognoſci; non in minus, vt patet; ergo in magis, vt docet S. Tho. in ſecunda concluſione huius articuli. — Caiet. — D. Thom.

B Ex quo vlterius ſequitur, cõuertibilem eſſe cõſequentiam inter hoc, quod eſt plura videre in cauſa, & hoc, quod eſt perfectius videre cauſam: Nã, ſi quis perfectius videt cauſam, plura videt in ea à priori procedendo, & ſi quis plura videt in cauſa, perfectius videt, cauſam, arguendo à poſteriori; alioquin, vt inquit Caietanus, eſſet effectus ſine cauſa: non enim facilè poſſet aliqua alia vera, vel apparens cauſa excogitari. — Caiet.

Poſſe fieri per Dei omnipotentiam, vt beatus videat diuinam eſſentiam, & nullam in ea creaturam diſtinctè videat.

C SEcundò obſeruãdum eſt, fieri poſſe ſaltem per Dei omnipotentiam, vt beatus aliquis ita videat diuinam eſſentiam, vt nullam in ea creaturã diſtinctè videat. Quod manifeſtatur exemplo ſecundarum cauſarum: nam principium demõſtrationis, quod vim habet actiuam reſpectu concluſionum, quę ſyllogiſtico diſcurſu ex eo deduci poſſunt, continetq; eas actu, & conſequenter diſtinctè ex parte contentarum concluſionum in ſuo ordine, poteſt adeò imperfectè cognoſci, vt nullius in cognoſcente cauſet cõcluſionis notitiam: quod cęteris effectiuis cauſis eſt commune. Aucta verò

D cauſæ, ſiuè principij cognitione iam ex eo ſequetur alicuius effectus, vel concluſionis notitia; & quò maior fuerit cauſæ cognitio, eò plures in ea cognoſcẽtur effectus. Cur autem potius hi, quàm illi videantur, ex diuerſo eſſendi modo prouenit, quem habent effectus in cauſa; vt ait S. Thom. de Ver. q. 8. art. 4. ad duodecimum. Nam in cauſa aliqui ſunt effectus latentiores, aliqui minus latẽtes; quo fit, vt viſa cauſa in aliquo gradu videantur effectus minus latentes, nõ viſis interim ijs, qui magis latent; Quod idem dicendum eſt de concluſionibus in, aut ex principio cognitis. Ex quo ſequitur falſam eſſe illam propoſitionem Molinæ ſuper hoc art. videlicet. *Quando concluſio cognoſcitur ex* — Molinæ propoſitio falſa.

E *principio diſtincta cognitione à cognitione principij, poterit de nouo cognoſci aliqua concluſio ex principio, non aucta cognitione principij; non autem quando cognoſcitur in principio*: Nam fundamenta, & rationes ſuperius allatę euidenter probant, quòd concluſio de nouo cognita, ſiuè ex principio, ſiuè in principio prærequirit maiorem principij notitiã; quoniam idem manens idem ſemper facit idem, &c.

Præterea, Principium demonſtratiuum vim habet

bet illatiuam concluſionum, quatenus cognitum; ergo,niſi augeatur cognitio,non augetur vis illatiua concluſionum; ergo ex eo non magis noto nō poterunt nouæ deduci concluſiones.

Deinde fieri poteſt etiam, vt augeatur viſionis perfectio abſq; hoc, quòd ad nouas creaturas inſpiciendas extendatur:Quia viſionis beatæ perfectio ex primario ſumitur eius obiecto,quod eſt eſſentia Dei; primarium autem obiectum à ſecundario non dependet in eſſe,aut cognoſci;igitur augeri poterit viſio eſſentiæ Dei,nō aucta,vel addita creaturarum notitia: Sicut etiam principium commune complexum abſolutè conſideratū poſſet ab intellectu perfectius attingi abſq; nouæ cōcluſionis ex eo cōſequentis notitia, quamuis ſi, vt ratio eſt cognoſcendi concluſiones,perfectius intelligatur; nouam ſemper efficiat alicuius concluſionis notitiam. Impoſsibile tamen eſt eſſentiam Dei clarè videri,quin videantur etiam creaturæ, prout ſunt radicaliter in potentia Dei. Ex dictis ſequitur primò poſſe vnum beatum perfectius videre diuinam eſſentiam,vt prima cauſa eſt, quàm alius, qui plures in ea videt effectus, vt in ſeipſis ſunt; quia perfectio primæ cauſæ abſoluta eſt,nec ab effectu depēdet,aut ex ordine ad effectum. Secundò ſequitur fieri poſſe,vt,qui videt diuinam eſſentiam, & nullam in ea creaturam intuetur, perfectius eam videat illo, qui plures videt in ea creaturas; quia perfectio viſionis obiecti primarij nō dependet ex viſione obiecti ſecundarij.

Dixi fieri poſſe, vt in Deo viſo nulla creatura diſtinctè videatur; quia, ſi ſermo ſit de generali quadam creaturæ cognitione, hæc omnino neceſſaria eſt,vt videatur Deus,quatenus omnipotens, prouiſor,iuſtus miſericors,&c. Sine quorum attributorum notitia nec videretur Deus, prout in ſe eſt,ſiuè quidditatiuè,nec beatus eſſet,qui ſic imperfectè Deum videret.

Sed obſeruandum eſt diligenter differētiam eſſe inter cauſam creatam,& Deū vt eſt prima cauſa,quod cauſę creatæ perfectio conſideratur,& ſumitur ex ordine, quem habet ad effectum extrinſecum eius virtute producibilem,qui etiam continetur in potentia materiæ, & non in ſola virtute agentis creati;& ideò nō poteſt cognoſci talis cauſæ perfectio,niſi per ordinem ad effectum eius extrinſecum ſecundum eſſe, quod illi conuenit extra cauſam. At primę cauſæ perfectio non attenditur penes ordinem ad extrinſecum formaliter loquendo,quoniam ens creabile, vt ſic,dicit quidem ens ſecundùm eſſentialem ſuam rationem à Deo diſtinctum,ſed tamen addit vt formale modum eſſendi eminenter in virtute,ſeu potentia Dei;dicitur enim ens creabile ex ſola creatoris actiua potentia: Ex quo ſequitur,vt beatus intuendo continentiam illam virtualem, & eminentialem ſub ratione abſoluta videat effectum, vt in virtute illa infinita contentum,& ita cognoſcat Dei potentiā infinitam abſque hoc,quòd videat creaturam formaliter vt extrinſecum diuinæ virtutis effectum. Et eodem modo loquendum eſt de eſſentia diuina quatenus eſt creaturarum repræſentatiua; quia

A nec realem dicit relationem ad creaturas, nec vllam ex earum repræſentatione recipit perfectionem,ſed eas repræſentat, quatenus eminēter earū continet perfectiones. Quomodo verò in eſſentia diuina beati videant decretum diuinæ volūtatis, alia difficultas eſt,cuius reſolutio partim ex duabus ſequentibus controuerſijs,& partim ex dicendis infra quæſt.19.art.2.petenda eſt.

Creaturas in diuina eſſentia non poſſe immediatè repræſentari,aut videri,ſed in obiecta tantùm eſſentia.

Tertiò obſeruandum eſt diuinam eſſentiam eſſe actum perfectiſsimum, & puriſsimum in

B genere entium,& in genere intelligibilium; & idcircò tria eidem conueniunt. Diuina eſſentia, vt actus dupliciter cōtinet oia.

Primum eſt,quòd continet in ſe eminenter, vt ens per eſſentiam, & vt cauſa prima totam entis creabilis latitudinem.

Secūdum eſt, quod eandem continet in eſſe intelligibili; quoniam non minoris perfectionis eſt diuina eſſentia,prout eſt actus in genere intelligibiliū, quàm ſit, prout eſt actus in genere entium. Cōtinet autem diuina eſſentia res omnes creatas, & creabiles in eſſe intelligibili dupliciter: Vno modo in ratione ſpeciei impreſſæ reſpectu diuini intellectus,& beatorū:Alio modo in ratione obie-

C cti ad intra, quod excellenter ſupplet vices ſpeciei expreſſæ.

Tertium eſt,quòd diuina eſſentia per ſe primò, & immediatè repræſentat ſe ipſam, vt obiectum proprium,& adæquatum in ratione motiui,& per ſe primò terminatiui reſpectu diuini intellectus; ſecundariò autem, & mediante per ſe primo obiecto repræſentat creaturas.Cuius ratio eſt,quia diuina eſſentia ſeipſam cū ſuis omnibus perfectionibus formaliter continet; creaturas autem virtualiter, & eminenter præhabet,vt actus perfectiſſimus in genere entium. Ex quo ſequitur creaturas non poſſe in diuina eſſentia,alio modo repræ- Quō diuina eſſentia repræſentet creaturas.

D ſentari, quàm repræſentata ipſa diuina eſſentia, quatenus ita continet creaturas, ſcilicet eminenter: Neque alio modo, neque ordine cognoſci poſſunt,quàm eo,quo diuino intellectui, aut beatorū repræſentantur; non poſſunt autem repræſentari, niſi eo modo, quo ſunt in per ſe primo obiecto repræſentato,in quo non niſi virtualiter,& eminenter continentur. Itaque non repræſentantur niſi, vt virtualiter, & eminenter contentæ in eodē obiecto; in quo tñ ita diſtinctè repreſentantur ex parte rerum repræſentatarum, ac ſi diuina eſſentia proprium ſingularum eſſet exemplar. Licèt ergo repræſententur, vt eminenter in diuina eſſentia

E contentæ,actualiter tamen, & formaliter relucēt, ſed ea mediante,vt obiecto per ſe primò; Quoniā ex hoc,quòd in diuina eſſentia, prout eſt actus in genere entis, continentur eminenter, ſequitur, ꝙ in eadem,quatenus eſt actus in genere intelligibilium,contineantur intelligibiliter, & ſic actu repræſententur,& videātur, medio tamen per ſe primò intelligibili,quod eſt diuina eſſentia.

Quamobrem impoſsibile eſt per diuinam potētiam vniri diuinam eſſentiam creato intellectui, qua

qua ratione ſpecies eſt intelligibilis immediatè creaturarum repræſentatiua: Nam, vt diximus, non alia ratione poteſt eſſe ſpecies intelligibilis, niſi vt repræſentatiua obiecti per ſe primò, quod eſt diuina eſſentia, in qua reliqua continentur, & ea mediante intellectui repręſentantur, & cognoſcuntur: Vnde, ſi quando apud D. Thom. aut grauiores Thomiſtas legatur diuinam eſſentiam eſſe ſpeciem intelligibilem repræſentatiuam creaturarum, intelligendum eſt mediatè, & ſecundariò. (D. Thom.)

Ex dictis ſequuntur quinque concluſiones.

Concluſiones deducta, & probatæ.

PRima concluſio. Diuina eſſentia vno tantùm modo repræſentat creaturas, ſcilicet, mediatè. Hæc concluſio patet ex dictis.

Secunda concluſio. Non poteſt diuina eſſentia vniri intellectui beatorum, vt ſpecies immediatè repræſentatiua creaturarum. Hæc ſequitur ex prima.

Tertia concluſio. Poteſt fieri per diuinam potentiam, vt beatus aliquis ita videat diuinam eſſentiam, vt nullam in ea diſtinctè videat creaturam. Hæc patet ex ſecundo fundamento, quam & docet Caietanus infra quæſt. 57. artic. vlt. in fine hoc argumento; quia omne aliud à Deo non neceſſariò pertinet ad obiectum beatitudinis iuxta illud Auguſtini, *qui te, & illa nouit, non propter illa beatior eſt, ſed propter te ſolùm beatus.* (Caiet. Auguſtin.)

Et præterea, non implicat contradictionem attingi cognitione obiectum primarium abſque ſecundariò; at diuina eſſentia, vt diximus eſt obiectum primarium, creaturæ autem ſecundarium; ergo. Quamuis enim de facto obiectum primariū ducat in cognitionem ſecundarij, poteſt tamen intelligi, & eſſe terminatio cognitionis intuitiuæ ad obiectū primariū, abſq; hoc quòd terminetur ad obiectum ſecundarium; quod non aduertit Vaſquez.

Appoſui autem cōcluſioni conditionem illam, diſtinctè, quoniam non videtur poſsibile videri Deum, vt omnipotentem, & quo ad cętera prædicata dicentia relationem ad creaturas, niſi cognitis ſaltem ſecundùm quandam communem rationem creaturis, vt ante diximus.

Quarta concluſio. Creaturę repræſentantur in diuina eſſentia actualiter, & formaliter in eſſe intelligibili. Hæc patet ex dictis.

Quinta concluſio. Qui perfectius videt diuinā eſſentiam, plures in ea videt creaturas. Hęc eſt ſecunda concluſio D. Thom.

Contra has concluſiones non occurrunt alia argumenta, quàm ea, quæ referunt Caietanus, & alij expoſitores, apud quos legi poterunt. (Caietanus.)

Tertia Controuerſia.

An videntes diuinam eſſentiam, videant in ea, aut videre poſsint omnes creaturas poſsibiles.

Sententiæ Doctorum, & Expoſitorum.

PRo ſententia affirmante ſolent adduci Godofreddus quodlibeto ſexto, queſt. 3. & Durandus in tertio, diſtinct. 14. quæſt. 2. & in quarto, diſtinctione 49. quæſt. 3. qui tamen de creaturis factis, & factibilibus quo ad earum eſſentias præciſè loquuntur. Magiſter in quarto diſtinct. 14. eandem ſententiam tenet de anima Chriſti, quam vt probabilem approbāt Albertus, & Scotus. Franciſcus Suarez lib. 2. ſæpè allegato, capit. 26. num. 12. ait probabile eſſe, non poſſe dari viſionē Dei creatam, per quam videantur in Deo omnes res poſsibiles; & addit probationem illam non eſſe ſufficiētem, videlicet, quòd ſequeretur per huiuſmodi viſionem comprehendi diuinam eſſentiam, ſed ait meram eſſe opinionem fundatam in illatione quadam probabili; ſed incerta, quòd illa viſio omnium poſsibilium in Deo eſſet cōprehenſio, quod idem affirmat tertia parte, queſt. 10. diſput. 76. ſect. 2. Eandem ſententiam ſequitur Valentia. (Godofred. Durandus. A Magiſter. Albertus. Scotus. Suarez. B Valentia.)

Alexander Peſantius nouiſsimus expoſitor ait, quòd, ſi Deus vellet vnire eſſentiam ſuam intellectui beato ad repręſentandum creaturas, prout relucent in ſua eſſentia, tanquam in ſpecie, tunc poſſent videri omnes creaturę per lumen, & viſionem finitam abſque comprehenſione diuinæ eſſentiæ. De qua ſententia ſatis diximus in præcedenti Controuerſia.

Sanctus Thomas autem partem tuetur negantem. Et rationem eius, vt neceſſariò concludentē, & demonſtrantem contra impugnantes acriter defendunt Capreolus in 4. diſt. 49. q. 5. Caietanus ſuper hoc articulo, & alij expoſitores Thomiſtę. (D. Thom. C Capreol. Caietanus.)

Reſolutio.

Quædam repræſentari merè naturaliter in diuina eſſentia, & quædam ex ſuppoſita libera Dei volitione.

AD cuius veritatis euidentiam recolendū eſt Primò, quod ſupra diximus, videlicet diuinam eſſentiam poſſe conſiderari pluribus modis. Primò, vt eſt ipſum eſſe per eſſentiam pręhabens in ſe eminentiſsimè omnes eſſendi modos factos, & factibiles: Secundò, vt prima cauſa omnis eſſe, & cuiuſuis modi eſſendi. Tertiò, vt exemplar, & idæa. Tunc autem conſideratur, vt idæa, quando cōcipitur vt ratio obiecta diuino intellectui, qua ratione practicus eſt, ideſt factiuus creaturarum. (D)

Diuina eſſentia primo, & ſecundo modo ſumpta repræſentat omnium rerum quidditates merè naturaliter ante omnem determinationem diuinæ voluntatis: Nam, antequàm concipiamus Deum determinare productionem creaturarum, intelligimus eas primis duobus modis in Deo contineri. Igitur intellectus, qui diuinam eſſentiam comprehenderet (vt diuinus,) in illo priori cognoſceret in ea omnes creaturas, non quo ad exiſtentiam in actu exercito; quoniam hęc ſequitur determinationem diuinæ voluntatis; ſed tātùm quo ad quidditatem, & exiſtentiam in actu ſignato. (E)

At verò tertio modo diuina eſſentia repræſentat aliquid merè naturaliter, vt quidditates rerū, & earum exiſtentias in actu ſignato; & aliquid nō merè naturaliter, ſed naturaliter ex ſuppoſitione liberæ determinationis diuinæ voluntatis, videlicet

Digitized by Google

cet exiſtentias rerum in actu exercito, & coniunctiones rerum contingentium, vt notat Caietanus infra quæſt. 14. artic. 13. ad argumenta Scoti. *Caiet.*

Quod autem hæc repræſentatio contingẽtium fiat in diuina eſſentia, prout habet rationem idææ, ideſt, vt eſt ratio obiectiua, & factiua, probatur: Quoniam repræſentare intellectui perfectè, & cõpletè proprium eſt obiecti ad intra, quod eſt ſpecies expreſſa, vel aliquid habens modum, & officium ſpeciei expreſſæ: ſicut eſſentia Dei in intellectione eſſentiali reſpectu ſui intellectus, & beatorũ, & eſſentia Angeli reſpectu proprij intellectus ſecundùm opinionem dicentium Angelum in ſui intellectione non formare verbum. Dixi autẽ repræſentare perfectè, in ordine ſcilicet ad intellectionem; nam etiam ſpecies impreſſa repreſentat, ſed non perfectè, vt illa repræſentatio ad intellectionem ſufficiat, ſed tantùm in ratione principij intellectionis: cui ſpeciei expreſsæ ſi addamus rationem factiui, erit completa ratio idææ.

Secundò. Ad memoriam reuocandus eſt totus diſcurſus præſentis articuli, tam circa primam, q̃ circa ſecundam concluſionem cum declaratione ſuperius facta, & obſeruandum, quod S. Tho. vbicunque differit de hac difficultate, eodem ſemper vtitur medio; vt patet in tertio contra gent. capitulo 56. & quarto ſentent. diſtinct. 49. q. 2. artic. 5. & de Ver. quæſt. 8. art. 4. *S. Thom.*

Cognitionem omnium poſsibilium in eſſentia diuina eſſe illius comprehenſionem.

Tertiò aduertendũ eſt poſſe nos imaginari cognitionem infinitam dupliciter circa ea, quę repreſentantur in diuina eſſentia, vt effectus ab ea producibiles: Vno modo, vt ſit infinita intenſiuè, ideſt habens infinitos gradus, ſiuè modos perfectionis in ratione viſionis, puta infinitos gradus claritatis, ſiuè euidentiæ: & hæc infinitas conſtituit ſecundùm omnes viſionem comprehenſiuam diuinæ eſſentiæ, cuius infinita cognoſcibilitas tali adæquatur cognitionis infinitate: Alio modo poſſumus intelligere cognitionem repræſentatorum in diuina eſſentia eſſe infinitam extẽſiuè, ideſt extendi ad infinita in eadem eſſentia repræſentata. Et hoc dupliciter: Nam duplicem cognitionis modum cogitare poſſumus circa ea, quæ repræſentantur in diuina eſſentia. Prior eſt, vt cognoſcantur in ſe ipſis tantùm, & non in ipſa diuina eſſentia. Poſterior eſt, vt cognoſcantur in ipſa diuina eſſentia, tanquam cauſa, & ratione cognoſcendi.

cognitio poteſt eſſe infinita dupliciter: ſ. intenſiuè, & extẽſiuè

Nota duplicẽ modum cognitionis.

Si priori modo cognoſcerentur omnia, quæ in diuina eſſentia repræſentantur, vt effectus ab ea producibiles, cognoſceretur ſola infinitas extenſiua, & participatio diuinæ virtutis, eſſetq; illa cognitio infinita extenſiuè tantùm; cum non cognoſcat ipſam cauſam abſolutè, quantùm cognoſcibilis eſt, & prout in ſe eſt; ſed ſolam cauſalitatis illius extenſionem in effectibus contempletur; qui effectus omnes ſimul ſumpti in infinitum diſtant ab ipſo eſſe per eſſentiam, cuius illi participationes quædam eſſent, cum in nullo vnquam vniuoco poſsint conuenire, niſi in naturam transferrentur Deitatis; quod eſt impoſsibile; & ideò ſupereſſet adhuc cognoſcenda virtus, & eſſentia Dei in ſeipſa. Vndè præeminet ſemper diuina Maieſtas cuicunque creatæ perfectionis, aut rationis excellentiæ.

Vel dicas ad impoſsibile poſitum ſequi vtraq; partem contradictionis; & ideò dato hoc impoſsibili, quòd Angelus, aut homo cognoſceret omnes effectus à Deo producibiles, prout ſunt in ſeipſis, & non in diuina eſſentia, non comprehẽderet Deum, vt dictum eſt; & ipſum comprehenderet; quia plenè cognoſceret terminum diuinæ omnipotentiæ; ſicut etiã, vt adnotauimus infra quæſt. 25. art. 6. ſi fieret vna creatura æquiualens omnibus creaturis à Deo producibilibus, illa eſſet infinita ſimpliciter, & non eſſet infinita ſimpliciter.

Si verò poſteriori modo cognoſcerentur vniuerſi effectus in diuina eſſentia repræſentati, non extẽſiuè tantùm, ſed etiam intenſiuè cognoſceretur diuina virtus, ac planè comprehenderetur; quoniam quantò plures in cauſa videntur effectus, tantò perfectius cognoſcitur cauſa, vt ait Sanct. Doc. in textu: effectus autem à Deo producibiles infinitatem habent ſimpliciter, ideſt, in genere entis, non autẽ in vno aliquo genere, puta numerorum, & figurarum. Et quod magis vrget, non tantùm infinitatẽ habent numeralem, quia ſcilicet ſpecie vna creata poteſt aliam, & aliã in infinitum creare, & eadem ratione indiuidua. Sed habent vlterius infinitatem gradualem, quatenus poteſt perfectiorem, ſemper, ac perfectiorem ſpeciem producere, ſaltẽ in natura intellectuali.

Ex quo manifeſtè ſequitur cognitionem vniuerſorum effectuum poſsibilium in ipſa eſſentia: tãquam ratione cognoſcendi eſſe perfectionis infinitæ ſimpliciter, & adæquare diuinæ potentiæ cognoſcibilitatem: cum tali cognitione videatur, non ſolùm quot effectus poſsit diuina virtus producere, ſed etiam quantùm poſsit, & quantæ ſit intenſiuæ perfectionis. Quod ſi hoc verum eſt, vt adducta ratio conuincit, ſequitur etiam diuinam ipſam eſſentiam comprehendi: nam æqualis eſt vtriuſque perfectio, immò vna, & eadem formaliter à parte rei, quam ſola noſtri intellectus imbecillitas ratione diſtinguit. Vide quæ diximus infra quæſt. 25. artic. 2.

Et quia comprehenſio cauſæ creatę attenditur penes cognitionem omnium effectuũ eius quoad eorum eſſentias, non autem quoad eorum exiſtentias; quia cauſa creata eſſentialem habet ordinem ad effectus tantùm ſpecificè ſumptos, non autem ſecundùm eorum conditiones indiuiduales, comprehenſio verò primæ cauſę, quæ Deus eſt, attenditur penes cognitionem omniũ effectuum quoad eorum eſſentias, & exiſtentias in actu ſignato, eo quòd obiectum diuinæ potentiæ ſit ens, in quantùm ens participialiter ſumptum, ſub quo materialiter continentur cõditiones rerum creatarum indiuiduales, inter quas eſt exiſtentia in actu exer-

cito; ideò ex cognitione omnium effectuum poſſibilium quoad eorum eſſentias, & exiſtentias in actu ſignato formaliter loquendo ſequitur comprehenſio omnipotentiæ, ac proinde etiam eſſentiæ Dei; & ſermo eſt de cognitione eorum in Deo clarè viſo; Et quia talis cognitio eſſet infinita ſimpliciter, ideò fieret neceſſariò per lumen gloriæ ſimpliciter infinitum, quod nõ poſſet eſſe lumen creatum, ſed increatum; & eadem ratione intellectus, & perſona videns Deum, eſſet ſimpliciter infinita, & eſſet Deus ipſe, cum tamen ponatur hæc omnia eſſe creata, ſcilicet lumen, intellectus, viſio, & videns Deum. Nec mirum, quia poſito vno impoſſibili ſequitur aliud, vt ante diximus.

Albertin. Albertinus in quarto ſuo Corollario ex principio primo Theologico multa de hac materia magis ſubtiliter, quàm ſolidè loquitur; ea verò, quæ diximus hic, & in ſequentibus pro lectoris cautela, & pro veritatis defenſione ſufficient.

Ex dictis ſequitur, quòd, licèt ſit maior eſſentiæ cognoſcibilitas ſecundum ſe, quàm omnium rerũ poſſibilium ſecundum ſe, & conſequenter perfectioris ſit cognitionis videre diuinam eſſentiam ſecundum ſe, quàm videre ſimul omnes effectus. Longè tamen perfectior eſt illa cognitio, qua in diuina ſubſtantia viſa videntur omnes effectus, quàm ea, qua ſola videtur diuina natura, vt docet S. Thom. Ferrarien. Sanctus Thom. in dicto capit. 56. & ibidem explicat Ferrarienſis. Videndus eſt S. Thom. de Verit. quæſt. 20. artic. 5. vbi egregiè tradit radicem huius veritatis.

Explicantur tres cauſæ determinatæ repræſentationis eſſentiæ diuinæ.

QVartò ſciendum eſt diuinam eſſentiam ſecundùm ſe omnem eſſe creaturarum repræſentatiuam; nec tamen intellectui creato omnia repræſentat, ſed aliqua tantùm. Hæc verò determinatio ad repræſentandũ nonnulla tantùm, & hęc potius, quàm illa prouenit ex tribus, videlicet ex lumine gloriæ, ex modo vnionis diuinæ eſſentiæ cum intellectu creato, & ex diuina voluntate. Lumen gloriæ eſt cauſa vt proxima tantæ viſionis diſpoſitio; modus vnionis, vt cauſa formalis intrinſeca; diuina voluntas, vt efficiens: Nam ex lumine gloriæ, quod eſt finitum, & limitatum in intellectu creato, prouenit, quòd diuina eſſentia huic intellectui non omnes repræſentet creaturas factas, & factibiles; Quæ limitatio, quoniam eſt reſpectiua, nullam inducit imperfectionem in forma, quæ limitatur, ſed modum reddit vnionis finitum, & conſequenter etiã finitam efficit viſionem: cuius rationem reddit S. S. Thom. Thom. in 4. ſentent. diſtinct. 49. quæſt. 2. artic. 3. ad ſextum, ita loquẽs. *Actio non attribuitur Formæ, tantùm, quæ eſt principium actionis, ſed compoſito; ſicut calefactio attribuitur calido, non calori tantùm; & ideo actionem oportet menſurari non ſolùm ſecundùm formam, quæ eſt principium actionis, ſed etiam ſecundùm ſubiectum formæ. Sed forma, quæ non eſt per ſe ſubſiſtens, non habet alium modum à modo ſubiecti; quia nõ*

A *habet eſſe, niſi inquantùm eſt actus talis ſubiecti; & ideo menſura formæ eſt menſura compoſiti; Sed forma, quæ eſt per ſe ſubſiſtens, habet aliquem modum, inquantùm eſt res quædam ſubſiſtens; & quendam modum, ſecundùm quod eſt actus talis ſubiecti, & hic modus accipitur ſecundùm menſuram, qua perfectibile pertingit, vt perficiatur tali forma: & ex hoc modo menſuratur actio. Eſſentia autem diuina eſt per ſe ſubſiſtens, & ideo viſio, quæ per eam fit in intellectu creato, non menſuratur ſecundùm modum infinitum, qui eſt ipſius eſſentiæ ſecundùm ſe, ſed ſecundùm modum, quo intellectus pertingit ad hoc, quòd per ipſam perficiatur. Ad hoc autem pertingit, inquantùm ei coniungitur per lumen gloriæ,* B *quod eſt finitum, & ideo finita eſt ex parte videntis.* Hæc S. Thom.

Quòd verò diuina eſſentia hæc, & nõ illa creato intellectui repręſentet, ex diuina prouenit voluntate, qua Deus vult ſuam eſſentiam vnire intellectui creato, prout eſt ſpecies repręſentatiua harũ creaturarum, & nõ illarum, & ex eo, quod diuina eſſentia non eſt neceſſariò repræſentatiua ſui ipſius, prout eſt exemplar omnium creaturarũ: propter quam cauſam appellatur à Diuo Auguſtino ſpeculum voluntarium. Ex dictis ſequuntur tres concluſiones.

C *Concluſiones deductæ, & probatæ.*

PRima concluſio. Impoſſibile eſt intellectum creatum videre in diuina eſſentia omnia, quę Deus facit, & facere poteſt. Hæc concluſio proba- D. Thom. tur eodem medio, quo probat S. Tho. in textu ſuã primam concluſionem; cuius probationis vim ſupra ſatis explicauimus cum Caietano. Videndi Bannes. Zumellus. ſunt Bannes, & Zumellus, & alij recentiores ſuper hoc artic. qui eodẽ vtũtur medio latius explicato.

Secunda concluſio. Impoſſibile eſt intellectum creatum videre in diuina eſſentia omnium rerum poſſibiliũ quidditates. Probatur; Qui cognoſce- D ret in Deo omniũ rerum factibilium eſſentias, cõprehenderet Dei omnipotentiã; at hoc eſt impoſſibile; ergo & primum. Maior probatur: Nam, qui rerum omnium quidditates videret in Deo, ſuo intellectu comprehenderet totam rerũ à Deo factibilium latitudinem, vltra quam diuina nequit extendi omnipotentia; ergo comprehenderet Dei omnipotentiã. Cõſequẽtia probatur: Nam, qui cognoſceret oẽs effectus, quos poteſt ars ædificatoria producere, artem ipſam comprehenderet, quamuis non cognoſceret, quando producendi eſſent tales effectus; cum eorum productio ex libera pendeat artificis voluntate.

E Secundò probatur eadem maior: Nam, ſi Deus ab æterno decreuiſſet nihil extra producere, adhuc cognoſcendo omnes effectus poſſibiles ſuam comprehenderet omnipotentiam, & tamen nullã rem actu producendam cũ exiſtentia in actu exercito videret.

Tertia concluſio. Ratio D. Thom. qua probatur directè prima noſtra concluſio; & conſequenter etiam ſecunda, eſt demonſtratiua.

Pro-

Digitized by Google

3 Probatur hæc concluſio ex propria ratione, & diffinitione demonſtrationis data ab Ariſtot. primo poſteriorum: Nam omnes legitimæ demonſtrationis conditiones aſsignatæ ibidem à Philoſopho huic rationi D.Th. ad amuſsim conueniũt; omnes enim propoſitiones aſſumptæ à D. Thom. veriſsimæ ſunt, & immediatè, cõtinentq; cauſam à priori concluſionis, & ſunt nobis ipſa concluſione longè euidentiores; vt patet ſingulas paulò diligentius intuenti. Secundò probatur: quoniam reſpõſiones omnes à diuerſis adductæ ad huius demonſtrationis vim eneruandam facilem habent ſolutionem. Vndè etiam Suarez in 3. par. q. 10. diſput. 26. rationem hanc defendit, oſtendens nulla ſufficienti reſponſione poſſe vim eius euadi, vel infringi.

Ariſtot.

Suarez.

D.Thom. Denique S.Thom. ex modo loquendi hic, & in tertio cont. gent. capit. 56. apertè ſatis indicat rationem hanc adductam eſſe tamquam demõſtratiuam. Cum enim de potentia Dei ordinaria non niſi ex ſacris litteris, aut ſacrorum Conciliorum diffinitionibus conſtare poſsit, ad eam probandã non adducuntur rationes D. Thom. igitur procedunt de potentia Dei abſoluta, concluduntq; per talem potentiam fieri nõ poſſe, vt intellectus creatus in Deo videat omnia poſsibilia.

S.Tho. Et confirmatur; quia S. Thom. in tertia parte, quæſt. 10. artic. 2. eodem vtitur medio ad probandum, quòd anima Chriſti non videt omnia, quæ videt Deus ſcientia ſimplicis intelligentiæ: Si nãque talis cognitio per Dei potentiam eſſet poſsibilis, non fuiſſet animæ Chriſti denegata, cui excellentiſsima quæquè poſsibilia fuere collata.

Argumenta, & ſolutiones.

CОntra duas priores concluſiones multa producuntur, & ſoluuntur ab expoſitoribus argumenta, quæ apud eos legi poterũt, & præſertim apud Ferrarienſem in dicto cap. 56.

Ferrarien.

Valentia. Contra tertiam concluſionem argumentatur Valentia.

Primò. Non defuerunt Theologi, qui etiam de facto affirmarent omnia omnino videri ab intellectu creato animæ Chriſti, & alij, qui idem tribuerunt omnibus beatis; ergo non videtur improbabile, quod ſaltem per potentiam Dei abſolutã id fieri poſsit; ergo non eſt facilè oſtendere, quòd ſit impoſsibile, vt aliquis intellectus creatus videat omnia omnino, quæ ſunt eminenter in Deo.

Reſpondetur primò nullam eſſe conſequẽtiam; quoniam authores illius ſententiæ inter tot oppoſitæ ſententiæ doctores non habent pondus authoritatis, vt eorum ſententiam probabilem reddant.

Secundò reſpondetur: multa falſa eſſe probabiliora veris, nec tamen ſequitur, quæ vera ſunt demonſtratiuè probari non poſſe.

Secundò. Deus, & omnia reliqua ſimul, quæ sũt eminenter in ipſo, non ſunt obiectum aliquod abſolutè, ſiuè intenſiuè perfectius, quàm ſit ſolus ipſe Deus, ſecundùm ea, quæ eſt ipſæ quidditatiuè formaliter, licèt ſit perfectius extenſiuè; ſed po-

A teſt aliquis de potentia ordinaria videre illud obiectũ, quod eſt Deus: vt patet in beatis; ergo poſſet etiam de potentia ſaltem Dei abſoluta videre ſimul omnia reliqua, quæ ſunt eminenter in illo.

Reſpondetur in argumento eſſe fallaciã figuræ dictionis; fit enim trãſitus à re ipſa abſolutè ſumpta, videlicet diuina eſſentia cum omnibus in ea contentis, ad eandem vt tali modo eſt cognoſcibilis. Nam, quamuis una ſit Dei ipſius perfectio ſecundũ ſe, & prout continet omnia eminenter, non eodem tamen modo obijcitur videntis cognitioni ſecundùm ea, quæ in eo ſunt formaliter, & ſecũdùm ea, quæ in eo ſunt tantùm eminenter. Quoniam, quæ in eo ſunt formaliter, ita patentia ſunt, vt à quolibet vidente diuinam eſſentiam neceſſariò videantur; quæ verò ſunt in eo tantùm virtualiter, & eminẽter, latentia ſunt, & ideo, quo fuerit cognitio perfectior, eò plura ex eis cognoſcuntur. Vndè, niſi tanta fuerit vis cognitionis, vt Dei cognoſcibilitatem adæquet, ad vniuerſa nunquam pertinget.

Nota fallaciam argumenti.

B

Quarta Controuerſia.

De ijs, quæ actu videntur à Beatis.

C

Proponuntur quinque capita difficultatis, & ſententiæ expoſitorum circa primum.

QVinque ſuperſunt præcipuè difficultates circa viſionem beatorum; quæ in maiori parte tanguntur hic à S.Thom. in quarto argumento, & eius reſponſione.

Prima eſt an, & quomodo beati videant determinationes diuinæ voluntatis circa futura. Secunda eſt de viſione actualis exiſtentiæ rerum. Tertia eſt de actibus liberis internis, aut externis, & com

D plexionibus contingentibus creaturarum quandoque in rerum natura exiſtentibus. Quarta eſt de myſterijs fidei, & alijs rebus ſupernaturalibus. Quinta eſt de rebus naturalibus.

Quod attinet ad primam, ſecundam, & tertiã Ludouicus Molina ſuper hoc articulo diſput. quinta, membro quinto affirmat Deum in ipſa determinatione libera ſuæ volũtatis, aut potius in ſciẽtia libera, qua Deus poſt determinationem ſuæ voluntatis ſcit hæc, vel illa futura, oſtendere complexiones contingentes futuras. Suarez in ſecundo libro ſæpius allegato, capit. 24. num. 14. ait ad vidẽdam determinationem liberam diuinę voluntatis

Molina.

Suarez.

E neceſſe eſſe ſimul videre actum ipſum diuinæ voluntatis, prout in ſe eſt, cum obiecto, ad quod terminatur, & illam determinationem, quæ inde reſultat; & totum hoc (inquit) videtur in ſe, & prout in ſe eſt, ſine alio medio. Ratio eius eſt. Primò, quia quælibet res ex parte obiecti cognoſcitur, ſicut ipſa eſt. Secundò, quia ex parte obiecti cogniti non eſt in Deo alia ratio magis intrinſeca.

Ioannes Salas prima ſecundæ quæſtione tertia, tract. ſecundo, diſputatione quarta, ſectione

Salas.

Digitized by Google

decima. Dicit primò determinationem Dei ſeipſam obiectiuè repræſentare, ſuiq; intellectionem efficere in intellectu beati ſimul cum lumine gloriæ ad eam extenſo. Secũdo, ait videri in ipſo Deo tanquam in obiecto ſecundariò, & quaſi accidentaliter. Tandem circa finem dicit eam videri in Deo tanquam in obiecto primariò, & per ſe.

Sanct. Thom. autem hic, & vbicunque agit de ijs, quæ videntur à beatis, docet ea, quæ videntur viſione beata formaliter videri in eſſentia diuina nulla vnquam facta mentione de voluntate, aut ſciẽtia. D.Tho. D. Thomã ſequuntur omnes Thomiſtæ, & preſertim Capreol. Capreolus in quarto diſtinctione quadrageſima nona, Caietanus. quæſtione ſexta, & Caietanus ſuper hoc articulo; & alibi.

Determinationem diuinæ voluntatis videri à beatis in eſſentia diuina formaliter.

AD cuius veritatis euidentiam recolendũ eſt, quod ſupra diximus, videlicet diuinam eſſentiam, quatenus eſt omniũ exemplar, ſiuè idea, repræſentare aliquid merè naturaliter, vt rerum quidditates; aliquid verò non merè naturaliter, ſed ex ſuppoſitione liberę determinationis diuinę voluntatis ad alteram partem cõtradictionis. Conſtat autem primò ideam eſſe rationem obiectiuam.

Secundò certum eſt omne cognitum ab intellectu, etiam diuino repræſentari in ratione obiectiua, ideſt in obiecto ad intra.

Tertiò ex ſupradictis manifeſtum eſt diuinam eſſentiam eſſe obiectum per ſe primò ipſius diuini intellectus, & viſionis etiã beatificę; ergo quęcunque beati vident, neceſſariò vident in per ſe primò obiecto, quod eſt diuina eſſentia. Et quamuis idem ſit diuina eſſentia, quod intellectus, ſcientia, voluntas, & alia, quę in Deo formaliter ſunt; nihilominus, cum apud nos ſermo eſt de modo, quo res aliqua in Deo cognoſcitur, aſsignandus eſt ille, qui formaliter congruit actui cognitionis.

Hic verò modus optimè explicatur per hoc, ꝙ eſt videri in obiecto per ſe primo, quod eſt diuina eſſentia, vt eſt exemplar, ſiuè idea ſuppoſita libera determinatione diuinæ voluntatis: alioquin, quemadmodum dicti expoſitores dicunt videri à beatis determinationes diuinæ voluntatis in ipſa voluntate determinata, aut in ſcientia libera, ita dici poſſet beatos videre omnipotentiam in ipſa omnipotentia, bonitatem in ipſa bonitate, perſonam filij in ipſomet filio, & ſic de ſingulis. Qua dicendi forma non explicatur formaliter, & ſcientificè modus videndi ea, quæ ſunt in Deo formaliter; cum neceſſe ſit vnius viſionis indiuiſibilis vnum eſſe formale, & per ſe primò obiectum, quod diximus eſſe diuinam eſſentiam. Nomine autem diuinæ eſſentię non intelligimus diuinam naturam precisè, prout à cęteris perfectionibus, ſcilicet intellectu, voluntate, ſcientia, & alijs diſtinguitur, ſed quatenus ſub una formali ratione Deitatis ſimpliciſsima intra ſe continet totã Dei

A quidditatem, de cuius ratione ſunt omnia, quęcunque ſunt in Deo formaliter.

Igitur quærenti quomodo à beatis videri poſſit, aut videatur in Deo decretum diuinæ voluntatis, reſpondendum eſt, ita videri, ſicut eſt in Deo; quo etiam modo reliqua intuentur, quę in Deo vident, nimirum prout ſunt in Deo iuxta illud primæ Ioann. 3. *videbimus eum ſicuti eſt* Quod Io. 3. intelligendũ eſt ſuppoſita vnione diuinæ eſſentię, vt ratio eſt vidẽdi talia diuinę volũtatis decreta.

Secundò ſciendum eſt in decreto, ſeu determinatione diuinę voluntatis duo conſiderari. Vnum eſt actus diuinę uolũtatis, non ſolùm prout actus, B & diuina quędam perfectio, & ſubſtantia eſt, utrùm etiam prout libera eſt, & efficax huius boni uolitio, rationem habens non tantùm cauſę, ſed etiam actualis cauſalitatis ab ęterno ad effectum in tempore ſibi placito producendum. Alterũ eſt relatio rationis ad creaturam conſequens diuinę uoluntatis determinationem ratione dictę cauſalitatis, ut proprij, ac proximi fundamenti. Primũ idem eſt realiter, & formaliter quod eſſentia diuina, ſicut & quęlibet diuina perfectio, uideturq; eodem actu realiter, & formaliter à parte rei, quo diuina uidetur eſſentia, ut eſſentia eſt, tanquam obiectum per ſe primò uiſionis illius beatificę. C Secundum autem, quod eſt relatio, eodem quidem actu, non eodem tamen modo uidetur; cum ad intrinſecam nõ pertineat diuinę naturę quidditatem.

Sed quemadmodum in Deo uidetur creatura, ut obiectum ſecundarium in primario, ita uidetur relatio diuinę cauſalitatis, ſeu liberę uolitionis ad ipſam. Prius tamen modo noſtro intelligẽdi uidetur diuinę uoluntatis determinatio, ut cauſa eſt huius creaturæ, & conſequenter etiam hęc creatura, quàm reſpectus ille rationis: ſicut etiã à parte rei prius uere, & realiter eſt diuina uoluntas determinata ad huius entis productionem, D quàm conſequatur relatio. Adeo ut per Dei potentiam fieri poſsit, ut ab aliquo uideatur eſſentia, & uoluntatis ęterna determinatio, & creatura, ad quam determinatur, non uiſa illa relatione conſequente: cum hęc ſit à prędictis duobus ualde diuerſa, nec eorum cognitioni ſit neceſſariò cõnexa. Sed de his latius agemus infra quęſt. 19. art. 2. 7. & 10.

Non poteſt tamen uideri diuinę uoluntatis determinatio, quin ſimul res uolita ac determinata uideatur; ſicut nec diuina potentia uideri poteſt, non uiſo poſsibili, nec diuina ſcientia ſine ſcibili modo ſuperius explicato.

E Quomodo autem uideri poſsit, hęc uoluntatis determinatio alia non uiſa, ſatis patet ex ijs, quę diximus in pręcedente Cõtrouerſia de cauſis determinatę repręſentationis.

Ad ampliorẽ tamen huius partis intelligentiã. Notandum eſt primo perfectionẽ uiſionis beatificę non attẽdi penes obiectum eius ſecundarium, ſed penes primarium tm̃, quod eſt eſſentia diuina; & ideò manere poſſet uiſio beata in eodem gradu perfectionis eſſentialis, & intenſiuę, etiam ſi ad nullam

Digitized by Google

nullam terminaretur creaturam; quamuis eadem non haberet perfectionem accidentalem, & extenſiuam.

Secundò conſiderandum eſt in actu libero diuinæ voluntatis omnem eſſe libertatis perfectionem ſeclusis imperfectionibus, quæ in actu libero creatæ voluntatis inueniuntur; inter quas præcipua eſt mutabilitas; quæ libero diuinæ voluntatis actui non niſi virtualiter, & eminenter eſt tribuenda; quia nimirum, ſi capax eſſe poſſet mutabilitatis, illam etiam formaliter haberet; vel quia, quidquid ad libertatem pertinens habet creata voluntas cum ſui mutabilitate, id habet diuina voluntas cum ſola rerum volitarum mutabilitate ante omnem relationem rationis ad creaturas; quæ nullo modo poſſunt intrinſecè ratione actus liberi diuinæ voluntatis ſecundùm ſe pertinere: alioquin diuina perfectio ex ente rationis dependeret, quod ſacrum eſt cogitare.

Tertiò ſciendum eſt: voluntatem creatam dupliciter poſſe quidditatiuè cognoſci: Vno modo cognitione naturali; ſicut Angelus quidditatiuè, immò & comprehenſiuè cognoſcit hominis & alterius Angeli, ſaltem inferioris voluntatem; & ex hac cognitione nullus poteſt actus liber voluntatis cognoſci: Alio modo cognitione ſupernaturali; ſicut beati vident quidditatiuè diuinam voluntatem, licet eam non comprehendant. Hæc autem quidditatiua cognitio, cum in gratuita reuelatione Dei conſiſtat, non ad ſolam terminatur voluntatis naturam, ſed etiam ad eius actus extenditur; ita vt tantò plures ex eis videat, quantò fuerit excellentior reuelatio: perfectior enim eſt liberæ voluntatis cognitio, quæ ad actus etiam aliquos eius libero determinatur, quibus exercetur eius libertas (ſic enim vt libera in actu ſecundo cognoſcitur) quàm quæ ad ſolam pertingit ipſius liberè voluntatis naturam.

Vltimò notandum eſt habitum omnem ſupernaturalem ita perficere naturam, vt illi, in iis præſertim in quibus eo perficitur, accommodetur; quo fit, vt duo habitus ſupernaturales æqualis omninò perfectionis duo ſubiecta perficientes ad obiecta diuerſa materialiter inclinent; vt patet de charitate, cuius proprium eſt perficere naturalem inclinationem ſubiecti; Nam, quia naturalis inclinatio Petri eſt ad diligendum magis Patrem ſuũ, vel benefactorem, quàm æqualis Pauli charitas inclinet ad eoſdem diligendos, vt explicat S. Tho. in ſecunda ſecundæ quæſt. 36. quod etiã apparet in aliis virtutibus infuſis, puta prudentia, fortitudine, & temperantia; quæ in diuerſis ad diuerſos materialiter actus inclinant; fortitudo namq; virum robuſtum inclinat ad aggrediendos hoſtes; quæ licet ſecundùm æqualem perfectionem ſit in infirmo, aut fœmina, non tamen eos ad hunc, ſed ad alios actus eorum viribus, & ſtatui conuenientes inclinat ob iam dictam cauſam; quia ſcilicet habitus ſupernaturales ſua ſubiecta iuxta modũ, & conditionem cuiuſque perficiunt: & virtus religionis, quæ antiquos fideles ad legis veteris obſeruantiam inclinabat, eadem noui teſtamenti fide-

A les inclinat ad præceptorum Chriſti, & Euangelicæ legis obedientiam. Cum itaq; luminis gloriæ munus ſit eleuare beatorum intellectus, & eos eſſentiæ diuinæ tanquam formæ intelligibili copulare, & ita naturale, & iuſtum omne deſiderium menſuram conſequentis charitatis ſatiando complere, & vnum ex beatorum deſideriis ſit ea videre, quæ ad propriam pertinent conditionem, & ſtatum, & ea quæ perfectiora ſunt iuxtà quantitatem luminis, & charitatis, ideò non eadem omninò cuilibet beatorum in eſſentia diuina clarè viſa manifeſtantur, ſicut nec eadem ad cuiuſq; beatiſſimum pertinent.

B Ex his habetur plana, & manifeſta ſolutio earũ difficultatum, quas lõgo diſcurſu verſat Io. Salas; & patet etiam, quid veritatis habeat illius ſententia; nõ enim vacat ſingula diligentius examinare. Io. Salas.

Proponitur ſententia Suarezii de modo, quo rerum exiſtentiæ videntur in Deo.

Circa ſecundam difficultatem multum laborat Suarez libro ſuperius allegato in omne latus ſe vertens, vt explicet, quo modo videantur à beatis rerum exiſtentiæ, & tandem tria dicit.

Primum eſt non eſſe neceſſe rerum exiſtentias,
C vel futuritionem effectus creati videri propriè, & immediatè in virtute, aut voluntate diuina tamq; in cauſa potente operari, vel actu operante. Secundum eſt eas cognoſci in Deo tanquam in cauſa cõtinente perfectiſsimo modo rerum eſſentias, virtutes, cauſalitates, & omnes determinationes earũ, quæ vel futuræ ſunt, vel futuræ eſſẽt, ſi tales creaturæ fierent, aut operari permitterentur.

Tertium eſt perfectiorem eſſe viſionem illam, qua beatus videt quidditatem, vt futuram, quàm ſit ea viſio, qua rei minimè futuræ, aut etiam quãdoque futuræ intuetur eſſentiam.

Sed hæc nec ſatis explicant modum, quo beatus
D rerum videat exiſtentiam, nec motas ab eodem Suarezio tollunt difficultates. Reiicitur ſententia Suarezii.

Quo viſionis modo, ac perfectione videantur à beatis rerum exiſtentiæ.

Igitur dicendum eſt ad cuiuslibet rei cognitionem duo requiri, videlicet vim cognoſcitiuam debita ſibi perfectione completam, & talẽ rei cognoſcendæ diſpoſitionem in eſſe, qualem poſtulat veritas cognitionis; exempli gratia; vt oculus meus videat roſam, neceſſaria eſt primò viſiua potẽtia, & ſpecies roſæ in oculo.

E Secundò neceſſaria eſt etiam realis exiſtentia, & præſentia roſæ, vt terminet cognitionem, etiamſi ab ea non dependeret ſpecies, quæ eſt in oculo; ſicut patet in cognitione angeli, qua ſingularia cognoſcit per ſpecies vniuerſales inditas. Nam, vt docet S. Thom. & explicat Caiet. infra quæſt. 57. artic. 2. Vna ſpecies intellectus Angelici tantæ eſt excellentiæ, vt ſit ratio repræſentatiua multarum quidditatum ſingularium, & multarum complexionum contingentium in rerum natura; ita vt po- S. Thom. Caiet.

ſita coniunctione cõtingenti in rerum natura, puta exiſtentiæ, aut albedinis cum quidditate Sortis ſtatim aſsimiletur ſpeciei, & repræſentetur Sortes, vt exiſtens, & vt albus; quod ſi deſtruatur in Sorte albedo, aut exiſtentia, ceſſat repræſentatio; quia deſinit aſsimilatio, ad quam, vt neceſſaria conditio requiritur coniunctionis exiſtentia, non vt virtutis cognoſcitiuæ complemẽtum, ſed vt rei cognitæ diſpoſitio, qua poſsit eſſe verè terminus cognitionis. Vnde Caietanus infra quæſt. 14. articulo 13. ad argumenta Scoti, ſubtiliter aduertit, aliud eſſe ſcientiam Dei capere certitudinem ex ſeſsione Sortis, & aliud eſſe Sortis ſeſsionem non eſſe capacem, vt ſit terminus certæ Dei notitiæ, niſi prout eſt in ſe certa. Quod idem à fortiori dicendum eſt de viſione beatorum, eam ſcilicet neceſſariò requirere rei exiſtentiam quandoque futuram, vt conditionem neceſſariam ad veritatem, & certitudinem cognitionis rei, prout exiſtens eſt.

Caiet.

Itaque ſuppoſita perfectiſsima repræſentatione ex parte diuinæ eſſentiæ, prout in ſecundo dicto Suarez[illegible], neceſſaria eſt à parte rei actualis exi[illegible]. Et quemadmodum vna, & eadem intelle[illegible] [illegible]tionis [illegible] eſt in angelo ad cognoſcendam naturaliter rei quidditatem, & eius ſuperuenientem exiſtentiam, quando fuerit actu; ita, & multò magis, vnius, & eiuſdem beatificæ viſionis perfectio ſatis erit ad videndam in Deo rei quidditatem, & eius exiſtentiã diuinæ voluntatis decreto determinatam, non ſolùm quando fuerit a[illegible] ſed in tota æternitatis menſura: cum negatio [illegible]onis exiſtentiæ ex ſolo neceſſariæ conditionis defectu, non ex viſionis, aut viſiuæ virtutis minori perfectione proueniat.

Tertia difficultas ex dictis ſoluta remanet, de qua etiam plura dicturi ſumus in articulo 10. huius quæſtionis.

Proponitur quæſtio de viſione myſteriorum fidei, & referuntur ſententiæ S. Thom. Suarezij, & Ioannis Salas.

D.Thom.

QVarta difficultas, quæ eſt de fidei myſterijs ſupernaturalibus, ſoluitur à D. Thom. in 4. diſtinct. 46. q. 2. art. 5. in reſponſione ad vltimum; vbi ait dici poſſe omnes beatos poſt diem iudicij ſcituros omnia, quæ Deus nouit ſcientia viſionis, non tamen ita, vt omnes omnia videant in eſſentia diuina, ſed plura, vel pauciora ſecundùm gradum, quo Deum cognoſcent.

Quod tamen dictum Caietanus infra quæſtione 89. artic. 8. reſtringit ad omnia pertinentia ad naturalem ordinem vniuerſi. Sola autem anima Chriſti omnia videbit in Verbo, & de his, quæ pre alijs videbit alios omnes beatos illuminabit. Et ſupra quæſt. 1. artic. 2. dixit Theologiam noſtram ſubalternari ſcientię Dei, & Beatorum; quia procedit ex principijs notis lumine ſuperioris ſcientię, quę ſcilicet eſt ſcientia Dei, & beatorum.

Vbi apertè ſignificat myſteria fidei, quę ſunt principia in noſtra Theologia, videri à beatis in Verbo; nulla ſiquidem alia beatorũ cognitio pręter viſionem beatam poteſt eſſe ſubalternans re-

A ſpectu noſtrę Theologiæ, vt ibidem latè probauimus. Idem S. Thom. ſuper cap. 11. Epiſt. ad Hebr. exponens fidei diffinitionem ſignificatum ab Apoſtolo illius verbis. *Eſt autem fides ſperandarum ſubſtantia rerum*; diſſertis verbis declarat Apoſtolum ſignificaſſe nos fidei myſteria, quæ nunc viatores credimus, in eſſentia Dei clarè viſuros. Hãc ueritatem pluribus argumentis probant moderni expoſitores, & inter ceteros Bannes, & Zumellus ſuper hoc artic. Heb. 11.

Bannes. Zumel.

An autem quilibet beatus viſurus ſit in Verbo hęc fidei myſteria ſecundùm eorum rationes cõmunes tantùm, aut etiam ſecundùm ſpecificas, &
B indiuiduales rationes; & an principalia tantùm, quę ſcilicet communiter fidelibus in eccleſia credenda proponuntur, aut etiam quę minus principalia ſunt, & eruditioribus tantùm nota, & explicitè credita, neque ex ſacris litteris, neque ex ſanctorum patrum documentis, neq; ex firmo aliquo rationis diſcurſu ex his, quę certiora ſunt, hucuſque ſatis conſtat.

Suarez libro illo ſecundò de attributis Dei capit. 18. numero 7. diſtinguit dicens, quædam eſſe fidei myſteria, quæ in vno tantùm exiſtunt indiuiduo, vt conſtat (inquit) de diuinis myſterijs, & de Incarnatione, & omnibus, quæ in particulari Suarez.
C creduntur de humanitate Chriſti, aut de Beata Virgine. Et hæc ait certum eſſe fore in particulari à quolibet beato vidẽda in indiuiduo, cum etiã ita credantur.

Quędam verò ſunt alia fidei myſteria, quæ in multis exiſtunt indiuiduis; vt myſterium Euchariſtiæ, reſurrectionis, & ſimilia, quæ non oportet à beatis in omnibus indiuiduis videri; quia nec in omnibus credũtur indiuiduis, nec talis cognitionis modus ad eorum perfectam cognitionem eſt neceſſarius.

Credibile tamen eſt (inquit) hęc omnia videnda eſſe in aliquibus indiuiduis, vt viſio ſit magis
D clara, & diſtincta, etiam, prout terminatur ad talle ſecundarium obiectum. Indiuidua verò illa erunt, vel quę pręcipua fuerint, vel quæ magis in particulari fuerint credita, vel quę ad vnumquemque beatum magis pertinebunt.

Io. Salas prima 2. quæſt. 3. tract. 2. diſput. 4. ſectione 11. nu. 160. duo dicit. Primum, beatos omnes viſuros in Verbo principalia fidei myſteria. Secundum, non eſſe neceſſarium, vt quilibet intelligat in Verbo vniuerſa, quæ in ſcriptura continẽtur, ita vt iuxta omnes ſenſus, ſaltem litterales, ſacram ſcripturam exponere poſsit, & ſimiliter intelligat omnes non ſcriptas traditiones, & eccle-
E ſię definitiones. Io. Salas.

Secundum eſt, non omnes beatos viſuros omnia indiuidua actuum, vel habituum ſupernaturalium, pręſertim loquẽdo de actibus futuris poſt diem iudicij, qui erunt infiniti.

Reſo-

Reſolutio.

Beatos omnes viſuros in Verbo vniuerſa fidei myſteria eccleſiæ Chriſti reuelata.

SEd longè probabilius exiſtimo dici poſſe, beatos in Verbo viſuros non ea tantùm, quæ præcipua ſunt myſteria fidei, ſed omnia etiã illa, quæ in ſacrarum litterarum voluminibus ſunt reuelata, quo ad ſingulos eorum, non litterales tantùm, ſed etiam myſticos intellectus intentos à Spirituſancto, & vniuerſas etiam eccleſiæ definitiones, & traditiones.

Primò; quia viſio præmium eſt fidei; omnes autem Chriſti fideles prædicta omnia, ſaltem implicitè, & multi plurima ex illis explicitè crediderũt; Igitur, vt præmium diuinæ conſonet exuberantiæ largitatis, vniuerſa cuilibet beato erunt in Verbo conſpicua myſteria fidei.

Secundò; quia perfecta præcipuorum myſteriorum intelligẽtia notitiam poſtulat eorum, quæ ex diuinæ ſapientiæ diſpoſitione ad illa nobis manifeſtanda, & fide ſuſcipienda ſunt ordinata: Nã, exempli gratia, diuini Verbi incarnatio, Chriſti natiuitas, paſsio, & reſurrectio non tantùm ſecundùm ſe ſunt fidei myſteria; ſed etiam quatenus in ſacris litteris ſub multiplici rerum, ac verborum forma ſunt reuelata; vt igitur beati perfecta ſatiẽtur in cœlo eorum myſteriorum, quæ in via crediderunt, intelligentia, opportet eos reliqua etiã minus præcipua in Verbo videre.

Et confirmatur; quia lex vniuerſa ad Chriſtum ordinatur, & Chriſtũ loquitur iuxta illud Apoſt. Rom. 10. *Finis legis Chriſtus eſt ad iuſtitiam omni credenti*; Igitur non poteſt perfectè cognoſci Chriſtus, quatenus author eſt ſalutis humanæ, niſi tota diuinæ legis inſpecta ſerie. Totius itaque legis, ac myſteriorum eius notitiam euidentem beati habebunt in Verbo.

Tertiò. Probabile eſt iuxta ſuperius relata ex D. Tho. beatos omnes poſt diem iudicij ſcituros ea omnia, quæ videt Deus ſciẽtia viſionis, quamuis non omnia videbunt in Verbo; ergo probabile etiam eſt eos prædicta omnia fidei myſteria viſuros in Verbo. Probatur cõſequentia; quia hæc maximè pertinent ad eorum ſtatum, & iuſtum deſiderium. Præter quæ ſuperſunt innumeræ aliæ myſteriorum rationes in Theſauris diuinæ ſapientiæ latentes, quas pro ſua voluntate reuelabit Deus beatis ordine illo hierarchicho ſæpius à D. Dionyſio repetito, & à D. Thom. infra quæſt. 106. & ſequentibus explicato.

Quartò; quia, vt hic ait Sanct. Doct. in reſponſione ad tertium, quilibet beatus videbit in Verbo rerum omnium genera, ſpecies, & rationes earum; quia pertinet eorum cognitio ad naturalem perfectionem intellectus, & ex earum cognitione ſatiatur perfectè naturale deſiderium ſciendi; ergo multò magis videbit quicunque beatus in Verbo vniuerſa myſteria fidei; vt compleatur imperfecta illa, & confuſa notitia, quam de myſterijs, præſertim minus principalibus, habuerunt fideles in via, ſatieturque iuſtum eorum deſiderium, quod habent de cognoſcenda Chriſti, & eccleſiæ in voluminibus ſcripta, & per totum orbem prædicata doctrina.

Reliqua dictorum expoſitorũ aſſerta ſua permittimus probabilitate gaudere.

Proponitur quartum argumentum S. Doct. in forma, et eius reſponſiones formales in materia viſionis rerum naturalium.

POſtrema difficultas erat de rebus naturalibus; cui reſpondet S. Thom. in hoc artic. in reſponſione ad quartum argumentum.

Et quoniam multa ſcitu, & explicatione digna continet hæc reſponſio, idcircò præmiſſo argumẽto diligenter eſt explicãda. Eſt igitur argumentũ. Si rationalis creatura videndo Deum non omnia ſciat; ſequitur, quòd non erit beata; conſequens eſt abſurdum; ergo, & antecedens. Cõſequentia probatur: Si rationalis creatura videndo Deum non omnia ſcit, non quietatur eius naturale deſideriũ; at ſi non quietatur eius naturale deſiderium, non erit beata; ergo, ſi rationalis creatura vidẽdo Deum non omnia ſcit, non erit beata. Probatur prima conditionalis; quia rationalis creatura omnia naturaliter ſcire deſiderat.

Ad hoc argumentum reſpondet S. Thom. dupliciter. Primò diſtinguit dictionem illam, *omnia*; poteſt enim primò diſtribuere, ſiuè ſignificare omnia limitatè, ſcilicet omnia, quę pertinent ad perfectionem intellectus; hęc verò ſunt genera omnia, & ſpecies rerum, & rationes earum. — *Prior ſolutio.*

Secundò poteſt ſignificare omnia ſimpliciter, videlicet, non tantùm genera, & ſpecies rerum, & rationes earum, ſed etiam alia ſingularia, & cogitata, & facta eorum, & ea, quę nondum ſunt, ſed fieri à Deo poſſunt. Si itaque in argumento hęc dictio *omnia* ſumatur priori modo, conceditur totũ argumentum; ſic enim beati vident omnia: Nam naturale deſiderium hoc modo fertur ad omnia; Si verò eadem dictio ſumatur ſecundo modo, negatur conſequentia: Ad probationem negatur prima conditionalis; ad probationem eius negatur antecedens; nam naturale deſiderium rationalis creaturæ non tendit ad cognoſcenda alia ſingularia, & cogitata, & facta eorum; nec iterum ad cognoſcenda ea, quæ nondum ſunt, ſed fieri à Deo poſſunt: neque eorum cognitio pertinet ad perfectionem intellectus creati.

Secundò reſpondet S. Thom. & virtualiter diſtinguit: ſcire omnia contingit dupliciter: Vno modo formaliter; Alio modo radicaliter, & eminenter: quælibet rationalis creatura vidẽs Deum nõ eſt beata per hoc, quod ſcit omnia formaliter, ſed radicaliter, & eminenter. Ratio eſt; quoniam quilibet beatus videt Deum, qui eſt fons, & principium totius eſſe, & veritatis; & ideò ex hoc ſolo ſatiatur naturale deſiderium. Quo fit, vt ſi ſolus Deus videretur à beatis, & nullam in eo viderent creaturam, ità repleret naturale deſiderium ſciẽdi, vt nil aliud quærerent, & beati eſsent: quod probat etiam auct. Auguſt. quinto Confeſſ. dicens, — *Poſterior ſolutio.* — *Auguſtin.*

In

Infælix homo, qui ſcit omnia illa, ſcilicet creaturas, te autem neſcit, beatus autem, qui te ſcit, etiam ſi illa neſciat; qui verò te, & illa nouit, non propter illa beatior eſt, ſed propter te ſolum beatus. Itaque ſolus Deus quietat naturale deſiderium ſciendi.

Ad argumentum ergo reſpondetur, quòd, ſi in eo ſermo ſit de ſcire omnia ſub diſiunctione, ſcilicet vel formaliter, vel eminenter, admittitur totũ argumentum; ſi autem ſit ſermo de ſcire omnia formaliter, negatur conſequentia: Ad probationẽ negatur prima conditionalis; ad eius probationẽ negatur antecedens.

Proponitur, & ſoluitur apparens contradictio D. Tho. de viſione rationum rerum in verbo.

IN hac reſponſione tria ſunt examinãda, & explicanda.

S. Tho. Primum eſt, quid Sanct. Tho. intelligat per rerũ rationes, quas ait vidẽdas à quolibet beato: Nam idem S. Doct. in tertio cont. gent. cap. 59. ait intellectum beati videntis Deum non poſſe cognoſcere omnes rerum factarum rationes, niſi diuinam bonitatem comprehendat; ſiquidem ratio rerum factarum eſt, vt diuina bonitas diffundatur in rebus; igitur ille ſolus rerum omnium rationes cognoſceret, qui cognoſceret omnia bona, quę in rebus creatis ſecundum ordinem diuinæ ſapientiæ prouenire poſſunt, quod eſſet diuinam bonitatem, & ſapientiam comprehendere.

Ferrarien. Ad hoc dubium dicendum eſt, cum Ferrarienſi in dicto loco rerum rationes nihil aliud eſſe, quã intelligibilia prædicata, quæ de rebus cognoſci poſſunt; omnia ſcilicet, quæ intellectus poteſt cõcipere rebus ineſſe.

Ex quibus quædam ſunt, quæ rei quidditatem neceſſariò conſequuntur; quales ſunt naturales cuiuſque virtutes, & proprietates, & tales ex perfecta cognitione quidditatis cognoſci poſſunt; & de his loquitur S. Thom. hoc in loco. Quod etiam ſignificauit in dicto capitulo dicẽs, quod, *beati omnium ſpecierum naturas, & virtutes, & proprietates cognoſcunt*.

Quædam verò rerum rationes ſunt, quæ rebus conueniunt, quia ratione diuinæ ſubſunt prouidentiæ, & tales cognoſci nequeunt ex ſola quidditatis cognitione, & de his loquitur S. Thom. in dicto

S. Thom. 59. cap. tertij cont. gent. quæ eſt reſponſio eiuſdẽ S. Tho. de ver. q. 8. artic. quarto.

Proponitur, & ſoluitur alia apparens contradictio D. Thom. de cognitione ſingularium in Verbo.

SEcundum eſt, quòd hic videtur negare S. Tho. beatos cognoſcere omnia ſingularia ſub ſpeciebus contenta; Nam dixit, quod cognoſcere ſingularia &c. non eſt de perfectione intellectus, nec ad ea cognoſcenda naturale eius deſiderium tendit, & præmiſerat oppoſitum de generibus, & ſpeciebus; & tamen idem S. Thom. in dicto capit. 59. tertij cont. gent. habet hęc verba, *Per cognitionem autem naturalium ſpecierum, & indiuidua ſub ſpeciebus huiuſmodi exiſtẽtia cognoſcuntur ab intellectu Deum vidente, vt ex his, quæ dicta ſunt ſupra de cognitione Dei, & Angelorum, poteſt eſſe manifeſtum*. Quibus verbis apertè pronunciat beatos cognoſcere omnia ſingularia ſub ſpeciebus exiſtentia.

Ferrarien. Sed hanc apparentem contradictionem optimè conciliat Ferrarienſis loco allegato dicens ſingularia poſſe conſiderari dupliciter: Vno modo, quo ad ipſorum naturam indiuiduatam, ſecundũ quam ſub ſpecie continentur, & quo ad ea, quæ illis conueniunt ſecundum naturalem ordinem vniuerſi. Et hoc modo Sanct. Thom. in dicto capitulo 59. tertij contra gent. ait, quòd *quilibet videns Deum videt ſingularia per cognitionem naturalium ſpecierum, & hoc* (inquit) eſt *probabile, quoniam, quemadmodum ſubſtantiæ ſeparatæ videndo cognitione naturali naturam ſpecificam, vident omnia illius indiuidua actu exiſtentia, eò quòd ſpecies intelligibilis naturæ ſpecificæ ſit etiam eorum ſimilitudo; ita, cum cognitio beati non ſit inferior cognitione naturali ſubſtantiæ ſeparatæ, conueniens eſt, vt videntes in diuina eſſentia, quæ eſt omnium ſimilitudo, aliquam naturam ſpecificam, videant, & per illam omnia indiuidua illius*.

In Salas. Sed huic argumento reſpondet Salas dicens primò Angelos non poſſe vno actu infinita cognoſcere.

Secundò cognitionem Angeli quotidie perfici, & eius habitus augeri in cognitione indiuidualiũ differentiarum ſingularium corruptibilium.

Tertiò, non eſſe eandem rationem de viſione beatifica, quæ eſt de cognitione Angelica per ſpecies; quia Angeli non omnia, quæ habitu cognoſcunt, ſemper actu conſiderant; beati verò omnia, quæ habitu norunt, ſemper actu conſiderant. Et præterea viſio beata non per ſe, ſed per accidens ad creaturas terminatur.

D. Thom. Verùm hęc omnia ſimpliciter falſa ſunt; Nam vt ſuis locis oſtendemus, etiam de mente Sanct. Thomæ, poteſt Angelus infinitas numerorum, & figurarum ſpecies ſimul actu cognoſcere; & eadẽ ratione infinita ſingularia poſſibilia. Exiſtẽtium verò cognitio, cum nouas non addat ſpecies, & quę naturaliter Angelo ſunt inditæ, ſint omnino inuariabiles, & à rebus independẽtes, augeri, aut perfici ſecundùm habitum minimè poteſt, ſed tantũ ſecundùm modum.

Quòd autem beati, quę vident in Verbo, ſemper actu conſiderent, non impedit omnium ſimul ſingularium cognitionem; ſed eminentioris ordinis eſſe notitiam oſtendit; ſicut etiam terminari ad ſingularia ſecundariò, & quaſi per accidens perfectionem non tollit, ſed declarat diuinæ eſſentię, vt repræſentatiua eſt; quia in nobiliſsimo obiecto per ſe primò repræſentato longè melius ſingularia repręſentat, quàm, ſi ſingulorum eſſet adęquata ſpecies.

Alio modo poſſunt conſiderari ſingularia, quo ad ea, quę ipſis ex diuina ordinatione proueniũt, aut etiam, quę ad ipſius creaturæ volũtatem pertinent. Et hoc modo negauit S. D. in hoc articulo ſingularia omnia cognoſci à vidente diuinam eſſentiam.

Qui

Qui ſenſus colligitur ex modo loquendi Sanct. Thom. Copulatiuè namque dixit: *Cognoſcere alia ſingularia, & cogitata, & facta eorum non eſt de perfectione intellectus creati.* Veriſsimum enim eſt, quòd videntes Deum non ſic vident omnes homines, vt videant omnia, quæ illis in dies ex diuina ordinatione ſuccedunt, & eorum cogitationes; ſed de his tantùm vident, quantùm perfectio beatitudinis requirit: vt latius dicemus artic. ſequenti.

An beati videant in Verbo omnia ſingularia, etiam non exiſtentia.

Ratio dubitandi, & ſententiæ Ferrarienſis, & Ioannis Salas.

SEd quoniam ex ſingularibus ſpecierum corruptibilium quædam præterita ſunt; quædã autem futura, quęritur, an beati vniuerſa ſingularia, tàm præſentia, quàm futura videant in diuina eſſentia: an verò tantùm præſentia.

Et ratio dubitationis eſt. Quoniam, ſi dicamus beatos videre ſingularia, etiam futura, hoc videtur aduerſari D. Thom. in 3. cont. gent. in dicto capitu. 59. vbi ait beatos cognoſcere indiuidua ſub ſpeciebus exiſtentia; at futura ſub ſpeciebus nõ exiſtunt. Et hoc in loco ait, quòd *non cognoſcunt ea, quæ nondum ſunt*, & infra q. 89. art. 8. ait, quòd *beati vident omnia præſentia, quæ hic aguntur, ſicut Angeli*. (S.Thom.)

Si verò dicamus beatos in diuina eſſentia cognoſcere tantùm ſingularia præſentia, erit in viſione beata ſucceſsio, & mutatio, quod eſt contra Aug. vlt. de Trinitate. Conſequentia probatur; qm̃ ſingularia ſucceſsiuè fiunt præſentia. (Auguſtin.)

Ad hanc difficultatem reſpondet Ferrarienſis dicens poſſe vtramque partem ſuſtineri. Et ſi quidem dicamus beatos tantùm videre ſingularia p̃ſentia, dicendum erit non eſſe inconueniens in viſione beata eſſe ſucceſsionem extrinſecè, ideſt nõ ſecundùm ſe, ſed quatenus ad ſingularia terminatur, quæ ſucceſsiuè fiunt: Nam hoc erit (inquit) abſque mutatione viſionis in ſe, ſed per mutationem tantùm ipſorum ſingularium. De qua reſponſione latius agemus in ſequenti articulo 10. non enim videtur conſona doctrinæ S. Thom. (Ferrarien.)

Ioannes Salas in ſuperius allegata ſect. 11. numero 162. Sequens Valentiam ait ſe credere non omnia indiuidua ſpecierum corruptibiliũ cognoſci à beatis, ſed pauca quædam, in quibus quaſi exemplum vniuerſalis cognitionis ponere poſsint, vel quæ ad prudentiam ſufficiant, vt in indiuiduis humanis; & quæ vnica ſunt in ſpecie, vt Angeli; & corpora cœleſtia, & quæ ſunt inſignia, vt globus terræ ſphæra aeris, & ignis, mare, celeberrimaque flumina, ingentes lacus, fontes mirabiles, potentiſsimi reges, ſummiq; pontifices, lapides, & hærbæ, quæ intra ſpeciẽ ſuam ſingulares habent proprietates, & ſimilia. (Salas.)

Reliqua verò (inquit) indiuidua noſſe non eſt magni momenti.

A *Soluuntur obiecta, & ſuſtinetur beatos videre in Verbo ſingularia omnia, etiam præterita, & futura.*

SVſtinendo itaque aliam partem, nimirum beatos videre in Deo omnia ſingularia non ſolũ præſentia, ſed etiam præterita, & futura abſq; vlla ſucceſsione intrinſeca, vel extrinſeca.

Ad authoritates S. Thom. in contrarium allegatas reſpondetur: ad primam ex tertio cont. gent. cap. 59. quòd S. Tho. loquitur de ſingularibus exiſtentibus ſub ſpeciebus pro quacunque temporis differentia.

B Ad id, quod ait in hac reſponſione ad vltimũ, quòd *ſcilicet non cognoſcunt ea, quæ nondum ſunt*, dicitur: quòd intelligitur de ſpeciebus, quæ nunquã erunt, ſed à Deo produci poſſunt; vt patet ex littera. Subdit enim, *ſed fieri à Deo poſſunt*.

Ad authoritatem ex qu. 89. dicitur S. Thomam ibi affirmare beatos cognoſcere præſentia, quæ hic aguntur, non tamen ait eos ſola præſentia cognoſcere.

Sed contra reſponſionem hanc argumentatur Dominicus Bannes, articu. 10. Si quilibet beatus vniuerſa ſingularia intuetur i Verbo, fruſtra quæritur à Theologis, an quilibet beatus videat in Verbo ea omnia, quæ ſpectant ad eius ſtatum. (Obiectio Banneſij.)

C Et ad rationem deductam ex ſpeciebus Angelorum reſpondet negando conſequentiam; quoniã ſpecies Angelorum repræſentant quidem omnia ſingularia, ſed tamen ſucceſsiuè, prout ſunt in rerum natura; hæc autem ſucceſsio repræſentationis non decet viſionem beatificam.

Sed hæc friuola ſunt: nam ad argumentum negatur conſequentia; Quia præter ſingularia ſub ſpeciebus contenta ſunt etiam dicta facta; & cogitata ipſorum ſingularium; quæ poſſunt ad ſtatum aliquorum beatorũm pertinere; ſicut de facto multa pertinent; & ideo, licèt videant ſingularia, non tamen vident eorum dicta, facta, & cogitata: & D ideò quærunt Theologi, an beatus videat, &c. (Solutio.)

Nec eius ſolutio ad noſtrum argumentum aliquid valet: quoniam, quando dicimus cum D. Th. in dicto cap. 59. tertij contra gent. Quòd, *ſicut Angeli videndo cognitione naturali naturam ſpecificam vident omnia eius indiuidua actu exiſtentia, ita cum beati cognitio non ſit inferior cognitione naturali Angeli*, & cætera; intelligenda eſt ſimilitudo, quo ad ea, quæ conſonant ſtatui beatifico ſecluſis imperfectionibus eidem contrarijs; quarum vna eſt ſucceſsio, ſiuè intrinſeca, ſiue extrinſeca. Vñ S. Th. in dicto capitulo iunxit ſimul cognitionem Dei, & Angelorum, dicens; *Vt ex his, quæ de cognitione* E *Dei, & Angelorum ſupra dicta ſunt, poteſt eſſe manifeſtum.* Conſtat autem in cognitione Dei nullam eſſe ſucceſsionem, nec intrinſecè, nec extrinſecè. (Exponitur mẽs S. Th.)

Contra eandem determinationem argumentatur Salas. Primò. Quo plura ex ſingularibus beati in Verbo cognoſcunt, eo minus participant cognitionem ſpecierum, ſaltem poſsibilium extra hunc ordinem vniuerſi; ergo non vident omnia ſingularia ſub ſpeciebus exiſtentia. (Salas.)

Reſpondetur falſum eſſe antecedens: Nam, vt dice-

dicemus infra artic. 10. in Controuerſia vnica, ad videndum plura in aliqua cauſa creata non requiritur maius lumen, quàm ad videndum pauciora. Conſtat autem naturam ſpecificam viſam in Verbo eſſe cauſam quandam formalem à ſingularib. diuerſimode participatam: in qua videntur ſingularia. Quæ tamen alia ratione, ſcilicet vt ſubſiſtētia, in ipſa diuina eſſentia non medio alio ſecundariò obiecto videri dicuntur.

Secundò. Arguit ex Vaſquezio diſp. 50. cap. 9. S. Thom. 3. par. qu. 10. art. 2. loquens non ſolùm de ſpeciebus, ſed etiam de indiuiduis futuris, cogitationibus, & orationibus pertinentibus ad ſtatum beati dixit eo plura à beatis videri, quo perfectius Deum vident; proculdubio de ijs intelligēs, quæ in exemplum adduxerat.

Reſpondetur S. Thomam loqui de ſingularibus diuerſæ rationis ſpecificæ, nec S. D. ibidem Verbū facit de indiuiduis vnius ſpeciei; immò nec vocē habet ſingularis, aut indiuidui.

Tertiò. Si indiuidua in Verbo ex vi viſionis videntur; ergo neceſſe eſt, quo plura cognoſcuntur, Verbum ipſum perfectius videri.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam; Quia ex eodem viſionis gradu procedit viſio omniū ſingularium vnius ſpeciei; quia ſcilicet cognoſcūtur in vna natura ſpecifica perfectiſsimè cognita; nō tantùm, quo ad eius quidditatem, ſed etiam quo ad omnem modum, quo participabilis eſt; & quo ad omnem modum exiſtentiæ in rerum natura.

Quartò. Quia ad naturale deſiderium, & perfectionem intellectus pertinet, non ſolùm cognoſcere ſpecies, ſed etiam indiuidua; ergo.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam; Quia in perfecta cognitione ſpeciei modo dicto; qualis videtur eſſe in quolibet beato, cognoſcuntur omnia, quæ ſub ea continentur indiuidua.

Proponitur, & reſoluitur quæſtio: an, & quomodo ſingularium cognitio pertineat ad perfectionem intellectus.

Tertiò explicandum eſt, quomodo cognoſcere ſingularia, & dicta, & facta, & cogitata eorum, & ea, quæ à Deo fieri poſſunt, non pertineat ad perfectionem intellectus, neque ad hęc ſe extēdat naturale deſiderium. Videntur namque in his verbis D. Thom. plura eſſe falſa. Nam, quo ad ſingularia D. Thom. infra quęſtione quartadecima, articulo decimo ſic argumentatur. Cognoſcere ſingularia pertinet ad perfectionem noſtram; ergo neceſſe eſt, quod Deus ſingularia cognoſcat. Quo ad facta, & cogitata, ſic argumentor. Cognoſcere facta hominum, quę ſunt futura contingentia, & eorum cogitata, conuenit Deo ex ſumma perfectione intellectus; ergo eorum cognitio pertinet ad perfectionem intellectus. Tertiò, quo ad ſpecies nondum factas, ſed factibiles, quia hoc pertinet ad ſummam perfectionem intellectus diuini, & ſunt quædam quidditates ſcibiles nō minus perfectiuæ intellectus; quàm quidditates exiſtentes; ergo vndique falſitatem redolet hæc doctrina.

A Ad hęc breuiter dicitur pręnotando duo. Primum eſt aliud eſſe loqui de intellectu vt ſic, & aliud de intellectu tali, puta humano. Secundū eſt, quòd intellectus duplex eſt ſecundum rationem, ſcilicet practicus, & ſpeculatiuus. Quędā cognoſcibilia pertinent ad perfectionem intellectus ſpeculatiui, quę non ſpectant ad perfectionem intellectus practici; alia item ſunt cognoſcibilia pertinentia ad perfectionem intellectus practici, & nō ad perfectionem ſpeculatiui.

His pręnotatis dico quattuor. Primum, quod ſingularium, & cogitationum, & contingentium, & factibilium cognitio eſt de perfectione intellectus ſpeculatiui vt ſic, & non eſt tantùm ſignum B perfectionis, vt inquit Bannes artic. 10. Probatur; quoniam ad perfectionem ſummam diuinę eſſentię, vt eſt obiectum, pertinet, vt dicta omnia reprę ſentet: ergo ad perfectionem ſummā eius intellectus pertinet, vt ea cognoſcat. Secundo probatur ex diſcurſu S. Thom. in art. 10. allegato. Tertiò, quoniam ad perfectionem cognitionis Angelicę pertinet, vt per eandem ſpeciem cognoſcat naturam, & ſingularia ſub illa exiſtentia: etiam, ſi circa illa nihil eſſet Angelus operaturus, vt patet de ſupremis Angelis, qui non mittuntur.

Dico ſecundò, prędictorum notitiam non per- C tinere ad perfectionem talis intellectus, puta humani; & loquimur ſemper de perfectione naturali.

Probatur primò, quo ad ſingularia, facta, & cogitata; Quia ſpecies, ad quas intellectus humanus eſt in potentia, tanquam ad ſuas naturales perfectiones, ſunt vniuerſales in reprę ſentando; ſingularia verò non cognoſcit homo, niſi per ſenſum.

Secundò probatur, quo ad ea, quæ nondū ſunt. Eorum cognitio pertinet ad perfectionem naturalem intellectus, ad quæ intellectus ſuaptè natura eſt in potentia; ſed intellectus noſter nō habet potentiam naturalem ad ſpecies, quæ nondū ſunt D actū formaliter, aut ſaltem virtualiter in cauſis creatis; ſed tantùm ad eas, quæ ſunt actu ſecundùm ſe, aut virtualiter in cauſis creatis; ergo. Maior eſt per ſe nota; minor habetur ex S. Tho. tertio contra gen. cap. 59. Et probatur eius argumento; Quia intellectus noſter eſt quodammodo omnia, ſcilicet pertinentia ad perfectionem naturæ; ergo ea tantùm, quæ pertinēt ad perfectionem naturæ, pertinent etiam ad perfectionem naturalem eſſe intelligibilis. Vnde etiam teſte D. Auguſtino ſuper Gen. ad litteram, *quæcunque facta ſunt per Dei Verbum, vt in propria natura ſubſiſterent, fiebant etiā in intelligentia Angelica, vt ab Angelis intelligerentur.*

E Dico tertio, quòd, licèt ſingularium cognitio non pertineat ad naturalem perfectionem intellectus humani, cognoſcūtur tamen à beatis propter perfectionem repræſentatiui; & quia pertinet ad perfectionem intellectus vt ſic, & quia debuit intellectus humanus eleuari ad altiorem perfectionem, quàm ſit ea, ad quā eſt in potentia naturali.

Dico quartò. Singularium notitiam, ſi non omniū, ſaltē aliquorū pertinere ad perfectionē intellectus practici.

Pro-

Probatur: quoniam cognitio prudentialis valdè perficit intellectum; ergo illorum ſaltem ſingularium cognitio pertinet ad perfectionem intellectus practici, quorum notitia per ſe requiritur ad iudicia prudentialia circa materiam virtutũ moralium.

Ad auct. S. Tho. quæſt. 14. art. 10. dicitur, quod S. Thom. non ait, quòd pertineat ad perfectionem intellectus, ſed ad perfectionem noſtram; ſcilicet quo ad cognitionem ſenſitiuam.

Reliqua argumenta probant primum dictum.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

Ex dictis ſequuntur quinque concluſiones.

Prima concluſio. Beati intuentur in diuina eſſentia determinationes aliquas diuinæ voluntatis, & eas, quas vident, rerum exiſtentias, & complexiones contingentes, & myſteria fidei. Hæc cõcluſio quattuor habet partes, quæ ſingulæ ſupra probatæ ſunt: & prima pars habetur manifeſtè ex D. Thoma quæſt. 8. de verit. art. 4. ad primum. S. Tho.

Secunda concluſio. Beati eadem viſionis perfectione cognoſcunt rei quidditatem, & eius exiſtentiam.

Tertia concluſio. Beati vident in diuina eſſentia rerum omnium ſpectantium ad ordinem vniuerſi genera, ſpecies omnes, rationes earum naturales, & ſingularia. Hæc concluſio patet ex dictis.

Quarta cõcluſio. Nullus beatus videbit ſpecies omnes poſſibiles.

Hæc ſupra probata eſt in ſpeciali Cõtrouerſia.

Quinta cõcluſio. Nullus beatus videbit rerum ſpecies, nec earum indiuidua actu exiſtentia, aut futura, quo ad eas rationes, ſecundùm quas ſubdũtur ordini diuinæ prouidentiæ. Hæc etiam probata eſt ex D. Thom. in tertio cont. gent. cap. 59.

Argumenta, & ſolutiones.

Molina. Contra primam concluſionem argumentatur Molina.

Beatus Auguſtinus affirmat beatos in arte, atque ſcientia diuina cognoſcere creaturas cognitione matutina, ac proindè in Verbo; ergo, &c.

Reſpondetur Diuum Auguſtinum per artem, & ſcientiam intelligere obiectum ſcientiæ, & artis, quod eſt eſſentia.

Secundò dicitur, quòd intelligit ipſum Verbũ diuinum, cui prædicta appropriantur, quod Verbum diuinũ repræſentat ratione eſſentiæ, quæ eſt per ſe primò obiectum intellectus diuini.

Contra primam partem eiuſdem concluſionis ſunt etiam hæc argumenta.

Primum. Voluntas diuina intelligitur à nobis in primo ſigno, vt amans ſe neceſſariò, & indifferens ad alia amanda, & volenda; in ſecundo, autẽ ſigno concipitur, vt determinata ad liberè volendum tale obiectum, ex qua determinatione nihil reale additur ipſi voluntati; ergo, ſi quis viderit voluntatem Dei in primo ſigno, nihil noui videbit in ſecundo ſigno, & conſequenter nõ poterit videre illius determinationem.

A Reſpondetur primò, eandem eſſe in Deo voluntatem à parte rei realiter, & formaliter, qua Deus amat ſe neceſſariò, & quæ eſt indifferens negatiuè ad alia amanda, & volenda, & quæ liberè determinatur ad volendum hoc, & illud obiectum: & quia beatus diuinam eſſentiam, & volũtatem intuetur, prout in ſe eſt, idcircò nullum aſsignari poteſt inſtans, aut ſignum à parte rei, in quo videatur, aut videri poſsit diuina voluntas, vt amans ſe neceſſariò, & vt indifferẽs negatiuè ad alia, quin videatur determinata ad alia volenda; ſemper enim diuinæ voluntati, etiam poſtquàm determinata eſt, conuenit indifferentia negatiua. Secundò dico, B ex determinatione diuinæ voluntatis nihil noui eidem adiungi, quaſi realiter, aut ex natura rei ab ea diſtinctum, ſed eiuſdem voluntatis libertatem hoc ipſo, quòd ſeipſam determinat, exerceri.

Tertiò reſpondetur falſam eſſe vltimam conſequentiam: Nam, licèt non ſit ibi aliquid noui formaliter, eſt tamen ibi aliquid noui virtualiter, ſiuè fundamentaliter, à quo prouenit effectus nouus, res ſcilicet creata, vel aliquid circa eam; propriũ eſt enim Dei ex æterno voluntatis actu producere res in tempore. Nec quærendum eſt, per quid determinetur diuina voluntas ad hoc, & ad illud; cum non niſi à ſe ipſa formaliter poſsit de- C terminari. Id ergo, quod determinat, & determinatur, eſt voluntas. Ipſa etiam determinatio quo ad id, quod reale eſt, voluntas eſt concepta à nobis cum reſpectu ad creaturas.

Nec tamen neceſſe eſt beatos, qui vident Deũ, ſicuti eſt, videre reſpectum rationis voluntatis ad creaturas; ſed ſatis eſt, vt videant fundamentum talis reſpectus, & rem, ad quam intelligitur terminari talis reſpectus; quamuis negandũ non ſit poſſe beatos tales reſpectus cognoſcere, ſicut, & alia entia rationis à nobis cognita.

Secũdum. Si Deus liberè nihil voluiſſet futurũ, & videretur, prout in ſe eſt, viſione creata, tunc diuina eſſentia nõ repræſentaret aliquod decretum D liberum Dei; ergo nec nunc repræſentat. Probatur conſequentia; quia eadem res eodem modo viſa ex parte ſui, & ex parte intellectus videntis, vel ſẽper erit ratio vidẽdi, vel nunquã; idem enim, quatenus idem, ſemper facit idem.

Reſpondetur falſam eſſe conſequentiam: Ad probationẽ dicitur; quòd facta tali hypoteſi deeſſet neceſſaria conditio ex parte creaturæ, ſcilicet exiſtentia in aliquo tempore, ſine qua nulla res creata poteſt repreſentari vt futura per decretum diuinæ voluntatis.

Suarez ad hoc argumentum alio modo reſpondet, qui doctrinæ Thomiſticæ minimè conſonat; E ſupponit enim viſionem eſſe formaliter repræſentatiuam: quod falſum eſſe ſuperius oſtendimus. Suarezij reſponſio reijcitur.

Contra ſecundam partem eiuſdem primæ concluſionis argumentatur Durandus.

Contra rationem viſionis intuitiuæ eſt, quòd non fiat per aliud medium cognitum, ſed fieri debet immediatè in re viſa; ergo in Verbo non vidẽtur rerum exiſtentiæ.

Reſpondetur negando antecedens de medio cognito;

Digitized by Google

gnito; quod omnia eminentiſsimè continet in eſſe reali, & in eſſe intelligibili; & quod excellentiſſimè ſupplet vices cuiuſcunque ſpeciei impreſsæ, & expreſsæ rem immediatè repræſentantis.

Henricus. Contra eandem partem argumentatur Henricus quolibeto ſeptimo, quæſt. 8. Creaturæ videntur in Verbo, vt in cauſa; ſed in Verbo, vt in cauſa non poſſunt videri creaturæ, vt actu exiſtentes, vel futuræ, ſed tantùm, vt poſsibiles; ergo. Probatur minor; quia in cauſa duo ſunt, virtus, & actualis cauſalitas; in virtute Dei non poſſunt videri creaturæ, vt futuræ: nam cum ea non habent neceſſariam connexionem, vt patet, neque etiam videri poſſunt in actuali cauſalitate, quæ in Deo nō

B eſt, cum ſit actio tranſiens.

Reſpōdetur falſam eſſe minorem: Ad eius probationem dicitur creaturas exiſtentes, aut futuras videri à beatis in eſſentia diuina, prout eſt actu cauſa ab æterno, licet effectus ex diuinæ volūtatis decreto ſequantur in tempore. Ad argumētum in contrarium negatur antecedens: Nam Dei cauſalitas in Deo eſt, & non eſt tranſiens, niſi virtualiter, vnde poſita conditione exiſtentiæ rei, quandoque futuræ, ſufficiens ratio eſt cognoſcendi futuram exiſtentiam.

Suarez. Contra eandem concluſionem argumentatur Suarez. Primo. Maioris virtutis eſt cognoſcere de

C voluntate creata, quid factura ſit, quam cognoſcere tantum, quid poſsit facere; ergo idem eſt de viſione Dei.

Secundò. Non eſt neceſſariū, vt beatus videat, quid Deus decreuerit, quamuis facillimè videat, quid Deus poſsit velle; ergo idem eſt proportionaliter de voluntate creata viſa in Deo.

Tertio. Quia alias poſſunt inferri incommoda multa; vt quod omnes beati videant, vel vltimam circulationem ſolis futuram, atque ita diem iudicij, vel omnia futura contingentia, earundem ſaltem rerum, quas poſsibiles eſſe cognoſcunt, quæ non ſunt facile admittenda.

D Ad primum negatur cōſequentia; quoniam eodem medio realiter, & formaliler, ideſt diuina eſſentia cognoſcit beatus rei quidditatem, & exiſtētiam; non autem idem eſt medium, quo cognoſcimus, quid facere poſsit, & quid factura ſit creata voluntas.

Ad ſecundum, & tertium ſimul reſpondetur, nos non affirmare neceſſarium eſſe, vt quicunque videt poſsibile decretum diuinæ voluntatis de aliqua re, ſtatim etiam videat, quid Deus decreuerit, neque vt, qui videt poſsibilem terminum motus cęleſtis, aut poſsibilem complexionem contingentem, videat etiam hæc, vt certo futura; ſed

E dicimus eiuſdem perfectionis viſionem ad vtrunq; ſufficere, ſi Deus voluerit ſeipsū vnire intellectui, vt rationem viſionis vtriuſque: Nam, quemadmodum Angelus eadem omnino perfectione ſpeciei intelligibilis, & actus intelligendi videt roſam exiſtentem, & non exiſtentem manente ſola differentia ex parte roſæ, quæ quandoque eſt, & quandoque non eſt; ita quo ad actus perfectionem dicendum eſt de viſione beatifica in ordine ad quidditatem, & eius exiſtentiam, ſalua ſemper differentia in modo repręſentādi inter diuinam eſſentiā, & ſpeciem Angelicam.

Argumenta verò, quæ contra aliàs concluſiones poſſunt adduci, præſertim ex authoritate S. Thom. iam ſoluta ſunt.

ARTICVLVS IX.

Vtrum ea, quæ videntur in Deo à videntibus diuinam eſſentiam, per aliquas ſimilitudines videantur.

AD nonum ſic proceditur: Videtur, quòd ea, quæ vidētur in Deo à vidētibus diuinam eſſentiam, per aliquas ſimilitudines videantur.

Omnis enim cognitio eſt per aſsimilationē cognoſcentis ad cognitū; ſic enim intellectus in actu fit intellectum in actu, & viſus in actu, viſibile in actu, inquantùm eius ſimilitudine informatur, vt pupilla ſimilitudine coloris. Si igitur intellectus videntis Deum per eſſentiā intelligat in Deo aliquas creaturas, oportet, quòd earum ſimilitudinibus informetur.

2 Pręterea. Ea, quæ prius vidimus, memoriter tenemus. Sed Paulus videns in raptu eſſentiam Dei (vt dicit Auguſt. * 12. ſuper Geneſ. ad litteram) poſtquam deſijt eſſentiā Dei videre, recordatus eſt multorum, quæ in illo raptu viderat; vnde ipſe dicit, quòd audiuit arcana verba, quæ non licèt homini loqui. 2. Corinth. 12. Ergo oportet dicere: quòd aliquę ſimilitudines eorum, quæ recordatus eſt, in eius intellectu remanſerint. Et eadem ratione, quando pręſentialiter videbat Dei eſſentiam, eorum, quæ in ipſa videbat, aliquas ſimilitudines, vel ſpecies habebat.

Sed contra eſt, quòd per vnam ſpeciem videtur ſpeculum; & ea, quæ in ſpeculo apparēt: ſed omnia ſic videntur in Deo, ſicut in quodā ſpeculo intelligibili; Ergo, ſi ipſe Deus non videtur per aliquam ſimilitudinem, ſed per ſuā eſſentiam; nec ea, quæ in ipſo videntur, per aliquas ſimilitudines, ſiue ſpecies videntur.

Reſpondeo. Dicendum, quòd videntes Deum per ſuam eſſentiam ea, quæ in ipſa eſſentia Dei vident, non vident per aliquas ſpecies, ſed per ipſam eſſentiam diuinam intellectui coniunctam. * Sic enim cognoſcitur vnumquodque, ſecundùm quod ſimilitudo eius eſt in cognoſcente; Sed hoc contingit dupliciter. Cum enim quæcunque vni, & eidem ſunt ſimilia, ſibi inuicem ſint ſimilia, virtus cognoſcitiua dupliciter aſsimilari poteſt alicui cognoſcibili. *

Vno modo ſecundùm ſe, quando directè eius

eius ſimilitudine informatur. Et tunc cognoſcitur illud ſecundùm ſe: Alio modo, ſecundùm quod informatur ſpecie alicuius; quod eſt ei ſimile. Et tunc non dicitur res cognoſci in ſeipſa, ſed in ſuo ſimili. Alia enim eſt cognitio, qua cognoſcitur aliquis homo in ſeipſo, & alia, qua cognoſcitur in ſua imagine.* Sic ergo cognoſcere res per earum ſimilitudines in cognoſcente exiſtentes, eſt cognoſcere eas in ſeipſis, ſeu in proprijs * naturis: ſed cognoſcere eas, prout earum ſimilitudines præexiſtunt in Deo, eſt videre eas in Deo.

Et hę duæ cognitiones differunt. Vnde ſecundùm illam cognitionem, qua res cognoſcũtur à videntibus Deum per ſuam eſſentiam, in ipſo Deo non videntur per aliquas ſimilitudines alias, ſed per ſolam eſſentiam diuinam intellectui præſentem; per quam, & Deus videtur.

Ad primum ergo dicendum, quòd intellectus creatus videntis Deum, aſsimilatur rebus, quæ videntur in Deo, inquantùm vnitur eſſentiæ diuinæ; in qua rerum omnium ſimilitudines præexiſtunt.

Ad ſecundum dicendum, quòd aliquæ potentiæ cognoſcitiuæ ſunt, quæ ex ſpeciebus primò conceptis aliàs formare poſſunt. Sicut imaginatio ex præ conceptis ſpeciebus montis, & auri, format ſpeciem montis aurei: & intellectus ex præconceptis ſpeciebus generis, & differentiæ, format rationem ſpeciei, & ſimiliter ex ſimilitudine imaginis formare poſſumus in nobis ſimilitudinem eius, cuius eſt imago.

Et ſic Paulus, vel quicunque alius videns Deum, ex ipſa viſione eſſentiæ diuinæ poteſt formare in ſe ſimilitudines rerum, quæ in eſſentia diuina videntur. Quæ remanſerunt in Paulo, etiam poſtquàm deſijt Dei eſſentiam videre. Iſta tamen viſio, qua videntur res per huiuſmodi ſpecies ſic conceptas, eſt alia à viſione, qua videntur res in Deo.

Ratio ordinis, & ſenſus quæſiti.

HIc S.Thom. agit de modo, quo res videntur in Deo; qui modus primò conſequitur principium formale actus, quod eſt ſpecies impreſſa, & cõpletur in termino viſionis intrinſeco, qui eſt ſpecies expreſſa; & ideo Sanctus Doctor de dicto viſionis modo differit, tã ex parte principij, quàm ex parte termini intrinſeci actus videndi. Vndè quęſitũ de vtraque ſimilitudine, nimirum impreſſa, & expreſſa intelligendum eſt, vt hic etiam notat Syluester, quidquid dicat Vaſquez innixus opinioni ſuperius latiſsimè confutatæ: Nam etiam vis pro-

A bationis D.Thom. ad vtranque ſimilitudinem extenditur, & ſecundum argumentum cum ſua reſponſione de expreſſa ſpecialiter loquitur.

Forma Textus.

COncluſio eſt. Videntes Deum per ſuam eſſentiam, ea, quæ in ipſa eſſentia Dei vident, non intuenentur per aliquas ſpecies, ſed per ipſam eſſentiam diuinã intellectui eorum vnitam.

Probatur: Videre res in Deo non eſt videre per aliquas alias ſimilitudines, ſed per ſolam eſſentiam diuinam; at beati vident res in Deo; ergo non vident per a- B *liquas ſimilitudines, ſed per ſolam diuinam eſſentiam intellectui præſentem.*

Minor ſupponitur in ipſa concluſione, & tanquàm manifeſta ex articulo præcedente.

Maior probatur: Differentia eſt inter videre rem in ſeipſa, & videre eam in ſuo ſimili per hoc, quòd quando res videtur ſecundùm ſe, tunc virtus cognoſcitiua directè eius ſimilitudine informatur; quando autem cognoſcitur in ſuo ſimili, informatur ſpecie alicuius, quod eſt ei ſimile; ſed videre res in Deo, vel diuina eſſentia eſt videre in ſuo ſimili, ergo non eſt videre per ſimilitudines, ſed per ſolam eſſentiam diuinam, cui res aſsimilantur.

C *Maior huius argumenti probatur: Quæcunque vni, & eidem ſunt ſimilia ſibi inuicem ſunt ſimilia, ergo virtus cognoſcitiua dupliciter poteſt aſsimilari cognoſcibili. Vno modo ſecundùm ſe, quando directè informatur eius ſimilitudine. Alio modo, ſecundùm quod informatur ſpecie alicuius, quod eſt ei ſimile.*

Secundò probatur exemplo hominis cogniti in ſe ipſo, & in ſua imagine; qui ſunt duo modi differentes.

Poßet ex littera alio modo probari maior ſecundi ſyllogiſmi hoc modo. Sic cognoſcitur vnumquodq; ſecundũ quod ſimilitudo eius eſt in cognoſcente; ſed duobus prædictis modis contingit eſſe ſimilitudinem in cognoſcente; ergo duobus modis cõtingit rem cognoſcere.

D *Minor probatur: Quæcunque vni, & eidem ſunt ſimilia, &c. Sed breuitatis gratia priorem formam amplexi ſumus.*

Expoſitio Textus.

Oſtenditur Diuum Thom. excludere vtramque ſimilitudinem, ſcilicet impreſſam, & expreſſam.

TRia ſunt obſeruanda. Primum eſt, quòd probatio concluſionis manifeſtè procedit de vtraque ſimilitudine, ſcilicet impreſſa, & expreſſa: E nam, cum res videtur in alio, ſcilicet in ſuo ſimili, virtus cognoſcitiua directè informatur ſpecie rei ſimilis, quæ repræſentat rem ſimilem, in qua alia res cõſimilis videtur; Quia ergo videre res in Deo eſt videre in ſuo ſimili; ſequitur, quòd videre res in Deo non ſit videre per alias ſimilitudines, ſed per ſolam eſſentiam diuinam. In quibus verbis vtraque excluditur ſimilitudo, vel ſpecies; impreſſa quidẽ ex ipſa diffinitione viſi in alio, vel in ſuo ſimili; cum dicitur, quòd, quando res cognoſcitur

in ſuo ſimili, virtus cognoſcitiua informatur ſpecie alicuius, quod eſt ei ſimile.

Vbi nota verbum, *informatur*: nam informare proprium eſt ſpeciei impreſſæ. Expreſſa verò excluditur, cum dicitur, quòd viſum in ſuo ſimili eſt viſum in alio vt obiecto, non exteriori tantùm, ſed multò magis, vt obiecto interiori; quod obiectum interius eſt verbum ipſum.

Et confirmatur: Quia ſpeciei impreſſæ oportet correſpondere in repræſentando ſpeciem expreſſam; ſi igitur illa eſt primò alterius obiecti; ergo, & hæc. Confirmatur ſecundò: Quoniã in articulo præcedenti diximus beatos videre alia à Deo in diuina eſſentia, vt obiecto, quod non immediatè, ſed mediatè res repræſentat; ergo diuina eſſentia præſtat officium ſpeciei expreſſæ, & non tantùm impreſſæ in viſione aliorum in Deo.

Obiectio. Sed contra hanc interpretationem videtur eſſe reſponſio S.Thom. ad ſecundum argumentum; vbi ait, quòd *quicunque videns Deum poteſt ex ipſa viſione diuinæ eſſentiæ formare in ſe ſimilitudines rerum, quæ in eſſentia diuina videntur; quæ ſimilitudines abſq; dubio ſunt ſpecies expreſſæ.*

Solutio. Ad hoc argumentum reſpõdetur ex verbis, quę immediatè ſubdit D.Tho. in fine articuli; ait enim *Iſta tamen viſio, qua videntur res per huiuſmodi ſpecies ſic conceptas, eſt alia à viſione, qua videntur res in Deo:* At nos loquimur de viſione beatifica, qua res videntur in Deo, & dicimus talem viſionem non fieri per alias ſpecies, ſiuè impreſſas, ſiuè expreſſas, ſed per ſolam eſſentiam diuinam. Ex qua doctrina declaratur id, quod ſupra diximus in articulo ſecundo cum Caietano, videlicet beatos poſſe formare verbum de viſis in diuina eſſentia; intelligitur enim de verbo terminante viſionem non beatificam, ſed aliam longè inferiorem.

Secundò obſeruandum eſt, quod S.Thom. in argumento *Sed contra* probat concluſionem tali argumento. *Per vnam ſpeciem videtur ſpeculum, & ea, quæ in ſpeculo apparent; ſed omnia videntur in Deo, ſicut in quodam ſpeculo; ergo, ſi ipſe Deus non videtur per aliquam ſimilitudinem, ſed per ſuam eſſentiam; nec ea, quæ in ipſo videntur, per aliquas ſimilitudines, ſiuè ſpecies videntur.*

An per eandem ſpeciem videatur ſpeculum, & ea, quæ in ſpeculo apparent.

Proponuntur argumenta Molinæ.

SEd maiorem dicti argumẽti negat Ludouicus Molina, & duo dicit. Primum eſt, quòd ex philoſophia, & perſpectiua conſtat diſtinctã eſſe ſpeciẽ ſpeculi à ſpecie rei viſæ in ſpeculo. Probat hoc dictum: quoniam, antequam res obijciatur ſpeculo, videtur ſpeculum per propriam ſpeciem; poſtq̃ autẽ res viſa in ſpeculo eſt obiecta ſpeculo, emittit propriam ſpeciem in ſpeculum, & illa, quæ eſt in ſpeculo, cauſat ſpeciem in oculum, quæ ſpecies in oculo exiſtẽs repræſentat ſimul illam ſpeciem, quæ eſt in ſpeculo, & obiectum ipſum repræſentatum per ſpeciem, puta lapidẽ, vel arborem, atque A ita obiectũ ipſum non videtur in ſe, ſed in ſua imagine, quæ apparet in ſpeculo; ſed tamen (inquit) ſpeculum videtur per diſtinctam ſpeciem ab ea, qua videtur obiectum, quod in ea repræſentatur.

Secundum eſt, præcedens dictum eſſe tantùm vulgi opinionem, qui exiſtimat in ſpeculo eſſe ſpeciem extenſam habentem partem extra partẽ, ſed hanc imaginationem falſam eſſe: nam (inquit) in ſingulis punctis imaginis repræſentatur totus Petrus, & in ſingulis punctis ſpeculi eſt tota imago Petri, quæ à Petro emittitur in ſpeculum, & à ſpeculo reflectitur in oculum, & oculus non poteſt videre imaginẽ in ſpeculo; quia indiuiſibilis, & inuiſibilis eſt, B ſed immediatè videt Petrum, & quòd in hoc eſt viſio fallax: exiſtimamus enim nos videre Petrum, aut imaginem, quaſi vltrà, vel intrà ſpeculum, cum videamus eum poſt tergum, & ad eũ ibi exiſtentem viſio immediatè terminetur.

Oſtenditur falſitas dictorum Molinæ, & ſoluuntur eius argumenta.

QVòd autem ſolido careant fundamento ambo illius dicta, non erit difficilè demõſtrare: Nam, quod primo loco ait eſſe diuerſam ſpeciẽ ſpeculi à ſpecie rei viſę in ſpeculo; quia antequàm C res obijceretur ſpeculo, videbatur ſpeculum per propriam ſpeciem diſtinctam à ſpecie rei; ergo et poſtquã res eſt obiecta ſpeculo; malè deducitur, & falſa eſt conſequentia. Et ratio euidens eſt: nam cum obiectum viſus ſit aliquid quantùm, & extẽſum, quæ vna, & eadem gaudent extenſione, poſſunt vna, & eadem ſpecie repræſentari; vt patet de toto cum ſuis partibus; vt etiam manifeſtè videre eſt in pariete prius albo, deinde depicto aliqua imagine; qui prius videbatur propria ſpecie diſtincta à ſpecie illius imaginis; depicta verò imagine, videtur vna, & eadem ſpecie, cum ſpecie imaginis propter dictam rationem; quia vna, & eadẽ D gaudent magnitudine, ſiuè ſuperficie, quæ tota ſimul poteſt videri, & quo ad partem depictam, & quo ad partes albas.

Quod verò ſecundo loco ait non eſſe imaginem illam extenſam in ſpeculo, ſed eſſe indiuiſibilem in ſingulis punctis ſpeculi, non eſt certum; quoniã non eſt magis indiuiſibilis ſpecies, quæ eſt in ſpeculo, quàm ſit illa, quæ eſt in oculo: at ea, quæ eſt in oculo non eſt indiuiſibilis.

Quod probatur; quia recipitur in organo quanto, & extenſo; omne autem, quòd in aliquo recipitur, per modum recipientis recipitur.

Secundò; quia aliter non requireretur determi- E nata diſtantia ad videndum; aut ſaltem æquè diſtinctè videretur res diſtans, ſicut propinqua.

Tertiò; quia ſecũdùm communem philoſophorum ſententiam ſpecies phantaſiæ, & aliorum ſenſuum interiorum habent eſſe quantum, & extenſũ per accidens; ergo multò magis ſpecies, quæ ſunt in oculo, quæ ſunt minus ſpirituales.

Quartò; quia non videtur conſonum principijs philoſophiæ, q̃ indiuiſibile de genere corporeorum agat in diuiſibile; cõſtat autem ſpeciem viſi-

bilem

bilem eſſe accidens quoddam corporeum ſubiectiue in aere, in ſpeculo, & in oculo, & quod ex aere agit in ſpeculum, & in oculum.

Sed admiſsis etiam illis principijs ex perſpectiua potuit optimè S. D. in illo argumento ad oppoſitum, quod ſæpè tantùm probabile eſt, & nonnunquam etiam plus probat, quàm neceſſe ſit, uel etiam non rectè, ſed apparenter tantùm cōcludit, uti communi omnium ferè hominum opinione maximum in apparentia uiſionis habente fundamentum; cuius oppoſitum uix recondite ſcientię diſcurſu uerum eſſe diſcernitur.

D.Tho. Tertiò obſeruanda eſt doctrina D. Thom. infra quæſt. 14. artic. 6. ad primum, & applicanda præſenti doctrinæ, ut intelligatur, quomodo uerum ſit res à beatis cognoſci, prout ſunt obiecta in ipſa diuina eſſentia, & prout ſunt in ſe ipſis: nā in priori dicto ſignificatur modus cognoſcendi ex parte cognoſcentis; in poſteriori uerò ſignificatur modus cognoſcendi ea ex parte rei cognitæ.

Proponuntur, & ſoluuntur argumenta Vaſquezij contra diſcurſum Sancti Thomæ.

Contra diſcurſum D. Tho. argumentatur Vaſquez.

Res creatæ in Deo dupliciter uideri poſſunt. Primò, ſecundùm quòd ſunt idea in mente Dei; & ſic ſunt ipſe Deus: deindè ſecundùm proprias rationes formales obiectiuè tātùm exiſtentes in intellectu Dei. Si S. Thom. loquatur de uiſione rerum in Verbo ſecundo modo, neſcio (inquit) qua ratione uerum eſſe poſsit eas non cognoſci media alia ſimilitudine, quæ in ſententia Diui Thomæ, debet eſſe prius uiſa, ſed per ſolam eſſentiam Dei prius cognitam: Nam inſtar Dei nihil creatum uideri poteſt, cum multò magis à qualibet creatura Deus differat, quàm una creatura ab alia; ergo cum qualibet creatura per aliam cognoſci non poſsit quidditatiuè, neque per Deum poterit.

Secundò; quia, licèt creaturę cognoſcerentur ſecundùm proprias rationes prius cognita eſſentia diuina, ut obiecto primario, deberet nihilominus formari prius conceptus ipſius creaturæ diſtinctus à conceptu Dei, ne creatura cū ipſo Creatore confunderetur: Quod ſi S. Thom. loquatur de cognitione creaturarum in Deo, ſecundùm quòd ſunt ipſa uita Dei; tunc, ſi ad uidendum Deum nō requiritur ſpecies expreſſa, neque ad uidendum creaturas erit neceſſaria ſecundùm Diuum Thomam: At uerò in Dei clara uiſione uerbum producitur; ergò quidquid in eo uidetur, oportet uideri per aliquam ſimilitudinem, non quidem prius uiſam, ſed quę ſit ratio uidendi.

Reſpondetur D. Thom. loqui de creaturis ſecūdum proprias rationes formales cognitis, & beatorum intellectui obiectis in ipſa obiecta diuina eſſentia.

Ad primum argumentum reſpondetur, falſum eſſe nihil creatum per diuinam eſſentiam, ut ſimilitudinem obiectiuam uideri poſſe: Ad probationem reſpondetur falſam eſſe conſequentiam; Nā licèt Deus quidditatiuè magis differat à creaturis, quàm diſtent ipſę adinuicem; tamen magis cō uenit cum ſingulis, quàm ſingulæ adinuicem, dupliciter. Primò, quatenus, ut cauſa eminētiſsima, & actus perfectiſsimus propria continet ſingulorum. Secundò, qua ratione, ut purus actus in genere intelligibilium, & ſupremum intelligibile omnia quocunque modo cognoſcibilia, ſiuè intelligibilia intelligibiliter continet.

Ad aliam probationē dicitur creaturas in Deo repreſentari diſtinctè ex parte rerum repræſentatarum; & ideò non confundi creaturam cum Creatore, nec eſſe neceſſarium formare alium conceptum.

A R T I C V L V S X.

Vtrum videntes Deum per eſſentiam ſimul omnia videant, quæ in ipſo vident.

AD decimum ſic proceditur. Videtur, quòd vidētes Deum per eſſentiā non ſimul videant omnia, quæ in ipſo vident; Quia * ſecundùm philoſ. cōtingit multa ſcire, intelligere verò vnum. Sed ea, quę videntur in Deo, intelliguntur: Intellectu enim videtur Deus; ergo non contingit à videntibus Deum ſimul multa videri in Deo. 64 3. cont. ca. 58. & 59. 4. Top c. 4 in declar. loci 33. to. 1.

3 Præterea. Auguſtin. * dicit octauo ſuper Geneſim ad litteram, quòd Deus mouet creaturam ſpiritualem per tempus, hoc eſt per intelligentiam, & affectionem; Sed creatura ſpiritualis eſt Angelus, qui Deum videt; Ergo videntes Deum ſucceſsiuè intelligunt, & afficiuntur; tempus enim ſucceſsionem importat. 8. ſuper Gen c. 22. & 23. to. 3.

Sed contra eſt, quod Auguſtinus dicit vltimo * de Trinit. Non erunt volubiles noſtræ cogitationes ab alijs in alia euntes, atque redeūtes; ſed omnem ſcientiam noſtram vno ſimul conſpectu videbimus. Lib. 15. de trin. c. 6. in fi. to. 3.

Reſpondeo. Dicendum, quòd ea, quæ videntur in Verbo, non ſucceſsiuè, ſed ſimul videntur.

Ad cuius euidentiam, conſiderandum eſt; quòd ideò nos ſimul non poſſumus multa intelligere; quia multa per diuerſas ſpecies intelligimus, diuerſis autem * ſpeciebus non poteſt intellectus vnius ſimul actu informari ad intelligendum per eas; ſicut nec vnum corpus poteſt ſimul diuerſis figuris figurari. Vnde cōtingit, quòd quando aliqua multa vna ſpecie intelligi poſſunt, ſimul intelliguntur. Sicut diuerſæ partes alicuius totius: ſi ſingulæ proprijs ſpeciebus intelligantur, ſucceſsiuè intelliguntur, & non ſimul. Si autem omnes intelligantur vna ſpecie totius, ſimul intelligentur. D. 195. D. 77.

Oſtenſum * eſt autem, quòd ea, quæ viden- Ar. preced

Digitized by Google

tur in Deo, non videntur ſingula per ſuas ſimilitudines; ſed omnia per vnam eſſentiam
36 Dei.* Vnde ſimul, & non ſucceſsiuè videntur.

Ad primum ergo dicendum: quòd ſic vnũ tantùm intelligimus, inquantùm vna ſpecie intelligimus; Sed multa vna ſpecie intellecta, ſimul intelliguntur. Sicut in ſpecie hominis intelligimus animal, & rationale: & in ſpecie domus parietem, & tectum.

Ad ſecundum dicendum, quòd Angeli quãtùm ad cognitionem naturalem, qua cognoſcunt res per ſpecies diuerſas eis inditas, non ſimul omnia cognoſcunt. Et ſic mouentur ſecundùm intelligentiam per * tempus, ſed ſecundùm quod videntes in Deo ſimul * eas vident.

D. 129.
D. 140.

Ratio ordinis, & ſenſus quæſiti.

IN hoc articulo examinatur modus viſionis ex parte ipſius actus videndi. Pendet hic modus radicaliter ex principijs viſionis, & proximè ex modo, de quo in præcedenti articulo.

Circa ſenſum quæſiti tria ſunt adnotanda. Primum eſt, beatos dupliciter poſſe videre res in diuina eſſentia: Vno modo cauſaliter: Alio modo formaliter. Hic quæritur de viſis tantùm in diuina eſſentia formaliter.

Secundum eſt dictio *ſimul*, qua ſignificatur, nõ ſola concomitantia, ſed vnitas actus: nam ea propriè ſimul intelligimus, q̃ vnico actu intelligimus.

Tertium eſt terminus *omnia*, qui per ſequentia limitatur, cum additur, *quæ in ipſo videntur*: Nã difficultas de viſione omnium ſimpliciter diffinita eſt in octauo articulo.

Forma Textus.

COncluſio eſt. Ea, quæ videntur in Verbo, non ſucceſsiuè, ſed ſimul, videntur. Probatur: Quando multa vna ſpecie intelligi poſſunt, ſimul intelliguntur; at ea omnia, quæ videntur in Deo, videntur per vnam eſſentiam Dei, & non ſingula per ſuas ſimilitudines; ergo ſimul, & non ſucceſsiuè videntur; minor patet ex præcedenti articulo.

Maior probatur dupliciter: Primò per regulam illã poſterioriſticam; ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis, negatio eſt cauſa negationis, & è conuerſo, ſi negatio, &c. quæ tenet in cauſis proprijs, & præciſis; ſic ergo arguitur: Propria cauſa, ob quam non poſſumus nos plura ſimul intelligere, prouenit ex duobus ſimul iunctis, quorum primum eſt, quòd nos multa per diuerſas ſpecies intelligimus: nam alia ſpecie intelligimus canem, alia lapidem, &c. Secundum eſt; quia vnus intellectus non poteſt ſimul actu informari diuerſis ſpeciebus ad intelligendum per eas. Manifeſtatur hoc ſecundum à ſimili; quia nec vnum corpus poteſt ſimul diuerſis figuris figurari.

Secundò probatur eadem maior exemplo, ſiue expe-

A *rientia: Nam diuerſæ partes alicuius totius poſſunt dupliciter intelligi: Vno modo ſingulæ proprijs ſpeciebus, & hoc modo non ſimul, ſed ſucceſsiuè intelliguntur: Alio modo poſſunt omnes intelligi vna ſpecie totius; & hoc modo ſimul intelliguntur.*

Expoſitio Textus.

Repræſentata per diuerſas ſpecies, vt ſic, non poße ſimul intelligi.

CIrca prædicta tria ſunt explicanda. Primum eſt ſenſus maioris propoſitionis, & proba-
B tionis illius. Erat enim propoſitio maior. *Quando multa vna ſpecie intelligi poſſunt, ſimul intelliguntur,* & probatio erat: quoniam propria cauſa, ob quã non poſſumus nos plura ſimul intelligere, prouenit ex duobus, &c. Quorum verborum ſenſus pendet ex duplici diſtinctione. Prior eſt: ſpecies ſunt in duplici differentia; quædam ſunt eiuſdem ordinis; & hæ ſunt illæ, quæ inter ſe diſparatæ ſunt in repræſentando, ita vt repręſentatum per vnam nõ repręſentetur per aliam. Et tales ſunt omnes ſpecies, quæ ſunt inditę intellectui humano, & omnes illæ, quæ ſunt inditæ intellectui Angelico: Quædã autem ſunt diuerſorum ordinum, quę ſcilicet ordi-
C nem quendam habent inter ſe in repręſentando eandem rem diuerſimodè; ita, vt ea, quæ ſuperior eſt, non tantùm illud, ſed plura alia repręſentet, vt eſſentia diuina comparata ad quamlibet ſpeciẽ creatam: nam illa eadem, & alia plura, & longè perfectius repręſentat. Exemplum habemus in formis naturalibus, ex quibus quædam ſunt eiuſdem ordinis; vt forma Leonis, & Bouis, & ſimiles; quædam verò ordine quodam ſe habent; vt vegetatiuum, ſenſitiuum, & intellectiuum.

Poſterior diſtinctio eſt. Species, quas diximus diſparatas, dupliciter accipi poſſunt: Vno modo abſolutè: Alio modo, vt extrema ſunt, vel partes
D vnius integri repræſentatiui; vt quando formantur propoſitiones affirmatiuæ, vel negatiuæ abſolutę, vel proportionales.

Ex his facilè poteſt explicari ſenſus dictę maioris cum ſua probatione: Nam homo, vel Angelus non poteſt ſimul per diuerſas ſpecies diſparatas abſolutè ſumptas intelligere propter rationem S. Thom. poteſt tamen ſimul intelligere per diuerſas ſpecies ordinem inter ſe habentes: Nam ſpecies, quę ordinis ſuperioris eſt, eminenter continet illam, quę eſt inferioris ordinis; ſicut in anima Chriſti ſpecies infuſa eminenter continet acquiſitam; & diuina eſſentia, vt ſpecies intelligibilis cõtinet
E eminentiori modo infuſam, & acquiſitam; atque ideò pro vna, & eadẽ ſpecie in ordine ad actualẽ intellectus informationem, & terminationem sũt omnes prędictæ ſpecies computandę.

Vndè & intelligibile per eas repręſentatum nõ eſt totaliter diuerſum; ſed quemadmodũ ſpecies excedit, & continet ſpeciẽ quaſi totũ partem, ita intelligibile per vnam repræſentatum ſe habet vt totũ reſpectu intelligibilis repræſentati per aliã; & ideò ſpecies illa ſuperior non ponit in numerũ cum inferiori.

Prę-

Præterea poteſt homo, vel Angelus intelligere per diuerſas ſpecies diſparatas, quatenus extrema ſunt in repræſentãdo alicuius compoſitionis, ſeparationis, negationis, &c. Nam ſic ad vnũ intelligibile relatiuum referuntur; vt cum dico: homo nõ eſt lapis, vel; homo eſt præſtantior lapide; vel: ſicut ſe habet homo ad ridere, ita pratum ad florere; ſunt enim hæc diuerſæ ſpecies, & diuerſa repræſentata per ſpecies; ſed quia ad vnum vnitate relatiua proportionali repræſentandum referuntur, ideò per eas ſimul, & vnico actu intelligit intellectus.

Non omnia per vnam ſpeciem intelligibilia neceſſariò ſimul actu intelligi, niſi ſemper actu repræſentet.

B

SEcundò obſeruandum eſt poſſe dictam maiorẽ habere duplicem ſenſum.

Primus eſt, vt intelligatur de facto. Et hic ſenſus non eſt vniuerſaliter verus: Nam nec omnia, quæ per ſpeciem hominis poſſunt intelligi, ſimul à nobis intelliguntur diſtinctè, nec Angelus ſemper omnia illa ſimul intelligit, quæ per vnicam ſpeciẽ poſſunt intelligi. Nam ſubeſt Angelica ſpecies libero vſui voluntatis Angeli. Vnde per ſpeciem repræſentantem totum genus animalis non intelligit Angelus neceſſariò omnes ſpecies animalis ſimul: ſed poteſt, vel omnes, vel aliquas, vel vnam ſolam per illam intelligere; & ſimiliter ſingularia ſpecies non omnia actu ſimul neceſſariò repræſentat. Dixi autem nõ eſſe vniuerſaliter veram, ſi intelligatur de facto, & in actu; quoniam vera eſt, ſi limitetur ad eam ſpeciem, quæ ſemper actu, & diſtinctè omnia ſua obiecta repræſentat; qualis eſt ſola eſſentia diuina; quæ repræſentat ſemper actu intellectui beati vniuerſa genera, & ſpecies rerũ. Tales autem non ſunt ſpecies creatæ, quæcunque illæ ſint. Et hæc eſt Gloſſa Ferrarienſis tertio contra gent. cap. 60. Ferrarien.

Secundus ſenſus dictæ maioris eſt, vt intelligatur de poſsibili ſecundùm naturam intellectus. Et ſic vera eſt vniuerſaliter, & concludit intentũ, videlicet beatos in diuina eſſentia de facto, & actu ſimul omnia videre, quæcunque vident. Et rationem affert Caietanus: quoniam in viſione Verbi, ſiuè diuinæ eſſentiæ omne bonum poſsibile poni de facto debet, cum beatitudo ſit ſtatus omniũ bonorum aggregatione perfectus; in bonis autem melior eſt actus potentia, vt dicitur nono methaphyſ. ideò in littera declarata poſsibilitate concluſum eſt de facto omnia ſimul videri.

Explicatur ſimilitudo ex figuris aſſumpta.

TErtiò explicanda eſt illa ſimilitudo, quæ affertur à S. Thom. ad probandum non poſſe intellectum ſimul per diuerſas ſpecies intelligere. Eſt autem ſimilitudo à figuris deſumpta: Nam, quẽadmodum (inquit) non poteſt vnum corpus pluribus ſimul figuris figurari, ita nec vnus intellectus poteſt ſimul actu informari diuerſis ſpeciebus ad intelligendum per eas. Quæ ſimilitudo, ſicut & reliquæ, claudicat centum pedibus: Nam figuræ reſpectu corporis, ſiue quantitatis plura cõueniunt: habet enim extenſionem, limitationem, informationem, & terminationem; ſimilitudo nõ tenet, quo ad duo priora, ſed quo ad duo poſteriora: nam, quemadmodum corpus informatur per figuram, ita intellectus per ſpecies; & ſicut corpus terminatur per figuram, ita intellectus terminatur per ſpeciem intelligibilem; non quidem in habitu, ſed in actu ſumptam, ideſt, quatenus per eã intellectus actu intelligit. Cuius rationem reddit S. Thom. quæſt. 54. artic. 1. ad tertium: quoniam habitus non eſt terminatio potentiæ, ſed eſt diſpoſitio ad actum, ſicut ad vltimum terminũ: & ideò actus, vel ſpecies in actu ſecundo eſt terminatio potentiæ; non autem ſpecies in habitu. D. Thom.

In hoc ergo ſtat ſimilitudo, quòd, quemadmodum vnum corpus non poteſt terminari actu, niſi per vnam figuram; ita nec intellectus poteſt actu terminari, niſi per vnam intellectionem, vel ſpeciem in actu; & quemadmodum (inquit S. Thom.) vnum corpus poteſt pluribus figuris terminari, ſecundùm quod vna continetur in alia, ſicut trigonum in tetragono; ita intellectus poteſt pluribus actibus terminari, quatenus vnus in alio continetur.

C

Et per hęc patet reſponſio ad cauillationem Scoti: Nam cauſa incompoſsibilitatis figurarum non eſt oppoſitio propriè dicta, quę nulla eſt inter eas; ſed eſt terminatio: nam, quod ſemel terminatum eſt vltima terminatione, non poteſt amplius terminari; & eadem ratio militat in intellectione, vel ſpecie in actu, quę eſt vltimus terminus intellectus. Videnda ſunt, quæ diximus infra quæſt. 58. artic. 2. controu. vnica. Scoti obiectio ſoluitur.

Controuerſia vnica.

D

De veritate concluſionis S. Thom. An ſcilicet Beati ſimul omnia videant, quæcumque vident.

Rationes dubitandi, & ſententiæ Doctorum, & Expoſitorum.

EX multis capitibus difficultatem habet concluſio præſentis articuli, quòd ſcilicet beati ſimul omnia videant, quæcunque vident in Verbo: Nam primò difficultas emergit ex parte ſingularium, quę ſub ſpeciebus exiſtentibus, & à beatis viſis continentur, ac ſucceſsiuè fiunt in rerum natura.

E

Secundò ex rebus, quæ diuerſæ ad varios beatorum pertinent ſtatus.

Tertiò ſpecialiter ex orationibus, quæ ad ſanctos in cęlo regnantes diriguntur, & in tempore funduntur ſucceſsiuè.

Quartò. Singulariter ex beata viſione animæ Chriſti, quæ ſecũdum communem Theologorum ſententiam in Verbo videt infinita.

Quintò ex diuerſitate dictorum S. Tho. & Caietani.

Poſtremò ex ſententiarum varietate inter doctiſ-

Digitized by Google

ctiſsimos viros,& expoſitores S.Thom.

S. Bonauētura.

S.Bonauentura in tertio ſent.diſt.14.q.3.ſentit animam Chriſti,& eadem ratione cæteros beatos habitu tantùm ea,quæ vident, ſimul videre; non autem actu. Cuius ſententiam Scotus ibidem q.2.

Scotus.

& plures alij ex ſcholaſticis ſunt ſequuti.

Ferrarien.

Ferrarienſis in tertio contra gen. cap.59. arbitratur poſſe ſuſtineri beatos videre ſingularia tantùm nobis præſentia; ex quo ſequitur ſucceſsio in viſione beata. Diſtinguit Ferrarienſis poſſe dupliciter in ea viſione ſucceſsionem intelligi. Vno modo intrinſecè; vt videlicet ſint in ea plures actus, quorum vnus alteri ſuccedat, vel vt vnus viſionis actus modo ſit intenſior, modo remiſsior. Et talē ſucceſsionē negat Ferrarienſis eſſe in viſione beata, aut ex ſingularium ſucceſsiua viſione cōſequi. Alio modo poteſt intelligi ſucceſsio in beata viſione extrinſecè, ideſt ratione termini extrinſeci, in quo eſt ſucceſsio abſque vlla viſionis mutatione: quemadmodum ſpecies, per quam Angelus intelligit hominem, repræſentat etiam ſingularia humanæ naturę, quando ſunt; atque ita Angelus eadem intellectione perſeuerante poteſt videre aliquos homines, quos prius non videbat; quia antequàm eſſent, nō erant humanæ naturę participes, quam actu producti participant: atque ideò nouā habent cum Angelicæ mentis ſpecie ſimilitudinē per ſolam ipſorum ſingularium mutationem noua productione factam. Additq; Ferrarienſis poſſe plura in cauſa minimè perfectius cognita de nouo cognoſci, quando non per ſe cognoſcuntur in cauſa, ſed quatenus actu participant rem per ſe cognitam, ſcilicet naturam ſpecificam, cuius antè participatione carebant.

Palud.
Capreol.
Molina.

Hæc fuit ſententia Paludani in quarto, quàm impugnat Capreolus in quarto ſent.diſp.5.q.vnica. Sequitur hanc ſententiam Molina diſput.6.pręcedentis articuli, in materia orationum, quas ait ſanctos ad ſe directas in Verbo ſucceſsiuè cognoſcere.

D.Thom.

Eidem ſententiæ videtur fauere D.Thom.infra q.89.artic.8. Vbi habet hæc verba. *Magis tamen videtur ſecundùm ſententiam Gregorij, quòd animæ ſanctorum Deum videntes, omnia præſentia, quæ hic aguntur, cognoſcant.* Quæ verba explicans Caietanus

Caiet.

ibidem ait. *In littera reſtringitur iſta cognitio ad præſentia ſingularia, vt non extendatur ad futura; quia præſentia participant ſpeciem actu, non futura.* Et in fine addit: *Rationabile videtur, quòd omnes poſt iudicium videbunt, quæ videt Deus ſcientia viſionis; ſed reſpectu omnium pertinentium ad naturalem ordinem vniuerſi.* Idem Caietanus ſecunda ſecundæ q.83. art.4. in reſponſione ad ſecundum diſtinguit duos modos, quibus ſancti vident ſingularia in Verbo. Vnus eſt, quo ipſa viſio Verbi realiter eſt viſio ſingularium, qua nimirum vident ſingularia in Verbo formaliter; & hæc (inquit) eſt coæua ſanctis à principio beatitudinis. Alius eſt, quo ipſa viſio Verbi eſt cauſaliter tātùm viſio ſingularium; quę ſcilicet non eſt viſio beata, ſed ex ea deriuata; qm ex hoc ipſo, quòd aliquis videt Verbum, debetur ei, vt ſuo tempore eidem innoteſcant ad eum ſpe-

A ctantia; cum ſtatus ille ſit omnium bonorum aggregatione perfectus.

Probat vtrunque modum. Et primum quidem ex eo, quòd cognoſcere quædā ſingularia ad beatitudinem ſanctorum ſpectat. Secundum autem, quoniam de nouo fiunt ſanctis reuelationes. Et quia ibidem ſermo eſt de orationibus ad ſanctos directis, de illis ait ſecundùm mentem S.Tho. eas in Verbo videri formaliter.

Primò; quia ad ſanctorum excellentiā ſpectat, vt cognoſcant orationes ad ſe directas; beatitudo verò ſumma excellentia eſt; igitur pertinet hęc cognitio ad beatificam ſanctorum viſionem.

B Secūdò: Quoniam eccleſia ſanctos interpellat; ergo dicens; ſancte Petre ora pro nobis, &c. ſupponit eos emiſſas ad eos orationes cognoſcere; alioquin prius orādus eſſet Deus, vt eis reuelaret orationes noſtras, vt poſſent pro nobis orare.

Addit Caietanus, ſanctos nihilominus per nouas illuminationes cognoſcere, quid circa ſuos clientulos ſit agendum, aut quid pro eis ſimpliciter ſit orandum.

Caietanus.

Eandem ſententiam exprimit Caietanus 2.2. quæſt.52. art.3.

At verò in 3.par.q.10.art.2. longè aliter ſentit: Nam præmiſſa ibidem dicta diſtinctione de vi-

C dere in Verbo formaliter, & cauſaliter adhibet aliam, videlicet. Spectantia ad beatitudinem alicuius beati ſunt in duplici differentia: Nam quædā ſpectant ad eius beatitudinem, cum primò ſit beatus. Quædam verò non tunc, ſed ſucceſſu temporis. Priora cognoſcit beatus in Verbo formaliter, poſteriora verò tantùm cauſaliter. Ex quo ſequitur ſanctos directas ad ſe orationes nō cognoſcere in Verbo formaliter, ſed cauſaliter tantùm; vt ibidem ſignificat Caiet.

Bannes.
Zumell.
Sotus.

Eandem ſententiam, quo ad orationes à beatis cognitas ſequūtur Bannes, & Zumellus ſuper hoc articulo, & Dominicus Soto in 4.ſentent. diſt.49.

D quæſt.3. art.3.

Quo ad reliqua verò pertinentia ad ſtatum cuiuslibet beati, ſentiunt ea à beatis in Verbo videri à principio ſuæ beatitudinis.

Poſtrema ſententia eſt eorum, qui docent beatos à primo inſtāti ſuæ beatitudinis videre in Verbo formaliter vniuerſa ſpectantia ad ſtatum ſuū in toto temporis decurſu, & orationes omnes ad eos fuſas, & in poſterum fundendas. Hæc eſt ex-

S. Thom.

preſſa ſententia Sanct.Thom.in 4.ſentent.diſt.45. quæſt.3.art.1.& ſecunda 2.& 3.par.locis ſuperius allegatis. Et Capreoli eadem d.quæſt.vnica, Valē-

Capreol.
Valent.
Suarez.

tiæ ſuper hoc articulo, & Suarez in ſuo ſecundo

E libro de attributis Dei negatiuis, capit.vigeſimooctauo, numero decimooctauo, & Nauarreti contrrouer.46.

Nauarretus.

Reſolutio.

Viſionem plurium non neceſſariò eſſe perfectiorem.

PRo reſolutione notandum eſt primò. Differentiam eſſe in ordine ad viſionem inter ea, quæ naturaliter repræſentantur in diuina eſſentia, ut

rerum

rerum quidditates,& ea, quæ in eadem eſſentia ſimpliciter liberè repræſentantur,ſecundùm quid verò naturaliter,ſuppoſita ſcilicet determinatione diuinæ voluntatis, quòd viſio plurium ex his, quæ naturaliter repræſentantur, pendet ex perfectiori viſione diuinæ eſſentiæ: Viſio autem pluriũ liberè repræſentatorum non neceſſariò pendet ex perfectiori eiuſdem eſſentiæ viſione; ſed quandoque naſcitur ex proprio ſtatu talis beati, ad quem plura pertinent,& ex communi ratione ſtatus beatifici, in quo bonorum omnium eſt aggregatio; quorum bonorum vnum eſt viſio eorum,quæ pertinent ad ſtatum ſuum.

S. Thom. Vnde etiam S.Tho.2.2.quæſt.83.artic.2.probat Sanctos orationes ad ſe directas cognoſcere; quia hoc maximè eorum decet excellentiam. Itaque,ſi quis minus beatus plura habeat ad ſtatum ſuum ſpectantia,quàm beatior,cum minore lumine gloriæ videndo minus clarè diuinam eſſentiam videbit etiam vniuerſa ad proprium ſtatum pertinentia; qui verò beatior eſt, clarius videbit diuinam eſſentiam, & quæ in ea fuerint eidem repræſentata:Nã,quæ ad ſtatum beati pertinent,in vno quodam repręſentantur per diuinam eſſentiam, nimirum in ipſa ratione talis ſtatus, quam perfectè nõ videret beatus,niſi viſis omnibus ad eius quodãmodo integritatem, & perfectionem pertinentibus,vt colligitur ex D.Thom.in 4.ſentent.diſtinc. 45.quæſt.3.art.1.

Sed quia S.D.ſupra art.8. dicit, quantò aliqua cauſa perfectius videtur, tantò plures effectus in ea videri, & ideò tantò aliquem intellectum Deũ videntem plura in eo vt in cauſa videre ex ijs,quę Deus facit, vel facere poteſt, quantò perfectius Deum videt(quod clarius explicat in opuſculo 2. cap.116.vbi loquitur de ijs,quæ liberè repræſentantur in Deo) ſciendum eſt ex perfectiori viſione cauſæ abſolutè loquendo neceſſariò ſequi viſionẽ plurium effectuum naturaliter in eo repræſentatorum; vt patet in cognitione cauſæ naturaliter agentis; At ſi de cauſa loquamur liberè agente, & liberè etiam repræſentante; qualis eſt eſſentia diuina clarè viſa,diſtinctione vtẽdum eſt: Nam vel de effectibus ſermo eſt ad ſtatum videntis pertinẽtibus,vel de effectibus abſolutè, ſiuè pertineãt, ſiuè non pertineant ad ſtatum videntis; ſi de primis tantùm effectibus ſermo ſit, iam ſupra diximus in art.8. contr.4. fieri poſſe,vt aliquis beatus cum minori lumine plura videat ſingularia ad ſtatum ſuum ſpectãtia,quàm ſint ea, quæ videt alius eo beatior ad ſuum proprium ſtatum pertinentia. Si verò de effectibus in Deo liberè repręſentatis abſolutè loquamur, veriſsima eſt illa doctrina S. Thom.locis allegatis. Ratio differentiæ eſt; quia videre plura ad ſtatum ipſius videntis pertinentia prouenit non ex clariori, ſeu perfectiori viſione diuinę eſſentię tanquam cauſæ,ſed ex eminenti luminis gloriæ proprietate,quæ modo, & ſtatui videntis accommodatur, vt ſupra diximus loco notato: Videre autem in Deo plures effectus abſolutè ex perfectiori viſione prouenit ipſius Dei, quatenus cauſa eſt; vt probat optimè S.D. in allegato opuſc.2.

A Et ex his diluuntur obiecta... ris viri doctiſsimi; qui non videtur ſeruatam receptio... loqui ad ea,quæ dixerat in eadem conſequenter ſeu dubitatione. ... atione ...

Sed obſeruandum eſt reſpectu viſionis ... Chriſti duplicem illam rationem effectus ma... rialiter vnam eſſe,eo quod ad Chriſti Domini ſtatum vniuerſa pertineant;& ideò S.D.in opuſc.prędicto,& alibi probat animam Chriſti ex ſumma viſionis ſuæ perfectione omnia in quacumque tẽporis differentia facta,& fienda videre in eſſentia Dei; quę etiam omnia ad eum attinent,vt principem,& caput totius vniuerſi.

B

Quando,& quæ temporalia ſpectent ad ſtatum beati.

SEcundò ſciendum eſt, quòd omnia, quæ ſpectant ad ſtatum cuiuſuis beati in tota noſtri temporis latitudine,ad ipſum attinent pro primò inſtanti beatitudinis formaliter,& non tãtùm radicaliter,vt ait Bannes, Exempli gratia, ad ſtatũ D.Dominici pertinent à primo inſtanti ſuæ beatitudinis,quæ grauiora ſunt in ordine prædicatorum; quoniam tota religio ſecundùm totam ſui progreſſus latitudinem iam tunc ad ipſum pertinebat; ſiquidem diuina illa viſio æternitate menC ſuratur,cui vniuerſa ſunt præſentia, quæ in toto noſtri temporis decurſu fiunt ſucceſsiuè.

Cum igitur viſio illa ex ſumma ſui perfectione ſibi vendicet, vt vniuerſa ſingularia ad alicuius beati ſtatum pertinentia ſint illi præſentia,& ipſa viſio menſuretur æternitate,cõſequens eſt,vt quilibet beatus à primo ſuæ beatitudinis initio vniuerſa videat ad ſuæ propriæ gloriæ ſtatum pertinentia: æquè enim ad ſtatum beati futura pertinent, ſicut præſentia;quia ſtatus beati,& eius mẽſura, ſcilicet æternitas nullam admittunt ſucceſſionem.

Tertiò conſiderandum ad cuiuslibet beati ſtatum pertinere ea omnia, quæ neceſſaria ſunt ad
D proprias ſecundùm perfectæ virtutis regulam exercendas operationes. Vndè ad ſtatum Angeli ad cuſtodiam hominis, ſiuè prouinciæ deputati pertinet ea omnia noſſe, quæ regulariter ad eius requiruntur miniſterium; & ad ſtatum inſtitutoris religionis,quæ grauiora in ea contigerint,quæ videre debet,vt ſibi creditę,prout arbitramur,religionis curam,& patrocinium perfectæ operibus prouidentiæ valeat exercere. Qua etiam ratione cenſendum eſt orationes ad quemlibet Sãctorum fuſas ad illius ſtatum pertinere: Nam,vt inquit S, Thom.in 4.ſenten.loco allegato, ad ſanctorũ glo- D.Tho.
E riam pertinet indigentibus auxilium præbere ad ſalutem:ſic enim cooperatores Dei fiunt, quo nihil eſt diuinius,vt Dionyſius dicit tertio capit.de Dionyſ. diuinis nominibus.Et in ſecunda ſecundæ,vbi ſupra ait ad excellentiam omnium beatorum pertinere,vt fuſas ad eos orationes cognoſcant; cõſtat autem excellentiam beatorum intrinſecã eſſe ſtatui beatifico; qui ſine excellentia, & perfectione conſiſtere non poteſt;alioquin non eſſet ſtatus beatificus.

Præ-

Præterea, omnes beati erunt amici Dei, familiares, & commenſales; ergo ex ſuo ſtatu facultatem habent liberè præſentandi Deo orationes noſtras; igitur oportet, vt eas in Verbo cognoſcant. Probatur hæc conſequentia: nam alioquin ſtatus ille non eſſet per ſe ſufficiẽs; ſed indigeret inferioris ordinis notitia ad ſupplendum ſuæ cognitionis defectum.

Explicantur tres perfectiones viſionis beatificæ.

POſtremò obſeruandũ eſt viſioni beatificę tres congruere perfectiones.

1. pfectio. Prima eſt inuariabilitas ſecundùm omnia eius principia. Hæc autem ſunt diuina eſſentia intellectui vnita, lumen gloriæ, & intellectus videntis; at verò hæc omnia inuariabilia ſunt, videlicet diuina eſſentia ſecundùm ſe, & quatenus eſt forma intellectus ſeipſam, & alia plura ſemper actu repræſentans, lumen gloriæ, quod ſemper eſt in actu, nec vnquàm creſcit, aut minuitur, & tandem intellectus, qui ſuaptè natura eſt incorruptibilis.

2. pfectio. Secunda perfectio, quæ ſequitur ex prima, eſt participatæ æternitatis menſura; ſequitur enim æternitas perfectam immutabilitatem.

3. pfectio. Tertia perfectio eſt repræſentatio durationis in diuina eſſentia, non in ratione ſolùm conditionis; ſed etiam in ratione rei repræſentatæ.

Exemplo res manifeſtatur: Oculus meus cognoſcit colorem actu præſentem per ſimilitudinẽ in ipſo oculo exiſtentem, quæ ſimilitudo non repræſentat tempus pręſens, in quo color exiſtit; ſed tamen, ſi nõ exiſteret color in tempore præſenti, non poſſet repræſentari; itaque tempus præſens concurrit tantùm, vt conditio, & non vt res repræſentata; at ſpecies, quæ eſt in intellectu Angeli, repræſentat non tantùm rem, vt exiſtentem; ſed ẽt ipſam temporis durationem, in qua res eſt actu exiſtens; vt ſcitè docet Ferrarienſis ſecundo cont. gen. cap. 100. & Bannes infra quæſt. 87. art. 2. & alij; licet Caietanus oppoſitum doceat; igitur multò magis diuina eſſentia, quę eſt idæa creaturarũ, propriam rei durationem repræſentabit.

Bannes. Ferrarien. caietanus.

Præterea quilibet beatus videt vniuerſa ſingularia quandoque ſub ſpeciebus exiſtentia; ergo videt omnem eorum modũ naturalem; ergo, prout hic, & nunc exiſtunt; alioquin non perfectè comprehenderet eorum ſingularitatem in actu exercito.

Denique viſio beatifica menſuratur æternitate, cui res ſecundùm omnes temporis differentias ab initio præſentes exiſtunt.

Sumendo itaque rationem beatitudinis cũ omnibus ſuis conditionibus optimum fieri poterit argumentum ad probandum beatos à principio ſuę beatitudinis ea omnia ſimul intueri in eſſentia diuina clarè viſa, quæ ad eorum ſtatum, & beatitudinis perfectionẽ pertinent. Sic igitur arguo: Beatitudo eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus, atque adeò quietans naturale deſiderium ſciẽdi (quod præcipuè eſt de rebus, aut actibus ad ſtatum beati in quacumq; temporis diffe-

A rentia pertinentibus) perfectam habens incorruptibilitatem, & inuariabilitatem ſub æternitatis menſura, & actus ille viſionis beatificus, quo creaturæ videntur in Verbo, vnus tantùm eſt, & fit per vnam, & eãdem ſpeciem, quę eſt eſſentia diuina, & per idem lumen gloriæ; ergo beatus non ſolùm videre poteſt ab initio ſuæ beatitudinis omnia ſimul ad eius beatitudinem, & ſtatum pertinentia, ſed etiam ea actu videt; Antecedens quo ad ſingulas partes patet ex ſupradictis in hoc, & alijs pręcedentibus articulis; ex quibus etiam manifeſta eſt conſequentia quo ad vtranque partem: Nam, vt ſuprà notauimus ex Caietano, in illa beatifica

B viſione omne bonum poſsibile poni de facto debet; alioquin non eſſet ille ſtatus bonorum omniũ aggregatione perfectus; melior eſt autem actus potentia, ac proindè melius eſt omnia ſimul videre, quàm ſucceſsiuè; Deinde, ſi non omnia ſimul ab initio videntur à beato, igitur manet in eo deſiderium ſciendi, quę futura ſunt in tempore ad ipſum pertinentia: Rurſus, ſi viſio ſuccedit viſioni, nõ eſt vnus actus, nec habet ſtatus ille perfectam incorruptibilitatem, & inuariabilitatem, nec mẽſuratur quo ad ſucceſsiuas illas viſiones æternitate; Denique, ſi viſio illa ſit per eandem ſpeciem, quæ eſt eſſentia diuina, & per idem lumen glorię,

C & eſt vnus actus beatificus, tota ſimul eſt omni ſucceſsione carens.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

EX dictis ſequuntur quatuor concluſiones.

Prima concluſio. Viſio beatifica nunquàm eſt in habitu, ſed ſemper in actu ſecundò reſpectu omnium, quæ videntur, hæc patet ex vltimo fundamento.

Secunda concluſio. In viſione beatifica nulla eſt ſucceſsio intrinſecè, aut extrinſecè. Hæc ſequitur ex eodem fundamento. Et probatur amplius: qm̃

D licèt ad viſionem vnius ſingularis de nouo, nõ ſit neceſſaria in viſione maior perfectio; noua tamẽ viſio eſt, aut viſionis modus ex hoc ipſo, quòd nouum habet terminum per eam de nouo cognitũ.

Cognitio namq; fit per hoc, quòd cognitũ vnitur cognoſcenti perfectè, ideſt in actu ſecundo. Igitur omnis ſucceſsio, qua de non actu cognoſcẽte fit intellectus actu cognoſcens, mutatio quędam intrinſeca eſt intellectus ſecundùm illum actum, quo de nouo attingit extrinſecum obiectum, ſiue terminum; quia ſecundùm illum fit de nouo tale cognoſcibile in actu perfecto; fit enim cognitio, ſecundùm quod cognitum eſt in cognoſcente, qua

E quidem cognitione res cognita ad intellectũ trahitur, & illi perfectè copulatur. Et quamuis eſſentia diuina ſecundùm ſe nullam in tali ſucceſsione recipiat mutationẽ, ſed eodem modo ſe habeat; in ordine tamen ad intellectum diuerſo modo ſe habet; quia data ſucceſsione illa nouo modo vniretur eſſentia diuina intellectui Deum videnti; quia plura repræſentaret illi ſingularia, & ita viſio nouiter ad ea terminata mutaretur; ſicut ob eandem cauſam mutatur non ſolùm Angeli cogni

tio,

Digitized by Google

tio, ſed etiam ſpecies ipſa, quæ de nouo repræſentat aliquod ſingulare.

S.Thom. Præterea probatur ratione D.Thom. tertio contra gent.cap.60. Summa, & perfecta felicitas conuenit beatis Deum videntibus, at felicitas non eſt ſecundùm habitum, ſed ſecundùm actum; igitur ea, quæ videatur per viſionem diuinæ eſſentię, omnia ſecundùm actum videntur; nō ergo vnū prius, & aliud poſterius; igitur in viſione beata nulla eſt ſucceſsio intrinſeca, aut extrinſeca. Patet hæc cōſequentia; quia vbi eſt ſucceſsio extrinſeca, ibi vnum prius videtur, & aliud poſterius.

Tertia concluſio. Quilibet beatus videt in Verbo formaliter vniuerſa ſpectantia ad ſtatum ſuū. Hæc ſequitur ex ſecundo, & tertio fundamento.

Quarta concluſio. Beati vident in Verbo formaliter orationes ad ſe directas. Probatur primò ex tertio fundamento.

Secundò probatur: quoniā beati vident in Verbo formaliter ea omnia, quæ ad eorum pertinent ſtatum; at orationes maximè pertinent ad ſtatum beatorum; vt probauimus in tertio notabili; ergo.

Argumenta, & ſolutiones.

Scotus. Contra primam concluſionem ſunt argumenta Scoti apud Capreolum, & Caietanum; ex quibus vnum tantùm proponemus, ob ſingularē, quam ſecum trahit difficultatem.

Eſt ergo argumentum Scoti. Si Anima Chriſti ſimul in Verbo intueretur vniuerſa ad illius ſtatū pertinentia, ſequitur viſionem eius beatificam eſſe infinitè perfectiorem quacunque viſione alterius beati; at conſequens eſt falſum; ergo, & antecedens. Sequela probatur; quia anima Chriſti videt infinita ſcientia viſionis; alij verò beati finita; ergo.

Caiet. Reſpondet Caietanus dupliciter. Primò negat conſequentiam; ad probationem iterum negat ſequelam; quoniā videre finita, aut infinita in Deo non ſpecificat, aut per ſe modificat, ſiuè quantificat viſionem; ſed cauſa, ob quam videntur finita, aut infinita eſt illa, quæ viſionem quantificat: hæc verò cauſa eſt viſio perfectior, aut imperfectior ipſius diuinæ eſſentię.

Caietan. Contra hanc reſponſionem obijcit Caietanus: qui videt infinita in diuina eſſentia, adeò perfectè videt, vt infinita videat; ergo videt infinitè diuinam eſſentiam.

Reſpondet nullam eſſe conſequentiam: nam viſis infinitis vnius ordinis remanent infinita alterius ordinis, & viſis illis ſuperſunt alia; nec poſſunt vnquàm vniuerſa videri.

Secundò reſpondet negando falſitatem conſequentis; quia Anima Chriſti in infinitum excedit omnes animas, & Angelos; non eo modo, quo infinitum excedit finitum, cum etiam anima Chriſti finitum habeat glorię lumen; ſed eo modo, quo res ſuperioris ordinis excedit omnia, quæ ſunt inferioris ordinis; quorum perfectio, ſi in infinitū augeatur, nunquam ad ſuperioris ordinis perfectionem pertinget; gloria autem animæ Chriſti eſt ſu-

A perioris ordinis ad gloriam animarum, & Angelorum: quoniam Chriſtus eſt caput ſuper omnem eccleſiam etiam triumphantem; & ideò gratiā habet, & gloriam capitalem.

Sed contra prædicta arguitur ex dictis in articulo octauo, vbi dixit D.Tho. eum, qui perfectius videt cauſam, plura videre in cauſa, & è conuerſo; ergo videre infinita in cauſa per ſe modificat, & quantificat viſionem, aut ſaltem à poſteriori neceſſariò infert modum, & quantitatem viſionis. Replica.

Secundò. Ad videndum numerum rerum finitū requiritur aliquod lumen gloriæ, & ad videndum numerum maiorem requiritur maius lumen; ergo

B ad videndum ſimul infinita requiritur lumen infinitum; at beati vident in Verbo infinitas ſpecies figurarum, numerorum, & proportionū, vt inquit S.Thom. tertio contra gent. cap.60. ergo neceſſarium eſt eis lumen infinitum, nec poteſt recurri ad lumē aliquod ſuperioris ordinis, ſicut dictum eſt de anima Chriſti. D.Thom.

Reſpondetur plura ſiuè finita, ſiuè infinita poſſe dupliciter in verbo videri.

Vno modo, vt penitus inter ſe diſtincta; & ſic requiritur maius lumen ad plura cognoſcenda.

Alio modo videri poſſunt, vt inter ſe connexa, & vnita in aliqua cauſa creata; & ſic non requiri-

C tur maius lumen ad plura cognoſcenda. Quia ergo anima Chriſti non videt infinita in Verbo, niſi prout connexionem habent in aliqua cauſa creata, vt ait Sanct.Thom.3.par.q.10.art.3.ad primū, & comprehenſa illa cauſa finita comprehenduntur omnia, quæ ſunt in eius potentia: idcircò illud finitum lumen, quod ſufficit ad comprehenſionē cauſæ finitæ, ſatis eſt etiam ad viſionem infinitorum in ea; quia omnia procedunt à virtute finita illius cauſæ. Et hoc modo videtur infinitę ſpecies numerorum, figurarum, & proportionum, ſcilicet in ipſa quantitate continua, ex qua radicaliter pēdent. Itaque plura videre in diuina eſſentia arguit D.Thom.

D perfectiorem viſionem, quando videntur, non vt connexa in vna cauſa creata.

Et ſi contra hęc adducatur illa maxima: ſicut ſe habet ſimpliciter ad ſimpliciter, ita magis ad magis. Replica.

Reſpondetur, quòd fallit, quando id, quod eſt ſimpliciter, & id, quod eſt magis, & id, qđ eſt maximè, pendent ex eodem principio, ſiuè cauſa omnino inuariata; ſicut in propoſito. Et licet quicumque perfectius videt cauſam, plura videat in cauſa, non tamen quicumq; plura videt in cauſa, perfectius videt cauſam: Nam, qui plura videt in aliqua cauſa proxima, vt in ea connexa, nō eſt neceſ-

E ſe, vt cauſam illam perfectius videat, neque ſuperiorem, aut primam cauſam, ſi in ea videat proximam cauſam cum ſuis effectibus. Nec S.D. in art. 8. dixit oppoſitum, ſed ibi in reſponſione ad tertiū ait, multitudinem cognitorum in Deo cōſequi modum videndi ipſum, vel magis perfectum, vel minus perfectum: vbi conſtat de multitudine cognitorum in Deo abſolutè ſermonem eſſe, non autem limitatè de ijs, quę in vna aliqua cauſa creata cōueniūt; hæc enim vt ſic non ſunt multa, ſed vnum.

Contra

Digitized by

Contra ſecũdam concluſionem argumentatur Ferrarienſis. Species Angelis inditæ repræſentant de nouo ſingularia abſque ſui mutatione; ergo, & diuina eſſentia.

Ferrarien.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens: nam, licet non ſit neceſſe augeri perfectionem, ſaltem eſſentialem ſpeciei, aut intellectionis, additur tamen ei quidam modus, & quaſi perfectio accidentalis per hoc, quod de nouo terminatur ad hoc ſingulare.

Molina. Io. Salas.

Contra eandem argumentatur Molina, & cum eo Io. Salas. Si beati in Verbo à principio ſuæ beatitudinis ſimul cognoſcunt orationes ad ſe directas cum omnibus pertinentibus ad ſtatum ſuum, ſequitur D. Petrum, & alios Summos Pontifices iã nunc conſpicere totum decurſum Eccleſiæ militãtis, & videre diem iudicij contra illud Marci 13: *De die autem illa nemo ſcit, &c.* Conſequentia probatur; nam, ſi vera eſt hæc ſecunda concluſio, Petrus, & alij Sancti cognoſcunt preces, quas ad ipſos fundent iuſti in igne extremæ conflagrationis poſiti.

Reſpondetur primò ad hoc argumentum negãdo conſequentiam: nam, licet Sancti videãt dictas orationes, non vident tamen circunſtantiam temporis; quia Deus noluit eis illam oſtendere.

Secundò negatur falſitas conſequentis; ad probationem dicitur, quòd locus ille multas habet expoſitiones valdè probabiles apud Sanctos patres; quas lege apud Suarez, tertia par. quæſt. 10. art. 2. inter quas planior videtur eſſe Chriſtum loqui de ſcientia Angelorum naturali, aut de cognitione ad reuelandum alijs; Nam etiam nomen Angeli nuntium ſignificat. Dicuntur ergo neſcire; quia vt nuntij neſciunt, ideſt ad nuntiandum.

Suarez.

Secundò. Durum eſt admittere beatos præſcire, qui viatorum ſunt prædeſtinati, & quibus auxilijs perducendi ſint in vitam æternam; atque alia ſimilia præuidere, quæ ad decurſum Eccleſiæ pertinent, & circa quæ ſucceſſu temporis Angeli inferiores illuminari ſolent à ſuperioribus; qui tunc à Deo immediatè notitiam illorum accipiunt.

Reſpondetur: Ex nulla noſtræ ſententiæ concluſione ſequi beatos ſcire numerum prædeſtinatorum, aut etiam auxilia, quibus ſunt ſaluandi: nam actiones ſingulorum prædeſtinatorum, & eorum auxilia ad nullius beati ſtatum ſimpliciter pertinent, niſi Chriſti. Ad dictum autem D. Thom. in principio allegatum ex qu. 89. art. 8. Reſpondetur D. Thom. eo in loco tractare tantùm de ſingularibus præſentibus; quia de illis ſpecialis erat quæſtio; nec ibi futura negat à beatis videri.

D. Tho.

Eſt aliud argumentum ex verbis D. Thom. tertio cont. gent. cap. 59. vbi ait animas Deum videntes cognoſcere ſingularia ſub ſpeciebus exiſtentia; at futura ſub ſpeciebus non exiſtunt; ergo.

Ad hoc dicitur S. Thom. ibi loqui de ſingularibus exiſtentibus ſub ſpeciebus pro qualibet temporis differentia.

Caietanus

Contra tertiam concluſionem argumentatur Caietanus 3. par. quæſt. 10. Si quilibet beatus videt in Verbo formaliter omnia ſpectantia ad ſta- A tum ſuum, ſequeretur, quòd aliquis minus beatus, puta S. Antonius eſſet magis beatus altero beatiore ſe, puta S. Petro, quod implicat contradictionẽ. Sequela probatur ex duobus ſuppoſitis: Primum eſt, quòd quilibet beatus tantò plura in Verbo cognoſcit, quantò perfectius cognoſcit Verbum. Secundum eſt, quòd plura ſingularia ſpectent ad S. Antonium, quàm ad S. Petrum, quem nemo interpellat.

Reſpondetur primò negando ſequelam: Ad probationem dicitur primam ſuppoſitionem veram eſſe de his tantum, quæ nõ videntur in vna aliqua cauſa creata; ſicut plura ſunt ex ijs, quæ pertinent B ad ſtatum huius beati.

Secundò reſpondetur veram eſſe dictam ſuppoſitionem de ijs, quæ naturaliter repræſentantur, dummodo nõ videantur in vna aliqua cauſa creata. Non autem eſt uera de ijs, quæ repræſentantur liberè, qualia ſunt ea, quæ ad diuerſos ſtatus pertinent beatorum. Hæc enim non exigunt neceſſariò intenſiorem viſionem diuinæ eſſentiæ.

Tertiò dicitur beatioris uiſionem ad multò plura, & nobiliſsima alterius ordinis extendi.

Et ex his etiam ſoluitur illud argumentum, uidelicet: Contingere poteſt, ut alicuius beati adeò ſint exigua merita, ut minimè ſufficiant ad ea om C nia uidenda, quæ ad eius ſtatum pertinent.

Reſpondetur enim id eſſe non poſſe; quoniam minima uiſio ſufficit ad prædicta omnia cognoſcenda; cum uoluntariè repræſententur.

Secundò. Ad ſtatum Angelorum pertinent ea omnia, quæ ſunt commiſſa eorum curæ, & gubernationi; ſed Angeli hec non cognoſcunt formaliter in Verbo; ergo. Probatur minor; quia Angeli, quibus eſt commiſſa cura regni Iſraelitici, & regni Perſarum ignorabant, quid eſſet agendum circa exitum populi Iſraelis, è regno Perſarum, ut patet Danielis 10. ubi dicitur ex perſona Gabrielis. *Princeps regni Perſarum reſtitit mihi viginti, & vno* D *diebus.*

Quæ uerba S. Thom. infra quæſt. 113. art. ultimo interpretatur cum D. Gregorio; ut Angeli boni reſiſtere ſibi inuicem dicantur, quatenus diuinam conſulunt uoluntatem de contrarijs meritis diuerſorum populorũ, uel perſonarum; quod nequaquam fieret, ſi ea in Verbo uiderent.

D. Tho.

Reſpondetur primò falſam eſſe maiorem: nam gubernationes, & miſsiones conueniunt Angelis, prout ſunt Dei miniſtri in miniſterium miſsi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis.

Sed hec reſponſio non conſonat ijs, quæ hucuſque diximus: nam eadem ratione neque ad ſtatũ beati Dominici pertineret cura religionis, neque E ad ſtatum S. Petri cura Eccleſiæ.

Igitur dicendum eſt in regni gubernatione Angelo credita duo actionum, uel effectuum genera conſiderari; unum eſt eorum effectuum, qui circa Regnum agendi ſunt ex Angelica prouidentia ſecundùm proprias illius regulas; aliud eſt eorum effectuum, qui circa idem regnum agendi ſunt ex ſpeciali Dei prouidentia. Prioris generis agendos effectus uidet Angelus in Verbo formaliter; poſteriores

Melior reſponſio.

ſteriores autem non videt in Verbo formaliter, ſed tantùm cauſaliter; vt etiam ſupra notauimus de mente Sancti Thomæ.

ARTICVLVS XI.

Vtrum aliquis in hac vita poſsit videre Deum per eſſentiam.

65 q.d.49.q.2 a.7.& ver q.10.ar.11. & quol. 1. q.1.ar.1. & 3 c.ca.45.

AD vndecimum ſic proceditur. Videtur, quòd aliquis in hac vita poſsit Deũ per eſſentiam videre. Dicit enim Iacob Geneſ. 32. Vidi Deum facie ad faciem; Sed videre facie ad faciem, eſt videre per eſſentiam, vt patet per illud, quod dicitur 1. Corinth. 13. Videmus nunc per ſpeculum, & in ænigmate: tunc autẽ facie ad faciem; Ergo Deus in hac vita per eſſentiam videri poteſt.

2 Præterea: Numeri duodecimo dicit dominus de Moyſe, Ore ad os loquor ei; Sed qui ore ad os loquitur Deo, palàm, & non per ænigmata, & figuras, videt Deum; Sed hoc modo videre, eſt Deum per eſſentiam videre; Ergo aliquis in ſtatu huius vitæ poteſt Deum per eſſentiam videre.

3 Preterea: Illud, in quo alia omnia cognoſcimus, & per quod de alijs iudicamus, eſt nobis ſecundùm ſe notum; Sed omnia etiã nunc in Deo cognoſcimus: Dicit enim Aug. * 12. confeſſ. Si ambo videmus verum eſſe, quod dicis; & ambo videmus verum eſſe, quod dico; vbi quæſo illud videmus? Nec ego in te, nec tu in me, ſed ambo in ipſa, quæ ſupra mẽtes noſtras eſt, incommutabili veritate. Idem etiam in libro de vera religione * dicit, quòd ſecundùm veritatem diuinam de omnibus iudicamus. Et duodecimo de Trin.* dicit, quòd rationis eſt iudicare de iſtis corporalibus ſecundùm rationes incorporales, & ſempiternas.* Quæ niſi ſupra mentem eſſent, incommutabiles profectò non eſſent; Ergo & in hac vita ipſum Deum videmus.

Cap. 25.

cap.31.p totũ habe tur to. 1.

12. de Tri nit.c.2. cir ca fi.to.3. 397

4 Præterea: Secundùm Auguſt. 12. ſuper Geneſ. * ad literam. Viſione intellectuali videntur ea, quæ ſunt in anima per ſuam eſſentiam. Sed viſio intellectualis eſt de rebus intelligibilibus, non per aliquas ſimilitudines, ſed per ſuas eſſentias, vt ipſe ibidem dicit; Ergo, cùm Deus ſit per eſſentiam ſuam in anima noſtra, per eſſentiam ſuam videtur à nobis.

12. ſuper Gen c.25. & præced. tomo 3.

Sed contra eſt, quod dicitur Exod. 33. Non videbit me homo, & viuet. Glo. Quamdiù hic mortaliter viuitur, videri per quaſdam imagines Deus poteſt; ſed per ipsã naturæ ſuæ ſpeciem, non poteſt.

A Reſpondeo. Dicendum, quòd ab homine puro Deus videri per eſſentiam non poteſt, D. 667.
niſi ab hac vita mortali ſeparetur. Cuius ratio eſt; quia, ſicut ſupra* dictum eſt, modus cognitionis ſequitur modum naturæ rei cognoſcentis. Anima autem noſtra, quamdiù in hac vita viuimus, habet eſſe in materia corporali; vnde naturaliter non cognoſcit aliqua, niſi, quæ habent formam * in materia; * vel quę p huiuſmodi cognoſci poſſunt. Manifeſtum eſt autem, quòd per naturas rerum materialium diuina eſſentia cognoſci nõ poteſt. Oſtenſum eſt enim ſupra, * quòd cognitio Dei per quãcumque ſimilitudinem creatam, non eſt viſio eſſentiæ ipſius. Vnde * impoſsibile eſt animæ hominis ſecundùm hanc vitam viuentis eſſentiam Dei videre. Et huius ſignum eſt, quòd anima noſtra, quantò magis à corporalibus abſtrahitur, tantò intelligibilium abſtractorum fit capacior. * Vnde in ſomnijs, & alienationibus à ſenſibus corporis magis diuinæ reuelationes percipiuntur, & præuiſiones futurorũ. Quòd ergo anima eleuetur vſque ad ſupremũ intelligibilium, quod eſt eſſentia diuina, eſſe non poteſt, quamdiù hac mortali vita vtitur.

ar.4 huius quæſt.

D.354. D. 751. 42

B

art.2. & 9. huius q.

D. 482.

b 435

C

Ad primum ergo dicendum, quòd ſecundùm Dionyſ. 4. cap. cœleſt. Hierarc. ſic in ſcripturis dicitur aliquis Deum vidiſſe, inquantũ formatæ ſunt aliquæ figuræ, vel ſenſibiles, vel imaginariæ, ſecundùm aliquam ſimilitudinem aliquod diuinum repræſentantes. Quod ergo dicit Iacob, Vidi Deum facie ad faciem; referendum eſt, non ad ipſam diuinam * eſſentiã; ſed ad figuram, in qua repręſentabatur Deus. Et hoc ipſum ad quandam prophetiæ eminentiam pertinet, vt videatur perſona Dei loquẽtis, vel loquens Deus, licet imaginaria viſione, vt infra patebit, * cum de gradibus prophetiæ loquemur. Vel hoc dicit Iacob, ad deſignandam quandam eminentiam intelligibilem contemplationis ſupra communem ſtatum.

D. 712.

D

2.2.q.174.

Ad ſecundum dicendum; quòd ſicut Deus miraculosè aliquid ſupernaturaliter in rebus corporeis operatur, ita etiam, & ſupernaturaliter, & præter communem ordinem mentes aliquorum in hac carne viuentium, ſed non * ſenſibus carnis vtentium, vſque ad viſionem ſuæ eſſentiæ eleuauit, vt dicit Auguſtin. * duodecimo ſuper Geneſim ad litteram. & in libro de videndo Deum, de Moyſe, qui fuit magiſter Iudæorum, & Paulo, qui fuit magiſter gentium. Et de hoc plenius tractabitur, cum de raptu eius agemus. *

E

D. 10. 12. ſup Geneſ. ca.26. 27. & 28. to.3. Et epiſ.12.to.2 D. 482. D. 448.

Ad tertium dicendum, quòd omnia dicimur

175 2.2. q.175. ar.3. præcipue.

mur in Deo videre,& ſecundùm ipſum de omnibus iudicare,inquantùm per participationē ſui luminis omnia cognoſcimus,& diiudicamus: Nam & ipſum lumen naturale rationis participatio quædam eſt diuini luminis; ſicut etiam omnia ſenſibilia dicimur videre,& iudicare in Sole, ideſt,per lumen Solis.

1.lib.Soliloq c.8.in princ. to.1 Vnde dicit Auguſtin. * primo Solliloqui. Diſciplinarum ſpectamina videri nō poſſunt; niſi aliquo, velut ſuo Sole illuſtrentur,videlicet Deo. Sicut ergo ad videndum aliquid ſenſibiliter non eſt neceſſariū, ꝙ videatur ſubſtātia Solis,ita ad videndum aliquid intelligibiliter,non eſt neceſſarium, quòd videatur eſſentia Dei. Γ 191.192 193

Ad quartum dicendum,quòd viſio intellectualis eſt eorum;quæ ſunt in anima per ſuam eſſentiam,ſicut intelligibilia in intellectu. Sic autem Deus eſt in anima beatorum, non autē in anima noſtra,ſed per præſentiam,eſſentiā,
19 & potentiam.*

Ratio ordinis,& ſenſus quæſiti.

HActenus egit S.Doct.de viſione diuinæ eſſentiæ reſpectu intellectus creati abſolutè ſumpti non deſcendendo ad hunc, vel illum ſtatum. Nunc his tribus poſtremis articulis,de viſione,& cognitione eiuſdem diuinæ eſſentiæ diſſerit,vt congruit ſtatui viatoris. In quæſito obſerua verbum *poſsit*; quod hic non ſignificat potentiam logicam, qua aliquid dicitur eſſe poſsibile, quia non implicat contradictionem,vt expoſuerūt Sylueſter,& Ferrarienſis in tertio contra gent. capit. 57.ſed denotat potentiam Dei ordinariam, qua aliquid Deus operatur in rebus,ſiuè ſecundū naturam,ſiuè ſupra naturam abſque ſpeciali miraculo,vt notat hic Caietanus, quem ſequitur Iauellus,& alij omnes expoſitores Sanct. Doct. ſed de hoc latius agemus in prima Controuerſia præſenti articuli.

Sylueſter. Ferrarien. Caietanus. Iauellus.

Forma Textus.

COncluſio eſt. *Deus per eſſentiam non poteſt videri ab homine puro,niſi ab hac mortali vita ſeparetur.Probatur dupliciter. Primò,anima noſtra, quādiu in hac vita viuimus, naturaliter non cognoſcit aliqua,niſi vel quæ habent formam in materia, vel quæ per huiuſmodi cognoſci poſſunt; ergo Deus non poteſt videri per eſſentiam ab homine puro, niſi ab hac mortali vita ſeparetur. Probatur antecedens: Modus cognitionis ſequitur modum naturæ cognoſcentis; at anima noſtra,quamdiu in hac vita viuimus,habet eſſe in materia corporali;ergo anima noſtra,quamdiu in hac vita viuimus,non cognoſcit aliqua,niſi vel quæ habent formam in materia, vel quæ per huiuſmodi cognoſci poſſunt. Maior huius argumenti probata eſt latè ſupra articulo quarto: Conſequentia vero probatur:quia per naturas rerum materialium diuina eſſentia cognoſci non poteſt. Probatur hoc aſſumptum: quia cognitio Dei per quamcunque ſimilitudinem creatam non eſt viſio diuinæ eſſentiæ; vt ſupra oſtenſum eſt articulo ſecūdo;ergo.*

A

Secundò ſic probatur concluſio à ſigno: Quanto magis anima noſtra à corporalibus abſtrahitur, tantò intelligibilium abſtractorum fit capacior;ergo anima noſtra nō poteſt eleuari ad ſupremum intelligibilium videndum,quod eſt diuina eſſentia,niſi ab hac mortali vita ſeparetur. Antecedens probatur; quia in ſomnijs,& alienationibus à ſenſibus corporibus magis diuinæ reuelationes percipiuntur,& præuiſiones futurorum.

B

Prima Controuerſia.

De ſenſu concluſionis.

Status Controuerſię, & ſententiæ expoſitorum.

COnſurgit hæc Controuerſia ex varia terminorum concluſionis interpretatione,& pręſertim illius verbi *poteſt*, quod potentiam quandā ſignificat; quæ duplex eſt in homine mortali, de quo loquimur: Dicitur enim poſſe aliquid per potentiam in ſe exiſtentem, ſcilicet per potentiam C naturalem,& aliquid per potentiam in alio, videlicet per potentiam Dei: quæ duplex eſt,ſcilicet ordinaria,& abſoluta. Potentia ordinaria eſt,qua Deus poteſt aliquid facere ſecundùm leges,& ordinem ab eo inſtitutum; ſecūdùm quem ordinem dicimus quemlibet viatorem poſſe ſaluari. Abſoluta verò potentia eſt, qua poteſt omne id, quod non implicat contradictionem. Itaq; triplex erit actiua potentia, qua in homine, ſicut & in qualibet re creata poteſt aliquid fieri. Prima eſt naturalis potentia,quæ illi cōuenit per intrinſeca principia per ſe primò ad operandum inſtituta; ſicut intellectus ad intelligendum, voluntas ad volen-D dum,oculus ad videndum.

Secunda eſt potentia Dei ordinaria; per quam poteſt homo ad Deum conuerti, vitam æternam promereri, & illam conſequi,& alia ſimilia.

Tertia eſt potentia Dei abſoluta; per quam poteſt homo ſemper viuere, & qui damnatus eſt in cęlum transferri,& alia in eo fieri, quæcunque ſcilicet non implicant contradictionem; Igitur controuerſia eſt inter expoſitores de qua potentia intelligenda ſit concluſio.

Sylueſter contendit intelligendam eſſe de poſsibili logico: quam ſententiam videtur ſequi Ferrarienſis in tertio cont. gent. capit. 47. quam etiam E reputant probabilem Banes,& Zumellus. Caietanus interpretatur concluſionem D.Tho. de potentia ordinaria: cujus ſententiam ſequuntur omnes alij expoſitores; At verò,ſi attendamus vim primæ rationis D.Thom. videtur concluſio intelligenda de naturali potentia ipſius hominis: nam aſſumit modum naturalem cognoſcendi, & eius probatio loquitur de modo eſſendi naturali ipſius hominis.

Sylueſter. Ferrarien. Banes. Zumellus Caiet.

Reſo-

Digitized by Google

Reſolutio.

Et terminorum explicatione ſoluitur difficultas.

AD euidentiam huius difficultatis conſiderãdum eſt primò, quid intelligat S.Tho. nomine vitæ mortalis: Nã Caietanus intelligit eſſe ſubſtantiale viuentis; quod conſiſtit in vnione animæ ad corpus; quæ vnio fouetur, & conſeruatur per naturales diſpoſitiones, & præſertim per opera vegetatiuæ. (Caietanus.)

In quo ſenſu ait de potentia Dei ordinaria nullum in hac vita mortali, ideſt in hoc eſſendi modo ſubſtantiali, quo anima iungitur corpori corruptibili, poſſe videre Deum per eſſentiam, etiam ſi abſtrahatur ab vſu ſenſuum, tùm exteriorum, tùm interiorum; per potentiam tamen Dei abſolutam id poſſe; vt patet de Paulo, & Moyſe.

(Ferrarien.) At Ferrarienſis vitam mortalem interpretatur eſſe ſenſuum exercitium circa ſenſibilia, non autẽ eſſe naturale hominis viuentis, dicens ſenſum cõcluſionis eſſe: homo vtens ſenſibus videre non poteſt diuinam eſſentiam: ſed neceſſe eſt, vt illam videat, illum abſtrahi ab vſu omnium ſenſuum, vel per mortem, in qua deperdit etiam eſſe hominis naturale, vel per raptum, in quo perſeuerante eſſe naturali, vi ſuperioris naturæ, ſcilicet Dei, abſtrahitur mens ab eo, quod ſibi per naturam cõueniebat, nimirum ab eo, quod eſt intelligere per phantaſmata. Docet itaque Ferrarienſis concluſionem D.Tho. intelligendam eſſe de potentia Dei abſoluta; quoniã ſic expoſita vita mortali veriſsima eſt.

(D.Tho.) Sed quamquam id abſolutè verum eſt, nõ attingit tamen mentem S.Thom. qui, vt indubitatũ ſupponit, viſionem diuinæ eſſentiæ eſſe ſupra modum cognoſcendi naturalem hominis viatoris, & quærit, an aliquo modo ſit poſsibilis in ſtatu vitæ pręſentis. Prӕterea S.Thom. in hoc articulo à generalitate concluſionis excipit Paulum, & Moyſen; qui ſecundùm ſenſum Ferrarienſis non eſſent excipiẽdi; nam, licèt adhuc viatores diuinam eſſentiam viderint; ſenſibus tamen non vtebantur durante viſionis actu.

Secundò obſeruandum eſt, dictionem illam *naturaliter* poſitam in antecedente primæ probationis poſſe dupliciter intelligi: Vno modo ſimpliciter: Alio modo ſecundùm quid.

Priori modo dicit omnem, & integrum operationis modum, ſcilicet intellectionis; qui in hoc poſitus eſt, vt ĩtellectio procedat à principijs omnibus naturalibus, & perficiatur modo proportionato illi eſſendi modo, qui naturalis eſt animę corpus corruptibile actuanti: quod tunc euenit, quando intellectio eſt per cõuerſionem ad phantaſmata, & circa quidditatem ſenſibilem, aut in quidditate ſenſibili. Hoc igitur modo intellectio eſt naturalis ſimpliciter.

Poſteriori autem modo ſumendo dictionem illã *naturaliter* videlicet ſecundùm quid, in hoc cõſiſtit ĩtelligere naturaliter, quòd modus aliquis naturalis inſit actui intelligendi: exempli gratia, cũ intelligimus myſteria fidei, & cognoſcimus per

A conuerſionem ad phantaſmata, & per ſpecies acquiſitas, conceptus formando; ita vt compleatur intellectio eo modo, quo reliquæ intellectiones circa res naturales, licèt principia omnia intellectionis non ſint naturalia, & præſertim lumen, & obiectum.

Tertiò aduertendum eſt Sanctum Thomam in concluſione appoſuiſſe illam particulam *ab homine puro*, vt cęteros homines viatores diſtingueret contra Chriſtum Deum, & hominem, viatorem ſimul, & comprehenſorem, qui à primo ſuæ conceptionis inſtanti creato ſuæ humanitatis intellectu diuinam continuò vidit eſſentiam: quæ viſio

B ſecundùm potentiam, & legem Dei ordinariam homini Chriſto congruebat, quatenus eſt caput hominum, & Angelorum; per quem omnes electi perducendi ſunt ad beatitudinem, iuxta illud Hebr.2. *Decebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, authorem ſalutis eorum per paſsionem conſumare.* Et ideo inquit S.Thom.3.pat.q.9.art.2. *oportuit, quòd cognitio beata in Dei viſione conſiſtens excellentiſsimè Chriſto homini conueniret; quia ſemper cauſam oportet eſſe priorem cauſato.* (Heb.2.) (S. Thom.)

Concluſiones deductæ, & probatæ.

C PRima propoſitio. Concluſio D.Thom. non eſt intelligenda de potentia Dei abſoluta, ſiuè de poſsibili logico. Probatur; quia non implicat contradictionem hominem purum ab hac mortali vita minimè ſeparatum videre diuinam eſſentiam: Nam Moyſes, & Paulus vitam ducentes mortalem illam viderunt; iam enim oſtenſum eſt nomine vitæ mortalis non intelligi ſenſuum exercitium, ſed eſſe ſubſtantiale viuentis.

Secunda propoſitio. Eadem concluſ. non eſt intelligenda de potentia naturali. Probatur; quoniã diuinam eſſentiam per naturalem intellectus potentiam videri non poſſe diffinitum eſt ſupra art.

D 4. Nec obſtat modus cognoſcendi, & eſſendi naturalis ad probationem aſſumptus; quoniam talis modus cognoſcendi naturalis eſt tantùm ſecundũ quid in ordine ad obiecta ſupernaturalia cognita ſecundùm legem Dei ordinariam ab homine vitã mortalem agente. Et quoniam talis modus cognoſcendi non congruit ſecundùm legem Dei ordinariam homini videnti diuinam eſſentiam, idcircò efficax eſt ad probandam concluſionem.

Tertia propoſitio. Eadem concluſio D. Thom. intelligenda eſt de potentia Dei ordinaria. Hæc patet primò à ſufficienti diuiſione. Secundò probatur; Quia in concluſione excipitur Chriſtus; qui

E de potentia ordinaria Deum videbat; ergo ſolam illam potentiam negat à cæteris. Tertiò; quia ſecundùm veritatem de communi hominum ſtatu non erat aliquod decretum, vt manente vita mortali Deum viderent, ſicut erat de Chriſto: Nam ẽt in Rep. aliæ leges pertinent ad Principes, & optimates, alię ad promiſcuam populi multitudinem. Eſt ergo ſenſus concluſionis. Deus non poteſt videri potentia ordinaria ab homine puro per excluſionem diuini ſuppoſiti, niſi ſeparetur ab hac

Nn vita

Digitized by Google

vita mortali, ſcilicet ab eſſe naturali conſequente naturalem vnionem animæ ad mortale corpus, quamuis per Dei potentiam abſolutã id fieri poſſit, vt creditur de Moyſe, & Paulo. Et ex his facilè dilui poſſunt argumenta, ſi qua fiant pro contraria ſententia.

Secunda Controuerſia.

An viſio diuinæ eſſentiæ communicata homini viatori ex natura ſua cauſet ſeparationem animæ à corpore, aut abſtractionem à ſenſibus.

Sententiæ Doctorum, & Expoſitorum.

Molina. Suarez. LVdouicus Molina ſuper hoc articulo, quẽ ſequitur Suarez libro ſecundo, de diuinis attributis negatiuis capitulo trigeſimo octauo, à num. 5. vſque ad duodecimum, eam partem tuentur, S.Tho. quæ negat. S.Thom. 2.2. quæſt. 175. art. 4. cum Diuo Auguſtino duodecimo, ſuper Geneſim ad litteram, cap. 26. partem amplectitur affirmantem.

Reſolutio.

Oſtenditur per quid impediri, aut remitti poſsit mentis operatio.

PRo reſolutione Conſiderandum eſt primò animæ noſtræ mortale corpus informanti quatuor conuenire. Primum eſt vnio ipſa ad corpus in ratione formæ. Secundum eſt operatio multiplex partis vegetatiuæ. Tertium eſt operatio ſenſitiuæ. Quartum eſt operatio virtutis intellectiuæ.

S.Tho. Primum nullo modo per ſe, aut per accidẽs natum eſt impedire operationem, aut intenſionem operationis intellectus: vt docet S.Tho. de Veritate, quæſtione vigeſimatertia, artic. quarto: Nam, vt anima corpori vniatur, nulla requiritur intentio; cum non ex voluntate animæ, ſed ex natura vnio dependeat; nec anima vnitur corpori medijs potentijs, ſed per eſſentiam ſuam; ad quam ſequitur intellectus ea ratione, qua anima eſt à corpore libera, & independens: & ideo talis vnio (inquit S.Thom.) intellectus puritatem non inquinat. Vnde per ſe loquendo ad operationem intellectus, quantumuis intenſam non requiritur abſtractio ab illa vnione, qua anima vnitur corpori, vt forma.

Secundum autem, quod eſt operatio partis vegetatiuæ, non impedit per ſe loquendo operationem, vt ibidem probat S.Doctor. quoniam ad eius actus non requiritur intentio, atque ita per illius actus non oportet intentionẽ auerti ab operatione intellectiua. Et licet tales operationes per accidens poſſint impedire intellectionem ab vſu phantaſmatum dependentem alterando diſpoſitionem organi phantaſiæ, non poſſunt tamen impedire operationem omnino independẽtem, qualis eſt viſio diuinæ eſſentiæ; & ideo per ſe loquendo ad nullã intellectus operationẽ requiritur ab-

A ſtractio ab operib. aĩæ vegetabilis: ſed nec ẽt p accidẽs reſpectu viſionis diuinę eſsẽtiæ rõne dicta.

Tertium verò eſt operatio ſenſitiuæ potentiæ; q̃ impedit virtutis intellectiuæ operationẽ, & impeditur ab ea: vt docet S.Doct. de Verit. quæſt. 13. artic. 3. in hęc verba. *Ad actum cuiuslibet cognoſcitiuæ potentiæ requiritur intentio; intentio autem vnius non poteſt ferri ad multa ſimul: niſi fortè illa multa hoc modo ſint adinuicem ordinata, vt accipiantur quaſi vnum; ſicut nec alicuius motus, & operationis poſſunt eſſe duo termini non adinuicem ordinati. Vnde cum ſit vna anima, in qua omnes cognoſcitiuæ potentiæ fundantur, vnius, & eiuſdem intentio requiritur ad omnium potentiarum cognoſcitiuarum actum;* B *& ideo cum totaliter anima intendat ad actum vnius potentiæ, abſtrahitur homo ab actu alterius potentiæ. Ad hoc autem quòd intellectus eleuetur ad videndum diuinã eſſentiam, oportet, vt tota intentio in hanc viſionem colligatur; cũ hoc ſit vehementiſsimum intelligibile, ad quod intellectus pertingere non poteſt, niſi toto conamine in illud intendat: & ideo oportet, quando mens in diuinam viſionem eleuatur, vt omninò fiat abſtractio à corporeis ſenſibus.* Hęc D Thom. omitto breuitatis gratia aliam rationem ibidem immediatè ſequentem. D. Thom.

Viſionem diuinæ eſſentiæ in ſolis viatoribus cauſare abſtractionem à ſenſibus.

C SEcundò ſciendum eſt viſionem diuinæ eſſentię poſſe dupliciter conſiderari: Vno modo abſolutè abſtrahendo ab hoc, & ab illo videntis hominis ſtatu: Alio modo applicatè, ſeu determinatè ad hunc, & ad illum hominum videntium ſtatum: Qui eſt triplex. Primus eſt Chriſti Domini. Secundus eſt beatorum hominum poſt reſurrectionem. Vltimus eſt viatorum.

Si itaque de viſione diuinę eſſentiæ abſolutè loquamur abſtrahendo à quolibet hominum ſtatu, non vendicat ſibi ex natura ſua abſtractionem à ſenſibus: Nam alioquin in nullo ſtatu ſenſuum vſum compateretur, niſi per miraculum; quod tamen falſum eſt, vt dicemus. Viſio abſolutè. D Si verò de eadẽ viſione loquamur, prout eſt in Chriſto Domino, nõ efficit ex natura ſua abſtractionem à ſenſibus, cuius rationem reddit S.Thom. in dicto art. 3. de Veritate, ad tertium dicens: *Chriſtus ex hoc, quòd erat Deus, et homo, habebat plenariam poteſtatem ſuper omnes partes animæ, et ſuper corpus. Vndè ex virtute deitatis, ſecundùm quod noſtræ reparationi competebat, permittebat vnicuique potentiarum animæ agere id, quod eſt proprium; & ſic non erat neceſſarium in ipſo, neque quòd fieret redundantia ex vna potentia in aliã, neq; quòd vna potentia à ſuo actu abſtraheretur per vehementiam actus alterius.* E *Vnde per hoc, quòd intellectus eius videbat Deum, non oportebat aliquam abſtractionem à corporeis ſenſibus fieri; ſecus autem eſt in alijs hominibus, in quibus ex quadam colligantia potentiarum animæ adinuicem ſequitur de neceſsitate fieri redundantiam, vel impedimentum ex vna potentia in aliam.* Hæc S.Thom. Viſio Chriſti. D. Thom.

Ex quo ſequitur, quòd ſecundùm legem Dei ordinariam conuenientem Chriſto Deo, & homini redemptori, & capiti omnium ſaluandorum, cuilibet

bet potentiæ cõgruebat ſimul cum alia in propriæ operationis actu ſubſiſtere, eo quod eſſet in eo ſublata impedimenti propria cauſa, quæ eſt naturalis redundantia vnius potentiæ in aliã; ac per hoc abſque miraculo videbat anima Chriſti ſimul diuinam eſſentiam, & vtebatur ſenſibus. Loquendo autem de eadem viſione, prout eſt beatorum hominum poſt reſurrectionem, ob aliam cauſam nullam efficit abſtractionem à ſenſibus. Hanc verò cauſam aſsignat S. Thom. 2, 2, quæſtione ſeptuageſimaquinta, artic. 4. ad primum; vbi ſic ait. *Poſt reſurrectionem in beatis Dei eſſentiam videntibus fiet redundantia intellectus ad inferiores vires, & vſq; ad corpus. Vndè ſecundùm ipſam regulam diuinæ viſionis anima intendet phantaſmatibus, et ſenſibilibus; talis autem redundantia non fit in his, qui rapiuntur.* Hæc S. Thom. Itaque hæc redundantia non eſt impeditiua, ſicut eſt redundantia naturalis ab vna potentia animæ in aliam; ſed eſt confortatiua, & vnitiua per modum ſubordinationis vnius potentiæ, & operationis ad aliam, quæ ex vnione ad ſuperiorẽ in actu ſecundo eleuatur, & perficitur.

Viſio beatorum.

D. Thom.

Poſtremò ſi loquamur de viſione diuinæ eſſentiæ in homine viatore, ex natura ſua cauſat abſtractionem à ſenſibus propter rationem allatam in primo fundamento. Videndus eſt etiam S. Thom. 2.2. in dicto artic. 4.

Viſio viatoris.

Sed diligenter obſeruandum eſt, quòd viſio beata dupliciter poteſt ſumi. Vno modo ſecundùm ſeipſam tantùm: Alio modo, & ſecundùm ſe ipſã, & ſecundùm concomitantia, & conſequenter de natura viſionis dupliciter loqui poſſumus, ſcilicet de eius natura præciſis concomitantibus ſui ordinis, & de natura eius ſumpta cum eiſdem naturaliter concomitantibus. Quę concomitantia ſunt perfectiones redundantes ex viſione ad potentias inferiores, & ad corpus, & diuina virtus impediẽs naturalem redundantiam vnius potentiæ in aliã ſecundum exigentiam talis ſubiecti, puta Chriſti viatoris, & comprehenſoris: Itaque loquendo de natura viſionis primo modo ſumptæ, dicendũ eſt illam cauſare abſtractionẽ à ſenſibus: Viſio enim præcisè ſumpta, ideſt ſola abſque redundãtia gloriæ ad inferiores animæ vires, & abſque alio ſpeciali Dei concurſu ad impediendam naturalem redundantiam vnius potentiæ in aliam, ex natura ſua apta nata eſt cauſare alienationem à ſenſibus, ob ſummam intentionem animæ neceſſariam in actu viſionis, vt ſupra diximus ex D. Thom.

Viſio præcisè.

Si verò loquamur de natura viſionis ſecundo modo ſumptæ, videlicet ſimul cum naturaliter illam concomitantibus, aut etiam ſimul cum vi diuina impediente naturalem virium redundantiã propter exigentiam talis ſubiecti, oppoſitum dicendum eſt. Et quia diuina viſio in puro viatore non eſt niſi per modum raptus, nec habet naturalem gloriæ redundantiam in inferiores animę vires, ſicut in beatis poſt reſurrectionem, nec talem redundantiam ex tali eſſendi modo ſibi vendicat, ſed potius illius negationem; idcircò ſimpliciter dicendum eſt, viſionem diuinę eſſentię per modũ raptus ex natura ſua ſub tali modo efficere talem abſtractionem. In Chriſto autem viatore, & comprehenſore ſpecialem habebat ſibi modum conuenientem ex hoc ipſo, quod erat hominum redemptor, propter quem modum nulla ſequebatur in vires inferiores redundantia; vnde ex natura ſua ſub tali modo nullam cauſabat abſtractionem à ſenſibus. Vide etiam ea, quæ ſcribit S. D. in quarto ſent. diſt. 44. q. 2. art. 1. q. 3. ad quartum.

Viſio cum concomitantibus.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

Ex dictis ſequuntur ſeptem concluſiones. Prima concluſio. Viſio diuinæ eſſentiæ abſolutè, ideſt abſtrahendo ab hoc, & illo ſtatu, non efficit ex natura ſua in homine abſtractionem à ſenſibus. Hæc patet ex dictis.

Secunda concluſio. Viſio diuinæ eſſentiæ præcisè ſumpta, ideſt ſine concomitantibus, efficit ex natura ſua abſtractionem à ſenſibus. Hęc concluſio probata eſt ex doctrina D. Thom. de Verit. qu. 13. art. 3. Nam, quòd in Chriſto, & ſanctis poſt reſurrectionem non fiat talis abſtractio, non eſt ex natura viſionis, vt ſic, ſed ex concomitantibus viſionem in tali ſubiecto, cui ineſſe debet vſus ſenſuum. Vnde per ſe loquendo cauſat abſtractionẽ, licèt per accidens, aut quaſi per accidens ex concomitantibus aliter contingat.

Tertia concluſio. Viſio diuinæ eſſentiæ ſumpta cum concomitantibus ſui ordinis, vt ſic, non cauſat abſtractionem à ſenſibus, ſed eorum potius operationes conſeruat, & perficit. Hæc patet ex dictis in ſecundo fundamento. Et hoc eſt, quod fortè voluerunt ſignificare prædicti expoſitores; licèt minus benè S. Thomam reprehenderint.

Quarta concluſio. Viſio diuinæ eſſentiæ in anima Chriſti viatoris, & comprehenſoris vt ſic, non cauſat ex natura ſua abſtractionem à ſenſibus. Hæc etiam probata eſt.

Quinta concluſio. Eadem viſio in hominibus beatis poſt reſurrectionem, prout eſt in eis ſecundùm talem ſtatum, non efficit ex natura ſua abſtractionẽ à ſenſibus: ſed perfectiores reddit ſenſuum operationes. Hæc patet, quoniam viſio, vt eſt in beatis ſecundùm talem ſtatum, exigit redũdantiam ipſius viſionis, ſiue gloriæ in vires inferiores, per quam perficiuntur in vſu.

Sexta concluſio. In homine viatore viſio ex natura ſua dictam efficit abſtractionem. Probatur; quia hãc efficit naturaliter viſio præcisè ſumpta, ideſt ſine concomitantibus ſui ordinis, quæ concomitantia non habet in puro viatore.

Septima concluſio. Per Dei potentiam abſolutam communicari poſſet viſio diuinæ eſſentiæ puro viatori cum vſu ſenſuum. Probatur; quia id factum eſt in anima Chriſti, & non apparet in alijs aliqua ſpecialis repugnantia.

Argumenta, & ſolutiones.

Contra ſecundam concluſionem argumentatur Molina. Lumen gloriæ eſt adeo nobile; vt ita eleuet intellectum, vt reddat illum in ſua opera- *Molina.*

vita mortali, ſcilicet ab eſſe naturali conſequente naturalem vnionem animæ ad mortale corpus, quamuis per Dei potentiam abſolutã id fieri poſſit, vt creditur de Moyſe, & Paulo. Et ex his facilè dilui poſſunt argumenta, ſi qua fiant pro contraria ſententia.

Secunda Controuerſia.

An viſio diuinæ eſſentiæ communicata homini viatori ex natura ſua cauſet ſeparationem animæ à corpore, aut abſtrationem à ſenſibus.

Sententiæ Doctorum, & Expoſitorum.

Molina. Suarez. LVdouicus Molina ſuper hoc articulo, quē ſequitur Suarez libro ſecundo, de diuinis attributis negatiuis capitulo trigeſimo octauo, à num. 5. vſque ad duodecimum, eam partem tuentur, quæ negat. S.Thom. 2.2. quæſt. 175. art. 4. cum Diuo Auguſtino duodecimo, ſuper Geneſim ad litteram, cap. 26. partem amplectitur affirmantem. (S.Tho.)

Reſolutio.

Oſtenditur per quid impediri, aut remitti poſsit mentis operatio.

PRo reſolutione Conſiderandum eſt primò animæ noſtræ mortale corpus informanti quatuor conuenire. Primum eſt vnio ipſa ad corpus in ratione formæ. Secundum eſt operatio multiplex partis vegetatiuæ. Tertium eſt operatio ſenſitiuæ, Quartum eſt operatio virtutis intellectiuæ.

Primum nullo modo per ſe, aut per accidēs natum eſt impedire operationem, aut intenſionem operationis intellectus: vt docet S.Tho. de Veritate, quæſtione vigeſimatertia, artic. quarto: Nam, vt anima corpori vniatur, nulla requiritur intentio; cum non ex voluntate animæ, ſed ex natura vnio dependeat; nec anima vnitur corpori medijs potentijs, ſed per eſſentiam ſuam; ad quam ſequitur intellectus ea ratione, qua anima eſt à corpore libera, & independens: & ideo talis vnio (inquit S.Thom.) intellectus puritatem non inquinat. Vnde per ſe loquendo ad operationem intellectus, quantumuis intenſam non requiritur abſtractio ab illa vnione, qua anima vnitur corpori, vt forma. (S.Tho.)

Secundum autem, quod eſt operatio partis vegetatiuæ, non impedit per ſe loquendo operationem, vt ibidem probat S.Doctor. quoniam ad eius actus non requiritur intentio, atque ita per illius actus non oportet intentionē auerti ab operatione intellectiua. Et licet tales operationes per accidens poſsint impedire intellectionem ab vſu phantaſmatum dependentem alterando diſpoſitionem organi phantaſiæ, non poſſunt tamen impedire operationem omnino independētem, qualis eſt viſio diuinæ eſſentiæ; & ideo per ſe loquendo ad nullã intellectus operationē requiritur ab-

A ſtractio ab operib. aīę vegetabilis: ſed nec ēt p accidēs reſpectu viſionis diuinę eſsētiæ rōne dicta.

Tertium verò eſt operatio ſenſitiuæ potentiæ, q̄ impedit virtutis intellectiuæ operationē, & impeditur ab ea: vt docet S.Doct. de Verit. quæſt. 13. artic. 3. in hęc verba. *Ad actum cuiuslibet cognoſcitiuæ potentiæ requiritur intentio; intentio autem vnius non poteſt ferri ad multa ſimul: niſi fortè illa multa hoc modo ſint adinuicem ordinata, vt accipiantur quaſi vnum; ſicut nec alicuius motus, & operationis poſſunt eſſe duo termini non adinuicem ordinati. Vnde cum ſit vna anima, in qua omnes cognoſcitiuæ potentiæ fundantur, vnius, & eiuſdem intentio requiritur ad omnium potentiarum cognoſcitiuarum actum; & ideo cum totaliter* B *anima intendat ad actum vnius potentiæ, abſtrahitur homo ab actu alterius potentiæ. Ad hoc autem quòd intellectus eleuetur ad videndum diuinã eſſentiam, oportet, vt tota intentio in hanc viſionem colligatur; cū hoc ſit vehementiſsimum intelligibile, ad quod intellectus pertingere non poteſt, niſi toto conamine in illud intendat: & ideo oportet, quando mens in diuinam viſionem eleuatur, vt omninò fiat abſtractio à corporeis ſenſibus.* Hęc D Thom. omitto breuitatis gratia aliam rationem ibidem immediatè ſequentem. (D.Thom.)

Viſionem diuinæ eſſentiæ in ſolis viatoribus cauſare abſtractionem à ſenſibus.

C SEcundò ſciendum eſt viſionem diuinæ eſſentię poſſe dupliciter conſiderari: Vno modo abſolutè abſtrahendo ab hoc, & ab illo videntis hominis ſtatu: Alio modo applicatè, ſeu determinatè ad hunc, & ad illum hominum videntium ſtatum: Qui eſt triplex. Primus eſt Chriſti Domini. Secundus eſt beatorum hominum poſt reſurrectionem. Vltimus eſt viatorum.

Si itaque de viſione diuinę eſſentiæ abſolutè loquamur abſtrahendo à quolibet hominum ſtatu, non vendicat ſibi ex natura ſua abſtractionem à ſenſibus: Nam alioquin in nullo ſtatu ſenſuum vſum compateretur, niſi per miraculum; quod tamen falſum eſt, vt dicemus. Si verò de eadē viſione loquamur, prout eſt in Chriſto Domino, nō efficit ex natura ſua abſtractionem à ſenſibus, cuius rationem reddit S.Thom. in dicto art. 3. de Veritate, ad tertium dicens: *Chriſtus ex hoc, quod erat Deus, et homo, habebat plenariam poteſtatem ſuper omnes partes animæ, et ſuper corpus. Vndè ex virtute deitatis, ſecundùm quod noſtræ reparationi competebat, permittebat vnicuique potentiarum animæ agere id, quod eſt proprium; & ſic non erat neceſſarium in ipſo, neque quòd fieret redundantia ex vna potentia in aliã, neq; quòd vna potentia à ſuo actu abſtraheretur per vehementiam actus alterius.* E *Vnde per hoc, quòd intellectus eius videbat Deum, non oportebat aliquam abſtractionem a corporeis ſenſibus fieri; ſecus autem eſt in alijs hominibus, in quibus ex quadam colligantia potentiarum animæ adinuicem ſequitur de neceſsitate fieri redundantiam, vel impedimentum ex vna potentia in aliam.* Hæc S.Thom. (Viſio abſolutè.) (Viſio Chriſti.) (D. Thom.)

Ex quo ſequitur, quòd ſecundùm legem Dei ordinariam conuenientem Chriſto Deo, & homini redemptori, & capiti omnium ſaluandorum, cuilibet

ber potentiæ cógruebat ſimul cum alia in propriæ operationis actu ſubſiſtere eo quod eſſet i eo ſublata impedimenti propria cauſa, quæ eſt naturalis redundantia vnius potentiæ in aliã; ac per hoc abſque miraculo videbat anima Chriſti ſimul diuinam eſſentiam, & vtebatur ſenſibus. Loquendo autem de eadem viſione, prout eſt beatorum hominum poſt reſurrectionem, ob aliam cauſam nullam efficit abſtractionem à ſenſibus. Hanc verò cauſam aſsignat S. Thom. 2. 2. quæſtione ſeptuageſimaquinta, artic. 4. ad primum; vbi ſic ait. *Poſt reſurrectionem in beatis Dei eſſentiam videntibus fiet redundantia intellectus ad inferiores vires, & vſq; ad corpus. Vndè ſecundùm ipſam regulam diuinæ viſionis anima intendet phantaſmatibus, et ſenſibilibus; talis autem redundantia non fit in his, qui rapiuntur.* Hæc S. Thom. Itaque hæc redundantia non eſt impeditiua, ſicut eſt redundantia naturalis ab vna potentia animæ in aliam; ſed eſt confortatiua, & vnitiua per modum ſubordinationis vnius potentiæ, & operationis ad aliam, quæ ex vnione ad ſuperiorẽ in actu ſecundò eleuatur, & perficitur.

Viſio beatorum. — *D. Thom.*

Poſtremò ſi loquamur de viſione diuinæ eſſentiæ in homine viatore, ex natura ſua cauſat abſtractionem à ſenſibus propter rationem allatam in primo fundamento. Videndus eſt etiam S. Thom. 2. 2. in dicto artic. 4.

Viſio viatoris.

Sed diligenter obſeruandum eſt, quòd viſio beata dupliciter poteſt ſumi. Vno modo ſecundùm ſe ipſam tantùm: Alio modo, & ſecundùm ſe ipſã, & ſecundùm concomitantia, & conſequenter de natura viſionis dupliciter loqui poſſumus, ſcilicet de eius natura præciſis concomitantibus ſui ordinis, & de natura eius ſumpta cum eiſdem naturaliter concomitantibus. Quę concomitantia ſunt perfectiones redundantes ex viſione ad potentias inferiores, & ad corpus, & diuina virtus impediẽs naturalem redundantiam vnius potentiæ in aliã ſecundum exigentiam talis ſubiecti, puta Chriſti viatoris, & comprehenſoris: Itaque loquendo de natura viſionis primo modo ſumptæ, dicendũ eſt illam cauſare abſtractionẽ à ſenſibus: Viſio enim præciſè ſumpta, ideſt ſola abſque redundãtia gloriæ ad inferiores animæ vires, & abſque alio ſpeciali Dei concurſu ad impediendam naturalem redundantiam vnius potentiæ in aliam, ex natura ſua apta nata eſt cauſare alienationem à ſenſibus, ob ſummam intentionem animæ neceſſariam in actu viſionis, vt ſupra diximus ex D. Thom.

Viſio præciſé.

Si verò loquamur de natura viſionis ſecundo modo ſumptæ, videlicet ſimul cum naturaliter illam concomitantibus, aut etiam ſimul cum vi diuina impediente naturalem virium redundantiã propter exigentiam talis ſubiecti, oppoſitum dicendum eſt. Et quia diuina viſio in puro viatore non eſt niſi per modum raptus, nec habet naturalem gloriæ redundantiam in inferiores animę vires, ſicut in beatis poſt reſurrectionem, nec talem redundantiam ex tali eſſendi modo ſibi vendicat, ſed potius illius negationem; idcirco ſimpliciter dicendum eſt, viſionem diuinę eſſentię per modũ raptus ex natura ſua ſub tali modo efficere talem

Viſio cum concomitantibus.

A abſtractionem. In Chriſto autem viatore, & comprehenſore ſpecialem habebat ſibi modum conuenientem ex hoc ipſo, quod erat hominum redemptor, propter quem modum nulla ſequebatur in vires inferiores redundantia; vnde ex natura ſua ſub tali modo nullam cauſabat abſtractionem à ſenſibus. Vide etiam ea, quæ ſcribit S. D. in quarto ſent. diſt. 44. q. 2. art. 1. q. 3. ad quartum.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

Ex dictis ſequuntur ſeptem concluſiones. Prima concluſio. Viſio diuinæ eſſentiæ abſolutè, ideſt abſtrahendo ab hoc, & illo ſtatu, non efficit ex natura ſua in homine abſtractionem à ſenſibus. Hæc patet ex dictis.

B

Secunda concluſio. Viſio diuinæ eſſentiæ præciſè ſumpta, ideſt ſine concomitantibus, efficit ex natura ſua abſtractionem à ſenſibus. Hęc concluſio probata eſt ex doctrina D. Thom. de Verit. qu. 13. art. 3. Nam, quòd in Chriſto, & ſanctis poſt reſurrectionem non fiat talis abſtractio, non eſt ex natura viſionis, vt ſic, ſed ex concomitantibus viſionem in tali ſubiecto, cui ineſſe debet vſus ſenſuum. Vnde per ſe loquendo cauſat abſtractionẽ, licèt per accidens, aut quaſi per accidens ex concomitantibus aliter contingat.

C

Tertia concluſio. Viſio diuinæ eſſentiæ ſumpta cum concomitantibus ſui ordinis, vt ſic, non cauſat abſtractionem à ſenſibus, ſed eorum potius operationes conſeruat, & perficit. Hæc patet ex dictis in ſecundo fundamento. Et hoc eſt, quod forte voluerunt ſignificare prædicti expoſitores; licèt minus bene S. Thomam reprehenderint.

Quarta concluſio. Viſio diuinæ eſſentiæ in anima Chriſti viatoris, & comprehenſoris vt ſic, non cauſat ex natura ſua abſtractionem à ſenſibus. Hæc etiam probata eſt.

D

Quinta concluſio. Eadem viſio in hominibus beatis poſt reſurrectionem, prout eſt in eis ſecundùm talem ſtatum, non efficit ex natura ſua abſtractionẽ à ſenſibus: ſed perfectiores reddit ſenſuum operationes. Hæc patet, quoniam viſio, vt eſt in beatis ſecundùm talem ſtatum, exigit redũdantiam ipſius viſionis, ſiue gloriæ in vires inferiores, per quam perficiuntur in vſu.

Sexta concluſio. In homine viatore viſio ex natura ſua dictam efficit abſtractionem. Probatur; quia hãc efficit naturaliter viſio præciſè ſumpta, ideſt ſine concomitantibus ſui ordinis, quæ concomitantia non habet in puro viatore.

E

Septima concluſio. Per Dei potentiam abſolutam communicari poſſet viſio diuinæ eſſentiæ puro viatori cum vſu ſenſuum. Probatur; quia id factum eſt in anima Chriſti, & non apparet in alijs aliqua ſpecialis repugnantia.

Argumenta, & ſolutiones.

Contra ſecundam concluſionem argumentatur Molina. Lumen gloriæ eſt adeo nobile; vt ita eleuet intellectum, vt reddat illum in ſua ope-

Molina.

peratione independentem à phantaſmatibus; ergo ex natura ſua non efficit abſtractionem.

Reſpondetur negando côſequentiam: eſt enim fallacia ſecundùm non cauſam vt cauſam: nã propria cauſa abſtractionis à ſenſibus non eſt dependentia, aut independentia à phantaſmatibus, ſed intentio animæ vehementiſsima neceſſaria in viſione beatifica. Alia eiuſdem argumenta ex viſione Chriſti, & beatorum poſt reſurrectionem ex dictis ſoluta remanent euidenter.

Contra eandem concluſionem argumentatur Suarez. Primò in Chriſto nullum aliud videtur interueniſſe miraculum præter ſuſpenſionem gloriæ corporis non obſtante viſione, illo autem poſito naturali modo potuit Chriſtus attendere, & vti ſenſibus: ergo.

Suarez.

Reſpondetur falſum eſſe, quòd poſito illo miraculo potuerit Chriſtus naturali modo attendere viſioni, & vti ſenſibus: Nam requiritur vlterius diuina diſpenſatio, ideſt virtus diuina impediens naturalem redundantiam intentionis intellectus in vires ſenſitiuas. Vnde non eſt verũ quod ait Suarez diſpẽſationem hoc ſolùm facere, quòd ſit gloria animæ ſine gloria corporis.

Secundò. Beati poſt reſurrectionem, licet habebunt redundantiam quo ad dotes gloriæ, tamen quo ad naturalem vim ſentiendi eandem retinebunt, & ſecundùm eam connaturaliter operari poterunt, non obſtante viſione; ergo probabile videtur ex vi viſionis non fieri talem abſtractionem à ſenſibus.

Reſpondetur: Redundantiam futuram non ſolùm ſecundùm dotes corporis, ſed etiam ſecundũ perfectionem gloriæ deriuatam ad vires ſenſitiuas, quatenus ſunt cognoſcitiuæ; & ideò non erit in eis ſola vis naturalis ſentiẽdi, ſed perfecta ſubordinatio ad intellectum viſione perfectum; qua ſubordinatione remota ſtatim ſequeretur abſtractio.

Tertiò. Viſio beatifica non impedit naturales operationes animæ, etiam ipſius intellectus; vt in Angelis côſtat, & in anima Chriſti, & in alijs beatis; ergo neque impediet operationes ſenſuum in corpore mortali, ſi in eo infundatur illa viſio. Côſequentia probatur; quia eadem eſt ratio de illis operationibus, & in corpore mortali non eſt ſpeciale impedimentum quo ad ſenſuum actiones.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam; propter rationes ſuperius allatas. Ad probationẽ negatur antecedens quo ad vtramque partem; nam intentio vehementiſsima ſufficiens eſt impedimentum.

Quartò. Illa viſio non ſit per naturalem virtutem animæ, ſed per lumen gloriæ concurrente anima per virtutem obedientialem; ergo naturalis eius virtus ſemper manet expedita, vt non obſtãte viſione ſuas naturales actiones exercere poſsit.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens præcisè ſumptum; nam concurrit etiam virtus animæ naturalis ad viſionem: cum ſit actio vitalis; & quia ſummo conatu concurrit, ideò ſequitur abſtractio à ſenſibus.

A Supereſſet tertia Controuerſia. An Moyſes, & Paulus in hac vita mortali viderint diuinam eſſentiam; ſed quoniam abundè à nouiſsimis expoſitoribus Thomiſtis eſt tractata ad mentem D. Th. & vtraque pars ſuam habet probabilitatem innixam ſacrarum litterarum oraculis, & ſanctorum Patrum interpretationibus, nec aliquid addendũ occurrit, idcircò duximus omittendam.

ARTICVLVS XII.

Vtrum per rationem naturalem Deum in hac vita cognoſcere poſsimus.

B AD duodecimum ſic proceditur. Videtur, quòd per naturalem rationem Deum in hac vita cognoſcere non poſsimus. Dicit enim Boet.* in lib. de conſol. quòd ratio non capit ſimplicem formam; Deus autem maximè eſt ſimplex forma, vt ſupra oſtenſum eſt; * Ergo ad eius cognitionem ratio naturalis peruenire non poteſt.

Boet. tri. q. 1. art. 1. & 1 d. 3 q 1. art. 1.

Lib. 5. inter med. & fi. proſe 5. Q. 3. ar. 3.

2 Præterea; Ratione naturali ſine phantaſmate nihil intelligit anima, vt dicitur in tertiò de anima. * Sed Dei, cùm ſit incorporeus, phantaſma in nobis eſſe non poteſt; Ergo cognoſci nõ poteſt à nobis cognitione naturali.

C 3. de anima. tex. 30 habetur & de mem. & remin. c. 1. tom. 1.

3 Præterea: Cognitio, quæ eſt per rationẽ naturalem, communis eſt bonis, & malis, ſicut natura eis communis eſt: ſed cognitio Dei cõpetit tantùm bonis. Dicit enim Auguſt. primo de Trinit.* quòd mentis humanæ acies in tam excellenti luce non figitur; niſi per iuſtitiam fidei emundetur; Ergo Deus per rationem naturalem cognoſci non poteſt.

Lib. 1. de trin. c. 1. p. 1. à princ. to. 3.

Sed contra eſt, quod dicitur Rom. 1. Quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis, id eſt, quod cognoſcibile eſt de Deo per rationem naturalem.

D Reſpondeo. Dicendum, quòd naturalis noſtra cognitio à ſenſu principium ſumit. Vnde tantùm ſe noſtra naturalis cognitio extendere poteſt, inquantùm manuduci poteſt per ſenſibilia. Ex ſenſibilibus autem non poteſt vſq; ad hoc intellectus noſter pertingere, quòd diuinam eſſentiam videat, quia creaturæ ſenſibiles ſunt effectus Dei, virtutem cauſæ non adæquantes. Vnde ex ſenſibilium cognitione non poteſt tota Dei virtus cognoſci; & per

E conſequens nec eius eſſentia videri. Sed quia ſunt eius effectus à cauſa dependentes, ex eis in hoc perduci poſſumus, vt cognoſcamus de Deo an eſt; & vt cognoſcamus de ipſo ea quæ neceſſe eſt ei conuenire, ſecundùm quòd eſt prima omnium cauſa excedens omnia ſua cauſata. * Vnde cognoſcimus de ipſo habitudinem ipſius ad creaturas; quòd ſcilicet

c 433.

ſcilicet omnium eſt cauſa, & differentia creaturarum ab ipſo, quòd ſcilicet ipſe non eſt aliquid eorum, quæ ab eo cauſantur, & quòd hęc nō remouentur ab eo propter eius defectum; 133 ſed quia ſuperexcedit.*

Ad primum ergo dicendum, quòd ratio ad formam ſimplicem pertingere non poteſt, vt ſciat de ea quid eſt; poteſt tamen de ea cognoſcere, vt ſciat an eſt.

Ad ſecundum dicendum, quòd Deus naturali cognitione cognoſcitur per phantaſmata effectus ſui.

Ad tertium dicendum, quòd cognitio Dei per eſſentiam, cum ſit per gratiam, non competit niſi bonis; ſed cognitio eius, quæ eſt per rationem naturalem, poteſt competere bonis, & malis. Vnde dicit Auguſt.* in lib. Retractationum: Non approbo, quod in oratione dixi, Deus, qui non niſi mundos verum ſcire voluiſti, reſponderi enim poteſt multos etiā non mundos multa ſcire vera, ſcilicet per rationē naturalem.

Lib. 1. Retract. ca. 4. to. 1. id dixerat Auguſt. 1. lib. ſoliloq. c. 1. to. 1.

Ratio ordinis.

NVnc agit de cognitione naturali in alio extremo poſita, vt duabus extremis cognitionibus explicatis facilius eam, quæ media eſt intelligamus.

Forma Textus.

COncluſio eſt. Ex ſenſibilibus nō poteſt eſſentia Dei videri. Probatur: Tantùm ſe noſtra naturalis cognitio extēdere poteſt, inquantùm manuduci poteſt per ſenſibilia; at ex ſenſibilibus non poteſt, vſque ad hoc intellectus noſter manuduci, vt eſſentiam Dei videat; ergo ex ſenſibilibus non poteſt eſſentiam Dei videre.

Maior probatur; quia naturalis noſtra cognitio à ſenſu principium ſumit; ergo. Minor autem; quia creaturæ ſenſibiles ſunt effectus Dei *virtutem cauſæ non adæquantes; ergo ex ſenſibilium cognitione non poteſt tota virtus Dei cognoſci; ergo nec eſſentia eius videri.*

Secunda cōcluſio. Ex ſenſibilibus in hoc perduci poſſumus, vt cognoſcamus de Deo, an eſt, & vt cognoſcamus de ipſo ea, quæ neceſſe eſt ei conuenire, ſecundùm quòd eſt ſuprema omnium cauſa excedens omnia ſua cauſata. Probatur: Creaturæ ſenſibiles ſunt effectus à Deo tanquam à cauſa dependentes; ergo ex eis in hoc perduci poſſumus, vt cognoſcamus, &c.

Corollarium eſt. Tria prædicata de Deo cognoſcimus, cauſalia; negatiua, & ſupereminentia.

Expoſitio Textus.

TRia ſunt explicanda. Primum eſt ſenſus maioris aſſumptæ ad probationem primæ concluſionis, videlicet. *Tantùm ſe noſtra cognitio poteſt extendere, quantùm manuduci poteſt per ſenſibilia.* Quæ propoſitio latè explicatur à S. Thom. ſuper

A Boet. de Trinitate, quæſtione prima, artic. 2. Vbi triplici vtitur diſtinctione.

Prima eſt. Dupliciter aliqua res cognoſcitur: Vno modo per propriam formam: ſicut oculus videt lapidem per ſpeciem lapidis: Alio modo per formā alterius ſibi ſimilis; ſicut cognoſcitur cauſa per ſimilitudinem effectus, & homo per formā ſuæ imaginis.

Secunda diſtinctio eſt. Per formam ſuā aliquid dupliciter cognoſcitur. Primò per formā, quæ eſt ipſa res, ſicut Deus cognoſcit ſe per ſuam eſſentiā, & Angelus ſeipſum. Secundò per formam, quæ eſt aliud ab ipſo.

B Tertia diſtinctio eſt. Forma diſtincta à re cognita duplex eſt. Quædam abſtracta à re. Et hæc eſt immaterialior, quàm ſit ipſa res; ſicut forma lapidis abſtrahitur à lapide: alia quæ eſt impreſſa intelligenti ab intelligibili. Et hæc eſt minus ſimplex, quàm intelligibile. Et hoc modo dicebat Auicenna nos intelligentias cognoſcere per impreſſionem earum in nobis. Itaque Deus in ſtatu viæ cognoſcitur à nobis solùm per formā ſiuè ſpeciem effectus, non autem per eſſentiam, aut ſpeciē impreſſam. Et ratio eſt, quia intellectus ſecundū ſtatum viæ habet determinatam habitudinem ad formas, quæ à ſenſu abſtrahuntur propter eius cō- Auicenna.

C naturalitatem ad phantaſmata, ad quæ comparatur, vt viſus ad colorem, vt ait Ariſt. tertio de anima. Ex quibus habetur, & ſenſus, & radix maioris prædictæ. Ariſt.

Secundum eſt probatio minoris ex eodē S. Th. vbi ſupra, quæ probatio erat. *Creaturæ ſenſibiles sūt effectus Dei virtutem cauſæ non adæquantes.* In quibus verbis ſignificauit diſtinctionem, quam in dicto loco expreſſerat. Diſtinctio eſt. Effectus eſt duplex, quidam qui adæquatur virtuti ſuæ cauſæ, & per talem effectum cognoſcitur plenè virtus cauſæ; & per conſequens quidditas eius. Alius eſt, qui deficit à prædicta æqualitate; & per talem nō

D poteſt comprehendi virtus agentis, & per conſequens nec eſſentia eius; ſed cognoſcitur de cauſa, tantùm quod eſt; omnis autem effectus Dei deficiens eſt ab æqualitate virtutis Dei, ideo &c.

Tertium eſt ſenſus corollarij. Erat autem corollarium. *Tria ex ſenſibus de Deo cognoſcimus, ſcilicet cauſalia, negatiua, & ſupereminentia.* Quæ explicat hic Caietanus dicens ad cauſalitatem pertinētia eſſe in duplici differentia: Nam quædam ſunt (inquit) quæ formaliter important cauſalitatem. Et hæc diſtinguuntur ſecundùm triplex genus cauſæ, ſcilicet exemplaris, efficientis, & finalis: Nam Deus ſecundùm ſuam eſſentiam eſt exemplar, & Caietan.

E idea omnium factibilium, & primū efficiens omnis creaturæ, ac vltimus finis omnium appetituū, & appetentium. Alia ſunt prædicata ad cauſalitatem pertinentia, quæ non important formaliter cauſalitatem, ſed ex cauſalitate à poſteriori inferuntur; & poſſunt dici prædicata cauſalia fundamentaliter; vt eſſe, viuere, noſſe, velle, &c. Et ad hoc caput, ſcilicet ad prædicata cauſalia reducuntur omnia prædicata relatiua ad Creaturas; vt Dominus, Creator, & ſimilia. Negatiua verò

Digitized by Google

ſunt, quòd ſit incorporeus, infinitus, immutabi-
lis, & ſimilia. Quæ omnia ex prędictis cauſalibus conſequuntur, vt ſupra, q. 3. 7. & nona manifeſtauimus; in quibus locis S. Thom. ex hoc, quòd Deus eſt prima omnium cauſa, deduxit Deum eſſe incorporeum, immobilem, & infinitum. Supereminẽtia verò prædicata ſunt, quòd ſit ſuper omne eſſe, actus purus, intelligibile, & intellectum, & ſimilia. Quæ omnia conſequuntur ex primis prædicatis: quia ſcilicet Deus eſt prima cauſa omniũ nulli vniuoca, ſed omnibus æquiuoca, & conſequenter ſupereminenter cõtinens, quidquid eſt in quolibet effectu.

Poſſumus autem breuius, & facilius rationem reddere, quare prædicta omnia ꝑdicata de Deo, ex ſenſibilibus creaturis cognoſcantur: Nã Creatura eſt ens ab alio, & ex nihilo: eſſe ab alio denotat cauſalitatem, & per eam cognoſcimus Deum per viam excellentiæ, & cauſalitatis: eſſe ex nihilo dicit imperfectionem; per cuius remotionem cognoſcimus Deum, per viam negationis. Quæ tria
Rom. 1. prædicatorum genera D. Apoſt. ad Roman. 1. non minus profundè, quàm eleganter breuiſsimè complexus eſt dicens. *Inuiſibilia enim ipſius, &c. ſempiterna quoque eius virtus, & diuinitas:* Nam tria dicit Apoſtolus Philoſophos agnouiſſe, ſcilicet inuiſibilia, virtutem ſempiternam, & diuinitatem. Inuiſibilia pertinent ad quod quid eſt Dei; ad cuius comprehenſionem nulla Creatura pertingere poteſt, ſicut nec viribus naturalibus quidditatiuè cognoſcere. Inuiſibilia ergo dicũtur prædicata pertinentia ad quod quid eſt Dei, quæ prædicata per negationes cognoſcimus. Vnde collectis pluribus negationibus concludimus tandem Deum eſſe actum purum, ſcilicet ſine omni potentialitate. Sẽpiterna virtus ad cauſam efficientem pertinet, & ideo per viam cauſalitatis cognoſcitur. Diuinitas autem ad cauſam finalem pertinet: nam ſummum bonum, quod nomine diuinitatis ſignificatur, finis eſt vltimus omnium rerum; & quia ſummum bonum in Deo eſt excellentiſsimè, & ab omnibus ſuo modo participatur, idcircò per viam excellentiæ cognoſcitur. Ecce igitur apud Apoſtolũ prædicata cauſalia, negatiua, & ſupereminẽtia de Deo,
D. Thom. & creaturis naturaliter cognita. Videnda eſt interpretatio D. Tho. ſuper dictis verbis Apoſtoli.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum per gratiam habeatur altior cognitio Dei, quàm ea, quæ habetur per rationem naturalem.

67 q. 32. ar. 1. Et 1. diſt. 3. q. 1. ar. 4. Et ver. q. 10. art. vlt. Et Boet. tri. q. 1. ar. 4. C. 2. in ſ. illius

AD tertiumdecimum ſic proceditur. Videtur, quòd per gratiã non habeatur altior cognitio Dei, quàm ea; quæ habetur per naturalem rationẽ. Dicit enim Dionyſ.* primo libro de myſtica theologia, quòd ille, qui melius vnitur Deo in hac vita, vnitur ei ſicut omnino ignoto. Quod etiam de Moyſe dicit: Qui tamen excellentiam quan-
A dam obtinuit in gratiæ cognitione; Sed coniungi Deo, ignorando de eo quid eſt, hoc contingit etiam per rationem naturalem; Ergo per gratiam non plenius cognoſcitur à nobis Deus, quàm per rationem naturalem.

2 Præterea: Per rationem naturalem in cognitionem diuinorum peruenire non poſſumus, niſi per phantaſmata, ſic etiam nec ſecundum cognitionem gratiæ. Dicit enim Dionyſ.* primo cap. cęleſt. Hierarch. quòd impoſ- cap. 1. circa med.
ſibile eſt nobis aliter lucere diuinum radium, niſi veritate ſacrorum velaminum circumue-
B latum; Ergo per gratiam non plenius cognoſcimus Deum, quàm per rationem naturalẽ.

3 Præterea: Intellectus noſter per gratiam fidei Deo adhæret. Fides autem non videtur eſſe cognitio; Dicit enim Gregor.* in homil. Homil. 26. in Euang. à medio illius.
quòd ea, quæ non videntur, fidem habent, & non agnitionem; Ergo per gratiam non additur nobis aliqua excellentior cognitio de Deo.

Sed contra eſt, quod dicit Apoſt. 1. Corin. 2. Nobis reuelauit Deus per ſpirituum ſuum, illa ſcilicet, quæ nemo principum huius ſęcu-
C li nouit, ideſt philoſophorũ: vt exponit gloſ.* Hier. in illa loca tomo 9.

Reſpondeo. Dicendum, quòd per gratiam perfectior cognitio de Deo habetur à nobis, quàm per rationem naturalem. Quod ſic patet. Cognitio enim, quam per naturalem rationem habemus, duo requirit; ſcilicet phantaſmata ex ſenſibilibus accepta, & lumen naturale intelligibile; cuius virtute intelligibiles conceptiones ab eis abſtrahimus. Et quantùm ad vtrumque iuuatur humana cognitio per reuelationem gratiæ: Nam, & lumen naturale intellectus confortatur per infuſionem
D luminis gratuiti: & interdum etiam phantaſmata in imaginatione hominis formantur diuinitus magis exprimentia res diuinas, quàm ea, quæ naturaliter à ſenſibilibus accipimus; ſicut apparet in viſionibus prophetalibus. Et interdum etiam aliquæ res ſenſibiles formantur diuinitus, aut etiam voces ad aliquid diuinum exprimendum; ſicut in baptiſmo viſus eſt Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ; & vox Patris audita eſt. Hic eſt filius meus dilectus.

Ad primum ergo dicẽdum, quòd licèt per
E reuelationem gratiæ, in hac vita non cognoſcamus de Deo, quid eſt, & ſic ei quaſi ignoto coniungamur; tamen plenius ipſum cognoſcimus, inquantùm plures, & excellentiores effectus eius nobis demonſtrantur; & inquantùm ei aliqua attribuimus ex reuelatione diuina, ad quæ ratio naturalis non pertingit, vt Deũ eſſe trinum, & vnum.

Ad ſecundum dicendum, quòd ex phantaſma-

A taſmatibus, vel à ſenſu acceptis ſecundùm naturalem ordinem, vel diuinitus in imaginatione formatis tantò excellentior cognitio intellectualis habetur, quantò lumen intelligibile in homine fortius fuerit. Et ſic per reuelationem ex phantaſmatibus plenior cognitio accipitur ex infuſione diuini luminis.

Ad tertium dicendum, quòd fides cognitio quædam eſt, inquantùm intellectus determinatur per fidem ad aliquod cognoſcibile. Sed hæc determinatio ad vnum non procedit ex viſione credentis, ſed à viſione eius, cui creditur. B Et ſic, inquantùm deeſt viſio, deficit à ratione cognitionis, quæ eſt in ſciẽtia: Nam ſciẽtia determinat intellectum ad vnum per viſionem, & intellectum primorum principiorũ.

Senſus quæſiti.

IN hoc quæſito obſeruandũ eſt gratiam dupliciter ſumi: Vnò modo pro gratia gratum faciente; quæ eſt qualitas quædam in eſſentia animæ à Deo infuſa faciens nos diuinæ naturæ conſortes, filios Dei, C & regni cœleſtis hæredes; & de hac non loquitur S. Thom. Alio modo ſumitur gratia pro gratuito Dei dono, quod ſcilicet non eſt naturæ debitum; ſicut homini, ex hoc, quòd homo eſt, debetur lumen naturale, & reliqua omnia pertinentia ad naturalem naturæ perfectionem; contra quæ diſtinguuntur ea, quæ ſupra omne naturę debitum gratis ſunt à Deo collata, ſicut reuelatio fidei, donũ prophetię, & alia ſimilia, quæ ſæpè reperiuntur ſine gratia gratum faciente: gratia hic ſumitur cõmuniter.

Forma Textus.

D COnclusio eſt. *Per gratiam perfectior cognitio de Deo habetur à nobis, quàm per rationem naturalem. Probatur: Cognitio, quam per naturalẽ rationem habemus, duo requirit, ſcilicet phantaſmata ex ſenſibilibus accepta, & lumen naturale intellectuale, cuius virtute intelligibiles conceptiones ab eis abſtrahimus; & quantùm ad vtrumq; iuuatur humana cognitio per reuelationem gratiæ; ergo.*

Prima pars antecedentis patet; ſecunda probatur; et primò, quo ad primum, ſcilicet lumen naturale: Quoniam lumen naturale confortatur per infuſionem luminis gratuiti, puta luminis fidei, aut prophetiæ, vel doni Spiritus ſancti. Quo ad ſecundum ſcilicet phantaſmata; E *quoniam interdum phantaſmata in imaginatione hominis formantur diuinitus, magis exprimentia res diuinas, quá ea, quæ naturaliter ex ſenſibilibus accipimus; ſicut apparet in viſionibus prophetalibus; & interdum etiam aliquæ res ſenſibiles formantur diuinitus, aut etiam voces ad aliquod diuinum exprimendũ: ſicut in Baptiſmo Chriſti viſus eſt Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ, & vox Patris audita eſt. Hic eſt filius meus dilectus; ergo.*

Expoſitio Textus.

TRia ſunt obſeruanda. Primum eſt, quòd cognitio ſupernaturalis, quam habemus de Deo, aut de rebus diuinis, nunquam fit per ſolùm lumẽ ſupernaturale; ſed concurrit ſimul etiam virtus naturalis confortata, & eleuata per additionẽ luminis ſupernaturalis. Vnde etiam lumen gloriæ, quo videtur diuina eſſentia, appellatur augmentũ virtutis intellectiuæ. Et ratio eſt duplex: prima ex parte potentiæ intellectiuæ; quoniam quęlibet intellectio, etiam ſuper naturalis, eſt operatio vitalis ab ea elicita; ergo per propria eius intrinſeca, & naturalia principia: igitur per virtutem illius naturalem. Secunda ratio eſt ex parte obiecti: quĩ in obiecto ſupernaturali duo ſunt. primum eſt entitas, ſecundum ſupernaturalitas. Ratione primi obiectum eſt virtutis naturalis: ratione ſecundi obiectum eſt luminis ſupernaturalis; ratione totius coniuncti obiectum eſt vtriuſque ſimul concurrentis. Et hoc eſt, quod paucis verbis ſignificauit Sanct. Thom. cum dixit: ***Lumen naturale intellectus confortatur per lumen ſupernaturale***, quibus ſignificat vtriuſque luminis concurſum.

Cõcurſus luminis naturalis cũ ſupernaturali.

Secundò obſeruandum eſt cum Caietano poſſe vnam cognitionem altera eſſe perfectiorem dupliciter: Vno modo ratione modi cognoſcendi; qui modus attenditur penes euidentiam; & ſic naturalis cognitio eſt perfectior ſupernaturali, ꝗ habemus in hac vita; quia habet viſionem, & euidentiam, vt dicitur in reſponſione ad tertium; quam euidentiam non habet reuelatio fidei, & prophetiæ: Alio modo vna cognitio eſt alia perfectior ex parte obiecti, vel extenſiuè, quia ad plura extẽditur, vel intenſiuè, quia de eodem obiecto altiores rationes formales, & pręd icata cognoſcit: & hoc modo reuelatio fidei perfectior eſt cognitione naturali; quia, vt dicitur in reſponſione ad primum, plura per reuelationem cognoſcũtur, quàm per ſolam rationem naturalem; i. plura per rationem naturalem confortatam lumine diuinæ reuelationis cognoſcuntur, quàm per ſolam rationem naturalem; & rurſus occultiora, & excellẽtiora de Deo cognoſcimus per reuelationem, quàm per lumen naturale; vt quòd Deus ſit trinus, & vnus, &c. cognoſcimus enim per lumen diuinæ reuelationis ea, quæ Deo, vt Deus eſt, non tantùm, vt cauſa eſt, vel vt reſpectum habet ad creaturas, conueniunt. Et de hoc ſupra latè tractauimus, quæſt. 1.

Caiet: Vna cognitio eſt altera perfectior dupliciter.

Tertiò obſeruandum eſt, quòd S. Thom. in probatione minoris tria nominat, per quæ iuuatur humana cognitio habita per reuelationem gratiæ, ſ. lumen gratuitum, phantaſmata in imaginatione formata diuinitus, res ſenſibiles, ſcilicet externis ſenſibus obiectę diuinitus formatę, aut voces ad aliquid diuinum exprimendum. In quibus ſignificantur diuerſi modi, ſiuè gradus diuinarum reuelationum, & pręſertim in cognitione Prophetica, de qua mentionem facit S. Thom. in corpore articuli: Nam, vt ſupra diximus cum S. Thom. 2. 2. q. 173. art. 2. in humana cognitione duo ſunt, ſcilicet acceptio, ſiuè repręſentatio rerum per ſpecies in in-

Tria; per quæ iuuatur humana cognitio.

D. Thom.

Digitized by Google

in intellectu, & iudicium de rebus repræſentatis per ſpecies. Species autem hoc ordine naturaliter recipitur in intellectu, vt primò rei ſingularis ſpecies recipiatur in exteriori ſenſu. Secundò procedit ad imaginationem. Tertiò ad intellectum. (ſumimus enim in præſenti omnes ſenſus internos pro vno,) qui intellectus immutatur à phantaſmatibus illuſtratis lumine intellectus agentis, in imaginatione verò, ſiuè phantaſia, non ſolùm ſunt ſpecies à ſenſibus acceptæ, ſed transmutantur, vniuntur, & ordinantur diuerſimodè, vel propter transmutationē corporalem; ſicut accidit in dormiētibus ebrijs, & furioſis, vel etiam ſecundùm imperium rationis diſponuntur phantaſmata in ordine ad id, quod eſt intelligendum. Et quemadmodum ex diuerſa ordinatione earundem litterarū accipiuntur diuerſa nomina, & diuerſa ſignificata, ita etiam ſecundùm diuerſam diſpoſitionem phantaſmatum reſultant in intellectu diuerſæ ſpecies intelligibiles.

Et quoniam Deus in diſpoſitionibus naturali ordini non alligatur, ideo poteſt pluribus modis res intellectui per intelligibiles ſpecies repræſentare. Et in ſumma reſultant quatuor modi.

Primus eſt, quando ſpecies in intellectu cauſantur medijs formis ſenſibilibus externo ſēſui repręſentatis; ſicut Daniel vidit ſcripturā parietis Danielis quinto. Dan. 5.

Secundus eſt quando cauſantur ſpecies intelligibiles per ſpecies in imaginatione diuinitus impreſſas.

Tertius eſt, qui cauſatur per ſpecies naturaliter in phantaſia exiſtentes, ſed diuinitus ordinatas; quod, vt plurimum contingit in viſionibus propheticis.

Quartus, & poſtremus eſt, quando Deus immediatè imprimit ſpecies intellectui; ſicut contigit Salomoni, & Apoſtolis, quibus infuſa eſt ſapientia. In quibus tamen modis eſt magna latitudo, de qua videndus eſt S.Thom. in pręallegato artic. & quęſt. 174. art. 3. S.Thom.

Secundū, quod requiritur in cognitione humana eſt iudiciū, quod fit virtute luminis intellectualis; quod quidem lumen principalius eſt, quàm ſpecies, ſicut iudicium, quàm repræſentatio; quoniā iudicium eſt completiuum cognitionis. Lumen autem ſupernaturale ad tria poteſt infundi: Nam, quandoque infunditur ad iudicandum ea, quę ab alijs viſa ſunt; ſicut Ioſeph ſupernaturali lumine interpretatus eſt ſomnium Pharaonis, & Apoſtolis collatum eſt lumen ad intelligentiam ſcripturarum. Quandoque autem ad iudicandum ſecundùm diuinam bonitatem ea, quę curſu naturali homo apprehendit. Quandoque ad diiudicādum efficaciter ea, quę agenda ſunt. *Luminis ſupernaturalis tres effectus.*

Non apponit S.Thom. quartum membrum, ſcilicet lumen infundi ad iudicandum ea, quę repręſentantur per ſpecies diuinitus impreſſas; quoniā in impreſſione ſpecierum intelligitur etiam infuſio luminis. Hęc omnia D.Tho. breuiſsimè in probatione minoris complexus eſt, & ordine retrogrado procedendo, primò poſuit lumen gratuitum,

A in quo etiam intelligitur modus reuelationis per ſpecies infuſas; licèt enim non ſemper, ſed rarò illuminatio fiat cum infuſione ſpecierum, ſemper tamen ſpecierum infuſio fit cum illuminatione.

Secūdò appoſuit phātaſmata diuinitus in imaginatione formata. Vbi obſeruandū, quòd dictio, *formata*, eſt ambigua, & poteſt ſignificare nouam impreſsionem phantaſmatum in Phantaſiam, & poteſt ſignificare nouam eorum ordinationē, aut vnius ex pręcedentibus compoſitionem; ſicut ex phantaſmatibus montis, & auri formatur phantaſma montis aurei. Quoniam ergo S.Thom. intēdebat vtrumque modum ſignificare, ideo conſulto vſus eſt uocabulo indifferenti. Poſtremò poſuit voces, & res ſenſibiles; quibus ſignificauit primū modum cauſandi ſpecies, ſiuę repręſentationem in intellectu. S. Thom.

B

Reſponſio ad tertium eleganter explicatur ex doctrina D.Thom. de Ver. q. 14. art. 1. in corpore.

QVAESTIO XIII.

De nominibus Dei, In duodecim articulos diuiſa.

C Onſideratis his, quæ ad diuinam perfectionem pertinent, procedendum eſt ad conſiderationē diuinorum nominum. Vnumquodque enim nominatur à nobis, ſecundùm quod ipſum cognoſcimus.

Circa hoc ergo quæruntur duodecim.

Primò: Vtrū Deus ſit nominabilis à nobis.

Secundò. Vtrum aliqua nomina dicta de Deo prædicentur de ipſo ſubſtantialiter.

Tertiò. Vtrum aliqua nomina dicta de Deo propriè dicantur de ipſo; an omnia attribuantur ei metaphoricè.

D Quartò. Vtrū multa nomina dicta de Deo ſint ſynonyma.

Quintò. Vtrum nomina aliqua dicantur de Deo, & creaturis vniuocè, vel æquiuocè.

Sextò. Suppoſito, quòd dicantur analogicè, vtrum dicantur de Deo per prius, vel de creaturis.

Septimò. Vtrum aliqua nomina dicantur de Deo ex tempore.

Octauò. Vtrum hoc nomen, Deus, ſit nomē naturæ, vel operationis.

Nonò. Vtrum hoc nomen, Deus, ſit nomen communicabile.

E Decimò. Vtrum accipiatur vniuocè, vel æquiuocè, ſecūdùm quòd ſignificat Deum per naturam, & per participationem, & ſecūdùm opinionem.

Vndecimò. Vtrum hoc nomen, Qui eſt, ſit maximè proprium nomen Dei.

Duodecimò. Vtrum propoſitiones affirmatiuę poſsint formari de Deo.

Ratio

Digitized by

Ratio ordinis huius quæſtionis ad præcedentem, & articulorum eius inter ſe.

CAuſam ordinis huius quæſtionis ad præcedentem adducit S. Thom. ex eo quòd vnumquodque nominatur à nobis, ſecundùm quòd ipſum cognoſcimus.

Continet hæc quæſtio duodecim articulos artificioſè diſpoſitos: Nam primò S.D. agit de nominibus diuinis in primis vndecim articulis. Secundò tractat de propoſitionibus, quæ de Deo formari poſſunt, in vlt. art. De nominibus diuinis dupliciter agit: Vno modo, in cõmuni in primis ſeptem articulis: Alio modo in particulari de hoc nomine Deus: & de hoc nomine Qui eſt in alijs quatuor articulis. De nominibus in communi tria tractat. Primò an eſt, in hoc 1. art. Secundò, quid eſt, in 2. art. Tertiò quomodo Deo conueniant, in 3. 4. 5. & 6. art. In 3. & 4. agitur de modo, quo nomina conueniunt Deo abſolutè loquendo, in 5. & 6. diſſeritur de modo, quo nomina conueniunt Deo cõparatione ad creaturas.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrùm aliquod nomen Deo conueniat.

68 1. diſt. 22. q. 1. art. 1. capit. 1. & medio illius.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd nullum nomen Deo cõueniat. Dicit enim Dion.* 1. c. de diu. nom. quòd neque nomen eius eſt, neq; opinio. Et Prou. 30. dicitur. Quod nomen eius, & quod nomen filij eius, ſi noſti?

2 Præterea: Omne nomen aut dicitur in abſtracto, aut in concreto; ſed nomina ſignificantia in concreto non competunt Deo, cum ſimplex ſit: neque nomina ſignificantia in abſtracto, quia non ſignificãt aliquid perfectum ſubſiſtens; Ergo nullum nomen poteſt dici de Deo.

3 Præterea: Nomina ſignificant ſubſtantiã cum qualitate; verba autem, & participia ſignificant cum tempore; pronomina autem cum demonſtratione, vel relatione; Quorum nihil competit Deo, quia ſine qualitate eſt, & ſine omni accidente, & ſine tempore, & ſentiri nõ poteſt, vt demonſtrari poſſit, nec relatiuè ſignificari: cum relatiua ſint aliquorum ante dictorum recordatiua, vel nominum, vel participiorum, vel pronominum demonſtratiuorum; Ergo Deus nullo modo poteſt nominari à nobis.

Sed cõtra eſt, quod dicitur Exod. 15. Quaſi vir pugnator omnipotens nomen eius.

Reſpondeo. Dicendum, quòd ſecundùm Philoſophum* voces ſunt ſigna intellectuum, & intellectus ſunt rerum ſimilitudines. Et ſic patet, quòd voces referuntur ad res ſignificandas mediãte conceptione intellectus. Secun-

Lib. 1. perierm. c. 1.

A dum igitur, quòd aliquid à nobis intellectu cognoſci poteſt, ſic à nobis poteſt nominari. Oſtenſum * eſt autem ſupra, quòd Deus in hac vita non poteſt à nobis videri per ſuam eſſentiam: ſed cognoſcitur à nobis ex creaturis ſecundũ habitudinem principij, & per modum excellentiæ, & remotionis. * ſic igitur poteſt nominari à nobis ex creaturis. Nõ tamen ita, quòd nomen ſignificans ipſum exprimat diuinam eſſentiam, ſecundùm quod eſt. Sicut hoc nomen, homo, exprimit ſua ſignificatione eſſentiam hominis, ſecundùm quòd eſt; ſignificat. n.

Art. 11. qu. præced. D. 48a.

66

B eius diffinitionem declarantem eius eſſentiã. Ratio enim, quam ſignificat nomen, eſt diffinitio.

Ad primum ergo dicendum, quòd ea ratione dicitur Deus non habere nomen, vel eſſe ſupra nominationem; quia eſſentia eius eſt ſupra id, quod de Deo intelligimus, & voce ſignificamus.

Ad ſecundum dicendũ, quòd, quia ex creaturis in Dei cognitionem venimus, & ex ipſis eum nominamus; nomina, quæ Deo attribuimus, hoc modo ſignificant, ſecundùm quòd

C competit creaturis materialibus; quorum cognitio eſt nobis connaturalis, vt ſupradictum eſt;* Et quia in huiuſmodi creaturis ea, quæ ſunt perfecta, & ſubſiſtentia, ſunt compoſita; forma autem in eis non eſt aliquid completũ ſubſiſtens, ſed magis quo aliquid eſt; inde eſt, quòd omnia nomina à nobis impoſita ad ſignificandum aliquid completum ſubſiſtens, ſignificant in cõcretione, prout competit cõpoſitis. Quæ autem imponuntur ad ſignificandas formas ſimplices, ſignificant aliquid, non vt ſubſiſtens, ſed vt quo aliquid eſt; ſicut albe-

Q. præced. art. 4.

183

D do ſignificat, vt quo aliquid eſt album; Quia igitur & Deus ſimplex eſt, & ſubſiſtens eſt, attribuimus ei nomina ſimplicia, & nomina abſtracta ad ſignificandam ſimplicitatem eius: & nomina concreta, ad ſignificandum ſubſiſtẽtiam, & perfectionem ipſius; * quamuis vtraque nomina deficiant à modo ipſius; ſicut intellectus noſter non cognoſcit eum, vt eſt ſecũdùm hanc vitam.

2 16 70 72

Ad tertium. Dicendum, quod ſignificare ſubſtantiam cum qualitate, eſt ſignificare ſuppoſitum cum natura, vel forma determinata,

E in qua ſubſiſtit. Vnde ſicut de Deo dicuntur aliqua in concretione ad ſignificandum * ſubſtantiam, & perfectionem ipſius, ſicut iam dictum eſt, *ita dicuntur de Deo nomina ſignificantia ſubſtantiam cum qualitate. Verba verò, & participia conſignificantia tempus, dicũtur de ipſo, ex eo quòd æternitas cõcludit omne tempus. Sicut enim ſimplicia ſubſiſtentia

6 In ſolutione præced.

non

Digitized by Google

non poſſumus apprehẽdere, & ſignificare, niſi per modum compoſitorum, ita ſimplicem æternitatem non poſſumus intelligere, vel voce exprimere, niſi per modum temporalium rerum: & hoc propter connaturalitatem intellectus noſtri ad res compoſitas, & temporales.

Pronomina verò demonſtratiua dicuntur de Deo ſecundùm, quòd faciunt demonſtrationem ad id, quod intelligitur, non ad id, qđ ſentitur. Secundùm enim quòd à nobis intelligitur, ſecundùm hoc ſub demonſtratione cadit. Et ſic ſecundùm illum modum, quo nomina, & participia, & pronomina demonſtratiua de Deo dicuntur, ſecundùm hoc & pronominibus, & nominibus relatiuis ſignificari poteſt.

Senſus quæſiti.

IN quæſito duo ſunt obſeruanda. Primum eſt, quòd nomen in propoſito nõ ſumitur in ſtricta ſignificatione grammaticali, ſed latè, quatenus ſignificat quamlibet dictionem incomplexam; vt manifeſtè patet ex tertio argumento, & eius reſponſione. Secundum eſt, quòd nomen conuenire Deo dupliciter poteſt intelligi: Vno modo abſolutè, à quocunque imponatur illud nomen, ſiue ab homine, ſiue ab angelo, ſiue à Deo: Alio modo poteſt intelligi nomen conuenire Deo per impoſitionem hominis viatoris. Et licèt verborum ſuperficies præſeferat primum ſenſum, intelligendum tamen eſt quæſitum in ſecundò ſenſu, qui ſolus diſcutitur in corpore, & in reſponſionibus ad argumẽta.

Forma Textus.

COnclusio eſt. *Deus poteſt à nobis nominari ex creaturis, non tamen ita, quòd nomen ſignificans ipsũ exprimat diuinam eſſentiam, ſecundùm quòd in ſe eſt. Declaratur primò, deinde probatur: Declaratur quid ſit ſignificare diuinam eſſentiam, ſecundùm quòd eſt, exemplo huius nominis, homo: quod nomen ſignificat eſſentiam hominis, ſecundùm quod eſt; quia ſignificat eius diffinitionem declarantem eſſentiam. Quod probatur: quia ratio, quam ſignificat nomen, eſt diffinitio. Secundò probatur concluſio ſic explicata: Secundùm quòd aliquid à nobis intellectu cognoſci poteſt, ſic à nobis poteſt nominari; at Deus in hac vita non poteſt à nobis videri per ſuam eſſentiam; ſed cognoſcitur à nobis ex creaturis ſecundùm habitudinem principij, et per modum excellentiæ, & remotionis; ergo etiam ſic poteſt à nobis nominari ex creaturis, ſcilicet ſecundùm habitudinem principij, per modum excellentiæ; & remotionis; non tamen ita, quòd nomen ſignificans Deum exprimat diuinam eſſentiam, ſecundùm quod eſt. Minor patet ex dictis in penultimo articulo præcedentis quæſtionis. Maior autem probatur: Voces referuntur ad res ſignificandas mediante conceptione intellectus; ergo ſecundùm quòd aliquid à nobis intellectu cognoſci poteſt, ſic à nobis poteſt nominari. Conſequentia eſt euidens; antecedens probatur auth. Philoſophi primo perihermenias dicentis, quòd voces ſunt ſigna intellectuum; intellectus verò sũt rerum ſimilitudines; ergo voces referũtur ad res ſignificandas mediante conceptione intellectus.*

Expoſitio Textus.

A AD huius diſcurſus intelligentiam notandum eſt primò in hoc toto contextu non eſſe ſermonem, niſi de nominibus ab homine viatore impoſitis, ſiue per naturalem, ſiue per reuelatam cognitionem; ad quam ſe extendit doctrina reſponſionum ad argumenta, quæ communis eſt vtrique cognitioni, nimirum naturali, & reuelatæ, vt patet

B legenti, & intelligenti.

Secundò obſeruanda eſt diligenter differentia, & proprietas terminorum: Nam voces, & intellectus, ideſt conceptiones in hoc conueniunt: quòd, quemadmodum conceptus repræſentant res, ita voces repræſentant conceptus: ſed differunt, quia conceptus repræſentant res per modum naturalis ſimilitudinis, & ideo naturaliter repræſentant; eandem enim conceptionem de cane habent latinus, græcus, & hebræus; At voces, ſiue nomina repræſentant per modum ſigni, non quidem naturalis: ſicut fumus repræſentat ignem; ſed ad placitũ;

C ſicut tuba eſt ſignum belli, & circulus ante tabernam eſt ſignum vini. Quo fit, vt vna, & eadem res non vno, & eodem nomine, ſed diuerſis pro nationum varietate ſignificetur, apud quas diuerſa fuerunt primorum inſtituentium placita in vocibus, ac nominibus ad res mente conceptas ſignificandas applicandis. Propter quam differentiam inter conceptiones, ac voces in ſignificando S. Tho. etiã non eadem vtitur loquendi forma: Nam de vocibus ait eſſe intellectuum ſigna; de intellectibus autem non affirmat ea eſſe ſigna, ſed ſimilitudines. Vnde etiam cõceptus ſolet dici imago, & ſpecies, ſiue forma expreſſa. Quam differentiam obſeruauit etiam Ariſt. qui in primo Periher. voces appellat notas, ideſt ſigna, conceptiones verò appellat paſsiones in anima; quia nimirum cauſantur à re, vt à fundamento veritatis, & in intellectu recipiũtur: quæ receptio paſsio quædam eſt, vt dicitur in tertio de anima S. Doct. autem conceptiones appellat intellectus, quia ſunt termini actus intelligendi.

Nota modũ loquendi. D.Tho.

D

Ariſto.

Tertiò conſiderandum eſt, quòd ſignificare rẽ prout in ſe eſt, nihil aliud eſt, quàm ſignificare rẽ quo ad prædicata ſubſtantialia, non cõmunia tantùm, ſed etiam propria, & intrinſeca; vt hoc nomẽ homo, quod ſignificat animal rationale, quæ eſt

E hominis diffinitio. Itaque nomen, quod non ſignificat rei diffinitionem, ſed rem, vt eſt ſub actione, vel ſub reſpectu ad alterum, aut ſub negatione alterius rei, non ſignificat rem, ſecundùm quòd in ſe eſt: Quoniam igitur diuina nomina Deũ ſignificant ſecundùm habitudinẽ principij, aut per modum excellentiæ, vel remotionis, vt ſupra dictum eſt; nec exprimunt diuinæ naturæ quidditatem; idcircò non ſignificant Deum, prout in ſe eſt.

Poſtremò ſciendum eſt cõceptus noſtros, quos de

Digitized by Google

de Deo formamus, abſolutè loquendo eſſe immediatè creaturarum, mediatè autem Dei repræſentatiuos: quæ tamen aliquo modo Deum immediatè repræſentant. Et eadem ratio eſt de nominibus tales conceptiones ſignificantibus: nam, vt inquit Capreolus in p.d.22.q.8.ad tertium Aureoli, conceptus habiti à creaturis, ſiuè per negationem, vt conceptus infiniti, ſiuè per cauſalitatem, vt conceptus de Deo, quatenus cauſa prima, & ens primum; ſiuè per viam eminentiæ, vt cum intelligo Deum, quatenus ſuper bonus, & ſuper iuſtus, & ſimilia, nō repræſentant Deū, vt in ſe eſt, ſed ſemper in alio. Conceptus enim noſtri, vel ſunt ſimilitudines creaturarum ſenſibilium, aut impoſiti ex illis, vel cum illis, aut ab illis extracti. Et in ſecunda concluſione ſic ait. *Nullum nomen à nobis impoſitum ſignificat Deum ſecundum eius ſimplicem, & proprium ei ſoli conceptum: nam intellectus noſter in ſtatu viæ non intelligit Deum in aliquo conceptu, qui non ſit conceptus creaturæ, ſicut ſunt conceptus perfectionum exemplatarum à diuina perfectione, vel ſaltem compoſitus ex talibus conceptibus; ſicut ſunt iſti conceptus; cauſa prima, ens infinitum & huiuſmodi, ſicut autem intelligimus, ita ſignificamus; ergo nullum nomen à nobis impoſitum ſic eſt Deo à nobis appropriatum, quòd Deum ſignificet, & nihil aliud, & cōfirmatur, (inquit;) Quia ſi eſſet aliquod tale nomen exprimens aliquē conceptum ſoli Deo proprium, hoc potiſſimum videretur eſſe hoc nomen Deus, ſed hoc non eſt; ergo: minor probatur; quia hoc nomen Deus, licèt naturam diuinam ſignificet, non tamen exprimit conceptum ſoli Deo conuenientem, ſed complexum ex multis conceptibus, qui diuiſim creaturis conueniunt; ſignificat enim diuinam naturam ſub hoc conceptu: vniuerſalis prouiſor, vel cauſa prima, vel primus motor, vel huiuſmodi: conſtat autem iſtorum conceptuum complexorū partes conuenire multis creaturis.* Hæc Capreolus. Quæ placuit ad verbū huc trāsferre, quia verborū proprietas maiorē affert legentis intellectui ſignificationis energiā.

Capreol.

Hæc ſententia videtur deduci ex D.Thom. in 4. ſent. diſt. 49. q. 2. art. primo, vbi ſic ait. *Quando aliquid videtur immediatè per ſpeciem ſuā, oportet, quòd ſpecies illa repræſentet illud ſecundùm completum eſſe ſua ſpeciei, aliàs, non diceretur res illa immediatè videri, ſed quædam vmbra eius; ſicut ſi ſimilitudo lucis in oculo fieret per modum coloris, qui eſt lux obumbrata: impoſſibile eſt autem in intellectu creato ſimilitudinem diuinæ eſſentiæ recipi, quæ eam perfectè ſecundùm totā rationem ſuam repræſentet; vndè ſi per aliquam talem ſimilitudinem eſſentia diuina, à nobis videretur immediatè, non videremus diuinam eſſentiam, ſed quandam vmbram eius.* Hæc D.Thom. Quibus ſi addamus, quod nomen non ſignificat res, niſi mediante ſpecie, & conceptione, quæ eſt in intellectu, ſequitur nullum nomen Deo à nobis impoſitum ſignificare Deum immediatè: Alio tamen quodam modo videntur prædictæ conceptiones, & nomina Deum immediatè repræſentare, ſumendo ſcilicet totum cōceptum cathegorematicè; ſic enim nulli creaturæ poteſt conuenire, vt hoc, quod dico, primū ens, actus primus, & ſimilia. Conſtat etiam poſſe nos cōceptiones ex alijs cōceptionibus nobis formare remouendo imperfectiones, & concipiendo rē vndequaque perfectam, quæ Deus eſt: quamuis in modo repræſentandi ſemper deficiat quæcunque conceptio, nec adæquet diuinam naturam, & ideo non illam immediatè, ſed eius vmbrā dicatur repræſentare. Itaque dicendum videtur conceptiones oēs, quas de Deo formamus, implicare creaturarum ſimilitudines, propter quas Deum ſemper mediatè repræſentant ſimpliciter loquendo; ſed quia totus cōceptus cathegorematicè nulli poteſt creaturæ conuenire, ſed ſoli Deo, idcircò ſecundū hanc rationem ad Deum immediatè refertur. Qđ tamen non ſufficit ad eum immediatè repræſentandum abſolutè loquendo propter implicatas creaturarum ſimilitudines. Ex quo etiā videtur ſequi omnem noſtrum cōceptum, & nomen de Deo eſſe connotatiuum creaturarum, ſaltem implicitè. De qua re infra agēdum erit, videlicet in ſexto huius quæſtionis articulo.

D.Tho.

Quō conceptiones, & nomina Deum immediatè repræſentēt.

Controuerſia vnica.

An eſſentia Dei poſſit aliquo nomine ſignificari, ſicuti eſt, ſiuè quidditatiuè.

Sententiæ Doctorum, & Expoſitorum.

Scotus in 1. diſt. 22. quæſt. vnica ſecundam partem concluſionis cum ſua probatione in controuerſiam vocat, ſuamque ſententiam tribus explicat propoſitionibus. Prima propoſitio. Quamuis in hac vita Deum non niſi ex creaturis intelligere valeamus, poſſumus tamen eidem imponere nomina, quæ illum, prout in ſe eſt, ſignificent. Secūda propoſitio: per accommodationem vſus quibuſdam vtimur nominibus ad Dei eſſentiam ſignificandam abſque habitudine ad creaturas: quale eſt (inquit) hoc nomen Deus.

Scotus.

Tertia propoſitio: poteſt Deus, & quilibet beatus imponere nomina ad Deum ſignificandum, ſicuti eſt; quia vident ipſum, ſicuti eſt.

Arbitraturque Scotus nomen Ieoua, quod græci dicunt Tetragramaton, ideſt, quattuor litterarum, eſſe à Deo immediatè impoſitum, ad ſignificandam diuinam eſſentiam, prout in ſe eſt. Sententiam hanc ſequitur Molina, & Vaſquez ſuper hoc articulo.

Oppoſitam ſententiam tuentur Bannes, & Zumellus ſuper hoc articulo, & Suarez lib. 2. de attributis diuinis capit. 31. ſed Ferrarienſis in primo cont. gent. capit. 31. conuenit cum Scoto in tertio dicto: eandem ſententiam ſequitur Peſantius dubitatione vnica ſuper hac quæſt. Ab hac opinione non abhorret prorſus Caiet. vt patet ex modo loquendi. Et quod amplius eſt, videtur eſſe ſententia manifeſta D.Tho. in allegato cap. primi cont. gent. in fine; vbi habet hæc verba. *Si autem ipſam eſſentiam, prout eſt, poſſemus intelligere, & ei nomē proprium adaptare, vno nomine tantùm eam exprimeremus: quod promittitur his, qui eum per eſſentiam videbunt, Zachar. vlt. in die illa erit Dominus vnus, & nomen eius vnum:* Quæ prophetæ verba nituntur Bannes, & Zumellus exponere contra mentem S. Doct.

Molina. Vaſquez. Bannes. Zumellus Ferrarien. Peſantius.

Caiet.

S.Thom.

Sylueſter. Doct. de ſtatu eccleſiæ militantis. Sylueſter credit multa nomina hebraica, quæ non intelligimus, ſignificare Deum ſicuti eſt.

Reſolutio.

Explicatur multiplex diſtincta nominis ſignificatio, & oſtenditur eam ad conceptum obiectiuum referri medio formali.

SCiendum eſt primò, nomen aliquod poſſe rem aliquam diſtinctè ſignificare dupliciter: Vno modo, prout dictio hæc diſtinctè idem pollet, qđ in particulari, & non tantùm in communi; res igitur ſignificatur hoc modo diſtinctè per nomen, quando conceptus nomine ſignificatus proprius eſt rei, prout à qualibet alia re diſtinguitur, licèt quidditatem rei ſignificatæ non adæquet. Et hoc modo multis Deus núcupatur nominibus, quæ ad eum diſtinctè ſignificandum ſunt impoſita: vt hoc nomen Deus, & nomen Ieoua, & Adonai, & ſimilia: Alio modo poteſt nomen rem aliquam diſtinctè ſignificare, prout aduerbium illud diſtinctè idem eſt, quod quidditatiuè, quod fit, quando res quidditatiuè cognoſcitur, & prout in ſe eſt, ſignificatur, hoc verò contingit, cum res per propriam, & adæquatam ſpeciem, aut etiam per ipſam rei eſſentiam cognoſcitur.

Secundò aduertẽdum eſt, quòd nomine aliquo ſignificari rem diſtinctius, quàm à ſignificãte intelligatur, poteſt dupliciter intelligi: Vno modo, vt diſtinctionis modus ſe teneat ex parte rei ſignificatæ, & intellectæ: Alio modo, vt ſe teneat ex parte ſignificantis, & intelligentis. Priori modo denotatur rem ſignificari magis diſtinctam, quã ſignificans intelligat eſſe diſtinctam, quod facilè poteſt contingere; poteſt enim nomen imponi ad rem, quæ pluribus modis eſt ab alijs diſtincta, ſignificandam, cum tamen, qui nomen imponit, aliquem diſtinctionis modum ignoret. Poſteriori autem modo affirmatur magis eſſe diſtinctum modum ſignificandi nominis, quàm ſit modus, quo intellectus rem ſignificatam intelligit; & hoc eſt, quod Scotus affirmat fieri poſſe, nos autem impoſſibile eſſe contendimus, vt patebit ex dicendis.

Tertiò obſeruãdum eſt conceptus eſſe in duplici differentia; Quidam ſunt conceptus formales; qui ſunt ſpecies expreſſæ, imagines, & verba rerũ intellectarum repræſentatiua ad modum interioris obiecti: Alij ſunt conceptus obiectiui; qui sũt ipſæ res intellectæ, nõ abſolutè, ſed quatenus obijciuntur actui intellectus, & illum terminant. Quã igitur ait S.Thom. *voces ſint ſigna intellectuum*, & Ariſt. *ſunt animæ paſsionum notæ*, ſenſus eſt: voces ſignificant immediatè conceptus formales, & eis mediantibus conceptus obiectiuos; qui per formales repræſentantur. Vnde S.Thom. in diſcurſu articuli benè dixit ex dictis ſequi, quòd voces referantur ad res ſignificandas mediantè conceptione intellectus: nam, quod eſt ſignum ſimilis, quatenus eſt alteri ſimile, eadem ratione ſignum eſt alterius ſimilis. Conſtat autem vocibus ſignificari conceptiones, vt conceptis rebus ſunt ſimi-

D.Tho. Ariſtot.

A les. Itaque falſum eſt, quod docet Vaſquez cap. 2. videlicet voces proximè, & immediatè ſignificare conceptus obiectiuos. Ex quo etiam ſequitur impoſſibile eſſe nomen diſtinctius rem ſignificare, quàm intellectus intelligat: Nam, cum nomen non ſignificet rem, niſi media conceptione, conſequenter etiam dicitur nomen confuſè, aut diſtinctè; & magis, & minus diſtinctè rem ſignificare, ſecundùm quòd conceptus ſignificatus confuſè, aut diſtinctè, & magis, vel minus diſtinctè rẽ nomine ſignificatam repræſentat.

Vaſquez dictũ reijcitur.

B *Nominis ſignificationem per ſe primò ex loquentis notitia dependere.*

QVartò conſiderandum eſt voces, ſiuè nomina eſſe ſigna quædam inter eum, qui loquitur, & eum qui audit, & ideo nominis ſignificatio ex vtroque capite penſanda eſt. Nomen enim à loquentis notitia procedit, & ad eam ſignificandam ordinatur, & ſecundùm hoc reſpectum habet ad loquentem, & ab eo, ſiuè eius notitia, & voluntate pendet eius ſignificatio. Punctum aũt præcipuum huius Controuerſiæ in eo conſiſtit, vt videamus, an ex loquentis notitia, aut potius ex audiẽtis intelligentia per ſe dependeat nominis ſignificatio, & ſignificationis perfectio: Nam Molina, Suarez,

C & Vaſquez ex audientis intelligentia, S.Thom. verò ex loquentis cognitione docet nominis ſignificationem, & ſignificationis perfectionem eſſe pẽſandam, vt patet ex diſcurſu articuli.

Molin. Suarez. Vaſquez. S. Thom.

Ad cuius euidentiam ſciendum eſt nominis ſignificationem dupliciter poſſe conſiderari: Vno modo in actu primo, prout ſcilicet à primò inſtituente media eius conceptione, & voluntate vim habet ſignificandi, antequam ab aliquo alio audiatur, aut concipiatur; & ex hoc ſignificationis modo dicitur nomen ſignificatiuum, & eo maior, ſiuè perfectior dicitur eius ſignificatio, quo fuerit maior, atque perfectior primi impoſitoris intelli-

D gentia. Cum ergo nomen dicatur, & verè ſit ſignificatiuum in actu primo, antequam audiatur, non poteſt hic ſignificationis modus ex audientis notitia nomini conuenire.

Deinde ratio cuiuslibet rei ex proprijs cauſis, & principijs eſt iudicanda; at propria vocum, ſiue nominum, quatenus ſignificatiua ſunt, principia, & cauſæ ſunt conceptus, ſiue notitia, & voluntas inſtitutoris loquentis; ergo. Probatur minor: quoniam nomen per ſe primò repræſentat conceptũ, & eſt propter illum repræſentandum; igitur conceptus eſt cauſa exemplaris, & finalis ſignificationis nominis; & quia ab inſtituentis voluntate

E depẽdet, quòd magis hoc, quàm illo vtatur ſigno; idcircò voluntas inſtituentis erit cauſa propria efficiens ſignificationis nominis. Præterea ſignum, vt ſic, ad ſignatum per ſe primò refertur; ergo cõceptus ſignificatus per nomẽ erit per ſe primò terminus ſignificationis nominis; ergo ex loquentis notitia attendenda eſt nominis ſignificatio. Denique vniuerſa nomina, ſiue voces hoc habent inſeparabile, quòd ſunt ſigna notitiæ inſtituentis, & loquentis; at verò hoc non ſemper habent, quòd

actualiter

actualiter ſignificent: vt ſi Græcus cũ Latino, aut Latinus cum barbaro loquatur. Itaq; relatio,quã habet nomen ad audientem, non eſt principalis, ſed ſecundaria:& conſequenter perfectio,& menſura ſignificationis non eſt attendenda ex parte audientis,ſed ex parte loquentis tantùm. Vnde ꝑfecta erit nominis ſignificatio,ẽt ſi à nullo audiatur: vt patet de viatore in vaſta ſolitudine canente,& de oratore priuatim ad exercitium dicente.

Secundo modo poteſt nominis ſignificatio cõſiderari in actu ſecundo, prout ſcilicet erga audiẽtem exercet actum ſignificandi:quo modo dupliciter adhuc poteſt conſiderari: Vno modo,vt à voce loquentis procedit;& hęc vocatur actiua ſignificatio,quæ ſe tenet ex parte nominis;& ita ſignificationis perfectio ex intelligentiæ eius,qui loquitur,non autem eius, qui audit,perfectione procedit; Quia conceptum audientis præcedit vocis ꝓlatio vim circa eius intellectum habens motiuam ad formandum rei per vocem ſignificatæ conceptum;igitur non ex audientis intelligẽtia, quæ poſterior eſt,ſed ex loquentis conceptione ſumenda eſt actiua nominis ſignificatio: Alio modo poteſt nominis ſignificatio in actu ſecundo conſiderari, prout ab audiente concipitur,& hæc vocatur paſſiua ſignificatio ſe tenens ex parte audientis,& huiuſmodi ſignificationis perfectio attenditur ex ꝑfectione conceptus eius,qui audit: Et ſicut perfectior eſſe poteſt in loquente nominis actiua ſignificatio,quàm ſit ea,quę eſt in audiente paſſiua ſignificatio,ita poteſt ẽ contra hæc eſſe perfectior illa. Sicut etiam poteſt indifferẽter loquentis, aut audientis eſſe maior,aut minor intelligentia. Vox enim non eſt ſignum formale, quod eandem apud omnes habet ſignificationem, ſed inſtrumentale; conſtat autem inſtrumentum à principalis agentis perfectione,& vſu virtutẽ ſuam,& perfectionẽ accipere;igitur nomina,ſiuè voces, quæ inſtrumẽtalia quædam ſigna ſunt cõmunia loquenti,& audienti,tàm ex huius, quàm ex illius intelligentiæ perfectione ſuæ ſignificationis perfectionem accipiet. Et confirmatur:Nam quod in alio recipitur, per modum ipſius recipientis in eo recipitur; igitur ſignum hoc inſtrumentale ſuam habebit in ſignificando perfectionem, & modum iuxtà perfectionem intelligentiæ loquentis, & audientis, vt ante diximus.

Poſſe per nomen à Deo impoſitum ſignificari Deum, prout in ſe eſt.

POſtremò notandum, id, quod ſuperius diximus,nimirùm diuerſum eſſe repræſentationis modum in ſpecie,ſiue conceptu,& in nomine:Nam ſpecies repræſentat per modum ſimilitudinis naturalis,& ideo non poteſt repręſentare rem,ſicut eſt,niſi ſit ei adæquata, aut ſuperexcedat; at nomen repræſentat per modum ſigni, & non per modum ſimilis: ad ſignum autem ſufficit relatio,ſiue reſpectus determinatus ad rem, ſiuè rationem formalem,ad quam vt ſignificatam refertur. Cum autem duplex ſit ſignum;vnum natu-

A rale,vt fumus reſpectu ignis, & voces brutorũ reſpectu internorum affectuum; aliud autem ad placitum; vt ſonus tubæ reſpectu belli, & rerum nomina,vtrumq; conuenit in hoc, quòd ex vi ſua ducit in cognitionẽ rei ſignificatæ;ſed illud per vim inditam à natura; hoc autem per vim ab inſtitutore collatam accedente reliquorum vtentium, & loquentium conſenſu, vt audito tali nomine conceptionem loquentis agnoſcant. Itaque, cum nominis ſignificatio non ſit ad modum naturalis ſimilitudinis, ſed ſigni ad placitum, ad quod ſufficit relatio ad rem, qua ratione intellecta eſt,vt eã ſignificet,& audienti talis notitiæ capaci repræ-

Signi naturalis,& ad placitum differẽtia.

B ſentet,poterit Deus,aut etiam quilibet beatus videns diuinam eſſentiam nomine aliquo illã,prout in ſe eſt,ſignificare.

Et licèt nominis, & cuiuſlibet dictionis repræſentatiò ſit natura ſua, ſiue in actu ſignato independens ab actuali exiſtentia rei ſignificatæ, etiã illarũ dictionũ,quæ ad rem,vt exiſtentem ſignificandam ſunt impoſitæ, cum re non exiſtẽte ſuam retineant ſignificationem; eadem tamen nomina, ſiuè dictiones,quæ ad rem, vt actu exiſtentem ſignificandam ſunt impoſita, ſi in actuali vſu conſiderentur,non habent repræſentationem independentem ab actuali exiſtentia: nam in actuali vſu

C talium dictionum ſignificatur rem ita concipi,vt exiſtentem, vt re vera in ipſo locutionis momento ſit exiſtens;alioquin falſa eſſet loquutio.

His addamus,rem de qua loquimur, ſcilicet diuinam eſſentiam talem eſſe,vt neceſsitate abſolutiſsima vendicet ſibi actualem exiſtentiam in actu exercito; quam,vt ſic exiſtentem, poterit nomẽ, ſiuè dictio à Deo inſtituta ſignificare, ſaltem in vſu veritate perfecto. Loquimur enim de vera repræſentatione,& ſignificatione rei, & conſequẽter,prout eſt tempore locutionis. Nec refert,quòd viator talis nominis ſignificatum non percipiat: nam ſatis eſt, quòd à vidente diuinam eſſentiam

D intelligi poſsit:nec modo loquimur de nomine,vt eſt in voce,vel ſcripto,ſed abſolutè, quatenus eſſe poteſt etiam in intellectu res, & nomina ſingularia cognoſcente. Ex dictis ſequuntur quatuor concluſiones.

Concluſiones deductæ,& probatæ.

PRima concluſio. Nominis ſignificatio, aut ſignificationis perfectio in actu primo non ex audientis, ſed ex loquentis notitia per ſe ſumẽda eſt.Hæc patet ex dictis in quarto fundamento.

Secunda concluſio. Nullum nomen poteſt di-

E ſtinctius,& perfectius rem ſignificare, quàm nominis impoſitor intellexerit. Hæc concluſio intelligenda eſt de ſignificatione ex vi nominis procedente: Nam, ſi quis ex maiori intellectus perfectione rem nomine ſignificatam diſtinctius intelligat,hoc iam non erit ex virtute nominis. Probatur concluſio: Nomen totam vim habet ſignificandi ab inſtitutore media cognitione; ergo quanta erit cognitio,tanta erit ſignificatio,& non maior. Conſequentia probatur;quia nullus effectus virtu-

tem, & perfectionem excedit ſuę cauſæ: Nec ſignū poteſt excedere ſignatum. Secundò: Facilius eſt rē concipere, quàm verbis exprimere; ergo nō poteſt eſſe diſtinctior nominis ſignificatio, quàm inſtitutoris conceptio.

Tertia concluſio: Significatio nominis in actu ſecūdo actiue ſumpta, ſiue vt à voce procedit, attenditur iuxta perfectionem conceptionis primi impoſitoris. Hæc patet ex dictis.

Quarta concluſio: Paſsiua nominis ſignificatio, & eius perfectio attenditur ſecundùm conceptionem audientis, & eius perfectionem, adeò vt hæc nominis paſsiua ſignificatio poſsit eſſe perfectior actiua ſignificatione primi impoſitoris. Hæc patet ex dictis.

Quinta concluſio. Nullum nomen Deo poteſt à nobis imponi, quod Deum, prout in ſe eſt, ſignificet viatoribus, aut beatis. Hæc cōcluſio ſatis probata eſt in 3. & 4. fundamento, & ſequitur euidenter ex ſecunda concluſione, & eius probationibus. Probat eā late Valentia authoritatibus ſacræ ſcripturæ, & ſanctorum Patrum. *Valentia.*

Sexta concluſio. Deus, & beati poſſunt Deo nomen imponere, quod beatis ſignificet Deum, vt in ſe eſt. Hæc concl. eſt S. Tho. in primo cont. gent. capit. 31. quam probat authoritate Zachariæ vlt. ſuperius adducta, videlicet. *In die illa erit Dominus vnus, & nomen eius vnum.* *D. Tho.* *Zacha. vlt.*

Sed reſpōdent Bannes, & Zumellus dupliciter. primò Prophetam ibi ad litteram non loqui de obiecto beatifico, ſed de ſtatu eccleſiæ militātis, & ſignificare nō futurū in eccleſia pluriū Deorū cultu, ſed vnicū Deum ab oībus inuocandū. Secundò reſpōdent, ꝙ, ſi illud teſtimonium intelligatur de ſtatu beatifico, nomen ibi deſignat Verbum diuinum, in quo omnes beati videbūt Deum, ſicut eſt. Ita dicunt explicandū eſſe S. Tho. in dicto loco. *Bannes. Zumell.*

Sed noſtra gloſſa quadrat menti S. Tho. ſed manifeſte cum ea pugnat: Nam S. Thom. vt patet ex verbis ſuperius in capite controuerſiæ relatis, expreſsè loquitur de ſtatu beatifico, & de nominib. quæ de Deo dici poſſunt, atque. *Si nos diuinam eſſentiam, prout in ſe eſt, poſſemus intelligere, & ei nomē proprium adaptare, vno nomine tantùm illam exprimeremus: quod promittitur his, qui eum per eſſentiam videbunt.* Conſtat autem conditionalem illam. *Si nos diuinam eſſentiam &c.* intelligendam eſſe de nomine proprie; ergo etiam cum ſubditur, *quod promittitur his, &c.* intelligendum eſt de nomine proprie. Confirmatur; quia videntibus diuinam eſſentiam non promittitur viſio in Verbo, quæ includitur, aut idem eſt cum viſione beata, ſed aliquid aliud. ſ. nominis impoſitio. Et in hoc ſenſu exponit etiam Liranus verba Zachariæ. Hanc autem eſſe mentem S. Tho. adhuc euidentius apparet ex eodem S. D. primo ſent. diſt. 2. q. 1. art. 3. quęſtiuncula 4. vbi ſic ait. *Si autem intellectus noſter Deum per ſeipſum videret, tūc ratione poſſet imponere nomen vnum quod erit in patria; & ideo dicitur Zachariæ vltimo. In illa die erit Dominus vnus, & nomen eius vnū: Illud autem nomen vnum non ſignificat bonitatem tantū, nec ſapientiam tantùm, nec aliquid huiuſmodi, ſed ſignificata omnium iſtorum includeret. Si tamen, intellectus videns Deum per eſſentiam imponeret nomē rei, quam videret, & nominaret mediante conceptione, quam de ea haberet, oporteret adhuc, quòd imponeret plura nomina; quia impoſsibile eſt, quòd conceptio intellectus creati repræſentet totam perfectionem diuinæ eſſentiæ. Vnde de vna re viſa diuerſas conceptiones formaret, & diuerſa nomina imponeret, Sicut Chryſoſtomus dicit, ꝙ Angeli laudant Deū, quidam vt maieſtatem, quidam vt bonitatem, & ſic de alijs, in ſignū, quòd ipſi non vident viſione comprehendente. Sed conceptio repræſentans eū eſt Verbum increatum, & ideo eſt vnum tantū;* *Liranus. D. Thom* A

Hęc S. Thom. Ex quibus docemur etiam propriam cauſam, ob quam beati quandoque vno tantùm nomine, & quandoque pluribus vnicam Dei ſecūdùm ſe ſignificant perfectionem. B

Septima propoſitio. Licet potuerit nobis à Deo, vel ab angelis dari nomē ſignificans Deum, prout in ſe eſt; non tamen credendum eſt tale nomē datum eſſe hominibus. Probatur prima pars; quia nullam implicat contradictionē beatos nobis reuelare nomen illud, quod impoſuerunt, aut imponere poſſunt: Nam ſignificatio nominis perfecta attenditur ex notitia inſtituentis, nō autem ex cognitione audientis; igitur, quamuis viatores talis ſibi reuelati nominis ſignificatum clarè non perciperent, ſed confuſè tantùm, & imperfectè (quo modo etiam Deum per creatas ſpecies intelligimus) nomen tamen illud verè diuinam eſſentiam, prout in ſe eſt, ſignificaret; quia ex videntis per eſſentiam notitia procederet. C

Secunda pars concluſionis probatur primò; quia experientia teſte nullum tale nomē habemus. Sed reſpondet Syl ueſter, nos vti multis nominibus Hebraicis, quæ non intelligimus, nec poſſumus ſcire, an ſignificent Deum, ſicut eſt; Sed vana eſt dubitatio: nam vniuerſa diuina nomina, quibus vtimur; ex creaturis ſunt impoſita, vt amplius patebit ex articulis ſequētibus, & Hebraica nomina manifeſtā habēt ſignificationē apud illi⁹ linguæ peritos. *Syluestri reſponſio reijcitur.*

D Secundò probatur eadē pars: nā fruſtra hominibus darentur talia nomina; quia per illa nō poſſent viatores Deum cognoſcere, ſicuti eſt. Reſpondet Syluester negādo ſequelam; quia dari poſſet, vt miremur, & veneremur altitudinem incomprehenſibilis Dei, & vt per talia nomina adiuremus dæmones; Sed non ſoluit argumentum; quoniam illud eſt fruſtra, quod non aſſequitur finem ſuum, ad quem principaliter ordinatur; conſtat autem nomina per ſe primò ad ſignificandum ordinari. Secūdò; quia, ſi ex talibus nomibus eſſet nobis admiranda Dei incōprehenſibilitas, opus eſſet prius nobis reuelari talia nomina Deū ſignificare, prout in ſe eſt; quod nuſquam factum eſt. *Syluestri reſponſio reijcitur.* E

Deniq; de hac imaginatione non habetur ſufficiens authoritas, ſed contrariū potius ex D. Dionyſ. in 1. celeſtis Hierarch. dicente. *Impoſsibile eſt nobis aliter lucere diuinum lumen, quàm varietate ſacrorum velaminum circumuelatum*, reſpondet Syl ueſter, ꝙ argumētum ab authoritate negatiuē eſt inualidum. Sed licet abſolutè tale argumentum ſit inualidū, in materia tamen eorum, quę ſunt in facris *Dionyſ.* *Syluestri reſponſio reijcitur.*

eris litteris expreſſa; qualia ſunt omnia diuina nomina validiſsimum eſt. Poſſet hæc eadem pars cōcluſionis probari authoritatibus ſacrarum litterarū, & ſanctorum Patrum, quibus diximus probari poſſe ſecundam concluſionem.

Vltima concluſio: Nullum poteſt à beatis Deo nomen imponi, quo ſignificetur eius eſſentia comprehenſiuè. Hæc ſequitur euidenter ex ſecunda, & eius probationibus innixis veritati quarti fundamenti. Et eſt contra Vaſquezium aſſerentem in tertio cap. ſuæ diſp. ad hūc artic. vbi ait poſſe beatos Deo nomen imponere, quod eum ſignificet cōprehenſiuè.

Argumenta, & ſolutiones.

Contra primam, & tertiam concluſionem argumentatur Vaſquez.

Primò. Nomina ſunt Symbola quædam inter illum, qui loquitur, & eum, qui audit; ergo nomen (Vaſquez.) non dicitur ſignificare rem vtēti ipſo nomine, aut imponenti illud, ſed audienti. Confirmatur authoritate Aug. lib. 2. de doctrina chriſtiana, cap. 1. dicentis: *Signum eſt res, quæ præter ſpeciem, quam ingerit ſenſibus, aliquid aliud facit in cognitionem venire*; ergo facit rem cognoſci, ad quam ſignificandam ſcimus eſſe nomen impoſitum; ſed non facit, vt ille, qui nomē profert, aut imponit, rem cognoſcat; ergo nomina non ſignificant rem imponenti, aut loquenti, ſed audienti. Et hoc eodem argumento vtitur Suarez. (Suarez.)

Reſpondetur admiſſo toto argumento cum ſua confirmatione nihil concludi contra noſtram cōcluſionem; ſed tantùm probari nomina ordinari ad ſignificandum conceptum loquentis ipſi audiēti, vt ad finem ſecundarium, & extrinſecum nominis, finis aut principalis eſt ſignificare cōceptum loquentis.

Secundò. Caiet. & recentiores aliqui Thomiſtę non dubitant Scoto concedere poſſe aliquem multò clarius, & diſtinctius, rem alteri ſignificare voce iam antè ad ſignificandum impoſita, quàm ipſemet eam intelligat; ergo perfectio ſignificationis nominis nō ex eo, qui nomen impoſuit, aut eo, vtitur, eſt penſanda, ſed ex eo, qui audit. Probat verum eſſe, quod dicitur in antecedente, exemplo narrantis ædificia vrbis Romæ, quæ legit in libro, alicui, qui proprijs oculis illa vidit: nam tunc audiens melius intelliget, quàm loquens.

Reſpondetur nullam eſſe cōſequentiam: Nam aliud eſt loqui de eo, qui nomen impoſuit, & aliud de vtente nomine iam impoſito; ſiquidem perfectio ſignificationis attēditur penes notitiam perfectā impoſitoris, nō autem penes vtentis notitiā, etiam ſi aliundè rem perfectiùs intelligeret, quā, qui nomen impoſuit.

Tertiò. Si quis neſciens linguam hebraicam, & characteres illius, imponeret nomina ſingulis characteribus ordinatè, certè nomina hæc clarius, & diſtinctius characteres ſignificarent ſcientibus litteras hebraicas, quàm is, qui ea nomina impoſuit, intelligeret.

Quartò. Si Philippus rex primò capiendam inſulam nominaret Philippinam, non ne nomen illius euidentius eā ſignificaret Duci, & militibus, A qui proprijs oculis eam viderūt, quàm Philippus eam cognoſceret?

Quintò. Si cęcus aliquis impoſuiſſet nomen rebus, quas nunquam vidit; non ne melius eas ſignificaret audientibus, quàm ipſe cęcus eas cognoſceret? ergo nominis ſignificatio non eſt penſanda ex perfectione cognitionis, quam de re habet, qui nomen impoſuit, ſed ex eo, qui audit.

Ad hæc reſpondetur falſam eſſe conſequentiā: Nam in allatis exemplis audientes perfectius intelligunt id, quod nomine ſignificatur, non ex vi nominis; quoniam hoc eſt impoſsibile, vt probauimus, ſed ex cognitione aliundè habita.

B Cōtra eādem cōcluſionē argumētatur Suarez.

Primò. Quamuis, qui loquitur, vel qui nomē ad (Suarez.) ſignificandum imponit, habeat intuitiuam cognitionem illius rei, quam nomen ſignificat, nihilominus nomen ex vi ſuæ impoſitionis non poteſt repræſentare intuitiuè rem, quam ſignificat; ergo ſignificatio nominū, aut verborum mēſuranda eſt ex cognitione, quàm generare poſſunt in mente audientium. Conſequentia probatur; quia nomen non ſignificat loquenti, ſed audienti, vt ſic; & hic eſt eius veluti intrinſecus, & naturalis finis. Antecedens probatur; quia nomen vi ſua non confert nobis propriā ſpeciem illius rei, cuius eſt nomen, C ſed tantùm ſui ipſius, & mediantè illa ſpecie facit nos venire in cognitionem; ergo non poteſt generare intuitiuam rei cognitionem. Secundò; quia illa repræſentatio vocis per ſe, & ex natura ſua eſt independens ab actuali exiſtentia. Tertiò; quia nomen non ſignificat menti, niſi mediante auditu: auditus autē non confert intuitiuā cognitionē, niſi ipſius ſoni ſenſibilis. Quartò; quia nomē ſemper facit cognoſcere rē, non in ſeipſa, ſed in ſigno.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam: Ad probationem reſpondetur; quòd licèt nomen non ſignificet loquenti, ſignificat tñ per ſe primò conceptū loquentis, ad quem, vt ad intrinſecum, & naturalē finem ordinatur, non aūt ad ſignificandum D audienti, niſi ſecundariò, & vt ad finem extrinſecum. Secundò negatur ēt antecedens quo ad eos, quibus ex proprio ſtatu conuenit cognitio intuitiua. Ad primam probationem reſpondetur falsū eſſe antecedens vniuerſaliter loquendo: Nam nomen, cum ſit ſignū, immediatè refertur ad per ſe primò ſignatū; hoc verò eſt conceptus loquentis; qui in videntibus diuinam eſſentiam nihil aliud eſt, quàm ipſa diuina eſſentia, vt obiecta intellectui ſecundùm ſe ipſam, & prout eſt ſecundùm ſe.

Itaque nomen Deo impoſitum à beato Deum vidente ex vi ſua rem intuitiuè repræſentat, quod eſt conferre notitiam intuitiuam, non ſimpliciter, E ſed in ratione ſigni.

Ad ſecundum negatur antecedens vniuerſaliter loquendo. Et ratio ſupra allata eſt.

Ad tertium reſpondetur falſum eſſe antecedēs: quīa hic abſtrahimus à nomine in voce, & in ſcripto, & à quocunq; alio eſſendi modo. Vnde nomē in Angelo, vel beato nō repræsētat medio auditu.

Ad vltimum negatur antecedens; quia ſignum immediatè refert ſignatum; non autem ſeipſum; ſicut patet de eo, qui digito rem præſentem ſignificat:

cat: conſtat enim digiti ſignum non tollere immediationem viſionis intuitiuæ, ſed immediatè ad eam ducere: ita vt eodem actu poſsit immediatè ſimul attendi ſignum, & ſignatum: cum ſint correlatiua, quæ ſimul immediatè cognoſcuntur.

Contra ſecundam, & quintam concluſionem argumentatur Molina: Nos cócipimus eſſe rationem quandam formalem, cui conuenit eſſe primū principium, eſſe à ſe, & eſſe infinitum, non tamen concipimus illam ſecundùm ſeipſam; ergo pro libertate arbitrij noſtri poſſumus imponere nomē ad illam, quam eſſe concipimus, præcisè ſignificādam; ergo poteſt nomē aliter, & diſtinctius ſignificare rem in ſe ex noſtra impoſitione, quàm res ſignificata q̃ nobis concipiatur. Molina.

Reſpondetur falſam eſſe primam ſequelam; & conſequēter ſecundam nullam eſſe: Nam nunquā diſtinctius rem, aut rationem formalem ſignificabit nominis impoſitor, quàm eam conceperit, vt ſupra probauimus.

Secundò. Hoc nomen lapis reuera ſolam lapidis naturam ſignificat præciſam ab omnibus ſuis accidentibus, & tamen probabile eſt neminem habere hodie proprium conceptum lapidis; ergo poteſt nomen diſtinctius ſignificare, quàm nos intelligamus.

Reſpondetur conceſſo toto argumento nihil cōtra noſtram concluſionem probari: nam ſermo eſt de impoſitione, nō de vſu nominum. Quamuis igitur nos multis vtamur nominibus, quorum perfectum ſignificatum ignoramus, illud tamen cognouit perfectus impoſitor.

Tertiò. Hæc nomina Michael, Gabriel, & Raphael reuera ſubſtantias angelicas ſingulares ſignificant, vt omnes concedunt: & tamen res ſingulares illis ſignificatas concipere non valemus; ſed tantùm ex ſcripturis ſcimus eas eſſe, ignorantes interim quæ, & qualia ſuppoſita ſint; ergo.

Reſpondetur primò falſam eſſe conſequētiam: Nam omnia illa nomina impoſita ſunt ab angelis, vt patet ex ſacris litteris.

Secundò dicitur; quòd, ſi ab hominibus eſſent impoſita, non ſignificarent ſubſtantias angelorū, niſi valdè imperfectè, eo ſcilicet modo, quo ab homine poſſunt intelligi.

Tertiò dicitur, quòd hæc nomina ab officijs, & operationibus angelorum ſunt impoſita, Et ideò ſub tali ratione angelos ſignificant.

Vaſquez. Argumenta Vaſquezij cōtra tertiam cōcluſionem iam ſunt ſoluta. Aſſumunt enim illud principium: perfecta nominis ſignificatio non eſt ſumenda ex eo, qui nomen impoſuit, ſed ex eo, qui audit, & intelligit conceptum loquentis. Quod multis modis eſſe falſum oſtendimus.

Bannes. Contra ſextam concluſionem argumentatur Bannes. Quod nomen aliquod ſignificet Deum, ſicuti eſt, in hoc conſiſtit, quòd ſit repræſentatiuum ipſius Dei alicui potentiæ, ita vt aliqua potentia ex vi illius nominis poſsit cognoſcere Deum, ſicuti eſt; ſed hoc eſt impoſsibile; ergo. Probatur minor: Cognitio Dei, ſicuti eſt, non poteſt haberi per aliquam ſpeciem creatam, neq; poteſt eſſe abſtractiua, ſed neceſſariò eſt intuitiua cognitio, vtpotè

A quæ fiat per ipſam diuinam eſſentiā: at huiuſmodi cognitio intuitiua non poteſt haberi virtute alicuius nominis; ergo.

Contra eandem concluſionem argumentatur Suarez eodem ferè argumento varia dicendi forma ſæpiùs repetito. Suarez.

Reſpondetur nomen apud nos repræſentare per modum ſigni ad placitum, quod ſignificationis actum exercet, quatenus excitat intellectū ad formandum conceptum rei, non ex vi ſuæ ſignificationis præcisè, ſed præſuppoſita in audiēte cognitione habituali mouet intellectum eius ad formādum conceptū de re per tale ſignum ſignificata. In
B beatis aūt, qui ſemper actu Deū cognoſcunt quidditatiuè, non poteſt vnus alterum excitare virtute nominis, aut ſignificationis ad formandam nouā de Deo clarè viſo conceptionem, aut ad nouum viſionis modum; poteſt tamen quilibet beatus viſo in eſsētia diuina nomine per alium beatum ad eā quidditatiuè ſignificandam impoſito cognoſcere proportionem talis nominis in ratione ſigni cum eſſentia diuina, quę proportio principaliter ſumitur ex conceptione, ſeù cognitione nominantis; & hoc modo dicitur vnus beatus alteri, vel etiā Deo ſignificare diuinam eſſentiam: Excitatio namque ad nouam conceptionem, aut intelligentiam accidit nomini ratione talis ſtatus .ſ. loquentis, & au-
C dientis. Vnde ēt apud nos excitato ſemel per nomen intellectu ad cognitionem durante nomine, & cognitione perſeuerat nominis ſignificatio nulla alia de nouo facta excitatione. Ad argumētum igitur negatur maior.

Secundò reſpondetur, quod ſi conſideremus nomina ſignificare conceptus loquentiū, qui in beatis non ſunt, niſi diuina eſſentia, vt obiecta corū intellectui, ſequitur beatum, cui tale nomen proponitur, videre ex vi nominis tanquam ſigni eſsētiam diuinam, nō abſolutè, ſed in rōne conceptus obiecti intellectui loquētis. Et qa obijcitur, prout
D eſt ſm̃ ſe, ideo ēt ex vi nominis tanquā ſigni videt alia rōne diuinā eſſentiā, q̃ ex vi luminis glorię, & ipſius eſſentiæ videat. Nec tn̄ hoc ſolùm, quod eſt Deū videri à loquente, ſignificatur per nomē, ſed ipſamet diuina eſſentia obiecta intellectui loquentis virtute nominis in ſeipſa vt̄ ſub hac rōne, videlicet, vt à loquēte ſignificata in rōne obiecti: ſicut ſi quis alteri lucē vidēti illā digito oſtēderet, vt à ſe viſam tanq̃ obiectum, & terminū ſuæ cognitionis: Nam ille, cui lux vt viſa oſtēderetur, videret ſub noua ratione lucem in ſeipſa, & non tantū ipſam rōnem videndi, ideſt hoc, quod eſt lucē ab oſtēdente videri. At dicet aliquis, ex dictis ſequi ī
E viſione beata nōnullā eſſe, aut eſſe poſſe ſucceſsionem: Sequela probatur: qm̄ hic beatus de nouo cognoſcit diuinā eſsētiā ſub particulari quadā rōne.

Reſpondetur hāc nominis impoſitionē ad ipſā viſionē beatificam pertinere adiuncta libera vidētis, & nominantis voluntate. Ad cuius euidētiam ſciendum eſt beatos in diuina eſſentia videre omnes; & ſingulos modos, quibus diuina eſſentia, vt ab eis viſa, poſsit nominari: eſſeque in cuiuslibet beati facultate poſitum, cū primò beatus eſt, quē voluerit modum eligendi: ita vt ipſa electio talis

modi

Digitized by Google

modi nominãdi cum actuali ordinatione ad Deum, vt tali nomine ſignificatum, ſit formaliter nominis impoſitio. Et quia prædicti actus cuilibet beato noti ſunt, vt arbitror, in ipſa diuina eſſentia, & à quolibet etiam beato ad quemlibet diriguntur in ipſo primo beatitudinis puncto; idcircò nulla eſt in viſione ſucceſsio. Poſtulat ſiquidem ſtatus ille omnium bonorum aggregatione perfectus, vt ſingulorum fęlicitas ſingulis innoteſcat, nõ ſolùm ex vi viſionis ipſius eſſentiæ diuinæ, ſed etiam ex perfecto videntiũ charitatis affectu proprij boni communicationem ad alienæ (quæ ſua quodam modo eſt) fęlicitatis perfectionem appetente. Igitur, cum beatus aliquis eligit ſibi tale nomen in Deo viſum ad Deum nominandum, & illud actu ſuæ voluntatis applicat Deo, & ſuam hãc nominationem ad alios videntes ordinat, alij omnes vident diuinam eſſentiam; non tantùm abſolutè, & vt cuilibet videnti obiectam ex vi luminis gloriæ, & ipſius eſſentiæ; ſed etiam ex vi talis nominis eam vident, vt dictam, ſeu nominatam modo ſuperius expoſito: cum tamen etiam nomen illud, & eius impoſitionem videant in eſſentia diuina. Et contra hunc dicendi modum non militant argumenta Suarezij.

Scotus. Capreol. Caiet. Argumenta Scoti, & aliorum referuntur, & ſoluuntur à Capreolo in allegata diſt. 22. & à Caietano, & alijs expoſitoribus ſuper hoc articulo.

Circa reſponſionem ad tertium argumentum, in qua agitur de ſignificatione, & modo ſignificãdi nominis concreti, & nominis abſtracti, magna eſt concertatio inter Caietanum ſuper hoc articulo, & Ferrarienſem in primo contra gen. c. 3. quam ad præſens vt minimè neceſſariam omittimus. Caietanus Ferrarien.

ARTICVLVS II.

Vtrum aliquod nomen dicatur de Deo ſubſtantialiter.

69 Po q. 7. ar. 4. & 5. Et 1. d. 2. ar. 1. Et 1. contra c. 31. Lib. 1. orthodoxæ fidei. c. 4.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd nullum nomen dicatur de Deo ſubſtantialiter. Dicit enim Damaſ. * Oportet ſingulũ eorum, quæ de Deo dicuntur, nõ quid eſt ſecũdum ſubſtantiam ſignificare, ſed quid non eſt oſtendere, aut habitudinem quãdam, aut aliquid eorum, quæ aſſequuntur naturam, vel operationem.

Cap. 1. ante mediũ. 2 Præterea: Dicit Dionyſ.* primo cap. de diu. nom. Omnium ſanctorum theologorum hymnum inuenies ad beatos thearchiæ proceſſus manifeſtatiuè, & laudatiuè Dei nominationes diuidentem. Et eſt ſenſus, quòd nomina, quæ in diuinam laudem ſancti doctores aſſumunt, ſecundùm proceſſus ipſius Dei diſtinguuntur; Sed quod ſignificat proceſſum alicuius rei, nihil ſignificat, ad eius eſſentiã pertinens; Ergo nomina dicta de Deo, non dicuntur de ipſo ſubſtantialiter.

3 Præterea: Secundùm hoc nominatur aliquid à nobis ſecundùm, quod intelligitur. Sed

A non intelligitur Deus à nobis in hac vita ſecũdùm ſuam ſubſtantiam; ergo nec aliquod nomen impoſitum à nobis dicitur de Deo ſecundùm ſubſtantiam.

Sed contra eſt, quod dicit Auguſtin. * 7. de trin. Deo hoc eſt eſſe, quod fortem eſſe, vel ſapientem eſſe, & ſi quid de illa ſimplicitate dixeris, qua eius ſubſtãtia ſignificatur; Ergo omnia nomina huiuſmodi ſignificant diuinã ſubſtantiam. Lib. 7. de trin. c. 1. & 7. per totũ. Et lib. 6. c. 4 to. 3.

Reſpondeo. Dicendum, quòd de nominibus, quæ de Deo dicuntur negatiuè, vel quæ

B relationem ipſius ad creaturam ſignificãt, manifeſtum eſt, quòd ſubſtantiam eius nullo modo ſignificant, * ſed remotionem alicuius ab ipſo, vel relationem eius ad alium, vel potius alicuius ad ipſum; Sed de nominibus, quæ abſolutè, & affirmatiuè de Deo dicũtur, ſicut bonus, ſapiẽs, & huiuſmodi, multipliciter aliqui ſunt opinati. Quidam enim dixerũt, quòd hęc omnia nomina, licèt affirmatiuè de Deo dicãtur, tamen magis inuenta ſunt ad aliquid remouendum à Deo, quàm ad aliquid ponendũ in ipſo. Vnde dicunt, quòd cùm dicimus, Deũ a 74

C eſſe viuẽtem, ſignificamus, quòd Deus nõ hoc modo eſt, ſicut res inanimatæ, & ſimiliter accipiendum eſt in alijs, & hoc poſuit rabbi Moy. * Alij verò dicunt, quòd hæc nomina impoſita ſunt ad ſignificandum habitudinem eius ad creata: vt cùm dicimus, Deus eſt bonus, ſit ſenſus, Deus eſt cauſa bonitatis in rebus, & eadẽ ratio eſt in alijs. In lib. qui dicitur. Doctor dubiorum.

Sed vtrumque iſtorum videtur eſſe inconueniens propter tria. Primò quidem; quia ſecundùm neutram harum poſitionum poſſet aſſignari ratio; quare quædam nomina magis

D de Deo dicerentur, quàm alia, ſic enim eſt cauſa corporum, ſicut eſt cauſa bonorum. Vnde ſi nihil aliud ſignificatur, cùm dicitur, Deus eſt bonus, niſi Deus eſt cauſa bonorum, poterit ſimiliter dici, quod Deus eſt corpus, quia eſt cauſa corporum. Item per hoc, quòd dicitur, quòd eſt corpus remouetur, quòd non ſit ens in potentia tantùm, ſicut materia prima.

Secundò; quia ſequeretur, quòd omnia nomina dicta de Deo, per poſterius dicerẽtur de ipſo. Sicut ſanum per poſterius dicitur de medicina, eo quòd ſignificat hoc tantùm, quòd ſit

E cauſa ſanitatis in animali, quòd per prius dicitur ſanum.

Tertiò; quia hoc eſt contra intentionem loquentium de Deo. Aliud enim intendunt dicere, cum dicunt Deum viuẽtem, quàm quòd ſit cauſa vitæ noſtræ; vel quòd differat à corporibus inanimatis.

Et ideo aliter dicendum eſt, quòd huiuſmodi

Digitized by Google

di quidem nomina ſignificant ſubſtantiam diuinam,& prędicantur de Deo ſubſtantialiter, ſed deficiunt à repræſentatione ipſius. Quod ſic patet. Significant enim ſic nomina Deum, ſecundùm quod intellectus noſter cognoſcit ipſum. Intellectus autem noſter cum cognoſcat Deum ex creaturis, ſic cognoſcit ipſum, ſecundùm quod creaturæ ipſum repræſentāt. Q.3.art.2. Oſtenſum eſt autem ſupra, * quòd Deus in ſe præhabet omnes perfectiones creaturarum, quaſi ſimpliciter, & vniuerſaliter perfectus. Vnde quælibet creatura intantùm eum repręſentat,& eſt ei ſimilis, inquantùm perfectionem aliquam habet; non tamen ita, quòd repræſentet eum,ſicut aliquid eiuſdem ſpeciei, vel generis, ſed ſicut excellens principium, à cuius forma effectus deficiunt; cuius tamen aliqualem ſimilitudinem effectus conſequuntur; ſicut formæ corporum inferiorum repræſentant virtutem Solarem. Et hoc ſupra expoſitum eſt,*cum de perfectione diuina agebatur. Q.4.art.2. & 3.

Sic igitur prædicta nomina diuinam ſubſtantiam ſignificant, imperfectè tamen, ſicut & creaturæ imperfectè eam repræſentant. Cū igitur dicitur, Deus eſt bonus, non eſt ſenſus; Deus eſt cauſa bonitatis, vel Deus non eſt malus: ſed eſt ſenſus, id, quod bonitatem dicimus in creaturis, præexiſtit in Deo; & hoc quidem ſecundùm modum altiorem. Vnde ex hoc non ſequitur, quòd Deo competat eſſe bonum, inquantùm cauſat bonitatem; ſed potius è conuerſo; quia eſt bonus, bonitatem rebus diffundit ſecundùm illud Auguſt.*de doctrina Christiana, inquantùm bonus eſt, ſumus. Lib.1. de doct. Chriſtiana c.32 to. 3.

Ad primum ergo dicendum,quòd Damaſ. ideo dicit, quòd hæc nomina non ſignificant quid eſt Deus; quia à nullo iſtorum nominum exprimitur quid eſt Deus perfectè, ſed vnumquodque imperfectè eum ſignificat, ſicut, & creaturæ imperfectè eum repræſentant.

Ad ſecundum dicendum, quòd in ſignificatione nominum aliud eſt quandoq;, à quo imponitur nomen ad ſignificandum,& id, ad qđ ſignificandum nomen imponitur. Sicut hoc nomen, lapis, imponitur ab eo,quòd lædit pedem,non tamen imponitur ad hoc ſignificandum,quòd ſignificet lædens pedem: ſed ad ſignificandam quandam ſpeciem corporum; alioquin omne lædens pedem eſſet lapis. Sic igitur dicendum eſt, quòd huiuſmodi diuina nomina imponuntur quidē à proceſsibus Deitatis. Sicut enim ſecundùm diuerſos proceſſus perfectionum creaturæ Deum repræſentant, licèt imperfectè; ita intellectus noſter, ſecundùm vnumquemque proceſſum Deum

A cognoſcit,& nominat: ſed tamen hæc nomina non imponit ad ſignificandum ipſos proceſſus; vt cum dicitur; Deus eſt viuens, ſit ſenſus; ab eo procedit vita: ſed ad ſignificandum ipſum rerum principium, prout in eo præexiſtit vita, licèt eminentiori modo, quàm intelligatur, vel ſignificetur.

Ad tertium. Dicendum, quòd eſſentiā Dei in hac vita cognoſcere non * poſſumus, ſecundùm quòd in ſe eſt; ſed cognoſcimus eam, ſecundùm quòd repræſentatur in perfectionibus creaturarum. Et ſic nomina à nobis impoſita eam ſignificant. a. 11.

B

Explicatur ſenſus quæſiti propoſita ſententia Caietani, quæ defenditur contra Vaſquezium.

AGitur in hoc articulo de diuinorum nominum quidditate, quæ attenditur penes eorum ſignificata; tunc enim optimè quid nominis explicatur; quando, quid nomen ſignificet, aperitur.

Quæſiti huius intelligentia ex duorum pręcipuè terminorum cognitione dependet.

Primus eſt illa dictio *nomen*; quod poteſt ſumi C dupliciter. Vno modo, quo ad ſuum ſignificatum materiale: Alio modo, quo ad ſignificatum formale; hoc verò eſt illud, ad quod per ſe primò, & directè ſignificādum eſt nomen impoſitum. Illud verò, ſcilicet ſignificatum materiale, eſt res illa, in qua id, quod eſt formale, reſidet, & quod nomen ſua ſignificatione connotat, ſiuè copulat: vt albū puram albedinem formaliter ſignificat; copulat autem ſubiectum, & infinitum in Deo negationē finis ſignificat formaliter, ſed diuinam, cui conuenit, naturam connotat, & materialiter ſignificat; ſicut etiam hoc nomē creator relationem formaliter ſignificat, ſed relationis ſubiectum copulat, D & materialiter ſignificat.

In hoc quæſito ſermo eſt de nomine, quo ad ſuū formale tātùm ſignificatum, vt ſcitè notat Caiet.

Secundus terminus eſt *ſubſtantialiter*. Cuius duplex eſt ſignificatio. Vna, quatenus deriuatur à ſubſtantia, ideſt eſſentia, vt diſtinguitur contra ſuppoſita. Et hoc ſenſu ſubſtantialiter de Deo dicitur, quod non dicitur perſonaliter, aut notionaliter; & hoc modo relationes ad intra non dicuntur de Deo ſubſtantialiter. Alio modo ſumitur dictio *ſubſtantialiter*, vt deriuatur à ſubſtantia, pro ut diſtinguitur contra accidens. Et hoc dupliciter: Vno modo, vt diſtinguitur contra accidens E prædicamentale, quod diuiditur in nouem genera: Alio modo, prout diſtinguitur ab accidente prædicabili; hoc autem eſt illud omne, quod eſt extra eſſentiam rei. Præterea dici ſubſtantialiter vtrouis modo contingit dupliciter: Vno modo cōpletè, vt vltima differentia, & diffinitio: Alio modo incompletè, vt animal, aut ſubſtantia de homine. Igitur Caietanus dictionem *ſubſtantialiter* interpretatur, vt diſtinguitur contra accidentaliter dictum; ſiuè primo, ſiue ſecundo modo. In quo ſen

ſu

Digitized by Google

ſu omne,quod eſt extra eſſentiam rei , accidentaliter dicitur; vt diſciplinabile , & album de ente, Vocabulum autem *ſubſtantialiter* ſumit indiſtinctè ad ſubſtantialiter completè , & incompletè; q̃ expoſitionem ſequitur Syluester ſuper hoc artic.

Syluester. Vaſquez.

Sed Vaſquez vniuerſaliter vult intelligi dictiones illas *ſubſtantialiter, & accidentaliter* ; vt ſcilicet ſubſtantialiter ea nomina dicantur de Deo , quæ ſignificant id,quod verè,& realiter eſt , ſiue illud ſit ſubſtantia, ſiuè relatio ; quæ verò nihil in Deo reale formaliter ſignificant, ſed ſolam negationẽ, aut relationem ad creaturas,hæc dicanter accidẽtaliter . Interpretationem autem Caietani ſic impugnat . S.Thom.ait nomina dicta de Deo negatiuè,aut relatiuè ad creaturas non ſignificare ſubſtantiam Dei;igitur ſecundùm expoſitionem Caietani hæc nomina ſignificant accidens ; aut ergo accidens prædicamentale,aut accidens prædicabile;non p imum ; quoniam nihil tale eſt in Deo ; non ſecundum;quoniam accidẽs prædicabile eſt , quod poteſt affirmari , vel negari præter ſubiecti corruptionem;at incorruptibile, & immortale nõ poſſunt negari ſalua natura diuina,& ſimiliter relationes ad creaturas poſsibiles , quæ neceſſariò ſequuntur naturam diuinam.

Argumentum Vaſquezij cõtra Caiet.

Solutio.

Sed hæc omnia formalis Caietani doctrina facilè diluit: Nam incorruptibile, & immortale,ac quæcunque relatiua ad creaturas formaliter ſumpta accidentia ſunt ; ideſt extra eſſentiam Dei,ſiuè prædicentur accidentaliter ad modum accidẽtis, vt eſt quintum prædicabile , ſiuè prædicentur accidentaliter ad modum accidentis proprij ſecũdùm rationem,ſiuè ſecundùm noſtrum modũ cõcipiendi; nulla enim negatio ; aut relatio rationis eſt de intrinſeca ratione Dei.

Soluitur argumentum Vaſquezij.

Ad argumentum itaque reſpondetur; prædicta nomina non ſignificare accidens aliquo dictorũ modorum præciſè,ſed quædam vno , & quædã alio modo;ita tamen,vt quę ſignificant accidens ꝑ modum proprij (quod pertinet ad accidens prædicamentale) dicant accidens ſecundùm rationẽ tantùm,& modum noſtrum concipiendi habentẽ in re fundamentum. Et cum arguit ; quod non ſignificent accidens prædicamentale;quia nihil tale eſt in Deo;verum eſt ſecundùm rem; non autem ſecundùm rationem.

Vel dicas relationes conſequentes operationes ad extra in ordine ad creaturas eſſe accidentia prædicamentalia,non ratione ſui,ſed ratione termini,ſiuè correlatiui realis, ex cuius realitate reales denominantur,vt patebit ex dicendis in art:7.

Ad probationem autem,quod nõ ſignificet accidens prædicabile,reſpondetur falſam eſſe minorem propoſitionem : Nam,vt exponit Caietanus ſuper Porphyrio,accidens eſt , cuius nec affirmatio,nec negatio ſubiecti rationem tollit;ſiuè ſit ſecundùm rem ſeparabile, ſiuè inſeparabile, vt ibi latè,& ſubtiliter explicat Caietanus; Vnde etiam poſſet dici dicta prædicata negatiua , & relatiua ad creaturas formaliter ſumpta pertinere ad accidens quintum prædicabile, niſi ita ſumantur,vt ſint conuertibilia cum diuina natura.

A

Forma Textus.

PRopoſitum quæſitum hoc ordine reſoluit S. Doct. nã primò diſtinguit diuina nomina,& aperit ſtatum quæſtionis .

Secundò refert duas ſententias, & confutat.

Tertiò proponit propriam ſententententiam.Vltimò declarat ſenſum propoſitionum , in quibus talia nomina Deo attribuuntur.

Quod attinet ad primum;diſtinguit S.Thom.tria nominum genera.

Primum eſt eorum,quæ dicuntur negatiuè;vt infinitus,immenſus,&c.

B *Secundum eorum, quæ dicuntur relatiuè ad creaturas,vt Dominus,& creator.*

Tertium eorum,quæ dicuntur abſolutè . De duobus primis nulla eſt quæſtio:quoniam manifeſtum eſt,quòd ſubſtantiam non ſignificant, ſciliter formaliter ſumpta; Sed prima ſignificant remotionem alicuius à Deo. Secũda verò relationem ad alium, vel potius alicuius ad ipſum; Sed quæſtio eſt de nominibus tertij generis;quæ.ſ. abſolutè dicuntur:ſicut bonus,& ſapiens.

Quo ad ſecundum refert S.Thom. duas ſententias. Prior fuit Rabi Moyſis:qui dixit,quòd licèt hæc nomina affirmatiuè de Deo dicantur , tamen magis inuenta ſunt ad aliquid remouendum à Deo,quàm ad aliquid po
C *nendum in ipſo. Quare ſecundùm hanc ſententiam,cum dicimus Deum eſſe viuentem, ſignificamus , quòd Deus non hoc modo eſt,ſicut res inanimatæ;& ſic de alijs. Poſterior opinio fuit eorum,qui dicebant, quòd hæc nomina impoſita ſunt ad ſignificandam habitudinem Dei ad creata: vt cum dicimus. Deus eſt bonus,ſit ſenſus; Deus eſt cauſa bonitatis in rebus;& ſic de alijs.Has duas ſententias impugnat S.Thom.tribus argumentis,quæ clarè patent in textu.*

Quo ad tertium,concluſio eſt . Nomina abſoluta ſignificant diuinam ſubſtantiam,& prædicantur de Deo *ſubſtantialiter, ſed deficiunt à repræſentatione ipſius .*

Probatur hæc concluſio . Nomina diuina ſic Deum
D *ſignificant , ſecundùm quòd creaturæ ipſum repræſentant; at creaturæ repræſentant diuinam ſubſtantiã,ſed imperfectè; ergo. Maior probatur: Nomina ſic* Deum *ſignificant,ſecundùm quod intellectus cognoſcit ipſum; at intellectus cognoſcit* Deũ *ex creaturis; ergo ſic* Deũ *ſignificant,ſecundùm quòd repræſentatur in creaturis . Minor probatur : Qualibet creatura intantùm* Deum *repræſentat,& eſt ei ſimilis , inquantùm perfectionem aliquam habet;non tamen ita, vt repræſentet eum,ſicut aliquid einſdem ſpeciei, vel generis , ſed ſicut excellens principium,à cuius forma effectus deficiunt,cuius tamẽ aliqualem ſimilitudinem effectus conſequuntur ; ergo creaturæ repræſentant diuinam ſubſtantiam; ſed imper*
E *fectè. Antecedens probatur ex quæſt. quarta , articulo ſecundo; vbi oſtenſum eſt,quòd* Deus *in ſe præhabet omnes perfectiones creaturarum,quaſi ſimpliciter,& vniuerſaliter perfectus . Ex quo ſequitur,quòd qualibet creatura* Deum *repræſentat , inquantùm perfectionem aliquam habet;non tamen ita,&c.*vt in antecedente. *Secundò manifeſtatur exemplo: ſicut formæ corporum inferiorum manifeſtant virtutem Solarem .*

Quo ad vltimum explicat S.Thom. ſenſum propoſitionum,in quibus prædicantur de Deo *nomina abſoluta*

Digitized by Google

ta. Ait ergo, quòd cum dicitur, Deus eſt bonus, non eſt ſenſus; Deus eſt cauſa bonitatis, vel Deus nō eſt malus; ſed eſt ſenſus; id, quod bonitatem dicimus in creaturis, præexiſtit in Deo, & hoc quidem ſecundùm modum altiorem. Ex quo ſenſu nouum deducitur argumentum contra ſecundam opinionem: Nā ex eo ſequitur, quòd, quia Deus in ſe bonus eſt, bonitatem in rebus diffundit, vt dixit Auguſt. de doctrina Chriſtiana, inquantū Deus bonus eſt, ſumus; non autem, quòd ſit bonus; quia, vel inquantùm cauſat bonitatem.

Expoſitio Textus.

Circa expoſitionem illius propoſitionis; *Deus eſt bonus*, factam à D. Tho. vide, quæ ſcribit Caietanus. Obſerua etiam nomina Dei relatiuè dicta ad creaturas eſſe in duplici differentia: nam quædam dicunt reſpectum neceſſarium; vt omnipotentia, & ſcientia ſimplicis intelligentiæ. Quædam autem ſignificāt actus liberos cum reſpectu ad creaturas. Et hæc duplicia ſunt: Nam quædam ſignificant actus liberos æternos cum reſpectu æterno ad creaturas; vt præſcientia prædeſtinatio, & prouidentia. Quædam autem important relationem ex tempore; vt Saluator, Creator, Dominus, & gubernator.

Caietan.

Dicunt ergo Vaſquez, & Suarez S. Thom. indiſtinctè quidem loqui de nominibus ſignificantib. relationem ad creaturas fundatam in actionibus liberis ad extra; reliqua verò relationem importātia ſubſtantialiter dici; vt omnipotentia, & prædeſtinatio; nititurque Suarez longo diſcurſu, & pluribus argumentis hoc comprobare. Verùm exiſtimo rem hanc vnico verbo abſolui poſſe dicendo S. Thom. formaliter loqui de omnibus relatiuis nominibus, vt relatiua ſunt ad creaturas; ſic enim nō ſecundùm ſubſtantiam, ſed ſecundū accidens modo dicto de Deo prædicantur; quamuis ea ratione, qua rem abſolutam materialiter, aut formaliter important, aut connotant, ſubſtantialiter dicantur.

Suarez. Vaſquez.

ARTICVLVS III.

Vtrum aliquod nomen dicatur de Deo propriè.

70 Po. q. 7. artic. 4. ad 6. Et 1. diſt. 8. q. 4. art. 3. Et diſt. 22. art. 2. Et 1. cōtra gen. cap. 30. ar. 1. huius quæſt.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd nullum nomen dicatur de Deo propriè. Omnia enim nomina, quæ de Deo dicimus, ſunt à creaturis accepta: vt dictum eſt; * Sed nomina creaturarum metaphoricè dicuntur de Deo; ſicut, cum dicitur Deus eſt lapis, vel leo, vel aliquid huiuſmodi; Ergo nomina dicta de Deo dicūtur metaphoricè.

2 Præterea: Nullum nomen propriè dicitur de aliquo, à quo verius remouetur, quàm de eo prædicetur; Sed omnia huiuſmodi nomina, bonus, ſapiens, & ſimilia, verius remouētur à Deo, quàm de eo prædicentur, vt patet

A per Dionyſ. 2. * cap. cœleſt. Hierarch. Ergo nullum iſtorum nominū propriè dicitur de Deo. Cap. 2. pῤ rum ante medium, & c. 4. ſimiliter.

3 Præterea: Nomina corporum non dicuntur de Deo, niſi metaphoricè, cùm ſit incorporeus; Sed omnia huiuſmodi nomina implicant quaſdam corporales conditiones; ſignificant enim cum tempore, & cum compoſitione, & cum alijs huiuſmodi; quæ ſunt conditiones corporum; Ergo omnia huiuſmodi nomina dicuntur de Deo metaphoricè.

Sed contra eſt, quod dicit Ambroſ. * in lib. ſecundo de fide. Sunt quædam nomina, quæ B euidenter proprietatem diuinitatis oſtendūt; & quædam quæ perſpicuam diuinæ maieſtatis exprimunt veritatem; alia verò ſunt, quæ tranſlatiuè per ſimilitudinem de Deo dicuntur; Non igitur omnia nomina dicuntur de Deo metaphoricè; ſed aliqua dicuntur ꝓpriè. In prin. ꝓlog. lib. 2. de fide, ad Gratiani, to. 2.

Reſpondeo. Dicendum: quòd ſicut dictum eſt, * Deū cognoſcimus ex perfectionibus procedentibus in creaturas ab ipſo; quæ quidem perfectiones in Deo ſunt, ſecundùm eminentiorem modum, quàm in creaturis. Intellectus autem noſter eo modo apprehendit eas, ſecūC dùm quòd ſunt in creaturis, & ſecūdùm quòd apprehendit, ita ſignificat per nomina. In nominibus igitur, quæ Deo attribuimus, eſt duo conſiderare, ſcilicet perfectiones ipſas ſignificatas, vt bonitatem, vitam, & huiuſmodi, & modum ſignificandi. Quantùm igitur ad id, quod ſignificant huiuſmodi nomina, propriè competunt Deo, & magis propriè, quàm ipſis creaturis; & per prius dicuntur de eo. Quantū verò ad modum ſignificandi, non propriè dicuntur de Deo; habent enim modum ſignificādi, qui creaturis competit. Ar. præced. huius q.

D Ad primum ergo dicendum, quòd quædā nomina ſignificant huiuſmodi perfectiones, à Deo procedentes in res creatas: hoc modo, ꝙ ipſe modus imperfectus, quo à creatura participatur diuina ꝑfectio, in ipſo nominis ſignificato includitur: ſicut lapis ſignificat aliquid materialiter ens; & huiuſmodi nomina nō poſſunt attribui Deo, niſi metaphoricè. * Quædā verò nomina ſignificāt ipſas perfectiones abſolutè, abſque hoc, quòd aliquis modus participandi claudatur in eorum ſignificatione; vt E ens, bonum, viuens, & huiuſmodi; & talia propriè dicuntur de Deo.

Ad ſecundum dicendum, quòd ideò huiuſmodi nomina dicit Diony. negari à Deo, quia id, quod ſignificatur per nomen, non conuenit eo modo ei, quo nomen ſignificat, ſed excellentiori modo. Vnde ibidem dicit Dionyſ. * Quod eſt ſuper omnem ſubſtantiam, & vitam. Eodē ca.

Ad

Ad tertium dicendum, quòd iſta nomina, quæ propriè dicuntur de Deo, important cõditiones corporales, non in ipſo ſignificato nominis, ſed quantùm ad modum ſignificandi. Ea verò, quæ metaphoricè de Deo dicuntur, important conditionem corporalem in ipſo ſuo ſignificato.

VIdendus eſt Caietanus in explicatione tituli, & ordinis huius articuli ad præcedentem.

Forma Textus.

AD quæſitum reſpondet Sanctus Thom. duabus concluſionibus præmiſſa diſtinctione, videlicet. In nominibus, quæ Deo tribuimus, eſt duo conſiderare, ſcilicet perfectiones ipſas ſignificatas; vt bonitatem, vitam, & huiuſmodi; & modum ſignificandi; puta in concreto, vel in abſtracto. Probatur hæc diſtinctio: Deum intelligimus ex perfectionibus procedentibus in creaturas ab ipſo, quæ perfectiones in Deo ſunt ſecundùm eminentiorem modum, quàm in creaturis; at intellectus noſter eo modo apprehendit perfectiones illas, ſecundùm q. ſunt in creaturis, & vt apprehendit, ita ſignificat per nomina; ergo in nominibus, quæ Deo attribuimus, eſt duo conſiderare, ſcilicet perfectiones ipſas ſignificatas, et modum ſignificandi. Conſequentia euidẽs eſt: Nam, ſi perfectiones ſunt imperfectiori modo in creaturis, quàm in Deo, & intellectus noſter non apprehendit diuinas perfectiones, niſi ſecundùm eum modum, quo ſunt in creaturis participatæ, neceſſe eſt etiam, vt eas tali modo ſignificet. Itaque in nominibus, quæ Deo attribuimus, erit duo conſiderare, &c. ſicut enim in conceptu noſtro de Deo duo diſtinguimus, quæ non ſunt diuerſa concepta; ſed vnum eſt res concepta, & aliud eſt modus concipiendi, vel conceptionis; qui tamen modus conceptionis à modo rei conceptæ, vt ſic, deriuatur; ita in nomine neceſſe eſt ex duo diſtinguere, ſcilicet ſignificatum, & modũ ſignificandi.

Quo ad ſecundum prima concluſio eſt. Aliqua nomina dicta de Deo propriè competunt Deo, & magis propriè, quàm ipſis creaturis, & per prius dicuntur de Deo, quo ad rem ſignificatam. Hæc concluſio patet ex dictis: quoniam perfectiones talibus nominibus ſignificatæ ſunt in Deo, & creaturis; ſed in Deo ſunt ſecundùm eminentiorem modum, quàm in creaturis; ſunt enim in Deo tanquàm in cauſa æquiuoca; ergo talia nomina magis propriè, & prius conueniunt Deo, quàm creaturis, quo ad rem ſignificatam.

Secunda concluſio. Quo ad modum ſignificandi nulla nomina propriè dicuntur de Deo. Probatur; quia habent modum ſignificandi, qui competit creaturis; conſtat autem, quòd modus proprius creaturarum non competit Deo; ergo.

Expoſitio Textus.

CIrca primam concluſionem, & eius probationem aduerte ex diſcurſu D.Thom. deduci poſſe; quænam ſint illæ perfectiones, quæ propriè de Deo dicuntur: Nam concluſionem deducit ex eo, quòd perfectiones per talia nomi-

A na ſignificatæ ſunt in Deo, & creaturis; ſed in Deo eminentiori modo, quàm in creaturis. Et quoniã de perfectionibus abſolutè loquitur, de his, quę ſimpliciter perfectiones ſunt, ſermo D.Thom. intelligendus eſt, & ideo etiam concluſio intelligenda eſt de nominibus ſignificantibus perfectiones ſimpliciter. Vnde etiam S.Tho. adducit exempla de perfectionibus ſimpliciter, ſcilicet de bonitate, & vita. Quod euidentius explicat S.Thom. in reſponſione ad primum, & in primo cont. gent. capit. 30. Quo in loco ſtatuit S. D. duas regulas. Primam ad cognoſcẽdum, quæ nomina de Deo propriè dicantur. Secundã ad ſciendum, quæ de Deo B dicantur metaphoricè. Prima regula eſt. *Quæcunque nomina abſolutè perfectionẽ abſque defectu ſignificant, de Deo propriè dicuntur, vt ſapientia, eſſe, & alia huiuſmodi.* Secunda regula eſt. *Quæcunque nomina huiuſmodi perfectionem deſignant cum modo proprio creaturis, de Deo dici non poſſunt, niſi per metaphoram* & addit S.Thom. — Duę regulę S. Thom.

Huiuſmodi autem ſunt omnia nomina impoſita ad deſignandam ſpeciem rei creatæ; ſicut homo, & lapis; nam cuilibet ſpeciei debetur proprius modus perfectionis, & eſſe. Hæc S.Thom. Qui tamen in primo ſent. diſt. 8. quæſt. 4. art. 3. oppoſitum videtur exprimere: ait enim. *Si conſideremus ſpecies ipſas, tunc* C *aliquæ ſecundùm differentias completiuas important aliquid perfectionis; vt ſcientia, virtus, & huiuſmodi; et ideo iſta prædicantur de Deo ſecundùm propriam rationem ſpeciei, & non ſecundùm rationem generis.* — Apparens contradictio.

Hanc apparentem contradictionem concordat Syluester dicens S.Thom. in primo contra gen. loqui de ſpeciebus ſubſiſtentibus, & conſequenter innuit alia dicta intelligenda eſſe de ſpeciebus minimè ſubſiſtentibus; qualis eſt ſapientia, bonitas, & ſimilia; Sed quia S.Thom. in 1. contra gent. vniuerſaliter loquitur, & rationem etiam reddit vniuerſalem: aliter videtur dicendum; nimirum in 1. cont. gent. ſermonem eſſe de ſpeciebus infimis; in D primo autem ſent. de ſpeciebus quibuſdam ſubalternis, quales ſunt vita, & ſapientia, aut ſcientia, quæ comparatione qualitatis, & habitus ſpecies quædam ſunt; quamuis ſuæ communitatis amplitudine multas ſub ſe contineãt inferiores ſpecies, immo, & genera: nam vita plura reſpicit viuentiũ genera, & ſapientia etiam creata communis eſt Angelicæ, & humanæ; quæ rurſus in multas diuiditur ſpecies; videlicet in acquiſitam, & infuſam; & iterum acquiſita multiplex eſt. — Solutio Syluestri. — Melior ſolutio.

ARTICVLVS IV.

Vtrum nomina dicta de Deo ſint nomina ſinonyma.

E AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd iſta nomina dicta de Deo ſint nomina ſinonyma. Sinonyma enim nomina dicuntur, quæ omnino idem ſignificant; Sed iſta nomina dicta de Deo omnino idem ſignificant in Deo; quia bonitas Dei eſt eius eſſentia, & ſimiliter ſapientia; ergo iſta nomina ſunt omnino ſinonyma. — Ps. Po. q. 7. ar. 6. & 1. cont. c. 5.

Vtrum

Digitized by Google

2 Præterea: Si dicatur, quòd iſta nomina ſignifican idem ſecundùm rem, ſed ſecundùm rationes diuerſas. Contra; ratio, cui non reſpõdet aliquid in re, eſt vana; ſi ergo iſtæ rationes ſunt multæ, & res eſt vna, videtur, quòd rationes iſtæ ſint vanæ.

3 Præterea: Magis eſt vnum, quod eſt vnũ re, & ratione, quàm, quòd eſt vnum re, & multiplex ratione; Sed Deus eſt maxime vnus; ergo videtur, quòd non ſit vnus re, & multiplex ratione; Et ſic nomina dicta de Deo non ſignificant rationes diuerſas, & ita ſunt ſinonyma.

Sed contra. Omnia ſinonyma ſibi inuicem adiuncta, nugationem adducunt; ſicut ſi dicatur, veſtis indumentum; Si igitur omnia nomina dicta de Deo ſunt ſinonyma, non poſſet cõuenienter dici Deus bonus, vel aliquid huiuſmodi; cùm tamen ſcriptum ſit Hier. 32. Fortiſsime, magne, potens, Dominus exercituum nomen tibi.

Reſpondeo. Dicendum, quòd huiuſmodi nomina dicta de Deo non ſunt ſinonyma. Qđ quidem facilè eſſet videre, ſi diceremus, quòd huiuſmodi nomina ſunt inducta ad remouendum, vel ad deſignandam habitudinem cauſæ reſpectu creaturarum. Sic enim eſſent diuerſę rationes horum nominum ſecundùm diuerſa negata, vel ſecundùm diuerſos effectus connotatos. Sed quia, ſecundùm quòd dictum eſt,* huiuſmodi nomina ſubſtantiam diuinã ſignificant, licèt imperfectè, etiam planè apparet ſecundùm præmiſſa;* quod habent rationes diuerſas. Ratio enim, quàm ſignificat nomen, eſt conceptio intellectus de re ſignificata per nomen. Intellectus autem noſter, cum cognoſcat Deum ex creaturis, format ad intelligendum Deum conceptiones proportionatas perfectionibus procedentibus à Deo in creaturas. Quæ quidem perfectiones in Deo præexiſtũt vnitè, & ſimpliciter; in creaturis verò recipiũtur diuiſè, & multipliciter. Sicut igitur diuerſis perfectionibus creaturarum reſpondet vnũ ſimplex principium, repræſentatum per diuerſas perfectiones creaturarum variè, & multipliciter: ita varijs, & multiplicibus conceptibus intellectus noſtri reſpondet vnum omnino ſimplex, ſecundùm huiuſmodi conceptiones* imperfectè intellectum. Et ideo nomina Deo attributa, licèt ſignificent eam ſub rationibus multis, & diuerſis, non ſunt* ſinonyma.

Art. 2 huius quæſt. — Artic. 1 huius quæſt. — 97 — D. a36.

Et ſic patet ſolutio ad primum; quia nomina ſinonyma dicuntur, quæ ſignificant vnum ſecundùm vnam rationem. Quæ enim ſignificant rationes diuerſas vnius rei, non primò, & per ſe vnum ſignificant; quia nomen nõ ſignificat rem, niſi mediante conceptione intellectus, vt dictum eſt.*

Artic. 1 huius quæſt.

A Ad ſecundum dicẽdum, quòd rationes plures horum nominum, non ſunt caſſæ, & vanæ; quia omnibus eis reſpondet vnum quid ſimplex, per omnia huiuſmodi multipliciter, & imperfectè repræſentatum.

Ad tertium dicendum, quòd hoc ipſum ad perfectam Dei vnitatem pertinet, quòd ea, quæ ſunt multipliciter, & diuiſim in alijs, in ipſo ſunt ſimpliciter, & vnitè. Et ex hoc contingit, quòd eſt vnus re, & plures ſecundùm rationem; quia intellectus noſter ita multipliciter apprehendit eum, ſicut res multipliciter ipſum repræſentant. B

Ratio ordinis, & quæſiti, & ſenſus eiuſdem.

De modo, quo nomina Deo conueniunt, diſſeruit S. Thom. Primò in ordine ad rẽ ipſam ſignificatam abſolutè, vt in præcedenti articulo. Secũdò comparata inter ſe nominum ſignificatione in hoc articulo.

Tertiò, conferendo ſignificationes nominum Deo, & creaturis communium inter ſe, in duobus ſequentibus articulis.

C Conſtat autem prius, & communius eſſe, nomina aliqua propriè dici de re, quàm eſſe ſinonyma. Ratio dubitandi eſt ſumma Dei vnitas, & ſimplicitas, in quo nulla eſt perfectionum diſtinctio. Senſus quæſiti explicatur à S. Tho. in reſponſione ad primum, & à Caietano, ſed latius à Ferrarienſi in primo cont. gent. cap. 35.

Forma Textus.

Conſluſio eſt. Nomina dicta de Deo non ſunt ſinonyma. Probatur dupliciter: Primò ſecundùm duas opiniones in præcedenti articulo cõfutatas; rationes horum nominum apud illos ſunt diuerſæ ſecundùm diuerſa negata, aut cauſata; ergo non ſunt ſinonyma. D *Secundò probatur ſimpliciter eadem concluſio: Sicut diuerſis perfectionibus creaturarum reſpondet vnum ſimplex principium repræſentatum variè, & multipliciter per diuerſas perfectiones creaturarum; ita varijs, & multiplicibus conceptibus intellectus noſtri reſpondet vnum omnino ſimplex ſecundùm huiuſmodi conceptiones multipliciter intellectum (addamus, & per nomina ſignificatum,) ergo nomina Deo attributa non ſũt ſinonyma. Conſequentia probatur; quia hæc nomina licèt ſignificent vnam rem, tamen eam ſignificant ſub diuerſis, & multis rationibus; quod non conuenit ſinonymis.* E *Antecedens verò probatur: Ratio, quam ſignificat nomen, eſt conceptio intellectus de re ſignificata per nomen; at noſter intellectus format ad intelligendum Deum conceptiones proportionatas perfectionibus procedẽtibus à Deo in creaturas; quæ quidem perfectiones in Deo præexiſtunt vnitè, & ſimpliciter; ergo ſicut diuerſis perfectionibus creaturarũ reſpondet vnum ſimplex, &c. Minor probatur; quia intellectus noſter cognoſcit Deum ex creaturis.*

Ex-

Expoſitio Textus.

Caiet. IN hoc diſcurſu obſeruanda eſt primò cum Caietano radix, ſiue principium determinationis huius quæſiti: Nā ex propria,& proxima cauſa ſignificationis nominum determinatur abſque diuerſione ad impertinentia. Vide Caiet.

Ferrarien. Secundò. Lege, ſi placet, apud Ferrarienſem in 1.cont.gent.cap.55. explicationem antecedentis, videlicet. *ſicut diuerſis perfectionibus creaturarū reſpondet vnum ſimplex principium,&c.*

Caietanus. Tertiò. Notanda eſt apud Caietanum declaratio illius propoſitionis. *Ratio, quam ſignificat nomē, eſt conceptio intellectus de re ſignificata per nomen.*

Vide etiam, quæ ab eodem notantur circa reſponſiones argumentorum D.Thom.

ARTICVLVS V.

Vtrum ea, quæ de Deo dicuntur, & creaturis, vniuocè dicantur de ipſis.

72 p.q.7.ar.7.& opuſ.3.c.27. Et 1.cont.ca.32.33.& 34.

AD quintum ſic proceditur. Videtur, quòd ea, quæ dicuntur de Deo,& creaturis, vniuocè de ipſis dicantur. Omne enim æquiuocum reducitur, ad vniuocum, ſicut multa ad vnum: Nam, ſi hoc nomē, canis, æquiuocè dicitur de latrabili,& marino, oportet, quòd de aliquibus vniuocè dicatur, ſcilicet de omnibus latrabilibus. Aliter enim eſſet procedere in infinitum. Inueniuntur autē quædam agentia vniuoca, quæ conueniunt cū ſuis effectibus in nomine, & diffinitione, vt homo generat hominem; quædam verò agentia æquiuoca; ſicut Sol cauſat calidum, cum tamen ipſe non ſit calidus, niſi æquiuocè. Videtur igitur, quòd primum agens, ad quod omnia agentia reducuntur, ſit agens vniuocum; D & ita, quæ de Deo, & creaturis dicuntur, vniuocè prædicantur.

2 Præterea: Secundùm æquiuoca, non attenditur aliqua ſimilitudo; Cum igitur creaturę ad Deum ſit aliqua ſimilitudo, ſecundùm illud Gen.1. Fa.hom.ad ima.& ſi.no. videtur, q aliquid vniuocè de Deo,& creaturis dicatur.

3 Præterea: Menſura eſt homogenea menſurato, vt dicitur in decimo Metaphyſ. 10.lib.metaph text.4.tomo 3. * Sed Deus eſt prima menſura omnium entium, vt ibidem dicitur; ergo Deus eſt homogeneus creaturis, & ita aliquid vniuocè de Deo, & E creaturis dici poteſt.

Sed contra. Quicquid prædicatur de aliquibus ſecundùm idem nomen,& non ſecundū eandē rationem, prædicatur de eis æquiuocè; Sed nullum nomen conuenit Deo ſecūdùm illam rationem, ſecundùm quàm dicitur de creatura: nam ſapiētia in creaturis eſt qualitas: non autem in Deo; genus autem variatū A mutat rationem, cùm ſit pars diffinitionis; & eadē ratio eſt in alijs. Quicquid ergo de Deo, & creaturis dicitur, æquiuocè dicitur.

2 Præterea: Deus plus diſtat à creaturis, q̄ quæcunque creaturæ ab inuicem; Sed propter diſtantiam quarundam creaturarum contingit, quòd nihil vniuocè de eis prædicari poteſt; ſicut de his, quæ non cōueniunt in aliquo genere; Ergo multò minus de Deo, & creaturis aliquid vniuocè prædicatur, ſed omnia prædicantur æquiuocè.

Reſpondeo. Dicendum, quòd impoſsibile B eſt aliquid prædicari de Deo,& creaturis vniuocè; Quia omnis effectus non adæquans virtutem cauſæ agentis, recipit ſimilitudinem agentis, non ſecundùm eandem rationem, ſed deficienter; ita, vt quòd,& diuiſim,& multipliciter eſt in effectibus, in cauſa eſt ſimpliciter, & eodem modo; * ſicut Sol ſecundùm vnam virtutē, multiformes, & varias formas in iſtis inferioribus producit. 230 Eodem modo, vt ſupra * dictum eſt, omnes rerum perfectiones, quæ ſunt in rebus creatis diuiſim, & multipliciter, Ar.præced. C in Deo præexiſtunt vnitè. Sic igitur, cum aliquod nomen ad perfectionem pertinens de creatura dicitur, ſignificat illam perfectionem diſtinctam ſecundùm rationem diſtinctionis ab alijs, puta cum hoc nomen, ſapiens, de homine, dicitur, ſignificamus aliquā perfectionem diſtinctam ab eſſentia hominis,& à potētia,& ab eſſe ipſius,& ab omnibus huiuſmodi. Sed cum hoc nomen de Deo dicimus, non intendimus ſignificare aliquid diſtinctum ab eſſentia, vel potentia, vel eſſe ipſius. Et ſic, cùm hoc nomen ſapiens de homine dicitur, quodammodo deſcribit,& comprehendit rem ſignificatam; non autem cum dicitur de Deo; ſed relinquit rem ſignificatam, vt incomprehenſam,& excedentem nominis ſignificationem. Vnde patet, quòd non ſecundùm eandē rationem hoc nomen ſapiens * de Deo, & de homine dicitur. D. 474. Et eadem ratio eſt de alijs. Vnde nullum nomen vniuocè de Deo,& creaturis prædicatur. Sed nec etiam purè æquiuocè, vt aliqui dixerunt; Quia ſecundùm hoc ex creaturis nihil poſſet cognoſci de Deo, nec demonſtrari; ſed ſemper incideret fallacia æquiuocationis. Et hoc eſt, tam contra Philoſophum,* qui multa demōſtratiuè de Deo probat, 8 lib.phy.& 12.met.to.3. quàm etiam Apoſt. dicentem Rom.1. Inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, intellecta, conſpiciuntur.

Dicendum eſt igitur, quòd huiuſmodi nomina dicuntur de Deo,& creaturis ſecundùm analogiā, ideſt, proportionem. Quod quidem dupliciter * contingit in nominibus; vel quia

multa D. 212.

multa habent proportionem ad vnum, ſicut ſanum dicitur de medicina, & vrina; inquantũ vtrumque habet ordinem, & proportionem
77 ad ſanitatem animalis,* cuius hoc quidem ſignum eſt; illud verò cauſa: vel ex eo, quòd vnum habet proportionem ad alterum; ſicut ſanum dicitur de medicina, & animali, inquantùm medicina eſt cauſa ſanitatis, quæ eſt in animali. Et hoc modo aliqua dicũtur de Deo, & creaturis analogicè, & non æquiuocè purè, neque vniuocè. Non enim poſſumus nominare Deum, niſi ex creaturis, vt ſupra dictũ eſt.*
Artic.1.huius quæſt. Et ſic quidquid dicitur de Deo, & creaturis, dicitur, ſecundùm quòd eſt aliquis ordo creaturæ ad Deum, vt ad principium, & cauſam, in qua præexiſtunt excellenter omnes rerum perfectiones. Et iſte modus communitatis medius eſt inter puram æquiuocationem, & ſimplicem vniuocationem. Neque enim in his, quæ analogicè dicuntur, eſt vna ratio, ſicut eſt in vniuocis; nec totaliter diuerſa, ſicut in ęquiuocis: ſed nomen, quod ſic multipliciter dicitur, ſignificat diuerſas proportiones ad aliquid vnum. Sicut ſanum de vrina dictum, ſignificat ſignum ſanitatis animalis; de medicina verò dictum, ſignificat cauſam eiuſdem ſanitatis.

Ad primum ergo dicendum, quòd, licèt in prædicationibus oporteat ęquiuoca ad vniuoca reduci, tamen in actionibus agens, non vniuocum ex neceſsitate præcedit agens vniuocum. Agens enim non vniuocum, eſt cauſa vniuerſalis totius ſpeciei, vt Sol eſt cauſa generationis omnium hominum. Agens verò vniuocum non eſt cauſa agens vniuerſalis totius ſpeciei (alioquin eſſet cauſa ſui ipſius, cũ ſub ſpecie contineatur,) ſed eſt cauſa particularis reſpectu huius indiuidui, quod in participatione ſpeciei conſtituit. Cauſa igitur vniuerſalis totius ſpeciei non eſt agens vniuocum.

Cauſa autem vniuerſalis eſt prior particulari. Hoc autem agens vniuerſale, licèt non ſit vniuocum, non tamen eſt omnino æquiuocũ; quia ſic non faceret ſibi ſimile; ſed poteſt dici agens analogicum. Sicut in prædicationibus omnia vniuoca reducuntur ad vnum primum non vniuocum, ſed analogicum, quod eſt ens.

Ad ſecundum dicendum, quòd ſimilitudo creaturæ ad Deum eſt imperfecta; quia etiam nec idem ſecundùm genus repræſentat, vt ſu-
Q.4.art.3. pra dictum eſt.*

Ad tertium dicendum, quòd Deus non eſt
18 b menſura proportionata menſuratis.* Vnde non oportet, quòd Deus, & creaturæ ſub vno genere contineantur. Ea verò, quæ ſunt in cõtrarium concludunt, quòd nõ vniuocè huiuſ-

A modi nomina de Deo, & creaturis prædicentur; non autem, quòd æquiuocè.

Ratio ordinis, & ſenſus quæſiti.

IN nominibus Deo, & creaturis communibus conſideranda primò eſt vnitas, deinde ordo, ac denique extrinſeca temporis circũſtantia.

Pertinent autem vniuocatio, & analogia ad modos quoſdam vnitatis, de quibus agitur in hoc articulo, in ſexto verò de ordine, in
B ſeptimo demum de temporis circumſtantia.

Senſus quæſiti ex duobus terminis pręcipuè pẽdet. Primus eſt verbum *dicuntur*; quod intelligitur propriè, & formaliter; nam, quæ de Deo metaphoricè, aut virtualiter tantùm dicuntur, euidenter vniuocationem excludunt.

Secũdus terminus eſt illud aduerbium, *vniuocè*, quod, vt notat Caietanus, vniuocationem ſignificat ab Ariſtot. in antepræCaiet. dicamentis diffinitam.

Forma Textus.

C *PRima cõcluſio. Impoſsibile eſt aliquid prædicari de Deo, & creaturis vniuocè. Probatur: Cũ aliquod nomẽ ad perfectionem pertinens de creatura dicitur, ſignificat illam perfectionem diſtinctam ſecundùm rationem diſtinctionis ab alijs; non autem, cum dicitur de* Deo; *ſed relinquit rem ſignificatam, vt incomprehenſam, & excedentem nominis ſignificationem; ergo nullum nomen de* Deo, *& creaturis vniuocè prædicatur.*

Conſequentia relinquitur, vt euidens à S. Tho. Antecedens probatur dupliciter: Primò *ſic. omnis effectus non adæquans virtutem cauſæ agentis recipit ſimilitudinem agentis, non ſecundùm eandem rationem, ſed deficienter, ita vt, quod diuiſim, & multiplicier eſt in effectibus, ſit in cauſa ſimpliciter, & eodem modo; at creatu*
D *ræ ſunt effectus non adæquantes virtutem* Dei *primi agentis; ergo omnes perfectiones; quæ ſunt in rebus creatis diuiſim, & multipliciter, in* Deo *præexiſtunt vnitè. Ex quo vlterius ſequitur, quòd, cum aliquod nomen ad perfectionem pertinens de creatura dicitur, ſignificat illam perfectionem, vt diſtinctam, &c. Maior huius argumenti probatur exemplo Solis; qui ſecundum vnam virtutem multiformes, & varias formas in iſtis inferioribur producit.*

Secundò probatur idem Antecedens exemplo huius nominis ſapiens; quod, cum de homine dicitur, ſignificat aliquam perfectionem diſtinctam ab eſſentia hominis, & à potentia, & ab eſſe ipſius, & ab omnibus huiuſmo
E *di; cum autem hoc idem nomen dicimus de* Deo, *nõ intendimus ſignificare aliquid diſtinctum ab eſſentia, vel potentia, vel eſſe ipſius. Et ſic, cum hoc nomen ſapiens de homine dicitur, quodammodo deſcribit, & comprehendit rem ſignificatam; non autem, cum dicitur de Deo, ſed relinquit rem ſignificatam, vt incomprehenſam, & excedentem nominis ſignificationem.*

Secunda concluſio eſt. Nomina dicta de Deo, & creaturis non dicuntur de ipſis purè æquiuocè. Probatur; quia, ſi dicerentur puræ æquiuocè, nihil poſſet ex creaturis

Digitized by Google

turit de Deo cognoſci, nec demonſtrari, ſed hoc eſt abſurdum; ergo. Probatur maior, ſiue conditionalis; quia ſemper incideret fallacia æquiuocationis. Minor probatur: quoniam hoc eſt contra Ariſtot. qui multa demonſtratiuè de Deo probat, & contra Apoſtolum ad Rom. primo. Inuiſibilia Dei per per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur.

Tertia concluſio. Nomina dicta de Deo, & creaturis dicuntur de eis ſecũdùm analogiam, id eſt proportionem. Antequam probet hanc concluſionem præmittit S. Thom. diſtinctionem, qua explicatur ſenſus concluſionis. Diſtinctio eſt. Dici ſecundùm analogiam dupliciter contingit in nominibus: Vno modo, quia multa habent proportionem ad vnum; ſicut ſanum dicitur de medicina, & vrina, inquantùm vtrumque habet ordinem, & proportionem ad ſanitatem animalis, cuius ſanitatis medicina eſt cauſa; vrina verò eſt ſignum: Alio modo eo, quòd vnum habet proportionem ad alterum; ſicut ſanũ dicitur de medicina, & animali, inquantùm medicina eſt cauſa ſanitatis, quæ eſt in animali. Concluſio intelligenda eſt de prædicatione analogica ſecundo modo, ſcilicet ſecundùm proportionem vnius ad alterum, videlicet creaturæ ad Deum, & è contra. Probatur ergo concluſio ſic explicata: Non poſſumus nominare Deum, niſi ex creaturis; ergo quidquid dicitur de Deo, & creaturis dicitur, ſecundùm quòd eſt aliquis ordo creaturæ ad Deum, vt ad principium, & cauſam, in qua præexiſtũt excellenter omnes rerum perfectiones.

Poſtremò S. D. ſingulariter explicat modum communitatis analogicæ, de quo loquitur tertia concluſio, per comparationem ad reliquos duos modos communitatis, de quibus loquuntur duæ priores concluſiones, & patet explicatio in littera D. Thom.

Expoſitio Textus.

QVatuor ſunt in præſenti diſcurſu, quæ explicatione indigent. Primum eſt ſenſus illius antecedentis. *Cùm aliquod nomen ad perfectionem pertinens de creatura dicitur, ſignificat illam perfectionem diſtinctam ſecundùm rationem diſtinctionis ab alijs; non autem, cum dicitur de Deo.*

Secundum eſt ſenſus illius propoſitionis. *Omnis effectus non adæquans virtutem cauſæ recipit ſimilitudinem agentis, non ſecundùm eandem rationem, ſed deficienter, &c.*

Tertium eſt ſenſus ſecundæ cõcluſionis, & probationis illius.

Quartum eſt, quomodo verum ſit aliqua dici de Deo, & creaturis analogicè ſecundùm proportionem vnius ad alterum, ſicut ſanum dicitur de medicina, & animali, vt ait S. Tho. in explicatione ſecundæ concluſionis. Quæ omnia hîc explicantur à Caietano, & ex dicendis amplius elucefcet. Vnum tamen hic prætereundum non eſt; nimirum ſenſus probationis ſecundæ concluſionis, quo ad dictionem illam *nihil*. Quam ait Caietanus non ſupponere pro nihilo ſimpliciter, quoniã (inquit) dato, quòd omnia nomina Deo, & creaturis communia æquiuoca eſſent, adhuc poſſemus cognoſcere Deum eſſe creatorem, & ſuper omnia, & qđ non eſt corpus, & ſimilia; igitur ſupponit illa dictio *nihil* pro nihilo formaliter cõi Deo, & creaturis, puta eſſe ens, actum, bonum, &c. nam eo ſenſu (Expoſitio Caiet.)

A nihil horum de Deo ſciri poteſt, ſed ſemper incideret fallacia æquiuocationis. Sed arbitror commodè poſſe, & debere vocabulũ illud *nihil* vniuerſaliter accipi, id eſt pro nihilo ſimpliciter: Nam, ſi nullum nomen de Deo, & creaturis dici poſſet analogicè ſecundùm analogiam proportionalitatis, nec ſecundùm analogiam attributionis; ſequeretur nõ ſolùm nihil eſſe commune formaliter Deo, & creaturis, ſed nullum eſſe ordinem cauſalitatis, & dependentiæ inter Deum, & creaturam, ſecundùm quem ordinem attenditur analogia attributionis. Et quoniam omnis diſcurſus, quo vtimur ad cognoſcendum an eſt; & quia eſt Dei, procedit B ex reali ordine dependentiæ creaturæ à Deo creatore, vt à cauſa efficiente, finali, & exemplari; vt patet ex quinque vijs, quibus in quæſt. 2. artic. 3. probauit S. Doct. Deum eſſe; quælibet enim earũ fundatur ſuper aliqua ex dictis cauſalitatibus. In prima namq; via ex parte motus, ratio motoris communis eſt Deo primo mouenti, & alijs tã ſpiritualibus, quàm corporeis motoribus illi ſubordinatis: in ſecunda eſt nomen, & ratio cauſæ: in tertia eſt nomen neceſſarij: in quarta eſt nomen boni, veri, & nobilis: in quinta eſt ratio gubernationis, ſiuè gubernantis, & media cognitione dirigentis in finem. Quæ omnia Deo, & Creaturis conſtat C eſſe communia ſecundùm vtramque analogiam: idcirco remota non tantùm vniuoca; ſed etiã qualibet analogica nominum vnitate inter Deum, & creaturas, nihil omnino de Deo cognoſci, aut demonſtrari poſſet: ſed ſemper incideret in diſcurſu fallacia æquiuocationis. (Alia expoſitio.)

Controuerſia vnica.

Siue potius ſummaria reſolutio doctrinæ, & difficultatum circa nominum analogiam.

Ratio, & partitio tractatus, & analogi diſtinctio.

D QVoniam ea, quæ S.D. in artic. 3. ſexto, & 10. tradit de diuinis nominibus abſque analogiæ notitia intelligi nulla ratione poſſunt; vt textus indicat; & diſcuſſæ hic ab expoſitoribus difficultates oſtendũt; inter quos Zumellus hic, & Suarez in ſua metaphyſica nonnulla docent, quæ nec veritati, nec Thomiſticæ doctrinæ, nec ſibimetipſis ſatis conſona ſunt; operæ precium duxi, quę ad præſentis quæſtionis intelligentiã neceſſaria ſunt, breui compendio ad incipientium Theologorum profectum diſtinctè legentium oculis præſentare. (Zumellus Suarez.)

Diſtinguemus itaque. Primò nomen analogiæ, Secundò de ſingulis illius membris agemus. Tertiò ex dictis nonnullas concluſiones deducemus. E Poſtremò dictorum expoſitorum argumenta diluemus.

Diuiditur analogum in tres modos. Quorũ primus tantùm proprius eſt; reliqui verò duo improprij, & abuſiui.

Primus eſt ſm̃ analogiam proportionalitatis: Qui idcircò propriè dicitur; quia nomẽ analogiæ proportionẽ, ſiuè proportionalitatem ſignificat.

Digitized by Google

Secundus eſt ſecundum analogiam attributionis: quæ propriè dici poteſt ordo diuerſus pluriũ ad vnum,ex vno,aut in vno, à quo extrinſecè denominantur; vt patet de medicina dieta,& vrina; quæ ordinem habent ad ſanitatem in animali exiſtentem, & ab ea ſana denominantur extrinſeca denominatione. Vnde nomina talem analogiam ſignificantia propriè dicuntur nomina ad vnum, ex vno,& in vno. Quo loquendi modo ſignificantur quatuor cauſarum genera: Nam, vt benè docet Caietanus in ſecundo cap.de ana.nom.contingit multa ad vnum finem,& ad vnum exemplar diuerſam habere attributionem cum vna, & eadem denominatione; & eadem ratione ad vnum efficiens,& ad vnum ſubiectum.

Tertius tandem modus eſt ſecundùm analogiã inæqualitatis. Quæ aut vniuocationi eadem eſt, aut vix ratione aliqua differt; cum eam intrinſecè claudat,nec vna ab altera valeat ſeparari.

Quid ſint analoga inæqualitatis.

QVo ad ſecundum inchoando ab vltimo propoſito modo vt faciliori,dico analoga ſecũdùm inæqualitatem ea eſſe,quorum nomen commune eſt,& ratio ſecundùm illud nomẽ eſt omnino eadem,inæqualiter tamen participata. In qua diffinitione vltima ſola particula diſtinguit ratione hæc analoga ab vniuocis: Nam,cùm vnitate conceptus dicunt etiam naturarum diuerſitatẽ ſignificatam inæqualitate perfectionis ſecundùm eſſe ſpecificum,quæ non tollit, ſed ſemper concomitatur vniuocam generis vnitatem; adeo,vt iuxta diuerſos vniuocorum modos fiat etiam horum analogorum diſtinctio.

Solet autem diſtingui vniuocum in phyſicum; ſiuè etiam metaphyſicum,& logicum.Priora vniuoca ſunt,quæ vnam habẽt communem materiã, à qua radicaliter deſumitur vnitas generis;vt omnia ſublunaria. Poſteriora verò ſunt ea,quæ materiæ non habent vnitatem; vt corruptibile,& incorruptibile; de quibus ait Ariſt. 10.diuinorum,tex. vltimo,nihil eis eſſe commune vniuocum,phyſicè loquendo. Itaque iuxta priorem modum vniuerſa genera,etiam phyſica,erunt analoga;cum ſemper ſub quolibet genere ſit vna ſpecies altera perfectior.Propter quam cauſam dixit Ariſt. 7.phyſic. tex.31. quòd *iuxta genera latent æquiuocationes*. Iuxta poſteriorem autem, ea genera tantùm erunt analoga, quorum ſpecies in vna communi materia non conueniunt: vt cęlum, & planta, vel angelus, & homo. *Ariſtot.*

Dicitur autem ratio communi nomine ſignificata inæqualiter participari, non ea ratione tantùm,quòd vna ſpecies ſit altera ſub eodem genere perfectior: puta Homo,Leone,ſub animali;ſed ẽt, quia animalitas in homine nobilior eſt, quàm in Leone,& eadem, immò potiori ratione corporeitas in cęlo nobilior eſt corporeitate plantæ; quãuis cęli,& plantæ, quatenus corpora ſunt,eadem ſit omnino ratio;nam vtrumq; quatenus corpus, eadẽ explicatur diffinitione,& ſimiliter rõ ſubſtãtiæ perfectior eſt in angelo, quam in homine.

A *Ratio,diſtinctio,conditiones, & proprietates analogia attributionis.*

ANaloga attributionis ea ſunt,quorum nomen eſt commune,& ratio ſecundùm illud nomẽ eſt eadem ſecundùm terminum, & diuerſa ſecundùm habitudines ad illum; vt patet in exemplo ſani ſuperius propoſito: Nam ſanum nomen eſt commune animali,medicinæ,& vrinæ,quæ ſingula diuerſas habent habitudines ad ſanitatem,vt communem terminum; animal quidẽ ſubiecti ad accidentalem formam, medicina efficientis ad effectum,vrina ſigni ad ſignatum.Quo fit,vt diuerſas etiam habeant in ratione ſani diffinitiones: nam animal,quatenus ſanum, ſubiectum eſt ſanitatis, medicina,quatenus ſana,effectiua eſt ſanitatis,vrina denique,quatenus ſana,ſignũ eſt ſanitatis;Et quia ſanitas eſt vnus omnium terminus, ſingula prædicta ſana denominans; ideircò cum diuerſitate rationum,ſiue diffinitionum, ſtat earundem vnitas ſecundùm quid. *Diffinitio.* *Diſtinctio*

Duos habet modos hæc analogia. Primus eſt duorum,vel plurium ad vnum terminum;vt medicinæ,& dietæ ad ſanitatem. Secundus eſt vnius ad alterum;vt medicinæ ad ſanitatem.

Sed obſeruandum eſt diligenter analogiam vnius ad alterum dupliciter ſumi: Vno modo ſtricte,vt eſt modus analogiæ attributionis; prout hic accipitur: Alio modo latè, prout diuiditur in analogiam proportionis;quę dicit determinatam habitudinem vnius ad alterum, ſecundùm quòd nomine aliquo ſignificatur, & in analogiam proportionalitatis, quæ nullam dicit determinatam habitudinem, ſed proportionum tantùm ſimilitudinem;vt dicemus infra: Qua diſtinctione diuerſa,quæ contraria videntur S.Tho.dicta conciliantur:Nam,quandoque negat inter Deum,& creaturam eſſe analogiam vnius ad alterum, illam ſignificans,quæ determinatam dicit vnius ad alterum habitudinem; quandoque verò eandem affirmat reperiri inter Deum, & creaturam intelligens illam,quæ eſt proportionalitatis.

Habent hæc analoga attributionis quatuor eſſentiales conditiones, & duas proprietates. *Conditiones eſſentiales. Prima.*

Prima conditio eſt, quòd hæc analogia ſit ſecundùm extrinſecam denominationem tantùm: nam ratio,ſiue forma nomine analogo ſignificata primo tantùm analogato formaliter ineſt, & de eo formaliter dicitur; de cęteris autem per ordinem ad primum, ac per extrinſecam denominationẽ;vt ratio ſani in ſolo animali formaliter eſt, & de eo ſolo formaliter dicitur: de medicina verò,dieta,& vrina, per extrinſecam denominationem tãtùm; dicimus enim medicinam ſanã, ideſt ſanitatis effectiuam, vrinam ſanam, ideſt ſanitatis ſignum. Intelligenda eſt hæc conditio formaliter,ideſt de nomine analogo, quatenus eſt analogum ſecundùm attributionem: Nam ſæpè contingit idem nomen cum dicta analogia habere etiam illam, quæ eſt proportionalitatis, quæ ſit ſecundùm formalem, & intrinſecam denominationem, vt dicemus; ſicut patet de ente bono,& verò.

Nam

Digitized by Google

Nam ens,qua ratione analogum eſt ſecūdùm attributionem,formaliter tantùm dicitur de ſubſtātia;de cęteris autem extrinſeca denominatione p ordinem ad ſubſtantiam,tāquam ſubiectum; Sed quia res illa,quæ accidens eſt, formaliter, & intrinſecè eſt ens,idcircò ſecundùm hanc rationem fundat analogiam proportionalitatis; & ſimiliter dicendum eſt de bono,cuius analogia eſt ſecundū rationem cauſæ finalis,& exemplaris.

Et quoniam analogi ratio,à qua extrinſecè denominantur analogata,non multiplicatur,quemadmodum multiplicatur animalitas in homine, Boue,& Leone;ſed vna,& eadem eſt;hinc ſequitur

Secunda. ſecunda conditio,nimirum illud vnum, quod diuerſas analogatorum terminat habitudines, vnū numero eſſe,ſaltem negatiuè; quia in ſingulis non multiplicatur;vt ſanitas,quę non multiplicatur in animali,medicina,& vrina,ſed vna,& eadem eſt.

Tertia. Tertia conditio eſt,quòd primum analogatum ponitur in cęterorum diffinitione ſecundum nomen analogum:Nam ratio nomine analogo ſignificata,nō dicitur de analogatis, niſi per ordinem ad primum,in quo ſolo formaliter inuenitur; igitur illud primum neceſſariò ponēdum eſt in aliorum diffinitione.

Quarta. Poſtrema tandem conditio eſt,quòd hoc analogum non habet vnum aliquem conceptū formalē, vel obiectiuum abſtractū ab analogatis: Nam nomen analogum nō habet vnum aliquod ſignificatum commune omnibus analogatis; ſed terminū diſtinctè ſignificat: reſpectus autem confuſè: ſanum enim abſolutè dicitur,quod habet ſanitatē. Igitur non habet hoc analogum conceptum abſtractum,ſed commune nomen cū identitate termini diuerſimodè reſpecti.

Proprietates. Prima proprietas eſt,quòd hoc analogum ſimpliciter prolatum ſtat pro primo. Secunda,quòd non eſt prius primo analogato, nec omnibus analogatis ſimul ſumptis.Cuius ratio eſt;quoniā tota analogi ratio in ſolo primo poſita eſt analogato.

Diffinitur,& diſtinguitur analogia proportionalitatis.

IAm verò de analogis proportionalitatis, quæ ſola propriè dicuntur analoga; quæ maximè

Diffinitio. ſcitu digna ſunt, quanta fieri poſsit dicēdi breuitate,colligamus à diffinitione, à qua reliqua pendent,initium ſumentes. Analoga itaque proportionalitatis ſunt,quorum nomen commune eſt, & ſecundùm illud nomē ratio eadem eſt proportionaliter,ſiuè ſimilis ſecundùm proportionem.

Nomen proportionis quid. Ad cuius euidentiam obſeruandum eſt primò nomen proportionis propriè ſumptum ſignificare determinatam habitudinem vnius quantitatis ad aliam; ſicut quatuor proportionem habent duplā ad duo.

Proportionalitas. Proportionalitas verò ſignificat duarum proportionum ſimilitudinem: & ſemper eſt inter quatuor terminos:vt,ſi dicam:quemadmodum ſe habent quatuor ad duo,ita ſex ad tria. Eſt enim inter vtraque proportio dupla.

Ex propria ſignificatione translatū eſt proportionis nomen ad omnem habitudinem conformi-

A tatis,& commenſurationis,quæ etiam inter ſpiritualia reperitur;ſicut ſi dicamus:quemadmodum ſe habet humanus intellectus ad ſuum intelligere,ita angelicus ad ſuum.

Secundò ſciendum eſt analogiam hanc dupliciter fieri. Vno modo metaphoricè;quando ſcilicet ratio formalis communi nomine ſignificata vni tantùm analogatorum propriè conuenit; alteri verò metaphoricè,ſiuè per ſimilitudinem; exēpli gratia,ridere communem quandam rationem ſignificat analogam metaphoricè; dicitur enim de proprio;& verò hominis riſu, & de prato virente per ſimilitudinem ad riſum propriè dictū. Hæc Diuiſio.

B analogia in ſacris litteris eſt valdè frequēs, cuius multiplices rationes reddidimus ſupra quæſtione prima,artic. 10.

Alio modo fit propriè; cum videlicet nomen commune de vtroq; analogatorum propriè dicitur; ſicut hoc nomen principium,rationem quandam ſignificat communem fundamento,& cordi, vnam proportionaliter, & de vtroque propriè dictam: Et quoniam rei perfecta diffinitio quamlibet propoſitam ſoluit difficultatem, proponemus ſigillatim præcipua, quæ moueri ſolent de his analogis quæſita;vt ea ex ipſius analogi perſpecta natura terminemus.

C

Analogi conceptum non eſſe præciſum, ſicut vniuoci.

PRimum quæſitum eſt: Quomodo diſtinguatur analogum ab analogatis, & qualem ab eiſdem habeat abſtractionem.

Pro cuius reſolutione ſciendum eſt, in nominibus,tam vniuocis,quàm analogis tria conſiderari,ſcilicet vocem,conceptum in anima, ideſt ſpeciem expreſſam repræſentantem, & naturam,ſiuè rationem formalem repræſentatam, quæ dicitur conceptus obiectiuus. Quibus addendū eſt quartum,nimirum res illa,cui conuenit natura illa,ſiue ratio formalis,per nomen ſignificata; exempli

D gratia;in hoc vniuoco,quod eſt animal,conſiderāda ſunt hæc quatuor, videlicet. Primò nomen ipſum. Secundò conceptus mentalis, ideſt cōceptus formalis repræſentans naturam animalis. Tertiò ipſa natura animalis,ſiuè animalitas repræſentata,& obiecta. Quartò ſpecies, in quibus eſt hæc natura,puta homo,Bos,& Leo.

Ex his quatuor tertium eſt illud, ex quo pendet cognitio naturæ,ac differentiæ vniuocorum, & analogorum; atque ideò paulò attentius illi inſiſtēdum eſt.Natura igitur, ſiue ratio formalis nomine vniuoco,vel analogo ſignificata,eſt illa,quæ dicitur,& eſt fundamentum vniuocæ,vel analogicę Fundamentum vniuocationis,& analogiæ.

E ſimilitudinis, & conſequenter etiam eſt illa, quæ repræſentatur per conceptum formalem,ſiue ſpeciem expreſſam,quæ eſt in mente;quę ſpecies etiā dicitur conceptus formalis; Et quia natura,vel ratio formalis repræſentata per ſpeciem expreſſam eſt id,quod obijcitur intellectui, & ab eo intelligitur; idcirco talis res,ſiue ratio formalis, vt ſic obiecta,nuncupatur cōceptus obiectiuus, qui per nomen medio conceptu formali ſignificatur. Cōceptus obiectiu'.

Differẽtia vniuoci,& analogi.

Sed maxima differentia eſt inter vniuoca,& analoga; quòd fundamenta vniuocationis;(exempli gratia,natura animalis in homine, Boue, & Leone) licèt realiter ſint diſtincta, eiuſdem tamẽ rationis ſunt omninò, nec vniuoci natura in vno aliquid claudit,quod in alio non claudat:nam eadem eſt omnino diffinitio animalitatis hominis, pro vt animalitas eſt,quæ eſt etiam Leonis,& Bouis;& ideo animalitas, vt ſic, æqualiter abſtrahit à rebus,in quibus eſt,& conſequenter dicit vnum gradum,ſiue realitatem præciſam in eſſe cognito, ſiue obiectiuo à rebus, ſiue ſpecialibus rationibus rerum,quibus ineſt. Et hoc eſt habere conceptum obiectiuum præciſum.

Cõceptus præciſus.

Et quia cóceptus mentalis,qui dicitur formalis,repræſentat obiectiuum, & illius eſt perfecta ſimilitudo; idcirco vniuoca vnum etiam habent in mente conceptum perfectè,& adæquatè repræſentantem conceptum obiectiuum: Nam,ita repræſentat fundamenta vniuocæ ſimilitudinis, vt vno repræſentato omnia repræſententur; cum, vt diximus,omnia ſint vnius omnino rationis;& cõſequenter etiam nomen vniuocum, puta animal, talem conceptum vnum, & præciſum ſignificat.

At naturæ,ſiue rationes, quæ fundamenta ſunt analogicæ ſimilitudinis,diuerſæ ſunt ſimpliciter, iuxta rerum,quibus inſunt,diuerſitatem. Non.n. vnius analogati ratio claudit id,qđ alterius claudit ratio analogati: nam ſubſtantia, quantitas, qualitas,& reliqua ſuprema rerum genera quiddi tates habent inter ſe diuerſas ſimpliciter, etiam quatenus entia ſunt. Quod probatur auct. Ariſto. ſeptimo metaphyſ.tex. 2.& tertio,vbi ait,quod *in diffinitione accidentis,quatenus ens,cadit ſubſtantia.* Conſtat autem ſubſtantiã,vt ens eſt, per accidens non diffiniri; ergo in ratione entis diuerſa ſunt.

Ariſt.

Secundò probatur; quia ens, quod eſt analogũ vtraque analogia,immediatè ſignificat decẽ prædicamenta,nec dicit aliquem gradum ſuper gradus ſpecificos,& genericos; ergo nomen entis non ſignificat vnum,ſed diuerſa ſimpliciter. Conſequentia patet. Antecedens probatur; quia, ſi ens diceret aliquem gradum ſupra gradus prædictos, ſequeretur, quod conſideratis præciſè dictis gradibus, & eorum paſsionibus non ineſſent ipſis paſſiones entis; hoc autem eſt falſum: nam homo,inquantùm rationalis præciſè, eſt indiuiſibilis formaliter,& conſequenter vnus vnitate,quæ eſt paſſio entis, Cõſequentia autem probatur: nam,quia animal dicit alium gradum ab homine; ideo homo,inquantùm rationalis præciſè, non eſt bipes, fingendo pro nunc, quòd bipes dicat paſsionem animalis propriam; igitur,ſi ens diceret aliũ gradum à ſubſtantia,ſequitur,quod conſiderata precisè ratione ſubſtantiæ non eſſet ſubſtantia vna, nec vera,nec bona; quod tamen falſum eſt.

A *Qualis ſit vnitas,& abſtractio conceptus obiectiui,& formalis analogi.*

SEd licèt ens, & quodcunq; aliud analogum ſignificet immediatè naturas,ſiuè rationes diuerſas ſimpliciter; tamen res ſic diuerſæ ſimilitudinem habent proportionalẽ,quatenus,verbi cauſa, ita ſe habet quantitas ad ſuum eſſe,vt ſubſtantia ad ſuum eſſe:Itaque rationes rerum,ſiue quidditates ſimpliciter diuerſæ,vt proportionaliter ſimiles,analogicam fundant vnitatem.

Ex quo ſequitur analogum non habere vnũ cõceptum obiectalẽ præciſum perfectè,& adæquatè reſpondentem analogatis;ſed tantùm conceptũ vnum proportione:qui diſtinguitur à proprijs cõceptibus analogatorum,veluti vnum proportione à multis ſimpliciter, aut (quod idem eſt,) ſicut multa,vt proportione ſimilia, à multis abſolutè. Et eodem modo ab eis abſtrahit:Nam ratio nomine analogo ſignificata claudit in ſe rationes analogatorum,ſiuè ipſa analogata,vt ſimilia ſunt ꝓportionaliter; & ideò non poteſt omnino ſine eis intelligi,& ab eis abſtrahere; quia res,vt ſimiles proportionaliter,ſine ipſiſmet rebus intelligi, aut concipi nulla ratione poſſunt.

B

Sed quia rationes analogatorum abſolutè ſumptæ,vt ſic proportionalem ſimilitudinem non dicunt;idcircò conceptus obiectiuus analogus à rationibus analogatorum abſolutè ſumptis abſtrahere dicitur.

C

Sed hæc abſtractio non erit ab analogatis formaliter ſumptis,prout ſcilicet analogata ſunt,ſed à rebus analogatis materialiter ſumptis.

Itaque talis conceptus nec ſimpliciter abſtrahit,nec præciſus eſſe,aut dici poteſt. Quod euidenter etiam ratione conuincitur;Quoniam de ratione vnius proportionaliter eſt habere quatuor terminos,vt ſupradiximus,qui termini ſunt duæ res, & duæ rationes in eis exiſtentes,quæ omnia nomine communi analogo ſignificãtur; vt cum dico; ſicut ſe habet ſubſtantia ad ſuum eſſe, ita quantitas ad ſuum eſſe: hic ſunt duæ res, & duæ rationes in eis exiſtentes, ſcilicet ſubſtantia,vt ſuo eſſe proportionata,& quantitas, inquantùm eſt ſuo eſſe commenſurata; quę ſunt fundamenta analogicæ ſimilitudinis: & hæc omnia ſignificantur nomine entis,cum,vt diximus,gradus entis à gradibus aliorum generum non ſit diſtinctus. Et quemadmodũ nulla quæritur cauſa, cur vnum proportionaliter non ſit vnum ſimpliciter,ita nõ eſt quærenda cauſa,cur à ſimilibus proportionaliter non poteſt abſtrahi vna res, ſiue vna ratio; ſiquidem proportionalis ſimilitudo talem in ſua ratione diuerſitatem includit.Eandem vnitatem,& abſtractionem habet conceptus mentalis, ſiue formalis in repræſentando; correſpondet enim per omnia conceptui obiectiuo repręſentato. Quare neceſſe eſt vnam, & eãdem eſſe vtriuſq; vnitatẽ,& abſtractionẽ,ſaluo proprio vtriuſq; modo;huius.ſ.in repræſẽtari, & intelligi in ratione termini; illius autem in repræſentare, & habere rationem medij in intelligẽdo. Hæc aũt,quæ hucuſque diximus, intelligenda

D

E

ſunt

ſunt de conceptu analogi perfecto: nam de conce ptu imperfecto longè diuerſam Caietanus, & qui eum ſequuntur viri doctiſsimi, ſententiam proferunt. *Caietan.*

Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, duos conceptus imperfectos valdè diuerſos de quolibet analogo propriè dicto poſſe formari, vt Caietan. aduertit. Vnus eſt ille, qui proprius eſt vnius analogati, qui conſequenter eſt etiam aliquo modo cōceptus alterius analogati: Nam, quod aſsimilatur ſimili, vt ſic, aſsimilatur etiam illi, cui illud tale eſt ſimile; ſed quia ſimilitudo inter analogata eſt tantùm ſecundùm proportionem in naturis, ſiue rationibus ſimpliciter diuerſis fundatam: idcircò conceptus vnum perfectè repræſentans analogatum non poteſt alterum, niſi imperfectè, repræſentare. Vnde conceptus hic non eſt adæquatè reſpōdens nomini analogo; ſed vni tantùm analogato perfectè; alteri verò conſequenter, & imperfectè. *Cōceptus analogi imperfectus duplex.*

Alius analogi conceptus imperfectus formari poteſt nomen adæquans analogum, & abſtractus ab analogatis. Qui tunc formatur, cum intellectus perfectum conceptum, quem formauerat includētem diſtinctè fundamenta proportionalis ſimilitudinis, expoliat à proprijs diſtinctiuis, & determinatiuis, loco eorum ponens fundamentum indeterminatè ſignificatum hoc pronomine, quod: vt exempli gratia, ſi loco ſubſtantiæ, & accidentis, quæ in conceptu entis perfecto includuntur, ponat, quod eſt: quod indeterminatè vtrumq; ſignificat. Hęc autem imperfectio communis eſt vtrique conceptui, videlicet mentali, & obiectiuo: nam, vt diximus, adæquatè ſibi correſpōdent; neque vnus poteſt eſſe perfectus, & alius imperfectus, vnus confuſus, & alius diſtinctus, aut vnus abſtractus, & alius minimè; quoniam vnius perfectio, diſtinctio, & abſtractio ab alio dependet, & eidem eſſentialiter coaptatur.

Qualis ſit analogi communitas, & prædicatio.

Ex dictis ſequitur primò analogum eſſe quid communius, & ſuperius ad analogata de ſingulis prædicabile; identitatem enim habet proportionalem pluribus communem; ſicut vniuocū idētitatem habet ſimpliciter ſuis vniuocatis communem. Vnde, cum dico: ſubſtantia eſt ens, dico de ſubſtantia illud idem ſecundùm identitatem proportionalem, quod prædico de quantitate, cum dico, quātitas eſt ens; quę vnitas proportionalis importatur in actu exercito in hoc, quod dico ens; ſicut etiam in quolibet alio conceptu, & nomine analogi propriè dicti: Nam ens ſecundùm rei veritatem talem habet, & exercet vnitatem.

Itaque, quemadmodum animal, quod in actu exercito vniuocam importat vnitatem, cū de homine dicitur, non prædicat identitatem in actu ſignato, videlicet hoc totum, naturam ſenſitiuam eandem omnino ſecundùm rationem naturæ ſenſitiuæ equi, Bouis, & Leonis; ſed naturam ſenſitiuam ſimpliciter; quam tamen, ad hoc, vt vniuoca ſit prædicatio, oportet habere dictam vnitatem;

A ita ens, quod proportionalem identitatem in eſſe importat in actu exercito, non prædicat de quantitate hoc totū, videlicet habens ſe ad eſſe ſic proportionaliter, vt ſubſtantia, aut qualitas ad ſuum eſſe; ſed habens ſe ad eſſe abſque alia additione; quod tamen ſe habere ad eſſe oportet idē eſſe proportionaliter cum alio, vel alijs, vt analoga ſit prędicatio.

Quomodo diffinienda ſint analogata.

Secundò. Sequitur ex prædictis in hac analogia propriè dicta vnum analogatum in alterius B diffinitione non eſſe ponendum: quamuis ſi metaphorica ſit analogia, neceſſe ſit analogatum illud, cui nomen analogum propriè conuenit, poni in diffinitione alterius, de quo nomen commune metaphoricè dicitur. Ratio primi eſt; quia nomen analogum nō ſignificat vnitatem proportionalem in actu ſignato, ſed tantùm in actu exercito, vt dictum eſt; & ideò non ſignificat relationes ſimilitudinis proportionalis formaliter, ſed tantùm fundamentaliter: nam ratio vnius analogati, vt eadē cum altero proportionaliter, fundamentaliter poteſt ſine altero cognoſci; quamuis, vt eadem formaliter, id eſt, quo ad relationes talis identitatis, C non poſsit ſine extremis cognoſci.

Vbi tamen aduertendum eſt, quandoque vnum analogatum per aliud exponi; ſicut fecit S.Thom. ſupra in 2. artic. huius tertiædecimæ quæſt. inquiens. *Cum dicimus: Deus eſt bonus, ſenſus eſt: id, quòd bonitatem dicimus in creaturis, præexiſtit in Deo eminentius.* Hoc verò contingit, quando id, quod prius eſt ſecundùm rem, poſterius cognitum eſt, & nomine analogo ad illud, & aliud prius cognitum communi nominatum. Tunc enim, quod poſterius notum eſt, indiget explicari per id, quod prius cognitione eſt, re autem poſterius; hocque contingit in omnibus perfectionibus ſimpliciter, à nobis in D Deo, ex ijs, quæ in creaturis ſunt, cognitis, & communibus cum creaturis nominibus nominatis; vt ſapientia, iuſtitia, intellectus, voluntas, & ſimilia. Si tamen creatæ perfectiones ſumantur, vt ſignificantur tertia quadā nominis impoſitione, vt exēplatæ à diuinis perfectionibus, & ad eas ordinate, ſic neceſſariò per eas debent diffiniri; verùm ſic ſumptæ ad aliam, quæ attributionis eſt, analogiam pertinebunt. *S.Tho.*

Ratio verò ſecundi, videlicet in analogia metaphorica analogatum propriè dictum in alterius metaphoricè dicti diffinitione ponendū eſſe, hæc aſsignatur à Caietano planiſsima; quia analogum E metaphoricè ſumptum nihil aliud prædicat, quā hoc ſe habere ad ſimilitudinem illius; quòd nulla prorſus ratione ſine conſimili extremo cognoſci poteſt. *Caiet.*

Concluſiones deducta, & probatæ.

Ex his, quæ hucuſque diximus, ſequuntur nouem concluſiones.

Prima concluſio. Analoga inæqualitatis habēt

Digitized by Google

vnum conceptum, tam formalem, quàm obiectiuum ab inferioribus præciſum.

Probatur hæc concluſio: nam hæc analoga verè ſunt vniuoca; at vniuoca vnum habent conceptum præciſum; ergo eadem ratione hęc analoga.

Secunda concluſio. Analoga attributionis non habent vnum conceptum formalem, neque obiectiuum ab analogatis præciſum. Probatur; quia tota ratio huius analogi formaliter ſaluatur in ſolo primo analogato; ergo illud ſolũ diſtinctè ſignificatur; reſpectus autem ad illum confuſè; ergo nõ habet conceptum abſtractum, & præciſum.

Suarez dicit pugnãtia.

Ex quo ſequitur Suarezium pugnantia dicere, cum ait ens eſſe analogum hac tantùm analogia, & tamen habere conceptum præciſum.

Tertia cõcluſio. Analogia attributionis, vt ſic, non ſit ſecundùm genus cauſæ formalis inhærentis, ſed ſecũdùm extrinſecam tantùm denominationem à primo analogato. Probatur: nam dici tale per attributionem ad extrinſecum terminum, eſt dici tale ex ordine ad extrinſecum terminum; at quod tale dicitur ex ordine ad extrinſecum terminum vt ſic, dicitur tale, non per formam inhærentem, ſed extrinſeca denominatione; vt patet de medicina, & vrina, quæ dicuntur ſana per ordinẽ ad ſanitatem; ergo.

Quarta cõcluſio. In analogia attributionis primum analogatum ponitur in diffinitione ceterorum ſecundum nomen analogum. Hæc patet ex tertia conditione.

Quinta concluſiò. Analoga proportionalitatis habent vnum conceptum perfectum formalem, & obiectiuum includentem analogata, & eorum conceptus. Hæc etiam eſt contra Suarez, diſput. 2. ſect. 2. nume. 8. vſque ad 24. & diſput. 28. ſectione tertia, num. 9.

contra Suarez.

Sexta concluſio. Hęc analoga habent vnũ conceptum imperfectum, qui eſt proprius conceptus vnus analogati, in quo cetera repræſentantur. Hęc eſt contra Suarez, diſt. 2. ſectione prima, nume. 7. & octauo.

Contra Suarez.

Septima concluſio. Hæc analoga habent vnum conceptum formalem, & obiectiuum imperfectũ communẽ analogatis; qui, quatenus explicitè non includit analogata, poteſt dici præciſus; ſed quia implicitè illa includit, ſimpliciter præciſus nõ eſt. Hæc eſt contra Suarez, diſput. 2. ſect. 2. à nume. 8. vſque ad 24. & Zumellum ſuper hoc articulo.

cõtra Suarez, & Zumell.

Octaua concluſiò. In analogis proportionalitatis propriè dictis vnum non diffinit reliquum, ſed exponit quandoque.

Nona cõcluſio. Omnia nomina cõmunia Deo, & creaturis; vt ens, ſubſtantia, bonus, ſapiens, & ſimilia ſunt analoga vtraque analogia, ſcilicet attributionis, & proportionalitatis. Hæc eſt contra Suarez, diſput. 28. ſect. 3. à nume. 10. vſque ad finem ſectionis.

Argumenta, & ſolutiones.

Contra tertiam concluſionem, ac proindè ẽt contra ſecundam argumentatur Suarez. Primò: Ens eſt analogum analogia attributionis ad

A ſubſtantiam, & accidens; at ſubſtantia, & accidẽs intrinſecè, & formaliter entia ſunt; ergo hæc analogia non ſit tantùm ſecundùm extrinſecam denominationem, ſed etiam ſecundùm intrinſecam.

Secundò. Ens eſt analogum dicto modo ad Deum, & creaturam; ſed vtrumque horum eſt formaliter, & intrinſecè ens; ergo. Maior, & minor probantur; quia creatura eſt ens per participationem eſſe, quod eſt in Deo per eſſentiã; ergo omnis creatura eſt ens per aliquam habitudinem ad Deum, quatenus ſcilicet participat, vel imitatur aliquo modo eſſe ipſius Dei; & quatenus habet eſſe, pẽdet à Deo eſſentialiter, multò magis, quàm accidens B à ſubſtantia; ergo ens dicitur de creatura per attributionem ad Deum.

Tertiò. Ipſum ens quantumuis abſtractè, & cõfusè conceptum, ex vi ſua poſtulat hunc ordinem, vt primò, & per ſe, & quaſi complete competat Deo, & per illum deſcendat ad reliqua, quibus nõ inſit, niſi cum habitudine, & dependentia à Deo; ergo ens reſpectu Dei, & creaturarum eſt dicto modo analogum.

Reſpondetur ad primum negando conſequentiam: Nam, licèt accidens ſit intrinſecè, & formaliter ens; hoc tamen non conuenit illi, vt analogatum eſt analogia attributionis ad ſubſtantiam, C ſed materialiter, & abſolutè. Vnde in argumento eſt ſophiſma figuræ dictionis, ab identica ad formalem, & eodem modo reſpondetur ad ſecũdum, negatur enim ſequela. Et licèt omnis creatura ſit ens per aliquam habitudinem ad Deum, & eſſentialem dependentiam ab ipſo; non tamen ſequitur; ergo, vt participat eſſe formaliter, habet analogiam attributionis ad Deum; ſed ſequitur, illam abſolutè, ſiuè materialiter ſumptam habere depẽdentiam, & participationem intrinſecam entitatis à Deo, ſicut à prima cauſa, & primo ente, quę eſt eſſe per eſſentiam, & conſequenter poſſe concipi per attributionem ad Deum, & ab eius eſſe extrinſecè D denominari: Nam, quòd intrinſecè entia ſint, habent formaliter ex intrinſeca ſibi entitate, non ex attributione ad Deum: cum hæc attributiò ſit mera ad extrinſecũ terminum relatio, quæ non poteſt, niſi extrinſecam denominationem afferre. Secundò reſpondetur: dependentiam perfectionum creaturarum non ſignificari, niſi fundamentaliter proprijs nominibus bonitatis, ſapientiæ, &c.

Videndus eſt Caietanus in fine commentarij ſexti articuli. Caiet.

Ex ex his patet ſolutio tertij argumenti: nam, quæ ibi aſſumuntur, quatenus implicant formalẽ E participationem, non conueniunt enti, vt analogũ dicta analogia, ſed abſolutè.

Contra quartam argumentatur idem Suarez. Licet ſapiẽtia dicatur analogicè de ſapientia creata, & increata, non tamen diffinitur ſapientia creata per increatam, & accidens, licèt diffiniatur per ſubſtantiam, inquantùm accidens, non tamen inquantùm ens; ergo, & ratio eſt, (inquit,) quia forma, à qua ſumitur illa denominatio, non eſt extrinſeca.

Reſpon-

Digitized by Google

Reſpondetur negando ſequelam: nam, qua ratione dicta analogata habent intrinſecam denominationem, pertinent ad analogiam proportionalitatis. Et præterea falſum eſt accidens non diffiniri per ſubſtantiam, vt ens, quatenus accidens analogatur ſub ente per attributionem ad ſubſtãtiam: nam Ariſtot. 7. Metaph. tex. 3. ait; *accidentia ſunt entia, quia entis*, ideſt ſubſtantiæ; ergo ratio accidentis, quatenus ens à ſubſtantia dependet, ac proindè ſine illa non poteſt diffiniri.

Suarez. Contra quintam concluſionem argumentatur idem Suarez. Et probat ens habere conceptum formalem præciſum.

Primò. S. Thom. prima par. quæſt. 14. art. 6. dicit, quòd, *ſi Deus tantùm cognoſceret alia à ſe, inquantùm ſunt entia, tantùm cognoſceret in communi, confusè, & imperfectè:* ergo ſentit conceptum entis, vt ſic præcisè in eo ſiſtendo, ſemper eſſe cõfuſum reſpectu cuiuſcunque rationis determinatæ entis.

Reſpondetur Sanctum Thomam ibi loqui de conceptu entis imperfecto, de quo loquebatur etiam opinio ibidem relata dicens Deum cognoſcere entia tantùm in communi, quatenus ſunt entia, ac proindè hoc argumento probatur ſeptima noſtra Concluſio.

Secundò. Adducit auctorit. Capreol. in 1. ſent. diſt. 2. quæſt. 1. & Caietani de ente, & eſſentia cap. 1. quæſt. 2. & aliorum. Qui tamen nihil loquuntur de conceptu præciſo, ſed de conceptu vno, nimirũ imperfecto, de quo loquitur noſtra ſexta cõcluſio.

Tertiò. Audito nomine entis experimur mentem noſtram non diſtrahi, neque diuidi in plures conceptus, ſed colligi potius ad vnum, ſicut cum concipimus hominem animal, & ſimilia; ergo.

Reſpondetur antecedens verum eſſe de conceptu imperfecto; non autem de perfecto.

Secundò reſpõdetur mentem colligi ad vnum, non ſimpliciter, ſed proportionaliter.

Quartò. Hæc vox, ens, vnam habet ſignificationem ex primæua impoſitione ſua, ex vi cuius non ſignificat immediatè naturam aliquam ſub determinata, & propria ratione, ſub qua ab alijs diſtinguitur; ergo huic voci reſpondet in mente vnus cõceptus formalis, quo immediatè, & adæquatè concipitur, quod per hanc vocem ſignificatur.

Reſpondetur antecedens verum eſſe de prima impoſitione ad ſignificandum conceptum imperfectum; nõ autem de prima impoſitione ad ſignificandum conceptum perfectum.

Quintò; Quia formamus vnum conceptum exiſtentiæ; ergo erit etiam vnus formalis conceptus exiſtentis; vt ſic; ergo.

Reſpondetur antecedens verum eſſe de conceptu imperfecto tantùm; non autem de perfecto.

Sextò conceptus entis non ſolùm vnus, ſed etiã ſimpliciſsimus dici ſolet, ita, ut ad eum fiat vltima reſolutio cęterorum, & ſolet etiã dici primus, quæ omnia tradit S. Thom. quæſt. 1. de ver. artic. 1. & q. 21. artic. 1.

Reſpondetur. Hæc vera eſſe de conceptu imperfecto tantùm. Alia eiuſdem ſimilia argumenta nihil aliud concludunt.

A Septimò: Probat conceptum entis obiectiuum eſſe pręciſum. Neceſſe eſt conceptum entis formalem habere aliquod adęquatum obiectum; ſed illud non eſt aggregatum ex varijs naturis ſecundũ aliquas determinatas rationes earum; ergo oportet, vt ille conceptus ſit vnus ſecundùm aliquam conuenientiam, & ſimilitudinem entium inter ſe. Maior eſt euidens; Minor probatur; quia, ſi obiectum illud adęquatum eſt ex aggregatione pluriũ naturarum entis, quæro, quæ ſint iſtæ naturæ, & quomodo in illo conceptu aggregẽtur; nullo enim modo id concipi, & intelligi poteſt; quod patet ẽt excludẽdo omnes modos, quibus id aſſertum eſt,

B & excogitari poteſt: Nam primò in conceptu entis non includuntur ſubſtantia, & accidens copulatiuè; quia falsò diceretur ſubſtantia eſt ens, vel qualitas eſt ens; quia nec ſubſtantia eſt ſubſtãtia, & accidens, neque qualitas; neque etiam includuntur disiunctiuè, vt vult Soncinas; neq; tandem includuntur abſolutè, ideſt abſque coniunctione, & disiunctione: nam hoc eſt contra experientiam: nã nos audito entis nomine, & concipiendo præcisè id, quod hac voce ſignificari intelligimus, nõ percipimus mente ſubſtantiam, vt ſic, neque accidens, vt ſic.

Reſpondetur ſubſtantiam, & accidens includi

C in conceptu entis, vt proportionaliter ſe habẽt ad eſſe. Ad argumentum in contrarium reſpondetur in conceptu entis perfecto nos intelligere ſubſtantiam, & accidens, vt ſimilia proportionaliter abſtrahendo quodãmodo ab ipſis abſolute ſumptis, & hoc experiuntur boni Metaphyſici. Quomodo autem prædicetur, iam dictum eſt, & dicetur etiã immediate, ſcilicet ad ſequens argumentum.

Octauò: Iuxta huiuſmodi conceptum vix intelligitur, quid prædicetur de aliquo, cum dicitur eſſe ens: nam, quod prædicatur eſt conceptus obiectiuus; ſi ergo ille conceptus eſt ſubſtantia, & accidẽs, hæc prædicatio; hoc eſt ens, æquiualet huic;

D hoc eſt ſubſtantia accidens; quæ prædicatio falſa eſt.

Reſpondetur, conceptum obiectiuum eſſe ens, vt vnum, & idem proportionaliter in actu exercito in ſubſtãtia, & accidente; & ratione huius idẽtitatis eſt communius vtroque, & prædicat idem proportionaliter de vtroque. Quare falſa eſt argumenti conſequentia; cum enim dico, ſubſtantia eſt ens, dictio illa, ens, ſignificat rationem entis ſubſtantiæ propriã, quatenus fundat, & exercet identitatem proportionalem cum ratione entis accidẽtibus propria: cuius identitatis ratione nomẽ entis commune prædicatum eſt ſubſtantiæ, & accidenti.

E Nonò. Si in conceptu entis includitur ſubſtantia, & accidens, vel ſubſtãtia ibi ſumitur pro ſubſtantia creata, vel increata, vel pro conceptu obiectiuo communi vtrique; non primum, neque ſecũdum; quia ens, de quo loquimur, commune eſt enti creato, & increato. Si verò dicatur tertium, Cõtra: ſubſtantia eſt quid analogum ad increatam, & creatam ſubſtantiam; ergo, ſi non obſtante analogia datur vnus] conceptus obiectiuus communis

Digitized by Google

nis ſubſtantiæ creatæ, & increatæ, poterit etiam dari conceptus entis. Et confirmatur; quia magis diſtant ſubſtãtia creata, & increata, quàm ſubſtãtia, & accidens.

Reſpondetur in conceptu entis includi ſubſtantiam tertio modo ſumptam ſecundùm ſuum conceptum imperfectũ. Ad improbationem dicitur: poſſe etiam ens habere vnum conceptum imperfectum, vel conceptum vnum proportionaliter. Ad confirmationem dicitur; in hac analogia nihil referre maiorem, vel minorem eſſe diſtantiam; quia proportionalitas attenditur ſecundùm indeterminatam diſtantiam; & æque reperitur inter infinitè, ſicut inter finite diſtantia.

Decimò. Si dicatur conceptum entis includere omnia prima genera. Contra primò; quia tales naturæ, nec copulatiuè, nec diſiunctiuè, nec ſimpliciter poſſunt in tali conceptu includi; vt patet applicando præcedens argumentum.

Secundò; Quia experimur nos vi conceptionis, non cõcipere has omnes naturas, vt tales ſunt; & difficilius eſt dari vnum conceptum formalẽ, qui repræſentet has omnes naturas, quàm ſolùm ſubſtantiam, & accidens.

Tertiò. Ferè eadem ratione dicendus eſſet hic conceptus includere omnes entitates ſimplices, & compoſitas, &c.

Reſpondetur conceptum entis perfectum abſolutè de neceſsitate includere duo ſaltem analogata, vt proportionaliter ſimilia, ſiuè illa ſint ſubſtãtia, & accidens; ſiuè Deus, & creatura, ſiuè quantitas, & qualitas, ſiuè quæcunq; non vniuoca proportionaliter in eſſe ſimilia: quamuis perfectior eſſet, ſi ſimul concipi poſſent omnia prima rerũ genera, vt ſic ſimilia, & adhuc perfectior, ſi ſingula ſimul in ſpeciali concipi poſſent. Loquimur enim hic de conceptu perfecto, prout diſtinguitur contra conceptum imperfectum in ſenſu ſextæ, & ſeptimæ concluſionis; non autem de perfecto omni poſsibili perfectione conſiderata rei conceptibilitate, & quauis intellectus perfectione, ſed in ordine tantùm ad intellectum humanum.

Vndecimo. In conceptu entis, aut includitur ſubſtantia, & accidens, vt conſtituentes illum cõceptum, vel vt diuidentes. Non primum; quia impoſsibile eſt vnum multis modis, ſiue differentijs oppoſitis conſtitui; neque etiam ſecũdum; quia iã ille conceptus eſſet actu diuiſus in duos, nec eſſet vnus. Et confirmatur: nam interrogo (inquit) quid ſit actu includere illos modos, &c.

Reſpondetur ſubſtantiam, & accidens includi priori modo. Ad argumentum in contrarium dicitur, vnum non conſtitui modis oppoſitis; vt ſic; ſed vt aliqua ratione vnitatẽ habent; ſicut in propoſito ſubſtantia, & accidens, vt vnum proportionaliter, conſtituunt conceptum entis. Ad confirmationem reſpondetur: talem incluſionem eſſe ex ipſa rerum ſic vnitarum natura; quod enim proportionalem tãtùm habet vnitatem, perfectè nequit intelligi, ſine extremis proportionalibus. Nec eſt eadem ratio de vniuocis, quæ vnitatem habẽt ſimpliciter. Vnde patet ſolutio ad aliam eiuſdem

A confirmationem. Alia eiuſdem Suarezij argumenta, aut eadem ſunt in ſubſtãtia cum prædictis, aut probant tantùm dari conceptum vnum entis imperfectum.

Contra eandem concluſionem ſunt argumenta Zumelli: quæ ex dictis facilem habẽt ſolutionem. Zumellus.

Contra ſextam argumentatur Suarez. Primò: Conceptus proprius, & diſtinctus primi analogati, tantùm eſt vnus, & formaliter tantùm repræſentat ipſum primum analogatum; ergo. Antecedẽs, & conſequentia probatur; ex differentia inter nomen, & conceptum, quòd nomen ſignificat per impoſitionem tantùm; & ideò nomen, quod primariò, ac propriè vnum ſignificat, poteſt per tranſlationem imponi ſecundariò ad alia ſignificanda: Suarez.

B conceptus autem rei, tantùm naturaliter repræſentat rem ipſam; ergo, ſi eſt proprius, & adæquatus conceptus primi analogati, ſecundùm propriã rationem eius, non poteſt repræſentare reliqua.

Reſpondetur conceptum cuiuſuis analogati analogia proportionalitatis, eſſe conceptum imperfectum reliquorum analogatorum, ob cauſam ſuperius allatam. Ad argumentum negatur antecedens: nam, licèt primò, & immediatè vnum tantũ formaliter repræſentet: ſecundariò tamen, & mediante illo repræſentat reliqua, vt illi ſimilia proportionaliter. Ad probationem reſpondetur: conceptum naturaliter repræſentare rem ipſam primò, & conſequenter oĩa alia eidem ſimilia, vt ſic.

C Secundò. Si conceptus proprius primi analogati, puta ſubſtantiæ repræſentat accidentia; ergo multò magis conceptus proprius hominis repræſentabit alia animalia. Probatur conſequentia; quia maior hic eſt ſimilitudo, quàm ibi.

Reſpondetur primò proprium hominis conceptum reprẽſentare alia animalia, non ſecundùm propria, ſed ſecundùm communem animalis naturam. Secundò, Reſpondetur negando conſequẽtiam: & ratio negationis eſt; quoniam vniuocum, puta animal, commune homini, & alijs ſpeciebus animalis dicit gradum ſpecialem diſtinctũ à gradibus ſpecierum; & conſequenter etiam conceptũ obiectiuum præciſum à proprijs ſpecierum; ita, vt propria nullius earũ includat; & ideò, licet ſpecies quælibet animalis, ratione incluſæ naturæ genericæ repræſentet omnes; non ſolet tamẽ; nec debet dici conceptum vnius ſpeciei eſſe conceptum omnium. At conceptus analogi includit etiã propria analogatorum; quia ratio analogi non dicit gradum diſtinctum à gradibus analogatorum; & ideò verè, & propriè dicitur cõceptum vnius analogati, eſſe etiam conceptum reliquorum, propter ſimilitudinem proportionalem fundatam in proprijs analogatorum.

D

E Tertiò; Quia ſequeretur ſubſtantiam habere conceptum formalem aliquo modo communem ſubſtantiæ, & accidenti; ſed hoc eſt improprijſsimum, & in rigore falſum; ergo. Probatur falſitas: nam, licèt accidens habeat habitudinem ad ſubſtantiam, tamen conceptus ſubſtantiæ nullo modo repræſentat illam habitudinem, ſed ſolùm terminum eius, non formaliter, ſed abſolutè; ergo hoc

hoc non ſatis eſt, vt ille conceptus dicatur implicitus, vel confuſus conceptus accidentis.

Reſpondetur negando ſequelam; quia non repræſentat, niſi vnum immediatè; alia verò mediatè; & ideò verè, & propriè communis eſſe non poteſt. Conſiſtit autē hæc repræſentatio, non in hoc, quòd repræſentetur formaliter habitudo, aut terminus; vt ſic; ſed in hoc, quòd repræſentantur naturæ, vt proportionaliter ſimiles naturæ huius analogati, modo dicto. Et per hæc facilè ſoluuntur reliqua eiuſdem auctoris argumenta; eandē enim tangunt difficultatem.

Contra ſeptimam concluſionem argumentatur Suarez ad probandum talem conceptum eſſe ſimpliciter præciſum: Primò. Omnia entia realia verè habent aliquam ſimilitudinem, & conuenientiam, in ratione eſſendi; ergo poſſunt cōcipi, & repræſentari ſub ea præciſa ratione, qua inter ſe cōueniunt; ergo poſſunt ſub ea ratione vnum conceptum obiectiuum conſtituere.

Reſpondetur falſam eſſe primam cōſequentiā: nam hęc conuenientia non eſt, niſi ſecundùm vnitatem, & ſimilitudinem proportionalem; quę non patitur rationem communem analogi eſſe omninò abſtractam ab analogatis, ſed ea ſemper includit, ſaltem implicitè. Probationes eius, quas multiplicat, ſupponunt in ente, & in quolibet alio analogo vnitatem ſimpliciter; quam nos negamus. Et ex hoc fundamento reliqua omnia eiuſdem auctoris ſoluuntur argumenta.

Suarez. Contra nonam concluſionem argumētatur idē Suarez. Primò. Ad analogiam proportionalitatis neceſſe eſt, quòd vnum membrum ſit tale abſolutè per ſuam formam; aliud verò non abſolutè; ſed vt ſubſtat tali proportioni, vel comparationi ad aliud; at in præſenti hoc non intercedit; quia creatura eſt ens abſolutè ſine tali proportionalitate; neque nomen entis ideò eſt impoſitum creaturæ; quia ſeruet illam proportionalitatem ad Deū, ſed ſimpliciter. Maior probatur: nam proportio habitudinum inter res vniuocas inueniri poteſt: nam, ſicut ſe habent quatuor ad duo, ita octo ad quatuor; & ſicut homo ſe habet ad ſuos ſenſus; ita æquus ad ſuos.

Reſpondetur falſam eſſe primam propoſitionē: nam ratio tali analogo ſignificata, dicitur formaliter de omnibus analogatis, & abſolutè de ſingulis; nec ſignificat relationem ſimilitudinis proportionalis, niſi fundamentaliter. Ad probationē reſpondetur; poſſe in vniuoca ſimilitudine, concipi formam ſimilitudinis proportionalis; quia maior vnitas minorem continet aliquo modo; propriè tamen proportionalis ſimilitudo inter illas res eſſe dicitur, quæ maiorem inter ſe non habent vnitatem.

Secundò. Omnis vera analogia proportionalitatis includit aliquid metaphoræ, & improprietatis; ſicut ridere dicitur de prato per tranſlationē metaphoricam; At verò in hac analogia entis nulla eſt metaphora; ergo hæc non eſt analogia proportionalitatis.

Reſpondetur falſam eſſe primam propoſitionē, A vt ſupra oſtendimus, diſtinguētes duos modos huius analogiæ.

Tertiò. Ariſtot. quinto metaphyſ. tex. 12. ait, illa eſſe vnum ſecundum analogiam, quæcunque ſe habent, vt aliud; ita enim vertit Beſſarion; Græca verò ad litteram habet. vt aliud ad aliud. Vnde omnes ferè expoſitores exiſtimant Ariſtot. loqui de analogia proportionalitatis; tamen rectè poſſunt verba generalius intelligi: Nam D. Tho. Alexander Alenſis, & Scotus intelligunt illa verba de his analogis, quæ dicūtur ad vnum tertium, & eadem ratione poſſunt intelligi de his, quorum vnū ad aliud dicitur.

B Reſpondetur primò D. Thom. expreſsè vtrāque expoſitionem poſuiſſe, & non vnam tantùm exprimere. Secundò dicitur hoc argumento confirmari noſtram concluſionem: cum vterque analogiæ modus optimè poſsit intelligi inter Deum, & creaturam: inter quæ nulla eſt maior vnitas; & ideò vterque modus proprius eſt.

Poſtremò, poſtquam dictus auctor diſput. 28. ſect. 3. à nume. 5. vſque ad nonum examinauit rationes D. Thom. in hoc quinto artic. tandem num. nono, ait rationes D. Thom. eſſe graues, & acutas, ſed vel nimium probare, vel efficaces nō eſſe; quia nimirum non ſolùm probarent ens non eſſe vniuo- C cum, ſed etiam non habere vnum conceptum obiectiuum communē Deo, & creaturis. Sequela probatur; quia ſi ratio entis, prout eſt in Deo, aliud eſſentialiter includit, quàm vt in creatura; ergo non poteſt illa ratio, eſſe vna, vt vno conceptu formali repræſentetur, & vnum conceptum obiectiuū conſtituat: nam intelligi nō poteſt, quòd in conceptu vnò vt ſic, ſit varietas eſſentialis; ergo.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiā, loquendo de conceptu vno proportionaliter: Ad probationem negatur antecedens: loquēdo de eſſentiali varietate, cum ſimilitudine proportionali.

Contra hanc reſponſionem ſic inſtat declaran- D do vim ſui argumenti: Nam, cum dicitur Deus includere in ſua perfectione eſſentiali totā rationem entis; creaturam verò quaſi partē, vel eſt ſermo de Deo, & creatura, vt entia ſunt, vel vt talia; hoc poſterius dici non poteſt; quia nihil ad pręſentem cauſam refert. Si verò primum dicatur, ſic falſum eſt aliquid eſſentialiter includi in ratione vnius, & non alterius; quia hoc ipſo, quòd aliquid huiuſmodi includatur, iam non conſiderātur præciſè, vt entia ſunt, ſed vt talia ſunt.

Reſpondetur. Neutro modo præciſè ſumi Deū, & creaturam; ſed tertio modo, nimirum, vt entia ſunt ſecundùm omnem rationem formalem entitatis in ſingulis eorū modis, ſiuè gradibus à no- E bis cōceptibilibus intimè, & formaliter clauſam; hoc autem modo, non poſſunt concipi, vt entia, quin etiam cōcipiantur, vt talia. Vnde conceptus entis ſic eis communis non poteſt eſſe præciſus.

Secundò dici poteſt ſermonem eſſe de Deo, & creatura, vt talia entia ſunt, non ſimpliciter, ſed vt proportionaliter in eſſendo ſimilia.

Tertiò dicitur, quòd D. Thom. in hoc articulo nullam facit mentionem de ente.

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS VI.

Vtrum nomina per prius dicantur de creaturis, quàm de Deo.

73 AD ſextum ſic proceditur. Videtur, quòd nomina prius dicantur de creaturis, quàm de Deo. Secundùm enim, quòd cognoſcimus aliquid, ſecundùm hoc illud nominamus, cum nomina, ſecundùm Philoſophum * ſint ſigna intellectuum; Sed per prius cognoſcimus creaturam, quàm Deum; Ergo nomina à nobis impoſita per prius conueniunt creaturis, quàm Deo.

2 Præterea. Secundùm Dionyſ. in libro de diuinis nominibus. * Deum ex creaturis nominamus. Sed nomina à creaturis translata in Deum per prius dicuntur de creaturis, quā de Deo: ſicut leo, lapis, & huiuſmodi; Ergo omnia nomina, quæ de Deo, & de creaturis dicũtur, per prius de creaturis, quàm de Deo dicuntur.

3 Præterea. Omnia nomina, quæ communiter de Deo, & creaturis dicuntur, dicuntur de Deo, ſicut de cauſa omnium, vt dicit Dionyſ.* Sed quod dicitur de aliquo per cauſam, per poſterius de illo dicitur; per prius enim dicitur, animal ſanum, quàm medicina, quæ eſt cauſa ſanitatis; Ergo huiuſmodi nomina per prius dicuntur de creaturis, quàm de Deo.

Sed cõtra eſt, quod dicitur Epheſ. 3. Flecto genua mea ad patrē Domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cœlo, & in terra nominatur; & eadem ratio videtur de nominibus alijs, quæ de Deo, & creaturis dicuntur; Ergo huiuſmodi nomina ꝑ prius de Deo, quàm creaturis dicuntur.

Reſpondeo. Dicendum, quòd in omnibus nominibus, quæ de pluribus analogicè dicuntur, neceſſe eſt, quòd omnia dicātur per reſpectum ad vnum. Et ideo illud vnum oportet, ꝙ

77 ponatur in diffinitione omnium. * Et quia ratio, quàm ſignificat nomen, eſt diffinitio, vt dicitur in quarto Metaphyſ. * neceſſe eſt, quòd illud nomen * per prius dicatur de eo, quod ponitur in diffinitione aliorum, & per poſterius de alijs ſecundùm ordinem, quo appropinquant ad illud primum, vel magis, vel minus. Sicut ſanum, quod dicitur de animali, cadit in diffinitione ſani, quod dicitur de medicina, quæ dicitur ſana, inquantùm cauſat ſanitatem in animali; & in diffinitione ſani, quod dicitur de vrina, quæ dicitur ſana, inquantùm eſt ſignum ſanitatis animalis. Sic ergo, omnia nomina, quæ metaphoricè de Deo dicuntur, per prius de creaturis dicũtur, quàm de Deo; quia

A dicta de Deo nihil aliud ſignificant, quàm ſimilitudines ad tales creaturas. Sicut enim ridere dictum de prato, nihil aliud ſignificat, quàm quòd pratum ſimiliter ſe habet in decore cum floret, ſicut homo cum ridet, ſecundùm ſimilitudinem proportionis; ſic nomen leonis dictum de Deo, nihil aliud ſignificat, quā quòd Deus ſimiliter ſe habet, vt fortiter operetur in ſuis operibus, ſicut leo in ſuis. * Et ſic patet, quòd ſecundùm quòd dicuntur de Deo, 78 eorum ſignificatio diffiniri non poteſt, niſi per illud, quod de creaturis dicitur. De alijs autē

B nominibus, quę non metaphoricè dicuntur de Deo, eſſet etiam eadem ratio, ſi dicerentur de Deo cauſaliter tantùm, vt quidam poſuerunt. * Sic enim, cùm dicitur, Deus eſt bonus, nihil 79 aliud eſſet, quā Deus eſt cauſa bonitatis creaturæ. Et ſic, hoc nomen, bonum, dictũ de Deo, clauderet in ſuo intellectu bonitatem creaturæ. Vnde bonum per prius diceretur de creatura, quàm de Deo.

Sed ſupra oſtenſum eſt, * quòd huiuſmodi nomina non ſolùm dicuntur de Deo cauſaliter, ſed etiam eſſentialiter. Cùm enim dicitur,

C Deus eſt bonus, vel ſapiens, non ſolùm ſignificatur, quòd ipſe ſit cauſa ſapientiæ, vel bonitatis, ſed quòd hæc in eo eminentius præexiſtunt. Vnde ſecundùm hoc dicēdum eſt, quòd quantùm ad rem ſignificatam per nomen, per prius dicũtur de Deo, quàm de creaturis; quia à Deo huiuſmodi perfectiones ī creaturas manant; ſed quantùm ad impoſitionem nominis per prius à nobis imponuntur creaturis, quas prius cognoſcimus. Vnde & modum ſignificādi habent, qui competit creaturis, vt ſupra * dictum eſt.

D Ad primum ergo dicendum, quòd obiectio illa procedit quantùm ad impoſitionem nominis.

Ad ſecundum. Dicendum, quòd non eſt eadem ratio de nominibus, quæ metaphoricè de Deo dicuntur, & de alijs, vt * dictum eſt.

Ad tertium. Dicendum, quòd obiectio illa procederet, ſi huiuſmodi nomina ſolùm de Deo cauſaliter dicerentur, & nõ eſſentialiter, ſicut ſanum de medicina.

Margin notes (left): Lib. 1. periher. c. 1. id habet Ariſt. to. 1. — 1. Cor. c. 34 — Cap. 1. de diu. no. aliquantulū ante fin. — Cap. 2. de myſ. Theolog. parũ ante med. — 4. Met. tex 28. tom. 3. D. 107. 110

Margin notes (right): Art. 2. huius quæſt. — Art. 3. huius quæſt. — In corp. art. 80

Forma Textus.

E PRima concluſio, Omnia nomina, quæ metaphoricè de Deo dicuntur, per prius de creaturis dicuntur, quàm de Deo. Probatur: Neceſſe eſt, quòd omnia nomina analogicè dicta per prius dicantur de eo, quod ponitur in diffinitione aliorum, & per poſterius de alijs ſecundùm ordinem, quo appropinquant ad illud, vel magis, vel minus; ſed nomina, quæ metaphoricè dicuntur de Deo, & creaturis, analogicè dicuntur de Deo, et creaturæ, vt ſic ſignificatæ, ponuntur in diffinitione Dei, vt ſit

ſic ſignificati; ergo. Maior probatur; Quia in omnibus nominibus, quæ de pluribus analogicè dicuntur, neceſſe eſt, quòd omnia dicantur per reſpectum ad vnum; ſed illud vnum ponitur in diffinitione omnium; ergo. Probatur hæc minor; Primò; quia ratio, quam ſignificat nomen, eſt diffinitio, vt dicitur in quarto metaphyſ. text. 28. Secundò exemplo ſani, vt patet in textu. Minor autem principalis argumẽti duas habet partes; quæ ſimul probantur: Nomina metaphoricè dicta de Deo nihil aliud ſignificant, quàm ſimilitudines proportionis ad tales creaturas; ergo analogicè dicuntur de Deo, & creaturis, & creaturæ, vt ſic ſignificatæ, ponuntur in diffinitione Dei, vt ſic ſignificati. Antecedens probatur exemplo riſus dicti de prato; ex quo deducitur nomen Leonis dictum de Deo ſimilem habere ſignificationem, vt patet in textu. In conſequente duæ ſunt partes, non probatur conſequentia prioris partis, ſed relinquitur, vt nota ex dictis. Poſterioris etiam partis conſequentia euidenter ſequitur ex antecedente, & eius probatione.

Secunda concluſio. Si nomina non metaphoricè dicta de Deo dicerentur de eo cauſaliter tantùm, vt quidam ſenſere, eſſet eadem ratio, quæ eſt de metaphorice dictis.

Probatur; quia ſic hoc nomen bonum dictum de Deo clauderet in ſuo intellectu bonitatem creaturæ; ergo per prius diceretur de creatura, quàm de Deo: conſequentia patet ex dictis. Antecedens probatur; quia cum dicitur Deus eſt bonus, ſenſus eſſet; Deus eſt cauſa bonitatis creaturæ; ergo.

Tertia concluſio. Huiuſmodi nomina, ſcilicet non metaphoricè dicta de Deo, quantùm ad rem ſignificatã per nomen per prius dicũtur de Deo, quàm de creaturis; ſed quantùm ad impoſitionẽ nominis per prius à nobis imponuntur creaturis. Probatur hæc cõcluſio quo ad priorem partem, & ſimul refutatur recitata ſententia. Cũ dicitur; Deus eſt bonus, vel ſapiens, non ſolùm ſignificatur, quod ipſe ſit cauſa ſapientiæ, vel bonitatis: ſed quòd hæc in eo eminentius præexiſtunt; ergo quãtùm ad rem ſignificatam, &c. Poſterior verò pars probatur primò a priori; Quia prius cognoſcimus creaturas, deinde à poſteriori; Quia hæc nomina modum habent ſignificandi, qui competit creaturis.

ARticulum hunc adeo excellenter expoſuẽt Caietanus hic, & Ferrarienſis in 1. cont. gen. capit. 34. vt præter ea, de quibus in articulo ſuperiori diſſeruimus de nominum analogia, nihil ſingulariter ſcribendum occurrat. Vtatur etiam lector aliorum interpretum diligentia. Qui tamẽ dictorum expoſitorum magis dicta referũt, quàm proprij ad textum hunc illuſtrandum ingenij lumen adiungant.

ARTICVLVS VII.

Vtrum nomina, quæ important relationem ad creaturas, dicantur de Deo ex tempore.

AD ſeptimum ſic proceditur. Videtur, quòd nomina, quæ important relationem ad creaturas, nõ dicantur de Deo ex tempore. Omnia enim huiuſmodi nomina ſignificant diuinam ſubſtantiam, vt commu-A niter dicitur. Vnde, & Ambroſ. * dicit, quòd hoc nomen, Dominus, eſt nomen poteſtatis, quæ eſt diuina ſubſtantia: & creatio ſignificat Dei actionem, quæ eſt eius eſſentia; Sed diuina ſubſtantia non eſt temporalis; ſed æterna; Ergo huiuſmodi nomina non dicũtur de Deo ex tempore; ſed ab æterno.

37. q. 2. ar. 3. c 3. & d. 38. ar. 4 1. Et 3. d. 31. art. 3. lit. e. de fide c 2 circa med. to. 3.

2 Præterea: Cuicunque conuenit aliquid ex tempore, poteſt dici factum. Quod enim ex tempore eſt album, fit album; Sed Deo nõ conuenit eſſe factum; Ergo de Deo nihil prædicatur ex tempore.

B 3 Præterea: Si aliqua nomina dicuntur de Deo ex tempore propter hoc, quòd importãt relationem ad creaturas, eadem ratio videtur de omnibus, quæ relationem ad creaturas important; Sed quædam nomina importãtia relationem ad creaturas dicuntur de Deo ab æterno (Ab æterno enim ſciuit creaturam, & dilexit, ſecundùm illud Ier. 31. In charitate perpetua dilexi te;) Ergo & alia nomina, quæ important relationem ad creaturas; vt dominus, & creator, dicuntur de Deo ab æterno.

C 4 Præterea: Huiuſmodi nomina relationẽ ſignificãt; Oportet igitur, quòd relatio illa vel ſit aliquid in Deo, vel in creatura tantùm; Sed non poteſt eſſe, quòd ſit in creatura tantùm; quia ſic Deus denominaretur dominus à relatione oppoſita, quæ eſt in creaturis; nihil autẽ denominatur à ſuo oppoſito: Relinquitur ergo, quòd relatio eſt aliquid in Deo; Sed ĩ Deo nihil poteſt eſſe ex tempore, cum ipſe ſit ſupra tempus; Ergo videtur, quòd huiuſmodi nomina non dicuntur de Deo ex tempore.

5 Præterea: Secundùm relationem dicitur D aliquid relatiuè; puta ſecundùm dominium dominus; ſicut ſecundùm albedinem albus. Si igitur relatio dominij non eſt in Deo ſecundùm rem, ſed ſolùm ſecundùm rationem, ſequitur, quòd Deus non ſit realiter dominus; quod patet eſſe falſum.

6 Præterea: In relatiuis, quæ non ſunt ſimul natura, vnum poteſt eſſe altero non exiſtente; ſicut ſcibile exiſtit non exiſtente ſcientia, vt dicitur in prædic. Sed relatiua, quæ dicuntur de Deo, & creaturis, non ſunt ſimul natura; Ergo poteſt aliquid dici relatiuè de Deo E ad creaturam, etiam creatura non exiſtente, Et ſic huiuſmodi nomina, dominus, & creator, dicuntur de Deo ab æterno, & non ex tempore.

Sed contra eſt quod dicit Aug. 5. de Trin.* quod hæc relatiua appellatio, dominus, Deo conuenit ex tempore.

5. de Trin. c. 16. to. 3.

Reſpondeo. Dicendum, quòd quædam nomina importantia relationem ad creaturam, ex

ex tempore de Deo dicuntur, & non ab æterno. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quòd quidam poſuerunt relationem non eſſe rē naturæ; ſed rationis tantùm. Quod quidem apparet eſſe falſum ex hoc, quòd ipſæ res naturalem ordinem, & habitudinem habent adinuicem.
D.1165 *Verumtamen ſciendum eſt, quòd cum relatio requirat duo extrema, tripliciter ſe habere poteſt ad hoc, quòd ſit res naturæ, & rationis. Quandoque enim ex vtraque parte eſt res rationis tantùm; quando ſcilicet ordo, vel habitudo non poteſt eſſe inter aliqua, niſi ſecundùm apprehenſionem rationis tantùm, vtpotè cùm dicimus, idem eidem idem: Nā ſecundùm quòd ratio apprehendit bis aliquod vnum, ſtatuit illud vt duo; & ſic apprehendit quandam habitudinem ipſius ad ſeipſum. Et ſimiliter eſt de omnibus relationibus, quæ sūt inter ens, & non ens; quas format ratio, inquā tùm apprehendit non ens, vt quoddam extremum. Et idem eſt de omnibus relationibus, quæ conſequuntur actum rationis, vt genus, & ſpecies, & huiuſmodi. Quædam verò relationes ſunt quantùm ad vtrumque extremum res naturæ;
165 * quando ſcilicet, eſt habitudo inter aliqua duo, ſecundùm aliquid realiter conueniens vtrique: ſicut patet de omnibus relationibus, quæ conſequuntur quantitatem; vt magnum, & paruum, duplum, & dimidium, & huiuſmodi: nam quantitas eſt in vtroque extremorum, & ſimile eſt de relationibus, quæ conſequuntur actionem, & paſsionem, vt motiuū, & mobile, pater, & filius, & ſimilia. Quandoq; verò relatio in vno extremorum eſt res naturæ, & in altero eſt res rationis tantùm, & hoc contingit, quandocunq; duo extrema nō ſunt vnius ordinis; ſicut ſenſus, & ſcientia referuntur ad ſenſibile, & ſcibile, quæ quidem, inquantùm ſunt res quædam in eſſe naturali exiſtentes, ſunt extra ordinem eſſe ſenſibilis, & intelligibilis.

Et ideo in ſcientia quidem, & ſenſu eſt relatio realis, ſecundū quòd ordinantur ad ſciendum, vel ſentiendum res; ſed res ipſæ in ſe cōſideratæ ſunt extra ordinem huiuſmodi. Vnde in eis non eſt aliqua relatio realiter ad ſciē tiam, & ſenſum: ſed ſecundùmm rationem tātum, inquantùm intellectus apprehendit ea, vt terminos relationum ſcientiæ, & ſenſus.
Lib.5. metap.tex.26 te.3. Vnde Philoſoph. dicit in 5. Metaph.* quòd nō dicuntur relatiuè, eo quòd ipſa referantur ad alia; ſed quia alia referuntur ad ipſa. Et ſimiliter dextrum non dicitur de columna, niſi inquantùm ponitur animali ad dextram. Vnde huiuſmodi relatio nō eſt realiter in columna; ſed in animali. Cum igitur Deus ſit extra to-
A tum ordinem creaturæ, & omnes creaturæ ordinentur ad ipſum, & non è conuerſo; manifeſtum eſt, quòd creaturæ realiter referuntur ad ipſum Deum; * ſed in Deo non eſt aliqua realis relatio * eius ad creaturas; ſed ſecundùm rationem tantùm, inquantùm creaturæ referuntur ad ipſum. 169 D.1119 Et ſic nihil prohibet huiuſmodi nomina importantia relationem ad creaturā prædicari de Deo ex tempore, non propter aliquam mutationem ipſius, ſed propter creaturæ mutationem; * ſicut columna fit dextera animali, nulla mutatione circa ipſam exiſtente; ſed animali translato.
B

Ad primum ergo dicendum, quòd relatiua quædam ſunt impoſita ad ſignificandum ipſas habitudines relatiuas; vt Dominus, ſeruus, pater, & filius, & huiuſmodi; & hęc dicuntur relatiua ſecundum eſſe. Quædam * verò ſunt D.1119 impoſita ad ſignificandas res, quas conſequuntur quædam habitudines: ſicut mouens, & motum, caput & capitatum, & alia huiuſmodi, quæ dicuntur relatiua ſecundū dici. Sic igitur, & circa nomina diuina hęc differentia eſt conſideranda dupliciter: Nam quædam ſignificāt
C ipſam habitudinem ad creaturam, vt Dominus. Et huiuſmodi non ſignificant ſubſtātiam diuinam directè, ſed indirectè, inquantū præſupponunt ipſam; ſicut Dominium præſupponit poteſtatem; quæ eſt diuina ſubſtantia. Quędam verò ſignificant directè eſſentiā diuinam, & ex conſequenti important habitudinem, ſicut ſaluator, creator, & huiuſmodi, ſignificant actionem Dei, quæ eſt eius eſſentia. Vtraque tamen nomina ex tempore de Deo dicuntur quantùm ad habitudinem, quam important, vel principaliter, vel conſequenter, nō autem
D quantùm ad hoc, quòd ſignificant eſſentiam, vel directè, vel indirectè.

Ad ſecundum dicendū, quòd ſicut relationes, quę de Deo dicuntur ex tempore, non sūt in Deo, niſi ſecundùm rationem; ita nec fieri, nec factum eſſe dicitur de Deo, niſi ſecundùm rationem, nulla mutatione circa ipſum exiſtente, ſicut eſt id: Domine refugium factus es nobis.

Ad tertium dicendū, quòd operatio intellectus, & voluntatis eſt in operante. Et ideo nomina, quæ ſignificant relationes conſequentes
E actionem intellectus, vel voluntatis, dicuntur de Deo ab æterno. Quæ verò conſequuntur actiones procedentes ſecundùm modum intelligendi ad exteriores effectus, dicuntur de Deo ex tempore, vt ſaluator, creator, & huiuſmodi. *

Ad quartum dicendum, quòd relationes ſignificatæ, per huiuſmodi nomina, quæ dicuntur

Digitized by Google

tur de Deo ex tempore, ſunt in Deo ſecundũ rationem tantùm; oppoſitæ autem relationes in creaturis ſunt ſecundùm rem. Nec eſt inconueniens, quòd à relationibus realiter exiſtentibus in re, Deus denominetur: tamen ſecundùm ꝙ cointelliguntur per intellectum noſtrũ oppoſitæ relationes in Deo, vt ſic Deus dicatur relatiuè ad creaturam; quia creatura refertur ad ipſum; ſicut philoſophus dicit in quinto metaph.*quòd ſcibile dicitur relatiuè; quia ſcientia refertur ad ipſum. A

Ad quintum dicendum, quòd cum ea ratione referatur Deus ad creaturam, qua creatura refertur ad ipſum; cum relatio ſubiectionis realiter ſit in creatura; ſequitur, quòd Deus non ſecundùm rationem tantùm, ſed realiter ſit Dominus. Eo enim modo dicitur dominus quo creatura ei ſubiecta eſt. B

Ad ſextum dicendum, quòd ad cognoſcendum, vtrum relatiua ſint ſimul natura, vel nõ: non oportet conſiderare ordinem rerum, de quibus relatiua dicuntur, ſed ſignificationes ipſorum relatiuorum. Si enim vnum in ſui intellectu claudat aliud, & è conuerſo, tunc ſunt ſimul natura, ſicut duplum, dimidiũ, & pater, & filius, & ſimilia. Si autem vnum in ſui intellectu claudat aliud, & non è conuerſo; tunc nõ ſunt ſimul natura. Et hoc modo ſe habent ſciẽtia, & ſcibile: Nam ſcibile dicitur ſecũdùm potentiam; ſcientia autem ſecundùm habitum, vel ſecundùm actum. Vnde ſcibile ſecundùm modum ſuæ ſignificationis præexiſtit ſciẽtiæ. Sed ſi accipiatur ſcibile ſecundùm actum, tunc eſt ſimul cum ſcientia ſecundùm actum. Nam ſcitum non eſt aliquid, niſi ſit eius ſcientia. Licet igitur Deus ſit prior creaturis; quia tamen in ſignificatione Domini clauditur, quòd habeat ſeruum, & è conuerſo: iſta duo relatiua dominus, & ſeruus, ſunt ſimul natura. Vnde Deus non fuit dominus, antequã haberet creaturam ſibi ſubiectam. C D

Forma Textus.

Conluſio eſt. Quædam nomina importantia relationem ad creaturam dicuntur de Deo ex tempore. Probatur hæc concluſio diſtinguendo tres modos relatiuorum. Primus eſt eorum, in quibus vtrumque extremum eſt res rationis tantùm. Secundus eſt eorum, in quibus vtrumque extremum eſt res naturæ. Tertius eſt eorum, in quibus vnum extremum eſt res naturæ, aliud verò rationis tantùm. Ex quibus modis probat S. Doct. tertium conuenire relationibus, quæ ſunt inter Deum ſecundùm eius actionem tranſeuntem, et creaturam; ita vt relatio rationis ſit in Deo ad creaturam, relatio verò realis ſit in creatura ad Deum. Hunc diſcurſum optimè format Caietanus. Nec expedit aliam formam inducere. E

Expoſitio Textus.

PRæter ea, quæ hic ſcribit Caietanus, & alij expoſitores, duo adhuc ſunt obſeruanda. Primum eſt circa modos relationum rationis; quòd S.Thom. in hoc articulo paucis verbis complexus eſt ea, quæ latius tradiderat in quæſt. diſput. de potentia quæſt. 7. artic. 11. Nam ad ſecundum modum, quo intellectus facit vnum extremũ non tantùm extremũ, ſed etiam ens, pertinet ille modus, quo intellectus facit vtrumque extremum, & ens, & extremum; ſicut cum intellectus comparat duo non entia adinuicem, vt duo futura.

Ad tertium etiam modum pertinent illæ relationes rationis, de quibus inquit S.Thom. in dicto loco, quòd conſequuntur modum intelligendi; qđ contingit, quando intellectus aliqua non habẽtia ſecundùm ſe ordinem ordinatè intelligit, licèt intellectus non intelligat ea habere ordinem; quia ſic eſſet falſus, & tales relationes intellectus nõ attribuit ei, quod eſt in intellectu, ſed rebus: ſicut cũ intelligo diuinas perfectiones ordinatè, cum tamen inter eas nullus ſit ordo; quia ſunt vna perfectio. vel cum intelligo diuerſa artificiata ordinatè, puta domum, turrim, & nauim, inter quæ nullus eſt ordo. S.Tho.

Differunt hę relationes à relationibus nominatis in dicto tertio modo dupliciter. Primò; quoniã hæ non ſunt adinuentæ per intellectum, ſed neceſſariò conſequuntur modum intelligendi: illæ verò, ſcilicet relationes generis, & ſpeciei, & ſimiles adinuentæ ſunt per intellectum.

Secundò differunt; quoniam hæ non attribuuntur rebus intellectis; prout ſunt in intellectu, ſed rebus ipſis: illæ verò attribuũtur rebus intellectis, prout ſunt in intellectu, vt docet in dicto loco Sanctus Thomas.

Secundò pro explicatione ſecundi, & terti j mẽbri, principalis diſtinctionis, in quibus comprehẽduntur relationes reales mutuæ, ſcilicet in ſecundo membro, & relationes reales non mutuæ in tertio membro, obſeruanda eſt doctrina S. Thom. in prædicta quæſt. 7. artic. 10. vbi profundiſsimè, & ſubtiliſsimè reddit rationem Sanctus Doctor prædictæ diſtinctionis, per quam doctrinam ſoluitur obiectio Scoti, & Aureoli poſita à Caiet. in quarta parte corporis articuli. D. Thom. Caiet.

Controuerſia vnica.

An terminus relatiui, vt ſic, ſit ens abſolutum, vel reſpectiuum, ideſt, an terminet relationem ad ſe ſub ratione abſoluti, an ſub ratione relatiui?

Senſus, & ſtatus Controuerſiæ, & ſententiæ Doctorum.

DE Relatiuis tertij modi dicebat Sanctus Thomas alterum eorum non habere realem relationem ad alterum, ſed ſecundùm rationem tantùm, inquantùm intellectus apprehendit illum, vt terminum relationis; exempli gratia, ſcientia, & ſcibile ſunt relatiua tertij modi; & in ſciẽtia, quidem

Digitized by Google

A dem eſt relatio realis ad ſcibile;non tamen ſcibile realem habet relationem ad ſcientiam,ſed ſecundùm rationem tantùm,inquantùm intellectus apprehendit ſcibile, vt terminum realis relationis ſcientiæ ad ipſum.Quę verba,vt notat Caietanus, duplicem poſſunt habere ſenſum: Vnus eſt,quòd alterum relatiuum conſtituatur in ratione termini per relationem in eo intellectam: & hoc modo terminus relatiui erit formaliter relatiuus. Alius ſenſus eſt;quòd ratio relationis concomitatur alterum extremum;exempli gratia, ſcibile apprehẽſum ſub ratione termini;& hoc modo terminus relatiui terminat ſub ratione abſoluta; quia prius B terminat,& deinde conſequitur relatio. Hæc igitur verborum ambiguitas materiam præbuit expoſitoribus dubitãdi, an terminus relatiui,vt ſic, ſit ens abſolutum, vel reſpectiuum. Et licèt hæc Controuerſia cum Scoto ſit vniuerſalis de quocunque relationis termino: inter expoſitores tamẽ eſt tãtùm de termino relatiuorum tertij generis. Nos hic eam vniuerſaliter,ſummariè tamen, examinãdam propoſuimus.

Scotus. Tres ſunt in propoſita quæſtione ſententiæ. Prima eſt Scoti in 1.ſentent.diſt.30.qu.1.qui vniuerſaliter affirmat,terminũ relatiui,vt terminus eſt, rem eſſe abſolutam:atque ideo nullum neceſſe eſſe C in termino ponere correlatiuum, nec ſecundũ rẽ, nec ſecundùm rationem, vt alterum terminet relatiuum. Hanc ſententiam pręter Scotiſtas ſequitur Trigoſius in dicta diſtinct. & Suarez,diſput.Metaphyſ.47.ſect.16.

Trigoſius. Suarez. Ferrarien.

Secunda ſententia eſt Ferrarienſis ſecundo contra gent.cap.11.vbi ait terminum relationis dupliciter poſſe cõſiderari: Vno modo abſolutè pro eo, ad quod dicitur relatiuum: Alio modo pro eo,vt concipitur à nobis in ratione termini diffinientis relatiuum. Si primo modo conſideretur terminus relationis,oportet(inquit)in relatiuis primi,& ſecundi modi eſſe relationem ex parte termini;quia D in termino eſt eadẽ ratio,& cauſa relationis, quę eſt in relatiuo ad ipſum terminato; ſed in relatiuis tertij modi non oportet ex parte termini relationis realis eſſe relationem: cũ non ſit in ipſo cauſa aliqua relationis ad relatiuum, quod ad ipſum terminatur. Vnde in quinto metaph.dicitur,quòd in hoc tertio genere vnum extremorũ dicitur relatiuè;non quia ipſum ad aliud dicatur; ſed quia aliud dicitur ad ipſum.Si verò conſideretur terminus ſecundo modo, oportet in termino relationẽ poni in omni modo relatiuorum: in primo quidẽ, & ſecundo modo realem,in tertio verò ſecundùm rationem; cum non poſsimus aliquid ſub ratione E termini relatiuum diffinientis concipere, niſi ipſum cum quodam ordine ad ipſum relatiuum apprehendamus. Hanc ſententiam ſequitur Valentia ſuper hoc articulo.

Ariſtot. Valentia. Caietanus.

Tertia ſententia eſt Caietani,qui vniuerſaliter affirmat terminũ relatiui, quatenus terminus eſt, rem eſſe relatiuã,vel ſm rem,vt in relatiuis primi, & ſecundi modi:vel ſecundùm rationem,vt in relatiuis tertij modi. Sententiã hanc ſequũtur Bannes,& Zumellus, quamuis in ea explicanda nonnihil diſſentiant;vt ex dicendis apparebit.

Bannes. Zumellus.

Reſolutio.

Explicatur differentia relatiuorum tertij modi ab alijs, & relationis prædicamentalis à tranſcendente.

Ariſtot. PRo reſolutione obſeruandum eſt primò,ea, q̃ ſunt ad aliquid,eſſe in duplici differentia,vt docet Ariſt.5.Metaph.tex.20:Nam quędam ſunt ad aliquid ſecundùm ſe: & hæc ſunt ea, quæ hoc ipſum quod ſunt,ad aliud dicuntur; vt Pater, & filius,Dominus,& ſeruus.Quædam ſunt ad aliquid per accidens.Hæc verò ſunt relationum fundamenta,& res,quibus inſunt relationes, & alia, quæ recenſet Ariſtot. in fine dicti textus: in cuius principio proteſtatur, ſed de his tantùm relatiuis tractaturum,quæ ſecundùm ſe relatiua dicuntur. Quæ in tres modos diſtinguit;quorũ primus fundamentum habet in quantitate ſecundùm rem;vt duplum, & dimidium:aut ſecundùm modum,vt ſimile,& diſsimile,idem ſpecie,genere, aut analogia,& diuerſum.Secundus in actione,& paſsione, ſiue ſuper potentia agendi,vel patiendi,ſuum habet fundamentum,ſiue rationem fundandi. (hæc enim pro nunc non diſtinguimus) ſicut relatio patris ad filium,Domini ad ſeruum.Tertius fundatur ſuper ratione menſuræ, aut imitatione vnius rei ad aliam rem;ſicut relatio ſcientiæ ad ſcibile, & è contra.

Differunt autem, vt docet Ariſt. relatiua tertij modi ab ijs,quę ſunt primi,& ſecundi:quòd in his ratio,ſiue cauſa,quod ſint ad aliquid, eſt in vtroque extremo: Nam vtrumque ex natura ſua ordinem realem habet ad alterum. In relatiuis autem tertij modi ratio, ſiue cauſa referendi ad aliquid non inuenitur in vtroq; extremo,ſed in altero tantùm; vt optimè declarat S. Thomas de potentia, quæſtione ſeptima,articulo decimo: ita vt eadem omnino ratio ſit, ex qua prouenit,quòd vnum relatiuum dicatur ad aliud, & quòd aliud dicatur ad ipſum;exẽpli gratia, in ſcientia eſt ratio,quòd referatur ad ſcibile;quia nimirum ab eo dependet ſecundùm ſuam perfectionem:in ſcibili verò nulla eſt ratio relationis ad ſcientiam: ſed ex hoc ipſo ad ſcientiam refertur,quòd ſcientia refertur ad ipſum. Itaq; relatiua tertij modi ſunt relatiua ſecundùm ſe,& mutua formaliter loquendo;quoniã vtrumq;, hoc ipſum quod eſt,ad alterum dicitur. Non ſunt tamen mutua quo ad realitatem;quoniã relatio realis formaliter, & intrinſecè ex parte vnius extremi tantùm eſt illius, ſcilicet in quo eſt, ratio,ſiue cauſa ordinis ad alterum. Et quoniam logicus de relatiuis agit,vt important ad, non curando de eorum entitate,idcircò Ariſt. in prædicamentis non poſuit hanc differentiam inter relatiua,quæ attenditur penes realitatem, At verò metaphyſicus conſiderat relatiua, vt ſunt per ſe partes entis,ideſt,vt entia realia ſunt, & ideo ſtatuit prædictam differentiam,quæ,vt aduertit Caietanus,in hoc poſita eſt, q̃ quædam relatiua ob eam cauſam entia realia ſunt;quia ipſa in rerum natura talia ſunt entia,quæ ad aliud ſe habent: ita vt ex propria hoc ſibi natura vẽdicent.Quædam verò

S. Tho. Ariſt. Caiet.

rò non ideo realia ſunt entia, quòd ipſa in rerum natura ſint ad aliud, ſed hac ſola ratione inter rea lia recenſentur; quia oppoſita realiter dicũtur ad ipſa. Vnde illa realia ſunt per intrinſecam denominationem: hæc verò per extrinſecam; quia ab alterius realitate relatiua ipſa quoque inter relatiua realia collocantur, formaliter tamen, & ſecundùm ſe relatiua ſunt, vt diximus.

Secundò ſciendum eſt, nomen relatiui, & nomẽ relationis equiuocum, ſiue multiplex eſſe. Dicitur enim de relatiuis relatione prædicamentali complectente tres prædictos modos relatiuorum, & de relatiuis relatione tranſcendente, quæ ſcilicet ad nullum ſpeciale prædicamentum eſt limitata, ſed plura circuit rerum genera; qualis eſt relatio potentiæ ad actum, & è contra: nam in quolibet genere proprius actus refertur per ſe primò ad ꝓpriam potentiam, vt docet Ariſt. duodecimo metaphyſ. vt patet etiam de materia, & forma, de intellectu, & intelligere, & alijs ſimilibus: ita vt neq; actus ſine propria potentia, neque è contra poſſit intelligi, aut diffiniri. *Ariſtot.*

Eſt autem maxima differentia inter prædicta relatiua; quoniam in relatiuis tranſcendentibus vnum diffinitur per aliud; quia alterum ab altero mutuo pendet in diuerſo cauſarum genere: Nam forma à materia pendet in genere cauſæ materialis, materia verò à forma in genere cauſæ formalis. Et quia ſunt eſſentialiter adinuicem ordinata, & coaptata, idcircò vnum per aliud diffinitur: ita vt cauſalitas exprimatur per illam dictionẽ per: Vnde in his diffiniens, vt ſic, eſt prius diffinito: cũ inter ea ſit ordo cauſalitatis. In relatiuis autẽ prędicamentalibus vnum non diffinitur per aliud, vt docet hic Caietanus, & alibi cum Alberto Magno: nam relatiua prędicamentalia non habent mutuã cauſalitatem, ſed præciſè rationẽ termini; & ideò inter ea nullus eſt ordo prioris, & poſterioris, ſed ſunt omnia ſimul natura, vt docet Ariſt. in prædicamentis; & ideo vnum aliud diffinit, nõ vt prius, ſed vt ſimul natura. *Caietanus. Albertus.*

Explicatur natura relationis tertij modi.

TErtiò. Notandum, quòd in altero relatiuorum tertij modi, in eo ſcilicet, quod non habet in ſe cauſam relationis, puta ſcibili, ſex conſiderantur. Primum eſt fundamẽtum proximum relationis. Secundum eſt ratio termini. Tertium relatio formalis. Quartum eſt eſſe propriũ illius relationis, ex quo prouenit denominatio formalis, & intrinſeca, quæ fit per opus intellectus. Quintum eſt realitas illius relationis. Vltimum eſt conditio neceſſaria, vt ſit in hoc termino relatio formalis. *Nota ſex conſiderãda.*

Quo ad primum, neceſſe eſt prædicto relatiuo aſsignare duplex fundamentum: nam quemadmodum; exempli gratia, relatio ſcibilis ad ſcientiam dupliciter conſideratur, vno modo formaliter, ideſt ſecundùm ſuam rationem formalem intrinſecam, alio modo quo ad eſſe reale in rerum natura extrinſeca illi denominatione conueniens: ita duplex eſt illud proximum fundamẽtum. Vnum, quod ei conuenit, prout eſt relatio formaliter ad *Duplex fundamentum.*

A ſcientiam: & hoc eſt in ipſo ſcibili, puta entitas, vel actualitas. Alterum fundamentum eſt illud, quod eidem conuenit ſecundùm eſſe reale, quod eſſe reale eidem conuenit modo ſupradicto, & hoc eſt in oppoſitæ relationis ſubiecto: Nam tota realitas intrinſecè conuenit oppoſitæ relationi, puta relationi ſcientiæ ad ſcibile, à qua denominatur extrinſecè realis relatio ſcibilis ad ſcientiam. Itaque proprium illius fundamentum erit etiam huius, quatenus dicto modo realis nuncupatur. Secũdum eſt ratio termini, de qua præcipuè eſt Controuerſia.

Eſt autem diligenter cõſiderandum duplicem B eſſe rationem terminandi in quocumque relatiuo. Vna eſt radicalis: altera formalis. Prima eſt ipſum fundamentum, ſiue ratio fundandi relationem, puta potentia generatiua patris, ſiue etiam generatio reſpectu filiationis. Secunda eſt ipſa relatio, puta paternitas; vnde ſi quæratur ratio radicalis, quare Petrus refertur ad Paulum, vt ad patrẽ, benè reſpondetur dicendo, quia Petrus genitus eſt à Paulo. At ſi quæratur ratio formalis, ob quam Petrus refertur ad Paulum, vt ad patrem, aut quare terminat relationem paternitatis Pauli: reſpondẽdum erit hanc rationem formalem eſſe filiationẽ in Petro relatam ad paternitatem in Paulo, & li- C cèt vna relatio nõ ſit alterius ratio, vel cauſa; hæc tamen relatio, puta filiatio, eſt ratio huic, puta Petrò, quod referatur, vt filius relatiuè ad Paulum, tanquam patrem ſuppoſitis in vtroque relationis fundamentis: Nam cauſa, vel ratio formalis, ex qua Petrus habet, quòd ſit filius, eadem eſt, quæ eſt cauſa formalis, & ratio referendi illum ad Paulum, vt patrem, & terminandi illius relationem: Nam, quemadmodum album, nõ niſi albedine album eſt, ita relatum, nõ niſi relatione refertur formaliter loquendo, & eadem ratione alterius ad ſe correlatiui relationem terminat. Vnde, cũ in prędicamentis diffiniuntur relatiua eſſe, quæ hoc ip- D ſum quod ſunt, ad aliud dicuntur, omnes expoſitores interpretantur dictionem aliud pro termino, quod etiam docent eſſe correlatiuum; & quod magis vrget, textus Ariſtot. apertè clamat dicens dominum non dici ad aliquid aliud in ſeruo, ſed ad ipſum tantùm ſub ratione ſerui. Nec valet reſponſio Ferrarienſis dicentis, quòd in relatiuis tertij modi, licèt terminus terminet quantùm ad ſuũ abſolutum, non tamen diffinit relatiuum, niſi vt rècipitur cum oppoſita habitudine: Nam hæc reſponſio non ſaluat propriam naturam termini relationis, qui, vt ex dictis patet, debet eſſe correlatiuus formaliter, & non tantũ concomitanter, aut ex modo noſtro concipiendi. *Ratio terminandi duplex.* *Diffinitio relatiuorũ.* *Ariſt.* *Reſponſio Ferrarien. reijcitur.*

E Conſiſtit autem hæc ratio formalis in eſſe ad aliud, vt ſic, quod eſſe ad aliud, ex hoc ipſo formaliter, & intrinſecè conuenit huic extremo, puta ſcibili, quòd terminat alterius, puta ſcientiæ, ad ſe relationem realem; ita vt implicet contradictionẽ hoc extremum terminare alterius extremi relationem, & non eſſe hoc ipſo formaliter relatiuum ſecluſo quocunq; opere intellectus. Vnde, ſi quęratur, quid ponat hæc ratio formalis in hoc termino,

Digitized by Google

no, reſpondendum erit, nil aliud formaliter ponere, quàm ipſam rationem formalem termini: quę, vt patet, nullo intellectu cõſiderante rei cõuenit, & nihil reale rei terminanti ſuperaddit: ſed ſupponit tantùm proximum in ſubiecto fundamentum & realem alterius extremi relationem ad alterũ.

Relatio formalis.

Tertium erat ipſa relatio formalis ad correlatiuum, puta ſcibilis ad ſcientiam; quæ relatio formalis, vt diximus, conuenit ipſimet termino ex hoc ipſo, quòd terminat; vt expreſsè docet S. Tho. in ſecundo cont. gent. cap. 11. Et quia terminat ſecluſo opere intellectus, ideo eſt formaliter relatiuum ſecluſo opere intellectus. Et hæc relatio exiſtens in termino, immo conſtituens formaliter terminum, eſt ei quaſi inhærens, & denominat ipſum intrinſecè. Vnde poſita creatura, vt ſerua, ad Deũ relata Deus nullo intellectu conſiderante eſt formaliter Dominus, licet relatio dominij nõ ſit realis intrinſecè, ſed extrinſeca tãtùm denominatione. Cum autem loquimur de termino, cauenda eſt nominis ambiguitas: terminus enim relatiui propriè per ſe, & formaliter eſt oppoſita relatio: ſed minus propriè, & per accidens, & materialiter dicitur etiam terminus ipſum relationis fundamentum, aut etiam ſubiectum fundamenti, & relationis: puta Sortes, vel Plato. in qua re Suarez deuiat à formali loquendi modo, vt ſuam, & Scoti de termino relationis ſententiam tueatur.

Suarez deuiat.

Eſſe relationis.

Quartum eſt eſſe proprium illius relationis, qđ habet in termino formaliter denominato: Quod quidem eſſe ante opus intellectus non eſt eſſe rationis, ſed nec etiam reale intrinſecè, ſed tantùm extrinſecè; nec huius rei alia quærenda eſt ratio, quàm horum relatiuorum natura, quæ contenta eſt hoc debiliſsimo eſſendi modo. Vnde etiam ex relationibus plurimæ ſunt entia rationis tantùm.

Realitas relationis. Caietan.

Quintum eſt realitas huius relationis, ideſt eſſe illius reale, de quo diſſerens Caietanus ait talia relatiua non alia ratione eſſe; niſi quia comparia ſua, quæ realiter referuntur, & terminantur ad ipſa, realiter ſunt in rerum natura. Vnde eſſe dominum in Deo nihil ponit, niſi hoc, quod eſt eſſe terminum realis ſeruitutis, & hoc, quod eſt terminare realiter, & formaliter relationem ſeruitutis, nullum aliud eſſe ponit, quàm eſſe ipſius ſeruitutis terminatæ, licèt alio modo illud ponat, nimirum vt extrinſecè denominans Deum realiter dominum. Quamuis enim in relatiuis non poſsit ab extrinſeco fieri denominatio formalis, poteſt tamen fieri realis, vt ſcilicet vnius relatio ſit realis, non propria realitate, ſed correlatiui. Ex quo ſequitur tales relationes non reductiuè tantùm, ſed propriè pertinere ad prædicamentum relationis.

Cõditio neceſſaria.

Poſtremum eſt conditio neceſſaria, vt ſit relatio in hoc, & in illo extremo. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quòd poſito vno ſolo extremo cum fundamento relationis in rerum natura, puta vno tantùm albo, nondum eſt relatio ſimilitudinis; poſito autem alio albo ſtatim reſultat relatio ſimilitudinis inter vtrumque album: ad cuius ſimilitudinis productionem concurrunt quędã vt cauſæ, & quædam alia, vt conditiones neceſſariæ. Cau-

A ſa proxima ſimilitudinis in primo albo eſt ipſa albedo: remota vero eſt ſubſtantia, vel etiam agens producens albedinem: & ſimiliter cauſa ſimilitudinis proxima ex parte ſecundi albi, eſt albedo; remota verò eſt ſubſtantia, quæ eſt ſubiectũ albedinis, & agens producens albedinem. Conditio verò proxima relationis ſimilitudinis in primo albo, eſt relatio ſimilitudinis in ſecundo albo: nam conditio neceſſaria relationis eſt, vt habeat terminum correlatiuum. Conditio verò remota eſt albedo, quæ eſt in ſecundo albo: Nam, niſi illa eſſet, non poſſet in hoc primo albo reſultare relatio ſimilitudinis. Et eodem modo loquendum eſt

B de conditionibus neceſſarijs relationi alterius albi, omiſsis interim remotioribus, quæ ad rem non faciunt.

Verùm ſciendum eſt in relatione reſultante duo poſſe conſiderari, ſcilicet rationem formalẽ relationis vt ſic, & eius realitatem. Et in relatiuis quidem primi, & ſecundi modi reſultat relatio ex dictis cauſis, & conditionibus, in vtroq; extremo formaliter, & realiter; at in relatiuis tertij modi non reſultat relatio quo ad realitatem in vtroque extremo, ſed in vno tantùm; in altero vero reſultat quo ad formalitatem: de qua ſatis diximus. Itaque relatiua ſunt quidem ſibi inuicem neceſſariæ conditiones; cauſæ verò minimè. Et cõtra hoc

C fundamentum ſic expoſitum non militant argumenta Suarez, diſput. 47. ſect. 16. Ex dictis ſequitur tres concluſiones.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio. In omnibus relatiuis, tam primi, & ſecundi, quàm tertij modi, vnum relatiuum terminat aliud ſub ratione relatiua formaliter, & non abſoluta. Probatur: Primò; quia alioquin ſequeretur, quòd in diffinitione creaturæ caderet Deus ſub propria ratione abſoluta, & conſequenter aliquam creaturam ordinis naturalis eſſe naturaliter incognoſcibilem. Prima conſequen-

D tia probatur: nam creatio paſsiua Deum reſpicit immediatè vt terminum. Secunda probatur; Quia Deus ſub propria ratione abſoluta nequit à nobis cognoſci in hac vita.

Secundò probatur concluſio; Quia ſequeretur relatiuum in ſui diffinitione duo requirere, nimirum correlatiuum, & abſolutum. Probatur ſequela; quia ex prædicamentis habemus in diffinitione vnius relatiui aliud eidem oppoſitum ponendum eſſe; ex Scoti autem ſententia ponendus eſt etiam in diffinitione terminus ſub ratione abſoluta, igitur. Falſitas autem conſequentis probatur; quoniam alterum ſufficit, videlicet relatiuũ formaliter.

E Tertiò; Quoniam ſequeretur in diuinis perſonis non poſſe ſaluari relationes ad intra, niſi ponẽdo perſonas diſtingui realiter in abſolutis; quod eſt erroneum. Sequela probatur; quia relatiuum reale exigit terminum realiter à ſe diſtinctum; igitur ſi paternitatis diuinæ terminus eſt res abſoluta, ſequitur rem abſolutam in diuinis diſtingui à paternitate realiter. Secundò probatur dicta propoſitio quo ad ſecundam partem ex dictis ſuperius.

Ad

Digitized by Google

Ad primam probationem reſpõdet Suarez, ſufficere cognitionem rei abſolute confuſam, & abſtractiuam. Ad ſecundum negat relatiuum, formaliter loquendo, diffiniri per aliud correlatiuũ; Sed ait diffiniri per ſuum terminum, quem eſsẽtialiter reſpicit, concomitanter autem per correlatiuum, & ita interpretãdum eſſe commune dictũ, quod relatiua ſunt ſimul diffinitione. Ad tertium reſpondet, primò diſparem eſſe rationem de relationibus diuinis, & alijs; nã diuinæ relationes non habent fundamentum præter ſeipſas. Nam ſicut vnaquęq; ſeipſa ſubſiſtit, ita ſeipſa terminat ſuum correlatiuum.

Secundò, quod fundamentum paternitatis diuinæ eſt ratio terminandi relationem filiationis; ſed tamen, ſicut fundamentum paternitatis diuinæ nihil eſt præter paternitatem ipſam, ita ratio terminandi filiationem nihil eſt præter ipſam paternitatem; ſed quatenus ratione diſtinguuntur in ordine ad diuerſos imperfectos noſtros cõceptus, debet (inquit) concipi rationem terminandi vnam relationem, non eſſe aliam relationem, vt ſic, ſed fundamentum illius.

Sed his reſponſionibus non videtur tolli, aut ex parte aliqua minui vis probationum noſtrarum. Nam reſponſio ad primã non videtur tangere neruum argumenti. Cuius vis in hoc conſiſtit, quòd terminus ſecundùm eam rationem formalem, qua terminat relationem, cadit in diffinitione relationis; igitur, ſi Deus ſub propria ratione abſoluta terminat relationem creaturæ, ſub eadem ratione, cadet etiam in diffinitione creatæ relationis. Deus autem ſub propria ratione abſoluta in præſenti vita cognoſci non poteſt; quia ſic Deum cognoſcere, eſt illum cognoſcere, prout in ſe eſt. Nã, vt in præcedenti quæſtione diximus, omnes conceptus, quos hic de Deo formamus, neceſſariò ſunt connotatiui: nec Deum immediatè repræſentant abſolutè loquendo: & ideo per eos Deum non cognoſcimus ſub propria ratione abſoluta, cum tamen ſub tali ratione, & prout in ſe eſt, ſecundùm ſententiam Scoti, quam ſequitur Suarez, terminet relationem creaturæ ad ipſum.

Reſponſio autem ad ſecundum manifeſtè deſtruit naturam relationis. Nã relatio realis creata conſtituit vnum prædicamentum realiter, aut ſaltem formaliter à cęteris diſtinctum; ergo eſſentialiter non ordinatur ad abſolutum, ſiue ad fundamentum oppoſitæ relationis, quod eſt alterius prædicamenti. Conſequẽtia probatur; Quia alioquin ſequeretur relationem, non eſſe relationem, ſed aliquid abſolutum: nam ſpeciem ſumeret ab abſoluto, ad quod per ſe primò ordinatur ſecundùm hanc ſententiam: igitur & ipſa eſſet quid abſolutum. Conſequentia hæc patet inductiuè, In potentia reſpectu actus, & in motu reſpectu termini, Vtrumque enim eſt abſolutum, & eiuſdem generis, ſunt enim hæc, & ſimilia eſſentialiter ad inuicẽ coaptata, & propterea clauſa infra eiuſdem generis latitudinem.

Secundò illud per ſe primò, & eſſentialiter reſpicitur à relatiuo, cui per ſe primò relatiuum opponitur; at relatiuum per ſe primò opponitur correlatiuo, & non alicui abſoluto; ergo. Maior probatur; Quia reſpectus relatiuus, vt ſic, oppoſitio quædam eſt; ergo per ſe primò oppoſitum, eſt per ſe primò reſpectum. Minor non indiget probatione; cum apud omnes conſtet paternitatem per ſe primò opponi filiationi, non autem generationi paſsiuæ.

Tertiò gloſſa ad commune dictum illius eſt deſtructiua; cum non ſaluet illud per ſe, & formaliter, ſed tantùm concomitanter, & quaſi per accidens.

Quartò: Sicut ſe habet actio, puta generare, ad paſsionem, puta generari, ita ſe habet relatio, puta paternitas conſequens generare ad oppoſitam relationem, puta filiationem conſequentem generari, ſed illa duo priora per ſe primò, & eſſentialiter ordinantur ad inuicem; ergo ſimilem ordinem habent hæc duo poſteriora inter ſe. Et confirmatur; quia vnum vni tantùm formaliter, & eſſentialiter eſt coaptatum; cum ergo actiua generatio ſit eſſentialiter coaptata filiationi, ſecũdùm Suareziũ, non poteſt eidem eſſentialiter coaptari paternitas.

Quintò. Paternitas, vt ſic, nõ includit in ſuo cõceptu paſsiuam generationem, licèt illam præſupponat; ergo illam per ſe primò non reſpicit. Antecedens patet ex communi hominum cõceptione, qui paternitatem intelligunt eſſe ad filiationem nihil cogitando de paſsiua generatione, quæ pręceſsit. Et ex his patet etiam infirmitas reſponſionis ad tertiam probationem.

Secunda concluſio. In relatiuis tertij modi vtrumque extremum eſt realiter, & formaliter relatiuum, ſecluſo opere intellectus. Hæc propoſitio patet ex dictis.

Tertia concluſio. In altero extremo relatiuorũ tertij modi relatio nullum ponit eſſe reale, ſed tantùm eſſe formaliter relatiuum; cui additur eſſe rationis per actum intellectus humani. Probatur; quoniam, exempli gratia, relatio ſcibilis ad ſcientiam realis non eſt, niſi extrinſeca denominatione; quia ſcientia realiter refertur ad illud; ergo totum eſſe reale relationis ſcibilis ad ſcientiam eſt in relatione ſcientiæ ad ſcibile; igitur, ſi aliquod eſſe habet in ſcibili, illud eſt rationis.

Argumenta, & ſolutiones.

Contra primam concluſionem argumentatur Scotus. Per ſe differentia eſt inter relatiua tertij modi, & alia, quòd cętera ſunt mutua, illa verò non; ergo in relatiuis tertij modi, terminus eſt res abſoluta. Antecedens eſt Ariſt. quinto metaph. cap. de ad aliquid. Conſequentia euidẽs eſt, quia, ſi non eſt correlatiuum, & eſt terminus; ergo eſt res abſoluta. Scotus.

Reſpondetur primò falſum eſſe antecedens; ad probationem negatur hoc haberi apud Ariſt. Secundò dicitur differentiam illam intelligendam eſſe quo ad realitatem intrinſecam vtrique extremo; quia formaliter terminus eſt relatiuus? Nam

Ariſt. de eo dicit Ariſt. eſſe relatiuum ſecundùm ſe, & quod ad ipſum dicitur aliud; ergo eſt formaliter relatiuum; alioquin ſecundùm ſe non eſſet relatiuum. De fundamento autem relationis ibidem ait Ariſtot. eſſe relatiuum, ſecundum aliud.

Secundo. In relatiuis tertij modi alterum extremum nullam relationem habet, niſi dũ actualiter conſideratur, & tamen terminat relationem reliqui extremi ad ſe nullo intellectu conſiderante; ergo terminat ratione abſoluta, & non ratione relationis cointellectæ.

Reſpondetur falſum eſſe antecedẽs quo ad priorem partem: Nam in relatiuis tertij modi vtrumque extremũ ſimul natura habet relationem, ſed diſsimiliter; quia vnum eſt relatiuum propter relationem realem, quæ eſt in ipſo ad aliud: alterum vero eſt relatiuum propter relationem realem alterius ad ipſum; ita tamen vt ſola realitas illi conueniat ab extrinſeco, ſed formalis ratio relationis inſit intrinſece, modo ſuperius latè explicato. Alia Scoti argumenta ex dictis remanent ſoluta.

Bannesij dictum reijcitur. Vlt. aduerte Banneſium affirmare quædam entia rationis eſſe ante opus intellectus, quod dictũ formaliter intellectum, implicat contradictionẽ, cum entia rationis non ſint niſi per intellectum.

Ferrarien. Contra eandem argumentatur Ferrarienſis authoritate S. Thom. de pot. quæſt. 7. artic. 10. ad quartum, vbi ait, quòd, cum hoc nomen Dominus tria importet, ſcilicet potentiam coercendi ſubditos, ordinem ad ſubditos, & terminationem ordinis ſubditorum ad dominum, huius nominis ſignificatio inuenitur in Deo, nõ quantùm ad ordinem ad ſubditos, ſed quantùm ad potentiam coercendi, & quantùm ad terminationem ordinis ſubditorum ad Dominum; ergo ſecundùm Diuum Thomam, Deus terminat relationem creaturæ ad ipſum abſque aliquo ordine ipſius ad creaturam, & conſequenter ſub ratione abſoluta.

Caietani reſponſio. Ad hoc argumentum reſpondet Caietanus, S. Thomam ibi loqui de terminare fundamentaliter; quoniam hoc conuenit Deo ſecundùm rem, ſicut poteſtas coercendi ſubditos. Et probat hãc eſſe mentem D. Thom. quia quo ad ordinem ad ſubditos, negat cõuenire Deo ob eam rationem; quia nec formaliter, nec fundamentaliter Deus habet, vnde ordinetur ad ſubditos, habet autem fundamẽtaliter, vnde terminet relationem ſubditorum ad ipſum, cum habeat potentiam coercitiuam.

Replica Ferrarien. Sed contra hanc reſponſionem argumentatur Ferrarienſis; Quia terminare formaliter in propoſito eſt eſſe id, quod dicitur relatiuum; at ſecũdum prædicta verba S. Thom. creatura dicitur ad Deum, etiam nullo poſito ordine Dei ad creaturã; ergo terminat etiam formaliter. Minor probatur; quoniam nullo intellectu conſiderante Deus terminat relationem creaturæ ad ipſum.

Mens. S. Thomæ. Reſpondetur, Sanctum Thomam ibidem loqui de ſignificato huius nominis Dominus, ſecundum rem, id eſt quo ad rem, vel res per illud ſignificatas; & quoniam terminare relationem ſeruitutis non conuenit Deo formaliter per aliquam realitatem relatiuam in ipſo exiſtentem; ſed tantùm cõ-

A uenit illi fundamentaliter per realitatem potentiæ coercitiuæ; ideò benè dicit Caietanus, Sanctũ Thom. ibi loqui de terminare fundamentaliter; cũ quo ſtat, quòd ſecluſo opere intellectus Deus terminet realiter, & formaliter relationem creaturæ ad ipſum. Dicitur enim formaliter terminare; quia eſt formaliter relatiuũ ex hoc ipſo, quòd terminat alterius relationem ad ipſum realiter etiã terminat; non tamẽ per aliquid reale in ipſo, quod cõſtituat ipſum formaliter in eſſe termini, vel relatiui, ſed realitate alterius extremi. Quòd autem hæc ſit mens S. Thom. patet ex ipſo quæſito in dicto artic. Quærit enim ibi. *Vtrum Deus realiter referatur ad creaturam, ita quòd relatio ſit res aliqua in*

B *Deo*. In quo quæſito clariſsimè patet id, quod diximus.

Ad argumentũ ergo Ferrarienſis dicitur: quòd minor propoſitio poteſt dupliciter intelligi: Vno modo, vt creatura dicatur ad Deum, etiam nullo poſito ordine Dei ad creaturam, id eſt, nullo exiſtente reali ordine in Deo formaliter ad creaturã, & in hoc ſenſu vera eſt, & ad mentem S. Thom. Alio modo poteſt intelligi abſolutè de ordine, etiã qui in Deo conſtituitur ex hoc ipſo, quòd creatura ad ipſum refertur. Et ſic falſa eſt minor, & contra mentem S. Thom. & Ariſt.

C Quinto. Arguit authoritate S. Thom. ſecundo contra gent. capit. 13. vbi inquit, quòd à relatione exterius exiſtente non inuenitur aliquid denominari, ſed ab inhærente; & loquitur de relationibus quibus Deus refertur ad creaturas.

Reſponſio Caietani. Reſpondet Caietanus, mentem S. Thomæ eſſe, quòd à relatione extrinſeca nõ poteſt aliquid denominari formaliter, tamen poteſt aliquid ab ea denominari realiter, vt ſit relatiuum ſecundũ rẽ.

Replica Ferrar. Sed contra arguit Ferrarienſis; nam ſecundùm Caietanum oportet terminum relatiui eſſe relatiuum, non tantùm materialiter; ſed etiam formaliter. At Deus ſecundùm Caietanum nullo intelle-

D ctu conſiderante terminat relationem creaturæ vt relatiuum eſt; ergo ſi non eſt relatiuum, niſi per relationem creaturæ, oportet ſecundùm ipſum dicere, quòd formaliter, non tãtùm realiter dicitur relatiuè ex relatione exterius exiſtente.

Ad hoc patet reſponſio ex dictis ad primum, & ſecundum Ferrarienſis: neganda eſt enim vltima conſequentia: Vel diſtinguendum eſt, quòd quã dicimus in relatiuis tertij modi alterum extremũ non eſſe relatiuum, niſi per alterius relationem ad ipſum, intelligitur de eſſe relatiuo reali, non de eſſe relatiuo formali, ſic enim intelligendus eſt Ariſtot. in quinto metaph. vt ſupra dicebamus. Vel Ariſt.

E etiam poteſt diſtingui, quòd eſſe relatiuum per alterius relationem ad ipſum dupliciter poteſt intelligi: Vno modo, vt dictio, per, dicat rationem formalem, qua ſit denominatio, & in hoc ſenſu ſequẽda eſt prædicta gloſſa, ſcilicet, quòd intelligitur de eſſe relatiuo realiter, & nõ formaliter: Alio modo, vt dictio, per, dicat tantùm conditionem neceſſariam ad conſtituendam relationem in altero extremo, & ſic verum eſt alterum extremum eſſe relatiuum tam realiter, quàm formaliter, quia al-

terum

Digitized by Google

terum ad ipſum dicitur, cum quo ſtat, quòd relatio, verbi gratia, dominij, qua Deus refertur ad creaturam, non ſit in creatura formaliter, ſed tantùm realem in ea ad ſe relationem requirat; ſit verò in Deo veluti inhærens nullum habens in eo eſſe, ſed gaudens ſolo eſſe alterius extremi. Alia argumenta eiuſdem Ferrarienſis ex dictis facilè diluuntur.

Contra eandem concluſionem argumentatur Suarez. Primo: Regula generalis eſt, illam rem, ſeu rationem formalem, quæ in vno relatiuo mutuo, eſt proxima ratio fundandi relationem ad aliud, eſſe etiam proximam, & formalem rationem terminandi relationem alterius ad ſe; ergo terminus relatiui formaliter eſt quid abſolutum.

Reſpondetur regulam illam nec eſſe generalem apud omnes, neque veram, ob rationes ſuperius allatas.

Secundò. Cum relatio diffinitur eſſe accidens, cuius totum eſſe eſt ad aliud, per illud aliud nõ poteſt intelligi altera relatio; quia aliàs, vel non daretur vnum ſupremum genus relationis, ſed duo, vel idem poneretur in definitione ſuiipſius.

Reſpondetur relationem prædicamentalẽ dupliciter concipi poſſe, ac diffiniri ſiue potius deſcribi: Vno modo conceptu communi abſtracto, & præciſo à ſingulis relationum ſpeciebus. Et hoc modo, non conuenit illi prædicta diffinitio, ſaltẽ, vt quod, & in actu exercito, ſed tantùm in actu ſignato: Alio modo poteſt conſiderari ſecundùm totam ſuæ rationis formalis latitudinem ad ſingulas relationes diffuſam. Et hoc modo illi congruit prædicta diffinitio: nam quælibet relatio ad aliam relationem refertur in actu exercito: vnde dicatur cum Alberto, Simplicio, & Boetio, quòd dicta diffinitio conuenit relationi in communi in actu ſignato, ſingulis autẽ relationibus in actu exercito.

Sicut etiam propoſitio dicitur eſſe oratio ſignificans verum, vel falſum; quę tamen diffinitio non verificatur de oratione in ſua communitate ſumpta, ſed de ſingulis eius partibus ſubiectiuis; & albedo dicitur eſſe viſus diſgregatiua, cum tamen in communi ſumpta nullum habeat actum diſgregandi, ſed ea tãtum ratione dicitur diſgregatiua; quia talis eſt naturæ, vt in particulari diſgreget viſum; Sic igitur diffinitur in communi relatiuũ; quod hoc ipſum, quod eſt, ad aliud dicitur, non quod in communi terminum habeat, etiã in actu ſignato, ſed quia talis eſt naturę, vt in partibus ſuis ſubiectiuis, particularibus ſcilicet relationibus ad aliud referatur, ita vt natura relationis in communi ſit ratio referendi ad aliud in particulari. Et hoc modo dici poteſt diffinitionem illam conuenire in actu ſignato relationi vniuerſaliter conceptæ eo ferè modo, quo diffinitio ſubſtantiæ primę conuenit illi vniuerſaliter conceptæ, vt habes ex Caiet. & alijs apud Ariſtot. in prædicamento ſubſtantiæ.

Tertiò. Arguit ſi per impoſſibile in altero extremo impediretur relatio conſeruato toto fundamẽto eius, nihilominus relatio alterius extremi poſſet ad illud terminari; ergo ſignum eſt illas duas

A relationes eſſe ſimul per concomitantiam, & non per formalem terminationem vnius ad alterum.

Reſpondetur caſum eſſe ſimpliciter impoſsibilem; & dato hoc impoſsibili ſequerentur duo contradictoria, videlicet relationem eſſe, & non terminari ad relationem, ſed ad abſolutum, quod nõ eſſet relatio terminans, & tamen eſſet actu relatio in vno extremo. Item ſequeretur relationem non eſſe, & ad nihil terminari; quia relatio nequit cõſiſtere ſine correlatiuo, ad quod habet ordinem eſſentialem.

Quartò. Commune axioma eſt, poſito fundamento, & termino, reſultare relationem prædica-
B mentalem; ergo terminus vnius relationis non poteſt eſſe relatio oppoſita. Antecedens certum eſt; & intelligẽdum eſt neceſſariò de termino formali, & proximo, & quaſi in actu primò; non enim poteſt intelligi de termino terminante quaſi in actu ſecundo; nam de illo termino, vt ſic, nõ eſt verum, quòd illo poſito cum fundamento ſequatur relatio: Nam potius ipſe conſtituitur in ratione termini actu terminantis per ipſammet relationem, vt actu tendentem in ipſum, & extrinſecè denominantem ipſum denominatione terminatiua; nec de materiali, & remoto; quia illo poſito nõ eſt neceſſe reſultare relationem, vt patet. Conſequentia
C probatur; quia vna relatio non conſurgit ex poſitione alterius; quia illa particula, ex, dicit anteceſſionem aliquam naturæ, vel originis: vna autem relatio prædicamentalis non antecedit alterã relationem ſibi correſpondentem.

Reſpondetur. Antecedens verum eſſe de termino relationis materialiter tantùm, ideſt de re cũ fundamento relationis; eo namque poſito cũ fundamento in altero extremo, reſultat relatio. Tam in fundamento, quàm in termino materiali, qua illud ad hoc referatur, & hoc formaliter terminet, & è contra. Exempli gratia. Poſita ex vna parte niue cum albedine, quæ fundamentum eſt relati-
D uæ ſimilitudinis, & ex alia parte poſito lacte cum ſua albedine, quæ terminus eſt materialis proximus relationis niuis, vt albæ ad Lac vt album, reſultat relatio prędicamentalis in niue, qua vt ſimilis formaliter refertur ad lac, vt conſimile, & in eodem inſtanti reſultat in lacte relatio, qua formaliter terminat relationem ſimilitudinis in niue ad ſe: & ad eandem niuem refertur, vt ſua relatione formaliter terminantem. Ad argumentum itaque negatur conſequentia: cuius probatio nõ eſt ad propoſitum; procedit enim de termino formali, de quo non loquitur prædictum axioma.

Quintò. Argumentor (inquit) confirmando il-
E lud principium: id quod in vnoquoq; extremo eſt ratio fundandi propriam relationem, eſt ratio terminandi alteram correlationem: Nam, ſicut ratio fundandi eſt illa, per quam conuenienter redditur cauſa proxima, ob quam talis res hàbet relationẽ ad aliud, ita ratio terminandi eſt illa, per quã redditur proxima cauſa, ob quam res eſt talis, vt ad ipſam altera referri poſſit: hæc autẽ cauſa ex eadẽ forma, vel ratione ſumitur in relatiuis mutuis. Maior (inquit) videtur per ſe nota. Minor declaratur

tur inductione: Nam, ſicut album aptum eſt ad fundandam relationem ſimilitudinis; quia habet albedinem, & ipſa albedo eſt aptum fundamentũ; quia habet talem vnitatem formalem; ita etiã idẽ album eſt aptum ad terminandum relationem alterius; quia habet albedinẽ eiuſdem rationis. Non enim aliud album refertur ad hoc; quia in hoc eſt relatio ſimilitudinis; ſed quia in hoc eſt albedo, ſicut eſt in alio: alioquin non eſſet ſimilitudo in albedine, ſed eſſet ſimilitudo in ſimilitudine.

Reſpondetur, rationem terminandi duplicem eſſe, alteram materialem, quæ idem eſt, quod proximum fundamentum relationis in ipſo termino relatiuo: Alteram formalem, quæ eſt ipſa ratio relationis conſtitutiua termini in eſſe termini relationis formaliter, & in eſſe correlatiui. Maior, & Minor argumenti vera eſt de ratione terminandi materiali, falſa verò de formali. Ad exemplum al ibi dico, illud oſtendere tantùm cauſam, & radicem proximam terminandi prouenire ex fundamento, & non ex relatione, non autem probat rationem formalem termini conſiſtere in fundamẽto, & non in relatione.

Vnde, cum dicitur: aliud album non refertur ad hoc; quia in eo eſt ſimilitudo, falſa eſt hæc propoſitio, ſi dictio, quia, exprimat rationem formalem termini conſtitutiuam, vt neceſſariam etiam cõditionem ad hoc, vt relatio ſit in alio extremo. Et ad impugnationem, quòd alioquin eſſet ſimilitudo in ſimilitudine, & non in albedine, negatur ſequela: immò ſequitur oppoſitum: nam ſimilitudo dupliciter ſumitur: Vno modo fundamentaliter, id eſt pro ipſa vnitate ſpecifica duarum qualitatum: & hoc modo ſimilitudo non eſt in relationibus: ſed eſt formaliter in qualitatibus fundantibus relationem; quia nihil aliud eſt, quã ipſę qualitates, vt vnæ: Alio modo ſumitur ſimilitudo formaliter, pro ipſis relationibus rerum ſimilium: & hoc etiam modo, ſimilitudo dicitur eſſe in qualitate, puta in albedine fundamentaliter, & denominatiuè. Dicitur autem ſimilitudo eſſe in ſeipſa, eo modo, quo vnumquodque eſt in ſeipſo per identitatem. Sed hic non eſt conſuetus modus, nec ſenſus loquentium. Et per hoc ſoluũtur alia eiuſdem ſimilia argumenta.

Sextò. Si vna relatio eſſet terminus alterius, ex poſitione vnius reſultaret alia; & ita non poſſent eſſe ſimul natura; ergo.

Reſpondetur ex poſitione vnius relationis, non tanquam cauſæ, ſed tanquam conditionis neceſſariæ alteram reſultare; ex quo non ſequitur eas non eſſe ſimul natura, ſed oppoſitum; nam ex hoc ipſo, quod mutuo ſunt ſibi conditiones neceſſariæ ad eſſe in rerum natura; ſequitur eas eſſe ſimul natura.

Septimò. In Chriſto Domino ſecundum D.Th. non eſt realis filiatio ad matrem; in Virgine verò eſt realis maternitas ad Chriſtum; ſignum eſt ergo vnam ex his relationibus non pendere eſſentialiter, & formaliter ab alia: aliàs nõ poſſet vna manere ſine alia, etiam de potentia abſoluta; & ſimiliter eſt ſignum vnam non eſſe formalem terminũ alterius; quia etiam non poteſt relatio ſine ſuo termino ſeruari. Et confirmatur; quia Angelus etiam malus, intuebatur per virtutem naturalem in beata virgine relationem maternitatis, & nõ intuebatur in Chriſto relationem filiationis; ergo habebat cognitionem vnius relatiui cũ intrinſeca dependentia ab eius termino ſine cognitione correlatiui vt ſic.

Reſpondetur antecedens verum eſſe de relatione filiationis, quo ad eſſe reale; falſum autem de eadem formaliter ſumpta, vt patet ex dictis: Ad confirmationem negatur Angelum non vidiſſe naturaliter in Chriſto relationem filiationis formaliter; licet videre non poſſet an illa eſſet realis intrinſecè, quoniam hoc pertinebat ad myſterium incarnationis.

Contra eandem argumentatur Trigoſius. Sed eius argumenta ex dictis manifeſtam habent ſolutionem, & præterea falſa quædam aſſumit, inter quæ eſt, alterum relatiuorũ tertij modi, puta ſcibile, non referri ad ſcientiam, ante opus intellectus, & terminare non conuenire relationi, vt relatio eſt, & terminum eſſe prius natura terminato, & diffiniens diffinito, quæ omnia ſimpliciter falſa ſunt. Trigoſius.

Contra ſecundam concluſionem argumentatur Suarez. Suarez.

Primò. Si vera eſſet ſententia Caietani; etiam Deus referretur realiter ad creaturas, non quidẽ per relationem realem in ipſo Deo exiſtentem, ſed per relationem exiſtentem in creatura; ſed hoc eſt falſum; ergo. Probatur falſitas; Quia D.Thom. ſecundo contra gent. cap. 13. ait à relatione non denominari aliquid, quaſi exterius exiſtente, ſed inhærente.

Ad hoc argumentũ iã reſponſum eſt ſuperius.

Secundò. Si ſcibile refertur ad ſcientiã per relationem exiſtentem in ſcientia, interrogo, an hoc ſit intelligendum de relatione, quã ipſamet ſcientia refertur ad ſcibile, vel de aliqua alia relatione diſtincta? &c.

Reſpondetur neutro modo intelligi de relatione, quo ad rationem formalem, qua formaliter dicatur ſcibile referri ad ſciẽtiam, vt intelligit Suarez: ſed de relatione ſciẽtię ad ſcibile, quo ad realitatem, à qua denominatur extrinſecè realis oppoſita relatio ſcibilis ad ſcientiam, & contra hunc ſenſum non militant eius argumenta.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum hoc nomen Deus, ſit nomen naturæ.

AD octauum ſic proceditur. Videtur, quòd hoc nomen; Deus, non ſit nomẽ naturæ. Dicit enim Damaſcen. in primo lib.* quòd Deus dicitur à theyn, quòd eſt curare, & fouere vniuerſa; vel ab ethyn, id eſt ardere. Deus enim noſter ignis conſumens eſt: vel à theaſte, quod eſt conſiderare omnia. Hæc autẽ omnia ad operationem pertinent; Ergo hoc nomen

nomen Deus, operationem ſignificat, & non naturam.

Præterea: Secundùm hoc aliquid nominatur à nobis, ſecundùm quòd cognoſcitur; Sed diuina natura eſt nobis ignota; Ergo hoc nomen Deus, non ſignificat naturam diuinam.

Sed contra eſt, quod dicit Ambroſ. lib. 1. de fide,* quòd Deus eſt nomen naturæ.

[margin: in prol. li. de fide circa prin. 2. ca. 3. ad Galat. poſt med. tom 5. lib. 1 de fi ad Grat p. 1. b 99 112]

Reſpondeo. Dicendum, quòd non eſt ſemper idem id, à quo imponitur nomen ad ſignificandum, & id, ad quod ſignificandum nomẽ imponitur. Sicut enim ſubſtãtiam rei ex proprietatibus, vel operationibus eius cognoſcimus; ita ſubſtantiam rei denominamus quandoque ab aliqua eius operatione, vel proprietate. Sicut ſubſtantiam lapidis denominamus ab aliqua actione eius, quia lędit pedem; non tamen hoc nomen impoſitum eſt ad ſignificãdum hanc actionem, ſed ſubſtantiam lapidis. Si qua verò ſunt, quæ ſecundùm ſe ſunt nota nobis, vt calor, frigus, albedo, & huiuſmodi, non ab alijs denominantur. Vnde in talibus idem eſt, quod nomẽ ſignificat, & id à quo imponitur nomen ad ſignificandum; Quia igitur Deus non eſt notus nobis in ſua natura, ſed innoteſcit nobis ex operationibus, vel effectibus eius; ex his poſſumus eum nominare, vt ſupra dictum eſt.* Vnde hoc nomen: Deus, eſt nomẽ operationis, quantùm ad id, à quo imponitur ad ſignificandum. Imponitur enim hoc nomẽ ab vniuerſali rerum prouidentia. Omnes enim loquentes de Deo, hoc intendunt nominare Deum, quòd habet prouidentiam vniuerſalẽ de rebus. Vnde dicit Dionyſ.* duodecimo capitulo, de diuinis nominibus, quòd Deitas eſt, quæ omnia videt prouidentia, & bonitate perfecta. Ex hac autem operatione hoc nomẽ Deus, aſſumptum, impoſitum eſt ad ſignificandum diuinam naturam.

[margin: .1. hu quæſt.]

[margin: ap. 12. pa ante id.]

Ad primum ergo dicendum, quòd omnia, quæ poſuit Daſc. pertinent ad prouidentiam, à qua imponitur hoc nomen Deus, ad ſignificandum.

Ad ſecundum dicendum, quòd ſecundùm quòd naturam alicuius rei ex eius proprietatibus, & effectibus cognoſcere poſſumus, ſic eã nomine poſſumus ſignificare. Vnde; quia ſubſtantiam lapidis ex eius proprietate poſſumus cognoſcere ſecundùm ſeipſam, ſciendo quid eſt lapis, hoc nomen lapis ipſam lapidis naturam, ſecũdùm quòd in ſe eſt, ſignificat. Significat enim diffinitionem lapidis, per quam ſcimus quid eſt lapis. Ratio enim, quam ſignificat nomen, eſt diffinitio, vt dicitur in quarto Metaph.* Sed ex effectibus diuinis diuinã naturam non poſſumus cognoſcere, ſecundùm

[margin: h. 4. me. h. text. tom 3.]

A quòd in ſe eſt, vt ſciamus de ea quid eſt: ſed per modum eminentiæ, & cauſalitatis, & negationis, vt ſupra dictum eſt.* Et ſic hoc nomẽ Deus, ſignificat naturam diuinam. Impoſitum eſt enim nomen hoc ad aliquid ſignificandum ſupra omnia exiſtens, quod eſt principium omnium, & remotum ab omnibus. Hoc enim intendunt ſignificare nominantes Deum.

[margin: Q. 12. art. 12.]

Ratio ordinis, & ſenſus quæſiti.

B De diuinis nominibus in particulari tractaturus, agit primo de hoc nomine Deus, tanquàm notiori; deinde de hoc nomine: *Qui eſt*, minus nobis noto. Quærit autem primò; quid eſt in præſenti articulo interrogans de illius ſignificato: tũc enim nominis quidditas aperitur, quando, quid eo ſignificetur, oſtenditur. Deinde duobus alijs articulis diſputat de quibuſdam conſequentibus quidditatem. Hæc verò ſunt communicabilitas, de qua in 9. artic. & modus communicabilitatis, de qua in decimo.

C In titulo obſerua nominum, quæ Deo attribuimus: triplicem eſſe differentiam: nam quædam ſignificant operationem, vt creator, prouiſor, gubernator, & ſimilia: quædam perfectiones naturæ quaſi ſuperadditas; vt cum dicitur potens, ſapiẽs, æternus; quædam denique ſignificant ipſam diuinam naturam; vt hoc nomen: *Qui eſt*, & nomen: Ieouà. Quæritur itaque vtrum hoc nomen Deus, ſit nomen ſignificans naturam: prout ſignificare naturam diſtinguitur, à ſignificare operationem, aut ſuperadditam modo noſtro intelligendi perfectionem.

D Secundò aduertè reſpõſionem latiorẽ eſſe quæſito, illa enim eſt de vniuerſis Dei nominibus; hoc verò eſt de hoc vno nomine Deus. Sed cum ſit vna de omnibus ratio, vt patet in textu, quòd de vno omnium notiſſimo quæſitum eſt, ad reliqua omnia in reſolutióne fuit extenſum.

Forma Textus.

D*iſtinguit primò S. Doct. deinde reſpondet quæſito concluſione bimembri.*

Diſtinctio eſt. *In quolibet nomine duo ſunt, ſcilicet id, à quo imponitur nomen ad ſignificandum, & id, ad quod ſignificandum nomen imponitur, quæ non ſemper idem ſunt. Probatur ex alia diſtinctione: Nam quædã res ſunt, quæ non ſunt ſecundùm ſe notæ nobis, ſed earum ſubſtantiam, ſiue naturam ex proprietatibus, vel*

E *operationibus cognoſcimus, & conſequenter eas etiam ex eiſdem proprietatibus, vel operationibus nominamus; ſicut ſubſtantiam lapidis denominamus à læſione pedis, non tamen hoc nomen impoſitum eſt ad ſignificandum hanc actionem, ſed ſubſtantiam lapidis. Quædam verò aliæ res ſunt, quæ ſecundùm ſe ſunt nobis notæ, vt calor frigus, & albedo, & hæc non ab alijs denominantur: quamobrem in talibus idem eſt, quod nomen ſignificat, & id, à quo imponitur nomen ad ſignificandum.*

Concluſio eſt. *Deus eſt nomen operationis quantùm ad id,*

Digitized by Google

ad id, à quo imponitur ad ſignificandum, naturæ verò quo ad id, ad quod ſignificandum imponitur. Probatur, quo ad vtramque partem ſimul. Primò de omnibus diuinis nominibus in communi. Ea, quæ non ſunt ſecundū ſe nota nobis, ſed earum ſubſtantiam cognoſcimus ex proprietatibus, vel operationibus, nominamus ex eiſdē proprietatibus, vel operationibus; at Deum, ſiue illius naturam non cognoſcimus in ſua natura, ſed ex operationibus, vel effectibus eius; ergo Deum, & eius naturam ex operationibus, & effectibus nominamus. Maior patet ex dictis. Minor probata eſt ſupra articulo primo huius quæſtionis.

Secundò probatur concluſio in ſpeciali quo ad hoc nomen Deus, de quo quæritur. Hoc nomen Deus impoſitū eſt ab vniuerſali prouidentia ad ſignificandum diuinam naturam; ergo: Antecedens probatur; quia omnes loquētes de Deo hoc intendunt nominare Deum, quòd habet prouidentiam vniuerſalem de rebus; quod probatur authoritate D. Dionyſij.

Expoſitio Textus.

NOtanda eſt reſponſio ad ſecundum argumētum D. Thom. Ad cuius intelligentiam recolenda ſunt ea, quæ ſupra diximus in art. 12. qu. duodecimæ, & art. 2. præſentis quæſtionis, in quibus locis explicauimus, quomodo nomina, quę de Deo habemus, ſignificent diuinam naturam per modum eminentiæ, cauſalitatis, & remotionis. Vide præterea, quæ ſupra docet Caietanus artic. ſexto, ad vltimum dubium. Et D. Thom. art. 11. huius quæſtionis in reſponſione ad tertium. Ex quibus locis videtur deduci plura ex diuinis nominibus non eſſe connotatiua.

Caiet. D. Thom.

ARTICVLVS IX.

Vtrum hoc nomen: Deus, ſit communicabile.

76 q. 39 ar. 4. Et 1 diſt 4 q. 1. art. 2. & 3. Et d. 21. q. 2. ar. 1. 4. Et po. q. 7. ar. 3. 1

AD nonum ſic proceditur. Videtur, quòd hoc nomen Deus, ſit communicabile. Cuicunque .n. communicatur res ſignificata per nomen, communicatur, & nomen ipſum; Sed hoc nomē: Deus (vt dictum eſt*) ſignificat diuinam naturam, quæ eſt communicabilis alijs, ſecūdùm illud ſecundæ Pet. primo. Magna, & prætioſa promiſſa nobis donauit, vt per hoc efficiamur diuinæ conſortes naturæ; Ergo hoc nomen Deus, eſt communicabile.

Ar. preced

2 Præterea: Sola nomina propria non ſūt communicabilia; Sed hoc nomen Deus, non eſt nomen proprium, ſed appellatiuum; quod patet ex hoc, quòd habet plurale, ſecundùm illud Pſalm. 81. Ego dixi, dij eſtis; Ergo hoc nomen Deus, eſt communicabile.

3 Præterea: Nomen Deus, imponitur ab operatione, vt dictum eſt;* Sed alia nomina, quæ imponuntur Deo ab operationibus, ſiue

Ar. preced

A ab effectibus, ſunt communicabilia, vt bonus, ſapiens, & huiuſmodi; Ergo hoc nomē Deus, eſt communicabile.

Sed contra eſt, quod dicitur Sapien. 14. Incommunicabile nomen lignis, & lapidibus impoſuerunt, & loquitur de nomine Deitatis; Ergo hoc nomen Deus, eſt nomen incommunicabile.

Reſpondeo. Dicendum, quòd aliquod nomen poteſt eſſe communicabile dupliciter: Vno modo propriè: Alio modo per ſimilitudinem. Propriè quidem communicabile eſt,

B quòd ſecundùm totam ſignificationem nominis eſt communicabile multis. Per ſimilitudinem autem communicabile eſt, quod eſt communicabile ſecundùm aliquid eorum, quæ includūtur in nominis ſignificatione. Hoc enim nomen Leo, propriè * communicatur omnibus illis, in quibus inuenitur natura, quam ſignificat hoc nomen Leo. Per ſimilitudinem verò communicabile eſt illis, qui participant quid Leoninum, vt puta audaciam, vel fortitudinē, * qui metaphoricè Leones dicuntur.

Ad ſciendum autem, quæ nomina propriè

C ſunt communicabilia: conſiderandū eſt, quòd omnis forma in ſuppoſito ſingulari exiſtens, per quod indiuiduatur, communis eſt multis, vel ſecundùm rem, vel ſecūdùm rationem ſaltem. Sicut natura humana communis eſt multis ſecundùm rem, *& rationem, natura autem Solis non eſt communis multis ſecūdùm rem, ſed ſecundum rationem tantùm. Poteſt enim natura Solis intelligi, vt in pluribus ſuppoſitis exiſtens. Et hoc ideo; quia intellectus intelligit naturā cuiuslibet ſpeciei, per abſtractionem à ſingulari. Vnde eſſe in vno ſuppoſito

D ſingulari, vel in pluribus, eſt præter intellectū naturæ ſpeciei. Vnde ſeruato, intellectu naturæ ſpeciei, poteſt intelligi, vt in pluribus exiſtens; Sed ſingulare ex hoc ipſo, quòd eſt ſingulare, eſt diuiſum ab omnibus alijs. Vnde omne nomen impoſitum ad ſignificandum aliqd ſingulare, eſt incommunicabile, & re, & ratione. Non enim poteſt in apprehenſione cadere pluralitas huius indiuidui. Vnde nullum nomen ſignificans aliquod indiuiduum, eſt communicabile multis propriè, ſed ſolùm ſecundū ſimilitudinem, ſicut aliquis metaphoricè po-

E teſt dici Achilles, inquantùm habet aliquid de proprietatibus Achillis, ſcilicet fortitudinem. Formæ verò, quæ non indiuiduantur per aliud ſuppoſitum, ſed per ſeipſas; quia ſcilicet ſunt formæ ſubſiſtentes, ſi intelligerentur, ſecundùm quòd ſunt in ſeipſis, non * poſſent cōmunicari nec re, neque ratione; ſed forte per ſimilitudinē; ſicut dictum eſt de indiuiduis.*

Sed,

Sed, quia formas ſimplices per ſe ſubſiſtentes non poſſumus intelligere,ſecundùm quòd ſunt,ſed intelligimus eas ad modum rerũ cõpoſitarum habentiũ formas in materia;ideo, vt dictum eſt,*imponimus eis nomina concreta ſignificantia naturam in aliquo ſuppoſito. Vnde,quantùm pertinet ad rationem nominum,eadem ratio eſt de nominibus,quæ à nobis imponuntur ad ſignificandum naturas rerum compoſitarum,& de nominibus,quę à nobis imponuntur ad ſignificandum naturas ſimplices ſubſiſtentes. Vnde,cum hoc nomen Deus impoſitum ſit ad ſignificãdum naturam diuinam,*vt dictum eſt;natura autẽ diuina multiplicabilis non eſt,vt ſupra* oſtenſum eſt; ſequitur,quòd hoc nomen Deus incommunicabile* quidem ſit ſecundùm rem, ſed communicabile quidem ſit ſecundùm opinionẽ; quẽadmodum hoc nomen Sol eſſet communicabile ſecundùm opinionem ponentium multos Soles. Et ſecundùm hoc dicitur Galat. quarto.His,qui natura non ſunt dij, ſeruiebatis.* Gloſſa nõ ſunt dij natura, ſed opinione hominum. Eſt nihilominus communicabile hoc nomen Deus,non ſecundùm ſuam totam ſignificationẽ; ſed ſecundùm aliquid eius per quandam ſimilitudinem,vt dij dicantur, qui participant aliquid diuinum per ſimilitudinem ſecundùm illud; Ego dixi dij eſtis. Si verò eſſet aliquod nomen impoſitum ad ſignificandum Deum,non ex parte naturæ, ſed ex parte ſuppoſiti,ſecundùm quòd conſideratur,vt hoc aliquid, illud nomen eſſet omnibus modis incõmunicabile;ſicut forte eſt nomen; Tetragrammaton,apud Hæbreos. Et eſt ſimile,ſi quis imponeret nomen Soli deſignãs hoc indiuiduũ.

Art 1. huius qu. ad 2. argum.

Supra præced. q. 11. ar. 3 p. 455.

Gloſſa in linea. ibi.

Ad primum ergo dicendum, quòd natura diuina non eſt communicabilis, niſi ſecũdùm ſimilitudinis participationem.

Ad ſecundum dicendum, quòd hoc nomẽ Deus,eſt nomen appellatiuum,& nõ propriũ; quia ſignificat naturam diuinam, vt in habente; licet ipſe Deus ſecundùm rem non ſit nec vniuerſalis,nec particularis.Nomina enim nõ ſequũtur modum eſſendi,qui eſt in rebus; ſed modum eſſendi, ſecundùm quòd in cognitione noſtra eſt. Et tamen ſecundùm rei veritatẽ eſt incommunicabile,ſecundùm quòd dictum eſt de hoc nomine Sol.*

In corp. ar.

Ad tertium dicendum, quòd hæc nomina bonus,ſapiens,& huiuſmodi ſimilia, impoſita quidem ſunt perfectionibus procedentibus à Deo in creaturas;non tamen ſunt impoſita ad ſignificandum diuinam naturam;ſed ad ſignificandum ipſas perfectiones abſolutè. Et ideo etiam ſecundùm rei veritatem ſunt communicabilia multis. Sed hoc nomen Deus,impoſitum eſt ab operatione propria Deo; quam experimur continuè ad ſignificandam diuinam naturam.

A

Forma Textus.

PRæmiſſa,& explicata diſtinctione bimenbri reſpondetur quæſito duplici concluſione. Diſtinctio eſt.

Aliquod nomen poteſt eſſe communicabile dupliciter: Vno modo propriè: Alio modo per ſimilitudinem.

Manifeſtatur hæc diſtinctio primò declarando, quid ſit nomen eſſe communicabile,tam propriè,quàm metaphoricè. Secundò tradendo quatuor regulas ad ſciendũ, quæ nomina propriè ſint communicabilia, & quæ ſint incommunicabilia. In quarum regularum probationibus aperit proprias cauſas, ſeu radices communicabilitatis,& incommunicabilitatis cuiuſuis nominis.

B

Prima regula eſt. Omne nomen ſignificans naturam diſtinctam ab indiuiduo eſt communicabile propriè ſecundùm rem,vel ſaltem ſecundùm rationem. Secunda regula eſt. Omne nomen ſignificans ſingulare eſt incommunicabile propriè,tam ſecundùm rem,quàm ſecũdùm rationem,licèt ſit communicabile metaphoricè. Tertia regula eſt. Omne nomen ſignificans formam nõ indiuiduam per aliud ſuppoſitum,ſed per ſe ipſam,ſecũdùm quod in ſe eſt,eſt incommunicabile propriè, & re, & ratione:quamuis ſit communicabile metaphoricè.

C

Quarta regula eſt. Omne nomen, quod habemus ſignificans huiuſmodi formas per ſe ſubſiſtentes eſt communicabile propriè,non ſecundùm rem, ſed ſecundùm rationem tantùm. Probationes formantur à Caietano.

Prima concluſio.Hoc nomen; Deus eſt incommunicabile ſecundum rem,communicabile autem ſecundùm opinionem,& ſecundùm ſimilitudinem. Probationes ſingularum partium claræ ſunt in textu.

Secunda concluſio.Si eſſet aliquod nomen impoſitum ad ſignificandum Deum,nõ ex parte naturæ, ſed ex parte ſuppoſiti,ſecundũ quòd conſideratur, vt hoc aliquid, illud nomen eſſet omnibus modis incommunicabile. Probatur ex opinione,ſiue ſuſpicione nominis Tetragramaton, ideſt Ieoua apud Hebræos: & manifeſtatur exemplo in Sole conficto.

D

NIhil addendum occurrit expoſitioni Caietani,niſi id,quod D.Tho.infra q. 39. artic.4. ad tertiũ ait, ſcilicet communitatem humanæ naturæ,non eſſe ſecundùm rem,ſed ſolùm ſecundùm cõſiderationem, formam autem ſignificatam per hoc nomen Deus,ſcilicet diuinam eſſentiam, eſſe communem ſecundùm rem. Cuius oppoſitum diſſertis verbis hic docet S.Thom. Soluitur apparens hæc contradictio diſtinguendo realem communitatem:quæ duplex eſt; quædam cum diuiſione eſſentiæ; vt in natura humana bouina, & equina; Quædam ſine diuiſione eſſentiæ: vt in natura diuina. Prior communitas conuenit naturæ vniuerſali,ad plura naturæ ſingularia. Poſterior autem naturæ ſingulari pluribus ſuppoſitis communicatæ, qualis eſt ſola natura diuina. De priori communitate loquitur in hoc articulo. De poſteriori in q.39. Vide etiam Molinam ſuper hoc art. & Concordantias dubio 367.

E

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS X.

Vtrum nomen Deus, vniuocè dicatur de Deo per participationem, ſecundùm naturam, & ſecundùm opinionem.

77 Supra art. 5. c. & infra qu 29 art. 4. & 1. prol. art. 2. & 2. d. 35. ar. 4 & 1. contra Ga. 32. 33. & 34. & ver. q 2. art. 11. & pot q 7. art. 7 & opuſ. 3. c. 27

AD decimum ſic proceditur. Videtur, quòd hoc nomen; Deus, vniuocè dicatur de Deo per naturam, & per participationem, & ſecundùm opinionem. Vbi n. eſt diuerſa ſignificatio, non eſt contradictio affirmantis, & negantis; æquiuocatio enim impedit cõtradictionem; Sed catholicus dicens, idolum non eſt Deus; contradicit pagano dicenti, idolum eſt Deus; ergo Deus, vtrobique ſumptum vniuocè dicitur.

2 Præterea: Sicut idolum eſt Deus, ſecundùm opinionem, & non ſecundùm veritatem, ita fruitio carnalium delectationum dicitur fęlicitas ſecundùm opinionem, & non ſecũdùm veritatem; Sed hoc nomen beatitudo, vniuocè dicitur de hac beatitudine opinata, Et de hac beatitudine vera; Ergo, & hoc nomen Deus, vniuocè dicitur de Deo ſecundùm veritatem, & de Deo ſecundùm opinionem.

3 Præterea: Vniuoca dicuntur, quorum eſt ratio vna; Sed catholicus cùm dicit, vnum eſſe Deum, intelligit nomine Dei rem omnipotentem, & ſuper omnia venerandam; & hoc idem intelligit gentilis, cum dicit, idolum eſſe Deũ; Ergo hoc nomen vniuocè dicitur vtrobique.

Primo periher. c. 1. alijs verbis æquipollẽtibus to. 1.

Sed contra. Illud, quod eſt in intellectu, eſt ſimilitudo eius, quod eſt in re, vt dicitur in * 1. periher. Sed animal dictum de animali vero, & de animali picto, æquiuocè dicitur; Ergo hoc nomen Deus dictum de Deo vero, & de Deo ſecundùm opinionem æquiuocè dicitur.

4 Præterea: Nullus poteſt ſignare id, quod non cognoſcit; Sed gentilis non cognoſcit naturam diuinam; Ergo cum dicit, idolum eſt Deus, non ſignat veram Deitatem:| hanc aũt ſignat catholicus dicens vnum eſſe Deum; Ergo hoc nomen Deus, non dicitur vniuocè; ſed æquiuocè de Deo vero, & de Deo ſecundùm opinionem.

Reſpondeo. Dicendum, quòd hoc nomen Deus, in præmiſsis tribus ſignificationibus nõ accipitur neque vniuocè, neque æquiuocè; ſed analogicè. Quod ex hoc patet; Quia vniuocorum eſt omnino eadem ratio, æquiuocorum eſt omnino ratio diuerſa, in analogicis verò, oportet, quòd nomen ſecundùm vnam ſignificationem acceptum, ponatur in diffinitione * eiuſdem nominis ſecundùm aliàs ſignificatio-

D. 110. 72 73

nes accepti. Sicut ens de ſubſtantia dictũ ponitur in diffinitione entis, ſecundùm quòd de

A accidente dicitur: & ſanum dictum de animali ponitur in diffinitione ſani, ſecundùm quòd dicitur de vrina, & de medicina. Huius enim ſani, quod eſt in animali, vrina eſt ſignificatiua, & medicina factiua. ſic accidit in propoſito: Nam hoc nomen Deus, ſecundùm quod pro Deo verò ſumitur. in ratione Dei ſumitur, ſecundùm quòd dicitur Deus ſecundùm opinionem, vel participationem. Cum enim aliquem nominamus Deum ſecundùm participationem, intelligimus nomine Dei aliquid habens ſimilitudinem veri Dei. Similiter, cum

B idolum nominamus Deum, hoc nomine Deus, intelligimus ſignificari aliquid, de quo homines opinantur, quòd ſit Deus, & ſic manifeſtum eſt, quòd alia, & alia eſt ſignificatio nominis; ſed vna illarum ſignificationum clauditur in ſignificationibus alijs. Vnde manifeſtũ eſt, quòd analogicè dicitur.

Ad primum ergo dicendum, quòd nominũ multiplicitas non attenditur ſecundùm nominis prædicationem; ſed ſecundùm ſignificationem. Hoc enim nomen homo, de quocunque prædicetur, ſiuè verè, ſiuè falsè, dicitur vno

C modo. Sed tunc multipliciter diceretur, ſi per hoc nomen homo, intenderemus ſignificare diuerſa; puta, ſi vnus intenderet ſignificare per hoc nomen homo, id quod verè eſt homo, & alius intenderet ſignificare eodem nomine lapidem, vel aliquid aliud.

Vnde patet, quòd catholicus dicens, idolũ non eſſe Deum, contradicit pagano hoc aſſerenti; quia vterque vtitur hoc nomine Deus, ad ſignificandum verũ Deum: Cum enim Paganus dicit, idolum eſſe Deum, non vtitur hoc nomine ſecundùm quod ſignificat Deum opi-

D nabilem: Sic enim verum diceret, cum etiam catholici interdum in tali ſignificatione hoc nomine vtãtur; vt cum dicitur, omnes dij gentium demonia. Et ſimiliter dicendum ad ſecundum. Et tertium. Nam illę rationes procedunt ſecundùm diuerſitatem prędicationis nominis; & non ſecundùm diuerſam ſignificationem.

Ad quartum. Dicendum, quòd animal dictum de animali vero, & de picto, non dicitur pure æquiuocè; Sed * Philoſophus largo mo-

E do accipit ęquiuoca, ſecundùm quòd includũt in ſe analoga; quia & ens * quod analogicè dicitur, aliquando dicitur ęquiuocè prædicari de diuerſis prædicamentis.

D. in Inſtru & ... D. 40.

Ad quintum. Dicendum, quòd ipſam naturam Dei, prout in ſe eſt, neque catholicus, neque paganus cognoſcit; ſed vterque cognoſcit eam, ſecundùm aliquam rationem cauſalitatis, vel excellentiæ, vel remotionis, vt ſupra * dictum

Digitized by Google

dictum eſt. Et ſecundùm hoc in eadem ſignificatione accipere poteſt gentilis hoc nomen Deus, (cum dicit, idolum eſt Deus) in qua accipit ipſum catholicus dicens, idolum non eſt Deus. Si verò aliquis eſſet, qui ſecundùm nullam rationem Deum cognoſceret, nec ipſum nominaret, niſi fortè ſicut proferimus nomina, quorum ſignificationes ignoramus.

Forma Textus.

Concluſio eſt. Hoc nomen, Deus, dicitur de his tribus, non vniuocè, nec æquiuocè, ſed analogicè. Probatur ex rationibus terminorum; vt clarè patet in textu, & optimè formatur à Caietano.

Senſum quæſiti cum reſponſione ad primũ explicat Caietanus, quam reſponſionem paulò latiùs explicant Molina, & Vaſquez ſuper hoc articulo, & Suarez lib. 2. de attributis capit. 32. à numero decimonono, vſque ad 22.

ARTICVLVS XI.

Vtrum hoc nomen Qui eſt, ſit maximè nomen Dei proprium.

AD vndecimum ſic proceditur. Videtur, quòd hoc nomen Qui eſt, non ſit maximè proprium nomen Dei. Hoc enim nomen Deus, eſt nomen incommunicabile, * vt dictum eſt; Sed hoc nomen Qui eſt, nõ eſt nomen incommunicabile; Ergo hoc nomen Qui eſt, non eſt maximè proprium nomẽ Dei.

2 Præterea: Dionyſ. dicit * tertio capit. de diu. nom. quòd boni nominatio excellẽter eſt manifeſtatiua omniũ Dei proceſsionum; Sed hoc maximè Deo conuenit, quòd ſit vniuerſale rerum principium; ergo hoc nomen bonum eſt maximè proprium Dei, & non hoc nomen Qui eſt.

3 Præterea: Omne nomen diuinum videtur importare relationem ad creaturas; cũ Deus nõ cognoſcatur à nobis, niſi per creaturas; Sed hoc nomen Qui eſt, nullam importat habitudinem ad creaturas; ergo hoc nomen Qui eſt, non eſt maximè proprium nomen Dei.

Sed contra eſt, quod dicitur Exod. 3. quòd Moyſi quærenti, ſi dixerint mihi, quod eſt nomen eius, quid dicam eis? & reſpondit ei Dominus, ſic dices eis; Qui eſt, miſit me ad vos; ergo hoc nomen Qui eſt, eſt maximè proprium nomen Dei.

Reſpondeo. Dicendum, quòd hoc nomen Qui eſt, triplici ratione eſt maximè proprium nomen Dei.

A Primò quidem propter ſui ſignificationẽ. Non enim ſignificat formam aliquam, ſed ipſum eſſe. Vnde cum eſſe Dei ſit ipſa eius eſſentia, & hoc nulli alij conueniat, vt ſupra oſtenſum eſt; * manifeſtum eſt, quòd inter alia nomina hoc maximè propriè nominat Deum. Vnumquodque enim denominatur à ſua forma. Q. 3. art. 4

Secundò propter eius vniuerſalitatem. Omnia enim alia nomina, vel ſunt minus communia, vel ſi conuertantur cũ ipſo, tamen addunt aliqua ſupra ipſum ſecundùm rationem. Vnde

B quodammodo informant, & determinant ipſum. Intellectus autem noſter non poteſt ipſam Dei eſſentiam cognoſcere in ſtatu viæ, ſecundùm quòd in ſe eſt; ſed quemcunque modum determinet circa id, quod de Deo intelligit, deficit à modo, quo Deus ĩ ſe eſt. Et ideo, quantò aliqua nomina ſunt minus determinata, & magis communia, & abſoluta, tantò magis propriè dicuntur de Deo à nobis. Vnde & Damaſcenus * dicit, quòd principalius omnibus, quæ de Deo dicuntur nominibus, eſt Qui eſt; totum enim in ſeipſo comprehen- Lib. 1. orthod. fidei. c. 12.

C dens velut quodam pelagus ſubſtantiæ infinitum, & indeterminatum. Quolibet enim alio nomine determinatur aliquis modus ſubſtantię rei; ſed hoc nomẽ Qui eſt, nullum modum eſſendi determinat, ſed ſe habet indeterminatè ad omnes. Et ideo nominat ipſum pelagus ſubſtantiæ infinitum. Tertiò verò ex eius ſignificatione; ſignificat enim eſſe in præſenti, & hoc maximè propriè de Deo dicitur, cuius eſſe non nouit præteritum, vel futurum, vt dicit Aug. in 5. de Trin.* Lib. 5. de Tri. c. 2. tomo 3. Et libro 83. Quæſt. q. 17. tom. 4.

D Ad primum ergo dicendum, quòd hoc nomen Qui eſt, eſt magis proprium nomen Dei, quàm hoc nomen Deus, quantùm ad id, à quo imponitur, ſcilicet ab eſſe: & quantùm ad modum ſignificandi, & conſignificandi, vt dictũ eſt; * Sed quantùm ad id, ad quod imponitur nomen ad ſignificandum, eſt magis proprium hoc nomen Deus, quod imponitur ad ſignificandum naturam diuinam: Et adhuc magis proprium nomen eſt Tetragramaton, quod eſt impoſitum ad ſignificandã ipſam Dei ſubſtantiam incommunicabilem, & (vt ſic liceat loqui) ſingularem. In corp. ar

E Ad ſecundum dicendum, quòd hoc nomen (bonum, eſt principale nomen Dei, inquantũ eſt cauſa, non tamen ſimpliciter; nam eſſe abſolutè præintelligitur cauſę. *

Ad tertium dicendum, quòd non eſt neceſſarium, quòd omnia nomina diuina, importent habitudinem ad creaturas; ſed ſufficit, quòd

Digitized by Google

quòd imponantur ab aliquibus perfectionibus procedentibus à Deo in creaturas, inter quas prima eſt ipſum eſſe, à qua ſumitur hoc nomen Qui eſt.

Senſus quæſiti.

EX diuinis nominibus plurima ratione naturali ſunt inuenta, non ſolùm adiectiua, ſed et ſubſtantiua, tam ſimplicia, vt hoc nomē Deus, quàm cum adiectiuis compoſita: vt prima cauſa, actus purus, ſubſtantia infinita, & ſimilia. Sunt tamen nonnulla diuinitus mortalibus reuelata ad excellentem ſupernaturali lumine nobis impertitam de Deo cognitionem ſignificandam, ac Dei maieſtatem pro modulo noſtro laudibus efferendam; inter quæ eſt hoc nomen *Qui eſt*, & nomen Ieoua, de quibus in hoc articulo diſſerit S. Thom.

Caiet. In quæſito dictionem, *proprium*, exponit Caiet. idem eſſe quod intimum; quod diſtinguitur contra extraneum, quam expoſitionem carpit Sylueſter dicens primam rationem D. Thom. probare hoc nomen *Qui eſt*, eſſe proprium, ideſt non commune Deo, & alijs, & magis proprium, quàm alia nomina. Reſpondetur non ſolum primam, ſed etiā alias rationes, ſi attentius conſiderentur, probare vtrumque, nimirum hoc nomen *Qui eſt*, eſſe maximè proprium, ideſt maximè intimum, & maximè proprium, ideſt non commune, ſed primum directè, & principaliter, ſecundum autem quaſi indirectè, & ſecundariò.

(Margin: Sylueſter.)

Forma Textus.

COnclusio eſt. Hoc nomē Qui eſt, proprium eſt Deo. Probatur triplici ratione. Prima ex parte ſignificationis, eſt. Illud nomen, quod non ſignificat formam aliquam, ſed ipſum eſſe, eſt maximè proprium Deo; Sed *hoc nomen Qui eſt, ſignificat ipſum eſſe; ergo eſt maximè proprium Deo. Maior probatur; quia unumquodque denominatur à ſua forma; eſſe autem eſt id, quod eſt formaliſsimum, & eſt ipſa* Dei *eſſentia, quod nulli alij cōuenit; ergo illud nomen, quod ſignificat eſſe, eſt maximè Deo proprium.* Minor *patet ex q. 3. art. 4. Secunda ratio ex eiuſdem nominis vniuerſalitate talis eſt. Quantò aliqua nomina ſunt minus determinata, ſiue magis communia, & abſoluta, tantò magis propriè à nobis de Deo dicuntur; ſed hoc nomen Qui eſt, nullum eſsendi modum determinat, ſed indeterminatè ſe habet ad omnes eſſendi modos, alia verò nomina, vel minus communia ſunt, vel addunt aliquid ſupra ipſum ſecūdùm rationem, quo quodammodo informant, & determinant hoc nomen Qui eſt; ergo.* Maior *probatur; quoniam intellectui noſtro in ſtatu viæ duo conueniunt.* Primum *eſt, quòd non poteſt ipſam eſſentiam Dei cognoſcere, prout in ſe eſt. Secundum eſt, quòd quemcunq; modum determinet circa id, quod de Deo intelligit, deficit à modo ipſius; ergo quanto aliqua nomina ſunt minus determinata, &c. Minor probatur authoritate Damaſceni explecata in*

A *textu. Tertia ratio ex conſignificatione talis eſt. Hoc nomen Qui eſt, conſignificat eſse in præſenti; at eſse in præſenti maximè propriè conuenit Deo; ergo.* Minor *probatur; quoniam eſse* Dei *non nouit præteritum, vel futurum; vt inquit Auguſt. in 5. de Trinit.*

Prima Controuerſia.

An hoc nomen Deus, ſit magis proprium, quo ad id, ad quod ſignificandum imponitur.

Proponitur primum argumentum. S. D. & eius reſponſio in forma, & ratio dubitandi.

B PRimum argumentum D. Tho. eſt. Hoc nomen Deus, eſt nomen incommunicabile; ſed hoc nomen *Qui eſt*, non eſt nomen incommunicabile; ergo hoc nomen *Qui eſt*, non eſt maximè Dei proprium.

Reſpondet S. Thom. & primo diſtinguit, dicens in hoc nomine *Qui eſt*, quatuor conſiderari. Primū eſt id, à quo nomen imponitur; quia imponitur ab eſſe. Secundum eſt modus ſignificandi indeterminatè. Tertium eſt modus ſignificandi, ſcilicet in præſenti. Quartum eſt id, ad quod ſignificandum nomen imponitur, ſcilicet ipſum eſſe. Secundò reſpondet ad argumentum, & duo dicit.
C Primum, quod hoc nomen *Qui eſt*, quo ad tria prima, eſt maximè proprium nomen Dei: vt probatū eſt in corpore articuli. Sed quo ad vltimum hoc nomē Deus, eſt magis propriè nomē Dei. Probatur; quoniā imponitur ad ſignificandam naturam diuinam. Secundum eſt, quod nomen; Tetragramaton eſt, adhuc magis propriū nomen Dei. Probatur; Quoniam eſt impoſitum ad ſignificandum ipſam ſubſtantiam Dei incommunicabilem, & (vt ſic liceat loqui) ſingularem.

In hac reſponſione duo ſunt, quæ in Controuerſiam vocari poſſunt. Primum eſt; quoniam S. Tho.
D diſtinguit in hoc nomine *Qui eſt*, id, à quo nomen imponitur, ab eo, ad quod ſignificandum nomen imponitur, cum tamen ſint vnum, & idem ſcilicet eſſe: nam hoc nomen *Qui eſt*, imponitur ab eſſe, & etiam imponitur ad ſignificandum eſſe; ex quo ſequitur falſam eſſe reſponſionē, quæ ait, quòd hoc nomen *Qui eſt*, eſt magis propriū, quo ad id, à quo nomen imponitur, non autem quo ad id, ad quod ſignificandum imponitur; ſi enim ſunt vnum, & idem, ſequitur, quòd, ſi eſt magis proprium quo ad vnum, ſit etiam magis proprium quo ad aliud.

Reſolutio.

Suſtinetur, & explicatur veritas, & ſenſus reſponſionis Diui Thomæ.

E AD hanc difficultatem reſpondetur, in vtroq; nomine, ſcilicet in hoc nomine Deus, & in hoc nomine *Qui eſt*, duo eſſe, ſcilicet id, à quo nomen imponitur, & id, ad quod nomen imponitur; quę duo in hoc nomine *Qui eſt*, non diſtinguuntur niſi ratione: nam idem eſſe diuerſimodè conſideratum eſt id, à quo, & id ad quod.

In

Digitized by Google

In hoc autem nomine Deus diſtinguitur realiter; nam id, à quo, eſt Dei operatio paſsiuè ſumpta, id autem, ad quod, eſt diuina natura. Itaque comparãdo proportionaliter ipſum eſſe, vt eſt id, à quo imponitur hoc nomen *Qui eſt*, ad operationem, ſcilicet vniuerſalem rerum prouidentiam, vt relucet in creaturis, à qua imponitur hoc nomen Deus, magis proprium eſt hoc nomen *Qui eſt*, quã hoc nomen Deus; quia magis proprium, ideſt, magis intimum Deo eſt eſſe, quàm vniuerſalis prouidentia. At verò comparando ipſum eſſe, vt eſt id, ad quod ſignificãdum imponitur hoc nomen *Qui eſt*, ad Deitatem, ad quam ſignificandam imponitur hoc nomen Deus, vno modo magis proprium eſt hoc nomen Deus, duobus verò modis magis proprium eſt hoc nomen *Qui eſt*: nam Deitas eſt magis propria Deo, quàm eſſe: quoniam Deitas importat illam naturam quaſi ſecundùm differẽtiam ſpecificam; nomen verò *Qui eſt* importat eandem quaſi ſecundũ genus; & ideo hoc nomen Deus ſecundùm ſe, eſt magis proprium, ac magis intimum, quàm hoc nomen *Qui eſt*, formaliter ſumptum, vt ſumitur in hoc articulo. Sed hoc nomen *Qui eſt*, duobus modis eſt magis proprium Deo: Vno modo formaliter ſumptum, non quidem ſecũdùm ſe, ſed quo ad nos. Cuius ratio eſt; quoniam magis explicat diuinam naturam, quàm nomen Deus: quoniam habemus proprium conceptũ huius nominis *Qui eſt*, tam quo ad id, à quo, quã quo ad id, ad quod ſignificandũ imponitur: Nam proprium habemus conceptum ipſius eſſe, quod formaliter ſignificatur per hoc nomen *Qui eſt*, & ſermo eſt de eſſe formaliſsimè ſumpto, non de eſſe ſubſiſtente, quod eſt materiale ſignificatum huius nominis *Qui eſt*. Non autem habemus proprium conceptum huius nominis Deus, quantum ad id, ad quod ſignificandum imponitur, niſi in alio, ſcilicet in conceptu creaturarum.

Alio modo hoc nomẽ *Qui eſt*, eſt magis propriũ Deo, quàm hoc nomen Deus, ſi ſumatur *Qui eſt*, vt appropriatum Deo, ſeu vt primum analogatum, inter ea, quibus conuenit *Qui eſt*. Ad cuius explicationem obſeruat Caietanus, quòd *Qui eſt*, vt appropriatum, ſeu vt primum analogatum, non componitur ex duobus cõceptibus, vt color albus, neque vt ens per ſe, neque vt ſummũ bonum, neq; vt ens infinitum: ſed vnicum, & ſimpliciſsimum conceptum formalem importat, & cum tanta ſimplicitate explicat pelagus infinitum ſubſtantiæ; immò (inquit) ſi rectè, ac perfectè concipitur, explicat quaſi cauſam, quare Deus ſit ens infinitum. Non enim, quia eſt ens infinitum, ideo eſt *Qui eſt*, ſed è contra, quia eſt *Qui eſt*, ideo eſſe infinitę perfectionis eſt.

Ex dictis patet primò defectus Scoti in primo ſentent. diſt. 3. q. 2. dicentis ſimpliciorem, & perfectiorem conceptum proprium Deo nobis poſsibilem, eſſe conceptum huius nominis ens infinitum. Apparet enim ex præmiſsis conceptum ſignificatum hoc nomine *Qui eſt*, eſſe ſimpliciorem, perfectioremque, ac priorem.

Caiet.

Defectus Scoti.

A

Vaſquezij argumenta ſoluuntur.

SEcũdò patet ſolutio argumentorũ Vaſquezij, contra illud dictum Sancti Doctoris videlicet. ***Hoc nomen Deus, quo ad id, ad quod ſignificandum impoſitum eſt, magis proprium eſt Deo, quàm nomen Qui eſt.*** Vis autem argumentorum eſt, quòd hoc nomen *Qui eſt*, ſignificat ſubſtãtiam Dei, ſicut hoc nomẽ Deus, & imponitur ab actu naturæ, ſcilicet ab eſſe; at hoc nomen Deus, imponitur ab actione. Præterea nomen *Qui eſt*, magis explicitè, & diſtinctè naturam Dei denotat; nomẽ autem Dei illam confusè ſignificat; ergo.

B

Et quoniam tota vis conſiſtit in hoc vltimo, qđ ſolùm videtur aliquid apparenter concludere; idcirco ad hoc ſolùm dicitur, falſum eſſe aſſumptũ, ſiue antecedens, quo ad vtramque partem: Nam nomen *Qui eſt*, ſumptum quo ad id, quod formaliter, & abſolutè ſignificat, communiſsimum eſt, & maximè indeterminatum, quidquid ſit de alijs duabus ſignificationibus, à Caietano ſcitè, & acutè conſideratis: Nam de prima ſola ſignificatione loquitur Sanct. Thom. & eam ſolam cęterorum nominum ſignificationibus confert. Et meritò; quoniam, quod formaliter, & abſolutè per nomen ſignificatur, illud præcipuè attendendum eſt, cum nominis ſignificatum diſcutitur, & cęteris comparatur: Nam ſecunda apud Caietanum dicti nominis acceptio, non propriè eſt ſignificatio, ſed per appropriationem inſinuatio. Tertia verò ſignificatio quidem eſt, ſed non adæquata, cum nomen *Qui eſt*, communitatem habeat analogiæ proportionalitatis; quamuis, vt analogum ſecundùm attributionem, vt ſic adæquet rem formaliter ſignificatam. Sed quia res omnes ad ordinem vniuerſi pertinentes ſunt illæ, quæ ſunt, atque ideò formaliter participant ſignificatum huius nominis *Qui eſt*, propterea abſolutè dicendum eſt hoc nomen *Qui eſt*, ſecundùm ſuum adæquatum ſignificatum eſſe communiſsimum, & maximè indeterminatũ, vt ait S. Tho. Hoc verò nomen Deus, naturam Dei quaſi ſpecificatam ſignificat; & ideo nõ confusè, ideſt, in vniuerſali: ſed diſtinctè, ideſt in particulari, vt à cęteris naturis diſtinguitur, illam ſignificat, quamuis obſcurè, & non vt in ſe eſt.

C

D

Caiet.

Secunda Controuerſia.

An differat nomen Qui eſt à nomine; Tetragramaton.

Sententiæ Doctorum.

E

ALterum, de quo eſt inter Doctores controuerſia, eſt dictum D. Thom. in poſtrema parte reſponſionis ad primum argumentum, videlicet; nomen Tetragramaton eſt magis proprium Dei, quàm hoc nomen *Qui eſt*; quo loquendi modo apertè ſignificat diuerſum eſſe nomen Tetragramaton, à nomine Qui eſt. Cuius oppoſitum ſentiunt multi illuſtres doctores, quos citat Vaſquez ſuper hoc articulo, & Suarez in ſuo ſecundo libro Vaſquez. Suarez.

Digitized by Google

Trigoſius. de attributis cap. 3 1. nume. 25. & Trigoſius in ſua prima parte, quæſtione octaua, articulo ſexto, dubio primo; Sed quoniam D. Hieronymus linguæ Hebraicę peritiſsimus, cuius recepit, & approbauit eccleſia interpretationem veteris teſtamenti ex Hebræo, diuerſa docet eſſe prædicta duo nomina in epiſtola ad Marcellam de decem nominibus Dei, quæ eſt in ordine. 138. Quam ſententiam ſequuntur Burgenſis, & Abulenſis, quam etiam moderni valdè probabilem exiſtimant, idcircò illam cum D. Thoma ſuſtinebimus.

D. Hieron.

Burgenſis Abulenſis

Reſolutio.

Explicatur quid nominis Tetragramaton, & examinantur ſententiæ.

DIco itaque primò, quòd nomen Tetragramaton Græcum eſt, & idem ſignificat, quod nomen quadrilitterum, ideſt quatuor litterarum; & ſignificat nomen Dei in actu ſignato tãtùm: Nam nomen Dei apud Hebræos, & vniuerſas alias nationes, quatuor ſolet deſcribi litteris; vt notauit Bannes ſupra quæſt. ſecunda, artic. 1. ex Platonicis. Illud verò diuinum nomen, quod apud Hebræos quatuor litteris ſcribitur, eſt nomen Hebræis ſacroſanctum, & ineffabile Ieoua; quod ſolus ſacerdos, cum populo benediceret, licitè pronunciabat; vt tradunt Hebræorum Rabini, & ſignificat Ioſeph Hebræus de bello Iudaico libro 4. cap. 12. De cuius nominis ſignificatione: Dico ſecundò tres eſſe precipuas ſententias. Prima eſt Hebræorum; quem plures ex Latinis ſcriptoribus ſecuti ſunt. Hi dicunt Deum, Exodi tertio, cum dixit. *Ego ſum, qui ſum, ſic dices filijs Iſrael. Qui eſt, miſit me ad vos*, non intendiſſe ſibi nomen imponere, quo ſuam eſſentiam ſignificaret; ſed indicare tantùm voluiſſe, ſe populo illi in itinerum, laborum, ac periculorum neceſsitatibus affuturum. Probãt ſuam hãc expoſitionem; quia phraſis Hebræa loco præſentis habet futurum, & ad verbum tranſlata ſignificat; ego ero, qui ero, ſic dices filijs Iſrael, qui ero miſit me ad vos. Quæ verba, vt exponit Burgenſis, hunc habent ſenſum; Ego ero, qui vobiſcum ſemper ero, hæc dices filijs Iſrael, ille, qui dicit, ero vobiſcum, miſit me ad vos.

Bannes.

Ioſeph.

Exod. 3.

Burgenſis

Secunda ſententia eſt Hilarij in primo de Trinitate in principio, Auguſtini lib. 83. quæſtione 10. & aliorum, qui dicunt ſignificari hoc nomine *Qui eſt*, Dei immutabilitatem, permanentiam, & æternitatem Poſtrema ſententia eſt communis omniũ ferè ſanctorum patrum, quorum plures hic commemorat Vaſquez, qui docent hoc nomine Qui eſt, ſignificari diuinæ ſubſtantiæ pelagus infinitum.

S. Hilari°. S. Auguſt.

Vaſquez.

D. Tho.

Hanc ſententiam ſequitur D. Thom. in hoc articulo. Verùm comparando nomen Qui eſt, ad nomen Tetragramaton, cum D. Tho. vltimæ ſententiæ ſectatores in duas diuiduntur partes, vt ſuperius indicauimus.

Quidam enim exiſtimant duo prædicta nomina vnum, & idem eſſe, quos ſequuntur Molina, &

Molina.

A Vaſquez; alij verò, cum quibus ſentit D. Tho. exiſtimant eſſe diuerſa. Vaſq.

Dico itaque tertiò probabilem eſſe vtramque ſententiam, ſed ſecundam longe eſſe probabiliorem: Nam, vt etiam obſeruat Suarez, poſtquã reſpondit Deus Moyſi quærenti nomen eius, dicens; *Ego ſum, qui ſum, ſic dices filijs Iſrael; Qui eſt, miſit me ad vos*, ſtatim ſubdit. *Hæc dices filijs Iſrael Dominus Deus patrum veſtrorum Deus Abraam, Deus Iſaac, & Deus Iacob miſit me ad vos; hoc nomen mihi eſt in æternum*. In quibus verbis textus Hebræus habet nomen Ieoua; itaque Deus, Moyſi duo nomina reuelauit; alioquin ſuperflua videretur vnius mandati, & nominis repetitio. Suar.

B

Argumenta, & ſolutiones.

EX dictis oppoſita Molinæ, & Vaſquez argumenta facilè diluuntur. Primum argumẽtum eſt ex auctoritate ſanctorum patrum, & eorum doctorum, qui noſtræ oppoſitam tuentur ſententiam. Molin. Vaſquez.

Reſpondetur auctoritates illas reddere eam ſẽtentiam probabilem; ſed vnius ſancti Hieronymi auctoritas in Hebraicæ linguæ peritia maximum habens eccleſię teſtimonium, ſentẽtiam noſtram C multò probabiliorem efficit, cum præſertim Burgenſis illius linguæ peritiſsimus illam approbauerit, & S. Thom. amplexus fuerit, & ſit valdè ſacræ ſcripturæ textui conſona. S. Hiero. Burgenſis S. Thom.

Secundò argumẽtatur Vaſquez. Verbum, quod in Hebręo ſignificat erit, idem ſonat, quod Ieoua, vna ſola mutata littera, videlicet Iod, in Vau, q̃d frequens eſt Hebræis. Vaſquez.

Reſpondetur argumentum eſſe gladium Golię, & poſſe facilè in auctorem conuerti: Nam, ſi vnã habet conſonantem mutatam, ex qua poteſt reſultare alia ſignificatio, ſignum eſt non eſſe idem nomen; & licèt quandoque accipiatur Vau, pro Iod, D frequentius tamen accipitur pro Vau, quàm pro Iod.

Tertiò, Tetragramaton non alia ratione poterat ineffabile eſſe, niſi; quia naturam, & eſſentiam Dei multò perfectius ſignificat, quàm alia nomina; at nomen *Qui eſt*, eam perfectiſsimè ſignificat; ergo idem eſt. Probatur minor; quia ſignificat eũ peculiarem modum eſſentię, aut quæ per ſe eſt, aut quæ ſemper eſt eodem modo; ergo.

Reſpondetur cum S. Thom. differentiam eſſe inter nomen Tetragramaton, quod eſt Ieoua, & nomen *Qui eſt*, quod nomen Tetragramaton formaliter ſignificat Deum ex parte ſuppoſiti: hoc E autem nomen *Qui eſt*, ex formali ſua ſignificatione non habet, quòd ſignificet Deum ex parte ſuppoſiti; ſed modo ſuperius expoſito; licèt ſumendo hoc nomen *Qui eſt*, vt appropriatum Deo, vel vt primum analogatum, videatur idem ſignificare, quod Ieoua. Et hoc modo facilè poſſent conciliari prædictæ duæ ſententiæ: Nam Sanct. Thom. loquitur de vtroque nomine, quo ad formale ſignificatum, & ſecundùm propriam, & adæquatam eius rationem. Alij verò loquuntur de hoc Conciliantur ſententiæ.

Digitized by Google

hoc nomine *Qui eſt*, prout eſt Deo appropriatum, vel vt ſignificat primum analogatum.

Ad argumẽtum autem pro prima ſententia de ſignificatione illorũ verborum; *Ego ſum, qui ſum, &c.*
Lipoman: Reſpondetur ex Lipomano in catena ſuper Geneſim, Hebræos carere præſenti, & vti futuro pro præſenti.

ARTICVLVS XII.

Vtrum propoſitiones affirmatiuæ poſsint formari de Deo.

79 1.d.4.q.2. art.1 & 1. cont.c 36.

AD duodecimum ſic proceditur. Videtur, quòd propoſitiones affirmatiuæ, non poſsint formari de Deo. Dicit enim Dionyſ. 2. c. cœleſtis Hierarch.* quòd negationes de Deo ſunt veræ; affirmationes autẽ incompactæ.
c.2. parſi ante med.

2 Præterea: Boëtius dicit in lib. de Trinit. * quòd forma ſimplex ſubiectum eſſe non poteſt.
Lib de Trin ante med.

Sed Deus maximè eſt forma ſimplex, vt ſupra * oſtenſum eſt; Ergo non poteſt eſſe ſubiectum; ſed omne illud, de quo propoſitio affirmatiua formatur, accipitur, vt ſubiectum; ergo de Deo propoſitio affirmatiua formari nõ poteſt.
q.3.ar.7 & 8.

3 Præterea: Omnis intellectus intelligens rem aliter, quàm ſit, eſt falſus; ſed Deus habet eſſe abſque omni compoſitione, *vt ſupra probatum eſt; Cùm igitur omnis intellectus affirmatiuus intelligat aliquid cum compoſitione, videtur, quòd propoſitio affirmatiua verè de Deo formari non poſsit.
q.3. art.7. præcipuè.

Sed contra eſt, quòd fidei non ſubeſt falsũ; ſed propoſitiones quædam affirmatiuæ ſubdũtur fidei, vtpote, quòd Deus eſt trinus, & vnus, & quòd eſt omnipotens; ergo propoſitiones affirmatiuæ poſſunt verè formari de Deo.

Reſpõdeo. Dicendum, quòd propoſitiones affirmatiuæ poſſunt verè formari de Deo.

Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quòd in qualibet propoſitione affirmatiua vera oportet, quòd prædicatum, & ſubiectum ſignificẽt idem ſecundùm rem aliquo modo, & diuersũ ſecundùm rationem. Et hoc patet, tam in propoſitionibus, quæ ſunt de prædicato accidentali, quàm in illis, quæ ſunt de prædicato ſubſtantiali. Manifeſtum eſt enim, quòd homo, & albus ſunt idem ſubiecto, & differunt ratione: alia enim eſt ratio hominis, & alia ratio albi. Et ſimiliter cùm dico: homo eſt animal; illud enim ipſum, quod eſt homo, verè animal eſt. In eodem enim ſuppoſito eſt, & natura ſenſibilis, à qua dicitur animal; & rationalis, à qua

A dicitur homo.* Vnde, & hic etiam prædicatũ, & ſubiectum ſunt idem ſuppoſito, ſed diuerſa ratione. Sed in propoſitionibus, in quibus idem prædicatur de ſeipſo, hoc aliquo modo inuenitur, inquantùm intellectus id, quod ponit ex parte ſubiecti, trahit ad partem * ſuppoſiti: quòd verò ponit ex parte prædicati, trahit ad naturam formæ in ſuppoſito exiſtentis; ſecundùm quòd dicitur, quòd prædicata tenẽtur formaliter, & ſubiecta materialiter. Huic verò diuerſitati, quæ eſt ſecundùm rationem, reſpõdet pluralitas prædicati, & ſubiecti, identitatem verò rei ſignificat intellectus per ipsã compoſitionem. Deus autem in ſe conſideratus eſt omnino vnus, & ſimplex; ſed tamen intellectus noſter ſecundùm diuerſas *cõceptiones ipſum cognoſcit, eo, quòd non poteſt ipſum, vt in ſeipſo eſt, videre. Sed tamen, quamuis intelligat ipſum ſub diuerſis conceptionibus: cognoſcit tamen, quòd omnibus ſuis cõceptionibus reſpondet vna, & eadem res ſimpliciter. Hanc ergo pluralitatem, quæ eſt ſecũdùm rationem, repræſentat per pluralitatem prædicati, & ſubiecti; vnitatem verò repræſentat intellectus per compoſitionem.
271 c 428
D.1052.
B
D.186.
C

Ad primum ergo dicendum, quòd Diony. dicit affirmationes de Deo eſſe incompactas, * vel inconuenientes ſecundùm aliam tranſlationem, inquantùm nullum nomen Deo competit ſecundùm modum ſignificandi, vt ſupra * dictum eſt.
D. 369.

Ad ſecundum dicendum, quòd intellectus noſter non poteſt formas ſimplices ſubſiſtentes, ſecundùm quòd in ſeipſis ſunt, cõprehendere; ſed apprehendit eas ſecundùm modum cõpoſitorum, in quibus eſt aliquid, quod ſubijcitur, & eſt aliquid, quod ineſt. Et ideo apprehendit formam ſimplicem in ratione ſubiecti, & attribuit ei aliquid.
Art.3. huius q & 1. d.22.ar.2. 1. & d.34. q.3. ar.1.c. & pot.q.7. art.5.2.
D

Ad tertium dicendum, quòd hæc propoſitio; intellectus intelligens rem aliter,* quàm ſit, eſt duplex, ex eo, quòd hoc aduerbium, aliter, poteſt determinare hoc verbũ, intelligit, ex parte intellecti, vel ex parte intelligentis.* Si ex parte intellecti, ſic propoſitio vera eſt, & eſt ſenſus. Quicunque intellectus intelligit rem eſſe aliter, quàm ſit, falſus eſt. Sed hoc nõ habet locum in propoſito: quia intellectus noſter formans propoſitionem de Deo, non dicit eum eſſe compoſitum, ſed ſimplicem. Si verò ex parte intelligentis, ſic propoſitio falſa eſt. Alius eſt enim modus intellectus in intelligendo, quàm rei in eſſendo. Manifeſtum eſt enim, quòd intellectus noſter res materiales infra ſe exiſtentes intelligit immaterialiter, non quòd intelligat eas eſſe immateriales, ſed habet
60 a b
414 430
E

habet modum immaterialem in intelligendo. Et ſimiliter cum intelligit ſimplicia, quæ ſunt ſupra ſe, intelligit ea ſecũdùm modum ſuum, ſcilicet compoſitè; non tamen ita, quòd intelligat ea eſſe compoſita. Et ſic intellectus noſter non eſt falſus, formans cõpoſitionem de Deo.

Senſus quæſiti.

DE ſolis propoſitionibus affirmatiuis eſt quæſtio, cũ tamen in primo con. gen. cap. 36. & alibi tractetur etiam de negatiuis. Cuius triplex poteſt eſſe cauſa. Prima eſt; quia eadem; immò longè minor eſt difficultas de negatiuis, cum in rerum natura nullo etiam intellectu conſiderãte ſit, non ſolũ diſtinctio, ſed negatio in actu exercito cuiuslibet creatæ, & creabilis naturæ, ab ipſo Deo; vt ſuperius quæſt. vndecima, art. 2. diximus, cum Caietano. Nullo enim intellectu conſiderante Deus non eſt lapis. Secunda cauſa eſt; quia ex cognita affirmatione naturali ordine ſequitur cognitio negationis. Tertia demum cauſa eſt preſẽtis operis intenta breuitas; quæ minus neceſſaria, quamuis fortaſsis vtilia, reſecat.

Forma Textus.

Concluſio eſt. Propoſitiones affirmatiuæ poſſunt verè formari de Deo. Probatur: in qualibet propoſitione affirmatiua oportet, quòd prædicatum, & ſubiectum ſignificent idem ſecundùm rem aliquo modo, & diuerſum ſecundùm rationem; ſed vtrumque, ſcilicet identitas ſecundùm rem, & diuerſitas ſecundùm rationem eſt in Deo; ergo de eo formari poſſunt propoſitiones affirmatiuæ. Maior probatur primò inductiuè: in omni genere propoſitionis affirmatiuæ veræ. Hæc enim vel eſt de prædicato accidentali, vel eſt de prædicato ſubſtantiali; & hæc eſt duplex: vna, in qua ſubiectum, et prædicatum habent rationes ſecundùm ſe diuerſas; quales ſunt omnes propoſitiones primi modi, altera eſt in qua nulla eſt ſecundùm ſe diuerſitas inter ſubiectum, & prædicatum; qualis eſt omnis propoſitio, in qua idẽ prædicatur de ſeipſo, & in qualibet ex dictis propoſitionibus prædicatum, & ſubiectum ſignificant idem ſecundùm rem aliquo modo, & diuerſum ſecundùm rationẽ; vt clare probatur in textu. Secundò probatur ratione à poſteriori: Propoſitio affirmatiua habet prædicatum, et ſubiectum, & copulam; ergo importat diſtinctionem ratione pluralitatis extremorum, ſcilicet ſubiecti, & prædicati, & identitatem ratione copulæ. Minor verò probatur: Deus in ſe conſideratus eſt omnino vnus, & ſimplex, ſed tamen intellectus noſter illum intelligit ſub diuerſis conceptionibus, cognoſcens tamen, quòd diuerſis ſuis conceptionibus correſpondet vna, & eadem res ſimpliciter; ergo Deo conuenit vtrumque prædictorum, nimirum identitas ſecundùm rem, & diuerſitas ſecundũ rationem.

Expoſitio Textus.

TRia hic annotanda ſunt. Vnum eſt deductio Caietani nimirum ex probatione minoris hã-

A beri ſecundùm mentem D. Thomæ Deum eſſe ſecundùm ſe vnius tantùm rationis formalis eleuatæ comprehendentis omnia, tam abſoluta, quàm relatiua realiter in Deo exiſtentia, vt benè probat hic Caietanus, & nos pluries ſupra repetiuimus.

Aliud eſt ex Ferrarieñ in dicto cap. 36. ſcilicet, duplicem de Deo formari propoſitionem. Vnam dicendo hoc eſt hoc, puta Deus eſt bonus, aliam dicendo hoc eſt in hoc, puta bonitas eſt in Deo, & in vtraque importatur vnitas, & diuerſitas, ſed diuerſo modo: nam in prima vnitas importatur explicitè, diuerſitas autem importatur tantùm implicitè; in ſecunda verò tam vnitas, quàm plurali-
B tas importantur explicitè, vt ibidem explicat Ferrarienſis.

Tertiò notanda eſt reſponſio D. Thom. ad tertium argumentum; communis enim quædã quaſi clauis eſt multis deſeruiens aperiendis, ac diſſoluendis difficultatibus in materia intellectus, intellectionis, & intelligibilis.

QVAESTIO XIIII.

De ſcientia Dei, in ſexdecim articulos diuiſa.

POſt conſiderationem eorum, quæ
C ad diuinã ſubſtantiam pertinent, reſtat conſiderandum de his, quę pertinẽt ad operationem ipſius. Et quia operatio quædã eſt, quæ manet in operante; quædam verò, quæ procedit in exteriorem effectum: Primò agemus de ſcientia, & voluntate: (nam intelligere in intelligente eſt, & velle in volente,) & poſtmodũ de potentia Dei, quæ conſideratur, vt principium operationis diuinæ in effectum exteriorem procedentis; Quia verò intelligere, quoddam viuere eſt; poſt conſiderationem diuinæ
D ſcientiæ, conſiderandum eſt de vita diuina: Et quia ſcientia verorum eſt, erit etiam conſiderandum de veritate, & falſitate. Rurſum; quia omne cognitum in cognoſcente eſt: rationes autem rerum ſecundùm, quòd ſunt in Deo cognoſcente, ideæ vocantur, cum conſideratione ſcientiæ, erit etiam adiungenda conſideratio de idæis.

Circa ſcientiam verò, quæruntur ſexdecim.

E Primò. Vtrum in Deo ſit ſcientia.
Secundò. Vtrum Deus intelligat ſeipſum.
Tertiò. Vtrum comprehendat ſe.
Quartò. Vtrum ſuum intelligere ſit ſua ſubſtantia.
Quintò. Vtrum intelligat alia à ſe.
Sextò. Vtrum habeat de eis propriam cognitionem.
Septimò. Vtrũ ſcientia Dei ſit diſcurſiua.

Octauò.

Octauò. Vtrū ſcientia Dei ſit cauſa rerum.
Nonò. Vtrum ſcientiā Dei ſit eorum, quæ non ſunt.
Decimò. Vtrum ſit malorum.
Vndecimò. Vtrum ſit ſingularium.
Duodecimò. Vtrum ſit infinitorum.
Tertiodecimò. Vtrum ſit contingentium futurorum.
Quartodecimò. Vtrum ſit enuntiabilium.
Quintodecimò. Vtrum ſcientia Dei ſit variabilis.
Sextodecimò. Vtrum Deus de rebus habeat ſpeculatiuam ſcientiam, vel practicam.

Ratio ordinis huius quæſtionis ad præcedentes, & articulorum eius inter ſe.

PRæſentis quæſtionis ordinem ad præcedētes, & ſubſequentes tradit de more Sanctus Doctor: Quis autem ſit articulorum eiuſdem queſtionis ordo, breuiter ſic oſtenditur: Nam primò tractatur quæſtio an eſt, in primo artic. Secundò quæſtio quid eſt, in ſecundo articulo, vſque ad quartumdecimum incluſiuè. Tertiò quæſtio qualis eſt, vel quomodo eſt diuina ſcientia, in duobus poſtremis articulis. Circa primum tractatur principaliter an eſt, ſed conſequēter aperitur quid eſt, ſaltem in communi; vt patet ex reſponſionibus argumentorum. Secundum diuiditur in duas partes: in prima agitur de rebus à Deo cognitis, à ſecundo artic. vſque ad tertiumdecimum incluſiuè: in ſecunda de enunciabilibus in artic. 14. Rurſus hæc prima diuiditur in duas: in prima agit de ſcientia in ordine ad obiectum primarium diuini intellectus in 2. 3. & 4. artic. in ſecunda de eadem agit ſcientia in ordine ad obiectum ſecundarium, & hoc dupliciter; primò in cōmuni in 5. 6. 7. & 8. articulis, deinde in particulari à nono vſque ad tertiumdecimum incluſiuè: reliqua magis ſpecialia circa ordinem, ſuis locis cōmodius explicabuntur.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum in Deo ſit ſcientia.

80 3. d. 15. ar. 2. Et 1. cōt. cap. 44 & poc. qu. 8. a. 1. ca. 2. & q. 9. art. 5. cor. Et veri. q. 2. ar. 1 Et opuſ. 3. c. 28. & 35 Et 12. met.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd in Deo non ſcientia. Scientia enim habitus eſt, qui Deo non competit, cùm ſit medius inter potentiā, & actum; Ergo ſcientia non eſt in Deo.

2 Præterea: Scientia (cùm ſit concluſionū) eſt quædam cognitio ab alio cauſata, ſcilicet ex cognitione principiorum; Sed nihil cauſatum eſt in Deo; Ergo ſcientia non eſt in Deo.

3 Præterea: Omnis ſcientia, vel vniuerſalis, vel particularis eſt; Sed in Deo non eſt vniuerſale, * & particulare, vt ex ſuperioribus patet; Ergo in Deo non eſt ſcientia. Q. 3. art. 5.

Sed contra eſt, quod Apoſt. dicit Roman. A 11. O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei.

Reſpondeo. Dicendum, quòd in Deo perfectiſsimè eſt ſcientia. Ad cuius euidentiam cōſiderandum eſt, quòd cognoſcentia à non cognoſcentibus in hoc diſtinguuntur; quia non cognoſcentia nihil habent, niſi formam ſuam tantùm: ſed cognoſcens natum eſt habere formam etiam rei alterius; nam ſpecies cogniti eſt in cognoſcēte. Vnde manifeſtum eſt, quòd natura rei non cognoſcentis, eſt magis coarctata, & limitata. Natura autem rerum cognoſcentiū, habet maiorem amplitudinem, & extenſionem. B Propter quod * dicit philoſophus tertio de anima, quòd anima eſt quodammodo omnia. Lib. 3. de anima, textu 37. to. 2 Coarctatio autem formæ, eſt per materiam. Vnde, & ſupra diximus, quòd formæ, ſecūdùm quòd ſunt magis immateriales; ſecundùm hoc magis accedunt ad quandam infinitatem; * Patet igitur, quòd immaterialitas alicuius rei eſt ratio, quòd ſit cognoſcitiua, & ſecundùm modum immaterialitatis eſt modus cognitionis. 35 36 Vnde * in ſecundo de anima dicitur, quòd plantæ non cognoſcunt propter ſuam materialitatem. 2. de anima tex. 124 to. no 2. C * Senſus autem cognoſcitiuus eſt, quia receptiuus eſt ſpecierum ſine materia; 417 & intellectus adhuc magis cognoſcitiuus; quia magis ſeparatus eſt a materia, & immiſtus, vt dicitur in tertio de anima. Vnde, cum Deus ſit in ſummo immaterialitatis, (vt ex * ſuperioribus patet) ſequitur, quòd ipſe ſit in ſummo cognitionis. 3. de anima tex. 4. vſq; ad 7. tomo 2. Q. 7 art. 1.

Ad primum ergo dicendum, quòd, quia perfectiones procedentes à Deo in creaturas, altiori modo ſunt in Deo, (vt ſupra dictū eſt) * oportet, quòd quandocunque nomen ſumptum à quacunque perfectione creaturæ Deo attribuitur, ſecludatur ab eius ſignificatione omne illud, quod pertinet ad imperfectū modum, qui competit creaturæ. q. 4. art 4. & q. 13. ar. 5. D Vnde ſcientia nō * eſt qualitas in Deo, vel habitus; ſed ſubſtantia, & actus purus. D 475.

Ad ſecundum. Dicendum, quòd ea, quæ ſūt diuiſim, & multipliciter in creaturis, in Deo ſunt ſimpliciter, & vnitè, vt ſupra dictum eſt. * Q. 3. art. 4. Homo autem ſecundùm diuerſa cognita, habet diuerſas cognitiones: Nam, ſecundū quòd cognoſcit principia, dicitur habere intelligentiam: E ſcientiam verò, ſecundùm quòd cognoſcit concluſiones; ſapientiam, ſecundùm quòd cognoſcit cauſam altiſsimam; conſilium, vel prudentiam, ſecundùm quòd cognoſcit agibilia; Sed hæc omnia Deus vna, & ſimplici cognitione cognoſcit, * vt infra patebit. Art. 7. huius quæſt. Vnde ſimplex Dei cognitio, omnibus iſtis nominibus nominari poteſt; ita tamen, quòd ab vnoquoque

Digitized by Google

que eorum, ſecundùm quòd in diuinam prædicationem venit, ſecludatur, quicquid imperfectionis eſt, & retineatur, quicquid perfectionis eſt. Et ſecundùm hoc dicitur Iob. 12. Apud ipſum eſt ſapientia, & fortitudo, & ipſe habet conſilium, & intelligentiam.

Ad tertium. Dicendum, quòd ſcientia eſt ſecundũ modum cognoſcentis; Scitum enim eſt in ſciente ſecundùm modum ſcientis. * Et
66 ideo, cùm modus diuinę eſſentię ſit altior, quã modus, quo creaturæ ſunt, ſcientia diuina non habet modum createę ſcientiæ, vt ſcilicet ſit vniuerſalis, * vel particularis, vel in habitu, vel
D. 632. D. [illegible] in potentia, vel ſecundùm aliquem talem modum diſpoſita.

Senſus quæſiti.

VT præſentis articuli, pateſcat inſcriptio, ſciendum eſt aliquid cõuenire ſcientiæ per ſe, & formaliter; aliquid autem per accidẽs, & materialiter. Nam per ſe, & formaliter conuenit ſcientiæ, ꝙ ſit certa, & euidens veritatis cognitio; hoc enim illi intrinſecum eſt, adeò, vt ab ea, in quocunq; fuerit ſubiecto, nulla ratione valeat ſeparari; vt patet inductiuè in ſciẽtia humana, Angelica, & diuina. Per accidens autem, & materialiter, vt talis ſcientia eſt, & in tali ſubiecto, puta creato, angelico, ſcilicet, vel humano, habet, quòd ſit accidens, qualitas, & habitus, quòd ſit cauſata, aut etiam diſcurſiua, & per diſcurſum acquiſita; vt humana ſcientia. Rurſus ſcientia dupliciter ſumitur: Vno modo ſtrictè, prout diſtinguitur contra notitiam, ſiue habitum principiorum, & contra habitum ſapientiæ, & alios habitus intellectuales: Alio modo latè, prout eſt certa, & euidens cognitio, quęcunque illa ſit. In hoc quæſito ſumitur ſcientia abſolutiſſimè, pro certa, & euidenti cognitione, ſiue illa ſit accidens, ſiue ſubſtantia, ſiuè ſit cauſata, aut independens, ſiue ſit diſcurſiua, ſiue ſimpliciter apprehenſiua, & iudicatiua, ſiue diſtincta ſit ab habitu principiorum, & alijs intellectus habitibus, ſiuè minimè: illa enim prima duo, ſcilicet certitudo, & euidentia per ſe, & formaliter ſcientiæ conueniunt, & eam in quocunque fuerit ſubiecto comitantur; hæc verò per accidens, & materialiter, eidem inſunt, vt talis eſt.

Forma Textus.

COnclusio eſt. In Deo perfectiſsimè eſt ſcientia. Probatur: Immaterialitas eſt ratio, quòd aliqua res ſit cognoſcitiua, & ſecundùm modum immaterialitatis eſt modus cognitionis; ſed Deus eſt in ſummo immaterialitatis; ergo eſt in ſummo cognitionis. Minor patet ex dictis in quæſt. 3. Maior habet duas partes: Probatur primò quoad primam partem ex differentia inter naturam rei non cognoſcentis, & rei cognoſcentis, ſic. Natura rei non cognoſcentis eſt magis coarctata, &
A *limitata; natura autem rei cognoſcentis habet mediam amplitudinem, & extenſionem; ſed coarctatio formæ eſt per materiam; ergo immaterialitas eſt ratio, quòd aliqua res ſit cognoſcitiua. Maior huius argumenti probatur dupliciter: Primò ex differentia inter cognoſcentia, & non cognoſcentia; quia non cognoſcentia non habent, niſi formam ſuam tantùm; ſed cognoſcentia nata ſunt habere etiam formam alterius rei; nam ſpecies cogniti eſt in cognoſcente.*

Secundò auctoritate Ariſt. tertio de anima, dicentis, quòd anima eſt quodammodo omnia. Minor probatur ex ſupradictis quæſt. 7. quia formæ, ſecundùm quòd ſunt magis immateriales, ſecundùm hoc accedunt ad
B *quandam infinitatem; ergo ſunt magis amplæ. Deinde probatur ſecunda pars maioris principalis argumenti, ſic: Plantæ non cognoſcunt propter ſuam materialitatem, ſenſus cognoſcitiuus eſt ea ratione, qua ſuſceptiuus eſt ſpecierum ſine materia, & intellectus adhuc eſt magis cognoſcitiuus; quia magis ſeparatus eſt à materia, & immixtus; ergo ſecundùm modum immaterialitatis eſt modus cognitionis. Antecedens quo ad ſingulas partes eſt Ariſtot. nam; quo ad duas primas partes habetur in ſecundo de Anima textu 124. quo ad tertiam in tertio de Anima à tex. 4. vſque ad ſeptimum.*

Expoſitio Textus.

C *Immaterialitatem eſſe radicem naturæ cognoſcentis, & cognitæ, ſed diuerſo modo.*

CIrca maiorem propoſitionem ſcias ex vna, & eadem radice procedere, quòd aliqua res ſit cognoſcens, & quòd ſit actu cognita, & præſertim loquendo de intellectiua cognitione. Hæc verò radix eſt immaterialitas: nam, quemadmodum vt ait S. Tho. cum Ariſt. plantæ non cognoſcunt propter ſuam materialitatẽ, ita res materiales vt ſic, actuali paſſiuæ cognitioni repugnãt ob ſuam materialitatem; quo fit, vt nunquam actu cognoſcan-
D tur, niſi cum actu aliquo modo immateriales fiunt; nam res ſenſibiles nunquam ſenſu percipi poſſunt, niſi poſtquam intentionales eorum ſpecies, vel potius ipſæ res ſenſibiles, ſecundùm eſſe intentionale in ſenſitiuis potentijs recipiuntur. Et ſicut intellectiuum immaterialitate conſtat, ita, & intelligibile.

Aduerte tamẽ non eadem, ſed diſpari valdè ratione immaterialitatem eſſe radicem naturæ cognoſcentis vt ſic, & naturæ cognitæ, vt ſic: Nã immaterialitas abſolutè radix eſt naturæ cognitę, vt cognita eſt, & ſecundùm gradum immaterialitatis, eſt gradus paſſiuæ cognitionis: nam, quæ ſecũ
E dùm eſſe intentionale tantùm minimè abſtractũ à conditionibus materialibus in vi cognoſcitiua recipiuntur, ſicut infimum habent immaterialitatis gradum, ita cognoſcuntur imperfectiſſima cognitione, videlicet ſenſitiua, quæ verò ſecundùm perfectam, in cognoſcente recipiuntur, aut præexiſtunt immaterialitatem; illa non communi tantũ nomine cognoſci; ſed ad notitię perfectionem deſignandam, dicuntur intelligi. Nomine autẽ conditionum materialium in propoſito intelligimus

non ſolam repræſentationem conditionum materialium: (nam illas etiam repræſentāt ſpecies angelicæ,& diuina eſſentia,quæ ſummè immaterialis eſt,) ſed etiam ordinem ipſius ſpeciei repræſētatiuæ ad ſubiectum materiale; quale eſt organū potentiæ ſenſitiuæ,ad quod ſpecies ſenſibiles ordinem habent eſſentialem; At radix naturæ cognoſcitiuæ vt ſic,non eſt immaterialitas abſolutè,ſed immaterialitas talis,nimirum rei ſubſiſtentis: nā cognoſcere,cum ſit operatio quædam, nō niſi rei ſubſiſtenti poteſt conuenire; & iuxta gradum immaterialitatis gradus eſt etiam naturę,& virtutis cognoſcitiuæ. Videndus eſt S.Thom. in ſecundo cont.gent.cap.68.vbi egregiè diſponit gradus formarum,vſque ad ſupremum,qui eſt animæ intellectiuæ,cuius eſſe non pendet à materia, & latius, vſque ad gradum diuinæ immaterialitatis,de verit.quæſt.2.art.2. Et ex his patet ſolutio argumentorum Aureoli apud Capreolum in primo ſenten. diſt.5.quæſt.1.& Gabrielis Bielli, quæ recenſent Zumel,& Bannes ſuper hoc articulo: nam anima noſtra,licèt ſit forma corporis,non tamen dependet à corpore. Et quamuis multa ſint accidentia immaterialia,quæ hoc ipſo, quòd ſunt immaterialia,ſunt etiam intelligibilia,nō tamen ſunt intellectiua,quia non ſubſiſtunt.

Prima Controuerſia.

In quo conſiſtat differentia inter cognoſcentia, & non cognoſcitiua.

Ratio dubitandi, & ſententiæ expoſitorum.

Statuit S.Thom. differentiam inter cognoſcentia,& non cognoſcentia, quòd cognoſcentia nata ſunt habere formam etiam alterius rei; cum ſpecies cogniti ſit in cognoſcēte,& anima ſit quodammodo omnia; quæ autem cognoſcitiua non ſunt,proprias tantùm habent formas, & alia eſſe minimè poſſunt. Qua loquendi forma videtur trita illa apud nos ſignificari differētia,quòd cognoſcens natum eſt eſſe alia; non autem, quod cognitionis eſt expers. Sicque Caietanus, & Thomiſtæ communiter locum hunc interpretantur;qua ſuppoſita expoſitione ſic dubitat Caietanus. Aut cognoſcens natum eſt eſſe alia per identitatem; aut per informationem;ſed neutrum dici poteſt;ergo. Probatur minor quo ad primam partem, videlicet identitatem: Nam anima intellectiua non eſt nata eſſe idem,quod lapis,bos,&c. quo ad ſecundam autem partem, videlicet per informationē; quia,aut nata eſt eſſe alia per informationem intentionalem,aut realem; at neutrùm dici poteſt. Probatur,quod non per informationem intentionalem; quoniam aer non eſt cognoſcens, & tamē recipit colores intentionaliter; ergo nulla eſſet differentia. Quòd autem non per informationem naturalem. Probatur primò;quia lapis non eſt in anima; ſecundò; quia non cognoſcentia hoc modo ſunt alia. Secundò principaliter ſic arguitur:nam, cum dicitur,quòd cognoſcens natum eſt eſſe alia,

A dictio alia,aut ſtat pro omnibus alijs,aut pro aliquibus alijs;at neutrum dici poteſt; ergo. Quòd autem primum dici non poſſit. Probatur;quia ſenſus cognoſcitiuus eſt, & tamen non eſt natus eſſe omnia. Neque etiam ſecundùm admitti poteſt; quoniam commune eſt rebus omnibus, quæ apud nos ſunt,eſſe non ſolùm ipſa,ſed etiam quædā alia aliquo modo,ſcilicet per informationem: nā ſubſtantiæ non ſolùm ſunt ſubſtantiæ; ſed habent ad minus ſua accidentia proprijs naturis conſona: nam ignis,non ſolùm eſt ignis, ſed etiam eſt quid leue,rarum,lucidum,& calidum. Similiter cognoſcentia habent ſua propria accidentia, vt potentias,habitus, & actus.

B Quatuor ſunt expoſitorū interpretationes circa prædicta verba D.Thomę,& conſequenter etiā totidem modi ſoluēdi propoſitam dubitationem.

Prima interpretatio eſt Syluestri ſuper hoc articulo;qui tria dicit. Primum.Differentia inter cognoſcens,& cognitione carens, non eſt, quòd cognoſcens ſit alia; quod autem non cognoſcit, non ſit alia; cum nullum cognoſcens ſit alia;nec S.Th. hic dixit cognoſcens eſſe alia; ſed tātùm,quòd natum eſt habere formam alterius rei; quoniam ſpecies cogniti eſt in cognoſcente:nec dixit animam eſſe omnia,ſed eſſe quodammodo omnia. Secundum eſt. Cognoſcens, & cognitum vniuntur, non ita, vt vnum fiat aliud; ſed quia ex eis integratur vnum agens in intelligendo, quod non eſt aliud præter ipſas partes,quæ non ſunt vnum, niſi in agendo;non autem reſultat vnum tertium, ſicut ex materia,& forma. Tertium eſt. Cognoſcēs in hoc diſtat à non cognoſcente, quòd cognoſcens habet formam alterius rei ſubſiſtentis: non autem non cognoſcens. Syluestr.

C

Secunda expoſitio eſt Valentiæ, qui duo dicit. Primum cognoſcens eſt alia,non ſimpliciter, ſed repreſentatiuè, ita ſcilicet, vt ſit in cognoſcente perfectio aliqua habēs ordinem talem ad alia, vt poſſit propter huiuſmodi ordinem cognoſcens cōcurrere ad illorum cognitionem, atq; adeò,vt poſſint cognoſcibiliter repræſentari, & ſit proindè quodammodo illa repræſentatiuè.Secundum eſt, hic modus eſſendi alia abſtrahit à ſuperius enumeratis omnibus modis eſſendi alia, prout antè dixerat Caietanus. Valentia.

D

Tertia interpretatio,& dicendi modus eſt Ferrarienſis in primo cont.gen.cap.44.vbi tria dicit. Primum eſt differentiam ſuperius aſsignatam inter cognoſcentia,& non cognoſcentia in hoc poſitam eſſe,quòd hæc non recipiunt eſſentias ſubſtātiales aliarum rerum;ſed tantùm accidentia; quæ etiam recipiunt ſecundùm eſſe eorum naturale. Ferrarien.

E Addit Ferrarienſis. Alterius rei perfectio non eſt in ipſis; vt exiſtens perfectio alterius rei: ſed tantùm,vt propria perfectio:illa verò,ſcilicet cognoſcentia præſertim intellectiua,nata ſunt recipere, non tantùm accidentium eſſentias,ſed etiam ſubſtantiarum; quæ in illis recipiuntur, non ſecundū eſſe naturale,ſed ſecundùm eſſe intentionale, nec vt perfectiones tantùm intellectus exiſtentes, ſed vt exiſtentes perfectiones rerum extrinſecarum,

ſicut

ſicut natura, & perfectio lapidis, vt exiſtens lapidis perfectio in intellectu recipitur; eſt enim ſimilitudo lapidis in anima, ipſa lapidis natura, quæ eſt extra animam, ſed in eſſe intelligibili. Hęc Ferrarienſis. Tertium eſt, quòd intellectus fit ipſũ intelligibile; quod quomodo fiat, ibidem latè, & eruditè declarat. Hanc interpretationem approbat, & ſequitur Zumellus, & Bãnes; qui tamen omittit primum illius dictum.

Zumell. Bannes. Caietan.

Poſtrema interpretatio eſt Caietani ſuper hoc articulo; quam Thomiſtæ communiter recipiunt; nec illi aduerſatur ſententia Ferrarienſis, ſed illã potius latius explicat, & illuſtrat: licèt præcipuã huius expoſitionis radicem, & ſubtilitatem prætererit. Vt igitur propoſitæ difficultati nonnihil etiam ex labore noſtro ſplẽdoris accedat, præmiſſis veritatis fundamentis deductiſque concluſionibus, propoſitæ reſpondebimus dubitationi, & ex eiſdem veritatibus aduerſariorum argumenta diluemus.

Reſolutio.

Quomodo cognoſcentia aliarum rerum perfectiones recipiant.

S. Thom. SCiendum eſt primò ex D.Tho. de verit. queſt. 2. art. 2. Rem aliquam dupliciter eſſe perfectam: Vno modo ſecundùm perfectionem ſui eſſe, quod ei competit ſecundùm propriam ſpeciem; Sed quia eſſe ſpecificum vnius rei eſt diſtinctũ ab eſſe ſpecifico alterius rei, idcircò, vt quod deeſt vni de perfectione totius vniuerſi, quæ in alijs rebus tanquam partibus vnius integræ perfectionis inuenitur, aliqua ratione ſuppleretur, inſtituta eſt cognoſcentis natura, in qua id, quod alterius rei propria eſt perfectio, reperitur, & hic eſt alius pfectionis modus conueniens cognoſcenti, vt cognoſcens eſt: Nã ſecundùm hoc à cognoſcente aliquid cognoſcitur, quòd ipſum cognitum eſt aliquo modo apud cognoſcentem. Non poteſt autem vnius rei perfectio ineſſe alteri, quo ad determinatum eſſe, quod habebat in re illa. Et quia determinatio eſt per materiam, idcircò res aliqua ſecundũ hoc eſt cognoſcibilis, quòd à materia ſeparatur. Vnde videmus ſecundum ordinem immaterialitatis in rebus inueniri naturam cognitionis: ſenſus enim recipit ſpecies ſine materia, ſed tamen cum conditionibus materialibus; at intellectus ſpecies recipit etiam à conditionibus materialibus depuratas, & ſimilis eſt ordo in cognoſcibilibus. Hæc in ſubſtantia S.Thom. ibi. D. Thom.

Ex quibus duo deducuntur. Primum eſt, proprium eſſe cognoſcentibus, vt à cęteris entibus diſtinguuntur, vt ſpecificas, & eſſentiales aliarũ rerum perfectiones in ſe recipiant; hoc enim manifeſtè ſignificant illa verba, *ſed quia eſſe ſpecificum, &c.* Secundum eſt, quod perfectiones aliarum rerum propriæ in cognoſcentibus recipiuntur. Et primum quidem, quomodo verum ſit, paulò inferius explicabitur. Secundum autem difficultate non caret; Ferrarien. Nam, quod ait Ferrarienſis, quòd co- A gnoſcentia recipiunt perfectiones, vt exiſtentes perfectiones aliarum rerum, videtur cõtradictionem inuoluere: Nam, vel intelligit cognoſcẽtia recipere aliarum rerum perfectiones, qua ratione res alias actuant, & perficiunt; & hoc eſt impoſsibile: nam vna, & eadem forma, qua ratione rem vnam perficit, aliam non poteſt perficere; ſicut albedo, quã ratione perficit niuem, aut parietẽ, non poteſt viſum perficere: cum vnus actus numero vnam numero potentiam reſpiciat, & proprius actus natus ſit fieri, & eſſe in potentia propria. Vel intelligit cognoſcentia recipere aliarum rerum perfectiones, non vt formaliter earum rerum per- B fectiones ſunt, ſed tantùm materialiter, id eſt illas eaſdem formas, quæ aliarum rerum perfectiones ſunt; quod dupliciter poteſt intelligi: Vno modo de eiſdem ſecundùm ſpeciem: Alio modo de eiſdẽ ſecundùm numerum. Si de eiſdem ſecundùm ſpeciem, hoc commune eſt etiam non cognoſcẽtibus: nam hic lapis habet eandem perfectionem ſecundùm ſpeciem, cum alio lapide, & albedinem eiuſdem ſpeciei, cum albedine alterius rei, & quantitatem, & ſic de multis alijs. Si autem intelligatur de eiſdem perfectionibus ſecundùm numerum, falſum eſt eaſdẽ numero perfectiones, quæ in rebus ſunt, in cognoſcẽtibus recipi; nam intellectus C noſter res vniuerſaliter cognoſcit, & ſic color receptus per ſpeciem in oculo non poteſt eſſe idem numero, cum colore niuis, ex quo deriuata eſt ad oculum ſpecies; cum diuerſum habeant eſſe, & diſtinctum ſubiectum.

Et præterea S.Thom. vbi ſupra ait vnius rei pfectionem in altera eſſe non poſſe ſecũdùm determinatum eſſe, quòd habebat in re illa. Itaque dicẽdum videtur, primò S.Thom. loqui de perfectionibus ſpecificis aliarum rerum abſolutè ſumptis, & non quatenus hanc, vel illam rem formaliter, & determinatè perficiũt, & de receptione iuxta modum ipſius cognoſcentis. Et in natura quidem in- D tellectiua id euidenter elucet; quia rerum ſpecificas quidditates eaſdẽ, quæ in rebus ſunt, recipit, in alio eſſendi modo, ſcilicet immateriali. Nec inſtantia de lapide habente alterius lapidis naturã aliquid valet: nam loquimur de natura recipiente, quæ ſecundùm ſe alterius eſt ſpeciei à natura recepta, & eidem cum ſuo eſſe completo naturali præexiſtit; lapis autem, & quæuis alia res materialis non eſt receptiua alterius quidditatis ſubſtantialis, ſed tantùm propriæ. Neque etiam rerũ omnium accidentia poteſt recipere, ſicut intellectus, aut etiam ſenſus, qui formas rerum ſenſibilium valdè diuerſas recipit. Dixi autem ſermonẽ E eſſe de perfectionibus ſpecificis abſolutè, ſcilicet, ſecundùm ſe præſcindendo à quolibet eſſendi modo, & de receptione iuxta modum ipſius cognoſcentis; quoniam, vt paulò inferius dicemus, eadẽ eſt abſolutè natura coloris in niue, in oculo, & in intellectu diuerſos habẽs eſſendi modos iuxta diuerſas recipiẽntium naturas: nam in niue habet eſſe materiale, in oculo immateriale, ſed cum cõditionibus materiæ; in intellectu omnino immateriale; Sed quoniam albedinis ſpecies in oculo recepta

cepta hanc albedinem, à qua producta eſt, determinatè repræſentat, & ſpecies quidditatis Leonis in intellectu, naturã Leonis, vt eius eſt perfectio, repræſentat; ideò dici aliquo modo poſſet rerum perfectiones, vt ipſarum rerum perfectiones exiſtentes, in cognoſcente recipi ſecundùm eſſe, ſcilicet repræſentatiuum.

Quæ, & quanta ſit vnitas intellectus in actu, & intelligibilis.

SEcundò obſeruãdum eſt, propoſitionem illam. *Intellectus in actu eſt intellectum in actu.* Duplicem poſſe habere ſenſum. Primus eſt, vt res actu intellecta ſit ipſa ſpecies intelligibilis, quę dici poteſt intellecta in actu; nõ quia ſit id, quod primò, & directè cognoſcitur; ſed quia eſt id, quo res ipſa repręſentata intelligitur; ita vt ſpecies hoc ipſo dicatur actu intellecta; quia actualiter eſt rei intellectę repræſentatiua. Alius ſenſus eſſe poteſt, vt res ipſa per ſpeciẽ repræſentata ſit res intellecta.

Valentia. Primum ſenſum accepit Valentia, in quo tamẽ propriè loquendo, non eſt vera dicta propoſitio, ſed valdè impropriè, ſcilicet, repræſẽtatiuè, quod eſt eſſe tale per extrinſecam denominationem ex ſpecie ad intellectum eius ſubiectum ſatis remotè, & impropriè deriuatam: Nam ex hoc, quòd res aliqua ſubiectum eſt ſimilitudinis alterius rei, nõ niſi impropriè res illa dici poteſt; quòd, autem tale ſubiectum vim habeat cognoſcendi, impertinẽs eſt reſpectu identitatis ſimpliciter enuntiandæ de ipſo ſubiecto cum repræſentata. Ex ſpecie tamen, & intellectu, tanquam ex duabus partibus fit vnũ tertium, eo modo, quo ex ſubiecto, & accidẽte fit vnum; hoc autem tertium eſt intellectus in actu. Requirit ergo dicta identitas aliam magis propriam, & per ſe cauſam. Hæc verò nulla alia eſſe poteſt, niſi alia identitas, ſcilicet, quidditatis rei cognitæ, & cognoſcentis, vt ſic; illa enim propriè eadem ſunt, quæ vnam, & eandem habent quidditatem.

An autem, & quomodo ſit eadem cognoſcẽtis, & rei cognitæ quidditas, ex duobus inueſtigandũ eſt. Primum eſt natura ſpeciei: nam dupliciter poteſt ſpecies cõſiderari. Vno modo, quo ad ea, quæ per ſe ei cõueniunt. Alio modo, quo ad ea, quæ eidem inſunt per accidens. Per ſe illi cõuenit, quòd ſit repræſentatiua, non per modum ſigni, ſed per modum ſimilis in ſpecie ſpecialiſsima, ſi cognitio ſit perfecta, & quidditatiua; quinimò p̃ ſe habet, quòd ſit natura, & quodquid eſt rei intelligibilis. Per accidens autem ei conuenit, quòd ſit ſubſtantia, vel accidẽs, quòd habeat eſſe naturale, vel intentionale, quòd ſit eadem cum intellectu, aut ab eodem diuerſa. Secundum ex quo pendet veritas,
S. Thom. quam inquirimus, eſt id, quod ſupra quæſt. 12. artic. 2. annotauimus ex D. Thom. in 4. cap. de ente, & eſſentia, videlicet, quòd rerum eſſentiæ abſtrahunt à quolibet eſſendi modo, ſcilicet in re, vel in intellectu, in vno, vel pluribus, &c. Nam includũt ea tantùm, quæ pertinent ad rei diffinitionem.

Quare eiuſdem omninò ſpeciei eſt homo in re,
A & homo in intellectu, cum ſola diſtinctione in modo eſſendi. Quia in re habet eſſe materiale, & ſubſtantiale; in intellectu verò habet eſſe immateriale, & accidentale. Quam identitatem non minus formaliter, quàm profundè S. Thom. expreſsit in 3. cont. gen. cap. 49. dicens, quòd ſimilitudo intelligibilis, ideſt ſpecies, per quã intelligitur aliquid ſecundùm ſuam ſubſtantiam, ideſt, quidditatiuè, oportet, quòd ſit eiuſdem ſpeciei, vel magis ipſa ſpecie eius, *ſicut* (inquit) *forma domus, quæ eſt in mẽte artificis, eſt eiuſdem ſpeciei cum forma domus, quæ eſt in materia, vel potius ſpecies eius*. Quæ verba, in dicto loco, ſatis explicauimus. Si itaque ſumamus
B ſpeciem, quo ad id, quod per ſe illi conuenit, vera eſt illa propoſitio, accipiendo etiam rem intellectam pro ſpecie; quoniam habẽs quidditatem, eſt aliquo modo ipſa quidditas, & è contra, prout docet Ariſt. 7. metaph. tex. 20. Quòd ſi ſumamus intelligibile pro ipſa re, quæ primò per ſpeciem repræſentatur, propriè, & ſimpliciter verificatur illa propoſitio; nimirum, quòd intellectus in actu, eſt intelligibile in actu, & è contra: nam vnumquodque eſt id, quod eſt per propriam formam, & ſuã quidditatem; Igitur intellectus habens in ſe quidditatem lapidis non eſt lapis quidem ſecundũ eſſe naturale, cum non habeat quidditatem lapidis
C in tali eſſendi modo; ſed ſecundùm eſſe intelligibile. Quo fit, vt non poſsit abſolutè intellectus dici lapis, ſed cum addito, videlicet ſecundùm eſſe intelligibile, vel intelligibiliter, & eadem ratione intelligibile in actu, vt ſic, eſt intellectus in actu; quia per eandem formam, ſcilicet, ſpeciem, per q̃ intellectus eſt in actu, & ipſum etiam intelligibile eſt actu intellectum: & idem proportionaliter dicendum eſt de ſenſu, & ſenſibili. Ariſtot.

Ex dictis patet differentia inter cognoſcentia, & non cognoſcentia; nã cognoſcens eſt ipſum cognitum; materia autem nõ eſt ipſa forma. Ex qua differentia ſequitur alia, quam tradit Auerr. in 3.
D de Anima text. 5. videlicet, quòd ex cognoſcente, & cognito fit magis vnum, quàm ex materia, & forma; quia ex his fit vnum tertium; non autem ex illis, ſed vnum fit aliud: vt etiam docuit Ariſt. dicens animam eſſe oĩa ſenſibilia, & intelligibilia. Ariſtot.

Oſtenditur propria cauſa identitatis cognoſcentis, cum cognito, & vera differentia cognoſcentium à non cognoſcentibus in receptione formarum; & ſatisfit rationi dubitandi.

TErtiò ſciendum eſt, prædictæ vnitatis, & identitatis cauſam propriam, & neceſſariam ex
E ipſius cognoſcitiuæ naturæ perfectione originem ducere: nam identitatis dictę neceſsitas optimè probatur hoc argumento. Cognoſcens debet eſſe principium ſpecificatiuum operationis ipſius cognoſcentis; igitur oportet, vt cognoſcens ſit cognitum. Conſequentia patet; quia non alia ratione poteſt ſpecificari cognitio, niſi ſpecificatiuum principium ſit ipſum cognitum. Prima propoſitio probatur; quia cognoſcens debet eſſe principium ſufficiens ſuæ operationis; non poteſt autẽ eſſe principium

Digitized by Google

cipium ſufficiẽs, niſi ſit illius ſpecificatiuum; hoc enim eſt præcipuum iu operatione, quòd ſcilicet ſit determinatæ ſpeciei. Probatur autem prima nunc aſſumpta propoſitio; Quia omnibus perfectis naturis commune eſt, vt qualibet earum ſit ſufficiens ſuæ operationis principium. Conſtat autem inter perfectas naturas primum locum tenere cognoſcitiuas. Et quoniam, vt dicit Ariſt. in ſecundo cœli tex. comm. 17. *Vnumquodque eſt propter ſuam operationem*, ideò cognoſcentia ex ſua natura hoc intime ſibi vendicant, vt ſint ipſum cognitum actu, vel potentia; hoc verò idẽ eſt, quod eſſe alia. Ex quo diſcurſu apparet, quod diximus, propriã ſcilicet cauſam identitatis prædictæ ex ipſius naturæ cognoſcitiuæ perfectione pullulare.

Ariſt.

Ex his ſequitur differentia, quam hic aſsignat Caietanus inter cognoſcentia, & non cognoſcentia; quòd hæc recipiunt formas, aut propter ipſarum formarum operationes, vt aqua recipiens caliditatem, & quodlibet ſubiectum quamlibet formam accidentalem, adeo, vt etiam frigefacere operatio ſit non aquæ, ſed frigiditatis propria, ſecundùm Caietanũ; aut recipiunt formas, propter operationem tertij compoſiti reſultantis ex ſubiecto, & forma, vt materia, quæ formam ſubſtantialem recipit propter operationem compoſiti reſultantis; at verò cognoſcentia ob neutram dictarum cauſarum formas recipiunt; ſed propter ipſorum cognoſcentium operationem ſpecificandam, vt viſus ſuſcipit viſibile propter ipſam viſionem ſpecificandam, & ſic de ſingulis.

Caiet.

Ad argumentum igitur in capite Controuerſiæ poſitum reſpondetur cum Caieta. cum dicimus, quòd cognoſcens natum eſt eſſe alia, hæc dictio, eſſe, abſtrahit à modis eſſendi per identitatem, & per informationem, & ſimiliter hæc dictio, alia, abſtrahit ab omnibus, & quibuſdam; quemadmodum etiam dictio illa, cognoſcens, abſtrahit à tali, & tali cognoſcente, puta ſenſitiuo, aut intellectiuo, humano, aut angelico, vel diuino; nam Deus omnia eſt per identitatem, Angelus eſt aliqua per identitatem, & aliqua per informationem; anima verò noſtra eſt omnia per informationem; ſenſitiuum autem eſt aliqua tantùm per informationem; de quibus nunc non eſt latius diſſerendum.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

Prima concluſio. Cognoſcentia differunt à nõ cognoſcentibus, quòd illa nata ſunt habere aliarum rerum formas ſubſtantiales, & accidentales in eſſe cognito, vt ſic, propter propriam ipſorum cognoſcentium operationem. Nõ cognoſcentia vero ſuam tantum formam habere poſsũt ſubſtantialem, & quaſdam accidentales in eſſe naturali, & formam ſubſtantialem habent propter totius compoſiti operationem; accidẽtales autem propter operationem ipſarum formarum. Nomine autem formarum in cognoſcentibus ſuſceptarum, non intelligimus tãtum formas partis rationem habẽtes, ſed eas etiam, quas formas totales, vel totius dicimus, ſcilicet rerum eſſentias. Hæc concluſio ſatis patet ex dictis.

A Secunda concluſio. Cognoſcens eſt primum cognitum, non tantùm repræſentatiuè cum virtute cognoſcendi, ſed formaliter in eſſe cognito. Probatur: Illa ſunt idem, quæ habent eandem quidditatem; ſed cognoſcens, & cognitum vt ſic, habent eandem quidditatem; ergo. Maior patet. Minor probata eſt.

Tertia concluſio. Cognoſcens magis eſt vnum cum cognito, quàm materia cum forma, aut ſubiectum cum accidente. Hæc ſequitur ex præcedẽte.

Argumenta, & ſolutiones.

Contra primam concluſionem argumentatur Syluester. Primò. Si aqua non infrigidat, pari ratione nec ignis calefacit, neque comburit; at hæc videntur indigere ſenſu; ergo. B

Secundò. Si operationes conuenientes elementis, non ſunt eorum, nullæ eorum erunt operationes, vel propriæ, vel cõmunes ſibi, & habenti qualitatem ſymbolam.

Tertiò. Poteſt argui auctoritate S. Thom. infra quæſt. 75. art. 2. ad ſecundum, vbi ait. *Calor nullo modo calefacit, propriè loquendo, ſed calidum per calorem*. Et in 4. ſent. diſt. 49. q. 2. artic. 3. ſic ait. *Actio non attribuitur formæ tantùm, quæ eſt principiũ actionis, ſed compoſito; ſicut calefactio, calido, non calori tãtùm; & ideo actionem oportet menſurari, non ſolùm ſecundùm formam, quæ eſt principium actionis, ſed etiam ſecundùm ſubiectum*. Et in 1. ſent. diſtin. 11. quæſt. 1. art. 2. ſic ait. *Omnis actus refertur ad duo originaliter: ſcilicet, ad agentem, & ad principium actionis; agens autem eſt ipſum ſuppoſitum; vt homo, vel ignis; & principium actionis eſt aliqua forma in ipſo ſubſtantialis, vel accidentalis*. Hæc verò videntur ex diametro pugnare cum prima concluſione, quæ eſt de mente Caietani. D. Thom. C

Reſpondetur; vtrunque verum eſſe, nimirũ formas accidentales in ſubiectis recipi propter ipſarum formarum operationes, & tales etiam operationes eſſe ſubiectorum, & compoſitorum ex ſubiectis, & formis: Nam operationem eſſe alicuius propriam contingit dupliciter. Vno modo, vt operatio ſit propria alicuius, tanquam principij, & virtutis totalis productiuæ ipſius operationis: Alio modo, vt ſit propria alicuius tanquam ſubiecti ſuſtentantis formam, aut vt ſuppoſiti operantis, ſaltem denominatiuè; quomodo, omnes operationes dicuntur eſſe ſubſiſtentium. Primò modo intelligenda eſt noſtra concluſio. Secundo modo accipienda ſunt dicta Sancti Thomæ. D

Ad cuius euidentiam, conſiderandum eſt magnam eſſe differentiam inter intellectum, ſiue intelligentem recipientem intelligibile, & rem naturalem recipientem formam accidentalem, puta calorem: Nam intellectus antequàm recipiat intelligibile, animalis virtus in actu eſt, & ex hoc ipſo, quod eſt vis animalis, habet inchoatiuè, vt factus in actu actiuè concurrat ad actum intelligendi, non vt partiale agens, nec præcisè ex ſpecie intelligibili, ſed vt agens totale idem cum ipſo intelligibili: res autem naturalis, puta aqua antequam recipiat calorem, vel etiã prius natura, q̃ habeat frigi- E

frigiditatem, nullā ex ſe habet vim ad calefaciendum, vel frigidādum, ſed caliditas eſt tota vis ad calefaciendum, & frigiditas eſt tota vis ad infrigidandum, & ideo aqua, non calefacit, niſi vt ſuſtentans calorem, & ſecūdùm denominationem; quia actiones ſunt ſubſiſtentium; ſed ſecundùm rem aqua nihil agit ad calefactionem, ſed ſolus calor; in cuius ſignum, ſi calor per ſe ſubſiſteret abſque vllo ſubiecto, eandem efficeret calefactionem, vt bene aduertit Caietanus infra quæſt. 79. artic. 2. Differentia tamen eſt inter formas accidentales, quæ ſunt proprietates naturales, vt frigiditas reſpectu aquæ, & formas accidentales extrinſecus aduenientes, vt calor aquæ ſuperadditus; quod hæ ſubiecta reſpiciunt, vt ſuſtentantia tantùm, illæ verò ſubiecta reſpiciunt, etiam vt principia, à quibus emanant, atque ideo ſunt earum virtutes, ac veluti inſtrumenta, quibus ea ſubiecta principaliter operantur. Sed quia talium virtutum ſubiecta non cōcurrunt cum eis proximè, & immediatè ad operādum, ſicut potentiæ cognoſcitiuæ, ſed prima tantum ſunt operationum principia, in quibus tam virtutes, quam earum operationes radicaliter cōtinentur; & præterea proximi earum effectus, puta caliditas, aut frigiditas formis aſsimilantur, non autem earum ſubiectis, ideò dicuntur formas recipere, nō propter ſuas ſed propter ipſarum formarum operationes, quibus ob eandem cauſam tota vis tribuitur operandi.

Vnde ad auctoritatem Diui Thomæ, ex quæſt. 75. artic. 2. dicitur, ibidem negari calorem calefacere, propriè loquendo, eo modo, quo res dicitur denominatiuè operari, quod proprium eſt ſuppoſitorum, ſiuè ſubſiſtentium, aut compoſitorum, vt ibidem explicat Sanct. Thom. Et per hoc idem dicendum eſt ad alias auctoritates, & ad duas rationes Sylueſtri.

Contra ſecundam argumentatur idem Sylueſter; quia ſequeretur, quòd eſſet in poteſtate intelligentis facere ſe eſſe aſinum.

Reſpondetur rude argumentum hoc eſſe: nam in eſſe intelligibili, nullum eſt inconueniens intelligētem, vt ſic eſſe aſinum, ſicut & quodlibet aliud intellectum. Alia eiuſdem argumenta non ſunt recitatione digna, & manifeſtam habent ex dictis ſolutionem. Quæ docet Sanctus Doctor in reſponſione ad primum argumētum, explicantur à Suarezio diſputatione metaphyſ. 30. ſectione 15. à numero quarto, vſque ad quartumdecimum. Et intelligenda ſunt de nominibus ſignificantibus perfectiones ſimpliciter, quæ ſolę de Deo formaliter prædicantur.

Secunda Controuerſia.

An ſcientia Dei ſit propter quid.

Sententiæ Doctorum.

Durandus DVrandus in primo ſent. diſt. 35. quæſt. 4. docet, ſcientiam, quam Deus habet de ſeipſo, non eſſe propter quid, cum nullam Deus habeat

A cauſam, per quam ſeipſum poſsit cognoſcere; ſciētiam verò, quam Deus habet de creaturis, ait poſſe aliquo modo nuncupari propter quid, nō tamē abſolutè; nam Deus, (inquit,) cognoſcit creaturas per cauſam earum vniuerſalem, & æquiuocā, quæ eſt diuina eſſentia; non verò per proprias, & adæquatas cauſas; igitur ſcientia, quā habet Deus de creaturis aliquomodo eſt propter quid, non tamen ſimpliciter.

Bannes duo dicit. Primum eſt, ſcientiam, quam Deus habet de ſeipſo, non impropriè poſſe appellari propter quid, non tamen ſimpliciter. Secundū eſt, ſcientiam, quam Deus habet de creaturis, eſſe Bannes.
B propter quid. Eandē ſententiam ſequitur Zumellus, licet uix eam attingat. Zumellus.

Reſolutio.

Propoſitis quatuor propoſitionibus, oſtenditur diuinæ cognitionis nullam eſſe cauſam.

PRo reſolutione, conſiderandum eſt primò, magnam eſſe differētiam inter has quatuor propoſitiones, videlicet. Prima, hoc eſt cauſa huius. Secunda hoc ſcitur à Deo eſſe cauſa huius; Tertia hoc eſt ſcitum à Deo per hoc aliud ſcitum ab eo-
C dem. Quarta Deus ſcit hoc; quia cognoſcit hoc aliud: Nam prima loquitur de rebus abſolutè, & eſt veriſsima; ſecunda eſt de rebus vt notis à Deo ſciētia viſionis, & euidentem habet veritatem: tertia verò diſtinguenda eſt: nam poteſt ſignificare dependentiam ſcientiæ à ſcientia ex parte actus; & in hoc ſenſu falſa eſt. Poteſt etiam ſignificare dependentiam ex parte ſciti, ita vt ſcibilitas vnius ex alterius ſcibilitate pēdeat, ac per hoc ſciri, aut cognoſci vnius, ex ſciri, & cognoſci alterius deriuetur; quemadmodum inter ea, quæ diuina voluntate ſunt volita, attingentia paſsiua vnius voliti, vt volitum eſt, cauſatur ex attingentia paſsiua al-
D terius voliti; adeò, vt eſſe volitū vnius ex alterius cauſetur eſſe volito: Nam, vt docet Caietanus infra quæſt. 19. artic. 5. non ſolùm hominem eſſe cauſatur in genere cauſę finalis ex vniuerſi perfectione, ſed etiam hominem eſſe volitum à Deo cauſatur ex hoc, quòd volitum eſt vniuerſum à Deo. Et in hoc ſenſu vera eſt dicta propoſitio. Caietanus

Radix autem huius eſt; quia ſcientia de ſcibili ſupponit ſcibilitatem in rebus, quæ ſecundùm ordinem quendam cauſalitatis eis ineſt, ſicut & ratio entitatis, & actualitatis, quæ ratio eſt ſcibilitatis: quemadmodum etiam voluntas Dei ordinantis vnum ad aliud, ſupponit in rebus ordinem bo-
E nitatis, quo vna res eſt cauſa finalis alterius. Quarta demum propoſitio, ſimpliciter videtur falſa; cū ſignificet dependentiam ex parte actus ſcientiæ à ſcientia; quæ tamen, ſi apud graues nonnunquam auctores inueniatur, gloſſanda eſt, ſicut tertia, & interpretāda de cauſalitate ex parte cogniti: Nā, cum dicitur Deus cognoſcit vnam creaturam per aliam; diſtinguenda eſt dictio, per; poteſt enim dicere cauſalitatem, vel ex parte actus cognoſcētis, & ſic eſt falſa, vel ex parte rei cognitæ, & ſic eſt vera.

Digitized by Google

Secundò. Recolendum eſt id, quod in ſuperioribus ſæpè repetiuimus, nimirum diuinam eſſentiam cũ ſuis omnibus perfectionibus à nobis cognitis,& eidem attributis, eſſe vnius ſecundùm ſe rationis formalis ſimplicisſimæ. Ex quo ſequitur, vt à parte rei nõ poſsit vna perfectio eſſe alterius cauſa,neque ratio. Hæc enim diſtinctionem in re actualem præſupponunt;cum actu ponantur abſq; opere intellectus; cõſtat autem inter perfectiones diuinas nullam talem eſſe diſtinctionem. Et quoniam Deus ſeipſum intelligit,prout in ſe eſt, ideirco etiam reſpectu diuinæ cognitionis vna perfectio non erit alterius ratio. Ex dictis ſequuntur duæ concluſiones.

Concluſiones deductæ,& probatæ.

PRima concluſio. Scientia, quam Deus habet de ſeipſo,non eſt propriè formaliter,aut virtualiter propter quid,ſed longè altior,quàm ſcientia propter quid. Tres habet partes hæc concluſio. Probatur prima pars;quia Deus nullam habet actualiter cauſam in eſſendo. Probatur ſecunda pars;quia Deus nullam habet à parte rei virtualiter cauſam in eſſendo,cum ſit vna res vnius rationis formalis ſimplicisſimæ. Vltimò probatur tertia pars: Nam,quemadmodum euidẽs principiorum cognitio perfectior eſt,quàm ſciẽtia propter quid concluſionum,ita euidens, & comprehenſiua cognitio diuinæ eſſentiæ per ſeipſam longè excellẽtior eſt,q̃ quælibet alia ſcientia propter quid.

Secunda concluſio. Scientia Dei reſpectu creaturarum eſt propter quid. Probatur; quoniam ad ſcientiam propter quid ſufficit effectum cognoſci per cauſam ex parte rei cognitæ; at Deus ita cognoſcit effectus; ergo. Maior patet ex dictis. Minor probatur exemplo: Nam Deus cognoſcit hominem eſſe riſibilem,quia eſt diſcurſiuus.

Argumenta,& ſolutiones.

Bannes.

COntra primam concluſionem argumentatur Bannes. In diuinis attributis, licet vnũ non ſit cauſa alterius,tamẽ vnum eſt alterius ratio;ita quòd Deus eſt æternus;quia immutabilis eſt;ergo

Reſpondetur argumentum ſupponere vnum falſum,videlicet inter diuina attributa eſſe aliquam diſtinctionem ſecundùm ſe, aut in ordine ad diuinum intellectum; cum tamen omnia ſint ſecundũ ſe vna ſimplicisſima ratio formalis, & in ordine ad diuinum intellectum;qui ſuam eſſentiam intelligit,prout eſt à parte rei.

Sed contrà hanc reſponſionem ſic arguitur: Nã Deus intelligit eſſentiam ſuam,vt idæam, & vt exemplar diuerſarum perfectionum, quarum vna ex alia cauſatur:& rurſus intelligit eſſentiam ſuã, vt obiectum correſpondens diuerſis conceptionibus noſtris,quibus vnam perfectionem, vt alterius rationem concipimus;ergo Deus intelligit ſuã eſſentiam,vt fundamentaliter diſtinctam.

Reſpondetur, hoc argumento nihil aliud probari,quàm Deum cognoſcere ſuam eſſentiam, vt

A fundantem diuerſos noſtros conceptus, & demonſtratiuos diſcurſus à priori,ſecundùm modum noſtrum intelligendi;non autem probat diuinam eſſentiam ſecũdùm ſe,& reſpectu diuini intellectus habere aliquid,quod ſit alterius ratio: Nam,vt diximus, in ordine ad diuinum intellectũ, nulla eſt formalis,nec virtualis diſtinctio in diuina re, & eius ratione formali; ſicut nec vlla eſt in ipſa talis diſtinctio ſecundùm ſe.

Contra ſecundam concluſionem ſic argumentatur Durandus. Sciẽtia propter quid eſt illa,qua cognoſcitur effectus per ſuam propriam, & adæquatam cauſam;ſed Deus non cognoſcit res crea- Durādus.

B tas per proprias,& adæquatas cauſas; ſed per cauſam æquiuocam,vniuerſalem,& inadæquatam,nimirum per ſuam eſſentiam;ergo talis ſcientia non eſt ſimpliciter propter quid.

Reſpondetur falſam eſſe minorem propoſitionem: Nam,licet Deus vniuerſa cognoſcat in eſſentia ſua;tanquam per ſe primo obiecto;terminatur tamẽ diuina cognitio ad res,prout in ſeipſis ſunt; ex quibus vna eſt alterius cauſa; atque ita diuina ſcientia eſt propter quid ex parte effectus cogniti.

Secundò contra eandẽ concluſionem, eſt argumentum tale. Cognitio paſsiuè ſumpta ex cognitione paſsiua cauſatur;ergo etiam actiua ex acti-

C ua deriuatur. Conſequentia probatur;quia eadem videtur proportio actiui ad actiuum,quæ eſt paſſiui ad paſsiuum.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiã. Ad probationem reſpondetur, tunc tantùm eſſe eandem proportionem,quando paſsiuum æquatur actiuo, quod,ſi actio ſuperexcedat paſsionem, ita vt vna ſit actio,paſsiones verò multæ,benè ſtat paſsionẽ ex paſsione cauſari abſque hoc, quod actio ex actione cauſetur: nam, vbi vna tantùm, & ſimplicisſima eſt actio,non poteſt eſſe actio cauſans,& actio cauſata,quæ diuerſæ actiones ſunt:nam cauſare,& cauſari,neceſſariam habent diuerſitatem. Notand. pōtētiam.

D Poſſunt tamen diuerſæ paſsiones ſecũdùm paſſorum diuerſitatẽ ex vna ſimplicisſima actione dependere,& ordinem etiam inter ſe cauſalitatis habere;vt benè aduertit Caietanus in allegato quinto articulo,quæſt.19. Caiet.

A R T I C V L V S II.

Vtrum Deus intelligat ſe.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd Deus non intelligat ſe. Dicitur enim * in libro de cauſis,quòd omnis ſciẽs,qui

E ſcit ſuam eſſentiam,eſt rediens ad eſſentiam ſuam redditione completa; ſed Deus non exit extra eſſentiã ſuam, nec aliquo modo mouetur; & ſic non competit ſibi redire ad eſſentiam ſuam. Ergo ipſe non eſt ſciens eſſentiam ſuam.

* Vere q. 2. art. 1. & 10. cont. c. 49. & 42. lib. 4. c. 11. ca. 3. & 1 dist. 35. art. 3. & 13. met. tex. q. lib. 3. propo. 13. in prin. 10. 3 interpret. dict.

2 Præterea: Intelligere eſt quoddam pati, &

Digitized by Google

ti,& moueri, vt dicitur in tertio * de anima: A ſcientia etiam eſt aſsimilatio ad rem ſcitam, & ſcitum etiam eſt perfectio ſcientis; Sed nihil mouetur, vel patitur, vel perficitur à ſeipſo, neque ſimilitudo ſibiipſi eſt, vt Hilarius* dicit; Ergo Deus non eſt ſciens ſeipſum.

Lib. 3. de anima tex. 28. & 38.

3 Præterea: Præcipuè Deo ſumus ſimiles ſecundùm intellectum; quia ſecundùm mentẽ ſumus ad imaginem Dei, * vt dicit Auguſtin. ſed intellectus noſter non intelligit ſe, niſi ſicut intelligit alia, vt dicitur in tertio * de anima; Ergo Deus non intelligit ſe, niſi fortè intelligendo alia.

Lib. 3. de Trin. non procul a fine.

Lib. 15. de Trin. c. 1. & li. ſuper Gen. ca. 12 medio.

B Sed contra eſt, quod dicitur 1. ad Corin. 2. Quæ ſunt Dei, nemo nouit, niſi ſpiritus Dei.

Lib. 3. de anima tex. 20. 2.

Reſpondeo. Dicendum, quòd Deus ſe per ſeipſum intelligit. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quòd, licèt in operationibus, quæ trãſeunt in exteriorem effectum, obiectum operationis, quod ſignificatur vt terminus, ſit aliquid extra operantem, tamen in operationibus, quæ ſunt in operante, obiectum, quod ſignificatur vt terminus operationis, eſt in ipſo operante; & ſecundùm quòd eſt in eo, ſic eſt operatio in actu. Vnde dicitur in * lib. de anima, quòd ſenſibile in actu eſt ſenſus in actu; * & intelligibile in actu eſt intellectus in actu. * Ex hoc enim aliquid in actu ſentimus, vel intelligimus, quòd intellectus noſter, vel ſenſus, informatur in actu per ſpeciem ſenſibilis, vel intelligibilis. Et ſecundùm hoc, tãtùm ſenſus, vel intellectus aliud eſt à ſenſibili, vel intelligibili, quia vtrumque eſt in potentia. Cùm igitur Deus nihil potentialitatis habeat, ſed ſit actus purus, oportet, quòd in eo, intellectus, & intellectum ſint idem omnibus modis, ita ſcilicet, vt neque careat ſpecie intelligibili; ſicut intellectus noſter cum intelligit in potentia, neque ſpecies intelligibilis ſit aliud à ſubſtantia intellectus diuini; ſicut accidit in intellectu noſtro, cum eſt actu intelligẽs; ſed ipſa ſpecies intelligibilis eſt ipſe intellectus diuinus; & ſic ſeipſum per ſeipſum intelligit.

C

Lib. 3. de anima tex. & 37. 2. 2.

762.

180

D

Ad primum ergo dicendum, quòd redire ad eſſentiam ſuam, nihil aliud eſt, quàm rem ſubſiſtere in ſeipſa. Forma enim, inquantùm perficit materiam dando ei eſſe, quodammodo ſupra ipſam effunditur: inquantùm verò in ſeipſa habet eſſe, in ſeipſam reddit. Virtutes igitur cognoſcitiuæ, quæ non ſunt ſubſiſtẽtes, ſed actus aliquorum organorum, non cognoſcunt ſeipſas; ſicut patet in ſingulis ſenſibus. Sed virtutes * cognoſcitiuæ per ſe ſubſiſtentes, cognoſcũt ſeipſas. Et propter hoc dicitur in libro de cauſis, quòd ſciens eſſentiam ſuam reddit ad eſſentiam ſuam. Per ſe autem ſubſiſtere maximè conuenit Deo. Vnde ſecundùm hunc modũ loquendi, ipſe eſt maximè rediens ad eſſentiam ſuam, & cognoſcens ſeipſum.

E

1123.

Ad ſecundum dicendum, quòd * moueri, & pati ſumuntur æquiuocè, ſecundùm quòd intelligere dicitur eſſe quoddam moueri, vel pati, vt dicitur in tertio * de anima. Non enim intelligere eſt motus, qui eſt actus imperfecti, qui eſt ab alio in aliud; ſed actus perfecti exiſtens in ipſo agẽte. * Similiter etiam, quòd intellectus perficiatur ab intelligibili, vel aſsimiletur ei, hoc conuenit intellectui, qui quandoque eſt in potentia; quia per hoc, quod eſt in potentia, differt ab intelligibili, & aſsimilatur ei per ſpeciem intelligibilem, quæ eſt ſimilitudo rei intellectæ; & perficitur per ipſam, ſicut potentia per actum; Sed intellectus diuinus, qui nullo modo eſt in potentia, non perficitur per intelligibile, neq; aſsimilatur ei; ſed eſt ſua perfectio, & ſuum intelligere.

D. 755.

Loco citato in arg.

389

Ad tertium dicendum, quòd eſſe naturale non eſt materiæ primæ, quæ eſt in potentia: niſi ſecundùm quòd eſt reducta in actum per formam. Intellectus autem noſter poſsibilis ſe habet in ordine intelligibilium, ſicut materia prima in ordine rerum naturaliũ: eo, quòd eſt in potentia ad intelligibilia, ſicut materia prima ad naturalia. Vndè intellectus noſter poſsibilis, nõ poteſt habere intelligibilium operationem, niſi, inquãtùm perficitur per ſpeciẽ intelligibilem alicuius. Et ſic intelligit ſeipſum per ſpeciem intelligibilem; * ſicut, & alia. Manifeſtum eſt autẽ, quòd ex eo, quòd cognoſcit intelligibile, intelligit ipſum ſuum intelligere; & per actum cognoſcit potẽtiam intellectiuam. Deus autem eſt ſicut actus purus, tam in ordine exiſtẽtium, quàm in ordine intelligibilium; & ideo per ſeipſum, ſeipſum intelligit.

436 & 379

Ratio ordinis, & ſenſus quæſiti.

AB hoc articulo initium ſumit quæſtio quid eſt diuinæ ſcientiæ. Cuius quidditas præcipuè pẽſanda eſt ex per ſe primo obiecto, quod eſt ipſe Deus. Quæſitũ hoc duo claudit quæſita: vnum expreſſum, & intentum; aliud intentum quidem, ſed non expreſſum. Primum eſt, quòd ſonat inſcriptio, videlicet. *Vtrum Deus intelligat ſe.* Secundum autem eſt intellectionis modus. An ſcilicet intelligat ſeipſum per ſeipſum, & ad vtrumque ſimul vnica concluſione reſpondetur.

Forma Textus.

C*Oncluſio eſt. Deus ſeipſum per ſeipſum intelligit. Probatur: Obiectum intellectus oportet eſſe actu in intelligente, ad hoc, vt intelligat, & in ſenſu obiectũ*

 ſenſus,

Digitized by Google

ſenſus, vt cognoſcat. & ſecundùm hoc tantùm, ſenſus, vel intellectus aliud eſt à ſenſibili, vel intelligibili; quòd vtrumque eſt in potentia; ſed Deus nihil potentialitatis habet; ergo in eo intellectus, & intellectum eſt idem omnibus modis; ita vt neque careat ſpecie intelligibili, neque ſpecies intelligibilis ſit aliud à ſubſtantia intellectus diuini; ergo ſeipſum per ſeipſum intelligit. Minor probatur; quia Deus eſt actus purus. Maior, quo ad primã partem probatur tripliciter: Primò ex differentia inter obiectum operationis tranſeuntis, & immanentis: nam illius obiectũ, quod ſignificatur vt terminus, eſt aliquid extra operantẽ; huius aũt obiectũ, qđ ſignificatur vt terminus operationis, eſt in ipſo operante, & ſecundũ ꝙ eſt in eo, ſic eſt operatio in actu; ergo obiectũ intellectus oportet eſſe actu in intelligente. Secũdò probatur auctoritate Ariſt. in tertio de anima tex. 36. dicentis, quòd ſenſibile in actu, eſt ſenſus in actu, & intelligibile in actu, eſt intellectus in actu. Tertiò probatur: quoniam ex hoc aliquid in actu ſentimus, vel intelligimus, quòd intellectus noſter, vel ſenſus informatur actu per ſpeciem ſenſibilis, vel intelligibilis; ergo obiectum intellectus oportet eſſe actu in intelligente. Secunda autem pars relinquitur vt nota.

Expoſitio Textus.

AD huius diſcurſus intelligentiam plura ſunt hic annotanda, & explicanda. Primum eſt S. Thom. rectè, & ſubtiliter ex præmiſsis deduxiſſe, non tantum concluſionem, ſed etiam eius limitationem, vel explicationem illis verbis, videlicet; *ita vt neque careat ſpecie intelligibili* &c. nam prima dictæ limitationis, aut expoſitionis pars deducitur ex prima parte maioris, ſecunda verò ex ſecunda eiuſdem maioris parte adiuncta minori, vt patet attente conſideranti vim diſcurſus.

Bãnes forma reiicitur.

Secundo aduertendum eſt Banneſium malè formare diſcurſum D. Thom. mutando antecedens in conſequens, & è contra, hoc modo. Intellectus diuinus nunquam caret ſpecie intelligibili, & ſpecies intelligibilis eſt ipſamet ſubſtãtia diuini intellectus; ergo diuinus intellectus eſt actus purus; conſtat enim manifeſte textum intuenti, in eo talem non eſſe conſequentiam. Vnde etiam dubitationem à Caietano motam, non rectè format.

Tertiò. Notandum, quòd, cum ad intellectionis actum quatuor neceſſariò concurrant, videlicet, intelligens, intellectus, obiectum, & ſpecies intelligibilis, S. Thom. in concluſione deducta affirmat tria vltima in Deo idem eſſe cum primo, ſcilicet ipſo intelligente Deo: talis enim erat deducenda concluſio, qua perfectè exprimeretur Deum ſeipſum per ſeipſum intelligere: Nam, ſi ſeipſum intelligeret Deus per intellectum ab eo realiter diſtinctum, aut per ſpeciem, quæ nõ eſſet illius eſſentia, vel in obiecto à ſe diſtincto; iam non ſeipſum omnino per ſeipſum, ſed per aliud à ſeipſo, ideſt ab eius ſubſtantia, cognoſceret. Ex quo ſequitur; primò particulam illam *per ſeipſum*, intelligendam eſſe, nõ tũ obiectiuè, ideſt non in alio obiecto, ſed etiam, (vt ita dicam,) effectiuè, aut principiatiuè;

A quia, ſcilicet, nihil à diuina ſubſtantia extraneum concurrit ad principiandam intellectionẽ. Sequitur ſecundò angelum non omnibus modis intelligere ſeipſum per ſeipſum, ſed duobus tantum, videlicet, obiectiuè, & effectiuè, quo ad ſpeciem; nõ autem, quo ad intellectum, qui in eo realiter ab intelligente diſtinguitur. Sequitur tertiò ad rem præſentem nihil pertinere, quòd actus intelligendi ſit idem, vel non idem cum Deo intelligente: nã non dicimur intelligere per intellectionem, quia dictio, per, cauſalitatem denotat; nihil autem ſui

B ipſius eſt cauſa; idcirco, ſiue intellectio ſit eadem cum Deo, ſiue diuerſa, dicetur nihilominus ſeipſum per ſeipſum intelligere propter ſolam prædictorum ad intellectionem concurrentium cum ipſo identitatem, ac propterea de illa ſola in 4. agit articulo: nam etiam ſpecialem habet de identitate cum Deo difficultatem; vt patebit ibidem.

Quartò. Obſeruandus eſt ſenſus ſecundæ partis maioris, illorũ ſcilicet verborum; *& ſecundùm hoc tantùm ſenſus, vel intellectus aliud eſt, &c.* Nam, vt notat Caietanus, poteſt eſſe duplex. Sed legitimus ſẽſus eſt, vt dictio illa, *vtrumq;*, referat duas potentias nominatas, nimirum, ſenſum, & intellectũ: nam radix propria diſtinctionis ſenſus à ſenſibili eſt potentialitas ſenſus; & ſimiliter radix di- Cae.

C ſtinctionis intellectus ab intelligibili eſt potentialitas intellectus. Nomine autẽ potentialitatis non intelligimus ſtatum potentię, ideſt potentiam, vt ab actu ſeparatam; ſed ipſam rationem potentiæ, etiam ſi ſit actui ſemper coniuncta: nam intellectus Angeli potentialitatem habet reſpectu propriæ ſubſtantiæ; licet ſit illi ſemper coniuncta in ratione formæ intelligibilis; quia ille rationem habet potentiæ; hæc autem actus; ſicut etiam materia cęli reſpectu proprię formę potentialis eſt, quamuis ſit illi coęua.

D Poſtremò aperiendus eſt ſenſus illorum verborum, quæ S. Thom. ad explicationem addidit concluſioni. Sunt autem hæc. *Ita vt neque careat ſpecie intelligibili, &c.* Quæ verba ob eam cauſam addita ſunt, vt perfecta, quò ad omnes modos identitas intellectus cum intellecto declaretur; cum tamen duæ conditiones verbis illis expreſsæ ad talẽ idẽtitatem non videantur ſufficere: Nam angelus ſeipſum per ſeipſum intelligens, neque eſt in ſtatu potentialitatis reſpectu ſuæ ſubſtantiæ, quatenus eſt ratio intelligendi, neque ſpecies, qua ſe intelligit, eſt aliud, quàm ſubſtantia ſua, & tamen in Angelo intellectus, & intellectum non ſunt omnibus modis idem; quia conceptus, quem format de ſeipſo, non eſt ſubſtãtia ſua. Hanc dubitationẽ mouet

E Caietanus, & ſoluit dicens, nomine ſpeciei hic nõ intelligi tãtùm ſpeciem impreſſam, ſed etiam expreſſam, ſiue verbum, aut cõceptum intellectione formatũ: Nam S. Tho. hic loquitur de intellectu in actu ſecundo, vt patet ex illis verbis, *cum eſt actu intelligens*; nõ poteſt aũt intellectus eſſe actu intelligens, niſi vtramq; habeat ſpeciem. Itaque S. Tho. complexus eſt conditiones adæquantes identitatẽ intellectus cum intelligibili; quia poſita actualitate intellectus, & identitate vtriuſque ſpeciei,

cum

cum intellectu ponitur etiam idẽtitas intellectus cum intelligibili. Aliam etiam adhibet reſponſionem, quam vide, ſi placet.

In hac reſponſione aduerte Caietanum admittere Angelum in ſuiipſius intellectione formare verbum, quod tamen infra quæſt. 27. art. 1. manifeſtè negat: Verùm ſcito Caietanum, nunquam in ſoluendis difficultatibus ſuas reſponſiones arctare conſueuiſſe ſub iugo alterius difficultatis. D. Thomam in hoc valdè circumſpectũ imitatus.

Idcircò, licèt opinetur Angelũ in ſui ipſius intellectione nullum formare verbum; nihilominus, quia oppoſitum eſt valdè probabile, præſertim in doctrina D. Thom. vt infra patebit, & argumentũ hac oppoſita opinione vtebatur, noluit reſponſionem fundare in negatione formationis verbi, ſed ea admiſſa tanquàm probabili, reſpondet ex ijs, quæ communiter acceptantur. Ex quo patet vanã eſſe Banneſij impugnationem, dicentis, illam ſupponere vnum valde dubium, videlicet, Angelum formare verbum; patet enim reſponſionem Caietani non inniti illi opinioni; ſed ea admiſſa ex cõmuniter confeſsis ſoluere difficultatem.

[margin: ...ces ma... impu... ...at. caiet]

Affert autem Bannes aliam ſolutionem dicens S Thom. hic loqui de ſpecie intelligibili, quæ eſt principium intellectionis, & comparationem fieri talis ſpeciei non ad intelligentem, ſed ad intellectum. Ad argumentum itaque reſpondet negando eſſentiam Angeli, quæ eſt ſpecies in illa cognitione, qua ſeipſum cognoſcit, ſit idem realiter, & formaliter cum intellectu Angeli; quod etiam negat S. Thom. infra quæſt. 54. art. 3. non reſpondet tamen argumento Caietani, quo ex littera probat hic ſermonem eſſe de vtraque ſpecie. Quamobrẽ exiſtimo non eſſe recedendum à ſententia Caiet.

[margin: Banneſij ...lutio.]

[margin: ...eijcitur ...lutio.]

Ad cuius euidentiam obſeruandum eſt, quandoque S. Thom. loqui de intellectu, & intelligente, tanquam de vna re: nam, quemadmodum intelligens dicitur fieri ipſum intelligibile, & illud intelligere, ita & intellectus; quia ergo in ordine ad intelligibile, & actum intelligendi ita conueniunt, vt quod vni congruit, alteri eadem ratione conueniat, licèt diuerſo modo, & ordine; quia vni, vt ſuppoſito, alteri, vt potentiæ, vni immediatè, & alteri mediatè; idcirco arbitror etiam in hoc diſcurſu ſumi intellectum, prout ſe tenet ex parte intelligẽtis, quaſi vnum cum eo, & vt ſtat pro ipſo intelligente. His adde, quod accidit intelligenti, vt ſic, à ſuo intellectu diſtingui, & intellecto vt ſic, vniri intelligenti, media informatione intellectus: Nam ad intellectionis actum per ſe requiritur vnio intelligibilis cum intelligẽte; quod autem hæc vnio fiat media informatione intellectus, vel per identitatem ſubſtantialem, hoc accidit intellectioni, vt talis eſt intellectio, vt patet ex doctrina Sancti Doctoris infra quæſt. 56. art. 1. & Caietani ibidẽ. In Angelo autẽ vnitur eſſentia Angeli ipſimet Angelo per identitatem, tàm in eſſe naturali, quàm in eſſe intelligibili, nulla mediante informatione intellectus, vt ibidem explicat Caietanus. Itaque ſuſtinenda eſt reſponſio Caietani dicentis S. Tho. non loqui de ſola ſpecie impreſſa, ſed etiam de ex-

[margin: ...neſij ſo... ...tio ſulti... ...tur.]

A preſſa, quæ manifeſtè diſtinguitur ab intelligente, quòd, ſi interroges, quid reſpondendum ſit ſecundùm propriam ſententiam Caietani dicentis Angelum in ſui ipſius intellectione non formare verbum, dico opportunam tunc fore reſponſionẽ Banneſij; non negamus tamen admiſſa formatione verbi in Angelo rectè hac eadem reſponſione ſolui argumenta: Nã, quod ait Caietanus hic ſermonem eſſe de intellectu in actu, qui non eſt ſine ſpecie expreſſa, facile ſolui poſſet dicẽdo cum eodem Caietano infra quæſt. 27. artic. 1. falſum eſſe omnem intellectum in actu formare Verbum.

B

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus comprehendat ſeipſum.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd Deus non comprehẽdat ſeipſum. Dicit enim Auguſtin. in libro octuaginta trium quæſtionum, quòd id, quod cõprehendit ſe, finitum eſt ſibi; ſed Deus eſt omnibus modis infinitus; ergo non comprehendit ſe.

[margin: 82 1. d. 14. ar. 2. q. 1. & 2. Et 1. cont. c. 3. Et ver. q. 2. ar. 2. & 5. q. 20 ar. 4. co. Et opu. 3. c. 106 223. & 264 Et opuſ. 9. c. 70. tomo 4. lib. 83. q. q. 14.]

C Si dicatur, quòd Deus infinitus eſt nobis, ſed ſibi finitus; Contra, Verius eſt vnumquodque, ſecundùm quòd eſt apud Deum, quàm, ſecundùm quòd eſt apud nos; Si igitur Deus ſibiipſi eſt finitus; nobis autem infinitus, verius eſt Deum eſſe finitum, quàm infinitum; quod eſt contra prius determinata; * Non ergo Deus comprehendit ſeipſum.

[margin: q. 7. art. 1.]

Sed cõtra eſt, quod Auguſt.* dicit ibidem: Omne, quod intelligit ſe, comprehẽdit ſe; ſed Deus intelligit ſe; ergo comprehendit ſe.

[margin: Lib. 83. q. q. 14. to. 4.]

Reſpondeo. Dicendum, quòd Deus perfectè comprehendit ſeipſum: quod ſic patet. D Tunc enim dicitur aliquid cõprehendi, quando peruenitur ad finem cognitionis ipſius; & hoc eſt, quando res cognoſcitur ita perfectè, ſicut cognoſcibilis eſt. * Sicut propoſitio demonſtrabilis comprehenditur, quando ſcitur per demonſtrationem; non autem quando cognoſcitur, per aliquam rationem probabilẽ. Manifeſtum eſt autem, quòd Deus ita perfectè cognoſcit ſeipſum, ſicut perfectè cognoſcibilis eſt: eſt enim vnumquodque cognoſcibile ſecundùm modum ſui actus. * Non enim E cognoſcitur aliquid, ſecundùm quòd in potentia eſt, ſed ſecundùm quòd eſt in actu, vt dicitur in nono * Metaph. Tanta eſt autem virtus Dei in cognoſcendo, quanta eſt actualitas eius in exiſtendo; quia per hoc, quod actu eſt, & ab omni materia, & potentia ſeparatus, Deus cognoſcitiuus eſt, vt oſtenſum eſt. * Vnde manifeſtum eſt, quòd tantùm ſeipſum cognoſcit, quantùm cognoſcibilis eſt. Et propter hoc

[margin: 83 61; 81 55; Lib 9. metaph texto 20. tomo 3; Art. 1. huius quæſt.]

Digitized by Google

ſeipſum perfectè comprehendit.

Ad primum ergo dicendum, quòd comprehendere, ſi propriè accipiatur, ſignificat aliquid habens, & includens alterum. Et ſic oportet, quòd omne comprehenſum ſit finitum, ſicut omne incluſum. Non ſic autem comprehẽdi dicitur Deus à ſeipſo, vt intellectus ſuus ſit aliud, quàm ipſe, & capiat ipſum, & includat;

Sed huiuſmodi locutiones per negationẽ ſunt exponendæ. Sicut enim Deus dicitur eſſe in ſeipſo; quia à nullo exteriori continetur: ita dicitur comprehẽdi à ſeipſo; quia nihil eſt ſui, quod lateat ipſum. Dicit enim Auguſt. in *lib. de videndo Deum, quòd totum comprehenditur videndo; quod ita videtur, vt nihil eius lateat videntem.

Epiſt. 112. ad Paulinum ca. 9. circa prin. to. 2.

Ad ſecundum dicendum, quòd, cum dicitur; Deus finitus eſt ſibi, intelligendum eſt ſecundùm quandam ſimilitudinem proportionis; quia ſic ſe habet in non excedendo intellectum ſuum, ſicut ſe habet aliquid finitum in non excedendo intellectum finitum. Non autem ſic dicitur Deus ſibi finitus, quòd ipſe intelligat ſe eſſe aliquid finitum.

Ratio ordinis, & ſenſus quæſiti.

HIc agit S. Doctor de modo intrinſeco diuinæ ſciẽtiæ ad eius quidditatem pertinente, qui attenditur penes comparationem intellectus ad ipſam diuinam eſſentiã, vt obiectum; ſicut in præcedenti diſſeruit de modo eiuſdem ſcientiæ, qui conſideratur ex diuina eſſentia, vt principio formali cognitionis. Senſus quæſiti ſatis explicatur in corpore, videnda ſunt etiam ea, quæ ſupra diximus, quæſt. 12. artic. 7. de comprehenſione.

Forma Textus.

COncluſio eſt. *Deus ſeipſum perfectè comprehendit. Probatur: Tunc res comprehenditur, quando cognoſcitur ita perfectè, ſicut cognoſcibilis eſt; ſed* Deus *ita perfectè ſeipſum cognoſcit, ſicut cognoſcibilis eſt; ergo. Maior probatur dupliciter: Primò ratione ſic. Tunc res aliqua comprehenditur, quando peruenitur ad finẽ cognitionis: ſed tunc peruenitur ad finem cognitionis, quando res cognoſcitur perfectè, ſicut cognoſcibilis eſt; ergo res comprehenditur, quando cognoſcitur ita perfectè, ſicut cognoſcibilis eſt.*

Secundò probatur exemplo: nam propoſitio demonſtrabilis comprehenditur, quando ſcitur per demonſtrationem; non autem quando cognoſcitur per aliquam rationem probabilem. Minor autem principalis argumenti ſic probatur: Vnumquodque eſt cognoſcibile, ſecundũ modum ſui actus; ſed tanta eſt virtus Dei *in cognoſcendo, quanta eſt eius actualitas in exiſtendo; ergo tantùm ſeipſum cognoſcit, quãtùm cognoſcibilis eſt.* Maior *probatur; quia non cognoſcitur aliquid, ſecundùm quòd eſt in potentia, ſed ſecundùm quòd eſt in actu: nono* Metaph.

A *tex. 20. Minor autem probatur; quia per hoc* Deus *eſt cognoſcitiuus, quod actu eſt ab omni materia, & potentialitate ſeparatus.*

Expoſitio Textus.

IN hoc diſcurſu vna ſola propoſitio videtur explicationem poſtulare, illa videlicet; *Tunc res aliqua comprehenditur, quando peruenitur ad finem cognitionis*: Nam nomine finis, non intelligit S. Tho. terminum aliquem cognitionis, quo fiat terminata, & fi-
B nita; ſed perfectionem ſignificat cognitionis: nam finis eſt, qui perfectionem adducit; quare peruenire ad finem cognitionis, eſt habere perfectã cognitionem; quod etiam apertè indicat minor ſubſumpta, videlicet, *ſed tunc peruenitur ad finem cognitionis, quando res cognoſcitur ita perfectè, ſicuti cognoſcibilis eſt*. Quibus verbis declarat, quid ſit peruenire ad finem cognitionis. Quod latius explicat S. Doct. de ver. quæſt. 2. artic. 2. in reſponſionibus quinti, ſeptimi, octaui, & noni; quæ omnino videndæ ſunt ad perfectam textus præſentis articuli intelligentiam. S. Thom.

C

ARTICVLVS IV.

Vtrum ipſum intelligere Dei ſit eius ſubſtantia.

83 1. cont. c. 46. & 47. & lib. 4. c. 11. & 12 & opu. 3. c. 19. & 30 & 31.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd ipſum intelligere Dei non ſit eius ſubſtantia. Intelligere enim eſt quædam operatio; Operatio autem aliquid ſignificat procedens ab operante; Ergo ipſum intelligere Dei non eſt ipſa ſubſtantia.

2 Præterea: Cum aliquis intelligit ſe intelligere, hoc non eſt intelligere aliquid magnũ, vel principale intellectum; ſed intelligere quédam ſecũdarium, & acceſſorium; Si igitur Deus ſit ipſum intelligere, intelligere Deũ erit, ſicut cum intelligimus intelligere; Et ſic non erit aliquid magnum intelligere Deum. (D) 304

3 Præterea: Omne intelligere eſt aliquid intelligere: Cum ergo Deus intelligit ſe, ſi ipſemet nõ eſt aliud, quàm ſuum intelligere, intelligit ſe intelligere; & intelligere ſe intelligere ſe; & ſic in infinitum; Non ergo ipſum intelligere Dei eſt eius ſubſtantia.

Sed contra eſt, quod dicit Auguſt. *lib. 7. de Trinit. Deo hoc eſt eſſe, quod ſapientem eſſe; Hoc autem eſt ſapientem eſſe, quod intelligere; Ergo Deo hoc eſt eſſe, quod intelligere; Sed eſſe Dei eſt eius ſubſtantia, vt ſupra * oſtẽſum eſt; Ergo intelligere Dei eſt eius ſubſtantia. (E) Lib. 7. de Trin. c. 2. circa 3. — q. 3. art. 4.

Reſpondeo. Dicendum, quòd eſt neceſſe dicere, quòd intelligere Dei eſt eius ſubſtantia: Nam, ſi intelligere Dei ſit aliud, quã eius ſubſtantia,

Lib 12. Metaph. textu 39. & 5.

ſtantia, oporteret, vt dicit Philoſophus in* 12. Metaphy. quòd aliquid aliud eſſet actus, & perfectio ſubſtantiæ diuinæ: ad quod ſe haberet ſubſtantia diuina, ſicut potentia ad actum; quod eſt omnino impoſsibile: Nam intelligere eſt perfectio, & actus intelligentis. Hoc autem qualiter ſit, conſiderandum eſt: Sicut enim* ſupra dictum eſt, intelligere non eſt actio progrediens ad aliquid extrinſecum, ſed manet in operante, ſicut actus, & perfectio eius; prout eſſe eſt perfectio exiſtentis. Sicut enim eſſe cõſequitur formam, ita intelligere ſequitur ſpeciem intelligibilem. In Deo autem non eſt forma, quæ ſit aliud, quàm ſuum eſſe, vt ſupra *oſtenſum eſt. Vnde, cum ipſa ſua eſſentia ſit etiam ſpecies intelligibilis, vt dictum eſt; *ex neceſsitate ſequitur, quòd ipſum eius intelligere ſit eius eſſentia, & eius eſſe. Et ſic patet ex omnibus præmiſsis, quòd in Deo intellectus, & id, quod intelligitur, & ſpecies intelligibilis, & ipſum intelligere, ſunt omnino vnum, & idem. Vnde patet per hoc, quòd Deus dicitur intelligẽs, nulla multiplicitas ponitur in eius ſubſtantia.

Art. 1. huius quæſt.

q. 3. art. 4. & 7.

q. 3. art. 7. præcipuè.

Ad primum ergo dicendum, quòd intelligere non eſt operatio exiens ab ipſo operante, ſed manens in ipſo.

Ad ſecundum dicendum, quòd, cum intelligitur illud intelligere, quod non eſt ſubſiſtens, non intelligitur aliquid magnum; ſicut cùm intelligimus intelligere noſtrum. Et ideò non eſt ſimile de ipſo intelligere diuino, quod eſt ſubſiſtens. Et per hoc patet reſponſio ad tertium: Nam intelligere diuinum, quod eſt in ſeipſo ſubſiſtens, eſt ſui ipſius, & non alicuius alterius, vt ſic oporteat procedere in infinitũ.

Ratio ordinis.

Actus intelligendi præſupponit intelligentem, obiectũ, & ſpeciem, & ideò poſt tractatam quidditatem ſciẽtiæ Dei, ex parte ſpeciei, & obiecti, comparatione ad intelligentem, de eadem hic agit ex parte intelligere per cõparationem ab ſubſtantiam intelligentis Dei, & conſequenter ad obiectum, & ſpeciem, vt patet in littera.

Forma Textus.

Concluſio. Neceſſe eſt dicere, quòd intelligere Dei eſt eius ſubſtantia. Probatur primò ratione Ariſtot. ducente ad impoſsibile: Si intelligere Dei ſit aliud, quàm eius ſubſtantia, oporteret, quòd aliquid aliud eſſet actus, & perfectio ſubſtantiæ diuinæ, ad quod ſe haberet ſubſtantia diuina, ſicut potentia ad actum; at hoc eſt omnino impoſsibile; ergo. Maior, ſiue conſequentia probatur; quia intelligere eſt perfectio, & actus intelligentis. Secundò probatur concluſio oſtenſiuè. Subſtantia Dei eſt ſuum eſſe, & ſua ſpecies intelligibilis; ergo intelligere Dei eſt eius ſubſtantia. Antecedens duas habet partes, & prior probata eſt ſupra quæſt. 3. art. 4. poſterior autem ſtabilita eſt in ſecundo articulo huius quæſt. Conſequentia verò probatur: Intelligere manet in operante, ſicut actus, & perfectio eius: prout eſſe eſt perfectio exiſtentis; ergo, ſi ſubſtantia Dei intelligentis eſt ſuum eſſe, & ipſa ſpecies intelligibilis; ex neceſsitate ſequitur, quòd ſit ſuum intelligere. Antecedens probatur; quia intelligere conſequitur ſpeciem intelligibilem, ſicut eſſe conſequitur formam.

A

Primum corollarium. In Deo intellectus, et id, quod intelligitur, & ſpecies intelligibilis, & ipſum intelligere ſunt omnino vnum, & idem.

B

Secundum corollarium. Per hoc, quòd Deus dicitur intelligẽs, nulla multiplicitas ponitur in eius ſubſtantia.

Expoſitio Textus.

Defenditur expoſitio Caietani contra Banneſium, & Syluestrum.

Notat, & ſubtiliter explicat Caietanus quatuor dicta D. Thom. de intelligere. Primum, quòd manet in intelligente. Secundum, quòd eſt vt actus, & perfectio intelligentis. Tertium, quòd eſt perfectio, eo modo, quo eſſe eſt actus exiſtẽtis. Quartum, quòd conſequitur ſpeciem intelligibilem, vt exiſtere formam; & per hoc vltimum probatur tertium, quę duo dicta mirificè hic explicat Caietanus. Cuius expoſitionem reprehendunt Bannes, & Syluester. Ait enim Bannes non eſſe intentionem Sanct. Tho. docere, quòd ſicut eſſe conſequitur ad formam, ita intelligere ad ſpeciem: Nam ratio formalis ſpeciei non conſiſtit in hoc, quòd ſit ſubſtantia, vel accidens; ſed vtrumq; accidit illi, at in hoc conſiſtit, quòd ſit forma repræſẽtatiua conſtituens intellectum in actu ad cognoſcendũ; ergo vltima actualitas ſpeciei non eſt eſſe. Caiet.

C

Obiectio Banneſij.

Huius obiectionis ſolutio patet ex ipſo textu: Nam ex quarto dicto D. Thom. manifeſtè conuincitur veritas eius, quod negat Bannes de intentione ſancti Doctoris. Ad argumentum autem negatur conſequentia; nam cauſa, propter quam intelligere conſequitur ſpeciem, ſicut eſſe conſequitur formam, non eſt; quia ſpecies ſit ſubſtãtia, vel accidens; neque ſuper hoc fundatur diſcurſus Caietani, ſed propria cauſa eſt; quia intellectus per ſpeciem fit, & eſt ipſum intelligibile: hoc autem eſſe tunc ſolùm eſt perfectum, & completum, cum intellectus actualiter intelligit; ex quo ſequitur, quod intelligere ſit ipſum eſſe, & vltima actualitas ipſius intellectus, in ordine intelligibili, vt oſtendimus cum Caietano ſupra quæſt. 12. art. 2. Solutio.

D

E

Syluester autem duo reprehendit in expoſitione Caietani. Primum eſt, quòd intelligere ſit eſſe ſubſtantiæ diuinæ, vt eſt ſpecies intelligibilis in genere intelligibili, ſicut exiſtere eſt eſſe eiuſdem in genere entis: Nã differẽtia eſt (inquit) inter intelligere, & eſſe, quòd licèt intelligere non exeat extra operantem, exit tamen extra principiũ formale operandi, quod eſt ſpecies intelligibilis; quia (inquit) ſpecies non eſt ſuſceptiua intellectionis; Obiectio Syluestri.

quia

quia ſequeretur, quòd idem moueret ſe ſecundùm idem; at eſſe non ſuſcipitur extra principium formale eſſendi.

Secundò reprehendit aliud dictum, quòd intelligere eſt eſſe intelligentis vt ſic: nam, ſi hoc dictũ intelligatur de intelligere in actu primo, quod datur per ſpeciem, ſic eſt verum, ſi autem intelligatur
Defenſio de intelligere in actu ſecundo, ſic (inquit) falſum eſt; nullam tamen adducit rationem. Sed contradictiones iſtæ procedunt ex defectu intelligentiæ eorum, quæ ſubtiliter docet Caietanus. Ad illud igitur, quod primò obijcitur.

Reſpõdetur falſum eſſe, quòd intelligere exeat extra principium formale operandi, quod eſt ſpecies intelligibilis; ſiquidem in ea manet, & eam actuat, vt eius eſſe; vt etiam docet Caietanus in-
Caiet. fra quæſt. 27. art. 1. Ad probationem negatur ſequela: Nam, quemadmodum eſſentia eſt principium formale exiſtentiæ, ſecundùm id, quod habet de actu, & eſt eius receptiua ſecundùm id, quod habet de potentia; ita ſpecies intelligibilis, quo ad rationem actus cauſat intelligere: recipit autem, quo ad rationem potentiæ.

Secũdum autem dictum, quod ſine ratione refutat Syluester, verum eſſe conſtat ex dictis ſupra quæſt. 12. artic. 2.

ARTICVLVS V.

Vtrum Deus cognoſcat alia à ſe.

84 1. d. 35. ar. 2. & ver. q. 2. art. 4. Et 1. contr. ca. 48. & 49. Lib. 83. q. 46. poſt med. to. 4.

AD quintum ſic proceditur. Videtur, quòd Deus non cognoſcat alia à ſe. Quæcunque enim ſunt alia à Deo, ſunt extra ipſum. Sed Auguſt. dicit in* lib. 83. quæſt. 46 neque quicquam Deus extra ſe ipſum intuetur; Ergo non cognoſcit alia à ſe.

2 Præterea. Intellectum eſt perfectio intelligentis; Si ergo Deus intelligat alia à ſe, aliquid aliud erit perfectio Dei, & nobilius ipſo. Quod eſt impoſsibile.

3 Præterea: Ipſum intelligere ſpeciem habet ab intelligibili, ſicut, & omnis alius actus à ſuo obiecto. Vnde, & ipſum intelligere tantò eſt nobilius, quantò etiam nobilius eſt ipſum, quod intelligitur; Sed Deus eſt ipſum ſuum
Ar. præced. intelligere,* vt ex dictis patet; ſi igitur Deus intelligit aliquid aliud à ſe, ipſe Deus ſpecificatur per aliquid aliud à ſe; quod eſt impoſsibile; Non igitur intelligit alia à ſe.

Sed contra eſt, quòd dicitur Hebr. 1. Omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius.

Reſpondeo. Dicendum, quòd neceſſe eſt
81 Deum cognoſcere alia à ſe. Manifeſtum eſt enim, quòd ſeipſum perfectè intelligit.* Alioquin ſuum eſſe non eſſet perfectum, cum ſuũ eſſe ſit ſuum intelligere. Si autem perfectè aliquid cognoſcitur, neceſſe eſt, quòd virtus eius

A perfectè cognoſcatur. Virtus autem alicuius rei perfectè cognoſci non poteſt, niſi cognoſcantur ea, ad quæ virtus ſe extendit.* Vnde cum virtus diuina ſe extẽdat ad alia, eo quòd 90 ipſa eſt prima cauſa effectiua omnium entium (* vt ex ſupradictis patet;) neceſſe eſt, quòd q. 2. ar. 3. Deus alia à ſe cognoſcat. Et hoc etiam euidẽtius fit, ſi adiungatur, quòd ipſum eſſe cauſæ agentis primæ, ſcilicet Dei, eſt eius intelligere. Vnde quicunque effectus præexiſtunt in Deo, ſicut in cauſa prima, neceſſe eſt, quòd ſint in ipſo eius intelligere: & quòd omnia in eo
B ſint ſecundùm modum intelligibilem: Nam omne, quod eſt in altero, eſt in eo ſecundũ modum eius, in quo eſt.

Ad ſciendum autem qualiter alia à ſe cognoſcat, conſiderandum eſt, quòd dupliciter aliquid cognoſcitur.* Vno modo in ſeipſo. Alio modo in altero. 83 In ſeipſo quidem cognoſcitur aliquid, quando cognoſcitur per ſpeciẽ propriam adæquatam ipſi cognoſcibili; ſicut cum oculis videt hominem per ſpeciem hominis. In alio autem videtur id, quod videtur
C per ſpeciem continentis: ſicut cum pars videtur in toto, per ſpeciem totius; vel cùm homo videtur in ſpeculo, per ſpeciẽ ſpeculi, vel quocunq; alio modo contingat aliquid in alio videri. Sic igitur dicendum eſt, quòd Deus ſeipſum videt in ſeipſo; quia ſeipſum videt per eſſentiam ſuam. Alia autem à ſe videt, non in ipſis, ſed in ſeipſo, inquantùm eſſentia ſua continet ſimilitudinem aliorum ab ipſo.

Ad primum ergo dicendum, quòd verbum Auguſt. dicentis, quòd Deus nihil extra ſe intuetur, non eſt ſic intelligendum, quaſi nihil,
D quod ſit extra ſe, intueatur, ſed quia id, quod In corp. ar. eſt extra ſeipſum, non intuetur niſi in ſeipſo, vt* dictum eſt.

Ad ſecundum dicendum, quòd intellectum eſt perfectio intelligentis, non quidem ſecundùm ſuam ſubſtantiã, ſed ſecũdùm ſuã ſpeciẽ; ſm quam eſt in intellectu, vt forma, & perfectio eius.* Lapis enim nõ eſt in anima, ſed ſpecies eius, vt dicitur in * 3. de anima. Ea verò, Lib. 3. de anima tex. 38. tom. q̃ ſunt alia à Deo, intelliguntur à Deo, inquantùm eſſentia Dei continet ſpecies eorum, vt dictum * eſt. Vnde non ſequitur, quòd aliquid In corp. ar.
E aliud ſit perfectio diuini intellectus, quàm ipſa eſſentia Dei.

Ad tertium dicendum, quòd ipſum intelligere non ſpecificatur per id, quod in alio intelligitur, ſed per principale intellectum, in quo alia intelliguntur. Intantùm enim ipſum intelligere ſpecificatur per obiectum ſuum, inquantùm forma intelligibilis eſt principium intellectualis operationis: Nã omnis operatio ſpecifica-

ſificatur per formam, quæ eſt principium operationis; ſicut calefactio per calorem. Vnde per illam formam intelligibilem ſpecificatur intellectualis operatio, quæ facit intellectum in actu. Et hæc eſt ſpecies principalis intellecti; quæ in Deo nihil eſt aliud, quàm eſſentia ſua; in qua omnes ſpecies rerum comprehenduntur. Vnde non oportet, quod ipſum intelligere diuinum, vel potius ipſe Deus ſpecificetur per aliud, quàm per eſſentiam diuinam.

Ratio ordinis, & ſenſus quæſiti.

HIc incipit S. Doct. tractare de diuina ſcientia in ordine ad obiectũ, ſiuè terminum eius ſecundariũ, qui eſt creatura. In hoc quæſito tria ſunt obſeruanda. Primũ eſt, in eo duo claudi quæſita. Vnum, an Deus cognoſcat alia à ſe. Aliud quomodo ea cognoſcat, loquendo de modo ex parte cognoſcentis. Secundum eſt, hic non quæri determinatè de cognitione, an eſt; aut de cognitione quid eſt, ſed indiſtinctè: Nam in ſequenti articulo agetur de rerum cognitione, quo ad propria cuiuſque rei; quod eſt agere de cognitione diſtincta, & quidditatiua. Tertium eſt, dictionem illam, *alia*, intelligi indiſtinctè ad facta, & factibilia, ad præſentia, & futura, ad vniuerſalia, & ſingularia, &c. de quibus ſigillatim tractatur in pluribus huius quæſtionis articulis.

Forma Textus.

PRima concluſio eſt. Neceſſe eſt *Deum cognoſcere alia à ſe. Probatur dupliciter: Primò Deus perfectè cognoſcit virtutem ſuam: ergò Deus cognoſcit alia, ad quæ ſe extendit eius virtus; ergo Deus cognoſcit alia à ſe. Probatur conſequentia; Quia virtus alicuius rei nequit cognoſci, niſi cognoſcantur ea, ad quæ ſe extendit. At virtus Dei ſe extendit ad alia, quia Deus eſt cauſa effectiua rerum; ergo. Antecedens verò probatur: Deus perfectè cognoſcit ſeipſum; At ſi aliquid perfectè cognoſcitur, neceſſe eſt, quòd virtus eius cognoſcatur: ergo Deus perfectè cognoſcit ſuam virtutem. Probatur prima propoſitio; quia, ſi Deus ſeipſum perfectè non cognoſceret, ſequeretur, quòd ſuum eſſe non eſſet perfectum. Probatur hæc conſequentia; quia in Deo ſuum eſſe eſt ſuum intelligere.*

Secundò probatur eadem concluſio: Ipſum eſſe cauſæ agentis primæ, ſcilicet Dei, eſt eius intelligere; ergo quicunque effectus præexiſtunt in Deo, ſicut in cauſa prima, neceſſe eſt, quòd ſint in ipſo eius intelligere modo intelligibili. Probatur conſequentia; quia omne, quod eſt in altero, eſt in eo ſecundùm modum eius, in quo eſt.

Secunda concluſio. Deus alia à ſe videt non in ſeipſis, ſed in ſeipſo. Quæ concluſio reſpõdet ſecũdæ parti quæſiti modo à nobis expoſito. Probatur: Illud videtur in ſeipſo, quod videtur per propriam ſpeciem adæquatam ipſi cognito; illud autẽ videtur in alio, quod videtur per ſpeciem continentis; ſed Deus videt alia à ſe non per ſpe-

A *ciem illis adæquatam, ſed per ſpeciem continentis; ergo. Maior manifeſtatur per exempla: nam oculus videt hominem in ſeipſo; quia videt eum per ſpeciem adæquatam illi: rurſus oculus videt partem in alio, ſcilicet in toto; quia videt per ſpeciem totius. Similiter homo videtur in ſpeculo per ſpeciem ſpeculi. Minor probatur; Quia Deus videt alia à ſe in eſſentia ſua, inquantùm continet ſimilitudinem aliorum ab ipſo.*

Prima Controuerſia.

Quo ſenſu accipiendum ſit dictum illud, Intelligere Dei eſt eius eſſe.

B **Referuntur, & explicantur ſententiæ expoſitorum.**

TOtum hũc diſcurſum profundè, & ſubtiliter, vt ſolet, explicat Caietanus; Sed quoniã plura ex dictis hic à Caietano circa ſenſũ illius propoſitionis: *Intelligere Dei eſt eius eſſe*, difficultate non carent, nec alij videntur legitimum ſenſũ prędictæ propoſitionis aſſequuti: idcircò paulò diligentius de vero, ac proprio dictę propoſitionis sẽſu diſſeremus; Hæc igitur propoſitio, *Intelligere Dei eſt eius eſſe* aſſumpta eſt à D. Thom. in vtraque
C probatione primæ concluſionis; & in priori quidẽ probatione ponitur ad probandam illam conſequentiam. *Si Deus non perfectè cognoſceret ſeipſum, ſequeretur, quòd ſuum eſſe non eſſet perfectum.* Nam, inquit S. Thom. *in Deo ſuum eſſe, eſt ſuum intelligere; ergo, ſi intelligere eſt imperfectum; etiam eſſe eſt imperfectum.* Quæ propoſitio, vt ſcitè notat Caietanus, ſiue ſumatur identicè, ſiue formaliter, vim habet ad probandam dictam conſequentiam. Formaliter quidem, ſi ita intelligatur, vt intelligere ſit formaliter eſſe Dei, non abſolutè, ſed quatenus intelligens eſt: Nam, ſi intelligere eſt imperfectum, ſequitur euidẽter eſſe Dei, vt intelligens eſt, eſſe im-
D perfectum; nam eſſe Dei, vt intelligẽs eſt, nil aliud eſt formaliter, quàm intelligere. Caietan.

Si verò ſumatur identicè dicta propoſitio, eandem habet vim, ſed alio modo. Neceſſe eſt enim præſupponere duas propoſitiones apud omnes cõfeſſas. Vna eſt, quòd intelligere Dei ſit capax omnimodę perfectionis, tam in ordine ad obiectum, quàm ſecundùm ſe. Alia propoſitio eſt. Si fuerint aliqua duo idẽtificata adinuicem, quorum vnum ſit prius ſecundùm rationem, & aliud poſterius, ſi poſterius fuerit imperfectum, ſequitur à poſteriori, quòd prius etiam ſit imperfectum; exempli gratia, in homine rationale identificatur cum ſubſtã-
E tia; & quia rationale claudit imperfectionem, ſequitur etiam ſubſtantiã, prout eſt in homine, claudere imperfectionem: Nam, ſi perfectum eſſet omnibus modis, id quod prius eſt, omnem excluderet cuiuſuis ſibi identificati imperfectionem. Sic igitur in propoſito, intelligere Dei identificatur cum eius eſſe, vt poſterius cum priori. Si ergo intelligere Dei eſſet imperfectum, ſequeretur quòd & eſſe Dei eſſet imperfectum. De hac expoſitione nulla eſt difficultas.

Digitized by Google

In ſecunda etiam probatione ſumi poteſt dicta propoſitio vtroque modo, ſcilicet formaliter, & identicè. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, ea, quæ formaliter ſunt in Deo, eſſe in duplici differētia: nam quædam ſunt perfectiones ſimpliciter, vt diuina eſſentia, & attributa; quædam autē abſtrahunt à perfectione, & imperfectione, vt relationes, quatenus dicunt ad, etiam reales, vt ſuo loco probabitur. Rurſus perfectiones ſimpliciter duplices ſunt; nam quædam ſunt perfectiones naturales, vt eſſentia, potentia, bonitas, & ſimilia; quædā autem liberæ, vt velle, eligere, prædeſtinare, & ſimilia. Si itaque loquamur de perfectionibus naturalibus, ex earum identitate, vt inquit Caietanus, ſequitur, quidquid eſt in vna modo illius proprio, ſit in alia modo etiam proprio illius. [Caiet.] Cuius ratio eſt, quia cuilibet diuinæ perfectioni naturaliter cōuenit omnis ea perfectio, quæ illius rationi formali non repugnat: talis autem eſt omnis perfectio ſimpliciter; nulla ſiquidem perfectio ſimpliciter repugnat alteri perfectioni ſimpliciter. Radix huius eſt; quia quælibet diuina perfectio ex ſua propria ratione vendicat ſibi infinitatem ſimpliciter; quæ ſine omnium perfectionum in vnam, non ſolùm perfectionem, ſed etiam rationē formalem perfectionis eleuatione eſſe, aut intelligi nulla ratione poteſt. Vt enim alibi dictum eſt, ſi diffinienda eſſet diuina ſapientia, prout verè eſt ſecūdùm ſe infinita ſimpliciter, in eius diffinitione poneretur eſſentia, potentia, voluntas, & cæteræ omnes diuinæ perfectiones: Nam à parte rei, nulla inter ſe ratione diſtinguuntur: ſed ſicut in vnam rem eminentiſsimam ſimpliciter infinitā eleuantur, & adunantur: ita in eius vnica, & ſimpliciſſima ratione formali, quæ Deitas eſt, adunantur.

Ex quo ſequitur, primò, quòd modo noſtro cōceptæ cum tali infinitate, ea ratione, qua vt diſtinctæ percipi poſſunt, dicantur æquales, vt quælibet earum cognoſcatur ad ea omnia ſe extendere, ad quæ ſe extendit alia, modo tamen cuilibet proportionato. Sequitur ſecundò, quòd, cum intelligere, & eſſe, perfectiones ſint naturales, neceſſe eſt, vt quod eſt in eſſe, vt ſic, & per modum entis, ſit ēt in intelligere, vt eſt intelligere, & p modū intelligibilē. De his aūt, quę perfectiones non ſunt, aut liberæ perfectiones ſunt, non verificatur prædicta regula, vt id, quod eſt in vna, ſit etiam in alia modo illius proprio. Non enim valet: omnes effectus sūt in eſſe Dei per modum eſſe, ſed eſſe eſt relatio; ergo ſunt in relatione per modum relationis, & ſimiliter non ſequitur: omnes effectus poſsibiles ſunt in eſſe Dei per modum eſſe; ſed eſſe Dei eſt eius velle: ergo omnes effectus ſunt in velle Dei modo proprio illius, ideſt, vt voliti. [Valentia.] Hanc expoſitionem paucis verbis tangit, & ſequitur Valentia.

Secundò poteſt dicta propoſitio exponi formaliter. Et hoc dupliciter. Vno modo cum Caietano, & Valentia, quod eſſe Dei dupliciter poteſt ſumi: [Caiet.] Vno modo abſolutè: Alio modo, vt eſſe primæ cauſæ. Ait ergo Caietanus: quidquid ſit de eſſe Dei abſolutè (de quo ſcilicet in priori expoſitione loquuti ſumus) eſſe Dei, vt primæ cauſæ, eſt formaliter intelligere. Cuius ratio eſt; quia Deus non ex eo, quòd eſt, neque prout formaliter eſt, ſed ex eo, quòd intelligit, & vt intelligit, cauſat, & naturalē habet cauſandi facultatē: Nam intelligere eſt id, quod primò fundat actiuam virtutem omnis intellectualis cauſæ, quatenus intellectualis cauſa eſt, vt patet in effectibus per artem productis, qui in intelligere, vt primo virtutis artificis, quatenus artifex eſt, fundamentò præexiſtunt, non autem in eſſe; ſed per accidens eſt, (inquit Caietanus) q in eſſe præexiſtant ex hoc, quòd talis agentis intelligere idem eſt, quod eſſe.

Et quamuis velle ad agendum cōcurrat in cauſa per intellectum operante, non conſtituit tamen cauſam intellectualem in eſſe cauſæ; ſed ad alterū oppoſitorum illam tantum determinat: quo fit, vt eſſe primæ cauſæ, quæ per intellectum agens eſt, non ſit velle, ſed intelligere: [Ferrarien.] Nam, vt ait Ferrarienſis in primo contra gentil. cap. 50. licet eſſe abſolutè non ſit intelligere, eſſe tamen vt formale principium contentiuum rerum à Deo producibilium, eſt formaliter intelligere; Quia in Deo res virtualiter continentur vt agente per intellectum, nō autem vt in agente per naturam. Eandem ſententiā ſequitur Valentia. [Valentia.]

Alio modo poteſt exponi dicta propoſitio in ſēſu formali cum Ferrarienſe in dicto capitulo: [Ferrarien.] Nā eſſe eſt vltima actualitas Dei in genere entium: Intelligere verò, eſt eius vltima actualitas in genere intelligibilium. At verò genus entis, & genus intelligibilis in Deo ſunt idem formaliter; nā Deus eſt eſſe immateriale ſubſiſtens, & intelligere ſubſiſtens; reliquę verò perfectiones in Deo exiſtētes, quamuis ſubſiſtant immaterialiter, non tamē ſunt vltimæ actualitates. Et ideo non ſunt idem formaliter cum ipſo eſſe, inquantùm eſt eſſe, ſicut intelligere. Hanc expoſitionem ſequitur, & explicat Bannes in articulo præcedente; [Bannes.] qui tamen in articulo 8. huius quæſt. aliam adhibet expoſitionem, quæ longè melior apparet, quam vide ſi placet.

Argumenta, & ſolutiones.

SEd contra vtramque expoſitionem, ſcilicet Caietani, & Ferrarienſis, ſunt argumenta ſatis valida: Nā primò videtur falſa illa propoſitio Caietani; [Contra expoſit. Caietani.] quidquid eſt in vna perfectione naturali modo proprio illius, eſt in alia modo illius proprio; Quia alioquin ſequeretur, quòd cōtradictoria, & impoſsibilia continerentur in potētia Dei; quoniam ſunt in eius intelligere: immò quòd diuina eſſentia, perfectiones, & relationes perſonales continerentur in potentia Dei, vt ab ea producibiles; quia ſunt in eius intelligere, & quod omnia factibilia eſſent in ęternitate: quoniam ſunt in diuino intellectu, & potentia, vt ab ea factibilia.

Reſpondetur primò, illam propoſitionem verā eſſe de perfectionibus diuinis naturalibus, quę nō dicunt ordinem ad temporalem effectum; quales ſunt intelligere, & eſſe, quæ formaliter non dicunt ordinem ad temporalem effectum. Argumentum autem procedit de perfectionibus, quæ dicunt ordinem ad temporalem effectum.

Secundò

Digitized by Google

Secundò reſpondetur: propoſitionem illam veram eſſe, quando modus, quo aliquid in vna diuina perfectione continetur, non excludit formaliter continentiam in alia perfectione. Hæc autem, quæ in argumento tanguntur, ita continentur in vna perfectione, vt modus illius excludat formaliter continentiam in alia perfectione: Nam contradictoria, & impoſsibilia, & diuinæ perfectiones, & relationes ita continentur in diuina ſcientia, vt ea intelligantur tanquam res minimè factibiles; qui modus excludit formaliter continentiã in diuina potentia, quæ eſt de factibilibus tãtũ. Et ſimiliter res, quæ nunquam fient, continentur in diuina ſcientia, & potentia, vt nunquam fiendæ, & conſequẽter, vt nunquam futuræ in æternitate.

S. Thom.

Secundò contra illam propoſitionem Caietani. *Eſſe Dei, vt prima cauſa eſt intelligere*, eſt authoritas S. Thom. ſupra quæſt. 4. artic. 2. preſertim ratione ſecunda, qua probat omnium rerum perfectiones in Deo præexiſtere, quia eſt ipsũ eſſe ſubſiſtens; ex quo oportet, vt totam perfectionem eſſendi in ſe contineat.

Reſpondetur: quòd eſſe ſubſiſtens Dei includit in ſe, non tantùm eſſe naturale, ſed etiam eſſe intelligibile; nam eſſe intelligibile eſt quoddam eſſe. Licet conſiderando eſſe naturale, vt diſtinguitur ab eſſe intelligibili, videatur eſſe prius modo noſtro intelligendi, vt illius ratio.

D. Tho.

Tertiò contra illam propoſitionem: *Eſſe primæ cauſæ, vt ſic, non eſt velle formaliter, ſed intelligere*, eſt authoritas S. Thom. in hac quęſt. artic. 8. vbi ait, ꝙ forma intelligibilis nõ nominat principiũ actionis, ſecundùm quòd eſt tantùm in intelligẽte, niſi adiungatur ei inclinatio ad effectum, quæ eſt per voluntatem, & concludit ſcientiam eſſe rerum cauſam, ſecundùm quòd habet adiunctam voluntatẽ. Eandem doctrinam habet quæſt. 19. art. 4.

Reſpondetur nil aliud intendere. D. Thom. niſi voluntatem concurrere, vt determinantem ad alterum oppoſitorum: vt hic etiam ait Caietanus.

D

Quartò contra illud dictum. *Effectus cauſæ intellectualis, vt ſic, non præexiſtit in eſſe, vt præuenit intelligere*, eſt argumentum. Nam omne agens agit ſibi ſimile ſecundùm formam, quæ eſt ei ratio agendi; effectus autem Deo aſsimilantur ſecundùm eſſe naturale; non autem ſecundùm eſſe intelligibile; Ergo præexiſtunt in eſſe Dei ante eius intelligere.

Reſpondetur omnes effectus à Deo productos illi aſsimilari ſecundum formam mente conceptam licet non aſsimilẽtur illi in modo eſſendi; qm̃ illa eſt ſpiritualis; effectus autem quandoque eſt materialis. Nec eſt neceſſe effectum aſsimilari agenti, vel eius formæ in modo eſſendi, vt ſcitè aduertit Caietanus, infra quæſt. 19. artic. 4. nec effectus aſsimilatur Deo formaliter, ſecũdum eſſe naturale; quia diuinum eſſe eſt eſſe per eſſentiam; eſſe autem creaturæ eſt participatum, & determinatum tali differentia, & proprietate indiuiduali; ſed magis aſsimilatur ideæ, quæ rem ſecundùm omnes eius conditiones perfectè repręſentat. Videnda ſunt, quæ ſcripſimus in ſecunda Controuerſia articuli octaui huius quæſtionis.

Caiet.

E

A

Contra expoſitionem autem Ferrarienſis ſic arguitur: Nam ait Ferrarienſis in dicta propoſitione accipi intelligere formaliter, ex parte rei: at cõmune eſt omnibus diuinis prædicatis ſiue perfectionibus eſſe idem formaliter cum eſſe, & inter ſe à parte rei, & ſic ex tali identitate nihil ſpeciale concludi poterit de intelligere. Quod autem ait intelligere conuenire cum eſſe, quòd vtrumque eſt vltima actualitas, & quòd hoc alijs, quæ in Deo ſunt, non conuenit, falſum eſt loquendo de ratione formali à parte rei, quæ vna omnium eſt.

Contra expoſit. Ferrarenſis.

Cui argumento non video, quomodo ſatisfieri poſsit, atque ideo dicendum videtur expoſitionẽ illam haud eſſe veritati conſonam. Melior itaque eſt ſecunda expoſitio Banneſij, quæ habetur in octauo articulo huius quæſtionis. Poſſet tamen aliter, & non incongruè dici, dupliciter concipi poſſe eſſe, & intelligere Dei: Vno modo, vt duæ ſunt perfectiones formaliter modo noſtro intelligendi ab inuicem diſtinctæ: Alio modo, prout vnius ratio in alterius ratione clauditur, dum concipimus eſſe, & intelligere, vt perfectiones altioris ordinis in Deo, quàm in creaturis; & rurſus, vt perfectiones in eadem radice conuenientes: hęc verò radix eſt perfecta immaterialitas: ex qua procedit ſumma actualitas, tam in ratione entis, quàm in ratione ĩtelligibilis: immò ipſa immaterialitas quo ad poſitiuum, quod claudit, eſt formaliter actualitas vtraque prædicta. Et hoc modo formaliter idem ſunt eſſe, & intelligere. Talis autem conuenientia non inuenitur inter eſſe, & alias diuinas perfectiones.

B

Banneſij expoſitio melior.

Defenditur expoſitio Ferrarienſis.

C

Secunda Controuerſia.

De modo, quo Deus intelligit alia à ſe.

Sententiæ Doctorum.

D

Scotus in primo ſent. diſt. 35. & 36. videtur opinari Deum cognoſcere creaturas in ſeipſo, tanquam in obiecto cognito, & in ſeipſis etiam immediatè cognitis; quemadmodum, ſi ante oculos meos ponatur ſpeculum, & roſa obiecta ſpeculo, & ſit vna, & eadem ſpecies in oculo meo, qua video roſam in ſeipſa, & roſam in ſpeculo, hæc vna ſpecies dupliciter repræſentabit mihi roſam, ſcilicet, immediatè, quatenus eſt ratio videndi eam in ſeipſa, & mediatè, quatenus eſt ratio videndi illam in ſpeculo; ſic igitur ſecundùm Scotum diuina eſſentia, vt ſpecies intelligibilis repræſentat diuino intellectui creaturas dupliciter: Vno modo immediatè, quatenus per actum diuini intellectus productæ ſunt in eſſe cognito, ſiue obiectiuo: Alio modo mediatè, quatenus videntur in diuina eſſentia per ſe primò obiecta diuino intellectui, in qua omnia eminenter continentur. Ita explicat ſententiam Scoti Caietanus.

Scotus.

E

Alij autem vt Bãneſius, Zumellus, & Vaſquez, ſuper hoc, & ſequenti articulo, & Suarez in tertio libro de diuinis attributis capit. 2. num. 13. dicũt Scotum priori tantùm modo docuiſſe creaturas cogno-

Caiet. Banne. Zumell. Vaſquez. Suarez.

Digitized by Google

cognoſcere, videlicet immediatè. Sententiam hāc ſic expoſitam ſequitur Vaſquez; licet verbis videatur diuerſam proponere.

Scotiſtæ. Sed recentiores Scotiſtæ, longè aliter Scotū interpretantur, ſuamque de opinione Scoti ſententiam exprimunt quinque propoſitionibus.

Prima eſt. Res non repræſentantur actu, & formaliter in diuina eſſentia, vt prior eſt cognitione. Probatur; Quia res in diuina eſſentia non continētur diſtinctè, vt rudiores putant, ſed indiſtinctè, & eleuatè, vt effectus in cauſa. Secunda. Diuina eſſentia, quę eſt ratio cognoſcendi ſe, & omnia alia, non repræſentat alia immediatè, vt ſpecies intelligibilis eorum, ſed mediatè ſeipſa, vt obiecto. Hæc ſequitur ex prima. Et ex hac ſequitur tertia, videlicet. Diuina eſſentia, vt prior intellectione, nō eſt exemplar actuale creaturarum, nec in ea res relucent, ſed tantùm poſt cognitionem. Et quoniam per actum cognitionis repræſentantur, & cognoſcuntur diſtinctè ſecúdùm Scotum; ideo ſequitur quarta propoſitio, videlicet. Res producuntur per actum cognitionis in eſſe cognito; quod eſſe cognitum eſt id, quo primò res formaliter habet eſſe; quod eſſe eſt diminutū: adeo vt ſit omnino nihil, prout nihil opponitur enti reali, ſicut eſſe chimeræ, vt inquit Scotus, & eſt ens rationis, non autem medium inter ens reale, & rationis, & habet eſſe tantùm obiectiuè in intellectu diuino, ſicut ſecundæ intentiones in intellectu noſtro. Quinta propoſitio eſt. Res in eſſe cognito non eſt obiectum motiuum diuini intellectus, ſed terminatiuum ſecundariò, nec cognoſcit illud eſſe obiectiuum, vel relationem rationis in ſeipſa, ſed in ſeipſo. Quæ ſententia ſic expoſita nihil habet repræhenſibile, aut non probabile.

Aureolus. Secunda ſentētia eſt Aureoli apud Capreolum in 1. ſentent. diſt. 35. quæſt. 2. art. 1. in argumentis contra ſecundam concluſionē. Hic duo dicit, primum. Deus non cognoſcit creaturas in ſeipſis, ſed in ſua eſſentia. Secundum. Deus nō cognoſcit creaturas, etiam mediatè, ſecundùm eſſe, quod habent in ſeipſis, ſed tantùm ſecundùm eſſe, quod habent in ſua eſſentia. Ex quo patet non benè fuiſſe relatam opinionem Aureoli Vaſquezio hic, & Suarezio loco ſupra allegato, qui volunt eandem eſſe opinionem eius, & Scoti.

Molina. Tertia ſententia eſt Molinæ. Qui tria dicit. Primum. Deus cognoſcit alia à ſe, non in rebus ipſis, ſed in ſeipſo, vt obiecto primariò, quo mediantè cognoſcit etiam illud eſſe, quod habent creaturæ in ſeipſis. Secundum. Non eſt abſurdum ſcientiā diuinam, vt eſt ſcientia creaturarum, quo ad reſpectus rationis, quos addit ad creaturas, ab eiſdem ſecundùm eſſe cognitum, ſeu obiectiuum intellectus diuini dependere, tam quo ad complexiones neceſſarias, quàm contingentes. Vnde ait, quòd ſuppoſita libera determinatione diuinæ volūtatis, qua ſtatuit nos creare, & collocare in hoc ordine rerum cum poteſtate liberi arbitrij amplectendi eam partem contradictionis, quam voluerit ex ſua libertate, & non ex aliqua præfinitione Dei; hoc, inquam, ſuppoſito, vera eſt, (inquit) hæc

A propoſitio. Deus ideo ſcit me hodie lecturū, quia ex meo libero arbitrio id futurum eſt; non autem ideo futurum eſt, quia Deus præſcit. Tertium dictum eſt diffinitiones viſi in ſe, & viſi in alio allatas à D. Tho. non eſſe omnino accommodatas, & affert duas alias diffinitiones: Nam, illud, (inquit) videtur in ſe, quod obiectiuè immediatéq; terminat viſionem, ſiue vt integrum obiectum immediatum, ſiue tanquam pars illius. Vnde pars candoris papiri videtur in ſe, dum totus candor papiri videtur in ſe. Illud autem dicitur in alio videri, quod mediantè alio obiecto primario cognito viſionem tanquam ſecundarium obiectum terminat.

B Poſtrema ſententia eſt Sancti Thomæ, Capreoli in allegata diſtinctione, Caietani Ferrarienſis, & omnium Thomiſtarum per ea, quę ſtatim dicētur explicanda, & ab aduerſariorum obiectis per certa veritatis principia vindicanda. D. Tho. Capreol. Caiet. Ferrarien.

Reſolutio.

Quid ſit viſum in ſeipſo, & viſum in alio, & quid ſit per ſe primò repræſentari per ſpeciem.

Sciendum eſt primò differentiam eſſe inter viſum in ſeipſo, & viſum in alio, quòd viſum in
C ſeipſo videtur non in alio obiecto per ſe primò viſo; ſicut cum videtur Petrus per propriam ſpeciē in oculo Pauli immediatè receptam. Viſum autē in alio eſt, quòd videtur in alio obiecto per ſe primò viſo; ſicut Petrus videtur in ſpeculo per ſe primò viſo. Atque hinc apparet veritas earum diffinitionum, quas attulit S. Doct. de viſo in ſe, & viſo in alio dicens viſum in ſe illud eſſe, quod videtur per propriam, & adæquatam ſpeciem; viſum autē in alio, quod per alterius ſpeciem, in quo eſt videtur. Diffinitiones viſi, in ſe & viſi in alio. Neceſſe eſt enim quamlibet ſpeciem, ſiue ea intelligibilis ſit, ſiue ſēſibilis, habere aliquod adæ
D quatum obiectum, quod ab ea per ſe primò repræſentatur; ſi autem per ſe primò repræſentatur; igitur non in alio obiecto primò repræſentato; ſicut etiam è conuerſo, ſi non in alio obiecto repræſentatur per ſpeciem repræſentantem; ergo eſt adæquatè repræſentatum per illam; & conſequenter illud videtur in alio, quod videtur per ſpeciem continentis, id eſt per ſpeciem primò repræſentantem obiectum, in quo hoc aliud continetur, & eo viſo videtur; ſicut pars videtur in toto per ſpeciem totius. Quo fit, vt ſpecies, quæ eſt adæquata repræſentato per ſe primò, ſit inadęquata repræſentato ſecundariò, ſiue ei, quod repræſentatur in primo repræſentato.

E Secundò obſeruandum eſt dupliciter poſſe aliquid per ſpeciem per ſe primò repræſentari: Vno modo vt obiectum formale adęquatum ſpeciei, & commune omnibus, quæ ſub eadem ratione formali ad eandem ſpeciem referuntur, vt ab ea repræſentata; ſicut, exempli gratia, ſpecies, quæ intellectui angeli Gabrielis repræſentat totum genus animalis cum ſingulis eius ſpeciebus, & indiuiduis, per ſe primò repræſentat animalis naturā non Repræſentatur aliquid per ſe primò per ſpeciē dupliciter.

non abſtrahendo à ſpeciebus, vel indiuiduis, ſed ſecundùm totam eius latitudinem: Alio modo poteſt aliquid per ſe primò repræſentari, per ſpeciẽ; quia non repræſentatur in alio per ſe primò repræſentato. Et hoc modo omne, quod immediatè repræſentatur per ſpeciem, dicitur per ſe primò repræſentari; tametſi ſpecies illa plura alia repræſentet. Vnde ſpecies, quæ intellectui angelico totam animalis naturæ latitudinem, per ſe primò repræſentat, vt obiectum formale, adæquatum, & per ſe ſecundò ſingulas ſpecies, & indiuidua, dicitur alio modo repræſentare per ſe primò ſingulas ſpecies, & ſingula indiuidua, quatenus, ſcilicet ea nõ in alio obiecto repræſentat: non enim imaginandũ eſt ſpeciem illam repræſentare primò, vt obiectũ cognitum naturam animalis, vt præſcindit à ſpeciebus, & indiuiduis, & in ea ſic repræſentata relucere, vt ſecundariò repræſentata ſpecies, & indiuidua; falſa eſt enim hæc imaginatio: nam ſpecies illa ad ſingulas ſpecies, & indiuidua immediatè refertur, cum ſit ratio intuitiuæ cognitionis; quæ ad res fertur, prout in ſeipſis ſunt: nec res ſingulę repræſentatæ realiter diſtinguũtur à ratione formali communi, puta animalitate adæquante ſpeciei repræſentationem.

Cognoſcit ergo Angelus per ſpeciem repræſentantem totam animalis naturam, cognoſcit inquã hominem Bouem, & Leonem, in ſeipſo, ideſt, non in alio obiecto prius cognito, & conſequenter per ſe primò in ſenſu iam expoſito. Et quoniam S.Th. diffinit viſum in ſeipſo eſſe id, qđ cognoſcitur per ſpeciem propriam, & adæquatã ipſi cognoſcibili.

Aduertendum eſt tertiò ſpeciem aliquam dupliciter poſſe dici propriã, & adæquatam rei repræſentatæ: Vno modo formaliter, quando, ſcilicet, nec ſpecies excedit repræſentatum aliquid aliud repræſentando; nec repræſentatum ſpeciẽ excedit, vt ſcilicet non ſecundùm totam ſuam latitudinem eadem ſpecie repræſentetur. Et hoc modo ſola animalis natura ſecundùm totam ſuam latitudinem adæquat ſpeciem illius repræſentatiuã, & è contra ſpecies dicitur eſſe illius propria, & adæquata: Alio modo dicitur ſpecies propria, & adæquata rei repræſentatæ virtualiter, quæ ſcilicet rem adeo perfectè, & immediatè repræſentat, ac ſi eſſet formaliter propria, & adęquata huic rei repræſentatæ; quomodo diximus ſpeciem angelicã repræſẽtare ſingulas ſpecies, & indiuidua, quibus formaliter non eſt adæquata: nam ſingula immediatè, & ex æquo repræſentat, non autem vnum in alio prius repræſentato. Quando igitur diffinit S. Thom. viſum in ſeipſo illud eſſe, quod cognoſcitur per ſpeciem propriam, & adæquatam, interpretãdus eſt de ſpecie propria, & adæquata formaliter, aut virtualiter: & rurſus, cum loquimur in re propoſita de repræſentato per ſe primò, intelligendũ eſt de repræſentato nõ in alio obiecto prius repræſentato, & conſequenter repræſentatum ſecundariò eſt repræſentatum in alio obiecto per ſe primò repræſentato.

A *Diuinam eſſentiam ſeipſam primò, & creaturas ſecundariò repræſentare.*

Diuina igitur eſſentia, vt ſpecies intelligibilis, ſeipſam, vt obiectum, repræſentat per ſe primò vtroque modo declarato in ſecundo notabili; quia ſcilicet diuina eſſentia eſt adæquatum obiectum formale per ſeipſum repræſentatum; & quia non in alio obiecto repræſentatur: & vtroque modo etiã creaturas per ſe ſecundò repræſentat; quia ſcilicet nec habent adæquatam rationem formalem obiecti repræſentati, quæ eſt Deitas, nec in ſeipſis, ſed in alio obiectiuè repræſentantur. Ex quo B ſequitur, creaturas à Deo non in ſeipſis, ſed in ipſo Deo obiectiuè cognoſci; quia ſcilicet in per ſe primò repræſentata, obiecta, & cognita diuina eſſentia repræſentantur, obijciuntur, & cognoſcuntur; quamuis, vt dicemus in ſequenti articulo, alio modo cognoſci à Deo dicantur in ſeipſis, ſcilicet terminatiuè, quatenus, videlicet diuina cognitio terminatur ad creaturas ſecũdùm earum propriũ eſſe à Deo cognitas. Cum autem dicimus diuinã eſſentiam eſſe primò cognitam, & creaturas ſecundariò, nullum intelligimus, aut ſignificamus ordinem actuum, etiam ſecundùm rationem in diuina cognitione; quaſi plures in ea ſint actus, quorum C vno prius attingat eſſentiam, & alio poſterius attingat creaturas; ſed vnum, & eundem actum intelligimus, primò ad eſſentiam, ſecundò ad creaturas terminatum; ita vt ordo ſit inter res cognitas, non autem in ipſa cognitione: niſi fortè ex imperfecto modo noſtro intelligendi.

Omnia in Deo, vt in cauſa contineri, & diſtinctè repræſentari, & quæ ſit ratio cauſæ intellectualis, vt ſic.

Quartò recolẽda ſunt ea, quę diximus in quęſtione 12. art. 8. quæ hic etiã ſummariè tanguntur à Caietano, videlicet, quòd eſſentia diui- D na, vt ratio cognoſcendi, ſiue vt obiectum cognitũ, continet eminenter omnia intelligibilia. Quod tamen poteſt dupliciter intelligi: Vno modo, vt diſtinctè cõtineat ex parte repręſentantis, quemadmodum ſpeculum diſtinctè continet plurium repræſẽtatiua: Et hoc modo (inquit Caietanus,) qui rudiores ſunt, exiſtimant omnia contineri, & repręſentari in diuina eſſentia: Alio modo poteſt intelligi diuinam eſſentiam omnia continere, & repræſentare diſtinctè ex parte rerum repræſentatarum; quia nimirum ita perfectè, ſingula repræſentat, ac ſi proprium, adæquatum, & à cæteris diſtinctum eſſet exemplar. Et hoc modo docet S.Thom. E ex communi omnium ſapientium ſenſu omnia cõtineri, ac repræſentari in eſſentia diuina. Ex quo ſequitur, vt ſcitè deducit Caietanus diuinam eſsẽtiam, vt ſpecies eſt intelligibilis, non repræſentare alia à ſe immediatè, ſed mediantè ſeipſa, vt obiecto: cum ad alia ſe habeat, vt ſpecies cauſæ ad ſuos effectus; cauſa verò nullum repræſentat effectum, niſi vt prius cognita, & per propriam ſpeciẽ per ſe primò repræſentata.

Et quoniam omnipotentia ad rationem primæ

Digitized by Google

cauſæ, quæ Deus eſt, pertinet, ſequitur falſam eſſe conditionalẽ hanc: Si Deus non eſſet omnipotens, omnia nihilominus ſciret, eſſe autem omnipotentiam Deo, quatenus cauſa eſt, aliqua ratione intrinſecam: Docet S. Thom. infra quæſt. 25. articulo primo, ad quartum his verbis. *Potentia importat rationem principij exequentis id, quod voluntas imperat, & ad quod ſcientia dirigit, quæ tria Deo ſecundùm idem conueniunt: vel dicendum quòd ipſa ſcientia, vel voluntas diuina, ſecundùm quòd eſt principium effectiuum, habet rationem potentiæ. Vnde conſideratio ſcientiæ, & voluntatis, præcedit in Deo conſiderationem potentiæ; ſicut cauſa præcedit effectum, & operationem.* Hæc D. Thom.

S. Thom.

Ex quibus verbis apparet omnipotentiam eſſe de ratione intrinſeca cauſę in Deo, ſiue conſideretur potentia, vt præcedens rationem intellectus, & voluntatis, ſiue vt conſequens. Et quia directiua cognitio, quæ intellectui conuenit, eſt id, quo formaliter conſtituitur aliquid in ratione cauſæ intellectualis, vt ſic, idcircò ſupra diximus cũ Caietano intelligere eſſe id, quod primò fundat actiuam virtutem omnis intellectualis cauſæ, vt intellectualis cauſa eſt: nam ex actuali cognitione directiua ſequitur imperium, quod quo ad vim motiuam, ſiue efficacitatem conuenit voluntati, & ex imperio ſequitur exequutio, & actualis extrinſeca operatio, per actiuam potentiam: ſiue cõcipiatur, vt præcedens, ſiue vt conſequens rationem intellectus, & voluntatis. Igitur intelligere primum eſt intellectualis cauſæ fundamentum, in quo per ſe loquendo præexiſtunt omnes eius effectus, medio voluntatis imperio, & exequutiua potentia producti: atque ideo voluntas etiam, & potentia ad intellectualis cauſę complementũ, licèt minus principaliter, neceſſariò concurrunt. Quod euidentius expreſſit S. Doct. infra quæſt. 19. artic. 4. ad quartum his verbis. *Vnius, & eiuſdem effectus, etiam in nobis eſt cauſa ſcientia, vt dirigens, qua cõcipitur forma operis, & voluntas, vt imperans; quia forma, vt eſt in intellectu tantùm, non determinatur ad hoc, quòd ſit, vel non ſit in effectu niſi per voluntatem, ſed potentia eſt cauſa, vt exequens; quia nominat immediatum principium operationis, ſed hæc omnia in Deo vnum ſunt.* Hæc S. Thom. Quibus verbis rationem cauſæ tribuit ſcientiæ, voluntati; & potentiæ, modo tamen cuilibet proprio. Itaque non erit abſolutè perfecta ratio cauſæ in quouis agente per intellectum niſi tribus prædictis actu concurrentibus.

D. Thom.

Ex quo ſequitur, neque Deum, neq; beatos poſſe in eſſentia diuina aliquem effectum videre, niſi viſa poſſibili ſaltem determinatione voluntatis, & potentiæ exequutione pariter poſſibili. Nam et in omni operatione, vel effectu intellectualis agentis tria conſideramus, nimirum ſubſtantiã actus, vel effectus, modum, & determinationem ad alteram partem contradictionis. Primum eſt à potentia realiter, & phyſicè influente. Secundum eſt à ſcientia, quæ formam, modum, & ordinem præſcribit effectui; quæ omnia apparent in quolibet artis effectu, vt in horologijs, molendinis, ædificijs, & ſimilibus. Tertium autem manifeſtè eſt à volun-

A tate; vt patet ex verbis paulò ante relatis ex quęſtione 19. artic. 4.

Creaturas in eſſentia diuina ſecundùm diuerſas eius rationes pluribus modis, & ordine quodam repræſentari.

AD quorum ampliorem euidentiam quintò cõſiderandum eſt primarium intellectus obiectum pręhabere in ſe perfectionem omnem, quam habet ſpecies impreſſa, Verbum, & intellectio, ac proindè etiam neceſſe eſt, vt perfectio repręſentationis, quæ Verbo conuenit in eſſe intelligibili prę- B exiſtat in obiecto primariò ſm̃ eſſe reale. Cum igitur eſsẽtia diuina reſpectu diuini intellectus priùs habeat rationem obiecti primarij, q̃ ſpeciei impreſsæ, aut intellectionis, ac Verbi eſſentialiter dicti, conſequens etiam eſt, vt antè omnem rationẽ ſpeciei impreſsæ, vel expreſsæ pręhabeat creaturas omnes poſsibiles quatenus eſt ipſum eſſe per eſſentiam, & rerum omnium prima cauſa radicalis atque adeò prima ratio diuinæ ſcientiæ, & cognitionis, tametſi nõdum intelligatur habere ea, quæ ad proximam rationem cauſandi, vel ad actualem pertinent cauſę intellectualis cauſalita- C tem: vis enim radicalis, & prima cauſandi non cõuenit eſſentiæ Dei ex ſpecie, aut Verbo, vel intellectione creaturarum, ſed ex ipſa diuina natura, & eius omnipotentia. Cum autem (vt dictum eſt) eſſentia Dei non ſolùm ſit obiectum primarium, & motiuum intellectus diuini, ſed etiã ſe habeat, vt ſpecies impreſſa, ſub hac etiam ratione repræſẽtat ſecundariò creaturas antequàm in Deo conſideretur Verbum, actus intelligendi, & rationes ideales, quarum ratio completur, & diſtinguitur ex relatione rationis ad creaturas; relatio verò rationis non eſt ratio Deo intelligẽdi diſtinctè creaturas, ſed ex diſtincta creaturarum cognitione cõ- D ſequuntur in Deo reſpectus ideales, vt patebit in quæſtione ſequenti.

Igitur eſſentia diuina prout habet rationẽ Verbi, eſt perfectiſsima ratio cognoſcendi diſtinctè creaturas ſe tenens ex parte intellectus antequàm eadem eſſentia intelligatur habere rationem plurium idearum, eadem autem eſſentia prout eſt ipſum eſſe ſubſiſtens, & prima cauſa eſt ratio cognoſcendi diſtinctè eaſdẽ poſsibiles creaturas ex parte obiecti cognitæ; ita vt perfectio, & diſtinctio cognitionis, & repræſentationis conuenientis eſſentię, vt Verbum eſt, reducatur ad eãdem diuinam eſſentiam, vt eſt ipſum eſſe ſubſiſtens, & prima E cauſa ab intellectu per ſe primò cognita, ideo nãque Deus in eſſentia ſua tanquàm in Verbo diſtinctè cognoſcit creaturas; quia diuina eſſentia, quæ ſuiipſius, vt Verbi obiectum eſt, continet in eſſe reali, vt primum ens, & prima cauſa diſtinctè modo quodam eminentiſsimo creaturas, & ideò Deus ex vi cognitionis, qua ſeipſum, vt primum ens, & primam cauſam intuetur in ſeipſo diſtinctè cognoſcit omnes poſsibiles creaturas, & ad eaſdem etiam terminatur ſecundùm pro-

prias

prias earum rationes. Cum autem dicimus omnipotentiam, & eſſentiam Dei, vt cauſam præcedere eandem eſſentiam, prout ſpecies eſt, & Verbum, ac intellectio, ac proindè, vt ſcientia eſt, ſermo eſt de ſcientia tàm naturali; quàm libera, tàm practica, quàm ſpeculatiua, & de ſpecie, Verbo, & actu intelligēdi, prout ad hanc, vel ad illam ſcientiam pertinent.

Explicatur obiectum adæquatum diuini intellectus, & ratio entis cogniti vt ſic.

Quintò. Notandum eſt obiectum adæquatum diuini intellectus vno modo eſſe ens, alio modo diuinam eſſentiam: Nam diuina eſſentia eſt ſui intellectus obiectum adæquatum intenſiuum, & motiuum, & primariò terminatiuum, & ratio cognoſcendi omnia; At verò ens dicitur obiectum adæquatum; quia ampliſsimè ſumptū in tota ſua latitudine terminat mediatè, vel immediatè diuinam cognitionem: non enim ſola eſſentia diuina terminat cognitionem, verùm etiam creaturę, ſed illa primariò, hæ verò ſecundariò: Nam vnumquodque eſt intelligibile à quouis intellectu, quatenus eſt ens, conſtat autem ens communiter dici de ente creato, & increato; ergo etiam intelligibile, igitur latius patet intelligibile, quàm intelligibile increatum, etiam in ordine ad diuinum intellectum. Nec tamen ens, quatenus ens ſpecificat diuinum intellectum; ſed ſola diuina eſſentia; quæ ita per ſe primo obiectiuè terminat diuinum intellectum, vt in ea tanquam primò cognita, & obiecta cętera videantur, non enim immediatè fertur diuina cognitio ad ens creatum, ſed media diuina eſſentia, vt primariò obiecto, in quo relucent omnia. Sed de hoc plura diximus in primo articulo, quæſt. 12. in prima Controuerſia.

Sextò conſiderandum eſt, quod hic ait Caietanus, videlicet ens diſtingui in ens reale, & ens rationis; hoc verò, ſcilicet ens rationis, diuiditur in negationem, & relationem, vt docet S. Tho. de Verit. quæſt. 21. Cum igitur eſſe cognitum non ſit ens reale, relinquitur, quod ſit ens rationis. Et cum nō ſit negatio, ſequitur quod ſit relatio. Quod etiam ex eo colligitur, quod res dicitur cognita ſola extrinſeca denominatione; itaque cognoſci non eſt, niſi extrinſeca denominatio conſiſtens in relatione cogniti vt ſic; ad cognoſcentem, vt cognoſcens eſt; igitur res non dicitur cognita per aliquod eſſe cognitum, quod formaliter habeat, vt inquit Caietanus. Quod tamen dictum intelligendum eſt de re cognita, non vt cognita eſt, ſed abſolute, & ſecūdum ſe; nam res cognita, vt cognita eſt, id eſt, vt obiectiuè exiſtens in intellectu, habet formaliter eſſe relatiuum ſecundùm rationem, ſine quo eſſe relatiuo nō poteſt concipi res, vt habens eſſe obiectiuum in intellectu.

Eſſentia ... & cognita adæquata. (margin)

...cognitum eſt relatio. (margin)

Probatur contra Molinam ſcientiam Dei nulla ratione dependere à creaturis ab æterno cognitis.

Poſtremò ſciendum eſt, reſpectus rationis, qui concomitantur operationes purè immanentes diuini intellectus, aut voluntatis, non poſſe ceſſare, aut mutari, niſi mutetur eorum fundamentū, quod eſt entitas realis operationis immanentis, vt ſcitè docet Ferrarienſis in primo cont. gent. capit. 83. Cuius ratio eſt; quoniam differentia eſt inter relationem rationis conſequentem diuinam actionem tranſeuntem, & eam, quæ conſequitur actionem immanentem: Nam illa coexigit diſpoſitionem aliquam realem in re creata, ſiue in ipſius actionis termino; & ob hanc cauſam ex ſola termini mutatione, ab ea diſpoſitione, quam in illa coexigit dicta relatio, mutatur, & deſinit ipſa relatio; at ea, quæ conſequitur actionem immanentē, non coexigit in ſuo termino realem aliquam diſpoſitionem, quæ remoueri poſsit, vt ea remota, ſimul etiam deſinat eſſe relatio rationis ad terminum: Quo fit, vt talis relatio nullo alio modo deſinere poſsit, quàm per deſitionē actus, in quo fundatur. Itaque non poteſt Deus deſinere habere habitudinem intelligentis, ad id, quod intelligit, & volentis ad id, quod vult. Quemadmodum autem ad mutationem talis relationis ſequeretur mutabilitas actus diuini; ita ad dependentiam talis relationis ſequitur dependentia actus diuini: nam ideo mutari non poteſt talis relatio; quia neceſſariam habet connexionem cum actu diuino; igitur à nullo poteſt dependere, à quo non dependeat actus diuinus; quemadmodum riſibilitas; quia neceſſariam habet connexionem cum hominis natura, ad nullius mutationem poteſt mutari, aut ab aliquo dependere, à quo non mutetur, vel dependeat hominis natura. Si igitur ſcientia Dei quo ad relationem rationis, qua Deus dicitur ſcire cōtingens, dependet à ſcibili contingenti; igitur ſcientia Dei ſecundùm ſe ab eodem dependet.

Ferrarien. (margin)

Nota differentiam relationum rationis. (margin)

Prima rō. (margin)

Nec ſolui poteſt dicendo in relatiuis poſſe vnū mutari ad alterius extrinſeci correlatiui mutationem, abſque fundamenti mutatione in altero correlatiuo: Nam album ſimile deſinit eſſe coalbo ſimile deſtructo coalbo abſque ſui mutatione; in abſolutis autem neceſſariò connexis mutatio inchoat ab eo, quod alterius eſt radix, nō enim poteſt mutari, aut deſtrui riſibile, niſi homine prius deſtructo, non ſoluit, inquam hæc reſponſio: Nam hic ſermo eſt de dependentia, quæ prioritatē cauſalitatis dicit in re, à qua eſt dependentia: conſtat autem inter correlatiua nullam eſſe talem prioritatem; & conſequenter nec dependentiam: cōſtat etiam fundamentum relationis in vno extremo, non eſſe cauſam relationis in altero extremo, vt ſupra ſatis probauimus in quæſtione præcedente, articulo 7. itaque impoſsibile eſt ſcientiam Dei de futuro contingente quo ad relationem rationis ab ipſo futuro contingente dependere. Et confirmatur quod diximus: quoniam, ſi poteſt diuina ſcientia à futuro contingente dependere quo ad ſolam relationem rationis, poſſet eodem modo Deus neſcire,

Apparens ſolutio. (margin)

Confutatio. (margin)

Confirmatio. (margin)

ſcire, quod ſcit: Probatur ſequela: Nam ſecũdùm doctrinam Molinæ dici poſſet actũ diuinæ cognitionis non mutari, ſed ſolam relationem rationis ad creaturam: Deinde probatur idem efficaci (vt arbitror) argumento. Vbi eſt dependẽtia relationis à termino, eo modo, quo admitti poteſt in relatiuis tertij modi, quæ non ſunt mutua quo ad realitatem, ſed vnum eorum ad aliud refertur realiter; quia aliud ad ipſum realem habet relationem, vt in dicto ſeptimo articulo latè probauimus, vbi, inquam, eſt talis dependentia, oportet cauſam, ſiue rationem realem referendi eſſe in illo extremo, à quo alterum extremum relatiuè denominatur; vt patet in relationibus dominij, & vnionis, quas hic Molina commemorat. At verò relatio futuræ creaturæ, vt ſcitæ, ad Dei ſcientiam, & ſcientiæ ad ipſam ex neutra parte realis eſt; non enim creatura, vt ſcita præciſè, realiter refertur ad Deum ſciẽtem, & multò minus diuina ſcientia realem habet relationem ad creaturam ſcitam; nõ poteſt igitur pendere ſcientia Dei à creatura, etiam quo ad illã relationem rationis.

2. ratio.

Præterea, vnum extremum non eſt cauſa, ſiue ratio relationis in altero extremo, niſi id, quod eſt cauſa relationis, habeat rationem menſuræ, id autem, in quo cauſatur relatio, ſit menſuratum, vt videre eſt in omnibus relatiuis tertij modi; at res ſcita creata non poteſt eſſe menſura diuinæ ſcientiæ; ergo nõ eſt cauſa relationis in diuina ſcientia. Minor patet; quia menſura ſemper perfectior eſt menſurato.

3. ratio.

Denique ſic argumentor. Secundùm Molinam hæc cauſalis eſt vera; quia futurus eſt actus liberi arbitrij, ideo certò ſcitur à Deo, & non è contra; ergo non denotatur ſola dependentia relationis rationis ſcientiæ ad actum ſcitum, ſed etiam ipſius ſcientiæ ſecundùm ſe. Probatur conſequentia primò: nam, cum dicitur: ideo certo ſcitur à Deo, Verbum, *ſcitur*, non ſignificat ſolam relationem rationis, ſed ipſum actum ſciẽtiæ principaliter: Nã, ſi non ſignificat actum ſcientiæ, ſiue actualẽ ſcientiam; ergo loquendo de cognitione Dei præciſè, q̃ habet de actu liberi arbitrij futuro, falſa erit hæc cauſalis; q̃a futurus eſt actus liberi arbitrij, ideo ſcitur à Deo: hoc autem non admitteret Molina; quia, hoc admiſſo, ruit tota eius doctrina de ſcientia media; & cogetur admittere præfinitiones actuum liberi arbitrij in particulari; quas vbique negat: Nam neceſſe erit aſſignare aliquam cauſã certæ ſcientiæ Dei reſpectu talium actuum; at remota cauſa ex parte futuritionis actuum, nulla alia relinquitur, niſi quia ſinguli ab æterno ſunt à Deo præfiniti.

4. ratio.

Secundò probatur eadem conſequentia, quia certitudo, & veritas cuiuſcunque cognitionis, & ſcientiæ, ſunt de ſubſtantia, & intima perfectione ipſius cognitionis, & ſcientiæ; ergo ſi Deus, ideò certè ſcit actum liberi arbitrij; quia futurus eſt, ſequitur Dei ſcientiam ſecundùm ſuam ſubſtantiam, & intimã perfectionẽ ab actu libero futuro dependere, tanq̃ à propria cauſa, & menſura; Et confirmatur; quia tunc diuina cognitio eſſet vera,

A vel falſa ex hoc, q̃ res futura eſſet, vel non futura, ſicut noſtra cognitio ab eo, q̃ res eſt, vel non eſt dicitur vera, vel falſa; atque ideo dependet à re cognita, vt à cauſa, & menſura. Et quãuis apud nos, vera ſit dicta propoſitio, videlicet; quia futurus eſt actus liberi arbitrij, ideo ſcitur à Deo; non tamen eſt vera, vt cauſalis formaliter; nã apud nos in re propoſita, dictio, *quia*, nullam dicit cauſam, ſed tantùm neceſſariam conditionem, ex parte obiecti requiſitam; vt terminus ſit certæ, & infallibilis cognitionis: vt autem notat Caietanus infra artic. 13. aliud eſt diuinam ſcientiam exigere certitudinem in alio obiecto: quod nos aſſerimus: & Caie.

B aliud eſt diuinæ ſciẽtiæ certitudinem ex ipſius obiecti certitudine dependere: Nam hoc ſecũdum ſignificat cauſam ſcientiæ formaliter. Primum autem ſolam conditionem, quæ dictione cauſali exprimitur; tum; quia per eam ſolent etiam exprimi neceſſariæ conditiones; tum etiam; quia ſignificatur cauſalitas in noſtra cognitione, quæ à poſteriori ex rei certitudine deuenit in cognitionẽ certitudinis diuinæ ſcientiæ. Videnda ſunt, quę diximus infra art. 8. Controu. 1. Certitu. diuinæ ſcie.

Ex dictis ſequuntur ſex concluſiones.

Concluſiones deducta, & probatæ.

C PRima concluſio. Diffinitiones viſi, ſiue cogniti in ſeipſo, & cogniti in alio optimè fuerunt aſsignatæ à D. Thom. Hæc patet ex dictis.

Secunda concluſio. Deus cognoſcit creaturas in ſeipſo, non tantùm ſecundùm illud eſſe, quod habent in Deo; ſed etiam ſecundùm eſse, quod habent in proprijs naturis. Hæc probatur à D. Tho. in ſequenti articulo.

Tertia concluſio. Diuina eſſentia, vt ſpecies intelligibilis non repræſentat creaturas immediatè ſecundùm eſſe, quod habent in ſeipſis, ſed mediantè ipſamet diuina eſſentia per ſe primò repræſentata; & conſequenter, etiam non cognoſcuntur à Deo, niſi mediante diuina eſſentia, vt per ſe primò

D obiectò cognita. Hæc etiam ſequitur ex iactis fundamentis, & probatur à D. Thom. in 1. cont. gent. cap. 48. ſex optimis argumentis, quæ vide, ſi placet. Eandem probat Suarez lib. 3. de attributis diuinis, cap. 2. multis argumentis. D. Tho. Suar.

Quarta cõcluſio. Si Deus non eſſet omnipotẽs, non poſſet in ſua eſsentia creaturas cognoſcere. Probatur primò; Quia omnipotentia Dei dupliciter poteſt conſiderari: Vno modo, vt præcedens intellectum, & voluntatem, & ita eſt prima radix diuinæ cauſalitatis: Alio modo vt conſequens, ſiuè magis vt exequens iudicium, & imperium intellectus, & electionem voluntatis, & ità pertinet

E ad complementum diuinæ cauſalitatis; at Deus in ſeipſo, tanquam in cauſa vniuerſa cognoſcit; ergo, ſi non eſſet omnipotens nullam rem à ſe diuerſam cognoſceret. Secũdò, q̃d nõ eſt, nec eſſe põt, cognoſcibile non eſt; at remota diuina oĩpotentia nulla eſt creatura poſsibilis; ergo neq; cognoſcibilis. Tertiò. Deus ideo ĩ ſeipſo, vt ĩ cauſa creaturas cognoſcit, q̃a ĩ eo eminẽter, vt ĩ cã æquiuoca cõtinẽtur; at remota oĩpotẽtia nõ cõtinẽt creaturæ in eo eminẽter vt ĩ cã. Maior patet ex dictis. Minor ꝓbat; q̃a per

Digitized by Google

per omnipotentiam Deus conſtituitur primò, & completè potens, vt cauſa æquiuoca ad producendas creaturas.

Tertiò. Quamuis, vt ſupra diximus quæſt. 12. art. 8. controu. 1. poſsint creaturæ in Deo diſtinctè cognoſci ſecundùm quemlibet ex quinque modis ibidem explicatis, quibus ſunt in Deo, tres tamen primi ob eorum rationes infinitas ſimpliciter ſe inuicem includunt, & ad vnam Dei pertinét rationem formalem ſimpliciſsimam à parte rei: At ſecundus modus ibi poſitus ille eſt, quo creaturæ continentur in Deo, veluti in cauſa actiua virtutem habente ad eas ſecundùm omnem earũ modum, & rationem producendas, quod eſt, in Deo vt omnipotente contineri; ergo. Maior patet diſcurrédo per ſingulos illos modos: Nam ratio intrinſeca ipſius eſſe per eſſentiam omnem ſibi vendicat eſſendi modum ad perfectionem ſimpliciter pertinentem; ergo modum cauſalitatis, & omnipotentiæ, & exemplaris inadæquati, aut ex parte repræſentantis adæquati, aut ex parte rei repræſentatæ; ſunt enim hi quidam excellentes eſſendi modi, & ſimiliter intrinſeca, & perfecta ratio cauſæ actiuæ omnipotentis actualitatem ipſius eſſe per eſſentiam intimè claudit, ac proinde etiam rationem exemplaris inadæquati modo dicto, ſicut etiam ratio exemplaris omnium creaturarum factarum, & factibilium ipſum eſſe per eſſentiam, & conſequenter etiam virtutem claudit omnipotentem; igitur ſi Deus non eſſet omnipotens, ſequitur per locum intrinſecum, vt non poſſet in ſua eſſentia creaturas cognoſcere; hac enim à Deo perfectione remota, quæ in ipſo eſſe per eſſentiam intimè clauditur, non eſſet Deus ipſum eſſe per eſſentiam.

Quinta concluſio. Creaturæ nullum habent eſſe cognitum extra Deum ab æterno. Hanc probat hic Caietanus, & alij expoſitores, & in artic. 1. ſequentis quæſtionis, & patet etiam ex dictis.

Vltima concluſio. Scientia Dei, quam habet de creaturis, nulla ratione pendet ab illis, in eſſe obiectiuo poſitis, aut in quocunq; alio eſſendi modo. Hæc ſatis probata eſt in vltimo fundamento.

Argumenta, & ſolutiones.

CONtra primam concluſionem, argumentatur Molina. Pars candoris papiri videtur in ſe, dum totus candor videtur in ſe, & tamen non videtur per ſpeciem adæquatam, & propriam, ergo. Antecedens probatur; quia totus candor non eſt ratio obiectiuè videndi partem, quæ in eo continetur, ſed totum & pars immediatè terminat viſionem; ergo. Molin.

Reſpondetur primò falſum eſſe antecedens. Ad probationem negatur antecedens: Nã ſpecies candoris repræſentat per ſe primò totum candorem obiectiuè, & ſecundariò partes, vt in eo contétas: cuius ratio eſt; quia, quemadmodũ pars, vt pars, non habet eſſe, niſi in toto, ita pars, vt pars non habet repræſentari, niſi in toto per ſe primò repræſẽtato. Secundò dicitur partem materialiter ſum-

A ptam poſſe immediatè repræſentari, & tunc non videtur in alio, ſed in ſe, & videtur per ſpeciẽ propriam virtualiter, ſiue æquiualenter.

Contra ſecundam concluſionem ſunt argumenta, quæ proponit, & ſoluit Zumellus in præſenti articulo, diſp. 1. Zumell.

Contra tertiam, & quartam concluſionem argumentatur Vaſquez. Deus ſcientia ſua infinita, & voluntate dicitur omnia poſſe, aut tanquã proximo principio, aut ſaltem tanquam primò, & dirigente; ergo etiam ſi non intelligatur Deus omnipotens, non ſequitur per locum intrinſecum nõ eſſe omnium intelligentem. Vaſquez.

B Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam; & oppoſitum manifeſtè ſequitur: Nam, ſi Deus omnia poteſt ſcientia ſua, & voluntate tanquam proximo principio; ergo per ſcientiam ſuam, & voluntatem eſt formaliter omnipotens; ergo in ſcientia ſua, & voluntate quatenus rationem habent omnipotentiæ, omnia cognoſcit; ſi autem poteſt omnia ſcientia ſua, vt primo dirigente, ſequitur neceſſe eſſe dari etiam potentiam, vt primum agendi principium, & vt vim exequutiuam ſcientia directam in qua virtualiter omnes effectus continẽtur, & ſine qua à Deo cognoſci nulla ratione poſſent.

C Secundò. Obiectum prius cognitum, non poteſt eſſe medium cognoſcendi aliud quidditatiuè, & proprio conceptu, ſi in ſe non contineat totam rationem illius, & eiuſdem omnino rationis non eſt; At Deus nõ cõtinet in ſe formaliter rationes creaturarum; ergo. Probatur minor; quia Deus in ſe omnino diſsimilis eſt creaturis.

Reſpondetur falſam eſſe maiorem quo ad vltimam partem, illam videlicet, & eiuſdem omnino rationis non eſt, ſufficit enim primum, ſcilicet, ꝙ contineat totam rei cognoſcendæ rationem. Secũdò negatur minor loquendo de Deo, ſiue diuina eſſentia, vt eſt idæa, ſic enim continet in ſe formali-
D ter in eſſe repræſentatiuo creaturas tanquam ſingularum exemplar adæquatum, vt etiam ſupra diximus in quæſtione duodecima, & amplius dicemus in quæſtione ſequenti.

Tertiò. Deus in ſe eſt omnino abſolutus ab omni relatione, & ordine ad creaturas; ergo non poteſt alicui intellectui etiam diuino eſſe medium cognoſcendi creaturas aliquas tanquam obiectũ primarium prius cognitum: Conſequentia probatur; quia vnum prius cognitum non ducit in cognitionem alterius, niſi illius, ad quod refertur; ergo.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam. Ad probationem negatur cõſequentia: aliud eſt enim
E relationem aliquam conſurgere inter medium cognoſcendi, & rem cognitam, & aliud eſt relationẽ eſſe rationem cognoſcendi, aut neceſsariam conditionem: nam primum verum eſt, ſecundum falſum. Secundò negatur antecedens probationis formaliter ſumptum.

Quartò. Eſsentia diuina repræſentat creaturas actu, & eſt earum cognitio; ergo illis comparatur, vt verbum earum; ergo cognoſcit creaturas in ſeipſo prius cognito, non tanquam obiecto, & cauſa, ſed

ſa, ſed tanquam Verbo illas repræſentante.

Reſpondetur eſſentiam diuinam repræſentare creaturas media diuina eſſentia, vt primariò obiecto prius repræſentato, & eodem modo diuina eſſentia eſt Verbum creaturarum expreſsiuum, ſcilicet media diuina eſſentia per ſe primò expreſſa, & repræſentata.

Pesantius. Contra eaſdem concluſiones argumentatur Peſantius. Primo: Angeli per ſpecies concreatas intelligunt etiam ea, quæ non poſſunt efficere; ergo Deus in ſua eſſentia propter ſummã eſſentiæ perfectionem cognoſceret omnia poſsibilia, etiã ſi non intelligeretur omnipotens.

Reſpondetur falſam eſſe conſequentiam: quoniam Angeli, ſicut ab alio participant eſſendi perfectionem, ita etiam ab alio ſpecies habent intelligibiles, quæ ad cognitionis perfectionem pertinent: nam eorum eſſentia, cum ſit finita, non eſt tãtæ perfectionis, vt omnia in ſeipſa eminenter præhabeat; At Deus ex hoc ipſo, quòd eſt ipſum eſſe per eſſentiam, neceſſariò præhabet in ſe omnes eſſendi modos ex ipſo à creaturis participabiles; atq; ideo illos omnes, & ſingulos in ſeipſo diſtinctiſsime contemplatur. Quare autem non poſsit diuina eſſentia, vt ſpecies intelligibilis immediatè repræſentare creaturas, ſupra diximus, & docet

S. Thom. D. Thom. in primo cont. gent. cap. 48.

Secundo D. Thom. hic artic. 5. ad tertium docet omnes ſpecies rerum in eſſentia Dei comprehendi; ergo.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam; ſed potius ſequitur diuina eſſentiam per ſe primò ſeipſam obiectiuè repræſentare, & ſecundariò in ſeipſa rerum ſpecies.

Tertiò D. Thom. artic. 12. expreſsè ait diuinam eſſentiam eſſe ſimilitudinem omnium.

Reſpondetur diuinam eſſentiam eſſe omnium ſimilitudinem ſecũdariò mediante ſeipſa, vt obiecto primario.

Molina. Contra vltimam concluſionem argumentatur Molina. Notitia Dei, quatenus eſt notitia creaturarum, nihil addit ſupra ſeipſam, quatenus eſt notitia obiecti primarij, niſi reſpectum rationis ad vnamquamq; creaturarum; At abſurdum non eſt relationem rationis, verbi cauſa, relationem Dominij in Deo pendere à termino, & à rebus creatis, quarum eſt Dominus, & relationem vniti Verbi ad humanitatem, pendere ab humanitate; ergo non eſt abſurdum ſcientiam diuinam, vt creaturarum eſt ſcientia, quo ad reſpectum rationis ad creaturas cognitas pendere ab eiſdem creaturis ſecundùm eſſe obiectiuum. Ex quo ſequitur Deũ ideo ſcire ab æterno me lecturum; quia id futurũ erat, non per aliquam Dei determinationem, ſed ex meo libero arbitrio cuius naturam ex eminentiſsima, & infinita ſua ſcientia cognoſcit Deus.

Reſpondetur primò falſum eſſe notitiam creaturarum nihil addere formaliter, modo noſtro intelligendi ſupra ſeipſam, quatenus eſt notitia obiecti primarij, niſi reſpectum rationis ad creaturas: Nam diuina ſcientia modo noſtro intelligendi geminam habet perfectionem, vna eſt, quatenus eſt cognitio diuinæ eſſentiæ. Alia eſt, quatenus eſt cognitio creaturarum: & licet hæc poſterior ex illa priori deriuetur, & in illa virtualiter includatur, poſſunt tamen præciſe, vt formaliter diſtincte cõcipi; & ideo ſcientia creaturarum addit ſupra ſcientiam de ſeipſo rationem formalem diſtinctè perfectionis modo noſtro intelligendi. Secundo dicitur, non eſſe eandem rationem de relatione dominij, & vnionis ex vna parte, & de relatione ſcientiæ Dei ad creaturas in eſſe obiectiuo ex alia parte: quoniam illæ habent extrema realiter exiſtentia: hæ vero minime; & præterea illæ ſequuntur actiones tranſeuntes: hæc autem immanentem. Dico tertio notitiam Dei prius eſſe notitiam creaturarum, quam intelligamus ad eã ſequi relationem rationis ad creaturas vt cognitas. Vide quæ ſupra diximus quæſt. 12. art. 8. in prima controuerſia.

ARTICVLVS VI.

Vtrum Deus cognoſcat alia à ſe propria cognitione.

AD ſextum ſic proceditur. Videtur, quòd Deus non cognoſcat alia à ſe propria cognitione. Sic enim cognoſcit alia à ſe,* vt dictũ eſt, ſecundùm quòd alia ab ipſo in eo ſunt; ſed alia ab eo ſunt in ipſo, ſicut in prima cauſa communi, & vniuerſali; Ergo & alia cognoſcuntur à Deo, ſicut in cauſa prima, & vniuerſali. Hoc autem eſt cognoſcere in vniuerſali, & non ſecundùm propriam cognitionem; Ergo Deus cognoſcit alia à ſe in vniuerſali, & non ſecundùm propriam cognitionem. Ar. præced.

2 Præterea: Quantùm diſtat eſſentia creaturæ ab eſſentia diuina, tantùm diſtat eſſentia diuina ab eſſentia creaturæ; Sed per eſſentiam creaturæ non poteſt cognoſci eſſentia diuina, vt ſupra* dictum eſt; Ergo nec per eſſentiam diuinam poteſt cognoſci eſſentia creaturæ; Et ſic cum Deus nihil cognoſcat, niſi per eſſentiã ſuam, ſequitur, quòd nõ cognoſcat creaturam ſecundùm eius eſſentiam, vt cognoſcat de ea quid eſt; Quod eſt propriam cognitionem de re habere. q. 12. ar. 2.

3 Præterea: Propria cognitio non habetur de re, niſi per propriam eius rationem; Sed, cũ Deus cognoſcat omnia per eſſentiam ſuã, non videtur, quòd vnumquodq; per propriam rationem cognoſcat: Idem enim non poteſt eſſe propria ratio multorum, & diuerſorum; Non ergo habet propriam cognitionem Deus de rebus, ſed communem: Nam cognoſcere res non ſecundùm propriam rationem, eſt cognoſcere res ſolùm in communi.

Sed contra. Habere propriam cognitionẽ de rebus, eſt cognoſcere res, non ſolùm in cõmuni,

muni, ſed ſecundùm quod ſunt abinuicem diſtinctæ; Sic autem Deus cognoſcit res: Vnde dicitur Hebr. 4. quòd pertingit vſque ad diuiſionem ſpiritus, & animæ, compagum quoque & medullarum; & diſcretor cogitationum, & intentionum cordis, & nõ eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius.

Reſpondeo. Dicendũ, quòd circa hoc quidam errauerunt, dicentes * quòd Deus alia à ſe non cognoſcit niſi in communi, ſcilicet inquantùm ſunt entia. Sicut enim ignis ſi cognoſceret ſeipſum, vt eſt principiũ caloris, cognoſceret naturam caloris, & omnia alia, inquantùm ſunt calida: ita Deus inquantùm cognoſcit ſe, vt principium eſſendi, cognoſcit naturam entis, & omnia alia, inquãtùm ſunt entia; Sed hoc non poteſt eſſe: Nam intelligere aliquid in communi, & non in ſpeciali, eſt imperfectè aliquid cognoſcere. Vnde intellectus noſter, dum de potentia in actum reducitur, pertingit prius ad cognitionem vniuerſalem cõfuſam de rebus, quàm ad propriam rerum cognitionem; ſicut de imperfecto ad perfectum procedens, vt patet in * 1. phyſicorum. Si igitur cognitio Dei de rebus alijs à ſe eſſet in vniuerſali tantùm, & nõ in ſpeciali, ſequeretur, quòd eius intelligere non eſſet omnibus modis perfectũ, & per conſequens eius eſſe, quod eſt cõtra ea, quæ ſuperius * oſtenſa ſunt; Oportet igitur dicere, quòd alia à ſe cognoſcat propria * cognitione, non ſolùm ſecundùm quòd communicant in ratione entis, ſed ſecundùm quòd vnum ab alio diſtinguitur. Et ad huius euidentiam conſiderandum eſt, quòd quidam volentes oſtendere, quòd Deus per vnum cognoſcit multa, vtuntur quibuſdam exemplis; vt puta quòd ſi cẽtrum cognoſceret ſeipſum, cognoſceret omnes lineas progredientes à cẽtro: vel lux, ſi cognoſceret ſeipſam, cognoſceret omnes colores. Sed hæc exẽpla, licet quantùm ad aliquid ſimilia ſint, ſcilicet quantũ ad vniuerſalem cauſalitatẽ, tamen deficiunt quãtùm ad hoc, quòd multitudo, & diuerſitas non cauſantur ab illo vno principio vniuerſali, quantùm ad id, quòd principium diſtinctionis eſt: ſed ſolùm quantùm ad id, in quo communicant. Non enim diuerſitas coloris cauſatur ex luce ſolùm, ſed ex diuerſa diſpoſitione diaphani recipientis; Et ſimiliter diuerſitas linearum ex diuerſo ſitu; Et inde eſt, quòd huiuſmodi diuerſitas, & multitudo non poteſt cognoſci in ſuo principio ſecundùm propriam cognitionem, ſed ſolùm in cõmuni. Sed in Deo non ſic eſt; ſupra enim * oſtenſum eſt, quòd quicquid perfectionis eſt in quacumque creatura, totũ præexiſtit, & continetur in Deo ſe-

90 ... phyſ. in ...oribus ...mment. 2. ... .ar. 1. & ... 4. & 5 ...ur q. 472. ... .ar. 1. &

A cundùm modum excellentem. Non ſolùm autem id, in quo creaturę communicant; ſcilicet ipſum eſſe ad perfectionem pertinet, ſed etiã ea, per quæ creaturæ adinuicem diſtinguũtur. Sicut viuere, & intelligere, & huiuſmodi; quibus viuentia à non viuentibus, & intelligentia à non intelligentibus diſtinguuntur. Et omnis forma, per quam quælibet res in propria ſpecie conſtituitur, perfectio quædam eſt. Et ſic, omnia in Deo præexiſtunt, non ſolùm quantùm ad id, quod commune eſt omnibus, ſed & quantùm ad ea, ſecundùm quæ res diſtinguuntur. B Et ſic cum Deus in ſe omnes perfectiones contineat, comparatur Dei eſſentia ad omnes rerum eſſentias, non ſicut commune ad propria, vt vnitas ad numeros, vel centrum ad lineas; ſed ſicut perfectus actus ad imperfectos; vt ſi diceremus homo ad animal; vel ſenarius, qui eſt numerus perfectus, ad imperfectos ſub ipſo contentos.

3 Manifeſtum eſt autem, quòd per actum perfectum cognoſci poſſunt actus imperfecti, non ſolùm in communi, ſed etiam propria cognitione. C Sicut, qui cognoſcit hominem cognoſcit animal propria cognitione; & qui cognoſcit ſenariũ cognoſcit trinarium propria cognitione. Sic igitur, cũ eſſentia Dei habeat in ſe quicquid perfectionis habet eſſentia cuiuſcunque rei alterius, & adhuc amplius; Deus in ſeipſo poteſt omnia propria cognitione cõgnoſcere. Propria enim natura vniuſcuiuſq; conſiſtit, ſecũdùm quòd per aliquem modum diuinam perfectionem participat. Non autem Deus perfectè ſe ipſum cognoſceret, niſi cognoſceret quomodocunque participabilis eſt ab alijs ſua perfectio. Nec etiam ipſam naturã D eſſendi perfectè ſciret, niſi cognoſceret omnes modos eſſendi. Vnde manifeſtũ eſt, quòd Deus cognoſcit omnes res propria cognitione, ſecundùm quod ab alijs diſtinguuntur.

Ad primum ergo dicendũ, quòd ſic cognoſcere aliquid, ſicut in cognoſcente eſt, poteſt dupliciter intelligi. Vno modo ſecũdùm quòd hoc aduerbium, ſic, importat modum cognitionis ex parte rei cognitæ; & ſic falſum eſt; nõ enim ſemper cognoſcẽs cognoſcit cognitum ſecundùm illud eſſe, quod habet in cognoſcente. E Oculus enim non cognoſcit lapidem ſecundùm eſſe, quod habet in oculo, ſed per ſpeciẽ lapidis, quam habet in ſe, cognoſcit lapidem ſecundùm eſſe, quod habet extra oculum. Et ſi aliquis cognoſcens cognoſcat cognitum ſecũdùm eſſe, quod habet in cognoſcente, nihilominus cognoſcit ipſum ſecundùm eſſe, quòd habet extra cognoſcentem. Sicut intellectus cognoſcit lapidem ſecundùm eſſe intelligibile, quod

le, quod habet in intellectu, inquantùm cogno ſcit ſe intelligere; ſed nihilominus cognoſcit eſſe lapidem in propria natura. Si verò intelligatur ſecundùm quòd hoc aduerbium, ſic, importat modum ex parte cognoſcentis, verum eſt, quòd ſic ſolùm cognoſcens cognoſcit cognitum, ſecundùm quod eſt in cognoſcente; Quia quãtò perfectius eſt cognitum in cognoſcente, tantò perfectior eſt modus, cognitionis. Sic igitur dicendum eſt, quòd Deus uon ſolùm cognoſcit res eſſe in ſeipſo, ſed per id, quod in ſeipſo cõtinet res, cognoſcit eas in propria natura; & tantò perfectius, quantò perfectius eſt vnumquodque in ipſo.

Ad ſecundum dicẽdum, quòd eſſentia creaturæ comparatur ad eſſentiam Dei, vt actus imperfectus ad perfectum. Et ideo eſſentia creaturæ non ſufficienter ducit in cognitionẽ eſſentiæ diuinæ; ſed è conuerſo.

Ad tertium dicendum, quòd idem non poteſt accipi, vt ratio diuerſorum per modum adæquationis. Sed diuina eſſentia eſt aliquid
282 b excedens omnes creaturas. Vnde poteſt accipi, vt propria ratio vniuſcuiuſque, ſecundùm quod diuerſimodè eſt participabilis, vel imitabilis, à diuerſis creaturis.

Senſus quæſiti.

IN hoc articulo tractat S. Tho. de modo cognitionis ex parte rerum cognitarum. Caietanus explicat poſtremam particulam quæſiti, videlicet, propria cognitione. (Caiet.)

Forma Textus.

S. *Thom. hoc ordine propoſitam dubitationem reſoluit, primò refert opinionem Auerrois, & eam impugnat. Secundò proponit concluſionem. Tertiò refert probationem, ſiue explicationem quorundam falſam, et eam confutat. Quartò affert triplicem probationẽ concluſionis explicando ſimul modũ, quo res ſunt in Deo, & cognoſcuntur à Deo.*

Quo ad primum: Auerroes duodecimo Metaph. tex. 51. arbitratus eſt Deum alia à ſe non cognoſcere, niſi in communi, inquantùm ſunt entia. Explicat S. Tho. mentem Auerrois exemplo ignis: Nã, ſicut ignis, ſi cognoſceret ſeipſum, vt eſt principium caloris, cognoſceret naturam caloris, & omnia alia, inquantùm calida ſunt; ita ſecundùm Auerroim Deus, inquantùm cognoſcit ſe, vt principium eſſendi, cognoſcit naturam entis, & omnia alia, inquantùm ſunt entia. Hanc opinionem, vt falſam in philoſophia, & in fide hæreticam impugnat San. Thom. tali argumento. Si cognitio Dei de rebus alijs eſſet in vniuerſali tantùm, & non in particulari; ſequeretur, quòd eius intelligere nõ eſſet omnibus modis perfectum; ſed hoc eſt abſurdum; ergo & primum. Maior probatur: intelligere aliquid in communi, & non in ſpeciali eſt imperfectè cognoſcere; ergo, ſi cognitio Dei de rebus alijs eſſet in vniuerſali tantũ, intelligere Dei non eſſet omnibus modis perfectum. Antecedens probatur

A *ex ordine intelligendi connaturali intellectui noſtro; qui dum de potentia in actum reducitur, pertingit prius ad cognitionem vniuerſalem, & cõfuſam de rebus, quàm ad propriam rerum cognitionem, tanquam de imperfecto ad perfectum procedens; vt patet in primo phyſicorum; ergo intelligere aliquid in communi eſt imperfectè cognoſcere. Minor autem principalis argumenti probatur ex præcedenti articulo ſic: intelligere Dei idẽ eſt, quod eſſe Dei; ergo, ſi intelligere Dei eſt imperfectum, eſſe Dei eſſet imperfectum; ſed hoc eſt abſurdum; ergo et primum.*

Quo ad ſecundum concluſio eſt. Oportet dicere, quòd Deus alia à ſe cognoſcat propria cognitione, non ſolùm B *ſecundùm quòd communicant in ratione entis, ſed ſecundùm quòd vnum ab alio diſtinguitur.*

Quo ad tertium. Quidam nitebantur oſtendere, quòd Deus per vnum, videlicet ſuam eſſentiam, multa cognoſceret; & vtebantur exemplis, quæ à veritate abducebant. exempla erãt. Vt ſi centrum cognoſceret ſeipſum, cognoſceret omnes lineas progredientes à centro: Vel ſi lux cognoſceret ſeipſam, cognoſceret omnes colores; quoniam colores nil aliud ſunt, quàm quædam luces opacatæ. Reprehendit S. Thom. hæc exempla tali ratione. Res in Deo *ſunt, & à* Deo *procedunt ſecundùm duo, ſcilicet ſecundùm id, in quo communicant, & ſecundùm propria, quibus diſtinguuntur; at hæc exempla non ſunt* C *ſimilia quò ad propria, ſed tantùm quo ad id, in quo cõmunicant; ergo inepta ſunt, probatur primò minor; quoniam diuerſitas coloris non cauſatur ex luce Solis, ſed ex diuerſa diſtinctione diaphani recipientis, & ſimiliter diuerſitas linearum cauſatur ex diuerſo ſitu; quo fit, vt huiuſmodi diuerſitas, & multitudo non poſſit cognoſci, in ſuo principio, ſecundùm propriam cognitionẽ, ſed ſolùm in communi.*

Deinde probatur maior ſic: Quicquid perfectionis eſt in rebus, continetur in Deo *eminenter; ſed non ſolùm id, in quo res communicant, ſed etiam diſtinguens eſt perfectio; ergo totum eſt in Deo, & à Deo. Probatur hæc minor inductiuè: quoniam viuere intelligere, & hu-* D *iuſmodi, quibus viuentia à non viuentibus, & intelligentia à non intelligentibus diſtinguuntur, & quælibet forma, per quam quælibet res in propria ſpecie conſtituitur, perfectio quædam eſt.*

Quo ad quartum. Probat S. Thom. Concluſionem tripliciter. Primò ſic: Dei eſſentia comparatur ad omnium rerum eſſentias, non ſicut commune ad proprium, ſed ſicut actus perfectus ad imperfectos; ergo Deus in ſeipſo poteſt omnia propria cognitione cognoſcere. Conſequentia probatur. Quia per actum perfectum cognoſci poſſunt actus imperfecti, non ſolùm in communi, ſed etiam propria cognitione: Antecedens autem probatur dupliciter. Primò; quia Deus in ſeipſo omnes perfectiones cõ- E *tinet. Secundò per exempla: ſicut homo cõtinet animal, & ſenarius, qui eſt numerus perfectus, continet inferiores numeros imperfectos.*

Secundò probatur concluſio. Deus non perfectè cognoſceret ſeipſum, niſi cognoſceret omnem modum, quo participabilis eſt; ergo Deus cognoſcit propriam vniuſcuiuſque naturam. Probatur cõſequentia; quia propria natura cuiuſque in hoc conſiſtit, quod per aliquem modum diuinam perfectionem participat. Tertiò. Si Deus non cognoſceret omnes modos eſſendi, non perfectè cognoſceret

g~~n~~*oſceret ipſam naturam eſſendi, at hoc eſt abſurdum; ergo, & primum. Poteſt hæc tertia eſſe probatio minoris præcedentis rationis.*

Expoſitio Textus.

rrarien. DE ſententia Commentatoris, qui variè loquutus fuit, lege Ferrarienſem in primo contra gent. cap. 50. ratione nona.

ietanus. (Plura ſunt in hoc diſcurſu, quæ ſubtiliter explicantur à Caietano, ex quibus vnum impugnatum eſt à Sylueſtro, nimirum expoſitio illius conditionalis: *Si cognitio de rebus alijs eſſet in vniuerſali tantùm, & non in particulari, ſequeretur quòd eius*
B *intelligere non eſſet omnibus modis perfectum.* In qua obſeruat Caietanus S. Thom. non intuliſſe imperfectam priuatiuè fore Dei cognitionem, ſed hoc tantùm, quòd non erit omnibus modis perfecta; Nam, ſi primum intuliſſet, facilè eſſet Auerroi rationis efficacitatem effugere, negando ſequelam; diceret enim Dei cognitionem ſuaptè natura intra vniuerſalem rerum cognitionem arctari, nec natam eſſe ad ſpeciales rerum rationes terminari; atque ideo non eſſe imperfectam priuatiuè. Illatum eſt igitur ſecundùm, quod ex antecedente ſequitur euidenter, quo negatur modus ad cogni-
C tionis perfectionem pertinens, qui conſiſtit in cognitione rerum in particulari: Cum igitur hic cognitionis modus quandam perfectioné dicat abſque vlla admixta imperfectione, ſequitur, quòd naturaliter conueniat intellectioni omnem poſsibilem actui intellectus perfectionem ſimpliciter præhabenti; qualis eſt diuina cognitio.

Hanc explicationem arguit Sylueſter, quoniã,
rgumen n Sylue i contra ietanũ. S. Thom. ad probationem dictæ conditionalis aſſumit hanc propoſitionem. *Intelligere aliquid in communi, & non in ſpeciali eſt imperfectè cognoſcere.* Vbi dictio illa, *imperfectè*, ſignificat priuationem debitæ perfectionis; ergo etiam eodem modo intelligẽda ſunt verba illa: *non omnibus modis perfectum:*
D vt ſcilicet ſignificent imperfectionem priuatiuè: Nam mirum eſt, (inquit,) ſi S. Thom. fuit tam vigilans in inferendo illud conſequens negatiuè, & nõ priuatiuè, ne illatio negaretur, quomodo fuit tàm dormitans in aſſumendo antecedens in illo ſenſu, à quo cauit in conſequente dicens; intelligere aliquid in communi; & non in ſpeciali eſt imperfectè aliquid cognoſcere; concludit itaque conſequens dictæ conditionalis ſignificare imperfectionem, non tantùm negatiuè, ſed etiam priuatiuè.

ienſio. Sed hæc obiectio friuola eſt: nam licet in idem recidat intelligere Dei non habere omnem perfectionem, & eſse imperfectum priuatiuè: quoniã,
E vt diximus, diuina intellectio omnẽ cuiuis actui intellectus poſsibilem perfectionem ſimpliciter nata eſt habere; & ideo, ſi non habeat, imperfecta erit priuatiuè. Debuit tñ aſsumi popoſitio in ſenſu ab aduerſarijs concedendo, vt efficax eſſet probatio, non tantùm ſimpliciter; ſed etiam ad hominem. Vnde ad argumentum negatur Antecedens: nam dictio illa, *imperfectè*, non ſumitur priuatiuè: ſed negatiuè.

A Aduertè prætereà conditionalem illam, videlicet: *Intelligere aliquid in communi, & non in ſpeciali, eſt imperfectè cognoſcere*, optimè expoſitam fuiſse à Ferrarienſi in primo cont. gent. cap. 50. in expoſitione quartæ, & ſextæ, rationis D. Thom. & conuenit in ſubſtantia cum expoſitione Caietani. Apud eundem eodem libro, cap. 54. vide, ſi placet, diffuſam expoſitionem primæ probationis concluſionis, & reſponſionis ad tertium argumentum, quam etiam probationem cum reſponſione ad tertium explicat Zumellus poſt ſuam ſecundam concluſionem, & circa finem commentarij huius articuli. Ferrarien. Caiet. Ferrarien. Zumellus.

B Poſtremò obſerua in vltima ratione terminos illius conditionalis. *Si Deus non cognoſceret omnes modos eſſendi, non perfectè cognoſceret ipſam naturam eſſendi:* Nam nomine perfectè cognitionis, intelligitur cognitio adæquans, aut ſuperexcedens rei cognoſcibilitatem; per naturam autem eſsendi nõ intelligitur ens, inquantùm ens abſtractũ abſtractione formali, ſiue vt totum eſsentiale; ſic enim non eſt obiectum cognitionis perfectæ ſimpliciter; qualis eſt diuina; neque etiam intelligitur ens, vt totum vniuerſale, ſiue poteſtatiuum propriè loquendo: quoniam ſic non obijcitur diuinę cognitioni; niſi quatenus cognoſcit Deus omnem mo-
C dum, quo intelligi poteſt ens, à noſtro intellectu, ſed natura eſsẽdi hoc in loco ſignificat ipſum ens ſecundum totam ſuæ rationis formalis latitudinẽ actu extenſam vſque ad ſingula rerum indiuidua. Hoc enim modo continet actu omnem modum eſſendi, vt diuinam terminat cognitionem; quæ, cũ ſit intuitiua, rem omnem prout actu eſt, ſecundũ ſe contemplatur. Nec ad Metaphyſicum, aut ad quemuis creatum intellectum pertinet naturam entis hoc modo ſumptam perfectè cognoſcere; tũ propter entia ſupernaturalia, quæ cuilibet intellectui creato naturaliter ſunt occulta, tum etiam propter ipſius diuinæ naturæ quidditatem, quæ
D ſuo eſsendi modo omnem ſupercedit creatæ mentis capacitatem. Singulariter autem Metaphyſico, aut humano intellectui cognitio naturæ eſsendi ſic ſumptæ non congruit propter modum intellectui noſtro naturalem abſtractè intelligẽdi, aut abſtractione formali, aut ſaltem abſtractione totali, quarum neutra conuenit naturæ eſsendi prædicto modo ſumptæ. Et ex his patet, quid cenſendum ſit de reſolutione Ferrarienſis in primo contra gent. cap. 50. ratione ſexta, circa dubium ibidem ab eo motum. Ferrarien.

ARTICVLVS VII.

E *Vtrum ſcientia Dei ſit diſcurſiua.*

AD ſeptimum ſic proceditur. Videtur, quòd ſcientia Dei ſit diſcurſiua. Scientia enim Dei non eſt ſecũdùm ſcire in habitu; Sed ſecundùm *Philoſophum ſecundo Topic. ſcire in habitu contingit multa ſimul; ſed intelligere actu vnum tantùm: Cum ergo

86 1. con. c. 55 56 & 57 & po. q. 9. ar. 2. 10. & quol. 11. a. 2. 1. ſit op. 3. ca 29. 2. Topic. c. 4. in declaratione loci 33. tomo 1.

ergo Deus multa cognoſcat (quia,& ſe,& alia,vt *oſtenſum eſt) videtur,quòd non ſimul
q.14. ar.2. & 5.
oĩa intelligat, ſed de vno in aliud diſcurrat.

2 Præterea; Cognoſcere effectum per cauſam eſt ſcire diſcurrentis; Sed Deus cognoſcit alia per ſeipſum,ſicut effectum per cauſam;Ergo cognitio ſua eſt diſcurſiua.

3 Præterea: Perfectius Deus ſcit vnamquamque creaturam,quàm nos ſciamus; Sed nos in cauſis creatis cognoſcimus earum effectus,& ſic de cauſis ad cauſata diſcurrimus;Ergo videtur ſimiliter eſſe in Deo.

Sed contra eſt,quod Aug. dicit in* 15. de Trin. Quòd Deus non particulatim,vel ſigillatim omnia videt; velut alternante conceptu, hinc illuc,inde huc;ſed omnia videt ſimul.
Lib. 15. de Trin c. 14. med. to 3.

Reſpondeo. Dicendum,quòd in ſcientia diuina nullus eſt diſcurſus;quod ſic patet. In ſciẽtia enim noſtra duplex eſt diſcurſus. Vnus ſecundum ſucceſsionem tantùm. Sicut cũ poſtquam intelligimus aliquid in actu, conuertimus nos ad intelligendum aliud. Alius diſcurſus eſt ſecundùm cauſalitatem. Sicut cum per principia peruenimus in cognitionem concluſionum. Primus autem diſcurſus Deo conuenire non poteſt. Multa enim quæ ſucceſsiuè intelligimus, ſi vnumquodque eorum in ſeipſo conſideretur,omnia ſimul intelligimus,ſi in aliquo vno ea intelligamus.*Puta ſi partes intelligamus in toto, vel ſi diuerſas res videamus in ſpeculo: Deus autem omnia videt in vno,quod eſt ipſe,vt* habitum eſt.* Vnde ſimul, & non ſucceſsiuè omnia videt. Similiter etiam, & ſecundus diſcurſus Deo competere non poteſt. Primò quidem; quia ſecundus diſcurſus præſupponit primum: procedentes enim à principijs ad concluſiones non ſimul vtrumque conſiderant. Deinde quia diſcurſus talis eſt procedentis de noto ad ignotum. Vnde manifeſtum eſt, quòd quando cognoſcitur primum,adhuc ignoratur ſecundum. Et ſic ſecundum non cognoſcitur in primo;ſed ex primo. Terminus verò diſcurſus eſt,quando ſecũdum videtur in primo, reſolutis effectibus in cauſas. Et tunc ceſſat diſcurſus.* Vnde cũ Deus effectus ſuos in ſeipſo videat,ſicut in cauſa,eius cognitio non eſt diſcurſiua.
46
Art. 4.& 5. huius qu.
292
427
119
84

Ad primum ergo dicendum, quòd licet ſit vnum tantùm intelligere in ſeipſo;tamen cõtingit multa intelligere in aliquo vno, vt dictum eſt.*
In corp. & art. præced.

Ad ſecundum dicendum,quòd Deus nõ cognuſcit per cauſam quaſi prius cognitam, effectus cognitos; ſed eos cognoſcit in cauſa. Vnde eius cognitio eſt ſine diſcurſu, vt dictum eſt.*
In corp. art.
293

A Ad tertium dicendum, quòd effectus cauſarum creatarum videt quidem Deus in ipſis cauſis multò melius,quàm nos; nõ tamen ita; quòd cognitio effectuum cauſetur in ipſo ex cognitione cauſarum creatarum, ſicut in nobis.* Vnde eius ſcientia non eſt diſcurſiua.

Ratio ordinis.

Explicatis ijs, quæ pertinere videbantur ad quidditatẽ diuinæ ſcientiæ in ordine ad obiectum primarium,quod eſt diuina eſſentia, & ſecundarium,videlicet creaturas in communi, agit de
B modis,ſiuè perfectionibus intimè conuenientibus diuinæ ſcientiæ ex parte actus,& potentiæ; Et primò tractat modum communem Deo, & Angelis in præſenti articulo, ſecundò modum,ſiue perfectionem,quæ conuenit ſcientiæ diuinæ,prout diſtinguitur ab omni ſcientia creata, in ſequenti articulo. Senſus quæſiti explicatur in corpore.

Forma Textus.

Concluſio eſt. In ſcientia Dei nullus eſt diſcurſus. Probatur: Duplex eſt diſcurſus, vnus ſecundùm ſucceſsionem tantùm; alius ſecundùm cauſalitatem; ſed
C *nec primus, nec ſecundus poteſt Deo conuenire; ergo in ſcientia Dei nullus eſt diſcurſus. Maior quo ad vtramq; partem manifeſtatur in his,quæ apparent in ſcientia noſtra,in qua duplex eſt diſcurſus; Vnus ſecundùm ſucceſſionem tantùm: ſicut cũ,poſt quàm intelleximus aliquid in actu,conuertimus nos ad intelligendum aliud;tunc enim intellectio ſuccedit intellectioni. Alius diſcurſus eſt ſecundùm cauſalitatem; ſicut cum per principia peruenimus in cognitionem concluſionum, tunc enim cognitio concluſionum cauſatur ex cognitione principiorum; & ideo dicitur diſcurſus ſecundum cauſalitatem. Minor autem probatur primò,quo ad primá partem: Multa,quæ ſucceſsiuè intelligimus, omnia ſimul intelligi-*
D *mus,ſi in aliquo vno ea intelligamus; ſed Deus omnia intelligit in vno;ergo. Probatur maior huius argumenti exemplo duplici:primum eſt,cum partes intelligimus in toto,ſecundum eſt,cum diuerſas res videmus in ſpeculo. Minor probatur;quia Deus omnia videt in ſeipſo. Secundò probatur ſecunda pars minoris dupliciter: Primò,ſecundus diſcurſus ſupponit primum; at primus non eſt in diuina ſcientia; ergo nec ſecundus. Probatur maior;quia,qui procedit à principijs; ad concluſiones, non ſimul conſiderat principia,et concluſiones. Secundò probatur eadem ſecunda pars minoris. Quia Deus omnia in primo,ideſt in cauſa cognoſcit;ergo non diſcurrit tali diſcurſu. Conſequentia probatur, quia in diſcurſu, qui*
E *eſt ſecundùm cauſalitatem, ſecundum, puta concluſio, vel effectus non cognoſcitur in primo,puta in principio, vel cauſa,ſed ex primo; quia in tali diſcurſu, quando cognoſcitur primum,adhuc ignoratur ſecundum;ergo ſecundum non cognoſcitur in primo,ſed ex primo. Antecedens autem probatur;quia Deus videt omnia, ſicut in termino diſcurſus, quando reſolutis effectibus in ſuas cauſas,effectus videntur in cauſis: Nam videt omnes effectus in ſeipſo tanquam cauſa.*

Ex-

Digitized by Google

Expoſitio Textus.

DVæ ſunt in hoc diſcurſu propoſitiones examinandæ. Prima propoſitio eſt. *Multa, quæ ſucceſſiuè intelligimus, omnia ſimul intelligimus, ſi in aliquo vno ea intelligamus:* aut enim ſermo eſt de cognitione confuſa, aut de cognitione diſtincta. Si primum, non eſt ad propoſitum; quia Deus non cognoſcit res confuſè, ſed diſtinctè. Si ſecundũ, tunc ſequitur plures conceptus omnino diſtinctos eſſe ſimul in eodem intellectu; quod æquè eſt abſurdũ, ſicut duas ſpecies ſimul eſſe in actu ſecundo in intellectu. Probatur ſequela; quia cognoſci propriè, & diſtinctè eſt cognoſci proprio, & diſtincto conceptu.

Pro ſolutione huius difficultatis obſeruandum eſt primò, intellectionis vnitatem penſandam eſſe, ex vnitate obiecti, quatenus per ſui ſimilitudinem eſt in intellectu; Igitur vnitas intellectionis ex duplici pendet vnitate, ſcilicet obiecti, & formæ, ſiue ſpeciei, quæ principium eſt intellectionis; Quo fit, vt, cum intellectus noſter duas inter ſe rerum naturas differentes intelligit, vnum ſolũ integrum, & totalem de illis, vt differentibus formet conceptum, ſicut quãdo cognoſcit hominem non eſſe lapidem, format in ſeipſo ex ſpecie hominis, & ſpecie lapidis ſpeciem quandam, ſiue conceptum repræſentantem differentiam hominis, & lapidis, quæ ſpecies eſt interius mentis obiectum vicem gerens exterioris obiecti; & quoniam ſpecies hominis, & ſpecies lapidis conueniunt, vt duo partialia principia ad cauſandum conceptum differentiæ, qui virtualiter præexiſtebat in vtraq; ideo etiam illæ duę ſpecies dicuntur vna vnitate conceptus ex eis cauſati; & quia duæ prædictæ naturæ hominis ſcilicet, & lapidis vnico differentiæ conceptu repræſentantur, vt differentes, idcircò non ſunt duo, ſed vnum obiectum intellectus.

Secundò ſciendum eſt differre intellectum humanum ab Angelico, & multò magis à diuino; q humanus intellectus non poteſt plura diſtinctè cognoſcere, quia ſpecies habet limitatas ad ſingulas rerum naturas. Vnde cum ex pluribus ſpeciebus vnum format conceptum diuerſa repræſentãtem, prout aliqua ratione conueniunt, non poteſt conceptus ille, ſiue ſpecies ea plura ſimpliciter diſtinctè repræſentare; At intellectus Angeli, cuius ſingulę ſpecies plures rerum naturas repræſentant, poteſt plura ſimpliciter perfectè cognoſcere, vnicum formando conceptũ vni ſuæ ſpeciei adæquatum, in quo plures repræſentãtur diſtinctæ rerum naturæ; qui tamen ſingularum rerum repræſentatarum erit proprius, modo in quinto articulo huius quæſtionis explicato, ſcilicet virtualiter, & excellenter.

Ad argumentum igitur reſpondetur, hic ſumi intellectionem neutro horum modorum præciſè loquendo; ſed abſolutè, abſtrahendo à confuſa, & diſtincta. Vnde iuxta diuerſos intelligentium gradus, quibus applicatur materia dictæ propoſitionis, diuerſo etiam modo verificatur illa propoſitio; nam in nobis vera eſt de cognitione confuſa,

A in Angelis autem, & in Deo vera eſt de cognitione diſtincta. Ad obiectionem autem contra diſtinctam cognitionem iam patet, quid dicendum; falſa eſt enim conſequentia: Nam Angelus de pluribus ſimul intellectis vnicum format verbum. Loquitur autem S. Thom. de cognitione noſtra in dicta propoſitione, vt ex ea manuducat nos ad intelligendum diuinæ cognitionis modum.

Secunda propoſitio examinanda, eſt illa. *In diſcurſu ſecundùm cauſalitatem, quando cognoſcitur primum ignoratur ſecundum.* Hanc propoſitionem cẽſet Molina non ſemper veram eſſe, ſed plerumque: nam teſte Ariſt. 1. Poſter. in quo inſtãti aſſentimur B minori, poſſumus per diſcurſum aſſentiri ſimul tẽpore concluſioni; Sed propoſitio vniuerſaliter vera eſt, ſi in eo ſenſu ſumatur, quo poſita eſt à D. Thom. vt probandæ præſentis articuli concluſioni deſeruiret. Ad cuius euidentiam aduerte principia in demonſtratione poſita dupliciter conſiderari poſſe: Vno modo abſolutè: Alio modo prout ſunt in demonſtratione ordinatè diſpoſita ad inferendam concluſionem. Priori modo non ſolùm maior, ſed etiam minor cognoſcitur prius tempore ante concluſionem, Poſteriori verò modo verificatur dictum Ariſt. minorem ſimul tempore cum concluſione cognoſci; & quia poſterior cognitio C priorẽ ſupponit, idcircò ſimpliciter vera eſt propoſitio D. Thom.

Molina impugnatio. *Ariſt.* *Reſponſio*

Circa reſponſionem ad tertium, recolito, quæ diximus ſupra artic. primo huius quæſtionis de ſenſu illius propoſitionis; *Deus cognoſcit effectus per cauſam.*

ARTICVLVS VIII.

Vtrum ſcientia Dei ſit cauſa rerum.

AD octauum ſic proceditur. Videtur, quòd ſcientia Dei nõ ſit cauſa rerum. Dicit enim Origen. ſuper epiſtolam* ad Roman. Non propterea aliquid erit; quia id D ſcit Deus futurum; ſed quia futurum eſt, ideo ſcitur à Deo antequam fiat.

87 1.d.38 art. 1.& 2. contra c 61. & 62. Et ver. q 2. art. 14. lib. 7. ſup. illud. Quos vocauit, hos & iuſtificauit. com. 3.

2 Præterea: Poſita cauſa ponitur effectus; ſed ſcientia Dei eſt æterna; Si ergo ſcientia Dei eſt cauſa rerum creatarum, videtur, quòd creaturæ ſint ab æterno.

3 Præterea: Scibile eſt prius ſcientia, & mẽſura eius, vt dicitur in* 10. metaph. Sed id, qđ eſt poſterius, & menſuratum, non poteſt eſſe E cauſa; Ergò ſcientia Dei non eſt cauſa rerum.

Lib. 10. metaph. tex. 5 to. 3.

Sed contra eſt, quod dicit Aug. 15. de Tri. vniuerſas creaturas, & ſpirituales, & corporales; non quia ſunt, ideo nouit Deus, ſed ideo ſunt; quia nouit.

Lib. 15. de Trin. c. 13. in medio to. 3. & lib. 6. cap. 10.

Reſpondeo. Dicendum, quòd ſcientia Dei eſt cauſa rerum. Sic enim ſciẽtia Dei ſe habet ad omnes res creatas: ſicut ſcientia artificis ſe habet ad artificiata. Sciẽtia autem artificis eſt cauſa

Digitized by

cauſa artificiatorum, eo quòd artifex operatur per ſuum intellectum. Vnde oportet, quòd forma intellectus ſit principium operationis; ſicut calor eſt principium calefactionis. Sed conſiderandum eſt, quòd forma naturalis, inquantùm eſt forma manens in eo, cui dat eſſe, non nominat principium actionis, ſed ſecundùm quòd habet inclinationem ad effectum. Et ſimiliter forma intelligibilis non nominat principium actionis ſecundùm quòd eſt tantũ in intelligente, niſi adiungatur ei inclinatio ad effectum, quæ eſt per voluntatẽ. Cum enim forma intelligibilis ad oppoſita ſe habeat (cũ ſit eadem ſcientia oppoſitorum) non produceret determinatum effectum, niſi determinaretur ad vnum per appetitum, vt dicitur in 9.
Lib 9. tex. 10. tom. 3. 118 *Metaphy. Manifeſtum eſt autem quòd Deus per intellectũ ſuum cauſat res,* cum ſuum eſſe ſit ſuum intelligere. Vnde neceſſe eſt, quòd ſua ſcientia ſit cauſa rerum, ſecundùm quòd habet voluntatem coniunctam. Vnde ſcientia Dei ſecundùm quòd eſt cauſa rerum, conſueuit nominari ſcientia approbationis.

Ad primum ergo dicendum, quòd Orig. locutus eſt attendens rationem ſcientiæ, cui non competit ratio cauſalitatis, niſi adiuncta
In corp. ar. voluntate, vt dictum eſt. *Sed quod dicit ideo preſcire Deum aliqua; quia ſunt futura; intelligendum eſt ſecundùm cauſam conſequentiæ; non ſecundùm cauſam eſſendi. Sequitur enim ſi aliqua ſunt futura, quòd Deus ea præſcierit; non tamen res futuræ ſunt cauſa, quòd Deus ſciat.

Ad ſecundum dicendum, quòd ſciẽtia Dei eſt cauſa rerum, ſecundùm quòd res ſunt in ſcientia. Non fuit autem in ſcientia Dei, quòd res eſſent ab æterno. Vndè quamuis ſcientia Dei ſit æterna, non ſequitur tamen quòd creaturæ ſint ab æterno.

Ad tertium dicendum, quòd res naturales ſunt mediæ inter ſcientiam Dei, & ſcientiam noſtram. Nos enim ſcientiam accipimus à rebus naturalibus, quarum Deus per ſuam ſcientiã cauſa eſt. Vnde ſicut ſcibilia naturalia ſunt priora, quàm ſcientia noſtra, & menſura eius, ita ſcientia Dei eſt prior, quàm res naturales,
13 & menſura ipſarum. *Sicut aliqua domus eſt media inter ſcientiam artificis, qui eam fecit; & ſcientiam illius, qui eius cognitionem, ex ipſa iam facta capit.

Ratio ordinis, & ſenſus quæſiti.

DIſcutitur in hoc articulo diuinæ ſcientiæ perfectio, ſiue qualitas, & quaſi differentia eſſentialis diſtinguens diuinam ſcientiam à qualibet alia ſcientia. Nulla ſiquidem ſcientia creata
A eſt cauſa rerum ſpectantiũ ad naturalem vniuerſi integritatem.

In titulo tria ſunt obſeruanda. Primũ eſt, quòd licèt Deus ſit agens ad extra per intellectum, & ſcientiam, vt ſecundùm ſe indifferentem ad iudicandum vtramque partem contradictionis, & per voluntatem, vt voluntas eſt, ideſt, vt libera eſt in eligendo in ordine ad vtrumque oppoſitorum; in præſenti tamen quæſito nõ proponitur dubitatiò de diuina ſcientia, an ſit cauſa per modum agentis liberi, & ad vtrumque indifferentis, ſed abſolutè, an ſit cauſa, quocunque id modo contingat. Illud enim, ſcilicet diuinę cauſalitatis modus diſcu
B tiendum erit infra quæſtione decimanona, art. 3. Secundum eſt, quòd ſecundum modum noſtrum intelligendi cauſare non conuenit diuinæ ſciẽtię, niſi vt quo, ſcienti autem, ſcilicet Deo, vt quod; igitur quæſtio eſt de cauſa, vt quo, ideſt de ratione cauſandi ad modum principij formalis. Tertium eſt, quòd ſciẽtia, vt ſic, habet rationem duplicem cauſandi, ſcilicet effectiuè, & exemplariter. Priori modo cauſat omnia, vt ratiò agendi, modo dicto, ſcilicet ad modum formæ, quæ in agente principium eſt agendi formale; ſicut ars in artifice. Poſteriori autem modo dupliciter cauſat: Vno modo quatenus ſecundùm propriam rationem for-
C malem ſcientiæ, vt ſcientia eſt, forma quædam exemplaris eſt in Deo à cæteris diuinis perfectionibus ratione diſtincta; & ſic non eſt cauſa exemplaris, niſi ſcientiæ: Alio modo cauſat, quatenus in ſe continet rerum omnium agendarum rationes, & idæas: & ſic cauſa eſt omnium rerum exemplaris; ſed hoc modo diuinas in ſe complectitur perfectiones omnes creaturis communicabiles, quatenus ſunt exẽplariter imitabiles. Præter hæc Cia
obſerua etiam, quæ docet Caietanus in titulo.

Forma Textus.

D PRima concluſio eſt. *Scientia Dei eſt cauſa rerum. Probatur: Sic ſe habet ſcientia Dei ad omnes res creatas, ſicut ſcientia artificis ſe habet ad artificiata; ſed ſcientia artificis eſt cauſa artificiatorum; ergo ſcientia Dei eſt cauſa creaturarum. Maior patet. Minor probatur; quoniam artifex operatur per ſuum intellectũ.*

Secunda concluſio eſt. Scientia Dei non eſt cauſa rerum, niſi ſecundùm quòd habet voluntatem adiunctam. Probatur: forma intellectualis non nominat principiũ actionis, ſecundùm quòd eſt tantùm in intelligente, niſi adiungatur ei inclinatio ad effectum, quæ eſt per voluntatem; ſed Deus per intellectum ſuum, in quo eſt forma intelligibilis, ſiue ſcientia cauſat res; ergo ſcientia Dei
E *non eſt cauſa rerum, niſi ſecundùm quòd habet voluntatem adiunctam. Maior probatur dupliciter: Primò ex proportione formæ intelligibilis ad formam naturalẽ: Nam forma intelligibilis eſt principium operationis, ſicut calor calefactionis; at calor & quælibet forma naturalis, inquantùm eſt forma manens in eo, cui dat eſſe, non nominat principium actionis; ſed ſecundùm quòd habet inclinationem ad effectum; ergo etiam forma intelligibilis non nominat principium actionis ſecundùm quòd eſt tantùm in intelligente, &c. Secundò ſic probatur:*

Digitized by Google

tur: forma intelligibilis ad oppoſita ſe habet; ergo non produceret determinatum effectum, niſi determinaretur ad vnum per appetitum; ergo, &c. Antecedens probatur: quoniam eadem eſt ſcientia oppoſitorum; ergo forma intelligibilis ad oppoſita ſe habet. Confirmatur authoritate Ariſt. nono Metaphyſ. tex. 10. Minor autem probatur: eſſe Dei eſt ſuum intelligere; ergo Deus per ſuum intellectum cauſat res.

Expoſitio Textus.

QVoniam, vt ſcitè aduertit Caietanus in titulo, hic articulus eſt magni momenti; cũ præſertim ex diuerſa opinione de diuinæ ſcientiæ cauſalitate, contrariæ inter ſe validè, hoc noſtro ſeculo ſententiæ decertantes emerſerint de liberorum creatæ voluntatis actuum præfinitione, ac præcognitione, & conſequenter de efficacia gratiæ, & diuini auxilij, & de liberi arbitrij poteſtate, ac denique de concordia liberi arbitrij cum efficacia gratiæ, & diuini auxilij, & cum certitudine, & infallibilitate diuinæ prouidẽtiæ, & prædeſtinationis. Hæc enim omnia ex præſentis articuli materia, quaſi ex prima radice, ac primæuo fonte ſcaturientia, quaſi in oppoſitas perenniter effluunt plagas. Idcircò paulò diligentius erunt examinãda, quæ ad dictarum Controuerſiarum exordia pertinere videbuntur. Sed antequam difficilioribus manum apponamus, quatuor prius ſunt explicanda. Primum eſt, Illa propoſitio maior aſſumpta ad probationem primæ cõcluſionis, videlicet. *Sic ſe habet ſcientia Dei ad omnes res creatas, ſicut ſciẽtia artificis ad artificiata.* Quæ propoſitio fundatur in doctrina poſtremi articuli huius quæſtionis, in quo docet S. Thom. ſcientiam Dei eſſe ſimul practicam, & ſpeculatiuam: ea verò tãtùm ratione, qua ſciẽtia Dei eſt practica, fundat dictæ propoſitionis veritatem; vt magis patebit ex dicẽdis.

Secundum eſt illa propoſitio. *Forma naturalis, inquantùm eſt forma manens in eo, cui dat eſſe, non nominat principium actionis, ſed ſecundùm quòd habet inclinationem ad effectum.* Quã propoſitionem hic explicat Caietanus. In qua explicatione affirmat inclinationem ad opus eſſe illam, quæ dat formæ rationem actiui; cum tamen ſupra in hac quæſtione, artic. 5. dubio primo dixerit, quòd velle eſt determinans cauſam intellectualem ad alterum oppoſitorum, non autem conſtituens ipſam. Cõſtat autem, quòd velle reſpectu effectus inclinatio eſt ad opus; quomodo igitur ſtant ſimul hæc duo dicta; inclinatio ad opus dat formæ rationem actiui, & velle non conſtituit cauſam intellectualem? Nam, quod dat formæ rationẽ actiui, videtur conſtituere cauſam agentem. Caiet.

Reſpondetur: quòd dare formæ, rationem actiui, cõtingit dupliciter: Vno modo, quia dat rationem agendi: Alio modo, quia dat determinationem, & actualem applicationem ad agendum. Qđ primo modo dat rationem actiui, conſtituit propriè cauſam agentem. Quod autem dat ſecundo modo, non propriè conſtituit cauſam agẽtem; ſed eam determinat, aut applicat ad operandum. Inclinatio ad opus dat formæ rationem actiui, non primo, ſed ſecundo modo.

A

Tertium eſt illa propoſitio: *Eſſe Dei eſt eius intelligere.* Quam ſupra ſatis explicauimus in dicto 5. artic. Vide etiam declarationem Bannesij. Bannes.

Dubitatio.

An concludatur efficaciter in Deo cauſalitas per intellectum ex hoc, quòd eſſe Dei eſt eius intelligere.

Rationes dubitandi.

B

POſtremum explicandum eſt vis illius conſequentię. *Eſſe Dei eſt ſuum intelligere: ergo Deus per ſuum intellectum cauſat res*, patitur enim hęc conſequentia triplicem difficultatem: Prima eſt. Nam, ſi ex hoc, quòd Deus eſt ſuum intelligere; ſequitur ipſum eſſe agens per intellectum; igitur vbi eſſe cauſæ non erit ſuum intelligere, cauſa illa non aget per intellectum: nam, ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis, & negatio erit cauſa negationis. Secunda eſt; quia non valet hæc conſequẽtia: Eſſe Dei eſt ſuum intelligere; ergo Deus producit filium, vel etiam Spiritum ſanctum per intellectum, vt intellectus eſt: nam filius, & Spiritus ſanctus producuntur per naturã formaliter, ideſt filius per intellectũ, vt natura, & Spiritus ſanctus per voluntatem, vt natura eſt. Tertia difficultas eſt; quoniam opinantes Deum operari per naturæ neceſsitatem, admiſſo antecedente, negarent ſequelam, & dicerent Deum producere res per intellectum concomitanter tantùm; ſed per naturã ſuam cauſaliter; quia ſcilicet intelligit ſe eas producere, cum tamen eas nõ producat; quia intelligit, ſed quia eſt, ideſt per virtutem merè naturalẽ.

C

Reſpondetur rationibus dubitandi.

D

AD primam dubitationem reſpondetur nullã eſſe conſequentiam: Ad probationem dicitur propoſitionem illam Ariſt. ſi affirmatio, &c. veram eſſe tantùm in cauſis adæquatis, proprijs, & præciſis. Quòd verò aliquid agat per intellectum, non pendet ex hoc, quòd eius eſſe ſit idem cum intelligere, tanquam ex cauſa propria, & pręciſa. Itaque conſequentia illa currit in Deo gratia materiæ: nam, ſi vnumquodque agit, inquantùm actualiter exiſtit; quia exiſtere conditio neceſſaria eſt, vt aliquid agat, ſequitur, ſi exiſtere Dei eſt ſuum intelligere, quòd Deus agat, inquantùm intelligit: ita vt intelligere ſit conditio neceſſaria ad hoc, vt agat; immo ꝙ intelligere ratione ſui termini, quo perficitur, ſcilicet, ratione verbi, quòd eſt forma concepta in eſſe intelligibili, ſit agendi ratio; & præſertim in Deo, in quo eſſe nõ tantùm eſt agendi conditio, ſed præcipua ratio agendi; quia eſt ipſum eſſe per eſſentiam omnem pręhabens rationem agendi.

E

Ad alias duas difficultates reſpondet Caietanus, & primò ad tertiam dicens, radicem dictæ conſequentiæ eſſe hanc propoſitionem. *Agere per intelle-* Caietan ſolutione

Digitized by Google

intellectum eſt perfectius, ſuperius, et vniuerſalius, quã agere per naturam, & 2. cont. gent. cap. 23. qua ſuppoſita optimè ſequitur: eſſe Dei eſt eiusintelligere; ergo omnes effectus Dei, ſunt in Deo intelligibiliter; vt patet ex dictis in quinto articulo. Et cũ Deo debeat attribui id, quod eſt perfectiſsimum in cauſando, & cauſandi modo, ſequitur; ergo Deus eſt cauſa rerum per intellectum.

Ad ſecundã reſpondet dupliciter. Primò, quòd obiectio non eſt ad propoſitum; quoniam hic agitur de cauſa verè effectiua: quæ nõ poteſt eſſe, aut intelligi ſine diuerſitate eſſentiali inter ipſam cauſam, & cauſatum, productiones autem ad intra, quibus procedunt diuinæ perſonæ, non ſunt verè, & propriè cauſalitates: nam pater non eſt cauſa filij. Secundò reſpondet conſequentiam D. Thomę tenere ſuppoſito, quòd nõ repugnet ex parte producibilis produci per intellectum; diuinis autem perſonis repugnat produci per intellectum, ideſt, per modum artificiati, non autem alijs rebus.

Impugnatur ſolutiones Caietani, & aſſeruntur aliæ.

In quibus reſponſionibus duo videtur ſupponere Caietanus: Primum eſt S. Tho. nomine agentis per intellectum, intelligere agens indifferens ad vtrumque oppoſitorum, ſiue agens liberum. Cuius oppoſitum annotauimus in titulo. Secundum eſt, agens per intellectum dicto modo eſſe præſtãtius agente per intellectum, vt natura, & per voluntatem, vt natura: Quod eſſe falſum manifeſtè conuincitur. Primò ex diuinarum perſonarum proceſſionibus, quæ ab intellectu, & voluntate ſunt, non vt potentiæ indifferentes, aut liberæ ſunt, ſed vt ad vnum per modum naturæ ſunt determinatæ. Secundò ex actionibus, quæ in nobis fiunt per intellectum, & voluntatem ad modum naturæ operantibus, quæ longè nobiliores ſunt actionibus liberis, cognitio namque primorum principiorum dignior eſt certitudine, & euidentia, quauis alia naturali cognitione intellectiua ex illa cauſata dicente Philoſopho primo Poſter. intelligentem melius eſſe diſpoſitum, quàm ſit ſciens; & volitio finis præſtantior eſt volitione eorum, quæ ſunt ad finem ex ipſius finis volitione cauſata: Nam cauſa efficiẽs, & finalis ſemper nobilior eſt effectu. Propoſitio autem illa ex 2. cont. gent. *Agere per intellectum eſt perfectius &c. quàm agere per naturam*, intelligitur de agere per naturam ab alio directam; vel etiam quando vtraque actio, ſcilicet intellectus, & naturæ terminantur ad aliquid extrinſecum, vt indicat S. Thom. de pot. q. 3. art. 15. non autem quãdo actio intellectus terminatur ad extrinſecum, actio verò naturæ ad intrinſecum; ſicut emanationes diuinarum perſonarum.

D. Thom.

Aliter igitur videtur dicendum, & admiſſa prima reſponſione ad ſecundam difficultatem, dico ad tertiam, conſequentiam D. Thom. inniti fundamentali illi propoſitioni allatæ ex 2. con. gent. non tamen in ſenſu Caietani, ſed in ampliori ſignificatione. Intelligẽda eſt enim de agere per intellectũ, prout diſtinguitur contra agere per formã merè naturalem; ita vt ſenſus ſit: agere per intellectũ .i. per formã cognitam, vt ſic, quocunque modo, ſiuè libere, ſiue ad modum naturæ eſt ſuperius, perfe-

A ctius, & vniuerſalius, q̃ agere per naturam, ideſt per formam naturalem, vt diſtinguitur contra formã cognitã, qua ſuppoſita optimè ſequitur, Eſſe Dei eſt eius intelligere; ergo omnes effectus Dei ſunt in Deo intelligibiliter, & vlterius; ergo Deus eſt cauſa rerum per intellectum. Probatur hæc ſecunda conſequentia; quia quod perfectiſsimum eſt, Deo debet attribui; perfectius eſt autem agere per intellectum formaliter quàm per naturã. Ex quo patet Philoſophos illos malè negaturos illam conſequentiam D. Thom.

Prima Controuerſia.

B

An Deus ideo ſciat futurum aliquid, antequam fiat, quia futurum eſt: aut ideo futurum ſit aliquid, quia præſcit Deus illud eſſe futurum.

Sententiæ Expoſitorum.

PRoponitur hæc Controuerſia, vt explicentur diuerſa ſanctorum patrum dicta; quæ in externa verborum forma contrarietatẽ habent manifeſtam, vt patet in relatis à D. Thomæ ſententijs Origenis in primo argumento, & Auguſtini in argumento ad oppoſitum. Ludouicus Molina infra in hac quęſt. art. 13. docet actus, & effectus, qui ex (Molin.)
C noſtro libero arbitrio deriuantur; non ideò futuros; quia à Deo præcognoſcuntur futuri; ſed quòd ideo à Deo præcognoſcuntur futuri; quia ita pro libertate arbitrij ſunt futuri; adeò vt, ſi alio modo eſſent futuri, alio pariter modo præſcirentur, à Deo futuri. Eandem ſententiã ſequitur Suarez in ſuis opuſculis lib. 1. de ſcientia futurorũ cõtingentium cap. 5. & 6. Et Vaſquez infra art. 13. diſput. 68. cap. 6. & 7. & plures alij eiuſdem inſtituti. Additq; Vaſquez, cũ dicimus rem futuram eſse cauſam præcognitionis Dei, non ſignificamus eſſe phyſicam cauſam alicuius exiſtentis in Deo realiter, quæ aliquid influat, ſed ſolùm dicimus eſſe
D cauſam reſpectus, & denominationis, ob quá ſciẽtia Dei præſcientia nuncupatur.

Suarez. Vaſquez.

Oppoſitam ſententiam ſuſtinet hic S. Th. in reſponſione ad primum, in qua gloſſat dictũ Origenis dicentis, quod non propterea aliquid erit, quia id ſcit Deus futurum; ſed quia futurũ eſt, ideo ſcitur à Deo, antequã fiat. Et quoniam in hoc dicto duæ ſunt propoſitiones, utranq; interpretatur S. Thom. (S. Thom.)

Prima propoſitio eſt. *Non propterea aliquid erit, quia id ſcit Deus.* Ad cuius explicationem hanc innuit diſtinctionem. Scientia Dei dupliciter conſideratur: Vno modo præcisè: Alio modo adiuncta voluntate, priori modo non habet rationem cau-
E ſæ, ſed tantùm poſteriori modo; & Origenes de ſcientia loquebatur in priori ſenſu.

Secunda propoſitio eſt. *Quia aliquid futurum eſt, ideo ſcitur à Deo*. Hanc exponit Sanct. Thomas diſtinguens dictionem, *quia*, quæ dicit cauſalitatem: nam poteſt dicere cauſalitatem eſſendi, & poteſt dicere cauſalitatem inferendi, ſiue cauſam conſequentiæ. Primo modo falſa eſt; quia res futuræ non ſunt cauſæ, quòd Deus ſciat illas eſſe futuras, ſed ſecundo modo vera eſt;

quia

quia hæc conſequentia eſt vera: res ſunt futuræ; ergo ſciuntur à Deo.

Sed non mediocris diuerſitas eſt inter expoſitores D. Thom. etiam Thomiſtas, de propria ratione, & nomine ſcientiæ, qua præſcit Deus futura; quæ ideò futura docet D. Thom. cum Auguſtino, & alijs, quia præſcit Deus ea eſſe futura: Nam Vaſquez ſuper hoc articulo, & Suarez lib. 3. de attributis Dei cap. 4. dicunt ſcientiam hanc eſſe ſimplicis intelligentiæ. Aſturicenſis quæſt. 6. de gratia Chriſti circa principium. Et Zumellus, & alij ſuper hoc articulo docent hanc eſſe ſcientiam approbationis. Quod etiam hic affirmat S. Thomas.

Vaſquez. Suarez. Aſturicenſis.

Alij deniq; ex modernis Thomiſtis, exiſtimãt eſſe ſcientiam viſionis. Verùm, vt ex dicendis apparebit, Controuerſia in hac parte magis eſt de nomine, quàm de re.

Reſolutio.

Diſtinguitur multipliciter diuina ſcientia, & explicatur ordo actuum eius reſpectu rei creatæ.

NOn poteſt hæc quæſtio hic plenè definiri: cũ implicet ampliſsimam illam Controuerſiã de ſcientia media in articulo huius quæſtionis 13. diſcutiendam; ſed ſatis erit præſenti loco ea tantũ colligere, & examinare, quæ huius articuli intelligentiæ videntur neceſſaria.

Sciendum eſt igitur primò. Diuinam ſcientiam reſpectu creaturarum prima diuiſione diſtingui in ſcientiam ſimplicis intelligentiæ, & ſcientiam viſionis, vt patet ex artic. ſequenti, & primo ſent. diſt. 38. quæſt. 1. art. 4. & in 3. diſt. 14. quæſt. 1. art. .... quæſt. 2. & in primo contra gent. cap. 66. & alibi ſæpè: Diſtinguitur autem hæc duplex in Deo ſcientia ſecundum obiecta diuinæ cognitionis ſecundaria: Nàm ſcientia viſionis ea reſpicit, quæ ſunt, erunt, vel fuerunt, ſecundum quodcunque tẽpus, quoniam illud propriè videtur quod habet eſſe extra videntem. Ea verò quæ nec ſunt, nec erũt, nec fuerunt ad ſcientiam pertinent ſimplicis intelligentiæ, ſic ideò nuncupatæ; quia per hunc ſcientiæ modum cognoſcitur ipſa ſimplex natura rei, quæ poteſt eſſe, cum tamen non cognoſcatur ipſũ eſſe ſimpliciter, cuius eſt viſio, ſed ſecundùm eſſe quid tantùm, puta in potentia cauſæ, &c. vt ait S. Thom. in 1. ſent. Vel vt ait S. D. in tertio ſent. ideò dicitur Deus hæc cognoſcere ſciẽtia ſimplicis intelligentiæ; quia hæc nõ cognoſcit per ideas, ſicut exiſtentia, ſed per cognitionem ſuæ potentiæ, in qua ſunt, intelligentiæ autem eſt cõcipere ea, quæ non ſunt extra concipientem.

Scientia ſimplicis intelligentiæ, & viſionis.

Eſt autem ſcientia viſionis libera ſimpliciter, & neceſſaria ſecundum quid, nimirum ex ſuppoſitione rei quandoq; in tempore exiſtentis, ſemper autem Deo in æternitatis menſura præſentis. Et quemadmodum potuit abſolutè Deus nullius velle creaturæ productionem, ita potuit nullam de creaturis habere ſcientiam viſionis; & ob hãc cauſam eſt, & dicitur ſcientia libera.

Scientia verò ſimplicis intelligẽtiæ duplex eſt, A formaliter loquendo iuxta modum noſtrum intelligendi, ſcilicet practica, & ſpeculatiua: illa, nimirum ſpeculatiua Deo connaturalis eſt, & neceſſaria eidem ex perfecta ſuæ eſſentiæ comprehenſione cõueniens, vt in quæſt. 12. diximus, cum D. Th. & poteſt etiam rectè nũcupari ſcientia abſtractiua, quatenus ad res cognitas terminatur, non prout actu ſunt exiſtentes, ſed quò ad eorum quidditates, & modos quoſcunque, ac exiſtentias poſsibiles. Hæc autem ſcilicet practica quadam ratione naturalis eſt, & quadam ratione libera, vt ſtatim dicemus.

Scientia itaque ſimplicis intelligentiæ dupliciter B Deus cognoſcit creaturas. Vno modo ſpeculatiuè quò ad earum quidditates, ac naturales proprietates, & modos: Alio modo practicè; & hoc dupliciter: Vno modo conſiderando quõ quælibet res fieri poſsit, ſiuè mediantibus ſecundis cauſis, ſiue immediatè ab ipſo Deo, conſiderãdo ſcilicet rationes operandi, & cauſas operis, etiam ſi nulla accedat de rebus producendis voluntatis determinatio: hanc enim eſſe ſciẽtiam eſſentialiter practicam, efficaciter, vt puto, probaui ſupra quæſt. 1. art. 4. in prima Controuerſia.

Scientia ſimplicis intelligentiæ duplex.

Alio modo cognoſcit Deus creaturas practicè, cum ſciẽtiam illam, quam habet de rebus opera- C bilibus, quo ad rationes, cauſas, & modos operationis, libero ſuæ voluntatis decreto ſtatuit, vt directiuam, in opus extendere: quẽ cognitionis modum S. Thom. inferius artic. 16. huius quæſtionis appellat ſcientiam practicam ſimpliciter; quia ſ. omnem habet perfectionem, & complementũ notitiæ practicæ. Cum verò talis cognitionis modus præcedat ex natura rei actualem rerum productionem, & earum etiam exiſtentiam in menſura æternitatis, quæ contentarum rerum productionẽ quandoque futuram ſupponit, ſequitur illum non ad ſcientiam viſionis, quæ ad res actu exiſtentes terminatur, ſed ad ſcientiam practicam ſimplicis D intelligentiæ pertinere.

S. Thom.

Sequitur præterea, ſcientiam viſionis, vt ſic, nõ eſſe practicam, ſed rerum factarum intuitiuè ſpeculatiuam, aut modum habere ſpeculatiuæ: nam, quãuis cognitio poſteriori modo practica ad rerum exiſtentias ſua efficacitate terminetur: non eſt tñ viſionis ſcientia, niſi iam producta rerũ exiſtentia; quæ, non vt pendẽs ab ipſa cognitione formaliter, ſed vt eam ſua præſenti actualitate terminãs cõſtituit ſciẽtię viſionis obiectũ, ſiue terminũ.

Quamobrem, licet vtraque ſcientia ad exiſtentiã terminetur; quia tamẽ diuerſa eſt, vt diximus, ratio terminandi, idcircò diuerſa eſt etiã ſcientiæ E ratio. Vndè accidit ſcientiæ viſionis, vt ſic, quòd ab ea materialiter ſumpta depẽdeat ſcitũ; quia ſ. eidẽ accidit, prout eſt in tali re, ſ. Deo, quòd idẽtificetur ſcientiæ approbationis. Quare, ſi per impoſsibile res nõ cauſarentur à Deo per intellectũ, & vim haberet intellectiuam, adhuc eas æterno ſuæ mentis actu futuras in tempore, ſibi verò in æternitate præſentes intueretur; ſicut etiam anima Chriſti vniuerſa actu exiſtentia in aliqua temporis differentia, videt vt præſentia in æternitate, licet ab eo non ſint cauſata.

Digitized by Google

Sequitur ſcientiam approbationis eſſe eandem cum ſciẽtia practica ſimpliciter; quæ ideò dicitur approbationis; quia voluntatem includit approbantem, ac determinantem rerum productionem: ſic enim interpretandum eſt nomen approbationis in præſenti materia, vt patet ex littera D.Tho.

Nam, quod Deus res completa creatione viſas approbauerit, ad eam, de qua loquuntur prædicti doctores, approbationem, quæ rerum eſt productiua minimè pertinet.

Poſtremò ſequitur, ſcientiam ſimplicis intelligentiæ ſecundùm vnam ſui partem, aut modum eſſe naturalem, & ſecũdùm aliam partem, & modũ eſſe liberam: ſcientiam autem viſionis creaturarum totam eſſe liberam, ac proindè rectè diuiſam fuiſſe Dei ſcientiam à D.Thoma in articulo ſequẽti in ſcientiam ſimplicis intelligentiæ, & in ſcientiam viſionis, non autem in ſcientiam naturalem, & liberam; quia latius patet ſcientia ſimplicis intelligentiæ, quàm ſcientia naturalis, ſicut etiam ſcientia libera cõmunior eſt, quàm ſcientia viſionis, vt patet ex dictis. Eſt igitur diuina ſciẽtia primò diſtinguenda in ſcientiam ſimplicis intelligentiæ, & in ſcientiam viſionis: deindè ſcientia ſimplicis intelligentiæ diuidenda eſt in naturalem, & liberam: naturalis duplex eſt, ſcilicet ſpeculatiua, & practica eſſentialiter, ſed non completiuè illa.ſ. quæ rationes operandi, & cauſas operis ſolùm cõſiderat abſque vlla voluntatis determinatione: libera verò eſt ſcientia practica completiuè, illa nimirum, quæ ex libero voluntatis decreto in opus extenditur. Viſionis autem ſcientia libera quidem eſt abſolutè, ſed neceſsitatẽ habet ſuppoſitionis. Vt autem facilius id, quod intendimus, à tardioribus etiam percipi valeat.

Conſiderandum eſt ſecundò. In diuina cognitione reſpectu creaturarum hũc eſſe ordinem modo noſtro intelligẽdi in infinita ipſius diuinæ ſciẽtiæ perfectione fundato: Nam primò Deus cognoſcit omnes creaturas, quo ad earum quidditates, proprietates, modos, & exiſtentias in actu ſignato, & priuationes, ſiue mala eiſdem oppoſita. Secũdò eaſdem conſiderat, vt factibiles, ſecundùm tales rationes, cauſas, & modos. Tertiò iudicat, & libero ſuę voluntatis decreto determinat tales creaturas tali tempore producendas, & talia mala, ſiue peccata permittenda. Quartò efficaci ſui intellectus imperio dicit, & mandat ab æterno, vt fiant tales res in tali tempore, & talia permittantur peccata. Et quoniã ex diuinæ voluntatis decreto accedente intellectus imperio, res iam habent rationem futuri in determinato tempore, ac per hoc pſentes Deo ſunt in menſura æternitatis pro eo tẽpore, quo per actualem productionem exiſtent in rerum natura; ideò ex hoc vt propria cauſa conſtituuntur obiecta, ſiue termini ſcientiæ viſionis. Et ſic quintò adeſt Deo ſcientia viſionis, qua res in tempore noſtro futuras, vt ſibi in menſura æternitatis præſentes contemplatur.

Nomine autem creaturarum, quas Deus ſuę voluntatis decreto producendas determinat, nõ intelligimus res ſubſiſtentes tantum, quas Deus, vel

A per ſeipſum efficit immediatè, aut medijs alijs rebus creatis; ſed actus etiam omnes, ſiuè naturales ſint, ſiuè liberi: hos enim ab æterno prædiffiniuit Deus per creatas voluntates liberè producendos; prout infra quæſt. 22. art. 4. latè, & cumulatè monſtrabitur.

Explicantur vberius prædicta de ſcientia viſionis, & ſimplicis intelligentiæ.

SEcundò notandum eſt de ſcientia Dei tàm viſionis, quàm ſimplicis intelligentiæ dupliciter nos loqui poſſe: Vno modo quo ad omnia ad
B earum alteram quocunque modo pertinentia, ſcilicet formaliter, vel antecedenter, aut conſequenter, aut quoad ea tantùm, quę formaliter, ſiuè eſſẽtialiter vni, aut alteri ſcientiæ conueniunt; Si priori modo de ſcientijs iſtis ſermo ſit, dicendum eſt ad ſcientiam viſionis pertinere per ſe primò quidem cognitionem rerum in aliqua differentia temporis exiſtentium, ſecundariò verò cognitionem rerum ſimpliciter practicam ex determinatione diuinæ voluntatis, quæ dicitur ſcientia approbationis, hæc enim antecedit vt ratio, & via ad ſcientiam viſionis, & eſt modo noſtro intelligendi ſciẽtia viſionis in fieri. Ad eandem etiam viſionis ſciẽ
C tiam pertinet notitia illa practica, cui præter determinationem diuinæ voluntatis de rerum productione additur intellectus imperium de rebus in tali temporis differentia producẽdis. Hæc enim ſcientia ſic plenè, & vltimatè practica eſt ipſius ſcientiæ viſionis conſtitutiua ex parte obiecti, cuius exiſtentia poſita reſultat in Deo ratio ſcientię viſionis reſpectu creaturarum, actus enim imperij, prout ad exiſtentiam creaturæ terminatur, cõſtituit obiectum ſcientiæ viſionis, & conſequenter etiam ipſam ſcientiam. Prius tamen modo noſtro intelligendi eſt hæc ſcientia practica, quàm viſionis, ſicut cauſa, vel ratio prior eſt effectu, aut eo,
D cuius eſt ratio, vt patet de immutabilitate, & æternitate in Deo.

Ad ſcientiam autem ſimplicis intelligentiæ pertinet primò quidem cognitio rerum ſpeculatiua, & notitia practica priori modo, qua ſcilicet nouit Deus quomodo res quælibet fieri poſsit &c. Secundario verò ad eandem ſcientiam pertinet notitia practica per determinationem diuinæ voluntatis ante actum imperij, tunc enim res nondum intelliguntur extra Deum exiſtentes, atq; adeò nec ad ſcientiam viſionis pertinentes: Denique ad eandẽ ſcientiam pertinet notitia practica cum imperio, prout modo dicto præcedit rerum exiſtentiam, &
E earũ præſentiã in æternitate. Nec abſurdũ eſt eandem practicam notitiam diuerſa ratione ad vtrãque ſcientiãm.ſ. viſionis, & ſimplicis intelligentiæ pertinere. Si verò ſermo ſit de ſcientia viſionis quoad eius rationem formalem, & eſſentialẽ præciſè conſideratam, dicendum eſt ad eã pertinere ſolã rei exiſtẽtis, & pręſentis in ęternitate notitiã, hæc enim eſt eius intrinſeca, & propria ratio; cętera verò præcedentia, cũ non verſentur circa rẽ exiſtentem, ac pręſentem vt ſic, ſed circa rem, vt producen-

Digitized by Google

ducendam, ad ſcientiam viſionis formaliter, & eſſentialiter ſumptam minimè pertinet, ſed adhuc infra limites ſcientiæ ſimplicis intelligẽtiæ eo modo, quo diximus, continentur. Similiter ſi de ſcientia ſimplicis intelligẽtiæ loquamur quoad ea tantum, quæ formaliter, & eſſentialiter illi conueniũt dicendum eſt eam vltrà cognitionem ſpeculatiuã & practicam primo ſuo modo non extendi. Ceteros autem actus, ſcilicet voluntatis determinationes & imperium illi quaſi per accidens, & extrinſecus adiungi: Et hoc modo ſcientia approbationis erit quaſi media inter ſcientiam viſionis, & ſcientiam ſimplicis intelligentiæ: Et ex ijs facilè poſſent Doctorum ſententiæ, quæ videntur oppoſitæ, conciliari, & Angelici noſtri Doctoris dicta hic, & alibi declarari.

Ex dictis ſequuntur vndecim concluſiones.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio eſt: Vera eſt hæc propoſitio: quia Deus liberè voluit mundum creare, decernens has, & illas res, aut actus bonos, ſiue naturales, ſiue liberos, vt prima cauſa producere; malos autem vt ſic, permittere; ideo ſciuit has, & illas res, & actus bonos, & malos futuros. Vbi obſeruandum eſt dictionem illam, *quia*, non dicere cauſam actualiter, ſiue formaliter in eſſendo, ſed tantùm virtualiter.

Secunda cõcluſio. Falſa eſt hæc propoſitio; *Quia Deus ſciuit res futuras, ideo voluit, vt eſſent*: Nam, ſi prius noluiſſet, vt eſſent, neſciuiſſet eſſe futuras.

Tertia concluſio eſt. Scientia, quæ eſt cauſa rerum eſt ſcientia ſimplicis intelligentiæ practica nuncupata ſcientia approbationis: Quod ſit ſimplicis intelligentiæ probatur; quia ordine naturæ, præcedit rerũ exiſtentias etiam, vt Deo ſunt præſentes in menſura æternitatis. Quòd verò ſit practica, probatur: quia non tantum conſiderat res modo operabili, ſed per volũtatem determinatur ad opus. Quod denique ſit beneplaciti: patet ex dictis.

Quarta concluſio. Scientia viſionis, vt ſic, non eſt rerum cauſa, neq; dirigit voluntatem ad opus, ſed facta tantùm ſpeculatur. Et, licet in rebus factis non tantùm quidditates, proprietates, & exiſtentias, ſed etiam modum, quo factæ ſunt, & earũ rationes, & cauſas contempletur, non tamen propriè dicitur practica, prout practicum eſt, quod ordinatur ad opus; cum res iam factæ in ſuo eſſe perſeuerantes iterum fieri nequeant. Poſſet autem diſtingui inter ipſam ſcientiæ rationem, & eius ſtatum, & dici, ſcientiam rerum factarum quoad rationes, & cauſas, & modos fiendi ex ratione ſua practicam eſſe, & rerum cauſam; ſed ex tali ſtatu obiecti ſui, quod iam actu eſt, qui ſtatus obiecti conſequenter redundat in ſtatum ſcientiæ, ita vt eam denominet ſcientiam viſionis, habet, vt ſibi repugnet eſſe factiuam; quia facta in ſuo eſſe perſeuerantia iterum fieri minime poſſunt. Et quia talis ſtatus in obiecto ſciẽtiæ viſionis implicatur, idcirco abſolutè, & formaliter loquendo non eſt practica.

Quinta concluſio: Scientia viſionis priori modo ſumpta, ſcilicet quoad omnia ad eam quomodocunque pertinentia eſt cauſa rerum. Hæc patet ex dictis in ſecundo notabili.

Sexta concluſio. Optima eſt interpretatio Sancti Thom. circa dictum Origenis.

Septima concluſio. Dictum Origenis, quòd nõ propterea aliquid erit, quia Deus ſcit illud futurum, ſed è contra, intelligi cõmodè poteſt de ſcientia viſionis, vt patet ex dictis. Dictum autem Auguſtini: Non quia res ſunt, ideo nouit Deus, ſed ideò ſunt, quia nouit, interpretandum eſt de ſcientia ſimplicis intelligentiæ, adiuncta volũtatis determinatione, & hæc eſt ſcientia approbationis.

Senſus Origenis, & Auguſt.

Octaua concluſio. Idem dictum Origenis intelligi non incongruè poteſt de cauſa neceſſitatem abſolutam in rebus præcognitis inducente: Nam, vt ait S. Thom. de verit. quæſt. 2. art. 14. in reſponſione ad primum. Intentio Origenis eſt dicere diuinam ſcientiam non eſſe talem cauſam, quæ inducat neceſſitatem in ſcito à Deo, vt aliquid neceſſario eueniat, quia Deus illud præſciuit. In quo ſẽſu aliorum etiam ſanctorum patrum dicta ſunt interpretanda.

Alius ſenſus Origenis, & patrum.

Nona concluſio. Dictum Origenis verum eſt de actibus moraliter malis. Probatur; quia eorum Deus non eſt cauſa, & tamen illos futuros ex libertate arbitrij ipſo Deo permittente cognoſcit. Hãc expoſitionem tradit Magiſter in primo ſent. diſt. 38. & ibidem expoſitores.

Alius ſenſus eiuſdẽ, & Magiſtri

Decima concluſio. Dictum eiuſdem Origenis quoad priorem partem verum eſt de ſcientia, quoad ſolam notitiam abſque beneplacito, vt ait Magiſter in dicta diſtinctione, & ibidem explicat, & probat S. D. & de ver. quæſt. 2. art. 14. nam præciſo beneplacito ſcientia non eſt actu cauſa, ſed quaſi in habitu, ſiue in actu primo, quæ eſt etiam gloſſa S. Thom. hic in reſponſione ad primum.

Alius ſenſus ex Magiſtro.

Vltima concluſio. Secunda pars dicti eiuſdem Origenis, Nimirum, quia aliquid futurũ eſt, ideò ſcitur à Deo, non eſt vera de cauſa propriè dicta, ſed de cauſa, ideſt conditione ſine qua nõ. Ita exponitur à Magiſtro in dicta diſtinctione, quẽ plures ſequuntur Doctores, & veriſſima eſt expoſitio referendo cauſalitatem haud impropriè dictã ad ſcitũ, ita vt futuritio ſit cauſa ſcito, quod ſciatur ſciẽtia viſionis, vt etiam ſignificat Caietanus infra in hac quæſtione, artic. 13. quod etiam ſupra in quæſtione duodecima notauimus.

Poſtremus ſenſus ex Magiſtro.

Caiet.

Argumenta, & ſolutiones.

COntra ſextam concluſionem. Argumentatur Suarez libro primo de abſoluta ſcientia Dei futurorum contingentium, cap. 5. num. 7. Primò, Nota cauſalis ſecundùm Dialecticam plus indicat, quàm illationem; ergo.

Suarez.

Reſpondetur etiam apud Dialecticos latè patere notam cauſalem, & ad ſolam etiam illationem extendi.

Secundò; Quia contrapoſitio ſit inter duas propoſitiones; ergo particula, *quia*, in eadem ſignificatione ſumitur in vtraque. Probatur conſequentia:

tia: nam non eſt veriſimile æquiuocationem commiſſam eſſe; ergo vlterius ſequitur, quòd, ſi particula, *quia*, in ſecunda dicit cauſam conſequentiæ tantùm, eandẽ conſequentiæ cauſam dicat in prima; & ſic etiam prima propoſitio vera eſſet, cum tamen Origenes, & alij Patres ſecundã affirment, & primam negent.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam. Ad probationem dicitur, nomen, ſiue notam cauſalitatis non dici æquiuocè de cauſalitate, quo ad rẽ, & de cauſalitate quo ad illationem, ſed analogicè, & vocum ſignificationes iuxta materiam, cui applicantur, eſſe intelligendas. Conſtat autẽ ſcientiæ diuinæ reſpectu rerum ſcitarum poſſe propriè competere cauſalitatem; nulla verò ratione poteſt cauſalitas propriè ſumpta rebus ſcitis reſpectu diuinæ ſcientiæ conuenire, vt fatentur etiam Molina, Suarez, & Vaſquez: nec ſana mente poteſt aliquis oppoſitum dicere. Et ex his patet etiã reſponſio ad argumenta Vaſquezij: nam ab his in ſubſtantia non differunt; cum quibus etiam conuenit argumentum nouiſsimi expoſitoris Peſantij. Vide etiam argumenta, quæ refert, & ſoluit Aluarez loco notato, quę tamen ex ijs, quæ diximus, facile diluentur.

Molina. Suarez. Vaſquez. Peſantius.

Secunda Controuerſia.

An ſcientia Dei ſit cauſa rerum, vt proximum, & immediatum principium.

Sententiæ Expoſitorum.

DE propoſita difficultate quatuor ſunt ſententiæ.

Vaſquez. Durandus.

Prima eſt Vaſquezij diſput. 81. capit. 2. Qui ſequens, vt profitetur, Durandum, opinatur cauſam proximam operis eſſe voluntatem Dei; intellectũ verò remotam.

Valentia.

Secunda ſententia eſt Valentiæ: qui ait de ſcientia, & voluntate Dei poſſe nos loqui dupliciter: Vno modo ſecũdum eos conceptus, quos nos viatores formamus; & hoc modo vera eſt (inquit) opinio Durandi: nam primò eſt ſcientia, vt dirigens, ſecundò voluntas, vt impellens, tertiò potentia, vt immediata cauſa effectiua. Alio modo de ſcientia Dei, & voluntate loqui poſſumus, prout conceptu perfecto concipiuntur à Deo, vel à Beatis, ſicut ſunt in re; & hoc modo æquè immediatè ſe habẽt.

Suarez.

Tertia ſententia eſt Suarezij, diſput. metaphyſ. trigeſima, ſectione decimaſeptima, à numero 45. vſque ad 51. qui docet potentiam conuenire Deo non formaliter ratione intellectus, vel voluntatis, ſed ratione ipſius eſſe per eſſentiam, quatenus eſt infinitum, & eminenter includit omnem perfectionem participabilẽ ab ipſo, eſſeque principale, & proximum actionis principium; voluntatem autem, & ſcientiam ex æquo ſe habere in ordine ad potentiam, & actionem, vel effectum productum.

A

Reſolutio.

Scientiam Dei practicam eſſe cauſam rerum proximam per actum imperij claudentis in ſe actum ſcientiæ, voluntatis, & potentiæ: quorum diſtinctio declaratur.

QVarta ſententia eſt D. Tho. Cuius dicta in diuerſis locis, quamuis prima facie valde diuerſa videantur, paulò tamen attentius conſiderata mirificè conſonant.

Ad cuius euidentiam ſciendum eſt primò diuina attributa, & in propoſito ſcientiam, voluntatẽ, & potentiam dupliciter poſſe conſiderari: Vno modo, prout sũt realiter, & formaliter à parte rei, quo modo à ſolo Deo, & Beatis concipi poſſunt, & ſic in vnam rem, & rationem formalem ſimpliciſſimam adunantur, vt pluries dictum eſt. Alio modo conſiderari poſſunt, prout à nobis viatoribus concipiuntur, & hoc dupliciter: Vno modo, vt pręcisè, & omninò limitatè intelliguntur proportionaliter ad perfectiones inuẽtas in creaturis, & ſic concipimus ſcientiam, voluntatem, & potentiam, vt perfectiones in Deo ratione omnino diſtinctas: Alio modo conſiderari poſſunt, vt concipiuntur à nobis, prout ſupra ſimiles in creaturis perfectiones inuentas eleuantur per realem, & formalẽ identitatem, non quamcunque, ſed eam tantùm, quæ modo noſtro intelligendi ex ſpeciali conuenientia conſurgit, quam quędam diuinę perfectiones magis, quàm alię, ex proprijs rationibus formalibus à nobis conceptis ſibi vendicant, ſicut ſupra diximus, de eſſe, & intelligere Dei, & de eſſe naturali Dei, & eſſe eiuſdem intelligibili. Talem autẽ eſſe inter prędicta tria, videlicet ſcientiam, voluntatem, & potentiam conuenientiam ex immediatè dicendis apparebit.

Conſiderandum eſt igitur ſecundò ex D. Thoma Quol. 6. art. ſecundo, omnem cuiuſcunque rei actionem eſſe per formam naturæ illius rei, & actionem omnem rei ſimplicem habentis naturam eſſe ſecundùm proprietatem, & modum illius naturę, ſicut omnis actio ignis eſt ſecũdum proprietatem naturæ ignis, quod non contingit in habente naturam compoſitam: nã in cultello ignito eſt quędam actio nõ pertinens ad proprietatẽ ignis, ſcilicet incisio; Angelus autem, & multò magis Deus eſt totaliter naturæ intellectualis, & ideo oportet, (inquit S. Tho.) omnem eius actionem eſſe ſecundùm intellectum. Vnde Dionyſius in quarto capit. de diuinis nominibus dixit Angelos haberę ſubſtantias, virtutes, & operationes intellectuales; intellectus autem non agit, niſi media voluntate; quia motus voluntatis inclinatio eſt ſequens formam intellectam.

S. Tho.

Quare oportet, vt, quod Angelus, & potiori ratione Deus agit, agat per imperium voluntatis. Ex quo ſequitur in Angelo, & in Deo propriè etiã ſecundùm modum humanę intelligentię loquendo, non eſſe diſtinctam formaliter rationem potẽtię, & rationem voluntatis, eo modo, quo diſtinguimus in Deo ſapientiam, & iuſtitiam; ſed poſſe for-

formaliter diſtingui concipiendo voluntatem, & potentiam proportionaliter ad voluntatem, & potentiam hominis, quæ realiter ab inuicem diſtinguuntur. Et quoniam actus potentiæ, & voluntatis (qui eodem modo conueniunt, ſicut potentia, & voluntas) clauduntur intrinſecè in actu imperij, qui eſt actus intellectus, & ſcientię practicæ, per quem actum res omnes à Deo ſunt productę; ſequitur ſcientiam practicam Dei per actum imperij eſſe cauſam proximam, & immediatam cuiuſcunque rei à Deo productæ.

Oſtenditur actum imperij claudere in ſe actum ſcientiæ, voluntatis, & potentiæ: & explicatur ordo diuinorum actuum in cauſando.

QVòd autẽ actus imperij prædictos includat actus, oſtenditur ex D. Thom. prima 2. quæſt. 17. art. 1. dicente, quòd imperare eſt eſſentialiter actus rationis præſuppoſito actu voluntatis, in cuius virtute ratio mouet per imperium ad exercitium actus: Nam imperans ordinat eum, cui imperat, ad aliquid agendum intimando, vel denunciando; ſic autem ordinare per modum cuiuſdam intimationis eſt rationis; ſed ratio poteſt aliquid intimare, vel denunciare dupliciter: Vno modo abſolutè; quæ quidem intimatio exprimitur per Verbum indicatiui modi, ſicut, ſi aliquis alicui dicat hoc eſt tibi faciendum. Aliquando autem ratio intimat aliquid alicui mouẽdo ipſum ad hoc; & talis intimatio exprimitur per Verbum imperatiui modi; puta cum aliquis alicui dicit: fac hoc. Primum autem mouens in viribus animæ ad exercitium actus eſt voluntas: cum ergo ſecundũ mouens non moueat, niſi virtute primi mouentis; ſequitur, quòd hoc ipſum, quòd ratio mouet imperando, ſit ei ex virtute voluntatis; Itaque imperare eſt actus rationis, præſuppoſito actu voluntatis, in cuius virtute ratio mouet ad exercitium actus. Hæc D. Thom. igitur imperium includit virtualiter actum voluntatis, quatenus eſt potentia motiua, & exequutiua. Itaque actus imperij intrinſecè, & virtualiter claudit actum diuinæ voluntatis, & potentiæ.

Quartò. Obſeruandum eſt, nos in Deo, qui propter ſemetipſum vniuerſa operatus eſt, hũc actuũ ordinem modo noſtro intelligendi contemplari: vt primò Deus ſuam, quæ rerum omniũ finis eſt, concipiat bonitatem, aut etiam totius vniuerſi perfectionem, ſecundò illam velit, & intendat, tanquam rerum agendarum finem. Tertiò eſt conſilium, ſiue iudicium de rebus ad finem ordinandis. Quartò eſt electio ordinandorum ad finem. Vltimò eſt præceptum, ſiue imperium, quo efficaciter præcipitur electorum exequutio: Cum autem Deus ſit naturæ ſimplicis, poſt actum imperij nullus alius relinquitur actus exequutiuæ potentiæ, ſicut in nobis; ſed actus imperij vim habet exequutionis; quod apertè ſignificant ſacræ litteræ. Gen. 1. *Dixit Deus fiat lux, & facta eſt lux*. Quibus verbis ſignificatur diuinum imperium, & operis complementum, vt ait S. Thom. infra quæſt. 64. artic. 4. ad 5; & Gen. 1.

A Pſalm. 148. *Ipſe dixit, & facta ſunt*. Et Hebr. 11. *aptata eſſe ſæcula verbo Dei, vt ex inuiſibilibus, viſibilia fierent.* Pſ. 148. Heb. 11

Poſtremò, recolenda ſunt, quæ ſupra artic. quinto ſtabiliuimus, cum Caietano, & alijs, quòd intellectus primò fundat actiuam virtutem cauſæ intellectualis; Itaque ſcientia Dei, quæ ſemper eſt in actu ſecũdo, erit prima, & principalis ratio cauſandi ipſi Deo, quatenus eſt cauſa intellectualis: Et cum imperium ſit actus diuinæ ſcientiæ, quatenus practica eſt, & vt rationem habet artis reſpectu efficiendarum rerum, ſequitur diuinam ſcientiam eſſe primam, & proximam cauſam rerũ omnium productiuam ſecundùm diuerſos actus iam B ſupra commemoratos. Hanc ſententiam ſequitur Bannes ſuper hoc articulo. Bannes.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio. Si ſcientia, voluntas, & potentia concipiantur præciſè, & proportionaliter ad ſimiles perfectiones in nobis, nec ſcientia, nec voluntas eſt immediata cauſa operationis, ſed potentia. Probatur auctoritate D. Thom. infra quæſtione 19. art. 4. ad quartum, & quæſt. 25. art. 1. ad quartum. Eandem concluſionem probant etiam D. Tho. Suarez. C rationes Suarezij loco ſuperius allegato.

Secunda concluſio. Si prædictæ tres perfectiones concipiantur ſecundùm cõuenientiam, quàm habent ad inuicem modo explicato in primo fundamento, ſcientia eſt immediata, & proxima cauſa operationis. Probatur primò ex dictis: Nam imperium, quod eſt actus diuinæ ſcientię, actus eſt exequutiuus, & actiua rerum productio. Secundò, quoniã idcircò ſcientia artificis apud nos non eſt immediata cauſa artificiati; quia mediat actus potentiæ exequutiuæ, & vſus: at in Deo hæc non mediant inter actum imperij, qui eſt actus ſcientiæ, & ipſam operationem, vel effectum; ergo ſcientia D Dei per actum imperij eſt immediata cauſa. Ex quo ſequitur.

Tertia concluſio. Simpliciter loquendo ſcientia Dei eſt proxima, & immediata rerum cauſa.

Quarta concluſio. Scientia eſt cauſa principalis ſimpliciter reſpectu operationis, ſiue effectus. Hæc patet ex quarto, & vltimo fundamento.

Quinta concluſio. Voluntas eſt ſecundùm quid cauſa principalis, & proxima, ſiue immediata. Probatur, quo ad priorem partem, quia voluntas eſt prima in ratione mouentis: Quo ad ſecundam verò, quia imperium, qui in Deo eſt vltimus actus reſpectu effectus pducẽdi, eſt aliquo modo actus E voluntatis, ſcilicet quo ad vim motiuam in eo virtualiter incluſam. Vnde etiam S. Thom. ſæpè ſolet imperium attribuere voluntati. Et ex his non eſt difficile prædictas omnes ſententias ad aliqualẽ concordiam reducere, quod euidentius eluceſcet ex argumentorum ſolutionibus. Cõcordia ſententiarum.

Argumenta, & ſolutiones.

COntra primam concluſionem ſunt argumenta facta pro ſecunda concluſione. Sed facilè

ſoluuntur

ſoluuntur negando iuxta eum concipiendi modũ, de quo in hac prima concluſione, actum imperij eſſe immediatum effectiui, & illius proximè productiuum.

Contra ſecundam, & tertiam concluſionem argumentatur Suarez, vbi ſupra, numero 40. Primò. *Suarez.* In intellectu non poteſt concipi actus, niſi per modum cognitionis apprehenſiuæ, aut iudicatiuæ; ergo non poteſt in eo intelligi imperium, niſi aut per modum abſoluti iudicij, ſi ſit ad ſeipſum, aut per modum iudicij ordinati ad alios; non poteſt autem diuinum imperiũ immediatè ad ipſum Deũ referri; ſed neque ad creaturas: nam creaturæ, vt educuntur de non eſſe ad eſſe, non ſunt capaces imperij proprij; vt patet manifeſtè in rebus inanimatis: Imperium autem propriè dictum ordinatur ad intelligentem, vt ſic; quod patet ex ſuo correlatiuo, quod eſt obedientia; quæ propriè dicta eſt tantùm in rebus intelligentibus; Igitur per illud loquutionis genus nõ explicatur aliquis actus proprius intellectus Dei loquentis ad creaturas; ſed metaphoricè declaratur efficacia diuinæ potentiæ operantis ad nutum voluntatis ſuæ.

Reſpondetur actum imperij dupliciter conſiderari. Vno modo ex parte imperantis: Alio modo ex parte eius, ad quod dirigitur imperium. Si imperans fuerit naturæ ſimplicis non habens exequutiuam potentiam à voluntate diſtinctam, ſufficit ad imperium propriè dictũ cognitio ex parte imperantis; cum imperium propriè dictum, in propoſito nihil aliud ſit, quàm ordinatio cum actuali motione, ſiue efficientia rei, ad quam dirigitur imperium. Conſtat autem hęc optimè conſiſtere cũ ſola imperantis cognitione: poteſt enim intellectus de agendis ordinate, & ad actionem procedere abſque hoc, quod agenda ordinationem, aut actionem ordinantis, & agentis cognoſcant. Si autem imperans non fuerit naturæ ſimplicis, & ad alia imperium dirigat, non poteſt propter talis naturę ſuę imperfectionem actus imperij ea phyſicè mouere, & multò minus ex nihilo procreare; & ideò neceſſe eſt, vt vel ad ſeipſum, vel ad rem, ſiue perſonam intelligentem dirigat actum imperij, quo moraliter illam moueat ad operis exequutionem; & tunc imperium non ſolùm rationem habet ordinantis, & mouentis moraliter, ſed etiam intimantis, & hoc modo intelligendus eſt S. Thom. in *D. Thom.* allegato artic. 1. quęſt. 17. in prima ſecundę. Igitur per accidens eſt, quòd actus imperij, vt ſic, dirigatur ad rem cognoſcentem, aut cognitione carentem. Et ex his patet ſolutio argumenti; negatur. n. imperiũ propriè dictum non ordinari ad res inanimatas, ſiue non cognoſcentes. Et ad probationem, quòd obedientia propriè dicta eſt tantùm in rebus intelligentibus, reſpondetur obedientiã ꝓpriè dictam nõ reſpondere imperio vniuerſaliter, ſed tantùm imperio directo ad naturam intelligẽtem. Paſſiua autem exequutio reſpondet imperio vniuerſaliter.

Contra tertiam, & quartam argumentatur idẽ *Suarez.* Suarez. Primò. Deus non agit extra ſe, quatenus eſt infinitus ſolùm in ratione ſcientis, aut volẽtis;

A ſed quatenus eſt infinitus ſimpliciter ĩ genere entis; ergo potentia conuenit Deo, non formaliter ratione intellectus, aut voluntatis: ſed formaliter ratione ipſius eſſe per eſſentiam, quatenus infinitum eſt, & eminenter continet omnem perfectionẽ participabilem ab ipſo. Et confirmatur. Primò; quia Deus non eſt omnipotẽs, eo quod ſciat omnia; ſed potius ſcit omnia, quia eſt omnipotens, & eminenter continet omnia; ergo diuina ſcientia ſupponit in diuina natura continentiam eminentialẽ creaturarum, & omnipotentiam, ratione cuius poteſt eſſe principium omnium. Confirmatur ſecundò; quia nulla eſt ſufficiens ratio, ob quam vis exequutiua, & elicitiua immediatè actionis ad extra magis B tribuatur intellectui, quàm voluntati, &c.

Reſpondetur dictionem illam, *quatenus*, dupliciter accipi poſſe. Vno modo, prout reduplicat rationem formalem agentis, vt agens eſt: Alio modo, prout reduplicat conditionem, ſiue radicem agentis, vt agens eſt. Si priori modo ſumatur illa dictio, *quatenus*, in antecedente, negatur antecedens: nam, vt ſupradiximus, Deus conſtituitur in ratione agentis intellectualis, vt ſic, per ſcientiam, ſiue intelligentiam; nam forma cognita, vt ſic, eſt ratio agendi intellectuali agenti, vt ſic, ad differẽtiam agentis naturalis. Ad primam confirmatio-C nem, negatur antecedens: nam ideo Deus eſt omnia potens, vt agens intellectuale formaliter; quia omnia ſcit ſcientia practica. Et licet diuina ſcientia ſupponat continentiam eminentialem creaturarum in diuina eſſentia; illa tamen continentia non conſtituit Deum in eſſe cauſæ intellectualis formaliter: & conſequenter non conſtituit eũ omnipotentem cauſam intellectualem formaliter, niſi quatenus illa eminentialis cõtinentia eſt rerum ſecundùm eſſe intelligibile. Sed ſicut eſſe naturale Dei eſt quaſi radix eſſe intelligibilis, ſic eſt etiam quaſi radix omnipotentiæ Dei, vt cauſa eſt intellectualis formaliter. Ad ſecundam confirmationẽ D negatur antecedens: nam multas adduximus ſufficientes rationes tertiæ, & quartæ concluſionis, per quas etiam ſoluuntur argumenta Suarezij, quibus probat antecedens huius ſecundæ confirmationis. Si verò particula illa, *quatenus*, reduplicet conditionem, ſiue radicem agentis vt ſic, admiſſo antecedente negatur conſequentia propter rationem allatam: Et per hęc ſoluuntur alia quędam eiuſdem argumenta.

Secundò. Deus intantùm eſt fons totius eſſe, inquantùm eſt ipſum eſſe per eſſentiam; quod, vt eſt in ipſo Deo, eſt eius eſſentia; vt verò per ſeipſum eſt communicatiuum ſui, eſt ratio agendi: cum. n. E ſit illimitatum, eſt ſufficiens ratio proximæ virtutis, non indigens media facultate, quod eſt eſſe ipſam potentiam; Quia verò hoc pręſtat perfectiſſimo modo, indiget intellectu, & voluntate; illo, vt dirigente, hac vt applicante; Quia verò ſcientia, & voluntas in Deo ſunt ſuum eſſe, ideo per illud habet Deus, quidquid neceſſarium eſt ad agẽdum perfectiſſimo modo; atque ita diuina ſcientia, & voluntas ſunt cauſa rerum realiter, quatenus ſunt ipſum eſſe, & ipſa omnipotentia; ſecundùm pro-

prias verò rationes, altera dirigendo, altera applicando potentiam exequentem, à qua ſecundum rationem diſtinguuntur; ergo actio ad extra immediatius comparatur ad potẽtiam, vt ſic, quàm ad ſcientiam, & voluntatem, vt ſic.

Reſpondetur; Deum intantùm eſſe fontem totius eſſe, inquantùm eſt eſſe per eſſentiam, dupliciter intelligi poſſe: Vno modo, vt per eſſe fontem totius eſſe intelligatur cauſa cum proxima ratione cauſandi formaliter: Alio modo, vt intelligatur tantùm radix formalis cauſalitatis: rurſus nomine eſſe per eſſentiam poſſumus intelligere duo. Vnum eſt, eſſe naturale Dei, vt diſtinguitur contra eſſe intellectuale. Alterum eſt eſſe, tam naturale, quàm intellectuale, ſiue intelligibile. Si igitur nomine fontis intelligatur cauſa cum proxima ratione cauſandi formaliter, & nomine eſſe per eſsẽtiam ipſum eſſe naturale Dei, vt diſtinctum contra eſſe intellectuale, falſa eſt propoſitio, vt oſtendimus: alioquin Deus non eſſet verè, & propriè agens per intellectum: ſed per naturam.

Si autem nomine eſſe per eſſentiam intelligamus eſſe tam naturale, quàm intelligibile, & intellectuale, ſic Deus in tantùm eſt fons totius eſſe .i. cauſa principalis continens proximam rationem agendi, quatenus eſt ipſum eſſe per eſſentiam, qđ in ſe præhabet non tantùm eſſe naturale, ſed etiã eſſe intellectuale rerum omnium cognitione tam practica, quàm ſpeculatiua perfectum, quod alijs verbis affirmat noſtra quarta concluſ. dicens, ſciẽtiam Dei eſſe cauſam principalem ſimpliciter.

Illimitatio autem nihil aliud facit, niſi, quòd eſſe, intellectus, volũtas, & potentia vnum ſint; Sed, quia, vt diximus, Deus eſt agens intellectuale formaliter, quod primò per intelligere conſtituitur in eſſe talis agentis, & non per eſse, niſi radicaliter: idcircò loquendo de diuinis modo noſtro intelligendi, ratio formalis agendi per ſe primò conuenit Deo ratione ſcientiæ. Quomodo autem potentia non ſit immediatior actioni, quàm ſciẽtia, & voluntas ſatis patet ex dictis.

Vaſquez. Contra eaſdem concluſiones argumẽtatur Vaſquez. Eodem modo loquendum eſt de diuino intellectu, & voluntate, ſicut de intellectu, & voluntate artificis creati ad opus artis faciendum; at in artifice creato talis eſt ordo, vt prius intellectus proponat opus, & modum faciendi, deinde voluntas velit illud eo modo fieri: & tandem ſequatur exequutio ad nutum voluntatis nullo interiecto actu intellectus inter electionem voluntatis, & facultatem exequentem; ergo ſimiliter in Deo.

Reſpondetur primò, falſum eſſe antecedens, vt patet ex doctrina D. Thom. relata ex 6. Quolib. artic. 2. Deinde dico hoc argumento probari noſtrã primam concluſionem.

D. Thom. Contra eaſdem duas concluſiones ſunt quædã dicta D. Thom. Primum eſt de ver. q. 2. art. 14. vbi affirmat inter ſcientiam Dei, & rem cauſatam mediam eſſe ex parte Dei diuinam voluntatem. Secũdum eſt in primo ſent. diſt. 38. quæſt. 1. artic. 1. vbi ſic ait. *Eſt ergo iſte proceſſus in productione artificiati: primò ſcientia artificialis oſtendit finem. Secundò voluntas eius intendit finem illum. Tertiò voluntas imperat actum, per quem educatur opus; circa, quod opus ſcientia artificis ponit formam conceptam. Vnde ſcientia ſe habet, vt oſtendens finem, voluntas, vt dirigens actum, & informans opus operatum; & ideo conſtat, quòd quidquid accidit in effectu per defectum à forma artis, vel à fine, non reducitur in ſcientiam artificis, ſicut in cauſam; patet etiam, quòd principalitas cauſalitatis conſiſtit penes voluntatem, quæ imperat actum.* Hæc D. Thom. Quibus addere poſſumus loca allegata in probatione primæ concluſionis.

Reſpondetur ad primum, per illud probari tantùm noſtram primam concluſionem.

Ad ſecundum dico primò, per illud probari noſtram ſecundam, tertiam, & quartam concluſionem: Nam primò eſt ſcientia practica oſtendens finem; eſt ergo ſcientia cauſa ſimpliciter principalis. Tertiò loco, vt inquit S. Thom. eſt actus imperij, quẽ attribuit voluntati propter virtutem motiuam, cum tamẽ ſimpliciter ſit actus intellectus, vt patet ex eodem S. D. in allegata quæſt. 17. art. 1. in prima 2. Dico ſecundò voluntatem eſſe cauſam principalem, & etiam immediatam, non ſimpliciter, ſed ſecundùm quid modo explicato in probatione quintæ concluſionis. His quæ diximus conſentit Aluarez diſp. 17. qui alias etiam adhibet ſolutiones ad argumenta.

Expenditur, & reijcitur propoſitio quædam Valentiæ.

Hic obſeruandum eſt Valentiam ad probationem ſuæ ſententiæ, aſſumere hanc propoſitionem. *Cum aliqua duo ſunt idem inter ſe eſſentialiter, & quidditatiuè, quidquid reipſa efficitur per vnũ, etiam reipſa efficitur per alterum; ſi fides non reuelat alicubi ſecus rem ſe habere.* Quæ propoſitio aut eſt falſa, aut non eſt ad propoſitum, ad quod aſſumitur: Nam, vel intelligitur formaliter, vel identicè; formaliter quidem ſic; quidquid efficitur per vnũ ex propria ratione formali illius, efficitur etiam pꝛ aliud ex propria illius ratione formali. Et in hoc ſenſu falſa eſt: nam potentia Dei, & æternitas ſunt idem in Deo eſſentialiter, & quidditatiuè, à parte rei, vt dictus expoſitor etiam loquitur; & tamen non quidquid efficitur à potentia, efficitur ab æternitate, ex propria ratione formali, quod optimè aduertit S. Tho. in 1. ſent. diſt. 38. q. 1. art. 1. in corpore, vbi ſic diſcurrit. S. Tho. *Attendenda eſt attributorum ratio; quæ, quia diuerſa eſt diuerſorum, ideo aliquid attribuitur vni, quod non attribuitur alteri, quãuis omnia ſint vna res. Et inde eſt, quòd bonitas diuina dicitur cauſa bonorum, & vita cauſa viuentium, & ſic de alijs. Si ergo accipiamus diuerſas attributorum rationes, inueniuntur aliqua habere comparationem, nõ tantùm ad habentem, ſed etiam ad aliquid, ſicut ad obiectum, vt potentia, voluntas, & ſcientia: quædam autem ad habentem tantùm; vt vita, bonitas, & huiuſmodi, &c.* vide ibi. Eſt ergo falſa propoſitio formaliter intellecta. Si autem intelligatur identicè, ſcilicet, quòd quidquid efficitur per vnum, efficitur per aliud, non ex propria ratione, ſed vt eſt idem alteri; iam non erit ad propoſitum, vt per hanc probetur,

Digitized by Google

betur, quòd ſcientia Dei ſit cauſa rerum: Nam ſermo eſt de ſcientia ſecundùm propriam rationem formalem: non autem vt eſt eadem potentię; ſic enim quodlibet attributum Dei cauſat; immo etiã relationes, & ſic nihil ſpeciale dictum eſſet de ſcientia.

ARTICVLVS IX.

Vtrum Deus habeat ſcientiam non entium.

89 1.d.38.art. 4. Et ver. q.2 art. 8. Et 1. cont. c.66.

AD nonum ſic proceditur. Videtur, quòd Deus non habeat ſcientiam, niſi entium. Scientia enim Dei non eſt, niſi verorum; Sed verum, & ens conuertuntur; Ergo ſcientia Dei non eſt non entium.

2 Præterea: Scientia requirit ſimilitudinẽ inter ſcientẽ, & ſcitum; Sed ea, quæ non ſunt, nõ poſſunt habere aliquam ſimilitudinem ad Deum, qui eſt ipſum eſſe; Ergò ea, quæ non ſunt, non poſſunt ſciri à Deo.

3 Præterea: Scientia Dei eſt cauſa ſcitorũ ab ipſo; Sed nõ eſt cauſa non entium, quia nõ ens non habet cauſam; Ergo Deus non habet ſcientiam de non entibus.

Sed contra eſt, quod dicit Apoſtolus ad Roman. 4. Qui vocat ea, quæ non ſunt, tanquam ea, quæ ſunt.

Reſpondeo. Dicendum, quòd Deus ſcit omnia quæcunque ſunt quocunque modo. Nihil autem prohibet ea, quæ non ſunt ſimpliciter, aliquo modo eſſe. Simpliciter enim ſunt, quæ actu ſunt. Ea verò, quæ non ſunt actu, ſunt in potentia, vel ipſius Dei, vel creaturæ, ſiue in potentia actiua, ſiue in paſsiua; ſiue in potentia opinandi, vel imaginandi; vel quocunque modo ſignificandi. Quæcunq; igitur poſſunt per creaturam fieri, vel cogitari, vel dici, & etiam quæcunquæ ipſe facere poteſt, omnia cognoſcit Deus, etiam ſi actu non ſint. Et pro tanto dici poteſt, quòd habet etiam non entium ſciẽtiam. Sed horum, quæ actu non ſunt, eſt attendenda quædam diuerſitas. Quædam enim, licet non ſint nunc in actu, tamen vel fuerunt, vel erunt; & omnia iſta dicitur Deus ſcire ſciẽtia viſionis; Quia cũ intelligere Dei, quod eſt eius eſſe, æternitate menſuretur, quæ ſine ſucceſsione exiſtens totum tempus comprehendit, præſens intuitus Dei fertur in totum tempus,

91 * & in omnia quæ ſunt in quocunque tempore, ſicut in ſubiecta ſibi pręſentialiter. Quędam verò ſunt, quæ ſunt in potentia Dei, vel creaturæ, quæ tamen nec ſunt, nec erunt, neq; fuerunt, Et reſpectu horum non dicitur habere ſcientiam viſionis, ſed ſimplicis

D.747. * intelligentiæ. Quod ideo dicitur; quia ea, quæ videntur apud nos, habent eſſe diſtinctum extra videntem.

A Ad primum ergo dicendum, quòd ſecundùm quòd ſunt in potentia, ſic habent veritatem * ea, quæ non ſunt actu, verum eſt enim ea 101.

eſſe in potentia; & ſic ſciuntur à Deo.

Ad ſecundum dicendum, quòd cum Deus ſit ipſum eſſe, intantùm vnumquodque eſt, inquantum participat de Dei ſimilitudine; ſicut vnumquodque intantùm eſt calidùm, inquantùm participat calorem. Sic & ea, quæ ſunt in potentia, etiam ſi non ſunt in actu, cognoſcũtur à Deo.

Ad tertium dicendum, quòd Dei ſcientiã 118

B eſt cauſa rerum voluntate adiuncta. * Vnde 87

non oportet, quòd quæcunque ſcit Deus, ſint, vel fuerint, vel futura ſint; ſed ſolùm ea, quæ vult eſſe, vel permittit eſſe. Et iterum; non eſt in ſcientia Dei, vt illa ſint, ſed quòd eſſe poſſint.

Ratio ordinis, & ſenſus quæſiti.

C HIc S. Doct. incipit agere de diuina ſcientia in ordine ad obiectũ ſecundarium in particulari initiũ ſumens à non ente communiſsimè ſumpto, cuius ratio videtur eſſe; quia nõ ens directè opponitur enti vniuerſaliſsimè accepto, quod eſt obiectũ adæquatè terminatiuum diuini intellectus, & negatio ex affirmatione cognoſcitur; idcircò poſt obiectum primarium, & ſecundarium, etiam in communi diſcuſſum ſtatim proponitur quæſitum de non ente communiter accepto: non enim hic ſumitur non ens, prout opponitur enti exiſtenti in actu eo tempore, quo illi conuenit eſſe; quomodo dicimus in hyeme roſam eſſe non ens; quia hoc tẽpore non eſt, licèt in vere ſit; ſed ſumitur non ens, prout etiam extenditur ad nunquam futura, & ad

D impoſsibilia.

Forma Textus.

AD quæſitum reſpondet S. Thom. tribus præcipuis diſtinctionibus, & totidem concluſionibus. Prima diſtinctio eſt. Entium quædam ſunt, quædam non ſunt, ea, quæ ſunt, in duplici ſunt differentia: nam quædã ſunt ſimpliciter, vt ea, quæ ſunt actu; quædam verò ſunt ſecundùm quid, vt ea, quæ ſunt in potentia Dei, vel creaturæ, ſiue ea potentia creaturæ ſit potentia actiua, ſiue paſsiua; & in actiua, ſiue ſit potentia opinandi, ſiue imaginandi, vel quocunque alio modo ſignificandi. Secunda diſtinctio eſt. Eorum, quæ non ſunt, quædam fuerunt, vel erunt; quædam verò nunquam fuerunt, nec vnquã erunt, licet ſint in potentia Dei, vel creaturæ; vt alius mundus, vel etiam domus mille angulorum, quæ fortè nunquam erit. Tertia diſtinctio eſt. Duplex eſt ſcientia Dei, vna quæ dicitur ſcientia viſionis, alia quæ dicitur ſcientia ſimplicis intelligentiæ.

E *Prima concluſio. Deus habet ſcientiam, non entium. Probatur: Quæcunque poſſunt per creaturam fieri, vel cogitari, vel dici, & quæcunque ipſemet Deus facere poteſt,*

poteſt, omnia cognoſcit Deus; At non entia ſunt ea, quæ poſſunt per creaturam fieri, aut cogitari, aut dici, vel quæ Deus facere poteſt; ergo Deus cognoſcit non entia. Maior probatur: Deus ſcit omnia, quæ ſunt quocunque modo; ſed prædicta omnia ſunt aliquo modo; ergo. Minor autem primi argumenti probatur; quia nihil probibet, quæ non ſunt ſimpliciter, ac per hoc non entia, aliquo modo eſſe; hic verò modus eſt eſſe in potentia creaturæ, aut Dei; ergo non entia ſunt ea, quæ poſſunt per creaturam aut excogitari, aut dici, vel quæ Deus facere poteſt, omnia clara ſunt ex diſtinctionibus allatis in corpore.

***Secunda concluſio.** Ea, quæ non ſunt actu, & tamen fuerunt, vel erunt, dicitur Deus ſcire ſcientia viſionis. Probatur: præſens intuitus Dei fertur in totum tēpus; & in omnia, quæ ſunt in quocumque tempore, ſicut in ſubiecta ſibi præſentialiter; ergo prædicta dicitur Deus ſcire ſcientia viſionis. Conſequentia euidens eſt: quoniā viſio propriè eſt eorum, quæ cognoſcuntur vt actu præſentia, vt patet in viſione corporali. Antecedens probatur; quia intelligere Dei menſuratur æternitate, at æternitas ſine ſucceſsione exiſtens, totum tempus comprehēdit; ergo, & præſens intuitus Dei fertur in totum tempus, & in omnia, quæ ſunt in quocunque tempore, ſicut in ſubiecta ſibi præſentialiter.*

***Tertia concluſio.** Quæ ſunt in potentia Dei, vel creaturæ, quæ tamen nec ſunt, nec erunt, neque fuerunt, cognoſcuntur à Deo per ſcientiam ſimplicis intelligentiæ. Probatur: Quæ videntur apud nos, habent eſſe diſtinctum extra videntem; at hæc non habent eſſe diſtinctum extra videntem; ergo, &c.*

Expoſitio Textus.

Explicatur ſecunda diſtinctio. HIc ſunt explicandæ duæ diſtinctiones, ſecunda, ſcilicet, & tertia. Secunda diſtinctio eſt, qua S. Tho. diſtinguit non entia in ea, quæ vel fuerunt, vel erunt, & in ea, quæ nunquam fuerunt, nec vnquam erunt. In qua diuiſione, primum membrū videtur malè appoſitum; quoniam illud non videtur ſpectare ad non entia vt ſic; ſed potius ad non entia, quatenus aliqua ratione ſunt entia; atque ideo non videtur pertinere ad præſentem articulum, niſi per accidens: cum in hoc articulo agatur de ſcientia non entium. Probatur aſſumptum: qm ea, quæ quandoque ſunt, pertinent ad ſcientiam viſionis ea ratione, qua ſunt entia quandoque in actu, non autem inquantùm non entia.

Ad hanc dubitationem reſpondetur duplici diſtinctione. Prima eſt. In his, quæ nunquam ſunt, duo conſideramus. Primum eſt entitas, vel entitates in potentia. Secundum eſt negationes actualitatis.

Secunda diſtinctio eſt. In his, quæ quandoque ſunt actu, duo conſideramus. Primum, ſunt entitates in actu tali tempore: Secundum ſunt negationes ab actu tali alio tempore. Quibus præmiſsis dico duo. Primum eſt, Deum ſcientia ſimplicis intelligentiæ non ſolùm cognoſcere entitates potentiales eorum, quæ nunquam erunt, ſed etiam negationes actualitatis. Secundum eſt, Deum ſcientia viſionis intueri non ſolùm actualitates, ſiue entitates eorum, quæ quandoque ſunt actu pro tali tēpore; ſed eadem ſcientia viſionis cognoſcere etiā negationes actuum eſſendi pro tali alio tempore. Probantur prædicta duo; quoniam negatio per affirmationem cognoſcitur, & negatio ſequitur genus affirmationis in eſſendo, & cognoſcendo, ſecundùm ſe.

Ad argumentum ergo dicitur optimè fuiſſe appoſitum mēbrum illud, & cum arguitur; quia primum membrum non pertinet ad non entia, vt ſic, &c. negatur hoc aſſumptum: nam illud membrū pertinet ad non entia, vtroq; modo, ſcilicet, & inquantùm ſunt, & inquantùm non ſunt, & debuit tractari ſimul etiam de eis inquantùm ſunt; quoniam negatio per affirmationem cognoſcitur. Ad probationem aſſumpti negatur antecedens: quoniam etiam negationes actuum eſſendi pro tali tēpore pertinent ad ſcientiam viſionis.

Tertia diſtinctio eſt. Duplex eſt ſcientia Dei: vna viſionis, altera ſimplicis intelligentiæ. Circa quam duo ſunt obſeruanda. Primum eſt; quòd diſtinctio non eſt diuerſarum ſcientiarum; cum ſit vna, eaq; ſimplicisſima in Deo ſcientia, & intelligentia, ſed eſt diſtinctio ſecundùm rationē vnius, & eiuſdem ſcientiæ, quatenus ad diuerſa obiecta, ſiue potius ad diuerſos terminos ſuæ cognitionis comparatur: Nam, vt comparatur ad obiectum, quod in aliqua differentia temporis habet exiſtētiam in rerum natura, ac per hoc ab æterno præſens eſt ipſi Deo in æternitate, quæ ſine ſucceſsione exiſtens totum tempus comprehendit, comparata inquam ad obiectum ſic præſens dicitur ſciētia viſionis. Vt verò comparatur ad obiecta nunquam exiſtentia, aut præciſa exiſtentia, vel vt præueniunt exiſtentiam, dicitur ſcientia ſimplicis intelligentiæ. *Quō differā ſciētia viſionis, & ſimplicis intelligentiæ.*

Secundò obſeruandum eſt, quòd inter ſcientiā viſionis, & ſimplicis intelligentiæ, prout dicuntur de Deo, non eſt differentia maioris, vel minoris euidentiæ: non enim ſcientia viſionis euidentior eſt ſcientia ſimplicis intelligentiæ; licet obiecta ſcientiæ viſionis exiſtant extra cauſas ſuas, ſintq; ab æterno ſecundùm ſuam realem exiſtentiā præſentia æternitati, obiecta verò ſcientiæ ſimplicis intelligentiæ nunquam exiſtant; aut abſtrahāt ab exiſtentia, vel eam præueniant; quoniam diuina cognitio nulla ratione pendet à creaturarum exiſtentia. At verò in nobis notitia intuitiua longè euidentior eſt abſtractiua cæteris paribus. Quoniam noſtra cognitio ab obiectis dependet, & ea, intuitiua eſt, pendet ab exiſtētia obiecti, & ad eā prout in ſe eſt, præſentem terminatur. Eſt ergo illa diſtinctio tantum ex parte obiectorum, non autem ex parte ſcientiæ diuinæ.

Ex dictis duo ſequuntur, primum eſt, nulla ratione admitti poſſe Deum ea, quæ nunquam erūt, cognoſcere ſcientia viſionis; licet ea videat in ſua eſſentia, quæ actu eſt præſens; quoniam requiritur vlterius rei præſentia in æternitate ſecundùm ſuū eſſe reale, & vt ſecundùm tale eſſe terminet ſecundariò diuinam cognitionem. Secundò ſequitur falſum eſſe id, quod docet Molina, videlicet poſſe cō-cedi *Molinæ dictum reiicitur.*

Digitized by Google

cedi ſcientiam diuinam, vt præciſè coexiſtit huic inſtanti temporis noſtri, habere rationem ſcientiæ ſimplicis intelligētiæ per comparationem ad Antichriſtum futurum. Quoniam ad ſcientiam viſionis, vt diximus, ex Caietano pertinet cognoſcere non ſolùm entitates rerum pro tali tempore, ſed etiam earundem negationes ab actu eſſendi pro tali alio tempore.

Prima Controuerſia.

Quomodo ſcientia Dei ſit non entium.

Sententiæ Doctorum.

Vaſquez.

VAſquez diſp. 61. cap. 2. tria dicit; primum eſt: Deus nulla ratione aſſenſum præbet non enti; hoc eſt falſæ propoſitioni, ſed eius intellectus eſt veri, & falſi huius per diſſenſum, illius per aſſēſum: Secundum eſt. Deus ita intelligit eſſe, quod eſt, & non eſſe, quod non eſt, vt vnicuique aſſentire dicatur, & hoc per ſe, non cognoſcendo negationē per affirmationem; quia ſcilicet Deus ſimplici intuitu, & conceptu formali, quo videt vnumquodque extremum propoſitionis affirmatiuæ, vel negatiuæ, videt etiam, vtrum vnum alteri cōueniat, an non; & ita non ſolùm dicitur Deus habere proprium conceptum obiectiuum entis, ſed etiam nō entis: Tertium eſt. Deus non intelligit ens inſtar entis, nec priuationem per conceptum obiectiuū ipſius habitus, licèt priuationem non cognoſcat, niſi eodem formali conceptu, quo cognoſcit habitum, qui conceptus eſt eſſentia Diuina; ſed hęc opinio longè diſtat à ſententia Thomiſtarum; Ad cuius euidentiam.

Reſolutio.

SCiendum eſt primò, tripliciter intelligi poſſe non ens cognoſci ad modum entis. Primò affirmando ens de non ente; puta ſi dicerem; nō ens eſt ens; & ita certum eſt nullū intellectum cognoſcere non ens ad modum entis; eſſet enim falſa cognitio. Secundò vtendo entitate, tanquam medio, vel ratione cognoſcendi, quod etiam dupliciter intelligi poteſt; Vno modo ex parte cognoſcentis, quia ſcilicet cognoſcens media entitate, & ratione formali obiecti primarij, aut motiui, uel quaſi motiui cognoſcit non ens, vel ex parte rei cognitæ; quia ſcilicet ex parte obiecti terminatiui; id quod formaliter eſt ens eſt ratio, & medium cognoſcendi non ens; vt patet de habitu reſpectu priuationis, &c. Tertiò poteſt intelligi non ens cognoſci ad modum entis ex parte obiecti vltimò terminatiui, quod eſt ipſum nō ens, quia ſcilicet nō ens terminet cognitionem ad modum entis; ita vt nō ens habeat modum entitatis intrinſecum, quo formaliter terminet cognitionem; quod implicat manifeſtam contradictionem.

Secundò notandum eſt, dupliciter poſſe cognoſci non ens, vno modo formando proprium, & adequatum ipſius conceptum, alio modo per alterius rei conceptum, ſiuè in alio, vt infra declarabitur.

Poſtremò obſeruandum eſt, dupliciter intelligi poſſe non ens à Deo, vel à nobis cognoſci; Vno modo poſitiuè; & hoc dupliciter primò per modum affirmationis, & aſſenſus; & ita à nullo intellectu poteſt cognoſci non ens; quoniam, vt ait Ariſt. in primo poſter. tex. 5. *quod non eſt nono eſt ſcire*, ſcilicet per modum affirmationis, & aſſenſus; quia prima ratio aſſenſus eſt entitas, & veritas rei: Secundò per modū negationis poſitiuæ negando de non ente rationem ſcibilitatis, & intelligibilitatis; & ita benè cognoſci poteſt non ens à quouis intellectu: Alio modo poteſt intelligi non ens cognoſci negatiuè, ideſt per negationem actus circa nō ens eo modo, quo tenebras videre dicimur; non quod actum aliquē viſionis habeamus circa tenebras, ſed hoc ipſo dicimur eas videre, quod abſente luce nihil omninò videmus; & hoc modo nullus intellectus dicitur cognoſcere non ens: ideò namq; viſus dicitur per actus negationē tenebras videre, quia tenebræ nullo modo continentur ſub obiecto viſus, quod eſt lucidum; nec poteſt viſus, qui eſt organica potentia, quæ ſub modo particulari, & materiali fertur in ſuum obiectum, vti eodem obiecto ad videndum oppoſitum, quod tamen poteſt intellectus, eo quod eſt potentia omninò immaterialis, cuius obiectum eſt ens in quātùm ens, & eius actus in ſeipſum, & in negationem etiam actus conſiderandam reflectitur, & faciliori modo fertur in negationem entis. Quibus præmiſsis reſpondetur quæſito quatuor concluſionibus.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio. Deus intelligit nō ens ad modum entis loquendo de modo ex parte intelligentis: Probatur, quia Deus omnia intelligit in eſſentia ſua, vt in obiecto primario, & tāquam per rationem formalem cognoſcendi; ergo intelligit omnia ad modum eſſentiæ ſuæ; ergo ad modū entis ex parte ipſius Dei intelligentis; ſic enim eſſentia Diuina communicat intelligibilitatem nō entibus ex parte cognoſcentis, licèt ipſa ſecundùm ſe verè, & formaliter ſint non entia.

Secunda concluſio. Deus cognoſcit non ens ad modum entis loquendo ex parte obiecti terminatiui, quod eſt ens creatum, & non ens: Probatur; quia Deus cognoſcit priuationem per conceptum formalem, & obiectiuum habitus oppoſiti, & multa non entia tā poſsibilia, quàm impoſsibilia, puta chimeras, quatenus ſunt in potentia creaturæ actiua, vel paſsiua, aut in potentia opinandi, vel imaginandi, vel quocunque modo ſignificandi, vt ait S. D. in textu; ergo Deus cognoſcit non ens ad modum entis ex parte obiecti terminatiui; conſequentia eſt euidens: antecedens quo ad primam partem probatur; quia priuatio, cum ſit formaliter nō ens, nullam habet ex ſe cognoſcibilitatem, ſed eam habet ex habitu mutuatam, vt patebit ex articulo ſequenti, igitur eſſentia diuina, vt conceptus formalis habitus correſpondens habitui intellecto tanquam conceptui obiectiuo mediante

hoc

Digitized by Goo

hoc vtroque conceptu repræſentat priuationem, & ita Deus cognoſcit non ens ad modum entis ex parte obiecti terminatiui, quod eſt habitus, & ſuppoſita priuatio: Secunda verò pars antecedentis eſt Sācti Doct. in textu; & probatur quia Deus nō poteſt cognoſcere priuationes, & defectus, ac mala ex vi ſolius eſſentiæ ſuæ, vt patebit articulo ſequenti, ſed neceſſe eſt, vt eas cognoſcat in cauſa defectibili, igitur neq; chimeram poteſt Deus cognoſcere, niſi in cauſa defectibili, & actu in formatione chimeræ deficiente, quæ eſt imaginatio, & eius actus, quæ ſola ob ſui imperfectionem poteſt idolum rei impoſsibilis in ſeipſa formare.

Tertia concluſio. Deus intelligit non ens ad modum non entis ex parte obiecti vltimò terminatiui, quia ſcilicet non ens per ſuam non entitatem terminat actū diuinæ cognitionis: probatur; quia Deus cognoſcit non ens quo ad eius propriam, & intrinſecam rationem; hæc autem eſt negatio entis, ſic enim, & non alio modo eſt cognoſcibile, loquendo de modo intrinſeco ipſi non enti cognito; nam modus entis, de quo ſupra diximus, extrinſecus eſt non enti: Et confirmatur, quia non eodē modo, ſcilicet intrinſeco rei cognitæ, cognitio diuina, aut etiam humana terminatur ad ens, & ad non ens; nam ad illud terminatur, vt ad poſitiuū, adad hoc verò, vt ad negationem.

Vltima concluſio. Deus, licèt poſitiuè, & non merè negatiuè dicatur cognoſcere non ens, non tamen habet conceptum non entis quaſi adæquatè correſpondentem non enti, propriè loquendo; Prima pars huius concluſionis patet ex vltimo fundamento: ſecunda verò probatur: quia Deus non habet idæam non entis, vt patebit ex vltimo articulo quæſtionis ſequentis. Reliqua ad hanc materiam ſpectantia tractabuntur in articulo proximè ſequenti.

Argumenta, & ſolutiones.

Argumēta, quæ ex Vaſquezij diſcurſu formari poſſent aduerſus propoſitas concluſiones facilem habent ex dictis ſolutionem.

Secunda Controuerſia.

An ea, quæ nunquam ſunt, ita cognoſcantur à Deo, vt terminent obiectiuè cognitionem diuinam per ſuum eſſe eſſentiæ diſtinctum ab ipſa eſſentia diuina, & ab eſſe omnium ſuarum cauſarum, aut terminent cognitionem tantùm ſecundùm illud eſſe, quod habent in diuina eſſentia, vel in proprijs cauſis.

Valentia. Valentia dicit implicare manifeſtè contradictionem, vt ea, quæ nunquam fiunt à Deo, terminent diuinam cognitionem, ſecundùm aliquod eſſe ſuum reale diſtinctum à ſuis cauſis, ſequeputare hoc nunquam in mentem alicuius docti cadere potuiſſe.

Molina. Reſolutio. Oppoſitum ſignificat Molina ſuper hoc articulo. Huic Controuerſiæ ſatis fecimus abundè quæſtione 3. art. 4. in prima Controuerſia, vbi oſtendimus eſſentiam cuiuslibet rei creatæ diſtingui realiter ab exiſtentia, & eſſentiam ſecundùm ſe eſſe

A actu eſſentiam, vt eſſentia eſt, & hoc non mēdicare ab exiſtentia, & conſequenter quamlibet rei eſſentiam vt eſſentia eſt, terminare obiectiuè diuinæ cognitionis actum independenter ab exiſtentia; quod maximè cōuenit earum rerum eſſentijs, quæ nunquam ſunt exiſtētiam habituræ; licet ſub tali eſſe eſſentiæ abſoluto, & præciſo inueniri nequaquam poſsint; cum ab æterno in Dei potentia ſint, & in eius intellectu reſplendeant, vt in per ſe primò obiecto, diuina ſcilicet eſſentia repræſentata, & ſecūdùm hoc eſſe ad viſionis notitiam pertinent; ſecundùm eſſentiam verò per ſe, & abſolutè ſumptam ad ſcientiam ſpectant ſimplicis intel-

B ligentiæ.

Valentiæ argumēta, & ſolutiones. Contra hæc pro ſua ſententia argumētatur Valentia. Primò S. Tho. in hoc articulo, & primo cōt. gent. cap. 66. docet huiuſmodi poſsibilia non habere aliud eſſe, q̄ in ſua cauſa; quod eſſe in cauſa, non eſt proprium eſſe diſtinctum ab eſſe cauſæ, vt patet; ergo D. Tho. expreſse ponit iſta poſsibilia, non habere eſſe diſtinctum extra videntem.

Reſpondetur. Hoc argumento probari tantùm rerum eſſentias, quæ per Dei potentiam produci, & exiſtere poſſunt, non habere eſſe exiſtentiæ ab æterno extra Deum, quod gratis cōcedimus; quomodo autem entia realia ſint ſecundùm ſe, in di-

C cta Controuerſia ſatis explicauimus.

Secundò. Non poteſt aliquo modo aſſeri eſſe reale obiectiuum diſtinctum ab eſſentia diuina, quod non ſit ab ipſo Deo, tanquam à cauſa; ſed poſsibilia, quæ nunquam fiunt à Deo, nullum eſſe recipiunt à Deo; ergo nullum eſſe proprium habent diſtinctum à Deo. Maiorem probat auctoritate D. Auguſt. Cyrilli Alexandrini, & Iuſtini. Minor autem, (inquit) eſt euidens ex terminis; quia quod non fit à cauſa, non recipit eſſe à cauſa. Reſpondetur maiorem veram eſſe de eſſe reali ſimpliciter, ideſt de re exiſtente realiter: nō autem de eſſentia vt eſſentia eſt, quæ, vt ſic, non eſt ens reale

D ſimpliciter, & abſtrahit ab omni efficiente; vt in dicto loco latiſsimè probauimus, & quantùm rei difficultas patitur explicauimus.

Tertia Controuerſia.

An quemadmodum reſpectu poſsibilium datur in Deo ſcientia ſimplicis intelligentiæ, ita reſpectu eorundē, ſit in Deo voluntas ſimplex.

Opinio Valentiæ.

Valentia dicit quinque. Primum eſt, Sanctum Thom. hic in reſponſione ad tertium ſignifi-

E care poſsibilia, quæ terminant Dei cognitionem, non etiam terminare Dei voluntatem. Secundum eſt. Nullum ſecundùm rem in hoc eſſe diſcrimen inter intellectum, & voluntatem diuinam; quia ex parte obiecti illud idem eſſe poſsibile rerum, videlicet eſſe cauſæ, quod terminat intellectum diuinum, terminat etiam voluntatē diuinam, vt patet; igitur dici poteſt Deus amare etiam re ipſa poſsibilia, vt poſsibilia ſunt. Tertium eſt. Si loquamur de ſcientia, & voluntate diuina ex parte ipſius

Digitized b

ſius diuini actus, ſic poteſt vtriuſque actus immutatus ad poſsibilia ſecundùm ſuum eſſe diſtinctũ, ſi actu ponerentur, terminari. Quartum. Non ita conſuetum eſſe dici, amari à Deo poſsibilia, ſecũdùm eſſe poſsibile, ſicut cognoſci, eo quòd voluntas magis denotet efficientiam rerum, quàm ſciẽtia diuina. Vltimò ait S. Thom. non fuiſſe contentum illa ſuperficiali reſponſione, cuius oppoſitum erat verum, ſed aliam aſsignaſse, nempè non cadere poſsibilia in ſcientiam Dei, vt ſint, ſed vt eſſe poſsint. Quod ſimiliter de voluntate dici poteſt, ſcilicet non cadere in diuinam voluntatem poſsibilia, vt ſint, ſed dumtaxat vt poſsint eſſe. Hæc ille.

Scotus in tertio ſent. diſtinct. 32. quæſt. vnica in principio ait Deum non amore efficaci, ſed amore ſimplicis complacentiæ diligere creaturas poſsibiles, quam opinionem ſequitur Vaſquez infra q. 19. art. 3. in ſua diſp. 79. dicens Deum hoc amore diligere creaturas oẽs poſsibiles nõ liberè, ſed neceſſario. Contrariam huic opinioni ſententiã tuẽtur omnes ferè diſcipuli D. Thom. Ferrarienſis in 4. cont. gent. cap. 13. Bannes infra quæſt. 34. art. 3. Zumell. ibidem diſp. 1. ad 3. Torres quæſt. 27. artic. 5. circa finem. Durand. in 3. diſt. 22. quęſt. vnica, & Magiſter Nauarretus infra q. 19. art. 3. controu. 3. ſent. hanc defendit, & oppoſitam acriter, ac ſubtiliter impugnat.

Reſolutio.

Rerum eſſentias præcisè ſumptas nõ eſſe à Deo volitas, nec amatas.

QVæſtio hæc eſt de creaturis poſsibilibus non ſecundum eſſe, quod habent in Deo, ratione cuius dicũtur creatrices eſſentiæ, & idem ſunt realiter quod ipſe Deus; ſed quæritur hic de poſsibilibus creaturis ſecundùm proprias earum rationes, & eſſentias, poſsibiles à Deo produci in rerũ natura, ſecundum quas ab inuicem diſtinguũtur, & ſecundum quas ab intellectu diuino cognoſcuntur, vt eius obiecta ſecundaria. Sed obſeruandum eſt eſſentias poſsibiles per Dei potentiã exiſtere dupliciter poſſe conſiderari: Vno modo per ordinem ad exiſtentias illis poſsibiles, & ita certũ eſt eas habere bonitatem, & appetibilitatem in potẽtia: Alio modo conſiderari poſſunt quo ad earum eſſentias præcisè ſumptas; & ita, cum nullam habeant actu bonitatem, nullum etiam poſſunt ſecũdum ſe voluntatis actum terminare.

D.Thom. ℞ Ad cuius euidentiam obſeruandum eſt primò, ex D. Tho. infra quæſt. 27. art. 4. differentiam eſſe inter intellectum, & voluntatem, quòd intellectus fit in actu per hoc, quòd res intellecta eſt in intellectu ſecundùm ſuam ſimilitudinem: voluntas autẽ fit in actu per hoc, quòd habet inclinationem in rem volitam ſecundùm ſeipſam. Quo fit, vt intellectus dicatur abſolutè rem intelligere, quando res eſt in ipſo ſecundùm ſuam ſimilitudinem, ſiue cũ hoc habeat eſſe reale extra intelligentem, ſiue nõ: voluntas autem abſolutè nõ dicitur aliquid velle, vel amare, niſi illud ſm rem, aut apprehenſionem

A habeat eſſe pro aliquo tempore extra volentem in ſeipſo. Cõſtat autem merè potentialia nullũ quouis tempore habere eſſę in ſeipſis, nec à Deo concipi, vt in actu exercito exiſtentia: nam falſa eſſet cognitio; igitur abſolute loquendo nulla eorum erit in Deo voluntas, quamuis eorum abſolutè ſit ſcientia nũcupata ſimplicis intelligentiæ; quæ particula, ſiue determinatio, ***nempè ſimplicis intelligentiæ***, non eſt conditio diminuens, rationem ſcientiæ, ſed differentia ſe tenens ex parte obiecti, vt ſupra diximus.

Amor Dei. Secundò. Notandum eſt ex D. Tho. infra quæſt. 20. art. 1. & 3. quòd amare nihil aliud eſt, quã velle bonum alteri; & quia eſſe, & quælibet rei perfectio eſt quoddam bonum, & diuina voluntas eſt cauſa rerum, ſequitur, quòd cuilibet exiſtenti Deus velit aliquod bonum, & eadem ratione diligat vniuerſa, quæ ſunt, vt dicitur Sapientiæ 11. Nam Sap. 11. diſcrimen eſt maximum inter diuinam, & noſtrã voluntatem, quòd noſtra non cauſat rerum bonitatem, ſed ab ea mouetur, vt ab obiecto; voluntas autem Dei cauſa eſt bonitatis rerum. Vnde etiam amor noſter non eſt cauſa, ſed cauſatur à rerũ bonitate. At diuinus amor eſt infundens, & creans bonitatem in rebus. Conſtat autem ex dictis in quæſtione tertia, art. 4. in prima Controuerſia rerum eſſentias, vt ſic, abſtrahere à ratione dependentis effectiuè; cum abſtrahant ab exiſtentia; adeo, vt ipſamet exiſtentia, vt quidditas abſtrahat à ſeipſa, vt exercet actum exiſtentiæ. Itaque nulla rei eſſentia abſolutè ſumpta, obiectũ eſt diuinæ voluntatis abſolutè, aut amoris: Nam, ſi de fruitione ſermo ſit, quo Deus ſua eſſentia perfectè comprehẽſa fruitur, in qua, vt in cauſa, ac primario diuinæ mentis obiecto reſplendent omnia, certum eſt eam non eſse, niſi de ipſamet eſſentia Dei, vt ſummo bono. Relinquitur itaque ad eſſentias rerum, vt ſic, nullum diuinæ voluntatis actum terminari; ſed ad eas tantùm eſſentias, quæ quandoque ſub eſſe exiſtentiæ producendę ſunt, quatenus ſic exiſtentes participes ſunt actu diuinæ bonitatis per actum liberæ Dei voluntatis, & amoris, qđ eſſentijs rerum abſolutè ſumptis, vt ſic, minimè conuenit; cum, vt diximus, abſtrahant ab exiſtentia, & dependentia ab omni extrinſeca cauſa, & conſequenter etiam à ratione boni, tanquam priora ab eo, quod poſterius eſt. Propter quã cauſam S. Thom. dixit S. Tho. in q. 5. art. 3. ad quartum in mathematicis non eſſe bonum, quod ibidem egregiè explicat Caietanus. Caiet. Videnda ſunt etiam ea, quæ ſcripſimus in ſupradicta Controuerſia.

Tertiò ſciendum eſt diſcrimen eſſe inter quidditatem, & exiſtentiam, vt terminãt actus animę, Obiectum appetitus. ꝙ quidditas eſt ratio rei, quòd intelligatur: exiſtẽtia verò, ſiue exiſtere, ꝙ appetatur: non .n. appetimus ſanitatem, niſi vt ſit, nec cibum, niſi qui eſt, aut ſit. Cuius ratio eſt; quia bonum eſt obiectum appetitus; nihil aũt habet rationem boni, niſi in ordine ad eſſe, vt probat S. Tho. ſupra q. 5. art. 1. S. Thom. igitur nihil habet rationem appetibilis, niſi in ordine ad eſſe, non in actu ſignato, ſed in actu exercito. Et quia omnis actus voluntatis, ſiue ſit abſolutus,

ctus,ſiue conditionatus, ſiue ſit actus amoris, ſiue deſiderij,aut complacentiæ, neceſſariò terminatur ad bonum,ſub ratione boni;conſequenter terminatur etiam ad exiſtens,quatenus exiſtens:igitur circa poſsibiles creaturas nullus eſt in Deo actus amoris,vel complacentiæ.

Quartò notandum eſt amorem Dei neceſſariũ reſpicere bonum infinitum, quod eſt ipſa bonitas per eſſentiam;hæc enim eſt obiectum naturale, & per ſe primũ Diuinæ voluntatis in quo cætera continentur, & propter quem Deus amat vniuerſa, quæ amat; nullum vero creatum creabile bonum ſecundùm ſuam ſpecialem,& propriam rationem, qua,tum ab ipſo bono Diuino, tum ab alio bono creatore,creabili diſtinguitur,eſt ſimpliciter infinitum,aut ipſa bonitas per eſſentiam;igitur amor Dei nullam poteſt habere neceſsitatem,quatenus ad bonum creatum, aut creabile ſecundùm propriam eius rationem terminatur.

Quintò notandũ,quòd, ſi daretur amor in Deo reſpectu creaturarum poſsibilium, illæ eſſet imperfectior,ſiuè minus intẽſus, quàm ſit amor quo Deus amat creaturas exiſtentes, aut quandoque productas; gradus enim diuinæ dilectionis reſpectu creaturarum attenditur iuxta gradum bonitatis per actum amoris illis communicatæ; conſtat autem maiorem à Deo creaturis exiſtentibus impertitam fuiſſe bonitatem, quàm ijs,quæ nunquã ſunt à Deo producendæ;igitur hæ minus intensè, quàm illę diliguntur à Deo:ex quo ſequitur,quod ſi creaturas exiſtentes Deus non diligit neceſſariò,multo minus diligit neceſſariò creaturas nunquam actu futuras; longe namque eſt perfectior amor in Deo neceſſarius,quam liber ſit;cum ſit ẽt maior perfectio boni neceſſariò à Deo,vel à nobis dilecti,quàm eius quod libere tantùm amatur.

Sextò obſeruandum voluntatem complacentię ſecundum communem Theologorum doctrinam ad volũtatem beneplaciti pertinere; certum eſt.n. eam,neque ad voluntatem ſigni, neque ad voluntatem antecedentem, quæ diſtinguuntur à voluntate conſequente pertinere; igitur ſicut voluntas beneplaciti ſic,& voluntas complacentiæ ad exiſtentia ſolùm terminatur; igitur reſpectu creaturarum poſsibilium nunquam futurarum, non eſt in Deo voluntas complacentiæ formaliter loquendo,quamuis quodammodo virtualiter,& quaſi in potentia actiua Dei admitti poſsit;quatenus ſcilicet abſolutè poteſt Deus tales creaturas in eſſe ꝓducere,& in earum productione,& exiſtentia cõplacere,

Poſtremò ſciendum eſt actum amoris formaliter,ſcilicet,vt bonum eſt,actum autẽ odij ad malum formaliter, ſcilicet vt malum eſt, terminari; igitur ſi res aliqua conſideretur præciſa ratione bonitatis,aut malitiæ,non erit, vt ſic amoris obiectum, aut odij, ſed ad eam ſub ea ratione volũtas ſe habebit merè negatiuè: Certum eſt autem rerũ poſsibilium eſſentias,vt eſſentiæ ſunt, non habere rationem boni,neque mali; cũ tamen habeant rationem veri; igitur ad eas,vt eſſentiæ ſunt nullus poterit diuinæ voluntatis actus terminari;quam-

A uis enim nullum ſit medium inter eſſe, & non eſſe; quia opponuntur contradictoriè, eſt tamen medium inter,velle rem eſſe,& velle rem nõ eſſe; hęc enim contrariè opponuntur: Eſt autem medium inter hæc vtriuſque actus negatio.

Sed ex duobus videntur aſſertores contrariæ ſẽtentiæ decepti. Primum eſt, non diſcernere inter iudicium,quo intellectus rei poſsibilis naturam, aut eius conditiones præciſa exiſtentia approbat, & affectum complacentiæ de eadem rei natura,& eius conditionibus; hic enim affectus non eſt,niſi per ordinem ad exiſtentiam: Secundum eſt non diſtinguere inter amorem reſpectu creaturarum
B ſecundùm ſe,& vt ſunt in eſſe,aut virtute,ſiue omnipotentia Dei:nam hoc poſteriori modo,neceſſariò amantur,ſicut ipſum eſſe Dei,& eius omnipotentia: vult enim Deus ſuum eſſe, vt etiam eminẽter continet omnes eſſendi modos, & ſuam omnipotentiam,quatenus poteſt omnia poſsibilia; non amantur tamen priori modo creaturæ, nunquam futuræ,neque neceſsariò, neque libere ob dictam cauſam:Quo fit,vt Deus naturaliter,& neceſſariò cognoſcat omnes poſsibiles creaturas,ſicut naturaliter, & neceſſariò comprehendit ſuum eſſe, & ſuam omnipotentiam;non autem amet neceſſariò poſsibiles creaturas; quia cum eis non eſt diuina
C bonitas,aut amor neceſsariò connexus. *Cauſæ deceptionis.*

Concluſiones deductæ,& probatæ.

PRima concluſio. Indigna viro Theologo doctrina eſt aſſerere Deum neceſſariò diligere creaturas poſsibiles: Hæc patet ex dictis,& probatur;quia bonitas ſecundùm quam res eſt obiectum amoris attenditur ſecundùm perfectiones eſſentiæ ſuperadditas, vt ait Sanctus Doctor ſupra quæſt.6.artic.3.at res poſsibiles nullas habent perfectiones ſuperadditas,quæ ſunt exiſtentia,accidentia, & conſequutio finis; igitur nullo
D modo diliguntur à Deo.

Secunda concluſio: Deus non diligit creaturas poſsibiles amore complacentiæ,ſed reſpectu earũ diuina voluntas ſe habet merè negatiuè:Hæc,quò ad vtramque partem patet ex dictis; & probatur, quia creaturæ poſsibiles nihil omninò ſunt ſecundùm ſe;ergo nullo modo diliguntur à Deo.

Argumenta,& ſolutiones.

COntra primam concluſionem argumentatur Vaſquez: Si Deus non neceſſariò diligeret *Vaſquez.*
E creaturas poſsibiles,poſſet eas ab ęterno diligere, & non diligere, ſicut etiam futuras;ergo poſſet eſſe aliqua variatio,aut in eſſentia Dei,aut in rebus ipſis poſsibilibus; ſed vtrumque eſt impoſsibile; ergo: Prima conſequentia patet;ſecunda vero probatur; quia duo extrema eodem modo ſe habentia non poſſunt eſſe fundamentum contradictoriarum denominationum,quales ſunt diligere, & non diligere; ergo, ſi Deus creaturas poſsibiles ita nunc diligeret, vt poſſet ab ęterno eas non dilige-

lige-

ligere, poſſet eſſe aliqua variatio in altero extremorum, ſcilicet, aut in eſſentia Dei, aut in ipſis creaturis: ſubſumpta verò propoſitio, quo ad primam partem eſt euidens, quo ad ſecundam vero probatur; quia res poſsibiles eodem ſemper modo ſunt neceſſario poſsibiles. Confirmatur argumentum; quia ſi Deus poſſet ab æterno velle, & nõ velle creaturas, poſſet etiam incipere in tempore non velle, quod ante volebat, & hoc abſque vlla in ſe, vel in ipſis rebus mutatione.

Reſpondetur primò: potuiſſe Deum abſolutè creaturas poſsibiles ab æterno diligere, quia potuit velle illis dare eſſe: Secundò dico manentibus rebus præcisè poſsibilibus; quia ſcilicet Deus non ſtatuit eas in eſſe producere non eſſe illas Diuinæ dilectionis capaces; Et ſuppoſito, quod Deus decreuerit non dare illis eſſe, non poſſe Deum eas diligere: Tertiò dico: Res poſsibiles in illo priori naturæ in quo conſiderantur, vt poſsibiles, & mere negatiuè ſe habent in ordine ad exiſtentiam, & nõ exiſtentiam, quia neutrum ſibi vendicant in eodẽ etiam priori merè negatiuè reſpici à diuina volũtate; Et ideo dicitur Deus in illo priori per abſolutam ſui potentiam creaturas poſsibiles poſſe ab æterno diligere: Et per hęc ſatisfit etiam confirmationi.

Secundò ſic impugnatur eodem concluſio: Bonum quod eſt paſsio entis ſequitur ad eſſentias rerum neceſſario; ergo Deus neceſſariò diligit creaturas, vt poſsibiles.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens: Vnde licet eſſentia ſit prima radix bonitatis, ad eam tamen non ſequitur bonitas, niſi quatenus eſt actuata per exiſtentiam: itaque res poſsibiles, quia per Dei potentiam abſolutam poſſunt fieri actu exiſtentes, ideò ſunt radicaliter, & fundamentaliter bonæ, non tamen formaliter, & actualiter.

ARTICVLVS X.

Vtrum Deus cognoſcat mala.

AD decimum ſic proceditur. Videtur, quòd Deus non cognoſcat mala. Dicit enim Philoſophus in * tertio de anima, quòd intellectus, qui non eſt in potentia, non cognoſcit priuationem; ſed malum eſt priuatio boni, vt* dicit Aug. Igitur, cum intellectus Dei nũquam ſit in potentia, ſed ſemper actu, vt ex dictis patet, * videtur, quòd Deus non cognoſcat mala.

10. 1. d. 36. q. 1. art. 2. & ver. q. 2. artic. 15. & 3. con. c. 71 & 11. quol. q. 2. art. vnic. tex. 25. tomo 2. Enchiridij c. 11. to. 3. Et lib. 3. cõ fiſ. c. 7. to. 1. art. 2. Art. 2. huius q.

2 Præterea: Omnis ſcientia, vel eſt cauſa sciti, vel cauſatur ab eo; ſed ſcientia Dei non eſt cauſa mali, nec cauſatur à malo; ergo ſcientia Dei non eſt malorum.

3 Præterea: Omne, quod cognoſcitur, cognoſcitur per ſuam ſimilitudinem, vel per ſuum oppoſitum: Quicquid autem cognoſcit Deus, cognoſcit per ſuam eſſentiam: * vt ex di-

Art. 5. & 6. huius q.

A ctis patet, Diuina autem eſſentia neque eſt ſimilitudo mali, neque ei malum opponitur; Diuinæ enim eſſentiæ nihil eſt contrarium, vt dicit Auguſt. * duodecimo de ciuitate Dei; Ergo Deus non cognoſcit mala.

Ca. 2. circa fi. to. 5.

4 Præterea: Quod cognoſcitur non per ſeipſum, ſed per aliud, imperfectè cognoſcitur.

Sed malum non cognoſcitur à Deo per ſeipſum; quia ſic oporteret, quòd malum eſſet in Deo; oportet enim cognitum eſſe in cognoſcente.

B Si ergo cognoſcitur per aliud, ſcilicet per bonum, imperfectè cognoſcetur ab ipſo, quod eſt impoſsibile; quia nulla cognitio Dei eſt imperfecta; ergo ſcientia Dei non eſt malorum.

Sed contra eſt, quod dicitur Prouerbiorum quintodecimo. Infernus, & perditio coram Deo.

Reſpondeo. Dicendum, quòd quicunque perfectè cognoſcit aliquid, oportet, quòd cognoſcat omnia, quæ poſſunt illi accidere. Sũt autem quædam bona, quibus accidere poteſt,

C vt per mala corrumpantur; vnde Deus non perfectè cognoſceret bona, niſi etiam cognoſceret mala. Sic autem eſt cognoſcibile vnumquodque, ſecundùm quòd eſt; vnde cum hoc ſit eſſe mali, quod eſt priuatio boni; per hoc ipſum, quòd Deus cognoſcit bona, cognoſcit etiam mala, ſicut per lucem cognoſcuntur tenebræ. Vnde dicit Dionyſ. * ſeptimo capitulo de diuinis nominibus. Quòd Deus per ſemetipſum tenebrarum accipit viſionem, non aliunde videns tenebras, quàm à lumine.

Non mul. tum à me dio.

D Ad primum ergo dicẽdum, quòd verbum Philoſophi eſt ſic intelligendum, quòd intellectus, qui non eſt in potentia, non cognoſcit priuationem per priuationem in ipſo exiſtentem. Et hoc congruit cum eo, quod ſupra dixerat; quòd punctum, & omne indiuiſibile, per priuationem diuiſionis cognoſcitur.

Lib. 3. de anima tex. 23. & 25. tomo 2.

Quod contingit ex hoc; quia formæ ſimplices, & indiuiſibiles non ſunt actu in intellectu noſtro, ſed in potentia tantùm: Nam, ſi eſſent actu in intellectu noſtro, non per priuationem

E cognoſcerentur. Et ſic cognoſcuntur ſimplicia à ſubſtantijs ſeparatis; Deus igitur non cognoſcit malum per priuationem in ſe exiſtentem, ſed per bonum oppoſitum.

Ad ſecundum dicendum, quòd ſciẽtia Dei nõ eſt cauſa mali, ſed eſt cauſa boni: per quod cognoſcitur malum.

Ad tertium dicendum, quòd licet malum non opponatur eſſentiæ diuinæ, quæ non eſt corru-

Digitized by Google

corruptibilis per malum; opponitur tamen effectibus Dei, quos per eſſentiam ſuam cognoſcit, & eos cognoſcens, mala oppoſita cognoſcit.

Ad quartum dicendum, quòd cognoſcere aliquid per aliud tantùm, eſt imperfectæ cognitionis, ſi illud ſit cognoſcibile per ſe. Sed malum non eſt per ſe cognoſcibile; quia de ratione mali eſt, quòd ſit priuatio boni: Et ſic neque diffiniri, neque cognoſci poteſt, niſi per bonum.

Ratio ordinis, & ſenſus quæſiti.

EX non ente communiſsimè ſumpto, de quo in præcedente articulo, deſcendit S. D. ad ea non entia, quæ nuncupantur mala. Hæc verò ſunt priuationes, ſiue negationes perfectionis debitæ ineſse ſubiecto apto nato. Cum autem malum dupliciter ſumi poſsit, ſcilicet formaliter pro malitia, ſiue priuatione debitæ bonitatis, vt cæcitas; & materialiter pro re ſubſtrata priuationi; hic accipitur malum formaliter, quod triplex eſt; ſcilicet culpæ, pœnæ, & naturalis defectus, quæ omnia hic ſub vno mali uocabulo comprehenduntur: ut patet, præſertim ex quatuor argumentis D. Thom. contra concluſiones, & uno prima concluſione ex 15. cap. Prouerbiorum.

Forma Textus.

PRima concluſio eſt. *Deus cognoſcit mala. Probatur: Quicunque perfectè cognoſcit aliquid, oportet, quòd cognoſcat omnia, quæ poſſunt illi accidere; ſed Deus perfectè cognoſcit bona; ergo cognoſcit omnia, quæ poſsunt illis accidere. Tunc vltra, ſed bonis poſſunt accidere mala; ergo Deus cognoſcit mala. Probatur hoc ſubſumptum; quia multa ſunt bona, quibus poteſt accidere, vt per mala corrumpantur.*

Secunda concluſio. Per boc, quod Deus cognoſcit bona, cognoſcit etiam mala. Probatur: Sic eſt cognoſcibile vnumquodque, ſecundùm quòd eſt; ſed hoc eſt eſſe mali, quod eſt priuatio boni; ergo per hoc ipſum, quod Deus cognoſcit bona, cognoſcit etiam mala. Manifeſtatur exemplo: nam per lucem cognoſcuntur tenebræ. Poſtremò probatur auctoritate Dionyſij cap. 7. de diuinis nominibus, dicentis; quòd Deus per ſemetipſum tenebrarū accipit viſionem, non aliundè videns tenebras, quàm à lumine.

Controuerſia vnica.

Quomodò Deus cognoſcat mala.

Proponitur ſententia Zumelli varia, & contraria Sanct. Doct.

Zumell. FRanciſcus Zumell. in ſua unica diſputatione ſuper hoc articulo hanc ſibi tertiam proponit concluſionem. *Deus per hoc, quod cognoſcit ſuam eſſentiam infinitam, quæ continet infinitum pelagus bo*

A *nitatis, cognoſcit omnem rationem mali, etiam ſecundùm ſpecialem rationem mali.* Quæ concluſio directè pugnat cum doctrina S. Doct. hic in reſponſione ad tertium argumētum, & euidentius cum ijs, quæ docet in primo cont. gent. cap. 71. ibi. *Rurſus ſciendum, &c.* vbi habet hæc verba. *Poſito, quòd Deus ſe ſolùm cognoſcat, cognoſcendo bonum, quod eſt ipſe, non cognoſceret malum; ſed quia cognoſcendo ſe, cognoſcit etiā entia, in quibus natæ ſunt eſſe priuationes, neceſſe eſt, vt cognoſcat priuationes oppoſitas, & mala oppoſita particularibus bonis.* Hæc D. Thom. Vnde etiam idem Zumellus reſpondens ad argumenta facta in principio quæſtionis hac eadē vtitur doctrina, aut prioris cōtrariæ, quam tradiderat oblitus, aut vi argumētorum, & ipſa veritate coactus; cum eius dicta adeò manifeſtè ſint oppoſita, vt nulla ratione conciliari poſſe videantur. Sententiā D. Thom. ſequuntur expoſitores non ſolùm Thomiſtæ, ſed omnes communiter. D.Tho. Contradictio Zum.

B

Reſolutio.

Oſtenditur ex Ariſtot. & D. Thom. quomodo intellectus noſter cognoſcat priuationem per priuationem in ipſo exiſtentem.

C AD cuius euidentiam. Notanda eſt primo reſponſio. D. Thom. ad primum, de modo, quo intellectus noſter cognoſcit priuationem differenter ab intellectu diuino ex Ariſt. in tertio de Anima. Quæ reſponſio in hoc videtur cōſiſtere, quòd intellectus, qui non eſt in potentia, non cognoſcit priuationem per priuationem in ipſo intellectu exiſtentem, quod ſignificauit Ariſt. cum dixit, punctum, & omne indiuiſibile per priuationem diuiſionis cognoſci. Quomodo autem intellectus, qui eſt in potentia, vt intellectus noſter, cognoſcat priuationem per priuationem in ipſo exiſtētem, explicat hic, S. Thom. dum ait contingere ex hoc, quod formæ ſimplices, & indiuiſibiles non ſunt actu in intellectu noſtro, ſed in potentia tantùm: Nam, ſi eſſent actu in intellectu noſtro. Non per priuationem cognoſcerentur; & ſic, idest, nō per priuationem cognoſcuntur à ſubſtantijs ſeparatis; quia, ſ. formæ ſimplices, & indiuiſibiles actu ſunt in intellectu ſubſtantiarum ſeparatarum. Quo dicendi modo ſignificat S. Thom. intellectum, qui eſt in potentia cognoſcere priuationem per priuationem in ipſo exiſtentem; non ita, vt priuatio exiſtens in intellectu prius cognita, ſit principium, ſiue ratio cognoſcendi priuationem in re, vel obiecto extrinſeco exiſtentem; ſed vt ſit tantùm conditio neceſſitans intellectum, in quo eſt, ad talem intelligendi modum: Nam, quia, vt inquit S. Thom. intellectus, qui eſt in potentia, non habet in ſe formas ſimplices, & indiuiſibiles, vt poſsit illas, aut per ſeipſas, aut per proprias earum ſpecies intelligere, neceſſe eſt, vt eas cognoſcat per negationē earū imperfectionum, quas videmus in obiecto noſtro proportionato; quales ſunt res iſtæ materiales, & ſenſibiles, negando à ſubſtantijs iſtis ſeparatis cōpoſitionem, dicimus eas eſſe ſimplices, negando diui- Ariſtot. S. Thom. D E

diuiſionem,pronunciamus indiuiſibiles,negando corporeitatem,nominamus incorporeas, & ſic de ſingulis; quod nequaquam fieret, ſi formas illas ſimplices noſter intellectus haberet in eſſe intelligibili. Neque apparet, quo modo intellectus noſter per priuationem in ſe exiſtentem,vt cognitã, & rationem cognoſcendi, poſsit dictas ſubſtantiarum ſeparatarũ priuationes cognoſcere; quãuis fortè alius dicendi modus,de quo ſtatim,poſſit,ad huius loci interpretationem trahi.

Alia expoſitio dicti Ariſtot. ex S. Thom

Alio igitur modo S.Thom.exponit dictum Ariſtot.in primo cont.gent. cap.71. dicens intellectũ noſtrum ſingulas res per ſingulas ſpecies proprias cognoſcere;& cõſequenter id,quod eſt in actu,cognoſcit intellectus noſter per ſpeciem intelligibilem,per quam fit in actu. Ex quo ſequitur, vt potẽtiam poſsit cognoſcere,inquantùm ad talem ſpeciem quandoque ſe habet in potentia;vt ſicut actũ cognoſcit per actum,ita etiam potentiam per potentiam cognoſcat. Et quia potentia eſt de ratione priuationis; ſequitur, quòd intellectui noſtro competat aliquo modo cognoſcere priuationem, inquantùm eſt natus eſſe in potentia. Quod hoc modo fieri exponit Ferrarienſis: Nam primò intellectus meus caruit ſpecie albi, deinde illam in ſe recipit,qua recepta intelligit reflexè per albi cognitionem ſe habere ſpeciem albi, & eſſe albũ intelligibiliter,& vlterius conuertitur ad cognoſcẽdum ſe,quandoque fuiſſe non album, cognoſcens ſe priuatum fuiſſe forma,ſiue ſpecie albi; ex quo tandem cognoſcit non album in eſſe naturæ,quòd forma caret albedinis. Significant igitur S. D. & Ariſt. intellectum noſtrum per ſpeciem habitus in eo exiſtẽtem cognoſcere priuationem formæ, quæ ſcilicet priuatio,in eo aliquando fuit,& potentialitatem ad ſpeciem,à qua per ſimilitudinẽ quandam proportionalem intellectus ad rem procedit ad cognoſcendam priuationem, & potentialitatẽ conuenientem rei exiſtenti extra intellectum. Et ex his patet Molinam non ſatis explicaſſe modũ, quo priuationes cognoſcimus.

Ferrarien.

Molinæ explicatio deficiens.

Explicatur an, & quomodo malum opponatur eſſentia diuinæ.

SEcundò obſeruanda eſt reſponſio ad tertiũ argumentum D.Tho. dicentis malum nõ opponi eſſentiæ diuinę, quæ per malum non eſt corruptibilis,ſed effectibus Dei,quos per ſuam eſſentiã cognoſcit, & eos cognoſcens mala oppoſita cognoſcit.

S.Tho.

Ad cuius euidentiam aduertè ex D.Tho.de veritate,quæſt.2.art.vlt.ad quartum, oppoſitionem vnius ad aliud dupliciter accipi poſſe: Vno modo in generali,ſicut dicimus malum opponi bono, & hoc modo malum opponitur Deo. Alio modo in ſpeciali; prout dicimus hoc album opponi huic nigro:& ſic non eſt oppoſitio mali, niſi ad aliud bonum,quod poteſt per malum priuari,& cui poteſt eſſe nociuum; & ſic malum non opponitur Deo. Vnde Auguſt.dicit in lib.12.de ciuitate Dei,quòd vitium opponitur Deo,tãquam malum bono; ſed

Mali oppoſitio duplex.

Auguſt.

A naturæ,quam vitiat, non ſolùm opponitur vt malum bono,ſed vt nociuum. Hæc S.Thom. Secundò aduerte ex eodem S.D.infra quæſt.48. artic. vltimo malum culpæ opponi propriè bono increato: nam contrariatur,(inquit,) impletioni diuinæ voluntatis,& diuino amori, quo bonum diuinum in ſeipſo amatur, & non ſolùm ſecundùm quòd participatur à creatura;quod explicatur à Caietano, quæſt.49.art.2.dicẽte,malum culpæ opponi Deo non formaliter,cum in Deo non ſit potentia,circa quam habeat fieri malũ.Sed obiectiuè;quia quilibet peccans,quantùm in ſe eſt, vult implicitè,aut interpretatiuè Deum non eſſe vltimum finem; qđ B eſt opponi Deo obiectiuè ſecundùm id,quod in ſe eſt;ſicut è contra: quicunque Deum ex charitate diligit,Deo vult,quidquid ei debetur. Dicitur & peccatum eſſe contra Deum;quia eſt contra voluntatem Dei antecedentem,& contra diuina præcepta,& prohibitiones: vt apparet ex diffinitione peccati tradita ab Auguſtino contra Fauſtum lib. 22.cap.27.

S.Tho.

Malũ culpæ Deo; opponitur obiectiuè. Caiet.

Opponitur autem formaliter peccatum,& quodlibet malum oppoſitæ formæ,qua formaliter priuat,ſicut cęcitas viſui,tenebra luci, intemperantia temperantiæ,& ſic de alijs. Vnde, quamuis cęcitas priuando oculum viſu,priuet etiam eius obiecto, C quod eſt viſibile, non tamen eo priuat formaliter,ſed obiectiuè; quia viſibile,non eſt forma viſus,ſed obiectum. Vnde cœcitas per ſe primò, priuat viſu: ſecundariò autem, & conſequenter priuat viſibili.

Malũ oppoſitæ formæ formaliter.

Diuinum, & humanum intellectum cognoſcere malum per ordinem ad bonum.

TErtiò notanda eſt reſponſio D.Thom.ad quartum argumentum,videlicet: *malum non eſt per ſe cognoſcibile: quia de ratione mali eſt,quòd ſit priuatio boni: & ſic neque diffiniri, neque cognoſci poteſt,niſi per bonum.* D Quàm reſponſionem idem San: Doct.latiùs explicat in Quolibeto vndecimo, articulo ſecundo,dicens propriam cuiuſque rei cognitionem eſſe,ſecundùm quod cognoſcitur per propriam rationem. Cognoſcibilia verò ſunt in dupli ci differentia. Quædam habent propriam rationẽ abſolutam:vt homo,& lapis; quorum propria ratio non dependet ex alio: Quædã verò non habent propriam rationem abſolutam,ſed ex alio dependentem;ſicut relatiua,priuatiua,& negatiua;quorum ratio dependet ex ordine,quem habent ad alia;nam ratio cęcitatis non eſt abſoluta, ſed depẽdens,inquantùm habet ordinem ad viſum, cuius E eſt priuatiua. Deus itaque cognoſcit res per proprias rationes,vt illa, quorum ratio eſt abſoluta, cognoſcat abſolutè,& non per aliquid aliud: illa verò, quorum ratio eſt dependens in ordine ad alia,cognoſcat ſecundùm ordinem ad illa, ex quibus dependent: Cum itaque ratio mali non ſit abſoluta,ſed dependens;quia malum eſt,inquantùm diſcordat à bono creato, Deus cognoſcit malũ ſecundùm ordinem ad bonum,quatenus ſcilicet diſcordat à bono.

S.Thom.

Ex

Digitized by Google

Ex dictis ſequitur primò ſolutio illius difficultatis, An intellectus noſter cognoſcens malum, formet in ſe poprium conceptum mali: Nam propria cognitio cuiuſque rei eſt ſecundùm quòd cognoſcitur per propriam rationem; ſiue ea ſit abſoluta, ſiue relatiua; qualis eſt ratio mali: intellectus autem noſter propriam habet cognitionem mali; ergo per propriam rationem, & per proprium cõceptum illud cognoſcit. Verùm conceptus dupli-

Cõceptus proprius dupliciter.

citer dicitur proprius: Vno modo, vt diſtinguitur contra communem ſibi, & alijs: & hoc modo conceptus ille dicitur proprius, qui ſoli alicui rei conuenit, & talem de quocunque malo à nobis cognito conceptum formamus; in quo tamen clauditur conceptus boni, ſine quo malum nec diffiniri, nec intelligi poteſt: dicimus enim cęcitatem eſſe priuationem viſus, & tenebram priuationem lucis: Alio modo cõceptus dicitur proprius per alterius conceptus præciſionem; & hoc modo malum non habet conceptum proprium, qui videlicet non in-

S.Tho.

cludat rationem boni; nam, vt diximus ex D.Tho. ratio mali non eſt abſoluta, ſed ordinem habet ad bonum, & ab eo dependet, & hoc eſt, quod idem S.D. expreſsit in quæſt. 3. de verit. artic. 4. ad ſextũ dicens nullam mali poſſe formam concipi, ideſt, nullum poſſe haberi conceptum excludentem rationem boni.

Idæa mali an ſit in Deo.

Sequitur ſecundò; ſolutio alterius quæſiti. An ſcilicet, Deus habeat propriam idæam mali: Vtrumque enim aliquo modo, verum eſt: Nam cum idæa dicat rationem cognoſcendi conceptui intellectus noſtri proportionaliter reſpondentem, eo modo, quo nos formamus proprium mali conceptum, habet etiam Deus propriam idæam mali; ſed quia idæa eſt eorum, quæ aliquo modo diuinã eſſentiam participant, & conſequenter naturam aliquam dicunt; malum autem nullam dicit eſſentiæ diuinæ participationem, ſed negationem participationis melius dici poteſt malum idæam non habere, licet proprio cõceptũ intelligatur à nobis.

Quædam mala cognoſcit per ſcientia viſionis.

Sequitur tertiò alterius quæſiti ſolutio. An Deus cognoſcat mala per ſcientiam viſionis: Nã eadem ſciẽtia, qua cognoſcit bona, cognoſcit etiam mala: igitur ea mala, quæ quandoque erunt in rerum natura, cognoſcit Deus per ſcientiam viſionis; quæ verò nunquam erunt, per ſcientiam ſimplicis intelligentiæ.

Quomodo Deus cognoſcat mala culpæ.

DE malis culpę ſingularis eſt difficultas quomodo cognoſcantur à Deo, de qua Nauar-

Nauarret.

retus controuerſia 50. dicit quatuor: Primum: eſſentia Diuina eſt Deo ratio cognoſcendi peccata, ſecundum quod peccata ſunt, ideſt Deus ex vi cognitionis eſſentiæ ſuæ cognoſcit peccata quo ad primam deuiationem in eis clauſam. Secundũ eſt: Si peccata conſiderentur, vt mortalia ſunt, non cognoſcantur per habitus virtutum oppoſitos: Tertium. Deus cognoſcit peccata mortalia, vt mortalia ſunt per eſſentiam Diuinam, vt participatur per gratiam, & conſequenter ea propriiſſime cognoſcit per eſſentiam ſuam, ſicut gratiam cognoſcit,

A vt eſt participatio diuinæ naturæ: Vltimum eſt. Ratio cognitionis vitiorum ex parte rerum cognitarum deſumitur in Deo ex cognitione virtutum, ſecundùm quòd virtutes ſunt in ſeipſis extra Deum. Durandus autem in primo ſententiarum, diſtinctione 36. quæſt. 2. ſentit non poſſe Deum per eſſentiam, ſeu bonitatem ſuam cognoſcere peccati malitiam, ſed eam per oppoſitam virtutem intelligere; quam ſententiam ſequitur Vaſquez diſputatione 62. cap. 2. Dicens eidem opinioni fauere Alexandrum in prima parte ſuæ ſummæ quæſt. 23. membro 3. art. 3. S.Thom. in hoc art. ad ſecundum, & tertium. S. Bonauenturam in primo ſentẽ

B tiarum, diſt. 36. art. 3. quæſt. 1. & Riccardum eadẽ diſtinct. art. 1. quæſt. 2. ad primum, & ſecundum.

Huic verò difficultati ſuppoſitis ijs, quæ de cognitione mali in communi hucuſque diximus, & ijs, quæ notauimus in prima Controuerſia præcedentis articuli cum triplici diſtinctione reſpondẽdum eſt. Prima diſtinctio eſt: Duplex eſt in quolibet peccato, præſertim mortali deordinatio: Altera, & quidem præcipua, eſt ab vltimo fine; altera eſt à rectitudine virtutis oppoſitæ. Secunda diſtinctio eſt: in qualibet virtute duo ſunt vnum ad eius ſpeciem pertinens, & hic eſt ordo ad proprium ipſius obiectum, ex quo virtutis ſpecies deriuatur;

C alterum eſt ordo ad vltimum finem, qui ordo non pertinet ad rationem ſpeciei: ex hac diſtinctione ſequitur tertia, videlicet. Peccatum duplicem habet contrarietatem: Prima eſt ad bonum rationis oppoſitum, quod eſt bonum ſpeciei particularis, per quam conſtituitur peccatum in ratione vitij ſpecialis: Secunda contrarietas eſt ad idem bonũ ſecundum ordinem ad vltimum finem, per quam conſtituitur in ratione peccati: Quibus præmiſsis dico primò: Deus per eſſentiam ſuam, vt rationẽ formalem cognoſcendi cognoſcit virtutes, & vitia illis oppoſita: probatur primò; quia eſſentia diuina eſt per ſe primo obiectũ Diuini intellectus;

D ergo eſt ratio formalis cognoſcendi omnia: Secundo; quia perfectio cognitionis ſumitur ex ratione formali ſub qua cognoſcendi rem cognitam; at perfectio Diuinæ cognitionis, qua virtutes, & vitia cognoſcit, non ſumitur ex virtutibus, & multò minus ex vitijs, ſed ex ipſa diuina eſſentia, vt obiecto per ſe primo, in quo virtutes, & vitia cognoſcuntur; ergo. Secundò dico: Deus cognoſcit vitia per uirtutes illis oppoſitas, prout in ſeipſis ſunt, non tanquam per rationes cognoſcẽdi ex parte cognoſcentis, ſed ex parte rerum cognitarum: probatur; quia paſsiua terminatio diuinæ cognitionis ad uitia præexigit paſsiuam terminationem eiuſdem cognitionis ad uirtutes illis oppoſitas; ergo. Secun

E do probatur; quia Deus per eſſentiã ſuam cognoſcendo uirtutes cognoſcit, non ſolum earum eſſentias, ſed etiam earum oppoſita; ergo: Nec tamen hæc terminatio diuinæ cognitionis ad uirtutes eſt ratio perfectionis, & diſtinctionis diuinæ cognitionis reſpectu uitiorum; quia tota perfectio, & diſtinctio diuinæ cognitionis ſumitur ab obiecto eius primario, quod eſt eſſentia Dei, quæ eſt ratio formalis cognoſcendi ex parte Dei cognoſcentis;

ſecus

Digitized by Google

ſecus in humana cognitione attingente priuationem per habitum, & vitium per virtutem.

Tertiò dico: Peccatum in ratione peccati, prout includit deordinationem reſpectu vltimi finis, non cognoſcitur à Deo ex vi cognitionis eſſentiæ, ſed per habitum, aut actū charitatis, aut alterius virtutis, quatenus informatur, aut poteſt informari charitate: probatur; quia priuatio cognoſcitur per poſitiuum illi oppoſitum, ſed hoc non eſt eſſentia Dei, neque virtus aliqua præciſa charitate, ſed eſt ordinatio, & conuerſio in Deum, vt ſummum bonum, & vltimum finem ſummè dilectū, qui manifeſtè eſt actus charitatis; ergo. Quamuis igitur ſit neceſſaria cognitio ſūmi boni, vt vltimi finis, tanquam termini cōuerſionis, & auerſionis, hęc tamen non eſt præcipua ratio cognoſcendi peccatum ſecundum rationem auuerſionis, ſed concurrit, vt notitia termini extrinſeci conuerſionis, & auerſionis; ſicut patet in ſimilium priuationum cognitione, puta quietis, ignorantiæ, impotentiæ, &c. hæc enim cognoſcuntur per habitus oppoſitos ad quorum cognitionem neceſſaria eſt cognitio terminorum ad quos ordinantur motus, ſcientia, & potentia.

Quartò dico: Peccata mortalia, quatenus mortalia ſunt, cognoſcit Deus per habitus gratiæ, & charitatis: Probatur; quia peccatum dicitur mortale, & per auuerſionem ab vltimo fine, & per gratiæ priuationem, quæ eſt principium vitæ ſpiritualis, & priuat nitore, quem efficit gratia: itaq; Deus cognoſcens gratiam, vt participatio quædā eſt creata, & finita diuinæ naturæ cognoſcit mortale peccatum, vt mortale eſt, ita vt gratia, & charitas ſint ratio cognoſcendi, non ex parte Dei cognoſcentis, ſed ex parte rei cognitæ.

Vltimo dico: Peccata ſecundum proprias, & diſtinctas rationes ſuas ſpecificas, quibus formaliter virtutibus opponuntur, cognoſcuntur à Deo p actus, & habitus virtutis oppoſitos, quos repræſentat eſsētia Diuina ex ſui infinitate: probatur; quia peccata ſecundùm rationes ſuas ſpecificas virtutum actibus opponuntur, non autem eſſentiæ diuinæ; igitur eſſentia Diuina non eſt immediata ratio cognoſcendi peccata quo ad earum ſpecificas rationes, ſed quatenus eſt repræſentatiua virtutū, & actuum peccatis oppoſitorum; & ſermo eſt de ratione cognoſcendi ex parte rerum cognitarum, non autem ex parte cognoſcentis; hæc enim, vt diximus eſt eſſentia Dei.

Quomodo verò poſsit Deus futura peccata cognoſcere; cum non fuerint ab eo præfinita, & in libero peccantis arbitrio ſint ad vtranque partem indifferentia, diſcutiendum erit in artic. 13. præſentis quæſtionis.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio. Deus non cognoſcit mala immediatè per ſuam eſſentiam: ſed mediante bono particulari cognito, cui malum opponitur.

Probatur prima pars. Malum opponitur diuinę

A eſſentię, & bonitati in generali tantùm, & obiectiuè: ſed neutro oppoſitionis modo poteſt diuina eſſentia eſſe ratio cognoſcendi ſingula mala diſtinctè: ergo.

Prima propoſitio patet ex dictis. Secunda probatur; quia vtraque oppoſitio communis eſt pluribus malis.

Secunda pars probatur; quia omnis priuatio debet cognoſci per habitum, quo per ſe primò, & formaliter priuat: ergo etiam malum debet cognoſci per bonum particulare, cui ſpecialiter opponitur, & quo per ſe primò, & formaliter priuat.

Secunda concluſio. Intellectus noſter ita cognoſcit malum per oppoſitum bonum, vt proprium B formet conceptum mali; non tamen præciſum à ratione boni. Hæc patet ex dictis.

Tertia concluſio. Deus propriè, & ſimpliciter non habet idæam mali.

Quarta concluſio. Deus quædam mala cognoſcit ſcientia viſionis, & quædam alia ſcientia ſimplicis intelligentiæ.

Quinta concluſio. Deus virtutes, & vitia illis oppoſita cognoſcit per eſſentiam ſuam, vt rationē formalem cognoſcēdi ex parte cognoſcentis. Hęc eſt S. Doct. in textu, & patet ex primo dicto.

Sexta concluſio. Peccatum in ratione peccati, C prout includit deordinationem reſpectu vltimi finis non cognoſcitur à Deo ex vi ſolius cognitionis eſſentiæ Dei, ſed per habitum, aut actum charitatis, aut alterius virtutis quatenus informatur, aut informari poteſt charitate hæc eſt contra Nauarretum, & patet ex tertio dicto.

Septima concluſio. Peccata mortalia quatenus mortalia ſunt cognoſcit Deus per habitus gratiæ, & charitatis: Hæc etiam eſt contra Nauarretum, & patet ex quarto dicto.

Vltima concluſio. Peccata ſecundum proprias, & diſtinctas ſuas rationes ſpecificas, quibus formaliter virtutibus opponuntur cognoſcuntur à D Deo per habitus, & actus virtutum oppoſitas: Hęc patet ex vltimo dicto.

Argumenta, & ſolutiones.

COntra primam argumentatur Zumellus. Zumellus.

Primò auctoritate D. Dionyſij in 7. capit. de diuinis nominibus, dicentis Deum tanquam lucem non aliunde, quàm ex ſe tenebrarū, id eſt malorum notitiam habere.

Reſpondetur ſenſum Dionyſij eſſe, Deum in ſe, tanquam in per ſe primo obiecto vniuerſa cognoſcere, tàm bona, quàm mala; ſed illa immediatè; hæc autem mediantibus oppoſitis bonis ex parte obiecti prius cognitis: nam ex parte cognoſcentis E Dei nullus eſt ordo, ſed ſimul omnia cognoſcūtur. Vaſquez alio modo ſoluit; ſed hæc noſtra ſolutio Vaſquez. conformis eſt ijs, quę ſupra diximus de modo diuinæ cognitionis in quinto articulo.

Secundò. In diuina eſſentia inueniuntur omnes rationes bonitatis perfectiſsimè; ergo in ipſa eſsētia diuina reperitur illa ratio, qua omne malū cognoſcitur. Probatur conſequentia; quia malum conſiſtit in priuatione boni, quæ per ipſam rationem boni cognoſcitur; ergo.

Re-

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam. Ad probationem dicitur, quòd concludit tantum cognoſci malum per bonum creatum, repræſentatũ, & cognitum in eſſentia diuina: nam illud ſolũ formaliter priuatur per malum. Itaque rationes bonitatis exiſtentes in diuina eſſentia, eatenus ſunt rationes cognoſcendi mala, quatenus creata bona illis oppoſita repræſentant, per quæ cognoſcuntur mala; non autem quatenus idem ſunt rationes illæ, quod diuina bonitas.

Tertiò. Si lumẽ eſſet cognoſcitiuum, cognoſceret quidem tenebras, non aliundè cognitionẽ accipiens, quàm à ſeipſo, & per ſeipſum; ergo, cum eſſentia Dei ſit infinitum pelagus bonitatis, ſequitur, quòd cognoſcendo eſſentiam ſuam Deus cognoſcat omnem receſſum à ſua bonitate, & conſequenter omne malum, etiam in ſpeciali.

Reſpondetur falſam eſſe conſequentiam, quoniã tenebra opponitur formaliter lumini, vt eius priuatio; ſed malum non opponitur formaliter bono diuino, vt eius priuatio, ſed tantùm in generali, & obiectiuè.

Quartò. Malum opponitur bono diuino, etiam ſpeciali oppoſitione; ergo per bonum diuinũ poteſt cognoſci malum ſecundùm rationes ſpeciales mali. Antecedens probatur; quia Deus eſt cauſa communis omnium, inquantum omnia imitantur ipſum Deum, & eſt cauſa ſpecialis, quatenus diuerſimodè à diuerſis imitatur; ergo omnia mala Deo opponuntur communi oppoſitione, inquantũ ab eius bonitate diſcordant, & ſpeciali, inquantũ diuerſimodè diſcordant, & deficiunt.

Reſpondetur falſum eſſe antecedẽs. Ad probationem, negatur conſequentia. Nam communis oppoſitio mali ad bonum diuinum, non dicit priuationem boni diuini formaliter, ſed boni, vt ſic; cum quo ſtat, quòd tali bono, vt tale eſt, non congruat poſſe priuari, quale eſt bonum diuinum. Specialis autem oppoſitio huius mali ad hoc bonum exigit poſsibilem talis boni priuationem; quæ nulla ratione in Deum cadere poteſt, & eius effectibus tantum conuenit, vt hic habetur in reſponſione ad tertium, & ideò non ſufficit, Deum eſſe cuiuſq; rei cauſam ſpecialem eo modo, quo ponitur in argumento.

D Nec ſufficit mala opponi Deo, vt bono, à quo diſcordant, vt in ſpeciali per bonum diuinum cognoſci poſsint; ſed neceſſe eſt, vt formalem habeãt oppoſitionem; vt ex ſupradictis patet.

Contra ſextã concluſionem argumentatur Nauarretus: Quia deuiatio peccati ab vltimo fine debet cognoſci per conuerſionem ad vltimum finem, ſed hanc cognoſcit Deus ex vi cognitionis eſſentię ſuæ; ergo. Deuiationem peccati cognoſcit Deus ex vi eſſentiæ ſuæ: probat ſecundam propoſitionem, quia tendentia in vltimum finem cognoſcitur per ipſam rationem finis, & ita prima ratio cognoſcendi deuiationem peccati, vt peccatũ eſt, incipit ex cognitione vltimi finis.

E Reſpondetur falſam eſſe ſecundam propoſitionem formaliter, & præciſè intellectam, prout ſcilicet excludit ſecundariam terminationem diuinæ

A cognitionis ad ipſum conuerſionis actum, vt ſecũdarium obiectum ſeu terminum diuinæ cognitionis: Ad probationem dico tendentiam illam cognoſci per rationem finis, non tamen præciſa terminatione ad ipſam tendentiam, prout in ſe eſt. Et quoniam tendentia illa, vt ſic terminans diuinam cognitionem eſt ratio, ex parte rei cognitæ, cognoſcendi prædictam deuiationem, ideo Deus ex vi cognitionis eſſentiæ ſuæ formaliter, & præciſè non poteſt cognoſcere deordinationem peccati à Deo vt vltimo fine, ſed tantùm ex vi eſſentiæ ſuæ, vt ratione formali cognoſcendi, & hoc cõcludit argumentum.

B Contra ſeptimam concluſionem argumentatur idem Author, quia Deus cognoſcit peccatum, vt mortale per gratiam, inquantum eſt participatio Diuinæ naturæ; ergo. Deus propriiſsimè cognoſcit peccatum, vt mortale per ſuam eſſentiam.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam, ſi particula illa: *per ſuam eſſentiam*, intelligatur præciſa terminatione facta prius ad gratiam creatam, vt rationem ex parte rei cognitæ cognoſcendi peccatum, vt mortale; ſi verò non fiat præciſio à dicto termino nihil aliud probat argumentum, niſi diuinam eſſentiam eſſe rationem formalem cognoſcendi ex parte cognoſcentis, quod aſſerit etiam

C quinta noſtra concluſio: Et ex ijs poterit facilè ſatisfieri quibuſdam alijs prædicti expoſitoris ſubtilitatibus.

ARTICVLVS XI.

Vtrum Deus cognoſcat ſingularia.

AD vndecimum ſic proceditur. Videtur, quòd Deus non cognoſcat ſingularia. Intellectus enim diuinus immaterialior eſt, quàm intellectus humanus; ſed intelle-

D ctus humanus propter ſuã immaterialitatem non cognoſcit ſingularia; ſed, ſicut dicitur in primo de * anima, ratio eſt vniuerſalium; ſenſus verò particulariũ. Ergo Deus non cognoſcit ſingularia.

90 1.d.3.ar.3. & diſt. 16. q. 1 ar.1.& 1.con c.5• 63.vſq; 72 & lib. 3. c. 75. & 86. Et ver.q.2. art.4. & 5. Et opuſ. 3. cap.134.& 135. lib 2. de anima, tex.1. & 1. phiſ. textu 49. tom.2.

2 Præterea: Illæ ſolæ virtutes in nobis ſunt ſingularium cognoſcitiuæ, quæ recipiunt ſpecies non abſtractas à materialibus conditionibus; ſed res in Deo ſunt maximè abſtractæ ab omni materialitate. Ergo Deus non cognoſcit ſingularia.

3 Pręterea: Omnis cognitio eſt per aliquam

E ſimilitudinem; ſed ſimilitudo ſingularium, inquantum ſunt ſingularia, non videtur eſſe in Deo; quia principium ſingularitatis eſt materia; quæ, cum ſit ens in potentia tantùm, omnino eſt diſsimilis Deo, qui eſt actus purus. Non ergo Deus poteſt cognoſcere ſingularia.

Sed contra eſt, quod dicitur Prouerb. 16. Omnes vię hominum patent oculis eius.

Reſpondeo. Dicendum, quòd Deus cognoſcit

Digitized by Google

ſcit ſingularia. Omnes enim perfectiones in creaturis inuentæ, in Deo præexiſtunt ſecundum altiorem modum, vt * ex dictis patet.

Q.4.art.2.

Cognoſcere autem ſingularia pertinet ad perfectionem noſtram. Vnde neceſſe eſt, quòd Deus ſingularia cognoſcat. Nam, & philoſophus pro inconuenienti habet, quòd aliquid cognoſcatur à nobis, quod non cognoſcatur à Deo. Vnde contra Emped. arguit in primo de anima, * & in tertio metaph. quòd accideret Deum eſſe inſipientiſsimum, ſi diſcordiã ignoraret. Sed perfectiones, quæ in inferioribus diuiduntur, in Deo ſimpliciter, & vnitæ exiſtunt. * B

Lib. 1. de anima tex. 80. & lib. 3 met. textu 15. to. 2. & 31

80

Vnde, licet nos per aliã potentiam cognoſcamus vniuerſalia, & immaterialia, & per aliam ſingularia, & materialia; Deus tamẽ per ſuum ſimplicem intellectum, vtraque cognoſcit. Sed qualiter hoc eſſe poſsit, quidam manifeſtare volentes dixerũt, quòd Deus cognoſcit ſingularia per cauſas vniuerſales. * Nam nihil eſt in aliquo ſingularium, quod non ex aliqua cauſa oriatur vniuerſali. Et ponunt exẽplum. Sicut, ſi aliquis Aſtrologus cognoſceret omnes motus vniuerſales cęli, poſſet prænunciare omnes eclypſes futuras. Sed illud non ſufficit, quia ſingularia ex cauſis vniuerſalibus ſortiuntur quaſdam formas, & virtutes, quæ quantumcunque adinuicem coniungantur, nõ indiuiduantur, niſi per materiam indiuidualẽ. Vnde, qui cognoſceret Socratẽ per hoc, quòd eſt albus, vel Sophronici filius, vel quicquid aliud ſic dicatur; non cognoſceret ipſum, inquantùm eſt hic homo. Vnde ſecundum modum prædictum, Deus non cognoſceret ſingularia in ſua ſingularitate. Alij verò dixerunt, quòd Deus cognoſcit ſingularia, applicando cauſas vniuerſales ad particulares effectus. Sed hoc nihil eſt; quia nullus poteſt applicare aliquid ad alterum, niſi illud pręcognoſcat: vnde dicta applicatio nõ poteſt eſſe ratio cognoſcendi particularia, ſed cognitionem ſingularium præſupponit. Et ideo, aliter dicendum eſt, quòd cum Deus ſit cauſa rerum per ſuam ſcientiam, vt dictum eſt, * intantum ſe extendit ſcientia Dei, inquantum ſe extendit eius cauſalitas. * Vnde, cũ virtus actiua Dei ſe extendat non ſolum ad formas, à quibus accipitur ratio vniuerſalis, ſed etiam vſque ad materiam (vt infra oſtendetur *) neceſſe eſt, quòd ſcientia Dei vſque ad ſingularia ſe extendat, quæ per materiam indiuiduantur. Cum enim ſciat alia à ſe per eſſentiam ſuam, inquantum eſt ſimilitudo rerum, vel vt principium actiuũ earum; neceſſe eſt, quòd eſſentia ſua ſit principium ſufficiens cognoſcendi omnia, quæ per

287 b 87

Art. 8. huius quæſt. 235 287

Q. 44. art. 2

A ipſum fiunt, non ſolum in vniuerſali, ſed etiam in ſingulari. Et eſſet ſimile de ſcientia artificis, ſi eſſet productiua totius rei, & non formę tantum.

Ad primum ergo dicendum, quòd intellectus noſter ſpeciem intelligibilem abſtrahit à principijs indiuiduantibus. Vnde ſpecies intelligibilis noſtri intellectus, non poteſt eſſe ſimilitudo principiorum indiuidualium. * Et propter hoc, intellectus noſter * ſingularia non cognoſcit. * Sed ſpecies intelligibilis diuini intellectus, quæ eſt Dei eſſentia, non eſt immaterialis per abſtractionem, ſed per ſeipſam, principium exiſtens omnium principiorum, quæ intrant rei compoſitionem, ſiue ſint principia ſpeciei, ſiue ſint principia indiuidui. Vnde per eam Deus cognoſcit non ſolũ vniuerſalia, ſed etiam ſingularia.

D. 113. 114 131

Ad ſecundum dicendum, quòd quamuis ſpecies intellectus diuini ſecundum eſſe ſuum nõ habeat conditiones materiales; ſicut ſpecies receptæ in imaginatione, & ſenſu; tamen virtute ſe extendit ad immaterialia, & materialia, vt dictum eſt. Ibidem D. 14

C Ad tertium dicendum, quòd materia, licèt recedat à Dei ſimilitudine ſecundum ſuam potentialitatem: tamen inquantum, vel ſic eſſe habet, ſimilitudinem quandam retinet diuini eſſe.

Ratio ordinis, & ſenſus quæſiti.

Ex communioribus ad ea, quæ ſunt magis determinata, deſcẽdit S.D. quærens nũm Deus ſingularia cognoſcat. Et quamuis ex 6. art. huius quæſtionis ſatis intelligi D poſsit Deum omnium ſingularium notitiam habere: cum idem ſit cognoſcere res propria cognitione, quod rerum naturas, proprietates, & conditiones, etiam in ſua ſingularitate cognoſcere; vt ibidem de mente S.Thom. declarauimus: ſupererat nihilominus ſpecialis difficultas ex proprijs ſingularium materialium examinanda, & determinanda: quod præſenti præſtat articulo: in quo, vt ſcitè aduertit Caietanus, & patet ex tribus argumentis cum ſuis reſponſionibus, agitur de ſingularibus dumtaxat materialibus. Caie.

Forma Textus.

E *Propoſitam in quæſito difficultatem hoc ordine reſoluit S.D. Primò ſtatuit concluſionem, & probat eam ex communibus, & auctoritate Ariſt. Secundò excludit tacitam obiectionem. Tertiò refert duos modos probandi concluſionem, & confutat. Quartò affert probationem ex proprijs duplicem, ſed ex eadem radice.*

Quò ad primum. Concluſio eſt. Deus cognoſcit ſingularia. Probatur ſic. Omnes perfectiones in creaturis inuentæ, in Deo præexiſtunt ſecundum altiorem modum; ergo

Digitized by Google

ergo neceſſe eſt Deum ſingularia cognoſcere. Probatur cōſequentia; quia cognoſcere ſingularia pertinet ad perfectionem noſtram. Secundò probatur eadem concluſio duplici auctoritate Ariſt. prima eſt in primo de anima tex. 80. qui pro incōuenienti habet, quòd aliquid cognoſcatur à nobis, quod non cognoſcatur à Deo. Secunda auctoritas eſt in tertio metaph. tex. 15. & in primo de anima, loco allegato, vbi ait, quòd accideret Deum eſſe inſipientiſſimum, ſi diſcordiam ignoraret.

Quo ad ſecundum S. Thom. reſpondet cuidam tacitæ obiectioni. Poſſet enim aliquis obijcere, nos per aliam potentiam cognoſcimus vniuerſalia, & per aliam ſingularia; at in Deo non eſt diuerſitas potentiarum, ſed ſolus intellectus; ergo non cognoſcit ſingularia. Reſpondet autem, quòd perfectiones, quæ in inferioribus diuiduntur, in Deo ſimpliciter, & vnitè exiſtunt: Vnde, licet nos per aliam potentiam cognoſcamus vniuerſalia, & immaterialia, & per aliam ſingularia, & materialia; Deus tamen per ſuum ſimplicem intellectum vtraque cognoſcit.

Quo ad tertiam refert S. Thom. duos modos probandi concluſionem, & confutat. Primus modus eſt. Quòd Deus cognoſcit ſingularia per cauſas vniuerſales. Probant auctores huius opinionis; quoniam nihil eſt in aliquo ſingularium, quod nō ex aliqua cauſa oriatur vniuerſali: & dant exemplum; ſicut ſi aliquis Aſtrologus cognoſceret omnes motus vniuerſales cæli, poſſet prænūciare omnes ecclipſes futuras. Impugnat S. Thom. hunc modum dicendi; quoniam ex eo ſequeretur, quòd Deus non cognoſceret ſingularia in ſua ſingularitate. Probatur ſequela; quoniam ſingularia ex cauſis vniuerſalibus ſortiuntur quaſdam formas, & virtutes; quæ quantumcunque adinuicem coniungantur, non indiuiduantur, niſi per materiam indiuidualem; ergo Manifeſtatur antecedens exemplo.

Nam, qui cognoſceret Socratem per hoc, quod eſt albus, vel Sophronici filius, non cognoſceret ipſum, inquātum eſt hic homo. Alius modus probandi concluſionē fuit eorum, qui dicunt, quòd Deus cognoſcit ſingularia applicando cauſas vniuerſales ad ſingulares effectus. Impugnat S. Thom. hunc modum dicendi: quoniam nullus poteſt applicare aliquid ad alterum, niſi illud præcognoſcat; ergo dicta applicatio non eſt ratio cognoſcendi ſingularia; ſed eorum cognitionem præſupponit.

Quò ad quartum. Sic probatur concluſio dupliciter ex proprijs. Primò. Intantum ſe extendit ſcientia Dei; inquantum ſe extendit eius cauſalitas; ſed cauſalitas, ſeu virtus actiua Dei ſe extendit, non tantum ad vniuerſalia, ſed etiam ad ſingularia; ergo neceſſe eſt, quòd ſcientia Dei vſque ad ſingularia ſe extendat. Maior probatur; quia Deus eſt cauſa rerum per ſuam ſcientiā; ergo. Minor verò; quia virtus Dei actiua, non tantum ſe extendit ad formas, vnde ſumitur ratio vniuerſalis, ſed etiam ad materiam, quæ eſt principium indiuiduationis. Secundò probatur eadem concluſio, ſic. Deus ſcit alia à ſe per ſuam eſſentiam, inquantum eſt ſimilitudo rerum, velut principium actiuum earum; ergo eſſentia Dei eſt principium ſufficiens cognoſcēdi omnia, quæ per ipſum fiunt, non ſolum in vniuerſali, ſed etiam in ſingulari. Et nota, quòd poſſet hæc ratio accipi, vt probatio maioris præcedentis argumenti. Tertiò manifeſtatur exemplo ſcientiæ artificis. Nam, inquit S. Tho. ſi ſcien-

A tia artificis eſſet productiua totius rei, & non formæ tātum, cognoſceret non tantum rem quo ad formam, ſed etiam quo ad materiam, & quo ad omnia, quæ ſunt in effectu artificiali.

Expoſitio Textus.

HIc ſunt quatuor propoſitiones explicandæ. Prima propoſitio eſt. *Omnes perfectiones in creaturis inuentæ in Deo præexiſtunt.* Cuius propoſitionis, quatenus præſenti ſeruit iſtituto, radix eſt. Cum in vniuerſo duo ſint ordines; vnus entium, & alius cognoſcentium, neceſſe eſt vtrunque ad duo B prima, vt diſtincta formaliter: vnum verò realiter reduci, à quo, ſiue à quibus veluti exemplaribus efformentur. Quemadmodum igitur quodlibet ens creatum, quatenus eſſe participat, in ipſum eſſe per eſſentiam, quod Deus eſt, vt primum exemplar reducitur; ita quilibet cognitionis gradus in diuinam cognitionem, tanquam in abſolutiſsimū cuiuslibet cognitionis exemplar eſt reducendus.

Et hoc eſt, quod intendit S. D. cum in maiori aſſumit omnes perfectiones in creaturis præexiſtere in Deo ſecundum altiorem modum, & ſtatim minorem ſubſumit, dicens cognoſcere ſingularia ad perfectionem noſtram pertinere: quod etiam C aperte declarat in primo cont. gent. cap. 65. ratione quarta, & ibidem Ferrarienſis. Ferrarien.

Secūda propoſitio eſt. *Cognoſcere ſingularia pertinet ad perfectionem noſtram.* Circa quam conſiderandum eſt cognitioni, quam nos habemus de ſingularibus, duo conuenire. Primum, quòd ſit cognitio ſingularium. Secundum quòd ſit ſenſatio: ratione primi perfectio eſt ſimpliciter; ratione verò ſecundi perfectio eſt ſecundū quid, vtpote claudens imperfectionem ex modo cognoſcendi materiali, quem implicat.

Et quoniam ſolæ perfectiones ſimpliciter ſunt in Deo formaliter; quæ vero ſecundum quid perfectiones ſunt, virtualiter tantum, & eminenter in D Deo continentur, & D. Thom. intendebat concludere in Deo eſſe ſingularium cognitionem formaliter, & non tantum virtualiter: idcircò in minori non dixit ſentire ſingularia perfectionem eſſe; ſed cognoſcere ſingularia: hoc enim perfectio ſimpliciter eſt, de qua loquebatur maior argumenti, ſub qua aſſumitur prædicta propoſitio.

Tertia propoſitio eſt. *Intantum ſe extendit ſcientia Dei, inquantum ſe extendit eius cauſalitas.* Quam explicat Ferrarienſis in dicto cap. in principio. Ferrarien.

Quarta propoſitio eſt in reſponſione ad primū, ſcilicet, *Intellectus noſter non cognoſcit ſingularia*: quam latè examinat Ferrarienſis in dicto cap. & Ferrarien.
E Zumellus hic. Sed proprius locus eſt infra quæſt. Zumelius.
86. art. primo.

Quid de vilibus, & fortuitis in ordine ad diuinam cognitionem ſenſerit Ariſt. cum alijs philoſophis, hic refert Zumellus. Zumell.
Verba autem D. Hieronymi hic ab expoſitoribus ex eius interpretatione S. Hieron.
ſuper primo cap. Abacuch nulla indigent gloſſa: cum ſeipſum ibidem exponens declaret, ſe pruidam Dei noticiam de rebus infimis, illi, quam

Deus

A Deus habet de rationalibus creaturis, compara-
te quo ad finem valdè diſparem vtriſque præſtitu
tum, & media in eum ducentia iuxta finiū diuer-
ſitatem illis præparata; adeò vt tam ratione finis,
quam mediorum, longe ſit altior de rationalibus,
quàm de ratione carentibus, ac vilibus prouiden
tia. De quorum vilium apud Deum notitia lege
D.Tho. D.Tho.in primo cont.gent.cap.70. & infra quæſt.
113.art.2. Vide etiam quæ ſcribit Aluarez Diſp.
Aluarez. 28. de Aux.

ARTICVLVS XII.

B *Vtrum Deus poſsit cognoſcere infinita.*

91 3.q.10.ar.3. Et 1.diſ.39.q.1.art. Et ver.q.2 ar.9.& art.5.4 Et 1.con.ca.69. & 71. & opuſ.3.cap.135

AD duodecimum ſic proceditur.
Videtur, quòd Deus non poſsit
cognoſcere infinita. Infinitum
enim, ſecundum quòd eſt infini-
tum, eſt ignotum; quia infinitum
eſt, cuius quantitatem accipientibus ſemper
eſt aliquid extra aſſumere, vt dicitur in 3.phy
Lib 3.phyſic.text 63. tomo 2.
ſic.* Auguſt. enim dicit 12.de* ciuitate Dei,
quòd quicquid ſcientia comprehenditur, ſciē
Lib.12. de ciuit. Dei, ca.18. poſt med. to.5.
tis comprehenſione finitur; ſed infinita nō poſ
C ſunt finiri; ergo non poſſunt ſcientia Dei com
prehendi.

2 Præterea: Si dicatur, quòd ea, quæ in ſe
ſunt infinita, ſcientiæ Dei finita ſunt. Contra.
Ratio infiniti eſt, quòd ſit impertranſibile; &
Lib.3 tex.34. tom.2.
finiti, quòd ſit pertrāſibile, vt dicitur in tertio
phyſic.* ſed infinitum non poteſt tranſiri nec
à finito, nec ab infinito, vt probatur in ſexto
Lib 6.phyſic. à textu 60. vſque ad 66. to.2
phyſic.* ergo infinitum non poteſt eſſe finitū
finito, neque etiam infinito. Et ita infinita nō
ſunt finita ſcientiæ Dei, quæ eſt infinita.

3 Præterea: Scientia Dei eſt menſura ſci-
torum. Sed contra rationem infiniti eſt, quòd
D ſit menſuratum: ergo infinita non poſſunt ſci-
ri à Deo.

Lib.12. de ciuit.c.18. à medio. tomo 5.
Sed contra eſt, quod dicit Aug.12.de ciui-
tate Dei.* Quamuis infinitorum numerorum
nullus ſit numerus, non tamen incomprehenſi
bilis ei, cuius ſcientiæ non eſt numerus.

Reſpondeo. Dicendum, quòd cùm Deus
ſciat non ſolum ea, quæ ſunt actu, ſed etiā ea,
quæ ſunt in potentia, vel ſua, vel creaturæ, vt
Art.9. huius q.
*oſtenſum eſt; hæc autem conſtat eſſe infinita:
neceſſe eſt dicere, quod Deus ſciat infinita. Et
licet ſcientia viſionis, quæ eſt tantum eorum,
E quæ ſunt, vel erunt, vel fuerunt, non ſit infini-
torum, vt quidam dicunt, cum non ponamus
mundum ab æterno fuiſſe; nec generationem,
& motum in æternum manſura, vt indiuidua
in infinitum multiplicentur; tamen, ſi diligen-
D.477. D.1215.
tius cūſiderentur, neceſſe eſt dicere, quòd De-
us etiam* ſcientia viſionis, ſciat infinita. Quia
Deus ſcit etiā cogitationes, & affectiones cor-
dium, quæ in infinitum multiplicabuntur crea
turis rationalibus permanentibus abſque fine.
Hoc autem ideo eſt, quia cognitio cuiuslibet
cognoſcentis ſe extendit ſecundum modū for
mæ, quæ eſt principium cognitionis. Species
enim ſenſibilis, quæ eſt in ſenſu, eſt ſimilitudo
ſolum vnius indiuidui. Vnde per eam ſolum
indiuiduum cognoſci poteſt. Species autem
intelligibilis intellectus noſtri, eſt ſimilitudo
rei, quantum ad naturam ſpeciei, quæ eſt par-
ticipabilis à particularibus infinitis. Vnde in-
tellectus noſter per ſpeciem intelligibilem ho
minis, cognoſcit quodammodo homines etiā
infinitos; ſed tamen non inquantum diſtinguū
tur ab inuicem, ſed ſecūdum quòd communi-
cant in natura ſpeciei, propter hoc, quòd ſpe
cies intelligibilis intellectus noſtri non eſt ſi-
militudo hominum quantum ad principia in-
diuidualia, ſed ſolum quantum ad principia
ſpeciei. Eſſentia autem diuina, per quam in-
tellectus diuinus intelligit, eſt ſimilitudo ſuffi-
ciens omnium, quæ ſunt, vel eſſe poſſunt, non
ſolum quantum ad principia communia, ſed
etiam quantum ad principia* propria vniuſ- D.471. An perped.
cuiuſque, vt oſtenſum* eſt. Vnde ſequitur, q
ſcientia Dei ſe extendat ad infinita, etiam ſe-
cundum quòd ſunt abinuicem diſtincta.

Ad primum ergo dicendum, quòd infiniti
ratio congruit quantitati, ſecundum philoſo-
phum in 1.phyſ.* De ratione autem quantita Lib.1.phyſ. text.15. to.2.
tis eſt ordo partium. Cognoſcere ergo infini-
tum ſecundùm modum infiniti, eſt cognoſce-
re partem poſt partem; & ſic nullo modo cō-
tingit cognoſci infinitum. Quia quantacunq;
quantitas partium accipiatur, ſemper rema-
net aliquid extra accipientem.

Deus autem nō ſic cognoſcit infinitum, vel
infinita, quaſi enumerando partem, poſt par-
tem, cum cognoſcat omnia ſimul, non ſucceſ-
ſiuè, vt ſupra* dictum eſt. Vnde nihil prohi- Art 7. huius q.
bet ipſum cognoſcere infinita.

Ad ſecundum dicendum, quòd trāſitio im-
portat quandam ſucceſsionem in partibus. Et
inde eſt, quòd infinitum tranſiri non poteſt,
neque à finito, neq; ab infinito. Sed ad ratio-
nem comprehenſionis ſufficit adęquatio: quia
id comprehendi dicitur, cuius nihil eſt extra
comprehendentem. Vnde non eſt contra ra-
tionem infiniti, quod comprehendatur ab infi
nito. Et ſic, quod in ſe eſt infinitum, poteſt di-
ci finitum ſcientiæ Dei, tanquam comprehen-
ſum, non tamen tanquam pertranſibile.

Ad tertium dicendum, quòd ſcientia Dei
eſt menſura rerum, non quantitatiua; qua qui-
dem menſura carent infinita: ſed qua menſu-
rat eſſentiam, & veritatem rei. Vnumquodque
enim

enim in tantum habet de veritate ſuæ naturę, inquantum imitatur Dei ſcientiam;ſicut artificiatum, inquantum concordat arti. Dato autem quòd eſſent aliqua infinita actu ſecundũ numerum,puta infiniti homines, vel ſecũdum quantitatem continuam, vt ſi eſſet aer infinitus(vt quidam antiqui dixerunt) tamen manifeſtum eſt,quòd haberent eſſe determinatum, & finitum; quia eſſe eorum,eſſet limitatum ad aliquas determinatas naturas. Vnde menſurabilia eſſent ſecundum ſcientiam Dei.

Ratio Ordinis.

Hic S.Doct. incipit agere de ſcientia Dei in ordine ad ſingularia, quo ad quædam, quæ ſingularibus accidunt.Hæc verò ſunt infinitas,& contingentia: agit tamẽ prius de infinitate, quæ eſt ſecundum numerum; quoniam hæc ſingularibus ſimul ſumptis accidit, ſiue ſumantur omnia ſingularia ſimpliciter,ſiue omnia alicuius naturæ ſubſtãtialis,vel accidentalis;exempli gratia,omnes homines,ſi eſſent infiniti,vel omnes cogitationes, quæ erunt infinitæ.

Contingentia verò non omnibus accidit, ſed quibuſdam; vt patet,duodecimo Metaphyſ.textu 52. Prius ergo agit de cognitione Dei reſpectu infinitorum ſingulariũ; quod eſt ſecundum ſe prius, & communius obiectum,quàm contingentia.

Forma Textus.

PRæſupponit hic primò S.Thom.diſtinctionem ſuperius explicatam, videlicet, duplicem eſſe ſcientiã Dei,ſcilicet,ſimplicis intelligentiæ,& viſionis.Secundò ſtatuit primam concluſionem. Tertiò refert quandam opinionem,& confutat. Vltimò proponit ſecundam cõ- D *cluſionem iuxta propriam ſententiam, & eam probat.*

Suppoſita ergo dictis diſtinctione ſtatuit Sanct. Doct. primam concluſionem. Neceſſe eſt dicere, quòd Deus ſciat infinita,ſcilicet ſcientia ſimplicis intelligentiæ,vel aliqua ſcientia. Probatur. Deus ſcit non ſolum ea, quæ ſunt actu,ſed etiam ea,quæ ſunt in potentia,vel ſua, vel creaturæ;ſed hæc ſunt infinita;ergo. Maior patet ex dictis in articulo nono. Minor relinquitur, vt nota.

Tertiò loco,S.Thom.refert quandam opinionem dicentium ſcientiam viſionis non eſſe infinitorum, & probabant hanc ſuam opinionem. Quia ſecundum fidem Mundus non eſt ab æterno,nec etiam generatio,& motus perpetuò manebunt, vt poſsint indiuidua in infinitũ E *multiplicari; ergo Deus non cognoſcit infinita ſcientia viſionis.*

Aduerſus hanc opinionem ſubdit S.Thom.ſecundam concluſionem. Deus ſcientia viſionis ſcit infinita. Probatur,quia Deus ſcit cogitationes, & affectiones cordiũ;ſed hæ multiplicabuntur in infinitum:ergo. Probatur minor: quoniam creaturæ rationales ſine fine durabunt; ergo earum cogitationes,& affectiones multiplicabuntur in infinitum.

A *Secundò probatur concluſio ratione dicentè propter quid,tam ſecundæ,quàm primæ concluſionis. Cognitio cuiuslibet cognoſcentis ſe extendit ſecundum modũ formæ,quæ eſt principium cognitionis; ſed eſſentia diuina, per quã intellectus diuinus intelligit,ſe extendit ad infinita,ſecundum quòd ſunt ab inuicem diſtincta,ergo etiã ſcientia Dei ſe extendit ad infinita,ſecundum quòd ſunt abinuicem diſtincta. Probatur maior inductiuè. Nam ſpecies ſenſibilis,quæ eſt in ſenſu,eſt ſimilitudo ſolum vnius indiuidui,& ideo per eam ſolum vnum indiuiduũ cognoſci poteſt. At verò ſpecies intelligibilis intellectus noſtri eſt ſimilitudo rei, quantum ad naturam ſpeciei, quæ natura ſpeciei eſt participabilis à particularibus* B *infinitis.*

Ex quo ſequitur,quòd intellectus noſter per ſpeciem intelligibilem hominis, cognoſcit quodammodo homines etiam infinitos,non tamen, vt abinuicem diſtinguuntur; ſed ſecũdum quòd communicant in natura ſpeciei; quoniam ſpecies intellectus noſtri, non eſt ſimilitudo hominum quantum ad principia indiuiduantia, ſed ſolum quantum ad principia ſpeciei. Ex his patet maior propoſitio, videlicet;cognitio cuiuslibet cognoſcentis ſe extendit ſecundum modum formæ,quæ eſt principium cognitionis: nam modus formæ ſenſibilis, vel intelligibilis attenditur pœnes repræſentationem magis, vel minus amplam. Minor verò propoſitio ſic probatur.Eſſen- C *tia diuina,per quam intellectus diuinus intelligit,eſt ſimilitudo ſufficiens omnium,quæ ſunt, vel eſſe poſſunt, non ſolum quantum ad principia communia,ſed etiam quantum ad principia propria vniuſcuiuſque: Ergo ſe extendit ad infinita, quatenus ſunt abinuicem diſtincta.*

Controuerſia vnica.

De ſenſu, & veritate ſecundæ Concluſionis D. Thom. *an ſcilicet Deus ſciat infinita ſcientia viſionis.*

Sententiæ Doctorum.

FVit quorundam veterum Theologorum ſententia,ſcilicet Durandi,Aureoli,& aliorum,impoſsibile eſſe,Deũ infinita categorematicè, ideſt, ſimul actu cognoſcere, ſiue illa poſsibilia tantum ſint,ſiue quandoq; futura; quam ſententiam quidam ex modernis interpretibus D.Thom. ſunt ſecuti,ex quibus Suarez tertia parte, quæſt. decima,diſp.26.ſect.3.dicit Deum cognoſcere infinita ſincategorematicè, ideſt infinita in potentia. Peſantius autem dicit quatuor. Primũ,Deum cognoſcere ſolum finita,ita vt numerus cognitorũ, qui eſt in diuino intellectu obiectiuè, ſit finitus. Secundum,infinitum ſincategorematicè duo dicere,ſcilicet numerum quendam determinatum, & vlterius aliquid indeterminatum per modum vnius confuſi, in quo potentialiter intelligitur includi indeterminatus numerus vnitatum.

Durandus Aureolus. Suarez. Peſantius.

Tertium numerum finitum,qui eſt in intellectu diuino,eſſe numerum maximum ſimpliciter,& poſteriorem omni alio.

Quartum. Deum cognitione diſtincta cognoſcere maximum numerum factibilium, cognitione

A

Deus habet de rationalibus creaturis, compara- te quo ad finem valdè diſparem vtriſque præſtitu- tum, & media in eum ducentia iuxta finiū diuer- ſitatem illis præparata; adeò vt tam ratione finis, quam mediorum, longe ſit altior de rationalibus, quàm de ratione carentibus, ac vilibus prouiden tia. De quorum vilium apud Deum notitia lege D.Tho. in primo cont. gent. cap. 70. & infra quæſt. 113. art. 2. Vide etiam quæ ſcribit Aluarez Diſp. 28. de Aux.

D.Tho. Aluarez.

ARTICVLVS XII.

Vtrum Deus poſsit cognoſcere infinita.

91 3. q. 10. ar. 3. Et 1. diſ. 39. q. 1. art. Et ver. q. 2 ar. 9. & art. 5. 4. Et 1. con. ca. 69. & 71. & o- puſ. 3. cap. 235 Lib. 3. phy ſic. text 63. tomo 2. Lib. 12. de ciuit. Dei, ca. 18. poſt med. to. 5.

AD duodecimum ſic proceditur. Videtur, quòd Deus non poſsit cognoſcere infinita. Infinitum enim, ſecundum quòd eſt infini- tum, eſt ignotum; quia infinitum eſt, cuius quantitatem accipientibus ſemper eſt aliquid extra aſſumere, vt dicitur in 3. phy ſic.* Auguſt. enim dicit 12. de * ciuitate Dei, quòd quicquid ſcientia comprehenditur, ſciē tis comprehenſione finitur; ſed infinita nō poſ ſunt finiri; ergo non poſſunt ſcientia Dei com prehendi.

2 Præterea: Si dicatur, quòd ea, quæ in ſe ſunt infinita, ſcientiæ Dei finita ſunt. Contra. Ratio infiniti eſt, quòd ſit impertranſibile; & finiti, quòd ſit pertrāſibile, vt dicitur in tertio phyſic.* ſed infinitum non poteſt tranſiri nec à finito, nec ab infinito, vt probatur in ſexto phyſic.* ergo infinitum non poteſt eſſe finitū finito, neque etiam infinito. Et ita infinita nō ſunt finita ſcientiæ Dei, quæ eſt infinita.

Lib. 3 tex. 34. tom. 2. Lib. 6. phy ſic. à textu 60. vſque ad 66. to. 2

3 Præterea: Scientia Dei eſt menſura ſci- torum. Sed contra rationem infiniti eſt, quòd ſit menſuratum: ergo infinita non poſſunt ſci- ri à Deo.

Lib. 12. de ciuit. c. 18. à medio. tomo 5.

Sed contra eſt, quod dicit Aug. 12. de ciui- tate Dei.* Quamuis infinitorum numerorum nullus ſit numerus, non tamen incomprehenſi bilis ei, cuius ſcientiæ non eſt numerus.

Art. 9. hu- ius q.

Reſpondeo. Dicendum, quòd cùm Deus ſciat non ſolum ea, quæ ſunt actu, ſed etiā ea, quæ ſunt in potentia, vel ſua, vel creaturæ, vt *oſtenſum eſt; hæc autem conſtat eſſe infinita: neceſſe eſt dicere, quod Deus ſciat infinita. Et licet ſcientia viſionis, quæ eſt tantum eorum, quæ ſunt, vel erunt, vel fuerunt, non ſit infini- torum, vt quidam dicunt, cum non ponamus mundum ab æterno fuiſſe; nec generationem, & motum in æternum manſura, vt indiuidua in infinitum multiplicentur; tamen, ſi diligen- tius cōſiderentur, neceſſe eſt dicere, quòd De- us etiam* ſcientia viſionis, ſciat infinita. Quia Deus ſcit etiā cogitationes, & affectiones cor-

D. 477. D. 1215.

E

dium, quæ in infinitum multiplicabuntur crea turis rationalibus permanentibus abſque fine. Hoc autem ideo eſt, quia cognitio cuiuslibet cognoſcentis ſe extendit ſecundum modū for mæ, quæ eſt principium cognitionis. Species enim ſenſibilis, quæ eſt in ſenſu, eſt ſimilitudo ſolum vnius indiuidui. Vnde per eam ſolum indiuiduum cognoſci poteſt. Species autem intelligibilis intellectus noſtri, eſt ſimilitudo rei, quantum ad naturam ſpeciei, quæ eſt par- ticipabilis à particularibus infinitis. Vnde in- tellectus noſter per ſpeciem intelligibilem ho minis, cognoſcit quodammodo homines etiā infinitos; ſed tamen non inquantum diſtinguū tur ab inuicem, ſed ſecūdum quòd communi- cant in natura ſpeciei, propter hoc, quòd ſpe cies intelligibilis intellectus noſtri non eſt ſi- militudo hominum quantum ad principia in- diuidualia, ſed ſolum quantum ad principia ſpeciei. Eſſentia autem diuina, per quam in- tellectus diuinus intelligit, eſt ſimilitudo ſuffi- ciens omnium, quæ ſunt, vel eſſe poſſunt, non ſolum quantum ad principia communia, ſed etiam quantum ad principia * propria vniuſ- cuiuſque, vt oſtenſum * eſt. Vnde ſequitur, quòd ſcientia Dei ſe extendat ad infinita, etiam ſe- cundum quod ſunt abinuicem diſtincta.

B

C

D. 471. Ar. præced

Ad primum ergo dicendum, quòd infiniti ratio congruit quantitati, ſecundum philoſo- phum in 1. phyſ.* De ratione autem quantita tis eſt ordo partium. Cognoſcere ergo infini- tum ſecundùm modum infiniti, eſt cognoſce- re partem poſt partem; & ſic nullo modo cō- tingit cognoſci infinitum. Quia quantacunq; quantitas partium accipiatur, ſemper rema- net aliquid extra accipientem.

Lib. 1. phy. tex. 15. 16. 1.

D

Deus autem nō ſic cognoſcit infinitum, vel infinita, quaſi enumerando partem, poſt par- tem, cum cognoſcat omnia ſimul, non ſucceſ- ſiuè, vt ſupra * dictum eſt. Vnde nihil prohi- bet ipſum cognoſcere infinita.

Art. 7. hu- ius q.

Ad ſecundum dicendum, quòd trāſitio im- portat quandam ſucceſsionem in partibus. Et inde eſt, quòd infinitum tranſiri non poteſt, neque à finito, neq; ab infinito. Sed ad ratio- nem comprehenſionis ſufficit adæquatio: quia id comprehendi dicitur, cuius nihil eſt extra comprehendentem. Vnde non eſt contra ra- tionem infiniti, quod comprehendatur ab infi nito. Et ſic, quod in ſe eſt infinitum, poteſt di- ci finitum ſcientiæ Dei, tanquam comprehen- ſum, non tamen tanquam pertranſibile.

Ad tertium dicendum, quòd ſcientia Dei eſt menſura rerum, non quantitatiua; qua qui- dem menſura carent infinita: ſed qua menſu- rat eſſentiam, & veritatem rei. Vnumquodque enim

Digitized by Google

enim in tantum habet de veritate ſuæ naturę, inquantum imitatur Dei ſcientiam,ſicut artificiatum,inquantum concordat arti. Dato autem quòd eſſent aliqua infinita actu ſecundũ numerum,puta infiniti homines, vel ſecũdum quantitatem continuam, vt ſi eſſet aer infinitus (vt quidam antiqui dixerunt) tamen manifeſtum eſt,quòd haberent eſſe determinatum, & finitum; quia eſſe eorum,eſſet limitatum ad aliquas determinatas naturas. Vnde menſurabilia eſſent ſecundum ſcientiam Dei.

Ratio Ordinis.

HIc S.Doct. incipit agere de ſcientia Dei in ordine ad ſingularia, quo ad quædam, quæ ſingularibus accidunt.Hæc verò ſunt infinitas,& contingentia: agit tamẽ prius de infinitate, quæ eſt ſecundum numerum; quoniam hæc ſingularibus ſimul ſumptis accidit, ſiue ſumantur omnia ſingularia ſimpliciter,ſiue omnia alicuius naturæ ſubſtãtialis,vel accidentalis;exempli gratia,omnes homines,ſi eſſent infiniti,vel omnes cogitationes, quæ erunt infinitæ.

Contingentia verò non omnibus accidit; ſed quibuſdam; vt patet,duodecimo Metaphyſ.textu 52. Prius ergo agit de cognitione Dei reſpectu infinitorum ſingulariũ; quod eſt ſecundum ſe prius, & communius obiectum,quàm contingentia.

Forma Textus.

PRæſupponit hic primò S.Thom.diſtinctionem ſuperius explicatam,videlicet, duplicem eſſe ſcientiã Dei,ſcilicet,ſimplicis intelligentiæ,& viſionis.Secundò ſtatuit primam concluſionem. Tertiò refert quandam opinionem,& confutat. Vltimò proponit ſecundam cõcluſionem iuxta propriam ſententiam, & eam probat.

Suppoſita ergo dicta diſtinctione ſtatuit Sanct. Doct. primam concluſionem. Neceſſe eſt dicere, quòd Deus ſciat infinita,ſcilicet ſcientia ſimplicis intelligentiæ,vel aliqua ſcientia. Probatur. Deus ſcit non ſolum ea, quæ ſunt actu,ſed etiam ea,quæ ſunt in potentia,vel ſua, vel creaturæ;ſed hæc ſunt infinita;ergo. Maior patet ex dictis in articulo nono. Minor relinquitur, vt nota.

Tertiò loco,S.Thom.refert quandam opinionem dicentium ſcientiam viſionis non eſſe infinitorum, & probabant hanc ſuam opinionem. Quia ſecundum fidem Mundus non eſt ab æterno,nec etiam generatio,& motus perpetuò manebunt, vt poſſint indiuidua in infinitũ multiplicari; ergo Deus non cognoſcit infinita ſcientia viſionis.

Aduerſus hanc opinionem ſubdit S.Thom.ſecundam concluſionem. Deus ſcientia viſionis ſcit infinita. Probatur,quia Deus ſcit cogitationes, & affectiones cordiũ;ſed hæ multiplicabuntur in infinitum:ergo. Probatur minor: quoniam creaturæ rationales ſine fine durabunt; ergo earum cogitationes,& affectiones multiplicabuntur in infinitum.

A *Secundò probatur concluſio ratione dicente propter quid,tam ſecundæ,quàm primæ concluſionis. Cognitio cuiuslibet cognoſcentis ſe extendit ſecundum modũ formæ,quæ eſt principium cognitionis; ſed eſſentia diuina, per quã intellectus diuinus intelligit,ſe extendit ad infinita,ſecundum quòd ſunt ab inuicem diſtincta;ergo etiã ſcientia Dei ſe extendit ad infinita,ſecundum quòd ſunt abinuicem diſtincta. Probatur maior inductiuè. Nam ſpecies ſenſibilis,quæ eſt in ſenſu,eſt ſimilitudo ſolum vnius indiuidui,& ideo per eam ſolum vnum indiuiduũ cognoſci poteſt. At verò ſpecies intelligibilis intellectus noſtri eſt ſimilitudo rei, quantum ad naturam ſpeciei, quæ natura ſpeciei eſt participabilis à particularibus*

B *infinitis.*

Ex quo ſequitur,quòd intellectus noſter per ſpeciem intelligibilem hominis, cognoſcit quodammodo homines etiam infinitos,non tamen, vt abinuicem diſtinguuntur; ſed ſecũdum quòd communicant in natura ſpeciei; quoniam ſpecies intellectus noſtri, non eſt ſimilitudo hominum quantum ad principia indiuiduantia, ſed ſolum quantum ad principia ſpeciei. Ex his patet maior propoſitio, videlicet;cognitio cuiuslibet cognoſcentis ſe extendit ſecundum modum formæ,quæ eſt principium cognitionis: nam modus formæ ſenſibilis, vel intelligibilis attenditur pœnes repræſentationem magis, vel minus amplam. Minor verò propoſitio ſic probatur. Eſſen-

C *tia diuina,per quam intellectus diuinus intelligit,eſt ſimilitudo ſufficiens omnium,quæ ſunt, vel eſſe poſſunt, non ſolum quantum ad principia communia,ſed etiam quantum ad principia propria vniuſcuiuſque: Ergo ſe extendit ad infinita, quatenus ſunt abinuicem diſtincta.*

Controuerſia vnica.

De ſenſu, & veritate ſecundæ Concluſionis D. Thom. *an ſcilicet Deus ſciat infinita ſcientia viſionis.*

Sententiæ Doctorum.

D FVit quorundam veterum Theologorum ſententia,ſcilicet Durandi, Aureoli,& aliorum,impoſsibile eſſe,Deũ infinita categorematicè, ideſt, ſimul actu cognoſcere, ſiue illa poſsibilia tantum ſint,ſiue quandoq; futura; quam ſententiam quidam ex modernis interpretibus D.Thom. ſunt ſequuti,ex quibus Suarez tertia parte, quæſt. decima,diſp.26.ſect.3.dicit Deum cognoſcere infinita ſincategorematicè, ideſt infinita in potentia. Peſantius autem dicit quatuor. Primũ,Deum cognoſcere ſolum finita,ita vt numerus cognitorũ, qui eſt in diuino intellectu obiectiuè, ſit finitus. Durandus Aureolus. Suarez. Peſantius.

E Secundum, infinitum ſincategorematicè duo dicere,ſcilicet numerum quendam determinatum, & vlterius aliquid indeterminatum per modum vnius confuſi, in quo potentialiter intelligitur includi indeterminatus numerus vnitatum.

Tertium numerum finitum,qui eſt in intellectu diuino,eſſe numerum maximum ſimpliciter,& poſteriorem omni alio.

Quartum. Deum cognitione diſtincta cognoſcere maximum numerum factibilium, cognitio-

ne autem cōfuſa ea, quæ vltra numerum illum remanent poſsibilia.

Sed contrarium expreſsè docet S. Thom. in hoc articulo, & latius in primo contra gentil. capitulo ſeptuageſimonono, & ibidem vndecim argumentis id efficaciter probat.

Reſolutio.

Deum actu cognoſcere infinita tam in æternitate, quàm obiectiuè ſibi præſentia.

SCiendum eſt primò multitudinem infinitā poſſe tripliciter conſiderari. Primò ſecundū eſſe reale extra cauſas ſuas, quod actu ſimul haberet, ſi ſimul tota eſſe poſſet, aut quod ſucceſsiuè eſt habitura, ſi in tota temporis, ſeu cuiuſuis durationis latitudine ſucceſsiuè ad actum eſt reducenda, vt affirmat S. Tho. de cogitationibus, & affectionibus cordium in infinitum multiplicandis. Secundò poteſt multitudo infinita conſiderari, quatenus ſecundum eſſe reale, quod habitura eſt, ſecundum ſingulas partes ſucceſsiuè in toto decurſu tēporis exiſtit in menſura æternitatis, modo inſequenti articulo declarando.

Tertiò poteſt eadem infinita multitudo conſiderari ſecundum eſſe cognitum, quod habet in rationibus idæalibus exiſtentibus in mente diuina. Primo modo, ſicut non poteſt dari infinitum in actu, ſcilicet categorematicè, ita nec poteſt à Deo cognoſci, quod enim non eſt, nec eſſe poteſt, cognoſcibile non eſt per intellectus aſſenſum. Secundo autem, & tertio modo eſt infinitum in actu categorematicè, atque ita à Deo cognoſcitur.

Nam, ſi cogitationes, & affectiones rationalis creaturæ in infinitum multiplicabuntur, durante rationali creatura per totam temporis latitudinē vſque in infinitum, neceſſe eſt omnes illas cogitationes, & affectiones ſecundum ſuum eſſe reale, quod habituræ ſunt in rerum natura, præſentes eſſe ſimul in æternitate, tanquam excellentiori menſura in vno ſuo inſtanti ſimplicisſimo, & indiuiſibili concludente totam, quantumuis infinitam tēporis latitudinem; ac proinde ea omnia, quę in aliqua fiunt temporis differentia, menſurante, vt actu præſentia, & exiſtentia modo inferius explicando.

Ex quo ſequitur diuinæ ſcientiæ notitiam, quā viſionis ſcientiā nuncupamus, ad eaſdem res terminari ſic præſentes. Quod ſi ita præſentes ſunt, multò potiori ratione diuino obijcientur intellectui per idæales in eo rationes exiſtentes; cum æqualis omninò perfectionis ſint diuina ęternitas, & cognitio, nec poſsibile, aut diuina maieſtate dignum ſit aliquid in quauis temporis differentia productum, & in æternitate concluſum eius infinita ſimpliciter cognitione non attingi, aut in diuina eſſentia, vt obiecto primariò non videri.

Itaque Deus cognoſcit ſcientia viſionis infinita categorematicè, ſiue in actu, nō quidem ex parte rerum cognitarum, id eſt, ita vt res ipſæ cognitę

[A] infinitæ ſint actu ſimul in propria durationis menſura: nā hoc eſſe impoſsibile ſupra diffinitum eſt, quæſtione ſeptima, articulo tertio, & quarto, ſed ex parte cognoſcentis; quia nimirum, vt diximus, infinita Deo ſunt præſentia tum in menſura æternitatis, tum etiam in rationibus idealibus. Vnde propriè, & diſtinctè loquendo hæc propoſitio eſt vera: Deus actu, & categorematicè cognoſcit multitudinem infinitam. Hæc autem eſt falſa; Deus cognoſcit multitudinem infinitam actu, ſiue categorematicè, loquendo de eſſe actu in menſura propria; nam ſi ſermo ſit de menſura æternitatis vera eſt propoſitio. Vide etiam quæ poſt hęc no-
[B] ſtra ſcripſit Aluarez diſpu. 55. ad tertiam partem quæſt. 11. [Aluar.]

Explicatur quomodo Deus, & beati cognoſcant actu infinita.

SEcundò obſeruandum eſt ex D. Tho. de Verit. [S.Th.] quæſtione ſecunda, articulo 9. & hic in reſpōſione ad primum, & ſecundum, dupliciter intelligi poſſe infinitum cognoſci. Vno modo per modū infiniti, quod eſt cognoſcere partem poſt partem; quia ratio infiniti congruit quantitati, vt dicitur, primo phyſicorum, de ratione autem quantitatis eſt ordo partium, quarum vna eſt poſt aliam. Et
[C] hoc modo à nullo intellectu poteſt infinitum cognoſci, quia quantæcunq; partes accipiantur, remanent ſemper aliæ vſque in infinitum accipiendæ: Alio modo poſſumus intelligere infinitum cognoſci, non per modum infiniti, ſed quaſi ad modum finiti, totum ſimul vno eoque infinito cognitionis actu comprehendendo; quod illi ſoli conuenit intellectui, qui cognitionem ſuam à rebus non accipit, & cuius ſpecies poteſt ſimul totum infinitum ſecundum ſingulas partes diſtinctè repræſentare; quod diuinæ eſſentiæ conuenit, non tantum reſpectu diuini intellectus, ſed etiam reſpectu intellectus creati; vt patet de anima Chriſti, immo
[D] poteſt etiam ſpecies creata infinita ſimul actu repræſentare: nam, vt diximus ſupra queſt. 12. ex D. Thom. omnes beati poſt diem iudicij, videbunt omnia, quæ videt Deus ſcientia viſionis, non in Verbo formaliter; quia non eſt variabilis per augmentum diuina viſio ſecundum legem Dei ordinariam; igitur videbunt in Verbo cauſaliter, quod eſt videre per ſpecies creatas, nō ſucceſsiuè; quia, quæ videt Deus ſcientia viſionis, infinita ſunt, & ideo ſucceſsione tranſiri nunquam poſſent: igitur ſimul videbunt. Neque hoc mirum eſt, cum etiam Angelus naturali cognitione ſimul cognoſcat omnes ſpecies numerorum vnica ſpecie, & omnes ſpe-
[E] cies proportionum per vnam ſpeciem, ſm D. Tho.

Tertiò conſiderandum eſt Deum, aut quemlibet intelligentē non ita cognoſcere infinitā rerum multitudinem, vt eius cognitio ad vltimā terminetur vnitatem; cū infinitum ſit, cuius partes accipientibus ſemper eſt aliquid extra accipere, vt ait [Ariſt.] philoſoph. in tertio phyſic. ſed Deus, & quicunque alius infinitā multitudinem cognoſcens, ita ſingulas illius partes intuetur diſtinctè, vt quemadmodū quacūq; notata parte ī infinita multitudine remanent

Digitized by Google

manent ſemper aliæ,& aliæ vſque in infinitum;ita Deus,aut quiuis alius infinitum cognoſcens, viſa quacumque deſignata parte videat ſimul vlteriores partes vſque in infinitum procedentes omnes actu cognoſcens,ac videns nullam eſſe earum vltimam. Ex quo etiam patet Deum cognoſcere omnes diuiſiones continui poſsibiles videndo ſimul partes omnes,quæ ex diuiſibilibus diuidi poſſunt, ex quibus aliæ ſemper decidi poſſunt vſque in infinitum nunquã deueniendo ad indiuiſibiles: quas ſimul omnes ita videt Deus, vt etiam videat ſingulas partes in infinitum eſſe diuiſibiles,& nullas indiuiſibiles. Nec tamen ſequitur, vt arguebant Aureolus,& Durandus, diuiſionem continui eſſe euacuatam in intellectu diuino; quia nunquam videt Deus, vltimam diuiſionem continui, alioqui non videret infinitam diuiſionem. Sed omnem ſimul intuetur diuiſionem videndo nullam eſſe omnium vltimam.

Poſset tamen hoc ſenſu dici euacuata in intellectu Dei diuiſio continui,quòd Deus ſimul videt omnem poſsibilem continui diuiſionem,videlicet medietatem eius,& medietatẽ medietatis, & reliquas omnes diuiſiones ſine fine.

Probatur opinionem Peſantij falſam eſſe,& contradictionem inuoluere.

POſtremò obſeruandum eſt tertium,& quartũ dictum opinionis Peſantij,contradictionem inuoluere ex duplici parte, nimirum ex parte numeri, & ex parte diuinæ cognitionis:nã cuilibet numero fieri poteſt ſemper additio, cum numerus materialis reſultet ex diuiſione continui, quæ in infinitum procedit, & numerus tranſcendens poſsit per Dei potentiam in infinitum augeri,vt etiam ſignificat quartum eiuſdem expoſitoris aſſertum: igitur,vel non datur numerus maximus ſimpliciter,vel ſi datur,nõ poteſt vlterius numerus augeri: Nam poſito hoc numero maximo (quod fieri poteſt,ſecundum Peſantium cum ſit finitus) quæro,aut poteſt illi fieri vlterioris vnitatis additio,aut non poteſt. Si poteſt; ergo non eſt maximus: nam facta additione reſultat numerus illo maior,ſi non poteſt,tollitur naturalis numeri proprietas,qua poteſt in infinitum augeri,& conſequenter etiam ipſa natura numeri: & præterea poſito illo maximo numero in rebus materialibus,quæro,an poſsit vlterius diuidi continuum,ſi non poteſt diuidi;ergo euacuata eſt diuiſio continui contra propriam illius rationem, ſi poteſt diuidi:ergo poteſt etiam numerus augeri. Ex parte autem diuinæ cognitionis ſic deducitur contradictio:nam ſequitur diuinam cognitionem non poſſe augeri,& poſſe augeri, & eſſe maiorem cognitione creata,& non eſſe maiorem. Oſtenditur primum,quia quod pertingit ad ſummum ſiue maximum,non poteſt augeri,tunc autem diuina cognitio pertingeret ad maximum numerum.Secundum ſic probatur, quia,vt oſtendimus,illi maximo numero adhuc fieri poteſt additio alterius,& alterius vnitatis, ex qua reſultat maior numerus:

A ergo hũc maiorem numerum poteſt Deus diſtinctè cognoſcere,cum prius non cognoſceret,niſi cõfusè ſecundum dictã opinionem: Ergo poteſt augeri diuina cognitio.

Tertium ſic probatur;nam ſm̃ hanc ſententiam Deus cognoſcit maximũ numerũ,qui non cognoſcitur à creatura,ſecundum eandem ſententiam.

Quartum denique ſic deducitur ratione D. Th. in 1.cont.gent.cap.69.& eſt nona in ordine. Intellectus noſter cognoſcitiuus eſt infinitorum in potentia, cum poſsit in infinitum ſpecies numerorũ multiplicare;ſi ergo intellectus diuinus nõ cognoſceret infinita,etiam actu,ſequeretur, quòd intellectus humanus plurium eſſet cognoſcitiuus, quã diuinus,aut quòd intellectus diuinus non cognoſceret omnia actu,quæ poteſt cognoſcere;quorum vtrumque eſt impoſsibile, & ſecundum ſpecialiter iam ſupra reprobatum eſt.Et cum ex dictis appareat, infinitum ſecũdum quamlibet ſui partem eſſe à Deo, & à Beatis diſtinctè cognoſcibile, ſequitur falſum eſſe etiam quartum dictum præfati expoſitoris, videlicet Deum cognitione confuſa cognoſcere ea,quæ vltra numerum maximum remanent poſsibilia, cum etiam illius ſuppoſitum falſum ſit,nimirum dari numerum maximũ ſimpliciter. Et contradictionem etiam inuoluit eſſe numerum maximum,& poſsibiles eſſe vltra illum alias vnitates. D. Thom.

B

C

Poſtremò contra quartum dictum eiuſdem expoſitoris quo ad ſecundam partem, quòd ſcilicet Deus cognitione confuſa,cognoſcat ea, quæ vltra numerum maximum remanent poſsibilia,militat ratio D.Tho.ſupra art.6.quia ſcilicet cognitio omnis confuſa eſt imperfecta,vt ibidem etiam aduertit Caietanus. Quod etiam probatur, quia confuſio,prout eſt cognitionis conditio, perfectionem ex ea tollit diſtinctionis,& euidentiæ,quæ notitiæ Dei excellentiſsimè conuenit.

D *Concluſiones deductæ,& probatæ.*

PRima concluſio eſt. Deus non cognoſcit multitudinem infinitam actu, ſiue categorematicè,ideſt infinitam multitudinem ſimul actu exiſtentem in menſura propria. Hæc iam declarata eſt;& probatur, quia non poteſt eſſe multitudo actu infinita ſimul in propria durationis menſura, ad quam ſic exiſtentem terminetur diuina cognitio. ergo. Antecedens patet ex quæſt.7.Conſequẽtia euidens eſt.

Secunda concluſio. Deus cognoſcit actu,& categorematicè multitudinem infinitam in rationibus idæalibus,& in menſura æternitatis ſibi præſentem. Hæc patet ex dictis; & probatur ratione D.Th.pro 2.concluſ. & argumentis eiuſdem S. D. in dicto cap.69.primi con.gen.quę vide,ſi placet. E

Tertia concluſio. Numerus maximus ſimpliciter,nec eſſe,nec cognoſci à Deo poteſt. Hæc ſatis probata eſt.

Quarta concluſio. Deus nihil confuſè cognoſcit. Probatur. Cognitio confuſa maximam dicit imperfectionem;ergo non eſt Deo attribuenda.

Digitized by Google

Sed reſpondet expoſitor prædictus infinitum non aliter eſſe cognoſcibile: cognitio autem non dicit imperfectionem, niſi cum verſatur circa obiectũ diſtincte cognoſcibile. Sed iam probatum eſt infinitum poſſe diſtincte à Deo cognoſci, & etiam ab intellectu creato, & confuſionem repugnare perfectioni diuinæ cognitionis.

Argumenta, & ſolutiones.

Suarez. CONtra ſecundam concluſionem argumentatur Suarez.

Primò licet infinita ſint ſimul cognita, tamen non aliter ſunt infinita, quàm in re eſſe poſsint; ſed in re non poſſunt eſſe niſi ſincategorematicè infinita; ergo non videt Deus infinita categorematicè. Probatur prima propoſitio, quia cognitio accommodatur rebus: ergo.

Secundò probatur; quia nõ poteſt tota illa multitudo in re exiſtere ſimul. Quod ſi dicatur multitudinem cognitam à Deo eſſe infinitam categorematicè in eſſe cognito, ſed à parte rei eſſe infinitã ſincategorematicè, contra argumentatur. Quia non habet res aliam quantitatem in eſſe cognito, quàm à parte rei, alias non eſſet vera cognitio: ergo. Et cõfirmatur. Quia Deus ipſe non videt aliud infinitum, quàm ſit poſsibile: ſed non eſt poſsibile, aut futurum infinitum categorematicè: ergo.

Reſpondetur his argumentis probari noſtram primam concluſionem. Vnde ad argumentum dicitur, primò falſam eſſe maiorem. Nam infinita, prout repræſentantur in diuina eſſentia, quæ vna ſpecies eſt ſimpliciſsima, ſimul actu repræſentantur. Et quamuis in re ſimul eſſe non poſsint in propria durationis menſura, ſimul tamen eſſe poſſunt in æternitate. Ad rationem contra tactam reſponſionem, quæ bona eſt. Reſpondetur falſam eſſe cõſequentiam: Nam licet res non habeat aliam quãtitatem in eſſe cognito, quàm à parte rei, habet tamen alium eſſendi modum, qui modus eſt ſimul actu repræſentari. Ad confirmationem reſpondetur, probari tantum noſtram primam concluſionem, ſcilicet cognitionem Dei non terminari ad infinitum actu ſimul in propria durationis menſura; cum quo ſtat, quòd ex parte cognoſcentis actu ſimul infinita repræſententur, & cognoſcantur, ſimul exiſtant in æternitate.

Contra eandem concluſionem argumentatur Peſantius. Peſantius.

Primò. Infinitum categorematicè inuoluit cõtradictionem, etiam ſecundum eſſe obiectiuum in mente: ergo à nullo intellectu poteſt cognoſci. Antecedens probatur; quia impoſsibile nihil dicit, niſi compoſitionem terminorum, realiter quidem incompoſsibilium, in mente tamen compoſitorum per operationem intellectus: ſed cum dicimus numerum infinitum, non poteſt concipi infinitum per modum alicuius realis aduenientis numero, & componentis cum eo vnum impoſsibile, ſed neceſſariò apprehenditur tanquam negatio, tollens numerũ; cũ numerus dicat primũ, & vltimum; infinitas verò neget primum, & vltimum: er-

A go cum numero non cõponit aliquid impoſsibile.

Reſpondetur. Primò non apparere quorſum tẽdat hoc argumentum, ſiue quid concludat. Secundò negatur antecedens. Ad probationem dicitur ea tantum probari infinitum actu in rerum natura non concipi, vt vnum impoſsibile; non autem probatur infinitum in re ſincategorematicè, id eſt in potentia, & ſucceſsiuè non poſſe ſimul actu, ſine categorematicè à Deo concipi tãquam aliquid poſsibile in re ſincategorematicè.

Tertiò reſpondetur argumentum etiam non rectè concludere infinitum actu in re non concipi vt impoſsibile: immo, quia infinitas repugnat nume-

B ro in actu ſimul, ideirco cõcipitur infinitum actu, vt impoſsibile: impoſsibilia enim ſimpliciter ſũt, quæ intrinſecè claudunt pugnantia: ſicut homo irrationalis, aut lapis rationalis; nã vnum deſtruit aliud. Poſtremò dicitur falſum eſſe numerum abſolutè ſumptũ dicere vltimum; vt patet ex dictis.

Secundò. Si infinitum ſucceſsiuum cognoſcibile eſſet ſecundum omnes partes, in quas poteſt diuidi, & eius potentia cognoſceretur tota in actu, cognoſceretur ceſſaſſe, & ſeparata ab eo, ad quod põt: hoc autem implicat contradictionem.

Reſpondetur hoc argumentum ſolui ex tertio fundamento. Vnde ad formam negatur conſequẽ-

C tia. Nam potius ſequitur oppoſitum; quia infinitũ à Deo cognoſcitur, vt ſemper habens partem poſt partem nunquam deueniendo ad vltimam, & tamen videndo omnes, & ſingulas partes diſtinctè.

Quædam alia præterea docet prædictus Author, quæ nec veritati naturaliter de Deo notæ, nec catholicæ fidei ſatis conſonant, cum ait, quòd ſi diuina potentia ad numerum maximum perueniret, certũ eſt, quòd in eo ſiſteret: implicat enim, (inquit) Deum poſſe facere, quod non poteſt cognoſcere diſtinctè, & in terminis eſt contradictio, quòd numero abſolutè maximo fiat realis additio per Dei potentiam. Addit vlterius. Alia Peſantij dicta [illegible]

D Quantumlibet per potentiam fiat proceſſus interior, nunquam intelligitur eam poſſe peruenire ad maximum numerum, quem diuinus intellectus cognoſcit diſtinctè. Quæ manifeſtè ſunt abſurda. Nam, cum numerus ille maximus ſit finitus, ſi diuina potentia non poteſt ad ipſum pertingere, aut pertingendo non poteſt vlterius operari, erit & ipſa limitata ad talem numerum factibilium, quod eſt erroneum, vtpotè deſtruẽs infinitatem diuinę potentiæ. Præterea, cum omne finitum ſit conſumptibile per ablationem finiti, ſi Deus incipiendo ab hodierna die crearet mille ex numero rerum poſsibilium, & cras bis mille, & ſic de ſingulis ſemper

E duplicando numerum, neceſſe eſſet tandem peruenire ad numerum illum, quem hic expoſitor appellat maximum: alioquin ſi nunquam poteſt ad illum perueniri, non eſſet finitus, ſed infinitus. Hęc autem adeo abſurda ex illa vna confutata ſententia, quod ſcilicet Deus actu infinita diſtinctè non cognoſcat, ſed finita tantum, veluti ex infecta radice pullularunt, quod indicium eſt manifeſtę falſitatis.

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS XIII.

Vtrum ſcientia Dei ſit futurorum contingentium.

91 infra q. 88. art. 3. & 4. Et 1. d. 38. art. 5. Et 1. contra ca. 67. Et ver. q. 2. ar. 12. & quol. 11. q. 3. Art. 8. huius quæſt.

AD tertiumdecimum ſic proceditur. Videtur, quòd ſcientia Dei non ſit futurorum contingentium. A cauſa .n. neceſſaria procedit effectus neceſſarius; ſed ſcientia Dei eſt cauſa ſcitorum, vt ſupra* dictum eſt. Cum ergo ipſa ſit neceſſaria, ſequitur ſcita eius eſſe neceſſaria: non ergo ſcientia Dei eſt contingentium.

2 Præterea. Omnis conditionalis, cuius antecedens eſt neceſſarium abſolutè, conſequẽs eſt neceſſarium abſolutè. Sic enim ſe habet antecedens ad conſequens, ſicut principia ad cõcluſionem. Ex principijs autem neceſſarijs non ſequitur concluſio, niſi neceſſaria, vt in 1. poſter.* probatur. (Lib. 1. poſter. 17. to. 1.) Sed hæc eſt quædam conditionalis vera; ſi Deus ſciuit hoc futurum, eſſe, hoc erit, quia ſcientia Dei non eſt niſi verorum. Huius autem conditionalis antecedẽs eſt neceſſarium abſolutè; tum quia eſt æternũ; quia ſignificatur, vt præteritum. Ergo & conſequẽs eſt neceſſarium abſolutè. Igitur quicquid ſcitur à Deo, eſt neceſſarium. Et ſic ſcientia Dei non eſt contingentium.

3 Præterea. Omne ſcitum à Deo neceſſe eſt eſſe; quia etiam omne ſcitum à nobis neceſſe eſt eſſe, cum tamen ſcientia Dei certior ſit, quàm ſcientia noſtra. Sed nullum contingens futurum neceſſe eſt eſſe. Ergo nullũ contingens futurum eſt ſcitum à Deo.

Sed contra eſt, quod dicitur in pſalm. 32. Qui finxit ſingillatim cor eorum, qui intelligit omnia opera eorum, ſcilicet hominum, ſed opera hominum ſunt contingentia, vtpotè libero arbitrio ſubiecta. Ergo Deus ſcit futura contingentia.

Art. 9. huius quæſt. Reſpondeo. Dicendum, quòd cum ſupra* oſtenſum ſit, quod Deus ſciat omnia, non ſolum quæ actu ſunt, ſed etiam quæ ſunt in potentia ſua, vel creaturæ: horum autem quædã ſunt cõtingentia nobis futura, ſequitur, quòd Deus contingentia futura cognoſcat.

435 Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt, quòd contingens aliquod dupliciter poteſt conſiderari: Vno modo in ſeipſo, ſecundum, quòd iam in actu eſt, & ſic non conſideratur, vt futurum, ſed vt præſens; neque ad vtrumlibet contingens, ſed vt determinatum ad vnũ; & propter hoc ſic infallibiliter ſubdi poteſt certæ cognitioni, vtpotè ſenſui viſus, ſicut cũ video Sortem ſedere. Alio modo poteſt conſiderari contingens, vt eſt in ſua cauſa. Et ſic conſideratur, vt futurũ, & vt contingens non-

A dum determinatum ad vnum; quia cauſa contingens ſe habet ad oppoſita, & ſic cõtingens non ſubditur per certitudinem alicui cognitioni.

Vnde quicunque cognoſcit effectum contingentem in cauſa ſua tantum, non habet de eo, niſi coniecturalem cognitionem. Deus autem cognoſcit omnia* contingentia, non ſolum prout ſunt in ſuis cauſis, ſed etiam prout vnumquodque eorum eſt actum in ſeipſo.* Et licèt contingentia fiant in actu ſucceſsiuè, nõ tamen Deus ſucceſsiuè cognoſcit contingentia, prout ſunt in ſuo eſſe, ſicut nos, ſed ſimul; quia ſua cognitio menſuratur æternitate, ſicut etiam ſuum eſſe. Aeternitas autem tota ſimul exiſtens ambit totum tempus, vt ſupra* dictum eſt. (D. 441.) (183 435) (B) (q. 10. art. 3. & 4.)

Vnde omnia, quæ ſunt in tẽpore, ſunt Deo ab æterno præſentia, nõ ſolum ea ratione, qua habet rationes rerum apud ſe præſentes, vt quidam dicunt; ſed quia eius intuitus fertur ab æterno ſupra omnia, prout ſunt in ſua præſentialitate. (46 45 48)

C Vnde manifeſtum eſt, quòd contingentia, & infallibiliter à Deo cognoſcuntur, inquantum ſubduntur diuino conſpectui ſecundum ſuam præſentialitatem; & tamen ſunt futura contingentia ſuis cauſis comparata.

Ad primũ ergo dicendum, quòd licet cauſa ſuprema ſit neceſſaria, tamẽ effectus poteſt eſſe contingens propter cauſam proximam contingentem. (435 D. 324.) Sicut germinatio plantæ eſt cõtingens propter cauſam proximam contingẽtem, licet motus ſolis, qui eſt cauſa prima, ſit neceſſarius. Et ſimiliter ſcita à Deo ſunt contingentia propter cauſas proximas, licet ſciẽtia Dei, quæ eſt cauſa prima, ſit neceſſaria. (D) (2 137)

Ad ſecundum dicendum, quòd quidam dicunt, quòd hoc antecedens; Deus ſciuit hoc contingens futurum, non eſt neceſſarium, ſed contingens; quia licèt ſit præteritum, tamen importat reſpectum ad futurum. Sed hoc nõ tollit ei neceſsitatem, quia id, quod habuit reſpectum ad futurum, neceſſe eſt habuiſſe, licet etiam futurum non ſequatur quandoque. Alij verò dicunt, hoc antecedens eſſe contingens; quia eſt compoſitum ex neceſſario, & contingenti, ſicut iſtud dictum eſt contingens. (E) Sortẽ eſſe hominem album. Sed hoc etiam nihil eſt; quia cum dicitur, Deus ſciuit eſſe futurũ hoc contingens, contingens non ponitur ibi, niſi vt materia verbi, & non ſicut principalis pars propoſitionis.

Vnde contingentia eius, vel neceſsitas nihil refert ad hoc, quòd propoſitio ſit neceſſaria, vel contingens, vera vel falſa. Ita enim po-

teſt eſſe verum, me dixiſſe hominem eſſe aſinum, ſicut me dixiſſe Sortem currere, vel Deum eſſe: & eadem ratio eſt de neceſſariò, & cõtingenti. Vnde dicendum eſt, quòd antecedẽs eſt neceſſarium abſolutè. Nec tamen ſequitur, vt quidam dicunt, quòd conſequens ſit neceſſarium abſolutè; quia antecedens eſt cauſa remota conſequentis; quod propter cauſam proximam contingens eſt. Sed hoc nihil eſt. Eſſet enim conditionalis falſa, cuius antecedens eſſet cauſa remota neceſſaria, & cõſequens effectus contingens. Vtputa, ſi dicerem. Si Sol mouetur, herba germinabit.

Et ideo aliter dicendum eſt, quòd quando in antecedente ponitur aliquid pertinens ad actum animæ, conſequens eſt accipiendum, nõ ſecundum eſſe, quod in ſe eſt, ſed ſecundum quòd eſt in anima. Aliud enim eſt eſſe rei in
63 ſeipſa, & eſſe rei in anima. Vtputa, ſi dicam, Si anima intelligit aliquid, illud eſt immateriale: intelligendum eſt, quòd illud eſt immateriale ſecundùm quòd eſt in intellectu, non ſecundùm quòd eſt in ſeipſo. Et ſimiliter ſi di-
174 cam, Si Deus ſciuit aliquid, illud erit.

Conſequens intelligendum eſt, prout ſubeſt diuinæ ſcientiæ, ſcilicet prout eſt in ſua præſentialitate. Et ſic neceſſarium eſt, ſicut & antecedens.

Quia omne, quod eſt, dum eſt, neceſſe eſt eſſe, vt * dicitur in primo periherm.

Lib 1. periher. c.6. declinãdo ad finem tom.1.

Ad tertium dicendum, quòd ea, quæ temporaliter in actum reducuntur, à nobis ſucceſſiuè cognoſcuntur in tempore, ſed à Deo in æternitate, quæ eſt ſupra tempus. Vnde nobis, quia cognoſcimus futura contingentia, inquãtum talia ſunt, certa eſſe non poſſunt, ſed ſoli Deo, cuius intelligere eſt in æternitate ſupra
435 tempus.

Sicut ille, qui vadit per viam, non videt illos, qui poſt eum veniunt; ſed ille, qui ab aliqua altitudine totam viam intuetur, ſimul videt omnes tranſeuntes per viam. Et ideo illud, quod ſcitur à nobis, oportet eſſe neceſſarium, etiam ſecundum quòd in ſe eſt; quia ea, quæ in ſe ſunt contingentia futura, à nobis ſciri non poſſunt.

Sed ea, quæ ſunt ſcita à Deo oportet eſſe neceſſaria ſecundum modum, quo ſubſunt diuinæ ſcientiæ (vt dictum * eſt) non autem abſolutè, ſecundum quòd in proprijs cauſis conſiderantur. Vndè & hæc propoſitio; omne ſcitum à Deo neceſſarium eſt eſſe, conſueuit diſtingui, quia poteſt eſſe de re, vel de dicto, ſi intelligatur de re, eſt diuiſa, & falſa. & eſt ſenſus; Omnis res, quam Deus ſcit, eſt neceſſaria. Vel poteſt intelligi de dicto, & ſic eſt compo-

In corp. ar

A ſita, & vera: & eſt ſenſus; hoc dictum, ſcitum à Deo eſſe, eſt neceſſarium. Sed obſtant quidã dicentes, quòd iſta diſtinctio habet locum in formis ſeparabilibus à ſubiecto. Vt ſi dicam: album poſsibile eſt eſſe nigrum. Quæ quidẽ de dicto eſt falſa, & de re vera. Res enim, quæ eſt alba, poteſt eſſe nigra; ſed hoc dictum; album eſſe nigrum, numquam poteſt eſſe verum.

In formis autem inſeparabilibus à ſubiecto, non habet locum prædicta diſtinctio. Vt ſi dicam; coruum nigrum poſsibile eſt eſſe album; quia in vtroque ſenſu eſt falſa. Eſſe autem ſci-
B tum à Deo eſt inſeparabile à re; quia quod eſt ſcitum à Deo, non poteſt eſſe non ſcitum.

Hæc autem inſtantia locum haberet, ſi hoc quod dico ſcitum, importaret aliquam diſpoſitionem ſubiecto inhærentem, ſed cum importet actum ſcientis ipſi rei ſcitæ (licet ſemper ſciatur) poteſt aliquid attribui ſecundum ſe, quod non attribuitur ei, inquantum ſtat ſub actu ſciendi. Sicut eſſe materiale attribuitur lapidi ſecundùm ſe, quod non attribuitur ei, ſecundum quòd eſt intelligibile.

C

Quæſiti dignitas, & ſenſus.

MAximi eſt momẽti difficultas, quæ hoc tertiodecimo examinatur articulo. Lapis enim eſt offenſionis, & petra ſcandali, multas habens inſignes, non facilè ab humano intellectu, ſolubiles controuerſias, ex ſingulis ferè ſententijs S. Doct. emergentes: ex quibus aliæ longè maiores de diuina prouidentia, prædeſtinatione, de efficacia gratiæ, & de libero arbitrio, tanquam ex prima radice pullularunt: nec alium miræ huius doctrinæ ſublimi-
D tas interpratem, ac propugnatorem expoſcit, quã ſanctiſsimum ipſum D. Thom. doctorem angelicum, & diuinę voluntatis interpretem.

Verùm, etſi viribus impares, ea tamen, qua munus interpretandi ſuſcepimus, Sancti Doct. ſuffragijs innixi confidentia, huic articulo veterũ Thomiſtarum veſtigia ſectaturi manum apponimus. Quid ſit futurum contingens, & quot modis dicetur, in explicatione textus patefiet.

Forma Textus.

E *AD quæſitum reſpondet S. Tho. duabus diſtinctionibus, & quinque concluſionibus. Prima diſtinctio eſt. Contingens aliquod poteſt conſiderari dupliciter: Vno modo in ſeipſo, ſecundum quòd iam in actu eſt. Alio modo poteſt conſiderari contingens, vt eſt in ſua cauſa. Differunt contingens primo modo, & ſecundo modo tripliciter. Primò, quo ad differentiam temporis; quoniam vt eſt in actu habet rationem præſentis; vt autem eſt in potentia, ſiue in cauſa, habet rationem futuri. Secundò quo ad contingentiam, quia vt eſt in actu, habet rationẽ determinati ad vnum; vt autem eſt in ſua cauſa, habet ratio-*

Digitized by Google

rationem contingentis ad vtranque partem. Tertiò differunt quo ad cognitionem, quia futurum contingens, vt in actu, poteſt ſubdi certæ cognitioni; vt patet de viſione corporali; vt autem eſt in ſua cauſa, non ſubditur certæ cognitioni, ſed tantum coniecturæ.

Secunda diſtinctio eſt. Omnia, quæ ſunt in tempore, ſunt Deo ab æterno præſentia dupliciter. Vno modo per rationes, ideſt ideas Deo præſentes: Alio modo, quia ab æterno ſubduntur diuino conſpectui, prout ſunt in ſua præſentialitate, ideſt, ſecundum propriam, & realem exiſtentiam; quam habent extra cauſas ſuas.

Prima concluſio. Deus cognoſcit contingentia futura. Probatur. Deus ſcit omnia, non ſolum, quæ ſunt in actu, ſed etiam, quæ ſunt in potentia ſua, & creaturæ; B *Ergo Deus cognoſcit futura contingentia. Probatur conſequentia: Quia quædam horum ſunt contingentia.*

Secunda concluſio. Deus cognoſcit futura contingentia certitudinaliter, prout ſunt in ſeipſis. Probatur, quia vt ſic, ſunt actu præſentia, & ad vnum determinata: ergo ſubduntur vt ſic, certæ, & infallibili cognitioni; ergo à Deo, vt ſic, cognoſcuntur.

Tertia concluſio. Deus cognoſcit futura contingentia, prout ſunt in cauſis ſuis, eo modo, quo ſunt cognoſcibilia, ſcilicet, cognitione, vt ſic, non certa: probatur ex oppoſitis conditionibus.

Quarta concluſio. Deus non ſucceſsiuè, ſed ſimul cognoſcit futura contingentia. Probatur. Cognitio Dei menſuratur æternitate, quæ tota ſimul exiſtens ambit totum tempus; ergo, & cognitio Dei ſimul comprehendit, quæcumque ſunt in tempore, inter quæ ſunt futura contingentia. Antecedens probatur. Eſſe Dei menſuratur æternitate: ergo & ſua cognitio.

Quinta concluſio. Contingentia infallibiliter à Deo cognoſcuntur, inquantum ſubduntur diuino conſpectui ſecundum ſuam præſentialitatem.

Probatur. Quia omnia, quæ ſunt in tempore, ſunt Deo ab æterno præſentia, non ſolum ea ratione, quæ habet rationes rerum apud ſe præſentes; ſed quia eius intuitus fertur ab æterno ſupra omnia, prout ſunt in ſua præſentialitate; ergo &c. Antecedens deducitur à San. D *Thom. ex duabus propoſitionibus poſitis in quarta concluſionis probatione; videlicet maiori, & minori.*

Expoſitio Textus.

QVatuor ſunt explicanda in hoc diſcurſu. Primum eſt ſecunda differentia poſita inter mẽbra primę diſtinctionis, nimirum quòd contingẽs in actu habet rationem determinati ad vnum; vt autem eſt in ſua cauſa, rationem habet contingentis ad oppoſita indifferentis. Circa quam duo sũt annotanda.

Primum eſt, quòd eſſe determinatũ ad vnum, E & eſſe neceſſarium æquipollent in præſenti. Vnde etiam S. Thom. in primo cont. gent. cap. 67. eandẽ differentiam alijs verbis expreſsit, dicens. *Contingens, ſecundùm quòd futurum eſt, poteſt non eſſe; ex quo autem præſens eſt, pro illo tempore non poteſt non eſſe.* Quæ verba duplicem poſſunt habere ſenſum, prout ibidem in prima ratione, D. Thom. ſubtiliter, & eleganter exponit Ferrarienſis: ad quem lectorem remittimus.

D. Thom.

Ferrarien.

A Secundò circa eandem ſecundam, & tertiã differentiam videnda ſunt, quæ ſcribit Caietanus. §. *Aduerte hic, &c.* Et Ferrarienſis in dicto cap. 67. ratione ſecunda.

Caiet.
Ferrarien.

Deinde occurrit explicanda tertia eiuſdem diſtinctionis differentia; quam optimè declarat Ferrarienſis in allegato cap. 67. propè principium. §. *Circa illud aſſumptum, &c.* Et in reſponſione argumenti Durandi. §. *Ad primum contra primam propoſitionem.*

Tertiò loco declaranda eſt probatio primæ cõcluſionis, quo ad illam particulam, *futura nobis*, quæ, vt aduertit Caietanus, non ponitur, vt limitatio, aut cõditio diminuens rationem futuri; ſed vt explicatio. Nam futura nobis ſunt futura ſimpliciter; quia ſecundum ſeipſa realiter futura sũt, & non tantum quo ad nos.

Caiet.

Itaque declarantur futura ſimpliciter per futura nobis, ob eam cauſam, quia ſunt futura ſecundum illam menſuram durationis, qua nos menſuramur, ſcilicet ſecundum tempus, non autem ſecũdum æternitatem.

Diſtinguitur, & explicatur triplex futurum contingens, & reijcitur diſtinctio Suarezij.

C QVartò pro intelligentia materiæ præſentis articuli, ſciendum eſt futura contingentia eſſe in triplici differentia. Nam quædã ſunt contingentia, vt in pluribus; quæ ſolent quandoque vocari neceſſaria: hæc verò ſunt omnes effectus cauſarum naturalium, vt naturales ſunt, & naturaliter defectibiles, ſicuti venti, pluuiæ, niues, plantarum, & animalium generationes; qui omnes effectus ad proprias cauſas cõparati, vocantur neceſſarij; quoniam cauſæ naturalem habent ordinem, ac propenſionem ad tales effectus, & regulariter, ſiue vt plurimum eos producunt: ſed quia ab eorum productione impediri D poſſunt, vel ex intrinſeca potentialitate contrariã productiuæ ſuę virtuti recipiendo diſpoſitionem, aut ex ſubiectæ materię, in quam operantur, qualitate, aut denique ex alterius agentis concurſu, vt docet S. Thom. infra quæſt. 115. artic. 6. & ibidẽ Caietanus, & tertio contra gent: cap. 86. & ibidem Ferrarienſis; idcircò S. Thom. hic in reſponſione ad primum vocat tales effectus contingentes, & expreſsius de Verit. quæſt. 8. art. 13. quos infra q. 57. art. 3. & in primo ſent. diſt. 38. q. 1. art. 5. & alibi ſæpè diſtinguit contra effectus neceſſarios cum Ariſtot. 6. metaph. text. 5. dicens, de illis, prout in cauſis ſuis ſunt, non poſſe certam haberi cognitionem, ſed coniecturalem tantum.

S. Thom.
Caietan.
Ferrarien.
S. Thom.

Ariſtot.

E Quædam alia ſunt contingentia ſimpliciter, & propriè dicta; vt effectus omnes caſuales, & fortuiti, quos S. Doct. in ſexto metaphyſ. tex. 5. vocat contingentia, vt in paucioribus, quæ ibidẽ diſtinguit contra contingentia, vt in pluribus; quæ ſunt prædicti naturalium cauſarum effectus.

D. Tho.

Quædam denique ſunt contingentia ad vtrumlibet, vt ſunt illa præcipuè, quæ dependent ex libero arbitrio, vt ait S. Tho. in dicto articulo, de Ver.

Digitized by Google

& 6.metaph.tex.5.De his tribus generibus contingentium,intelligendæ ſunt concluſiones huius articuli,& eorum probationes.

Suarezij diſtinctio reijcitur. Diſtinctio autem illa,quam facit Suarez lib.1. de ſcientia Dei futurorum contingentium,cap.1. nec eſt ſatis propria, nec conſona dictis Ariſtot. & Sancti Thomæ: ait enim futura contingentia quędam eſſe talia ſecundũ quid,ſeu per accidens, & ab extrinſeco; vt effectus cauſarum naturaliũ: quæ conſiderata virtute propria, & modo agendi nullum cauſant effectum contingentem,quia non habent poteſtatem intrinſecam ad non efficiendũ illum; ſed ex intrinſeca neceſsitate operantur poſitis omnibus requiſitis.

Dicitur autem (inquit) effectus talis cauſæ cõtingens ſecundum quid, quia talis eſt reſpectu vnius tantum cauſæ,vt impediri poteſt ab alia,non verò reſpectu totius collectionis occurrentiũ cauſarum: Dicitur etiam eius contingentia extrinſeca,& per accidens:quia non prouenit ab intrinſeca virtute cauſæ per ſe agentis, ſed ab extrinſeco impediente. Alia verò contingentia ſunt, quæ ex cauſa libera proueniunt, quæ per ſe,& ab intrinſeco contingentia ſunt:quia proueniunt ex intrinſeca poteſtate; quam per ſe habet ipſa cauſa proxima ad ſuſpendendum ſuum concurſum poſitis et omnibus requiſitis ad agendum, & ob eãdem cauſam dicuntur contingentia ſimpliciter. Hæc verò diſtinctio,vt dixi,propria non eſt; quia naturales cauſæ radicem habent intrinſecam ſuæ defectibilitatis,& contingentiæ,quæ eſt potẽtialitas, vt patet in animali impotente ad generandum; talis verò potentialitas non eſt in corporibus,cęleſtibus, & ideo eorum effectus ſunt neceſſarij,vt Solis ortus, *S.Thom. Caiet.* ecclipſes Solis,& Lunæ,&c. vt etiam docet D. Tho.in locis allegatis,& ibidem Caietanus; quãuis hæc intrinſeca radix in cauſis naturalibus nõ ſit potens ſuſpendere ſuum concurſum,poſitis omnibus requiſitis.

Vnde non rectè videtur appellari hæc contingentia per accidens: cum per ſe conueniat rebus naturalibus,ex indita illis potentialitate,& defectibilitate:nec contingentia,vt in paucioribus,licet non ſint à cauſa libera,poſſent verè dici contingentia ſecundum quid: cum omnes habeant veræ contingentię conditiones,& plures,quàm effectus cauſæ liberæ: qui,prout ſunt intenti, contingentes non ſunt,ſed effectus per ſe vocantur. Sed quoniam diſputatio hæc non videtur eſſe de rebus,ſed de nominibus parum de ea curandum eſt. dummodo huic et loquendi modo veritas ſubſit.

Qualis dicenda ſit Dei cognitio de futuro contingenti in cauſa propria.

POſtremò. Nota diligenter terminos tertiæ cõcluſionis,quæ in textu non habetur expreſsè, ſed ſignificatur illis verbis. *Et ſic contingens non ſubditur per certitudinem alicui cognitioni*, quibus verbis comprehenditur etiam diuina cognitio. Dicitur autem in concluſione; *cognitione vt ſic non certa*, Non quia ſit incerta priuatiuè,aut negatiuè **A** ſimpliciter diuina cognitio; cum incertitudo ſit imperfectio; ſed quia,vt eſt cognitio futurorum contingentium in cauſis ſuis indeterminatis, vt ſic,non habet ſecundum hanc rationem, quòd ſit certa,quia cauſa contingens,vt contingens, ſe habet ad oppoſita.

Eadem tamen cognitio ſecundum alias rationes perfectam habet certitudinem: quatenus ſcilicet eadem futura cognoſcit,vt actu præſentia in menſura æternitatis,& ſecundum rationes idæales repreſentantes res futuras ex diuinæ voluntatis determinatione.

Vnde ſimpliciter loquendo certiſsima eſt de futuris **B** contingentibus in Deo cognitio. Quemadmodum etiam dicimus Deum ex eſſentia precisè, prout modo noſtro intelligendi diſtinguitur contra intellectum,voluntatem, & potentiam non habere, quòd ſit ſimpliciter perfectus: alioquin ſuperfluerent intellectus,voluntas, & potentia; nec tamen dicimus abſolutè Deum eſſe imperfectum, aut non eſſe perfectum ſimpliciter.

Vnde in concluſione non diximus ſcientiã Dei de futuris contingentibus in cauſis proprijs eſſe coniecturalem; quia coniecturalis cognitio non ſolum perfectionem non ſignificat: ſed imperfectionem intrinſecè claudit,ſcilicet, incuidẽtiam, **C** & dubitationem de futurŏ euentu. Vnde S.Thom. coniecturalem cognitionem illi ſoli cognoſcenti attribuit,qui effectum contingentem in cauſa tantum,& non alia ratione cognoſcit.

Alij dicunt, in Deo non eſſe coniecturalem cognitionem ex parte cognoſcentis, quia Deus non ducitur coniecturis ad cognoſcendum, ſed eſſe in Deo cognitionem coniecturalem ex parte cogniti;quia ſcilicet cognoſcit habitudinem cauſarum ad effectus ex eis regulariter prouenientes, & ſcit etiam modum cognoſcẽdi intellectus humani cõiecturalem circa tale obiectum. Et hic modus dicendi coincidit cum priori.

D

Prima Controuerſia.

An Deus cognoſcat futura contingentia ſub conditione propoſita ante omnem determinationem diuinæ voluntatis de contingentium euentu,& quæ nam ſit diuina ſcientia, aut cognitio de talibus contingentibus.

Sententiæ expoſitorum,& Diui Thomæ.

PEtrus Fonſeca,quæſt.6.metaph.ſect.8. profitetur ſe primum in Deo ſcientiam quandam *Fonſeca.* **E** de actibus liberis ſub conditione futuris excogitaſſe; quam mediam ſtatuit inter ſcientiam Dei naturalem,& liberam.

Verùm, vt ex dicendis apparebit, opinio hæc ex Semipelagianis primam ſui traxiſſe videtur originem,quam etiam Sancti Patres Auguſtinus, & Proſper ſuis epiſtolis acriter exagitarunt. Hanc opinionem ex ore prædicti authoris exceptam ſequutus eſt Molina, *Molina.* & mirum in modum amplificauit, arreptaq; ſæpius occaſione in pluribus ſui

ad hoc

ad hoc opus commentarij locis expreſsit, eodem ferè ſemper vſus valdè prolixo verborum contextu, quibuſdam ſæpè repetitis conditionalibus, in quibus poſita eſt præcipuè hæc opinio de ſcientia media, ſiue conditionata. Suam igitur, & magiſtri ſui ſententiam explicans Molina ſuper hoc artic. diſput. 7. quatuor dicit.

Primum eſt, neceſſarium eſſe in Deo collocare triplicem ſcientiam, niſi periculosè velimus in cōcilianda libertate arbitrij noſtri, & rerum contingentium cum diuina prouidentia allucinari. Prima ſcientia eſt merè naturalis, qua Deus vniuerſa cognoſcit, ad quæ poteſt ſe extendere diuina potētia, ſiue mediatè, ſiue immediatè, & per eandem cognitionem cognoſcit complexiones omnes poſſibiles, ſiue illæ ſint neceſſariæ, ſiue contingentes.

Secunda eſt ſciētia merè libera: qua poſt determinationem ſuæ volūtatis, per quam ſtatuit hæc, & illa creare, cognoſcit abſolutè, & abſque vlla hypotheſi, eas omnes complexiones, ſiue neceſſarias, ſiue contingentes, quæ verè erant futuræ, non autem illas, quæ non erant futuræ; & de his nulla eſt Controuerſia; cum non ſolum Thomiſtæ, ſed & vniuerſi doctores ſcholaſtici hoc idem ſentiant.

Verùm prædictus expoſitor tertiam, prædictis ſcientiam adiungit, quam mediam appellat. Per quam ſcientiam Deus ex altiſsima (inquit,) & imperſcrutabili comprehēſione liberi arbitrij creati vidit ab æterno quid facturum eſſet liberum arbitrium creatū pro ſua innata libertate, ſi in hoc, vel in illo, aut etiam in infinitis rerum ordinibus collocaretur, cum tamen poſſet, ſi vellet facere reipſa oppoſitum eorum, quæ prævidentur à Deo.

Quod autem hæc ſcientia ſit media nuncupanda, probat. Quia neque libera eſt, neque naturalis. Non eſſe liberam oſtēdit primò; quoniam hæc ſcientia antecedit omnem actum liberum diuinæ voluntatis. Secundò, quia in poteſtate Dei nō fuit ſcire per eam ſcientiam aliud, quàm reipſa ſciuerit. Ex quo ſequitur, (inquit) eam eſſe naturalem, vt diſtinguitur contra liberam.

Quod verò non ſit merè naturalis, ideſt, Deo congenita, vt non potuerit ſcire oppoſitum eius, quod per eam cognoſcit, probat. Quia, ſi liberum arbitrium creatum poſitum in tali rerum ordine, acturum eſſet oppoſitum, illud ſciuiſſet Deus per eandem ſcientiam, & neſciuiſſet, quod reipſa ſcit; ergo non eſt magis connaturale Deo ſcire per illā ſcientiam hanc partem contradictionis à libero arbitrio creato dependentem, quàm aliam oppoſitam. Ex his deducit prædictam ſcientiam partim habere conditionem ſcientiæ naturalis, & partim ſcientiæ liberæ.

Nam quatenus præuenit actum liberum voluntatis diuinæ, & quatenus in poteſtate Dei non fuit aliud ſcire, quàm ſciat per illam ſcientiam, habet conditionem ſcientiæ naturalis: quatenus verò eius determinatio ad hāc partem potius, quàm ad aliam pendet ex hoc, quòd liberum arbitrium facta ſuppoſitione, quòd crearetur in tali, vel in tali ordine rerum, eſſet potius facturum vnum, quàm aliud, habet conditionem ſcientiæ liberæ.

A Nam, quòd liberum arbitrium, ſi in certo rerū, & circumſtantiarum ordine collocetur, in vnam, aut alterā partem declinet, non prouenit, (inquit) ex præſcientia Dei, ſed potius è contra Deus id pr̄ſcit; quia liberum arbitrium id erat facturum; neque (inquit) prouenit ex eo, quòd Deus velit id fieri à libero arbitrio, ſed è contra, videlicet, ex eo, quòd liberum arbitrium id velit facere. Ex quo deducit differētiam inter hanc ſcientiam mediā, & ſcientiam liberam: quòd hæc ſcientia media pēdet ex eo, quòd liberum arbitrium pro ſua libertate, id eſt facturum, & non è cōtra; at verò ſcientia libera, qua Deus abſolutè cognoſcit, quid liberū
B arbitrium creatum ſit reipſa facturum, pendet ex determinatione diuinæ voluntatis, qua liberū arbitrium in tali, vel in tali rerum ordine creare conſtituit. Secundò. Affirmat prædictam ſcientiam eſſe Deo propriam, & nulli creaturæ conuenire, nec etiam animæ Chriſti; quoniam, vt cognoſci poſsit, in quam partem cauſa libera ſit pro ſua libertate declinatura, non ſufficit illius comprehenſio, ſed neceſſaria eſt altiſsima, atque eminentiſsima comprehenſio, qualis in ſolo Deo reperitur.

Tertiò. Negat Deum per hanc ſcientiam mediam, vel quamcunque aliam intueri, ante determinationem ſuæ voluntatis, quam partem ipſe ſit
C electurus: Quoniam intellectus diuinus ea altitudine, & præſtantia non ſuperat eſſentiam, & volūtatem ſuam, qua eſſentias, & voluntates creatas longe ſuperexcedit; & ob eandem cauſam neque Angelus, neque homo ante liberam determinationem ſuarum voluntatum cognoſcit, in quam partem ſit ſua volūtas declinatura. Quartò. Ait, Deū nullam à rebus ſcientiam ſumere, ſed vniuerſa cognoſcere in ſua eſſentia, & determinatione propriæ voluntatis. Poſtremò ex dictis deducit concordiam liberi arbitrij, cum diuina præſcientia, & cum auxilijs, & motionibus Dei: Nam ideo (inquit) actus liberi arbitrij præcognoſcuntur à Deo
D futuri, quia ita pro libertate arbitrij ſunt futuri, non è contra: Nam Deus præſciuit per ſcientiam mediam, quid voluntas creata factura eſſet, ſi cōſtitueretur in tali rerum ordine, cum talibus auxilijs; & quoniam decreuit ſuppoſita tali præſcientia, has creaturas rationales producere in tali ordine, cum talibus auxilijs. Hinc iam per ſciētiam liberam, quæ eſt ſcientia viſionis, abſolutè ſcit, quid factura ſit quælibet creata, vel creanda volūtas. Nec ex tali præſcientia, aut ex talibus auxilijs aliquid minuitur creatæ libertatis: quoniam voluntas creata eſt illa, quæ ſeipſam primò determinat, & vtitur quomodocunq; voluerit auxilijs,
E & motione diuina. Vnde ſtante præſcientia Dei; perinde effectus eueniunt à cauſis liberis, & contingentibus liberè, & contingenter, ac ſi nulla eſſet ſcientia, vel præſcientia de euentibus futuris.

Zumellus ait in diuina eſſentia omnia, tam futura ſimpliciter, quàm futura ex hypoteſi contineri infinitè perfectius, quàm poſsint in ſeipſis exiſtere, & naturaliter ibi repræſentari antecedenter ad determinationem formalem præfinitionis diuinæ voluntatis, ſed non antecedenter ad determina- Zumellus.

tionem

Digitized by

tionem implicitam, ſiue virtualem; Et quia Deus altiſsimo, & eminentiſsimo modo ſuam eſſentiam comprehendit, ſimul etiam comprehendit, ad quod ſua voluntas ſe debuiſſet determinare. Ex quo deducit primò, quòd non ideo Deus aliquid nouit, quia ſit futurum; ſed quia illud nouit Deus ſe comprehendendo, ſuamque voluntatem, & ſuam præfinitionem, illud eſt futurum. Secundò, vnum modum cognoſcendi futura contingentia conditionata eſſe; quia in eſſentia Dei continetur, & repræſentatur eorum conditionata veritas; quia nulla eſt excogitabilis veritas, quæ in diuina eſſentia per æternas, & immenſas rationes non repræſentetur.

Suarez.

Franciſcus Suarez lib. 2. de ſcientia, quam Deus habet de futuris contingentibus, dicit primò: Deum præcognoſcere prædicta futura contingentia ſub conditione propoſita. Secundò, ſcientiam hanc cadere propriè ſub ſcientia ſimplicis intelligentiæ, alibi verò ad ſcientiam viſionis eam exiſtimat pertinere. Tertiò ait Deum non cognoſcere hæc contingentia in ſuis cauſis proximis ex perfecta comprehenſione liberi arbitrij, & eorum omnium, quæ poſſunt illud determinare, vel impedire, neque in decreto ſuæ voluntatis. Quartò. Deum cognoſcere hæc futura contingentia conditionata in ſua virtute infinita intelligendi, penetrando immediatè veritatem, quæ in ipſis eſt, ſeu concipi poteſt: Nam ex duabus contradictorijs, ſiue illæ ſint abſolutè, ſiue condonatæ, neceſſe eſt alteram eſſe determinatè veram; at verò in diuina eſſētia, & in diuinis idæis repræſentatur ab æterno omnis veritas. Quintò Deum intueri libera decreta abſolutè ſuæ voluntatis ad modum futurorum, ſeu eadem vi, & ratione, qua cætera futura cognoſcit.

Valentia. Vaſquez. Peſantius.

Hanc eandem ſententiam ſequuntur Valentia, Vaſquez, & nouiſsimè Peſantius.

S. Tho.

S. Tho. duplicem ſtatuit modum, quo Deus cognoſcit futura contingentia cognoſcibilia; vnus eſt per rationes idæales, quibus tam non exiſtentia, quàm exiſtentia cognoſcit. Alius eſt, quo ſola quandoque exiſtentia cognoſcit, per hoc, ſcilicet quòd Deo coexiſtunt in menſura æternitatis, vt actu præſentia ſecundùm ſuum eſſe reale in rerum natura, de qua coexiſtentia diſputatio erit in tertia Controuerſia.

Quæſtionis verò præſentis ſenſus eſt: Nam Deus, ante omne ſuæ prouidētiæ decretum, quo creatam prædeterminet abſolutè, vel ſub conditione voluntatem, certò ſciat, quid operatura ſit creata voluntas, ſi ponatur in tali rerum ordine, cum talibus circumſtantijs, & auxilijs ſecundum ſe non efficacibus.

Non poterit ad præſens plenè reſolui propoſita difficultas: nam quæ de diuinis præfinitionib. huic determinandæ Controuerſiæ ſunt neceſſaria in q. 22. art. 4. propter quæſtiones ibidem à D. Th. diſcuſſas, & ab expoſitoribus latiſsimè examinatas reſoluentur; ſufficiet igitur hoc loco, quæ examinandæ ex proprijs difficultati videbuntur opportuna proponere; reliqua ſuis collocanda ſedibus reſeruando, ex quibus peti facilè poſsint, quæ præſentis quæſtionis deerunt complemento.

A

Reſolutio.

Quomodo differant contingentia abſoluta à cōditionatis; & non ſolùm illa, ſed etiam hæc ab æterno ſuo modo fuiſſe præfinita.

Diuiſio contingentium multiplex.

SCiendum eſt itaque primò futura contingentia, vt in expoſitione textus annotauimus, eſſe in triplici differentia: Nam quædam contingentia ſunt, vt in pluribus; quędā, vt in paucioribus, & quædam ad vtrumlibet. Hæc verò ſunt operationes, ſiue effectus ex libero arbitrio procedentes, de quibus ſolis inſtituta eſt præſens diſputatio;

B

Contingentia abſoluta.

Sed hæc rurſus duplicia ſunt: Nam quædam ſunt abſoluta, quæ ſcilicet verè quandoque futura ſunt; vt merita ſanctorum, qui ad extremam pertinebunt hominum generationem, & demerita Antichriſti; quæ futura ſecundùm omnium ſententiā pertinent ad ſciētiam viſionis; vt pluries ſuperius diximus.

Contingentia conditionata. Matth. 11.

Quædam verò futura contingentia ſunt, non abſoluta; cum nunquam futura ſint; ſed ex hypoteſi, ſiue ſuppoſitione nunquam adimplenda; vt eſt illud Matth. 11. *Si in Tyro, & Sydone facta eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egiſſent.* Vnde & nos per ſæpè iudicare ſolemus, quid dicturus, aut facturus eſſet talis nobis familiaris,

C

ſi talis eidem offerretur occaſio, aut tale proponeretur obiectum, vel demandaretur officium.

Eſt autem inter hæc futura diſcrimen latiſsimum: nam abſolutè futura ordinem habent infallibilem ad Deum, tanquam primam cauſam, fortiter, & ſuauiter operantem in qualibet cauſa, tā neceſſaria, quàm cōtingenti, & libera. Sunt enim, vt ſuo loco demonſtrabimus, à Deo præfinita, vt futura ex tali cauſa per talia media, tali modo, tēpore, loco, & alijs circumſtantijs. At verò futura ſub conditione, nullum habent ordinem infallibilem ad Deum, vt primam cauſam formaliter, & in

D

actu; cum non ſint abſolutè præfinita, quamuis potuerint abſolutè præfiniri. An autem ſub conditione fuerint præfinita, haud facilè eſt intelligere, & multò difficilius inuenire: Nam, qui præfinitiones abſolutas impugnant actuum liberorum, multò magis exhorrent conditionatas, quas etiā irridet Zumellus, diſp. 8. ſuper hoc artic. concluſ. 3. dicens hac opinione Deum imperfectum reddi: Nam, ſi Deus non prædeliberauit, vt tales ponerētur cauſæ, quomodo Deus prædeterminauit, vt eſſent conditionata illa contingentia? Rurſus, ſi Deus prædeterminauit, vt eſſent talia conditionata contingentia, ſequitur, cum nūquam illa habitura

Zumellus irridet præfinitiones conditionatas.

E

ſint eſſe, quòd talis voluntas Dei prædeterminans non eſt efficax, ſed imperfecta. Hæc ille.

Impugnatur ſententia Zumelli.

Ego autem à riſu abſtinendum cenſeo, ob maximam propoſitæ ſententiæ probabilitatem: Nam diuinus intellectus ob incomprehenſibilem eius infinitatem ad omne cognoſcibile verum, ſiue illud ſit abſolutum, ſiue conditionale, ſiue quandoque futurum, ſiue nullum eſſe ſit vnquam habiturum, extenditur, non ſolùm ſpeculatiua, ſed etiam practica cognitione, cōſiderando cauſas, modos,

con-

conditiones,& circumſtātias, quibus fieri poſſet; in quibus implicatur etiam cognitio actus diuinæ voluntatis reſpectu talium factibilium; quia præciſa diuina voluntate, quæ eſt omnium cauſa, factibilia non ſunt, cum fieri effectus ad facere facientis relationem habeat neceſſariam, & effectibus poſſibilibus cauſæ potentes producere correſpondeant iuxta doctrinam Ariſt. 2. Phyſ. & 5. metaph. in capite de cauſa: Similiter igitur diuina voluntas ad omne volibile, & poſſibile bonum iuxta præuium intellectus iudiciū immenſitate ſuæ perfectionis extenditur. Conſtat autem contingentia poſitiua cōditionaliter ſignificata, bona quædam eſſe poſſibilia: priuatiua verò, vt peccata, bonam habere poſſe permiſſionem.

Ariſt.

Conſtat præterea iudicium practicum diuini intellectus de talibus contingentibus ſub conditione volendis, & præfiniendis ab æterno præceſſiſſe: Nam cum dicat Chriſtus Tyrios, & Sydonios pœnitentiam acturos, ſi in eis fuiſſent patrata miracula, de quibus Matth. 11. pœnitentiam autem abſque diuinæ voluntatis præfinitione facere ſit prorſus impoſſibile, ſequitur Deum etiā ab æterno iudicaſſe præfiniendam eſſe dictorum populorum pœnitentiam, non abſolutè, ſed ex hypoteſi alterius præfinitionis, videlicet, quòd in eis miracula fierent: nam, cum iudicium de præfinitione ex hypoteſi fienda pertineat ad poſſibilium cognitionem, omnis autem poſſibilis cognitio ſit naturaliter Deo congenita, neceſſariò etiam tale iudicium Deo eſt attribuendum: Et cōſequenter, cùm diuina voluntas ſequatur iudicium diuini intellectus volendo, & approbando propoſitum bonum ſecundùm eam rationem, & modum, quo volendum, & approbandum proponitur ab intellectus iudicio (loquimur autem de perfecto, & vltimo iudicio) ſequitur abſque vlla Controuerſia concipiēdum à nobis eſſe in Deo voluntatis actum ſub cōditione volentis, approbantis, & præfinientis conditionaliter prædicta libera contingentia poſitiua, puta, pœnitentiam, aut priuatiuorum, ſcilicet, peccatorum permiſſiones non ſimpliciter, ſed ex hypoteſi, quòd præfiniret eorū cauſas proximas, puta prædicationem, & miracula, & agentia libera, quo ad eſſe in rerum natura, tali loco, tempore, &c. Tales enim actus in nobis experimur, dū deliberamus, quid nobis agendum eſſet, ſi ad nos amicus diuerteret, aut ſi tali munere, vel officio fungeremur, quæ cogitationes, ſi ſobriè fiāt, & intra rectæ rationis regulas coerceantur, non otioſæ, neque ſuperfluæ, ſed laudabiles ſunt actus prudentiæ, multò itaque magis diuinam decent maieſtatem: quæ nullum non intelligit verum, nec vllum reprobat bonum; licet non omnium bonorum, quę poſſibilia nouit, abſolutè velit exiſtentiam, quia nec iudicat eſſe volendam.

Matth. 11.

Præfinitiones humanæ.

Et ex his patet ſolutio duarum rationum Zumelli: Nam prima, tantùm probat talia contingentia non eſſe abſolutè præfinita. Ad ſecundam autem negatur ſequela: quoniam ad perfectionē voluntatis conditionatæ, non requiritur efficacia in actu exercito reſpectu effectus voliti: alioquin iā

Solutio rationum Zumelli.

A non ex hypoteſi rei nunquam futuræ, ſed abſolutè eſſent volita. Vnde, quando proponitur aliqua ſimilis conditionalis de futuro contingente, ſubintelligenda eſt ſemper hæc particula, videlicet, ex diuina præfinitione, tam in antecedente, quàm in conſequente; Exempli cauſa. Si Petrus poneretur in tali ordine rerum, cum talibus auxilijs, ſubintellige, ex diuina præfinitione, adde conſequens; Petrus benefaceret, & perſeueraret, ſubintellige, ex diuina præfinitione: quæ, vt diximus, nunc abſoluta non eſt, ſed ex hypoteſi alterius præfinitionis, nunquam factæ, aut fiendæ, nimirum quòd Petrus poneretur in tali rerum ordine, cum talibus B auxilijs. Vnde, cùm Theologi quærunt, an ſi Adā non peccaſſet Chriſtus incarnatus fuiſſet, quærūt, quid præfinierit Deus ex hypoteſi, quòd Adā non peccaſſet: Non enim dubitandum eſt Deum optimè ſciuiſſe, atq; ab æterno deliberaſſe, quid acturus eſſet, ſi Adam non peccaſſet, cum res ipſa ſit ſcibilis, & prædicto modo determinabilis: alioquin vana prorſus eſſet tam diligens tot ſanctorū, ac Theologorum inquiſitio.

Sed ad ampliorem dictorum, & eorum, quæ dicenda ſunt euidentiam diſtinguenda ſunt futura conditionalia; ſunt enim in duplici differentia: nā quædam ſunt quorum conſequens, prout ab ante- C cedente dependet actu ponitur in eſſe, ex æterno diuinæ prouidentiæ decreto: Exempli gratia Deus ab æterno cognouit hoc futurum conditionatum; Si Adam peccauerit filius Dei carnem aſſumet humanam, vt in ea patiendo, pro peccato Adam, & totius humani generis Deo ſatisfaciat: Cuius conditionalis conſequens conſequitur ex vi diuinæ præfinitionis ex antecedente: Quia Deus ab æterno decreuerat filium mittere in remedium humani peccati, ita vt, niſi prius à Deo volita fuiſſet humani peccati permiſſio, atque adeo futura, neque volita, neq; futura eſſet incarnatio filij. Quædam verò alia futura conditionata ſunt, quæ nun- D quam actu ponentur in eſſe, quia conditio verè nō adimplebitur, ſed dicuntur ideo futura conditionalia, quia ponerentur in eſſe, ſi adimpleretur conditio, quale conſequens illius eſt conditionalis: *Si in Tiro, & Sidone, &c.*

Tertiò notandum eſt duplex eſſe decretum, alterum abſolutū, quo ſcilicet Deus, aut homo conſtituit aliquid operari nulla prorſus adiecta conditione: Alterum eſt conditionatum, quod duplex eſt: primum eſt conditionatum conditione ſe tenēte ex parte obiecti; vt ſi conſtituam prædicare, ſi prælatus iuſſerit: Secundum eſt conditionatū conditione ſe tenente ex parte actus ipſius volūtatis, E quod tunc eſt, cum voluntas circa propoſitum obiectum nihil omninò decreuit, ſed tamen hoc determinatè decreuiſſet, ſi hęc, aut illa conditio affuiſſet: exempli gratia. Si Deus vellet nouum Angelum cęteris omnibus nobiliorem creare, vellet etiam illum prædeſtinare. Quod igitur attinet ad ea futura conditionata, quę actu ponentur in eſſe, præintelligitur in Deo decretum de conditione in actu ponenda, ſi bona ſit, vel de ea permittenda, ſi ſit mala; & ſimiliter decretum de conſequente po-

ſita

Digitized by Google

ſita conditione &c. Quo ad futura vero conditionata, quæ nunquam ponentur in eſſe præintelligitur in Deo decretum ſub conditione ſe tenente ex parte obiecti voliti; quo voluit poni in actu conſequens, ſi fuerit in actu poſita conditio ſignificata in antecedente futuri conditionati. Verùm; quia Deus ab æterno decreuit, ac voluit abſolutè conſequens non eſſe futurum, eodem etiam abſoluto decreto conſtituit, vt conditio in antecedente ſignificata, nunquam ponatur in actu, vt patet prædicto futuro conditionali: *Si in Tyro, & Sidone, etc.* Et in illo pſalm. 131. *Si cuſtodierint filij tui teſtamentum meum, &c* Quibus verbis diuinæ voluntatis decretum de regia dignitate in filijs Dauid perpetuò continuanda, vt in actu à Deo elicitum, ſed à parte rei promiſſæ, ſiuè eorum, quibus fiebat promiſsio diuinorum præceptorum obſeruantiam, vt conditionem requirentem exprimitur; Harum autem, & ſimilium conditionalium cognitio pertinet ad ſcientiam Dei liberam; præſupponunt enim actualem, licèt, conditionalem ex parte obiecti determinationem diuinæ voluntatis de futuris illis conditionalibus, quæ nunquam erunt: quæ præfinitio, ſeu determinatio reſpicit ipſa conditionalia formaliter, vt conditionalia ſunt: præfiniuit. n. Deus ſe determinaturum fortiter, & ſuauiter Tyriorum, & Sydoniorum voluntates, ſi talia facta fuiſſent in eis ſigna, qualia coram Hebreis facta fuerunt. Vbi aduerte nullam ex decreto diuinæ voluntatis conditionato reſultare mutationem realē in creatura: vt patet etiam ſecundùm aduerſarios in decreto ſcientiæ mediæ, ſed reſultat tantum reſpectus rationis, & reſultaret etiam mutatio realis in creatura ſi adimpleretur conditio.

Poſt hæc ſcripta vidi Zumellum Tomo 3. variarum diſputationum, diſp. 5. in appendice poſt nona Concluſ. aſſerentem, & probantem, decreta cōditionalia Deo minimè repugnare.

Quæ ſit certitudo diuinæ cognitionis reſpectu contingentis ſub conditione futuri.

SEcundò. Aduertendum eſt non omnem conditionalem veram eſſe neceſſariam: Nam ex cōditionalibus, quædam nuncupantur illatiuæ; in quibus dictio illa ſi importat formalem conſequentiam, ſiue illationem conſequentis ex antecedente; & hæ ſunt neceſſariæ, ſi ſint veræ: ſicut hæc, ſi Paulus currit mouetur: & hæc, Si Leo eſſet homo, eſſet rationalis. Quædam autem ſunt conditionales, in quibus dictio illa ſi non importat illationem formalem conſequentis ex antecedente, ſed ſolam antecedentis cum conſequente concomitantiam in humano propoſito, vel promiſsione fundatam, aut in alia quacumque cauſa in antecedente ſignificata, ex qua poſita expectatur, vt certus humano more ponendus effectus in conſequēte ſignificatus, quales ſunt hæ, ſi veneris ad me, dabo tibi æquum, vel ſi Imperator pugnaſſet cum Turca, viciſſet, vel ſi Petrus fuiſſet Romæ obtinuiſſet Epiſcopatum, qualis etiam attenta forma, eſt hæc. Si Chriſtus prædicaſſet, & miracula feciſſet

A apud Tyrios, & Sydonios, conuerterentur: Nam ex vi poſitionis antecedentis, non ſequitur neceſſariò poſitio conſequentis. Sed in hoc veritas earū poſita eſt, vt ſit à parte rei quædam præparatio, ſiuè diſpoſitio ponendi conſequens poſito antecedente: exempli gratia, vt ſit in promittente propoſitum dandi Equum, adimpleta conditione veniēdi: & ſit iuxta communes militiæ regulas, bona ad obtinendam victoriam diſpoſitio, ſi pugnet Imperator cum Turca. Verùm materialiter poſſunt eſſe veræ, & neceſſariæ, quando ſcilicet ita præfinitum eſt à Deo, vt poſito antecedente, ponatur etiam conſequens. Vnde paulò ante dicebamus ſubintel

B ligendam eſſe in talibus conditionalibus diuinam præfinitionem, vt nimirū ſimpliciter veræ, ac certæ ſint. Vnde communiter dici conſueuit: Deo ſoli notum eſſe, quid egiſſet, aut dixiſſet talis, vel talis, ſi hoc, vel illud occurriſſet, aut factum, vel dictum fuiſſet. Itaque conditionales, quæ ex ſacris litteris hic ſolent ab expoſitoribus receſeri, & omnes aliæ ſimiles, in quibus dictio illa *ſi*, non ſumitur illatiuè, ſed concomitanter, ſi conſiderentur præciſa ab eorum conſequentibus diuina præfinitione, firmā ſuæ ſignificationis non habent certitudinem, ac proinde ſub ſcientia Dei certa, & infallibili cadere nequeunt, ſed eorum ſignificata cognoſcuntur

C à Deo tantum, vt poſsibilia fieri: ita S. Auguſtinus in epiſtola 105. ad Sixtum; & libro de prædeſtinatione Sanctum cap. 17. & libro primo de anima, & eius origine, capit. 12. Quibus in locis S. Auguſtin. contra Semipelagianos probat Deum, ante decretum ſuæ voluntatis, actus liberi arbitrij tanquam futuros cognoſcere minimè potuiſſe; quia præciſa Dei præfinitione verè futuri eſſe non poſſunt; vt ex Auguſtino, & alijs eruditè ꝓbat Aluarez diſp. 7. de auxilijs diuinæ gratiæ; Quod etiam rationibus euidentibus infra demonſtrabitur; Si tamen conditionales illæ ad modalium formam fuerint redactæ, propria modalibus gaudeant certitudine; Aluarez.

D vt cum dicitur Matth. 11. *Si in Tyro, & Sydone, etc. pœnitentiam egiſſent*, adde: probabiliter; certa enim eſſe poterat Deo probabilitas penitentiæ, conſiderata illarum gentium intima, quam nouerat morum, & cordium diſpoſitione. Et ſimiliter, cū prædicit Deus Dauid primi regum vigeſimotertio, quòd, ſi maneret in Ceila, tradendus eſſet in manus Saulis, intelligendum eſt, vt probabile, & proximè poſsibile, cōſiderata Ceilitarum diſpoſitione. Quo fit, vt tales conditionales, præciſis diuinis præfinitionibus, non logicam, & perfectam habeant certitudinem, ſed moralem tantùm; quam moralem certitudinem euidentiſsimè, & certiſsimè cognouit Deus, & prædixit. Quod optimè intellexit, & eleganter expreſsit D. Auguſt. de prædeſtinatione ſanctorum, cap. 14. exponens illud dictum Sap. 4. *Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum* Matt. 11.

E *eius, aut ne fictio deciperet animā illius*. Sic enim ait. *Hoc dictum eſt ſecundùm pericula vitæ huius, non ſecundùm præſcientiam Dei, qui hoc præſciuit, quod futurū erat, non quod futurum non erat, ideſt, quod ei mortem immaturam fuerat largiturus, vt tentationum ſubtraheretur incerto, non autem, quòd peccaturus eſſet, qui* mau-

manſurus in vita non eſſet. Loquitur enim aduerſus Pelegianos, qui bonorum actuum liberorum, & permiſsionum malorum præfinitiones negabant, illis namque præciſis dicta conditionalia contingentia à nullo poſſunt intellectu certò cognoſci. In quo etiam ſenſu loquitur D. Proſper in epiſtola ad Auguſtinum contra reliquias Pelegianorũ ita dicens. *Nouo abſurditatis genere conſiruunt, non agẽda præſcita eſſe.* Itaque, ſicut prædictæ conditionales præciſis præfinitionibus, non ſunt abſolutè certæ, tanquam indefectibilem habentes veritatem; ita nec ſimpliciter falſæ, aut incertæ dicẽdæ ſunt, ſed certæ moraliter nuncupandæ, vel ſi certas ſimpliciter affirmare volumus, in modalium formam ſunt erigendæ, vel vt modales virtualiter interpretandæ ob incluſam implicitè modificationem, vt cũ prædicitur Dauidi traditio, ſi maneret in Ceila, ſubintelligenda eſt limitatio: quantùm ſit ex præſenti Ceilitarum diſpoſitione; quo modo D. Thom. 2. 2. quæſt. 171. artic. 6. ad ſecundum docet interpretandam prophetiam Iſaiæ 38. *Morieris, et non viues.* Et Ionæ 3. *Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur:* ait enim quòd *Deus ſemper cognoſcit futura contingentia, prout ſunt in ſuis cauſis, & prout ſunt in ſeipſis, ſed prout ſunt in ſuis cauſis non ſunt determinata ad vnum, & poſſunt aliter euenire, ut autem ſunt in ſeipſis, ſunt ad vnum determinata. Quando tamen reuelat Deus talia contingentia, non ſemper reuelatio eſt ſimilitudo diuinæ præſcientiæ prout reſpicit ipſa futura contingentia in ſeipſis; ſed quandoque eſt tantùm ſimilitudo diuinæ præſcientiæ, prout cognoſcit ordinem cauſarum ad effectum; & tunc quandoque aliter euenit, quàm prædicatur. Nec tamẽ Prophetiæ ſubeſt falſum; nam ſenſus prophetiæ eſt, quòd inferiorum cauſarum diſpoſitio, ſiue naturalium, ſiue humanorum actuum hoc habet, vt talis effectus eueniat;* & ſecundũ hoc intelligitur verbum Iſaiæ dicentis: *Morieris, & non viues*, id eſt diſpoſitio corporis tui ad mortem ordinatur, & Ionæ 3. *Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur*, id eſt hoc merita eius exigunt, vt ſubuertatur. Quid mirum igitur, ſi prædicta contingentia conditionalia reuelaſſet Deus futura, ſecundùm diſpoſitiones ſecundarum cauſarum, quod eſt ea reuelare, non reuelatis diuinis præfinitionibus conditionalibus?

Probatur futurum contingens non poſſe à Deo cognoſci in comprehenſione liberi arbitrij creati.

5. TErtiò. Obſeruandum eſt id, quod ait S. Thom. in hoc art. nimirum futurum contingens, vt eſt in ſua cauſa, non eſſe ad vnum determinatum; cum cauſa contingens ſe habeat ad oppoſita, ac propterea non ſubdatur per certitudinem alicui cognitioni. Nomine autem contingentium diximus hic intelligi actus, & effectus ex libero arbitrio procedentes, liberum autem arbitrium inter omnes cauſas contingentes maximè contingens eſt, vt etiam aduerſarij fatentur, dicentes liberum arbitrium creatum poſitum in tali rerum ordine, cum talibus circumſtantijs, & auxilijs, quantumuis efficacibus poſſe pro ſua libertate vtramlibet

A partem eligere, liberũ enim ſemper eſt, vt dicunt, ſub talibus auxilijs, nedum in ſenſu diuiſo, ſed ẽt in ſenſu compoſito.

Ex quo ſequitur, per nullum intellectum, aut ſcientiam, etiam infinitam (qualis eſt diuina) cõprehendentem ſupereminenter naturam liberi arbitrij poſſe determinatè, ac certò cognoſci, in quam partem ſit pro ſua libertate declinaturum.

Vim huius argumenti ſic explico. Effectus in cauſa cognoſci non poteſt, niſi ſecundùm eſſe, qđ habet in cauſa; At effectus liberæ voluntatis non habet eſſe certum, & determinatũ, ſed indifferens ad vtrumlibet in ipſa volũtate, vt cauſa proxima,

B cum omnibus in ea requiſitis ad agendum; ergo effectus liberæ voluntatis, vel liberi arbitrij, non poteſt in eo certò cognoſci. Maior patet. Minor ꝓbatur: quoniam ſecundùm doctrinam dicentium actus liberi arbitrij futuros, aut ſimpliciter, aut ex hypoteſi, certò cognoſci in comprehenſione ipſius liberi arbitrij, de eſſentia cauſæ liberæ eſt, vt poſitis omnibus requiſitis ad agendum adhuc ſit ad vtrumlibet indifferens.

Præterea actus, aut effectus voluntatis, puta ſcribere, vel docere, vel habet eſſe determinatum, ac certum in voluntate præciſè ſumpta, vel appoſitis eidem circumſtantijs, occaſionibus, & diuinis auxilijs moraliter tantùm mouentibus, vt docet Molina; At neutro modo habent actus, vel effectus eſſe determinatum, ac certum in voluntate; ergo. Et de primo quidem modo manifeſtum eſt: nã voluntas per ſe eſt indifferens, nec poteſt concipi voluntas, vt libera formaliter, niſi cum indifferentia, ſaltem negatiua. Secundum ex eodem principio ſic probatur: Voluntas ſecundùm ſe, id eſt ex intrinſeca ſua natura libera eſt; igitur, ex quocunque eidem adiuncto non poteſt ſalua libertate ad vnum determinari. Neque vlla ratione concipi poteſt, quomodo ex quouis adiuncto poſsit ad vnum determinari, niſi ex diuinis præfinitionibus, quas huius ſententiæ ſectatores exhorrent. 2. Ratio.

C

D Preterea, ſi futura conditionalia certò ſciuntur à Deo ex comprehenſione liberi arbitrij creati, neceſſe eſt ea cognoſci ex vi cõſequentiæ, qua cognoſcitur conſequens in, & ex antecedẽte; igitur oportet, vt conſequens infallibiliter ſequatur ex antecedente; ergo neceſſariò; ergo nullum erit liberum arbitrium. Probatur penultima conſequentia: qm̃ infallibilitas pendens ex vi antecedentis per ſe, & abſolutè ſumpti, neceſsitatẽ abſolutam includit, quæ manifeſtè repugnat libertati. Ex quo patet ẽt vltima cõſequentia. Dixi autem abſolutè ſumpti, quia infallibilitas conſequentis ortum trahens ex antecedente non abſolutè ſumpto, ſed prout ſubſtat æternis, ac temporalibus præfinitionibus non includit niſi neceſsitatem ſuppoſitionis, quæ non repugnat libertati. 3. ratio.

E

Preterea Angelus comprehendit liberum arbitrium quo ad naturalem illius facultatem, & quo ad omnia eidem ad operandum neceſſaria, ante operationis inſtans; ergo cognoſcit in eo determinatè actus, & effectus producendos. 4. ratio.

Sed reſpondet Molina Angeli comprehenſione non Molinæ reſponſio.

non eſſe altiſsimam,& eminentiſsimam, qualis eſt diuina.

Impugnatio.

Sed contra. Aut per has particulas, videlicet, altiſsima,& eminentiſsima intendit exprimere cognitionis exceſſus ex parte cognoſcentis, aut tantùm ex parte rei cognitæ. Si primum, nihil refert: quoniam, ſi ab Angelo res perfectè comprehenditur à parte rei cognitę, penetratur totum id, quod in obiecto cognoſci poteſt: & eadem ratione totũ id, quod ex vi comprehenſiuę cognitionis, obiecti eſt cognoſcibile; alioquin comprehenſiua cognitio non eſſet. Quòd verò cognitio ſuperexcedat ex parte cognoſcentis rei cognoſcibilitatem, per accidens eſt, & impertinens eſt ad eam cognitionẽ, qua in, aut ex obiecto cognoſcuntur ea, quæ virtualiter in illo continentur. Si verò prædictæ particulæ denotent exceſſum cognitionis ex parte rei cognitæ, ſequitur Angelum non comprehendere voluntatem creatam, quod tamen affirmat Molina. Conſequentia probatur; quia ſic Angelus non cognoſceret liberum arbitrium, quantùm cognoſcibile eſt: nam perfectius à parte rei cognoſci poſſet, quam cognoſcatur ab Angelo. Denique probatur authoritatibus Diui Auguſt. & D. Proſperi ſuperius recitatis, quibus aliæ complures adiungi poſſent.

S. Auguſt. S. Proſper.

Et quoniam prædicti ſancti diſputabant cum Pelagianis, & eiſdem intendebant contradicere, neceſſe eſt eos de futuris contingentibus loqui in ſenſu Pelagianorũ, vt propoſitiones aduerſus eos formatæ ſint contradictoriæ; conſtat autẽ Pelagianos affirmaſſe futura contingentia conditionalia à Deo cognoſci, non ex vi præfinitionum; quas etiam ipſi negabant; ergo ex vi comprehenſionis ipſius liberi arbitrij creati, vt docet Molina.

Hoc eſt igitur, quod negãt S. Auguſt. S. Proſper, & alij, cognoſci nimirum à Deo dicta futura contingentia in cõprehenſione liberi arbitrij creati.

S.Tho.

Eandem ſententiam vbique docet S.Thom. videlicet in primo cont. gent. capitulo ſexageſimoſeptimo,& ſecunda ſecundæ, quæſtione 171. articulo ſexto ad ſecundum, & infra quæſtione quinquageſimaſeptima, articulo tertio, & quæſtione octuageſimaſexta, artic. quarto,& de verita. quęſtione ſecunda, articulo duodecimo; vbi inter alia hoc ſcribit ſingulare, videlicet. *Si aliqua vis cognoſcitiua talis eſt, vt nunquam in ea ſit falſitas, oportet, vt ſuum cognoſcibile nunquam deficiat ab eo, quod de eo cognoſcens apprehendit*; At tale cognoſcibile eſt ſolùm illud, quod eſt neceſſarium, quod impediri non poteſt, ne perueniat ad effectum; ergo ſolum neceſſarium poteſt certò cognoſci à tali ſcientia, non autem contingens vt ſic; conſtat autem in ſcientia Dei nunquam eſſe, aut eſſe poſſe falſitatem; igitur futura contingentia, vt in cauſis ſuis contingentibus præciſè, à Deo non cognoſcuntur, ſed alio modo, vt ſupra diximus, & amplius dicemus in ſequentibus.

Secundas omnes cauſas, etiam liberas à Deo determinari ad ſuos effectus: Dei vero ſcientiam à nulla re creata, etiam in eſſe obiectiuo determinari.

S. Thom.

QVartò, Notandum ex D. Thom. infra quæſt. 105. articulo quinto. Deum operari in quolibet operante tripliciter. Primò, quatenus dat formam, quæ eſt principium actionis. Secundò, vt eam in eſſe conſeruat. Tertiò, vt eſt mouens ad operationem, & applicans formas, & virtutes rerũ ad agendum: Nam, ſi multa ſint agentia ordinata, ſemper ſecundum agens agit in virtute primi: Nam primum agens mouet ſecundùm ad agendum. Ex quo ſequitur ſecundas cauſas à prima determinari ad ſuos effectus: ſi namque omnes ſecundę cauſæ à prima applicantur, & eius virtute operantur; cum applicatio non ſit, niſi quædam virtutis,& actionis determinatio in actu ſecundo; ſequitur euidenter cauſas omnes determinari à prima, tam quo ad exercitium, quàm quo ad ſpecificationem actus; vt etiam expreſsè docet Sanct. Doct. in eadem quæſtione, articulo primo, ad tertium dicens. ***Hoc ipſum, quòd cauſæ ſecundæ determinantur ad determinatos effectus, eſt illis à Deo. Vnde; quia Deus alias cauſas ordinat ad determinatos effectus, poteſt etiam determinatos effectus producere per ſeipſum.*** Hæc D.Thom. loquitur autem in his locis vniuerſaliter de omni operante, prout comprehendit etiam agens liberum; vt patet ex reſponſione ad ſecundum prædicti 5. articuli, & expreſſius ex artic. quarto, dictæ quæſt. vbi docet voluntatem noſtram ita ex ſe moueri, vt in qualibet actione moueatur etiam à Deo, vt eam interius efficaciter & effectiuè inclinante ad volendum, ſed de hoc interius in quæſt. 22. art. 4. latius erit cum aduerſarijs diſputandum.

Quinto. Conſiderandum eſt Deum eſſe primũ & perfectiſsimum ens; cum ſit ipſum eſſe per eſſentiam continens in ſe omnes poſsibiles eſſendi modos eminentiſsime. Ex quo ſequitur, ipſum neque in eſſe naturali, neque in eſſe intelligibili, neque quo ad ſubſtantiam, neque quo ad operationem ad intra, vel ad extra ab vlla re creata, vel creabili ſumpta in eſſe naturali, vel intelligibili, ſiue obiectiuo, vel in quocunque eſſendi modo dependere, vel determinari ad vnam potius partem, quàm ad aliam, neque ideo cognoſcere res reliquas ſcientia ſua naturali, ideſt non libera; quia futuræ ſunt poſitis talibus rerum ordinibus, circumſtantijs, & auxilijs, ex natura ſua minime efficacibus. Probatur hæc deductio: Quoniam ſi, vt dicunt aduerſarij determinatur ſcientia Dei ad hanc partem contradictionis ſciẽdam, potius quàm ad aliam, ex determinatione liberi arbitrij creati, ex hypoteſi, quòd in tali rerum ordine, & circumſtantijs collocetur, iam Deus non erit ſe toto primum, & ex ſe ens: nam quo ad ſcientiam illam conditionatam aliquid habebit prius, à quo ſcientia determinetur: nec erit ens perfectiſsimum præhabens in ſe omnes eſſendi modos: cum ſecundùm aliquem ſui modum, ab alio, vel ab alijs determinetur, & perficiatur; nã ea determinatio pfectio quędã eſt.

Deus in nullo ... [illegible]

Natura ... [illegible]

Reſponſio.

Sed dicũt dependentia hanc, & determinationẽ eſſe tm̃ quo ad relationem rõnis ad creaturas, non autẽ quo ad diuinam ſcientiã ſm̃ ſe. Verùm ſupra in hac eadẽ quæſt. art. 5. probauimus, hinc ſequi dependentiã diuinæ ſcientiæ ſm̃ ſe ex creaturis in eſſe obiectiuo poſitis; prout ẽt efficaciter probat, quæ modo diximus.

Impugnatio.

Impu.

Impugnatur opinio Molinæ de ſcientia media, & proponitur vera ſententia.

SExtò. Aduertendum eſt antiquos omnes Patres,& Scolaſticos duplicem tantùm ſcientiã in Deo cognouiſſe,nimirum ſimplicis intelligentiæ.Cuius partes,& modos ſupra diſtinximus artic. 8.controu. 1 & Viſionis,quæ libera eſt, abſolutè loquendo,& in ordine ad creaturas;Sed authores prædicti hoc noſtro ſęculo tertiam addidere, quam mediam nuncuparunt;cuius obiectum ſunt futura contingentia condicionata, de quibus eſt hæc Controuerſia. Dicunt igitur ſcientiam hanc nequaquam eſſe liberam; quia antecedit omnem actum liberum diuinæ voluntatis: Nam per eam ſcientiam non fuit in poteſtate Dei ſcire aliud, quàm re ipſa ſciuit. Addunt præterea ſcientiam hanc non eſſe ſimpliciter naturalem, ideſt, ita Deo cõgenitam,vt non potuerit ſcire oppoſitum eius,quod per eam nouit; quia,ſi liberum arbitrium creatũ poſitum in tali rerum ordine cũ talibus auxilijs acturum eſſet oppoſitum,vt re verà poteſt, id ipſũ ſciuiſſet Deus per eandem ſcientiam; non autem id,quod re ipſa ſcit. Habet igitur hæc ſcientia partim conditionem ſcientiæ naturalis, vt dictũ eſt, & partim conditionem ſcientiæ liberæ, quatenus, quòd ſit vnius potius partis contradictionis, quã alterius,habet ex eo,quòd liberum arbitrium ex hypoteſi, quòd crearetur in tali rerum ordine cũ talibus auxilijs eſſet potius facturum vnum, quã aliud, cum tamen vtrumuis indifferenter poſſet facere.

Sed hæc opinio præterquàm, quòd ſua nouitate ſe valdè ſuſpectam reddit, & maximam habet affinitatem cum illa ſemipelagianorum præſcientia à ſanctis Auguſtino, & Proſpero,reprobata,ſatis ex dictis remanet confutata: Nam,ſi,vt oſtendimus,prædicta futura conditionalia nõ ſunt certò cognoſcibilia,niſi prout intelliguntur à Deo ſub conditione præfinita,ſtatim euaneſcit tota huius opinionis ſtructura, tot recurrentibus verborum circulis erecta,& legentium oculis, non tàm ſubtilitate,quàm ſingularitate mirabilis præſentata.

Vt autem à nomine, & ratione ſcientiæ mediæ ſumamus exordium;ſic argumentor:

Primò itaque pluſquam falſum eſt ſcientiam illam Dei quam mediam appellant, ideo ſecũdùm aliquam ſui rationem, aut conditionem eſſe ſcientiam liberam; quia quòd ſit vnius partis contradictionis magis quã alterius id habeat ex eo, quòd liberum arbitrium ex hypoteſi,quod crearetur in tali rerum ordine cũ talibus auxilijs, eſſet potius facturum vnum,quàm aliud, cum tamẽ vtrumuis indifferenter facere poſſit: Hoc enim manifeſtè pugnat cũ infinita perfectione, & maxima libertatæ diuinæ maieſtatis;Quia libertas conueniens actibus diuinæ voluntatis non dependet à rebus, ſed eſt perfectio conueniens eiſdem actibus ex ſe, & ex natura diuini intellectus, & voluntatis; ergo ſcientia illa,quam mediam appellant, ſecundùm nullam rationẽ,aut conditionem ex libertate creatæ voluntatis acceptam poteſt eſſe, aut dici ſcien-

A tia libera: antecedens probatur;quia libertas oĩs oritur ex indifferentia operantis ſaltem negatiua ſecundùm iudicium intellectus;ac proinde etiam ſecundùm voluntatem ad vtrumq; oppoſitorum; ergo non ſumitur per ordinem ad alterius omninò extrinſeci,indifferentiam; igitur diuinæ ſcientiæ,libertas,& indifferentia non ſumitur ex indifferentia,& libertate creati intellectus,& voluntatis: Et confirmatur ex differẽtia inter humanam, & diuinam libertatem in actibus intellectus,& voluntatis; quòd illa prærequirit obiectum indifferens ad vtrumlibet, à quo aliquomodo dependet; libertas autem diuina eſt rerum indifferentiũ cau-
B ſa,& ideò ab ea dependet omnis creata libertas: Præterea libertas diuinæ ſcientiæ conueniens perfectio formalis eſt diuini intellectus, & voluntatis; ergo non ſumitur per ordinem ad obiecta materialiter ſcita; Conſequentia patet; quia nulla Dei perfectio formalis ſumitur per ordinem ad creaturas: Denique probatur falſitas dicti principij; Quia ſequitur liberum arbitrium Dei,non à ſeipſo,ſed à creaturis determinari ad cognoſcendam hanc,vel illam partem:Nam ſecundùm Molinam, & alios eiuſdem ſententię defenſores, ideo Deus ſecundùm ſcientiam illam mediam determinatur ad hanc partem,& non ad aliam;quia liberum ho-
C minis arbitrium ſeipſum determinabit ad hoc potius,quàm ad illud operandum.

Secundò principaliter ſic arguo: Omnis actus cauſæ intellectualis, aut rationalis prouenit ab eius potentia,vel vt natura eſt,& ad vnum determinata,vel vt libera eſt, & indifferẽs ad vtrumlibet; ſi primo modo procedit,eſt naturalis; ſi ſecundo modo,eſt liber; igitur impoſsibile eſt in Deo eſſe actum ſcientiæ mediæ inter ſcientiam naturalem & liberam.

Tertiò. Vel eſt in potentia Dei cognoſcere res, quæ ſunt extra ipſum,ita vt poſsit oppoſitum, aut aliud aliquid cognoſcere,vel non eſt in eius pote-
D ſtate; ſed illud neceſſariò cognoſcit;at primus cognoſcendi modus pertinet ad ſcientiam liberam, ſecundus ad naturalẽ;ergo nulla eſt in Deo ſcientia media.

Quartò. Deus omne,quod cognoſcit,vel cognoſcit ſm̃ illius entitatem, & perfectionem poſsibilem,vel ſm̃ entitatem,& perfectionem exiſtẽtem; at primus cognoſcendi modus ſcientiam conſtituit neceſſariam,ſecundus autem liberam; igitur nulla eſt ſcientia media: Conſequentia patet,prima propoſitio probatur;quoniam inter rem exiſtẽtem in ſe,etiam exiſtẽtem in cauſa nullum poteſt dari medium;ergo neque datur medium inter res
E poſsibiles,quæ habent eſſe tantùm in ſua cauſa,& res in ſeipſis exiſtentes.

Quintò. Omnis actus, tàm in Deo, quàm in nobis,vel antecedit deliberationem,vel ſequitur ipſam; ſi primum,eſt naturalis; ſi ſecundum,eſt liber; ergo nullus in Deo eſt actus ſcientiæ mediæ inter liberam,& naturalem.

Sextò. Omnia,quæ à Deo,vel etiam à ſecundis cauſis creatis,aut creabilibus fiunt, aut fieri poſſunt,ſiue ſint effectus neceſſarij,ſiue liberi, (pec-

catis duntaxat exceptis) omnia inquam, diuinæ voluntatis decreto ſunt ab æterno præfinita, aut ſimpliciter, aut ex hypoteſi, non in communi tantum, verùm etiam in particulari: ſed ea omnia, quæ præfinita ſunt, ſcientia Dei libera cognoſcuntur, quæ diuinæ ſequitur voluntatis præfinitiones; ergo prędicta futura contingentia conditionalia ad ſcientiam Dei liberam pertinebunt, reliqua verò ſcita ante liberas Dei præfinitiones, ad ſcientiam ſpectant naturalem; igitur nullus eſt locus ſcientiæ mediæ. At dicet aliquis; ſcientia libera idem eſt cum ſcientia viſionis, & hæc non eſt niſi eorum, quæ ſimpliciter præfinita ſunt, aut quandoque realiter exiſtunt. prædicta verò conditionalia ex magna parte, nunquam erunt; ergo non pertinent ad ſcientiam liberam, aut ſcientia viſionis diſtinguetur à ſcientia libera.

Obiectio.

Solutio. Reſpondetur ſcientiam liberam latius patere, quàm ſcientia viſionis: nam ſciētia viſionis ſupra ſcientiam liberam addit exiſtentiam actualem in rerum natura. Neque nos diximus ſcientiam liberam idem eſſe, quod ſciētia viſionis, ſed è contra, ſcientiam viſionis eſſe ſcientiam liberam, quod veriſsimum eſt. S.D. autem ſupra art. 9. & alibi attēdens diuerſum modum eſſendi rerum cognitarū, ſcilicet in ſeipſis, & in actiua ipſius Dei potentia diſtinxit immediatè ſcientiam Dei in ſcientiam viſionis, & in ſcientiam ſimplicis intelligentiæ; cuius ſunt plures modi, vt explicauimus artic. 8 cōtrouerſia prima.

Septimò principaliter ſic arguo. Hæc ſcientia media, quàm maximè derogat vniuerſali, & perfectiſsimæ, prouidentiæ Dei; quæ ad minima quęque rerum debet extendi; ergo non eſt aſſerenda. Antecedens probatur; quia per eam ſciētiam pręuidet Deus, quid liberum arbitrium ſit operaturum, ſi voluerit Deus illud creare in tali rerum ordine, & talibus circumſtantijs, & auxilijs, ex natura ſua minimè ad determinandum efficacibus; igitur in hoc poſita eſt ratio diuinę prouidentię, vt præordinet Deus, ac decernat creationē liberi arbitrij, nihil de conſequentibus actibus, & effectibus ex libero arbitrio ordinando, ac decernendo: ſed quo ad hęc ſe merum ſpectatorem, & rerū ante omnem illius abſolutam prętinitionem futurarum, ſi bonę fuerint, approbatorem exhibendo. Hęc autem eſt valdè imperfecta prouidentiæ ratio; cum ad id, quod maximè perfectum eſt in ſecundis cauſis liberis, non attingat.

Reſponſio. Sed dicent, Deum prænidere in quam partem liberum arbitrium cum auxilijs, & circumſtantijs à Deo præfinitis ſit declinaturum, & ob eam cauſam Deum intendere, & quodam modo prædiffinire actionem bonam, inquantùm præfiniuit ea auxilia, ex quibus præuidet Deus, quòd medio vſu liberi arbitrij, proueniet bona actio, in quam Deus etiam influit ſimul cum libero arbitrio, qđ eſt habere prouidentiam, non ſolùm de libero arbitrio creando, ſed etiam de omni illius operatione, & effectu.

Impugnatio. Sed hæc reſponſio quamuis ex parte præmonſtratæ fęditatis maculam contegat, non tamē abluit: Nam, quod præcipuum eſt in cauſa libera, eſt applicatio ad hanc indiuiduam operationem, de qua nihil ordinat, aut decernit Deus ſecundùm hanc ſententiam; ſed ſtatuit tantum conferre principia quædam reſpectu talis applicationis indifferentia, aut vim ad dictam applicationem effectiuam non habentia; igitur principalis prouidētia, & cauſalitas applicationis ad hanc ſpecie, & numero operationem reſidet penes liberum arbitriū creatū. Subſequitur autem, vt pediſſequa Dei cauſalitas, & prouidentia; quia poſtquam ſe determinauit, & applicauit voluntas ad hanc contradictionis, aut contrarietatis partem, impendit Deus officium ſuæ prouidentiæ, & cauſalitatis influxū in conſequentem operationem; adeò vt incipiat ſine Deo voluntas, ſubſequatur verò cum voluntate Deus ad modum ſubordinatæ cauſę. Sed de hoc iterum in proprio loco redibit ſermo.

Octauò, ſic arguo: Deus ex parte rei cognitæ ęque comprehendit voluntatem ſuam ſicut, & noſtram; ſed Deus ex comprehenſione ſuæ voluntatis ante omne decretum non ſcit quot homines, vel Angelos eſſet producturus, ſi crearet aliū mūdum; ergo neque ſcit ante decretum ſuæ voluntatis quos, & quales actus eſſet quilibet homo producturus ſi crearetur à Deo in hoc, aut in illo rerū ordine, cum talibus circumſtantijs, & auxilijs ſecundùm ſe non efficacibus: Prima propoſitio eſt euidens in Theologia: ſecunda admittitur ab aduerſarijs: Conſequentia patet; quia tam illud, qđ Deus per ſeipſum operatur in rebus, quàm illud, quod efficit per ſecundas cauſas intrinſecam habet ex decreto diuinæ voluntatis dependentiam, eo quòd diuina cauſalitas, & prouidentia extendatur ad omnem entis modum, & gradum, etiam in particulari: Et confirmatur primo; quia nullus effectus poteſt eſſe futurus, niſi dependenter à prima cauſa efficiente: hæc autem eſt diuina voluntas ab æterno decernens quid per ipſam immediatè, & quid mediantibus ſecundis cauſis ſit agendum; igitur ante decretum diuinæ voluntatis nulli actus liberi creatæ voluntatis præſciri poſſunt à Deo tanquam futuri.

Secundò. Confirmatur; quia ſi Deus ante omnem determinationem, & influxum creatæ voluntatis in actum liberum, non mouet, ac prædeterminat ipſam creatam voluntatem influendo in eam effectiuè, ſequeretur determinationem, & influxum creatæ voluntatis in proprium actum non à Deo, ſed à creata voluntate, vt prima cauſa dependere, quod eſt impoſsibile, vt probat S. D. in primo ſententiarum, diſtinct. 37. quæſtione ſecunda, articulo ſecundo in corpore. D. Thom.

Vera ſententia. Poſtremò obſeruandum eſt circa futura contingātia, talem actuum in Deo ordinē eſſe modo noſtro intelligendi concipiēdum, vt primò Deus intelligat, quòd ſi conſtituat creaturam liberam, puta Petrum in tali rerum ordine, cum talibus circūſtātijs, & auxilijs, ad talem rectam operationem, vel effectum phyſicè, & non moraliter tantùm efficacibus, exiturus ſit Petrus in talem operationem, vel effectum; quòd ſi auxilia non conferat effi-

efficacia ad talem ſtudioſam operationem, vel effectum, infallibiliter deficiet à tali operatione, vel effectu. Secundò iudicat Deus Petrum eſſe producendum cum talibus auxilijs. Tertiò ſua voluntate eligit productionem Petri cum talibus auxilijs. Quartò videt Petrum cum talibus auxilijs producendum, & eius operationem ex talibus auxilijs infallibiliter conſequentem, aut ſine talibus auxilijs deficientem: immo ſtatim hæc omnia videt, vt ſibi in æternitate præſentia. Vbi aduertendum eſt creatam voluntatem non à ſolo Deo per efficacē motionem, ſiue auxilium, vel phyſicam præfinitionem ad agēdum applicari, & determinari, ſed etiam à ſeipſa, vt apertè docet D. Tho. infra quæſ. 105. artic. 4. ad ſecundum, & tertium, ſed de hoc ſuo loco plenius differemus.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio. Futura contingentia cōditionata, quę non ſunt abſolutè futura, ſunt ab æterno ſub cōditione à Deo præfinita, peccatis dūtaxat exceptis, quorum permiſſio eodem modo intelligitur præfinita. Hæc concluſio patet ex primo fundamento.

Secunda concluſio. Eadem futura conditionata pręciſis præfinitionibus, ſine quibus tamen nūquam eſſe poſſent; non habent niſi moralem certitudinem, vel cōiecturā. Hæc patet ex ſecundo fundamento.

Tertia concluſio. Conditionales de futuris contingentibus conditionalibus intellectę, ſiue expoſitæ ad modum propoſitionum modalium perfectam habent certitudinem. Hæc patet ex eodem ſecundo fundamento.

Quarta concluſio. Futura contingentia non ſūt certò cognoſcibilia in comprehenſione, quantumuis altiſſima, & eminētiſſima liberi arbitrij creati. Hæc probata eſt in tertio fundamento.

Quinta concluſio. Futura contingentia non ſūt cognoſcibilia in comprehenſione diuinæ eſſentiæ, & voluntatis, ante omnem formalem præfinitionem.

Probatur hæc concluſio ex tertio fundamento: quoniam eadem eſt ratio de increato, quæ eſt de creato libero arbitrio, quo ad indifferentiam, ſeu indeterminationem negatiuè ſumptam; vt oſtendemus infra quæſt. 19. art. 10.

Probatur igitur concluſio. Primò. Diuina volūtas omninò libera eſt, & indifferens negatiuè ad vtrumque oppoſitorum; Ergo ex comprehenſione eſſentiæ diuinæ, & voluntatis non poteſt certò cognoſci ad quod diuina voluntas eſſet ſemetipſam determinatura. Conſequentia probatur: quoniā ſecundùm veritatem, & ſecundùm D. Tho. de ver. quæſt. 2. artic. 12. omne cognoſcibile ab intellectu diuino, tale oportet eſſe, vt non poſſit deficere ab eo, quod diuinus intellectus de eo apprehendit: hoc verò eſt tantùm illud, quod eſt neceſſarium, vt inquit S. Thom. ſiue ſit neceſſarium quo ad naturam, & ſtatum ſimul, ideſt neceſſarium ſimpliciter, ſiue ſit neceſſarium tantùm quò ad ſtatum, i.

Tho.

A neceſſarium ex ſuppoſitione; quia vnumquodque dum eſt, neceſſe eſt eſſe; At diuina voluntas ante actualem determinationem nullam habet neceſſitatem reſpectu creaturarum; ergo non poteſt cognoſci à diuino intellectu, quid eſſet volitura.

Poſſet reſponderi, quòd Deus ex comprehenſione, non tantùm eſſentiæ, & volūtatis, ſed etiam ex comprehenſione iudicij, & rationis æternæ, per quam cognoſcit, quid ſit melius facere, velle, aut permittere in quolibet ordine, occaſione, & circūſtantijs, cōſequenter ſcit, quid ſua voluntas ſit volitura. Reſponſio

Sed hæc reſponſio falſa eſt. Primò. Quia iudicium illud, quod antecedit omnem actum voluntatis, vel eſt merè naturale, vel eſt indifferens, & liberum ſaltem radicaliter. Si eſt merè naturale; ergo voluntas non liberè, ſed neceſſariò determinatur à tali iudicio, atque ita deſtruitur in Deo liberum arbitrium. Si verò eſt indifferens, non poterit ex eius comprehenſione cognoſci, quid ex eo ſit volitura diuina voluntas. Impugnatio.

B

Secundò, Omne bonum extra Deum, etiam ſi ſit melius, & vtilius creaturæ, nullam tamē habet reſpectu Dei neceſſitatem, cum diuina bonitas, & perfectio ab eo non dependeat; ſed potius è contra; ergo nullum iudicium quantumuis perfectiſſimum, quod hoc, vel illud ſit melius, determinat voluntatem Dei ad hoc magis, quàm illud volendum. Et confirmatur: quoniam aliter ſequeretur, quòd Deus non poſſet creare vniuerſū melius hoc vniuerſo, & quòd diuina ſapientia, bonitas, & omnipotentia, eſſet ad hoc vniuerſum definita, quod eſt hæreticum.

C

Tertiò. Sic arguitur, quælibet actio, vel effectus liberi arbitrij creati, qui futurus eſt abſolutè, vel conditionaliter, intelligitur futurus dependenter à diuina voluntate præfiniente, & determinante quicquid boni eſt in quolibet actu; ergo ante omnem cognitionem prædictæ præfinitionis non poſſunt tales actus, vel effectus cognoſci in ſola comprehenſione eſſentiæ, & voluntatis. Confirmatur hæc ratio; quia nullum creatum, aut creabile habet, vel poteſt habere rationem entis in actu, niſi dependenter à diuina voluntate liberè creante; ergo non poteſt intelligi aliquid repræſentari in diuina eſſentia, vel intellectu, vt futurum ſimpliciter, vel conditionaliter, niſi ſimul immo prius modo noſtro intelligendi repræſentetur determinatio diuinæ voluntatis, quæ tamen, vt probauimus, non poteſt reprę́ſentari, antequam ſit. Quare, licèt diuina eſſentia omnia facta, & factibilia eminenter comprehendat, non poteſt tamen ea repræſentare naturaliter, vt futura abſolutè, vel conditionaliter, niſi poſt determinationem diuinæ voluntatis: alioquin omnia factibilia cognoſcerentur, vt futura; quia omnia in eſſentia diuina eminenter continentur.

D

E

Sexta concluſio. Scientia, quam habet Deus de futuris contingentibus, neq; pendet ex futura determinatione liberi arbitrij, nec ab ea determinatur. Hæc patet ex quinto fundamento, & ex dictis in octauo articulo.

Digitized by Google

Septima concluſio. In Deo eſt tantùm duplex ſcietia, ſcilicet, naturalis, & libera; quæ diſtinguitur in ſcientiam contingentium conditionalium nunquam futurorum, & in ſcientiam viſionis, quæ eſt de omnibus quandoque futuris. Hæc concluſio patet ex ſexto fundamento. Probatur autem ſcientiam conditionalium nunquam futurorum eſſe liberam; Quia Deus liberè hæc contingentia conditionaliter præfiniuit, cum potuerit non præfinire, aut aliter de eis decernere: Nam, & nos de talibus contingentibus liberè decernimus, vt patet ex dictis, & ex communi omnium hominum vſu, & experimento. Quis enim dubitauerit liberum fuiſſe diuinum illud decretum. Pſalm. 80. *Si populus meus audiſſet me, Iſrael ſi in vijs meis ambulaſſet, pro nihilo forſitan inimicos eorum humiliaſſem.* Nec obſtat particula *forſitan*. Nam Diuus Baſilius, & Diuus Auguſt. & alij notant non eſſe poſitam ad minuendam certitudinem, & prædictionẽ quã dicũt eſſe certiſsimam: Innumera ſunt in ſacris litteris conditionalia decreta Dei promiſſoria, nunquam adimplenda ob conditionis nunquam futuræ defectum. Ex hac ſequitur.

Pſalm. 80. D. Baſilius. D. Auguſt.

Octaua concluſio. Scientia media in Deo nulla omnino eſt, & abſque legitimo fundamento fuit excogitata. Hæc patet nedum ex præmiſſa immediatè concluſione, ſed etiam ex omnibus, quæ in toto huius Controuerſiæ diſcurſu notauimus.

Nona concluſio. Deus non cognoſcit futura cõtingentia conditionata in ſua virtute infinita intelligendi, penetrando immediatè veritatem, quę in ipſis ſit, aut cõcipi poſsit ante omnem præfinitionem. Probatur; quoniam nullum futurum contingens veritatem aliquam habet aut habere poteſt, niſi dependentem à præfinitione diuinæ voluntatis decernentis contingens illud, ſi fuerit bonum, eſſe futurum abſolutè, aut ſub conditione; ſi verò malum moraliter fuerit, & peccatum eſſe permittendum; ergo implicat contradictionem dicere poſſe dicta futura aliter cognoſci, quàm in præfinitione diuinæ voluntatis: nam veritatem non habent ſine præfinitionibus; & ſi aliter præcognoſcũtur, veritatem habent ſine præfinitionibus; ergo habent, & non habent veritatem; & rurſus; ergo præcognoſcuntur, & non præcognoſcuntur: nam ſine veritate, nihil verè poteſt præcognoſci.

Argumenta, & ſolutiones.

Contra primam concluſionem argumentatur Suarez, & alij eiuſdem inſtituti communiter. Præfinitio, prout dicit efficacem determinationem voluntatis, repugnat libertati; ergo nullus actus liberi arbitrij ſic à Deo præfinitur, etiã ſub conditione fiendus.

Suarez.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens, vt ſuo loco monſtrabitur, quando agemus de diuinis præfinitionibus.

Contra ſecundam concluſionem argumẽtatur Suarez, & primò ex ſacris litteris. Quando Dauid conſuluit Dominum, An ſi maneret Ceilę tradendus eſſet à viris illius ciuitatis in manus Saulis, vel ſupponebat veritatem dictę conditionalis eſſe

Suarez.

A certò cognitam à Deo, vel ex ignorantia interrogauit; vel non interrogauit abſolutè, vt verba ſonant, ſed limitatè, ſcilicet, quid facturi eſſent viri illi ſecundùm pręſentem affectum, quẽ tunc habebant. Si primum, habetur intentum. Si ſecundum, hoc videtur abſurdum. Si tertium, ſequitur potuiſſe euentum accidere, in quo Deus non potuiſſet reſpondere interrogationi ſibi factæ, & conſequẽter, quòd debuiſſet reſpondere Deus ſe neſcire. Probatur vtraque conſequentia; quia, ſi Saul nullũ haberet affectum, ex quo id certò colligi poſſet, Deus nihil ſciret de effectu futuro conditionali. Reſpondetur, primum verum eſſe: nec tamen ſequitur, Deum præciſis pręfinitionibus, &c. quia

B veritatem dictę conditionalis non poterat Deus certò cognoſcere, niſi ſuppoſita pręfinitione conditionata actus traditionis, vel permiſsionis eius.

Secundò reſpondetur, quòd ſi in Saul neque in Ceilitis vlla eſset diſpoſitio, nec actualis, nec habitualis, mediata, vel immediata, ad procurandã proditionem, vel mortem Dauid, tunc reſponſurus eſſet Deus partem negatiuam, videlicet, quod Saul non deſcenderet, nec Ceilitę traderent. Et veriſſima eſſet reſponſio. Et ſenſus eſſet, quòd cõſiderata diſpoſitione pręſenti Saul, & Ceileitarum, ille non veniet, nec hi tradent: erat tamen in eis, ſaltem habitualis diſpoſitio contra Dauid.

C Sed contra hanc reſponſionem argumentatur Suarez. Authoritate Domini noſtri Matth. 11. *Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethſaida; quia, ſi in Tyro, & Sydone factæ eſſent virtutes, quæ in te factæ ſunt, olim in cinere, & cilicio pœnitentiam egiſſent.* Cui teſtimonio (inquit) nullo modo, accommodari poteſt, pręcedens expoſitio; Quia in Tyrijs, & Sydonijs nulla actualis diſpoſitio excogitari põt, ex qua Chriſto ibi prędicante, & faciente miracula, neceſſariò ſequeretur, vt in cinere, & cilicio pęnitentiam egiſſent. Nõ enim habebant veram Dei cognitionem, & pręſertim ſupernaturalem, neque aliquam

Replica. Matth. 11.

D infuſam diſpoſitionem voluntatis, ex qua uera pęnitentia neceſſariò ſequeretur.

Reſpondetur primo, ueram eſſe conditionalem illam ex diuina pręfinitione cõditionali, qua Deus ſtatuit ab ęterno populis illis dare auxilium efficax gratię pręuenientis ad pęnitentiam, ſi virtutes, & ſigna in eis facta fuiſſent, qualia facta ſunt in Chorozaim, & in Bethſaida, vt ſignificat Auguſtinus lib. de Dono perſeuer. cap. 10. & 14.

Secũdò reſpõdetur falſum eſſe, quod prędicto teſtimonio non poſsit eadem expoſitio adaptari. Ad probationem dicitur, diſpoſitiones eſſe in duplici differentia: Nam quędam ſunt poſitiuę, & quędam

E negatiuę. Poſitiuę ſunt illę, quę tanguntur in argumento, uidelicet cognitio ſupernaturalis, & inſpiratio uoluntatis, &c. Negatiuę uero ſunt remotiones eorum, quę impediunt, uel impedire poſſunt effectum prædicationis, & internę inſpirationis: qualia ſunt ſuperbia quędam excellens; inuidia de profectu Chriſti, glorię mundanę cupiditas; de qua dicebat Dominus Ioan. quinto. *Quomodo poteſtis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam, quæ à ſolo Deo eſt non quæritis?* Et alia ſimilia,

Ioan. 5.

milia, quæ non in tanto gradu erant in illis gentilibus, vel etiam nullo modo, vt inuidia de profectu Christi. Non ſolùm enim poteſt iudicari de cõuerſione ex diſpoſitionibus poſitiuis; ſed etiam ex negatiuis; & fortè magis ex negatiuis, quàm ex poſitiuis; quoniam ſi adſint diſpoſitiones poſitiuæ prædictæ, videlicet cognitio ſupernaturalis, & diuina inſpiratio, quæ à Deo proueniunt, & non tollantur diſpoſitiones contrariæ, ex parte hominis, videlicet, ſuperbia, inuidia, &c. ſemper reſiſtet liberum arbitrium, cum in eius poſitum ſit poteſtate refutare gratiam Dei. Si verò non adſint prædicta impedimenta, facillimè diuina vocatio, & inſpiratio ſuum habebit effectum, nullo ſiquidem exiſtente impedimento trahet voluntatem ad conſenſum; ſicut patet etiam in agentibus naturalibus reſpectu paſsi non habentis contrarias diſpoſitiones. Patitur ergo prædicta authoritas eãdem gloſſam, quam præcedens.

ca. Inſtat Suarez. Primò authoritate D. Auguſtin. contra Donatiſtas, libro de vnitate eccleſiæ, cap. 9. dicentis, quòd multum derogat veritati ſcripturæ hæc licentia interpretandi, addendo ſcilicet aliquid, vel ſubintelligendo pro cuiuſque arbitrio. Et confirmatur; quia Deus in prædictis locis non dicit eſſe veriſimile id eſſe futurum, ſed ſimpliciter hoc erit.

Secundò. Authoritate ſacræ ſcripturę, quę in alijs locis addit particulam denotantem certitudinem prima authoritas eſt. 3. Reg. 11. *Certiſsimè enim auertent corda veſtra, vt ſequamini Deos alienos.* Secunda authoritas eſt. Ioan. 6. *Cum sciret; quia venturi eſſent, vt facerent eum Regem.* Tertia authoritas eſt Io. 5. *Si alius venerit in nomine ſuo, illum recipietis.* Vbi Dominus abſolutè prędicit hoc futurum.

:.11. 6. 15.

Tertiò; Quia ſequeretur, quòd hæc diuina oracula, non haberent maiorem certitudinem, quàm oracula dęmonis; & quòd potuiſſet Dauid etiam poſt diuinum reſponſum dubitare. Probatur ſequela quo ad primam partem: nam quò ad alterã eſt per ſe nota; Quia, ſicut Deo nota eſt propenſio noſtræ voluntatis, ita etiam dæmoni, quare poteſt dęmon probabiliſsimè coniecturare, quid in tali occaſione faciet liberum arbitrium; quòd autem diuina præcognitio ſit perfectior ex parte cognoſcentis, nihil refert: quoniam hoc eſt per accidens in re propoſita, ſufficit enim perfecta cognitio ex parte rei cognitę.

Quartò, Quoniam, quando in ſcripturis additur particula *forſitan.* Vt Ezech. 2. & Hierem. 26. dicunt Sancti Patres, vt Hieronymus, Ambroſius, & alij, quòd additur tantùm ad expreſsionem liberi arbitrij, quod ſemper ĩ nobis manet integrũ; non autem ad minuendam certitudinem diuinæ preſcientię, vel etiam additur ad ſignificandam difficultatem talis effectus.

.ugu- ...ſtus. Ad primum dicitur, quòd Auguſtinus condemnat eorum temeritatẽ, qui pro ſuo arbitrio interpretabantur ſacram ſcripturam, addendo aliquid vel ſubintelligendo contra, vel præter legitimum ſenſum ipſius ſacrę ſcripturę. Non tamen eos condemnat, qui, vt poſtulat materia ſubiecta, aliquid

A ſubintelligendum putant ad verba ſacræ ſcripturæ, ne reddant abſurdum ſenſum, vel impoſsibile; ſicut in propoſita materia dè præſcientia futurorum contingentium. Sequeretur enim, quòd Deus cognoſceret id, quod non eſt cognoſcibile. Sic etiã in prophetia comminatoria, vt docet S. Thom. & in illa ſententia Ioan. 6. *Cum ſciret, quia venturi eſſent, &c.* nunquam enim venerant. interpretanda eſt ergo, quantùm ſit ex diſpoſitione cauſarum ſecundarum. Ioan. 6.

Ad ſecundum dicitur, quòd multa in ſacris litteris prædicuntur conditionaliter futura; quæ tamen verè etiam erant futura; & ideo erant præfinita auxilia, vel eorum ſubtractiones; non tantùm B conditionaliter, ſed etiam abſolutè. Vnde potuerunt certò prædici, vt illud *Certiſsimè auertent corda veſtra, &c.* patet enim ex ſacrarum litterarum hiſtoria, ita tandem factum eſſe, maiorem ſcilicet partem Iſraelis Deos alienos adoraſſe: quare id certò prædici potuit; & plurima alia loca ſunt in ſacris litteris; quæ ita exponenda ſunt, vt illud: Si alius venerit in nomine ſuo, illum recipietis. Quod ſancti exponunt de Antichriſto, quem recepturi ſunt Iudæi, & adoraturi, tanquam Meſsiam: Conditionalis enim, quæ ſupponit conditionem in re poſitam, aut realiter ponendã; tranſit in abſolutam. 3. Reg. 11.

C Ad tertium negatur conſequentia; quoniam licet ante determinationem diuinæ voluntatis, ſaltem conditionalem, non habeat Deus certam futurorum conditionalium notitiam; maiorem tamen agnoſcit Deus in eis probabilitatem, vel poſſibilitatem, quàm dęmon, vel quicumque Angelus: quoniam Deus licet in iudicijs ſapientiæ ſuæ, ante determinationem voluntatis non poſsit certò cognoſcere, quid ſit volitura; vt ſupra probauimus: maximam tamen habet probabilitatis euidentiam. Rurſus Deus comprehendit liberum arbitrium, & circumſtantias, non tantùm abſolutè, D ſed etiam ſecundùm ordinem, quem habent, vel poſſunt habere ad diuinam prouidentiam, quod non conuenit Angelo.

Ad quartum dicitur primò, veriſsimum eſſe, in prædictionibus diuinis addĩ particulam *forſitan*, ob alteram illarum cauſarum, vt patet Hiere. vigeſimoſexto. *Noli ſubtrahere verbũ, ſi fortè audiant, & conuertantur.* Et Ezech. 2. *Loqueris verba mea ad eos, ſi fortè audiant, & quieſcant.* Vbi apponitur dictio fortè, ad exprimendam libertatem arbitrij, non autem ad ſignificandam incertitudinem diuinę cognitionis. Sed aduertendum; hæc non eſſe futura conditionalia, de quibus loquimur: nã prædicti prophetę loquuntur de his, quorum altera E pars erat in tempore futura, videlicet conuerſio, vel non conuerſio; & ideò certò prędidebantur à Deo; & tales ſunt omnes ferè conſimiles conditionales in ſacris litteris, quibus apponitur particula: fortè. Hiere. 26. Ezech. 2.

Secundò reſpondetur non minui certitudinem, quę reſpectu talis obiecti maior eſſe non poteſt, & quæ ſuppoſita pręfinitione abſoluta, vel conditionali perfectiſsima eſt.

Secundò

Secundò argumentatur ex dictis ſanctorum patrum. Primum argumentum eſt ex cõmuni quęſito ſanctorum patrum. Quęrunt enim, cur Deus creauerit Angelos, vel Adam, eisque pręceptũ impoſuerit, cum pręsciret illos fuiſſe peccaturos; in qua quæſtione ſermo eſt de ſcientia conditionata, non abſoluta: Nam loquuntur de illa, quę antecedit voluntatem creandi Angelos, & Adam. Explicatur vis argumenti ex verbis Diui Hieronymi Dialogo tertio contra Pelagianos: ibi refert argumentũ Marcionis hęretici tale. Vel pręſciuit Deus hominem in Paradiſo poſitum mandatum tranſgreſſurum, vel non pręſciuit. Si præſciuit Deus, nõ peccauit homo; quia nõ potuit diuinæ ſcientię reſiſtere; Si non pręſciuit; ergo Deus non eſt Deus. Probatur ſequela; quia ablata præſcientia aufertur diuinitas. Reſpondet D. Hieronymus, & preſciuiſse Deum, & peccaſſe hominem; quia ita Deus pręſciuit, vt eum in ſua libertate relinqueret. Et Gregorius Nazianzenus idem tractans argumentum oratione 42. in fine ait. Mandatum accepimus, vt eo ſeruato gloriam aſſequeremur, non ꝙ Deus id, quod futurũ erat ignoraret: ſed quòd arbitrij libertatem lege ſanciret. Ommitto aliorum auctoritates, quę à prędicto authore ibidem recitantur: nam vnica reſponſione omnibus ſatisfiet.

Ad hoc argumentum reſpondetur iuxta ea, quę ſupra annotauimus, quòd, licet Deus ante omnem determinationem ſuę voluntatis non poſsit ſcire certò futura conditionata, poteſt tamen ea certo ſcire ante determinationem abſolutam, & poſt determinationem conditionatam, quę voluntas intelligitur in Deo, qui antequam determinaret creare Angelos, vel Adam, contemplabatur hanc conditionalem; ſi crearem creaturam talis naturę, quę eſſet liberi arbitrij, & eam ponerem in loco delitioſo, vbi eſſent diuerſi fructus, & imponerem illi pręceptum, ne comedat de tali fructu, & darem ei gratiam, & ſufficiens auxilium ad perſeuerandum, non tamen efficax, & permitterem eũ tentari, tali, & tali ordine, peccaret. In qua conditionali cognita pręſupponitur determinatio conditionata diuinę voluntatis, non ſolùm creandi hominem; ſed etiam conferendi auxilia ſufficientia, & ſubtrahendi efficacia, & permittendi tentationem, & lapſum, qua determinatione conditionali prężuppoſita, iam certò poteſt cognoſci futurum peccatum Adę: Nam creata voluntas circa quamlibet materiam infallibiliter deficiet, niſi efficaciter ad bonum determinetur à diuina voluntate pręfiniente, & intrinſecus phyſicè, ſuauiter tamen, mouente, atque ideo non deſtruente, ſed perficiente congenitam ei libertatem.

Secundum argumẽtum deſumitur ex alia quęſtione ſanctorum, qua quęrunt, cur Deus aliquos pręmaturo tempore rapiat, antequàm peccata cõmittant, quę Deus ſcit commiſſuros, ſi viuerent; alijs verò, de quibus eandem habet pręſcientiam, non conferat hoc beneficium. Vt D. Auguſt. in lib. de bono perſeuerantię. *Certè, inquit, poterat Deus præſciens illos eſſe lapſuros auferre de vita.* Quę verba non poſſunt intelligi, niſi de ſcientia conditio-

A nata: Nam, ſi de ſcientia abſoluta intelligantur, non poſſet Deus retrocedere, & mutare (vt ſic dicam) quod facere decreuiſſet. Similia habet in libro de corr. & gratia cap. octauo, & alibi. Et Cyrillus Alexandrinus tertio libro, cont. Iulianũ approbat dictum Porphirij, quòd Deus ſciens futurum, ſępenumero preuenit, hos quidem adhuc adoleſcentes prius è vita eripiens; illos verò relinquens.

Ad hoc argumentum patet reſponſio ex ſupradictis: nam quo ad peccata, quandoque futura patet, quomodo à Deo cognoſcantur, etiam ante abſolutam determinationem diuinę voluntatis, quo B ad peccata verò nunquam futura patet, quid dicẽdum; quod videlicet, non ſunt certò ſcibilia: nec oppoſitum dicunt prędicti patres, ſed tantùm, ꝙ Deus ea ſciat vel cognoſcat; eo, ſcilicet modo, quo ſunt ſcibilia, vel cognoſcibilia. Suppoſita tamen permiſsionis conditionata pręfinitione iam certò ſcibilia ſunt.

Tertium argumentum eſt ex illis locis ſanctorum patrum, vbi ſentiunt hanc pręſcientiam eſſe neceſſariam ad diſponendum, vel permittendum ea pręcipuè, quę ab agentibus liberis fiunt. Auguſtinus libro contra Adimantium, cap. 17. & alij, quos refert Suarez in dicto ſecundo capitulo libri C ſecundi.

Ad hoc etiam patet reſponſio ex dictis: nã ſancti patres in illis locis loquuntur de ijs contingentibus liberis, quę abſolutè erant futura; quę certò ſub conditione futura cognouit Deus ante abſolutam determinationem ſuę voluntatis, ſed non ante conditionatam.

Quartum argumentum. Sancti tractantes de prędeſtinatione, & reprobatione, & de vocatione efficaci, vel ſufficienti vtuntur hac ſcientia: vt Auguſtinus de prędeſtinatione ſanctorum cap. 12. & 13. & alibi, & D. Ambroſius in epiſtola ad Romanos, octauo capitulo exponens illa verba, *his, qui* Rom. 8. D *ſecundùm propoſitum, &c.* Ait, Deum ſecũdùm propoſitum vocare eos, quos pręſciuit ſibi fore deuotos, &c.

Reſpondetur ſanctos patres loqui de his contingentibus, quę verè erant futura, quę pręſciuit Deus ante abſolutam determinationem ſuę voluntatis, non tamen ante conditionatam. Verba autẽ Ambroſij non ſunt intelligenda cauſaliter; ſed cõcomitanter, vel conſecutiuè: non enim vult ſignificare Ambroſius, quòd pręſcientia meritorum fuerit cauſa prędeſtinationis, ſed quòd concomitata fuerit prędeſtinationẽ. Pręcognoſcit ergo Deus, quòd, ſi vellet creare, & prędeſtinare Petrum, E daret illi talia auxilia, ſcilicet efficacia, & quòd datis talibus, & talibus auxilijs, Petrus hoc, & illud ageret: & deinde determinat creare Petrum, & illum prędeſtinat, & pręfinit auxilia, & actus meritorios; vbi apparet, voluntatem conditionatam pręcedere voluntatem abſolutam, &c. vel dic cum S. Thom. prima parte, quęſt. 23. articulo quinto, ad primum vſum gratię pręſcitum non eſſe rationem collationis gratię, niſi ſecundùm rationem cauſę finalis.

Ambroſius expoſitus.

Quintum

Quintum argumentum eſt. Sancti ſæpè dicunt tunc Chriſtum veniſſe, quando præſciuit homines ipſi, & Euangelio fuiſſe credituros. Ita Aug. epiſt. quadrageſimanona, de ſex quæſtionibus Paganorum, quæſt. 2. & in libro de perſeuerantia capit. 9. ait præſcijſſe Chriſtum, qui, & quando, & quibus in locis eſſent in illum credituri, quæ loca citantur à S. Thom. 3. par. q. 1. artic. 5. in reſponſione ad ſecundum.

Reſpondetur primum dictum eſſe retractatum ab eodem D. Auguſtino in ſecundo loco notato, vt aduertit S. Thom. in dicta reſponſione. Aliorum verò Patrum dicta interpretatur Auguſtinus in libro de Prædeſtinatione ſanctorum dicens. *Quid igitur opus eſt, vt eorum ſcrutemur opuſcula, qui priuſquam iſta hæreſis,* ſcilicet Pelagianorum. *oriretur, non habuerunt neceſſitatem in hac difficili ad ſoluendũ quæſtione. Quòd proculdubio facerent, ſi reſpondere talibus cogerẽtur; vnde factum eſt, vt de gratia Dei quid ſentirent, breuiter quibuſdam ſcriptorum ſuorum locis tranſeunter attingerent: immorarentur verò in eis, quæ aduerſus alios Eccleſiæ inimicos diſputabant.* Hæc Auguſtinus. Diſputabant enim tunc Sancti Patres cũ Manichæis negantibus liberum arbitrium, & ideò vires omnes ad eius defenſionem intendebant, nihil aſſerentes de ſcientia media, ſed ſuauem diuinæ motionis efficacitatem ſignificantes, qua libe ri vires arbitrij non deſtruuntur, ſed perficiuntur, vt ſæpè diximus.

Ad ſecundum locum D. Auguſtini reſpõdetur, quòd S. Auguſtinus ſolùm ait non eſſe dicendum Tyrios, & Sydonos non fuiſſe credituros, ſi talia apud eos fierent ſigna, & miracula; quoniam hoc aduerſatur dicto Chriſti Matth. 11. non autem ait ſimpliciter certam fuiſſe dictam cognitionem; cũ ſit certa tantùm modis ſupra expoſitis, videlicet conſiderata diſpoſitione cauſarum, vel vt modalis, vel moraliter. &c. quæ tamen eſt certa ſuppoſita præfinitione conditionata.

Sed contra hanc reſponſionem argumentatur dupliciter Suarez. Primò: Quoniam Sancti patres talem cenſent eſſe hanc ſcientiam in Deo, quæ ſufficiat ad efficacem vocationem procedentem à diuino decreto abſoluto, quo vult hominem conuerti, & liberè conuerti; ſed ad huiuſmodi decretum Dei non ſufficit coniecturalis cognitio, ſed requiritur neceſſaria, & omnino infallibilis cognitio; quia poſita tali voluntate omninò infallibile eſt ſequi effectum. Probatur minor; quoniam mediũ, ſeu auxilium, quo Deus vtitur, vt impleatur talis voluntas, etiam debet habere effectum omnino infallibiliter; ergo, & ſcientia talis effectus, ſi ponatur tale medium, debet eſſe omnino infallibilis. Maior, (inquit,) conſtat, præſertim ex locis Chryſoſtomi, & eſt frequens doctrina Auguſtini; vt patet (inquit,) ex quæſt. 2. ad Simplicianum.

Secundò. Sancti patres non ſolùm reſpectu bonorum, ſed etiam reſpectu malorum ponunt hanc præſcientiam, nec ſolùm reſpectu hominis lapſi, ſed etiam reſpectu Angelorum, & etiam hominis in ſtatu innocentiæ, de quo (inquit,) ſi coniectura agendum eſſet, conſiderata diſpoſitione, & rectitudine eius, nec probabiliter coniectari poſſet fuiſſe peccato conſenſurum; quia cauſa nõ ſolùm erat indifferens, ſed etiam magis propenſa ad oppoſitum; ergo Deus id non præſciuit ex ſignis, vel coniecturis, ſed per certam, & infallibilem cognitionem.

Ad primum, reſpondetur falſam eſſe maiorem: ſupponit enim vnum falſum, nimirum diuinã præſcientiam ante omnem præfinitionem, etiam conditionatam diuinæ voluntatis, eſſe neceſſariò requiſitam ad hoc, vt Dei vocatio ſit efficax; quod ſuppoſitum falſum eſt: non enim diuina vocatio efficaciam habet ex diuina præuiſione, vel ex rebus præuiſis à Deo, quæ ſic eſſent futuræ; ſed ex p̃finitione, & motione diuina fortiter, & ſuauiter operante. Nec patres vnquam eam doctrinam docuerunt. Secundò dicitur, quòd admiſſo toto argumento nihil concluditur contra nos; quoniam, vt iquit Suarez, hæc præſcientia eſt talis effectus, poſito tali medio, ſcilicet Dei auxilio, in quo intelligitur præfinitio conditionata diuinæ voluntatis, &c.

Ad ſecundum patet ex ſupradictis, & ex eodem fundamento: Nam, licet Angeli, vel Adam in ſtatu innocentiæ non haberent propenſionem ad malum, indigebant tamen efficaci Dei auxilio ad p̃ſeuerandum, quo non habito, certiſsimè erant peccaturi, non enim eſt efficax diuinum auxilium ex libero arbitrio, ſed ex diuina motione, vel ordinatione concurrente tamen in ſuo ordine libero arbitrio.

Contra quartam concluſionem argumentatur Molina. Primò auctoritate Durandi in primo ſent. diſtin. 38. quæſt. 3. & Thomæ de Argentina in ſecundo ſentent. diſtinct. 40. articulo tertio, ad argumenta. Molina.

Reſpondetur hos auctores loqui de libero arbitrio, vt ſubſtat ordini diuinæ prouidentię, & præfinitioni, ac phyſicæ motioni.

Secundo arguit Auctoritate S. Tho. primo contra gen. cap. 67. ratione tertia.

Sed S. Thom. ibi non agit de cauſis liberis, ſed de naturalibus, vt etiam ibi notauit Ferrarienſis. Ferrarien. Secundò dicitur, quòd, vt patet ex littera, S. Tho. loquitur de cauſa contingenti completa, ideſt determinata; quæ determinatio in cauſis liberis eſt per diuinam præfinitionem.

Tertiò auctoritate Auguſtini, qui pluribus in locis explicat eam eſſe vocationẽ efficacem, quæ datur modo congruo, ideſt, prout Deus nouit ita eſſe accommodatum effectui, & diſpoſitioni talis voluntatis, vt in ea habitura ſit effectum, vt apparet ex quæſt. ſecunda ad Simplicianum, & alijs locis, & in queſt. de Anima, & eius origine cap. 7. dicit nos non cognoſcere, quibus tentationibus vincenda ſit noſtra voluntas, vel quas ſit ipſa ſuperatura; quia illam non comprehendimus; ergo è contrario, qui illam comprehendit, illa omnia cognoſcit.

Quartò ratione; Quia hic modus non videtur impoſsibilis, nec alius modus videtur eſſe poſsibilis, vt patet diſcurrendo per ſingulos. Quòd autẽ hic

hic modus ſit poſsibilis, probatur ex infinito exceſſu diuinæ cognitionis ſuper angelicam; at poteſt Angelus ſua ſcientia, magna, & vehementi cõiectura ſuſpicari, quid hominis voluntas ſit volitura, in tali occaſione, ſolùm ex cognitione naturę voluntatis; ergo Deus poterit ex hoc medio certã illius cognitionem habere.

Ad auctoritatem Auguſtini ad Simplicianum, dicitur primò, quod S. Auguſtinus nunquam dixit cauſam totalem efficaciæ vocationis eſſe congruitatem, vel modum ſic accommodatum, &c. nã pręcipua cauſa eſt ex diuina motione, & pręfinitione.

Secundò reſpondetur, D. Aug. illis verbis ſuaué gratiæ præuenientis, interiuſq; mouentis efficacitatem exprimere voluiſſe; quia voluntatem iuxta liberam eius naturam, & modum ſic intimè mouet ad volendum, vt non reſiſtat, ſed omnino hoc re velit.

Ad alium locum de anima, & eius origine dicitur, quod ille modus arguendi, ſi affirmatio eſt cã affirmationis, & negatio erit cauſa negationis, & è contrariò nõ tenet, niſi in cauſis proprijs, & pręciſis; at cauſa præciſa, & propria quare nos non cognoſcamus quibus tentationibus, &c. non eſt, non comprehenſio noſtræ volũtatis, ſed præcipua eſt non comprehenſio iudiciorum Dei, & determinationis diuinę voluntatis: ſecundaria verò eſt nõ comprehenſio voluntatis noſtræ. Itaque, cum Deus comprehendat ſua iudicia, & determinationes ſuæ voluntatis, & humanam etiam voluntatem, ſequitur, quòd ſciat, quid ſit volitura ſuppoſita determinatione diuinæ voluntatis.

Poſſet breuius dici, comprehenſionem humanę voluntatis nõ abſolutè, ſed vt ſubeſt ordini, & determinationi diuinæ prouidentiæ, & voluntatis inferre comprehenſionem omnium eius effectuũ: & ſic Deus cognoſcit in voluntate humana omnes eius effectus ſuppoſita determinatione ſuæ voluntatis, vel abſoluta, vel conditionali.

Ad rationem iam ſupra reſponſum eſt oſtendẽdo talem modum eſſe impoſsibilem, ad id etiam, quod tangitur de comparatione cognitionis angelicæ ad diuinam, ſupra reſponſum eſt, quòd ante determinationem diuinæ voluntatis, ad minus conditionalem non ſunt talia contingentia ſcibilia, niſi cognitione, vt ſic non certa, & tamen magis accedit ad certitudinem diuina cognitio, quã Angelica, quia ex alijs capitibus, ea cognoſcit ex quibus non poteſt Angelus ea cognoſcere, vt ſupra oſtendimus.

Zumellus. Contra quintam concluſionem argumentatur Zumellus. Primò: quoniam ex ſacris litteris aperte conſtat Deum habere certam cognitionem futurorum contingentium, & ea cõuenire Deo ex intrinſeca diuinitatis ratione.

Secundò: Quia Deus, tum ſuam eſſentiam, tum ea, quæ in ea eminenter continentur, altiſsimo, & eminentiſsimo modo comprehẽdit; ergo etiã hęc futura contingentia; quoniam ibi continentur.

Ad primum dicitur, quòd ſacræ litteræ loquuntur de futuris contingentibus abſolutè, futuris.

Ad ſecundum dico, in diuina eſſentia ante de-

A terminationem diuinæ voluntatis contineri futura contingentia, vt poſsibilia produci, non autẽ, vt producenda; & ideo in illo priori non cognoſcũtur, niſi vt poſsibilia produci.

Contra octauam concluſionem argumentatur Suarez. Primò allegat Durandum, Alenſem, Sanctum Bonauenturam, & alios dicentes Deum per idæas cognoſcere futura contingentia abſolute: nam eadem ratione, infinita repræſentatio idæarum ſufficiet ad hęc conditionata repræſentanda. Suarez.

Secundo loco. Profert nominales; qui affirmãt ex omnibus propoſitionibus de futuro vnam eſſe determinatè veram; & ad ſcientiam diuinam de

B huiuſmodi veritate, nihil amplius requiri, quã infinitam efficaciam diuini intellectus; ergo idẽ etiam ſentiunt de futuris conditionatis, quod de abſolutis.

Tertiò loco citat S. Thom. in ſupradicta quæſt. 3. artic: primo, ad ſecundum, vbi cum D. Auguſtino admittit talem cognitionem, cui addit Albertum. Egidium, & alios.

Ad has auctoritates dico Durandum loqui de comprehenſione cauſarum, vt ſubſtant ordini, ſiue motioni, ac præfinitioni primæ cauſæ: nam inter ea, quæ poſſunt determinare voluntatẽ humanam, primum, & potiſsimum eſt diuina voluntas,

C eius pręfinitio, & motio efficax. Et per idem reſpondetur ad auctoritates S. Bonauenturæ, & Alẽſis: Nam vt etiam inferius oſtendemus cum Caietano ideæ non repręſentant futura, niſi ſuppoſita determinatione diuinæ voluntatis. Ad auctoritates Nominalium reſpondetur alteram contradictoriam de futuro non eſſe determinatè veram, niſi ex præfinitione diuinæ voluntatis abſoluta, vel conditionata.

Ad auctoritatem S. Thom. dicendum eſt id, quod diximus exponentes auctoritatem D. Auguſtini, & hoc modo exponenda ſunt aliorum antiquorũ dicta, ſi quæ ſimilia apud eos reperiantur.

D Prima, & apud eum potiſsima ratio eſt. Quia huiuſmodi ſcientia eſt vtiliſsima ad prudentiam; ergo eſt in Deo collocanda. Conſequentia patet; Antecedens probatur ex rebus humanis: Nam, ſi ego cupio aliquid alteri perſuadere, vt prudenter id faciam, multum conferet pręnoſcere in quo tẽpore, vel opportunitate ſoleat ille melius eſſe diſpoſitus, & quibus rebus magis affici ſoleat, & ſic de alijs circunſtantijs. Quod ſi omnino certò pręſcirem, quid eſſet facturus tali, & tali modo exoratus, talis cognitio vtiliſsima eſſet ad ſtatuendum quid agere oporteet, & ad applicandum media accommodata; At verò oportet, vt Deus ſit ad omnẽ

E prouidentiæ modum perfectiſsimè diſpoſitus; ergo hæc ſcientia in Deo eſt maximè neceſſaria.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens, immo dico impoſsibilem eſſe talem ſcientiam. Ad probationem reſpondetur, quòd nõ eſt par ratio de prudentia diuina, & humana: nam prudentia humana non eſt cauſa rerum, nec etiam eſt cauſa phyſica actuum volũtatis alterius, ſicut diuina; & ideo prudentia humana debet ſuo modo, ſcilicet coniecturaliter, præcognoſcere ea futura, quorum nõ [illegible]

eſt

eſt cauſa; At verò diuina prouidẽtia eſt cauſa omnium rerũ,& omnium actionum, ea ratione, qua bonæ ſunt per determinationem ſuæ voluntatis, cuius efficaciam præcognoſcit per ſcientiam naturalem.

Secunda ratio talis eſt. Sine hac ſcientia nõ poteſt intelligi præordinatio, ſiue prædeſtinatio aliquorum hominum, & aliquorum Angelorum ad beatitudinem; ergo eſt neceſſaria. Antecedens ꝓbatur; quia nullus poteſt ſtatuere prudenter de fine certo, niſi habeat certò præcognita media ſibi poſsibilia ad conſequendum finem, quem intendit,& eo modo, quo intendit; ergo, niſi Deus præcognoſcat, quibus modis, ſeu quibus conditionibus poſitis humanum arbitrium hoc, aut illud operabitur, non poteſt ſecum ſtatuere de tali operatione, aut de fine per illam conſequendo: quia aliàs oporteret, vt Deus violentiam inferret voluntati, vt omnino faceret, quod ipſe decreuit, aut periculo ſe exponere, vt non fiat, quod ipſe efficaciter intendit; quia relinquit voluntatem in ſua libertate nondum ſciens, quid ſit operatura poſitis talibus circumſtantijs.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens. Ad probationem dicitur: quòd Deus certò præcognoſcit per ſcientiam naturalem omnia media ducentia in finem, videlicet omnia auxilia afficacia. Quæ ſunt efficacia, non ex libero arbitrio, ſed ex diuina ordinatione, præfinitione,& motione; & ideo antequam Deus aliquem prædeſtinet, certiſsimè ſcit, quòd, ſi illi conferat talia auxilia prædicto modo efficacia, ad beatitudinem perueniet, ſed hæc conditionalis includit determinationem conditionalem diuinæ voluntatis prædeterminantis, & præfinientis conditionaliter actus humanos; qua præfinitione præciſa dicimus non poſſe eos certò cognoſci. Et quia, vt ſæpè dictum eſt, Suarez ponit diuina auxilia eſſe efficacia ſolùm ex libero arbitrio,& negat præfinitiones propriè, & ſtrictè ſumptas, ideò neceſſe eſt, vt tollat omnem certitudinem à diuina præcognitione.

Vbi aduertè ex duabus his propoſitionibus cõditionalibus: Si Petrus ponatur in tali ordine rerum, cum talibus circumſtantijs,& auxilijs ſecundùm ſe non efficacibus, peccabit: Et ſi Petrus ponatur in tali ordine,&c. non peccabit, non eſſe neceſſarium alteram earum eſſe veram; quia non sũt contradictoriæ, ſed oportet, vt in negatiua ante dictionem, *ſi*, ponatur negatio; & tunc erunt contradictoriæ, & negatiua erit vera,& affirmatiua falſa: erit autem negatiua: Non, ſi Petrus ponatur in tali ordine &c. peccabit; cuius ſenſus erit: non ſequitur; ſi Petrus ponatur in tali ordine rerum, peccabit; qui ſenſus eſt verus; quia præciſo diuinæ volũtatis decreto voluntas creata remanet indifferens ad vtrunque oppoſitorum: Præterea dici poteſt non eſſe neceſſe, vt ex duabus propoſitionibus in materia contingenti altera earum ſit determinatè vera,& altera falſa, vt patebit in ſequẽti controuerſia.

Ex dictis patet reſponſio ad ddas alias rationes eiuſdẽ Suarezij, ex efficacia diuinæ vocatio-

A nis,& ex effectibus diuinæ prouidentiæ, videlicet confirmatione in gratia, permiſsione peccati, & ſimilium, de quibus etiam ſuprà ſatis dictum eſt.

Contra nonã concluſionem argumentatur Suarez. Primò. Omnis propoſitio, quę eſt determinatè vera, eſt certè à Deo cognoſcibilis; ſed ex duabus conditionalibus de futuro contingenti ſemper altera eſt determinatè vera; ergo. Maior probatur: quoniã verum, vt verum, eſt obiectum intellectus,& ſcibile: ergo. Minor probatur multipliciter; & primò ſic. Ex duabus contradictorijs de contingenti abſolutè futuro, altera eſt determinatè vera; ergo etiam ex duabus contradictorijs

B de futuro contingenti conditionato, altera eſt determinatè vera. Conſequentia videtur euidens; quia eadem eſt ratio de his,& de illis. Antecedens verò probatur: Primò; quia contradictoriæ non poſſunt eſſe ſimul falſæ; ſed ſemper eorum altera eſt vera,& altera falſa. Secundò; quia ſecundùm Ariſtotelem. Hæc diſiunctiua eſt vera. Petrus peccabit, vel non peccabit, ſiue ambulabit, vel nõ ambulabit; ergo eſt vera ratione alterius partis; quia ad veritatem diſiũctiuæ neceſſe eſt, vt altera pars ſit vera; ergo altera pars eſt nunc determinatè vera.

C Tertiò; quia quando Petrus peccat, vel ambulat, actu oſtenditur propoſitionem antea prolatã tunc fuiſſe veram; ergo anteà fuit determinatè vera. Antecedens probatur. Primò: quoniam illa ꝓpoſitio: Petrus peccabit, non incipit eſſe vera in eo inſtanti, in quo Petrus peccat, immo tunc terminatur eius veritas, & incipit veritas propoſitionis de præſenti. Secundò; quia illa propoſitio fuit ſemper conformis ſuo obiecto; ergo ſemper vera.

Reſpondetur ad argumentum. Ad maiorem. Omnis propoſitio determinatè vera eſt certò à Deo cognoſcibilis, eo modo, quo eſt determinatè vera. Vnde illa, quæ eſt determinatè vera dependenter à determinatione,& præfinitione volunta-

D tis primæ, vel alterius cauſæ, cognoſcitur vt determinatè vera, tali determinatione; tales verò ſunt omnes propoſitiones de futuro contingenti abſolutè. Et conditionatæ non haberent determinatã veritatem, niſi ex diuino decreto abſoluto, vel cõditionato,& ideo non cognoſcuntur certò à Deo, niſi in determinatione ſuæ voluntatis. Ex dictis ſequitur ex duabus contradictorijs de futuro contingenti, neutram eſſe determinatè veram præciſis diuinis præfinitionibus, comparando ſcilicet futura contingentia ad ſecundas,& proprias cauſas creatas, in quo ſenſu loquutus eſt Ariſt. & plures alij, qui eius tuentur ſententiam: Nam, vt no-

E tat S.Thom. de potentia, quæſt. 1. artic. 4. philoſophus conſiderat cauſas rerum inferiores, & ſecundùm eas iudicat, vnde effectus cauſarum ſecundarum ſecundùm iudicium philoſophi dicuntur poſsibiles, vel impoſsibiles ſecundùm cauſas inferiores; & eadem ratione dicuntur determinatè, aut indeterminatè futuri; & eorum propoſitiones determinatè, aut indeterminatè veræ; ſed de hoc plura dicemus in ſequenti controuerſia. Vide etiã argum. quę proponit,& ſoluit Aluarez in allegata diſp. 7. & in 13.

Suarez.

Quo altera ex contradictorijs conditionalibus ſit vera.

Ariſtot.

S. Tho.

Aluarez.

Se-

Digitized by Google

Secunda Controuerſia.

Quomodo Deus cognoſcat futura contingentia abſoluta.

Sententiæ Expoſitorum.

QVid, & quotuplex ſit futurum cõtingens ex dicendis ſtatim innoteſcet. Hic tamen pręcipuè quæritur de contingentibus cauſæ liberæ. Abſoluta verò dicuntur ea futura contingentia; quæ in aliqua temporis differẽtia, ſunt exiſtentiam habitura; quo differunt à futuris conditionalibus nunquam ad eſſe perducendis.

De quęſtione propoſita quatuor ſunt ſententię, ommiſſa opinione Scoti ſatis à Capreolo in primo ſent. diſt. 38. quæſt. 1. & à Caietano ſuper hoc articulo examinata. *(Scotus. Capreol.)*

(Molina.) Prima eſt Ludouici Molinæ dicentis futura cõtingentia ex libero arbitrio creato à Deo cognoſci in comprehenſione ipſius liberi arbitrij creati accedente determinatione libera diuinæ voluntatis, non qua liberum arbitrium creatum determinet ad alteram partem contradictionis; ſed qua ſtatuit creare cauſas liberas in hoc, vel in illo ordine rerum, & circumſtantiarum. In quo ſenſu ait veriſsimum eſſe idæas, eſſentiamve diuinam cognitam, vt obiectum primarium Deo eſſe totam, ac certam rationem cognoſcendi futura contingentia.

(Zumell.) Secunda ſententia eſt Zumelli, qui docet ex triplici radice de mente Sancti Tho. cognoſci à Deo futura contingentia. Prima eſt; quia omnia futura contingentia ſunt præſentia Deo in æternitate. Secunda; quia Deus apud ſe habet præſentes rationes rerum omnium, ideſt idæas repræſentantes veritates omnes neceſſarias, & liberas, ac contingentes. Tertia, eſt diuinæ voluntatis efficax præfinitio; qua ſtatuit quædam liberè, & quædam contingenter euenire. Quibus addit ipſe quartam, nimirum diuinam eſſentiam tanquam ſpeciem intelligibilem repræſentantem diuino intellectui veritates omnes liberas contingentes.

(Suarez.) Tertia ſententia eſt, Suarezij, qui dicit ſex. Primum eſt, non poteſt Deus habere certam, & infallibilem ſcientiam futurorum contingentium in cauſis proximis per auxilium, aut motionem Dei efficacem determinatis. Secundum, Deus cognoſcit per idęas ſuas futura cõtingentia: non tamen idęa eſt ratio obiectiua determinans diuinam ſcientiã ad cognoſcendum futurum contingens, ſeu determinans illam ad certum iudicium de illo ferendũ. Tertium, Deus non cognoſcit futura contingentia in ſola ſcientiæ ſuæ efficacitate. Quartum, præfinitio diuina non eſt, neque eſſe poteſt ſufficiens ratio cognoſcendi futurá contingẽtia in vniuerſum: nam Deus non prædeterminat voluntates humanas ad actus peccatorum. Quintum, Decretum æternum, quo Deus ſtatuit concurrere in tempore cum humana voluntate ad talem actum, non eſt ſufficiens principium, vel ratio cognoſcendi illum

A actum eſſe futurum, niſi aliundè ex alia ſcientia, vel præſcientia iuuetur. Per illam autem præſcientiam intelligit cognitionem futurorum conditionalium. Sextum: Deus cognoſcit hæc futura contingentia ſolùm per ſimplicem intuitum veritatis, vel rei, quæ futura eſt in ſua temporis differentia.

Eandem ſententiam ſequitur Vaſquez, & nouiſſimè Peſantius. *(Vaſquez. Peſantius. Valentia.)*

Quarta ſententia eſt Valentiæ, qui tria dicit. Primum, ex eo præcisè, quòd Deus cognoſcit diſpoſitionem cauſæ contingẽtis, ſicut ipſa in ſe eſt, non certò, & infallibiliter cognoſcit effectum cõtingentem eſſe actu futurum. Secundum, ex hoc B præcisè, quòd Deus cognoſcit certò cauſam contingentem proximè iam determinari ad efficiendum aliquem effectum, & à nulla prorſus alia cauſa impediri, certò etiam cognoſcit effectum contingentem futurum. Tertium, Diuina præſcientia futurorum, idcircò potiſsimum eſt certa, & infallibilis; quia fertur in futuras res, ſecundùm illud eſſe actuale, quod ſunt ipſæ habiturę, & prout ſunt habituræ.

Vltima ſententia eſt D. Tho. quam ſequitur Capreolus in primo ſent. diſt. 38. quæſt. 1. Caietanus, Ferrarienſis, primo cont. gent. capit. 67. & omnes C Thomiſtæ communiter exponentes hunc articulum. *(D. Tho. Capreol. Caiet. Ferrariens.)*

Reſolutio.

Explicatur ſenſus, & ſtatus Controuerſiæ.

AD cuius euidentiam. Sciendum eſt. Primò, futurum contingens dici effectum producendum à cauſa proxima, ita vt poſsit ab ea non produci. Verùm, quòd poſsit effectus à proxima cauſa non produci, poteſt ex duplici radice procedere, vna eſt, extrinſeca cauſa impediens cauſæ per ſe ſufficientis, ac diſpoſitæ cauſalitatem; & hoc D modo effectus naturalium cauſarum defectibiliũ ſunt contingentes; quia ex alterius cauſæ concurſu poſſunt impediri. Alio modo efficitur contingens, effectus; quia poteſt non produci, non propter extrinſecum impedimentum, ſed ex intrinſeca facultate ipſius cauſæ, quæ poſitis omnibus requiſitis ad operandum poteſt operari, & non operari, & hic eſt effectus cauſæ liberæ, qui propriè dicitur effectus cauſæ liberæ, vt libera eſt formaliter; impropriè vero contingens, vt notat Ferrarienſis loco paulò ante notato. *(Ferrarien.)*

Secundo aduertẽdum eſt hic eſſe ſermonem de cognitione certa, & infallibili: quæ nimirum talis E eſt, vt ex ratione, vel ſtatu obiecti, circa quod verſatur, & ex lumine, ac medio, ex quo reſultat, aut cui nititur, falſa eſſe non poſsit; tametſi non neceſſariò ineſſet cognoſcenti; ſicut patet de ſcientia viſionis, quę ĩ Deo certiſsima eſt, & potuit nihilominus ab æterno nõ ineſſe Deo, ſi res in tẽpore creare noluiſſet.

Tertio obſeruandũ eſt duobus modis poſſe veritatem aliquam intelligi: Vno modo in ſeipſa intuitiuè, quando ſcilicet ſecundùm proprium eſſe reale

reale eſt præſens cognoſcenti ſecundùm menſurã cognitionis illius, quo modo nos videmus ſenſibilia oculis noſtris obiecta. Et hoc etiam modo, vt in ſequenti patet Controuerſia, Deus vniuerſa futura abſoluta cognoſcit. Alio modo cognoſcitur veritas aliqua in alio. Et hoc tribus modis. Primus eſt, quo cognoſcitur aliqua veritas in atteſtante, & hoc modo prophetæ cognoſcunt futura ſibi à Deo reuelata. Deus verò hoc modo nihil in alio cognoſcit, hic enim modus intrinſecam habet imperfectionem: nam ex alterius teſtificatione aliquid addiſcere, vel cognoſcere, magna imperfectio eſt. Secundus modus, quo veritas aliqua cognoſcitur in alio, eſt in effectu, vel per effectum. Et hic modus nulla ratione poteſt Deo congruere: tum quia dicit imperfectionem, tum quia futuris repugnat antequam ſint, habere effectum, per quem cognoſcantur. Poſtremus itaque relinquitur modus nullam dicens imperfectionem, qui modus eſt cognoſcendi veritatem effectus in ſua cauſa, ſiue ea ſit effectiua, ſiue exemplaris, ſiue proxima, ſiue remota. Itaque ad inueſtigandum quomodo Deus cognoſcat futura contingentia libera, de quibus loquimur in præſenti Controuerſia, non eſt vagandũ circa alios modos; ſed in hoc vltimo ſiſtẽdum eſt, & videndum, nùm cognoſcantur à Deo in aliqua cauſa creata; quæ cauſa non poteſt eſſe, niſi vel ipſa voluntas, vel iudicium intellectus præueniens voluntatem. Vlterius etiam quæritur. An cognoſcantur in cauſa increata effectiua, vel exemplari, vt in ipſa eſſentia, vel voluntate diuina, vel in decreto diuinæ voluntatis, ſiue etiam in diuinis ideis. Nullæ enim aliæ cauſæ ſufficienter poſſunt voluntatem creatam determinare, nec corpora cæleſtia, nec Angeli, &c.

Cauſas liberas duplici præfinitione ad ſuos effectus à Deo determinari ſalua earum libertate.

SEcundò obſeruandum eſt, quòd ſecundæ cauſæ liberæ poſſunt dupliciter conſiderari. Vno modo ſecundum ſe, & hoc modo ſunt indeterminatæ, & in eis effectus non poſſunt certò cognoſci. Alio modo, vt ſubduntur ordini, motioni phyſicæ, & determinationi diuinæ ſcientiæ, & voluntatis, & hoc modo ſunt cauſæ determinatæ, & completæ in ſenſu compoſito, idest, vt ſtant ſub ordine, & determinatione diuinæ voluntatis, & motionis, non tantũ moralis, ſed etiam phyſicæ, in voluntate creata, ſalua illius libertate receptæ; licet in ſenſu diuiſo, idest abſolutè conſideratæ, idest, præciſa tali determinatione ſint indeterminatæ, & ideo ſimpliciter ſunt cauſæ liberæ, & contingentes. Cũ enim Deus ſit perfectiſsimus, & vniuerſalis prouiſor, nihil in vniuerſo poteſt effici, quod rationem entis, & boni habeat, quod ab eo non ſit præuiſum, volitum, & præfinitum, non tantùm ſecundum ſe, ſed etiam quo ad omnes cauſas ad eius productionem neceſſarias: Nec tamen propter hoc tollitur effectuum, vel cauſarum libertas, ſiue contingentia; quoniã, vt inquit S. Thom. infra quæſt. 19. articulo octauo. Voluntas Dei eſt efficaciſsima: & ideo non ſolum

[left margin: ...termi-... ü li... ate, & ...tingen ... Thom.]

A ſit, quod Deus vult, ſed etiam eo modo, quo vult Deus fieri. Vult autem Deus quædam fieri neceſſariò, & quædam contingenter, vt ſit ordo in rebus ad complementum vniuerſi: & ideo quibuſdam effectibus aptauit cauſas neceſſarias, ex quibus effectus de neceſsitate proueniunt: quibuſdam autem aptauit cauſas contingentes, ſiue liberas, ex quibus effectus contingenter, vel liberè proueniunt. In ſingulis enim cauſis, iuxta earum modum intimè, fortiter, & ſuauiter operatur: nec eorum deſtruit, ſed fouet, & conſeruat naturam. Quomodo autem prima cauſa influat in ſecundas cauſas, & quid ſit ille influxus, latè explicauimus infra in

B ſpeciali Controuerſia ad quæſtionis 22. ar. quartũ.

Quartò Conſiderandum eſt in cauſa ſecunda libera duplicem eſſe poſſe determinationem, nimirum extrinſecam, & intrinſecam. Prior eſt æterna Dei præfinitio, qua vniuerſos, & ſingulos actus liberos præfiniuit in indiuiduo. Hæc enim in cauſa ſecunda libera nihil ponit formaliter, & intrinſece, ſed illam extrinſecè tantùm denominat determinatam. Poſterior autem determinatio, ſcilicet intrinſeca, eſt actualis paſsiua applicatio ad operandum; quæ, vt ſuo loco probabitur, non ſolùm à Deo, ſed etiam ab ipſa ſit creata voluntate; ita tamen, vt eadem materialiter applicatio in duas realiter metaphyſicè diſtinctas diuidatur: quorum altera ſit à ſolo Deo, altera verò ſit à voluntate, vt à Deo mota, ſi. q; realiter eadem vtraque voluntati reali tantùm modo ipſi voluntati ſuperaddito ab ea differens. Eſt enim hæc applicatio ordo quidã tranſcendens potentiæ ad operationem, vt ab ea nunc exercendam: cum autem dico, vt nunc exercendam, ſolam naturæ prioritatem ſignifico, quæ inter cauſam, & effectum ſemper eſt neceſſaria. Pertinet autem applicatio ad ſupremum ſecundæ cauſæ complementum, quo ſit actu cauſa. Quomodo autem hæc applicatio nuncupetur influxus, & motio ad modum intentionalis virtutis exiſtentis in inſtrumento, diximus in allegata Controuerſia.

[right margin: Determinatio duplex.]

C

D *Ex duabus propoſitionibus, ſcilicet affirmatiua, & negatiua de futuro contingenti neutram earum eſſe determinatè veram.*

QVintò notandum eſt, ſecundùm Ariſtotelem, & D. Tho. in primo Perihermenias capit. 8. lectione apud D. Thomam 13. in propoſitionibus de futuro in materia contingenti contradictoriè oppoſitis non eſſe neceſſe, alteram earum eſſe determinatè veram. Quod dictum probat ibi Philoſophus; quia, ſi altera dictarum propoſitionum eſſet determinatè vera, ſequeretur eſſe neceſſarium vt omnia determinatè ſint, aut non ſint, ac proindè nihil in rebus eſſet contingens, ſed omnia euenirent de neceſsitate, vt ibi latè probat Ariſtoteles, & explicat accuratè S. Thomas. Limitant recentiores dictum illud, aſſerentes neceſſe eſſe, vt pro quolibet inſtanti temporis alterum oppoſitorum contradictoriè conueniat proprio ſubiecto, non tamẽ requiri, vt eorum alterum conueniat proprio ſubiecto pro quolibet ſigno rationis. Quod exemplo declarant: Quia gratia, & peccatum in homine ad beatitudinem ordinato ſunt oppoſita immediatè,

Digitized by

diatè, atque ideo neceſſe eſt, vt in quolibet inſtanti temporis ſit in homine gratia, vel peccatum: Sed tamen (inquiunt) id non eſt neceſſarium in quolibet ſigno rationis, vel naturæ: Quoniam in illo priori naturæ, in quo contritio antecedit gratiam in genere cauſæ materialis, non intelligitur homo habere peccatum mortale, & tamen in illo priori non intelligitur gratia habitualis. Quòd ſi loquamur de temporis inſtanti, in illo inſtanti habet gratiam habitualem: conſtat autem peccatum, & gratiam eſſe oppoſita immediata, de quibus in hac parte eadem eſt ratio, quæ eſt de oppoſitis contradictoriè. Secundò hoc probant argumento; Quia antè decretum diuinæ voluntatis hæc propoſitio. Antichriſtus erit, non eſt determinatè vera ex natura ſubiecti. Primò, quoniam actualis exiſtentia ſoli Deo conuenit ex natura rei. Secundò, quia ſequeretur Deum non liberè, ſed neceſſario producere Antichriſtum, nec eſt determinatè vera ex aliqua cauſa efficiente; nam in illo priori, nondum intelligitur decretum diuinæ voluntatis, ſine quo nec eſſe, nec intelligi poteſt cauſalitas alicuius cauſæ ſecundæ; ergo in illo priori ſigno rationis, non intelligitur illud prædicatum competere ſubiecto, ergo in illo obiecto ſignificato per illam propoſitionem, nulla reperitur determinata veritas; Sed, quàmuis hic dicendi modus defendi poſsit, & eius Authores illum ſatis acutè tueantur, ſolutis multis aduerſariorum argumentis, alio tamen planiori modo videntur eadē argumenta poſſe diſſolui.

Ad cuius euidentiam ſcito, magnam eſſe differentiam inter has duas propoſitiones, videlicet in ſigno rationis antè decretum diuinæ voluntatis non conuenit Antichriſto eſſe futurum, & in ſigno rationis antè decretum diuinæ voluntatis conuenit Antichriſto non eſſe futurum. Nam prima eſt negatiua, & ad eius veritatem ſufficit in re negatio cauſæ futuritionis Antichriſti: hæc vero non poteſt eſſe, niſi decretum diuinæ voluntatis; Cum igitur in illo priori ſigno nullum ſit decretum diuinæ voluntatis, veriſsima eſt pro illo ſigno dicta propoſitio. At ſecunda propoſitio eſt affirmatiua, & ad eius veritatem requiritur poſitio cauſæ non futuritionis Antichriſti, quæ non poteſt eſſe, niſi decretum diuinæ voluntatis determinantis Antichriſtum non eſſe futurum: & quoniam in illo priori ſigno rationis nondum intelligitur eſſe tale decretum, ideo falſa eſt dicta propoſitio. Cū ergo quæritur, an in illo priori ſigno rationis ex his duabus propoſitionibus: Antichriſtus erit, &: Antichriſtus non erit, ſit altera earum determinatè vera, dicendum eſt primò, affirmatiuam eſſe falſam, ob rationem ex recentioribus ſuperius aſsignata. Secundò dicendū eſt, duplicem eſſe poſse ſēſum negatiuæ, videlicet: Antichriſtus nō erit, poteſt n. primo ſumi, quatenus fundatur in ſola negatione cauſæ futuritionis Antichriſti, & ſic eſt purè negatiua, & veriſsima eſt: quoniam in illo priori nondum intelligitur eſſe decretum de Antichriſto futuro, & ſenſus eius ſic explicatur; Antichriſtus non erit idest Antichriſtus nullam habet in hoc

A ſigno cauſam ſuæ futuritionis: Secundò ſumi poteſt eadem propoſitio, quatenus fundatur in poſitione cauſæ non futuritionis Antichriſti: & ita, quamuis ſecundùm formam ſit negatiua, eſt tamē virtualiter affirmatiua, & eſt manifeſtè falſa; quoniam in illo priori nullum eſt diuinæ voluntatis decretum determinans, Antichriſtum non eſſe futurum: & ſenſus eius ſic explicatur: Antichriſtus non erit, idest Antichriſtus in hoc priori ſigno cauſam habet, propter quam non erit: Non poteſt autem hæc negatiua in illo, aut quò vis alio ſigno eſſe determinatè vera, niſi ſumatur in hoc ſecundo ſenſu; quia ſi nulla ſit cauſa, cur Antichriſtus non
B ſit futurus, ſed ſola negatio cauſæ, cur ſit futurus, non poteſt firmiter eſſe determinatus Antichriſtus ad non eſſe futurum; quia licet in illo ſigno nulla concipiatur, aut concipi poſsit cauſa futuritionis Antichriſti, concipi tamen poteſt, & verè concipitur in poſteriori ſigno, in quo intelligitur eſſe decretum diuinæ voluntatis de Antichriſto futuro; igitur in primo ſigno cum ſola negatione cauſæ futuritionis non potuit eſſe determinatè vera illa propoſitio negatiua.

Omnis itaque propoſitio de futuro contingenti, quæ ſimpliciter profertur, & vt determinatè vera, ſiue ſit affirmatiua, ſiuè ſit negatiua, innititur
C neceſſariò veluti fundamento poſitioni cauſæ propriæ, ac firmæ ſuæ affirmationis, aut negationis; atque ideò, cum dico: Antichriſtus erit, veritas huius fundatur ſuper poſitione decreti diuinæ voluntatis: ſimiliter cum dico, Antichriſtus non erit, ſuppono, non ſolùm nullum eſſe decretum de Antichriſto futuro, ſed etiam eſſe in diuina voluntate decretum de Antichriſto nunquam producendo. Quod; quia falſum eſt, ideò propoſitio hæc negatiua: Antichriſtus non erit, abſolutè prolata falſa eſt, etiam in illo primo ſigno rationis, in quo nondum intelligitur decretum diuinæ voluntatis de Antichriſto producendo, ſicut
D etiam in illo eodem ſigno falſa eſt hæc altera propoſitio; Antichriſtus erit. Iam autem dixi, negatiuā ſumptam, & expoſitam modo ſupradicto, eſſe virtualiter affirmatiuam, & ideò non eſt verè oppoſita contradictoriè huic alteri affirmatiuæ.ſ. Antichriſtus erit.

Et ſecundum hunc dicendi modum facilè poteſt vtraq; ſententia cōciliari, nimirum affirmans alteram ex duabus dictis propoſitionibus neceſſario ſemper eſſe veram, & alterā falſam, & ea, quæ negat id eſſe neceſſarium in quolibet ſigno rōnis; Prima namq; cōſiderat propoſitionē negatiuā, vt purè negatiuā, & cōſequēter vt contradictoriā, in quo ſenſu vera eſt, vt antè diximus. Secunda verò
E conſiderat eādē propoſitionē negatiua, vt virtualiter affirmatiuā, & ita negat neceſſe eſſe, alterā ex duabus eſſe veram. Et quia ſm̄ exteriorem formā altera earum eſt negatiua, & altera affirmatiua, ideo Ariſtoteles, & cum eo D. Thomas, & alij dictam propoſitionem, & alias de futuro contingenti dixerunt eſſe contradictorias, negantes tamen earum alteram eſſe determinatè veram, propter implicitam affirmationem in negatiua.

Diuinam

Diuinam eſſentiam, vt eſt idæa, repræſentare diuerſo modo rerum quidditates, & contingentia.

SExtò videndum eſt, quomodo diuinæ idææ poſſint aliquid determinatè repræſentare.

Ad cuius euidentiam ſupponimus diuinam eſſentiam dupliciter eſſe Deo rationem intelligendi. Vno modo, vt principium; & ſic habet rationē ſpeciei intelligibilis impreſsæ; non autem idææ; quemadmodum etiam ſpecies, quæ in intellectu noſtro principiū ſunt intellectionis, non ſunt ideę. Alio modo diuina eſſentia eſt ratio intelligendi omnia, vt obiectum; & hoc modo habet rationem idææ: nam idæa eſt forma, quam agens concipit, ad cuius ſimilitudinem operatur. Conſtat autem diuinam eſſentiam in intellectione eſſentiali habere rationem formæ conceptæ, & verbi eſſentialiter dicti, forma verò concepta, & verbum eſt terminus intrinſecus, & obiectum intellectionis, & habet rationem eius, quod intelligitur, & non tātùm quo, ſicut ſpecies impreſſa. Itaque, quemadmodū diuina eſſentia repræſentat omnia vt principium intellectionis, ſiue vt ſpecies, ita omnia repræſentat, vt terminus, & vt obiectū intellectionis; ideſt, vt idęa. Non tamen eodem modo omnia repræſētat: nam aliquid repræſentat merè naturaliter, ſcilicet rerum quidditates; & aliquid non merè naturaliter, ſed naturaliter ex ſuppoſitione libera; ideſt ſuppoſita diuinæ voluntatis determinatione ad alteram partem contradictionis; & hoc modo repræſentat rerum exiſtentias, & coniunctiones contingentes; puta Sortem ſedere, Sortem loqui, & Sortem ſcribere. Et ratio huius ſupra allata eſt: quoniam horum veritas non poteſt repræſentari, niſi eo modo, quo illi conuenit eſſe in rerum natura; contingentia verò non habent eſſe determinatum, niſi dependenter à determinatione diuinę voluntatis; ergo nec veritatem habent determinatā, niſi dependenter à præfinitione diuinæ volūtatis. Maior patet; quia, ſicut vnumquodque ſe habet ad eſſe, ita ad veritatem, & eadem eſt diſpoſitio rei in eſſe, & in veritate. Minor probatur: quoniam contingentia hæc intrinſecè vendicant ſibi indeterminationem. Bannes hic ad argumentum Scoti, reddit aliam rationem: quia ſcilicet idęa nedum eſt principium cognoſcendi, ſed etiam operandi, &c. vide illum.

Præterea idęa non eſt ratio cognoſcendi tantū, ſed etiam operandi, vt exemplar: non eſt autem actualis operandi ratio, niſi accedente æterno voluntatis decreto; igitur idęa ſub ea ratione formaliter futurorum eſt contingentium repræſentatiua, quæ eſt forma diuino intellectui obiecta, & cognita per modum voluntatis; ideſt quatenus eſt voluntas vniuerſa quandoque exiſtentia ab æterno præfiniens. Maior patet ex dicendis in quęſtione ſeq. de idæis. Minor probatur; quia non pōt ſcientia, vel idæa eſſe principiū operandi, niſi adiuncta voluntate: vt ſupra dixit S. Tho. art. 8.

Alij dicunt actus liberos, vt futuros, cognoſci in eſſentia diuina, vt determinata per voluntatē: non quòd determinatio voluntatis tribuat eſſen-

A tiæ, vel intellectui particularem repræſentationē, quo ad entitatem, vel poſsibilitatem actus; ſed quia tribuit nouum modum repræſentandi, ſcilicet per ordinem ad executionem, & nouum modū cognoſcendi: ſcilicet non reſolutoriè, ſed compoſitiuè, inducendo formam in materiam; ſed prior dicendi modus altior eſt; & eminentiæ diuinæ naturæ congruentior.

Quomodo cognoſcat Deus peccata commiſsionis, et ommiſsionis.

SEptimò notandum peccata eſſe in duplici dif-
B ferentia; quædam ſunt actus poſitiui formaliter cum annexa priuatione; vt ſuperbia, & alia ſingula peccata capitalia, & appellantur peccata commiſsionis: Quædā autem ſunt formaliter negationes, ſiue priuationes actus debiti; vt miſſam non audire, aut parentibus honorem debitum nō deferre; In quibus tamen ſemper eſt aliquis actus, qui ad ſubſtantiam peccati non pertinet, ſed eſt eius cauſa, vt ait S. Tho. Prima ſecundæ quæſt. 72. art. 6. vt confabulatio cauſa eſt non audiendi miſſam; & hæc vocantur peccata ommiſsionis. Omnis autem entitas, & actualitas, vt ſic, à Deo eſt, tanquam à primo ente, & primo actu, priuatio ve-
C rò debiti ordinis ad Deum ipſum vltimum finem, à Deo qui bonitas eſt, omnia ad ſeipſum ordinās, eſſe non poteſt; ſed in liberum arbitrium creatum deficiens reducitur, vt primam, & propriam cauſam. Quod autem in tempore cauſat Deus, ab æterno præfiniuit; itaque omnis entitas ad peccatum pertinens, ſiue ſit in eo formaliter, & intrinſece clauſa; vt in peccato commiſsionis, ſiue cauſaliter tantùm ad illud pertineat; vt in peccato ommiſsionis, à Deo in tempore deriuatur, & ab eodē ab æterno præfinitur. Rurſus nulla poteſt in actu, aut ex actu, priuatio contingere, niſi permittat Deus in tempore, & ab ęterno decreuerit permit-
D tendam. Permiſsio autem peccati in ſubtractione auxilij efficacis præcipuè conſiſtit; vnde creata voluntas, in qualibet virtutis materia deficiet infallibiliter, niſi efficaci diuinæ virtutis influxu ad bonum determinetur. Cum itaque Deus omnem actum, & entitatem ab æterno cognoſcat cum omnibus circunſtantijs loci, temporis, perſonarum, &c. neceſſe eſt etiam, vt clauſas in actibus, aut ad eos conſequētes priuationes intelligat. Et hęc eſt vna radix, ex qua pendet cognoſcibilitas peccatorum à Deo. Alia verò eſt iam tacta, videlicet, ſubtractio diuinæ motionis efficacis, & permiſsio ab ęterno decreta: Nam non ſolùm mouet Deus,
E vt primum agens, ad operationem omnem ſecundam cauſam, ſiue naturalem, ſiue liberam, verùm etiam rem omnē in ſuo eſſe, & naturali, vel ſuperaddita perfectione conſeruat, ac præſertim, quas voluerit, hominum voluntates continet in officio virtutis, adeò vt Dei cōſeruatione ceſſante ſtatim in malum deflectat creata voluntas, aliquo ſemp, vt diximus, actu interueniente, ad quem vt primū agens mouet Deus motione ab ęterno præfinita, cum omnibus ſingularibus circunſtantijs, prout

S. Thom.

Entitas actus peccati à Deo præfinita.

Radix cognoſcibilitatis.

Digitized by Google

latius proprio loco erit explicandum: Ex quibus patet, omne peccatum ſecundùm rationem, tàm genericam, quàm ſpecificam, & indiuidualem, & ſecundùm omnem circunſtantiam tẽporis, & modi, ſiue intenſionis eiuſdem à Deo diſtinctè cognoſci. Nec tamen ſequitur voluntatem creatam in malum naturaliter eſſe propenſam; ſed tantùm illam eſſe defectibilem ex natura ſua: quia facta eſt ex nihilo, & non eſt ipſa regula ſuarum actionum, & quo ad omnem actum, & eius continuationem neceſſariò dependere ab efficaci diuinæ voluntatis influxu, atque ideò eo remoto deficere, cum tamen ex natura ſua actualem habeat propenſionẽ ad bonum, ita vt in quolibet actu ſuo ſemper tendat in bonum verum, vel apparens.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio. Deus non cognoſcit futura cõtingentia in comprehenſione liberi arbitrij creati. Hæc concluſio latè probata eſt in præcedẽte controuerſia.

Secunda concluſio. Deus non cognoſcit futura contingentia ante omnem determinationem diuinæ voluntatis per ſimplicem intuitum veritatis rei futuræ in aliqua temporis differentia. Hæc etiam ſupra probata eſt, & patet ex tertio fundamento: quoniam contingentium, & liberorum actuum veritas non eſt determinata, niſi dependenter à diuina voluntate; ergo non eſt certò cognoſcibilis, niſi per ordinem ad determinationem diuinæ voluntatis, & magis patebit ex probationibus ſequẽtis concluſionis.

Primus modus diuinę cognitionis.

Tertia concluſio. Decretum diuinæ voluntatis æternum, eſt ſufficiens ratio Deo cognoſcendi futura contingentia. Hęc concluſio intelligenda eſt, non ſolùm de actibus bonis futuris ex libero arbitrio creato, verùm etiam de malis, ſed proportionaliter; ita vt boni ſint abſolutè præfiniti; mali verò quo ad entitatem tantùm, & actualitatem, quã includunt, & quo ad eorum permiſsionem, & ordinationem ad bonum. Probatur, quo ad actus bonos. Primò, diuina prouidentia, & voluntas eſt efficaciſsima, & infallibilis; igitur, quod ab ea præfinitum eſt, infallibiliter eueniet, eo modo, quo determinatum eſt, vt eueniat, vt diximus in tertio fundamẽto ex D.Th. ergo in decreto ſuæ voluntatis ęterno põt Deus futuros liberos actus ꝓſpicere.

Præfinitio actuum liberorum.

Secundò probatur; quia diuina voluntas, quæ ab æterno tales actus præfiniuit, in tempore per phyſicum influxum creatam voluntatem ad eos applicat, & efficaciter mouet; igitur in tali præfinitione poterunt ſufficienter tales actus pręcognoſci: Nam ideo tales actus futuri ſunt, quia præfiniti, & ideo præcognoſcuntur futuri per ſcientiam viſionis; quia ex diuina præfinitione ſunt futuri. Quod expreſsè diuina ſcriptura docet Iſaiæ 14. vbi Deus futuram contritionem per Aſsirios media eorum libera voluntate prænunciat dicens: *Dominus exercituum decreuit, & quis poterit infirmare?* &c. & explicat, ac probat Auguſt. in Enchir. ad Laurentium, cap. 95. ex illo pſalm. *Omnia quæ-*

A *cumque voluit Dominus fecit in cælo, & in terris.* Deinde probatur eadem concluſio quò ad actus moraliter malos per ea, quæ dicta ſunt in vltimo fundamento.

Secundus modus. Banes.

Quarta concluſio. Deus cognoſcit futura contingentia in ſuis cauſis determinatis, & completis. Concluſionem hanc docet hic expreſsè S.Doc. & in ſecunda ſecundæ quæſt. 171. articulo ſexto, ad ſecundum, & in primo cont. gent. cap. 66. poſt. ſextam rationem, & cap. 67. ratione tertia, & cap. 68. ratione quarta, & in opuſc. de prædeſtinatione, cap. 3. circa finem. Vide etiam probationes Bãneſij pro ſua tertia concluſione: vbi cum eodem B duo aduerte. Primum eſt cauſas contingentes, tametſi, prout ſubduntur præfinitioni primæ cauſæ, ſint determinatæ in ſenſu compoſito, eſſe tamen abſolutè, & in ſenſu diuiſo indeterminatas; atque ideo earum effectus ſimpliciter eſſe contingentes. Neceſsitas enim, quæ ibi eſt, ſuppoſitionis, nõ deſtruit contingentiam. Secundum eſt, quòd Deus ex parte ipſius Dei cognoſcẽtis, & obiecti primarij ſuæ cognitionis videt futura contingentia in ſuis cauſis, prout ſunt determinatæ. Verùm ex parte obiecti ſecundarij videt eadem futura contingentia, quatenus ſunt in cauſis indeterminatis, & incompletis, cognoſcit enim Deus lectionem mei C cràs futuram habere eſſe in mea voluntate indifferens ad vtrumlibet, & ab alijs etiam cauſis impedibile. Vbi aduerte determinationem paſsiuam cauſarum contingentium non eſſe cauſam certitudinis diuinæ cognitionis; ſed cõditionem tantùm neceſſariam ex parte cognoſcibilis, vt poſsit eſſe terminus certæ cognitionis.

Tertius modus.

Quinta concluſio. Deus cognoſcit futura contingentia in rationibus idæalibus, ideſt in idæis, tanquam per ſe ſufficientibus ad determinandam cognitionem diuini intellectus, ad ſingula diſtinctè cognoſcenda. Probatur ex Capreolo, & Caietano de mente; S.Thom. Idææ ſecundùm ſuam to-

Capreol. Caiet.

D talem, & perfectam rationem repręſentant, non ſolùm rerum quidditates, ſed earum etiam complexiones contingentes; ergo. Declaratur, & probatur antecedens; quia Idææ aliquid repræſentant mere naturaliter, & ante omnem præfinitionẽ diuinæ voluntatis, & aliquid ſuppoſita libera determinatione diuinæ voluntatis ad alteram partem contradictionis. Præterea, eſſentia diuina eſt ratio intelligendi omnia, vt principium, & etiam vt obiectum; at priori modo omnes veritates, etiam contingentes repræſentat; ergo etiam poſteriori modo, videlicet, vt obiectum. Conſequentia probatur; quia alioquin eſſentia diuina vt obiectum E non adæquaret ſeipſam, vt ſpecies eſt intelligibilis; qđ eſt abſurdũ. Conſtat aũt idæas eſſe ipsã diuinã eſſentiã, prout eſt obiectiua rerũ ratio; ergo. Patebit aũt euidentius veritas prædicti antecedẽtis ex dicendis in quæſt. ſequenti de idæis. Ex hac concluſione ſequitur, ꝙ remota rerũ coexiſtentia, ac præſentia in menſura æternitatis, adhuc certã, & perfectiſsimã haberet Deus de oĩbus futuris cõtingentibus cognitionem. Quæ etiam eſt expreſſa mens D.Tho. in hoc art. diligenter inſpecto, prout obſeruarũt antiquiores eius interpretes.

Ar-

Argumenta, & ſolutiones.

Contra primam concluſionem ſunt argumenta Molinæ, ſoluta in præcedenti cõtrouerſia.

Contra ſecundam concluſionem militant plura argumenta Suarezij, ſoluta in eadem controuerſia.

Præterea ſic arguit. Primò. Hæc futura contingentia, quę à nobis per propoſitiones de futuro ſignificantur, ab æterno habent determinatam veritatem; ſecundùm quam cognoſcibilia ſunt; ergo à Deo præſciuntur. Antecedens probatum eſt in ſuperiori controuerſia. Conſequentia etiam patet ex perfectione diuinæ ſcientiæ; quæ ſe extendit ad omnem determinatam veritatem.

Reſpondetur determinationem veritatis in his contingentibus nõ eſſe niſi ex determinatione diuinæ voluntatis, vt ſupra probatum eſt; itaque nõ erunt cognoſcibilia ante formalem, & actualẽ determinationem diuinæ voluntatis, vt vult Suarez.

Secundò. Nulla poteſt oſtendi repugnantia, q̃ inuoluit ea ſententia, quæ dicit futura contingentia cognoſci à Deo per ſimplicem inſpectionẽ veritatis ante omnem determinationem diuinæ voluntatis; ergo.

Reſpondetur hic eſſe euidentem repugnãtiam: quoniam eſſent determinata, vt ponit Suarez, & non eſſent determinata; quia omnis eorum determinatio pendet à diuinæ voluntatis determinatione.

Tertiò. Non ſolùm res præſens, ſed etiam præterita poteſt in ſeipſa directè videri; ergo etiam futura. Antecedens probatur; quia veritas rei pręſentis, & præteritæ eſt determinata. Conſequentia probatur; quia etiam veritas rei futuræ eſt determinata.

Reſpõdetur ſicut ad primum. Et quoniam alia eius argumenta eandem tangunt difficultatem, ex eodem etiam ſoluentur fundamento.

Contra tertiam concluſionem argumentatur Suarez. Pręciſa ſcientia conditionali, futurum peccatum nõ poteſt à Deo certò cognoſci in ſola permiſſione, quæ dicit propoſitum non impediendi peccatum, nec dandi auxilium efficax ad actum bonum oppoſitum peccato, ſeu ad vitandum peccatum, neque poteſt cognoſci in decreto concurrẽdi ad poſitiuum actum voluntatis, quò peccatum liberè ac voluntariè fit; ergo non poteſt futurum peccatum certò cognoſci ex vi voluntatis permittendi peccata. Antecedens probatur primò quò ad primam partem; Quia vel illud auxilium efficax eſt aliqua prædeterminatio phyſica, & hęc nõ eſt neceſſaria ad vitandum peccatum, immo nec poſſibilis, ſi liberè vitandum eſt, aut etiam, ſi homini imputatur, quòd illud non euitet. Aut illud auxilium eſt aliqua vocatio, excitatio, aut ſpecialis protectio Dei tempore congruo; & hæc non eſt efficax ſine ſcientia conditionata; ergo. Quoad ſecundam verò partem, iam (inquit) dictum eſt voluntatem humanam non eſſe ex ſe determinatam ad aliquos actus bonos, vel malos, ſed eſt indifferens; nec Deus ex vi voluntatis concurrendi determinat illam; ergo.

A Reſpondetur futurum peccatum poſſe præciſa ſcientia conditionata præſciri modis tactis, in antecedente ſimul ſumptis, vt explicauimus in vltimo fundamento. Ad probationem prioris partis negatur antecedens quo ad priorem partem: de quo infra quæſt. 22. art. 4. contr. 3. agendum erit. Ad probationem ſecundæ partis, negatur ſimiliter antecedens, quò ad hoc, quod ait humanam voluntatem ex vi diuinæ voluntatis non determinari.

Contra eandem concluſionem argumentatur Peſantius. Primò. Voluntas creata non æget gratia, & ſpeciali auxilio Dei ad omne opus bonum, B ſed aliquod bonum per ſua naturalia poteſt efficere; ergo ex negatione determinationis creatæ voluntatis à Deo ad benè operandum non ſequitur illam infallibiliter deficere. Peſantius.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam; quia licet voluntas humana, & Angelica abſque ſupernaturali Dei auxilio poſſit aliquos actus bonos facere; non poteſt tamen aliquem bonum actum elicere, niſi Deo, vt prima cauſa efficaciter ad illum mouente creatam voluntatem, quod eſt illam ad operandum applicare.

Secundò. Licet ex eo, quòd Deus non determinet voluntatem creatam ad benè operandum, ſe- C quatur, quòd non poſſit non peccare, ideoq; in ea videre poſſet Deus peccatum futurum, non tamen videre poſſet, quo medio, aut qua intentione, aut quanto tempore in peccato perſeueratura foret, ac proindè ignoraret Deus circũſtantias peccati.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens: & ratio allata eſt in ſexto fundamento.

Tertiò. Præfinitio, quæ ſit determinatio ad extra voluntatis creatæ per ſe prædeterminans illã phyſicè, repugnat libertati, nihil eſt; ergo ſi decretum illud æternũ ſit etiam prædeterminatio phyſica voluntatis in tempore, non poteſt eſſe ratio ſufficiens cognoſcendi futura contingentia.

D Reſpondetur falſum eſſe antecedens, vt ſuo loco demonſtrabitur. Alia eiuſdem argumenta non militant contra noſtram concluſionem.

Contra eandem concluſionem argumentatur Vaſquez. Vaſquez.

Primò. Decretum liberum diuinę voluntatis nihil addit ſupra nudam eſſentiam, quàm reſpectũ rationis ad res futuras; ergo ex eo quòd Deus cognoſcit in ſeipſo ſuum decretum, non poteſt certò cognoſcere futurum. Conſequentia probatur: Primò; quia Deus non poteſt hunc reſpectum videre, quia ſolùm obiectiuè eſt in intellectu creato viatoris; ac proindè ſolus ille huiuſmodi reſpectum E confingere poteſt. Secundò; quia licet Deus ſeipſum videret ſub illo reſpectu, ille non poſſet eſſe ei ratio, & veluti medium cognoſcendi futura, imò potius futura prius videre debuiſſet; quia ab illis prouenit ille reſpectus, tanquam à fundamentis extrinſecis.

Reſpondetur primò: Antecedens falſum eſſe quo ad id, quod ſignificat, nimirum reſpectum rationis eſſe de intrinſeca ratione diuini decreti: nã pertinet tantùm ad modum noſtrum intelligendi, ipſum

ipſum autem decretum ſecundùm rem, idem eſt quod eſſentia, ſed vt ſignificatur, & concipitur ſub ratione decreti, ſignificat illam rem, quæ eſt eſſentia, prout eſt voluntas hoc creatum determinatè volens; quod in Deo dicit rationem cauſæ, quę eſt quid reale.

Secũdò admiſſo antecedente in bono ſenſu, negatur conſequentia. Ad primam probationem, negatur antecedens; quod etiam implicat manifeſtũ errorem in fide, videlicet, Deum non cognoſcere ſuum decretum, & quatenus eſt in ipſo Deo ſecundùm ſe, cum non cognoſcat, vt ait Vaſquez, reſpectum rationis, cuius tamen cognitio (inquit) eſt neceſſaria ad cognitionem decreti. Ad probationem antecedentis negatur aſſumptum, videlicet, entia rationis ſolùm eſſe obiectiuè in intellectu viatoris: nam Deus cognoſcit omne cognoſcibile à quocunque intellectu, inter quæ cognoſcibilia ſunt, etiam entia rationis, quæ in diuina eſſentia repræſentantur, vt ſecundaria obiecta. Nec modica diuinæ maieſtati irrogatur iniuria ſubtrahendo ab illius notitia plurima, quæ ab humano intellectu cognoſci poſſunt. Secunda probatio conſequẽtię principalis entimematis ſupponit falſum; nimirum reſpectum rationis debere eſſe rationem Deo intelligendi futura, quod nos negamus, cum non ſit de intrinſeca ratione decreti.

Suarez. Contra quartam concluſionem argumentatur Suarez. Primò effectus in cauſa non poteſt cognoſci, niſi ſecundùm eſſe, quod habet in illa; ſed effectus contingens in cauſa ſua proxima, etiam proximè diſpoſita ad operandũ cum omnibus requiſitis non habet eſſe certum, & determinatum, ſed indifferens; ergo non poteſt talis effectus in tali cauſa cum certitudine cognoſci: Maior videtur ꝑ ſe nota: Minor probatur; quia de ratione cauſæ liberæ eſt, vt poſitis omnibus requiſitis ad agẽdum adhuc ſit indifferens.

Reſpondetur falſam eſſe minorem propoſitionem: Ad probationem dicitur diffinitionem illã intelligendam eſſe de requiſitis ante inſtans operationis, non autem in ipſo inſtanti, in quo voluntas operatur. Præcipuum autem inter requiſita ad operandum eſt influxus Dei in cauſam, & phyſica motio, ſeu applicatio cauſæ ad agendum; quę applicatio ſimul eſt in eodem inſtanti cum actuali operatione, vt ſupra diximus. Et quia non à prima cauſa tantùm, ſed etiam à ſe ipſa voluntas applicatur ad operationem, & rurſus à Deo ſuauiter iuxta naturam, & modum ſuę libertatis mouetur, & applicatur, idcircò dum eam actu mouet, non deſtruit, ſed fouet, ac perficit illius libertatem, quã actu tunc exercet, ſuam retinens indifferentiam in ſenſu diuiſo, licet in ſenſu compoſito communiter dicatur determinata, quod amplius erit explicandum infra quæſt. 22. art. 4. Et hoc eſt, quod ſignificauit Caietanus in ſecundo de Anima, cap. 1. exponens illam particulam, *actus primus*. Ait .n. quòd omnibus requiſitis ad operationem præſentibus in anima, abſolutis quidem actu, reſpectiuis verò in eius poteſtate, non neceſſariò ſequitur operatio; quod ſi etiam reſpectiua adſint actu, impoſ-A ſibile eſt non ſequi operationem; per reſpectiua verò declarat ſe intelligere coniunctionem, ſeu applicationem abſolutorum principiorum ad operationem; ſicut cum anima vtitur ſpecie ad intelligendum.

Replica Suarez. Sed contra hanc reſponſionem argumentatur Suarez. Determinatio hæc voluntatis in ſenſu cõpoſito eſt neceſsitas ſuppoſitionis; ſed hæc neceſſitas ſuppoſitionis tollit libertatem. Probatur minor; quia voluntas non habet vſum liberum ponẽdi talem ſuppoſitionem, cum talis ſuppoſitio antecedat vſum libertatis, & ſit vera cauſa actus, nõ enim hæc neceſsitas eſt ex ſuppoſitione ipſius effectus, B vt ſit ſola neceſsitas conſequentiæ; ſed dicitur eſſe ex ſuppoſitione cauſæ; & ideo non poteſt eſſe niſi neceſsitas emanationis effectus à cauſa: eſt ergo neceſsitas ſimpliciter.

Reſpondetur negando minorem. Ad probationem negatur conſequentia: Nam licet ſuppoſitio non ſit in poteſtate voluntatis; eſt tamen ſuppoſitio talis, quæ perficit, fouet, & conſeruat libertatẽ creatæ voluntatis; quoniam eſt actio primæ cauſæ, quæ fortiter, & ſuauiter in quamlibet ſecundã cauſam influit, ſuoque influxu perficit cuiuſq; cauſæ naturam, cauſalitatem, & modum; Et per hæc patet reſponſio ad aliud argumentũ eiuſdem auctoris, C quo quærit, quomodo determinari poſsit voluntas, an videlicet, neceſsitate quadam naturali, vel extrinſeca in illo ſtatu conſtituatur, vel cum contingentia, & libertate, patet enim determinationem illam fieri cum libertate voluntatis.

Secundo arguit diſcurrendo per cauſas, & principia agenti libero inhærentia, quæ poſſunt voluntatem determinare, quæ nõ poſſunt eſſe, niſi in intellectu, & voluntate, oſtendens per neutra ex illis principijs voluntatem determinari.

Sed breuiter dicitur determinationem eſſe per intrinſeca, quæ ſunt phyſicæ motiones paſsiuæ ſumptæ, quæ ſunt idem realiter, quod intellectus, D & voluntas creata, prout ſubſunt ordini, præfinitioni, & actiuæ motioni efficaci diuinæ prouidentiæ, & voluntatis, ita vt ex natura rei tantùm diſtinguantur motiones à prædictis potentijs abſolutè ſumptis: Cum itaq; per dictas motiones determinetur creata voluntas, poterit Deus in ea ſic determinata cognoſcere futuros euentus.

Suarez. Contra quintam Concluſionem argumentatur Suarez. Primò auctoritate S. Thom. in hoc articulo tertiodecimo, & infra quæſt. 88. art. 3. & 4. & ſecunda ſecundæ, quæſt. 171. art. 6. ad ſecundum, & de verit. quæſt. 2. artic. 12. & 1. ſententiarum, diſt. 38. quæſt. 1. art. 3. ad quintum quibus locis præſẽ-E tiam æternitatis, tanquam omnino neceſſariam ad futurorum cognitionem requirit; ſi autem pręter illam eſſet alia ratio per ſe ſufficiens, non eſſet illa ſimpliciter neceſſaria, neque ex negatione illius rectè colligeret D. Thom. negationem ſcietiæ horum futurorum in Angelis, & hominibus, quorum cognitio non menſuratur æternitate: Nam dici poſſet, eos per idæas aliquas, vel ſpecies intelligibiles ea cognoſcere. Atque ita (inquit) videntur intellexiſſe hanc doctrinam D. Thom. Capreolus

Digitized by

lus in primo ſent.diſt.36.quæſt.1. artic. ſecundo, & diſt.38.quęſt.1.art.3.ad quintum contra ſecundam concluſionem,& Ferrarienſis primo cont.gẽ. c.66.& 67.

Caiet. Syluester.

Reſpondetur ex hoc articulo, manifeſtè oppoſitum colligi, vt patet ex communi interpretatione Thomiſtarum,& pręſertim Caietani,& Syluestri, nec alibi vnquam ſimpliciter affirmauit præſentiam rerum in æternitate eſſe neceſſariam ad certitudinem diuinæ cognitionis,ſed vbique dixit futura contingentia in ſuis cauſis non eſſe certò, & infallibiliter cognoſcibilia, intelligens de cauſis contingentibus abſolutè ſumptis, non autem vt ſubſtant determinationi primæ cauſæ: nam de illis ſic conſideratis oppoſitũ expreſsit infra quæſt. 23.art.6.vbi probat prædeſtinationem diuinã certiſsimè,& infallibiliter conſequi effectum ſuum, quam doctrinam vbique tradit S.Thom.de ſimilibus agens,adeo vt nihil ſit clarius de mente S.Th. quàm certitudo diuinæ prouidentiæ,prædeſtinationis ac præfinitionis, quã neceſſe eſt eſſe in Deo prius modo noſtro intelligendi, quàm res aliqua intelligatur actu præſens Deo in æternitate. Capreolus autem in allegata diſt.38. quæſt.1. ad argumẽta Aureoli oppoſitum manifeſtè ſuſtinet de mente Sancti Thomæ, videlicet Deum in rationibus idæalibus, tanquam per ſe ſufficientibus futura contingentia cognoſcere,quod idem docet Ferrarienſis. Quod autem ait D.Thom.ex negatione præſentiæ rerum in æternitate, colligere negationem ſciẽtiæ futurorum in Angelis,& hominibus, nihil obſtat: quoniam ſupponit.S.Thom.nullã ſpeciem creatam naturalis ordinis repræſentare futura contingentia,cuius ratio eſt;quia ſolę diuinę idææ practicæ ſunt, & infallibiliter operatiuæ cõtingentium; quod nulli creatæ ſpeciei, aut cognitioni poteſt conuenire, cum poſsit à Deo ſaltem impediri ab operis exequutione. Nec poteſt Angelus, aut homo naturaliter intueri cauſas contingentes,prout ſubſunt ordini,& determinationi diuinæ prouidentiæ,& voluntatis.

(margin: S.Thom. — Capreol.)

Secundò,ratione ſic arguit. Idæę, prout ſunt in Deo,non concurrunt ad cognitionem creaturarũ per modum obiecti proximi, ſed per modũ actus intellectualis, quo intentionaliter repræſentantur creaturæ;ergo Caietanus in ſuo fundamento falſum principium ſumit.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens, & eo etiã admiſſo, non ſequitur in idæis non repræſentari futura contingentia.

Tertiò. Idææ ex natura ſua,ideſt,quatenus habent neceſſariam repræſentationem,non repræſentant futura contingentia,alioquin illa contingentia eſſent ſimpliciter neceſſaria;ergo idææ non neceſſariò,ſed libere determinantur ad repræſentandum hæc futura;ergo ratio huius determinationis non poteſt ex idæis ſumi; quia in eis, vt ſic,nõ eſt libertas, & hęc eſt (inquit) tota vis argumentorum Scoti,quam Caietanus reuera non ſoluit.

Caietan.

Reſpondetur falſam eſſe ſecundam conſequentiam,& ratio eſt,quã affert Caietanus; quia idęæ repręſentãt naturaliter dupliciter: Vno modo antè omnem determinationem diuinæ voluntatis,& ſic repræſentant rerum quidditates, & cõplexiones neceſſarias: Alio modo repræſentant aliquid naturaliter ſuppoſita determinatione diuinæ voluntatis,& ſic repræſentant futura contingentia; argumentum autem ſupponit idęas primò tãtùm modo repræſentare. Ad probationem conſequentiæ negatur ſequela: nam, licet idęę non ſint liberæ,repręſentant tamen liberam determinationem diuinæ voluntatis,modo ſuperius expoſito;& pręterea dici poſſunt liberæ radicaliter ob præſuppoſitam liberæ voluntatis Dei determinationem.

Replica.

Contra hanc reſponſionem argumentatur Suarez. Primò; quia D.Thom. nunquam hanc docuit radicem cognoſcendi in Deo futura contingentia.

Secundò; quia ſi ad determinationem diuinæ voluntatis recurrere oportet,non eſt neceſſe aliud obiectiuum medium excogitare:nam determinatio diuinæ voluntatis nõ cognoſcitur in idæis, ſed in ipſa,& illa cognita determinabitur ſciẽtia Dei ad cognoſcendũ futura,& eodem modo determinabuntur idęę potius quàm ipſa idęa ſit ratio talis determinationis.

Reſpondetur ad primum: mentem D.Thom.facile cognoſci poſſe ex tertio articulo, ſequentis quæſtionis,collato cum octauo præſentis.

Ad ſecundum negatur conſequentia: nam omnia quæ Deus cognoſcit videt in eſſentia ſua, vt primario obiecto;& quia eſſentia Dei, nõ tantùm eſt eſſentia,ſed etiam voluntas, & reliqua omnia, quæ de Deo dicuntur formaliter;idcircò propriè, & formaliter loquendo determinationem ſuæ voluntatis videt Deus in eſſentia ſua, vt eſt volũtas, vel in eſſentia per modum voluntatis; Et quia diuina eſſentia, vt eſt creaturarum exẽplar factiuũ, & operatiuum diuino intellectui obiectũ eſt idęa, & vt factiuum,& operatiuum claudit determinationem diuinæ voluntatis, alioquin non differret idęa eorum,quę fiunt ſecundùm aliquod tempus, ab idæa eorum,quę nunquam fient, quas tamen diſtinguit S.Tho. quæſt.ſequenti, articulo tertio; idcircò ex hoc ipſo,quòd res futura dicitur cognoſci in idęa, dicitur etiam cognoſci in determinatione diuinæ voluntatis,& e contra. Vnde etiam S.Tho. in vltimo articulo huius quæſt. docet eam ſolùm cognitionem, quę ordinatur ad finem operationis, eſſe ſimpliciter practicam; conſtat autẽ talem ordinationem fieri per voluntatem;idęę autem rerum fiendarum pertinent ad cognitionem ſimpliciter practicam, vt patet ex dictis, & ex D. Thom.art.3.ſequentis quęſtionis, & alibi. Et per hęc patet reſponſio ad aliud argumẽtum eiuſdem auctoris. Neque intelligi poteſt,quomodo ſecluſa determinatione diuinę voluntatis ab idęa, poſsit ab ea res, vt futura repræſentari: nam voluntas vt ſic,repręſentatiua nõ eſt,ſed determinatiua; idęa autem ſecluſa voluntate, determinatiua nõ eſt rei fiendę;igitur neceſſe eſt, vt per idęam res determinatè fienda videatur, in idęa includi voluntatem, vt determinantem; alioquin idęa non eſſet per ſe ſufficiens ad repræſentandum futura. Sententiam D.Tho.quàm hucuſque defendimus,ſequitur etiã

(margin: S.Thom.)

Bene-

Benedictus Peterius lib. 9. De communibus rerũ naturalium principijs cap. 13. Vide etiam, quę latè ſcribit Aluarez in quatuor diſputationibus, videlicet. 11. 12. 13. & 14. de Auxilijs.

Tertia Controuerſia.

An omnia, quæ ſunt in aliqua temporis differentia, ſint ab æterno Deo præſentia, non ſolùm ſecundùm eſſe obiectiuum, ſed etiam ſecundùm proprias, & reales exiſtentias.

Sententiæ Expoſitorum.

PArtem negatiuam tuentur Alenſis in ſua prima par. Summę, quęſt. 23. membro 4. art. 3. S. Bonau. in 1. ſent. diſt. 35. in Commentario dubio 6. quæſt. 3. & diſt. 39. art. 2. quęſt. 3. Durandus ibidem quęſt. 3. Gabr. diſt. 38. q. 1. ar. 2. Arim. quęſt. 2. art. 2. Scotus, & Aureolus apud Capreolũ in primo diſt. 38. quęſt. 1. quorum argumenta hic etiam refert, & ſoluit Caietanus, & alij, eandem ſententiam ſequitur Syluester affirmans D. Tho. nunquam oppoſitum tenuiſſe, nititurq́; longo diſcurſu gloſſare verba Sancti Doctoris, ac pluribus argumentis ſuam opinionem confirmare, & alterius ſententię fundamenta conuellere. Sequuntur ex modernis interpretibus D. Thom. ſententiam hanc Ludouicus Molina, Valentia, Vaſquez, Suarez, & Peſantius: inter quos Molina liberè fatetur D. Thomam aperte docuiſſe prędictam rerum exiſtentiam in ęternitate; additque de mente D. Th. Deum futura omnia contingentia cognoſcere, nõ ex eo ſolo capite, quod res exiſtant in eternitate extra cauſas ſuas, ſed etiam ex rationibus ideàlibus, tanquam per ſe ſufficientibus. Suarez autem affirmat D. Thom. exiſtimaſse dictam rerum pręſentiam adeo eſſe neceſſariam, vt futura contingẽtia cognoſcantur à Deo, vt ea remota, nulla ſit in Deo ratio ſufficiens ad ea cognoſcenda. Denique Valentia, quem ſequitur Vaſquez, & Peſantius, negant D. Thom. in hoc articulo, aut alibi docuiſſe futura contingentia, & reliqua entia creata, quibus conuenit eſſe in aliqua temporis differentia, Deo coexiſtere in ęternitatis menſura ſecundùm proprias, & reales exiſtentias.

Scotus. Aureolus. Syluester.

Molina. Valentia. Vaſquez. Suarez. Peſantius.

Reſolutio.

Perfectionis latitudinem intenſiuam, & extenſiuam æternitati congruere.

IN hac controuerſia ſupponẽda ſunt primò ea, quę latè diximus ſupra quęſt. 10. art. quinto, de quidditate, ſiue ratione ęternitatis, & de illius latitudine duratiua, prout diſtinguitur ab ęuo, & tempore. Contra prędictorum expoſitorum ſentẽtiã, videlicet Molinę, Valentię, Vaſquezij, & Suarezij. Qui licet admittant durationis latitudinem infinitam in ęternitate, negant tamen eam actu coexiſtere toti tempori; ſed dicunt coexiſtere tantùm pręſenti ſequentes in hoc opinionem Sylueſtri: Sed oppoſitam ſententiam vbique tenuit, & expreſsit S. Thom. quam optimè intellexerunt, & explicarunt Capreolus in allegata quęſt. Caietanus, & alij Thomiſtę ſuper hoc articulo, & Ferrarienſis, in primo cont. gent. cap. 66. & 67.

S. Tho. Capreol. Caiet. Ferrarien.

Secundò, ſciendum eſt, perfectionis latitudinẽ non ſignificare per ſe loquendo quantitatem materialem, aut virtualem, in partes diſtinguibilem, vel augumentabilem: nam propriiſsime rebus ſimplicibus conuenit quantitate, & diuiſibilitate, & augmento carentibus, ſed exprimit modum perfectionis; & in Deum translata perfectionis eius præſtantiam ſignificat ſecundùm ſingula, quibus aptatur attributa. Habent autem perfectiones ille, præſertim, quę extrinſecum aliquod obiectum, vel terminum reſpiciunt, duplicem latitudinem, ſcilicet intenſiuam, & extenſiuam. Illa attenditur penes gradum, & ordinem perfectionis abſolutè ſumptæ; hæc verò penes ordinem, quem habet ad extrinſeca; vt patet in ſcientia, cuius intenſiua latitudo conſiſtit in luminis, ſpeciei, & actus intelligendi perfectione. Extenſiua verò in ordine ad ſcita penſanda eſt. Itaque diuinæ ſcientiæ latitudo intenſiua in hoc poſita eſt, vt omnia intellectionis principia, perfecta gaudeant actualitate, extenſiua verò in rerum omnium cognoſcibilium comprehenſione conſiſtit; ita vt vno, ac ſimplicisſimo mentis actu, ſic rerum ſingularum cognoſcibilium diſtinctè intueatur naturas, proprietates, accidentia, & circunſtantias, ac ſi infinitas ad ſingula terminatas haberet intellectiones. Eandem latitudinis diſtinctionem admittit, æternitas, quæ latitudinem habet intenſiuam Boetij diffinitione ſignificatam, illa nimirum, quam in quæſt. 10. art. 1. amplectitur, & exponit S. Th. Hæc verò eſt. Aeternitas eſt interminabilis vitę, tota ſimul, & perfecta poſſeſsio. Habet etiam latitudinem extenſiuam, conſiderata in ratione excedentis, menſuræ, ad creatas durationum menſuras, & earum menſurabilia comparata; cum vno ſimplicisſimo, in quo tota eius ratio conſiſtit, inſtanti indiuiſibili, totam complectatur, ac ſuperexcedat tẽporis continui, & diſcreti, realis, & imaginarij, & æui latitudinem: Nam, quemadmodũ eſſe diuinum; quia eſt ipſum eſſe per eſſentiam ſubſiſtẽs omnem pręhabens eminenter eſſendi modum, ſi conferatur cum eſſe creato, proportionem habet communis, ſcilicet perfectione, & cauſalitate, ad id, quod proprium eſt; & ob hanc cauſam dicuntur omnia in Deo contineri, tanquam in agente, & exemplari: ita pariter æternitas, quæ ob ſui præſtantiam ſingularem continet eminenter oẽs durationis menſuras, vt earum exemplar, & cauſa proportionem habet ad tempus, menſurę communis ad propria; igitur in æternitate continetur tota temporis latitudo, quo ad omnes, & ſingulas partes, vt menſura propria in communi, & excedente. Et quoniam quę particulari continentur menſura, neceſſe eſt etiam menſura communi particularem continente concludi; ſicut, quod terrę globo concluditur, multo magis aere, ac Cœlo continetur: Ita ergo neceſſe eſt, vt omne, quod ſub aliqua temporis

ferentia

ferentia continetur, ſi multò magis in æternitate, vt in ſuperexcedente, & inadæquata menſura. Igitur quæcunque in aliqua differentia temporis exiſtunt, præſentia ſunt æternitati, quæ, cum partes non habeat, in ſuo nunc indiuiſibili continet vniuerſa, vt actu præſentia. Ad quod explicandum S. Thom. aptiſsimum affert exemplum S. Tho. in primo cõ. gent. cap. 66. de centro in medio circuli conſtituto, quod directam habet oppoſitionem ad quodlibet punctum in circunferẽtia deſignatum, & cuilibet coexiſtit; ſi verò in ipſius circunferentiæ cõtinuitate ſignetur vnum aliquod punctum, non poterit illud punctum cuilibet alij eiuſdem circunferentiæ puncto coexiſtere, hoc enim non patitur ordo ſitus, qui continuitatem circunferentiæ facit. Eſt ergo proportio æternitatis ad totam temporis durationem, ſicut proportio indiuiſibilis ad continuum; non quidem eius indiuiſibilis, quod in ipſo continuo terminus eſt continui; quod non adeſt cuilibet parti (huius enim ſimilitudinem habet inſtans temporis,) ſed eius indiuiſibilis, quod extra continuum eſt, & tamen cuilibet parti continui ſiue puncto cuilibet in continuo coexiſtit: Nã cum tempus motum non excedat, æternitas, quæ omnino extra motum eſt, nihil temporis eſt. Rurſus cum æterni eſſe, numquam deficiat, cuilibet tẽpori, vel inſtanti temporis præſentialiter adeſt æternitas.

Differentem eſſe rerum inter ſe, & menſurarum adinuicem coexiſtentiam; & quo ſenſu res dicantur æternitati præſentes.

Tertiò obſeruanda eſt diligẽter differentia inter modum coexiſtendi rerum, quæ duratione menſurantur, & ipſarum durationum, ſiue menſurarum ad inuicem. Nam duarum, aut plurium rerum menſuratarum coexiſtentia attenditur, penes hoc, quòd eſt vna, & eadem durationis menſura cõtineri; quemadmodum duo gemelli, aut quicunque alij ſimul geniti, ac ſimul viuentes dicuntur coexiſtere. Durarum verò, vel pluriũ durationum coexiſtẽtia in hoc poſita eſt, vt vna contineatur in alia, vt hora, quæ die continetur, diei quodammodo coexiſtit. Itaque res tempore menſuratæ dicuntur Deo, qui in ęternitate eſt, coexiſtere; quia eſſe rei temporalis, & eſſe Dei vna menſurantur præſentis durationis menſura, quæ, cum tempus eſſe non poſsit; quia diuinum eſſe non menſurat, æternitatem eſſe relinquitur; quę Dei propria, rerum autem temporalium inadæquata eſt menſura. Quæcunque igitur fiunt in tempore, ſiue pręſentia ſint, ſiue præterita, vel futura, vna pręſentis ęternitatis menſura continentur. Tempus verò alia ratione dicitur ęternitati coexiſtere, nimirum; quia tota illius latitudo continetur in æternitate, quæ ſemper eſt præſens, ſicut propria menſura in communi, & excedente.

Quartò aduertendum eſt; cum dicimus res eſſe pręſentes ęternitati, dupliciter hoc intelligi poſſe. vno modo, vt coexiſtentia rei ad ęternitatem, præſenti, aut etiam quolibet temporis inſtanti menſu- A retur, & hoc eſt impoſsibile; quoniam coexiſtentia rei ad ęternitatem non excedit menſuram durationis exiſtentiæ ipſius rei; at exiſtentia craſtinę illuminationis non menſuratur aliquo inſtanti precedente, puta hodierno, nec aliquo ſubſequente, puta ſequentis diei, vel anni; ergo nec etiã coexiſtentia quolibet menſuratur inſtanti: Alio modo poteſt intelligi res eſſe præſentes ęternitati, vt coexiſtentia rerum ad æternitatem contineatur, & menſuretur iſtanti ęternitatis, quod vnum ſemper, & idem eſt, totam continens temporis durationem, & in hoc ſenſu, verum eſt, rem omnem mẽſuratam tempore, ſiue pręſenti, ſiue pręterito, aut B futuro eſſe pręſentem ęternitati, & eſſe in nunc æternitatis.

Quo ſenſu vera ſit hæc propoſitio: Adam, vel Antichriſtus nunc eſt præſens Deo, vel coexiſtit Deo.

Ferraria. Caiet.

Quintò conſiderandum eſt cum Ferrarienſi in dicto cap. 66. & Caietano hic, totam huius rei difficultatem in eo poſitam eſſe, quòd noſtra cognitio à rebus ſenſibilibus originem trahit, quę tempore menſurantur; quo fit, vt verba à nobis impoſita ad rem aliquam, vel actionem ſignificandã differentiam temporis conſignificent; ſicut patet, cum dico; Petrus docet, Petrus docuit, Petrus do- C cebit: & ideo cum dicimus; Adam, vel Antichriſtus eſt præſens Deo: vel coexiſtens Deo, vel omnia coexiſtunt Deo apprehendimus conſignificari exiſtentiam dictarum rerum cum Deo eſſe in tẽpore nobis pręſenti, & ideo multi exiſtimant eſſe falſas dictas propoſitiones; quoniam res non exiſtens non poteſt in tempore pręſenti coexiſtere. Quod ſi, vt inquit Ferrarienſis, ſignificationẽ verbi pręſentis temporis abſtrahamus à conſignificatione huius durationis pręſentis, quę eſt tempus, & ſignificemus tantùm menſuram aliquam durationis pręſentem, quęcumque ſit illa, id eſt, non deſcendendo ad hanc, vel illam, apparebit manife- D ſtè veritas dictarum, & ſimilium propoſitionum.

Ad cuius euidentiam aduertendum eſt, quòd, cum dico: Antichriſtus coexiſtit Deo, poteſt dicta propoſitio tripliciter intelligi. Primo de menſura durationis præſenti abſolutè. Secundò de tẽpore pręſenti. Tertio de æternitate. Si per hãc propoſitionem nihil aliud intelligatur, quàm quòd eſſe Dei, & eſſe Antichriſti ſunt in vna menſura durationis, quæ non eſt pręterita, aut futura, ſed pręſens propoſitio eſt veriſsima: quoniam ambo ſunt in ęternitate, quę eſt menſura ſemper preſens. Si verò per dictam propoſitionem intelligeretur, quod eſſe Dei, & Antichriſti ſunt in vna menſura pręſen- E ti, quę eſt tempus, falſa eſt propoſitio: quoniam Deus non menſuratur tempore, nec Antichriſtus eſt in tempore præſenti; ſi denique intelligatur quod eſſe Dei, & eſſe Antichriſti ſunt in vna menſura durationis, quę eſt ęternitas, propoſitio eſt veriſsima, vt patet ex dictis. Explicatur hoc totum exemplo. Cum dico: Sortes eſt animal, poteſt tripliciter intelligi. Primò, quod ſit ſubſtantia animata, ſenſibilis, & ſic eſt vera propoſitio. Secundò, quòd ſit ſubſtantia animata ſenſibilis, quæ eſt brutum, & ſic

Digitized by Google

& ſic eſt falſa. Tertiò, quòd ſit ſubſtantia animata ſenſibilis, quæ eſt homo, & ſic eſt vera.

Et quemadmodũ, cum dico: Sortes eſt animal, intelligitur, quod ſit ſubſtantia animata ſenſibilis; nec oportet ad veritatẽ loquutionis intelligere, quòd ſit talis, vel talis ſubſtantia animata ſenſibilis, ſcilicet, rationalis, vel irrationalis, ſic etiã, cum dicitur Adã, vel Antichriſtus coexiſtit Deo, non oportet, vt intelligamus, quòd ſit ſimul cum Deo in nunc temporis: quoniam hoc eſt falſum, nec ad veritatem locutionis neceſſe eſt, vt intelligatur de menſura pręſenti, quę eſt ęternitas, licet hoc ſit verum. At verò, ſi prędictę propoſitioni, addamus, dicentes: omnia coexiſtunt Deo in ęternitate, deſcenditur ad particularem menſuram, quę eſt ęternitas; & ideo ad eius veritatem oportet intelligere quòd omnia ſint cum Deo in nunc ęternitatis; ſicut, ſi dicerem: Sortes eſt animal, qđ eſt homo, non ſufficit intelligere, quòd ſit ſubſtantia animata ſenſibilis, ſed oportet intelligere, ꝙ ſit talis ſubſtantia animata ſenſibilis, quę ſcilicet eſt homo.

Pręterea obſeruandum eſt, quòd cum dicitur: Adam nunc coexiſtit Deo, vel Antichriſtus nunc coexiſtit Deo, dictio, *nunc*, poteſt ſignificare æternitatem; & ſic veriſsima eſt propoſitio: & poteſt ſignificare tempus; & hoc dupliciter: Vno modo ex parte propoſitionis ſignificantis, vt ſcilicet, ſignificet tempus præſens, tanquam menſuram veritatis propoſitionis, ita vt ſit ſenſus, in iſto nunc hęc propoſitio eſt vera; Adam coexiſtit Deo; & hoc modo propoſitio eſt veriſsima: nam nunc verum eſt dicere, quòd Adam, & tempus, in quo verum erat dicere, Adam eſt, conuenit cum Deo in menſura pręſenti, quę eſt ęternitas; ſed hic ſenſus eſt improprius, eſſet autem proprius, ſi ex propoſitione ſimplici formaretur modalis dicendo; nunc Adam coexiſtere Deo verũ eſt: Alio modo dictio, *nunc*; poteſt importare tempus ex parte rei ſignificate, vt ſcilicet denotet rem ſignificatam tempore preſenti menſurari, vt ſit ſenſus; eſſe Dei, & Adam ſunt in pręſenti tẽporis inſtanti, & hoc modo falſa eſt propoſitio.

Deducitur ſenſus legitimus multarum propoſitionum, & verus loquendi modus.

EX his ſequuntur quatuor. Primum eſt ſenſus harum, propoſitionum: omnia, quę fiunt in tempore, ſunt præſentia ęternitati, vel ſunt pręſentia Deo ab ęterno, vel ſunt ſemper pręſentia Deo, vel coexiſtunt Deo: Nam diſtinguendę ſunt, vt inquit Caietanus; quia verbum, *ſunt*, aut conſignificat nunc temporis, aut nunc ęternitatis, in priori ſenſu ſunt falſę, in poſteriori ſunt verę; & ſimiliter particula; *ab æterno*, vel dictio: *ſemper*, aut tenetur ſincathegorematicè, ideſt vt diſtribuat pro omni temporis differentia, aut cathegorematicè, ideſt vt importat ſempiternitatem perfectam, quæ importatur in ęternitate, & in nũc ęternitatis in priori ſenſu ſunt falſæ, in poſteriori ſunt veræ: Nam verum eſt; & indubitatum, vt inquit Caietanus, primum inſtans huius horæ eſſe in nunc æternitatis, & ſimiliter verum eſt vltimum inſtans huius horæ, non in nunc pręſenti, quod eſt principium huius horæ, ſed in eodem nunc æternitatis pro alio inſtanti temporis eſſe in nunc ęternitatis.

Caiet.

A

Secundò ex dictis ſequitur, quòd ſicut verum eſt dicere, quòd Antichriſtus eſt præſens æternitati, ita verum eſt dicere, quòd Antichriſtus eſt, in hoc ſenſu; quia menſuratur aliqua præſenti menſura, ſcilicet, æternitate, pro tempore, in quo erit verum dicere, Antichriſtus eſt. Nec tamẽ debet ſimpliciter, & abſolutè cõcedi Antichriſtum eſſe, vel omnia eſſe præſentia, & nihil eſſe futurum: Quoniam eſſe, & præſens eſſe abſolutè ſumpta, ſecundùm cõſuetam ſignificationem important eſſe in tempore præſenti, & ſic denotaretur Antichriſtũ, & omnia eſſe in tempore præſenti, cum nihil ponatur in illa propoſitione, per quod poſsit determinari ad ęternitatem; cum autem dicimus: omnia præſentia ſunt Deo, aut coexiſtunt Deo, rectè loquimur: quoniam ratione illius termini Deo, poteſt intelligi præſentialitas, & coexiſtentia eſſe in aliqua mẽſura communi Deo, & creaturæ, quæ eſt æternitas: ideo poteſt abſolutè concedi vtrumq;.

B

Tertiò, ſequitur abſolutè non eſſe dicendum, ꝙ eſſe rei ſit ſimul cum non eſſe eiuſdem: quoniam propoſitio ſic abſolutè prolata, cõſignificat tempus præſens, & ſic implicaret contradictionem: ſi autem addatur, in æternitate, vel aliquid ſimile, vera eſt propoſitio; quoniam æternitas ſimul abſque ſucceſsione attingit eſſe, & non eſſe rei, pro diuerſis temporibus, quibus coexiſtit.

C

Quartò. Sequitur ex dictis, nunquam concedẽdum eſſe, contradictorias propoſitiones eſſe ſimul veras, etiam comparando eorum ſignificata ad Deum, vel æternitatem: Nam ſemper altera propoſitio eſt falſa. Cum enim dicitur: Antichriſtus eſt præſens Deo, & Antichriſtus non eſt præſens Deo, negatiua eſt falſa. ſimiliter cum dicitur: Antichriſtus eſt, in æternitate, & Antichriſtus, nõ eſt in æternitate, falſa eſt propoſitio negatiua, falſum eſt enim, quod non ſit præſens Deo; & quod nõ habeat eſſe in æternitate; ſed obſeruandum eſt cum Ferrarienſi, quod illa propoſitio: Antichriſtus nõ eſt in æternitate, poteſt accipi in duplici ſenſu, videlicet negatiuo, vt ſcilicet negat eſſe in æternitate, & in ſenſu affirmatiuo, ideſt, vt propoſitio ſit affirmatiua, de prædicato negatiuo, vel infinito, vt ſit ſenſus: Antichriſtus non eſt in æternitate, ideſt Antichriſtus habet non eſſe in ęternitate. Si primò modo ſumatur, falſa eſt dicta propoſitio negatiua. Si autem ſecundo modo, vera eſt vtraque propoſitio, videlicet Antichriſtus eſt in æternitate, ideſt habet eſſe in æternitate; & hęc Antichriſtus non eſt in æternitate, ideſt Antichriſtus habet non eſſe in æternitate; quoniam æternitas attingit eſſe, & non eſſe; ſed tunc non ſunt contradictoriæ: quoniam diſtinctas reſpiciunt temporum differentias.

Quid contradictoriæ.

D

Ferrarien.

E

Con-

Concluſiones deducta, & probatæ.

PRima concluſio. Omnia, quæcunque habent eſſe in tempore præſenti, aut præterito, vel futuro, Deo coexiſtunt in menſura æternitatis ab æterno, ſecundùm ſuas proprias, & reales exiſtentias. Hæc patet ex dictis. Vna tantùm particula, videlicet, *ab æterno*, quibuſdam videtur impoſsibilis, cum tempus, quo res ſublunares menſurantur, non fuerit ab æterno: ſed iam diximus æternitatẽ in ſuo nunc indiuiſibili omnem durationis menſuram continere; igitur ab æterno continet, & illi coexiſtit, licet non pro æterno; alioquin ex tempore cæpiſſet alias durationes continere, & illis coexiſtere, & ita in æternitate eſſet ſucceſsio, vt probat Ferrar. loco ſupra notato, & confirmatur; quia cognitio Dei de non intuitiua fieret intuitiua, qđ eius infinitæ pfectioni repugnat, & ita mutaretur.

Secunda concluſio. Si æternitas non eſſet res cognoſcitiua, adhuc res coexiſterent æternitati. Hęc ſequitur ex præcedenti: nam omnia coexiſtunt æternitati ex perfectione infinita, quam habet, ſecũdùm rationem durationis.

Tertia concluſio. Sententia D. Tho. eſt, præterita, præſentia, & futura eſſe Deo præſentia in æternitate, non ſecundùm eſſe obiectiuum, vel cognitum tantùm: ſed etiam ſecundum realem coexiſtentiam.

Thom. Hæc patet ex verbis planiſsimis S. Doct. in textu, & habetur ſupra artic. 9. & infra quæſt. 57. art. 3. & quæſt. 86. art. 4. & in 2. 2. quæſt. 171. art. 6. ad primum, & ſecundum, & primo contra gent. capit. 66. ratione 6. & in primo ſentent. diſt. 38. quæſt. 1. art. 5. in corpore, & de Veritate, quæſt. 2. artic. 12. Quæ fuit antiqua, & communis doctrina Patrum

guſt. Auguſtini lib. 4. de Trinit. cap. 17. & lib. 5. cap. 16. & lib. 15. cap. 7. & in ſoliloquijs cap. 26. & in pſal. 49. ſuper illud. *Et pulchritudo agri mecum eſt;* Et li-

Hieron. bro 83. quæſtionum quæſtione 17. Hieronymi ad

nbroſ. Epheſ. cap. 1. Ambroſij lib. 8. de fide ad Gratianũ,

egorius cap. 7. Gregorij libro. 2. moralium cap. 14. & libro 4. cap. 27. & lib. 9. cap. 21. & lib. 12. cap. 5. & in Homilia Dominicæ in paſsione: Anſelmi in libro de

ſelmus caſu Diaboli cap. 18. & 20. & in Monol. cap. 22. & in prologio, cap. 20. & libro de concordia præſciẽ

l. tiæ, & prædeſtinationis cap. 1. Iſidori libro primo

ſp. de ſummo bono cap. 6. Sancti Proſperis, lib. o primo de vocatione gentium cap. 24. & gloſſæ ſuper

. Dam. pſalm. 89. & Petri Damiani Epiſt. 4. de omnipotẽ-

cardus tia Dei cap. 8. Riccardi de S. Victore, lib. 2. de Tri-

S. Vict. nitate cap. 23. Hanc autem eſſe mentem D. Thom.

Thom. Probatur: Nam vbicunque S. Thom. de hac materia loquitur; probat Deum futura contingentia cognoſcere; quia omnia ſunt Deo, & æternitati pſentia, eſſet autem petitio principij, ſi non de reali, ſed obiectiua tantum præſentia loqueretur, aſſumeret enim id, quod erat probandum. Conatur

ſio Vaſ Vaſquez hanc rationem ſoluere, ſed nihil aliud a-

zij. git, niſi quòd planum, ac rectum litteræ ſenſum peruertit. Conuincitur tamen falſitas expoſitionis huius interpretis tali argumento. Aeternitas

futatio ex propriæ perfectionis latitudine eidem conue-

A niente ſecundùm propriam rationem formalem, qua duratio eſt, ſiue menſura durationis diuini eſſe, habet vt ſimul coexiſtat omnibus partibus temporis, & contineat vt excedens menſura totam tẽporis latitudinem; ergo ſimul continet etiam, quæ tempore continentur, ac menſurantur ſecundùm eaſdem rationes, ſecundùm quas à tempore menſurantur: Conſtat autem eſſe reale rerum corruptibilium à tempore menſurari; ergo ſecundùm hoc eſſe reale continentur res omnes in menſura æternitatis. Antecedens probatum eſt ex D. Thom. in ſecundo fundamento, & ſatis apertè colligitur ex hoc articulo. Conſequẽtia euidens eſt ex dictis in D. Thom.

B tertio fundamento; ſubſumpta propoſitio, videlicet quòd eſſe reale rerum corruptibilium tempore menſuretur, certa eſt etiam in doctrina D. Thom. & Ariſt. vt oſtendimus in q. 10. Relinquitur itaque irrefragabilis deducta concluſio. Ariſtot.

Quarta concluſio. Coexiſtentia rerum in æternitate non eſt cauſa certitudinis ex parte diuinæ cognitionis, ſed tãtùm ex parte rei cognoſcibilis. Prima pars probatur; quia certitudo eſt maxima perfectio diuinæ cognitionis; ergo non cauſatur, aut quouis modo dependet ab extrinſeca re creata. Secunda pars habetur ex verbis D. Tho. in hoc articulo; ait enim, contingens in ſeipſo, prout iam

C acta eſt, non conſiderari vt futurum, ſed vt præſens, & determinatum ad vnum, ac propterea infallibiliter ſubdi certæ cognitioni, & hoc eſt, quod aduertit Caietanus in reſponſione ad ſecundũ Scoti, contra applicationem rationis, dicens, aliud eſſe ſcientiam Dei capere certitudinem ex ſeſsione Sortis, & aliud eſt ſeſsionem Sortis, non eſſe capacem, vt ſit terminus certæ Dei notitiæ, niſi quatenus eſt in ſe certa, primum eſt abſurdum, ſecundũ autem verum, & neceſſarium. Caiet.

Argumenta, & ſolutiones.

D COntra primam concluſionem argumentatur Valentia. Sacra ſcriptura; quando ſignificat non ſemper fuiſſe creaturas, ſed Deum ab æterno ante illas extitiſſe, intelligenda eſt abſolute, reſpectu omnis durationis; ergo cum ſcriptura pugnat ea ſententia, quæ ponit omnes creaturas ab ęterno coexiſtere Deo ſecundùm eſſe reale. Antecedẽs probatur: primò ex modo loquendi ſacræ ſcripturæ; quæ abſolute, & abſq; vllius durationis exceptione loquitur, vt Gen. 1. *In principio creauit Deus cælum, et terram*, id eſt aliquando tandem, cum antea huiuſmodi res ſimpliciter eſſent nihil, & Pſal. 89. *Priuſquam montes fierent, aut formaretur terra, & orbis, a ſeculo, & vſque in ſeculum tu es Deus*; &

E Pſalm. 109. *Ante luciferum genui te.* & Io. 17. *Dilexiſti me ante mundi conſtitutionem*, & aliæ multæ ſimiles auctoritates paſsim inueniuntur in ſacris litteris. Valentia Gen. 1. Pſal. 89. & 109. Ioan. 17.

Secundò; quia ſcriptura abſolutè, vt ſonat, intelligi debet, cum nullum ſequitur abſurdum.

Tertiò; quia alioquin infinita longitudo durationis, non competeret ſoli Deo.

Quartò; quia, ſi quis aſſereret creaturam aliquã ſolam

Digitized by Google

ſolam, habentem ſimul totam perfectionem ſuam realem extitiſſe ab æterno, iudicaretur aſſerere cõtra ſcripturæ fidem, etiam ſi minimè diceret illã ab æterno fuiſſe in tempore.

Quinto. Si quis diceret tempus ipſum fuiſſe ꝓpriè ab æterno, eo modo, quo propriè hoc dici poteſt, aſſereret aliquid contra ſcripturam, & tamen non diceret tempus fuiſſe in tempore ab æterno: nam tempus non propriè dicitur eſſe in tempore; ſed ſolùm in æternitate, vt Caietanus, & alij cogũtur concedere.

Ad hæc breuiter dico duo. primò, ꝙ nihil aliud probant, quàm quòd res creatæ non ita exiſtũt in æternitate ab æterno, vt de eis poſsit abſolutè, & ſimpliciter affirmari, quòd ſint, vel quòd ſint in æternitate tanquam in propria, & adæquata menſura, aut quòd ſint in menſura adæquata infinita à parte ante, vt voluit Ariſt. de rebus incorruptibilibus, & cæterarum rerum ſpeciebus, non autem, quod non ſint in ea, vt in menſura inadæquata, & quatenus coexiſtit diuerſis differentijs temporis noſtri. Vnde fatemur auctoritates ſacræ ſcripturę eſſe abſolutè intelligendas, tàm quo ad durationes, quàm quo ad res exiſtentes in durationibus, res verò nõ dicitur abſolutè exiſtere in aliqua duratione, niſi ea ſit propria eius, & adæquata menſura. Secundò dico ad quintam probationẽ, quòd tempus exiſtit etiam in æternitate, tanquam in menſura excedente, & hoc ab æterno. Et quando inquit, quòd tempus nõ exiſtit, niſi in æternitate, falſum eſt: nam exiſtit etiam in ſeipſo, ideſt non in alio: tanquam in menſura propria, & adęquata, licet non menſuretur à ſeipſo, & per hoc ſolùm, ꝙ in ſeipſo exiſtit, dicitur ſimpliciter exiſtere, nõ autem per hoc, quòd exiſtit in æternitate, non enim æternitas eſt menſura temporis adæquata, nec tempus aliam habet adæquatam menſuram; ſed ipſum eſt menſura motus, & ideo non in alio tanquam in menſura, ſed in ſeipſo dicitur ſimpliciter exiſtere. Tertio dicitur, quod ſicut non dicimus creaturas eſſe ab æterno, ita nec tempus; ſed coexiſtere Deo, vel eſſe in æternitate.

Secundo. Sacra Concilia paſsim aſſeuerant ſolùm Deum fuiſſe ab æterno, neque vnquam excipiunt durationem æternitatis, quaſi in illa creaturæ ſemper extiterint, ſpecialiter autem id probat ex concilio Niceno: Nam cùm Patres illius Concilij damnant eam vocem Arrianam de filio Dei: Erat quando non erat, aliquam menſuram durationis volunt ſignificare, in qua ſemper filius Dei fuerit, creaturæ autem non item; ſed non poſſunt intelligere niſi menſuram æternitatis; ergo diffiniunt creaturam in menſura æternitatis non ſemper fuiſſe.

Ad hæc reſpondetur, ſacra Concilia loqui iuxta ſenſum ſacrarum litterarum iam expoſitum.

Tertiò affert Gabriel Vaſquez auctoritatem S. Auguſt. 12. de Ciuit. Dei, cap. 25. vbi ait S. Auguſt. *Si potentiam fabricatoriam (vt ita dicam) rebus ſubtrahat, ita non erunt, ſicut antequam fierent, nõ fuerũt, ſed ante, dico æternitate, non tempori*; ergo ſentit Auguſt. res, antequam fuiſſent in ſuo tempore, nõ fuiſſe in priori tempore, neque in æternitate.

Reſpondetur D. Aug. loqui in eodem ſenſu, quo loquuntur ſacræ litterę, & ſacra Concilia.

Contra eandem concluſionem argumentatur Scotus. Primò ſic. Quod non eſt, nulli poteſt coexiſtere; ſed futura non ſunt; ergo. Maior probatur; quia coexiſtere dicit relationem realem. Scotus.

Secundò confirmatur, & probatur eadem maior; Coexiſtentia fluentium circa ſtans, exigit exiſtentiam vtriuſque extremi pro eadẽ menſura durationis; ſed impoſsibile eſt, quòd duo inſtantia temporis ſimul exiſtant in eadem menſura durationis; ergo impoſsibile eſt, quòd coexiſtant ſimul alteri extremo, ſcilicet æternitati. Maior patet in centro, & punctis circumferentiæ, ſi fingamus pũcta illa non ſtare, ſed fluere: Nam in eo caſu certũ eſt, quòd ſingula illa puncta, quando eſſent, coexiſterent centro, ſed nunquam ſimul, non ex defectu centri, ſed ipſorum; quia ſcilicet ſimul nõ ſunt, ita eſt de æternitate, & tempore.

Ad hoc argumentum reſpõdetur: verbum, *eſt*, vel *ſunt*, poſſe denotare nunc temporis, vel nunc æternitatis. Si primum, falſa eſt maior: Si ſecũdum, falſa eſt minor. Ad primam probationem maioris dicitur, quòd coexiſtere dicit relationem realẽ exiſtentem in re pro illa temporis parte, pro qua res coexiſtit æternitati. Ad ſecundam reſpondetur, falſam eſſe maiorem, ſi intelligatur de eadem menſura durationis, propria, & adæquata. Ad probationem, ſeu exemplum dicitur, quòd non eſt ſimile: quoniam æternitas latitudinem habet durationis ex ſua infinitate, qua ſimul toti tempori coexiſtit: ſimilem autem latitudinem non habet centrum reſpectu punctorum fluentium, ſed reſpectu punctorum, vt de facto non fluunt, ſed ſtant.

Secundò. Sic arguit Scotus. Si omnia coexiſtunt æternitati, & ſunt præſentia æternitati; ergo omnia ſunt ſimpliciter in actu; ergo non poſſunt poſtmodum poni in actu, probatur prima conſequentia; quia, quod habet eſſe in ſeipſo reſpectu cauſæ primæ, eſt ſimpliciter in actu: nam quod eſt tale reſpectu cauſæ primæ, eſt tale ſimpliciter.

Reſpondetur verbum, *ſunt*, poſſe ſignificare, vel nunc temporis, vel nunc æternitatis. Si primum falſum eſt antecedens: Si ſecundum, hoc eſt, quod dicimus, tunc negatur conſequentia; & ratio negationis eſt; quia res non dicitur eſſe ſimpliciter in actu, quando eſt tantùm in menſura communi inadæquata; ſed quando eſt in propria, & adæquata. Ad probationem reſpondet Ferrarienſis, aſſumptum non eſſe verum, quando pro diuerſis menſuris intelligitur, quod dicitur de re cum reſpectu ad primam cauſam, & quod dicitur de re ſimpliciter, ſicut in propoſito: Nam, cum dicitur: hoc futurum nobis eſt in actu, reſpectu Dei, verificatur pro menſura præſenti, quæ eſt æternitas: cum autẽ abſolutè dicitur: hoc eſt in actu, intelligitur pro præſenti menſura, quæ eſt tempus. Vnde poteſt reſpondere, cum Bannesio, quòd argumentum peccat; quia procedit à magis amplo ad minus amplum. Ferrar.

Tertiò; Quia ſequeretur, quod ſeſsio mea craſtina

ſtina bis produceretur à Deo. Probatur cõſequentia; quia iam eſt præſens in ſeipſa æternitati; ergo producta, & adhuc non eſt in tempore; ergo producenda.

Reſpondetur negando conſequentiam. Ad probationem negatur conſequentia: non enim ſequitur; eſt præſens æternitati; ergo producta: nam tũc tantùm res eſt abſolutè producta, quando eſt præſens in propria menſura, tunc enim verificatur de ea ſimpliciter, quod eſt.

alentia.

Quartò. Argumentatur Valentia. Omnes res incipiunt exiſtere in æternitate; ergo non exiſtunt ab æterno in æternitate. Antecedens probatur. Omnes res creatæ incipiunt exiſtere in ſeipſis ſecũdũ intrinſecam ſui durationem, abſtrahendo a quacunque extrinſeca duratione; ergo. Antecedens (inquit) eſt de fide. Conſequentia probatur: nam, ſi aliquid nõ inciperet eſſe in alia duratione extrinſeca, ſequeretur illud extitiſſe in alio, antequam exiſteret in ſe; ſed hoc implicat contradictionẽ; ergo & illud. ſequela, (inquit) eſt ſatis clara: nã quod incipit eſſe in ſe, prius aliquando nõ habebat in ſe exiſtentiam; quod autem exiſtit ſine principio in alio, ſemper exiſtebat in alio; hoc autem implicat contradictionem; nam, quod in alio exiſtit, verè exiſtit. Idem ferè argumentum facit Vaſquez.

entia.

Reſpondetur primò falſum eſſe antecedens: Ad probationem negatur antecedens quo ad illã particulam: *abſtrahendo à quacumque duratione*: nam res incipiunt eſſe in tempore, non abſtrahendo ab æternitate, ſed in tempore contento ab æternitate; tanquam menſura communi. Neque quo ad hanc partem oppoſitum eſt de fide. Sed aduerte, quòd, cum dicimus: res incipiunt eſſe in tempore, vt tempus continetur ab æternitate, poteſt habere duplicem ſenſum, primus, vt inceptio attribuatur rebus ſecundum earum continentiã in æternitate; & hoc falſum eſt, ſecundus eſt, vt inceptio attribuatur rebus ſecundùm earum continentiam in tempore, & quod tempus inceptionis contineatur in æternitate; & hic ſenſus eſt veriſsimus.

Secundò reſpondetur ad argumentum, negando antecedens. Ad probationem negatur conſequentia, ſcilicet; ergo incipiunt exiſtere in quacũque duratione extrinſeca. Ad probationem dicitur, non eſſe inconueniens, quòd aliquid exiſtat in alio, antequam exiſtat in ſe, & cum arguitur, quòd hoc implicat contradictionem, negatur: Ad probationem dicitur, quòd, illud quod in alio exiſtit tanquàm in menſura communi, & inadæquata, verè exiſtit, non tamen ſimpliciter; nam tunc ſolùm ſimpliciter exiſtit, quando exiſtit in alio vt in propria menſura.

Quintò. Quidquid verificatur de creaturis ſecundum mẽſuram propriæ durationis, etiam verificatur de illis in ipſa æternitate; ſed quòd oẽs creaturæ inceperint coexiſtere Deo præſentes ſecundũ ipſarum eſſe reale, verificatur de illis in propria menſura durationis illarum; ergo id etiam verificatur de illis ĩ æternitate. Maior patet ex eo, quòd dicitur, quòd æternitas eſt menſura excedens, & inadæquata, ergo Minor autem eſt de fide.

Reſpondetur falſam eſſe maiorem quo ad cõuenientia creaturis ſecundùm menſuram proprię durationis, quo ad eas conditiones, quæ illi conueniunt, ſecundùm quod diſtinguitur ab æternitate; vt habere ſucceſsionem, habere prius & poſterius, incipere eſſe, & deſinere eſſe, hæc enim conueniũt rebus in ordine ad propriam menſuram ratione imperfectionis, quæ communis eſt rebus, & propriæ menſuræ. Ad probationem dicitur: quòd eſt pro nobis: nam, ex hoc ipſo, quòd æternitas eſt menſura excedens, & coexiſtens tempori ſecundũ omnes illius partes ſimul, ſequitur, quòd cõditiones reb. conueniẽtes in ordine ad propriã mẽſurã, quæ ad eius finitatẽ & imperfectionẽ pertinẽt, nõ conueniant eis in ordine ad æternitatẽ; licet, vt ſupradictum eſt, hoc, quod eſt incipere eſſe in tempore, contineatur in æternitate, non tamen ita, vt habeat rationem inceptionis per ordinem ad æternitatem; ſed per ordinem tantum ad tempus.

Secundo dicitur, quòd minor falſum ſupponit: nam licet inceperint exiſtere, non tamen inceperunt coexiſtere Deo præſentes.

Sextò quod non verificatur de rebus pro mẽſura durationis propriæ, non verificatur de illis pro ipſo nunc æternitatis; ſed quòd res ab æterno extiterint Deo præſentes, non verificatur de rebus pro vlla menſura durationis illarum; ergo neque pro ipſo nunc æternitatis. Minor eſt de fide. Maior autem probatur: Nam menſura communis non attingit res, niſi ſecundùm cõdictiones obiectiuas, quæ ipſis rebus ſecundùm ſe competunt: alioquin æternitas, attingens res, mutaret conditiones illarum, quod eſt impoſsibile; ergo.

Reſpondetur falſam eſſe maiorem in prædicatis relatiuis, quæ conueniunt menſurato in ordine ad menſuram; qualia ſunt hæc, de quibus agimus. Ad probationem dicitur: quòd procedit de conditionibus, ſeu prædicatis abſolutis, non autem de relatiuis: nam ex hoc ipſo, quòd menſura attingit menſuratum, aduenit rei menſuratæ noua conditio, quæ eſt noua relatio ad menſuram; rem autem eſſe præſentem, vel coexiſtere æternitati, dicit relationem. Secundò dico, falſam eſſe maiorem in ijs prædicatis, quæ conueniunt menſuræ propriæ, vt diſtinguitur à menſura communi.

Præterea argumentatur Molina tripliciter. Primò; quia ſequeretur, quòd tolleretur libertas arbitrij, probatur ſequela: quoniam non poſſet liberũ arbitrium aliud efficere, quàm illud, quod anteà in æternitate ab eo eſt effectum. Molina.

Reſpondetur nullam eſſe conſequẽtiam: Ad probationem dico duo, primum, quòd implicat vnum falſum, nimirum, ſecundùm poſitionem noſtram rem antea fuiſſe in æternitate productam, & eſſe iterum in tempore producendam, non eſt enim duplex eiuſdem rei factio, ſed vna, & eadẽ factio eſt illa, quæ eſt ĩ determinata tẽporis parte, & quæ ab æterno Deo præſens eſt in æternitate modo dicto.

Secundò dico, liberum arbitrium in ſenſu compoſito non poſſe aliud efficere, ſuppoſito, ſ. ꝙ illud ſit ab ipſo libero arbitrio in tali tẽpore efficiẽdũ; poteſt tñ in ſenſu diuiſo, & abſolutè aliud efficere.

Secundò. Sequeretur Deum non certo cogno-
ſcere actum liberi arbitrij;ergo.Probatur ſequela:
quoniam actus liberi arbitrij poteſt non eſſe,& nõ
eſt in ęternitate,niſi per eſſe,quod habiturus eſt in
tempore;ergo poteſt reipſa non eſſe in æternitate;
ergo ſcientia Dei non erit certa, quam de actu ſic
ſibi præſente habet.
Reſpondetur negando ſequelam: Ad probatio-
nem dicitur primo,quod actus liberi arbitrij non
poteſt non eſſe in ſenſu compoſito,ideſt ſuppoſito,
quòd ſit futurum tali tempore, ex quo eſſe futuro
habet,quòd ſit præſens in æternitate, poteſt tamẽ
non eſſe abſolutè, vel in ſenſu diuiſo, dico ſecun-
dò,quòd non eſt in æternitate, niſi per eſſe, quod
habiturus eſt in tempore,ſed illud eſſe in tempore
habiturus eſt infallibiliter,licet libere.
Tertiò;quia ſequeretur in hoc nunc temporis eſ
ſe infinita actu, extra cauſas ſuas, non quidem
quæ exiſterent in eo,tanquam in menſura ſuæ rea-
lis exiſtentiæ;ſed quæ exiſterent illo modo in nunc
ęternitatis, & in hoc nunc temporis noſtri, tan-
quam in menſura exiſtentię eorum illo modo in
æternitate,hoc autem omnino videtur abſurdum;
ergo.
Alvarez. Reſpondetur negando ſequelam; quoniam in-
ſtans temporis non poteſt menſurare eſſe rerum,
prout ſunt in æternitate; quoniam æternitas eſt ex
cedens menſura;non tamen eſt inconueniens infi-
nitas res Deo coexiſtere in nunc æternitatis pro
diuerſis, ſiue infinitis partibus temporis, quibus
coexiſtit æternitas;non enim ſequitur, quòd ſim-
pliciter ſint infinita actu,cum non ſint actu in pro
prijs menſuris.
Prædictis argumentis accedunt quædam alia
argumenta, quæ,licet ex dictis ſufficienter ſolui
poſsint,nihilominus; quia videntur, neſcio quam
particularem energiam præſeferre,ſigillatim erũt
proponenda,& ſoluenda.
Arguunt igitur quidam innixi authoritati Di-
ui Auguſtin. ſuperius allatæ hunc in modum. Si
res a Deo in nihilum redigerentur, nullo prorſus
modo eſſent, nec in tempore, nec in æternitate;
ergo etiam antequam crearentur, nullo prorſus
modo erant, nec in tempore, nec in æternitate.
Conſequentia eſt D. Auguſt. Antecedens proba-
tur; quia, ſi res iam redactæ in nihilum adhuc re-
manent ſecundùm actualem ſuam exiſtentiam in
æternitate,non quidem pro tempore,quo annihi-
latæ ſunt, ſed pro illo, in quo aliquid fuerunt, ſe-
quitur,quòd Deus,etiam ſi maximè velit,non poſ
ſit abdicare a ſe conſortium creaturarum, ſuppo-
ſito quòd ſemel voluerit eas eſſe. Conſequentia
patet; quia ſemper remanerent ſecundùm ſuum eſ
ſe actuale in æternitate Deo coexiſtentes, nec po-
teſt efficacius velle abdicare a ſe conſortium crea
turarum,quàm eas in nihilum redigendo, At ve-
ro conſequens eſt abſurdiſsimum, & derogat diui
næ potentiæ, & per ſe eſt incredibile, immo in in-
telligibile; ergo.
Reſpondetur, admiſſo conſequente tanquam
vero, nihil in eo abſurdi continetur: nam, licet De-
us abſolutè potuerit, & poſsit abdicare à ſe om-

A nium creaturarum conſortium, facta tamen ſup-
poſitione, quòd ſemel voluerit eas eſſe, id non eſt
poſsibile;quia propria ratio,& natura æternitatis
ex ſua infinita perfectione hoc ſibi vendicat, vt
quæcunque habent eſſe in aliqua temporis differẽ
tia illi ab æterno ſint præſentia;pro illa temporis
differentia, in qua verificatur propoſitio affirma-
tiua de primo adiacente, puta Petrus eſt. Secun-
dò dicitur, quòd creaturæ non habent propriè cõ
ſortium cum Deo, niſi vt habent eſſe ſimpliciter,
& abſolutè.
Secundò Sic arguunt ex eadem authoritate. At
tequàm res crearentur, non erant, prout dictio
B *antè* ſignificat ęternitatem, & non tempus; ergo
antequam crearentur non erant, etiam in ęterni-
tate. Antecedens eſt D. Auguſtini, qui prædictis
verbis ſignificat res non fuiſſe abſolutè in ęterni-
tate; nec poſſunt verba Auguſtini gloſſari hoc mo
do: non erant,ideſt erant quidem ante, ſed nõ pro
ante;& per hæc patet etiam conſequentia.
Reſpondetur, quòd S. Auguſt. intendit negare,
quòd res eſſent antequàm crearentur,ita vt de eis
poſsit ſimpliciter enunciari, quòd eſſent; ſicut de
eis poſtquam creatæ ſunt,ſimpliciter enunciatur,
quòd ſunt;non autem negat,quin eſſent præſentes
ęternitati pro ea temporis differentia, in qua erat
C eſſe habituræ.
Tertiò.Arguunt auctoritate S.Tho. prima par- S.Tho.
te.quęſt.20.artic.2.ad ſecundum,vbi ait,quod li-
*cet creaturæ ab æterno non fuerint niſi in Deo, tamen
per hoc,quòd ab æterno in Deo fuerunt, ab æterno Deus
cognouit res in proprijs naturis; ſicut & nos per ſimi-
litudines rerum, quæ in nobis ſunt, cognoſcimus res
in ſeipſis exiſtentes*. in quibus verbis D.Thom.aper
tè ponit Deum cognouiſſe ab æterno res in pro-
prijs naturis, tametſi non eſſent in proprijs natu-
ris; & hunc cognitionem dicit Deum habuiſſe per
ſimilitudinem rerum, quas penes ſe habuit ab æ-
terno, quod falſum eſſet, ſi creaturæ extitiſſent in
D tota æternitate, etiam ſi non pro tota æternitate;
quia tunc Deus cognouiſſet eas, non ſolum ex vi
ſimilitudinum,quas penes ſe habebat,ſed & mel-
to quidem magis ob præſentiam earum actualem
in ſeipſis; quod Caietanus,& alij concedunt, ſed
D.Th.omninò negat.
Reſpondetur, quòd S. Thom. intendit dicere,
quod,licet res ab æterno non fuerint abſolutè, &
ſimpliciter niſi in Deo, cognouit tamen res, &c.
non tamen negat id,quod multis alijs in locis af-
firmauerat;ſcilicet res ab æterno Deo pręſentes eſ
ſe in ipſa æternitate modo dicto,& cum arguitur,
quòd falſum eſſet dictum D.Thom. ſi creaturæ ex-
E titiſſent in tota æternitate,quia tunc Deus &c. ne-
gatur conſequentia:nam S.Tho. per illa verba non
intendit excludere, niſi eſſe rerum ſimpliciter in
ęternitate:quoniam non ait,Deum cognouiſſe res
tantum per earum ſimilitudines, ſed cognouiſſe
per ſimilitudines, licet non eſſent in proprijs na-
turis abſolutè, & ſimpliciter. Secundo dicitur,
quòd ſicut nos per ſimilitudines cognoſcimus res
in ſeipſis, ita Deus per rerum rationes cognoſcit
res ſibi ab ęterno præſentes.

Quartò. Certum eſt primò, quòd exiſtere in æternitate, non eſt tantùm eſſe quoddam relatiuum rationis, nec pura denominatio extrinſeca ſumpta ab æternitate, quæ nullum in re denominata ſupponat reale fundamentum, ſed abſolutum aliquod verum, ſolidum, reale, & actuale, & intrinſecum illi rei; quòd in propoſito neceſſe eſt eſſe fundamentum illius relationis, vel denominationis. Certum eſt ſecundò, quòd eſſe nihil eo modo, quo res, quæ creatur, immediatè ante inſtans creationis erat nihil, non admittit ſecum aliquod eſſe reale, quantumcunque minimum. Certum eſt tertiò, quòd, ſi aliquid eſt in tota æternitate, neceſſe eſt, vt nullum detur tempus, in quo illud non ſit in æternitate; alioquin non eſſet in tota, ſi non ſemper eſſet in ea; quòd autem nõ ſit in ea pro ſemper, ſeu pro omni tempore, hoc facit, quòd non ſit in æternitate ſecundùm omnem ſuam conſiderationem acceptam; id eſt, prout comparatur ad reliqua tempora omnia; non tamẽ facit, quòd abſolutè, & ſimpliciter, ac in ſeipſo non ſit in illa ſecundùm verã, realem, & actualem ſuam exiſtentiam: quoniam æternitas ſecundùm rem eſt prorſus vna ſimpliciſſima, & indiuiſibilis, & talem neceſſe eſt eſſe etiã exiſtentiam, & coexiſtentiam eius, cum hæc non diſtinguatur ab ipſa. Quòd autem æternitas; accepta per intellectum comparetur præcisè ad vnũ, & intelligatur vt ei coexiſtens, non poteſt facere, quin ea ſecundùm ſe, & realiter interim omnibus alijs coexiſtat; alioqui coexiſtentia eius eſſet ſecũdùm rem diuiſa, & ipſa ſecũdùm ſe ſucceſſionem in coexiſtendo neceſſariò ſubiret. Ex his autem tribus manifeſtè patet propoſitum: Quoniã, ſi quælibet res eſt in tota æternitate extra cauſas ſuas; ergo nullum eſt tempus, in quo non ſit hoc modo in illa, ex tertio fundamento; ergo nullum labitur tẽpus, in quo non ſit verum dicere rem habere verã, & realem exiſtentiam in ſeipſa, ex primo fundamento; ergò nunquam eſt funditus nihil, atque ita nullo tempore verè, & ſecundùm rem poteſt creari, ex ſecundo fundamento, alioquin eadem res ſimul reſpectu vnius eſſet actu exiſtens in ſeipſa, & reſpectu alterius eſſet nihil omninò in ſeipſa; quia dum labuntur quælibet tempora, exiſtit actu in ſeipſa reſpectu æternitatis, & dum labũtur aliqua tempora, non eſt omninò in ſeipſa reſpectu illorũ temporum; quę manifeſtam implicant contradictionem.

Reſpondetur ad primum fundamentum, quòd exiſtere in æternitate formaliter, dicit relatiuum, fundamentaliter autem dicit abſolutum. Ad ſecũdum fundamentum dicitur, quòd eſſe nihil non admittit aliquod eſſe reale, quod abſolutè, & ſimpliciter ſit eſſe reale; admittit tamen eſſe reale rei creandæ pro illo tempore, quo habebit eſſe in rerũ natura. Ad tertium fundamentum dico poſſe dupliciter intelligi, primò ſic, Nullũ datur tempus, in quo id, quod exiſtit in æternitate non ſit in ea, ita vt exiſtentia rei in æternitate menſuretur tempore; & in hoc ſenſu falſa eſt propoſitio, vt patet ex ſupradictis. Secundò ſic, vt re qualibet exiſtente in æternitate nullum poſſit aſſignari tempus, in

A quo res in ea non ſit; id eſt, in quo non poſſit verè enunciari, rem eſſe in æternitate, pro menſura tamen ſuæ durationis, & hoc modo vera eſt propoſitio, ſed non ſequitur; ergo eſt pro omni tempore. Et cum dicitur, quod licet hoc dicatur, non tamen facit, quin abſolutè, & ſimpliciter res ſit in æternitate, dicimus id falſum eſſe: quoniam ex hoc, q res non eſt in æternitate pro qualibet temporis differentia, ſequitur, quòd ſimpliciter non ſit in æternitate, id eſt, vt de ea non poſſit ſimpliciter enunciari, quòd eſt ab æterno. Et cum dicitur: æternitas, & eius coexiſtentia eſt ſimpliciſsima, & accepta vt coexiſtens vni neceſſariò etiam omnibus a-
B lijs coexiſtit; alioquin in coexiſtentia æternitatis eſſet ſucceſsio. Reſpondetur, quòd licèt, materialiter loquendo, eadem, quæ vni coexiſtit, alijs etiã coexiſtat, non tamen formaliter, quatenus vni coexiſtit, omnibus alijs coexiſtit: quoniam coexiſtit Adæ, vt præterito, & Antichriſto vt futuro in tempore noſtro, & vt coexiſtit Adæ, non coexiſtit Antichriſto; Vnde ad deductionem, cum dicitur: ſi quælibet res eſt in tota æternitate extra cauſas ſuas; ergo nullum eſt tempus, in quo non ſit hoc modo in illa, ex tertio fundamento; ergo nullum labitur tempus, in quo non ſit verum dicere rem habere realem exiſtentiam in ſeipſa, ex primo funda-
C mento; ergo nunquam eſt funditus nihil.

Reſpondetur negando primam cõſequentiam; ſi ſermo ſit de tempore menſurante exiſtẽtiam rei in æternitate: ſimiliter negatur ſecunda conſequẽtia, maximè loquendo de exiſtentia abſolutè, & ſimpliciter, & ſimiliter negatur tertia conſequentia: quoniam ad hoc, vt quandoque ſit nihil, ſufficit, quod in aliqua temporis, ſaltem imaginarij, differentia ſit nihil.

Contra tertiam concluſionem argumentatur Vaſquez, & Suarez libro primo de ſcientia abſoluta futurorum contingentium cap. 7. nume. 19. Sed *Vaſquez. Suarez.*
D iam mentem S. D. ex eius verbis indicauimus, ex quibus facilè ſolui poſſunt eorum argumenta, cũ nec alia loca à Capreolo relata conſiderent, nec integrè referant, aut ponderent verba eiuſdem S. D. in hoc articulo ommittẽtes ea, quæ realem exprimunt coexiſtentiam rerum, cum Deo in æternitate. Videnda ſunt, quæ ſcribit Aluarez de hac materia diſp. 8. & 9. & præſertim vltimum argumentum, diſp. 8. cum eius ſolutione.

Quæ ſit neceſsitas de qua loquitur S. Doct. in reſponſ. ad primum.

E Circa reſponſionem ad primum argumentum aduertẽ, quòd quamuis duo tangantur modi neceſsitatis in cauſa, videlicet, neceſsitatis ſimpliciter, & immutabilitatis, vt obſeruat Caietan. *Caiet.* non eſt tamen intelligenda reſponſio de altera tãtùm neceſsitate, nec de vtraque diſtinctè, ſed in communi, ſeu indiſtinctè ad vtrumque neceſsitatis modum: Nam, ſi de ſola neceſsitate abſoluta loqueretur, falſum eſſet ſcientiam Dei eſſe cauſam neceſſariam. Si de ſola neceſsitate immutabilitatis, falſum eſſet Solem eſſe cauſam neceſſariam tali ne-

Digitized by Google

A ſi neceſſitate, ſi quidem eſt cauſa abſolutè neceſſa ria; ſi de vtraque diſtinctè, ita vt reſponſio ad ma iorem intelligatur de neceſſitate abſoluta, reſpon ſio vero ad minorē intelligatur de neceſſitate im- mutabilitatis, turpis eſſet æquiuocatio, quæ nodū non ſolueret argumenti; igitur interpretanda eſt reſponſio ad vtramque propoſitionem de neceſſi- tate indiſtinctè; vt ſit ſenſus, à cauſa ſuprema ne- ceſſaria, ſiue neceſſitate abſoluta, ſiue neceſſitate immutabilitatis, ſi cauſa proxima ſit contingens, procedit effectus contingens. Vnde admiſſo, quòd ſcientia Dei ſit cauſa neceſſaria, non curando pro nunc de modo neceſſitatis; quia tamen ſunt cauſæ B proximæ contingentes, ideo ſequuntur effectus cō tingentes. Quòd autem poſſit eſſe effectus contin gens, & tamen cauſa illius remota ſit neceſſaria. probat Caietanus, quatuor medijs; quæ vide ſi pla cet. Hoc in loco tractat Caietanus Controuerſiam Caiet. de radice contingentiæ, & diſputat cum Scoto aſſe rente. Philoſophos latenter duo contradictoria cō ceſſiſſe, dicentes, quædam contingenter fieri, & primam cauſam neceſſariò cauſare. Sed propriam habet ſedem hæc Controuerſia in art. 8. quæſt. 19. quare ad eum locum examinanda remittatur.

Proponitur ſecundum argumentum S. Doct. in forma, & eius reſponſio.

C SEcundum argumentum S. Tho. eſt. Omnis conditionalis veræ, cuius antecedens eſt neceſſa- rium abſolutè, conſequens eſt neceſſarium abſolu tè: ſed hæc eſt quædam conditionalis vera. Si De- us ſciuit hoc futurum eſſe, hoc erit, & huius condi tionalis antecedens eſt neceſſarium abſolutè; ergo & conſequēs eſt neceſſarium abſolutè; ergo quid- quid ſcitur à Deo, eſt neceſſarium, & ſic ſcientia Dei non eſt contingentium. Maior probatur: Si- cut ſe habent principia ad concluſiones, ſic ſe ha- bet antecedens ad conſequens; At ex principijs ne D ceſſarijs non ſequitur concluſio, niſi neceſſaria, vt dicitur in primo poſter. tex. 17. ergo ſi antecedens eſt neceſſarium abſolutè, conſequens eſt neceſſa- rium abſolutè. Minor quo ad primam partem eſt euidens, quo ad ſecundam verò, probatur dupliciter: Primo; quia hoc antecedens: Deus ſciuit hoc futurum eſſe, eſt æternum; ergo eſt neceſſariū abſo lutè. Secundò; quia ſignificatur, vt præteritum.

Ad hoc argumentum relatis, & reiectis tribus modis reſpondendi S. Doct. ita reſpondet. Primò proponit regulam quandam vniuerſalem. Secun- dò illam applicat ad materiam argumēti. Ex quo ſequitur tertium, nimirum reſponſio formalis ad E argumentum.

Quò ad primū. Regula eſt. *Quando in antecedente ponitur aliquid pertinens ad actum animæ, conſequēs eſt accipiendum, non ſecundùm eſſe, quod in ſe eſt, ſed ſecundùm eſſe, quod eſt in anima: Nam aliud eſt eſſe rei in ſeipſa, & eſſe rei in anima.* Explicatur hæc regula exemplo; vt ſi dicam, *ſi anima intelligit aliquid, illud eſt immateriale.* In antecedente illius conditiona- lis ponitur aliquid pertinens ad actum animæ, ſci licet illud; *anima intelligit aliquid:* itaque conſe- A quens intelligendum eſt ſecundùm eſſe rei in anima, vel in intellectu, adeò vt conſequens ita ſit ex- ponendum: *illud eſt immateriale*, ſcilicet, ſecundum quòd eſt in anima, vel in intellectu, non autem ſe- cundùm quòd eſt in ſeipſo.

Quo ad ſecundum S. Thomas applicat prædi- ctam regulam ad materiam argumenti, dicens in hac conditionali: *Si Deus ſciuit aliquid futurum, illud erit*, cōſequens intelligendum eſſe, prout ſub- eſt diuinæ ſcientiæ, ſcilicet, prout eſt in ſua præſen tialitate: quoniam in antecedente ponitur aliquid pertinens ad actum intellectus, & ſcientiæ.

Quò ad tertium ex dictis deducitur reſponſio B formalis ad argumentum. Ad maiorem enim di- citur, veram eſſe in hoc ſenſu. *Omnis conditionalis, cuius antecedens eſt neceſſarium abſolutè, conſequens eſt neceſſarium abſolutè*, eo, ſcilicet, modo, quo neceſ- ſarium eſt antecedens; vel eo modo, quo ſequitur ad antecedens, vt inquit, S. Thom. de Ver. Ad mi- norem conceditur, quòd huius conditionalis: *Si Deus ſciuit hoc futurum eſſe, hoc erit*, Antecedens eſt neceſſarium abſolutè: ex quo ſequitur, quòd etiā conſequēs ſit neceſſarium abſolutè eo modo, quo antecedens, vel eo modo, quo ſequitur ad antece- dens, videlicet, vt ſub eſt diuinæ ſcientiæ. Expli- catur hic modus, vel etiam probatur, authoritate C Ariſt. dicentis primo perihermenias, quòd *vnum- quodque dum eſt, neceſſe eſt eſſe.*

Quarta Controuerſia:

An hæc propoſitio; Deus ſciuit hoc contingens, futu- rum, ſit abſolutè neceſſaria.

Sententiæ Expoſitorum.

CAietanus duo dicit. Primum, quòd S. Doct. Caie. non loquitur hic de neceſſitate ſcientiæ Dei abſolutè, & ſecundùm rem; ſed vt ſignificatur per propoſitiones. Secundum eſt prænotatam propo- D ſitionem eſſe de præterito, & eſſe neceſſariam ſim- pliciter: Nam, (inquit) omnis propoſitio de præ- terito eſt neceſſaria ſimpliciter; quia eius contra- dictoria eſt impoſſibilis, etiam per diuinam po- tentiam.

Ferrarienſis in primo contra gent. cap. 67. ait, Ferrar. primò dictam propoſitionem non eſſe neceſſariā abſolutè, ſi nomine neceſſarij abſolutè intelliga- mus illud, quod ex rationibus terminorum eſt ne- ceſſarium, ita vt eius oppoſitum ſit impoſſibile, ideſt contradictionem implicans, ſicut hominem eſſe animal irrationale: ſed eſſe neceſſarium abſo- E lutè, ideſt ſecundùm ſe, ſiue neceſſitate conſequē tis, & non ſolùm quantùm ad dependentiam ex a- lia propoſitione, ſiue neceſſitate conſequentiæ. Secundò ait, primum, & ſecundùm dictum Caie- tani, cum ſua ratione falſum eſſe.

Bann. Bannes ait primò ſententiam Caietani eſſe pro babilem; cuius tamen oppoſitum dicit infra quæ- ſtione 19. art. 8. Secundo probabiliorem eſſe eam ſententiam, quæ affirmat dictam propoſitionem eſſe de præſenti ſimpliciter loquendo. Tertiò illā

eſſe

eſſe ſimpliciter contingentem, & ſecundùm quid neceſſariam, ſcilicet, neceſsitate immutabilitatis; Quarto ſimpliciter eſſe concedendum Deum habere potentiam, vt non ſciuerit Antichriſtum futurum.

Valentia in poſtrema parte commentarij huius articuli dicit primo dictam propoſitionem eſſe ſimpliciter contingentem. Secundò non eſſe ſimpliciter neceſſariam; quia eſt neceſſaria ex ſuppoſitione, eſſe tamen abſolute neceſſariam; quia ſuppoſitio in propoſitione de præterito ſemper ſubintelligitur, quam ſententiam videtur tenuiſſe Syluester ſuper hoc articulo.

Reſolutio.

Quæ ſit diuinæ ſcientiæ neceſſitas, tam ſecundùm ſe, quàm vt ſignificatur per propoſitiones.

PRo reſolutione. Sciendum eſt primò, diuinam ſcientiam reſpectu futurorum contingentiũ dupliciter poſſe conſiderari: Vno modo abſolutè, ſiue ſecũdùm rem: Alio modo, prout ſignificatur per tales propoſitiones, ſcilicet de præſenti, aut de præterito, vel de futuro. Priori modo adhuc diuina ſcientia poteſt ſumi dupliciter: Vno modo quo ad eius entitatem; & ſic eſt ens abſolutiſsime neceſſarium; ſicut diuina eſſentia, cui eadem eſt: Alio modo accipi poteſt, prout dicit ordinem ad ſcitum contingens; & hoc dupliciter: Vno modo, in ratione ſcientiæ vt ſic: Alio modo in ratione cauſæ. Et vtroque horum modorum diuina ſcientia neceſsitatem quandam habet reſpectu contingentium, & ſimilem in ordine ad ipſam habent contingentia neceſsitatem: Nam duplex eſt neceſsitas, vna abſoluta, cuius oppoſitum implicat abſolute contradictionem; ſicut hominem eſſe animal rationale eſt neceſſarium; alia immutabilitatis, & ſuppoſitionis, cuius oppoſitum non eſt ſimpliciter impoſsibile, ſed tantùm ex hypoteſi; ſicut Sortem currere, dum currit, eſt neceſſarium, non ſimpliciter; quia poteſt abſolute Sortes non currere; hoc enim nullam implicat contradictionem, ſed ex hypoteſi, quòd currat, impoſsibile eſt ipſum non currere.

Eſt itaque ſcientia Dei reſpectu futurorum contingentium, tam vt ſcientia, quàm vt cauſa neceſſaria, hoc tantum poſteriori modo, nimirum neceſsitate ſuppoſitionis, & etiam immutabilitatis, non autem abſolute: Nam nulla eſt repugnantia abſolutè Deum neſcire, quæcunq; ſcit ſcientia viſionis, & Deum ſua ſcientia practica non cauſare creaturas: Nam, quemadmodum Deus ab æterno liberè determinauit craſtinam meam lectionem à me libere in tempore per eius efficacem influxũ, & meæ voluntatis virtutem concurrentem producendam, ita potuit oppoſitum præfinire; & conſequenter, ſicut ab æterno cognouit craſtinam meã lectionem futuram, ita potuit cognoſcere non futuram, vel non cognoſcere futuram, cum futura non eſſet. Vnde ſupra diximus ſcientiam viſionis in Deo liberam eſſe. Eſt tamen neceſſaria diuina

A ſcientia neceſsitate ſuppoſitionis; quia vt inquit hic. S.Thom. vnumquodque dum eſt, neceſſe eſt eſſe, ſcientia autem diuina ſemper eſt præſens. Neceſsitas diuinæ ſcētiæ duplex.

Eſt etiam neceſſaria, neceſsitate immutabilitatis; quia ſemel habita non poteſt mutari, non. n. poteſt Deus, ſicut homo, de ſciente fieri neſciens. Et ſecundùm hoc nulla eſt differentia inter hanc propoſitionem de præſenti: Deus ſcit, aut vult Antichriſtum eſſe futurum, & hanc de præterito: Deus ſciuit, aut voluit Antichriſtum eſſe futurum, vt inquit S.Tho. de Ver. q.6. art.3. ad decimum, & primo ſentent. diſtinct.39. quæſt. 1. art. 1. ad primum; quia in æternitate nihil eſt præteritum, aut futu- Propoſitionũ neceſsitas. S.Thom.

B rum; & ideo in talibus propoſitionibus ſignificatur actus, prout egreditur de præſenti à diuino intellectu; aut voluntate, vt ibidem ait S. Doct. Propoſitiones ergo de præterito ſignificantes actiones diuinas præſertim immanentes, ſi rem attendamus ſignificatam, ſunt veré, & propriè de præſenti; & ideo per leges propoſitionum de præſenti regulandæ; vt hic aduertit Bannes, qui doctè, & ſubtiliter hanc partem explicat, & pro virili defendit. Bannes.

Quemadmodum; ergo propoſitio de præſenti in materia diuinorum actuum, reſpectu contingẽtium, eſt ſimpliciter contingens, & neceſſaria tantùm ſecundum quid, modo iam expoſito: ita & propoſitio de præterito, ſi rei dumtaxat ſignificatę rationem habeamus; At verò, ſi propoſitiones ipſas, cum proprio cuiuſque ſignificandi modo conſideremus, maximè differunt, propoſitio de præſenti, & propoſitio de præterito, diuinas operationes ſignificantes, vt hic notat Caietanus, Syluester, & alij: Nam propoſitiones de præſenti non ſunt abſolute neceſſariæ, ſed ex ſuppoſitione tantùm, ſicut & quælibet alia propoſitio in materia contingenti; vt hæc: Sortes ſedet, contingens eſt; ſed addita ſuppoſitione, quòd ſedeat, neceſsitatem habet ſuppoſitionis. Sortem enim ſedere dum ſedet, eſt neceſſarium. Propoſitiones autem de præterito ſunt abſolute neceſſariæ, ſicut omnes aliç in materia contingenti; quia earum contradictoriæ sũt ſimpliciter impoſsibiles, & contradictionem inuoluunt: ſicut Sortem ſediſſe non ſolùm verũ eſt, ſed abſolutè neceſſarium, adeo vt impoſsibile ſit ipſum non ſediſſe; itaque multò magis hæc erit ſimpliciter neceſſaria: Deus ſciuit, aut Deus voluit Antichriſtum eſſe naſciturum, licèt, hæc ſit contingens, Deus ſcit, aut vult Antichriſtum eſſe naſciturum. C Caiet. Syluester. D

Propoſitionem omnem de præterito eſſe ſimpliciter, & abſolutè neceſſariam. E

SEcundò. Obſeruandum eſt propoſitionem aliquam tribus modis dici poſſe neceſſariam abſolutè. Primò; quia ex rationibus terminorum eſt neceſſaria, & eius contradictoria eſt impoſsibilis; ſicut hominem eſſe animal rationale eſt neceſſarium. Secundò; quia eſt neceſſaria, non ſolùm ex ordine, & dependentia, quam habet ex alia propoſitione; quæ eſt neceſsitas conſequentiæ: ſicut Sor- Propoſitio abſolutè neceſſaria tripliciter.

tem moueri, ſi currit, ſed etiam ſecundùm ſe. Et hoc modo, non ſolùm propoſitiones, quorum termini ex proprijs rationibus neceſſariò ſunt connexi; ſed etiam quæ immutabilem habent connexionē terminorum, quamuis ex proprijs rationibus ſint ſeparabiles, abſolutè neceſſariæ dici poſſunt. Et talem neceſsitatem habent manifeſtè omnes propoſitiones de præterito in materia diuinorum actuum contingentium, ſiue liberorum; vt hæc: Deus ſciuit: Deus voluit Antichriſtum fore, aut me cras legere. Sunt enim neceſſariæ, non ea tantū ratione, quòd ex alia antecedente propoſitione neceſſaria ſequela conſequantur, ſed ob eam præcipuè cauſam, quòd earum ſignificatum eſt penitus immutabile. Tertiò dici poteſt propoſitio abſolutè neceſſaria, non ex rationibus terminorum abſolutè ſumptis, neque ex rei ſignificatæ immutabilitate; ſed ex rationibus terminorū, prout ita componuntur in propoſitione. Et hoc modo omne ſignificatum propoſitionis neceſſarium ex ſuppoſitione, ſiue ea ſit ſuppoſitio præſentialitatis, ſiue præteritionis, efficitur neceſſarium abſolutè, ſi cōponatur cum tali ſuppoſitione, & vna propoſitione ſignificetur; vt ſi dicam, Socrates exiſtens eſt, vel exiſtit, aut Socratem exiſtentem neceſſe eſt eſſe. Faciunt enim ſenſum compoſitum, & ideo, qđ erat neceſſarium ex ſuppoſitione tantùm, fit neceſſarium ſimpliciter. Similiter, & multò magis propoſitiones de præterito, vt Adam præteritus, fuit, ſiue extitit.

Prior neceſsitas ꝑpoſitionis de præterito.

Videtur autem in omni propoſitione de præterito ſemper ſubintelligi, & implicitè claudi ſuppoſitio: Nam copula propoſitionis de præterito ex propria ratione videtur cōſignificare præteritum verum conceptum de eadem re quandoque præſēti formatum, aut formari poſsibilem; Igitur omnis propoſitio de præterito, erit abſolutè, & ſimpliciter neceſſaria: dico autem ſimpliciter; quia nullam video diſtinctionem inter neceſſarium abſolutè, & neceſſarium ſimpliciter in re præſenti: Nā, licet ſupponatur præteritio, hæc tamen ſuppoſitio non eſt extrinſeca, ſed ipſi propoſitioni de præterito maximè intima; vt oſtendimus. Aduertendum eſt tamen, ſecundum aliquos aliud eſſe dicere hāc propoſitionem: Deus ſciuit, aut voluit Antichriſtum naſciturum, eſſe neceſſariam abſolutè, & aliud eandem propoſitionem abſolutè ſumptam eſſe neceſſariam: Nam primum eſt verum, vt dictū eſt; ſecundum autem eſt falſum: Nam, ſi abſolutè ſumatur illa propoſitio, non eſt neceſſaria ſimpliciter; quoniam hi actus in Deo abſolutè ſunt liberi. Secundò etiam; quia propoſitio de præterito non includit expreſſe ſuppoſitionem. Et pro tantò abſolutè ſumpta, non videtur neceſſaria abſolutè, ſubintellecta verò ſuppoſitione, vt intrinſecè clauſa, ſumitur, vt neceſſaria abſolutè.

Poſterior neceſsitas propoſitionis de præterito.

Nota modū loquendi.

Ex eminentia æternitatis redditur ratio veritatis propoſitionum.

TErtiò. Conſiderandum eſt, quòd æternitas, tametſi ſimpliciſſima ſit menſura omni carēs ſucceſſione præteritæ partis, & futuræ, nihilominus ob infinitam ſui perfectionem, tam intenſiuā quàm extenſiuam, ſupereminenter cōtinet omnes temporis differentias, præſens ſcilicet, præteritū, & futurum. Quo fit, vt duratio coexiſtētium Deo in æternitate poſſit à nobis ſignificari, nedum ꝑ verba præſentis temporis, verùm etiam per verba præteritum, aut futurum tempus cōſignificantia, dicendo Deus ſcit: Deus ſciuit, & Deus ſciet, iuxta illud Geneſ. 22. *In monte Dominus videbit.* Gen. 22.

Et quemadmodum eminens continentia aliarum perfectionum in Deo ſufficit ad verificandas eas omnes ꝓpoſitiones, quas verè de Deo formamus, ita eminens continentia omnium durationū, ſatis eſt ad veritatem propoſitionum de præſenti, de præterito, & de futuro, quæ diuerſas temporis differentias conſignificant: Nam, licet prædictæ temporis differentię non dicant perfectionem ſimpliciter, atque ideò formaliter Deo non congruāt, pertinent tamen ad modum intelligēdi noſtro intellectui proportionatum, cuius obiectū eſt quidditas rei ſenſibilis temporis varietati ſecundū ſuū eſſe ſubiecta. Vnde verba, quæ de Deo dicuntur, non ſignificant tempus, quaſi Deus tempore menſuretur, ſed tantùm conſignificant tempus quaſi modum ex parte noſtræ cognitionis, quo diuinam intelligimus, & ſignificamus durationem in plures rationes diſtinctam; ſicut etiam diuinas perfectiones omnibus abſtractis & concretis ſignificamus, & vnicam Dei perfectionem diuerſis intellectionibus cōceptam, diuerſis etiam ſignificamus nominibus, & propoſitionibus in vna re ſimpliciſſima fundamentum habentibus. Itaque vna ſimpliciſſima æternitatis duratio virtualiter continens omnes temporis differentias, propoſitiones, quas de Deo enūciamus, cum diuerſorum temporum conſignificatione, commodè poterit verificare; cum ad veritatem propoſitionum, non tantùm ſit attendenda ſignificatio, ſed etiam modus ſignificandi in rei virtute, & eminentia fundatus. Illa igitur propoſitio: Deus ſciuit Antichriſtū futurum, eſt ſimpliciter de præterito, & ſecundùm leges propoſitionum de præterito regulanda.

Senſus propoſitionis.

Ex dictis ſequuntur ſex Concluſiones.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio S. Thom. in reſponſione ad ſecundum agrumentum non loquitur de neceſſitate ſcientiæ Dei ſecundum ſe, ſed vt ſignificatur per propoſitiones.

Secunda concluſio. Illud antecedens: Deus ſciuit hoc contingens futurum, eſt propoſitio ſimpliciter de præterito. Hæc patet ex tertio fundamēto

Tertia concluſio. Omnis propoſitio de præterito eſt neceſſaria abſolutè, & ſimpliciter. Hæc patet ex ſecundo fundamēto: quoniam, vt diximus, non eſt neceſſaria ex ſuppoſitione extrinſeca, à qua dependeat, ſed ex intrinſecè clauſa ſuppoſitione, & ideo neceſſaria eſt ex connexione terminorum; ita vt eius oppoſitum implicet contradictionem.

Quarta concluſio. Hoc antecedens: Deus ſciuit.

A futurum,eſt neceſſarium abſolutè, eo modo, quo omnis propoſitio de præterito eſt neceſſaria abſolutè;& eſt etiam neceſſarium abſolutè, ideſt non ſola neceſsitate conſequentiæ,ſed etiam ſecūdùm ſe,ſiue neceſsitate conſequentis. Hæc patet ex dictis in ſecundo fundamento.

Quinta concluſio. Prædictum antecedens abſolutè ſumptum, ideſt abſque implicatione ſuppoſitionis ipſius præteritionis,quo ad id ſcilicet,quod tantùm explicitè claudit, eſt neceſſarium ex ſuppoſitione. Hæc etiam patet ex dictis.

Vltima concluſio. Prædicta propoſitio,& quælibet alia tempus conſignificans, eſt verè, & propriè de præſenti,ſi attendatur res ſignificata ſecū dùm ſe,& eſt neceſſaria neceſsitate ſuppoſitionis, & immutabilitatis. Hæc patet ex primo fundamento.

Argumenta,& ſolutiones.

Ferrarien. CONtra primam concluſionem argumentatur Ferrarienſis.S.Thom.in primo ſent.diſt.38. articulo vltimo ad quartum ait, quòd *illud antecedens eſt neceſſarium abſolutè, tum ex immobilitate diuini actus, tum ex ordine ad ſcitum; quia terminatur ſcientia Dei ad rem,vt eſt in ſeipſa*; ſed hæ conditiones conueniunt ſcientiæ Dei in ſe,non autem vt ſignificatur per propoſitiones,vel per Verbum præteriti temporis; ergo eodem modo hoc in loco loquitur de ſcientia Dei.

Reſpondetur negando conſequentiam:Et ratio negationis eſt; quoniam in illo antecedente,Deus ſciuit &c.eſt multiplex neceſsitas, ſcilicet immutabilitatis,& ſuppoſitionis ex ordine ad ſcitū præſens in æternitate, quæ duæ neceſsitates conueniunt ſcientiæ Dei ſecundùm rem,præter quas eſt etiam alia neceſsitas,quæ eſt abſoluta, modo explicato; quæ eidem conuenit, vt ſignificatur per propoſitiones, & de hac præcipuè loquitur hic S. Thom.cæteras verò ſupponit.Primam ex quæſtione nona,ſecundam verò ex doctrina corporis articuli;quam etiam tangit in fine reſponſionis ad ſecundum,& in reſponſione ad tertium.

Bannes. Contra ſecundam concluſionem argumentatur Bannes. Primò.Scientia Dei menſuratur æternitate; At in æternitate nihil eſt præteritum, vel futurum;ergo illud antecedens non eſt de præterito.

Reſpondetur ad minorem, quòd licet in æternitate non ſit præteritum,vel futurum formaliter, eſt tamen ibi virtualiter, & ideo poſſunt formari propoſitiones de actibus diuinis,quę verè, & formaliter ſint de præterito,vel futuro quo ad modū ſignificandi,vel conſignificandi.

Secundò. Bene ſequitur, Deus ſciuit Antichriſtum futurum;ergo ſcit Antichriſtum futurum,& è contra;ergo illa propoſitio, licet appareat de p̄terito,re tamen ipſa eſt de præſenti:quoniam ęquiualet propoſitioni de præſenti.

Reſpondetur, quòd illa conſequentia eſt bona gratia materiæ; non tamen formaliter attendendo ad modum ſignificandi terminorum. Vnde formaliter eſt falſa illa conſequentia.

Tertiò. Illud antecedens eſt verificandum per

A ordinem ad inſtans æternitatis; ſed in inſtanti æternitatis non eſt præteritio,nec ſucceſsio;ergo licet ſecundùm quid ſit de præterito, non tamē ſimpliciter. Conſequentia probatur:quoniam in ordine ad neceſsitatem, vel contingentiam propoſitionis non eſt reſpiciēdum ad modum verbalem, & ad modum ſignificandi quantùm ad menſurā, qua menſuratur.

Reſpondetur inſtans ęternitatis poſſe conſiderari dupliciter. Vno modo,ſecundùm ſe. Alio modo,vt coexiſtit diuerſis partibus temporis,in primo ſenſu, falſa eſt maior,in ſecundo eſt vera,tunc ad minorem dicitur: quòd in inſtanti æternitatis B non eſt pręteritio,vel ſucceſsio formaliter: eſt tamē ibi virtualiter. Ad probationem dicitur,quod implicat contradictionem: quoniam propoſitio non poteſt eſſe de pręterito, niſi ratione conſignificati,& ideo ex conſignificato,ſumenda eſt neceſſitas rei,vt ſignificatur per propoſitiones.

Quartò.S.Thom.de Verit.quæſt.6.art.3.ad decimum,& primo ſententiarum,diſtin.39.quęſt.1. articulo primo,ad primum ait,quòd quia in æternitate nihil eſt pręteritum,aut futurum, idcirco hęc propoſitio: Deus prædeſtinauit Petrum,importat actum prędeſtinationis,prout egreditur dę pręſenti a libera Dei voluntate.

C Reſpondetur,quòd S.Tho. ibi loquitur de re ſignificata ſecundùm ſe.

Contra tertiam concluſionem arguit Ferrarienſis.Accipio hanc propoſitionem veram de præterito; Adam fuit,& arguo ſic, Deus abſolutè loquēdo potuit non producere Adam;quia libere produxit; ergo potuit nunquam eſſe vera hęc propoſitio: Adam eſt; ergo & iſta de pręterito, quæ illam de pręſenti pręſupponit,videlicet:Adam fuit,potuit non eſſe vera; ergo ſua oppoſita potuit eſſe vera,ſcilicet:Adam non fuit;ergo iſta:Adam fuit nō eſt neceſſaria abſolutè,tanquam videlicet ſua oppoſita implicet contradictionem;ergo non omnis D propoſitio de præterito eſt neceſſaria abſolutè. Ferrarien.

Reſpondetur ex ſecundo fundamēto,quòd hęc propoſitio Adam fuit,abſolutè ſumpta, ideſt ſine implicatione præteritionis non eſt abſolutè neceſſaria; at vero ſumpta, vt includit ſuppoſitionem præteritionis,eſt abſolutè neceſſaria. Et hoc modo gloſſanda eſt auctoritas S.Thom. de Ver. quæſtione 23.art.4.ad quartum:vbi ait,Deum voluiſſe aliquid,poſtquam voluit eſſe neceſſariū ex ſuppoſitione:ſicut & Sortem cucurriſſe, poſtquam cucurrit. Vnde etiam Ferrarienſis ibidem, ſcilicet poſt allegatam dictam authoritatem,ſubdit. *Sed verum eſt,quod implicando in re præterita præteritionem, propoſitio eſt abſolutè neceſſaria. Sicut ſi dicam: E Adam præteritus fuit,in ſenſu compoſito.* Senſus S. Thom. Ferrarien.

Ferr. Contra quartam concluſionem argumentatur Ferrarienſis.S.Thom.prima parte ponit hoc conſequens; *hoc erit eſſe ſimiliter abſolutè neceſſarium ſicut antecedens;* at nullus diceret conſequens eſſe omninò neceſſarium abſolutè; ergo: probatur hęc minor;quoniam S.Thom.hic in fine reſponſionis declarat neceſsitatem conſequētis, & probat per tā rationem: quoniam omne, quod eſt, quando eſt, neceſſe

Digitized by Google

neceſſe eſt eſſe;hoc autem non eſt neceſſarium abſolute: ſed immutabiliter, vel ex ſuppoſitione.

Reſpondetur ad minorem, quòd ſumendo conſequens, vt declarat S.Thom. eſſe ſumendum, ſcilicet, vt ſubeſt ſcientiæ Dei, eſt neceſſarium abſolutè; quia vt ſubeſt ſcientiæ Dei ſignificatæ in præterito, eſt neceſſarium eadem neceſsitate, qua & ipſa ſcientia, vt ſic ſignificata. Ad probationem dicitur: quòd S. Thom. per dictam probationem explicat primam radicem neceſsitatis dicti conſequentis; quæ prouenit ex hoc, quod res ſunt ſemper Deo actu præſentes in æternitate; quæ coexiſtit cuilibet differentiæ temporis.

Bannes. Contra eandem arguit Bannes. In illo antecedente importatur actus diuinæ cognitionis, prout egreditur de preſenti ab intellectu diuino; ergo.

Reſpondetur, quòd falſum eſt aſſumptum, formaliter loquendo.

Secundò. Quãuis hæc propoſitio: Deus voluit, ſignificet per modum præteriti quãtùm ad noſtrũ modum intelligendi; tamẽ modus ille præteritionis non tranſit in rem ſignificatam; alias falſa eſſet propoſitio: Deus voluit: cum re vera actus voluntatis diuinæ non ſit præteritus, ſed ſemper præſens; cum igitur ab eo, quòd res eſt, vel non eſt, ꝓpoſitio ſit vera, vel falſa, ſequitur quòd reſpectu Dei non ſit magis neceſſaria propoſitio de præterito, quàm de præſenti.

Reſpondetur negando conſequentiam. Ad probationem dicitur, quòd ab eo quòd res eſt, vel non eſt, non ſolùm formaliter, ſed etiã virtualiter, non tantùm ſecundùm ſe, ſed etiam prout à nobis intelligitur, propoſitio eſt vera, vel falſa: Nam, vt diximus, ad veritatem propoſitionum oportet etiã attendere modum ſignificandi. Vnde hæc propoſitio eſt vera, & catholica: Deus generat: hæc verò falſa, & hæretica, Deitas generat.

Tertiò. Hæc eſt bona conſequentia contra Caietanum: Deus voluit; ergo vult: Antecedens eſt neceſſarium abſolutè: ergo, & conſequens. Et confirmatur; quia iſtæ ſunt æquipollentes: Deus vult, & Deus voluit; ergo, ſi vna eſt neceſſaria, & altera.

Reſpondetur bonam eſſe illam conſequentiam tantùm gratia materiæ, & nõ gratia formæ, & eadem ratione ſunt æquipollentes, & ideò nõ ſequitur eandem eſſe vtriuſque neceſsitatem.

Quinta Controuerſia.

De veritate regulæ Diui Thomæ poſitæ in reſponſione ad ſecundum argumentum, videlicet; quando in antecedente ponitur aliquid pertinens ad actum animæ, conſequens non eſt accipiendum ſecundùm eſſe, quod habet in ſe, ſed ſecundùm quòd eſt in anima.

Rationes dubitandi, & ſententię Banneſij.

PAtitur prædicta regula multas inſtantias. Nã valet: ſcio lapidem eſſe materialem; ergo lapis eſt materialis. Vbi etiam apparet, conſequens intelligi de lapide ſecundùm eſſe, quod habet in ſeipſo, & non ſecũdum eſſe, quod habet in anima: A & ſimiliter valet; video, aut ſcio Sortem currere; ergo Sortes currit.

Præterea: ſi bona eſt illa regula, ſequitur bonã eſſe hanc conſequentiam: Ego exiſtimo Petrũ currere; ergo Petrus currit. Probatur ſequela; quia cõſequens eſt accipiẽdum non ſecundùm ſe, ſed prout eſt in æſtimatione mea. & eadem ratione valeret hæc conſequentia: Petrus vult furari; ergo furari eſt bonum: Nam, ſi conſequens accipiatur, prout eſt obiectum voluntatis, verum erit bonum eſſe furari.

Propter hæc, & ſimilia argumenta Dominicus Bannes infra quæſt. 19. art. 8. arbitratur regulam B illam non eſſe vniuerſaliter, & poſitiuè veram, ſed tantùm permiſsiuè: ita vt ſenſus ſit: Quando in antecedente ponitur aliquid pertinens ad actum animæ, conſequens non eſt neceſſariò accipiendũ ſecundùm eſſe, quod habet in ſe, ſed poteſt accipi aliquando ſecundùm eſſe; quod habet in anima, i. in intellectu, vel in voluntate: ita vt permittatur in cõmuni vſu loquendi, vt aliquando conſequens accipiatur ſecundùm eſſe, quod habet in anima, non autem excluditur, quin aliquando vtroq; modo poſsit accipi conſequens, ſcilicet, & ſecundùm eſſe, quod habet in ſe, & ſecundùm eſſe, quod habet in anima. Secundò ait poſſe dici, quòd S.Tho. C præſupponit aliàs conſequentiam eſſe bonam, & tunc dat nobis regulam ad verificandum conſequens, quod ſecundùm ſe non poteſt verificari, vt verificetur ſecundùm eſſe, quod habet in anima. Bann.

Reſolutio.

Impugnatur opinio Banneſij, ſuſtinetur ſenſus formalis regulæ D.Thom. & ſatis fit rationibus dubitandi.

SEd hæc expoſitio, licet ſit tollerabilis, non videtur tamen ad mentem Sancti Thomæ. Non enim ait S. Thom. Quando in antecedente ponitur D aliquid pertinens ad actum animæ, conſequens poteſt intelligi, vel accipi ſecundùm eſſe, quod habet in anima; ſed ait: *accipiendum eſt, non ſecundùm eſſe, quod habet in ſe, ſed ſecundùm eſſe, quod habet in anima*. Quo loquendi modo ſignificat nunquam accipiendum eſſe conſequens ſecũdùm eſſe, quod habet in ſe, ſed tantùm ſecundùm eſſe, quod habet in anima. Et ideo dicendum eſt cum Caietano, ꝙ prædicta regula formaliter, & benè intellecta eſt veriſsima, & vniuerſalis. Caiet.

Ad cuius euidentiam duo ſunt obſeruanda. Primum eſt, quòd eſſe in anima ſumitur dupliciter, ſcilicet obiectiuè, & ſubiectiuè. Illud eſt ſubiectiuè in anima, quòd eſt in ea tanquam in ſubiecto: E ſicut ſpecies intelligibiles, & actus intelligendi. Illud eſt obiectiuè in anima, quod eſt in ea, tanquam obiectum cognitum in cognoſcente, quod contingit dupliciter: ſicut duplex eſt obiectum, quoddam intrinſecum, quod intus eſt in anima; ſicut verbum, quod eſt terminus intrinſecus intellectionis, & quoddam extrinſecum, quod repręſentatur per Verbum, & quod eſt terminus extrinſecus intellectionis; vt lapis inquantùm terminat actum Eſſe in aīa duplex, ſubiectiuè & obiectiuè. Obiectū duplex.

Digitized by Google

ctum intellectionis. Hoc in loco S. Thom. ſumit eſſe in anima latiſsimè, vt ſe extendit ad omnes prędictos modos. Vnde etiam res volita dicitur eſſe in anima, vt terminat actum volitionis, præcipuè verò ſumitur obiectiuè.

Secundò obſeruandum eſt, conſequens poſſe dupliciter ſumi: Vno modo abſolutè; ſcilicet ſecundùm eſſe, quod in ſe eſt, & hoc modo ſumitur materialiter: Alio modo poteſt ſumi ſecundùm id, qđ infertur in eo ex vi actus animæ poſiti in antecedente: ita vt ſit ſenſus regulæ. Quando in antecedente ponitur aliquid pertinens ad actum animę, conſequens, inquantùm ſequitur ex vi illius actus animæ, eſt intelligendum ſecundùm eſſe, quòd habet in anima, ideſt ſecundùm eſſe obiectiuum, vel ſecundùm conditiones in obiecto terminantes actum animæ, & non ſecundùm eſſe, quod habet in ſe; ideſt, non eſt intelligendum illud abſolutè, & ſimpliciter, vt ſic. Vel dicas poſſe conſequens dupliciter ſumi, ſcilicet abſolutè, & vt conſequens.

Cõſequẽs dupliciter ſ. materialiter & formaliter.

Ex dictis ſequitur prædictam regulam formaliter intellectam eſſe veriſsimam. Probatur cũ Caietano: Actus animæ, de quibus eſt ſermo, ſunt immanentes, nec ſunt niſi cognoſcere, & appetere: ſed tales actus vt ſic, nihil ponunt in ſuis obiectis; ergo id, quod ex eorum vi infertur conuenire obiectis vt ſic, non conuenit rebus obiectis abſolutè. Dixi cum Caietano, quòd, id, quod infertur conuenire obiectis ex vi actus animæ; vt ſic, non conuenit rebus abſolutè; quoniam, licet materialiter, & per accidens, id, quod infertur ex vi actus animæ in conſequente, conueniat etiam quandoque rei ſecundùm ſe, hoc tamen non conuenit conſequenti, vt conſequens eſt ex tali antecedente, ſed tantùm, quando per accidens conincidit id, quod infertur in conſequẽte ex vi actus animæ, cum eo, quod conuenit ei ſecundùm ſe. Exempli gratia. Hæc conſequentia; Ego ſcio hominem eſſe corruptibilem; ergo eſt corruptibilis, eſt bona, & in ea conſequens accipiendum eſt ſecundùm quòd eſt in anima obiectiuè, ideſt quatenus terminat actũ intellectus, & quo ad id, quod infertur in eo ex vi actus animæ poſiti in antecedente; qui actus eſt actus ſciendi; qui eſt certus, & infallibilis. Vnde conſequentia tenet ex vi actus ſciendi, quatenus eſt certus, & infallibilis. Vnde etiam conſequens accipiendum eſt, non vt propoſitio ſecundùm ſe vera; ſed vt conſequens ex dicto antecedente; vt ſit ſenſus; ſcio hominem eſſe corruptibilem; ergo homo eſt corruptibilis ea certitudine, & infallibilitate, qua ſcitur eſſe corruptibilis. Et licèt conſequens hoc gratia materię ſeorſum ſumptum, ideſt ſecundùm ſe, ſit verum, & certum; talis tamen certitudo non conuenit ei, nec infertur in eo ex tali antecedente. Cum autem dico; ſcio Sortem curſurum; ergo curret Sortes, conſequens ſeorſum ſumptum nullam habet certitudinem, ſed eam tãtùm, quæ infertur in eo ex vi actus animæ, ideſt, ex vi actus ſciendi, qui certus eſt, & infallibilis; vt ſit ſẽſus; ſcio Sortem curſurum; ergo Sortes curret ea certitudine, & infallibilitate, qua ſcitur curſurus. Ex his patet ſolutio argumentorum, quæ in principio propoſuimus.

Regula eſt formaliter vera Caietan.

A Ad primum iam dictum eſt, illud conſequens non eſſe formaliter, & per ſe intelligendum de lapide in ſeipſo, ſed vt terminat actum intellectus, licet illud prædicatum gratia materiæ conueniat etiam lapidi ſecundùm ſe.

Soluũtur argumẽta

Ad ſecundum dicitur, conſequentias illas optimas eſſe formaliter intellectas: Nam valet hæc cõſequentia; Exiſtimo Petrum currere; ergo Petrus currit; ideſt Petrus imaginatus currit, ideſt à me imaginatur currere: Et ſimiliter; Petrus vult furari: ergo furari eſt bonum, non in ſe, ſed vt apprehẽſum, & volitum à Petro.

B Poſſet ſecundò dici, Sanctum Thomam ſupponere conſequentiam eſſe bonam. Illa verò; Exiſtimo Petrum currere; ergo Petrus currit, non eſt bona. Vide, ſi placet, quę ſubtiliter diſputat Caietanus de applicatione prædictæ regulæ.

Caiet.

Proponitur tertium argumentum S. Doct. in forma, & eius reſponſio.

Tertium argumentum S. Thom. eſt. Omne ſcitum à Deo neceſſe eſt eſſe; ſed nullum contingens futurum neceſſe eſt eſſe; ergo nullum contingens futurum eſt ſcitum à Deo. Maior probatur: Omne ſcitum à nobis neceſſe eſt eſſe; ergo multò C magis omne ſcitum à Deo neceſſe eſt eſſe. Conſequentia probatur; quia ſcientia Dei eſt certior, quàm ſcientia noſtra.

Huic argumento adhibet Sanctus Thom. duas reſponſiones, quæ in vnam, & eandẽ coincidunt. Prima poteſt appellari reſponſio realis, ſiue metaphyſica, ſiue potius theologica. Secunda eſt logicalis: Nam prima attendit rem ſignificatã; Secunda verò formam propoſitionis.

Prima ergo reſponſio eſt: ſcitum aliquod poteſt eſſe neceſſarium dupliciter: Vno modo ſecundùm quod in ſe eſt: ſicut quod dependet à cauſis neceſſarijs: Alio modo, ſecundùm quòd ſubeſt diuinæ D ſcientiæ. Ad argumentum negat maiorem, ſi intelligatur de neceſſario, prout in ſe eſt; ſi autem intelligatur neceſſario, vt ſubeſt ſcientiæ diuinę, negat minorem: Ad probationem maioris negat cõſequentiam: Ad cuius probationem negat conſequentiam, & rationem affert negationis vtriuſque conſequentiæ, ex differentia inter modum, quo futura contingentia à nobis, & à Deo cognoſcuntur: Nam ea, quæ temporaliter in actum reducuntur, à nobis ſucceſsiuè cognoſcuntur in tempore. Ex quo prouenit, vt nobis futura contingentia certa eſſe non poſsint; quia ſcilicet cognoſcimus ea, vt futura contingentia ſunt: & ideo illud, quod ſcitur E à nobis oportet eſſe neceſſarium, etiam prout in ſe eſt; At verò Deus, ea, quæ temporaliter, & ſucceſſiuè in actum reducuntur, in ęternitate cognoſcit, quæ eſt ſupra tempus, & ideo non cognoſcit contingentia, vt futura contingentia ſunt, ſed vt præſentia; ex quo ſequitur primò, vt certa ſit eius cognitio. Secundò, vt ſcita à Deo non oporteat eſſe neceſſaria abſolutè, ſed tantùm ſecundùm modũ, quo ſubſunt diuinæ ſcientiæ, vt dicitur in reſponſione ad ſecundum, & in corpore articuli: Explicatur

Digitized by Google

catur hæc differentia inter humanam, & diuinam cognitionem quo ad futura contingētia exemplo accommodatiſsimo. Ille, qui vadit per viam, non videt eos, qui poſt ſe veniut; ſed ille, qui ab aliqua altitudine totam viam intuetur, ſimul videt omnes tranſeuntes per viam, cognitio noſtra circa futura contingentia aſsimilatur viſioni ambulantis per viam; quoniam menſuratur tempore, & fertur ad temporalia. Cognitio vero diuina aſsimilatur illius viſioni, qui ab aliqua altitudine totam viam intuetur.

Secunda reſponſio eſt logicalis, quoniam attendit formam propoſitionis, & deriuatur ex prima. Hęc reſponſio diſtinguit maiorem propoſitionem modo logico, videlicet. Hæc propoſitio. Omne ſcitum à Deo eſt neceſſarium; poteſt eſſe de re, & poteſt eſſe de dicto. Si intelligatur eſſe de re, facit ſenſum diuiſum, & eſt falſa. Nam tunc ſenſus eſt: Omne ſcitum à Deo eſt neceſſarium, ideſt, Omnis res, quam Deus ſcit, eſt neceſſaria ſecundùm ſe. Si autem intelligatur eſſe de dicto, facit ſenſum compoſitum, & eſt vera; erit enim ſenſus: Omne ſcitum à Deo eſt neceſſarium, ideſt hoc dictum; ſcitum à Deo eſſe, eſt neceſſarium: quod tandem idem ſignificat, ac ſi diceretur: ſcitum à Deo, vt ſcitum, ideſt, vt ſubeſt diuinæ ſcientiæ, eſt neceſſariam.

Sed contra hanc reſponſionem inſurgunt quidam dicentes, prædictam diſtinctionem locum habere tantùm in illis propoſitionibus, in quibus formæ ſignificatæ, tam ex parte ſubiecti, quàm ex parte prædicati, ſunt ſeparabiles à ſubiecto. Vt ſi dicam. Album poſsibile eſt eſſe nigrum; in hac propoſitione locum habet prædicta diſtinctio: quoniam forma albedinis ſignificata ex parte ſubiecti, & forma nigredinis ſignificata ex parte prædicati ſunt formæ ſeparabiles à ſubiecto, ideſt à re alba, vel nigra, cum ſint accidentia communia. Vnde dicta propoſitio de re eſt vera: nam res, quę eſt alba, poteſt eſſe nigra, ſed de dicto eſt falſa; q̄m hoc dictum; album eſſe nigrum, nunquam poteſt eſſe verum; At verò in propoſitionibus, in quibus formæ ſignificatæ, tam ex parte ſubiecti, quàm ex parte prædicati, non ſunt ſeparabiles à ſubiecto, non habet locum prædicta diſtinctio: vt ſi dicam: Coruum nigrum poſsibile eſt eſſe album: quoniā, ſiue dicta propoſitio ſit de re, ſiue de dicto, ſemper eſt falſa; quia nec res illa, quæ Coruus eſt, poteſt amittere nigredinem, neque hoc dictum: Coruūm eſſe album, eſt poſſibile; quoniam facit ſenſum compoſitum. Dicunt ergo, quòd eſſe ſcitum à Deo eſt inſeparabile à re; quoniam, quod eſt ſcitū à Deo, non poteſt nō eſſe ſcitum, & ideo quod hęc propoſitio: Omne ſcitum à Deo neceſſe eſt eſſe; nō admittit hanc diſtinctionem.

Huic autem obiectioni reſpondet Sanctus Thomas, quòd locum habet in his formis, quæ important aliquam diſpoſitionem ſubiecto inhærētem; ſicut eſſe album, eſſe nigrum, & ſimiles aliæ; At verò eſſe ſcitum non eſt forma, quæ importet aliquā realem diſpoſitionem ſubiecto inhærentem; ſed ſecundùm rem, importat actum ſcientis, at ſecundùm rationem extrinſecam denominationem rei,

A quæ dicitur ſcita: & ideo hæc propoſitio; Omne ſcitum à Deo eſt neceſſarium, patitur prædictam diſtinctionem. Quod probatur euidenti ratione: Quoniam rei ſcitæ, licèt ſemper ſciatur, & non ſit ſeparabilis à denominatione, vel relatione ſignificata per ſcire, nihilominus poteſt ei aliquid attribui ſecundùm ſe, quod non attribuitur ei, inquantùm ſtat ſub actu ſciendi; ſicut lapidi à Deo ſcito attribuitur aliquid ſecundùm ſe, ſcilicet eſſe materiale, quod non attribuitur ei, prout eſt ſcitum, vel ſecundùm eſſe intellectuale. Patitur itaq; prædicta propoſitio prædictam diſtinctionem, ſcilicet de re, & de dicto, de ſenſu diuiſo, & de ſenſu

B compoſito.

Quid ſit ſenſus diuiſus, & ſenſus compoſitus.

Sed operę pretium erit hic explicare, quid ſit ſēſus diuiſus, & quid ſit ſenſus compoſitus, eſt enim familiaris, & neceſſaria diſtinctio ad plurima, eaque præcipua argumenta diluenda, quæ fieri ſolent in Controuerſijs de concordia diuinæ præſcientiæ, prouidentiæ, prædeſtinationis, præfinitionis, & auxilij efficacis cum libero arbitrio. Diſtinguunt logici propoſitionem modalem in cōpoſitam, & diuiſam. Eam dicunt compoſitam, in

C qua prædicatum dicti componitur cum materia, & forma ipſius ſubiecti, ſignificando duas eſſe ſimul formas. Diuiſa verò eſt, in qua prædicatum dicti componitur cum materia ſubiecti, ſed diuiditur ab eius forma in eadē materia, ſiue potētia.

Ad cuius euidentiam ſciendum eſt primò, vnā, & eandem potentiam ſimul reſpicere formas oppoſitas, non tamē pro ſimul; ideſt, vt ſimul habeat vtranque, ſed alterutrā: vt ſuperficies parietis potentiam habet ad albedinem, & nigredinem, nō vt habeat vtramquē ſimul, ſed vt habeat alteram earum actu, & alteram in potentia; Itaque, ſi propoſitio, ſiue de ineſſe, ſiue modalis ſignificet ambas

D oppoſitas formas eidem ſimul ſubiecto, ſiue potētiæ conuenire, ſenſum habebit compoſitum, & erit falſa: ſicut hæc; paries albus eſt niger, & ſimiliter hęc; parietem album eſſe nigrum eſt poſsibile: hac enim dicendi forma ſignificatur in materia, ſiue potentia parietis ſimul coniungi albedinem, & nigredinem. Tunc autem denotatur hęc coniunctio, quādo dictio illa, *poſsibile*, quæ modum ſignificat, & potentiam denotat formæ receptiuam, in extremo ponitur propoſitionis, vt patet in exemplo adducto. Quòd ſi propoſitio non denotet oppoſitarum formarum ſimultatem in eodem ſubiecto, ſed prædicati formam vniat cum ſola ſubiecti mate-

E ria, erit propoſitio diuiſa, & vera. Hoc autem fit, cum inter ſubiectum, & prædicatum dicti ponitur modus, qui potentiam ſignificat, quaſi diſtinguens vtranque formam, vt ſeparatim admittat vtranque ſicut hęc; parietem album poſsibile eſt eſſe nigrum. Albedinem, quæ forma eſt ſubiecti, diſtinguit interpoſito modo, quem ſignificat dictio illa, *poſsibile*, à nigredine, quæ eſt forma prædicati, quam coniungit cum ſola potentia ſubiecti, ſiue ſubiecto in potentia, ideſt cum pariete; cum

igitur

igitur in propoſitione aliqua, ſiue ſit de ineſſe, ſiue modalis, cathegorica, vel hypothetica, aut i quocunque dicendi modo ſignificatur, vnum oppoſitorum actualiter ineſſe ſubiecto, non poteſt ſalua propoſitionis veritate alterum eidem attribui.

Itaque vera eſt hæc conditionalis: ſi Deus præſciuit me cras lecturum, neceſſariò legam, facit.n. ſenſum compoſitum, videlicet me cras lecturum ea certitudine, & infallibilitate, qua præuiſus ſum à Deo lecturus; quæ eſt neceſsitas ſuppoſitionis minimè repugnans abſolutè meæ voluntatis libertati, quæ proxima eſt lectionis cauſa ad eam ſecũdùm ſe indifferenter ſe habens: Nam, quemadmodum, ſi video te ſtudentem, neceſſariò ſtudes, poſita illa conditione, quòd te ſtudẽtem videam; quia omne quod eſt, quando eſt, neceſſe eſt eſſe, & tamẽ abſolutè liberè ſtudes, & potes non ſtudere; ita, ſi aliquid Deus præuidit, voluit, aut præfiniuit, neceſſe eſt illud eſſe neceſsitate conſequentiæ, & ſuppoſitionis, quæ non excludit, ſed admittit actuum humanorum libertatem; cum ex dictis ſuppoſitis nullo modo tollantur radices, & propriæ, ac proximæ cauſæ libertatis, quòd enim facta ſuppoſitione diuinæ præſciẽtiæ, voluntatis, & præfinitionis æternæ, aut temporalis non poſsit voluntas nõ operari præuiſum, ac præfinitum actum, hoc non ideo eſt; quia non ſit in voluntate libertas, & ad vtrumque oppoſitorum facultas indifferens; ſed q̃ poſito vno contrario non poteſt eidem ſubiecto ineſſe aliud contrarium; non enim poteſt humana voluntas eodem temporis momento idem ſimul velle, & nolle; cum ſimul ad oppoſita potentiam habeat; non verò potentiam ſimultatis. Et hæc diligenter annotanda ſunt pro ſequenti Controuerſia de concordia diuinæ præſcientiæ cum libero arbitrio, & contingentia futurorum.

Sexta Controuerſia.

De concordia diuinæ præſcientiæ cum libero arbitrio, & contingentia futurorum.

Senſus quæſiti, & rationes dubitandi.

RESponſio S. Doct. ad tertium argumentum poſtulat, vt ſummatim tractemus eam Controuerſiam, qua quæritur, an præſcientia diuina tollat arbitrij libertatem, & rerum contingentiam: ſic enim optimè intelligemus veritatẽ, & ſenſum illius propoſitionis aſſumptæ, in dicto tertio argumento, & explicatæ in reſponſione, videlicet: *Omne ſcitum à Deo neceſſe eſt eſſe*. In qua Controuerſia aduertè duo. Primum eſt, de diuina ſcientia poſſe nos loqui dupliciter: Vno modo, vt ſcientia eſt præcisè: Alio modo, vt eſt cauſa rerum. Hæc quæſtio præcipuè tractanda eſt de præſcientia priori modo ſumpta: Nam de ea, vt cauſa eſt, agendum erit in quæſt. 19. art. 8. nonnihil tamen propter connexionem vtriuſque rationis de ea, vt cauſa eſt, in præſenti tangemus. Secundum eſt, rationem difficultatis quo ad ſcientiam, vt ſcientia eſt reſpectu futurorum eſſe; quoniam diuina ſcientia, ſiue præ-

A ſcientia eſt certa futurorum præcognitio; quod ſi ita eſt, videtur conſequens fieri, vt omnia neceſſariò eueniant; Conſequentia probatur. Nam, ſi poſſint non euenire, poterit falli diuina præſcientia. Quo ad ſcientiam verò, vt cauſa eſt inde oritur ratio dubitandi, quoniam ſcientia Dei eſt cauſa rerum efficacißima; igitur omnes effectus neceſſario eueniunt; Conſequentia probatur: quoniam, ſi poſſunt non euenire, poſſet diuina præſcientia, vel fruſtrari à ſuo effectu, vel Deus aliquo modo mutari.

Reſolutio.

B ***Quæ ſit neceſsitas diuinæ ſcientiæ, vt ſcientia eſt, reſpectu futurorum contingentium.***

PRo reſolutione huius Controuerſię ſuppoſitis ijs, quæ diximus de ſenſu compoſito, & de ſẽſu diuiſo. Sciendum eſt primò, ſcientiam Dei vt ſcientia eſt, duplici ratione eſſe neceſſariam. Primò; quia eſt immutabilis. Secundò; quia eſt omnino certa, & infallibilis. Prior neceſsitas, ſcilicet immutabilitatis, eſt neceſsitas ſecundùm quid, & ex ſuppoſitione. De poſteriori verò neceſsitate arbitratur Bannes, quòd ſit neceſsitas ſimpliciter, quod probat: quoniam infallibilitas, & certitudo C eſt intrinſeca, & potiſsima perfectio ſcientiæ, vt ſcientia eſt. *Opinio Bannesij.*

Sed hæc ſententia videtur falſa: quoniam hæc certitudo ſupponit determinationem diuini intellectus, & voluntatis ad illas res producendas, quæ ſubſunt tali ſcientiæ. Secundò; quia nec res, vt ſubſunt tali ſcientiæ, habent niſi neceſsitatem ſuppoſitionis. Vnde ad eius rationem dico certitudinem eſſe intrinſecam, & potiſsimam perfectionem diuinæ ſcientiæ, loquendo de certitudine abſolutè, vel in ordine ad ſcita naturaliter, non autem in ordine ad ſcita liberè vt ſic: Nam potuit Deus nõ habere ſcientiam viſionis de creaturis, ſi noluiſſet D eas producere, & tamen ei non defuiſſet aliqua pfectio. Eſt ergo hæc infallibilitas diuinæ ſcientiæ reſpectu futurorũ contingentium neceſsitas quædam ex ſuppoſitione; qua Deus determinauit ea producere, aut permittere. Conſimilem etiam neceſsitatem habet ſcientia Dei, vt cauſa eſt futurorum contingentium. Quæ neceſsitas in duobus cõſiſtit. Primò in immutabilitate diuini intellectus, & voluntatis; propter quam ſemel determinata ad operandum ſemper manet determinata. Secundò in efficacia primæ cauſæ; quæ res, & modos rerum efficaciter, ſuauiterq; producit. *Cõfutatio.* *Infallibilitas ſcientiæ Dei.*

E ***Neceſsitatem ſuppoſitionis præſcientiæ Dei non tollere libertatem, ſiue contingentiam.***

SEcundò notandum eſt, neceſsitatem effectus ex aliqua ſuppoſitione tunc ſtare cum contingentia ſimpliciter, vel libertate eiuſdem effectus, quando ſuppoſitio eſt in poteſtate cauſæ illius effectus, vel ſaltem ſuppoſitio eſt connexa cum aliquo, quod ſit in poteſtate eiuſdem cauſæ. Manifeſtatur, & probatur hęc regula quo ad vtramque par- *Nota regulam.*

partem. Et primò quò ad primam, videlicet; quando ſuppoſitio eſt in poteſtate cauſæ illius effectus: Nã dum ego loquor, facta hac ſuppoſitione, quòd ego loquar, neceſſariò loquor; non enim ſimul poſſum loqui, & non loqui. Sed quoniam hæc ſuppoſitio videlicet loqutio eſt ſimpliciter in mea poteſtate: (nam ego liberè loquor, & poſſum abſolutè non loqui;) ideo hæc neceſsitas ſuppoſitionis non tollit ab actu meo libertatem.

Et eadem ratio eſt de neceſſitate ex ſuppoſitione actus præteriti, vel futuri: Nam ſicut neceſſe eſt Petrum nũc currere, ſuppoſito, quòd currat: ita neceſſe eſt cucurriſſe, ſuppoſito quòd cucurrerit; & curſurum eſſe, ſuppoſito quòd ſit curſurus. Et ſicuti præſentis actus contingentia non tollitur per ſuppoſitionem de preſenti: quoniam ſuppoſitio eſt ſimpliciter in poteſtate Petri; ita nec præteriti, vel futuri actus contingentia tollitur per ſuppoſitionem actus præteriti, vel futuri; quoniam illa ſuppoſitio eſt ſimpliciter in poteſtate Petri.

Radix huius eſt: quoniam, ſi ſuppoſitio ponitur in poteſtate, & libertate Petri; ergo id, quod neceſſariò connexum eſt cum tali ſuppoſitione, eſt in eius libertate; ergo poterit ſuppoſitio non poni, & ſimiliter id, quod conſequitur ſuppoſitionem; ergo neceſsitas ex tali ſuppoſitione non tollit libertatem, vel contingentiam: Nam hoc tantùm exigit ſuppoſitio, vt effectus determinatè ponatur, & non eius oppoſitum, non autem efficit, vt non potuerit ſimpliciter illius oppoſitum poni per eandẽ cauſam. Conſtat autem per hęc non tolli contingẽtiam, aut libertatem. Non enim poſtulat libertas, aut contingentia, vt ambo oppoſita ſimul ſint; qm̃ implicat cõtradictionem; ſed vt alterutrum, ideſt eorum alterum indifferenter eſſe poſsit.

Secunda pars regulæ probatur exemplo.

Probatur nunc ſecunda pars prædictæ regulæ, videlicet; quando ſuppoſitio eſt connexa cum aliquo, quod eſt in poteſtate cauſæ. Video nunc te ſedentem, & ſuppoſito, quòd videam te ſedentem, neceſſariò ſedes; ſed quoniam hæc ſuppoſitio certæ viſionis eſt connexa cum eo obiecto, quod eſt in poteſtate tua; potes enim ſedere, & non ſedere; ideo hæc ſuppoſitio non tollit ſeſsionis tuæ libertatem, ſiue contingentiam, ſed remanet ſimpliciter libera, ſiue contingens. Cum itaque ſuppoſitio certæ præſcientiæ diuinæ ſit connexa per quãdam habitudinem cum effectu contingente tanquam obiecto ſecundariò, qui effectus contingens eſt in poteſtate ſecundæ cauſæ, ſequitur, quòd ſuppoſitio diuinæ præſcientiæ non tollat libertatem, vel contingentiam effectus futuri. Poſſet idem manifeſtari exemplo illius, qui certam habet memoriã actionis præteritę: Nam facta ſuppoſitione, quòd Petrus de tali actione, puta de ſeſsione Pauli præterita certo recordetur, neceſſe eſt illam fuiſſe; ſed quoniam hæc ſuppoſitio certæ memoriæ eſt connexa cum ſeſsione Pauli tanquam obiecto, quæ ſeſſio erat in poteſtate Pauli, hinc fit, vt, quoniam ſeſſione non exiſtente non eſſet dicta ſuppoſitio certę memoriæ, fit inquam, vt dicta ſuppoſitio non tollat libertatem ſeſsionis. Vnde etiam D. Auguſtinus in libro de libero arbitrio ait. *Sicut memo-*

D. Auguſt.

A *ria tua non cogit facta eſſe, quæ præterierunt, ſic Deus præſcientia ſua non cogit facienda, quæ futura ſunt.* Quibus verbis apertè ſignificat Diuus Auguſtin. neque pręteritorum memoriam, neque futurorum præſcientiam eorum tollere contingentiam, ſiue libertatem.

Ex dictis ſequitur, neceſsitatem ſenſus compoſiti, quæ eſt etiam neceſsitas ſuppoſitionis, non ſic eſſe intelligendam, vt ſtante: verbi cauſa, pręſcientia Dei de loquutione futura nulla maneat contingentia, indifferentia, ſiue libertas in cauſa, videlicet, in voluntate, ad loquendum, vel non loquendum: hic enim ſenſus, ne dum falſus eſt, ſed etiam

B hæreticus: Nam, quid prodeſt, quòd mea voluntas abſolutè, ſiue ſecundùm naturam ſuã conſiderata libera ſit ad legendum, vel non legendum cras, ſi ſuppoſita ſcientia Dei de lectione cras futura nõ poteſt non legere, ſed eſt omnino determinata ad legendum? ſic enim nunquam voluntas ſua vteretur libertate, & ex conſequenti nullus eſſet effectus liber; Igitur neceſsitas, quam habet propoſitio ſumpta in ſenſu compoſito, in eo cõſiſtit, quod ſuppoſitio exigit, vt effectus, puta locutio, certò ponatur, & non eius oppoſitum; non autem efficit, vt non potuerit ſimpliciter eius oppoſitum poni p eandem cauſam, quæ libera eſt: cum hoc autem, vt

C diximus, remanet integra libertas. Non enim de ratione libertatis eſt, vt poſsit in oppoſita ſimul, pro eodem inſtanti. In propoſito verò neceſsitas, quam habet res ſcita à Deo in ratione obiecti, idẽ eſt, quod omnimoda infallibilitas, quam habet, prout eſt obiectum ſcitum à ſcientia Dei. Quæ infallibilitas non ex eo prouenit, quòd diuina ſcientia vt ſcientia eſt, imprimat aliquid in re ſcita, ſed ex eo, quòd diuina ſcientia attingit ſuum obiectũ quatenus eſt actu pręſens obiectiuè, aut etiam in æternitate, vt cauſatum extra cauſas ſuas; ſicut autem cognoſcit Deus Antichriſtum eſſe futurũ, ita cognoſcit ipſum per tales cauſas contingentes eſ-

D ſe futurum, ſicut etiam præcognoſcit actum liberum ex Petri voluntate liberè producendum; Nã Deus, ſicut res, & actiones earum, cauſat, ita, & modos eorum, quos proinde cauſandos, & in æternitate præſentes intuetur. Et quemadmodum ego video te actu ſedentem; & ex eo, quod video te actu ſedentem, infallibile eſt, & neceſſarium ex ſuppoſitione, quod ſedeas; quoniam omne quod eſt, quando eſt, neceſſe eſt eſſe, & tamen ex mea viſione nulla in te deriuatur neceſsitas ad ſedendum, ita quoniam Dei cognitio terminatur ad Antichriſtum, prout præuiſus eſt obiectiuè, & etiam prout eſt in æternitate, infallibile eſt, & neceſſarium ex

E ſuppoſitione, quod Antichriſtus futurus ſit pro illo tempore, pro quo iam cognoſcitur pręſens æternitati: nec tamen hęc neceſsitas contingentiã tollit ab hac propoſitione: Antichriſtus erit; quoniã diuina præſcientia, vt ſic, nihil imprimit in cauſas, ex quibus producendus eſt Antichriſtus, nec earum tollit indifferentiam. Vnde ſolet dici, prædicta propoſitio neceſſaria, non neceſsitate conſequentis, ſed neceſsitate conſequentię; quæ neceſsitas non requirit, vt antecedens ſit cauſa conſequẽtis

tis,ſed vt in nullo caſu, in quo antecedens eſt verum,poſsit conſequens eſſe falſum.

Ex diuina ſcientia, vt cauſa eſt,& voluntate, ac prouidentia,&c. non tolli,ſed ſtatui libertatem,& contingentiam.

POſtremò obſeruandum eſt, quòd prima cauſa vniuerſalis,qualis eſt Deus,cum ſit agens per intellectum,duo habet. Primum eſt,vt ſit cauſa vniuerſalis totius entis.Secundum eſt,vt ſit vniuerſalis prouiſor. Ex primo habet,vt ſit cauſa non tãtùm entis,vt ſic,ſed et omnium modorum entis: Et quoniam contingens,& neceſſarium conſequuntur ens,inquantùm ens; hinc ſequitur Deum eſſe cauſam contingentis,& neceſſarij; quoniã ex hoc ipſo,quòd cauſa eſt entis,inquantùm ens, attingit ſua virtute ad totam latitudinem entis ſecundùm omnem eius rationem formalem,& modum quantumuis occultum,& intimum, & cauſat totam rei naturam; & eadem ratione eidem intimè cooperatur iuxta modũ eius ſua cooperatione efficiens, fouens,& perficiens naturam, & omnem modum eius. Ex ſecundo verò,ſcilicet ex hoc,ꝙ eſt vniuerſalis prouiſor,habet Deus,ꝙ per intellectum, ſiue ſcientiam,& voluntatem ſuam efficaciter operantem omnes rerum gradus ad vniuerſi perfectionẽ conſtituendam producat,præcipui verò, & communiſsimi rerum gradus ſunt cõtingens,& neceſſarium. Contingens verò illud eſt, quod ex cauſis prouenit contingentibus,& neceſſarium, quòd ex cauſis neceſſarijs producitur. Itaque Deus,vt contingentia,vel libera producerentur,quibuſdam effectibus aptauit cauſas contingentes, vel liberas; vt verò neceſſaria fierent, quibuſdam alijs aptauit cauſas neceſſarias;Igitur ex vniuerſali Dei cãlitate, prouidentia, & ſumma efficacitate prouenit,vt producantur effectus neceſſarij,& contingẽtes;non tantũ quo ad eorum ſubſtantiã,ſed ét quo ad oẽm eorũ modũ, quo Deus vult illos ſimul cũ cauſis ſecundis producere,ideſt vt fiãt neceſſariò, vel contingenter. Ex quo ſequitur,vt omnia,tã neceſſaria, ꝙ contingentia,quæ vult Deus fieri neceſſario fiant neceſsitate ſuppoſitionis,ſiue neceſsitate conditionali;quoniam,vt inquit S. Th.q.19.art.8.ad primum: hæc conditionalis eſt vera: ſi Deus hoc vult,neceſſe eſt hoc eſſe;quæ eſt neceſsitas cõſequentiæ,non conſequentis. Effectus ergo contingentes,ſiue liberi,qui fiũt in vniuerſo, ſunt ſimpliciter,& ex natura ſua, & ab intrinſeco contingentes,ſed ſecundùm quid, & per reſpectũ ad extrinſecum, videlicet Deum efficaciter operantem neceſſarij,præfiniuntur enim à Deo,& determinãtur,& efficaciter producuntur omnes effectus, & eo modo producũtur quo fuerunt à Deo præfiniti.

Conſectaria,quibus prædicta,& S. Doct. aſſerta magis explicantur.

EX dictis deducuntur quinque.Primum,quòd ſicut diuina præſcientia non deſtruit arbitrij libertatem,& effectuum contingentiam;ita nec diuina voluntas,præfinitio,prouidentia,aut prædeſtinatio: Nam, quemadmodum certitudo diuinæ præſcientiæ poſtulat, vt vnũ tantùm oppoſitorum ſit futurum,non autem, vt alterũ abſolutè nõ poſſit eſſe,ita hoc ſufficit ad certitudinem actus diuinæ voluntatis,præfinitionis,prouidentiæ,& prędeſtinationis;& ſicut præſcientia connexa eſt cũ aliquo,quod eſt in poteſtate cauſæ ſecundæ, videlicet cùm effectu contingente tanquam ſuo obiecto ſecundariò,ita etiam actus diuinæ voluntatis,pręfinitionis,prouidẽtiæ,& prędeſtinationis;& ideo, ſicut neceſsitas ex ſuppoſitione diuinæ præſcientiæ non tollit libertatem,aut contingentiam; ita nec ſuppoſitio diuinæ voluntatis, præfinitionis, prouidentiæ,& prædeſtinationis.Vnde,ſicut poſito,quòd effectus non eueniret, non fuiſſet præſciẽtia de illo; ita nec etiam reliqui diuini actus prædicti cum præſcientia connexionem habentes.

Secundò ſequitur ex dictis ſenſus illius propoſitionis aſſumptæ in tertio argumento,& explicatæ in reſponſione,videlicet, *Omne ſcitum à Deo neceſſe eſt eſſe*. Si namque intelligitur de neceſsitate ex ſuppoſitione præſcientiæ diuinæ,ſiue conditionali,ſiue conſequentiæ,ſiue in ſenſu compoſito,ſiue vt propoſitio de dicto,ſic vera eſt,erit enim ſenſus;non poteſt fieri,vt ſit præſcientia effectus futuri,& effectus non ſit futurus,ſed neceſſe eſt,vt præſcientia manente ponatur effectus pro eo tempore,quo eſt præſcitus. Si autem intelligatur dicta propoſitio de neceſsitate ſimpliciter, aut conſequentis,vel in ſenſu diuiſo,vel vt propoſitio de re, ſic eſt falſa: Nam ſenſus eſt; nulla facta ſuppoſitione,aut compoſitione diuinæ præſcientię,ſed diuiſim conſiderando effectum, & eius cauſam ſecũdùm ſe,neceſſarium eſt, vt ſit futurus: Quoniã cũ neceſsitate ſuppoſitionis ſtat contingentia ſimpliciter,ſi ſuppoſitio ſit connexa cum eo, quod eſt in poteſtate cauſę,vt eſt illa,de qua modo loquimur.

Tertiò ſequitur ex prædictis bonam eſſe illam conſequentiam:ſi Deus ſciuit Antichriſtum fore; ergo Antichriſtus erit.Probatur: quoniam in nullo caſu poteſt eſſe verum antecedens, in quo non ſit verum conſequens;ergo illa cõſequentia eſt bona: antecedens patet ex dictis.

Quartò. Sequitur ex prædictis intellectus illius propoſitionis D.Thomæ in corpore huius articuli. *Contingens in ſeipſo,ſecundùm quòd in actu eſt,ſic nõ conſideratur, vt contingens ad vtrumlibet,ſed vt determinatum ad vnum,& ſic poteſt ſubdi infallibili,et certæ cognitioni,& futura in ordine ad diuinam cognitionem non ſunt contingentia*. Senſus eſt enim; futura contingentia,vt ſubduntur diuinę cognitioni ſunt neceſsaria ex ſuppoſitione,nõ tantùm diuinę pręſcientiæ,ſed etiam exiſtentiæ, & præſentiæ ipſarũ rerum in æternitate;quem ſenſum expreſsit Caietanus dicens, contingentia vt in ſeipſis cognita, habere quidem naturam cõtingentiæ, ſed ſtatum neceſsitatis,ſcilicet ex ſuppoſitione.

Poſtremò ex dictis ſequitur,quòd quemadmodũ abſolutè,& in ſenſu diuiſo effectus contingens futurus poteſt nõ eſſe futurus,ita Deus poteſt abſolutè,ſiue in ſenſu diuiſo non præſcire,quod pręſciuit. Et idem dicendum eſt de actibus præfinitionis,

tionis, prouidentiæ, & prædeſtinationis, & conſimilibus, qui terminantur ad creaturas ſecundùm eſſe reale earum extra Deum: quoniam tale actus vt ſic, liberi ſunt; licet neceſſitatem habeant immutabilitatis, & ſuppoſitionis. Et ex his patet ſolutio earum rationum dubitandi, quæ poſitę ſunt in principio.

ARTICVLVS XIV.

Vtrum Deus cognoſcat enuntiabilia.

93 Inf. q. 16. art. 5. primum. Et 1. cont. 58. ar. 3. & d. 41 ar. 5. c. 1. cō. 58 ſextum, & cap. 59. & ver. qu. 2. art. 7.

AD quartumdecimum ſic proceditur. Videtur, quòd Deus non cognoſcat enuntiabilia. Cognoſcere enim enuntiabilia cōuenit intellectui noſtro, ſecundùm quòd componit, & diuidit; Sed in intellectu diuino nulla eſt compoſitio; Ergo Deus non cognoſcit enuntiabilia.

2 Præterea: Omnis cognitio fit per aliquā ſimilitudinem; Sed in Deo nulla eſt ſimilitudo enuntiabilium, cum ſit omnino ſimplex; Ergo Deus non cognoſcit enuntiabilia.

Sed contra eſt, quod dicitur in Pſal. 93. Dominus ſcit cogitationes hominum; Sed enuntiabilia continentur in cogitationibus hominum; Ergo Deus cognoſcit enuntiabilia.

Art. 9. huius quæſt.

Reſpondeo. Dicendum, quòd cum formare enuntiabilia ſit in poteſtate intellectus noſtri: Deus autem ſcit, quicquid eſt in potentia ſua, vel creaturæ, vt ſupra * dictum eſt, neceſſe eſt, quòd Deus ſciat omnia enuntiabilia, quæ formari poſſunt; Sed ſicut ſcit materialia immaterialiter, & compoſita ſimpliciter; ita ſcit enūtiabilia non per modum enūtiabilium, * quòd
294 ſcilicet in intellectu eius ſit compoſitio, vel diuiſio enuntiabilium, ſed vnumquodq; cognoſcit per ſimplicem intelligentiam intelligendo eſſentiam vniuſcuiuſq;. Sicut ſi nos in hoc ipſo, quòd intelligimus, quid eſt homo, intelligeremus omnia, quæ de homine prędicari poſſunt. Quod quidem in intellectu noſtro non cōtingit: qui de vno in aliud diſcurrit, propter hoc, quod ſpecies intelligibilis ſic repræſentat vnum, quòd non repræſentat aliud. * Vnde
911 intelligendo, quid eſt homo, non ex hoc ipſo alia, quæ ei inſunt, intelligimus, ſed diuiſim ſecundū quandam ſucceſſionem. Et propter hoc, ea quæ ſeorſum intelligimus, oportet nos in vnum redigere, per modum compoſitionis, vel diuiſionis enuntiationem formando; Sed ſpecies intellectus diuini, ſcilicet eius eſſentia, ſufficit ad demonſtrandum omnia. Vnde intelligendo eſſentiam ſuam, cognoſcit eſſentias omnium, & quæcumque eis accidere poſ-
427 ſunt. *
294 Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa procederet, ſi Deus cognoſceret enuntiabilia per modum enuntiabilium.

Ad ſecundum dicendum, quòd compoſitio enuntiabilis ſignificat aliquod eſſe rei; Et ſic Deus per ſuum eſſe, quod eſt eius eſſentia, eſt ſimilitudo omnium eorum, quæ per enuntiabilia ſignificantur.

Ratio ordinis, & ſenſus quæſiti.

HVcuſque tractauit S. Thom. de diuina ſcientia in ordine ad res cognoſcibiles, nunc agit de eadem in ordine ad enuntiabilia, quæ ſunt rebus poſteriora; & quærit, vtrum &c. In quo quæſito obſeruandum eſt, enuntiabile dupliciter poſſe cōſiderari. Vno modo, vt res quædam eſt: & hoc modo non quæritur hic de enuntiabili, ſed ex ſuperioribus, conſtat enuntiabilia ſic conſiderata à Deo cognoſci. Alio modo, poteſt conſiderari enuntiabile, vt enuntiabile eſt, ideſt vt ſigni eſt conceptus rei ſignificatæ; & hoc modo conſideratur enuntiabile, vt dicens verum, vel falſum in actu exercito affirmando, ſcilicet vel negando eſſe de re, & in hoc ſenſu quærit S. Tho. de enuntiabilibus ita vt ſit ſenſus quæſiti. Vtrum Deus ſciat enuntiabilia formaliter; quod eſt ſcire res nunc, aut aliquando eſſe, vel non eſſe. Quod autem hic ſit legitimus ſenſus, apparet ex S. Thom. in 1. ſentent. diſtinct. 38. art. 3.

Forma Textus.

PRima concluſio. *Neceſſe eſt, quòd Deus ſciat omnia enuntiabilia, quæ formari poſſunt.* Probatur: *Deus ſcit quidquid eſt in potentia, tam ſua, quam creaturæ; at formare enuntiabilia eſt in potentia intellectus noſtri; ergo.*

Secunda concluſio. Deus ſcit enuntiabilia non per modum enuntiabilium. Explicatur primò: hæc concluſio, deinde probatur. Explicatio eſt. Scire enuntiabilia per modum enuntiabilium eſt, quòd in intellectu ſit compoſitio, & diuiſio; ſcire autem non per modum enuntiabilium eſt ſcire per ſimplicem intelligentiam, ideſt per modum primæ operationis intellectus. Deinde probatur concluſio dupliciter: Primò ſic, Deus ſcit materialia immaterialiter, & compoſita ſimpliciter; ergo ſcit enuntiabilia non per modum enunciabilium. Secundò. Ideo nos intelligimus per modum compoſitionis, & diuiſionis; quia intelligendo quid eſt homo, non ex hoc ipſo alia, quæ ei inſunt, intelligimus; ſed diuiſim per quandam ſucceſſionem; At Deus cognoſcendo eſſentiam ſuam cognoſcit, eſſentias omnium, & quæcunq; poſſunt eis accidere; ergo Deus non intelligit per modum enuntiabilium. Maior probatur dupliciter; Et primò ab oppoſito; quia ſi hoc ipſo, quòd intelligimus quid eſt homo, intelligeremus omnia, quæ de ipſo prædicari poſſunt, non intelligeremus per modum compoſitionis; ergo intelligimus per modum compoſitionis, &c.

Secundò ſic. Species intellectus noſtri ſic repræſentat vnum, vt non repræſentet aliud; ergo intelligendo quid eſt homo, non intelligimus ex hoc ipſo alia, quæ ei inſunt; ergo neceſſe eſt componere; ergo. Ideo, &c. Minor

Digitized by Google

non autem probatur; quia ſpecies intellectus diuini, ſcilicet eius eſſentia, ſufficit ad repræſentandum omnia: ergo, &c.

Expoſitio Textus.

VNum tantùm occurrit explicandum, hoc verò eſt ſenſus, & vis ſecundæ rationis aſſumptæ ad probationem maioris in ſecundo argumento, pro ſecunda concluſione; in qua ex limitatione ſpeciei in repræſentando deducit S. Tho. modum intelligendi componendo, & diuidendo. Poteſt .n. limitatio ſpeciei dupliciter intelligi: Vno modo abſolutè; & ſic falſum eſt eam eſſe rationem componendi, & diuidendi: Nam ex eodem principio ſequeretur, quòd Angeli intelligerent componendo, & diuidendo; quoniam habent ſpecies limitatas: Alio modo poteſt intelligi limitatio ſpeciei, vt talis, id eſt reſpectu eorum, quæ nata ſunt alicui conuenire; & ſic verum eſt limitationem ſpeciei eſſe propriam cauſam componendi, & diuidendi; quoniam ex hoc, quòd ſpecies ita repræſentat ſubiectum, quòd non prædicatum, oritur compoſitio, non autem ex hoc, quòd repræſentat ſubiectũ, & non quodcunque aliud omnino impertinens tali ſubiecto; non enim ex hoc oritur compoſitio, quia ſpecies repræſentat hominem, & non lapidem, vel angelum; ſed ex hoc, quòd repræſentat hominem, non autem riſibile. Et hunc ſenſum manifeſtè expreſsit S. Tho. in littera duobus in locis: Nam primò aſſumendo exemplũ de homine intellecto dixit: *Sicut, ſi nos in hoc ipſo, quod intelligimus quid eſt homo, intelligeremus omnia, quæ de homine prædicari poſſunt*; Vbi per ea, quæ inſunt, ſignificauit prædicata; Ex hoc ergo oritur compoſitio, quod ſpecies repræſentat ſubiectum, & non prædicatum. Secundò eundem ſenſum apertè ſignificat in minori ſecundæ probationis pro ſecunda concluſione in fine corporis, §. *Vnde intelligendo.*

Qui deſiderat ampliorẽ prædictæ maioris propoſitionis explicationem, legat S. Thom. infra qu. 58. art. 4. & Caietanum ibi. Videnda eſt etiam pulcherrima, & huic loco accommodatiſsima doctrina S. Tho. infra q. 85. artic. 5. in corpore: per quam explicatur, & maior, & minor prædicti ſecundi argumenti pro ſecunda concluſione.

Circa eandem ſecundam concluſionem legenda ſunt, quæ ſcribit Ferrar. in 1. cont. gent. cap. 59. in ſecundo dubio, circa principium illius capituli.

Deum in ſeipſo, vt exemplari cognoſcere enunciabilia ſimpliciter.

POſtremò explicanda eſt doctrina D. Thom. ad primum argumentum, quod eſt tale. Cognoſcere enuntiabilia conuenit intellectui noſtro, ſecũdum quòd componit, & diuidit; ſed intellectus diuinus non componit, neq; diuidit; ergo non cognoſcit enuntiabilia. Reſpondet S. Th. ad maiorẽ, cognoſcere enuntiabilia non ſimpliciter, ſed per modum enunciabilium conuenire intellectui noſtro, ſin quod componit, & diuidit, intellectus au- A tem diuinus non cognoſcit enuntiabilia per modũ enuntiabilium, vt probatum eſt. Quomodo autem intellectus diuinus cognoſcat enuntiabilia nõ per modum enuntiabilium, optimè explicat S. Tho. in 1. ſent. diſt. 38. quæſt. vnica, artic. 3. in reſponſione ad ſecundum. Ait enim ipſum eſſe diuinum, quod eſt ſimplex, eſſe exemplar omnis eſſe compoſiti, quod eſt in creatura; & ideo Deum per eſſe ſuum ſimplex cognoſcere ſine compoſitione, vel diuiſione omne eſſe, vel non eſſe, quod rei conuenit: loco verò cõpoſitionis, quæ eſt in noſtro intellectu, in intellectu diuino eſt vnitas; compoſitio autẽ eſt quædam imitatio vnitatis. Vnde & vnio dicitur. B Ex quo deducit S. Thom. in quæſt. de Ver. q. 2. art. 7. Deũ non cõponendo verius enuntiabilia cognoſcere; q. ipſe intellectus componens, & diuidens.

Sed contra hanc reſponſionem eſt argumentũ. Entia rationis nullum habẽt eſſe, ſed ſolùm cognoſcuntur; ergo eſſentia diuina non eſt exemplar cõpoſitionum, & diuiſionũ rationis, quæ ſunt in intellectu. Antecedens patet. Conſequentia probatur: quoniam eſſentia diuina eſt exemplar ſolùmmodo eorum, quæ habent eſſe, non autem eorum, quæ nullum habent eſſe, nec habere poſſunt, qualia ſunt hæc de quibus loquimur. *Obiectio.*

Ad hoc reſpondet Ferrarienſis primo cont. gen. C capit. 58. in fine dupliciter: primò negando conſequentiam: Et ad probationem ait falſum eſſe id, quod ſupponit, nimirum compoſitionem, de qua loquitur hic S. Tho. eſſe ens rationis, vt ens rationis diſtinguitur contra ens reale, eſt enim compoſitio hæc ens reale, & eſt idem quod conceptus cõplexus formatus per intellectum, & rationem, & diſtinguitur, vt ens reale in anima, contra ens reale, quod eſt extra intellectum, quod per ipſum repræſentatur. Quæ reſponſio colligi poteſt ex ipſo nomine enuntiabilis: Nam enuntiatio propoſitionem ſignificat exterius prolatam; dicitur enim enuntiatio quaſi exterior nunciatio, enuntiabile verò eſt, quòd immediatè per enuntiationem ſignificatur; hoc autem eſt mentis conceptio complexa. *Prior ſolutio ex Ferrarien.*

D Secundo reſpondet idem Ferrarienſis eſſentiam diuinam eſſe etiam aliquo modo exemplar entis rationis ex ea parte, qua ens rationis aliquo modo participat eſſe. *Poſterior ſolutio ex Ferrar.*

ARTICVLVS XV.

Vtrum ſcientia Dei ſit variabilis.

AD quintumdecimum ſic proceditur. Videtur, quòd ſcientia Dei ſit variabilis. Scientia enim relatiuè dicitur ad ſcibile. Sed ea, quæ important relationem ad E creaturam, dicuntur de Deo ex tempore, & variantur ſecundùm variationem creaturarum; Ergo ſcientia Dei eſt variabilis ſecundùm variationem creaturarum.

94 Inf q. 151 art. 7. cor. Et 9. d. 38. ar 2. & ar. 5. cor & d. 39 q. 1. ar. 3. quintũ. Et ver q. 2 artic. 5.

2 Præterea: Quidquid poteſt Deus facere, poteſt ſcire; ſed Deus poteſt plura facere, quàm faciat; Ergo poteſt plura ſcire, quàm ſciat;

Digitized by Google

ſciat; Et ſic ſcientia ſua poteſt variari ſecundũ augmentum,& diminutionem.

3 Præterea: Deus ſciuit Chriſtum naſciturum, Nunc autem neſcit Chriſtum naſciturũ; quia Chriſtus naſciturus non eſt; Ergo non quidquid Deus ſciuit, ſcit; Et ita ſcientia Dei videtur eſſe variabilis.

Sed contra eſt, quod dicitur Iacob. 1. quòd apud Deum non eſt transmutatio, neque viciſſitudinis obumbratio.

Reſpondeo. Dicendum, quòd cum ſcientia Dei ſit eius ſubſtantia, vt ex * dictis patet; ſicut ſubſtantia eius eſt omnino immutabilis, vt ſupra * oſtenſum eſt: ita oportet ſcientiam eius omnino inuariabilem eſſe.

Art. 1. huius quæſt. Q. 9. ar. 1.

Ad primum ergo dicendum, quòd dominus, & creator, & huiuſmodi important relationes ad creaturas ſecundùm quòd in ſeipſis ſunt; Sed ſcientia Dei importat relationem ad creaturas, ſecundùm quòd ſunt in Deo; quia ſecundùm hoc eſt vnumquodque intellectum in actu, quòd eſt in intelligente. Res autẽ creatæ ſunt in Deo inuariabiliter; in ſeipſis autem variabiliter. Vel aliter dicendum eſt, quòd dominus, & creator, & huiuſmodi important relationes, quæ conſequuntur actus, qui intelliguntur terminari ad ipſas creaturas, ſecũdùm quòd in ſeipſis ſũt; & ideo huiuſmodi relationes variè de Deo dicũtur ſecundùm variationem creaturarum; Sed ſcientia, & amor & huiuſmodi important relationes, quæ conſequũtur actus, qui intelligũtur in Deo eſſe: * Et ideo inuariabiliter prædicantur de Deo.

c 174 191 b

Ad ſecundum. Dicendum, quòd Deus ſcit etiam ea, quæ poteſt facere, & non facit. Vnde ex hoc, quòd poteſt plura facere, quàm facit, non ſequitur, quòd poſſit plura ſcire, quã ſciat, niſi hoc referatur * ad ſcientiam viſionis, ſecundùm quam dicitur ſcire ea, quæ ſunt in actu ſecũdùm aliquod tempus. Ex hoc tamẽ, quòd ſcit, quòd aliqua poſſunt eſſe, quæ non ſunt, vel etiam non eſſe, quæ ſunt; non ſequitur, quòd ſcientia ſua ſit variabilis; ſed quòd cognoſcat rerum variabilitatem. Si tamen aliquid eſſet, quod prius Deus neſciuiſſet, & poſtea ſciret, eſſet eius ſcientia variabilis, ſed hoc eſſe non poteſt; quia quicquid eſt, vel poteſt eſſe ſecundùm aliquod tempus; Deus in æterno ſuo ſcit. Et ideo ex hoc, quòd ponitur aliquid eſſe ſecundùm quodcumque tempus, oportet poni, quòd ab æterno ſit ſcitũ à Deo. Et ideo non debet concedi, quòd Deus poſſit plura ſcire, quàm ſciat; quia hæc propoſitio implicat, quòd ante neſciuerit, & poſtea ſciat.

D. 925. 88

Ad tertium dicendum, quòd antiqui nominales dixerunt idem eſſe enuntiabile, Chriſtũ

A naſci, & eſſe naſciturum, & eſſe natum; quia eadem res ſignificatur per hæc tria, ſcilicet natiuitas Chriſti, & ſecũdùm hoc ſequitur, quòd Deus quicquid ſciuit, ſciat; quia modo ſcit Chriſtum natum; quod ſignificat idẽ ei, quod eſt Chriſtum eſſe naſciturum; Sed hæc opinio * falſa eſt; Tum quia diuerſitas partium orationis diuerſitatem enũtiabilium cauſat: Tum etiam quia ſequeretur, quòd propoſitio, quæ ſemel eſt vera, eſſet ſemper vera; quod eſt contra Philoſophum, * qui dicit, quòd hæc oratio, Sor. ſedet, vera eſt eo ſedente; & eadem falſa

D. 478

In prædicament. c. de ſubſtan. (?), declinando (?) ſubſtan.

B. eſt, eo ſurgente. Et ideo concedendum eſt, quòd hæc non eſt vera: quicquid Deus ſciuit ſcit, ſi ad enuntiabilia referatur, ſed ex hoc nõ ſequitur, quòd ſcientia Dei ſit variabilis: Sicut enim abſque variatione diuinæ ſcientiæ eſt, quòd ſciat vnam, & eandem rem quandoque eſſe, & quandoque non eſſe, ita abſque variatione diuinæ ſcientię eſt, quòd ſcit aliquod enuntiabile quandoque eſſe verum, & quandoque eſſe falſum. Eſſet autem ex hoc ſcientia Dei variabilis, ſi enuntiabilia cognoſceret per modum enuntiabilium componendo, & diuidendo, ſicut accidit in intellectu noſtro. Vnde cognitio noſtra variatur, vel ſecundùm veritatem, & falſitatem; puta ſi mutata re, eandem opinionem de re illa retineamus. Vel ſecundùm diuerſas opiniones, vt ſi primò opinemur aliquem ſedere, & poſtea opinemur eum non ſedere; quorum neutrum poteſt eſſe in Deo.

C

Ratio ordinis, & ſenſus quæſiti.

D ORdo huius articuli; ad præcedẽtes patebit ex tituli declaratione: Nam, cũ ſcientia ſit media inter cognoſcentem, & cognitũ, duplex poteſt in ea accidere variatio, ſcilicet ex parte cogniti, & ex parte cognoſcentis. Ex parte rei cognitæ ſciẽtia variatur ſecundum veritatem, & falſitatem; quia eadem exiſtimatione, vel iudicio manente, ſi res mutetur, erit exiſtimatio falſa, quæ prius fuit vera. Ex parte verò, cognoſcentis tria in ſcientia conſiderare poſſumus, ſcilicet ipſam ſcientiam, actum eius, & modum, & ſecundùm hæc tria poteſt variatio accidere in ſcientia ex parte ſcientis. Primò quidem ex parte ipſius ſcientiæ, quando de nouo acquiritur ſciẽtia alicuius, quod ignorabatur, vel amittitur ſcientia eius, quod prius cognoſcebatur, & ſm̃ hæc attenditur generatio, vel corruptio, augmentum, & diminutio ipſius ſcientiæ. Secundò verò accidit variatio in ſcientia ex parte actus tripliciter: Primò ex hoc, quòd quis actu conſiderat, quòd prius non conſiderabat, quando ſcilicet procedit de habitu in actum. Secũdò ex hoc, quòd modo conſiderat vnum, modo aliud. Tertiò ex hoc, quòd diſcurrit de vno in aliud. Denique ex parte modi cognoſcendi ex hoc variatio

E

con-

contingit in ſcientia;quòd aliquid perfectius; vel limpidius cognoſcitur nunc,quàm prius, quod euenire poteſt ex duobus.Primò ex diuerſitate medij,per quod fit cognitio; ſicut accidit in eo, qui prius ſciuit aliquid per medium probabile, & poſtea ſcit illud per medium neceſſarium. Secundò ex virtute intellectiua,quę quandoque per extrinſecæ formæ appoſitionem augetur: vt patet in intellectu beatorum cuius virtus augetur per lumen gloriæ,&c. In præſenti quæſito variabile ſumitur præcipuè pro variabili variatione ſe tenente ex parte rei cognitæ, ideſt pro variebilitate ſecundùm verum,& falſum, & ſecundùm acquiſitionem, & deperditionem: Nam, quòd diuina ſcientia non ſit variabilis ſecundùm alios modos, ſatis manifeſtum eſt ex dictis in art.2.7.& 14. Nec tamen ab hoc quæſito ſunt penitus excludendi reliqui modi; quamuis ſub alia ratione de his agatur in hoc artic. quàm in alijs; vt patet ex ipſa ratione formali quæſiti, hic enim quæritur de variabilitate formaliter;in ſeptimo de diſcurſu formaliter, &c. Quæſitum ergo commune eſt,ſed intentio quærendi præcipua eſt de variabili ſecundùm prædictos duos modos.Ex hac declaratione facilè cognoſcitur ratio ordinis huius articuli ad præcedentes: Nam,quia cognitio,quàm habemus de creaturis, & enunciabilibus maximè variatur ſecundū prædictos modos in principio enumeratos,idcircò D. Thom.poſtquàm tractauit de ſcientia Dei in ordine ad creaturas,& præſertim ſingularia,& contingentia futura,& enuntiabilia; nunc quærit,vtrum ex talium cognitione poſſit varietas aliqua redundare in ſcientiam diuinam. Hanc explicationem indicant argumenta S.Thom.cum ſuis reſponſionibus.

Forma Textus.

Concluſio eſt. Scientia Dei eſt omninò inuariabilis. Probatur: Scientia Dei eſt idem quod eius ſubſtantia; at ſubſtantia Dei eſt omnino immutabilis;ergo etiam ſcientia Dei eſt omninò inuariabilis. Maior patet ex ſecundo articulo huius quæſtionis. Minor patet ex quæſtione quinta.

Expoſitio Textus.

In hac propoſitione obſeruanda eſt terminorū proprietas: Nam,licèt immutabile,& inuariabile re idem ſint,videntur tamen differre in hoc, quòd immutabile propriè dicitur id,quod ſecundùm ſeipſum abſque ordine ad extrinſecum non poteſt mutari; inuariabile vero dicitur,non tantū id,quod ſecundùm ſeipſum non poteſt mutari;ſed etiam quod in ordine ad extrinſecum nullam poteſt alternationem ſuſcipere. Vnde propriè ſubſtātia Dei dicitur immutabilis;ſcientia verò propriè dicitur inuariabilis: quoniam illa nullum dicit ordinem ad extrinſecum hæc verò dicit ordinem ad ſcibilia.

A

Prima Controuerſia.

De veritate concluſionis,& efficacia probationis.

Ratio dubitandi, & ſententiæ expoſitorum.

Ratio dubitandi eſt: quoniā,ex hoc, quòd Deus de nouo ſciat,aut velit,complexionem; quam antea nec ſciebat,nec volebat, aut neſcire incipiat,& nō velle,quod ante ſciebat, & volebat; ſequitur tātùm ei de nouo aduenisse, aut ab eo receſsiſſe reſpectum rationis;ſed ex eo,quòd de nouo adueniat Deo reſpectus rationis ad aliquam creaturam,aut ab eo recedat, non ſequitur Deum mutari; ergo neq; ex eo, quòd Deus aliquid incipit,aut deſinit de nouo ſcire, aut velle, ſequitur Deum mutari; ergo abſque præiudicio diuinæ immutabilitatis poteſt variari diuina ſcientia. Maior probatur: Nam,ſi ſcientia viſionis, & volitio creaturarum aliquid reale adderent,poſito,quòd Deus ex æternitate nullam creaturam creare voluiſſet,vt verè potuit,caruiſſet re,aut ratione formali reali, quam modo habet; imo tot rationibus realibus,quot ſunt creaturæ,quas noluit creare,cum potuerit. Minor autem probatur. Primò; qa additio rōnis non ſufficit ad mutationē. Secundò;quia ex tēpore cōſequūtur reſpectus dominij. Et cauſæ,reſpectu creationis creaturarum. Videtur igitur ineſficax ratio D.Th. qua ex Dei immutabilitate deducit diuinæ ſciētiæ inuariabilitatē.

Huic difficultati, quam ſibi proponit Ludouicus Molina,reſpondet,hoc argumento probari nō ſequi ex noua complexionis cognitione, aut volitione in Deo mutationem, ex eodem tamen principio ſequi viciſsitudinis obumbrationē,quæ non minus quàm mutatio,fidei,ac naturæ diuinæ repugnat,iuxta illud Iacobi primo. *Apud quem non eſt tranſmutatio,nec viciſsitudinis obumbratio.* Et licèt (inquit) potuerit Deus ex æternitate multa velle, quæ non vult, & ſcire ſcientia viſionis, quæ non ſcit,non tamen ſequitur poſſe Deum de nouo eadē velle, & ſcire; quoniam id eſſet ex æternitate ſine vlla viciſsitudinis obumbratione,ex eo, quod nullus cerneretur tranſitus ex non volitione in volitionem,& ex non ſcientia in ſcientiam; in tempore autem eſſe non poſſet,ſine tali tranſitu,& viciſsitudinis obumbratione. Denique addit,quid autem ſit in actibus volitionis, aut ſcientiæ diuinæ, ratione cuius fundentur eiuſmodi reſpectus ad hoc volitum,& hoc ſcitum libéter ab alijs diſcere vellem?hęc ille.

Gabriel Vaſquez propter tactam difficultatem ait non videri ſibi rationes D.Thomæ, quibus ſuā probat concluſionem,efficaces. Affert autem rationem,ob quam præſcientia variari nō poteſt ex ſola variatione reſpectus rationis; quia, ſi poſſet mutari reſpectus,deberet mutatio fieri in tempore,ac proinde deberet in tempore incipere reſpectus ad res futuras, qui ab æterno non eſſet, vel è contra,qui fuit ab æterno in tempore ceſſare deberet;at hoc nulla ratione fieri poteſt;igitur nec præſcientia Dei in tempore variari.

Molina. Iacobi 1. Vaſquez.

Digitized by Google

Minorem probat: Quoniam omnis propoſitio de futuro, aut eſt determinatè vera, aut eſt determinatè falſa; & ideo omnis res, quæ verè futura aliquo tempore eſt, ab æterno futura eſt, & quæ nō eſt futura ab ęterno futura non eſt; ergo fieri nequit, vt aliquid in tempore incipiat eſſe futurum, aut non eſſe futurum; omne autem, quod futurum eſt, eo ipſo refertur ad intellectum Dei, vt intelligibile, & quod non eſt futurum, vt non intelligibile; ergo, ſi intellectus Dei aliquid dicitur intelligere, non poteſt non ab æterno illud intelligere; igitur nec intellectio diuina, nec eius reſpectus rationis ad res futuras variari poteſt. Tandem explicat, quid ſit hic reſpectus rationis, dicens ſcientiam viſionis, omnipotentiam, & ſimilia attributa à nobis ſignificari, cum reſpectu rationis; quia intellectus noſter inuenit æternum in re fundamētum; vnde relatiuè concipiat, & nominet hæc attributa, non autem, quòd ab æterno per noſtrum, aut diuinum intellectum eis conueniat actu talis reſpectus.

Ferrarien. Ferrarienſis in primo contra gent. capit. 83. ait reſpectum rationis conſequentem operationes immanentes diuini intellectus, & voluntatis non poſſe ceſſare, niſi mutetur eorum proximum fundamentum, quod eſt entitas realis operationis immanentis; & ideo variato reſpectu ex neceſſitate variatur, & entitas actus.

Bannes. Bannes ait mutationem reſpectus volitionis diuinæ præſupponere mutationem diuinæ ſubſtantiæ, vel mutationem iudicij diuini practici, Vnde Deus non eſſet ab ęterno perfectè ſapiens. Omitto ſententiam Syluestri, quam refert, & ſufficienter confutat Zumellus. Syluester

Reſolutio.

Dei cauſalitatem, cognitionem, & volitionem creaturarum nullum ſecundùm ſe formaliter reſpectum ad creaturas includere, & futurorum veritates à præfinitionibus dependere.

PRo reſolutione. Sciendum eſt primò, quòd, licèt Deus ſecundùm nullam ſui perfectionē à creaturis factis, aut fiendis, vel fieri poſsibilibus dependeat; quia tamen Deo conuenit naturaliter virtus, & omnipotentia, qua ea omnia poteſt efficere, quę contradictionem non implicant, & intellectus in eo eſt, ac ſcientia, qua ab ęterno ſcit, quęcunque entitatem, ac veritatem actu, vel potentia participāt, & ex hoc ipſo; quòd Deus eſt ipſum eſſe per eſſentiam ſupereminenter præhabens omnes eſſendi modos poſsibiles, infinitam habet cauſandi, & cognoſcendi virtutem: hinc ſequitur, vt remota à Deo creaturarum ſcientia, & virtute earum productiua, iam nō ſit Deus ipſum eſſe per eſſentiam, præhabens eminenter vt actus puriſsimus, omnes eſſendi modos poſsibiles; Et quia creaturæ, antequam à Deo creentur, non ſunt poſsibiles, niſi per actiuam Dei potentiam, nec à Deo ſcibiles, niſi in ipſamet diuina eſſentia vt primario obiecto, in cuius virtute continentur: hinc etiam ſequitur per locum intrinſecum, ſi nullæ eſ-

A ſent creaturæ poſsibiles, & nulla earùm in Deo cognitio: Deum non eſſe Deum, & conſequēter Deū non eſſe, eſt enim omnipotentia, & actio, & ſcientia creaturarum in Deo aliquid à parte rei formaliter abſolutum, idem quod diuina eſſentia, nullū in ſua intrinſeca ratione reſpectum realē, aut rationis ad creaturas includens.

Ad cuius euidentiam ſcito Dei omnipotētiam actu operantem ex infinitate ſuæ perfectionis, quatenus etiam intelligitur exequutrix iudicij diuinæ ſapientiæ, & decreti diuinæ voluntatis, in tempore creaturam, non ab æterno, ſed in temporibus, iuxta tionibus diuinæ ſapientiæ, & voluntatis, beneplacito

B cito præfinito, abſque vllo in ea exiſtente ſecundùm ſe reſpectu reali, vel rationis ad creaturas. Valdè namque differunt rem aliquam eſſe formaliter relatiuam, & connexionem habere cum alia cauſalitatis, aut repræſentatiui, aut cognoſcitiui, quod eſt habere proximum fundamentum relationis rationis ad illam, non autem eſſe formaliter reſpectiuam, cuius oppoſitum videtur ſignificare Vaſquez in principio commentarij huius artic. Videnda ſunt quæ ſupra diximus, quæſt. 12. art. 8. in prima Controuerſia. Vaſquez.

Secundò recolendum eſt id, quod in prima, & ſecunda præcedentis articuli Controuerſia ſæpè

C repetiuimus, futurorum omnium determinatā veritatem ex diuinæ voluntatis præfinitione dependere, ſiue illa ſint abſolutè futura, ſiue ſub conditione tantùm. Ex quo ſequitur futurorum contingentium veritates non eſſe quouis modo cauſas diuinæ ſcientiæ, ſed eſſe à diuina potius ſcientia practica cum voluntatis præfinitione abſoluta, aut conditionata cauſatas. Ex quo patet primam, & propriam cauſam, ſiue radicem inuariabilitatis diuinæ ſcientiæ, non eſſe futurorum contingentiū determinatam veritatem, vt arbitratur Vaſquez; cum illa dependeat à determinatione diuinæ voluntatis, & iudicio diuinæ ſcientiæ practico, de

D quibus iterū redibit quæſtio, quomodo, & ex qua cauſa ſint inuariabilia.

Explicatur fundamentum relationis rationis diuinæ ſcientiæ, & voluntatis ad creaturas, & ſatisfit argumento Banneſij, & quæſito Molinæ.

TErtiò conſiderandum eſt, quòd licet entitas realis volitionis, qua Deus vult creaturas, & entitas realis volitionis, qua Deus vult ſuam bonitatem, non ſint diuerſæ, ſed vna, & eadem, & ſimiliter in Deo ſit vna entitas ſapientiæ, qua ſeipſum, & contingentia cognoſcit; alia eſt tamen ratio, ſiue modus connexionis diuinæ voluntatis cū

E Dei bonitate ab ea, quam habet cum creaturis, & ſimiliter ſapientiæ cum diuina eſſentia, & futuris contingentibus: Nam cum diuina bonitate, & eſſentia connexio eſt ſimpliciter neceſſaria, cū creaturis verò cōtingentibus eſt omnino libera, & indifferens negatiuè: Quo fit, vt diuina voluntas ſecundùm eam neceſſariam connexionem, quam habet cum diuina eſſentia, & bonitate, fundet vnum reſpectum rationis ad ipſum, & ſecundùm eam rationem

tionem, qua connexionem habet liberam, cũ creaturis, fundet alium reſpectum rationis ad creaturas, & ſimiliter diuina ſapientia. Sequitur autem vterque rationis reſpectus ex vtraque connexione neceſſariò, & quaſi naturaliter, ſed diuerſa ratione: Nam ex connexione neceſſaria, & naturali ſequitur reſpectus abſolutè neceſſarius, & naturalis; ex connexione verò libera non ſequitur reſpectus, qui ſit abſolutè neceſſarius, & naturalis, ſed tantùm ex ſuppoſitione: Nam quælibet relatio cõſequitur aliquod fundamentum; tunc igitur in re, quæ dicitur referri, conſequitur relatio naturalis abſolutè, quando fundamentum eius, quatenus fundamentum, erit rei naturale. Non enim ſatis eſt, vt relatio ſit ſimpliciter naturalis, quòd ad fũdamentum naturaliter conſequatur. Vnde relatio ſimilitudinis vnius albi ad aliud albũ dicitur naturalis tãtùm rei, cui naturaliter ineſt albedo, quę ſimilitudinis eſt fundamentum; non autem, quæ per artem, & humanæ voluntatis arbitrium facta eſt alba; quamuis etiam ab arte factam albedinẽ naturaliter ſimilitudo conſequatur.

Poteſt igitur relatio dupliciter dici naturalis: Vno modo, vt comparatur ad rem, quę refertur, & hoc modo naturalis non eſt, niſi fundamentum ſit naturale rei, quæ refertur: Alio modo, vt comparatur ad ipſum relationis fundamẽtum: & ſic omnis relatio eſt naturalis; quia omnis relatio naturaliter conſequitur fundamentum. Itaque relatio diuinę voluntatis ad creaturas volitas reſpectu diuinæ voluntatis naturalis non eſt; quia fundamentum eius, ſcilicet volitio creaturarum, vt ſic, naturalis non eſt, ſed libera; eſt tamen eadem relatio ipſi volitioni creaturarum naturalis: quia ad eam neceſſariò, & naturaliter conſequitur: Quo fit, vt eadem relatio dici poſſit voluntati naturalis ex ſuppoſitione volitionis creaturarum.

tio ar enti eſij. Et ex his patet ſolutio argumenti Banneſij cõtra Ferrarienſem. Quando autem dicimus reſpectus rationis neceſſariò, & naturaliter conſequi diuinę voluntatis actum, & eadem ratione ſcientiã, quam habet Deus de creaturis, intelligendum eſt ad eum modũ, quò dici cõiter ſolet relationes rationis naturaliter, & neceſſariò conſequi, poſitis fundamentis, ſiue in eſſe reali tantùm, ſiue cũ hoc etiam in eſſe obiectiuo. Patet etiam ex dictis reſponſio ad quæſitum Molinæ, quid nam ſit illud, quod in actu diuinæ voluntatis, & ſcientiæ ſit ratio fundandi relationem ad contingentia, iã enim diximus eſſe ipſos actus, prout connexionem habent non neceſſariam ad ipſa futura contingẽtia.

Ex natura relationum diuinæ ſcientiæ, & voluntatis ad creaturas ſatisfit rationi dubitandi.

Vltimò. Notandum eſt ex Ferrarienſi in primo contra gent. cap. 8 . & eſt doctrina D. Thomæ hic in reſponſione ad primum, differentiam eſſe inter eas relationes rationis, quæ conſequuntur actiones Dei tranſeuntes, & eas, quæ conſequuntur actiones immanentes: Nam illæ coexigunt in termino realem aliquam diſpoſitionem, vt relatio

A gubernationis, & creationis coexigit in creatura creata, & gubernata realem aliquam diſpoſitionem: Ex quo ſequitur, vt per ſolam realem mutationem termini, ſcilicet creaturæ, ab illa diſpoſitione, quam in termino coexigunt, illæ relationes eſſe deſinant, tametſi nulla in diuinis actibus ſit facta mutatio: Nam ad variationem relationis ſatis eſt, vt alterum mutetur extremum; At verò actiones immanentes, & etiam relationes, quæ ad ipſas conſequuntur inquantùm huiuſmodi, non coexigunt in actionum, aut relationum terminis realem aliquam diſpoſitionem, quæ transmutari, aut remoueri poſſit; & ideo deſinere non poſſunt, B niſi deſinentibus actibus, in quibus fundantur: Cum ergo diuini actus ſint penitus inuariabiles, relinquitur etiam tales reſpectus eſſe omnino inuariabiles.

Quod autem ait Molina, videlicet non ſequi ex noua complexionis cognitione, aut volitione in Deo mutationẽ; ſed uiciſsitudinis obumbrationẽ, ridiculum eſt: non enim datur medium inter mutationem, & immutabilitatem; aut enim res ſecundùm ſe, & intrinſecè aliter ſe habet, quàm prius, aut non; ſi primum verè, & propriè mutatur; ſi ſecundum immobilis perſeuerat. Verba autem illa Iacobi primo. *Apud quem non eſt tranſmutatio, nec* C *viciſsit. obumbr.* declarat eruditè Caietanus in cõmentario. Deinde ſi ex ſola variatione relationis rationis fit in Deo viciſsitudinis obumbratio; ſequitur ex omni relatione rationis Deo ex tempore adueniente fieri prædictam in Deo obumbrationem, quæ tamen, vt ait Molina fidei, & naturæ diuinæ repugnat, probatur ſequela: quoniam in doctrina Molinæ eadẽ videtur etiã ratio de qualibet relatione rationis, ſiue conſequatur actionẽ tranſeuntem, ſiue conſequatur actionem immanẽtem; non enim poteſt reddere rationem cur huic magis quàm illi repugnet variari, cum ſecundùm eum neutra dictarum relationum adueniat cum D additione poſitiua ad entitatem Diuinam. Molina.

Ad argumentum in principio poſitum patet ex dictis reſponſio: Nam in tempore dictæ relationes rationis mutari nequeunt ob aſsignatam cauſam. Et quamuis potuerit Deus ab æterno nullam velle creaturam, nulla tamen entitate, aut perfectione caruiſſet, ſed ſua in eam partem vſus fuiſſet libertate, cum non habeat diuina voluntas neceſſariam connexionem cum creatura: & eadem ratione nec diuini intellectus iudicium de illa producẽda, nec diuina ſcientia de illa futura; Cum omnia hæc in Deo ſint ad vtramque contradictionis partem indifferentia, ob non neceſſariam cum altera E ex eis coniunctionem. Ad rationem dubitandi.

Hanc difficultatem latè, & ſcrupuloſè verſat Suarez, diſput. 30. Metaphyſ. ſectione nona, & præſertim numero 50. & ſequentibus. Vide etiam quæ diximus infra quæſtione 19. articulo ſecundo, & ſeptimo.

Latior explicatio prædictorum.

AD ampliorem autem eorum, quæ hucuſque diximus, intelligentiam, ſupponendæ ſunt hæc quædam

quędam diſtinctiones ſuperius explicatè: Prima eſt duplicem de creaturis in Deo eſſe ſcientiam; alteram viſionis, qua res intuetur in proprijs naturis exiſtentes; alteram ſimplicis intelligentiæ, quæ duplex eſt; altera naturalis, qua res, quæ nunquam abſolutè, aut ſub conditione futuræ ſunt, cõtẽplatur; altera libera, qua res eas cognoſcit, quæ non ſimpliciter, ſed ſub conditione tantùm ex actuali præfinitione Dei ſunt futuræ, vel etiam eas, quæ ex vi decreti diuinæ voluntatis ſunt abſolutè futuræ; ſed in ſigno rationis, antequam per actum imperij fiant illi præſentes in æternitate: Deinde ſupponendum eſt, Deum per has omnes ſcientię ſuæ ſimplicis intelligentiæ differentias, cognoſcere creaturas in eſſentia ſua, tanquam in per ſe primo, & formali diuinæ cognitionis obiecto. Et ſciẽtiæ quidem ſimplicis intelligentiæ naturalis perfectio ſimpliciter eſt diuinæ naturæ; ac proinde, neque relatio rationis eſt, neq; per eam completur, aut pro ea ſupponit; quamuis ex modo noſtro intelligendi quædam relatio rationis intelligatur, vt conſequens actum ſcientiæ Dei, cognoſcentis eo modo creaturarum eſſentias; & ideò, ſi variaretur hæc ſcientia, variaretur Dei perfectio naturalis, quæ eſt ipſa Dei ſubſtantia. Non enim variaretur hæc ſcientia per mutationem alicuius extrinſeci; quia ſcientiæ notitia in hoc poſita eſt, vt ſcitum ſit intra ſcientem, & ſit vnum completè cum eo, non autem, vt per eam aliquid extra producatur, aut tranſmutetur: itaq; per actum ſciendi conſtituuntur in intellectu diuino creaturæ, vt ſunt in eo ad modum ipſius intellectus, ſcilicet immutabiliter, adeò, vt mutatis, & variatis creaturis, vt obiectis ſcientiæ Dei, neceſſe eſſet Dei ſcientiam in ſeipſa, & prout eſt diuina pfectio variari: Creaturæ namque, vt obiecta ſunt diuinæ ſcientiæ secũdaria, clauſa in eſſentia diuina, vt obiecto primario habent æqualem eſſendi neceſſitatem cum ipſo Deo: Antecedit enim hoc eſſe creaturarum in Deo omne liberum diuinæ voluntatis decretum; igitur hoc eſſe eſt abſolutè neceſſarium; ſic enim creaturæ conſiderantur, vt prçexiſtentes in potentia Dei, quæ prior eſt quolibet actu libero diuinæ voluntatis, & hoc creaturarum eſſe idem eſt, quod infinita potentia Dei, prout ſua virtute continet creaturas, & ideo non poteſt Deus ſic non cognoſcere creaturas, ſicut non poteſt non eſſe omnipotens, aut ſuam omnipotentiam non cognoſcere.

Et ideo ſi Deus hac ſcientia cognoſceret aliter creaturas quam ab ęterno cognoſcit, variatio fieret in diuina ſcientia ſecundum ſe, & in eſſentia Dei, & conſequeretur hæc mutatio per locum intrinſecum; prima namque radix huius mutationis eſſet in ipſa omnipotentia Dei, quæ vel creaturas ſicut prius non contineret, ac proinde deſineret eſſe omnipotentia, vel non cognoſceretur adeo, vt ita continens creaturas, & ita minueretur ſcientia Dei: Et confirmatur; cognitio, qua Deus cognoſcit creaturas non pendet ex reſpectu, quem creaturæ dicant ad ipſum Deum, ſed ex habitudine fundamentali diuini intellectus, & ſcientiæ ad creaturas; igitur non poſſet Deus aliter, quàm prius co-A gnoſcere creaturas, niſi mutatione facta in ipſo intellectu, & ſcientia Dei ſecundùm ſe. Secundò confirmatur: quoniam illud eſſe intelligibile, & obiectiuum, quod habent creaturæ in intellectu Dei eſt eſſe reale non minus quàm ſit eſſe intelligibile ad intra, quod habent obiecta in intellectu creato; igitur eo mutato mutaretur eſſe Dei intrinſecum, & reale.

Iam verò declaranda, & oſtendẽda eſt propria radix immutabilitatis ſcientiæ viſionis, & vniuerſaliter ſcientiæ liberæ Dei: Et immutabilitas quidem ſcientiæ viſionis, ex ſubiecti, & obiecti, vt ſic Deo præſentis immutabilitate dependet: ſubiectũ B enim ſcientiæ Deus eſt ſecundùm intellectum cui perfectiſſima conuenit immutabilitas; obiecta verò ſciẽtiæ viſionis ſunt res creatæ, prout Deo pręſentes ſunt in menſura ęternitatis, in qua præſentialitate nulla poteſt eſſe ſucceſſio, ſicut nec in ipſa ęternitate; Et quia res in tali menſura ſemper habent eſſe pręſens, & vnumquodque dum eſt neceſſe eſt eſſe, ideò res, vt ita pręſentes neceſſitatẽ habent immutabilitatis: Nec obſtat, quòd in ſeipſis, & in ordine ad proprias earum menſuras continuò tranſmutentur; quia ſcientia hæc, non depẽdet à rebus, ſed magis res trahuntur ad naturam, & immutabilitatem ſciẽtiæ, & eius menſuræ, quæ C eſt æternitas; Et ideò, ſi quæ mutatio fieret in ſciẽtia Dei reſpectu creaturarum, ab ipſa ſcientia, veluti à prima radice pullularet, & ad ea ſequeretur mutatio relationis rationis ad Creaturas.

Ex his ſequitur primò, ſcientiam hanc in Deo non poſſe augeri, neque minui: nam cum ſcientia Dei menſuretur ęternitate, cui omnia, quæ pro aliqua temporis differentia futura ſunt, ſimul ab æterno præſentia ſunt, neceſſe eſt, ea omnia ſimul, ac ſemper à Deo cognoſci. Potuit tamen ſcientia viſionis, abſolutè, ſeu in ſenſu diuiſo, eſſe maior, ex parte rerum cognitarum: ſed hæc maior extenſio, nõ ex rebus ſcitis, ſed ex diuinæ voluntatis de-D creto, quod ab æterno extendi potuit, ad plura ꝑueniret: Ratio namque cognoſcendi creaturas, ẽt ſcientia viſionis, eſt eſſentia Dei, vt primarium, & formale diuini intellectus obiectum, in quo repræſentantur creaturæ; quamuis enim hæc ſcientia in modo ſuæ terminationis ad creaturas, differat à ſcientia ſimplicis intelligentiæ; conuenit tamen cum ea in modo cognitionis quo ad obiectum motiuum, quod eſt eſſentia Dei.

Secundo ſequitur ſcientiæ viſionis Dei non poſſe aduenire nouam relationem rationis ad res viſas; quia cum relatio hæc non fundetur principaliter in re viſa, ſed in ipſa reali cognitione Dei in-E tuitiua, neceſſe eſt in ipſa cognitione fieri mutationem, vt nouus illę reſpectus adueniret: Deinde Deũ intueri res ſcientia viſionis non denotat principaliter res eſſe præſentes ipſi notitiæ, ſed quod Deus eas quodammodo trahat ad ſe, & ſibi vniat in eſſe intelligibili, quod fit diuerſo modo in cognitione abſtractiua, atque in intuitiua: Nam exempli gratia, niſi intellectus rei, quæ de nouo cognoſcitur intuitiuè, aliter ſe habeat ad illam, quã prius ſe haberet, quãdo cognoſcebat illam abſtra-

ctiuè, impoſsibile eſſet, vt illam, etiam ſi extrinſece eſſet præſens cognoſceret intuitiuè: non poteſt ergo Deus de nouo rem aliquam intuitiuè cognoſcere per hoc ſolùm quod res de nouo fiant illi in æternitate præſentes, niſi etiam nouo modo ſe habeat ad eas intellectus, quod abſque reali mutatione diuini intellectus eſſe non poteſt.

Tertiò ſequitur ſcientiam viſionis eundem ſemper habere reſpectum rationis ad rem viſam, ſiuè ipſa ſit præſens in menſura propria, ſiue ſit præterita, ſiuè futura; ſemper enim Deo præſens eſt in indiuiſibili nunc æternitatis; quod ex ſe, & formaliter coexiſtit ſimul omnibus partibus temporis; quòd autem conſideretur, vt huic parti temporis, tanquã ſi eſſet diſtincta à ſeipſa, prout alteri coexiſtit, hoc nõ illi conuenit ex ſe formaliter, ſed virtualiter tantùm, prout eminenter continet omne tempus; & ideo benè dicunt quidam viri doctiſsimi propoſitionem hanc: Deus cognoſcit Chriſtũ eſſe naſciturum, aut eſſe falſam, aut impropriã, & limitatè intelligendam de cognitione Dei, prout coexiſtit tali parti, vel inſtanti temporis.

Quartò ſequitur mutationem in ſcientia viſionis inferre mutationem, non ſolius relationis rationis, ſed ipſius etiam eſſentiæ Dei; quod abſque ratione negant Vaſquez, & Molina: quorum argumenta facilè diluentur ex dictis.

Proponitur ſecundum argumentum* S. Doct. *in forma, & explicatur eius reſponſio.

SEcundum argumentum S. Thom. eſt. Quidquid poteſt Deus facere, poteſt ſcire; ſed Deus poteſt plura facere, quàm faciat; ergo plura poteſt ſcire, quam ſciat: ergo ſcientia Dei eſt variabilis. Ad hoc argumentum. Reſpondet primò S. D. Deinde ſatisfacit cuidam tacitæ obiectioni. Reſponſio pendet ex duabus diſtinctionibus in textu nõ expreſsis, ſed indicatis ſiue potius ſuppoſitis. Prior diſtinctio eſt. Potentia duplex eſt, quædam actui coniuncta, & quædam ab actu ſeparata. Alia diſtinctio eſt: Duplex eſt ſcientia, vna viſionis, & alia ſimplicis intelligentię. Si itaque in maiori verbum, *poteſt*, bis poſitum ſignificet potẽtiam actui coniunctam, & *ſcire*, dicat ſcientiam viſionis, vera eſt. Videt enim Deus ſcientia viſionis ea omnia, ad quæ in actu ſecundo extenditur diuina potentia. Sed minor eſt falſa, & implicat contradictionem. Si, etiam in eadem propoſitione ſit ſermo de potentia ab actu, vel quaſi ab actu ſeparata, & de ſcientia viſionis, vera eſt: Nam, ſi plura faceret diuina potentia, plura videret Deus ſcientia viſionis, & in eodem ſenſu vera eſt minor, & ſequitur concluſio, nimirum poſſe Deum ſcientia viſionis plura ſcire, quàm ſciat, vt concedit S. Thom. in littera. Si autem in maiori verbum, *poteſt*, ſignificet potentiam ab actu ſeparatam, tam ex parte ſcientiæ, quàm ex parte operatiuæ potentiæ, & dictio, *ſcire*, importet ſcientiam ſimplicis intelligentiæ, falſa eſt: quoniam ab æterno Deus ſcit etiam ea, quæ poteſt facere, & non facit. Si etiam ſit ſermo de potentia actui coniuncta ex parte potentiæ

A operatiuæ, & de potentia ſcientiæ ab actu ſeparata, falſa eſt; quia Deus ſemper actu ſcit omnia, ad quæ actu ſecundo extenditur potentia. Si denique ſit ſermo de potentia ab actu ſeparata ex parte operatiuæ potentiæ, & de potentia actui coniuncta ex parte ſcientiæ, ſic veriſsima eſt propoſitio; quia ſcit Deus ſcientia ſimplicis intelligentiæ ea omnia, quæ poteſt facere Deus, & nunquam faciet. Et quoniam hæc propoſitio: *Poteſt Deus plura ſcire, quam ſciat*, abſolutè prolata, dicit potentiam ſeparatam ab actu, & ſignificat Deum prius neſciuiſſe, & poſtea ſcire, ideo ſimpliciter eſt neganda.

Secundò reſpondet S. Thom. tacitę obiectioni.
B Poſſet enim aliquis obijcere: Deus ſcit, quòd aliqua, quæ poſſunt eſſe, non ſunt, vel etiam non eſſe, quæ ſunt; ergo ſcientia Dei eſt variabilis, ſed Reſpondet S. Thom. & negat conſequentiam: nam ſequitur (inquit) quòd Deus cognoſcat rerum variabilitatem, eſſet autem variabilis diuina ſcientia, ſi Deus aliquid prius neſciuiſſet, & poſtea ſciret, ſed hoc eſſe nõ poteſt; quoniam quidquid eſt, vel eſſe poteſt ſecundùm quodcunq; tempus, Deus in ſuo æterno ſcit.

Prima Dubitatio.

C ***An ſecundum S. Thom. poſsit Deus plura ſcire, quàm ſciat ſcientia viſionis.***

SEd circa hanc reſponſionem ſunt duæ dubitationes. Prior eſt, quoniam finis reſponſionis videtur cõtradicere principio: Nam in principio reſpõſionis ait, Deum poſſe plura ſcire, quã ſciat, ſi referatur ad ſcientiam viſionis. In fine verò ait, non debere concedi, quòd Deus poſsit plura ſcire, quàm ſciat; quia hæc propoſitio implicat, quòd ante neſciuerit, & poſtea ſciat; quæ ratio probat etiam, quòd ſi referatur ad ſcientiam viſionis, nõ poſsit dici, quòd poſsit plura ſcire, quàm ſciat: qm̃
D per ſcientiam viſionis Deus non prius aliquid neſcit, & poſtea ſcit; ſed ab ęterno oĩa ſcit; pugnant ergo adinuicem hæc duo dicta.

Reſpondetur cum Sylueſtro, & D. Thoma primo ſent. diſtinct. 39. quęſt. 1. art. 1. & ſecundo, qđ illa propoſitio. *Deus plura poteſt ſcire, quàm ſciat*, poteſt dupliciter intelligi: Vno modo in ſenſu diuiſo: Alio modo in ſenſu compoſito. Si intelligatur in ſenſu compoſito, ſiue coniunctim, ſic falſa eſt propoſitio: quoniam, vt ait Diuus Thomas in fine reſponſionis, ſignificatur, quòd neſciuerit, & poſtea ſciat; & ſic ſignificaretur ſucceſsio, & variabilitas in ſcientia diuina. Si autem intelligatur
E diuiſim, ſiue in ſenſu diuiſo, ſic eſt vera propoſitio, & deſignatur poteſtas libertatis nõ mutabilitas ſcientiæ: Nam ſcientia viſionis, vt ſupra docuimus, eſt ſcientia libera, & potuit Deus ab æterno ſcientiam hanc non habere reſpectu creaturarum: puta ſi noluiſſet eas producere. Et in hoc ſenſu loquutus eſt S. Thom. in principio corporis; Sed quoniam illa propoſitio abſolutè prolata facit ſenſum compoſitum, ideo abſolutè falſa eſt: licet ſano modo poſsit exponi, & ad bonum ſenſum reduci.

Sylueſter. S. Thom. Conciliatio dictorũ D. Tho.

Digitized by

S. Tho. Syluester. ci. Qui plura videre deſidarat, legat Sanctum Thomam in primo ſenten. loco allegato, & Syluestrum hic, & articulo ſequenti: Nam latior explicatio pertinet ad ſeptimum articulum, queſt. 19. in quo agitur de immutabilitate volitionis diuinæ.

Secunda dubitatio.

An, ſi Deus prius aliquid neſciuiſſet, & poſtea ſciret, eſſet eius ſcientia variabilis.

Apparens contradictio D. Th. POſterior dubitatio eſt circa illam concluſionem: *Si tamen aliquid eſſet, quod prius neſciuiſſet, & poſtea ſciret, eſſet eius ſcientia variabilis:* Nam in primo ſententiarum, diſtinct. 39. quæſt. 1. art. 2. ad tertium, oppoſitum affirmat dicens. *Non debet concedi, quod ſcientiæ Dei aliquid addatur, ſi tamen concederetur, non tamen ſequeretur ſcientiam poſſe augeri; quia ipſe per vnum, & idem ſcit multa, & pauca, quod eſt primum, & per ſe obiectum ſcientiæ eius ſcilicet eſſentia ſua, quæ eſt ſimilitudo eius.*

Ad hoc dicitur, ſcientiam poſſe dupliciter conſiderari. Vno modo in habitu, ſeu actu primo: Alio modo in actu ſecundo; Poteſt ergo variari, & augeri aliqua ſcientia dupliciter: Vno modo quo ad actum primum: quando de nouo acquiritur ſimilitudo, vel ſpecies aliquid repræſentans; Alio modo, quo ad actum ſecundum; quando de non conſiderante fit conſiderans, vel exiſtente ſpecie in intellectu obiectum de nõ ſimili fit ſimile; ſicut patet in ſpeciebus angelicis; quæ quantum ſit ex ſe, repræſentant, non ſolùm naturam ſpecificam, ſed etiam omnia indiuidua; ſed quia non omnia indiuidua ſpeciei actu ſunt in rerum natura, ideo non actu aſsimilantur ſpeciei, nec actu repreſentantur, nec actu cognoſcuntur ab Angelo. Ad dubiũ ergo dicitur, quod Sanctus Doctor, hoc in loco loquitur de diuina ſcientia, tam quo ad actum primum, quàm quo ad actum ſecundum, eiuſque legitimus ſenſus eſt: ſi Deus aliquid prius neſciuiſſet, vel in actu primo, vel in actu ſecundo, eius ſciẽtia eſſet variabilis in primo verò ſent. loquitur de ſcientia quo ad actum primum, & de additione quo ad actum ſecundum; ſic enim ſcientia non augeretur, ſicut patet de ſcientia angelorum, quæ nõ augetur per hoc, quod aliquid ſingulare de nouo, aſſimilatur ſpeciei, & de nouo cognoſcitur ab Angelo, quia ſcilicet per vnum, & idem cognoſcit ſpeciem, & omnia ſingularia actu exiſtentia; & ideo eadem ratione; quia Deus per vnum, & idem, ſcilicet per eſſentiam ſuam cognoſcit multa, & pauca, non augeretur eius ſciẽtia, ſi ei aliquid adderetur modo dicto, ſcilicet quo ad actualem repræſentationem, & cognitionem.

Conciliãtur dicta D. Thom.

Proponitur tertium argumentum S. D. *in forma, et eius reſponſio.*

TErtium argumentum S. Thomæ eſt. Deus non quidquid ſciuit, ſcit; ergo ſcientia Dei eſt variabilis. Antecedens probatur: Deus ſciuit Chriſtum naſciturum, nunc autem neſcit Chriſtum na- A ſciturum; ergo non quidquid ſciuit, ſcit.

Pro ſolutione huius argumenti S. Th. refert opinionem, & reſponſionem antiquorum nominalium, & eam confutat. Secundò reſpondet iuxta propriã ſententiam. Tertiò affert duplicem rationem reſponſionis.

Quo ad primum planus eſt textus: Quo ad ſecundum reſpondet Sanctus Thomas, & diſtinguit antecedens, ſcilicet. *Non quidquid Deus ſciuit ſcit:* Nam poteſt referri ad res, vel ad enuntiabilia, ſi referatur ad res, ſic falſum eſt, ſi autem ad enuntiabilia; ſic antecedens eſt verum, ſed falſa eſt cõſequentia, videlicet inde ſequi Dei ſcientiam eſſe B variabilem, cuius negationis S. Thom. reddit duplicem rationem: Prior eſt à ſimili: Nã, ſicut abſque variatione diuinæ ſcientiæ eſt, quòd ſciat vnam, & eandem rem quandoque eſſe, & quandoq; non eſſe; ita abſque variatione diuinę ſcientiæ eſt, quod ſciat aliquod enuntiabile quandoque eſſe verum, & quandoque falſum. Sic ergo Deus ſcit hoc enuntiabile: *Chriſtus naſcetur*, quandoque eſſe verum, ſcilicet ante Chriſti natiuitatem, & quandoque eſſe falſum, ſcilicet poſt Chriſti natiuitatem. Ratio poſterior procedit ex cauſa variabilitatis in cognitione noſtra: Nam propria cauſa, ob quã cognitio noſtra variatur, vel ſecũdum veritatem, C & falſitatem, vt, ſi mutata re eandem de illa opinionem retineamus, vel ſecũdum diuerſas opiniones, vt, ſi Sorte ſedente primò opinemur ipſum ſedere, & poſtea opinemur ipſum non ſedere, cauſa inquam dictæ varietatis in nobis eſt; quia enuntiabilia cognoſcimus per modum enuntiabilium componendo, & diuidẽdo. Hæc verò cauſa in Deo locum non habet, & cõſequenter nec prædicti duo modi variabilitatis.

Secunda Controuerſia.

An de enuntiabilibus loquendo ſciat Deus, quidquid D *ſciuit.*

Rationes dubitandi, & cenſura Molinæ.

RAtiones dubitandi afferũtur à Caietano tres. Caiet. Prima ratio eſt: Sicut idem enuntiabile quãdoque verum eſt, quandoque non; & ideo prius ſcitum neſcitur, ita res quædam, puta Sortes, quandoque eſt ens, & quandoque non; ergo etiam res corruptibiles prius ſcitæ neſciuntur; ergo nulla eſt differentia inter enuntiabilia, & res quo ad hoc; cuius oppoſitum affirmat Sanctus Thomas. Conſequentia patet, & probatur proportio; quia non magis fundat ſcibile verum, quàm ens: Nam, vnu- E quodque eſt cognoſcibile, quatenus eſt ens, & confirmatur; quia, ſicut Deus ab æterno intuetur natiuitatem, Chriſti pro tali tempore, ita hoc enuntiabile: Chriſtus naſcitur pro eodem tẽpore, & ſicut intuetur non eſſe natiuitatis Chriſti pro alijs temporibus; ita falſitatem dicti enuntiabilis, id eſt: Chriſtus naſcitur; ergo ſicut non dicitur neſcire natiuitatem Chriſti, quam ſciuit, ſic non debet cõcedi neſcire illud enuntiabile, quod ſciuit.

Digitized by Google

Secunda ratio eſt. Deus neſcit aliquid eorum, quæ ſciuit; ergo pauciora ſcit, quàm ſciuit: at conſequens eſt falſum per reſponſionem ad ſecũdum; ergo & antecedens. Conſequentia probatur: quia minutus eſſet de facto numerus ſcitorum.

Tertia ratio eſt. Deus ſciuit aliquod enuntiabile, quod neſcit; ergo ſcire ſuum tranſiuit in neſcire: ergo variatio eſt in ſcientia Dei.

Propter hæc argumenta, licet fuerint ſufficienter à Caiet. ſoluta, Molina nimis audacter pronunciat propoſitionem negatiuam D. Tho. videri pias aures offendere.

Reſolutio.

Oſtenditur differentia, tam temporis menſurantis rem à nobis cognitam, & à Deo, quàm rei, & enunciabilis.

Sciendum eſt primò, tempus menſurans rem aliquam cognitam exiſtentem in aliqua diſpoſitione vno modo comparari ad cognitionem noſtram, & alio modo ad cognitionem diuinam: Nã ad cognitionem noſtram comparatur, vt ad rem exiſtentem ſub tempore. Quò fit, vt, quemadmodum res cognita dicitur ſecundùm ſe præſens, aut præterita, vel futura, ita reſpectu noſtræ præſentis cognitionis dicatur præſens, præterita, vel futura: Et quia non perſeuerat eadem illa, quæ ſemel cõuenit rei diſpoſitio, (Non enim Petrus eſt ſemper ſedens, aut ſemper loquens, aut exiſtens;) idcircò, ſi ſedente hodie Petro iudicem ipſum ſedere, erit iudicium verum; ſi verò ſurgat Petrus, & perſeueret idem in me iudicium, iam non erit verum, ſed falſum; quia ſeſsio Petri, non cõparatur amplius, vt præſens reſpectu meæ cognitionis, ſed vt præterita, & iudicatur, vt præſens. Cognitio verò diuina menſuratur æternitate, quæ eſt ſupra tempus; & ideò ad eam non comparatur tempus, vt ad rẽ ſub tempore contentam; quamobrem quomodocunque res in ſeipſa mutetur, eandem tamen ſemper retinet habitudinem ad diuinam cognitionẽ; cum ad eã ſemper in qualibet ſui diſpoſitione cõparetur vt præſens, nunquam autem vt præterita, aut futura; & ideo vna, & eadem ſimplicisſima, & æterna, ac vera cognitione nouit Deus omnes ſucceſſiuas rerum mutabilium diſpoſitiones.

dif rei ncia Secundò notandum eſt inter enũciabile, & rem in propoſito eſſe triplicem differẽtiam. Prima eſt, quòd enunciatio eadem perſeuerans modo vera eſt, & modo falſa; & eadem ratione modo ſcibilis, & modo neſcibilis; At verò non poteſt aſsignari vna & eadem res perſeuerans, quæ modo ſit ſcibilis, & modo neſcibilis: Nam, ſi mutetur de eſſe, in non eſſe, iam non manet eadem.

dif Secunda differentia eſt, quòd res, exempli gratia, Chriſti Natiuitas certã habet, in qua exiſtat, temporis differentiam ſibi præſcriptam; enunciatio autem eandem Chriſti Natiuitatẽ ſignificans, vt hæc; Chriſtus naſcitur, nullum cõſignificat determinatum tempus: Nam præſens, quòd ſibi videtur determinare, non in vna aliqua ſingulari, &

A indiuidua temporis parte deſignata, ſed in communi tantùm, & ad modum indiuidui vagi: Quò fit, vt à diuerſis prolata eadem enunciatio, in diſtinctis temporibus, non idem numero conſignificet tempus præſens, ſed tot præſentia tempora, quot ſunt loquentium prolationes; cum ſemper conſignificet illud tempus, in quo profertur, aut etiam concipitur; Et quia non omni tempori, quòd aliquando præſens eſt, adæquatur, ſed vni tantùm idcirco vno tantùm tempore prolata vera eſt; in alijs verò falſa. De re autem longè diuerſa eſt ratio: quoniam ſuæ exiſtentiæ tempus habet determinatum.

B Tertia differentia eſt, quòd veritas enunciabilis ſignificantis actum diuinæ ſcientiæ de aliqua re temporali intelligenda eſt per ordinem ad differentiam noſtri temporis importatam per Verbum, *ſcit*, vel *ſciuit*, aut *ſciet*. Vnde cum dico Deus ſciuit Chriſtum naſciturum, denoto hoc enunciabile verum fuiſſe eo præterito tempore, quo etiam ſignifico Deum illud cognouiſſe. Cum autem dico: Deus ſcit Chriſtum naſciturũ, ſignifico ſimul eſſe hoc præſenti tempore huius enunciabilis veritatem cum diuina ſcientia. Conſtat autem ex dictis enunciabile non poſſe ſemper cuilibet tempori adæquari, & conſequenter non habere ſemper

C veritatem, ſed certo aliquo tempore, cui ſcilicet adæquatur. Ex quo vlterius ſequitur Deum, non omne illud enũciabile modo ſcire, quod antea ſciuit; quia Deus non niſi verum cognoſcit, cum tamen Deus nunc ſciat de quolibet enuntiabili, quo tempore veritatem habeat, & quo tempore falſitatem. Sed cum dicimus Deum rem aliquam cognoſcere, aut cognouiſſe; puta natiuitatem Chriſti, nõ denotamus Chriſti natiuitatem ſimul eſſe cum diuina cognitione in tempore per verbum conſignificato; ſed Chriſti natiuitatem terminare actum diuinæ cognitionis abſolutè, & ſecundùm omnes ſuas conditiones, & circumſtantias eidem notitię

D ab æterno præſentes, & ideo de rebus loquendo quidquid Deus ſciuit, etiam modo ſcit.

Dei ſcientiam ſecundùm ſe inuariabilem poſſe in bono ſenſu in ordine ad enunciabilia dici variabilem.

Tertiò obſeruandum eſt, dupliciter poſſe nos loqui de varietate diuinæ ſcientiæ: Vno modo ex parte actus ſciendi, & hoc modo eſt penitus inuariabilis; tum quia idem eſt, quod diuina ſubſtantia, quæ eſt omnino immutabilis; tum etiam quia menſuratur æternitate, cui ab æterno cognoſcibilium omnium veritates ſunt præſentes. Alio

E modo loqui poſſumus de diuina ſcientia ex parte rerum cognitarum, & hoc modo dicitur variari, non in ordine ad res ſcitas, ſed tantùm quo ad enunciabilia; quæ, cum prius eſſent ſcibilia, facta ſunt neſcibilia; quia de veris effecta ſunt falſa. Vnde, licet Deus ſemper idem enunciabile materialiter cognoſcat, & ab æterno ſciat quo nam tempore veritatem, & quo falſitatem habeat, verũ eſt tamen, quòd eam propoſitionem, quam Deus ſciuit vt verã, modo neſcit vt veram; puta hanc; Chriſtus

Digitized by Google

ſtus naſcitur; quia huic tempori,in quo ſignificatur cognoſci vt verum hoc enunciabile, non adæquatur. Scit tamen Deus illud eſſe verum pro alio tempore. Itaque dicta mutatio nullam ponit in Deo mutationem,ſed in enunciabili tantùm.

Ad cuius euidentiam poſtremò diligenter conſiderandum eſt,in hoc enuntiabili:Deus nunc ſcit Chriſtum naſciturum,preſens tempus per Verbũ, *ſcit*,& per aduerbium, *nunc* importatum poſſe intelligi, aut ex parte cognitionis, aut ex parte rei cognitæ,ſcilicet natiuitatis Chriſtl; ſi ex parte cognitionis,ſic cognoſcit Deus Chriſtum naſciturũ: ſit enim hic ſenſus;nunc eſt illa Dei cognitio, qua nouit Chriſtum naſciturum,pro eo ſcilicet tempore,quo verum erat reſpectu noſtri Chriſtum eſſe naſciturum; quòd ſanè veriſſimum eſt; cum cognitio Dei ſit æterna,& illud etiã tempus, in quo vera fuit illa enunciatio,nimirum: Chriſtus eſt naſciturus,ſit ab æterno præſens diuinæ cognitioni: ſi verò tempus præſens per verbum, *ſcit* importatum intelligatur ſe tenere ex parte rei cognitæ, ſic non cognoſcit Deus nunc Chriſtum naſciturum, ſit enim ſenſus, Deum cognoſcere Chriſtum nunc eſſe naſciturum,quod eſſet falſum cognoſcere; cũ iam natus ſit Chriſtus, nec ſit amplius naſciturus.

Ex quibus primò ſequitur euidenter non eſſe diuinam cognitionem variabilem,ſed rerum omniũ variabilitatem cognoſcere; Secundò ſequitur ſenſus illius propoſitionis Diui Thomæ videlicet: *Non quidquid Deus ſciuit,ſcit,ſi ad enuntiabilia refertur*: Nam,ſi tempus importatum per Verbum, *ſcit*, ex parte ſcientiæ ſe teneat,ſic quidquid Deus ſciuit,modo ſcit; ſenſus eſt enim,quòd de quocunque enuntiabili Deus ſcientiam habuit in tempore nobis præterito, etiam nunc ſcientiam habet, pro illo ſcilicet tempore,in quo eſt verum: nã ſemper eſt diuino conſpectui præſens.Si autem ex parte enuntiabilis ſciti ſe teneat,ſic nõ quidquid Deus ſciuit,ſcit; quia non quodcunque enuntiabile ſciuit eſſe verum in tempore nobis præterito, ſcit verum eſſe in tempore nobis præſenti: Nam ſciuit hoc enuntiabile;Chriſtus naſcetur verum eſſe,antequam Chriſtus naſceretur;non ſcit autem,quòd nunc ſit verum;quia verum non eſt. Et in hoc ſenſu admittit D. Thom. dictam propoſitionem eſſe veram,non autem in priori ſenſu.

Arg. Syluestri. Sed contra reſponſionem ad primam rationem dubitandi argumentatur,Syluester dupliciter: Primò: eadem res numero ſub eſſe,& ſub non eſſe demonſtrari poteſt ad intellectum, puta eſſentia Adæ,maximè ad diuinum; ergo nulla eſt differentia aſsignata inter rem,& enuntiabile. Secundò; quia,licet enuntiabile vt res, ſtet ſub falſitate, & veritate: non tamen vt ſignum veri, vel falſi; ſed eodem modo mutatur quo ad hoc, ipſum, & res ſignificata per ipſum: Nam ex eo,quòd res eſt,vel non eſt,oratio dicitur vera,vel falſa.

Solutio. Ad hæc dicitur,in hoc poſitam eſſe differentiã, quòd enuntiabile formaliter vt ſignum idem perſeuerat quandoque verum, & quandoque falſum; res autem formaliter vt res,non perſeuerat,ita ſcilicet, vt de ea ſit verum ſimpliciter dicere, quòd

A eſt res: Nam ſecluſa exiſtentia remanet res tãtũ ſecundùm quid. Vel dic,quòd de enuntiabili,vt enuntiabile eſt,ideſt vt ſignum eſt, nihil mutatur; at verò de re,vt res eſt, aliquid mutatur, ſcilicet realitas exiſtentiæ. Breuiter dic cum Valentia,quòd Deus eam propoſitionem, quam ſciuit vt veram, modo neſcit vt veram pro hoc tempore,licet ſciat veram pro alio tempore. Ex his patet Molinæ cenſuram non ſolùm veritatis, & recti iudicij metas excedere,ſed etiam obſeruantiæ debitæ normam non tenere.

ARTICVLVS XVI.

B *Vtrum Deus de rebus habeat ſcientiam ſpeculatiuam.*

AD ſextumdecimum ſic proceditur. Videtur, quòd Deus de rebus nõ habeat ſcientiam ſpeculatiuam. Scientia enim Dei eſt cauſa rerum, vt ſupra oſtenſum eſt,* Sed ſcientia ſpeculatiua non eſt cauſa rerum ſcitarum; Ergo ſcientia Dei non eſt ſpeculatiua. Infra q. 34. art. 3 ca. & 12. q. 3 art. 5 primo & 2. ſent. in proh. q. & veri q. 3 art. 3 ca. art. 1 huius quæſt.

C 2 Præterea: Scientia ſpeculatiua eſt per abſtractionem à rebus: quod diuinæ ſcientiæ non competit; Ergo ſcientia Dei non eſt ſpeculatiua.

Sed contra. Omne, quod eſt nobilius, Deo eſt attribuendum; ſed ſcientia ſpeculatiua eſt nobilior, quàm practica, vt patet per Philoſophum in principio metaphyſ.* Ergo Deus habet de rebus ſcientiam ſpeculatiuam. Lib. 1 metaph. cap. 1

Reſpondeo. Dicendum, quòd aliqua ſcientia eſt ſpeculatiua tantùm, aliqua practica tantùm,aliqua verò ſecundùm aliquid ſpeculatiua,& ſecundùm aliquid practica. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quòd aliqua ſcientia poteſt dici ſpeculatiua tripliciter. Primò ex parte rerum ſcitarum, quæ non ſunt operabiles à ſciente,ſicut eſt ſcientia hominis, de rebus naturalibus,vel diuinis. Secundò, quantũ ad modum ſciendi. Vt puta,ſi ædificator conſideret domum diffiniendo,& diuidendo,& cõſiderando vniuerſalia prędicata ipſius. Hoc ſiquidem eſt,operabilia,modo ſpeculatiuo conſiderare, & non ſecundùm quòd operabilia ſunt. Operabile enim eſt aliquid per applicationem formæ ad materiam, non per reſolutionem compoſiti in principia vniuerſalia formalia. Tertiò,quantùm ad finem: Nam intellectus practicus differt fine à ſpeculatiuo,ſicut dicitur in tertiò de animæ. * Intellectus enim practicus ordinatur ad finem operationis; finis autem intellectus ſpeculatiui eſt conſideratio veritatis. Vnde, ſi quis ædificator conſideret,qualiter poſſet fieri aliqua domus, non ordinans ad finem operationis,ſed ad cognoſcendum Lib. 3 de anima

ſcendum tantùm, erit (quantùm ad finem) ſpeculatiua conſideratio, tamen de re operabili; Scientia igitur, quæ eſt ſpeculatiua ratione ipſius rei ſcitæ, eſt ſpeculatiua tantùm. Quæ verò ſpeculatiua eſt ſecundùm modum, vel finẽ, eſt ſecundùm quid ſpeculatiua, & ſecundùm quid practica. Cum verò ordinatur ad finem operationis, eſt ſimpliciter practica: Secũdum hoc ergo dicendum eſt, quòd Deus de ſeipſo habet ſcientiam ſpeculatiuam tantùm: ipſe.n. operabilis non eſt; De omnibus verò alijs habet ſcientiã, & ſpeculatiuam, & practicã. Speculatiuam quidem, quantùm ad modum. Quicquid enim in rebus nos ſpeculatiuè cognoſcimus diffiniendo, & diuidendo, hoc totum Deus multò perfectius nouit; Sed de his, quæ poteſt quidem facere, ſed ſecundùm nullum tempus facit; non habet practicam ſcientiam, ſecũdùm quod practica ſcientia dicitur à fine. Sic autem habet practicam ſcientiam de his, quæ ſecundùm aliquod tempus facit. Mala verò, licèt ab eo non ſint operabilia, tamen * ſub cognitione
711. 479.
practica ipſius cadunt, ſicut & bona, inquantùm permittit, vel impedit, vel ordinat ea, ſicut & ægritudines cadunt ſub practica ſcientia medici, inquantùm per artem ſuam curat eas.

Ad primum ergo dicendum, quòd ſcientia Dei eſt cauſa, non quidem ſuiipſius, ſed aliorum. Quorundam quidem actu, ſcilicet eorũ, quæ ſecundùm aliquod tempus fiunt. Quorũdam verò virtute, ſcilicet eorum, quæ poteſt facere, & tamen nunquam fiunt.

Ad ſecundum dicendum, quòd ſcientiam eſſe acceptam à rebus ſcitis, non per ſe conuenit ſcientiæ ſpeculatiuæ, ſed per accidens, inquantùm eſt humana. Ad id verò, quod in contrarium obijcitur, dicendum, quòd de operabilibus perfecta ſcientia non habetur, niſi ſciantur inquantùm operabilia ſunt: Et ideò, cum ſcientia Dei ſit omnibus modis perfecta, oportet, quòd ſciat ea, quæ ſunt à ſe operabilia, inquantùm huiuſmodi, & non solùm ſecundùm quòd ſunt ſpeculabilia; Sed tamen non receditur à nobilitate ſpeculatiuæ ſcientiæ; quia omnia alia à ſe, videt in ſeipſo. Seipſum autem ſpeculatiuè cognoſcit, & ſic in ſpeculatiua ſuiipſius ſcientia, habet cognitionem, & ſpeculatiuam, & practicam omnium aliorum.

Ratio ordinis, & ſenſus quæſiti.

IN hoc vltimo articulo tractat S. Thomas modum diuinę ſcientiæ eidem conuenientẽ, quatenus reſpicit obiectum, tam principale, quod eſt diuina eſſentia, quàm ſecundarium, quod eſt creatura facta, aut factibilis; Supponit ergo hic

A articulus omnes præcedentes, atque ideo poſtremus ei inter omnes debetur locus.

Forma Textus.

SAnctus Thomas præmittit primò diſtinctionem. Secundò reſpondet duabus concluſionibus. Tertiò ſoluit tacitam obiectionem.

Quo ad primum diſtinctio eſt. Aliqua ſcientia eſt ſpeculatiua tantùm, aliqua practica tantùm, aliqua verò ſecundùm aliquid ſpeculatiua, & ſecundùm aliquid practica. Probatur hæc diſtinctio: Scientia dicitur ſpeculatiua tripliciter, ſcilicet ex obiecto, ex modo, & ex fine; ergo quædam ſcientia eſt ſpeculatiua tantùm, quæ-
B *dam practica tantùm, & quædam ſecundùm aliquid ſpeculatiua, & ſecundùm aliquid practica. Antecedẽs declaratur, & probatur per ſingula membra, & primò quoad primum, videlicet, quòd quædam ſcientia ſit ſpeculatiua ex obiecto: Quoniam ſcientia illa eſt ſpeculatiua ex obiecto, cuius obiectum, vel res ſcitæ non ſunt operabiles à ſciente, ſicut ſcientia, quam habet homo de rebus naturalibus, puta de cælo, & elementis, vel de rebus diuinis, puta de Deo, de Chriſto, de beatitudine ſanctorum. Secundò probatur, & manifeſtatur quoad ſecũdum membrum, videlicet, quòd quædam ſcientia ſit ſpeculatiua ex modo: Ea ſcientia eſt ſpeculatiua ex modo; quæ operabilia modo ſpeculatiuo conſiderat, & non*
C *ſecundùm quòd operabilia ſunt; ſed aliqua ſcientia conſiderat operabilia modo ſpeculatiuo, & non ſecundùm quòd operabilia ſunt; ergo quædam ſcientia eſt ſpeculatiua ex modo. Probatur maior: quoniam operabile eſt aliquid per applicationem formæ ad materiam non per reſolutionem compoſiti in principia vniuerſalia formalia, quæ reſolutio fit per conſiderationem rei modo ſpeculatiuo, quod manifeſtatur exemplo, quo probatur etiam minor propoſitio: Nam, ſi ædificator conſideret domum diffiniendo, & diuidendo, & cõſiderando vniuerſalia prædicata ipſius, tunc rem operabilem conſiderat modo ſpeculatiuo, et reſoluit eam in ſua principia vniuerſalia formalia. Tertiò probatur quo ad tertiam*
D *partem: Intellectus practicus differt fine à ſpeculatiuo hoc pacto, quòd intellectus practicus, ordinatur ad finẽ operationis, intellectus autem ſpeculatiuus ad conſiderationem veritatis; ſed quædam ſcientia eſt, quæ à ſciente non ordinatur ad operationem; ergo quædam ſcientia eſt ſpeculatiua ex fine. Maior probatur auctoritate Ariſtotelis in tertio de anima, tex. 49. deinde manifeſtatur exemplo ædificatoris: Nam, ſi quis ædificator cõſideret qualiter poſſet fieri aliqua domus non ordinans ad finem operationis, ſed ad cognoſcendum tantùm, erit quantùm ad finem ſpeculatiua conſideratio, tamen de re operabili. Minor autem manifeſta eſt ex eodem exemplo; Itaque verum eſt illud antecedens, videlicet, quòd*
E *ſcientia dicitur ſpeculatiua tripliciter, ſcilicet ex obiecto, ex modo, & ex fine: Conſequentia verò, nimirum inde ſequi quandam ſcientiam eſſe ſpeculatiuam tantùm, quandam practicam tantùm, &c. probatur; quia ſpeculatiua ex obiecto eſt ſpeculatiua tantùm, ſpeculatiua verò ex modo tantùm, aut ex fine tantùm, eſt ſecundùm quid ſpeculatiua, & ſecundùm quid practica, quæ verò ordinatur ad finem operis, eſt practica tantùm, ſiue ſimpliciter.*

Quo ad ſecundum. Prima concluſio eſt. Deus de ſe-

i;ſo habet ſcientiam ſpeculatiuam tantùm. Probatur: Deus non eſt operabilis; ergo de ſeipſo habet ſcientiam ſpeculatiuam tantùm Antecedens patet. Conſequentia etiam patet ex ſupradictis.

Secunda concluſio. Deus de omnibus alijs habet ſciētiam ſpeculatiuam, & practicam, Declaratur primò, et probatur quo ad primam partem: deinde declaratur, et probatur quo ad ſecundam partem. Quo ad primam partem declaratur quòd intelligitur de ſcientia ſpeculatiua, quo ad modum; Deinde probatur: Quidquid nos in rebus ſpeculatiuè cognoſcimus diffiniendo, & diuidendo, hoc totum multo perfectius nouit Deus; ergo. Quoad ſecundam verò partem declaratur diſtinguendo alia à Deo: Nam quædam ſunt, quæ Deus poteſt facere, ſed ſecundùm nullum tempus facit; quædam verò ſunt, quæ ſecundùm aliquod tempus facit. De primis non habet Deus practicam ſcientiam, ſecundùm quòd practica ſcientia dicitur à fine; de ſecundis verò Deus habet practicam ſcientiam ſimpliciter; non probatur hæc pars; quoniā relinquitur nota ex dictis. Si enim ſunt aliqua, quæ poteſt Deus facere; & nunquam faciet; ergo ſcientia Dei reſpectu eorum nullum habet ordinem ad opus; è contra verò, ſi aliqua ſunt, quæ Deus facit ſecundùm aliquod tempus; ergo ſcientia Dei reſpectu eorum ordinem habet ad operationem, & ſic eſt practica.

Quoad tertium. Obiectio eſt; Quia mala non facit Deus, neque ſunt de numero factibilium, aut factorum à Deo; quomodo ergo hæc ad ſcientiam practicam ſpectabunt?

Reſponſio eſt, quòd mala cadūt ſub ſcientia practica; non quia à Deo fiant, ſed inquantùm permittit, vel impedit, vel ordinat ea. Manifeſtatur exemplo: ſicut ægritudines cadunt ſub ſcientia practica medici, inquantū per artem ſuam curat eas.

Expoſitio Textus.

Circa primam concluſionem aduerte, q Deus ſeipſum dupliciter contemplatur. Vno modo abſolutè, ſiue vt ſummum verum, & ſummum ens: Alio modo relatiuè, ſiuè vt vltimus finis, & ſummum bonum, priori modo eſt obiectum ſcientiæ ſpeculatiuæ; ſed poſteriori modo eſt obiectum ſcientiæ practicæ, cuius eſt propter finem operari, vel dirigere opus ad finem, à quo ſumitur prima regula operis.

Reliqua, quæ ad huius articuli commentarium pertinent, oportunè fuerunt à nobis ſuperius explicata in duabus Controuerſijs ad quartum articulum primæ quæſtionis.

QVAESTIO XV.

De Idæis, in tres articulos diuiſa.

Poſt conſiderationem de ſcientia Dei, reſtat conſiderare de Idæis. Et circa hoc quæruntur tria.

Primò. An ſint idææ.

Secundò. Vtrum ſint plures, vel vna tantùm,

Tertiò. Vtrum ſint omnium, quæ cognoſcuntur à Deo.

Ratio ordinis huius quæſtionis ad præcedentem, & articulorum eius inter ſe.

In quæſtione præcedente D. Tho. exactè diffiniuit ea, quæ ad diuinam ſcientiam attinent, quatenus ſpeculatiua, & practica eſt; nunc autem agit de quadam ſpeciali ratione obiecti ſcientiæ practicæ; hæc autem eſt Idęa; quę eſt forma quædam obiecta intellectui practico intra ipſum exiſtens. In hac quæſtione ſunt tres articuli artificiosè diſpoſiti: nā in primo quęritur, an ſint Idææ; ſed quoniam omnis quæſtio eſt quæſtio medij, ideo ad probandum Idęas eſſe vtitur Sanctus Thom. pro medio ipſo quid eſt Idęę: Vnde in primo articulo tractatur ſimul an ſit, & quid ſit Idęa, in ſecundo autem quęrit de pluralitate, quod ſpectat ad modū eſſendi; in tertio tractat de eadem pluralitate magis in ſpeciali.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Idææ ſint.

Ad primum ſic proceditur. Videtur, quòd idææ non ſint. Dicit enim Dion.* 7. cap. de diu. nom. quòd Deus non cognoſcit res ſecundùm idęam; Sed idææ non ponuntur ad aliud, niſi vt per eas cognoſcantur res; Ergo idææ non ſunt.

2 Præt. Deus in ſeipſo cognoſcit omnia, vt ſupra * dictum eſt; ſed ſeipſum non cognoſcit per idæam; Ergo nec alia.

3 Pręterea: Idæa ponitur, vt principium cognoſcendi, & operandi; ſed eſſentia diuina eſt ſufficiens principium cognoſcendi, & operandi omnia; non ergo neceſſe eſt ponere Idæas.

Sed contra eſt, quod dicit Auguſt. * in lib. 83. qu. Tanta vis in Idæis conſtituitur, vt niſi his intellectis, ſapiens eſſe nemo poſsit.

Reſpondeo. Dicendum, quòd neceſſe eſt ponere in mente diuina idęas. Idæa enim græcè, latinè forma dicitur. Vnde per idęas intelliguntur formæ aliarum rerum pręter ipſas res exiſtentes. Forma autem alicuius rei præter ipſā exiſtens ad duo eſſe poteſt: vel vt ſit exemplar eius, cuius dicitur forma; * vel vt ſit principiū cognitionis ipſius, ſecundùm quòd formæ cognoſcibilium dicuntur eſſe in cognoſcente. Et quantùm ad vtrumq; eſt neceſſe ponere idęas, quod ſic patet. In omnibus enim, quæ non à caſu generantur, neceſſe eſt formam eſſe finē generationis cuiuſcunque. Agens autem non ageret propter formam, niſi inquantùm ſimilitudo formæ eſt in ipſo. * Quod quidem contingit dupliciter. In quibuſdam enim agentibus præexiſtit forma rei fiendæ ſecundùm

dùm eſſe naturale,ſicut in his, quæ agunt per naturam,ſicut homo generat hominē, & ignis ignem. In quibuſdam verò ſecundùm eſſe intelligibile,vt in his,quæ agunt per intellectū; ſicut ſimilitudo domus præexiſtit in mente ædificatoris. Et hæc poteſt dici idæa domus; quia artifex intendit domum aſsimilare formæ,quàm mente concepit; Quia igitur mundus nō eſt caſu factus,ſed eſt factus à Deo per intellectum agentem, (vt infra patebit) neceſſe eſt,quòd in mente diuina ſit forma,ad ſimilitudinem cuius mūdus eſt factus. Et in hoc cōſiſtit ratio idææ.*

36.art.1 97 236

3.3. me .à tex. vſque fin. lib. 3.

Ad primum ergo dicendum,quòd Deus nō intelligit res ſecundùm idæam extra ſe exiſtētem,& ſic etiam Ariſt. * improbat opinionem Platonis de idæis, ſecundùm quod ponebat eas per ſe exiſtentes,non in intellectu.

Ad ſecundum dicendum, quòd licet Deus per eſſentiam ſuam ſe, & alia cognoſcat,tamen eſſentia ſua eſt principium operatiuum aliorum,nō autem ſuiipſius; ideo habet rationem idææ, ſecundùm quòd ad alia comparatur; non autem ſecundùm quòd comparatur ad ipſum Deum.

Ad tertium dicendū, ꝙ Deus ſecundùm eſſentiam ſuam eſt ſimilitudo oīum rerū. Vnde idæa in Deo nihil eſt aliud,quā Dei eſſentia.

SEnſus huius quæſiti patet ex dictis, & magis explicatur etiam in corpore.

Forma Textus.

COnclusio eſt. Neceſſe eſt ponere Idæas in mente diuina. Probatur: per Idæas intelliguntur formæ aliarum rerum præter res ipſas præexiſtentes in intellectu ſecundùm eſſe intelligibile, vt ſint principia cognitionis, & rerum agēdarum exemplaria; ſed neceſſe eſt, quòd in mente diuina ſit forma, ad cuius ſimilitudinem mundus eſt factus; ergo neceſſe eſt eſſe Idæas in mente diuinæ. Maior probatur ex differentia inter agens naturale, & agens per intellectum; quia in omnibus, quæ nō à caſu generantur, neceſſe eſt formæ ſimilitudinem eſſe in agente; quia forma eſt finis generationis, & agens non ageret propter formam, niſi inquantùm ſimilitudo formæ eſt in ipſo, quod dupliciter contingit, vt patet in textu; in quo explicatur differentia inter agens naturale, & agens per intellectum, minor probatur; quia mundus non eſt factus à caſu, ſed eſt factus à Deo per intellectum agentem.

Expoſitio Textus.

QVis primus Idæales rationes excogitauerit, aut de eis diſputauerit, vel Idææ nomen adinuenerit, quæ fuerit Platonis, & aliorum antiquorum ſententia de Idæis, quanta denique ſit Idæarū certitudo, docent hic plures ex moderniſ expoſitoribus, ad quos lectorem remittimus.

Controuerſia vnica.

Quid ſit Idæa, & cui nam conueniat Idææ ratio.

Sententiæ Expoſitorum.

VAſquez dicit quatuor. Primum: Verbum in mente artificis non eſt idæa, ſed obiectum ipſum, quod ſibi proponit imitandum, eſt idæa. Secundum, ſi eadem omnino res fienda eſſet in mente artificis apprehenſa, illa non eſſet idæa. Tertiū: eſſentia diuina, quatenus repræſentat creaturas, vt earum cognitio, ſeu verbum eſt idea. Quartum. S. Thomas, Caietanus, Ferrarienſis primo contra gent. eaq; cap. 54. & alij recentiores Thomiſtæ docent, eatenus eſſentiæ diuinæ conuenire rationem idææ, quatenus eam Deus intelligit, vt imitabilē à creaturis, non tamen, vt habet rationem verbi; additque Caietanum affirmare accidentariū omnino eſſe eſſentiæ diuinæ intrinſecè exiſtere in ipſo Deo, vt veram habeat rationem idææ. Vaſquez.

Molina dicit quatuor. Primum eſt, idæam non eſſe verbum mentis. Secundum, non eſſe de ratione idææ, vel exemplaris, quòd ſit quid diſtinctum à re, cuius eſt exemplar, probat: quoniam, ſi Deus artifici infunderet cognitionem eiuſdem numero artificiati, quod producturus eſt, illud artificiatū ita præconceptum eſſet idæa ſuiipſius, quando pducitur. Tertium, in artificibus creatis idæam eſſe ſolere non naturam rei producendæ præconceptam, ſed exemplar ab ea diſtinctum, probat: qm̄ artifices non præconcipiunt illud idem artificiatum, quod producūt, cum neſciant, quidnam illud in ſingulari futurum ſit; quoniā id pendet ex determinatis circumſtantijs temporis, actionis, & alijs indiuidualiter ſumptis. Quartum eſt, idæam artificis creati non neceſſariò eſſe principium cognoſcendi, & efficiendi rem, quæ ad ipſius imitationem eſt producenda: nam, vt paulò ante dicebat, idæa non poteſt eſſe ratio, qua artifex cognoſcat artificiatum, quod eſt producturus: Sed quoniam cognitio, quæ de exemplari, ſiue idæa habetur, dirigit potentiam executiuam ad opus, ideo dicitur idæa principium efficiens rerum, quæ ad illius imitationem producuntur; Et quia idæa non influit per ſe immediatè in effectum, ſed media cognitione; ideò eſt principium efficiens morale, & ſecundùm hunc modum efficiendi (inquit) non eſt inconueniens, quòd idem, vt præconceptum ſit cauſa ſui ipſius. Poſtremò ait, eſſentiam diuinam, vt antecedit cognitionem creaturarum, eſſe idæā reſpectu intellectus Diuini, quam creaturæ poſsūt imitari, & in qua inſpicitur à Deo modus, quo poteſt eas producere, antequam eas vt tales, & tales appræhendat. Molina.

Suarez. Diſputatione Metaphyſ. 25. ſect. 1. dicit quatuor. Primum eſt: exemplar, ſiue idæa creata, aut increata non eſt res obiectiuè exiſtens in mente artificis, ſiuè eadem, quam facturus eſt, vt videtur dixiſſe Sanctus Thomas de Verit. quæſt. tertia, articulo tertio, & Scotus in primo ſentent. diſtinct. 35, quæſt. 1, ſiue alia à formali conceptu diſtin- Suarez.

ſtincta, ad cuius imitationem alteram facit. Secũdum. Exemplar eſt formaliter in intellectu tanquàm conceptus formalis practicus rei efficiendæ. Tertium: non eſt de ratione exemplaris vt ſic, ſeu quã tùm ad eſſe eius, quòd ſit actu, & directè cognitũ, vt obiectum quod. Quartum: exemplaris cauſa pertinet ad cauſam efficientem.

Peſantius

Peſantius nouiſsimus expoſitor dicit tria. Primum eſt: Caietanus, Ferrarienſis, & alij Thomiſtę communiter dicunt in Deo idęam formaliter, & propriè eſſe diuinam eſſentiam, vt in re imitabilis eſt à creaturis, prout eminenter continet omnẽ perfectionem creaturarum. Secundum. D. Thom. docet diuinam eſſentiam eſſe idæam tantùm in ratione principij cognoſcendi, non autem in ratione exemplaris, niſi imperfectè. Tertium. Sententia eſt Sancti Thomæ, & Scoti idęam in mente diuina eſſe res ipſas obiectiuè exiſtentes in diuino intellectu. Quid verò ſentiant D. Thomas, Capreolus, Caietanus, & alij Thomiſtæ communiter, ex ſtatim dicendis apparebit.

Reſolutio.

Idæam ſecundùm D. Thom. realiter diſtingui ab idæato, & eſſe in mente.

PRincipio inueſtiganda eſt diligenter mens S. Thomæ ex varijs illius doctrinæ locis, in quibus de idæis copioſè diſſeruit. Inuenio autem ſeptem de idæis apud eum in communi pronunciata. Primum eſt, idæas eſſe formas aliarum rerum præter ipſas res exiſtentes. Secundum, idæas eſſe principia cognitionis, ſecundùm quòd formæ cognoſcibiliũ dicuntur eſſe in cognoſcente eius mente conceptæ: quæ non tantùm ſunt principium, ſed etiam terminus, & obiectum intellectionis, & ab eo intellectæ. Tertium, idæas eſſe earum rerum exemplaria, quarum dicũtur formæ. Quartũ, ideas eſſe principia operatiua, per quæ ſcilicet artifex efficit artificiata. Quintum, idæam habere rationem finis. Sextum, idæam dupliciter dici; Vno modo de forma rei imitatæ, alio modo de forma in intellectu concepta. Septimum eſt, idęam vtroque modo ſumptam ſic diffiniri. Idęa eſt forma, quam aliquid imitatur ex intentione agentis determinãtis ſibi finem. Primum habetur in hoc articulo, & alibi ſæpè. Secundum habetur in hoc, & ſequenti articulo, & apertius de Verit. quæſt. 3. art. 2. Tertium in hoc articulo; & alibi ſæpè. Quartum habetur ex hoc articulo ad ſecundum, & articulo 3. ad 4. & de verit. quæſt. 3. art. 3. & 7. Quintum de veritate, eadem quæſt. art. 1. Sextum ibidem art. 1. 2. & 7. Præter hæc communia habentur etiam tria de idæis in creatis. Primum eſt, idęas non eſſe extra Deum, ſed eſſe in mente diuina. Secundum, eſſentiam diuinam eſſe idęam creaturarum, non vt eſſentia eſt, ſed quatenus à Deo intelligitur, prout eſt participabilis ſecundùm aliquem modum ſimilitudinis à creaturis, & vt propria ratio ſingularum. Tertiũ, idęas in Deo eſſe principia factio-

A nis rerum, & exemplaria, ac principia cognitionis. Primum habetur in hoc, & ſequenti articulo. Secundum in art. 2. & de verit. quæſt. 3. articulo 2. Tertium in hac quæſt. artic. 3. Hæc autem omnia, quæ de idæis, tam in communi, quàm in ſpeciali notauimus ex S. Thoma, ſunt ſingulatim accuratè conſideranda, vt appareat luce ipſa Solari ſplendidior Sãcti noſtri Doctoris Angelici, ac Thomiſtarum omnium communis ſententia, ſunt enim hæc determinandæ veritatis ſolida fundamenta, ac propriæ inueſtigandę quidditatis origines.

Inchoando igitur à primo Sancti D. aſſerto de idæis in communi, nimirum idæas eſſe formas a-
B liarum rerum præter ipſas res exiſtentes. Hoc ipſo, quòd ait illas aliarum rerum formas eſſe præter res exiſtentes, ſuam ſententiam diſtinguit ab opinione Scoti dicentis, idæas diuinas nõ eſſe formas præter res ipſas exiſtentes, ſed ipſaſmet res obiectiuè exiſtentes in diuino intellectu, vt ab eo fiendę, vel factæ. Pręterea declarans Sanctus Doctor, quæ ſit hęc forma rei pręter rem exiſtens, ait; *Sicut ſimilitudo domus præexiſtit in mente ædificatoris, & hæc poteſt dici idæa domus; quia artifex intendit domum aſſimilare formæ, quam mente concepit;* Quibus verbis manifeſtè ſignificat diſtinctionem idææ à re idęata. Tertiò, quia ſanctus Thomas eo-
C dem modo loquitur de forma præexiſtente in agẽte naturali, & de forma, præexiſtente in agente per intellectum, quę eſt idęa, & vtramque appellat ſimilitudinem, & finem generationis; cõſtat autem in agente naturali eſſe aliã numero formam à forma rei genitæ; ergo etiam in agentibus per intellectum forma, quæ eſt idęa, erit alia numero à forma rei, & ab ipſa re idæata; quod euidentius expreſſit idem Sanctus Doctor de verit. quæſt. 3. artic. 1. & ſecundo, vbi ait agens intellectuale facere aliquid ad imitationem alterius, ſcilicet formæ idęalis, & artic. 3. ex cauſalitate ſignificat diſtinctionem, & ibidem ad tertium, & quintum eam
D indicat manifeſtius.

Opinio Scoti.

Secundum dictum D. Thomæ erat, idæas eſſe principia cognitionis, non præciſè, ſed ſimul terminos, & obiecta; qua dicendi forma ſignificat idæam idem eſſe, quod verbum intellectus, additis alijs ad rationem idęę requiſitis. Verbo namque conuenit eſſe ſimul principium, terminum, & obiectum intellectionis; vt patet ex ijs, quæ docet Caietanus infra quęſt. 27. artic. primo, & ibidem alij Thomiſtæ, & habetur expreſsè à Diuo Thoma, de verit. quæſt. 4. art. 2. & q. 3. art. 2. Dico autẽ verbum eſſe principium cognitionis ea ratione, qua terminatur ad obiectum, non autem prout elicitur ab intellectu. Vel dicas, eſſe principium for-
E male, & completiuum, non autem effectiuum, ex quo ſequitur ideas non tantùm obiectiuè, ſed etiam ſubiectiuè eſse in mente; nam vtroque modo conceptus, ſiue verbum eſt in intellectu.

Tertiũ dictum erat; ideas eſse earum rerũ exẽplaria, quarum dicuntur formæ. Ex hoc etiam dicto colligitur diſtinctio numeralis idęę ab idæato: nam nihil eſt ſui ipſius exemplar: dicuntur autem

autem idææ formæ, non ipſius agentis, licet in ipſo ſint ſecundùm eſſe intelligibile, ſed aliarum rerum, earum ſcilicet, quæ ad earum ſimilitudinem formantur; quia exemplar vt ſic, ordinem habet cauſalitatis formalis (extrinſecæ tamen) ad exemplatum, non autem ad artificem: nã licet eius intellectum informet, non comparatur tamen ad illũ, vt eius exemplar, vel idæa formaliter, quod eſſet comparari ad ipſum, vt ad ideatum; ſunt igitur idææ rerum agẽdarum ſimilitudines exemplares.

Ad cuius euidentiam obſeruandum eſt, duplicem eſſe ſimilitudinem; quędam enim eſt inter ea, quæ ſunt eiuſdem ordinis; & hæc eſt eiuſdem rationis ex parte vtriuſque extremi; & hæc non adiuuat, ſed minuit rationem repræſentationis, & exemplaris; quia nõ eſt maior ratio repræſentationis, & exemplaris, ex parte vnius, quàm alterius: Quædam alia ſimilitudo eſt, cuius extrema non ſunt eiuſdem ordinis; & ideo in vno extremo ſimilitudo eſt ſecundùm eminentiã, in altero verò eſt, quatenus ad alterius quodammodo naturam trahitur, & illi aſſimilatur: Et hæc ſimilitudo per eminentiam ea eſt, quæ conſtituit rationem exemplaris, & idææ; trahit enim idæa ad ſui ſimilitudinem idæatum, tanquã ad aliquid ſuperius: Et ideò quo repręſentatio fuerit eminentior perfectiorem conſtituet in forma repræſentante rationem exemplaris, & idææ: Cum igitur eſſentia diuina, etiam antequam à nobis concipiatur in ratione verbi eſſentialiter dicti, perfectiones omnes creaturarum in ſe contineat eminenter, & eas, tanquam actus perfectiſsimos, tam in genere entium, quàm in genere intelligibilium repræſentet diſtinctiſsimè ex parte rerum repræſentatarum, conſequens eſt, vt ſecundùm hanc rationem, verè ſit, & dicatur idæa, quamuis, vt ſic nõdum intelligatur vltimum habere complementum, vt infra demonſtrabitur.

Ex his ſequitur, idæam, quæ in Deo eſt, non eſſe eiuſdem rationis cũ creatura, ſi conſideretur idæa, prout eſt ſimilitudo eminens, & repræſentans diſtinctè ſolùm ex parte repræſentatorum, & vt eorum principium: Sic enim eſt forma, qua Deus, vt æquiuoca cauſa res producit: Si verò conſideretur idæa, quatenus diſtinctè repræſentat, etiã ex parte repræſentãtis, ſic eſt propria ratio rei, quam repræſentat, vt in articulo ſequenti declarabitur: perfectio tamen idææ, propriè, & ſecundum rem attẽditur penes eminentem illam ſimilitudinem, qua res diſtinctè repræſentat ex parte rerum repræſentatarum: diſtinctio namque ex parte repræſentantis ſit per relationes rationis ad creaturas, vt ait Sanctus Doctor in articulo ſequenti; ſed ante oẽm relationem rationis, imò, antequàm intelligatur eſſe ſpecies, aut verbum intellectus diuini, prædictam habet eminentem ſimilitudinem, ac proinde etiam imitabilitatem fundamentalem, & radicalem, quamuis completè non habeat, nec exerceat rationem idææ, niſi quando cõcipitur à Deo, vt imitabilis in actu exercito, vt infra declarabitur.

A *Idea triplicem conuenire cauſalitatem, ſcilicet efficientem, formalem, & finalem.*

QVartum dictum erat, idæas eſſe principia operatiua, per quæ ſcilicet artifex efficit artificiata: cuius oppoſitum videtur dicere Caietanus in hoc articulo dum ait, idæam non ſignificare formam, qua agens agit, ſed quam agens concipit, ad cuius ſimilitudinem operatur, & non qua operatur; Sanctus Thom. autem in dicta quæſt. 3. de verit. artic. ſecundo ait formam, quæ eſt idæa, ſe habere vt intellectum, quo intelligens aliquid operatur: vndè etiam verbũ practicum, quod eſt B Idęa, Sanct. Thom. quandoque artem appellat, vt in primo ſent. diſt. 32. quæſt. 1. art. 3. ad ſecũdum; vbi duplicem artis proceſsum diſtinguit; ſcilicet artis à corde artificis, & artificiatorum ab arte; ars autem procedit à corde artificis, vt verbum, & idæa, & infra quęſt. 45. art. 6. habentur hęc verba. *Artifex per verbum intellectu conceptum, & per amorem ſuæ voluntatis ad aliquid relatum operatur, vnde & Deus Pater operatus eſt creaturam per verbũ ſuum.* Itaque de mente S. Thomæ idæa eſt principium operatiuum, quo agens agit, & conſequẽter ſecundùm hoc pertinet reductiuè ad genus cauſæ efficientis, vt etiam probat Syluester de mente Sã- C cti Thomæ, & Suarez loco ſuperius allegato. An autem, & quomodo poſsit Caietanus cum D. Tho. cõciliari, dicemus inferius. S. Thom. Syluester. Suarez.

Quintum dictum erat, idæam habere rationem finis, quod eleganter explicat S. Thom. in tertio cõtra gentes, capit. 19. dicens. *Res omnes creatæ ſunt quædam imagines primi agentis, ſcilicet Dei: agens enim agit ſibi ſimile; perfectio enim imaginis eſt, vt repræſentet ſuum exemplar per ſimilitudinem ad ipſum; ad hoc enim imago conſtituitur; ſunt igitur res omnes propter diuinam ſimilitudinem conſequendam, ſicut propter vltimum finem, hæc ibi.* S. Thom.

D Ex quibus apparet, exemplar ex propria ratione formali, qua exemplar eſt, eſſe proximum fundamentum cauſalitatis finalis: nam forma intelligibiliter concepta, ſiue cõceptus intelligibilis formæ, ex ratione exemplar eſt, quæ eſt forma rei præter rem exiſtens, ad cuius imitationem aliquid factum, aut fiendum eſt, vel fieri poteſt, & ex hoc ipſo habet etiam rationem finis, cum perfectio, & bonitas exemplati tunc ſit completa, quando perfectam cõſequitur exemplaris ſimilitudinem, ibidem etiam affirmat S. D. de Ver. q. 3. art. 1. in corpore: Vnde, quemadmodum forma intrinſeca in idem numero coincidit cum fine, licet alia ſit ratio finis, & alia formæ; ita forma extrinſeca, quæ E eſt exemplar, ſiue idæa, in idem numero coincidit cum fine, licet alia ſit ipſius cauſalitas, vt exẽplar, & alia, vt finis: Nam illa formaliter conſiſtit in cõformitate, ſiue ſimilitudine, aut imitatione formali, ſecundùm quam media agentis efficientia vna forma eſt ex alia formaliter deducta, quæ deductio formaliter eſt ipſa formalis imitatio: hæc verò, nẽpè cauſalitas finalis in eo poſita eſt, quòd illa formalis imitatio perfectio, & bonitas quædã eſt ab agente per intellectum apprehenſa illius appeti-

A

Suarez nõ attigit cauſalitatem finalẽ ideę

petitum mouens ad deſiderandum, & efficiendũ ipſam imitationem, ſiuè ſimilitudinem ad exemplar; Ex quo apparet Suarezium non benè attigiſſe cauſalitatem finalem exẽplaris; cum vbi ſupra neget conformitatem exemplati ad exemplar eſſe intentam vt finem ab agente, cuius oppoſitum diſertis verbis affirmat S. Thom. loco paulò ante relato. Ex quo ſequitur idæas triplicem habere cauſalitatem, nimirum effectiuam, formalem, & finalem; Sed obſeruandum, cauſalitatem effectiuã non conuenire exemplari, ea ratione, qua exemplar eſt, ſed quatenus forma eſt informans agentem, & eum in actu conſtituens, vt proximè ſit potens agere ſibi ſimile ſecundùm illam formam;

B

quod commune eſt omnibus agentibus, etiam naturalibus; vt verò eadem forma rationem habeat exemplaris, oportet vt ad ipſius imitationem aliquid fiat per ſe, ideſt ex intentione agentis determinantis ſibi finem, vt ait S. Thom. de verit. quæſt. tertia, articulo primo.

S. Thom.

Propoſitis ſententijs Caietani, Capreoli, & Ferrar. explicatur eſſe obiectiuum idææ, & conciliantur ſententiæ.

C

SExtum dictum erat idæam, ſiue exemplar dupliciter dici. Vno modo de forma rei imitatę; alio modo de forma in intellectu cõcepta, ideſt de verbo, quod etiam repetit S. Thom. infra quæſt. 44. artic. 3. ad quem locum erit iterum paulò inferius recurrendum. Neutra tamen forma verè poteſt exemplar nuncupari, niſi quatenus in intellectu eſt obiectiuè; nam, vt ſcitè hic ait Caietanus, de ratione exemplaris eſt, vt ſit formatiuum medio agente per intellectum; quòd verò ita formatiuum eſt, per ſe vendicat ſibi eſſe in intellectu. Vnde proprius neceſſarius, ac per ſe eſſendi modus ipſius exemplaris, ſiue idææ eſt eſſe in mente, reliqui verò eſſendi modi per accidens conueniunt exemplari abſolutè loquendo.

Caiet.

D

Verùm cum eſſe in intellectu obiectiuè contingat dupliciter: Vno modo, vt obiectum intrinſecum intellectus, ſicut verbum: Alio modo, vt obiectum extrinſecum, ſiue vt res verbo repræſentata, & exemplar, vt eſt forma rei imitatę ſit in intellectu obiectiuè, hoc ſecundo modo, vt autem exemplar ſumitur pro verbo, ſiuè forma concepta ſit in intellectu obiectiuè priori modo, ſcilicet, vt obiectum intrinſecum, meritò dubitatur, quod eſſe obiectiuum per ſe, & neceſſariò conueniat exemplari: nam Caietanus in hoc primo articulo videtur loqui de eſſe obiectiuo poſteriori modo, ſcilicet ad modum obiecti extrinſeci, ſiuè rei per verbum repræſentatę: nã docet hoc

E

eſſe obiectiuum non eſſe niſi relationem rationis in communi loquendo, quo res denominatur intellecta, licet in Deo, qui omnes eſſendi modos eminentiſſimè continet, ſit eſſe naturale ipſius diuinæ eſſentiæ: Conſtat autem, quòd eſſe obiectiuè in intellectu vt obiectum intrinſecum, eſt eſſe reale, vt ipſemet Caietanus, docet infra quæſt. 27. art. primo; Igitur Caietanus videtur, ſatis apertè ſignificare illud eſſe obiectiuum, quod neceſſarium eſt

A

ad rationem exemplaris eſſe relationem rationis, & conſequenter exemplar per ſe loquendo ſignificare formam extrinſecam intellectui obiectam, ad cuius imitationem aliquid formatur; vnde de idæis diuinis loquens ait eſſe ipſam diuinam eſſentiam vt obiectam intellectui, *quod eſſe obiectiuum* (inquit) *non eſt eſſe diminutum, aut rationis, ſed eſt eſſe naturale ipſius diuinæ eſſentiæ propter eius eminentiam*. Quibus verbis ſignificat ſe de illo eſſe obiectiuo loqui, quod in communi dixit eſſe ens rationis, hoc autem non eſt eſſe verbi, ſiue conceptus ſed eſſe rei repræſentatę per verbum; Videtur igitur, quòd ſecundùm Caietanum diuina eſſentia,

B

vt diuerſimodè imitabilis à creaturis, & ſic obiecta diuino intellectui ſit idęa, non autem vt habet rationem verbi eſſentialiter dicti. Sed idem expoſitor in articulo ſecundo, explicans reſponſiones D. Tho. ad ſecundum, & tertium affirmat cum Sancto Doctore conceptum artificis creati habere rationem idęę reſpectu artificiati.

Capreol.

Capreolus in primo ſent. diſt. 36. quæſt. 1. ad argumenta Aureoli, & Durandi contra ſecundam concluſionem eandem exprimit ſententiam de diuinis idęis, nempè quòd ſint ipſa diuina eſſentia, vt concępta ſecundùm talem, & talem perfectionem à tali, & tali creatura imitabilem.

Ferrar.

At Ferra-

C

rienſis in primo cont. gent. cap. 54. docet diuinam eſſentiam habere rationem proprij exemplaris, vt proprium verbum, & propria conceptio huius, & illius rei, hoc autem, (inquit Ferrarienſis) conuenit diuinę eſſentię, inquantùm concipitur à Deo, ſeu vt intelligitur vt imitabilis à perfectione iſtius & illius. Quo modo facilè eſt etiam interpretari verba Caietani, & Capreoli, imò, & ipſius S. Thomæ in hoc articulo, & alijs huius quæſtionis, & alibi: nam, cum verbum non ſatis propriè dicatur eſſentialiter in diuinis, prȩſertim ſecundùm Caietanum, noluit ipſe, neque Capreolus, neque Diuus Thomas affirmare diuinam eſſentiam ſub ratione

D

conceptus, aut verbi eſſe creaturarum idæam; ſed quod ab omnibus communiter eſt confeſſum aſſumentes, videlicet diuinam eſſentiam, vt multipliciter imitabilem, & obiectam diuino intellectui ſecundùm hanc rationem idęam eſſe rerum omnium affirmarunt. Quod verò dixit Caietanus de eſſe obiectiuo in communi, eſſe ſcilicet ens rationis, veriſſimum eſt de eſſe obiectiuo formæ, quæ verbum nõ eſt, licet, vti diximus, talis forma, quę eſt diuina eſſentia habeat eſſe obiectiuum reale vtroque modo, ſcilicet, vt forma quaſi extrinſeca, & vt verbum, cuius tamen ratio propriè diuinę eſſentię non congruit; ob quam cauſam Caietanus

E

de eſſe obiectiuo verbi hic minimè loquitur. Ad quæſitum autem ſuperius factum, quod nam ſcilicet eſſe obiectiuum per ſe, & neceſſariò requiratur ad rationem exemplaris, ſiue idęę, dicendum videtur primò alterutrum ſatis eſſe, vt patet ex locis adductis ex Diuo Thoma, & prȩſertim infra quæſt. 44. artic. 3. vbi ſignificat alterum eſſe obiectiuum ſufficere ad rationem exemplaris; ſi namque non ſufficeret, diſiunctiua loquendi forma nõ vteretur.

Secun-

Secundò dico: cum eſſe obiectiuo formę exterioris, concurrere ſemper eſſe obiectiuum interni conceptus, alioquin artifex non operaretur vt intelligens; non autem cum eſſe obiectiuo cóceptus concurrit ſemper eſſe obiectiuum æternæ formæ in re exiſtentis, ſed tantùm prout eſſentiæ rerũ cognitæ dicuntur habere eſſe obiectiuum in intellectu. Tertiò dico imitabilitatem exemplarem per ſe primò conuenire formæ per conceptum repræſentatæ, ipſi verò conceptui per ſe ſecundo, prout ſcilicet eſt rei obiectæ ſimilitudo eius vicem gerens. Probatur hoc ex primo imitabili; quòd eſt eſſentia diuina, quæ ex hoc, quòd eminenter continet rerum omnium perfectiones habet, vt diuerſimodè ſit imitabilis, & participabilis à creaturis, & conſequenter, vt poſsit obijci intellectui, vt ſic imitabilis, atque ideo vt practicè intellecta, quatenus ſic eſt *imitabilis*, ſit exemplar, ſiue idæa, cõſtat autem diuinam eſſentiam ſic conſideratã non habere rationem verbi, ſed formæ, ſiue actus excellentiſsimi, & confirmatur; quia diffinitio idææ ex primo articulo, quæſt. 3. de ver. eidem optimè congruit, vt per ſe patet, & magis ex dicendis apparebit. Pręterea, ſi ſemel admittamus cum Diuo Thoma rationem idææ, ſiuè exemplaris conuenire formæ cognitæ, ſiue illa exiſtat, ſiuè nõ exiſtat, neceſſe eſt etiam nos fateri prius illi conuenire, q̃ verbo illam repræſentanti; cum illa ſit verè prototypus, ad cuius ſimilitudinem formatur verbum illam intellectui repræſentans, & illius vicem gerens, vt eo mediante res alia producatur, quæ formam intellectam ſua ſimilitudine, quantum fieri poteſt, imitetur; verbum autẽ per ſe primò eſt rei cognitæ repræſentatiuum, & verbum practicum, vt ſic, eſt directiuum operationis, qua res prototypo ſimilis ab agente producitur.

[C]onditio [ex]empla[ri]s.

Quartò dico, quòd eſſe in mente ſubiectiuè eſt conditio neceſſaria exemplaris, vt ſit exemplar, & vt exemplariter cauſet: nam, vt diximus ex Caietano de ratione exemplaris eſt eſſe formatiuũ mediante intellectu; igitur eſſe in intellectu per conceptum repræſentantem neceſſaria eſt exemplaris conditio eo ferè modo, quo de fine docet idem Gaietanus prima ſecundæ, articulo primo, dicens rationem finalizandi eſſe ipſum eſſe rei, quod finis dicitur; conditionem autem neceſſariam; vt finalizet, ait eſſe, ſic eſſe apprehenſum, ſiue eſſe ſic in intentione; conſtat autem quòd eſſe rei non eſt ſubiectiuè, ſed obiectiuè tantùm in intellectu; mouet ergo finis quo ad rationem finalizandi per eſſe reale exiſtens extra intellectum eidem tameq obiectum. Itaq; ſimiliter ratio propria exemplaris cõſiſtit in forma imitabili intellectui obiecta; conditiò verò neceſſaria eſt, vt per cõceptum eius repræſentatiuum intellectum informet, quæ tamẽ informatio non eſt mera conditio, ſed exemplaris cauſæ complementum, vt inferius dicemus. Dico quintò, quod ſi huius nominis, *idæa*, magis cõmunem, & conſuetum vſum attendamus, non formam aliquam extrinſecam intellectui, ſed ipſam mentis conceptionem, ac verbum practicum ſignificat; hoc probant recentiorum argumenta, ex

...tio exẽ ...ris quæ

A ſanctis Patribus, ex Platone, & alijs antiquis philoſophis deprompta, & rationes, quas multiplicat Suarez vbi ſupra; nomen autem exemplaris adhuc ex vſu magis videtur externã formam, quàm interiorem mentis conceptum ſignificare. Vnde quæſtio hæc magis videtur eſſe de nomine, quàm de re præſertim inter Thomiſtas; inter quos de re nulla eſt diſſenſio.

Nomen ideæ quid ſignificet.

Aſſertur ex D. Thoma, & explicatur Idææ diffinitio.

Septimum dictum Sancti Tho. erat idææ diffinitio, videlicet. Idæa eſt forma, quam aliquid B imitatur ex intentione agentis, qui determinat ſibi finem. Quæ, vt etiam animaduertit Suarez, communis eſt idæę vtroque modo ſumptę, ſcilicet pro forma extrinſeca, & pro conceptu practico. Per hoc autem, quod dicitur *ex intentione agentis determinantis ſibi finem*, manifeſtè ſignificatur, ſolis agentibus liberis idæas conuenire; atque ideo, ſi Deus eſſet agens ex neceſsitate naturæ non haberet idæas, quia non determinaret ſibi finem; nec propriè diceretur operis exemplar inſpicere; quoniam hoc proprium eſt agentis, quod ſeipſum mouet, & in finẽ ordinat, & artificiosè producit, quæ ſoli conueniunt agenti libero: Per eandem etiam C particulam excluditur idæa caſualium effectuum in illo agente, reſpectu cuius caſualiter fiunt; Et quia Theologorum quæſtio præcipua eſt de diuinis idæis, idcirco ſufficient hucuſq; dicta de ideis in communi, in quibus etiam quædam attigimus de idæis diuinis, De quibus, vt ſupra notauimus, Sanctus Thomas tria dicit.

Idææ diffinitio. ex S. Thom. Suarez.

Primum erat idæas non eſſe extra Deum, ſed in mente diuina, quod dictum dupliciter poteſt intelligi: Vno modo, vt ſint in mente obiectiuè tantùm, ideſt ad modum rei cognitæ, & verbo repræſentatæ, & in hoc ſenſu ideę nihil aliud ſunt, quã ipſa eſſentia diuina, vt imitabilis à creaturis, & vt D ſic imitabilis obiecta diuino intellectui; Alio modo poteſt intelligi idæas eſſe in mente diuina non tantùm obiectiuè, ſed etiam formaliter, & quaſi ſubiectiuè, eo modo, quo verbum eſt in intellectu, & in hoc ſenſu ideæ ſunt ipſa eſſentia diuina, vt habet rationem verbi eſſentialiter dicti, quod ſecundùm diuerſos reſpectus ad creaturas diſtinguitur in plures rationes idæales, quæ ſunt plures idææ; & quia vt paulò ante diximus, nomen idææ ſecundùm communem loquentium vſum magis, & frequentius accipitur pro conceptu, idcircò ſequendo communem Thomiſtarum, & Theologorum ſententiam exiſtimo dictum Diui Thomæ intelligendum eſſe poſteriori modo. Ex quo etiam ap- E paret intellectus ſecundi dicti S. Thomæ de ideis diuinis, nimirum eſſentiam diuinam eſſe ideã creaturarum, non vt eſſentia eſt abſolutè, ſed quatenus à Deo intelligitur, vt participabilis ſecundùm aliquem modum ſimilitudinis à creaturis, & vt propria ratio ſingularum; ſenſus eſt enim diuinam eſſentiam, prout eſt conceptio, & ratio à ſingulis diſtinctè imitabilis, eſſe Idæam creaturarum, vt etiã ante diximus ex Ferrarienſi; Poſſe autem diui-

nam

nam eſſentiam in duplici ſenſu, iam dicto ideam nuncupari ſatis patet ex dictis; quod etiam explicat, & probat Valentia in hoc articulo.

Valentia. Videtur autem dicendum, poſſe ſimul vtramq; rationem diuinę eſſentię coniungi in vnam rationé idææ, vt ſcilicet diuina ipſa eſſentia, vt forma, ſiue actus primò imitabilis, & conceptio, cui per ſe ſecundò aſſimilantur res creatæ, ſimul ſumpta ſint rerum creatarũ idæa, ſiue, & in idem reddit, eſſentia vt concepta, & vt conceptio, ſic enim accipitur ratio idææ cum ſua conditione, vel etiam ratio idææ in tota ſua latitudine. Et eodem modo de creatis idęis dici poſſet, eas ſcilicet eſſe formas imitabiles, vt conceptas obiectiuè, & formaliter: nam cum hi duo conceptus neceſſariò ſemper ſint connexi, & ad idem omnino referantur, ad eandé ſcilicet rem, cuius ſunt conceptus, licet diuerſimodè, & in ratione exemplaris eandem prorſus habeant rationem formalem, rationabiliter poſſunt ꝓ vno computari; vt ſic etiam extrinſecæ formæ tribuamus effectiuam cauſalitatem, quæ illi ſecundùm ſe, & obiectiuè tantùm ſumptę nulla ratione conuenire poteſt, congruit autem per interiorem illius repræſentatiuum conceptum, qui eſt agendi ratio, ſiue principium quo operandi. Et quoniam exemplar, vt ſic, nullam dicit rationem, aut principium operandi; idcirco Caietanus formaliter loquẽs negauit idæam dicere principium operationis. Ex quo habetur explicatio vltimi dicti, videlicet idęas eſſe principia factionis rerum, & exemplaria, ac principia cognitionis: hæc enim conueniunt idææ, quatenus eſt conceptio, de qua ait Sãctus Thomas de Verit. quęſt. 3. art. 2. quod non eſt principium, quo intellectus intelligit, ſed magis ſe habet vt intellectum, quo, & intelligens operatur, & intelligit, quid operandum ſit. Quomodo autem diuina eſſentia, ſit creaturarum exemplar, explicat S. Doctor in proximè allegato articulo eã habere rationem exemplaris, non vt eſſentia eſt, ſed vt intellecta, nõ abſolutè, ſed cum proportione creaturæ fiendæ ad ipſam diuinam eſſentiam, ſecundùm quòd deficit ab ea, vel imitatur eam; quia creaturæ non perfectè imitantur diuinam eſſentiam, quod etiam luculentius edocet in ſequenti articulo.

S. Thom.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima Concluſio. Eadem res numero ab artifice producenda non eſt ſui ipſius idęa, prout habet eſſe obiectiuũ in intellectu. Probatur; quia idæa, vt oſtendimus, eſt cauſa idæati; at impoſſibile eſt eandem rem ſe ipſam cauſare; ergo. Minor probatur ſpecialiter in cauſa exemplari. Primò; quia cauſalitas exemplaris in hoc poſita eſt, vt ad eius imitationem aliquid fiat; nihil autem poteſt ſe ipſum imitari ſecundùm ſuum eſſe ſubſtantiale; quia imitatio dependentia quædam eſt, quæ eiuſdem rei à ſeipſa eſſe non poteſt; Neque legitima eſt exemplaris diffinitio illa Senecæ dicentis exemplar eſſe, ad quod reſpiciẽs artifex, id, quod deſtinabat efficit, niſi ſub intelligatur imitatiua dependentia, quæ propria eſt cauſæ exemplaris

A prout ab alijs diſtinguitur: nam ſi exemplar cauſa eſt, cauſalitatem aliquam habeat reſpectu exẽplati neceſſe eſt; hæc vero eſt proprie paſsiua imitatio. Itaque, quamuis artifex idem numero artificiatum, quod eſt operaturus conciperet, illud tamen non eſſet idęa reſpectu ſuiipſius actu producendi; quia eiuſdem ad ſeipſum non eſt imitatiua dependentia; vnde, & idæa, & idęatum pertinent ad tertium genus relatiuorum, ſcilicet ſecundùm rationem menſuræ, & menſurati.

Secunda concluſio. De ratione exemplaris eſt eſſe in mente obiectiuè, vt actu cognitum: hæc ſupra probata eſt de mente Diui Thomæ, & Caietani. Intelligitur hęc concluſio de forma exemplari,

B vt actu exemplar eſt per actualem practicam conſiderationem artificis conſiderantis formam exemplarem, prout ad eius imitationem poteſt aliquid fieri, hoc enim tantùm modo rationem habet exemplaris: nam forma quęuis abſolutè conſiderata exemplar non eſt, vt patet ex ſæpè allegato primo articulo, quæſtionis tertiæ de Veritate. Itaque cum dicimus, quòd eſſe in mente conditio eſt exemplaris, non ratio, non ſignificamus talem cõditionem ad rationem exemplaris minimè pertinere, ſed hoc tantùm volumus, quòd eſſe obiectiuè in mente completiuum eſt rationis formalis ip-

C ſius exemplaris, vt modus, non autem primò conſtitutiuum. Exemplar enim relatiuè dicitur ad exemplatum relatione rationis ex parte exemplaris, reali verò ex parte exemplati, quæ relatio fundatur in actuali practica cognitione exemplaris vt ſic productiua, ad eius imitationem exemplati; forma enim exemplaris non ſecundùm ſe, ſed tantùm media artificis cognitione cauſat. De conceptu autem, abſque alia gloſſa veriſsima eſt concluſio: quoniam eſſe conceptus vt ſic, conſiſtit in intelligi, vt obiectum interius; vt declarat Caietanus, & alij expoſitores infra quæſtione 27. articulo primo.

D Tertia concluſio. Idæa in communi loquendo per ſe primò eſt forma intellectui obiecta, ad cuius imitationem aliquid producitur; ſecundariò autem eſt conceptus mentis. Hæc Concluſio ſupra ſatis probata eſt: nam ſemper conceptus per ſe refertur ad rem aliquam eo repræſentatam, ſiue ſit exiſtens, ſiue non ſit exiſtens, ſed apprehendatur tantùm vt exiſtens; igitur imitatiua ſimilitudo rei productæ primò refertur ad rem verbo repræſentatam, licet immediatius referatur ad cõceptum; itaque conceptus non erit idæa, niſi prout eſt repręſentatiuus formę exemplaris, cuius vicẽ gerit.

Quarta concluſio. Secundùm communem, ac

E frequentem vſum vocabuli idęa eſt conceptus formalis practicus artificis. Hæc concluſio eſt D. Th. locis ſuperius allegatis, & colligitur ex hoc articulo, & alijs huius quæſtionis, vt videre eſt apud Báneſium, & alios Thomiſtas expoſitores, & Suarezium vbi ſupra num. 9. & ſequentibus. Baneſ. Suare.

Quinta concluſio. Idæa eſt principium cognitionis, & operationis. Hæc patet ex dictis.

Sexta concluſio. Idæa eſt cauſa exemplaris, finalis, & efficiens; Hæc etiam fuit ſatis probata.

Septi-

Digitized by Google

Septima concluſio. Diffinitio idææ ſupra allata ex Diuo Thom. optima eſt, & conuenit idææ vtroque modo ſumptæ, quod ſi diffinitio quæratur, quæ ſoli conceptui conueniat, dicendum erit idæã eſſe formam obiectam intellectui intra ipſum exiſtentem, ad cuius imitationem artifex aliquid operatur. Hanc diffinitionem explicat hic Bannes, & Zumellus.

Bannes, Zumell.

Octaua concluſio. Idææ diuinæ non ſunt creaturæ ſecundùm eſſe obiectiuum; Hæc ſequitur ex dictis, & probant eam latiſsimè omnes expoſitores Diui Thomæ, & ſingulariter Suarez, in dicta diſp. 25. ſect. 1.

Suarez.

Nona concluſio. Diuina eſſentia non eſt idæa, vt antecedit cognitionem creaturarum reſpectu diuini intellectus. Probatur: Diuina eſſentia non eſt idea, niſi vt obiecta diuino intellectui, & cognita vt imitabilis diuerſimodè à creaturis; ſed ſic nõ poteſt cognoſci ſine creaturis; ergo non eſt idæa, vt antecedit cognitionem creaturarum. Maior ſupra probata eſt ex Diuo Thoma, & habetur in ſequenti articulo; Minor patet; quia imitabile, & imitatiuum relatiuè dicuntur; ergo vnum ſine alio cõcipi non poteſt: Præterea diuina eſſentia eſt idæa non inquantùm eſt eſſentia, ſed inquantùm eſt ſimilitudo, vel ratio huius, vel illius rei, vt inquit S. Thom. articulo ſequenti ad primum; ergo diuina eſſentia non eſt idæa, vt antecedit cognitionẽ creaturarum, & in eodem articulo probatur in Deo eſſe idæas omnium rerum; quia in eo eſt ratio ordinis vniuerſi, & conſequenter etiam ratio ordinis vniuerſi, & cõſequenter etiam ratio cuiuslibet partis. Vnde implicat contradictionem manifeſtam dicere eſſe in Deo idæas ſine cognitione creaturarũ, vt magis patebit in diſcurſu ſequentis articuli.

Decima concluſio. Diuina eſſentia dupliciter eſt idæa. Vno modo, vt forma imitabilis à creaturis diuino intellectui obiecta. Alio modo, vt conceptus, ſiue verbum eſſentialiter dictum, creaturarum à Deo factibilium repræſentatiuum. Quod verbis magnificis Sanctus Dionyſ. expreſsum in quinto capit. de diuinis nominibus, dicens. *Exemplaria dicimus in Deo exiſtentium rationes ſubſtantificas, & ſingulariter præexiſtẽtes, quas Theologia prædefinitiones vocat, & diuinas, & bonas voluntates exiſtentium prædeterminatiuas, & effectiuas; ſecundùm quas ſuper ſubſtantialis eſſentia omnia prædefiniuit, et produxit.*

Dionyſ.

Vndecima concluſio. Congruè dici poteſt diuinam eſſentiam ſecundùm duos modos in præcedẽti concluſione expreſſos ſimul ſumptos habere rationem idææ. Hæc patet ex dictis; Et hic videtur fuiſſe ſenſus Diui Thomæ, Caietani, & Capreoli, quide diuina eſſentia ſub ratione conceptus expreſsè non meminerunt propter intimam coniunctionem ipſius diuinæ eſſentiæ, vt obiectum eſt cũ ipſo diuino intellectu, & ſua ſumma actualitate, ex qua ſibi vendicat ſimul obiecti, ideſt rei intellectæ, & verbi rationem.

Senſus D. Thom. Caietani, & Capr.

Ex dictis etiam patet falsò imponi Diuo Thomæ ſententiam Scoti, & imperfectam rationem exemplaris; cum omnia diſtinctè repræſentet ex

A parte repræſentatorum; vt oſtendimus q. 12. art. 8. cont. 1. & qu. 14. artic. 5. contr. 1. patet etiam non fuiſſe fideliter relatas à prædictis opinãtibus Thomiſtarum ſententias.

Argumenta, & ſolutiones.

Contra primam concluſionem militant argumenta relata, & ſoluta à Capreolo, Caietano, Banneſio, & alijs, quæ directè impugnant octauam Concluſionem.

Capreol. Caiet. Bannes.

Contra ſecundam argumentatur Suarez. Primò. Eſſe cognitum, vt ſic, quatenus dicitur de obiecto directè cognito, cum ſit ſola extrinſeca denominatio, non poteſt eſſe propria ratio conſtituens ipſum exẽplar, nec poteſt eſſe in illo formale principium cauſandi; ergo.

Suarez.

B

Reſpondetur primò negando antecedens de cõſtitutiuo, vt complementum in ratione modi; tale enim conſtitutiuum non eſt principium formale cauſandi, ſed complet rationem formalem exemplaris. Secundò dicitur, quòd exemplar ſe tenet ex parte agentis, vt eius actio ſit perfecta. Vnde non eſt exemplar, niſi quatenus ab agente aſſumitur in ratione exemplaris, vt ad eius imitationem aliquid efficiat: tunc autem aſſumitur ab agente, vt exemplar, quando ab eo conſideratur vt forma imitabilis, & intendit effectum ad eius imitationem producere; conſtat autem actualem conſiderationem, & intentionem eſſe aliquid reale in agẽte, licet hæc in forma obiecta nihil intrinſecè ponant; ſed quemadmodum relatio ſcibilis ad ſcientiam hoc ipſo realis eſt, quòd ſcientia realiter refertur ad ſcibile, quod proprium eſt omnibus relatiuis tertij modi; ita forma obiecta intellectui artificis hoc ipſo dicitur realiter eius exẽplar; quia realem habet artifex relationem ad ipſam per actualem conſiderationem, & intentionem, ad quæ duo conſequitur realis relatio; itaque, eſſe cognitum, vt exemplar formaliter, dicit in cognito relationem habentem eſſe reale ad modum relatiuorũ tertij modi, quæ relatio pertinet ad complementũ exemplaris vt ſic, tanquam modus eius. Tertiò dicitur, quòd cõſiderando formam ipſam exemplariter imitabilem ſimul cum conceptu, vt vnum integrum exemplar, conſtat, quod eſſe cognitum in tali exemplari aliquid reale, & intrinſecum in eo ponit; quia eſſe cognitum verbi eſt eſſe reale.

C

D

Secundò. Sicut finis non mouet ad appetẽdum ſecũdùm eſſe cognitum, quo ad denominationem (vt ita dicam) ſed quo ad rem denominatam, ita exemplar non dirigit ad efficiẽdum in effectu ſecundùm ipſum eſſe cognitum, quo ad denominationem; ergo exemplar in eſſe exemplaris non conſtituitur per eſſe cognitum vt ſic.

E

Reſpondetur, quòd licet exemplar non dirigat ad efficiendum per eſſe cognitum denominatiuè, dirigit tamen per hoc, quòd terminat cognitionẽ, & intentionem agentis realiter in ipſum relatam, per quam cognitionem, & intentionem id, quod erat forma abſolutè ſumpta, ſit exemplar, quòd relatiuè dicitur; Nec eſt eadem ratio de fine; quia cauſa-

Digitized by Google

cauſalitas finis àb agente non pendet, ſed è contra; cauſalitas autem exemplaris vt ſic, pendet ab agente media eius conceptione, per quam aſsimilatur effectus exemplari; in qua aſsimilatione paſſiua cõſiſtit cauſalitas exemplaris; adeo vt ex hoc ipſo, quòd effectus aſsimilatur conceptui, aſsimiletur etiam formæ conceptæ; Igitur conceptio eodem modo cauſat, quo forma concepta, & quaſi vnum cum ea cõputatur; illius enim vicem gerit, & eodem officio fungitur; non autem ita ſe habet apprehenſio reſpectu finis: nam licet neceſſaria ſit apprehenſio boni, puta ſanitatis, vt ſanitas appetatur, non tamen ſub eadem ratione boni appetitur apprehenſio ſanitatis, ſicut ſanitas, ſed vt mera conditio concurrit; cauſalitas autem exemplaris eodem modo formaliter conuenit conceptui, quo conuenit formæ conceptæ. Ad argumentum igitur in forma reſpondetur negando ſequelam; quia licet eſſe cognitum denominatiuè non dirigat ad agendum, ipſa tamen cognitio, ideſt conceptio complet modo dicto cauſalitatem exemplaris; cognitio verò finis eſt mera conditio. Secundò dicitur, quòd ſi argumentum loquatur etiam de exemplari, quod eſt conceptus, vt verè loquitur, falſum eſt antecedens; quia conceptus directè cognoſcitur, per hoc, quòd actu terminat cognitionem vt obiectum interius intellectus, vt benè explicat Caietanus infra q.27.art.1.& alij interpretes Thomiſtæ; licet poſſit etiam reflexè cognoſci. In quo manifeſtè defecit Suarez tenens oppoſitũ noſtræ Concluſionis, & credens verbum non eſſe obiectum noſtræ cognitionis directè, ſed tantùm reflexè.

Caiet.

Suarezij defectus.

Suarez. Contra tertiam concluſionem argumentatur Suarez. Primò: Auctoritate Diui Thomæ in hoc articulo, vbi ait idæam eſſe formam, ideſt ſimilitudinem rei faciendæ, quam in ſe habet artifex ſecundùm eſſe intelligibile.

Reſpondetur primò, poſſe verba Diui Thomæ commodè interpretari de eſſe obiectiuo formæ in mente artificis. Secundò dicitur per eſſe ſubiectiuum non excludi, ſed potius affirmari eſſe ſubiectiuum formæ repræſentatæ.

Secundò probat exemplar, ſiue idæam non eſſe illam eandem rem obiectiuè cognitam, quam artifex operaturus eſt, quod libenter admittimus; eſt enim prima noſtra Concluſio.

Tertiò probat idęam non eſſe rem aliam, ſed cõceptum ipſum, hoc argumento. Munus proprij, & interni exemplaris eſt, dirigere actionem agentis; quo ad ſpecificationem; hoc autem munus non eſt obiecti cogniti, ſed cognitionis eius, quatenus illã continet in eſſe repræſentatiuo.

Reſpõdetur actionem agentis dirigi per internum, & per externum exemplar; per illud formaliter; ideſt vt formali principio, actionis, per hoc autem obiectiuè, ideſt vt forma obiecta, ad quam reſpicit artifex.

Quartò, Munus exemplaris eſt determinare actionem externam intellectualis agentis; hoc autẽ eſt munus formæ; ergo exẽplar eſt forma actuans, & informans ipſum intellectum agentẽ, nõ eſt au-

A tem alia forma, niſi conceptio eius; ergo.

Reſpondetur actionem agẽtis determinari per exemplar internum vt principium formale, per externum autem vt formam obiectam, ad quam reſpicit agens, & ad cuius imitationem producit effectum.

Quintò. Munus exemplaris eſt dirigere actionẽ agentis intellectualis; at hęc directio non poteſt fieri per rem aliquam externam; ergo. Probatur minor; quia res illa non eſt per ſe neceſſaria ad operationem artis, quæ fit per exemplar: nã melius fieret per propriam, & immediatam cognitionem ipſius rei ante efficiendæ; ergo illud externum exẽ-

B plar non eſt proprium, & per ſe exemplar, ſed eſt quaſi materia remota, vel obiectum adiuuans ad formandum aliquale, ſeu imperfectum exemplar.

Reſpondetur falſam eſſe minorem in ſenſu iam expoſito; ad probationem dicitur; quòd, licet melius operaretur artifex per propriam, & immediatam rei efficiendæ cognitionem, quàm per aliam formam exemplarem actu exiſtentem, res tamen eadem cognita non eſſet ſui ipſius exemplar; itaq; ſi agens operaturum eſt per exemplar, neceſſe eſt, vt ad formam aliam à re producenda reſpiciat, ſiue illa exiſtat, ſiue non exiſtat.

Sextò. Solet attribui exemplari eſſe menſuram,

C & regulam veritatis, & proprietatis rei iam factę; at hoc propriè conuenit conceptui formali, nõ autem obiectiuo: nam conceptus obiectiuus alterius rei per accidens, & omnino remotè ſe habet, & nõ habet in ſe formã effectus, nec formaliter, nec repræſentatiuè; ergo vt ſic non habet rationem menſuræ.

Reſpondetur falſam eſſe minorem, quo ad conceptum obiectiuum. Ad probationem negatur aſſumptum; nam talis conceptus obiectiuus continet rem fiendam formaliter per identitatem ſpecificam, aut per aliquid eminenter præhabens eandem identitatem, vt eſſentia diuina.

D Septimò. Idææ tribuitur eſſe principium cognitionis; id autem non eſt intelligendum de principio effectiuo, ſed formali; at obiectum præcisè vt cognitum, ſeu vt terminatiuum, non dicitur propriè principium cognitionis, cum potius ſit finis, & terminus; principium autem formalis cognitionis eſt conceptus; ergo ille eſt proprijſsimum exemplar, & conceptus rei efficiendæ.

Reſpondetur primò, quod eſſe principium cognitionis non conuenit idææ vt ſic, ſed tantũ prout idęa eſt conceptus; ſecundò, quòd etiam forma exemplaris principium eſt cognitionis practicæ rei exemplatæ, eo modo, quo eſt illius cauſa.

E Contra quartam concluſionem argumentatur Vaſquez. Primò. Verbum in mente artificis nõ videtur, vt in ipſo res videatur, & inſtar illius aliquid artifex operetur, ſed actu quodam reflexo cognoſci poteſt, imperfectè tamen; ergo non eſt idæa. Vaſquez.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens, vt patet ex dictis.

Secundò. Ad rationem idæę requiritur, vt opus factum proximè, & non remotè eam imitetur; at quodcun-

Digitized by Google

quodcunque opus artificis;proximè imitatur rem obiectiuè præſentem intellectui, verbum autem remotè,ergo verbum non eſt idæa in mente artificis. Minor probatur; quia opus aſsimilatur verbo ratione rei obiectæ; ergo proximè aſsimilatur rei, & remotè verbo.

Reſpondetur primò falſam eſſe maiorem propoſitionem,quando præſertim proximum, & remotum adeo ſunt adæquata, vt vnum ſit aliud in eſſe cognito,ſicut in propoſito. Secundò negatur minor: Ad probationem negatur ſequela : nam aliud eſt per ſe primò, & aliud eſt mediatè aſsimilari,primum probat argumentum, nõ ſecundum; nam ſecundùm rem mediàt verbum artificis inter opus,& formam exemplarem; itaque videtur opus proximè aſsimilari verbo; exemplari autem per ſe primò. Tertiò dicitur,Mediationem hic formalem non interuenire,ſed effectiuam; quia verbum eſt principium operandi, ſed opus iam productum ex ipſa natura, & perfectione formæ immediatam habet relationem ſimilitudinis ad verbum,& formam verbo repræſentatam.

olin. Contra eandem. argumentatur Molina. Verbũ, & ſpecies expreſſa in nobis non eſt aliquod obiectum cognitum, quo vlterius agnoſcatur externũ obiectum,cuius eſt imago;id enim cum experientia pugnat,neque ea ratione ponitur, vt ſuppleat abſentiam obiecti, terminetque immediatè tanq̃ res cognita cognitionem, vt quidam dicunt;ergo non eſt idæa.

Reſpondetur falſum eſſe antecedẽs quo ad omnes partes,vt patet ex dictis.

arez. Contra ſextam argumentatur Suarez. Primò. Dicentes exemplar pertinere ad genus cauſæ formalis conſtituunt quintum genus cauſæ contra mentem Ariſtotelis; ergo. Antecedens probatur; quia licet appellent exemplar nomine formæ, maximè tamen differt à forma informante, quæ eſt intrinſeca,exemplar autem eſt forma extrinſeca; ergo conuenientia eſt vix pluſquàm in nomine;ergo non pertinent ad idem genus cauſæ.

Reſpondetur, quòd ſicut in alijs cauſarum generibus,eſt quædam analogia, vt patet in cauſa efficiente: nam quædam eſt vniuoca, & quædam æquiuoca,quædam principalis,quædam inſtrumentalis,quædam naturalis,& quædam moralis,& ſimiliter materia cęli,& horum inferiorum vnitatẽ habent analogicam, quid mirum itaque, ſi etiam cauſa formalis ſuam habeat analogiam? Ad argumentum ergo negatur antecedens loquendo de genere analogico, vt loquitur Ariſtoteles ad probationem negatur vltima conſequentia.

Secundò. Ariſtoteles ſemper numerat inter cauſas efficientes ipſam artem,ſub qua exemplar cõprehenditur;ergo non pertinet ad genus cauſæ formalis. Antecedens probatur;quia Ariſtoteles dixit ſeptimò Metaph.ſanitatem extra,fieri à ſanitate,quæ eſt in mente,ideſt ab exemplari ſanitatis.

Reſpondetur negando ſequelam; nam, vt diximus,vtramque cauſalitatem habet exemplar,ſcilicet efficientem, & formalem exemplarem.

Tertiò.In artifice creato non eſt per ſe neceſſa-

A rium exemplar exterius; ergo. Antecedens probatur; quia iuuat ſolùm ad memoriam conſeruandam; ergo, ſi abſque domo ſenſibili poſſet exactè domum faciendam concipere, non indigeret illo extrinſeco exemplari;Præterea,neque eſt neceſſarium aliquod obiectum diſtinctum ab effectu arte faciendo,ſed illa diſtinctio eſt per accidens; quia artifex non intendit effectũ,niſi quatenus eſt omnino idem,& in eo quod eſt diuerſum, non procedit ex cauſalitate exemplari.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens. Ad primã probationem negatur aſſumptum: Ad ſecundam negatur antecedens cum ſua probatione; Nam, ſi B eadem numero domus facienda conciperetur ab artifice,iam domus concepta nõ eſſet idæa, nec ẽt propriè conceptus ille eſſet Idæa. Vnde eadem neceſsitate vtrumque exemplar eſt neceſſarium,nimirum interius,& exterius; cum itaque res non niſi per exemplar poſſit ab agente intellectuali produci,non poteſt niſi ex diſtincto exemplari produci,ſiue illud exiſtat in rerum natura,ſiue non exiſtat,ſed tantùm in conceptu repræſentetur: quare falſum eſt artificem non intendere effectum, niſi quatenus eſt omnino idem identitate numerali; ſed tantùm illum intendit, vt eſt idem identitate formali cum forma, ad cuius ſimilitudinem pro- C ducitur. Vnde S.Thom.in 3.cont.gent.cap.49. loquens de forma domus,quæ eſt in mente artificis, ait,eam eſſe eiuſdem ſpeciei cum forma domus, quæ eſt in materia,vel potius ſpeciem eius;quia.ſ. eſt eius quidditas ſpecifica, vt ſupra declarauimus,quæſt.12.art.2.controu.1. qua loquendi forma ſatis apertè ſignificat S.D. exemplar, ad quod reſpicit artifex,quod in eius conceptione repræſẽtatur,nũquam eſſe idem numero cum re artificiata ex eodem exemplari producta, ſed eſſe vel aliã rem numero; vt cum Artifex domum ædificat ad alterius iam exiſtentis ſimilitudinem, vel eſſe naturam,ſiuè quidditatem artificiati in alio eſſendi D modo,quem habet in mente, propter quem comparatur ad formam exiſtentem in materia,vt vnũ indiuiduum ad aliud in alia ſpecie,quamuis ea ratione,qua eſt ipſa quidditas rei,vel formæ exiſtentis in materia comparetur ad eam, vt ſpecies ad ſingulare,cuius indiuidualibus conditionibus limitatur. Nec valet inſtantia de Diuinis idæis,quę eaſdem numero res producendas repręſentant:nã eas non repręſentant immediatè,ſed tantùm medio per ſe primò obiecto, quod eſt ipſa diuina eſſentia;quæ,vt obiecta diuino intellectui, omnium eſt exemplar perfectiſsimum.

Quartò. Exemplar ſenſibile per ſe ſolùm mouet E ad ſui cõceptionem,ex qua intellectus aliam rem ſimilem concipit,& per voluntatem intendit efficere;hæc autem motio pertinet ad cauſam efficiẽtem,vel etiam finalem; ergo nulla eſt cauſalitas formalis.

Reſpondetur,præter eas motiones eſſe etiam ipſam aſsimilationem imitatiuam formaliter acceptam,in qua conſiſtit cauſalitas exemplaris.

Quintò. Artificiatum non regulatur proximè, niſi iuxta conceptionem mentis; ergo.

Re-

Reſpondetur artificiatū regulari proximè iuxta conceptionem mentis, quatenus illa eſt conformis formæ exemplari extrinſecæ conceptæ.

Sextò. Secluſa cauſalitate finis, quo artifex intendat aſsimilare effectum extrinſeco obiecto, ſolùm eſt habitudo, vel denominatio extrinſeca, proueniens ab actu voluntatis eius, & non addit effectui eſſentialem dependentiam ab alio obiecto, quæ ad genus cauſæ formalis pertineat; ergo. Antecedens probatur; quia artifex per ſe ſolùm intẽdit talem formam inducere in ſuum effectum, ad quod per ſe ſolùm indiget propria conceptione illius formæ, quòd verò hæc forma aſsimiletur alteri extrinſecè, per accidens eſt ad cauſalitatem artis; ergo, & ad cauſalitatem exemplaris.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens, vt patet ex dictis. Ad probationem dicitur, hoc tantùm probari, videlicet non eſſe abſolutè in qualibet creati agentis actione neceſſarium exemplar actu exiſtens; non tamen probat, quòd, ſi adhibeatur exemplar realiter exiſtẽs, aſsimilatio effectus, cum exemplari non per ſe pertineat ad cauſalitatem artis, & exemplaris.

Septimò. Deus per ſe non operatur vt cognoſcens præciſè ſuam eſſentiam, ſed vt cognoſcens creaturas ipſas, quas eſt producturus; ergo ille ordo ſecundùm rationem, qui eſt per ſe inter eſſentiam vt cognitam, & creaturas vt cognitas, ſecundùm quòd eſſentia eſt ratio cognoſcendi creaturas, reſpectu cauſalitatis exemplaris creaturarū eſt remotus, & per accidens. Confirmatur; quia eſſentia vt cognita præciſè, non poteſt abſque creaturis formaliter cognitis veram rationem exemplaris habere, neque poteſt inter cognitionem eſſentiæ præciſè, & cognitionem creaturarum in eſſentia alia cognitio quaſi media intelligi, quæ dicatur cognitio eſſentiæ, vt participabilis à creaturis; quia hoc nihil aliud eſt; quam cognoſcere creaturas, vt participatiuas eſſentiæ.

Reſpondetur negando ſequelam, & ratio eſt: quoniam datur medium, nimirum Deum operari, vt eſt cognoſcens eſſentiam ſic immitabilem, nec verum eſt, quod in confirmatione dicitur, quòd hoc nihil aliud ſit, quàm cognoſcere creaturas, vt participatiuas eſſentiæ, diſtant enim pluſquàm Cęlum, & terra: Nam cognoſcere eſſentiam, vt ſic imitabilem à creaturis, eſt cognitionem per ſe primò ad eſſentiam, vt creaturarum exemplar, & per ſe primò obiectum, terminari; cognoſcere autem creaturas, vt participatiuas eſſentiæ, eſt cognitionem terminari ad ipſas creaturas; Alia argumenta eiuſdem Auctoris probãt exemplar, ſcilicet interius, habere cauſalitatem effectiuam, quæ eſt vltima pars noſtræ Concluſionis.

Scotus. Peſan. Contra octauam concluſionem argumentatur Scotus, & ex eius doctrina Peſantius; Sed omnia illa argumenta ab omnibus ferè modernis ſunt ſoluta, & facile etiam ex dictis ſolui poſſunt.

Molina. Contra nonã concluſionem argumentatur Molina. Primò. Deus cognoſcit creaturas in ſua eſſentia tanquam in cauſa, in qua virtute continentur, & aqua poſſunt emanare; ergo conſpiciendo earū

A poſsibilitatem in ſua eſſentia, & modum, quo ab ea poſſunt emanare, eas intuetur; prius igitur eſt in ſua eſſentia intueri modum, quo eſſe poſſunt; & quo valet eas producere, quàm eas vt tales, vel tales naturas apprehendere; Igitur eſſentia Diuina, vt antecedit cognitionem creaturarum, eſt idæa. Et confirmatur; quia Deus nõ cognoſcit ex rerum naturis eas poſſe eſſe, & modum, quo fieri poſſunt, quaſi præconcipiat naturas rerum, & ex naturis videat eas eſſe poſſe, modumq́; quo fieri poſſunt, ſed contra ex poſsibilitate earum, ac modo, quo ipſius potentia fieri poſſunt eas in ſua eſſentia, tanquam in cauſa contemplatur; itaque intuitus diuinus ab eſſentia incipit tanquam ab obiecto B primario, & ex poſsibilitate, & modo, quo creaturæ à diuina eſſentia, vt potẽtia poſſunt emanare, eas in ſua eſſentia tanquam obiectum ſecũdarium in primario intuetur.

Reſpondetur, nullam eſſe ſecundam conſequentiam: nam ex hoc ipſo, quòd Deus videt creaturas in ſua eſſentia, vt in cauſa, & earum poſsibilitatẽ, ac modum productionis, videt eas vt tales, & tales; quia diuina eſſentia vt cauſa diſtinctiſsimè illas repræſentat ex parte repræſentatorum, vt diximus ſupra articulo 6. precedentis quæſtionis, & diuina potentia extenditur ad eas vt tales, & ad C omnem earum modum in ſingulari; vnde implicat contradictionem eas intelligi vt poſsibiles in tali cauſa, & non videri vt tales. Ad confirmationem autem dicitur: ea tantùm probari, diuinam eſſentiam eſſe rationem videndi creaturas, non autem in ea videri prius creaturas vt poſsibiles, quàm vt tales: niſi ſermo ſit de cognitione creaturarū, quo ad actualem exiſtentiã in rerum natura, quæ præſupponit decretum diuinæ voluntatis, ſed hoc nõ eſt ad propoſitum, de quo loquitur Molina, & noſtra Concluſio; quia ſermo eſt de cognitione diſtincta creaturarum, etiam ante decretum diuinę voluntatis.

D Contra decimam argumentatur Molina probans diuinam eſſentiam, vt verbum non eſſe ideã. Deus, qua Deus cognoſcendo non producit verbum, ſed ſolùm, qua pater, at qua Deus, habet in re idæas omnium rerum; ergo. Molin.

Reſpondetur negando ſequelam: nam, quemadmodum in Deo eſt vera intellectio, licet nõ ſit producta ab intellectu diuino, ita in eo eſt verbum eſſentiale, licet, non ſit productum; quia de ratione verbi vt ſic, nõ eſt eſſe productum, ſed tantū, quòd ſit obiectum intrinſecum intellectus.

Contra eandem argumẽtatur Suarez intendẽs probare diuinam eſſentiam, vt obiecta eſt diuino E intellectui tanquam forma imitabilis, non eſſe idæam, ſed tantùm vt conceptus, ſiue verbum, & primò affert auctoritatem D. Thomæ in hoc articulo ad tertium dicentis diuinam eſſentiam eſſe ideam, inquantùm eſt ſimilitudo rerum omnium, quod non poteſt intelligi de ſimilitudine naturali, ſed de ſimilitudine; ſiue repræſentatione intentionali, quæ habetur per formalem conceptũ primò; & in reſponſione ad primum ait Sanctus Thomas, diuinam eſſentiam eſſe idæam creaturarum, Suarez. quatenus

quatenus eſt ſimilitudo, vel ratio; at ratio propriè non dicitur niſi de conceptu formali, & ad ſecundum ait Deum intelligere plures rationes rerum, quatenus intelligit ſe intelligere plures res extra ſe, & hoc modo eſſe in Deo plures ideas.

Reſpondetur, primam auctoritatem optimè intelligi poſſe de naturali ſimilitudine; ſecundam autem cum tertia exprimere vtrumque modum, quo diuina eſſentia eſt idæa, vt affirmat noſtra concluſio.

Secundò profert diuerſa Sanctorum Patrum dicta; quibus apertè confirmatur noſtra Concluſio: nam de diuina eſſentia vtroque modo ſumpta loquuntur dicentes, eam eſſe creaturarum idæam, aut idæas eſſe diuinam eſſentiam, vel in Deo, ſiue in mente diuina.

Tertiò argumentatur ratione; Primò in diuina eſſentia, vt ſic condiſtincta à cognitione, non continetur creatura, vt in cauſa exemplari, ſed vt in cauſa efficiente, quæ ſolùm eminenti virtute continet creaturas, nō formaliter vllo modo; ergo ſecundum eam rationem non poteſt habere rationē exemplaris.

Reſpondetur. Diuinam eſſentiam vt condiſtinctam à cognitione dupliciter intelligi poſſe; vno modo, vt nec ſit cognitio, aut conceptio, neque ēt ſit obiectum cognitionis, & ſic verum eſt antecedens, & totum argumentum, ſed non militat contra nos: Alio modo poteſt intelligi diuina eſſentia, vt condiſtincta ſolùm à cognitione, aut conceptione formaliter, non autem obiectiuè, & in hoc ſenſu negatur antecedens; quia, vt diximus, diuina eſſentia, vt obiecta diuino intellectui repræſentat diſtinctè omnia, non ex parte repræſentantis, ſed ex parte repræſentatorum, & ſic continet formaliter creaturas, non ſecundum earum eſſe naturale, ſed repræſentatiuè vt perfectiſsimum exemplar.

Quartò. Diuina eſſentia prius ratione, quàm ſit cognoſcens, vel cognita, non poteſt intelligi vt exēplar creaturarum ſecundum proprias rationes earum; quia non continet eas formaliter, ſed virtualiter, vt lux Solis non poteſt dici idæa coloris, licet virtualiter illum contineat; ergo diuina eſſentia, vt cognita non poteſt habere rationem exemplaris. Conſequentia probatur; quia eſſe cognitum non conſtituit exemplar, ſed ſupponit illud, & ad ſummum, eſt conditio neceſſaria, vt cauſet; ergo diuina eſſentia ſecundum ſe non habet rationem exemplaris, ex eo præciſe, quod cognita ſit, non habebit illam.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam: Ad probationem iam ſupradiximus, quod eſſe cognitum pertinet ad exemplar, vt illius complementū.

Quintò. Si dicatur eſſentiam cognitam vt participabilem à creaturis eſſe idæam. Contra; quia cognoſcere eſſentiam, vt participabilem à creaturis nil aliud eſt, quàm cognoſcere ex vi talis eſſentię poſſe creaturam gradum entis participare; ſed hoc non eſt aliud, quàm cognoſcere ipſam creaturam, quatenus ex vi eminentis virtutis Dei poteſt ab illa prodire; ergo talis cognitio re vera eſt cognitio creaturæ in Deo; ergo, ſi obiectum cognitionis eſt idæa, creatura erit idæa.

Reſpondetur, quòd cognoſcere eſſentiā vt participabilem à creaturis eſt per ſe primò cognoſcere eſſentiam, & ſecundariò ex eius vi, id eſt ex ea comprehenſiuè cognita, cognoſcere creaturam, vnde falſa eſt minor, qua ſignificatur creaturam eſſe primò cognitam.

Sexto. Eſſentia Dei non eſt obiectum primariū, in quo cognoſcantur creaturæ, vt in aliqua imagine repræſentante, ſed vt in cauſa effectiua eminenter illas continente; ergo vt ſic non poteſt habere rationem exemplaris.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam; nam diuina eſsentia vt actus perfectisſimus, in quo eminenter continentur omnes creaturæ, quo ad omnem realitatem, & modum ſingulas diſtinctè repræſentat diuino intellectui, vt eius per ſe primò obiectum, in quo omnia cognoſcit diſtinctisſimè, ex parte repræſentatorum, licèt non omnia contineantur in Deo formaliter; ſufficit enim perfectiſſima virtualis continentia rerum, quo ad omnem realitatem, & modum, qualem continentiam nulla poteſt habere creatura reſpectu alterius. Vnde argumentum, quod Vaſquez ex continentia Virtuali lucis Solaris reſpectu caloris petit, nihil valet. Vaſquez.

Contra eandem concluſionem argumentatur Vaſquez; Sed eius argumenta coincidunt cum argumentis Suarezij iam ſolutis.

ARTICVLVS II.

Vtrum ſint plures Ideæ.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd nō ſint plures idęę. Idæa enim in Deo eſt eius eſſētia; ſed eſſentia Dei eſt vna tantùm; ergo, & idæa eſt vna. 97 1. d. 36. q. 2. art. 2. & 1. cont. ca. 54. & ver. q. 3. art. 2. Et opuſ. 9. q. 66.

2 Præterea: Sicut idæa eſt principium cognoſcendi, & operandi, ita ars, & ſapientia; ſed in Deo non ſunt plures artes, & ſapientiæ; Ergo nec plures idææ. Si dicatur, quòd idææ multiplicantur ſecūdùm reſpectus ad diuerſas creaturas; Contrà. Pluralitas idæarum eſt ab æterno; ſi ergo idææ ſunt plures, creaturę autem ſunt temporales; ergo temporale erit cauſa æterni.

3 Præterea: Reſpectus iſti, aut ſunt ſecundùm rem in creaturis tantùm, aut etiā in Deo; ſi in creaturis tantùm (cum creaturæ non ſint ab æterno) pluralitas idæarum non erit ab æterno: ſi multiplicentur ſolùm ſecundùm huiuſmodi reſpectus. Si autem realiter ſunt in Deo: ſequitur, quòd alia pluralitas realis ſit in Deo, quàm pluralitas perſonarum, quod eſt contra Damaſc.* dicentem, quòd in diuinis omnia vnum ſunt, præter ingenerationem, generationem, & proceſſionem. Sic igitur nō ſunt plures. Lib. 1. c. 5. & 10. & 11.

Reſpondetur artificiatū regulari proximè iuxta conceptionem mentis, quatenus illa eſt conformis formæ exemplari extrinſecæ conceptæ.

Sextò. Secluſa cauſalitate finis, quo artifex intendat aſsimilare effectum extrinſeco obiecto, ſolùm eſt habitudo, vel denominatio extrinſeca ꝓueniens ab actu voluntatis eius, & non addit effectui eſſentialem dependentiam ab alio obiecto, quæ ad genus cauſæ formalis pertineat; ergo. Antecedens probatur; quia artifex per ſe ſolùm intēdit talem formam inducere in ſuum effectum, ad quod per ſe ſolùm indiget propria conceptione illius formæ, quòd verò hæc forma aſsimiletur alteri extrinſecè, per accidens eſt ad cauſalitatem artis; ergo, & ad cauſalitatem exemplaris.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens, vt patet ex dictis. Ad probationem dicitur, hoc tantùm probari, videlicet non eſſe abſolutè in qualibet creati agentis actione neceſſarium exemplar actu exiſtens; non tamen probat, quòd, ſi adhibeatur exemplar realiter exiſtēs, aſsimilatio effectus, cum exemplari non per ſe pertineat ad cauſalitatem artis, & exemplaris.

Septimò. Deus per ſe non operatur vt cognoſcens præcisè ſuam eſſentiam, ſed vt cognoſcens creaturas ipſas, quas eſt producturus; ergo ille ordo ſecundùm rationem, qui eſt per ſe inter eſſentiam vt cognitam, & creaturas vt cognitas, ſecundùm quòd eſſentia eſt ratio cognoſcendi creaturas, reſpectu cauſalitatis exemplaris creaturarū eſt remotus, & per accidens. Confirmatur; quia eſſentia vt cognita præcisè, non poteſt abſque creaturis formaliter cognitis veram rationem exemplaris habere, neque poteſt inter cognitionem eſſentiæ præcisè, & cognitionem creaturarum in eſſentia alia cognitio quaſi media intelligi, quæ dicatur cognitio eſſentiæ, vt participabilis à creaturis; quia hoc nihil aliud eſt; quam cognoſcere creaturas, vt participatiuas eſſentiæ.

Reſpondetur negando ſequelam, & ratio eſt: quoniam datur medium, nimirum Deum operari, vt eſt cognoſcens eſſentiam ſic immitabilem, nec verum eſt, quod in confirmatione dicitur, quòd hoc nihil aliud ſit, quàm cognoſcere creaturas, vt participatiuas eſſentiæ, diſtant enim pluſquàm Cęlum, & terra: Nam cognoſcere eſſentiam, vt ſic imitabilem à creaturis, eſt cognitionem per ſe primò ad eſſentiam, vt creaturarum exemplar, & per ſe primò obiectum, terminari; cognoſcere autem creaturas, vt participatiuas eſſentiæ, eſt cognitionem terminari ad ipſas creaturas; Alia argumenta eiuſdem Auctoris probāt exemplar, ſcilicet interius, habere cauſalitatem effectiuam, quæ eſt vltima pars noſtræ Concluſionis.

Contra octauam concluſionem argumentatur Scotus, & ex eius doctrina Peſantius; Sed omnia illa argumenta ab omnibus ferè modernis ſunt ſoluta, & facile etiam ex dictis ſolui poſſunt. *[Scotus. Peſantius.]*

Contra nonā concluſionem argumentatur Molina. Primò. Deus cognoſcit creaturas in ſua eſſentia tanquam in cauſa, in qua virtute continentur, & a qua poſſunt emanare; ergo conſpiciendo earū *[Molina.]*

A poſsibilitatem in ſua eſſentia, & modum, quo ab ea poſſunt emanare, eas intuetur; prius igitur eſt in ſua eſſentia intueri modum, quo eſſe poſſunt; & quo valet eas producere, quàm eas vt tales, vel tales naturas apprehendere; Igitur eſſentia Diuina, vt antecedit cognitionem creaturarum, eſt idæa: Et confirmatur; quia Deus nō cognoſcit ex rerum naturis eas poſſe eſſe, & modum, quo fieri poſſunt, quaſi præconcipiat naturas rerum, & ex naturis videat eas eſſe poſſe, modumq;, quo fieri poſſunt, ſed contra ex poſsibilitate earum, ac modo, quo ipſius potentia fieri poſſunt eas in ſua eſſentia, tanquam in cauſa contemplatur; itaque intuitus di- B uinus ab eſſentia incipit tanquam ab obiecto primario, & ex poſsibilitate, & modo, quo creaturæ à diuina eſſentia, vt potētia poſſunt emanare, eas in ſua eſſentia tanquam obiectum ſecūdarium in primario intuetur.

Reſpondetur, nullam eſſe ſecundam conſequentiam: nam ex hoc ipſo, quòd Deus videt creaturas in ſua eſſentia, vt in cauſa, & earum poſsibilitatē, ac modum productionis, videt eas vt tales, & tales; quia diuina eſſentia vt cauſa diſtinctiſsimè illas repræſentat ex parte repræſentatorum, vt diximus ſupra articulo 6. præcedentis quæſtionis, & diuina potentia extenditur ad eas vt tales, & ad C omnem earum modum in ſingulari; vnde implicat contradictionem eas intelligi vt poſsibiles in tali cauſa, & non videri vt tales. Ad confirmationem autem dicitur: ea tantùm probari, diuinam eſſentiam eſſe rationem videndi creaturas, non autem in ea videri prius creaturas vt poſsibiles, quàm vt tales: niſi ſermo ſit de cognitione creaturarū, quo ad actualem exiſtentiā in rerum natura, quæ præſupponit decretum diuinæ voluntatis, ſed hoc nō eſt ad propoſitum, de quo loquitur Molina, & noſtra Concluſio; quia ſermo eſt de cognitione diſtincta creaturarum, etiam ante decretum diuinę voluntatis.

D Contra decimam argumentatur Molina probans diuinam eſſentiam, vt verbum non eſſe idæā. Deus, qua Deus cognoſcendo non producit verbum, ſed ſolùm, qua pater, at qua Deus, habet in re idæas omnium rerum; ergo. *[Molin.]*

Reſpondetur negando ſequelam: nam, quemadmodum in Deo eſt vera intellectio, licet nō ſit ꝓducta ab intellectu diuino, ita in eo eſt verbum eſſentiale, licet, non ſit productum; quia de ratione verbi vt ſic, nō eſt eſſe productum, ſed tantū, quòd ſit obiectum intrinſecum intellectus.

Contra eandem argumētatur Suarez intendēs probare diuinam eſſentiam, vt obiecta eſt diuino E intellectui tanquam forma imitabilis, non eſſe idæam, ſed tantùm vt conceptus, ſiue verbum, & primò affert auctoritatem D. Thomæ in hoc articulo ad tertium dicentis diuinam eſſentiam eſſe idęam, inquantùm eſt ſimilitudo rerum omnium, quod non poteſt intelligi de ſimilitudine naturali, ſed de ſimilitudine; ſiue repræſentatione intentionali, quæ habetur per formalem conceptū primò; & in reſponſione ad primum ait Sanctus Thomas, diuinam eſſentiam eſſe idæam creaturarum, *[Suarez.]*

quatenus

quatenus eſt ſimilitudo, vel ratio; at ratio propriè non dicitur niſi de conceptu formali, & ad ſecundum ita: Deum intelligere plures rationes rerum, quatenus intelligit ſe intelligere plures res extra ſe: & hoc modo eſſe in Deo plures ideas.

Reſpondetur, primam auctoritatem optimè intelligi poſſe de naturali ſimilitudine; ſecundam autem cum tertia exprimere vtrumque modum, quo diuina eſſentia eſt idæa, vt affirmat noſtra concluſio.

Secundò profert diuerſa Sanctorum Patrum dicta; quibus apertè confirmatur noſtra Concluſio: nam de diuina eſſentia vtroque modo ſumpta loquuntur dicentes, eam eſſe creaturarum idæam, aut idæas eſſe diuinam eſſentiam, vel in Deo, ſiue in mente diuina.

Tertiò argumentatur ratione; Primò in diuina eſſentia, vt ſic condiſtincta à cognitione, non continetur creatura, vt in cauſa exemplari, ſed vt in cauſa efficiente, quæ ſolùm eminenti virtute continet creaturas, nō formaliter vllo modo; ergo ſecundum eam rationem non poteſt habere rationē exemplaris.

Reſpondetur. Diuinam eſſentiam vt condiſtinctam à cognitione dupliciter intelligi poſſe; vno modo, vt nec ſit cognitio, aut conceptio, neque ēt ſit obiectum cognitionis, & ſic verum eſt antecedens, & totum argumentum, ſed non militat contra nos: Alio modo poteſt intelligi diuina eſſentia, vt condiſtincta ſolùm à cognitione, aut conceptione formaliter, non autem obiectiuè, & in hoc ſenſu negatur antecedens; quia, vt diximus, diuina eſſentia, vt obiecta diuino intellectui repræſentat diſtinctè omnia, non ex parte repræſentantis, ſed ex parte repræſentatorum, & ſic continet formaliter creaturas, non ſecundum earum eſſe naturale, ſed repræſentatiuè vt perfectiſsimum exemplar.

Quartò. Diuina eſſentia prius ratione, quàm ſit cognoſcens, vel cognita, non poteſt intelligi vt exēplar creaturarum ſecundùm proprias rationes earum; quia non continet eas formaliter, ſed virtualiter, vt lux Solis non poteſt dici idæa coloris, licet virtualiter illum contineat; ergo diuina eſſentia, vt cognita non poteſt habere rationem exemplaris. Conſequentia probatur; quia eſſe cognitum non conſtituit exemplar, ſed ſupponit illud, & ad ſummum eſt conditio neceſſaria, vt cauſet; ergo diuina eſſentia ſecundum ſe non habet rationem exemplaris, ex eo præciſe, quod cognita ſit, non habebit illam.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam: Ad probationem iam ſupradiximus, quod eſſe cognitum pertinet ad exemplar, vt illius complementū.

Quinto. Si dicatur eſſentiam cognitam vt participabilem à creaturis eſſe idæam. Contra; quia cognoſcere eſſentiam, vt participabilem à creaturis nil aliud eſt, quàm cognoſcere ex vitalis eſſentię poſſe creaturam gradum entis participare; ſed hoc non eſt aliud, quàm cognoſcere ipſam creaturam, quatenus ex vi eminentis virtutis Dei poteſt ab illa prodire; ergo talis cognitio re vera eſt cognitio creaturæ in Deo; ergo, ſi obiectum cognitionis eſt idæa, creatura erit idæa.

Reſpondetur, quòd cognoſcere eſſentiā vt participabilem à creaturis eſt per ſe primo cognoſcere eſſentiam, & ſecundario ex eius vi, idest ex ea comprehenſiue cognita, cognoſcere creaturam, vnde falſa eſt minor, qua ſignificatur creaturam eſſe primò cognitam.

Sexto. Eſſentia Dei non eſt obiectum primariū, in quo cognoſcantur creaturæ, vt in aliqua imagine repræſentante, ſed vt in cauſa effectiua eminenter illas continente; ergo vt ſic non poteſt habere rationem exemplaris.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam; nam diuina eſſentia vt actus perfectiſsimus, in quo eminenter continentur omnes creaturæ, quo ad omnem realitatem, & modum ſingulas diſtinctè repræſentat diuino intellectui, vt eius per ſe primò obiectum, in quo omnia cognoſcit diſtinctiſsimè, ex parte repræſentatorum, licèt non omnia contineantur in Deo formaliter; ſufficit enim perfectiſſima virtualis continentia rerum, quo ad omnem realitatem, & modum, qualem continentiam nulla poteſt habere creatura reſpectu alterius. Vnde argumentum, quod Vaſquez ex continentia Virtuali lucis Solaris reſpectu caloris petit, nihil valet. Vaſquez.

Contra eandem concluſionem argumentatur Vaſquez; Sed eius argumenta coincidunt cum argumentis Suarezij iam ſolutis.

ARTICVLVS II.

Vtrum ſint plures Idææ.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd nō ſint plures idęę. Idæa enim in Deo eſt eius eſſētia; ſed eſſentia Dei eſt vna tantùm; ergo, & idæa eſt vna.

97 1. d. 36. q. 2. art. 2. & 1. cont. ca. 54. Et ver. q. 3. art. 2. Et opuſ. 9. q. 66.

2 Præterea: Sicut idæa eſt principium cognoſcendi, & operandi, ita ars, & ſapientia; ſed in Deo non ſunt plures artes, & ſapientiæ; Ergo nec plures idææ. Si dicatur, quòd idææ multiplicantur ſecūdùm reſpectus ad diuerſas creaturas; Contra. Pluralitas idæarum eſt ab æterno; ſi ergo idææ ſunt plures, creaturę autem ſunt temporales; ergo temporale erit cauſa æterni.

3 Præterea: Reſpectus iſti, aut ſunt ſecundùm rem in creaturis tantùm, aut etiā in Deo; ſi in creaturis tantùm (cum creaturæ non ſint ab æterno) pluralitas idæarum non erit ab æterno: ſi multiplicentur ſolùm ſecundùm huiuſmodi reſpectus. Si autem realiter ſunt in Deo: ſequitur, quòd alia pluralitas realis ſit in Deo, quàm pluralitas perſonarum, quod eſt contra Damaſc. * dicentem, quòd in diuinis omnia vnum ſunt, præter ingenerationem, generationem, & proceſsionem. Sic igitur nō ſunt plures.

Lib. 1. c. 5. & 10. & 11.

Lib 83. q. 46 a me dio. to. 4. Sed contrà eſt, quod dicit Auguſt.* in libro 83. quæſt. idææ ſunt principales quædam formæ, vel rationes rerum ſtabiles, atque incommutabiles; quia ipſæ formatæ non ſunt, ac per hoc æternę, ac ſemper eodem modo ſe habentes, quæ diuina intelligentia continentur; Sed, cum ipſæ neque oriantur, neque intereant. ſecundùm eas tamen formari dicitur omne, q̃d oriri, & interire poteſt, & omne, quod oritur, & interit.

Reſpondeo. Dicẽdum, quòd neceſſe eſt ponere plures idæas. Ad cuius euidentiam conſiderãdum eſt, quòd in quolibet effectu, illud, quod eſt vltimus finis, propriè eſt intentum à principali agente, ſicut ordo exercitus à duce. Illud autem, quod eſt optimum in rebus exiſtens, eſt bonum ordinis vniuerſi, vt patet per Lib. 12. met. tex 52 Philoſophum in 12. metaph. * Ordo igitur vniuerſi eſt propriè à Deo intentus, & nõ per accidens proueniens ſecundùm ſucceſsionem agentium: prout quidam dixerunt, quòd Deus creauit primum creatum tantùm, quod creatum creauit ſecundùm creatum, * & ſic inde 246 quouſq; producta eſt tanta rerum multitudo; ſecundùm quam opinionem, Deus non haberet niſi idæam primi creati; Sed, ſi ipſe ordo vniuerſi eſt per ſe creatus à Deo, & intentus ab ipſo, neceſſe eſt, quòd habeat idæam ordinis vniuerſi. Ratio autem alicuius totius haberi non poteſt, niſi habeantur propriæ rationes eorum, ex quibus totum conſtituitur. Sicut ædificator ſpeciem domus concipere non poſſet, niſi apud ipſum eſſet propria ratio cuiuslibet partium eius. Sic igitur oportet, quòd in mente diuina ſint propriæ rationes omnium Lib 83. q. 46 poſt med to. 4 rerum. Vnde dicit Auguſt.* in lib. 83. q. quòd ſingula proprijs rationibus à Deo creata ſunt. Vnde ſequitur, quòd in mente diuina ſint plures idææ. Hoc autem quomodo diuinæ ſimplicitati non repugnet, facilè eſt videre, ſi quis conſideret idæam operati eſſe in mente operantis, ſicut quòd intelligitur, nõ autem ſicut ſpecies, qua intelligitur, quæ eſt forma faciens intellectum in actu. Forma enim domus in mẽte ædificatoris eſt aliquid ab eo intellectum, ad cuius ſimilitudinẽ domum in materia format. Non eſt autem contra ſimplicitatem diuini intellectus, quòd multa intelligat; ſed cõtra ſimplicitatem eius eſſet, ſi per plures ſpecies eius intellectus formaretur. Vnde plures idææ ſunt in mente diuina, vt intellectæ ab ipſo. Quod hoc modo poteſt videri. Ipſe enim eſſentiam ſuam perfectè cognoſcit; vnde cognoſcit eam ſecundùm omnem modum, quo cognoſcibilis eſt. Poteſt autem cognoſci, non ſolum ſecundùm quòd in ſe eſt, ſed ſecundùm quòd eſt participabilis ſecundùm aliquem mo-

A dum ſimilitudinis à creaturis. Vnaquæque autem creatura habet propriam ſpeciem, ſecundùm quòd aliquo modo participat diuinæ eſſentiæ ſimilitudinem. Sic igitur, inquantùm Deus cognoſcit ſuam eſſentiam, vt ſic imitabilem à tali creatura, cognoſcit eam, vt propriam rationem, & idæam huius creaturæ. Et ſimiliter de alijs. Et ſic patet, quòd Deus intelligit plures rationes proprias plurium rerum, quæ ſunt plures idææ.

Ad primum ergo dicendum, quòd idæa non nominat diuinã eſſentiam, inquantùm eſt B eſſentia, ſed inquantùm eſt ſimilitudo, vel ratio huius, vel illius rei. Vnde ſecundùm quòd ſunt plures rationes intellectæ ex vna eſſentia, ſecundùm hoc dicuntur plures idææ.

Ad ſecundum dicendum, quòd ſapientia, & ars ſignificantur, vt quo Deus intelligit; ſed idæa, vt quod Deus intelligit. Deus autem vno intellectu intelligit multa, & non ſolùm ſecundùm quòd in ſeipſis ſunt, ſed etiam ſecundùm quòd intellecta ſunt: quod eſt intelligere plures rationes rerum. Sicut artifex, dum intelligit formam domus in materia, dicitur intelligere domum; C cùm tamen intelligit formam domus; vt à ſe ſpeculatam, ex eo quòd intelligit ſe intelligere eam, intelligit idæam, vel rationem domus. Deus autem, non ſolùm intelligit multas res per eſſentiam ſuam, ſed etiam intelligit ſe intelligere multa per eſſentiam ſuam.* Sed hoc eſt intelligere plures rationes rerum, vel plures idæas eſſe in intellectu eius, vt intellectas.

Ad tertium dicendum, quòd huiuſmodi reſpectus, quibus multiplicantur idææ, non cauſantur à rebus, ſed ab intellectu diuino, compa D rante eſſentiam ſuam ad res.

Ad quartum dicẽdum, quòd reſpectus multiplicantes idæas, non ſunt in rebus creatis, ſed in Deo. Non tamen ſunt reales reſpectus, ſicut illi, quibus diſtinguuntur perſonæ, ſed reſpectus intellecti à Deo.

Forma Textus.

Hoc ordine quæſito ſatisfacit S. D. Primò proponit, ac probat concluſionem. Secundò reſpondet tacitæ obiectioni. Tertiò explicat ſenſum concluſionis, aperiens modum pluralitatis.

E *Concluſio eſt, Neceſſe eſt ponere plures idæas. Probatur. Neceſſe eſt, quòd Deus habeat idæam totius ordinis vniuerſi; ſed ratio totius ordinis non poteſt haberi, niſi habeantur propriè rationes eorum, ex quibus conſtituitur; ergo oportet, quòd in mẽte diuina ſint propriæ rationes omnium rerum, ex quibus conſtituitur ordo totius vniuerſi; hæ autem ſunt idææ; ergo. Minor probatur exemplo ædificatoris; qui ſpeciem domus concipere non poſſet, niſi apud ipſum eſſet propria ratio cuiuslibet partium eius; Maior autem probatur: Ordo vniuerſi*

Digitized by Google

A ...ſ eſt per ſe intentus à Deo ; ergo habet idæam in
... Antecedens probatur : Illud, quòd eſt vltimus
...s quolibet effectu , propriè eſt intentum à princi-
...ente; at in rebus vltimus finis eſt bonum ordinis
...ſi; ergo ordo vniuerſi eſt per ſe,& propriè à Deo
...us.Maior probatur exemplo: ſi ut ordo exercitus
...ntus à Duce.Minor autem auctoritate Ariſt. 12.
...h: tex. 51. dicentis. Illud, quod eſt optimum in re
... bonum ordinis vniuerſi; ergo bonum ordinis v-
... eſt vltimus finis . Conſequentia verò probatur
...ructione opinionis Auicennæ. Nam Auicenna
...at ordinem vniuerſi non eſſe per ſe intentum ; ex
...quebatur, quòd non haberet idæam in Deo , dice-
B ...um ordinem vniuerſi eſſe per accidens, ſcilicet pro
...ccesſionem agentium: quoniam ſecundùm Auicē
...Deus creauit primum creatum tantùm, quod crea-
...reauit ſecundum creatum, & ſic deinceps, quouſ-
...oducta eſt tanta rerum multitudo; & ſic ordo v-
... eſſet per accidens , & conſequenter non haberet
... in Deo; nullus enim artifex exigit idæam eorū ,
...nt per accidens ; haberet ergo Deus tantùm idæā
...creati. Itaque cum iuxta regulam Ariſtotelis ; ſi
...atio eſt cauſa affirmationis, & negatio ſit cauſa
...nis, & è contra, ſequitur, ſi vniuerſi ordo eſt per
...tus à Deo, illius idæam eſſe in Deo .
...ndò. Probatur concluſio auctoritate Auguſt. in
C ...3. quæſt. q. 46. dicentis ſingula proprijs rationi-
...Deo creata fuiſſe.
...ndò loco S. Thomas, reſpondet tacitæ obiectioni.
...enim aliquis ſic obijcere. Pluralitas idæarum re-
... diuinæ ſimplicitati; ergo non eſt ponenda. Oſten-
...o S. D. quomodo pluralitas idæarum non repu-
...uinæ ſimplicitati, ex differentia, quæ eſt inter quod,
... aliquis intelligit, tali argumento . Multiplicare
...on repugnat diuinæ ſimplicitati, ſed tantùm mul
...re quo; ſed idæa eſt quod, & non quo; ergo multi-
...æarum non repugnat ſimplicitati diuinæ. Maior
...ur; quia multa intelligere non ponit compoſitio-
...t imperfectionem. Minor probatur exēplo idæa
D ...in mente artificis, quæ eſt aliquod ab eo intelle-
...d cuius ſimilitudinem, domū in materia format.
...iò explicat , & probat modum pluralitatis tali
...nto; Deus cognoſcit eſſentiam ſuam, non ſolùm
...m quod in ſe eſt, ſed etiā ſecundùm quòd eſt par-
...ilis ſecundùm aliquem modum ſimilitudinis, ſed
...tùm cognoſcit Deus eſſentiam ſuam, vt imitabi-
...l participabilem à tali creatura; cognoſcit eam ,
...riam rationem, & idæam huius creaturæ: ergo
...as idæarum eſt ſecundùm pluralitatem modo-
...ibus cognoſcitur imitabilis diuina natura . Mi-
...batur ; quia qualibet creatura habet propriam
..., ſecundùm quòd aliquo modo participat diuinæ
E ... ſimilitudinem; ergo inquantùm Deus cognoſcit
...m ſuam vt ſic, imitabilem à tali creatura , co-
...eam ut propriam rationem , & idæā huius crea-
...Maior probatur : Deus cognoſcit eſſentiam ſuam
...ùm omnem modum, quo cognoſcibilis eſt; at po-
...noſci, non ſolùm ſecundùm quod in ſe eſt, ſed etiā
...ùm quòd eſt participabilis ſecundùm aliquē mo-
...militudinis à creaturis ; ergo ſic à Deo cogno-

Expoſitio Textus.

IN hoc diſcurſu duo ſunt explicatione digna. Vnum eſt illa propoſitio. *Illud, quod eſt vltimus finis in quolibet effectu, eſt propriè intentum à principali agente.* Alterum eſt differentia inter habens rationem quo intellectus intelligit, quæ ambo explicat Caietanus, & cum eo ſecundùm paulo latius moderni expoſitores Thomiſtæ; Qui verò tenent verbum non eſſe obiectum intellectus, alias conātur afferre rationes, ob quas in Deo multiplicantur idææ, non autem artes, & ſapientiæ, quę eſt difficultas tacta à S. Thom. in ſecundo argumento. Inter quos multum laborat Vaſquez hic cap. 3. & Suarez lib. 1. de attributis Dei poſitiuis cap. 5. verſus finem; Nobis tamē ſufficit differentia aſsignata à S. Thom. expoſita à Caietano.

Caiet. Vaſquez. Suarez. Caiet.

Prima Controuerſia.

Quæ ſit idæarum pluralitas.

Sententię Doctorum.

PLures eſſe idæas in Deo, docuit Auguſtinus in libro octuaginta trium quæſtionum, quæſt. 46. & poſt eum communis ſchola Theologorum; ita Sanctus Doctor hic, & alibi ſæpe: Alenſis in prima parte ſuæ ſummæ, quęſt. 23. membro quarto: Albertus in primo ſententiarum, diſtinctione trigeſimaquinta, articulo nono. Aegidius artic. ſecundo, quæſtione ſecunda, Capreol. quæſtione prima, articulo primo, concluſione tertia. S. Bonauentura, articulo primo, quæſtione tertia; Ricardus in primo ſententiarum, diſtinctione trigeſima ſexta, articulo ſecundo, quæſtione tertia, & alij: Durandus autem eadē diſtinctione affirmat in Deo, propriè loquendo vnam eſſe tantùm idęam, & in ea plures eſſe rationes idæales, quæ videtur fuiſſe ſententia Diui Thomæ in articulo præcedente in fine corporis: De diſtinctione verò earum exiſtimat Scotus eam eſſe realem: exiſtimat enim ideas in Deo eſſe res ipſas exiſtentes obiectiuè in mente diuina: Magiſter Nauarretus, controuerſia 66. §. primo, & ſecundo, & tertio dicit quinque: Primum eſt: Non datur vna idea communis omnium creaturarum: Secundum eſt: Admiſſa etiam illa idæa communi, talis idæa nō eſt plurificabilis in idæas particulares: Tertium eſt: Pluralitas idęarum datur à parte rei ſecundùm fundamentū reale: Quartum eſt: A parte rei ſecluſa operatione intellectus reperitur talis diſtinctio inter ideas Diuinas, vt vna non affirmetur de altera in ſenſu formali; dicendo, exempli gratia: idęa hominis eſt idęa equi; & explicando dictum hoc ait; idęam in ratione ideę conſtitui per aliquod reale, & ideo plures ideas in ratione plurium conſtitui per plurificationem illius realitatis, & pluralitatem idęarū eſſe aliquid reale, & ideas in Deo plures eſſe realiter,

Auguſtin. S. D. Alenſis. Albertus. Aegid. Capreol. S. Bonau. Riccard. Durādus. Scotus. Nauarret.

ter, licet non ſit ibi plurificatio realitatum, ſicut (inquit) licèt iuſtitia, & miſericordia ſint plura attributa realiter, non tamen ſunt plures perfe-ctiones, vel realitates. Quintum eſt idęas non plurificari primò, & per ſe per reſpectus rationis, ſed per principia earum conſtitutiua: Contraria tamen huic opinioni ſententia eſt D. Tho. Capreoli, Caietani, & omnium Thomiſtarum. Ad cuius euidentiam.

Reſolutio.

Vnam eſſe diuini intellectus idæam communem, & plures veluti eius partes ratione diſtinctas.

Sciendum eſt primò: Vniuerſum eſſe vnum totalem, licet non adæquatum Diuinæ virtutis effectum, ad cuius perfectionem, & bonitatem ſingulæ rerum ſpecies, vt ad finem intrinſecum ordinantur, vt expreſsè docet Sanctus Thomas infra (Thom.) queſtione quadrageſima ſeptima, articulo primo, & ſecundo in corpore, & in reſponſione ad primum, vbi ſic loquitur: *Optimi agentis eſt producere totum effectum ſuum optimum, non tamen, quòd quamlibet partem totius faciat optimam, ſed optimam proportione ad totum; tolleretur enim bonitas animalis, ſi quælibet pars haberet oculi digni-tatem; ſic igitur, & Deus totum vniuerſum conſtituit optimum ſecundùm modum creaturæ, non autem ſingulas creaturas.* Hęc ibi: quod idem etiam docet infra queſtione quinquageſima, articulo primo, & queſtione quinquageſima ſecunda, articulo ſecundo, & de potentia, queſtione tertia articulo ſextodecimo in fine corporis, & ad primum, & ſecundum, et alibi ſępe. Ex quo principio probauit Sanctus Doctor in articulo precedente in mente diuina eſſe formam, & idęam, ad cuius ſimilitudinem factus eſt mundus: & in hoc articulo ſic diſcurrit: *Si ipſe ordo vniuerſi eſt per ſe creatus à Deo, & intentus ab ipſo, neceſſe eſt, quòd habeat idæam ordinis vniuerſi: Ratio autem alicuius totius haberi non poteſt, niſi habeantur propriæ rationes eorum, ex quibus totum conſtituitur, ſicut ædificator ſpeciem domus concipere non poſſet, niſi apud ipſum eſſet propria ratio cuiuslibet partis: Sic igitur oportet, quòd in mente diuina ſint propriæ rationes omnium rerum: vnde dicit Diuus Auguſtinus in libro octuagintatrium quæſtionum, quòd ſingula proprijs rationibus à Deo creata ſunt; vnde ſequitur; quòd in mente diuina ſint plures idææ.* Quibus verbis manifeſtę ſignificat neceſſe eſſe dari vnam idæam in Deo communem omnibus creaturis, non quidem communitate prędicationis, ſed communitate repręſentationis, eo modo, quo ſpecies Angelici intellectus dicitur communis pluribus rerum naturis, & indiuiduis in repræſentando: Ex quo deducit oportere, vt in mente diuina ſint proprię rationes, & ideę omnium rerum, ſicut apud ędificatorem concipientem idæam totius domus oportet eſſe rationem, & idęam cuiuslibet partis eius: igi-

A tur, quemadmodum quęlibet creatura pars eſt totius vniuerſi, ita quęlibet idea creaturę ab altera diſtinctę pars quędam eſt ideę totius vniuerſi; ſicut enim quęlibet creatura ſe habet ad totum vniuerſum, ita quęlibet idęa creaturę particularis ſe habet ad totalem, & communem idęam totius vniuerſi; quam etiam vnam ponebat Plato, qui, vt ait Sanctus Doctor infra quæſtione quadrageſima ſeptima, articulo tertio, ad primum, ex vnitate exemplaris probabat vnitatem mundi, quaſi exemplari; non poteſt autem exemplar illud, & idęa communis in plura exemplaria, & idęas diſtingui, niſi eo mo-

B do, quo totum, quod plurium eſt diſtinctè repręſentatiuum, in plures quaſi partes, aut partiales repręſentandi rationes diſtinguitur, vt patet in ſpeculo plura diſtinctè repręſentante.

Secundò recolenda ſunt, quę diximus infra queſtione vigeſima octaua, articulo ſecundo, Controuerſia prima, & pręſertim concluſione ſexta, vbi oſtendimus inter eſſentiam, & relationes maiorem eſſe diſtinctionem virtualem, quàm inter eſſentiam, & attributa; & queſtione trigeſimaſecunda, articulo ſecundo, Controuerſia tertia, vbi diximus eſſe valde probabile paternitatem, & ſpirationem ante omnem in-

C tellectus operationem diſtingui formaliter, & actualiter, non in eſſe rei, ſed in eſſe relationis, eo quod ad terminos referantur realiter diſtinctos: quibus adde ea, quę diximus in articulo tertio eiuſdem queſtionis, Controuerſia prima de propoſitionibus, in quibus vna notio de altera, aut vnum attributum de alio prędicatur.

Ex his enim apparet primò attributa non eſſe plura realiter: probatur; quia, quę ſunt plura realiter, diſtinctionem habent actualem à parte rei ante omne opus intellectus, quod diuinis perfectionibus, & attributis minimè conuenire

D probauimus in allegata Controuerſia prima, queſtione vigeſimaoctaua, artic. 2. Secundò, patet longè eſſe diuerſam rationem de duabus relationibus vni perſonę conuenientibus, puta paternitate, & ſpiratione, quàm de diuinis attributis; quia relationes iſtę, licèt, in eſſe rei non ſint, nec dici poſsint realiter plures; atque adeò, vt ſic nullam habeant diſtinctionem actualem, niſi per opus intellectus, diſtinguuntur tamen ſecundùm valde probabilem opinionem in eſſe relationis; ante opus intellectus, ita vt verè ſint, & dici poſsint plures relationes reales, eo quòd ad terminos referantur realiter abinuicem di-

E ſtinctos, ſcilicet, ad filiationem, & proceſſionem, quę eſt relatio perſonalis Spiritus ſancti; quod diuinis attributis minimè conuenit.

Poſtremò patet diuinas idæas non eſſe realiter plures, nec intellectus opere præciſo actualiter eſſe diſtinctas. Duo namque conſiderantur in idæa; alterum abſolutum, quod eſt eſſentia Dei, vt obiecta

iuino intellectui, & imitabilis fundamenta-
à creaturis,& in hoc nulla ante opus intelle-
oteſt actualis eſſe diſtinctio, ſicut nec in cę-
abſolutis, vt patet ex allegata controuerſia
a,& ex communi Thomiſtarum doctrina in
ria de diſtinctione diuinarum perfectionũ,
ributorum contra Scotum: Alterum,quod in
conſideramus,eſt relatio rationis ad creatu-
quæ diuinam imitatur eſſentiam; & ſecundũ
aſſerunt Sanctus Thomas, & eius diſcipuli
gui plures idæas in Deo, vt patet ex hoc ar-
o,& oſtendetur in ſequenti controuerſia.
dictis ſequuntur duæ Concluſiones.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

ima concluſio. In Deo vna eſt idæa commu-
nis omnibus rebus creatis ſecundùm reprę-
ſentationem,quæ in plures quaſi partes eius
guitur idęas particulares: hęc patet ex di-

unda concluſio. Idęę diuinæ præciſa opera-
ntellectus,& relatione rationis non ſunt a-
res,nec ſecundùm ſe realem habent plura-
n: hæc patet ex dictis.

Argumenta, & ſolutiones.

ntra primam concluſionem argumentatur
Nauarretus; primò; quia differt conceptus
a, quòd in conceptu repræſentatur res ad
n concipientis,& quatenus vniuntur in con
e, & ideo datur vnus conceptus repræſen-
adęquatè plures res, quæ vniuntur in vnica
ſuperiori, ſub qua cognoſcuntur; at verò
præſentat res, vt operabiles: rerum autem
ilitas nõ relucet in aliqua ratione ſuperio-
perabilitas cuiuſcunq; rei relucet in pro-
adæquata ratione talis rei; igitur nulla eſt
nis idęa, qua Deus, vt agens vtatur in pro-
e rerum: Confirmatur primò; quia actio-
ſantur ſemper circa ſingularia; ergo exem-
erum operabilium reſpiciunt res operabi-
ngulari: Confirmatur ſecundò; quia ſi da-
templar multarum rerum operabilium re-
ans illas ſecũdùm rationem vniuerſalem,
ſſet eas perfectè repræſentare.
ondetur nullam eſſe conſequentiam loquẽ
dæa cõmuni in repræſentando; vt patet in
ngelica; ſpecies namque intelligibilis, ſiuè
ulatiua, ſiue practica, dummodo ſit excel-
n minus, ſed multò magis diſtinctè repræ-
articularia, quàm ſpecies ſingulis adæqua
eſentent; vt patet in idæa domus, quæ eſt
e ędificatoris, quæ ſingulas ædificij partes
ė repræſentat in ipſo toto perfectè cogni-
rimam confirmationem negatur ſequela;
ra ſingularia poſſunt reprę̨ſentari, & intẽ
erante, tanquam partes vnius totalis effe-
l ſecundam reſpondetur cum D. Thom. in-
ſt. 55. artic. 3. ad ſecundum, quòd ſpecies

A reprę̨ſentans in vniuerſali ex parte rei cognitæ; quia ſcilicet repræſentat rei naturam ſolùm in vniuerſali, imperfectè reprę̨ſentat; ſi verò reprę̨ſentet in vniuerſali ex parte ipſius reprę̨ſentantis; quia ſcilicet eſt reprę̨ſentatiuum vniuerſale plura diſtinctè repræſentans, tunc perfectius repræſentat, quàm quęlibet ſpecies, ſeu reprę̨ſentatiuũ particulare: Hanc verò vniuerſalitatem attribuimus nos idęę totius vniuerſi in intellectu diuino.

Secundò probat idęam illam communem non poſſe eſſe purificabilem in plures idęas particulares; primò: quoniam idęa illa communis reprę̨ſentat idęata in communi cum pręciſione à repræſentatione

B idęatorum in particulari; ergo non eſt plurificabilis in multas idęas.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens, vt patet ex dictis.

Tertiò: Quamuis Deus cognoſcat totum vniuerſum per modum totius continentis partes diuerſas; hæc tamen cognitio non fundat immediatè rationem idęę; ergo. Antecedens probatur; quia non cognoſcitur vniuerſum, vt operabile eſt formaliter loquendo, quouſque illa eſſentia, quę eſt ratio talis cognitionis vniuerſi cognoſcatur, vt diuerſimodè imitabilis à creaturis; ergo.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens, vt patet

C ex hoc articulo, & alijs locis ſupra notatis: Ad probationem negatur antecedens de cognitione practica, loquendo ſecundùm ordinem intentionis, ſic enim primò fertur ad totum, quamuis ſecundùm ordinẽ executionis prius feratur ad partes.

Contra ſecundam concluſionem argumẽtatur idem Author: primò; quia ratio formalis idęę eſt aliquid reale; ergo eſt impoſſibile, quòd dẽtur plures idęę, niſi plurificatio ſumatur ex eadẽ realitate: Confirmatur primò. Eadem eſt ratio vnius, atque plurium idęarum; ſed vna idęa in ratione idęę conſtituitur per aliquid reale: ergo plures idęę in ratione plurium conſtituuntur per plurificationẽ

D illius realitatis: Pręterea: Idęa hominis eſt aliquid reale, & ſimiliter idęa æqui; ergo in ordine reali ante reſpectum rationis datur ſufficiens fundamẽtum ad conſiderandas iſtas diuinas idęas; ergo pluralitas idæarum eſt aliquid reale.

Reſpondetur duplicem eſſe rationem formalẽ idęę, alteram eſſentialem, & hęc eſt aliquid reale, alteram completiuam, quę ſe habet ad eſſentialẽ, vt modus neceſſarius ad conſtitutionem, & diſtinctionem idęę; & hęc eſt relatio rationis; Si igitur in antecedente ſermo ſit de prima ratione formali, negatur conſequentia: quoniã hæc non ſufficit ad conſtitutionem idęę, ſi verò de ſecunda loquatur, negatur antecedens: & per hęc ſatisfit vtrique

E confirmationi.

Secundò: Vt ſint plures idęę realiter, ſufficit, quod eadem realitas, & eadem perfectio habeat talem eminentiam, vt ęquiualeat pluribus realitatibus ſecundùm proportionem ad aliquid extrinſecum; nã ita proportionatur eſſentia diuina alicui creaturę in particulari, tanquam imitabilis ab ea, atque ſi ſolùm, & ſeorſum proportionaretur eidem

proportione realiter diſtincta à proportione, qua proportionatur alteri; ergo diuina eſſentia plurificatur realiter ſub proportione reali ad creaturas, & diuerſæ proportiones reales ſunt vnica, & eadem perfectio, atque realitas.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens: alioquin probaretur etiam in Deo eſſe realiter plures perfectiones abſolutas: quoniam vna, & eadem infinita perfectio Dei ex ſui eminentia æquiualet pluribus perfectionibus: Et licet hic Author non vereatur hoc admittere, dicens, iuſtitiam, & miſericordiam eſſe plura attributa realiter; hoc tamen eſt pluſquam falſum, & contrarium doctrinæ Sancti Doctoris, & omnium Thomiſtarum; vt patet ex ijs, quæ diximus locis ſupra notatis. Deinde falsũ eſt diuinam eſſentiam habere proportionem realẽ ad creaturas: proportio namque ſpecies eſt relationis prædicamẽtalis, aut tranſcẽdentalis; certũ eſt autem diuinam eſſentiam neutra dictarum relationum ad creaturas referri, vt alibi cum Dino Thoma demonſtrauimus.

Secunda Controuerſia.

De formali ſignificato Ideæ, & quo actu intellectus diuini conſtituatur.

Formale ſignificatum ideæ diuinæ eſſe eſſentiam ſub relatione.

PRimam huius controuerſiæ partem determinat Caietanus in primo ſuo notabili circa reſponſionem ad ſecundum, & tertium argumentũ hi D.Thom. dicens de ratione ideæ in Deo eſſe diuinam eſſentiam, & relationem ad creaturam, non vt partes, ex quibus communis aliqua vna ratio componatur, ſed eſſentiam ſe habere vt rem, relationem autem vt modum; ſiue eſſentiam vt quod eſt determinabile, relationem autem vt determinationem; eſſentiam denique, vt quid commune, relationem autem, vt quid proprium. Quod luculenter expreſſerat D.Tho. de Ver. q. 3. art. 2. in corpore ita dicens; *Diuina eſſentia non accipitur abſolutè ab intellectu diuino vt idea rerum, ſed cum proportione creaturæ fiendæ ad ipſam diuinam eſſentiam, ſecũdùm quòd deficit ab ea, vel imitatur eam, diuerſæ autẽ res diuerſimode ipſam imitantur, & vna quaque ſecũdùm proprium modum ſuum; & ideo ipſa diuina eſſentia cointellectis diuerſis proportionibus rerum ad eam, eſt idea vnicuique rei: vnde cum ſint diuerſæ rerũ proportiones, neceſſe eſt eſſe plures ideas.* Hęc ibi. Verùm in eodem artic. in reſponſione ad ſecundum videtur S.D. totam hanc doctrinam deſtruere; ſic enim ait. *Non eſt ſimile de Ideis, & eſſentialibus attributis; attributa enim eſſentialia nõ habent aliquid de principali intellectu ſuo præter eſſentiam creatoris, quamuis ſecundùm ea Deus ad creaturas comparetur, prout ſecundùm bonitatem dicimus bonos, ſecundùm ſapientiam ſapientes; vndè etiam non plurificantur, ſed ideæ de ſuo, principali intellectu habet aliquid aliud præter eſſentiam, in quo etiam completur formaliter ratio ideæ, ratione cuius dicuntur plures ideæ.*

D. Thom.

Apparens contradictio.

A Sed conſiderandum eſt, non ideo relationem dici de principali intellectu ideę, quòd ex æquo ſimul cum eſſentia idęam conſtituat; ſed quia includitur neceſſariò in formali conceptu ideæ vt eius complementum, ad differẽtiam attributorum abſolutorum, qualia ſunt ſapientia, & bonitas, quæ in ſuo conceptu formali nullam ad creaturas includunt relationem, quamuis cauſalitatẽ habeant reſpectu creaturarum, propter quam ex diuina ſapientia fiunt, & dicuntur intellectuales, & rationales creaturæ ſapientes, & ex diuina bonitate creaturæ omnes bonæ.

Cõciliatio.

B Sententiam hanc ſic expoſitam ſequuntur omnes moderni expoſitores Thomiſtę latius eam explicantes. Valentia tamen & Vaſquez exiſtimant nomine ideę non ſignificari reſpectum rationis tanquam aliquid intrinſecè conſtituens idæam, ſed ſolùm extrinſecè tanquam conceptum noſtrũ formalem de idęa, per quem eſſentia diuina vt eſt idæa hominis, referatur ad hominem, & ratione diſtinguatur à ſeipſa, vt eſt idęa Leonis: additque Valentia, ita D.Thom. eſſe intelligendum.

Valentia, Vaſquez.

Sententiæ expoſitorum de actu, quo conſtituuntur ideæ.

C DE ſecunda verò parte controuerſiæ, quo videlicet actu diuini intellectus idææ conſtituantur quo ad eorum complementum, relationẽ ſcilicet rationis ad creaturas, ſentẽtia eſt Vaſquezij tria dicentis. Primum eſt, nullam diſtinctionẽ aut relationem rationis, quæ non conuenit Deo ex natura rei, poſſe ipſi conuenire per ſuum intellectum. Secundum eſt, cum dicimus plures eſſe Idęas in Deo, & plures idæales, reſpectus, intelligendum eſſe per intellectum viatoris, non per diuinũ, nec per intellectum clarè videntis Deum, quatenus clarè videt, prout etiam opinatur Valentia. Tertium eſt: quòd S.Thom. videtur docere in reſponſione ad primum relationes idæales in Deo conſurgere ex actu reflexo, quo intelligit ſe ſuam eſſentiam comparare cum creaturis. Sed Caietanus, & alij poſt eum Thomiſtæ docent reſpectus conſtituentes, & diſtinguentes idæas nõ conſequi actum intellectus diuini intelligentis idæas, ſcilicet in actu ſignato, ſed fieri per actum intellectus diuini intelligentis eſſentiam ſuam comparatiuè; non ita, vt prius Deus intelligat eſſentiam ſuam vt imitabilem, & poſtea ſequatur reſpectus idæalis; ſed vt ipſa intellectio eſſentiæ, quatenus imitabilis ſit ipſa conſtitutio reſpectus idæalis. Quæ eſt expreſſa ſententia D.Thomæ; vt patet ex reſponſione ad tertium argumentum. Et quoniam hæc controuerſia valdè exuberãter hic tractatur à recentioribus Thomiſtis, & præſertim à Banneſio, & Zumello, ſatis erit ſuppoſitis quibuſdam communioribus, nonnulla ſubtiliora, ac magis recondita paulò diligentius aperire, & deductis de more concluſionibus, contra ſingulas aduerſariorum argumenta referre, & eis pro viribus ſatisfacere.

Vaſquez. Valentia. Caietan. Banneſ. Zumell.

Reſo-

Digitized by Google

Reſolutio.

s formaliter conſtitui per actum intellectus dire-
um.

tiendum eſt itaque primò, practicam artificis
cognitionem ad idæam, exempli gratia do-
, dupliciter terminari. Vno modo actu dire-
quemadmodum omnis cognitio ad verbum,
conceptum terminatur, tanquam ad obiectũ,
rminum intrinſecum intellectus habentem ſi-
rationem eius, quod intelligitur, quatenus, vt
eſt obiectum intrinſecũ intellectus, & ratio-
rquo, quatenus eo mediante rem verbo repræ-
tam intuetur. Et hoc modo, cum artifex con-
latur domum à ſe faciendam, terminatur e-
ognitio immediatè ad cõceptum, qui eſt idæa
us faciendæ, vt ad intrinſecum obiectum, &
ediante ad domum, vt extrinſecum obiectũ;
atenus terminatur ad conceptum domus, di-
terminari ad idæam domus, prout eſt idæa
us in actu exercito; immo ipſa contemplatio
us fabricandæ terminata primò ad talem cõ-
um, & eo mediante ad domum, eſt ipſa idææ
us conſtitutio: Nam quicumque intelligit, ex
pſo, quòd intelligit, procedit aliquid intra ip
quod eſt conceptio rei intellectæ ex vi intelle
prouenienſ, & ex eius notitia procedens: Cõ
utem ex prædictis idæam vſu communiori
conceptionem practicam de re operanda; igi
ontemplatio domus fabricandæ eſt conſtitu-
tr̨ę domus, quę dicit conceptum intrinſecum
ntem relationem ad domum efficiendam. Cõ
a itaque, & cognita ab artifice idæa domus
intellectus directo, eodem ſcilicet, quo ipſa
conſtituitur: Alio modo poteſt artificis co-
o ad exiſtentem iam idæam terminari, actu
rum reflexo conſiderando idæam; prout in ſe
eſt, prout talem habet exiſtentiam, quiddita
& proprietates, quibus ab alijs entibus, ſiue
rialibus, ſiue immaterialibus ſubſtantijs, vel
dentibus diſtinguitur, quod eſt conſiderare
m in actu ſignato. Habet igitur artifex idæã
us, antequam eam intelligat hoc poſteriori
o.

eadem prorſus ratione proportionaliter dè
is idæis philoſophandum eſt: Nam primò di
intellectio terminatur ad eſſentiam ſuam, vt
e primò obiectum, & vt verbum eſſentialiter
m; & eo mediante ad creaturas, vt à Deo fa-
les ad imitationem ipſius diuinæ eſſentiæ. Et
eſt cognitio comparatiua ipſius diuinæ eſſen-
quæ cognitio eſt ipſa conſtitutio reſpectus i-
is, & conſequenter idææ, vt idæa eſt formali-
Dico formaliter; quia diuina eſſentia, quæ ſe-
ùm ſe eſt idæa fundamentaliter, non conſti-
r per talem intellectionem, nec etiam vt ver-
niſi fortè ſecundùm rationem, eo modo, quo
uinis vna perfectio dicitur eſſe alterius ratio.
anc igitur intellectionem directè Deus con-
latur eſſentiam ſuam, vt idæa eſt creaturarũ
tu exercito, & per eandem etiam illam conſti

A tuit in ratione idææ, ſicut dictum eſt de idæa artificis creati ſeruata ſemper proportionalitate; Et quia vnus eſt diuinæ intellectionis actus, quo ſe ipſum, creaturas, intellectionem ipſam, & conceptionem intelligit; ideò eodem actu ſecundùm rẽ, ſed alio modo ſecundùm rationem ſumpto, nimirum vt reflexo, contemplatur Deus ipſas idæas iã conſtitutas quo ad earum exiſtentiam, quidditates, proprietates, & diſtinctiones, quod eſt intelligere, vt inquit S. Thom. ad ſecundum, plures rationes rerum, vel plures idæas eſſe in intellectu eius, vt intellectus. Ex dictis patet de mente D. Thomę reſpectus idæales cauſari ab actu intellectu diui
B ni, non quocumque, ſed directo, quo ſcilicet eſſentiam ſuam, vt tot modis imitabilem intuetur.

Oſtenditur, quæ ſit relatio idææ conſtitutiua, & deducuntur Concluſiones.

SEcundò recolenda ſunt, quæ ſupra diximus qu. 11. art. 7. de relationibus rationis ex doctrina D. Thom. de verit. quæſt. 7. artic. 11. vbi ſtatuit genus quoddam relationum rationis conſequẽtium modum intelligendi: vt cum intellectus aliqua ſecundùm ſe ordinem non habentia ordinatè intelligit, licet non intelligat, ea habere ordinem, cũ ve-
C rè non habeant, & tales relationes attribuit intellectus rebus ipſis intellectis, non autem ei, quod eſt in intellectu. Quemadmodum, cùm ordinatè intelligo diuinas perfectiones, quæ ſecundùm ſe nullum habent ordinem, cùm ſint vna perfectio; aut cum intelligo diuerſa artificiata ordinatè; vt domum, turrim, nauim, & ſtatuam; inter quæ ſecundùm ſe nullus eſt ordo. Huius itaque generis relationes rõnis non ſunt per intellectũ adinuentę ſicut illę; ſed neceſſariò conſequũtur modũ intelligendi, ac rebus ipſis intellectui obiectis attribuuntur. Suntque, & ipſæ in intellectu obiectiuè, non quidem vt per ſe, & quaſi primariò cognitæ, ſed vt
D modi obiecti in ipſo obiecto cogniti; Quemadmodum igitur hæ relationes intelligendi modum conſequuntur, ita etiam vt modi rei obiectæ, vt obiecta eſt, intellectui obijciuntur, & ab eo intelliguntur: Cum itaque Deus eſſentiam ſuam intelligit comparatiuè ad creaturas, modo ſuperius expoſito, ex hoc intelligendi modo conſequuntur relationes rationis, qui ſunt idæales reſpectus; qui eodem actu directo realiter, & formaliter cognoſcũtur, quo ipſæ creaturæ, & eſſentia, ſiue conceptus diuinus earum repræſentatiuus. Siquidem in eis obiectis, vt eorum modus obijcitur. Quod videtur etiam attigiſſe Vaſquez in ſecundo capitulo,
E dum explicat mentẽ Caietani de relationibus rationis, actum diuini intellectus conſequentibus, quamuis oppoſitum ſentiat, vt ſupra notauimus.

Cũ. n. imitabilitas dupliciter ſumi poſſit, ſ. fundamentaliter, & formaliter; reſpectus rõnis conſtituentes, & diſtinguentes idęas, cõſtituuntur, quaſi effectiuè per actum intellectus diuini intelligentis eſſentiam ſuam, vt imitabilem fundamentaliter; ſed quaſi formaliter conſtituuntur per actũ eiuſdem diuini intellectus intelligentis eſſentiam, vt

imi-

imitabilem formaliter: Et quia relatio hæc ſe habet vt modus complens, & conſtituens rationem idææ, qui eodem actu directo, à Deo cognoſcitur, quo eſſentiam ſuam intelligit, vt imitabilem fundamentaliter, adeo, vt non intelligatur hic actus diuini intellectus omninò completus, niſi quatenus attingit hunc modum, prout ſcilicet ſuam eſſentiam cognoſcit, vt imitabilem fundamentaliter, & formaliter; ideo bene Caietanus ait, non eſſe imaginandum, quòd Deus prius intelligat eſſentiam, vt imitabilem, deinde ſequatur reſpectus idæalis, & per alium actum intelligatur; ſed quòd ipſa intellectio, ſcilicet perfecta eſſentię, vt imitabilis, eſt conſtitutio reſpectus idealis; non enim alio actu (etiam ſecundùm rationem) omninò completo intelligit Deus eſſentiam ſuam, vt imitabilẽ fundamentaliter, & alio, vt imitabilem formaliter, ſed vno, & eodem, vt ante diximus: Et ex his diluuntur quædam argumenta Magiſtri Nauarreti contra Caietanum.

Ex dixis ſequuntur duæ concluſiones.

Prima concluſio. De ratione idææ diuinæ eſt nõ tantùm eſſentia, ſed etiam relatio rationis, vt modus eius intrinſecus. Probatur: Impoſsibile eſt intelligere diuinam eſſentiam, vt idæam huius creaturæ ab alterius idæa diſtinctam abſque reſpectu rationis ad hanc creaturam; ergo.

Secunda concluſio, Relatio rationis, quę eſt de ratione idææ, cõſequitur actum diuini intellectus, quo ſuam eſſentiã intelligit, comparatiuè ad creaturas. Hæc patet ex dictis.

Argumenta, & ſolutiones.

C Ontra primam concluſionem argumentatur Valentia. Conditiones, quæ in idæa requiruntur à Theologis, non videntur in ens rationis ſatis quadrare poſſe; ergo de ratione idææ non eſt ens rationis.

D Reſpondetur argumentum falſum ſupponere, nimirum illud omne eſſe ens rationis, in cuius conceptu clauditur intrinſecè ens rationis, quod apertè falſum eſt: Nam veritas in ſuo formali conceptu intrinſece claudit relationem rationis, & tamen veritas non eſt ens rationis; poteſt igitur id, quod ſimpliciter, & formaliter eſt ens reale, includere modum aliquem rationis ad eius conceptum intrinſece pertinentem: vt hic etiam Bannes notat de fide, quę priuationem includit claritatis; eſt autem priuatio ens rationis formaliter.

Contra ſecundam concluſionem argumentatur Vaſquez. Primò. Nulla diſtinctio rationis, aut reſpectus fit ab intellectu concipiente rem, ſicut eſt, proprio, & quidditatiuo conceptu; at Deus ſcientia ſua ita perfectè res omnes intelligit, ſicut ſunt; ergo ratione non diſtinguit, quæ re ipſa diſtincta non ſunt, nec refert, quæ re ipſa non referuntur.

Maior probatur; nam, qui cõcipit diſtincta, quę re indiuiſa ſunt, & relata, quę re ipſa abſoluta ſũt, non format proprium conceptum rei; ergo.

Reſpondetur falſam eſſe maiorem propoſitionem. Ad probationem negatur antecedens: Nam, A qui concipit rem, ſicut eſt, ex hoc ipſo, quòd eam comparatiuè intelligit, conſequitur ex tali modo cognoſcendi relatio, quam vt ad modum cognoſcendi pertinentem cognoſcit, non autem vt rei ſecundùm ſe inexiſtentem.

Secundò: Quamuis Deus cognoſcat ſua attributa à nobis diſtingui, & aliqua à nobis concipi, vt relata, quæ re vera abſoluta ſunt, ſuo tamen intellectui non obijciuntur, ſicut nobis. Quemadmodum etiam ipſe intelligit à nobis cognoſci res ſpirituales per alienos conceptus, ſed ipſe nõ format ſibi cõceptus illos imperfectos de rebus, quos nos habemus; igitur, cum dicimus, plures eſſe in Deo

B ideas ratione diſtinctas, pluresque ideales reſpectus, intelligendum eſt per intellectum viatoris, non per diuinum, neque per intellectum clarè videntis Deum, vt ſic.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam, non enim ea ratione dicimus plures idæales reſpectus eſſe in Deo, quòd cognoſcat à nobis concipi eos reſpectus, (cum tamen & hoc perfectè cognoſcat Deus) ſed ob ſupradictam cauſam; quia videlicet conſequuntur actum intellectus diuini intelligentis eſſentiam ſuam comparatiuè.

ARTICVLVS III.

C *Vtrum omnium, quæ cognoſcit Deus, ſint ideæ.*

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd non omnium, quæ cognoſcit Deus ſint ideę in ipſo. Mali enim idea non eſt in Deo; quia ſequeretur malum eſſe in Deo; ſed mala cognoſcuntur à Deo; Ergo nõ omnium, quæ cognoſcuntur à Deo ſunt ideę. 98 1.d. 36. q. 2. art. 3. & 1. d. 1. q. 1. art. 1. 2. c. & ver. q. 3. a. 4. 5. 6. 7. & 8. Art. 9. pręced. q.

2 Pręterea. Deus cognoſcit ea, q̃ nec ſunt, nec erunt, nec fuerunt; vt ſupra dictum eſt;* Sed horum non ſunt ideę; quia dicit Dionyſ.* Cap. 5. nõ multũ remote ante finem.

D quinto cap. de diuin. nominib. quòd exemplaria ſunt diuinæ voluntates determinatiuæ, & effectiuę rerum; Ergo non omnium, quę à Deo cognoſcuntur, ſunt ideę in ipſo.

3 Pręterea: Deus cognoſcit materiam primam, quę non poteſt habere ideam, cùm nullã habeat formam; Ergo idem quod prius.

4 Pręterea: Conſtat, quòd Deus ſcit nõ ſolùm ſpecies, ſed etiam genera, & ſingularia, & accidentia; ſed horum non ſunt ideę, ſecundũ poſitionem Platonis, qui primus ideas introduxit, vt dicit Auguſt.* Non ergo omnium co- Lib. 83. q. q. 46. to. 4.

E gnitorum à Deo ſunt ideę in ipſo.

Sed contra. Ideę ſunt rationes in mente diuina exiſtentes, vt per Auguſt.* patet: ſed omnium, quę cognoſcit Deus, habet proprias rationes; Ergo omnium, quę cognoſcit, habet ideam. Lib. 83 q. q. 46. poſt med. to. 4.

Reſpondeo. Dicendum, quòd cum ideę à Platone ponerẽtur principia cognitionis rerum, & generationis ipſarum, ad vtrumque ſe

habet

et idęa,prout in mente diuina ponitur. Et
ndùm quòd eſt principium factionis rerũ,
nplar dici poteſt, & ad practicam cogni-
em pertinet. Secundum autem quòd prin
um cognoſcitiuum eſt, propriè dicitur ra-
& poteſt etiam ad ſcientiam ſpeculatiuã
inere, Secũdùm ergo quòd exemplar eſt,
ndùm hoc ſe habet ad omnia,quę à Deo
ſecundùm aliquod tempus.Secundũ ve-
uòd principium cognoſcitiuum eſt, ſe ha-
d omnia,quæ cognoſcuntur à Deo, etiã
llo tempore fiant;& ad omnia, quę à Deo
noſcuntur ſecundùm propriam rationem,
cundùm quòd cognoſcuntur ab ipſo per
um ſpeculationis.

d primum ergo dicendum, quòd malum
oſcitur à Deo, nõ per propriam rationẽ,
er rationem boni:Et ideò malum nõ ha-
n Deo * idęam, neque ſecundùm quòd i-
ſt exemplar, neque ſecundùm quòd eſt

d ſecundum dicendum,quòd eorum,quę
e ſun',neque erunt, neque fuerunt, De-
n habet practicam cognitionem, niſi vir
antùm: Vnde reſpectu eorum non eſt i-
n Deo,ſecundùm quòd idęa ſignificat e-
lar,ſed ſolùm ſecundùm quòd ſignificat
nem.

d tertium dicendum,quòd Plato ſecundũ
dam poſuit materiam nõ creatã; & ideo
oſuit idęã eſſe materię,ſed materię con-
m; Sed quia nos ponimus materiam crea
Deo,nõ tamen ſine forma, * habet qui-
materia idęam in Deo,non tamen aliam
ęa compoſiti: Nam materia ſecũdùm ſe,
e eſſe habet,neque cognoſcibilis eſt.

d quartum dicendum, quòd genera non
nt habere idęam aliam ab idæa ſpeciei,
dùm quòd idęa ſignificat exemplar;quia
uam genus ſit,niſi in aliqua ſpecie. Simi-
etiam eſt de accidentibus,quę inſeparabi
cõcomitantur ſubiectum; quia hęc ſimul
cum ſubiecto. Accidentia autem,quæ ſu
eniunt ſubiecto,ſpecialem idæam habẽt.
ex enim per formam domus facit omnia
entia,quæ à principio cõcomitantur do-
Sed ea,quæ ſuperueniunt domui iam fa-
t picturæ,vel aliquid aliud, facit per ali-
n aliam formam. Indiuidua verò ſecundũ
onẽ non habebant aliã idæam ſpeciei; Tũ
ſingularia indiuiduantur per materiam,
i ponebat eſſe increatam, vt quidam di-
& concauſam idææ. Tum quia intentio
tæ conſiſtit in ſpeciebus; nec particularia
ucit, niſi vt in eis ſpecies ſaluentur; Sed
identia diuina non ſolùm ſe extendit ad
es,ſed ad ſingularia,vt infra dicetur.*

A *Senſus quæſiti.*

DIctio,omnium,in titulo latiſsimam habet ſi-
gnificationem ad entia, & non entia,ad ſub-
ſtantias,& accidentia,ad ſpecies,& genera,& in-
diuidua,ad totum eſſentiale,& eius partes; vt pa-
tet ex argumentis,& eorum reſponſionibus.

Forma Textus.

AD quæſitum reſpondet S. Doctor duabus conclu-
ſionibus præſuppoſita vna,quam in diſcurſu ſigni
ficat,diſtinctione. Diſtinctio eſt. Idæa ad duo ponitur.
B Primum, vt ſit principium cognitionis rerum. Secun-
dum, vt ſit principium factionis rerum. Secundùm quæ
duo differt idæa: quoniam ſecundùm quòd eſt principiũ
factionis,poteſt dici exemplar, & pertinet ad practicã
cognitionem; ſecundùm autem quòd eſt principium co-
gnitionis,propriè dicitur ratio, & poteſt etiam ad ſpecu
latiuam cognitionem pertinere.*

*Prima concluſio eſt. Idæa ſecundùm quòd exemplar,
eſt eorum omnium, quæ à Deo ſecundùm quodcumque
tempus fiunt.*

*Secunda concluſio. Idæa vt ratio eſt omnium factibi
lium, & cognoſcibilium ſecundùm proprias rationes:
tàm practicè,quàm ſpeculatiuè. Probatur ambæ ſimul.
C Idæa ponitur in mente diuina, vt principium factionis,
& cognitionis rerum; at vt principium factionis appel
latur exemplar, vt principium autem cognitionis, dici-
tur ratio; ergo idæa, vt exemplar, eſt omniũ, quæ a Deo
ſecundùm quodcumq; tempus fiunt, vt autem eſt ratio,
eſt omnium factibilium, & cognoſcibilium ſecundùm
proprias rationes,tam ſpeculatiuè,quàm practicè. Pri-
ma propoſitio probatur ex Platone, qui ad vtrumque
ponebat idæas. Secunda verò probatur primò quo ad
primam partem. Principium factionis pertinet ad pra-
cticam cognitionem; at exemplar principium factionis
eſt; ergo ad practicam pertinet cognitionem; ergo idæa,
vt principium factionis rectè appellatur exemplar. Se-
D cundò probatur,quo ad ſecundam partẽ. Idæa, vt prin-
cipium cognitionis pertinet ad ſpeculatiuam cognitio-
nem; at ratio dicit principium cognitionis, & pertinet
ad ſpeculatiuam cognitionem; ergo idæa vt principium
cognitionis meritò dicitur ratio.*

Expoſitio Textus.

AD huius diſcurſus euidentiam obſeruandum
eſt primò ex D. Thom. de Ver. quæſt. 3. art. 3. D. Thom.
formam ſemper denotare habitudinem cauſæ re-
ſpectu eius,quod ſecundùm ipſam formatur, ſiue
formatio fit per modum inhærentiæ; vt in formis
E intrinſecis;ſiue per modum imitationis; vt in for-
mis exemplaribus. Similitudo autem,& ratio prę
ter habitudinem ad id,quod ſecũdùm eas forma-
tur habent etiam habitudinem ad id,quod ſecun-
dùm eas non formatur,ſicut ſcientia ad ſcibile. Formæ ſimilitudinis,& idęę differentia.
Idæa verò ſecundùm vocabuli proprietatem di-
citur forma. Quod ſi rem attendamus,idæa idem
eſt quod ratio,ſcilicet obiectiua, & ſimilitudo. Si
itaque loquamur de idęa ſecundùm propriam no
minis rationem,ideſt quatenus forma eſt,ſiue exẽ
plar;

plar; ſic non ſe extendit, niſi ad eam ſcientiam, ſecundùm quam aliquid formari poteſt; hæc autem eſt cognitio actu practica, vel virtute tantùm; quæ etiam quodammodo ſpeculatiua eſt. Si verò idæā accipiamus, prout nuncupatur ſimilitudo, vel ratio, ſic ad cognitionem etiam purè ſpeculatiuam pertinere poteſt. Vel, vt inquit S. Thom. magis propriè dicamus idæam reſpicere cognitionem practicam actu, vel virtute, nomen autem ſimilitudinis, vel rationis, tam ſpeculatiuam, quàm practicam. Vbi conſiderandum eſt ex eodem S. Doct. in dicto articulo, in reſponſione ad ſextum idæam practicam, & ſpeculatiuam in Deo non diſtingui quaſi duas idæas; ſed, quia ſecūdùm rationem intelligendi practica addit ſuper ſpeculatiuam ordinem ad actum; ſicut homo ſupra animal addit rationale; cum tamen homo, & animal nō ſint duæ, ſed vna res.

Idæa dupliciter.

Idæa practica, & ſpeculatiua.

Secundò aduertendum eſt, primam concluſionem huius articuli, videlicet. *Idæa, ſecundùm quod exemplar, eſt eorum, quæ ſecundùm quodcumque tempus fiunt*, non aduerſari doctrinę nunc allatæ ex q. 3. de Veritate; vbi affirmat S. Doct. idæam, vt forma eſt, (proculdubio exemplaris,) extendi ad cognitionem actu, vel virtute practicā, & conſequenter idæam vt exemplar, eſſe etiam eorum, quæ fieri poſſunt, ſed nunquam fient: Nam hic loquitur de exemplari, prout actu eſt exemplar: ibi autem latius ſumit nomen exemplaris, prout etiam dicitur de exemplari virtute tantùm. Propriè tamen loquendo exemplar non dicitur, niſi de eo, quod actu exemplar eſt, vt patet ex dictis in primo articulo. Vel dici poteſt cum S. Thom. ibidem, artic. 6. quòd ea, quæ nunquam fient, habent in Deo idæā, & exemplar quodammodo indeterminatum à diuina voluntate.

Conciliātur dicta S. Thom.

Tho.

Tertiò recolenda ſunt ea, quæ ſupra notauimus artic. 4. primæ quæſtionis, & quæ docet S. Thom. in vltimo articulo, quæſtionis præcedentis, de diuina ſcientia, eſſe ſcilicet practicam, & ſpeculatiuam eminenter, cognitionemque illam eſſe ſimpliciter, ideſt omnibus modis practicam, quæ rem operabilem conſiderat modo operabili, & ad finē operationis ordinatur, quæ verò eſt de re operabili, & de modo operationis abſque ordinatione ad operationem, non eſt ſimpliciter, ideſt omnibus modis practica, ſed eſt ſecundùm quid ſpeculatiua; eſt tamen hæc cognitio ſimpliciter, ideſt abſolutè, vel ſine addito practica; vt in dicto loco ſatis oſtendimus. Quod hic etiam aduertit Bannes, & alij. Et hæc eſt etiam mens Caietani in dicto vltimo articulo, cuius verba facilè in bonum ſenſum interpretari potuiſſet Vaſquez, ſi non plus ęquo in cenſuram pronus fuiſſet: Cum igitur idæa, ſicut & ratio, vel ſimilitudo in Deo vtrique deſeruiat cognitioni, videlicet, practicæ, & ſpeculatiuæ, pertinet abſque dubio ad diuinam cognitionem; quatenus eminenter practica eſt, & ſpeculatiua: exemplar verò ſolius eſt practicæ cognitionis; vt patet ex dictis.

Cognitio practica ſimpliciter.

Cognitio practica ſecundum quid.

Bannes. Caiet.

Vaſquez.

A

Controuerſia vnica.

Quarum rerum proprias Deus habeat idæas.

Senſus quæſiti, & ſententiæ expoſitorum.

Multa ſunt, de quibus dubitari ſolet, num habeant ſpecialem, ac diſtinctam idæam in Deo: ſcilicet, mala, tam culpæ, quàm pęnæ, entia poſſibilia nunquam futura, ſpecies, genera, indiuidua, accidentia, materia prima, & ſi quæ alia ſunt ſimilia. Tanguntur autem circa ſingula prædicta propriè difficultates in argumentis huius articuli: ſed latius examinantur in quæſt. 3. de Veritate per plures articulos. Nobis autem ſatis erit recenſitis interpretum opinionibus hoc loco ea dūtaxat fundamenta diſponere, quæ defenſioni Sancti Thomæ, & diuerſis eius dictis, quæ diſcordare videntur, conciliandis ſufficere videbuntur.

B

Prima ſententia eſt Molinæ; quam explicat ſex concluſionibus. Prima eſt: ſi ſermo fit de idæa pro exemplari, quo Deus actu vtitur ad agendum, in Deo ſolùm eſt idæa eorum, quæ ſunt, fuerunt, & erunt, non verò eorum, quæ eſſe poſſunt, nunquam tamen erunt. Secunda. Si ſit ſermo de idæa pro exemplari, quo Deus vti poteſt ad agēdum, in Deo ſunt idææ omnium rerum, quæ quacumque ratione eſſe poſſunt. Tertia concluſio. Singularum indiuiduarum ſubſtantiarum ſunt in Deo diſtinctæ idææ; naturarum verò vniuerſalium, quę in eis eſſentialiter includuntur, non ſunt aliæ idææ, vt exēplaria ſunt, ab idæis ipſorum ſingularium. Quarta. Eorum accidentium, quæ tum inter ſe, tum ēt à ſubſtantijs re ipſa diſtinguuntur, ſunt in Deo diſtinctæ idææ practicæ. Quinta. Materiæ primæ datur in Deo propria idæa: vt tamen ex materia, & forma fit vnum per ſe, ita in Deo idæa materiæ efficit vnam totam idæam cum idæa cuiuſque formæ ſubſtantialis, per quam informatur. Sexta. Mali, & aliorum entium rationis non eſt idæa in Deo.

Molina.

C

Secunda ſententia eſt Valentiæ; qui tria dicit. Primum. Idæa, quatenus exemplar, eſt etiam rerū duntaxat poſſibilium. Secundum. Idæa boni eſt etiam idæa mali oppoſiti. Tertium. Materiæ primæ non eſt idæa, tanquam rei alicuius per ſe exiſtentis, aut in aliquo gradu ſpecifico per ſe conſtitutæ, ſed tanquam partis compoſiti.

D

Valentia.

Tertia ſententia eſt Vaſquezij, qui dicit quatuor. Primū eſt. Indiuiduorum ſingulæ ſunt idææ. Secundum. Non ſunt ſpeciales ideę ſpecierum, aut generum ab idæis ſingularium diſtinctæ, ſiue reſpectu rerum futurarum, ſiue poſſibilium tantū. Tertium. Materia prima habet propriam idæam, non ſolùm, vt ratio, ſed etiam vt exemplar. Quartum. Singula accidentia à ſubiecto realiter diſtincta habent ſingulas idæas, etiam practicas.

Vaſquez.

E

Quarta ſententia eſt Suarezij; qui dicit tria. Primum eſt. Deus habet idæas rerum ſingulariū. Secundum. Deus non habet idæas generum, & ſpecierum diſtinctas ab idæis ſingularium. Tertium. Materia prima habet in Deo ſuam propriam ideā.

Suarez.

Vltima ſententia eſt S. Thom. & eius diſcipulorum.

S. Thom.

. Qui licèt in qnibuſdam videantur diſſenti- :tamen ipſa verè conſentiunt, vt ex dicendis ‑ebit,&c.

Reſolutio.

m non eſſe mali formaliter,generis autem ſpeciei, ‑ indiuidui eſſe quodammodo vnam, & quodam- ‑do diuerſam ideam.

E primo,videlicet de malo formaliter, tam culpæ,quàm pęnæ certum eſt de mente D. ‑.hic ad primum,non habere in Deo propriā ‑,neque ſecundùm quòd idęa eſt exemplar, ‑ ſecundùm quòd eſt ratio: cuius cauſam red .Doct.de Verit.quæſt.tertia,art.4. quia idæa ‑ndùm propriam ſui rationem importat for- ‑,quæ eſt principiū formationis alicuius rei, ‑ autem nihil habet in ſe,quod poſsit eſſe prin ‑m mali: Et rurſus omne malum, hoc ipſo ma ‑,quòd formam non habet. Malum tamen ‑ eſt à Deo; ſed ſub ratione ordinis iuſtitiæ bo ‑,& idæam in Deo habet; vt ibidem inquit ‑.ad vltimum, & malum tamē formaliter, ‑ non habet ob dictam cauſam. De ſecundo ſcilicet de poſsibilibus nunquam futuris ha ‑ in textu ſecunda concluſio, & reſponſio ad ‑ , quam explicauimus concordantes di- .Tho. De tertiò,nempe de generibus, & ſpe- ‑ S. Tho.in reſpōſione ad quartum dicit tria. ‑um. Genera non poſſunt habere idæam aliā ‑ ſpeciei, quatenus idæa ſignificat exēplar; ‑nunquam genus fit, niſi in aliqua ſpecie. Se- ‑. Indiuidua ſecundùm Platonem non ha- aliam idæam,quàm idæam ſpeciei;tum quia ‑aria indiuiduantur per materiam, quā Pla- ‑nebat increatam,& cauſam idææ,vt quidam ‑; tum quia intentio noſtra conſiſtit in ſpe- ‑,nec particularia producit,niſi vt in eis ſpe ‑aluetur. Tertium.Prouidentia diuina,non ſo ‑ extendit ad ſpecies, ſed etiā ad ſingularia. ‑quo ſequitur ſingularia habere propriam i- ‑,vt exemplar in Deo,quæ ſcilicet,repræſen- ‑gularia, etiam quo ad conditiones indiui- ‑,& non tantùm quo ad naturam ſpecificā. ‑enim intendit affirmare S. Thom. ſingularia ‑re in Deo diſtinctam idæam, vt exemplar ab ‑ſpeciei; cum hoc expreſsè neget, vbicumque ‑ materia loquitur, ſed eius intentio eſt erro Platonis excludere,qui ſingularia vt ſic,nega ‑bere in Deo idæam,vt exemplar;dicens,ſo- ‑naturæ ſpecificæ exemplar eſſe in Deo, & con ‑nter etiam ſingulariū, nō vt ſingularia ſunt, quatenus in communi ſpeciei natura conue- ‑. Et hoc eſt,quod docet S.Doct.de Ver.quæ- ‑tertia,artic.8. ad ſecundum. In quolibeto ‑ octauo,articulo ſecundo ait formas exem- ‑ intellectus diuini per prius reſpicere ſingu- ‑quantùm ad naturam ſpeciei:quoniam in ra- ‑ exemplaris includitur intentio agentis;ſpe- ‑autem ſpecialiſsima eſt prima in intentione ‑ræ,non enim natura intendit principaliter ge

A nerare Sortem,aliàs deſtructo Sorte,ordo,& intentio naturæ periret, ſed intendit in Sorte generare hominem. Similiter non intendit principaliter generare animal; alioquin quieſceret actio,quando ad naturam animalis perueniſſet, cum tamen in indiuiduo generato prius compleatur natura animalis,quàm hominis,non autem prius eſt homo, quàm hic homo; vndè exemplar, quod eſt in mente diuina, primò naturam ſpeciei reſpicit in qualibet creatura:hæc ex D.Thom.quibuſdam minus neceſſarijs prætermiſsis.

Ex quibus apparet ſingularium idæas, vt exemplaria ſunt,nō eſſe omnino diſtinctas ab idæa ſpe B ciei,tanquam ſcilicet diſparatas, ſed diſtinguuntur,vt addentes ſuper idæam ſpeciei rationes ſingularitatis. Vel forte melius dici poteſt, ſpeciem, vt per idæam eſt producenda,aut producta includere exiſtentiam,& materiam ſingularem, atque ideo eandem penitus eſſe idęam vt exemplar ſpeciei cum exemplaribus indiuiduorum, in quibus fit ſpecies exiſtens.Quod ſignificauit S. Thom. in dicto artic.8.de Verit.ad ſecundum,cum dixit vnam eſſe ſpeciei,generis,& indiuidui idæam, & exemplar,eo quòd Socrates homo, & animal nō diſtinguuntur ſecundùm eſſe. Nec tamen dici poteſt indiuiduum non habere aliam idęam, quàm ſit i- C dęa ſpeciei,vt dicebat Plato:Nā hoc dicendi modo ſignificaretur in idæa non repræſentari,niſi cōditiones ſpecificas, melius autem dici poſſet ſpeciem non habere aliam idæam, quàm ſit idæa indiuidui; quia in hac includitur quod quid eſt ſpeciei,& quod quid eſt indiuidui,licet naturæ intentio,quæ principaliter ad ſpeciem dirigitur,nō patiatur eſſe omnino proprium hunc dicendi modū; eo namque videtur denotari primi agentis intentionem ad ſingulare principaliter dirigi. Diſtincta tamen eſt ſingularis, ſpeciei, & generis idæa, vt ratio,ſicut rationes eorū obiectiuè ſunt diſtinctè formaliter. De accidentibus autem,quæ tertio D loco ſunt propoſita,patens eſt ſententia D.Thom. hic in reſponſione ad quartum,& de Verit. quæſt. 3.art.7. nimirum,accidentia,quæ inſeparabiliter concomitantur ſubiectum, eādem habere cum eo idæam vt exemplar,quę vero exiſtenti iam ſubiecto ſuperueniunt,habere diſtinctam. Vtraque tamen habere ſpecialem idæam, prout idæa eſt ratio,vel ſimilitudo. Diſtinguuntur enim idæa practica,ſiue vt exemplar,& idęa ſpeculatiua,ſiue vt ratio,ſicut diſtinguuntur ſcientia, ſiue cognitio practica,& cognitio ſpeculatiua: Hæc enim procedit modo reſolutorio,attingendo eſſentiam rei; illa vero procedit modo compoſitiuo inducendo E formam in materiam; Similiter igitur accidentia illa,quæ ſubiectum neceſſario concomitantur, cū diſtinctam habeant quidditatem à quidditate ſubiecti, poſſunt etiam per actum intellectus à ratione ſubiecti,ſiue ſubſtantiæ præſcindi,& per idęā ſpecialem ſpeculatiuam repræſentari; Sed quoniā ita producuntur ab agente, vt ex vi productionis ſubſtantiæ producantur, ideo ſpecialem,ac ſeparabilem non habeat productionem, ſed eorū productio pro vna cōputatur cum productione ſubiecti;ac

Idæa eadē eſt ſpeciei & indiuidui.

S. Thom.

Nota modum loquendi.

Idæa vt rō

Accidentium idæę S. Thom.

cti; ac proinde, licet à ſubſtantia diſtinguantur in ratione entis, non tamen ab ea diſtinguuntur in ratione producibilis; & ideo nec ſpecialē habent idæam practicam.

De materia prima poſſe in bono ſenſu affirmari, & negari idæam.

IAm verò de materia prima variè videtur locutus S. Thom. Nam hic in reſponſione ad tertium argumētum docet materiam habere quidem idæam in Deo, non tamen aliam ab idæa cōpoſiti: Nam materia (inquit) ſecundùm ſe neque eſſe habet, neque cognoſcibilis eſt, ob quam cauſam ſenſit Caietanus, D. Thom. retractaſſe ſententiam oppoſitam ab eo expreſſam de Veritate, q. 3. artic. 5. & in primo ſententiarum, diſtinctione 36. artic. vltimò, aitque materiæ primæ idæam vt ratio, eſſe idæam corporis, quod eſt genus in prædicamento ſubſtantiæ: quoniam ſecundùm formam corporis ſic accepti diffinienda eſſet materia, ſi aſſignanda eſſet illius diffinitio. Idæa verò eius, vt exemplar eadem eſt cum idæa ſingularis, cuius eſt eſſe.

In primo autem ſententiarum Sanct. Thom. docet materiam primam ſecūdùm ſe habere in Deo idæam vt exemplar, imperfectè; quia diuina eſſentia à materia prima imitabilis eſt imperfectè; cū materia prima ſecundum ſe habeat eſſe imperfectum ſecundùm vltimum gradum eſſendi, qui eſt eſſe in potentia. Addit autem S. Thom. de Veritate, idæam propriè, ideſt, vt exemplar, non reſpondere materiæ tantùm, nec formæ tantùm, ſed compoſito. *Si autem* (inquit) *largè accipiamus idæam pro ſimilitudine, vel ratione, tunc illa poſſunt per ſe diſtinctam habere idæam, quæ poſſunt diſtinctè conſiderari, quamuis ſeparatim eſſe non poſſint, & ſic nihil prohibet materiæ primæ, etiam ſecundùm ſe idæam eſſe.* Hæc S. Thom. Quę dicta, vt hic aduertit Syluester, eandem indicant mentē S. D. paulò latius expreſſam. Itaque diſtinguendum eſt de mente S. Thom. idæam dupliciter ſumi poſſe: Vno modo, propriè, prout dicit exēplar perfectum: Alio modo largè, prout dicit exemplar imperfectè ab exemplato imitatum, vel vt idem eſt quod ratio, vel ſimilitudo; igitur hic negat Sanct. Thom. materiam primā habere in Deo idæam propriè dictam, prout dicit exemplar perfectè imitatum; in primo autem ſententiarum concedit materiam primam habere in Deo exēplar imperfectè, & de Veritate docet materiam habere idæam largè ſumptā, ſcilicet prout eſt ratio, vel ſimilitudo; quia licèt ſecundùm ſe nec eſſe, nec cognoſci poſſit; poteſt tamen diſtincto, ac proprio conceptu conſiderari; qui conceptus erit alius formaliter à conceptu formæ, & cōpoſiti, licet includat ordinem ad formam. Nec de hac quæſtione multum eſt curandum; cum non ſit de re: ſed de ſolo nomine, vt patet ex dictis. Vnum tamen adhuc eſt aduertendum, D. Thom. nomine imitationis imperfectæ, intelligere imitationem deficientem, non à perfecta ſimpliciter imitatione diuinæ eſſentiæ; quoniam hæc eſt impoſſibilis,

Syluester.

Conciliantur dicta D. Tho.

Nota vo... intelli... ...

A ſed à perfecta imitatione ſui ordinis, vel gradus: conſtat autem materiam primā pertinere ad gradum ſingularis, qui perfectè imitatur diuinam eſſentiam, prout eſt exemplar talis gradus, materia autem prima imperfectiſsimè; Et quia etiam forma non perfectè imitatur diuinā eſſentiam, prout eſt idæa talis gradus entis, idcircò dici poteſt etiā formam habere exemplar imperfectè in Deo; & idem dici poſſet de qualibet parte rei ſubſiſtentis; ſed quoniam in materia prima maximè elucet imperfectio, & ideo de ea ſola quæſitum eſt, & reſpōſum, vt ſupra.

Ex dictis ſequuntur ſeptem Concluſiones.

B *Concluſiones deductæ, & probatæ.*

PRima concluſio. Malum formaliter nullam habet idæam in Deo.

Secunda concluſio. Poſſibilia nunquam futura habent in Deo idæam vt ratio, non vt exemplar actu, ſed virtute tantùm.

Tertia concluſio Genera, & ſpecies non habēt in Deo idæam vt exemplar, diſtinctam ab idæa indiuidui.

Quarta concluſio. Idæa vt exemplar per prius reſpicit ſingulare quantùm ad naturam ſpeciei, q̄ vt ſingulare eſt.

C Quinta concluſio. Genera, & ſpecies habent in Deo propriam idæam vt ratio. Probatur ex D. Thom. de Veritate, quæſt. 3. artic. 8. ad ſecundum; quia diuerſa eſt conſideratio Socratis, vt Socrates eſt, & vt homo eſt, & vt animal; ergo reſpondent ei plures idææ, vel ſimilitudines. Ex quo habetur, ſufficere diſtinctionem formalem, ſaltem ſecundùm gradus eſſentialium differentiarum ad multiplicationem idææ, prout eſt ratio, vel ſimilitudo; ſicut etiam ſatis eſt ad multiplicandos noſtros conceptus formales.

Sexta concluſio. Accidentia inſeparabiliter cōcomitantia ſubiectum eandem cum ſuo ſubiecto habent idæam vt exemplar; reliqua verò diuerſā.

D Hæc tamen, & illa propriam habent idæam, prout idæa eſt ratio, vel ſimilitudo.

Septima concluſio. Materia prima non habet idæam vt exemplar in Deo perfectè, ſed imperfectè; habet tamen in Deo idæam vt ratio; aut ſimilitudo.

Argumenta, & ſolutiones.

COntra primam concluſionem eſt argumentū ex authoritate D. Thom. quæſtione pręcedēte, articulo vltimo: vbi ait Sanct. Thom. quòd mala, licet à Deo non ſint operabilia, tamen ſub eius

E practica cognitione cadunt, ſicut & bona, inquantum permittit, vel impedit, vel ordinat ea, ſicut ēt ęgritudines cadunt ſub ſcientia medici, inquantum per artem ſuam curat eas; igitur mala idæā habent in Deo.

Reſpondet author tabulæ Auræ, dubio 713. quòd mala non habent idæam in Deo, vt operabilia ab eo, habent tamen idæam, ſecundùm quòd aliquo modo, cadunt ſub cognitione practica. Sed hæc reſponſio non conſonat doctrinę D. Tho. qui vbique

Reſponſio Petri Bergomenſis.

Impugnatio.

ıe negat malum habere idęam in Deo ob ra-
m ſupra aſsignatam ex D. Thom. de Verita-
æſtione tertia, artic. 4. Reſpondetur igitur ad
nentum, nullam eſſe conſequentiam; quia nō
, id, quod pertinet ad cognitionem practicā,
idęam; ſed illud tantùm, quod eſt per ſe ope
operatione practica, vt patet ex dictis.
undò. De omnibus Deus habet proprias, &
ctas idæas, quę à nobis proprio conceptu co
untur; at malum à nobis proprio conceptu
ſcitur; ergo. Minor patet ex ijs, quæ dicta
upra quæſt. pręcedente, art. 10. Maior proba-
uoniam idæa ſignificat ſimilitudinem, & ra-
n cognoſcendi; ergo proportionaliter reſpon
onceptioni intellectus noſtri.
ſpondetur maiorem non eſſe veram, niſi de
æ naturam aliquam dicunt, per quam diui-
ſſentiam participant: malum autem, nullam
ſſentiæ diuinæ participationem, ſed nega-
n participationis.
ntra ſecundam concluſionem ſunt argumen
entiæ, & aliorum, quæ non probant, niſi poſ-
non habere idæā, prout eſt exemplar, actu,
tute tantùm.
ntra quintam concluſionem argumentatur
ez. Primò. Deus non habet conceptum ob-
um generis, aut ſpeciei diſtinctum à conce-
gularium; ergo. Antecedens probatur; quia
non diſtinguit, nec abſtrahit vniuerſalia prę
à ſingularibus, ſed ſingulas res indiuiduas
ſcit, ſicut ſunt.
pondetur falſum eſſe antecedens: Ad proba
n negatur conſequentia: nam genus, & ſpe-
ndamentaliter ſumpta dicunt reales natu-
e naturarum gradus, quos Deus per pro-
dæas, prout in rebus ſunt, contemplatur.
undò. Quamuis nos diſtinguamus in rebus
em genericam à ſpecifica, & ſingulari; hoc
ſatis non eſt, vt in Deo vniuerſalium natu-
idęas diſtinguamus; ergo. Antecedens pro
quia in Deo ſolùm diſtinguimus diuerſas
x diuerſis obiectis, non à nobis, ſed ab ipſo
is; ergo, ſi ipſe non cognoſcit vt obiecta di-
naturam vniuerſalem, & naturam in ſingu
n debet in eo duplex idæa diſtingui.
pondetur naturam generis, & naturam ſpe-
indiuidui eſſe ſecundùm ſe obiecta diſtin-
liter intrinſecè; quia natura ſpeciei addit
tem differentiæ ad naturam generis; indiui
utem addit etiam multa extrinſeca ſupra
m ſpeciei; & ideo in ordine etiam ad diui-
tellectum ſunt obiecta diſtincta. Videnda
æ diximus ſupra quæſt. 3. artic. 3. Vnde ad
entum dicitur, quòd falſum ſupponit, nem-
m non cognoſcere dictas naturas, vt obie-
incta.
tra, eandem concluſionem argumentatur
.
ò. Deus non habet conceptus confuſos ob-
n vniuerſalium, ſed diſtinctiſsimè omnia
it, vt ſunt; ergo non intelligimus in Deo
nceptus ratione diſtinctos, vnum ſpeciei,

A & alium indiuidui: Conſequentia probatur; quia conceptus ſpeciei eſſet confuſus, & imperfectus, vt in nobis eſt; ergo, &c.

Reſpondetur falſam eſſe conſequentiam: Ad probationem negatur antecedens: Nam, ſicut natura ſpeciei ſecundùm ſe confuſa non eſt, ſed diſtinctiſsima, ita conceptus illam repræſentans, prout in ſe eſt, diſtinctiſsimus eſt, cōtingit autem in conceptu noſtro confuſio; quia abſtrahitur à ſingularibus, vt totum quoddam vniuerſale continēs indiſtinctè, & confuſè ſingularia: Vnde etiam, cū à nobis conſideratur homo, vt totum quoddā diffinibile, conceptum habemus de eo diſtinctum.

B Hāc autem conſiderationem Deo conuenire docet expreſsè. S. Thom. in primo cont. gent. cap. 54. vbi ſic loquitur. *Intellectus igitur diuinus id, quod eſt proprium vnicuique, in eſſentia ſua comprehendere poteſt intelligendo, in quo eius eſſentiam imitetur, & intelligendo, in quo à ſua perfectione deficit vnumquodque, vt potè intelligendo eſſentiam ſuam vt imitabilem per modum vitæ, & non cognitionis, accipit formam plantæ, ſi verò vt imitabilem per modum cognitionis, & non intellectus, propriam formam animalis, & ſic de alijs;* igitur ſecundùm D. Thom. diuinus intellectus proprias habet cuiuſque gradus rationes.

Secundò arguit; Quia S. Tho. in ſolutione quar-
C ti fatetur de generibus non dari idæas diſtinctas ab idæis ſpecierum; ergo eadem ratione nec ponēdæ ſunt idææ ſpecierum diſtinctæ ab idæis indiuiduorum.

Reſpondetur, S. Thomam negare tantùm diſtinctionem idææ, vt exemplar; Nam de idæa, vt ratio, quo ad ſpecies, & genera hic nihil loquitur, ſed in dicta tertia quæſt. de Veritate, art. 8. ad ſecundum apertè docet aliam eſſe idæam generis ab idæa ſpeciei, loquendo de idæa, vt ratio.

Contra ſextam concluſionem argumētatur Molina. Vnumquodque accidens realiter diſtinctum à ſubſtantia, & ab alijs accidentibus ſuo modo Molina
D imitatur diuinam eſſentiam, produciturq; diſtincta productione à cęterorum accidentium, & ſubſtantiarum productione; ergo.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens quo ad eā partem, quæ aſſerit omne accidens realiter diſtinctum à ſubſtantia produci diſtincta productione à productione ſubſtantiæ: Nam, vt hic ait S. Tho. ad quartum: Artifex per formam domus facit omnia accidentia, quæ à principio concomitantur domum, & eadem creatione, aut generatione producitur homo, & eius riſibilitas, & naturales potentiæ.

Sed ait Vaſquez exemplo domus nihil probari; Replicat Vaſquez.
E quoniam idæa domus cum omnibus partibus, & accidentibus dicitur vna, ſicut ipſa domus fabricata, non vnitate phyſica, ſed vnitate artis, quæ ordine tantùm vna eſt; quare mirum nō eſt, ſi vnica idęa domus poteſt fieri domus cum omnibus accidentibus, quæ ipſam concomitantur: immo (inquit) eadem idęa reficit accidentia domus, ſi opus eſt, etiam illa, quæ domui iam factæ ſuperadduntur: itaque (inquit) non eſt eadē ratio de idæa domus, & de idæa entis naturalis, & de accidentibus illius.

 Sed

[Solutio.] Sed licèt domus non gaudeat vnitate phyſica, ſimilem tamen proportionaliter habet vnitatem, & modum productionis. Nec verum eſt accidentia illa, quæ ſimul non fiunt cum domo, eadem fieri, aut refici poſſe idæa, qua fit, aut reficitur ipſa domus; vt patet de picturis, & alijs ſuperadditis ornamentis: loquimur enim de domo, & eius idæa quo ad ea tantùm, quæ domui per ſe, & neceſſariò conueniunt.

[Vaſquez.] Contra eandem concluſionem argumentatur Vaſquez. Idæa vt exemplar ſupra idæam ſpeculatiuam ſolùm addit eſſe principium operationis per voluntatem; vbicumque ergo eſt diuerſa entitas, quæ fit, erit etiam diuerſa idæa, vt exemplar; At accidentia, quæ cum ſubiecto ſimul producuntur, habent diuerſam entitatem; ergo dum fiunt, habebunt diuerſum fieri, & diuerſum exemplar. Probatur prima conſequentia: Nam, quòd ſimul tempore cum toto producantur, non obeſt, quo minus ſuam habeant productionem peculiarem, ſicut habent ſuum eſſe.

Reſpondetur falſam eſſe primam ſequelam: Ad probationem reſpondetur, hic non eſſe ſolam productionis ſimultatem, ſed eſſe etiã ſubordinationem cauſalitatis: Nam accidentia inſeparabiliter conſequentia, cauſantur naturali ſequela à ſubiecto, in quo virtualiter continentur, & ideo producto ſubiecto, dicuntur etiam produci accidentia; tum quia in eo virtute continentur; tum quia ad illud naturaliter, & neceſſariò conſequuntur. Vnde etiam grauia dicuntur moueri à generante iã corrupto ea ratione; quia dans formam, dat etiam cõſequentia formam.

[Molina.] Contra ſeptimam argumentatur Molina. Materia prima producitur à Deo partiali productione, cum qua eſt idem re ipſa materia producta; ergo.

Reſpondetur, hoc argumento probari, materiã habere exemplar imperfectè. Secũdò negatur antecedens; quia materia nullam ex ſe habet actualitatem.

Secundò. Materia prima diuina potentia produci poteſt, ſine forma ſubſtantiali; ergo.

Reſpondetur antecedens falſum eſſe, vt alibi probat S. Thom. & eius diſcipuli.

[Vaſquez.] Contra eandem argumentatur Vaſquez. Vel materia prima ex ſe non habet aliquam entitatẽ, aut aliquam habet. Si primum, nullam habebit cognoſcibilitatẽ, nec ratione diſtinguetur à forma, & ſic non habebit etiam idæam, vt ratio; ſi ſecundum; igitur tanquam res diſtincta produci, & cognoſci poterit; ergo habebit propriam idęam, etiã vt exemplar.

Reſpondetur, materiam habere ex ſe entitatem eſſentiæ, non autem exiſtentiæ, hanc enim habet à forma. Ad argumentum autem contra hanc partem negatur conſequentia, quo ad vtramque partem conſequentis: Nam materia, licet ex ſe ſit ens nominaliter, eſt tamen pura potentia ſimpliciter ad eſſe ens participialiter, quod ei aduenit ex forma. Quo fit, vt propriam non habeat idæam, vt exemplar perfectè ab eã imitatum.

[Suarez.] Contra eandẽ argumentatur Suarez eiſdem ferè argumentis; quę eodem etiam modo diluuntur.

QVAESTIO XVI.

De Veritate, in octo Articulos diuiſa.

QVoniam autem ſcientia verorum eſt, poſt conſiderationem ſcientiæ Dei de veritate inquirendum eſt.

Circa quam quæruntur octo.

Primò. Vtrum veritas ſit in re, vel tantùm in intellectu.

Secundò. Vtrum ſit tantùm in intellectu cõponente, & diuidente.

Tertiò. De comparatione veri ad ens.

Quartò. De comparatione veri ab bonum.

Quintò. Vtrum Deus ſit veritas.

Sextò. Vtrum omnia ſint vera, Veritate vna, vel pluribus.

Septimò. De æternitate Veritatis.

Octauò. De incommutabilitate ipſius.

Ratio Ordinis articulorum huius quæſtionis.

ORdinem huius quæſtionis ad præcedentes indicat Sanctus Doctor. Series autem articulorum hæc eſt. De Veritate non eſt quærendum an ſit; cum Veritatem eſſe, ſit per ſe notũ, vt ait S. Thom. ſupra quæſt. ſecunda, artic. 1. ad tertium. Duo igitur tantùm ſunt, quæ de Veritate poſſunt moueri quæſita, videlicet, quid ſit, & qualis ſit. Quid autem ſit accidens, aut id, quod modum habet accidentis, cognoſcitur primò ex ordine ad proprium illius ſubiectum. Proprium autem Veritatis ſubiectum eſt intellectus, in ordine ad quem res etiam dicuntur veræ ſecundariò: humanus autem intellectus, & eius perfectio notior nobis eſt, quàm intellectus diuinus, & illius perfectio. Hoc igitur ordine procedit Sanctus Doctor. Primò tractat quod quid eſt Veritatis in ordine ad eius ſubiectum in communi, prout ſcilicet extẽditur ad omnem intellectum, & ad omnem rem veram, in primo articulo, in quo multas aſsignat Veritatis diffinitiones. Secundò de eiuſdem Veritatis quidditate differit in ordine ad intellectum humanum in ſecundo articulo. Tertiò de eadem agit in ordine ad ſubiectum ſecundarium, quod eſt ens. Quartò de eadem per comparationem ad bonum, quod eſt paſſio eiuſdem ſubiecti, ſcilicet entis. Quintò ex his nobis notioribus aſcendit ad Deum primum totius Veritatis fontem, & exemplar, diuinæ quærens Veritatis quidditatem. Sextò eiuſdem diuinæ Veritatis cauſalitatem examinat in ordine ad vniuerſa, quæ denominantur vera. Qualis autem ſit Veritas, declaratur duobus poſtremis articulis, in quibus ſtabilitur illius æternitas, & immutabilitas. Et quamuis immutabilitas prior ſit, æternitas tamen Veritatis, & eius negatio euidentior eſt illius immutabilitate; vt patet conferenti vtriuſque articuli doctrinã, & ideo prius agitur de æternitate.

AR-

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum veritas ſit tantùm in intellectu.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd Veritas non ſit tantùm in intellectu, ſed magis in rebus. Auguſt. *enim in lib. Sol. reprobat hanc notificationem veri. Ve
eſt id, quod videtur; quia ſecundùm hoc
des, qui ſunt in abditiſsimo terræ ſinu, non
nt veri lapides; quia nõ videntur. *Repro-
etiam iſtam. Verum eſt, quod ita ſe habet,
idetur cognitori, ſi velit, & poſsit cogno-
; quia ſecundùm hoc, ſequeretur, quòd ni
ſſet verum, ſi nullus poſſet cognoſcere: &
nit ſic verum. * Verum eſt id, quod eſt; &
idetur, quod Veritas ſit in rebus, & non in
lectu.

Præterea. Quidquid eſt verum, veritate
m eſt; Si igitur veritas eſt in intellectu ſo-
hil erit verum, niſi ſecundùm quòd intel-
ur, quod eſt error antiquorum Philoſo-
um,* qui dicebant, omne, quod videtur,
verum. Ad quod ſequitur, contradictoria
l eſſe vera; cùm contradictoria ſimul à di-
s vera eſſe videantur.

Pręterea. Propter quòd vnumquodque,
ud magis, vt patet primo poſteriorum; *
ex eo, quòd res eſt, vel non eſt, eſt opinio,
oratio vera, vel falſa ſecundum Philoſo-
m* in prædicamentis; Ergo veritas magis
n rebus, quàm in intellectu.

ed contra eſt, quòd Philoſophus dicit 6.
phy.* quòd verum, & falſum non ſunt in
s, ſed in intellectu.

eſpondeo. Dicendum, quòd ſicut bonum
inat id, in quod tendit appetitus; ita verũ
inat id, in quod tendit intellectus. Hoc
m diſtat inter appetitum, & intellectum,
quamcunque cognitionem; quia cognitio
ſecundùm quòd cognitum eſt in cogno-
te; appetitus autem eſt ſecundùm quòd
etens inclinatur in ipſam rem appetitam,
ic terminus appetitus, quod eſt bonum, eſt
appetibili; Sed terminus cognitionis, qđ
verum, eſt in ipſo intellectu. Sicut autẽ bo-
eſt in re, inquantùm habet ordinem ad ap
tum; & propter hoc ratio bonitatis deriua
re appetibili in appetitum, ſecundùm ꝙ
etitus dicitur bonus, prout eſt boni, ita, cũ
um ſit in intellectu, ſecũdùm quòd confor-
ur rei intellectę, neceſſe eſt, quòd ratio ve-
o intellectu ad rem intellectam deriuetur,
s etiam intellecta vera dicatur, ſecundùm

A quòd habet aliquem ordinem ad intellectum. Res autem intellecta ad intellectum aliquem, poteſt habere ordinem vel per ſe,*vel per accidens. Per ſe quidem habet ordinem ad intellectum, à quo dependet ſecundùm ſuum eſſe; per accidens autem ad intellectum, à quo cognoſcibilis eſt. Sicut ſi dicamus, quòd domus comparatur ad intellectum artificis per ſe. Per accidens autem comparatur ad intellectum, à quo non dependet. Iudicium autem de re non ſumitur ſecundùm id, quod ineſt ei per accidens, ſed ſecundùm id quod ineſt ei ꝑ

107 131

B ſe. Vnde vnaquæquè *res dicitur vera abſolutè ſecundùm ordinem ad intellectum, à quo dependet. Et inde eſt, quòd res artificiales dicuntur veræ per ordinem ad intellectum noſtrum. Dicitur enim domus vera, quæ aſſequitur ſimilitudinem formæ, quæ eſt in mente artificis, & dicitur oratio vera, inquantùm eſt ſignum intellectus veri. Et ſimiliter res naturales dicuntur eſſe veræ, ſecundùm quòd aſſequuntur ſimilitudinem ſpecierum, quæ ſunt in mente diuina. Dicitur enim verus lapis, qui aſſequitur propriam lapidis naturam ſecundùm

D. 594.

C præconceptionem intellectus diuini. Sic ergo veritas principaliter eſt in intellectu, ſecundariò verò in rebus, ſecundùm quòd comparantur ad intellectum vt ad principium. Et ſecundùm hoc veritas diuerſimodè notificatur: Nã Auguſt. in lib. de vera * relig. dicit, quòd veritas eſt, qua oſtenditur id, quod eſt. Et Hylarius dicit, quòd verum eſt declaratiuum, aut manifeſtatiuum eſſe. Et hoc pertinet ad veritatem, ſecundùm quòd eſt in intellectu. Ad veritatẽ autem rei ſecundùm ordinem ad intellectum, pertinet diffinitio Auguſt. in libro de vera re-

Lib. de Veri. relig. c. 36. tom. 1.

D lig. talis. Veritas eſt ſumma ſimilitudo principij, quæ ſine vlla diſsimilitudine eſt. Et quædã diffinitio Anſelm.* talis. Veritas eſt rectitudo ſola mente perceptibilis: Nam rectum eſt, qđ principio concordat. Et quædam diffinitio Auicen. talis. Veritas vniuſcuiuſq; rei eſt proprietas ſui eſſe, quod ſtabilitum eſt ei. Quod autem dicitur, quòd veritas eſt adæquatio rei, & intellectus, poteſt ad vtrumque pertinere.

Li. de ver. relig. c. 36. à med. to. 1.

In dialogo de Ver. cap. 12.

E Ad primum ergo dicendum, quòd Auguſt. loquitur de veritate rei, & excludit à ratione huius veritatis, comparationem ad intellectũ noſtrum: Nam id, quod eſt per accidens, ab vnaquaque diffinitione excluditur.

Ad ſecundum dicendum, quòd antiqui Philoſophi ſpecies rerum naturaliũ non dicebant procedere ab aliquo intellectu; ſed eas prouenire à caſu; Et quia conſiderabant, quòd verũ

importat comparationem ad intellectum, cogebantur veritatem rerum conſtituere in ordine ad intellectum noſtrum: Ex quo inconuenientia ſequebantur, quæ philoſophus proſequitur in quarto Metaphyſ. *Quæ quidem inconuenientia non accidunt, ſi ponamus veritatem rerum conſiſtere in comparatione ad intellectum diuinum.

ommen ::citatis argum.

Ad tertium dicendum, quòd licèt veritas intellectus noſtri à re cauſetur, non tamen oportet, quòd in re prius inueniatur ratio veritatis, ſicut neque in medicina per prius inueniatur ratio ſanitatis, quàm in animali. Virtus enim medicinæ, non ſanitas eius, cauſat ſanitatem, cum non ſit agens vniuocum. Et ſimiliter eſſe rei, non veritas eius, cauſat veritatem intellectus. Vnde Philoſophus * dicit, quòd opinio, & oratio vera eſt ex eo, quòd res eſt, non ex eo, quòd res vera eſt.

oco cita · in argu ento.

Forma Textus.

PRima concluſio. Veritas principaliter eſt in intellectu. probatur: Verum eſt terminus intellectus; ergo eſt in intellectu. Antecedens manifeſtatur ex ſimilitudine, ſeu conuenientia proportionali inter verum, & bonum: Nam, ſicut bonum nominat id, in quod tendit appetitus, ita verum nominat id, in quod tendit intellectus. Conſequentia verò probatur ex differentia inter appetitum, & intellectum, ſiue quamcunque cognitionem; quia cognitio eſt, ſecundùm quòd cognitum eſt in cognoſcente; appetitus autem eſt, ſecundùm quòd appetens inclinatur in rem appetitam: ex quo ſequitur terminum appetitus, quod eſt bonum, eſſe in re appetibili: terminum autem cognitionis, quod eſt verum, in ipſo intellectu.

C

Secunda concluſio. Veritas ſecundariò eſt in rebus in ordine ad intellectum, à quo dependent. Probatur primò prior pars concluſionis: Sicut bonum eſt in re, inquantùm habet ordinem ad appetitum, ita verum eſt in intellectu ſecundùm quòd conformatur rei intellectæ; ſed ex ordine appetitus ad bonum deriuatur ratio bonitatis à re appetibili ad appetitum; ergo etiam ex ordine, quem habet res ad intellectum, deriuatur ratio veri ab intellectu ad rem intellectam, vt ſcilicet res uera dicatur, ſecúdùm quòd habet aliquem ordinem ad intellectum. Minor declaratur; quia appetitus dicitur bonus, prout eſt boni. Poſterior verò pars concluſionis probatur dupliciter: Primò ratione, ſecundò ab effectibus. Ratio eſt; iudicium de vnaquaque re non ſit ſecundùm id, quòd ineſt ei per accidens; ſed ſecundùm id, quod ineſt per ſe; ergo vnaquæque res dicitur uera abſolutè ſecundùm ordinem ad intellectum, à quo dependet. Conſequentia probatur ex differentia inter Ordinem ad intellectum cauſatiuum, & cognoſcitiuum tantùm, vt patet in textu. Secundò probatur eadem pars ex effectibus naturalibus, & artificialibus, tam mecanicis, quàm liberalibus, vt habes in littera.

D

Tertia concluſio. Diſſinitiones veritatis aſsignatæ A *ab Auguſtino, Hylario, Anſelmo, & Auicenna rectæ ſunt, nonnullæ quidem iuxta ſenſum primæ concluſionis; nonnullæ verò iuxta ſenſum ſecundæ, & vna ſola iuxta ſenſum vtriuſque; vt explicatur in textu.*

QVæ de Veritatis ſubiecto, & eius natura tanguntur in hoc articulo, diſcutientur commodius in ſeq. & ſexto huius quæſtionis articulo.

ARTICVLVS II.

Vtrum Veritas ſit in intellectu componente, & diuidente.

B AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd Veritas non ſit ſolũ in intellectu componente, & diuidente. Dicit enim Philoſophus in tertio de anima. * quòd, ſicut ſenſus propriorum ſenſibilium ſemper veri ſunt, ita & intellectus eivs, quod quid eſt; Sed compoſitio, & diuiſio non eſt neque in ſenſu neque in intellectu cognoſcente quod quid eſt: Ergo veritas non ſolùm eſt in compoſitione, & diuiſione intellectus.

100 I. d. 19. q. 5 art. 1. 7. & Ver. qu. 1. art. 3.

Lib. 3. tex. 26. to. 2.

C 2 Præterea: Iſaac dicit in libro de diffinitionibus, quòd veritas eſt adæquatio rei, & intellectus; ſed ſicut intellectus complexorum poteſt adæquari rebus; ita intellectus incomplexorum, & etiam ſenſus ſentiens rem, vt eſt; Ergo veritas non eſt ſolùm in compoſitione, & diuiſione intellectus.

Sed contra eſt, quod dicit Philoſophus in 6. metaphyſ. * quòd circa ſimplicia, & quod quid eſt, non eſt veritas, nec in intellectu, neq; in rebus.

Lib. 6. me taph. tex. 8. tom. 3.

Reſpondeo. Dicendum, quòd verum (ſicut dictum eſt. *) ſecundùm ſui primam rationem eſt in intellectu: Cum autem omnis res ſit vera, ſecundùm quòd habet propriam formam naturæ ſuæ, neceſſe eſt, quòd intellectus inquantùm eſt cognoſcens, ſit verus inquantũ habet ſimilitudinem rei cognitæ, quæ eſt forma eius, inquantùm eſt cognoſcens. Et propter hoc per conformitatem intellectus, & rei, veritas diffinitur: Vnde conformitatem iſtam cognoſcere, eſt cognoſcere veritatem. Hanc autem nullo modo ſenſus cognoſcit. * Licèt; enim viſus habeat ſimilitudinem viſibilis, non tamen cognoſcit comparationem, quæ eſt inter rem viſam, & id, quod ipſe apprehendit de ea. Intellectus aũt conformitatẽ ſui ad rem intelligibilem cognoſcere poteſt; ſed tamen non apprehendit eam, ſecundùm quòd cognoſcit de aliquo quod quid eſt. Sed quãdo iudicat rẽ ita ſe habere, ſicut eſt forma, quã de re apprehendit, tũc primò cognoſcit. & dicit verum.

D Ar. præced.

108

E

Digitized by Google

ım. Et hoc facit componendo, & diuiden
Nam in omni propoſitione aliquam for-
n ſignificatam per prædicatum, vel appli-
:licui rei ſignificatæ per ſubiectum, vel re
iet ab ea,& ideo benè inuenitur,quòd ſen
eſt verus de aliqua re , vel intellectus co-
ſcendo quod quid eſt , ſed non quòd co-
ſcat, aut dicat verum . Et ſimiliter eſt de
ibus complexis, aut incomplexis; Veritas
lem igitur poteſt eſſe in ſenſu,vel in intel-
a cognoſcente,quod quid eſt , vt in quadã
era,non autem vt cognitum in cognoſcen
uod importat nomen veri.Perfectio enim
llectus eſt verum vt cognitum . Et ideo
priè loquendo veritas eſt in intellectu cõ-
ente,& diuidente,non autem in ſenſu, ne-
in intellectu cognoſcente, quod quid eſt .
:t per hoc patet ſolutio ad obiecta.

Forma Textus.

ima concluſio eſt. Propriè loquendo veritas eſt in
intellectu componente,& diuidente, non autem in
neq; in intellectu cognoſcente quod quid eſt. Pro-
primò prima pars : Intellectus inquantùm eſt co-
ens,eſt verus,inquantùm veritatem cognoſcit; ſed
item cognoſcit intellectus componendo,& diuiden
go propriè loquendo veritas eſt in intellectu com-
ite,& diuidente. Maior probatur ; quia omnis res
ra,ſecundùm quòd habet propriam formam natu-
æ;at forma intellectus, inquantùm cognoſcens eſt,
gnitio veritatis,ſiue veritas vt cognita; ergo intel
inquantùm cognoſcens,eſt verus,inquantùm veri
cognoſcit. Minor huius argumẽti probatur;quia
t intellectus,inquantùm cognoſcens eſt, eſt ſimilitu
cognitæ, vt conformis eſt rei, & quatenus vt ta-
intellectu cognoſcitur,ſed hanc conformitatem co
ere eſt cognoſcere veritatem ; ergo forma intelle-
quantùm cognoſcens,eſt cognitio veritatis.
obatur hæc minor;quia veritas diffinitur per con
tatem intellectus, & rei. Minor autem principa-
gumenti probatur : Intellectus tunc apprehendit
iformitatem ad rem intelligibilem, & eadem ra-
cognoſcit,& dicit verum quando iudicat rem ita
ere,ſicut eſt forma, quam de re apprehendit ; ſed
ctus hoc facit componendo, & diuidendo;ergo.
probatur: Nam intellectus in omni propoſitione
m formam ſignificatam per prædicatum vel ap-
alicui rei ſignificatæ per ſubiectum , vel remouet
ergo.
undò probatur ſecunda pars concluſionis. Senſus
nodo cognoſcit dictam conformitatem, ergo ve-
on eſt in ſenſu, vt cognoſcens eſt . Conſequentia
x dictis . Antecedens verò probatur; quia, licèt
habeat ſimilitudinem viſibilis,non tamen cogno-
parationem,quæ eſt inter rem viſam, & id,qđ
prehendit de ea .
tiò probatur tertia pars . Intellectus non appre-
ſui conformitatem ad rem intelligibilem. ſecun-
ùd cognoſcit de ea,quod quid eſt,ſed tantùm cõ-

A *ponendo,& diuidendo;ergo veritas non eſt in intellectu cognoſcente quod quid eſt, vt cognoſcens eſt . Antecedens, & conſequentia patent ex dictis.*

Secunda concluſio. Veritas poteſt eſſe in ſenſu, vel in intellectu cognoſcente quod quid eſt, vt in quadam re vera. Probatur ; quia habent propriam formam naturæ ſuæ; quæ eſt forma rei cognitæ.

Controuerſia vnica.

An , & quo ſenſu veritas ſit in ſolo intellectu componente, & diuidente .

Sententiæ Expoſitorum.

B QVamuis magna videatur eſſe de quæſtione propoſitæ inter expoſitores D.Thom.ſententiarum varietas,magis tamen in vocibus, quã in re,poſita eſt, vt video. Ferrarienſis in primo cõtra gent.cap. 59.tria dicit. Primum eſt. Intellectus ſimplex apprehendens hanc quidditatem , vt huius eſt verus, tanquam habens in ſe, adæquationẽ ad rem intellectam , non tamen tanquam verum actualiter cognoſcens. Secundum . In intellectu complexo,puta cum intellectus dicit hominem eſſe animal,non ſolùm comparatur animal ad hominem,vt ipſum animal extra intellectum eſt, ſed C etiam vt eſt ab intellectu conceptum . Tertiũ. Falſa ſunt quatuor dicta Caietani, videlicet, primũ . Conformitas non cuiuſcunque intellectus,ſed cõplexi tantùm eſt veritas. Secundum. Nulli intellectui incomplexo vt ſic, conuenit per ſe conformitas ad rem. Tertium. Ad veritatem intellectus, vt cognoſcens eſt, exigitur, quòd veritas ſit in eo, vt cognita. Quartum. Non dicitur intellectus cognoſcere veritatem ; quia cognoſcat conformitatem intellectus ſimplicis ad rem,quam ipſe intellectus ſimplex non cognoſcat. Ferraricn.

Valentia tria dicit. Primum . Veritas eſt in intellectu ſimplici,non tãtùm ſubiectiuè, ſed etiam D obiectiuè,reflexè tamen apprehenſa . Secundum poſtquam intellectus noſter plures conceptus circa rem formauit , elicit præterea alterum quendã conceptum, quo cognoſcit plures illos conceptus à ſe formatos rei conuenire, vel non conuenire ; & hæc eſt compoſitio,& diuiſio conceptuum,quæ ſignificatur per copulam orationis affirmatiuæ,vel negatiuæ. Vndè (inquit) quando dico : homo eſt ens,ſenſus eſt,res,de qua habeo conceptum hominis,talis eſt,vt etiam conueniat ei conceptus formaliter ſignificatus nomine entis , & etiam obiectum illius. Tertium . Veritas non eſt in diuiſione obiectiuè,ſed ſolùm in compoſitione. Valentia.

E Vaſquez duo dicit. Primum. Veritas in ſola cõpoſitione,& diuiſione propriè reperitur, in intellectu verò ſimplici,& ſenſu,non eſt veritas propriè; ſed intellectus ſimplex,& ſenſus dicunt veri , quia ſe hñt in apprehenſione inſtar veri,qui cõponẽdo, vel diuidendo dicit aliquid eſſe,vel non eſſe. Secundũ. Veritas primariè eſt conuenientia conceptus , non formalis, ſed obiectiui,cum re ipſa, prout eſt extra,ita,vt ſit conformatio rei cum ſe ipſa ſub diuerſo modo,vt tradunt Durandus, & Herueus. Vaſquez. Durãdus. Herueus. Caietan.

Caietanus dicit quatuor. Primum in intellectu ſimplici,& ſenſu in actu eſt veritas rei. Secũdum. in intellectu ſimplici poteſt eſſe veritas,vt cognita in actu ſignato. Tertium.In ſolo intellectu componente,& diuidente eſt veritas, vt cognita in actu exercito. Quartum.hæc diffinitio:Veritas eſt conformitas intellectus, & rei, ſoli veritati abſolutè propriè conuenit,& non veritati rei,niſi extẽſiuè.

Reſolutio.

Explicatur,& ſuſtinetur doctrina Caietani de ſubiecto per ſe veritatis.

REColendum eſt primò id, quod dixit S. Doct. in art.præcedente, nimirum diffinitionẽ illam veritatis. *Veritas eſt adæquatio rei,et intellectus,* poſſe pertinere ad veritatem, ſecundùm quòd eſt in intellectu,& ad veritatem rei: quod dictum in hoc artic. gloſſat Caiet. dicens diffinitionem illã ſoli veritati abſolutè conuenire, & nõ veritati rei, ſiue intellectus ſimplicis,aut ſenſus, niſi extẽſiuè; quia (inquit) nulli intellectui incomplexo vt ſic, conuenit per ſe conformitas ad rem; quia incomplexum,vt ſic,reſpectum nullum æqualitatis, aut inæqualitatis ad alterum exercet, quamuis fortè adæquatum alteri de facto ſit. Complexa autem enunciatio mentalis omnis per ſe exercet in propria ratione, quod ſit æqualis, aut inæqualis rei, quoniam eſſentialiter eſt ſimilitudo,quòd hoc inſit,vel non inſit illi. Quibus verbis Caiet.hanc ſtatuit differentiam inter res, ſenſum, & intellectum ſimplicem ex vna parte,& intellectum componentem,& diuidentem ex alia, quòd illa nullum reſpectum æqualitatis,aut inęqualitatis ad alterum exercent, ideſt in ſua ratione formali intrinſeca non ſignificant,vt exercitum,quamuis de facto,& in actu exercito æqualitatis reſpectum habeant, vt conſequentem: Nam ad intellectum cognoſcentem quod quid eſt, & ſimiliter ad ſenſum cognoſcentem proprium ſenſibile ſemper ſequitur relatio æqualitatis ad cognitum; quæ tamen in ratione formali intellectus cognoſcẽtis, quod quid eſt, & ſenſus in actu non includitur, nec per conceptũ ſimplicis intellectus intelligẽtis quod quid eſt repræſentatur,& multò minus per ſpeciem ſenſus in actu,& adhuc multò minus per rem extrinſecus exiſtentem. Intellectus autem complexus vt ſic, nõ ſolum reſpectum habet æqualitatis; vt cum interius dico;homo eſt bipes; aut inæqualitatis; vt cũ dico:homo eſt lapis; ſed etiã reſpectum illum includit formaliter,& intrinſecè vt exercitum,adeo vt impoſſibile ſit concipere intellectum componẽtem,aut diuidentem,& non concipere verum, aut falſum, vt exercitum: Nam complexa enunciatio mentalis eſſentialiter eſt ſimilitudo,quòd hoc inſit,vel non inſit illi;quod eſt per ſe exercere æqualitatem,vel inæqualitatem, ideſt ſignificare,ſiue repræſentare illam ex propria, formali, & intrinſeca ratione,vt exercitam: vnde in primo perihermenias Philoſophus diffiniens enunciationem ait; enunciatio eſt oratio ſignificans verum, vel falſum, ni-

A mirum in actu exercito,& propterea S.Thom. affirmat in textu veritatem eſſe in intellectu,in quantum eſt cognoſcens veritatem, ſcilicet in actu exercito.

Quomodo autem in compoſitione, & diuiſione ſignificetur,aut repræſentetur,atque adeo cognoſcatur hæc veritas,ſic facilè poteſt explicari. Concipio ego de re,quæ eſt homo, plures realitates, ſiue rationes; nõ enim poſſum ſtatim vnico ſimul conceptu, ſicut Angelus, concipere totam hominis naturam diſtinctè cum omnibus eidem conuenientibus, ſed prius communiora quædam illius cõcipio; vt quòd ſit ens,& ſubſtãtia, deinde quòd
B ſit animal,& quòd ſit rationalis, denique quòd ſit diſciplinabilis,riſibilis,& quantus. Ex quibus cõceptibus intellectus meus,vt rem perfectè cõprehendat,& naturalem ſuam perfectionem,quę veritas eſt,aſſequatur,vnum alium ſibi format conceptum; quo non ſolùm realitates, ſiue rationes formales per priores illos conceptus cognoſcit, & dicit rei conuenire;ſed etiam conceptus ipſos formales rei per eos repræſentatæ videt adæquari: Nam,dum concipio, & dico hominem eſſe ſubſtãtiam,nõ ſolùm dico realitatem,vel rationem ſubſtantiæ conuenire illi rei,quæ eſt homo; ſed etiam conceptum meum formalem, quo de homine con-
C cepi realitatem ſubſtantiæ, eſſe illi adæquatum, ideſt repræſentare realitatem rei, prout eſt in re: Nam intellectus meus nõ comparat, vel attribuit rei rationem, ſiue realitatem repræſentatam, niſi prout eſt à ſe concepta: & rurſus conceptio idem eſt,quod res ipſa concepta in eſſe intelligibili;atque ideò pro vno computantur,& eadem ferè ratione rei, de qua formatur conceptio comparantur,& adæquantur; quamuis non eodem modo; Quia res concepta comparatur rei, de qua concipitur,vt aliquid illius,puta perfectio,vel imperfectio; ſed conceptio mentalis rei comparatur, non vt aliquid illius; ſed vt eius imago,& ſimilitudo
D ſecundum talem rationem,aut realitatem.

Et ex his perſpicua redditur vt arbitror, doctrina Caietani in explicando, quid ſit cognoſcere veritatem in actu exercito, & quomodo conformitas intellectus ad rem conueniat intellectui complexo per ſe in primo modo,vt cognoſcens eſt;ſimplici verò non per ſe in primo modo; immò nec ẽt in ſecundo,vt cognoſcens eſt,ſed quaſi materialiter,ſcilicet,vt res eſt,& per accidens, ideſt per cõceptum complexum eo poſteriorẽ, in quo aliquo modo continetur incomplexus,& vt inquit Sãctus Thom.in primo con.gent.cap.59.in complexo deſignatur comparatio incomplexi ad rem. Patet
E præterea veritas quatuor dictorum Caietani,quę non intellexit,atque ideo gratis impugnauit Ferrarienſis,vt magis ex dicendis elucebit.

Caiet.

S. Tho.

Veritatem eſſe perfectè in intellectu eam cognoſcente directè ſimul, & reflexè.

SEcundò conſiderandum eſt, Dupliciter intelligi poſſe veritatem cognoſci ab intellectu cõponente, & diuidente:Vno modo directè; eo ſcilicet

cet

actu, quo fertur in obiectum exterius cogno-
ſdo, v.g. de homine, quòd eſt animal, vel bi-
Alio modo reflexè, quatenus, ſcilicet reflecti-
ſuper actum ſuum, & ſuper ſimilitudinem, quę
rincipium, aut terminus actus. S. Tho. in 6. me
lect. 4. videtur affirmare ſecundùm hunc mo
: ſic enim ait. *In ſola ſecunda operatione intelle-
ſt veritas, & falſitas: ſecundùm quam non ſolùm
lect. habet ſimilitudinem rei intellectæ: ſed etiam
r ipſam ſimilitudinem reflectitur iudicando ipſam.*
e Ver. q. 1. art. 9. ſic ait. *Cognoſcitur autem veri-
b intellectu, ſecundùm quòd intellectus reflectitur
a actum ſuum: non ſolùm ſecundùm quòd cognoſcit
m ſuum, ſed ſecundùm quòd cognoſcit proportionē
ad rem, quòd quidem cognoſci non poteſt, niſi cogni
tura ipſius actus, quæ cognoſci non poteſt, niſi co-
catur natura principij actui, quod eſt ipſe intelle-
in cuius natura eſt, vt rebus conformetur. Vnde
dùm hoc cognoſcit veritatem intellectus, quòd ſu-
e ipſum reflectitur.* Hæc D. Thom. Qui manife-
idetur aſſerere veritatem ab intellectu cogno
r ſolùm actum reflexum. Ferrarienſis in alle-
capite 59. ait prædicta verba intelligenda eſ
n de actu propriè reflexo, ſed impropriè, ſeu
aratiuè; quia ſcilicet intellectus propoſitio-
ormare non poteſt, niſi reflectatur ſupra co-
onem ſimplicē, qua conſiderauit prius quid-
em, aut aliquid aliud ſimpliciter.
d quia prædicta verba S. Thom. nimis aperta
idcircò videntur mihi quatuor dicenda. Pri-
eſt, veritatem ab intellectu cognoſci dupli-
: Vno modo in actu exercito, quomodo à ſolo
lectu complexo cognoſcitur. Alio modo in
ſignato, ad modum, ſcilicet cuiuſdam quid-
is, contemplando, ſcilicet naturam veritatis,
n communi, ſiue in particulari huius verita-
uod conuenit etiam intellectui ſimplici, cu-
t cognoſcere quod quid eſt. Secundum eſt,
ctius cognoſci veritatem, cum vtroque mo-
gnoſcitur, quàm cum vno modo tantum; ver
ita, cum dico; homo eſt bipes, cognoſco veri-
n actu exercito; quia dico homini conue-
ationem bipedis, quam prius de eo concepe-
uod eſt dicere conceptum meum, quo bipe-
oncepe am adęquari homini; ſed, ſi poſtea
a cognitione contemplatus fuero actum il-
k ſimilitudinem, idest ſpeciem expreſſam,
nus bipedem in homine repræſentat, & con-
uero ſpeciem hanc talis eſſe naturæ, ac per-
nis, vt quod eſt in re, perfectè repræſentet,
eſt, ac per hoc proportionem, & æqualitatē
ter hanc ſimilitudinem, vt repræſentantem,
ipſam, vt repræſentatam, formando in mē-
a propoſitionem, & dicendo: hominem eſſe
em eſt verum, vel conceptio mea, qua homi-
ſſe bipedem intellexi, vera eſt; vel etiam for-
o ſimplicem illius quidditatis conceptum,
nulto perfectius veritatem cognoſco: adeo
poſterior cognitio ſit intima, & quidditati-
itatis formaliter: prior autem ſit tantùm co
quia eſt; & loquor de poſteriori cognitio-
tenus includit conſiderationes prędictas:

A prout loquitur etiam S. Thom. in locis prædictis, & præſertim articulo illo nono, de veritate. Tertiū eſt D. Thom. in dicto articulo de Verit. non loqui diſtinctè de intellectu componente, & diuidente, ſed abſolutè de intellectu in comparatione ad ſenſum, de quo quærebatur in illo articulo, cuius titulus eſt: *an in ſenſu ſit veritas*. Cum itaque intellectus ſimplex veritatem cognoſcat in actu ſignato per actum reflexum, de eo ſatis aptè intelligi poterunt prædicta S. Doct. verba. Dictum autem eiuſdem Angelici Doct. in 6. metaphyſ. optimè patitur interpretationem Ferrarienſis. Quartum eſt. cognitionem veritatis in actu exercito, quamuis *Ferrarien.*
B propriè, & abſolutè ſit directa, modum tamen, quendam, ſiue ſimilitudinem habere cognitionis reflexæ, quatenus ſit in actu exercito comparatio vnius ſimplicis conceptus, ad alium conceptum ſimplicem, cum enim dico: homo eſt animal, comparo, non ſolùm rationem animalis homini, ſed etiam conceptum formalem, quo concepi animalitatem conceptui formali, quo cōcepi hominem, ob rationem ſuperius aſsignatam; quia nimirum conceptus cum re repræſentata pro vno computatur.

C *Quo ſenſu dixerit S. D. veritatem eſſe in ſolo intellectu componente, & diuidente.*

Tertiò notandus eſt ſenſus illius particulæ poſitæ in prima concluſione, videlicet, *propriè loquendo*. Nam, vt aduertit Ferrarienſis in dicto capit. dupliciter intelligi poteſt veritatem propriè eſſe in intellectu. Vno modo proprietate rei; quia nimirum id, quod propriè eſt veritas, eſt in intellectu, & ſic propriè eſt veritas etiam in intellectu ſimplici. Alio modo proprietate locutionis, ideſt ſecundùm proprium ſenſum propoſitionis. Et ſic veritas eſt propriè in ſolo intellectu componente, & diuidente: nam, vt patet ex articulo præceden- *Ferr.*
D te veritas primò, & principaliter eſt in intellectu, proculdubio cognoſcente; quia veritas eſt perfectio cognitionis; cum autem dicitur: ueritas eſt in intellectu cognoſcente, proprius ſenſus eſt, ueritatem eſſe in intellectu, ut cognitam; tunc autem ueritas eſt in intellectu vt cognitā, quando intellectus iudicat rem ita ſe habere, ſicut eſt forma, quā de re apprehendit, quod facit componendo, & diuidendo: ut hic ait S. Thomas; Conſequens igitur eſt, ut propriè loquendo ueritas ſit in ſolo intellectu componente, & diuidente. Et in hoc ſenſu intelligendum eſt primum dictum Caietani, qui non negat ueritatem eſſe formaliter in intellectu ſim- *Mens Caiet.*
E plici, ut contendit Ferrarienſis, ſed tantùm negat in ſimplici intellectu eſſe propriè ueritatē. Quod ſi dicas Caietanum hic affirmare in intellectu ſimplici eſſe ueritatem, ut in quadam re uera, & in 6. artic. dicere, res non eſſe ueras formaliter per intrinſecam denominationem, ſed tantùm extrinſecè veras denominari, nullamque eſſe in rebus formaliter veritatem, ſed imitatiuè, & adimpletiuè reſpectu intellectus diuini, & cauſaliter reſpectu intellectus noſtri ſpeculatiui; ex quo ſequitur de *Obiectio.*
mente

mente Caietani in ſimplici intellectu nullam eſſe formaliter veritatem.

1. ſolutio

Reſpondeo primò, dictum illud Caietani intelligẽdum eſſe de veritate propriè dicta, modo paulo ante declarato; nam ea veritas formaliter eſt in ſolo intellectu iudicante rem ita eſſe, ſicut eſt forma, quam de re apprehendit; cum quo ſtat veritatem tranſcendentem rebus formaliter conuenire: vt bene notant, & probant Dominicus Bannes, & Zumellus in art. præcedente, & alij expoſitores cõmuniter, & Suarez diſp. 8. metaph. ſect. 7. à nume. 24. vſque ad 34. incluſiuè, & ex profeſſo in numero 34. vbi, poſtquam hæc ſcripſimus, animaduertimus illum eodem modo Caietanum interpretari, quo paulò ante diximus eſſe intelligendum. Sed de hoc iterum redibit ſermo in artic. 6.

Bannes. Zumell. Suarez.

2. ſolutio.

Secũdò dici poſſet, quòd quamuis ſenſus, & intellectus ſimplex cum cæteris rebus conueniant in hoc, quòd in eis non eſt veritas vt cognita in actu exercito, ac per hoc dicitur in eis eſſe veritas, vt in rebus quibuſdam veris; differunt nihilominus à reliquis rebus, primò; quia formæ rerum pertinent ad earum eſſe naturale; formæ verò ſenſus, & intellectus ſimplicis non pertinent ad eorum eſſe naturale, ſed ad eſſe cognoſcitiuum, & cognitũ. Ex quo ſequitur ſecunda differentia, quòd rerum formæ nõ ſunt rebus principia cognoſcendi, ſicut formæ ſenſus, & intellectus, & ex hac ſequitur tertia, quòd particulari, & excellentiori quodam modo eſt veritas in ſenſu, & intellectu ſimplici, quo non eſt in cæteris rebus, videlicet per adæquationem ad res vt obiectas, & terminantes cognitionem, quæ adæquatio perfectio quædam eſt cognitionis formaliter; nec alio vocabulo poteſt nuncupari, quam nomine veritatis. Propter quem ſpecialem modum dici poteſt formaliter veritas de ſenſu, & intellectu ſimplici, etiam ſecundùm Caietanum; quamuis ſecũdùm ipſum de cęteris rebus non poſſet dici formaliter.

Veritatem propriè, & formaliter eſſe in intellectu eam iudicante, ſiue ſit ſimplex, ſiue componens, aut diuidens.

QVartò obſeruandum eſt. Veritatem propriè, & per ſe loquendo eſſe in intellectu iudicante veritatem, vt hic etiam ſignificat S. Doctor, atque ideo in quocunque intellectu iudicium eſt veritatis, ſiue æqualitatis intellectus, & rei, in eo formaliter, & propriè veritas eſt, ſiue intellectus ille ſit ſimplex, ſiue complexus. Quo fit, vt intellectus diuinus, & Angelicus, qui abſq; vlla compoſitione iudicat veritatem, & ſui ad res intellectas æqualitatem, formaliter, & propriè veritatem habeant, & tantò excellentius, quantò ſimplicius. Sequitur præterea, accidens eſſe intellectui veritatem cognoſcenti, quòd componat, & diuidat, ex imperfectione ſcilicet ipſius; quia videlicet, non poteſt vnica conceptione rem apprehendere, & iudicare, ſed ſimplices prius neceſſe eſt ei de re formare cõceptus, deinde vnum alteri comparando de eorũ æqualitate iudicare; S. Thomas igitur ex notiori-

A bus doctrinam tradens, de intellectu noſtro componente, & diuidente ſermonem inſtituit. In quo tamen proprium, & per ſe veritatis ſubiectum indicauit dicens, tunc intellectum veritatem cognoſcere, quando iudicat rem ita ſe habere, ſicut eſt forma, quam de re apprehendit; ſub qua propoſitione facilè eſt ſumere Diuinum, & Angelicum intellectum ſimplici conceptione tale iudicium facere, & conſequenter veritatem cognoſcere. Adde D. Thom. inferius in 5. art. præſertim in reſponſione ad primum idem per ſe ſubiectum explicaſſe, vt oſtenderet in Deo propriè, & perfectiſsime eſſe veritatem.

S. Thom.

B Nec erant hic immiſcenda ea, quæ ad Dei, & Angelorum cognitionem pertinebant, ſed ſeorsũ proprijs locis explicanda: vnde diuina veritas tractatur in dicto quinto articulo, veritas autem intellectus Angelici diſcutitur infra q. 58. artic. 4. & 5. ſequitur præterea ex prædictis, intellectum per ſolam propoſitionem apprehenſiuam, & minimè iudicatiuam, quam format, nõ eſſe propriè, & formaliter verũ, vt optimè probant, & explicant Bãnes, & Zumellus de mente S. Thom. quos ſequuntur communiter recentiores, & præſertim Suarez diſp. 8. metaph. ſect. 4. ſequitur amplius ex ſupradictis veritatem formaliter æquè eſſe in intellectu C diuidente, ſicut & componente: Nam quod eſſentialiter, & per ſe veritatem cõſtituit, eſt iudicium intellectus, quo iudicat rem ita ſe habere, ſicut eſt forma, quam de re apprehendit; poteſt autem in re eſſe ſeparatio illius ab alia, quam apprehendat intellectus, & interius enunciet dicens, exempli gratia: homo non eſt lapis, vel coruus non eſt albus, tunc enim forma, quam de re apprehẽdit, eſt ſeparatio, quę rei conuenit, & ab intellectu diuidẽte iudicatur. Quo fit, vt propoſitiones negatiuæ, quibus in re correſpondet formæ, aut alterius rei ſeparatio, ſiue negatio, aut non eſſe, vel priuatio, non minus verę ſint, quàm affirmatiuæ: vndè Ariſtot. in quarto metaph. tex. 27. diffiniens verum in actu exercito dicit. Verum eſt ens eſſe, & non ens non eſſe, ſignificans, non in ſola compoſitione, ſed etiam in diuiſione veritatem eſſe, dummodo non eſſe diuiſione ſignificatum ſit in re, de qua enunciatur. Sequitur demum ex prædictis intellectus illius propoſitionis Diui Thomæ. *Neceſſe eſt, quòd intellectus, inquantùm cognoſcens, ſit verus, inquantùm habet ſimilitudinem rei cognitæ, quæ eſt forma eius, inquantùm eſt cognoſcens.* Loquitur enim de ſimilitudine, non ſimplicis apprehenſionis, ſed iudicij; quoniam hæc eſt verè propria, & vltima perfectio, ad quam intellectus cognoſcẽdo pertingit, vt hic etiam ſignificat S. Thom. dicens. *Perfectio intellectus eſt verum, vt cognitum.* Per hanc itaque ſimilitudinem in ſe formatam intellectus iudicat: rem ita ſe habere, ſicut eſt forma ſimplex, quam de re prius apprehendit, quod eſt cognoſcere veritatem in actu exercito, & hoc eſt, quod videtur voluiſſe ſignificare Caietanus explicans hic nomen ſimilitudinis.

Bannes. Zumell. Suarez.

Ariſtot.

D

E

Digitized by Google

Concluſiones deducta, & probatæ.

ima conclufio. In intellectu ſimplici, & ſen-
ſu in actu eſt veritas formaliter. Hæc conclu
io ad intellectum ſimplicem probatur ex D:
a articulo ſequente in reſponſione ad ter-
& de Veritate, quæſt. 1. artic. 1. ad tertium:
t, ens non poſſe apprehendi, niſi ratio veri aſ
tur apprehenſionem entis: Cum igitur in om
llectione, qua concipitur ens, neceſſe ſit ens
nari intellectui; ſequitur etiam, neceſſe eſſe
ctum adæquari enti, vt cognito; at ens dici-
rmaliter verum ex tali adæquatione, vt ibi
cat S. Thom. ergo etiam intellectus ſimplex
liter dicitur verus ex ſua adæquatione.
eterea intellectus cognoſcendo, quod quid
nper eſt verus, vt ait Ariſtot. in tertio de Ani
xtu 26. quod idem docet S. Tho. in quæſtio-
uente, articulo tertio. Quo ad ſenſum verò
ſè ponitur ab Ariſtot. in allegato textu, & à
Thoma in quæſt. ſequenti, artic. 2. & 3.
obſeruandum eſt, non vniuocè dici verita-
veritate intellectus iudicantis, & cogno-
veritatem, & de veritate intellectus illam
gnoſcentis, ſed tantùm æqualitatem haben
em cognitam, quamuis de vtraque forma-
catur: Vnde etiam, vt ſupra notauimus ex
ienſi, non eodem modo de vtraque veritas
è dicitur, ſed de illa propriè dicitur pro-
e locutionis, de hac vero proprietate rei.
nda concluſio. Veritas intellectus compo-
& diuidentis, ſiue iudicantis veritatem eſt
mitas, & æqualitas vtriuſque conceptus ad
ilicet formalis, & obiectiui, illius quidem
primò huius verò ſecundariò, & ratione il-
æc concluſio patet ex dictis in primo fun-
to: & probatur; Quia veritas de qua loqui-
t formalis, & intrinſeca perfectio noſtri in-
s; ergo formalis illa commenſuratio, quā
e tenet ex parte intellectus, & non ex parte
; ergo eſt conformitas conceptus formalis,
obiectiui.
onfirmatur; quia obiectum intellectus ſe
vt cauſa veritatis, quæ eſt in intellectu; er-
biecto non eſt veritas niſi vt in cauſa, & fun
to veritatis, quæ eſt in intellectu. Secundò
natur; Quia res denominantur extrinſecè
æ ab intellectu cognoſcente; ergo ſolùm, vt
nominatæ dicunt commenſurationem cum
ctu; ergo res vt obiectę nullam, ſaltem per
o. dicunt conformitantem ad ſe ipſas abſo
mptas. Vide etiam Suarez diſp. metaph. pri
tione prima.
ia concluſio. Quatuor dicta Caietani, quæ
nat Ferrarienſis, propriè, & formaliter in-
a vera ſunt. Hæc patet ex primo, & tertio
nento.
rta concluſio. In ſola intellectus apprehen
dicatiua eſt veritas, vt cognita in actu e-
o. Hæc patet ex quarto fundamento.
nta concluſio. Si de intellectu humano ſer-
veritas eſt in ſolo intellectu componente,

A & diuidente, vt cognita in actu exercito. Hæc patet ex primo, & ſecundo fundamento.

Sexta concluſio. Veritas non minus eſt obiectiuè in intellectu diuidente, quàm ſit in intellectu componente. Hęc patet ex vltimo fundamẽto.

Argumenta, & ſolutiones.

Contra primam concluſionem argumentatur Vaſquez. Ariſt. in primo de interpret. cap. 8. ait verum, & falſum in compoſitione conſiſtere, non verò in ſimplici conceptu, aut in ſimplici voce, quod idem ait in 3. cap. eiuſdem libri, & 3. de Vaſques.
B anima tex. 22. & 6. metaph. cap. 2. propè finem.

Reſpõdetur Ariſtotelem loqui de veritate propriè, proprietate locutionis; hæc autem eſt obiectiuè exiſtens in ſolo intellectu componẽte, & diuidente vt cognita in actu exercito, prout ſupra declarauimus. Ariſt.

Sed contra hanc reſponſionem adduci poteſt argumentum eiuſdem expoſitoris tale. Ariſtot. dicit bonum, & malum in rebus eſſe, verum autem, & falſum eſſe in mente, ſi intelligeret ſolùm de vero, & falſo prout eſt in cognoſcente, qua ratione negauit verum, & falſum eſſe in rebus, idem omnino dicere deberet de bono, & malo, immo de quacunq; Replica.
C alia re: probatur conſequentia; quia nihil vt cognitum eſt in rebus, ſed ſolùm in intellectu; ergo.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam; quia veritas ex propria ratione dicit ordinem ad intellectum, & ideo diſtinguimus veritatem per diuerſas habitudines ad intellectum, tanquam per differentias, ſiue modos per ſe, & eſſentiales: ex quibus primus, & proprijſs. eſt, eſſe in intellectu vt cognitam, quo fit, vt etiam abſolutè dicamus veritatem eſſe in intellectu componente, & diuidente; quia in eo ſolo (de humano loquimur) eſt veritas vt cognita in actu exercito, bonitas autem nullā dicit habitudinem ad intellectum, ſed ad appeti-
D tum, qui ad res tendit, prout in ſeipſis ſunt: & ideo bonitas vt ſic, dicit eſſe, vel ordinem ad eſſe in re, non autem in cognitione; Quamobrem de bono, & malo negari abſolutè non poteſt eſſe in rebus, ſicut de verò & falſo.

Secundò contra eandem reſponſionem. Veritas non tantùm poteſt eſſe in intellectu, vt cognita, in compoſitione, & iudicio, ſed etiam in ſimplici apprehenſione; ergo quãuis, vt iudicata eſſe nequeat extra compoſitionem, & iudicium, ſaltem vt cognita in ſimplici apprehenſione eſſe poſſet. Antecedens probatur; quia quæcumque quidditas poteſt apprehendi ſimplici cognitione; ergo etiam
E quidditas veritatis.

Reſpondetur hoc argumento probari veritatē poſſe eſſe vt cognitam in ſimplici apprehenſione in actu ſignato, non autem in actu exercito, & per hæc patet reſponſio ad tertium eiuſdem expoſitoris argumentum, contra eandem reſponſionem, quod hic referre non eſt neceſſe.

Affert idem expoſitor verba Ariſt. ex 9. metap. textu 22. quibus ait ſignificari in ſimplici intellectus apprehenſione, ſicut non eſt compoſitio, & Ariſt.
diuiſio,

diuiſio, ita non eſſe verum, neque falſum.

Sed in primis expoſitio Sancti Tho. & communis longe diuerſa eſt: deinde etiam admiſſa illa interpretatione nihil aliud probat, niſi veritatẽ propriè dictam proprietate locutionis non eſſe in intellectu ſimplici.

Secundò principaliter. Voces ſunt loco cognitionum, & conceptum; at nulla vox ſimplex dicitur vera, & falſa; ergo nulla ſimplex cognitio, cui vox ſimplex reſpondet, vera poteſt eſſe, aut falſa. Probatur minor: Nam, ſi quis audiat hanc vocem, homo, nondum dicere poteſt verum eſt, aut falſum eſt.

Reſpondetur voces eſſe loco cognitionũ, & conceptuum non ſimpliciter, ſed vt ſigna ſunt conceptuum, & rerum ſignificatarum; & ideo in vocibus non oportet eandem, ſiue eiuſdem rationis veritatem eſſe, ſicut in conceptibus, ſed iuxta modũ, & naturã vocum, quæ eſt, vt ſint ſigna, & ideo veritas eſt in eis, vt in ſignis; ſunt enim vera ſigna cõceptuum, quæ proximè ſignificant, & rerum, vt remotè ſignificatarum, vt ſupra quæſt. 13. latè probauimus cõtra Vaſquezium. Nec verum eſt, quod ait Vaſquez, cum intelligimus nomen aliquod eſſe verum ſignum conceptus, vel rei, ſemper inuolui enuntiationem aliquam.

Ariſt. Tertiò. In ſimplici apprehenſione nequit eſſe falſitas, quæ propriè in deceptione conſiſtit, vt docet Ariſt. nono metaph. capit. duodecimo, & tertio de Anima, cap. 6. tex. 21. ergo nec veritas eſſe poteſt: probatur conſequentia; quia hæc duo contrariè opponuntur, contraria verò habent idem commune ſubiectum.

S. Thom. Reſpondetur primò. Antecedẽs verùm eſſe per ſe, falſum autem eſſe per accidens: Nam, vt ait S. Doct. quæſt. ſequenti, artic. 2. & tertio, poteſt eſſe per accidens falſitas in ſenſu, & in intellectu cognoſcente, quod quid eſt.

Secundò reſpondetur nullam eſſe conſequentiã: Ad probationem dicitur, veritatem ſimplicis apprehenſionis non habere contrarium propriè;

Aegidius. vt docet Aegidius quol. 4. quæſt. 7.

Replica. Sed arguit Vaſquez. Aduerſarij concedunt ſimplicem veritatem, & falſitatem in rebus ſimplicibus: Nam in operibus artis ea dicunt eſſe falſa, quæ non conſonant ideæ artis, ea autem vera, quę rectè conſonant; ergo ex eorum ſententia veritati ſimplici, eſt aliqua falſitas ſimplex oppoſita; & S. Thom. quęſt. ſequenti, articulo primo, eo quod dixit veritatem, & falſitatem eſſe contraria, ac proinde habere commune ſubiectum, conceſsit etiam in rebus ſimplicibus veritatem, & falſitatem: primum quidem falſitatem in operibus artis, cũ deficiunt ab idæa: deinde etiam in moralibus, cum deficiunt à regula, vt in operibus peccati.

Reſpondetur falſitatem, quæ in rebus ſimplicibus reperitur, non eſſe propriè, & ſtrictè falſitatẽ, & conſequenter nec etiam propriè, ſed impropriè, & nominetenus tãtùm opponi rerum ſimplicium veritati. Sed de hoc ſuo loco commodius diſputabitur.

Contra ſecundam concluſionem argumentatur

A Vaſquez. Vaſquez ex Durando. Conformitas, ſeu conueniẽtia repræſentationis, vel cognitionis cum re ipſa, quæ dicitur veritas, in hoc conſiſtit, vt res cognitione repræſentetur, aut cognoſcatur ſic eſſe, ſicut ipſa ſecundùm ſe eſt; ſed talis conuenientia primariè, & per ſe ſpectat ad rem, vt eſt obiectiue in intellectu, non ad conceptum formalem; ergo in ea primariè reperitur veritas. Minor probatur: Intellectus non dicitur cum rebus ipſis ſua intellectione conformari, ex eo, quòd ſua intellectio ſic ſe habeat ad ipſum, in quo eſt, vt in ſubiecto, ſicut res in intellectu ſe habet ad ſuum eſſe reale: hoc n. eſt manifeſtè falſum, ſed ex eo, quod res ita intel-

B lectione repræſentatur, ſicut ipſa eſt; ergo id, in quo proximè vniuntur, & conueniunt intellectus, & res ſecundùm ſe, eſt ipſamet res cognitione obiectiua repræſentata; illa igitur eſt, cui primariè in eſt conuenientia, & veritas.

Reſpondetur falſam eſſe minorem: Ad probationem negatur conſequentiã: ſed potius ſequitur conformitatem, ſeu conueniẽtiam repræſentationis, vel cognitionis cum re ipſa, quæ conformitas dicitur veritas, eſſe proportionem quandam, ſiue habitudinem tranſcendentalem inter repræſentationem, ſeu cognitionem, vel iudicium intellectus de re, & rem repræſentatam, ſiue cognitam, & iu-

C dicatam; quemadmodum etiã, cum dicimus imaginem Petri repræſentare Petrũ ſicuti eſt, non comparamus Petrum ad ſeipſum, ſed imaginem ad Petrum, ſignificantes inter imaginem, & Petrum eſſe debitam proportionem repræſentantis, & repræſentati.

Secundò. Illud eſt primariè verum, quod ſignificatur enuntiatione vera; ſed voces non ſignificãt conceptus formales, ſed res conceptas; ergo res obiectiuè ſunt primariò veræ, nõn autem cõceptus formales.

Reſpondetur falſam eſſe minorem, vt oſtenſum eſt, quæſt. 13. art. 1.

D Ferrarien. Contra tertiam concluſionem argumentatur Ferrarien. Et primò impugnat primum dictum Caietani, & probat ex D. Thom. in intellectu incõplexo eſſe veritatem. Quòd verum eſt in ſenſu ſuperius expreſſo, ſcilicet propriè proprietate rei, nõ locutionis. Secundò contra ſecundum dictũ probat in intellectu in complexo eſſe conformitatem ad rem, quod concedimus modo ſuperius explicatò, videlicet conſecutiuè, non eſſentialiter. Tertiò. Contra tertium dictum probat ad veritatem intellectus, vt cognoſcens eſt, non requiri, vt veritas ſit in eo vt cognita: nam intellectus ſimplex, vt cognoſcens, eſt verus, vt res quædam vera; ergo.

E Sed iam ſupradictum eſt, ſermonem eſſe de intellectu, vt cognoſcens eſt ipſam veritatem, ſiue æqualitatem ſui cum re in actu exercito. Secundò dicitur ſermonem eſſe de intellectu cognoſcente, vt cognoſcens eſt, quatenus attingit propriam ſui perfectionem, quæ eſt veritas, tunc autem, verè, & perfectè illam attingit, quando eſt in eo, vt cognita modo dicto.

Quartò contra quartum dictum probat, intellectum componentem, & diuidentem non ideo dici cogno-

noſcere verum; quia cognoſcat ſui conformi-
m ad rem, quam habet, dum componit; Quia
s conformitas non cognoſcitur, niſi per refle-
nem, intelligendo ſcilicet ſe intelligere.
ed iam dictum eſt, quæ, & qualis hic interue-
reflexio, & quòd ſimpliciter eſt directa co-
io.
uintò contra idem dictum probat ex D.Tho.
& 6.metaph.intellectum componentem, & di
ntem intelligendo verum cognoſcere confor-
tem intellectus ſimplicis ad rem, non autem
s intellectus componentis, & diuidentis.
eſpondetur vtramque conformitatem cogno-
b intellectu componente, & diuidente: Ná pri
cognoſcit conformitatem apprehenſionis, ſiue
litudinis ad rem pertinentis ad intellectum
licem: Deinde etiam cognoſcit conformitaté
idicij ad rem ipſam, de qua iudicat, & quia
que conformitas clauditur in intellectu com-
nte, & diuidente: ideo vtramque complectens
t. dixit intellectum componentem, & diuiden
cognoſcere ſui conformitatem ad rem. S.Tho.
n aſsignauit differentiam inter intellectum
icem, & compoſitum ex eo, quòd erat mani-
m, videlicet, quòd intellectus ſimplex non co
it ſui conformitatem ad rem, quam tamen
ectus complexus intelligit.
ontra vltimam concluſionem argumentatur
ntia. Per diuiſionem non reſpicit intellectus
em conceptum rei conformé, ſed potius non
ormem, quem idcirco remouet ab illo; ergo
as non eſt in diuiſione intellectus obiectiuè,
olum in compoſitione.
eſpondetur falſum eſſe antecedens: Nam con-
s complexus diuiſionem ſignificans vt ſic,
enit rei, quamuis altera pars, quæ ad conce-
ſimpliçem pertinet, ſecundùm ſe rei non con
t; nam cum dico: homo non eſt lapis, hic con
s, quatenus ſignificat diuiſionem lapidis ab
ne, verè conformis eſt homini; quia in re ho-
t diuiſus à lapide, quamuis nec lapis, nec cõ
s lapidis ſecúdùm ſe conueniát homini. Hoc
argumentum profert, & ſoluit Suarez alio
in dicta diſp. 8. ſect. 6. quem lege, ſi placet.
ic error eſt in iauis, cõtra illud primũ prin-
m: De quolibet verum eſt affirmare, vel
re.

ARTICVLVS III.

Vtrum verum, & ens conuertantur.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd verum & ens non conuertantur. Verum enim eſt propriè in intellectu (vt dictum * eſt,) ens autem propriè eſt in
s; Ergo non conuertuntur.

Præterea: Id, quod ſe extendit ad ens, &
ens, non conuertitur cum ente; ſed verum
tendit ad ens, & nõ ens: Nam verum eſt,
l eſt eſſe, & quod non eſt, non eſſe; Ergo

A verum, & ens non conuertuntur.

3 Præterea. Quæ ſe habent ſecũdùm prius, & poſterius, non videntur conuerti; ſed verum videtur prius eſſe, quàm ens: nam nõ intelligitur niſi ſub ratione veri; Ergo videtur, quòd non ſint conuertibilia.

Sed contra eſt, quod dicit Philoſophus ſecundo Metaph.* quòd eadem eſt diſpoſitio rerum in eſſe, & veritate. Lib. 2. metaph. tex. 4 tom. 3.

Reſpondeo. Dicendum, quòd ſicut bonum habet rationem appetibilis, ita verum habet ordinem ad cognitionem. Vnumquodque au-
B tem, inquantùm habet de eſſe, intantùm eſt cognoſcibile. Et propter hoc dicitur in 3. de anima,* quòd anima eſt quodammodo omnia ſecundùm ſenſum, & intellectum. Et ideo, ſicut bonum conuertitur cum ente,* ita & verũ; Sed tamen, ſicut bonum addit rationem appetibilis ſupra ens, ita & verum comparationem ad intellectum. Lib. 3. de anima. textu 37. co. 8 27 25.

Ad primum ergo dicendum, quòd verũ eſt in rebus, & in intellectu, (vt dictum eſt.*) Verum autem, quod eſt in rebus, conuertitur cũ ente ſecundùm ſubſtantiam; Sed verum, quod
C eſt in intellectu, conuertitur cum ente, ut manifeſtatiuum cum manifeſtato: Hoc enim eſt de ratione ueri, ut dictum eſt;* Quamuis poſſet dici, quod etiam ens eſt in rebus, & in intellectu, ſicut & uerum, licèt, uerum principaliter in intellectu, ens uerò principaliter in rebus. Et hoc accidit propter hoc, quòd uerum, & ens differunt ratione. Art. 1. huius quæſt. Art. 1. huius quæſt.

Ad ſecundum dicendum, quòd non ens nõ habet in ſe unde cognoſcatur; ſed cognoſcitur, inquantùm intellectus facit illud cogno-
D ſcibile: Vnde uerum fundatur in ente, inquantùm non ens, eſt quoddam ens rationis, apprehenſum ſcilicet à ratione. D. 146.

Ad tertium dicendum, quòd cum dicitur, quòd ens non poteſt apprehendi ſine ratione ueri, hoc poteſt dupliciter intelligi. Vno modo, ita quòd non apprehendatur ens, niſi ratio ueri aſſequatur apprehenſionem entis; Et ſic locutio habet ueritatem: Alio modo poſset ſic intelligi, quòd ens non poſſet apprehendi, niſi apprehenderetur ratio ueri. Et hoc falſũ eſt; Sed uerum non poteſt apprehendi, niſi ap-
E prehendatur ratio entis; quia ens cadit in ratione ueri. Et eſt ſimile, ſicut ſi comparemus intelligibile ad ens; non enim poteſt intelligi ens, quin ens ſit intelligibile; Sed tamen poteſt intelligi ens, ita quòd nõ intelligatur eius intelligibilitas: Et ſimiliter ens intellectum eſt uerum, non tamen intelligendo ens intelligitur uerum.

Forma

Forma Textus.

CONcluſio eſt. Verum conuertitur cum ente, & addit comparationem ad intellectum. Probatur prima pars: Vnumquodque, inquantùm habet de eſſe, in tãtùm eſt cognoſcibile; ergo ens, & verum conuertuntur. Antecedens probatur authoritate Ariſtot. in tertio de anima, in quo dicitur animam eſſe quodammodo omnia ſecundùm ſenſum, & intellectum; quod verum non eſſet, niſi cognoſcibilitas adæquaret eſſe. Conſequentia verò probatur; quia, ſicut bonum habet rationem appetibilis, ita verum habet ordinem ad cognitionem; quo etiã modo probatur ſecunda pars cõcluſionis, videlicet, quòd verum addat comparationem ad intellectum: Nam, qđ habet ordinem ad cognitionem, habet etiam ordinem ad intellectum; quia ab intellectu cognoſcitur omne cognoſcibile, & rurſus verum reſpicit intellectum, vt per ſe primò ſubiectum; vt patet ex primo articulo.

LEgendus eſt Caietanus ſuper hoc articulo, & præſertim circa reſpõſionem ad tertium, de qua vide etiam Ferrarienſem in primo cont. gent. cap. 59. dubio primo. Reliqua verò, quæ hic de ratione formali veri tractant expoſitores, pertinent ad ſextum articulum, vbi Caietanus explicat ſuã ſententiam.

ARTICVLVS IV.

Vtrum bonum ſecundùm rationem ſit prius, quàm verum.

102 Ver. q. 21. art 3.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd bonum ſecundùm rationem ſit prius, quàm verum. Quod enim eſt vniuerſalius, ſecũdùm rationem prius eſt, vt patet ex primo phyſ. * ſed bonum eſt vniuerſalius, quàm verum: Nam verum eſt quoddam bonũ, ſcilicet intellectus; ergo bonum prius eſt ſecũdùm rationem, quàm verum.

Lib. 1. phyſic. tex 49. Et ex primo tex. 1. ib. tom. 2.

2 Præterea: Bonum eſt in rebus, verum autem in compoſitione, & diuiſione intellectus, vt dictum * eſt; Sed ea, quæ ſunt in re, ſunt priora his, quæ ſunt in intellectu; Ergo prius eſt ſecundùm rationem bonum, quàm verum.

Art. 2. huius quæſt.

3 Præterea. Veritas eſt quædam ſpecies virtutis, vt patet in quarto Ethicor. * Sed virtus continetur ſub bono. Eſt enim bona qualitas mentis, vt dicit Aug. * Ergo bonum eſt prius, quàm verum.

Lib. 4. Ethic ca. 7. ... 5. lib. 6. ... ont. lu ... an cap. 5. ... 7.

Sed contra: quod eſt in pluribus, eſt prius ſecundùm rationem; Sed verum eſt in quibuſdam, in quibus non eſt bonum, ſcilicet in Mathematicis; Ergo verum eſt prius, quàm bonũ.

Reſpondeo. Dicendum, quòd licet bonum, & verum, ſuppoſito conuertantur cum ente, tamen ratione differunt. Et ſecundùm hoc, verum abſolute loquendo prius eſt, quàm bonũ, quod ex duobus apparet. Primò quidem ex

A hoc, quòd verũ propinquius ſe habet ad ens; quod eſt prius, quàm bonum: Nam verum reſpicit ipſum eſſe ſimpliciter, & immediatè, ratio autem boni conſequitur eſſe, ſecundùm q eſt aliquo modo perfectum: ſic enim appetibile eſt, * Secundò apparet ex hoc, quòd cognitio naturaliter præcedit appetitum. Vnde, cũ verum reſpiciat cognitionem, bonum autem appetitum, prius erit verum, quàm bonum ſecundùm rationem. 15 16

Ad primum ergo dicendum, quòd volũtas, & intellectus mutuò ſe includunt: * Nam intellectus intelligit voluntatem, & voluntas vult intellectum intelligere: Sic ergo inter illa, quę ordinantur ad obiectum voluntatis, continentur etiam ea, quæ ſunt intellectus, & è conuerſo: Vnde in ordine appetibilium bonum ſe habet, vt vniuerſale, & verum, vt particulare; in ordine autem intelligibilium eſt è conuerſo; Ex hoc ergo, quòd verum eſt quoddam bonũ, ſequitur, quòd bonum ſit prius in ordine appetibilium, non autem quòd ſit prius ſimpliciter. a 410 B

Ad ſecundum dicendum, quòd ſecundùm hoc eſt aliquid prius ratione, quòd prius cadit in intellectu. * Intellectus autem per prius apprehendit ipſum ens, & ſecundariò apprehendit ſe appetere ens: Vnde primò eſt ratio entis, ſecundò ratio veri, tertiò ratio boni; licèt bonum ſit in rebus. C 16

Ad tertium dicendum, quòd virtus, quæ dicitur veritas, non eſt veritas communis, ſed quædam veritas, ſecundùm quàm homo in dictis, & factis oſtendit ſe, vt eſt. Veritas autem vitę dicitur particulariter, ſecundùm quòd homo in vita ſua implet illud, ad quod ordinatur per intellectum diuinum; * ſicut etiam dictum * eſt, veritatem eſſe in cęteris rebus. Veritas autem iuſtitiæ eſt, ſecundùm quòd homo ſeruat id, quod debet alteri ſecundùm ordinem legum. Vnde ex his particularibus veritatibus non eſt procedendum ad veritatem communem. D 107 Art. 1. huius quæſt.

Senſus quæſiti.

QVæritur hic de ordine rationum formalium boni, & veri, non ſolùm formaliter, & ſecundùm ſe ſumptarum, vt hic aduertit Caietanus ex reſponſione ad primum argumentum, vbi dicitur verum eſſe ſimpliciter prius bono; quod euidẽtius elucet ex diſcurſu D. Tho. de Ver. q. 21. artic. 3. vbi expreſsè comparantur bonũ, & verum quo ad rationes eorum formales ſecundùm ſe. Sed quæſtio eſt etiam de ordine earundem rationum formaliũ in noſtra cognitione; vt patet ex reſpõſione ad ſecundum argumentum. Circa quam expoſitionem poſſet moueri eadem difficultas, quæ ſupra mota fuit de ſenſu quæſiti ſecundi articuli quæſtionis 5. quam Caiet. E S. Thom.

ibi latè diſcuſsimus, ac definiuimus, pro ide ét, quæ hic ſcribit Bannes dubio primo.

Forma Textus.

tisfacit primò San Doct. obiectioni tacitè, ac de de reſpondet quæſito. Obiectio eſt, Ordo prioris, & toris quærendus eſt inter diſtincta; at bonum, & s non ſunt diſtincta, igitur vana eſt quæſtio de or rioritatis inter verum, & bonum, Maior patet, nor probatur; quia verùm, & bonum ſuppoſito tuntur cum ente. Solutio eſt, minorem eſſe fal- uia, licet ſuppoſito conuertantur bonum, & ve- atione tamen diſtinguuntur.

clusio, qua reſpondetur ad quæſitum. eſt Verum tè loquendo prius eſt, quàm bonum. Probatur iter: primò, verum propinquius ſe habet ad ens, bonum; ergo eſt prius, quàm bonum. Antecedens tur; quia verum reſpicit ipſum eſſe ſimpliciter, mediatè; ratio autem boni conſequitur eſſe, ſecun òd eſt aliquo modo perfectum; quia ſic eſt appe- & bonum. Conſequentia verò probatur; quia ens us quàm bonum; ergo, ſi verum eſt propinquius tàm bonum, erit prius bono.

ndò probatur cõcluſio. Cognitio naturaliter præ ppetitum; ergo verum eſt prius, quàm bonum ſe rationem: Conſequentia probatur; quia verũ cognitionem, bonum autem appetitum.

Expoſitio Textus.

atur, & defenditur concluſio D. Th. contra cenſu ram, & impugnationem Vaſquezij.

uerte primò fundamentum primæ rationis hoc poſitum eſſe, quod verum tranſcendẽs r à prima actualitate à qua etiam dicitur d eſſe ens ſimpliciter; hoc enim ipſo, quòd participat eſſe ſimpliciter ſecundùm mo- li præfinitum a virtute diuina, commenſu- daæ diuinę: hæc vero commenſuratio veri- tranſcendens; At ratio boni ex vltima ſu- actualitate, bonum enim ſimpliciter in vlti perfectione fundatur. Sicut igitur prima itas prior eſt vltima, ità ratio veri prior eſt e boni.

ndò obſerua, ſecundã probationẽ eſſe à po i: Ad cuius euidẽtiã ſcito verum dicere ens ctui practico conforme, quæ conformitas it in ſimilitudine fundamentali ad idęam, et, ſit quid abſolutum, explicatur tamen, dammodo completur per relationem for- conformitatis, & ſimilitudinis. Et ſimili- um dicitur eſſe perfectum, & appetibile, etibilitate formali, quæ relatio eſt, ſed fun tali, licèt hæc per illam explicetur, & quo- odo compleatur; Et quoniam, vt ante dixi- rædicta conformitas immediatè fundatur ſecundùm primam eius actualitatem, per verò, & appetibilitas conſurgit ex vltima itate, conſequens eſt, vt ratio veri ſit prior boni; & quia verum dicit perfectionẽ per- m, vt obiectum, ad intellectum, bonum au cit perfectionẽ pertinentẽ. vt obiectũ ad vo, ideò à priori procedẽdo, ab obiectis ad ias, & earũ actus; ſequitur intellectum eſſe

A priorem voluntate, et actum intellectus priorem eſſe actu volũtatis: à poſteriori vero, ex hoc, quòd notitia prior eſt appetitione, deducitur, rationem veri, quod eſt obiectum cognitionis, eſſe priorem ratione boni, quod eſt obiectum appetitionis.

Tertiò nota concluſionem huius articuli cum ſua prima probatione latius explicari à D. Thoma de veritate, quæſtione vigeſimaprima artic. 3. vbi ait tam verum, quàm bonum perfectionem eſſe, & rationem habere perfectiui. Ordo verò perfectionum (inquit) dupliciter poteſt attẽdi. Vno modo ex parte perfectionum ipſarum ſecundũ ſe. Alio modo ex parte perfectibilium. Priori modo B verùm priùs eſt bono ſecundùm rationem; quia verũ perfectiuũ eſt alicuius, .ſ. naturæ cognoſcentis, ſecundùm rationem ſpeciei, .i. formæ, vel quidditatis; bonum autem alterius perfectiuum eſt non ſolùm ſecundùm rationem ſpeciei, ſed etiam ſecũdùm eſſe, quod habet in re. Quo fit; vt plura includat in ſe ratio boni, quàm ratio veri, & ſe habeat quodammodo per additionem ad illam, & conſequenter, vt ratio boni præſupponat rationem veri. Poſteriori verò modo, nimirum, ex parte perfectibilium, contrarius eſt ordo. Nam bonum naturaliter prius eſt, quàm verum. Primò, quia à verò non ſunt nata perfici, niſi entia illa, quæ immate- C rialiter aliquid recipiunt; qualia ſunt cognoſcitiua, ſed a bono nata ſunt perfici, etiam illa, quæ ſecundùm eſſe materiale quidpiã recipiũt, & iõ oĩa appetunt bonum, ſed non omnia cognoſcũt verũ.

Secundò; quia illa, quæ nata ſunt perfici bono, & vero, prius perficiuntur bono, quàm verò: Nam ex hoc, quòd participant eſſe, perficiuntur bono; ex hoc autem, quòd cognoſcunt aliquid, perficiũtur vero; prius eſt autem eſſe, quàm cognitio; igitur ſecundùm hoc prius eſt bonũ, quàm verũ. Ex quo diſcurſu colligitur primò veritas, & ſenſus concluſionis huius articuli, nimirum abſolutè loquẽdo, prius eſſe verum, quàm bonum. Illud. n. ab- D ſolutè conuenit vero, & bono, quod illis conuenit ſecundùm ſe, quatenus .ſ. perfectiones quædã ſũt aliorum perfectiuæ; cum in his totæ poſitæ ſint eorum quidditates, ſiue rationes formales: Cũ itaq; verum, qua ratione perfectiuum eſt, ſit prius, quã bonum, ſub eadem ratione conſideratum, conſequens eſt, vt abſolutè loquendo, ſit prius verum, quàm bonum. Quòd autem verò conuenit, & bono ex parte perfectibilium, non ſecundùm ſe, neq; abſolutè, ſe per aliud, & extrinſecè, ac ſecundùm quid, & quaſi per accidens conuenit. Et ob hanc cauſam D. S. in hac ſumma breuitati ſtudens, omiſſa poſteriori conſideratione, de ſola priore concluſionem ſtatuit, quam duabus rationibus confir- E mauit. Ex quibus prima longè altior eſt, quàm illa, qua vtitur in dicto articulo, de Veritate: Nã ex hoc, quod verum reſpicit eſſe ſimpliciter, quod datur per formam rei ſubſtantialem, ſequitur, vt ſit perfectiuum alterius, ſcilicet cognoſcitiui ſecundùm rationem ſpeciei, .i. formæ, & quidditatis, quæ præcedit eſſe, ſecundùm quòd bonum eſt alterius perfectiuum.

Secundò. Sequitur vanam eſſe cenſuram, & im-

Excluditur cēſura Vaſquezij

pugnationem Vaſquezij in articulo præcedente, cap.5.ait.n. primò falſum eſſe rationē boni conſequi ens, quatenus perfectū eſt; quia (inquit) bonitas, quæ paſsio entis conſtituitur, idē eſt, quod rei conſumatio, & integritas; non aūt cōuenientia cū altero; ergo ratio bonitatis, quæ eſt paſsio entis, ita proxime conſequitur rationem entis ſimpliciter, ſicut quæcunque alia; eſt enim perfectio ipſa, & integritas, quæ non poteſt conſequi ens perfectum, cum potius ſit ratio perfecti.

Secūdò. Sic arguit. Ratio boni eſt in rebus ipſis abſq; vllo ordine ad appetitū; veritas aūt eſt in ſolo intellectu iudicāte, & enuntiante, in rebus uerò denominatione quadā extrinſeca ſub reſpectu ad intellectū; potius igitur bonitas prior eſt veritate, q̃ ècontra. Et ex hoc reſpondet ad ſecūdā rōnē D.Th. negās cōſequentiā. Quāuis.n. (inquit) prior ſit cognitio appetitione, tū nō propterea efficitur rōnē boni, eſſe priorē veritate; quia nō ex eo res dicitur bona, ꝙ appeti poſsit, ſedècontra, ex eo ꝙ bona, & cōueniens alteri eſt, appetitur; ergo ratio boni prius eſt in rebus, quàm res ipſe appetantur; quare, licèt verum dicatur ex ordine ad intellectum, & intellectio ſit prior appetitione, non propterea verum eſt prius, quàm bonum, quia bonū non dicitur ex ordine ad appetitum.

Sed hæc friuola ſunt: Nam, ut quæſtione quinta, art.1. in ſpeciali controuerſia demonſtrauimus ex D.Tho. ratio boni conſequitur rationem perfecti, & perfectiui, & in ea fundatur.

Argumentū aūt contra ſecundā rōnē falſū aſſumit, nimirū rōnē boni eſſe in rebus abſque vllo ordine ēt radicali ad appetitum, ut ibidem oſtendimus, & conſequenter uana redditur ſolutio, quam ſecundæ rationi S.D. idem auctor intentat.

Concluſionē D.Th. ſuſtinent reliqui oēs eius interpretes, & Metaphyſici cōiter, inter quos Suarez diſp.3. Metaph. ſect.2. nu.9. & diſpu.8. in prin. eandē probat; quia bonitas vniuſcuiuſq; rei quodāmodo in veritate fundatur; cū nulla res eſſe poſſit in ſua ſpecie bona, niſi prius in eadē uera intelligatur; non.n. eſt bonum aurū, aut bona ſanitas, niſi ſit uerum aurum, aut ſanitas uera. Quæ ratio procedit de ueritate iuxta priorē conſiderationē ſupra poſitā, & de ueritate, quatenus eſt in rebus per ordinē ad intellectū: Nā, ſi de ueritate cognoſcētium, ſiue cognitionis loquamur, dicēdū eſt cū D.Th. loco ſuperius alleg. ea, quæ nata ſunt perfici bono, & vero ut cognoſcitiua, prius perfici bono, quàm uero, ut cum eodem S.D. deduximus.

ARTICVLVS QVINTVS.

Vtrum Deus ſit veritas.

103 2 2 q.3. art. 7. co. & q 93 ar. 1. ad 3. & 2 2 q 27. ar. 4. co. & 1. cōtra cap.39.

AD quintum ſic proceditur. Videtur, quòd Deus non ſit ueritas. Veritas enim conſiſtit in compoſitione, & diuiſione intellectus, ſed in Deo non eſt compoſitio, & diuiſio, Ergo non eſt ibi ueritas.

A 2. Præt. Veritas ſecundum * Augu. in lib. de uera relig. eſt ſimilitudo principij: Sed Dei nō eſt ſimilitudo ad principium; Ergo in Deo non eſt ueritas.

& 60. 61. & 62. & li. 3. c. 51. & opuſ. 3. cap. 105 & Io. 14. le. 2. Li. de ver. relig c. 36. tomo 1.

3. Præt. Quicquid dicitur de Deo, dicitur de eo ut de prima cauſa omnium: Sicut eſſe Dei eſt cauſa omnis eſſe; & bonitas eius eſt cauſa omnis boni; Si ergo in Deo ſit ueritas, ergo omne uerum erit ab ipſo, Sed aliquem peccare eſt uerum; ergo hoc erit a Deo, quod patet eſſe falſum.

Sed contra Eſt, quod dicitur Ioan. 14. Ego B ſum uia, ueritas, & uita.

Reſpondeo. Dicendum, quòd ſicut dictum eſt, ueritas inuenitur in intellectu ſecundùm quòd apprehendit rem, ut eſt; & in re, ſecundùm quòd habet eſſe cōformabile intellectui: Hoc autem maxime inuenitur in Deo: Nam eſſe ſuum non ſolùm eſt conforme ſuo intellectui, ſed etiam eſt ipſum ſuum intelligere.* & ſuum intelligere eſt menſura, & cauſa omnis alterius eſſe, & omnis alterius intellectus; & ipſe eſt ſuum eſſe, & intelligere: Vnde ſequitur, quòd nō ſolùm in ipſo ſit ueritas, ſed quòd C ipſe ſit ipſa ſumma, & prima ueritas.

Art 1. huius quæſt. & 2.

Ad primum ergo dicendum, quod licèt in intellectu diuino non ſit compoſitio, & diuiſio, tamen ſecundùm ſuam ſimplicem intelligentiam iudicat de omnibus, & cognoſcit omnia complexa: Et ſic in intellectu eius eſt ueritas.

Ad ſecundum dicendum, quòd uerum intellectus noſtri eſt, ſecundùm quod conformatur ſuo principio, ſcilicet rebus, a quibus cognitionem accipit. Veritas etiam rerum eſt, ſecundùm quod conformantur ſuo principio, D ſcilicet intellectui diuino, ſed hoc propriè loquendo, non poteſt dici in ueritate diuina, niſi fortè ſecundùm quòd ueritas appropriatur filio, qui habet principium, Sed, ſi de ueritate eſſentialiter dicta loquamur, non poteſt intelligi, niſi reſoluatur affirmatiua in negatiuam: ſicut cùm dicitur, Pater eſt a ſe; quia non eſt ab alio: Et ſimiliter dici poteſt ſimilitudo principij ueritas diuina, inquantùm eſſe ſuum non eſt ſuo intellectui diſsimile.

Ad tertium dicendum, quòd non ens, & priuationes, non habent ex ſeipſis ueritatem, ſed E ſolùm in apprehenſione intellectus. * Omnis autem apprehenſio intellectus a Deo eſt: unde quicquid eſt ueritatis in hoc, quod dico, iſtum fornicari eſt uerum, totum eſt a Deo. Sed ſi arguatur ergo iſtū fornicari eſt a Deo, eſt fallacia accidentis.

For-

Digitized by Google

Forma Textus.

*Onclusio eſt. In Deo non ſolùm eſt veritas, ſed ipſe
eſt prima, & ſumma veritas. Hac Concluſio
uor habet partes, Prima eſt; In Deo eſt veritas, vt
. Secunda. In Deo eſt veritas obiectiuè Tertia. De-
l veritas. Quarta. Deus eſt prima, & ſumma veri-
quæ ſingulæ probantur in textu. Prima; Quia ve-
inuenitur in re, ſecundùm quòd habet eſſe confor-
le intellectui; Sed hoc maximè reperitur in Deo;
. Minor probatur; quia eſſe ſuum non ſolùm eſt con-
e ſuo intellectui, ſed etiam eſt ſuum intelligere. Se-
a pars ſic probatur; Veritas inuenitur in intelle-
ecundùm quòd apprehendit rem vt eſt; ſed hoc ma-
è Deo conuenit; ergo. Minor eodem medio proba-
uo probata eſt minor præcedentis argumenti; quia
et eſſe Dei, eſt conforme intellectui Dei, & Deus eſt
intelligere; ex quo ſequitur euidenter Deum appre
ere rem vt eſt; quod eſt habere veritatem obiecti-
Deinde probatur; quia intelligere Dei eſt menſura,
nſa omnis alterius eſſe, & intellectus; ergo. ſeque-
et: nam, ſi menſurat eſſe; ergo apprehendit rem vt
ſi menſurat intellectus; apprehendit, quod illi ap
dunt, ſcilicet veritatem. Tertia pars ſic probatur:
ſt ſuum eſſe, & intelligere; ergo eſt veritas, patet
uentia; nam quia eſt ſuum eſſe. eſt veritas rei; &
t ſuum intelligere, eſt veritas intellectus: vltima
onclusionis pendet ex probatione ſecundæ, vt ſci
ertit Caietanus.*

Expoſitio Textus.

eet in ſumma diſcurſus breuitate, mira pro-
funditas, quam reddet nobis diligens ſingu-
expoſitio conſpicuam. Obſeruandum eſt
primo circa primam partem concluſionis,
probationem, conformitatem rei intelligi-
d intellectum eſſe relationem in quibuſdam
, in quibuſdam autem rationis tantùm: Nã
creatarum conformitas ad intellectum Di
eſt relatio realis; quia eſt relatio menſura-
nenſuram, & eadem ratione conformitas cu
nq; rei ad intellectum practicum à quo de-
, realis relatio eſt. Sed conformitas rerum
lium ad intellectum humanum, cuius veri-
cauſant, & menſurant, relatio rationis eſt.
etiam eſſe conformitas ad intellectũ Dei,
on ſit realis eius menſura, nec actualis cau-
tatis, ſed virtualis tantùm, relatio realis eſ-
poteſt. De qua re ſatis diſſerit Suarez lib. 1.
ntia Dei, cap. 7.

undò aduerte conſequens illud, nimirum:
er ſuum intelligere apprehendit, quod alij
ctus apprehendunt, quod deduximus cum
no àd vim probationis oſtendendam, latè
i, & explicari à D.Th. & Ferrarienſi in pri-
ntra gent. cap. 59.

ca probationem tertiæ partis Concluſionis,
im eius explicari à S. Tho. in primo contra
ap. 60.

ca illud aſſumptum: *Deus eſt ſuum eſſe, quod
ùm eſt conforme ſuo intellectui; ſed etiam eſt ſuũ*

A *intelligere*; ex quo deducitur Deum eſſe primam, & ſummam veritatem; Scito per hoc tangi primã, & altiſsimam radicem omnium aliarum probationum: Nam, ſi Deus eſt ſuum intelligere, & ſua conformitas cũ obiecto per ſe primo, quod eſt eſſentia ſua, ſequitur eius intellectum nullius eſſe capacem inadæquationis, aut falſitatis; ex quo patet vaniſsimam eſſe Vaſquezij cenſuram, & probationem eius, quam, vt meliorem adducit inniti probationi S. Doctoris.

Poſtremò circa quartam partem Concluſionis legendus eſt. D.Th. in eodem lib. cap. 61. vbi quatuor demonſtrationibus eam probat; quibus etiã
B illuſtratur ſecunda probatio ſecundæ partis, & cõfirmatur ſequentis controuerſię reſolutio.

Controuerſia vnica.

An veritas intellectus Diuini aliqua ratione pendeat à complexionibus neceſſarijs, & rerum eſſentijs.

Senſus quæſiti, & ſententiæ expoſitorum.

QVęſtio hæc non eſt de veritate, quatenus eſt Diuinæ mentis perfectio, & ipſa Dei ſubſtãtia, ſed quo ad relationem rationis ad cognita; quamuis, vt ſupra quęſt. 14. art. 8. & 13. notauimus
C ex Ferrarienſi, talis relationis dependentia inferat neceſſariò dependẽtiam Diuinæ perfectionis, & actus. Conſequenter etiã eſt cõtrouerſia de modo loquendi; an ſcilicet ideo neceſſariæ cõplexiones, & eſſentiæ cognoſcantur à Deo ita ſe habere; quia verè ita ſe habẽt; an potius ècõtra. ſ. ita ſe habeãt; quia verè cognoſcuntur à Deo ita ſe habere.

Molina ſuper hoc artic. quatuor dicit. Primum. Deus per ſcientiam mediam inter merè naturalẽ, & liberam cognoſcit complexiones contingentes, quæ ab arbitrio creato pendent, in tali rerum ordine eſſe futuras; quia per arbitrium creatum liberè ſunt futuræ, non verò, è contrario, ideo futuræ Molina.
D erunt; quia Deus eas cognoſcit futuras, quæ cognitio (inquit) ſpectat ad ſcientiam Dei ſpeculatiuam, qua penetrat in quã partem arbitrium creatum liberè ſe inflectet. Secundum. Idem eſt modus cognitionis complexionum neceſſariarũ, quæ comparatione Dei rationem praxis minimè habent; quia, ſcilicet non ideo ita ſe habent; quia à Deo cognoſcuntur, ita ſe habere, ſed è contrario; quia ita ſe habent, ideo cognoſcuntur à Deo ita ſe habere. Tertium. Menſura veritatis ſcientiæ, tam contingentium, quàm neceſſariorum non eſt obiectum ſecundarium, ſed primarium; quia Deus iudicium talium ſumit, non à rebus ipſis, ſed ex al-
E tiſsima comprehenſione rerum omnium in ſua eſſentia, vt in obiecto primario vna cum libera determinatione voluntatis Diuinæ reſpectu contingentium, qua hunc, vel illum ordinem velit conſtituere. Quartum. Ea omnia, quæ Diuina potentia eſſe poſſunt, non ſolùm ſunt vera in potentia comparatione artis Diuinæ, ſed etiã veritas eorum in potentia ab eadem arte, & ſcientia eo modo, quo eſt in potentia, proficiſcitur; quia Diuinæ arti tanquam regulæ, ſi producantur, conformari poſſunt.

In 2.& 3.dicto conuenit etiam Suarez diſp.8. Metaph.ſect.5.nu.5. vbi loquitur de cognitione Dei, quam habet de eſſentijs creaturarum, & de ſcientia viſionis,de qua idem iudicium profert.

Suarez.

A

Reſolutio.

Oſtenditur, complexa neceſſaria,& rerum eſſentias, ac earum veritates ab intellectu Dei pratico, & omnipotentia dependere.

QVanuis prædicti expoſitoris ſententia de dependentia Diuinæ ſcientiæ ab obiecto creato,vel creari poſsibili fuerit à nobis ſupra quæſt.14.art.8.controu. prima, & artic. 13.controu. 1. multis rationibus, exagitata,&,vt arbitror,expugnata;quia tamen ex complexionibus neceſſarijs,& rerum eſſentijs ſingularem trahit difficultatem, operæpretium erit eandem difficultatem quo ad hanc partem examinare, & ex proprijs, ac legitimis fundamentis determinare.

B

Conſiderandum eſt igitur primò,Deum in ſeipſo tanquam in cauſa alia à ſe,tam facta,quàm factibilia contemplari,vt non ſemel affirmat S.D. nam ſupra quæſt.12.artic.8.ſic ait. *Manifeſtum eſt, quòd ſic aliqua videntur in Deo, ſecundùm quòd ſunt in ipſo; omnia autem alia ſunt in Deo,ſicut effectus ſunt in ſua cauſa.* & infra. *Ille igitur intellectus poteſt in cauſa cognoſcere omnes cauſæ effectus,& omnes rationes effectuum,qui cauſam totaliter comprendit.* & qu. 14.art.5. probat Deum alia à ſe cognoſcere,quia ſuam virtutem perfectè cognoſcit,in qua præexiſtunt omnes effectus, & addit. *Quicunque effectus præexiſtunt in Deo,ſicut in cauſa prima,neceſſe eſt,quòd ſint in ipſo eius intelligere, & quòd omnia in eo ſint ſecundùm modum intelligibilem* & art.6.de rerum eſſentijs loquens ait. *Sic igitur, cum eſſentia Dei habeat in ſe,quicquid perfectionis habet eſſentia cuiuſcunque rei alterius,& adhuc amplius, Deus in ſeipſo poteſt omnia propria cognitione cognoſcere. Propria enim natura vniuſcuiuſque rei conſiſtit,ſecundùm quod per aliquem modum Diuinam perfectionem participat. Non autem Deus perfectè ſeipſum cognoſceret,niſi cognoſceret,quomodocumque participabilis eſt ab alijs ſua perfectio,&c.* Hæc D.Thom. Quibus verbis manifeſtè docet rerũ eſſentias eſſe Diuinæ perfectionis participationes,& conſequenter ab ea, tanquam efficiente,& exemplari, abſolutè dependentes, & in artic.9. in reſponſione ad primum ſic ait. *Secundũ quod ſunt in potentia,ſic habent veritatem ea,quæ non ſunt actu; verum eſt enim ea eſſe in potentia, & ſic ſciuntur à Deo,* nomine autem potentiæ,declarauerat ſe Dei,& creaturæ potentiam intelligere;igitur vniuerſæ rerum eſſentiæ, quas ex Diuo Thoma diximus in Deo, tanquam in cauſa contineri, veritatem habebunt, quatenus in eius potentia continentur.

D.Tho.

C

D

E

Cognoſcit itaque Deus, rerum eſſentias ab æterno in ſemetipſo,tanquam in cauſa,cuius virtute produci poſſunt in eſſe; & cōſequenter cognitio illa, quam primò ſecundùm noſtrum modum intelligendi Deus habet de rerum eſſentijs, & complexionibus neceſſarijs, in quibus rerum eſſentiæ conſiſtunt,non eſt penitus abſoluta, vt arbitratur Molina,Suarez,& alij; ſed ordinem claudit ad exiſtentias,ex quo ordine habent, vt poſsibiles ſint produci per ſciētiam Dei practicam,& omnipotentem eius virtutem: Nam quamuis rerum eſſentiæ præciſè ſumptæ abſtrahant ab exiſtentia ſaltem actuali, quatenus tamen in cauſa, & eius actiua virtute cognoſcuntur, non poſſunt abſtrahere ab ordine ad exiſtentias,cum ea ſola ratione in cauſa contineantur,& cognoſcantur, qua ſunt effectus poſsibiles ab ea in eſſe produci. Nec tamen negandum eſt Deum de rebus habere ſcientiam ſpeculatiuam ea ratione, & modo, quem explicauit S. Thom.quæſt.14.art.vltimo. Itaque rerum eſſentię veritatem habent cum ordine ad eſſe, prout ſcilicet ſub eo, tanquam vltimo complemento à Deo produci poſſunt. Ex quo ſequitur abſolutè loquendo eſſentiarum omnium veritates à Diuino intellectu quaſi radicaliter, & inchoatiuè dependere. Dixi autem,quaſi radicaliter, & inchoatiuè; quia formalis,& actualis eſſentiæ productio, non eſt, niſi ſub exiſtentia; vt ſatis oſtendimus ſupra quæſtione 3.artic.4. ſed ob eam tantùm cauſam,radicaliter,& inchoatiuè produci dicuntur; quia conſiderantur vt in cauſa, & in ordine ad eſſe, ex quo tanquam ex radice prouenit, vt in rerum natura, cum entia finita ſint, ab eſſe per eſsētiam, tamquã eius diminutæ participationes, produci poſsint.

Eſſentias rerum in ſe cognoſcit Deus vt in cauſa.

Ad cuius euidentiam ſecundò conſiderandum eſt,non ſolùm exiſtentias, aut res actu exiſtentes, eſſe Diuinæ perfectionis participationes, ſed etiã ipſas rerum eſſentias: Nam Deus non tantùm eſt ipſum eſſe exiſtentiæ, per eſſentiam, ſed etiam eſt infinitum ſubſtantiæ, id eſt eſſentiæ pelagus, omnes rerum eſſentias eminentiſsimè præhabens, & conſequenter potens eas infinita ſua virtute producere ſibi tanquam exemplari conformes; vt patet ex verbis D.Thom. paulo ante relatis; Sed quoniam eſſentia,quatenus eſſentia eſt, abſtrahit ab exiſtentia,& ab omni dependentia,vt in dicto articulo quarto, declarauimus, hinc fit, vt minus perſpicaces exiſtiment rerum eſſentias non eſſe abſolutè dependentes, cum tamen oppoſitum ſit veriſsimum: Nam vt prædicatum aliquod abſolutè de aliquo poſsit enuntiari,non eſt neceſſe, vt illi congruat in abſtractione conſiderato,ſed ſatis eſt;ſi illi ſecundùm ſe non repugnet, & illi in ſuo complemento conſtituto conueniat; ſicut etiam abſolutè dicimus exiſtentiam conuenire naturæ, cum tamen illi non conueniat, niſi prout eſt ſuppoſitalitate completa. Rebus enim non congruunt prædicata, niſi ſub ea ratione, qua nata ſunt conuenire: Cum itaque dependentia, & effectio paſsiua finitis rerum eſſentijs, non niſi per ordinem ad exiſtentiam ſit apta congruere; vt de eiſdem poſsit abſolutè pronuntiari, non eſt neceſſe, vt ipſis rerum eſſentijs conueniat in abſtractione ſumptis.

Eſſentiæ rerum ſūt participationes diuini eſſe.

Poſtremò aduerte ſub omnipotenti Dei virtute,& pratica ſcientia,atq; arte rerũ omnium operatiua claudi,non ſolum entia, quæ actu fiunt in quauis

Scientia Dei practica quorũ ſit.

uis temporis differentia, ſed etiam illa, quæ fie Deo poſſunt, tametſi nunquam fient; alioquin eſſet infinita Diuina virtus, nec alia poſſet fa- quàm, quæ facit. Et quoniam eadem eſt pro- tio rei ad eſſe, & ad veritatem, conſequens eſt, quemadmodum ea, quæ quandoque fiunt, de- dent ſecundùm eſſe, & veritatem, quam habēt à primo eſſe, & prima veritate; ita quæ nun- m fient, ſed fieri à Deo poſſunt, hoc ipſo, quòd a poſsibilia ſunt, & vera in genere poſsibiliũ, pſo primo eſſe, & ſumma veritate dependeãt; n igitur rerum nunquam producendarum eſ- iæ entia poſsibilia ſint, quatenus ordinem ha- t ad exiſtentiam, ſequitur etiam, vt entia vera dependentia à primo eſſe, & ſumma veritate olutè loquendo, quiquid ſit de ipſis in abſtra- ne conſideratis. Et ex his patet manifeſtè fal- s ſecundi dicti Molinæ, & Suarezij, non enim rerum eſſentias & neceſſarias complexiones oſcit Deus, quia ita ſe habeant, ſed conuerſo; cognoſcit Deus rerum eſſentias, vt à ſe produ es ſub exiſtentia, idcirco veræ ſunt rerum eſ- æ, quod etiam ex diffinitione differentię, quã it Porphyrius abſolutè colligitur, ait enim. *rentia eſt, quæ conducit ad eſſe*. Quam Caieta- nterpretatur de eſſe exiſtentiæ; ex quo ſequi- iſſerentiam eſſentialem ſaltem implicitè, & taliter proximè includere ordinem ad eſſe, & n ratione eſſentiam, cuius præcipua pars eſt entia: igitur etiam eſſentiæ veritas eodē mo- audit ordinem ad eſſe: Nam eadem eſt diſpo rei in eſſe, ſiue illud ſit eſſentiæ, ſiue exiſtẽtiæ, veritate, vt ait Philoſoph. in 2. Metaphyſ. tex. onſtat autem ex dictis rerum eſſentias, vt po- ales ad eſſe, dependere ſecundùm illud eſſe tiale, & eius veritatem à primo eſſe, & pri- eritate.

quibus ſequitur, diuinam ſcientiam in ordi creaturas, & rerum eſſentias, prius eſſe pra- m virtualiter, quàm ſpeculatiuã formaliter, veritatem eius ſpeculatiuam ex eiuſdē pra- veritate modo noſtro intelligendi depende- am exempli gratia, ideo hominem eſſe ani- ationale verum eſt; quia neceſſaria eſt habi- animalis, & rationalis ad hominem, adeo vt ſſe, nec concipi poſsit homo ſine animali, & nali. Huius autem habitudinis, quamuis nul formalis, & intrinſeca cauſa, niſi ipſius ani- & rationalis natura, triplicem tamen habet m extrinſecam, ſcilicet exemplarem, efficiẽ- & finalem abſolutè loquendo: Nam, ſicut ho- rationale, & vtriuſque veritas eminenter in continetur, ſicut & reliquæ perfectiones, en- s, & veritates, ita connexio animalis, & ra- lis cum homine, ſine qua non conſiſtit huma turæ veritas, in Deo, vt ſumma, & prima ve- cuiuslibet veritatis fonte, continetur; & cõ- nter ſub eius cauſalitate, & practica ſcientia itur, non vt abſtractè, & præciſa exiſtentia catur, quòd chimericum, & fatuum eſt cogi ed vt poſsibilis ſaltem produci ſub exiſten- æ poſsibilitas tota reducitur ad actiuã Dei

A potentiam; Ex hoc igitur tanquam extrinſeca cauſa rerum eſſentiæ, & neceſſarię complexiones verę ſunt; quia cum in eſſe per eſſentiam eminenter cõtineantur, poſſunt per infinitam Dei potentiam, ſcientia illius, & arte directam ad nonnullam diuinæ perfectionis imitationem produci, & ad eam tanquam ad vltimum finem ordinari. Ex quo ſequitur, vt verè, etiam ſpeculatiuè poſsint à Deo conſiderari.

De veritate verò complexionum contingentiũ à libero voluntatis arbitrio dependentium latiſsimè diſſeruimus ſupra quæſt. 14. art. 8. & 13. in prima controuerſia. Quid autem veritatis habeant B reliqua Molinæ pronunciata, perſpicuum eſt ex dictis, ex quibus facilè dilui poterunt argumenta, quæ ex aduerſariorum doctrina poſſent contra noſtram ſententiam militare.

ARTICVLVS VI.

Vtrum ſit vna ſola veritas, ſecundum quam omnia ſint vera.

AD ſextum ſic proceditur. Videtur, quòd vna ſola ſit veritas, ſecundùm quam omnia ſunt vera; quia ſecundùm* Auguſt. nihil eſt C maius mente humana, niſi Deus; Sed veritas eſt maior mente humana; alioquin mens iudicaret de veritate; nunc autem omnia iudicat ſecundùm veritatem, & non ſecundũ ſeipſam; Ergo ſolus Deus eſt veritas; ergo nõ eſt alia veritas, quàm Deus.

104 12. qu. 95. art. 1. 3. Et 1. diſt. 19. q. 5. art. 2. Et ver. qu. 1. art 4. & 8. Et pſal. 11. co. 2. Lib. 14. de trin. c. 8. Et lib. 15. c. 1. circa finẽ, to 3.

2 Præterea: Anſelm. dicit in* li. de veritate, quòd ſicut tempus ſe habet ad temporalia, ita veritas ad res veras; ſed vnum eſt tempus omnium temporalium; ergo vna eſt veritas, qua omnia vera ſunt.

In dial. de verit. c. 14. circa finẽ.

D Sed contra eſt, quòd in Pſal. 11. dicitur. Diminutæ ſunt veritates à filijs hominum.

Reſpondeo. Dicendum, quòd quodammodo vna eſt veritas, qua omnia sũt vera, & quodammodo non. Ad cuius euidentiam ſciendũ eſt, quòd quando aliquid prædicatur vniuocè de multis, illud in quolibet eorum ſecundùm propriam rationem inuenitur, ſicut animal in qualibet ſpecie animalis, ſed quando aliquid dicitur analogicè de multis, illud inuenitur ſecundùm * propriam rationem in vno * eorum tantùm, à quo alia denominãtur. Sicut ſanum E dicitur de animali, & vrina, & medicina, non quòd ſanitas ſit niſi in animali tantùm, ſed à ſanitate animalis denominatur medicina ſana, inquantùm eſt illius ſanitatis effectiua, & vrina, inquantùm eſt illius ſanitatis ſignificatiua. Et quamuis ſanitas * non ſit in medicina, neque in vrina, tamen in vtroque eſt aliquid, per quod hoc quidem facit; illud autem ſignificat ſanitatem. * Dictum eſt autem, quòd veritas

D. 547. D. 118. 118

D. 1098.

Art. 1. huius quæſt.

ritas per prius eſt in intellectu,& per poſterius in rebus ſecundùm quòd ordinantur ad intellectum diuinum. Si ergo loquamur de veritate,prout exiſtit in intellectu ſecũdùm propriã rationem,ſic in multis intellectibus creatis sũt multæ ueritates,etiam in uno,& eodem intellectu ſecundũ plura cognita: Vnde dicit* gloſ. ſuper illud Pſal. 11. Diminutæ ſunt ueritates à fi.hom.&c. quòd ſicut ab una facie hominis reſultant plures ſimilitudines in ſpeculo, ſic ab una ueritate diuina reſultant plures ueritates. Si uerò loquamur de ueritate, ſecundùm quòd eſt in rebus,ſic omnes ſunt ueræ una prima ueritate,cui unumquodque aſsimilatur ſecundùm ſuam entitatem. Et ſic, licèt plures ſint eſſentiæ,uel formæ rerum, tamen una eſt ueritas diuini intellectus, ſecundùm quam omnes res denominantur ueræ.

* gloſ. guſt in in Pſ. tom. 8.

191. 65

Ad primum ergo dicendum, quòd anima non ſecundùm quamcunque ueritatem iudicat de rebus omnibus, ſed ſecundùm ueritatẽ * primam *; inquantùm reſultat in ea ſicut in ſpeculo,ſecundùm prima intelligibilia: Vnde ſequitur,quòd ueritas prima ſit maior anima. & tamen etiam ueritas creata, quæ eſt in intellectu noſtro,eſt maior anima, non ſimpliciter, ſed ſecundùm quid, inquantùm eſt perfectio eius,ſicut etiam ſcientia poſſet dici maior anima.Sed uerùm eſt,quòd nihil ſubſiſtens eſt maius mente rationali, niſi Deus.

Ad ſecundùm dicendum, quòd dictum Anſelmi ueritatem habet, ſecundùm quòd res dicuntur ueræ per comparationem ad intellectum diuinum.

Forma Textus.

PRæmiſſa generali Concluſione, & ſuppoſita diſtinctione reſpondet. S.D. ad quæſitum duabus Concluſionibus; Concluſio generalis eſt. Quodammodo eſt vna veritas, qua omnia ſunt vera, & quodammodo non. Diſtinctio eſt. Veritas duplex eſt ſcilicet intellectus, & rei. Prima Concluſio eſt. Veritas intellectus multiplex eſt in pluribus,& in vno. Probatur prior pars: Quando aliquid prædicatur vniuocè de multis,illud in quolibet eorum ſecundùm propriam rationem inuenitur; at veritas vniuocè prædicatur de omnibus veritatibus exiſtentibus in intellectu;ergo in quolibet intellectu inuenitur veritas ſecundùm propriam rationem. Maior probatur exemplo animalis. Minor verò; quia veritas per prius dicitur de intellectu; ergo vniuocè. Poſterior verò pars concluſionis probatur; quia in eodem intellectu ſunt plura cognita; ergo plures veritates.

Secunda Concluſio. Res omnes veræ ſunt vna prima, Diuini ſcilicet intellectus veritate. Probatur: quando aliquid dicitur analogicè de multis, illud inuenitur ſecundùm propriam rationem in vno eorum tantùm, à quo alia denominantur; at veritas analogicè dicitur de veritate intellectus,& rerum; ergo. Maior probatur

A *exemplo ſani. Minor autem; quia veritas per prius eſt in intellectu, & per poſterius in rebus, ſecundùm quòd ordinantur ad intellectum Diuinum,ergo. probatur antecedens; quia vnumquodque aſsimilatur primæ veritati ſecundùm ſuam entitatem.*

Expoſitio Textus.

Proponitur,& ſoluitur dubitatio. An veritas vniuocè prædicetur de omnibus ueritatibus intellectus.

MInor aſſumpta in probatione primæ concluſionis (quę tamen expreſsè non habetur in
B textu) affirmat veritatem vniuocè prædicari de omnibus veritatibus exiſtẽtibus in intellectu,quæ propoſitio videtur manifeſte falſa, etiam ſi ſermo ſit de veritate creata: Nam veritas intellectus noſtri conſiſtit in compoſitione,& diuiſione; veritas autem intellectus Angelici,ſicut & Diuini in ſimplici poſita eſt intelligentia eminenter præhabente perfectionem omnem noſtræ ſimplicis intelligentię,ac ſimul compoſitionis,& diuiſionis. Quęcunque autem ita ſe habent, vt vnum aliud contineat eminenter, ſub vna communi vniuoca ratione contineri nequaquam poſſunt. Huic dubitationi reſpondetur primò ſecundum mentem Caietani,
C in vniuoca prædicatione duo claudi, ſcilicet prædicari formaliter de vniuocatis, & prædicari de eis ſecundùm eandem omnino rationem formalem. Quòd vniuocum multiplicetur ad multiplicationem ſubiectorum, non conuenit ei ex ſecundo; alioquin illi ſoli conueniret, quod falſum eſſe conſtat in analogis proportionalitatis, quæ multiplicantur in analogatis, vt patet de ſapientia,bonitate,&c. Conuenit igitur vniuoco multiplicari ex hoc,quòd formaliter de omnibus vniuocatis prædicatur; Cum igitur in re propoſita ſermo ſit de vniuoco,quatenus multiplicatur ad multiplicationem ſubiectorum, conſequens eſt nomẽ
D vniuoci in dicta minore accipiendũ eſſe, non propriè,& ſtrictè,ſcilicet ſecundùm totam,& integrã rationem vniuoci,ſed quatenus ſignificat commune prædicatum formaliter dictum de ſubiectis.

Ratio dubitandi.

Prior reſponſio ex Caiet.

Secundò. Reſpondetur Analogum propriè dictum ſcilicet ſecundùm proportionalitatem, medium eſſe inter vniuocum, & æquiuocum; mediũ autem,cum extremorum naturam ſapiat,ad alterum comparatum,alterum induit,& eius ſibi conditiones,ac nomen vſurpat;vt oſtendit Philoſoph. in 5. Phyſicorum,tex. 6. & 52. Quo fit, vt Ariſt. & D.Tho.nonnumquam vtentes analogo ex parte vnitatis,quam ex vniuocis participat, multas eidẽ
E vniuocorum aſcribant conditiones, nimirum abſtractionem,indiſtinctionem,& ſimilia,& vniuoci nomen tribuant,vt patet in 2. Metaphyſ. tex. 4. vbi ens,& verum vniuoca nuncupãtur, & Sanctus Doct.non rarò docet, in ratione communis analogi,puta paternitatis, quæ communis eſt Diuinæ, & humanæ paternitati, omnia ſub ea contenta eſſe indiuiſa,& ab eis paternitatem,vt quid vnũ abſtrahere; vt aduertit Caietanus in ſuo tractatu de nominum analogia cap. vlt. Cum itaque. S.D.nomen

Poſterior reſolutio.

Ariſtot. S. Thom.

Caiet.

men veritatis analogum ſecundùm proportionalitatem commune ad omnes veritates in omnibus intellectus exiſtentes ſecundùm eam rationem cōſideraret, qua cum vniuocis conuenit, & earū vnitatem, & naturam, præſertim in formali prędicatione participat, vniuocum, ſi non expreſsè, & directè, implicitè ſaltem, & conſequenter dixit; vt patet ex articuli diſcurſu quouis modo formato; Et ex his habetur ſolutio rationis dubitandi in principio poſitæ.

Controuerſia vnica.

An in rebus ſit veritas formaliter.

Sententiæ Expoſitorum.

CAietanus ex verbis D. Thom. poſitis in poſtrema parte corporis huius articuli deducit veritatem nō eſſe in rebus formaliter, ſed per extrinſecam tantùm denominationem, quam ſententiā videtur ſequi Valentia in expoſitione primi articuli. Vaſquez ſupra articulo 1. cap. 4. eamdem ſequens opinionem, tria dicit. Primum. veritas in rebus eſt relatio rationis. Secundum. res dicuntur veræ, aut etiam falſæ, eo ſolùm, quòd ſunt cauſa veri, aut falſi iudicij in intellectu. Tertium. Res non ſunt verę; quia ſunt cōformes intellectui Dei, aut artificis, ad quem vt cauſam per ſe referuntur.

Pro hac ſententia refert Herueum. Quol. 3. art. 2. Durandum in primo diſt. 19. quæſt. 5. nu. 14. & Henricum in ſumma art. 34. quæſt. 5.

Sed oppoſitam ſententiam habent Capreolus in primo diſt. 19. quæſt. 2. art. 1. concluſ. 1. & 2. Soncinas in 6. Metaphyſices, quæſt. 17. Ferrarienſis in primo contra gent. cap. 60. Bannes, & Zumellus ſuper articulo primo huius quæſtionis, & Suarez diſput. 8. Metaph. ſect. 8. Qui omnes docent, res intrinſecè, & formaliter eſſe, ac dici veras, & nō per ſolùm ordinem ad intellectum.

Reſolutio.

Oſtenditur res dupliciter dici veras, ſcilicet intrinſecè, & extrinſecè.

SVppoſitis ijs, quæ de veritate intellectus in Cōtrouerſia vnica ad ſecundū articulum diſputauimus, ex ipſa veritatis natura, quam explicat diffinitio, inchoanda eſt propoſitæ difficultatis reſolutio: Notanda eſt itaque primo communis illa vtrique veritati; ſcilicet intellectus, & rei diffinitio, quam in primo articulo retulit. S. Thom. nimirum; veritas eſt adæquatio rei, & intellectus; quam ideo communem voco; quia Sanctus Doct. ibidem, eam dixit ad vtramque veritatem poſſe pertinere, ſcilicet intellectus, & rei: Nam, vt in dicta Controuerſia notauimus, veritas intellectus eſt ęqualitas ipſius intellectus vt cognita, ſeu vt iudicata ad rem intellectam; veritas autem rei eſt adæquatio, ſiue paſsiua conformitas ad aliquam menſuram, vel cauſam, aut principium, quæ eſt

A relatio tranſcendens: quam D. Auguſtinus ibidem relatus eleganter expreſsit dicens. *Veritas eſt ſumma ſimilitudo principij, quæ ſine vlla diſsimilitudine eſt.* Conſtat autem rei per intelligentis, & operantis idæam productæ adęquationem formaliter ad ipſam idæam, quam vt exemplar imitatur, ex hoc ipſo conuenire, quòd ei perfectè aſsimilatur, vt patet ex ijs, quæ diximus ſupra quæſt. 12. art. 8. in ſecunda Controuerſia, & quæſt. 15. art. 1. Controuerſia vnica: Nam, ſi res per idæam producta non ei formaliter adæquatur, fruſtra multiplicantur à nobis idæ in mente Diuina, iuxta rerum multiplicationem, cum eſſentia Diuina ſua vna infinita, B ac ſimpliciſsima perfectione omnia diſtinctiſsimè repræſentet ex parte rerum repræſentatarum; vt ibidem oſtendimus. Et confirmatur; quia ęqualitas vtrique æqualium formaliter conuenit; ſi ergo verè, & propriè cognitioni diuinę, vt exemplari res quælibet ab ea dependens adæquatur, conſequens eſt, adæquationem rei cuilibet ad intellectum Diuinum, prout idæa eſt, formaliter conuenire; quod eſt veritatem rebus omnibus ineſſe formaliter, ſumimus autem hic adæquationem formalem pro commenſuratione, vt eſt relatio tranſcendens, quæ eſt fundamentum relationis prædicamentalis.

D. Auguſt. Diffinitio veritatis rei.

C Secundò ſciendum eſt, res non ſolùm eſſe veras Formaliter per intrinſecus inhærentem, & formaliter denominantem veritatem; ſed etiam per extrinſecam denominationem ex ea veritate, quæ in intellectu eſt, ad eas deriuatam: Nam ad intellectum humanum comparantur res naturales vt menſuræ, & cauſæ veritatis; & ideo quatenus ordinem habent cauſalitatis, veræ dicuntur cauſaliter tantùm; ſicut medicina dicitur cauſaliter ſana; quia cauſatiua eſt ſanitatis. Ad intellectum autē Dei comparantur vt effectus, ab eius arte producti, ex quibus vt ſignis euidenter cognoſcitur Dei ſapientia, & ſumma veritas: idcirco per ordinem D ad intellectum Dei, & eius veritatem, quatenus eius effectus ſunt, verę tantùm erunt, vt ſigna primæ, & ſummæ Veritatis; quod idem dicendum eſt de rebus artificiatis, comparatione intellectus, & artis, cuius ſunt effectus. Neque magis abſurdum eſt his omnibus modis veritatem rebus conuenire, quàm bonas ſimul eſſe formaliter, & bonitatis ſigna; ſicut etiam aurora lucida formaliter eſt, & lucidi Solis ſignum, & eodem modo philoſophandum eſt de eſſentia Dei per ordinem ad eius intellectum: Nam, licet eſſentia diuina non cauſetur à ſui intellectus veritate, nec eam formaliter, & verè cauſet, eſt tamen illius ratio, & cauſa virtualiE ter in eſſendo: atque ideo modo noſtro intelligendi menſura veritatis, quæ eſt in intellectu Dei, & conſequenter vera eſt cauſaliter, ſiue fundamentaliter; ſed quà ratione adæquatur formaliter diuino intellectui, vt explicatur in textu, formaliter vera eſt, vt hic etiam aduertit Bannes. Cuius doctrinam ſequuntur Zumellus, & Suarez in allegata diſputat. 8.

Extrinſeca veritatis denominatio.

Bannes. Zumell. Suarez.

Tertiò. Conſiderandum eſt, veritatem tranſcendentem, quæ cum ente conuertitur, & de qua mo-

do

do loquimur, includere formaliter, & intrinſecè entitatem,& dicere ſimilitudinem, & æqualitatẽ fundamentalem, vt eſſentiale, & formale ſignificatum, relationem autem vt modum illius complctiuum; ſicuti de bono dicimus in ordine ad appetitum: Vnde, cum dicitur veritas eſt adæquatio rei,& intellectus,ſi de veritate, quæ paſsio entis eſt,intelligatur, exponenda eſt, vt ſit adæquatio fundamentaliter,ad quam ſequitur adęquatio formaliter vt modus eius quodammodo completiuus, quo ſit, vt præciſo omni intellectu nulla ſit in entibus veritas,vt ait S.Thom.de veritate.

S. Thom. Poſtremò aduertendum eſt, omnem veritatem rei dicere relationem ad intellectum verum, ſiue rei conformem,ſed differenter: nam veritas rei, quæ paſsio entis eſt, à qua formaliter, & intrinſecè res denominatur vera, ſignificat, vt diximus, formaliter,& eſſentialiter entitatem,& ſimilitudinem,ſeu adæquationem fundamentalem, connotat autem reſpectum conformitatis,ſiue æqualitatis ad intellectum vt modum; veritas autem illa, qua per extrinſecam denominationem res dicitur vera à veritate intellectus, quæ ab ea cauſatur; vt veritas rei à veritate intellectus humani,vel cuius eſt ſignum,vt veritas rei creatæ à veritate intellectus diuini, vel cuiuſuis rei productæ reſpectu intellectus practici,in ſolo reſpectu rei,quæ vera dicitur,ad intellectum tota conſiſtit,adeo vt eadem veritas,quæ intellectum verum formaliter, & intrinſecè denominat, ſit illa, quæ ex reſpectu cauſalitatis, vel ſigni, quem habet res ad ipſam rem denominet veram extrinſecè. Sicut ſanitas, quæ formaliter,& intrinſecè denominat animal ſanũ, eadem numero medicinam, & exercitium denominat extrinſecè ſanum ex relatione cauſalitatis ad ipſam: Quoniam igitur veritas,quæ paſsio entis eſt,rationem formalem entitatis, & ſimilitudinis,ſeu adæquationis ſignificat rei inhærentem, licet cũ reſpectu ad intellectum; idcirco rem denominat formaliter,& intrinſecè veram;ſicut etiã bonitas,quæ perfectionem rei inhærentem ſignificat cum ordine ad appetitum,denominat rem formaliter,& intrinſecè bonam; at veritas illa, qua res vera dicitur; quia poteſt cauſare, aut fundare veritatem intellectus; aut quia illius eſt ſignum, nullam ſignificat formam inhærentem, à qua res vera formaliter dici poſsit,ſed ordinem ſolùm ad extrinſecam veritatem,quæ in intellectu eſt,vt patet ex ijs,quæ ſupra quæſt. 13. artic. 5. diximus de analogia attributionis.

(Margin: veritas rei quid.)

S. Thom. Hanc duplicem rei ex veritate paſsiuam denominationem difertis verbis expreſsit S. Thom. de verit. quæſt. 1. artic. 5. dicens. *Denominantur autem res veræ a veritate, quæ eſt in intellectu diuino, vel in intellectu humano; ſicut denominatur cibus ſanus à ſanitate, quæ eſt in animali,& non ſicut à forma inhærente,ſed à veritate, quæ eſt in ipſa re, quæ nihil aliud eſt, quàm entitas intellectui adæquata, vel intellectum ſibi adæquans ſicut à forma inhærente.* Quod latius explicat in primo Periher. lect. 3. vbi ait rem dici veram,ſecundùm quod habet propriam formã, ſecundùm quam imitatur artem Diuinam; conſtat

A autem formam, & imitationem eſſe perfectionem quandam intrinſecam rei inhærentem, licèt cum ordine ad extrinſecum; ſcilicet exemplar, qui ordo non tollit denominationem intrinſecam, ſicut nec ordo ſimilitudinis ad ſimile, & paternitatis ad filium tollit, quin à ſimilitudine denominetur formaliter,& intrinſecè ſimile;& à paternitate pater. Prius tamen dicitur veritas de veritate intellectus,quàm de veritate rei: Nam, cum veritas ſit ęqualitas,hanc ſolus intellectus ita continet,vt exerceat dicens, & iudicans ſe eſſe rei conformem; res autem quamuis intellectui ſit æqualis, non tamen exprimit, ſiue dicit, ex ſe formaliter hunc æ-

B qualitatis reſpectum; hoc enim iudicij proprium eſt, quod ſoli congruit intellectui. Et hoc eſt,quod ſæpè repetit S.Tho.dicens veritatem principaliter eſſe in intellectu,ſecundariò autem in rebus, vt in art. 1. huius quęſt.& in hoc articulo,& de veritate quæſt. 1. artic. 2. 3. & 4. quem ſequitur, & explicat Suarez in dicta diſput. 8. ſect. 8. nu. 9. Ex dictis ſequitur veritatem dici analogicè vtraq; analogia, nimirum attributionis, & proportionalitatis de veritate,quæ eſt in intellectu, & de veritate, quæ eſt in re,cum vnitate proportionali conceptus obiectiui;quicquid dicat Suarez; vtſupra quæſt. 13. artic. 5. controuerſia vnica cum Caietano ſuſti-

(Margin: S.Tho. — Suarez.)

C nuimus.

Denique ex dictis ſequuntur quatuor concluſiones.

(Margin: Concluſ. deductæ.)

Prima concluſio. Veritas conuenit rebus formaliter,& per intrinſecam denominationem. Hęc patet ex dictis.

Secunda concluſio. Veritas rei eſt entitas rei cum ſimilitudine fundamentali, & relatione conformitatis ad intellectũ Diuinum, à quo pendet: ſicut etiam veritas rei per artem factæ,eſt ipſa rei entitas,vt arti conformis. Hanc latè probat Ferrarienſi in primo contra gent. cap. 60.

(Margin: Ferrarienſ.)

Tertia concluſio. Veritas intellectus denomi-

D nat extrinſecè res veras, de hac nulla eſt difficultas.

Quarta concluſio. Diuinæ eſſentiæ veritas conuenit vtroque modo,hanc paulò latius explicat Bannes, artic. 1.

(Margin: Bannes.)

Argumenta Vaſquezij, & ſolutiones.

CONtra primam concluſionem argumentatur Vaſquez. Primò. Si in rebus formaliter veritas aliqua inuenitur,ea eſſet ſimplex, & ſine ordine ad enuntiationem,& conſequenter etiam in eis falſitas hoc modo reperiretur; at in rebus non poteſt eſſe falſitas ſimplex,ergo nec veritas ſimplex.

(Margin: Vaſquez.)

E Probat hanc ſubſumptam propoſitionem, primo in operibus artis;Quia domus,ſi ab idæa deficiat, vt cum ea non conformetur, non eſt falſa Domus; ergo: probat antecedens; quia ſi deficiat; quia nõ habet ſubſtantialia,nõ eſt domus,ſi verò deficiat; quia imperfectè habeat,non erit falſa,ſed imperfecta. Secundò, quoad naturalia probat eandem propoſitionem; quia,ſi in aliquibus naturalibus eſſet ſimplex falſitas,maximè eſſet in peccatis, vt S. Thom. fatetur;at in eis non eſt; ergo. Probat minorem;

Digitized by Google

em;quia defectus, qui eſt in peccatis,non tam
ras,quàm malitia dici debet.
eſpondetur falſam eſſe ſubſumptam propoſi-
em. Ad primam probationem, quo ad artifi-
ia,negatur antecedens: ad eius probationem
atur antecedens; dicitur enim imperfecta, &
en falſa; immò ex tali imperfectionis modo
et,vt formaliter ſit falſa, vt in quæſt. ſequenti
arabitur. Ad ſecundam probationem quoad
ralia,ſiue potius moralia,negatur minor: Ad
probationem negatur antecedens: conuenit
n vtrunq; peccato ſcilicet malitia,& falſitas.
de hoc plenius agendum erit in quæſt.ſequen-
bi etiam ſatisfiet argumentis, quę contra hãc
cluſionem tangit idem expoſitor in quarto ca
ex ratione falſitatis.
ontra ſecundam Concluſionem argumenta-
idem authór. Primò D.Tho. in 1.art.dixit,ve-
primarie eſſe in intellectu,& inde in res ipſas
uari; ergo res erunt veræ; quia ſunt cauſa in-
ctus veri; At ſi veritas, tam eſt conformatio
m cum intellectu,quàm intellectus cũ rebus,
xit idem S.Thom.in fine articuli primi, & dò
es huius ſententiæ docent,æque primò,rebus,
tellectui veritas conueniret, neque ab vno in
l per analogiam deriuari poterit; ergo nec ſe-
conſtat Doctrina D.Thom.nec cum Doctri-
errarienſis.
eſpondetur primò nullam eſſe conſequentiã:
melius,prius,& vniuerſalius, ex intellectu i
uam cauſa deriuatur veritas, ad res ab eo
uctas, quàm ex rebus deriuetur ad intelle-
,vt ſuperius oſtendimus ex D.Thom.
cundò dico falſam eſſe ſubſumptam condi-
alem: nam; quia veritas perfectiori, ac nobi-
quodam modo conuenit intellectui, ideo ex
l res dupliciter deriuatur,ſcilicet,vt verę ſint
aliter,& intrinſecè, quatenus ab eo formam
piunt ſimilem,& conformem ideæ,quę in in-
tu eſt,& vt veræ ſint, tanquam ſigna verita-
ſius intellectus,à quo pendent,& conſequen-
er extrinſecam denominationem veræ dican-
x quibus ſequitur vltimam conſequentiã mi-
onſideratè ab eodem Vaſquezio fuiſſe dedu-
: Nam duplici dicto Sanct.Doctor duplicem
ficauit denominationem. Et per hæc patet ſo
ad aliud ferè ſimile eiuſdem auctoris argu-
um.
cundò. In ſimplici apprehenſione non eſt ve-
formaliter, vt Ariſt.6.Metaph.capit.2.dicit,
m,& falſum non eſſe in rebus, ſicut eſt bonũ,
alum.
eſpondetur in ſimplici apprehenſione eſſe ve-
em formaliter,non vt cognitum modo expli-
in primo articulo, ſed vt in rę vera, & adhuc
iori modo, vt ibidem oſtendimus. Verum
n,& falſum in rebus hõ eſſe,ſed in intellectu,
philoſophus;quia, cum de veritate abſolutè
mur,eam intelligi volumus,quæ perfectioris
is eſt. Hæc verò in ſolo intellectus iudicio
a eſt.

A

ARTICVLVS VII.

Vtrum veritas creata ſit æterna.

AD ſeptimum ſic proceditur. Videtur, quòd veritas creata ſit æterna. Dicit enim Aug.in* lib.de libero arbitr. quòd nihil eſt magis æternum,quàm ratio circuli, & duo,& tria eſſe quinque; Sed horum veritas,eſt veritas creata; Ergo veritas creata eſt æterna.

105 1. diſt. 19. q. 5. art. 3. & ver.qu. 12. art. 1. Lib. 1. c. 8. habet vnũ ſimile.to.1

B

2 Præterea: Omne,quod eſt ſemper, eſt æternum; ſed vniuerſalia ſunt vbique, & ſemper; Ergo ſunt æterna; Ergo & verum, quod eſt maximè vniuerſale.

3 Præterea:Id,quod eſt verum in pręſenti, ſemper fuit verum eſſe futurum; Sed,ſicut veritas propoſitionis de præſenti eſt veritas creata,ita veritas propoſitionis de futuro; Ergo aliqua veritas creata eſt æterna.

4 Præterea: Omne, quod caret principio, & fine; eſt æternum; ſed veritas enuntiabiliũ caret principio,& fine;quia ſi veritas incępit, cum ante non eſſet, verum erat veritatem non eſſe,& vtique aliqua veritate verum erat; & ſic veritas erat antequàm inciperet. Et ſimiliter,ſi ponatur veritatem habere finem, ſequitur,quòd ſit,poſtquam deſierit;verum enim erit veritatẽ non eſſe; Ergo veritas eſt æterna.

C

Sed contra eſt,quod ſolus Deus eſt æternus, vt ſupra habitum eſt.* q.10.art.3

Reſpondeo. Dicendum,quòd veritas enuntiabilium non eſt aliud, quàm veritas intellectus. Enuntiabile enim eſt in intellectu; & eſt in voce. Secundùm autem quòd eſt in intellectu,habet per ſe veritatem; ſed ſecundũ quòd eſt in voce,dicitur verum enuntiabile, ſecundùm quòd ſignificat aliquam veritatem intellectus,non propter aliquam veritatem in enũtiabili exiſtentem,ſicut in ſubiecto; ſicut vrina dicitur ſana non à ſanitate,quæ in ipſa ſit, ſed à ſanitate animalis, quam ſignificat. Similiter etiam* ſupra dictum eſt,quòd res denominantur verę à veritate intellectus: Vnde, ſi nullus intellectus eſſet æternus, nulla veritas eſſet æterna. Sed quia ſolus intellectus diuinus eſt æternus,in ipſo ſolo veritas æternitatem habet, * Nec ꝓpter hoc ſequitur, quòd aliquid aliud ſit æternum,quàm Deus; quia veritas intellectus diuini eſt ipſe Deus, vt ſupra * oſtenſum eſt.

D

Art.1. huius quæſt.

E

47 6

Art.1. huius quæſt.

Ad primum ergo dicendum,quòd ratio circuli, & duo, & tria eſſe quinque habent æternitatem in mente diuina.

Ad ſecundum dicendum,quòd aliquid eſſe ſemper,& vbique,poteſt intelligi dupliciter. Vno

Vno modo; quia habet in ſe, vnde ſe extendat ad omne tempus, & ad omnem locum, ſicut Deo competit eſſe vbique, & ſemper. Alio modo; quia non habet in ſe, quo determinetur ad aliquem locum, vel tempus; ſicut materia prima dicitur eſſe vna; non quia habet vnam formam, ſicut homo eſt vnus ab vnitate vnius formæ, ſed per remotionem omnium formarum diſtinguentium. Et per hunc modum quodlibet vniuerſale dicitur eſſe, vbique, & ſemper, inquantùm vniuerſalia abſtrahuntur ab hic, & nunc; ſed ex hoc non ſequitur ea eſſe æterna, niſi in intellectu, ſi quis ſit æternus.

Ad tertium dicendũ, quòd illud, quod nunc eſt, ex eo futurum fuit, antequàm eſſet; quia in cauſa ſua erat, vt fieret: Vnde ſublata cauſa, nõ eſſet futurum illud fieri, ſola autem cauſa prima eſt æterna; Vnde ex hoc nõ ſequitur, quòd ea quæ ſunt, ſemper fuerit verum ea eſſe futura, niſi quatenus in cauſa ſempiterna fuit, vt eſſent futura, quæ quidẽ cauſa ſolus Deus eſt.

Ad quartum dicendum, quòd quia intellectus noſter non eſt æternus, nec veritas enuntiabilium, quæ à nobis formantur, eſt æterna, ſed quandoq; incępit. Et antequam huiuſmodi veritas eſſet, non erat verum dicere, veritatem talem non eſſe, niſi ab intellectu diuino, in quo ſolùm veritas eſt æterna; ſed nunc verum eſt dicere veritatem tunc nõ fuiſſe. Quod quidem non eſt verum, niſi veritate, quæ nunc eſt in intellectu noſtro, non autem per aliquam veritatem ex parte rei, quia iſta eſt veritas de nõ ente. Non ens autem non habet ex ſe, vt ſit verum, ſed ſolummodo ex intellectu apprehendente ipſum: Vnde intantùm eſt verum dicere veritatem non fuiſſe, inquantùm apprehendimus non eſſe ipſius, vt præcedens eſſe eius.

Forma Textus.

Concluſio eſt. Nulla veritas creata eſt æterna. Probatur: Veritas in ſolo intellectu diuino eſt æterna; ſed veritas intellectus diuini, non eſt creata, ſed eſt ipſe Deus; ergo nulla veritas creata eſt æterna. Maior probatur: ſi nullus intellectus eſſet æternus, nulla veritas eſſet æterna; at ſolus intellectus diuinus eſt æternus; ergo in ſolo intellectu diuino veritas eſt æterna. Maior huius argumenti probatur: Veritas enunciabilium non eſt aliud, quàm veritas intellectus, & ſimiliter res denominantur veræ à veritate intellectus; ergo, ſi nullus intellectus eſſet æternus, nulla veritas eſſet æterna. Antecedens quo ad priorem partem probatur: Enunciabile eſt in intellectu, & eſt in voce, & vtroque modo eius veritas non eſt aliud, quàm veritas intellectus; ergo. Minoris probatio aperta eſt in textu.

Dubitatio, quæ de rerum eſſentijs, & earum veritate moueri poſſet, abundè fuit à nobis ſuperius examinata, ſcilicet in quæſt. 3. art. 4. in prima controuerſia; nec alia præſentis articuli explicationi ſuppetunt oportuna. Aduertit hic Caietanus ex hoc diſcurſu Scoticum illud eſſe rerum obiectiuum excludi.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum veritas ſit immutabilis.

AD octauum ſic proceditur. Videtur, quòd veritas ſit immutabilis. Dicit enim Augu. in lib. * 2. de libero arbitrio, quòd veritas non eſt æqualis menti; quia eſſet mutabilis, ſicut & mens.

106 1. d. 19 qu. 5. art. 3. & ver. q. 1. ar. 6.

2. de lib. arbit. cap. 12. nõ procul à fine to. 1. & de vera Relig. cap. 30.

2 Præterea: Id, quod remanet poſt omnẽ mutationem, eſt immutabile, ſicut prima materia eſt ingenita, & incorruptibilis; quia remanet poſt omnem generationem, & corruptionem; Sed veritas remanet poſt omnem mutationem; quia poſt omnem mutationem verũ eſt dicere eſſe, vel non eſſe; Ergo veritas eſt immutabilis.

3 Præterea: Si veritas enuntiationis mutatur, maximè mutatur ad mutationem rei; Sed ſic non mutatur, veritas enim ſecundùm * Anſelm. eſt rectitudo quædam, inquãtùm aliquid implet id, quod eſt de ipſo in mẽte diuina. Hęc autem propoſitio; Sortes ſedet, accipit à mente diuina, vt ſignificet Sortem ſedere, quod ſignificat etiam eo non ſedente; Ergo veritas propoſitionis nullo modo mutatur.

In dial. de vera. ca. 5. & 12.

4 Præterea: Vbi eſt eadem cauſa, & idem effectus; ſed eadem res eſt cauſa veritatis harũ trium propoſitionum: Sor. ſedet, ſędebit, & ſedit; Ergo eadem eſt harum veritas; Sed oportet, quòd alterum horum ſit verum; Ergo veritas harum propoſitionum immutabiliter manet, & eadem ratione cuiuslibet alterius propoſitionis.

Sed contra eſt, quòd dicitur in Pſalm. 11. Diminutæ ſunt veritates à filijs hominum.

Reſpondeo. Dicendum, quòd (ſicut ſupra * dictum eſt) Veritas propriè eſt in ſolo intellectu, res autem dicuntur veræ à veritate, quæ eſt in aliquo intellectu: Vnde mutabilitas veritatis conſideranda eſt circa intellectum. Cuius quidem veritas in hoc conſiſtit, quòd habeat conformitatẽ ad res intellectas, quæ quidem conformitas variari poteſt dupliciter, ſicut & quælibet alia ſimilitudo ex mutatione alterius extremi: Vnde vno modo variatur veritas ex parte intellectus ex eo, quòd de re eodem modo ſe habẽte aliquis aliam opinionem accipit. Alio modo, ſi opinione eadem manente, res mutetur; Et vtroq; modo ſit mutatio de vero in falſum; Si ergo ſit aliquis intelle-

Art. 1. huius quæſt.

ctus, in quo non poſsit eſſe alternatio opi
ium, vel cuius acceptionẽ non poteſt ſub-
gere res aliqua, in eo eſt immutabilis ve-
. Talis autem eſt intellectus diuinus, vt ex
rioribus patet.*
nde veritas diuini intellectus eſt immuta-
; veritas autem intellectus noſtri mutabi-
t, non quòd ipſa ſit ſubiectum mutationis,
inquantùm intellectus noſter mutatur de
ate in falſitatem; ſic enim formæ mutabi-
ici poſſunt. Veritas autem intellectus di-
. ſt, ſecundùm quam res naturales dicun-
eræ, quæ eſt omnino immutabilis.
l primum ergo dicendum, quòd Aug. lo-
ir de veritate diuina.
d ſecundum dicendũ, quòd verum, & ens
conuertibilia: Vnde, ſicut ens non gene-
, neque corrumpitur per ſe, ſed per acci-
, inquantùm hoc, vel illud ens corrumpi-
el generatur, vt dicitur in * primo Phyſi
a veritas mutatur, non quòd nulla veritas
neat; ſed quia non remanet illa veritas,
iius erat.
l tertium dicendum, quòd propoſitio nõ
n habet veritatem, ſicut res aliæ veritatẽ
te dicuntur, inquantùm implent id, quod
. eſt ordinatum ab intellectu Diuino; ſed
ir habere veritatem intellectus quodam
ali modo, inquantùm ſignificat veritatẽ
ectus. Quæ quidem conſiſtit in confor-
e intellectus, & rei, qua quidem ſubtra-
utatur veritas opinionis, & per conſe-
s veritas propoſitionis.* Sic igitur hæc
oſitio: Sortes ſedet, eo ſedente vera eſt,
itate rei, inquantùm eſt quædam vox ſi-
catiua; & veritate ſignificationis, inquan-
ſignificat opinionem veram: Sorte verò
nte, remanet prima veritas, ſed mutatur
da.
d quartum dicendum, quòd ſeſsio Sor-
quæ eſt cauſa veritatis huius propoſitio-
ortes ſedet, non eodem modo ſe habet,
Sortes ſedet, & poſt quam ſederit, & an-
im ſederet: Vnde, & ueritas ab hoc cau-
diuerſimodè ſe habet, & diuerſimodè ſi-
catur propoſitionibus de præſenti, prete-
& futuro: Vnde non ſequitur, quòd, licèt,
a trium propoſitionum ſit uera, quòd ea-
ueritas inuariabilis maneat.

Væſitum huius articuli intelligitur iuxta ſen
ſum quartæ concluſionis, vt diſertis verbis
at idem. S. D. de verit. quæſt. 1. art. 6. in prin-
corporis.

Forma Textus.

*rma concluſio: Mutabilitas veritatis conſideran-
da eſt circa intellectum. Probatur; quia veritas*

A *propriè eſt in ſolo intellectu, & res dicuntur veræ per ordinem ad intellectum; ergo.*

Secunda Concluſio. Veritas diuini intellectus, eſt immutabilis. Probatur: ſi ſit aliquis intellectus, in quo nõ poſsit eſſe alternatio opinionum, vel cuius acceptionem non poteſt ſubterfugere res aliqua. in eo eſt immutabilis veritas; ſed talis eſt intellectus Diuinus; ergo. Minor patet ex quæſtione quartadecima, artic. 13 Maior probatur: Veritas dupliciter tantùm poteſt variari ſcilicet ex parte intellectus, & ex parte rei; at ex parte intellectus variatur ex eo, quòd de re eodem modo ſe habente, aliquis aliam opinionem accipit; ex parte autem rei, ſi opinione eadem manente res mutetur, & vtroque modo
B *fit mutatio de vero in falſum; ergo, ſi ſit aliquis intellectus &c. Maior huius argumenti probatur: Veritas intellectus conſiſtit in conformitate ad res intellectas; ſed hæc conformitas variari poteſt dupliciter, ſcilicet ex parte intellectus, & ex parte rei; ergo.*

Tertia concluſio. Veritas intellectus noſtri mutabilis eſt probatur eodem medio affirmatiuè ſumpto, & ſubſumpta minore affirmatiua.

Quarta concluſio. Veritas eſt mutabilis, non vt ſubiectum mutationis ſed vt terminus. Probatur; quia veritas eſt forma quædam; at formæ ſic tantùm poſſunt dici mutabiles; ergo.

C *Corrolarium. Veritas, ſecundùm quam res naturales dicuntur veræ, eſt omnino immutabilis. Probatur; quia eſt veritas intellectus Diuini.*

Expoſitio Textus.

Et Confutatio ſententiæ Vaſquezij.

DOctrinam hic ſummariè traditam, explicat mirificè Sanctus Doctor, de Veritate quæſt. prima, art. 6. ex qua doctrina, & explicatione adiunctis ijs, quæ late ſcripſimus ſupra quæſt. 14. artic. 8. & 13. & art. 5. huius quæſt. apparet minimè verum eſſe, quod in fine ſecundi capitis ſuper hoc S. Thom.
D articulo ſcribit Vaſquez dicens, veritatem cuiuſque rei eſſe immutabilem; non quia veritas Dei mutari nequit, ſiue quia ipſe Deus mutari non poteſt; ſed quia quæcumque veritas, etiam creata, ex hoc ipſo, quod veritas eſt, ab æterno eſt, ob talem extremorum obiecti intelligibilis connexionem, & non repugnantiam ſecundùm eſſe poſsibile, aut futurum, & nõ ſolùm; quia intellectus Diuinus eſt æternus, & de rebus ſemper verè iudicat: ſiue ſermo ſit de enunciationibus neceſſarijs, ſiue etiam contingentibus futuris. Supponit enim, quòd in dictis locis, & alibi falſum eſſe probauimus, nimirum ſcientiam, ſiue cognitionem, aut veritatem
E intellectus Diuini aliqua ratione ab obiectis, ſiue complexionibus, aut veritatibus, rerum futurarũ, aut poſsibilium dependere, & conſequenter etiam eiuſdem ſcientię, & veritatis immutabilitatem ex poſsibilium rerum veritatibus ſecundum aliquẽ modum deriuari. Cuius oppoſitum eſſe verum oſtendimus, ſupra art. 5. & alibi.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO XVII.

De falſitate in quatuor articulos diuiſa.

Deinde quęritur de falſitate. Et circa hoc quæruntur quatuor.

Primò, Vtrum falſitas ſit in rebus.
Secundò, Vtrum ſit in ſenſu.
Tertiò, Vtrum ſit in intellectu.
Quartò, De oppoſitione veri, & falſi.

Ratio ordinis huius quæſtionis ad præcedentem, & articulorum eius inter ſe.

Oppoſitorum contrariè ſemper alterũ eſt imperfectum, & vt priuatio, atque ideo eius cognitio perfectioris oppoſiti, quod ſe habet per modum habitus, notitiam prærequirit: Cum itaque falſitas ſit oppoſita contrariè veritati, vt ait. S. Doctor in vltimo huius quæſtionis articulo, & ad eam ſe habeat vt imperfectum ad perfectũ, & vt priuatio ad habitum, poſt quæſtionem de veritate, proponenda erat quæſtio de falſitate. Quæ tribus expletur quęſitis. Videlicet. An ſit, quid ſit, & qualis ſit falſitas: & quoniam eſſe falſitatis eſt ineſſe proprio ſuo ſubiecto, ex quo etiam pendet eius quidditas, & diffinitio, idcirco tractat vtrũque ſimul D. Thom. in primo Artic. in quo à communioribus, & prioribus inchoans agit de vniuerſaliſsimo, & imperfectiſsimo falſitatis ſubiecto, deinde inquirit de minus communi, & perfectiori, ſcilicet de ſenſu, in ſecundo articulo, poſtremò de perfectiſsimo, ac proprijſsimo ſcilicet intellectu differit, in tertio art. Denique de veritatis, & falſitatis oppoſitione, vtriuſque naturam conſequente, diſputat in quarto articulo.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum falſitas ſit in rebus.

107 Supra qu. 16. ar. 1. & 2. & 1 diſt. 9 q. 5. art. 1. & 1 con. c. 60. & veri. q 1. art. 10 & perihe r. lect. 3 Lib 2 c. 8. in fi. to. 1. Cap. 33 à medio. to. 1.

Ad primum ſic proceditur. Videtur, quòd falſitas non ſit in rebus. Dicit enim Aug. in * lib. ſoliloqui. Si verum eſt id, quod eſt, falſum non eſſe vſpiam concludetur, quouis repugnante.

2 Præterea: Falſum dicitur à fallendo; ſed res non fallunt, vt dicit Auguſt. in * lib. de vera relig. quia non oſtendunt aliud quàm ſuam ſpeciem; Ergo falſum in rebus non inuenitur.

q 16. art. 1.

3 Præterea: Verum dicitur in rebus per cõparationem ad intellectum diuinum, vt ſupra * dictum eſt, ſed quælibet res, inquantùm eſt, imitatur Deũ; ergo quælibet res vera eſt abſq; falſitate; Et ſic nulla res eſt falſa.

Lib. de vera relig c. 34. tom. 1.

Sed contra eſt, quòd dicit Auguſtin. * in lib. de vera relig. quòd omne corpus eſt verũ corpus, & falſa vnitas; quia imitatur vnitatem, & non eſt vnitas; Sed quælibet res imitatur diuinam bonitatem, & ab ea deficit; Ergo in omnibus rebus eſt falſitas.

A

Reſpondeo. Dicendum, quòd, cùm verum & falſum opponantur, oppoſita autem ſunt circa idem; neceſſe eſt, vt ibi prius quæratur falſitas, vbi primò veritas inuenitur, hoc eſt in intellectu. * In rebus autem neque veritas, neque falſitas eſt, niſi per ordinem ad intellectũ: 99
Et quia vnumquodque ſecundùm id, quod cõuenit ei per ſe, ſimpliciter nominatur; ſecundũ

B

autem id, quod conuenit ei per accidens, non nominatur niſi ſecundùm quid; res quidẽ ſimpliciter falſa dici poſſet per comparationem ad intellectum, à quo dependet, cui comparatur per ſe, in ordine autem ad alium intellectum, cui comparatur per accidens, non poſſet dici falſa, niſi ſecundùm quid. Dependent autẽ ab intellectu diuino res naturales; ſicut ab intellectu humano res artificiales; Dicuntur * igitur res artificiales falſæ ſimpliciter, & ſecundũ ſe, inquantùm deficiunt à forma artis: Vnde dicitur aliquis artifex opus falſum facere, quã D. 594.

C

do deficit ab operatione artis. Sic autem in rebus dependentibus à Deo, falſitas inueniri nõ poteſt per comparationem ad intellectum diuinum, cùm quicquid in rebus accidit, ex ordinatione diuini intellectus procedat: niſi fortè in voluntarijs agentibus tantùm, in quorũ poteſtate eſt ſubducere ſe ab ordinatione diuini intellectus; in quo malum culpæ conſiſtit, ſecundùm quòd ipſa peccata, falſitates, & mendacia dicuntur in ſcripturis, ſecundùm illud Pſal. 4. Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Sicut per oppoſitum, opera-

D

tio virtuoſa veritas vitæ nominatur, inquantũ ſubditur ordini diuini intellectus, * ſicut dicitur Ioan. 3. Qui facit veritatem, venit ad lucẽ; 1.
Sed per ordinem ad intellectum noſtrum, ad quem comparantur res naturales per accidẽs, poſſunt dici falſæ, non ſimpliciter, ſed ſecundùm quid, & hoc dupliciter. Vno modo ſecundùm rationem ſignificati, vt dicatur illud eſſe falſum in rebus; quod ſignificatur, vel repræſentatur oratione, vel intellectu falſo; ſecundũ quem modum, quęlibet res poteſt dici eſſe falſa quantùm ad id, quod ei non ineſt; ſicut ſi di-

E

camus diametrum eſſe falſum commenſurabile, vt dicit Philoſophus in * 5. Metaphyſ. & ſicut dicit Auguſt. in * lib. ſoliloquiorum, quòd tragœdus eſt falſus Hector. ſicùt econtrario poteſt vnumquodque dici verum ſecundùm id, quod competit ei. Alio modo per modũ cauſæ, & ſic dicitur res eſſe falſa, quæ nata eſt facere de ſe opinionem falſam: Et quia innatum eſt

Lib. 5. Metaph. tex. 34. tom. 3. lib. 2. ſoliloq. ca. 10. to. 1.

obis per ea,quæ exterius apparent, de re-
iudicare, eo quòd noſtra cognitio à ſenſu
n habet,qui primò, & per ſe eſt exterio-
accidentium,ideo ea,quæ in exterioribus
déribus habent ſimilitudinem aliarum re-
dicuntur eſſe falſa ſecundùm illas res, ſi-
el eſt falſum mel,& ſtamnum eſt falſum ar
um,& ſecundùm hoc dicit Aug.in *libro
oquiorum, quòd eas res eſſe falſas nomi-
us,quæ veriſimilia apprehẽdimus. Et phi
phus dicit in *,quinto metaph. quòd falſa
ntur, quæcunque apta nata ſunt apparere
qualia non ſunt,aut quæ non ſunt. Et per
: modum etiam dicitur homo falſus, in-
ntùm eſt amatiuus falſarum opinionum,
ocutionum; non autem ex hoc,quòd po-
tas confingere;quia ſic etiam ſapientes,&
tes falſi dicerentur, vt dicitur in * quinto
phyſ.

d primum ergo dicendum, quòd res com
ta ad intellectum, ſecundùm id,quod eſt,
ur vera; ſecundùm id, quod non eſt, dici-
lſa: Vnde verus tragædus eſt falſus He-
vt dicitur in * ſecundo ſoliloquiorum;Si-
gitur in his,quæ ſunt, inuenitur quoddam
eſſe;ita in his, quæ ſunt, inuenitur quædã
falſitatis.

d ſecundum dicendum, quòd res per ſe
fallunt,ſed per accidens. Dant enim occa
em falſitatis, eo quòd ſimilitudinem co-
gerunt, quorum non habent exiſtentiã.
d tertium dicendum,quòd per compara-
em ad intellectum Diuinum non dicuntur
falſæ,quod eſſet eas eſſe falſas ſimpliciter;
per comparationem ad intellectum no-
n, quod eſt eas eſſe falſas ſecundùm quid
iciter.

d quartum,quòd in oppoſitum obijcitur,
ndum,quòd ſimilitudo, vel repræſentatio
ciens,non inducit rationem falſitatis, niſi
antùm præſtat occaſionem falſæ opinio-
Vnde non vbicunque eſt ſimilitudo, dici-
es falſa; ſed vbicunque eſt talis ſimilitu-
quæ nata eſt facere opinionem falſam,non
unque,ſed vt in pluribus.

Forma Textus.

*Rima concluſio. Falſitas,primò quærenda eſt in in-
tellectu. Probatur: ibi primò quærenda eſt falſi-
bi veritas inuenitur; ſed primò veritas;inuenitur
tellectu; ergo. Maior probatur; quia oppoſita ſunt
idem,& in eodem quærenda ſunt; ſed verum, &
m ſunt oppoſita; ergo. Minor probatur;quia in re-
on eſt veritas, nec falſitas, niſi per ordinem ad in-
ctum.*

cunda concluſio. Res ſimpliciter poteſt dici falſa

A *per comparationem ad intellectum, à quo dependet, per ordinem autem ad alium intellectum non eſt falſa, niſi ſecundùm quid. Probatur; Vnumquodque, ſecundùm id,quod conuenit ei per ſe, ſimpliciter nominatur,ſecundùm id autem,quod conuenit ei per accidẽs, non nominatur, niſi ſecundùm quid; at res per ſe comparatur ad intellectum,à quo dependet;per accidens autem ad alium,à quo non dependet; ergo.*

Tertia concluſio. In rebus à Deo dependentibus, non eſt ſimpliciter falſitas, per comparationem ad Diuinum intellectum. Probatur: Res artificiales dicuntur falſæ ſimpliciter,& ſecundùm ſe, inquantùm deficiunt à forma artis,ſed res naturales dependent ab intellectu Diui-
B *no,ſicut artificiales à forma artis, nec poſſunt deficere ab intellectu Diuino;ergo. Maior probatur exemplo: nã dicitur artifex opus falſum facere,quando deficit ab operatione artis. Minor verò probatur; quia quidquid in rebus accidit, ex ordinatione Diuini intellectus procedit.*

Quarta concluſio. In agentibus voluntarijs inueniri poteſt falſitas ſimpliciter per comparationem ad intellectum Diuinum. Probatur: Voluntaria poteſtatem habent ſubducendi ſe ab ordine Diuini intellectus per malum culpæ; ergo in eis poteſt eſſe falſitas ſimpliciter,& in ordine ad Diuinum intellectum. Secundò, probatur; quia peccata in ſcripturis appellantur falſitates,& mẽ-
C *dacia,ſecundùm illud pſal. 4. vt quid diligitis vanitatẽ, & quæritis mendacium,& confirmatur ab oppoſito ex ſacris litteris, vt in textu.*

Vltima concluſio. Res naturales per ordinem ad intellectum noſtrum poſſunt dici falſæ, non ſimpliciter, ſed ſecundùm quid dupliciter, ſcilicet ſecundùm rationẽ ſignificati,& per modum cauſæ. Probatur primò quo ad primam partem: Illud dicitur falſum in ratione ſignificati,quod ſignificatur, vel repræſentatur oratione falſa,vel intellectu falſo; at qualibet res poteſt ita repræſentari,& ſignificari;ergo. Minor probatur; quia cuilibet rei aliquid non ineſt; ergo ſecundùm hoc poteſt ſignificari oratione falſa. Secundò probatur exemplo dia-
D *metri ex Ariſtot.& Hectoris ex Auguſtino, tertio ex oppoſito vero. Deinde quo ad ſecundam partem probatur Concluſio: Res in ratione cauſæ dicitur falſa,quæ nata eſt de ſe facere opinionem falſam; ſed res naturales ſunt tales reſpectu intellectus noſtri;ergo. Probatur minor.*

Quia innatum eſt nobis, per ea,quæ exterius apparent,de rebus iudicare,ſed quædam ſecundùm exteriora accidentia nata ſunt facere falſam opinionem;ergo. Probatur hæc minor; quia res in exterioribus accidentibus gerunt ſimilitudinem aliarum rerum, & manifeſtatur exemplis;quia fel dicitur falſum mel, & ſtamnum falſum argentum. Secundò probatur eadem minor
E *tripliciter: primò auctorit. Auguſtin. Secundò,ex Ariſtot. Tertiò ex communi dicto, vt clare patet in textu.*

Controuerſia Vnica.

An in rebus naturalibus, & voluntarijs poſsit inueniri falſitas ſimpliciter, in ordine ad intellectum Diuinum.

Sententiæ Expoſitorum.

Molina. MOlina diſtinguit duplex genus legum, ſiue regularũ in Deo. Quędam ſunt (inquit) quibus varios defectus, ac peccata, tam in hominibus, quàm in alijs cauſis naturalibus permittit; quæ & ſi non tã vſitatè, ſuo tamen modo leges, ac regulæ dici poſſunt. Aliæ verò ſunt leges, ac regulæ ab arte, atque prudentia Diuina ſingulis cauſis ſecundis circa proprias actiones præſcriptæ, quæ nihil aliud sũt, quàm dictamina artis, atque prudentiæ Diuinæ, quibus Deus indicat de vnaquaque cauſa ſecunda, tam libera, quàm naturali, quem modum in qualibet ſua operatione tenere debeat. His præmiſsis ſtatuit tres Concluſiones.

Prima eſt. In rebus nihil poteſt habere rationẽ falſi, aut peccati, comparatione regularum prioris generis. Probatur ab eo hæc Concluſio; quia nihil in rebus poteſt ab iſtis regulis diſcrepare.

Secunda eius concluſio eſt. In operationibus, & effectibus cauſarum ſecundarum agentium, per intellectum, ac voluntatem poteſt eſſe falſitas, & peccatum comparatione regularum poſterioris generis. Hanc probat; quia diſcrepantia rei à ſua propria regula, & mẽſura intellectus eſt in re, quę diſcrepat, falſitas, & peccatum.

Tertia eiuſdem concluſio eſt. In actionibus, & effectibus cauſarum merè naturaliũ, quando modum nõ ſeruant naturæ inditum, ac præſcriptum, vt cum generantur monſtra, datur falſitas, & peccatum comparatione regularum poſterioris generis, ex quibus ſequitur ſecundùm mentẽ eiuſdem expoſitoris, falſitatem eſſe in rebus formaliter, & per intrinſecam denominationem; vt ſupra deduximus in ſimili de veritate rei ad mentem. S. Thõ.

Suarez. Suarez, diſput. metaphyſ. 9. ſect. 1. num. 6. ait, in rebus extra intellectum non eſſe propriam, & rigoroſam falſitatem, ſed res vocari falſas per quandã metaphoram, & extrinſecam denominationem. Probationes afferentur in poſtrema parte controuerſiæ, & ſoluentur.

Vaſquez. Vaſquez ſupra articulo quarto, diſput. 77. cap. 4. exiſtimat res veras, aut falſas non alia ratione nuncupari; quàm quia ſunt cauſæ veri, aut falſi iudicij in intellectu. Non autem per comparationẽ ad intellectũ Dei, aut artificis, quatenus cauſa eſt.

S. Thom. Sed D. Tho. quem ſequuntur alij noſtrates eius interpretes, manifeſtè contradicit ſua tertia Concluſione, tertiæ Molinæ Concluſioni, & hoc toto diſcurſu primam huius interpretis concluſionẽ latenter excludit; vt ex dicendis patebit. Suarezij verò, & Vaſquezij ſententias excludit eiuſdem D. Thom. ſecunda concluſio.

A

Reſolutio.

Oſtenditur differentia inter voluntaria, & alia quo ad præfinitiones, & regulas Diuinas.

SCiendum eſt primò, differentiam eſſe inter res naturales, & artificiales ex vna parte, & volũtarias ex alia, quòd illę, quatenus à Deo pendent, ab ipſo præfinitæ ſunt, non ſecundùm ſe, & abſolutè tantùm, ſed etiam ſecundùm omnia illis conuenientia per reſpectum ad alia: inter quæ præcipua eſt conformitas ad earum idæas, & exemplaria, & B conſequenter etiam ad artem, ſiue leges, ac regulas Diuinæ prouidentiæ ſingulis cauſis ſecundis præſcriptas circa proprias actiones, & effectus. Voluntaria verò non omnia ita ſunt à Deo præfinita, vt Diuinis legibus, ac regulis infallibiliter conformentur: Nam, quamuis Deus ſtudioſas omnes noſtras operationes, vt liberè à nobis exercendas præfinierit, prauas tamen, & peccaminoſas, vt ſic minimè præfiniuit; ſed earum determinationem poſitam eſſe voluit, in ſolius noſtræ voluntatis arbitrio. Naturalia verò, & artificialia, qualiacumq; futura ſint, ſiuè perfecta, ſiuè deficientia, ſunt ab æterno à Deo præfinita cum eorum conformitati- C bus ad idæas, & regulas, ſaltem Diuinas.

Secundò. Sciendum cum Caietano omnia alia à Deo ſiue naturalia ſint, ſiue artificialia, aut etiã moralia poſſe ad intellectum Diuinum dupliciter comparari, vno modo, vt cognita ad cognoſcentẽ, alio modo, vt menſurata ad menſuram, ſeu regulata ad regulam. Si priori modo comparentur, non differunt ab alijs voluntaria quo ad hoc, vt ordini Diuini intellectus non ſubdantur, velut ab eo ſubtrahi poſsint; cum Diuinæ menti ſint æqualiter vniuerſa conſpicua. Si verò poſteriori modo fiat comparatio, differunt, vt ait Sanctus Thomas, à ceteris voluntaria, quòd in rebus alijs nihil prorſus D euenit, quod non ſit ex aliquo ordine regulato ab intellectu diuino, quamuis ille ordo non conſonet huic enti ſecundùm ſpeciem, aut indiuiduum; vt patet in monſtris. In voluntarijs autem accidit moralis deformitas, non ex ordine, aut à lege à Deo conſtituta; cum nullum rerum ordinem ſtatuerit Deus, ex quo culpa fieret, nec vlla ſit in Deo lex, aut regula, cui ſit culpa conformis; ſed ex potentia peccandi liberi arbitrij, quæ, vt ſic, nec per ſe, nec per accidens à Deo eſt, vt hic aduertit Caietanus, procedit culpa. Caiet.

Quod verò ſint in Deo leges, ſiue regulæ defectuum ſiue peccatorum permiſsiuæ, quarum comparatione defectus, ſiue peccata nullam habeant E rationem falſitatis, vt ait Molina, non niſi impropriè, & abuſiuè dici poteſt; cũ vna, & eadem lex, ſiue regula, quæ per ſe primò dirigit operanda, ſit conſequenter etiam in naturalibus, & arte factis, ſiue factibilibus deficientium operationum, & effectuum, qui à Deo intenti ſunt, regulatiua. In moralibus autem, neque primò, neque ſecundariò, diuina aliqua regula, ſiue lege regulantur peccata, cum à Deo non ſint intenta. Itaque Deum peccata

ata permittere, non eſt Deum illa regulare, incere, vt à Diuina regula deficiant, & conſe- tter, vt eius cõparatione ſint falſitates, & men a. Et quamuis hoc ipſo, quòd culpa à Diuina diſcordat, vera culpa ſit, abſolutè tamen eſt as, & quemadmodum hoc ipſo, quòd diſcor i Diuina regula, vera culpa eſt, ita verà falſi- ſt; & ſicut ex hoc, quòd verà falſitas eſt, non iit eſſe abſolutè falſitas, ita ex hoc, quòd vera a eſt, non repugnat rationi falſitatis, quã in- it culpa ex hoc, quòd deuiat à Diuina regula. d non aduertit Suarez.

ctionis actum proprium intellectui practico, tam agibilibus, quàm in factibilibus ab appetitu recto p ndere.

Ertiò. Recolenda ſunt ea, quæ ſupra in quęſt. 14. art. 8. in ſecunda controuerſia notauimus robandum Diuinam ſcientiam eſſe cauſam n, vt proximum, & immediatum principium. ibus illud præcipuum eſt, nimirum, res à Di cientia produci per actum imperij, qui licèt dùm ſubſtantiam ſit actus intellectu, inclu men actum voluntatis vt mouentis, vt ibidẽ uimus ex D. Tho. prima ſecundę q. 17. art. 1. e ratio artis, ſiue diuinæ, ſiue creatæ, quate- roductiua eſt, includit actum imperij, & cõ- nter actum voluntatis, eadem enim eſt quo c ratio de arte, ſiue ſcientia practica creata, ſt de increata, vt ſcilicet productiua ſit per n imperij. Vnde etiam Ariſt. nono Metaphy. principium determinatiuum, ac per hoc di- um artis ad operandum eſſe appetitũ. Quo operis, ſiue effectus conformitas, aut diſfor- ad artem, vel idæam, quatenus illius cauſa on ſolùm attendenda ſit in ordine ad formã ente per intellectum præconceptam, ſed ad tiam voluntatem quo ad actum præſertim tionis. Hoc autem verum eſſe teſtatur Diuus 1. in 1. 2. quęſt. 57. articulo quinto ad tertium Ariſtot. 10. ethicorum, capitulo ſecundo di- verum intellectus practici accipi per cõfor- tem ad appetitum rectum, quamuis non ea- ſit rectitudo intellectus practici in factibili- quæ eſt in agibilibus; nam in his attenditur tudo penes conformitatem ad appetitum re- rectitudine finis moralium, quæ eſt bonitas lis. In illis autem ſcilicet factiblibus atten- rectitudo penes conformitatem ad appetitũ m rectitudine finis artificialium. Quæ finis tudo, non conſtituit appetitum bonum mora- ſed rectum, ideſt tendentem in rectum finẽ, ab artifice ſecundùm artem operante præſti- n: Vnde, ſi pictoris intentio ferretur ad mon- a imagine repræſentandum, & hominis quan is perfectam ſimilitudinem ſuæ artis inſtru- is, & coloribus exprimeret, erronea eſſet ta- ctoris dirrectio, & falſum opus: Nam vt ſci- luertit ibidem Caietanus, conuenit arti veri- irectionis, non ratione vſus, ſed ratione pro- naturæ, quæ talis eſt, vt nata ſit dirigere, non

A niſi determinata ad directionem ab appetitu recto. In ſpeculatiuis autem ſolus vſus inuenitur pẽ dens ab appetitu recto, & hæc diligenter notanda ſunt; quia per hęc ſoluuntur præcipua aduerſariorum argumenta.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

Prima concluſio. Rectitudo, ſiue regula, aut veritas intellectus practici, cuius comparatione, tam agibilia, quàm factibilia, vera, aut falſa dicuntur, accipienda eſt per conformitatẽ ad appetitum rectum. Hæc eſt D. Tho. & Ariſt. locis ſuperius allegatis, & patet ex dictis, & probatur; B quia veritas, & falſitas ſimpliciter in rebus nõ eſt, niſi cum ordine ad intellectum; ſed non ad illum, à quo non dependent, ad quem per accidens comparantur; ergo ad illum, à quo dependent, ad quẽ per ſe comparantur; hic autem eſt intellectus practicus rectus, & verus, qualis non eſt, niſi, qui conformis eſt appetitui recto; ergo.

Secunda concluſio. In rebus naturalibus, & quibuſcunque alijs à Deo dependentibus, non poteſt eſſe ſimpliciter falſitas per comparationem ad intellectum Diuinum. Hæc eſt tertia Concluſio. D. Thom. & probatur; quia, ſi aliqua in rebus natu- C ralibus eſſet falſitas per comparationem ad intellectum Diuinum, maximè eſſet in ordine ad leges illius permiſsiuas, vt docet Molina; ſed hoc modo nulla admittẽda eſt in rebus falſitas. Probatur minor; quia malum naturalis defectus, & rei artificialis eſt intentum à Deo, ſecundaria ſaltem intentione; ergo non pertinet ad leges Dei permiſsiuas; ſed ad eas, quæ ſunt actionum in rebus volitis directiuæ, reſpectu quarum ſuam habet rectitudinem, & veritatem, cum ſit à Deo præconceptum, volitum, & intentum. Antecedens eſt Diui Thomę in tertio contra gent. cap. 6. & quarto ſent. diſt. 36. q. 1. artic. primo ad ſecundum, & optimè explica- D tur in dicto cap. à Ferrarienſi. Ferrarien.

Tertia concluſio: In rebus artificialibus poteſt eſſe falſitas ſimpliciter, & ſecundùm ſe, per comparationem ad intellectum practicum appetitui recto non conformem. Hæc patet ex dictis. Et probatur; quia veritas rei artificiatę conſiſtit in conformitate ad talem intellectum; ergo falſitas eidẽ oppoſita conſiſtit in diſformitate ad eundẽ intellectum. Conſequentia probatur; quia oppoſita habent fieri circa idem. Confirmatur; quia in re diſcrepante ab intellectu practico recto, à quo cauſatur, eſt formaliter, & ſecundùm ſe diſformitas; cum res illa non ſit diſformis in ratione cauſæ, vt E patet, neque, vt ſignum diſformitatis intellectus; cum talis intellectus ſit rectus, & verus; ergo eſt diſformis intrinſecè, & formaliter, & hoc ipſo ſecundùm ſe, & ſimpliciter falſa.

Quarta concluſio. In actionibus voluntarijs inueniri poteſt falſitas ſimpliciter, per comparationem ad intellectum Diuinum. Hæc eſt quarta concluſio. D. Thom. cuius probationes habentur in textu: & probatur primò; quia peccata diſſonãt ſecundùm ſe, & formaliter ab intellectu Dei recto,

ſto, per conformitatem ad appetitum, ſiue voluntatem, qua ſuam, & rerum omnium vult bonitatẽ.

Secundò; Quia peccans agit contra voluntatem Dei antecedentem, & agit id, quod non eſt volitũ à Deo voluntate conſequente, & contra præcepta eius, ac prohibitiones, & digna odio voluntatis diuinæ perpetrat; vt notat Caietanus infra quæſt. 19. art. 6. igitur actio moraliter mala diſſonat formaliter, & ſecundùm ſe, à rectitudine intellectus Diuini practici. Caiet.

Argumenta, & ſolutiones.

Molina. Contra ſecundam concluſionem argumentatur Molina. Diſcrepantia rei à ſua propria regula, & menſura intellectus eſt falſitas, & peccatum; ſed actiones, & effectus cauſarum merè naturalium, quando modum non ſeruant naturæ inditum, ac præſcriptum, vt quando generantur monſtra, diſcrepant à regulis artis, & cognitionis Diuinæ, quæ verſatur circa modum, quem ſeruare deberent, vt actiones, & effectus eſſent, quales oportet; ergo actiones, & effectus cauſarum merè naturalium deficientes ſunt falſitates, & peccata naturæ, comparatione regularum artis Diuinæ.

Reſpondetur falſam eſſe minorem propoſitionem: nam in Diuina cognitione nulla eſt regularum artis rectitudo, niſi cum ordine ad rectã Dei voluntatem, contra quam nihil vnquam contingit in operibus naturæ, vel artis.

Vaſquez. Contra tertiam Concluſionem argumentatur Vaſquez. Primò. Si domus ab idæa deficiat, vt cũ ea non conformetur, aut ita deficit, vt habet omnia, quibus eſſentialiter conſtare debebat, aut eſt tantùm minus polita, & minus perfecta, quàm ars poſtulabat; ſi primum, non eſt falſa Domus, ſed non Domus; ſi ſecundum, eſt vera Domus, ſed non bona.

Reſpondetur falſam Domum propriè conſtitui ob defectum à forma ab artifice præconcepta, & intenta, vt ſi quadrangularem Domum intenderet, & faceret triangularem, aut eptãgularem, ſic enim eſſentialiter domus eſt, & tamen ab artis, ſiue idææ rectitudine ſuperius explicata diſcordat. Quamuis ob alios etiam defectus præter inteutionem artificis accidentes, ſi notabiles ſint, poſſit vocari ſimpliciter falſa Domus.

Secundò Quoties res aliqua dicitur falſa, non dicitur falſa ſimpliciter accepta, ſed compoſitione, & enuntiatione aliqua tacitè inſinuata; ergo. Probat antecedens; quia nulla res dicitur falſa relata ad id, quod eſt, ſed relata ad id, quod non eſt; in quo manifeſtè inſinuatur compoſitio enuntiationis, ex ordine ad quam res appellatur falſa.

Reſpondetur rem concipi vt falſam ſimplici cõceptione ex hoc ipſo, quòd apprehenditur vt deficiens ab idæa modo dicto; in qua cognitione non eſt nec compoſitio, nec diuiſio; niſi quis adeò diſſipiat, vt exiſtimet in omni relatiua rei cognitione interuenire compoſitionem: Vnde argumentũ falſum aſſumit, & eius probatio nulla eſt, quia falsũ eſt rem dici falſam in ordine ad id, quod non eſt: Nam dicitur falſa in ordine ad Idæam, à qua deficit ſecundùm id, quod non eſt.

A. Tertiò. Profert dictum Ariſt. in quinto Metaph. cap. 29. dicentis. *Falſum dicitur vno modo, vt res falſæ, & huius hoc quidem, quod non cõponitur, aut quod impoſsibile ſit componi.*

Reſpõdetur Ariſt. ibidem loqui de falſitate rerum ſecundùm quid, quæ rebus conuenit in ordine ad intellectum noſtrum ſpeculatiuum, vt explicat S.D. in textu.

Suarez. Contra eandem concluſionem argumentatur Suarez: & quamuis longo diſcurſu ex multis diuiſionibus, & capitibus arguat, tota tamen vis argumenti cõtra noſtram concluſionem ad hoc vnum reducitur; videlicet. Quando res artificiata prodit B. diſformis idææ, quæ eſt in artifice, vt actu operante, ſeu aquo proximè procedit, tunc maximè videtur eſſe falſitas in tali artificiali, ſed adhuc illa non poteſt propriè dici falſitas; ergo. Probatur minor: Primò; quia ille defectus non procedit ex imperfectione, aut falſitate intellectus, ſed ex imbecillitate potentiæ exequentis, vel alio ſimili occurrente impedimento; ergo. Secundò; quia illud artificium, quatenus cum illa deformitate fit, non procedit ab idæa, ſed caſu fit; ergo non comparatur ad illam, vt ad cauſam, & menſuram, vt per cõformitatem, vel difformitatem ad illam falſum denominetur, & confirmatur: Nam cognitio illa, C vel idæa non eſt falſa per difformitatem ad illud opus; Quia reuera non habebat illud pro obiecto; ergo. neque è contrario opus ipſum poteſt denominari falſum in ordine ad talem cognitionem; cũ neque ſit obiectum, nec effectus illius, quantùm ad imperfectionem, ſecundùm quam ab idæa diſcordat.

Reſpondetur falſam eſſe minorem propoſitionem. Ad primam probationem negatur conſequẽtia: nam ex hoc ipſo, quòd artificis idæa, & cognitio practica perfecta eſt, & recta rectitudine finis, & ex imbecillitate, aut ineptitudine potentiæ exequentis, aut inſtrumenti procedit opus deficiens, D dicitur falſum opus; quia nimirum: diſcordat ab artis rectitudine. Ad ſecundam probationem reſpondetur nullam eſſe conſequentiam: nam, vt opus defectiuum verè fit, & dicatur falſum, non requiritur, vt quatenus deficiẽs eſt, ſit effectus idęę; alioquin iam non eſſet deficiens, ſed perfectum eius comparatione; quia illam perfectè imitaretur. Sed requiritur, & ſatis eſt, vt materialiter ab ea procedat, & ex operationis, vel exequutionis defectu, ſit imperfectum modo ſuperius explicato. Et per hæc patet etiam reſponſio ad cõfirmationem; nam ſtante cognitionis, & idææ rectitudine poteſt opus fieri falſum; nec opus illud vt deficiens for- E maliter, erit talis cognitionis obiectum, ſed materialiter tantùm.

Vaſquez. Contra quartam concluſionem argumentatur Vaſquez. Operatio, qua ratione deficit, uel aduerſatur Deo, dicitur mala malitia morali; vel quia eſt contra Dei voluntatem, & præceptum; vel quia hoc ipſo, quod iure naturali eſt contra naturam rationalem, eſt etiam contra ipſum naturę auctorem; ergo in illa non eſt falſitas propriè accepta.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam: Nam vt ſu-

vt ſupra diximus, hoc ipſo, quòd peccatum eſt cōtra voluntatem Dei, & eius præcepta, eſt propriè falſitas, mouet enim Deus omnem creaturam ad bonum ab ipſo Deo præcōceptum, & volitum; ſed ex libero ſuæ voluntatis arbitrio præſtat nonnunquam homo Diuinæ motioni impedimentum, vt rectiſsimæ Dei cognitioni, & motioni conformis, & recta non ſequatur operatio, ſed diformis, & falſa.

Contra eandem concluſionem argumentatur Suarez. Primò. Si opus morale deficiens comparetur ad dictamen, à quo actu procedit, illi eſt conforme; quia illud dictamen imprudens eſt, & erroneum; ſi autem comparetur ad illud dictamen, per quod deberet vitari talis actus, vel rectitudinem habere, quatenus actus humanus eſt, reſpectu illius non tam falſus, quàm prauus dicitur; ergo. Probatur antecedens primò; quia illud debitū operandi iuxta dictamen prudentiæ, non tam ad veritatem rerum, quàm ad honeſtatem morū pertinet. Secundò; quia illud opus, quatenus realiter fit, non eſt obiectum illius dictaminis, neque ab illo procedit.

Reſpondetur opus morale deficiens dici falſū comparatione rectitudinis practicæ cognitionis Diuinæ. Secundò reſpondetur, poſſe etiam dici falſum comparatione rectitudinis practicæ cognitionis, quo ad finem vniuerſalem cuilibet operanti præſtitutum, qui eſt beatitudo, à qua deuiat opus peccaminoſum; vnde argumentum non procedit ex ſufficienti diuiſione, neque tangit propr[i]as cauſas falſitatis.

Secundò. Auguſt. lib. 2. ſoliloquiorum capitu. 8. ait, *ſi verum eſt id, quod eſt falſum non eſſe vſpiam cōcludetur*, quæ verba exponens D. Thom. ait, *res comparata ad intellectum ſecundùm id, quod eſt, dicitur vera, ſecundùm id, quod non eſt, dicitur falſa; vnde verus tragœdus, eſt falſus Hector, vt dicitur in ſecundò, ſoliloquiorum*; igitur entia, quatenus entia ſunt, non ſunt falſa, ſed, ſi falſitas eis aliquo modo attribuitur; ſolùm eſt per attributionem quadam, & quatenus non entia ſunt.

Reſpondetur D. Auguſtinum, & D. Thom. in dictis verbis loqui de falſitate [v]erum ſecundū quid, quæ attenditur, in ordine ad intellectum ſpeculatiuum à rebus menſuratum, falſitas autem ſimpliciter, de qua loquimur, attenditur in ordine ad intellectum practicum, à quo res dependent, & menſurantur.

ARTICVLVS II.

Vtrum in ſenſu ſit falſitas.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd in ſenſu non ſit falſitas. Dicit enim Auguſt. in * libro de vera religione. Si omnes corporis ſenſus ita nuntiant, vt afficiūtur, quid ab eis amplius exigere debemus, ignoro; Et ſic videtur quòd ex ſenſibus non

A fallamur, & ſic falſitas in ſenſu non eſt.

2 Præterea: Philoſophus dicit in * 4. metaphyſ. quòd falſitas non eſt propria ſenſui, ſed phanthaſiæ. 4. Metaph tex. 24. co 3.

3 Præterea: In incomplexis nō eſt verum, nec falſum, ſed ſolùm in complexis; Sed componere, & diuidere non pertinet ad ſenſum; Ergo in ſenſu non eſt falſitas.

Sed contra eſt, quod dicit Auguſt. in * lib. ſoliloqu. Apparet nos in omnibus ſenſibus ſimilitudine lenocinante falli. Lib 2. Soliloq. ca. 6. in fine, co. 1.

Reſpondeo. Dicendum, quòd falſitas nō eſt
B quærenda in ſenſu, niſi ſicut ibi eſt veritas: Veritas autē non ſic eſt in ſenſu, vt ſenſus cognoſcat veritatem, ſed inquantùm veram apprehenſionem habet de ſenſibilibus, vt * ſupradictum eſt. q. 16. ar. 2. Quod quidem contingit, eo quòd apprehendit res, vt ſunt: Vnde contingit falſitatem eſſe in ſenſu ex hoc, quòd apprehendit, vel iudicat res aliter, quàm ſint. Sic autem ſe habet ad cognoſcendum res, inquantùm ſimilitudo rerum eſt in ſenſu: Similitudo autē alicuius rei eſt in ſenſu tripliciter. Vno modo primò, & per ſe: ſicut in viſu eſt ſimilitudo colo-
C rum, & aliorum propriorum ſenſibilium. Et alio modo per ſe, ſed nō primò; ſicut in viſu eſt ſimilitudo figuræ; vel magnitudinis, & aliorū communium ſenſibilium omnium. Tertiò modo, nec primò, nec per ſe, ſed per accidens. Sicut in viſu eſt ſimilitudo hominis, non inquantùm eſt homo, ſed inquantùm huic colorato accidit eſſe hominem. Et circa propria ſenſibilia ſenſus non habet falſam cognitionem, niſi per accidens, * & in paucioribus, ex eo ſcilicet, quòd propter indiſpoſitionem organi non cōuenienter recipit formam ſenſibilem: ſicut &
D alia paſsiua propter ſuam indiſpoſitionem deficienter recipiunt impreſsionem agentium. Et inde eſt, quòd propter corruptionē linguæ, infirmis dulcia amara eſſe videntur. De ſenſibilibus verò communibus, & per accidens, poteſt eſſe falſum iudicium etiam in ſenſu rectè diſpoſito; quia ſenſus non directè refertur ad illa, ſed per accidens, uel ex cōſequenti, inquātùm refertur ad alia.

Ad primum ergo dicendum, quòd ſenſum affici, eſt ipſum eius ſentire: Vnde per hoc, quòd
E ſenſus ita nuntiant, ſicut afficiuntur, ſequitur, quòd non decipiamur in iudicio, quo iudicamus nos ſentire aliquid, ſed ex eo, quòd ſenſus aliter afficitur interdum, quam res ſit, ſequitur, quòd nuntiet nobis aliquando rem aliter, quàm ſit. Et ex hoc fallimur per ſenſum circa rem, non circa ipſum ſentire.

Ad ſecundum dicendum, quòd falſitas dicitur non eſſe propria ſenſui; quia non decipitur

Digitiz

tur circa proprium obiectũ: Vnde in alia tranſlatione planius dicitur, quòd ſenſus proprij ſenſibilis falſus non eſt. Phantaſiæ autem attribuitur falſitas; quia repræſentat ſimilitudinem rei etiam abſentis: Vnde quando aliquis conuertitur ad ſimilitudinem rei tanquam ad rẽ ipſam, prouenit ex tali apprehenſione falſitas: Vnde etiam Philoſophus in * quinto metaph. dicit, quòd vmbræ, & picturæ, & ſomnia dicũtur falſa, inquantùm non ſubſunt res, quarum habent ſimilitudinem. Lib. 5. metap. Phyſ. tex. 34. to. 5.

Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procedit, quòd falſitas non ſit in ſenſu, ſicut in cognoſcente verum, & falſum.

Senſus quæſiti.

DEclarat. S. D. ſenſum quæſiti in ipſo reſolutionis exordio concludens ex hoc in ſenſu contingere falſitatem, quòd res aperehendit, vel iudicat aliter, quàm ſint, & ſermo eſt de falſitate formaliter dicta, vt ex dicendis patebit.

Forma Textus.

PRima concluſio. In ſenſu contingit eſſe falſitatem ex hoc quòd apprehendit, vel iudicat res aliter, quàm ſint. Probatur: Falſitas non eſt quærenda in ſenſu, niſi ſicut ibi eſt veritas; at veritas non ſic eſt in ſenſu, vt ſenſus cognoſcat veritatem, ſed inquantùm verã apprehenſionem habet de ſenſibilibus, quod contingit, ex eo, quod apprehendit res, vt ſunt; ergo in ſenſu contingit eſſe falſitatem ex hoc, &c.

Secunda concluſio. Senſus reſpectu proprij obiecti nõ eſt falſus, niſi per accidens; ſed reſpectu ſenſibilis cõmunis, & ſenſibilis per accidens eſt falſus. Probatur: Senſus quædam cognoſcit per ſe primò, & quædam per ſe non primò, & quædam per accidens; ergo reſpectu ſenſibilis proprij non niſi per accidens fallitur: reſpectu verò aliorum falli poteſt. Antecedens probatur: ſenſus ſic ſe habet ad cognoſcendum res, inquantùm ſimilitudo rerum eſt in ſenſu; at ſimilitudo rerum eſt in ſenſu tripliciter, ſcilicet per ſe primò, per ſe non primò, & per accidens; ergo. Huius antecedentis ſingulæ partes ſingulis manifeſtantur exemplis; vt patet in textu. Conſequentia verò prioris entimematis probatur; quia ſenſus directè refertur ad ſenſibilia per ſe primò, ad alia verò ex conſequenti, & per accidẽs. Exceptionem autem illam, niſi per accidens, explicat intelligendam eſſe de hoc accidente, quod eſt indiſpoſitio organi. Quod probat; quia etiam alia paſſiua, propter ſuam indiſpoſitionem deficiẽter recipiunt impreſsionem agentium; & manifeſtatur experimento in organo ſenſus guſtus.

Controuerſia Vnica.

An falſitas ſit in ſenſu formaliter, & propriè.

Senſus quæſiti. & ſententiæ expoſitorum.

DE ſenſibus non ſolùm externis, ſed etiam internis mouetur hæc quæſtio.

A Vaſquez ſupra quæſt. 16. art. 2. capit. 2. negat in ſenſu eſſe formaliter, & propriè veritatem, aut falſitatem, quam ſententiam ſequitur Suarez, diſput. 19. metaphyſ. ſect. 1. numero 16. dicens hanc eſſe mentem D. Thom. in hoc, & ſequenti articulo. Vaſquez. Suarez.

Qui verò docent in rebus eſſe formaliter veritatem, hi conſequenter etiam affirmant in ſenſu reperiri formaliter falſitatem, ob eam rationẽ, quã aſsignat S. Thom. in articulo præcedente; quia, ſcilicet verum, & falſum opponuntur, oppoſita verò ſunt circa idem, atque ideo ibi poteſt eſſe falſitas formaliter, & propriè, vbi veritas formaliter, & propriè reperitur, niſi ex aliqua peculiari condi-
B tione, vel natura, ſolam ſibi vendicet veritatem, vt intellectus Dei, & Beatorum.

Reſolutio.

Explicantur tres modi veritatis, & falſitatis in ſenſu.

SOlet plerumque nominis æquiuocatio, plures de re ſignificata, non ſolùm inter ſe diuerſas, ſed etiam contrarias opiniones generare, quarum veritas, aut falſitas, nulla poteſt alia ratione diſcerni, quàm ex ipſius nominis varia ſignificatio-
C ne perſpecta, prout eidem rei ſecũdùm vnam, aut alteram ſignificationem applicatur. Vt autem colligitur ex quęſtione prima, de Verit. artic. 11. ſicut veritas, ita etiam falſitas tripliciter inuenitur in ſenſu, nimirum cauſaliter, & formaliter dupliciter, ſcilicet, vt res quædã eſt, & vt iudicatiuus eſt: Nam vt ibidem ait S. Doct. In ſenſu dicitur eſſe veritas, vel falſitas dupliciter. Vno modo ſecundùm ordinem ſenſus ad intellectum, & ſic dicitur eſſe ſenſus falſus, vel verus, ſicut res inquantùm, ſcilicet facit veram exiſtimationem in intellectu, vel falſam. Alio modo ſecundùm ordinem ſenſus ad res; & ſic dicitur eſſe veritas, vel falſitas in ſenſu, ſicut & in intellectu, inquantùm ſcilicet iudicat eſſe, quòd eſt, vel non eſſe, quod non eſt. Verùm ſen- S. Thom.
D ſus quatenus ordinem habet ad intellectum dupliciter, poteſt conſiderari. Vno modo, vt res quædã eſt in ſe. Alio modo, vt eſt iudicatiuus alterius rei, ideſt quatenus offert ſuperiori potentiæ, quæ eſt intellectus. Si loquamur de ſenſu ſecundùm ordinem, quem, vt res quædam eſt, habet ad intellectum, ſic nullo modo (inquit) falſitas eſt in ſenſu; quia diſpoſitionem, quam habet ſenſus demonſtrat, ſiue offert intellectui: vt enim ait Auguſtinus in libro de ver. relig. in capit. 36. *ipſi oculi non fallunt nos, non enim enuntiare poſſunt omnino, niſi affectionem ſuam.* Si verò ſermo ſit de ſenſu, prout non ſe ipſum, ſed aliam rem repræſentat intellectui, di- Auguſtin.
E citur eſſe falſus, inquantùm, natus eſt facere falsã æſtimationem in intellectu, licèt non neceſſariò faciat, quod cæteris etiam rebus eſt cõmune. Si denique conſideretur ſenſus, quatenus rebus ab eo cognitis comparatur, ſic in ſenſu eſt veritas, & falſitas, (ait ibidem D. Thom.) per modum, quo eſt in intellectu, prout ſcilicet iudicat de ſenſibilibus, ſiue iudicio naturali, vt de proprijs sẽſibilibus, ſiue collatione quadam, quam facit in nobis vis cogita-

Digitized by Google

gitatiua, cuius eſt iudicare de ſenſibilibus communibus, & ſenſibilibus per accidens; Et quia naturalis actus alicuius rei ſemper eſt vno modo, niſi per accidens impediatur, ideo iudicium ſenſus de ſenſibilibus proprijs ſemper eſt verum, niſi ſit impedimentum in organo, vel medio; ſed in ſenſibilibus per accidens, & communibus, fallitur interdum ſenſus iudicium: Cum ergo veritas formaliter ſumpta ſit æqualitas, per ſe primò quidem intellectus ad rem, ſecundariò autem cuiuſuis potētiæ cognoſcitiuæ, & iudicatiuæ ad rem cognitam, & tandem ipſius rei cognitæ ad vim cognoſcitiuā. Falſitas autem formaliter accepta, ſit inæqualitas alicui ex dictis æqualitatibus oppoſita, conſequēs eſt, eodem modo in ſenſu poſſe inueniri veritatē, aut falſitatem, quo in eo poteſt eſſe æqualitas, aut inæqualitas.

Conſtat autem ſenſum, de re, prout eſt, iudicantem eſſe rei cognitæ formaliter equalem; iudicantem autem de re aliter, quàm ſit, eſſe formaliter inæqualem, vt patet ex dictis in primo articulo; igitur eadem ratione erit etiam ſenſus formaliter verus, aut formaliter falſus. Conſtat præterea, ſenſum, quatenus ſe ipſum ita diſpoſitum repræſentat intellectui, ſemper verum eſſe, vt teſtatur etiā Auguſtinus in dicto libro; quatenus autem res alias à ſe cognitas offert intellectui aliter, quā ſint, non videtur falſus, niſi cauſaliter, & ſecundùm quid, vt etiam ſignificat S. D. diſtinctione tamen vtēdum eſt: Nam ſenſus, qui rem aliter, quàm ſit, cognoſcit, ſi conſideretur, vt ſe ipſum offert intellectui, verus eſt cauſaliter, quamuis in ſe ipſo abſolutè conſiderato ſit falſus formaliter; ſed hæc falſitas materialiter, & per accidens cōuenit ſenſui, quatenus ſe ipſum offert intellectui: Nam, ſiue verus, ſiue falſus ſit in ordine ad obiectum, verè ſemper, qualis in ſe ipſo eſt ſe ipſum intellectui repræſentat, qui hoc ipſo verus eſt, quòd de ſenſus affectione iudicat, pro vt eſt. Si verò ſenſus rem aliter cognoſcens, quàm ſit, conſideretur, pro vt non ſeipſum, ſed rem à ſe cognitam offert intellectui iudicandam, falſus eſt in ſe ipſo formaliter, in ordine verò ad intellectum cauſaliter, & hoc quod eſt eſſe in ſe ipſo falſum formaliter, per ſe conuenit ſenſui, quatenus falſus eſt cauſaliter: Nam ex hoc ipſo, quòd obiectum à ſe inadæquatè cognitū repræſētat intellectui, falſus cauſaliter eſt; Sed, quia cum ſenſus obiecto inadæquatus, ſiue falſus ſe ipſum intellectui repræſentat, non offert eidem inæqualitatis reſpectum, quem habet ad obiectū, ſed ſolùm obiecti cognitionem; qualiſcunq; ſit, æqualitatem, aut inæqualitatem relinquit intellectui aliundè cognoſcendam: ideo quaſi per accidens, & conſequenter ſenſus inadequatus ſe ipſum offerens intellectui, falſus eſt cauſaliter, cum intellectus ex tali repræſentatione falſitatem incurrit; ſicut etiam, cum ſenſus obiecto indæquatus illud offert intellectu; falſus eſt cauſaliter, per ſe loquēdo, concomitanter autem, & per accidens verus eſt etiam cauſaliter, quatenus ſimul ſe ipſum cum ſua cognitione offert, qualis eſt, iudicandum.

A *In cogitatiua eſſe veritatem, & falſitatem, vt cognitam.*

POſtremò recolenda eſt illa diſtinctio, quam ſupra quæſt. 16. art. 2. Cōtrouerſia vnica ex Ferrarienſi notauimus de veritate, nimirum, dupliciter intelligi poſſe, veritatem eſſe propriè in aliquo. Vno modo proprietate rei: Alio modo proprietate loquutionis. Hoc poſteriori modo propriè veritas eſt in ſolo intellectu componente, & diuidente, ſiue iudicante veritatem. Priori verò modo eſt in rebus omnibus, & in ſenſu; in quo tamen ea ratione, qua iudicatiuus eſt modo ſuperius expoſi-
B to, veritas eſt altiori modo, quàm in rebus, ex ſimilitudine quadam ad intellectum iudicantem. Immò, cum cogitatiua propoſitiones formet affirmatiuas, & negatiuas circa particularia, quibus veritatem exprimit à ſe cognitam in actu exercito, veritatem habet ſecundùm locutionis proprietatē, quamuis minus perfectè, quàm intellectus, q rerum naturas, & ſui ad eas æqualitatem abſolutè cognoſcit. Conuenit igitur cogitatiuè veritas propriè ſecundùm locutionis proprietatem, licèt imperfectiori modo, quàm intellectui, & ex ipſius participatione; propter quam cauſam dixit S. Thom. ſupra quæſt. 16. art. 2. veritatem propriè
C loquendo non eſſe in ſenſu, nimirum formaliter, vt ſenſus eſt, quamuis ſit in eo, vt quidam intellectus S.Thom.
eſt participatiuè; vnde & ab Ariſtot. in tertio de Ariſtot.
anima cogitatiua dicitur intellectus paſſiuus. Et eodem modo interpretandum eſt, quod dicitur in hoc, & in ſequenti articulo, veritatem non eſſe in ſenſu vt ſenſus cognoſcat veritatem; ſermo enim eſt de ſenſu formaliter, & ſecundùm ſe, non autē, vt intellectus quidam eſt participatiuè.

Concluſiones deducta, & probata.

PRima cōcluſio. In ſenſu, quatenus ſe ipſum re-
D præſentat intellectui, nulla eſt falſitas. Hæc eſt D. Auguſtini, & D. Tho. & patet ex dictis.

Secunda concluſio. In ſenſu, quatenus repræſentat rem cognitam intellectui, poteſt eſſe falſitas cauſaliter. Hæc ex D. Thom. in hoc articulo, & de veritate quæſtione prima, articulo vndecimo, & patet ex dictis.

Tertia concluſio. In ſenſu apprehendente, & iudicante rem aliter, quàm ſit, eſt falſitas formaliter, & propriè. Hæc etiam probata eſt ratione, & authoritate D. Thom.

Quarta concluſio. In cogitatiua, quatenus participatio eſt intellectiuæ virtutis, eſt veritas vt co-
E gnita, licet imperfectè. Hæc colligitur ex ijs, quæ ſupra retulimus ex dicto articulo 11. de veritate; & ratione ſufficienti fuit probata.

Argumenta, & ſolutiones.

COntra tertiam concluſionem argumentatur Vaſquez. Primò. Ariſtot. lib. 1. de interpret. cap. 1. & in tertio de anima, tex. 22. & 6. Metaph. cap. 2. ait, veritatem, & falſitatem eſſe in ſola intellectus compoſitione, & diuiſione nullam addens

hmu-

Digitized by Google

limitationem,aut explicationem; igitur intellexit abſolutè,omnem veritatis ſpeciem eſſe in compoſitione,& diuiſione, veluti, ſi quis diceret animal non eſſe in aliquo loco, non de vna ſpecie tantùm, ſed de omni etiam dixiſſet.

Reſpondetur,Veritatem analogicè dici de prędictis modis veritatis, ex quibus apud nos primus,& perfectiſsimus eſt ille, quo veritas dicitur de intellectu componente, & diuidente; proprietas autem eſt analogi,vt ſimpliciter prolatum ſtet pro primo: Vnde ad argumentum negatur conſequentia: Exemplum autem de animali non eſt ſimile; quia animal vniuocum eſt, non analogum.

Secundò. Nititur probare Ariſt.cum ait in tertio de anima, intellectum ipſius quod quid eſt, & ſenſus reſpectu proprij ſenſibilis, ſemper eſſe verum,non ſignificaſſe intellectum, aut ſenſum eſſe verum veritate propriè,ſed ſolùm ſe habere in apprehenſione inſtar veri; qui componendo, aut diuidendo dicit aliquid eſſe, vel non eſſe,ex Ariſtot. nono metaphyſ. capit. 12. vbi ait in ſimplicibus, eſſe verum, non tamen falſum, ſed ignorantiam; quia aut apprehenditur res ſimplici conceptu, & tunc non fallitur intellectus;aut non apprehenditur,& tunc non fallitur intellectus,ſed ignorat; ergo voluit ſignificare, in ſimplicium apprehenſione non reperiri propriè veritatem,aut falſitatem, ſed ſolùm aliquid inſtar veri. His alia quędã addit,quę eiuſdem omnino ſunt ponderis.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam; Quia loquitur ibi de ſimplicibus apprehenſis, prout in ſeipſis ſunt,non autem quatenus cognoſcuntur ad modum rerum materialium, quo modo cognoſcũtur ab homine viatore. Interpretationes autem illæ,quas adhibet verbis Ariſt. ſunt omninò voluntariæ.

S. Thom. Tertiò. Carpit expoſitionem D.Tho.ad dictum Ariſt.quòd ſenſus reſpectu proprij,ſenſibilis ſemper eſt verus,ſi potentia ſit rectè diſpoſita, & obiectum rectè applicatum. Hac enim (inquit) ratione ſenſus neque errare poteſt,circa ſenſibile commune;ſed oppoſitum docet Ariſt. ergo hęc interpretatio non conſonat menti Ariſt.

Reſpondetur falſam eſſe primam propoſitionẽ, & rationem reddit S.Doct. de Veritate, quæſt. 1. artic. 11. quia iudicium ſenſus de proprijs ſenſibilibus,ẽſt naturale,iudicium autem de ſenſibilibus communibus,fit à cogitatiua per quandam collationem; naturalis autem actus alicuius rei, ſemper eſt vno modo, niſi per accidens impediatur, vel propter defectum intrinſecum, vel extrinſecũ impedimentum; & ideo iudicium ſenſus de ſenſibilibus proprijs,ſemper eſt verum,niſi ſit impedimentum in organo, vel medio. Sed in ſenſibilibus communibus,& per accidens,interdum iudicium ſenſus fallitur; quia ſcilicet actus eſt non alicuius externi ſenſus,cui ſit applicatio, ſed cogitatiuæ, cui ſimpliciter naturalis non eſt, ſed collatione quadam exercetur.

Quartò. Ariſt.in nono metaphy.cap.12.docet, in ſimplicium cognitione, & apprehenſione ipſius quidditatis intellectum decipi non poſſe, ac pro-

A inde in eo non eſſe falſitatem; ergo multò magis in ſenſu,qui ſimplici notitia percipit obiectum,& nulla ratione componit,nequit eſſe deceptio.

Reſpondetur,nullam eſſe conſequentiam: Nam in ſimplicium cognitione, qua res apprehenduntur, prout in ſeipſis ſunt, idcircò nulla poteſt eſſe falſitas;quia vno duntaxat modo poſſunt attingi, ſicut etiam in ſeipſis vno tantùm modo ſubſiſtunt ſimpliciſsimo; at ſenſibilia cognoſcuntur à ſenſu iuxta modum,& diſpoſitionem ſenſus, & medij, & applicationis ſenſibilis ad ſenſum, quæ omnia multipliciter variari poſſunt,ex qua variatione facilè contingit inæqualitas in ſenſu reſpectu ſenſi-
B bilis.

Contra eandem concluſionem argumentatur Suarez. Cum ſenſus apprehendit rem exteriorem aliter,quàm in re ſit,non tam illam, quàm aliam loco illius apprehendit; ergo non propriè fallitur. Probatur conſequentia:quia ipſe non attribuit illam ſuam apprehenſionem rei in ſe exiſtenti, ſed ſimpliciter illius obiectum ſibi repręſentatum apprehendit; ergo. Suarez.

Reſpondetur primò, falsũ eſſe antecedẽs;quia, cum video Solem, & iudico illum bicubitum, apprehendo eandem illam quantitatem, quæ eſt in Sole, quamuis de illius menſura ſit falſum iudi-
C cium: ſicut etiam ſæpè contingit in figura,quę circa quantitatem eſt,falli, cum apprehenſione eiuſdem omnino quantitatis,cuius eſt illa figura.

Secundò reſpondetur nullam eſſe conſequentiã: Ad probationem dico,probari tantùm in ſenſu nõ eſſe veritatem vt cognitam:quomodo autem ſit in cogitatiua,iam dictum eſt.

Secundò. Imaginatio apprehendens montẽ aureum non fallitur; quia non componit, neque hoc rei attribuit; ergo neque ſenſus,licèt falli dicatur; quia diſcrepat ab illa re, quam pro obiecto habere videtur,quamuis re vera ad illam, vel ad talem modum eius non terminetur eius apprehenſio.

D Reſpondetur falſum eſſe antecedens; ſi ſermo ſit de attributione,quæ fit per enuntiationem: hęc enim non eſt propria cauſa; ſed vera, & propria cauſa eſt; quia imaginatio formans ſibi ſpeciem montis aurei,non iudicat illud eſſe in rerum natura,& ideo falſa eſt etiam conſequentia: continet enim fallaciam,quæ eſt ſecundùm non cauſam vt cauſam; ſenſus igitur ideo falſus eſt; quia iudicat v.c.Solem eſſe bicubitum, cum tamen longè maioris ſit quantitatis:non autem;quia per enuntiationem aliquid illi attribuat; nec oportet cognitionẽ ſenſus terminari ad talem modum ſenſibilis, qualem ipſe apprehendit,ad hoc vt falſus ſit;ſed vt ſit
E verus,alioquin falſitas non eſſet inæqualitas, ſed æqualitas.

Tertiò Ariſt.dicit. *Viſus non errat dicens eſſe colorem ſed quid ſit id, quod eſt infectum colore,vel vbi.* ideſt errat circa ſubiectum,quod eſt affectum colore;at viſus non habet in ſe tunc errorem formaliter,ſed cauſaliter,ſeu occaſionaliter; quia non iudicat per ſe de ſubiecto coloris; non eſt ergo propria nec per ſe falſitas in his ſimplicibus actibus.

Reſpondetur.Viſum errare circa ſubiectum coloris,

ris,quod eſt ſenſibile per accidens; non quia in ...maliter habeat errorem,ſed quia error eſt in ...eratione altioris potentiæ: quę cum actu viſio...qui circa colorem eſt, operatur circa einſdem ...loris ſubiectum, quo fit, vt operatio illius ſupe...ris potentiæ attribuatur viſui, & eadem etiam ...tione eidem attribuatur error contingens in iu...cio ſubiecti; Dicitur ergo, tunc ſenſus eſſe for...aliter falſus,ſed per accidens, id eſt per aliud,ſ. ...r actum alterius potentiæ ſimul cum eo concur...ntis, ac per hoc quodammodo vnitæ cum ipſo ...nſu. In actibus verò,qui proprij ſunt ſenſus,ſatis ...tendimus,quomodo poſsit eſſe falſitas. Vide ēt ...quæ ſcribit Bannes in Commentario præſentis ...ticuli.

ARTICVLVS III.

Vtrum falſitas ſit in intellectu.

AD tertium ſic proceditur. Videtur,quòd falſitas non ſit in intellectu. Dicit enim Auguſt. in *lib. 83. quæſt. Omnis, qui fallitur,id in quo fallitur,nō intelligit; Sed ...ſum dicitur eſſe in aliqua cognitione,ſecun...m quòd per eam fallimur; Ergo in intelle...non eſt falſitas.

2 Præterea: Philoſophus dicit * in tertio ...anima,quòd intellectus ſemper eſt rectus; ...n ergo in intellectu eſt falſitas.

Sed contra eſt, quòd dicitur in tertio de a...ia,quòd vbi compoſitio intellectuum eſt, verum,& falſum eſt; ſed compoſitio intel...uum eſt in intellectu: Ergo verum,& falsū in intellectu.

Reſpondeo. Dicendum, quòd, ſicut res ha...eſſe per propriam formam, ita virtus co...ſcitiua habet cognoſcere per ſimilitudinē ...cognitæ: Vnde,ſicut res naturalis non defi...ab eſſe,quod ſibi competit ſecundùm ſuam ...nam, poteſt autem deficere ab aliquibus ...identalibus,uel conſequentibus: ſicut ho...ab hoc, quod eſt habere duos pedes, non ...m ab hoc,quod eſt eſſe hominem; ita vir...cognoſcitiua non deficit in cognoſcendo ...ectu illius rei,cuius ſimilitudine informa... poteſt autem deficere circa aliquid conſe...ns ad ipſam,vel accidens ei, ſicut * eſt di...n,quòd viſus non decipitur circa ſenſibile ...prium, ſed circa ſenſibilia communia,quę ...ſequenter ſe habent ad ea,& circa ſenſibi...per accidens: Sicut autem ſenſus informa... directè ſimilitudine propriorum ſenſibi...a, ita intellectus informatur ſimilitudine ...dditatis rei: Vnde circa quod quid eſt,in...ctus non decipitur; ſicut neque ſenſus cir... ſenſibilia propria. * In componendo verò,

A vel diuidēdo poteſt decipi, dum attribuit rei, cuius quidditatem intelligit aliquid, quod eā non conſequitur, vel quod ei opponitur. Sic enim ſe habet intellectus ad iudicandum de huiuſmodi, ſicut ſenſus ad iudicandum de ſenſibilibus communibus,vel per accidens. Hac tamen differentia ſeruata,quæ ſupra circa veritatem * dicta eſt, quòd falſitas in intellectu eſſe poteſt,non ſolùm; quia cognitio intellectus falſa eſt: ſed quia intellectus eam cognoſcit,ſicut & veritatem. In ſenſu autem falſitas non eſt,vt cognita,vt * dictum eſt; Quia verò q. 16. art. 2 Ar. præced

B falſitas intellectus per ſe ſolùm circa compoſitionem intellectus eſt, per accidens etiam in operatione intellectus, qua cognoſcit quod quid eſt,poteſt eſſe falſitas, inquantùm ibi cōpoſitio intellectus admiſcetur. Quod poteſt eſſe dupliciter. Vno modo, ſecundùm quòd intellectus diffinitionem vnius attribuit alteri; * vt ſi diffinitionem circuli attribuat homini: 255 429 vnde diffinitio vnius rei eſt falſa de altera. Alio modo, ſecundùm quòd partes diffinitionis componit adinuicem, quæ ſimul ſociari non poſſunt. Sic enim diffinitio non eſt ſolùm falſa

C reſpectu alicuius rei,ſed eſt falſa in ſe; vt ſi formet talem diffinitionem: Animal rationale quadrupes,falſus eſt intellectus ſic diffiniendo propterea,quòd falſus eſt in formando hāc compoſitionem, aliquod animal rationale eſt quadrupes: Et propter hoc in cognoſcendo quidditates ſimplices non poteſt eſſe intellectus falſus; ſed vel eſt verus, vel totaliter nihil intelligit.

Ad primum ergo dicendum, quòd, * quia quidditas rei eſt proprium obiectum intelle- D. 752.

D ctus, * propter hoc tunc propriè dicimur aliquid intelligere, quando reducentes illud in quod quid eſt,ſic de eo iudicamus, ſicut accidit in demonſtrationibus,in quibus nō eſt falſitas: Et hoc modo intelligitur verbum * Aug. quòd omnis, qui fallitur, non intelligit id,in quo fallitur: non autem ita, quòd in nulla operatione intellectus aliquis fallatur. 422 Loco citato.

Ad ſecundum dicendum, quòd intellectus ſemper eſt rectus, ſecundùm quòd intellectus eſt principiorum, circa quæ non decipitur ex eadem cauſa, qua non decipitur circa quòd

E quid eſt: Nam principia per ſe nota ſunt illa, quæ ſtatim intellectis terminis cognoſcuntur ex eo,quòd prædicatum ponitur in diffinitione ſubiecti.

Forma Textus.

PRima concluſio. Falſitas non eſt in intellectu,quod quid eſt,ſed componente, & diuidente. Probatur: Sicut res naturalis non deficit ab eſſe,quod ſibi competit ſecun-

Google

ſecundùm ſuam formam, poteſt autem deficere ab aliquibus accidentalibus, vel conſequentibus; ita virtus cognoſcitiua non deficit in cognoſcendo reſpectu illius rei, cuius ſimilitudine informatur; poteſt autem deficere circa aliquid conſequens ad ipſam, uel accidens ei; ſed intellectus informatur ſimilitudine quidditatis rei; ergo in intellectu circa quod quid eſt non eſt falſitas, in componente autem, & diuidente poteſt eſſe falſitas; dum attribuit rei, cuius quidditatem intelligit, aliquid, quod eam non conſequitur, vel quod ei opponitur. Maior probatur dupliciter; primò. ſicut res habet eſſe per propriam formam, ita uirtus cognoſcitiua habet cognoſcere per ſimilitudinem rei cognitæ; ergo ſicut res naturalis non deficit ab eſſe, &c.

A B

Secundò probatur inductiuè in homine quo ad res naturales, & in ſenſu quo ad virtutes cognoſcitiuas: quia viſus non decipitur circa ſenſibile proprium, &c. vt in textu. Minor autem probatur, ex proportionali ſimilitudine intellectus, & ſenſus; quia, ſicut ſenſus informatur directè ſimilitudine propriorum ſenſibilium, ita intellectus informatur ſimilitudine quidditatis rei; ergo intellectus circa quod quid eſt non decipitur, ſicut neque ſenſus circa ſenſibilia propria. &c.

Secunda concluſio. Falſitas eſt in intellectu componente, ſcilicet formaliter, & obiectiuè. Probatur; quia veritas eſt in eodem intellectu eiſdem modis. Et manifeſtatur ex differentia eius à ſenſu.

C

Tertia concluſio. Falſitas eſt in intellectu, quod quid eſt per accidens. Probatur primò: Falſitas intellectus per ſe ſolùm circa compoſitionem intellectus eſt; ſed cōpoſitio admiſcetur per accidens operationi intellectus, qua cognoſcit quod quid eſt; ergo in ea poteſt eſſe falſitas per accidens. Probatur minor diſtinguendo duos modos, quibus cōpoſitio admiſcetur intellectui, circa quod quid eſt. Vnus eſt, ſecundùm quòd intellectus diffinitionem vnius attribuit alteri; vt ſi diffinitionem circuli attribuat homini: eſt enim falſa vnius rei diffinitio de altera. Alius eſt, ſecundùm quod partes diffinitionis cōponit adinuicem, quæ ſociari non poſſunt; ſic enim diffinitio non ſolùm eſt falſa reſpectu alicuius rei, ſed eſt falſa in ſe, quod manifeſtatur exemplo, vt in textu.

D

Corrolarium. In cognoſcendo quidditates ſimplices non poteſt eſſe intellectus falſus; ſed eſt verus, vel totaliter nihil intelligit.

Controuerſia vnica.

An in ſimplici intellectu, ac præſertim cognoſcente quod quid eſt poſſit eſſe falſitas.

Sententiæ Expoſitorum.

Vaſquez. VAſquez in queſtione præcedente, art. 2. cap. 2. negat in ſimplici intellectu eſſe propriè, & formaliter veritatem, & falſitatem, ſed ait ibi eſſe tantùm aliquid inſtar veri, falſitatem autem nullo modo. Eandem ſententiam ſequitur Suarez diſp. 11 metaphy. ſect. 1. num. 14. dicens, in ſimplicib. conceptibus non eſſe propriè falſitatem, ſeu deceptionem, ſed per metaphoram ei attribui, ſicut rebus ipſis. Sed oppoſitam ſententiam, docent Caietanus ſuper hoc articulo, Ferrarienſis in primo cōtra gent. cap. 59. Zumellus in quæſtione præcedente, art. 2. & Valentia ſuper hoc articulo, & alij expoſitores communiter, quæ eſt etiam manifeſta ſententia D. Tho. in hoc artic. & in dicto capit. 59. Videtur tamen Caietanus à cæteris diſſentire in hoc, quòd ſtatuit coniunctionem diffinitionis cū diffinito propoſitione affirmatiua ſignificatam, pertinere ad primam operationem intellectus; cuius oppoſitum docet Ferrarienſis in dicto capit.

Suarez. Caiet. Ferrarien. A Zumell. Valentia. D. Thom.

E

Reſolutio.

Intellectum noſtrum in nullius quidditatis cognitione falſum eſſe per ſe, ſed poſſe per accidens in compoſitæ quidditatis notitia falſitatem incurrere.

B

SCiendum eſt primò ex D. Tho. & Caietano hic in reſponſione ad primum, quidditatem rei eſſe proprium obiectum per ſe primò perficiens, ac mouens intellectum, quemadmodum color per ſe primò mouet, ac perficit viſum, vt proprium illius obiectum. Cuius ratio multiplex eſt: prima; quia ſpecies intelligibilis primò eſt quidditatis: Nam, ſicut ſenſus informatur directè ſimilitudine propriorum ſenſibilium, ita intellectus informatur ſimilitudine quidditatis rei, vt ait S. D. in textu. Secunda ratio eſt; quia in quod quid eſt clauditur cognitio omnis complexionis, ſiue conuenientis, ſiue diſconuenientis, quo fit, vt tunc propriè dicamur aliquid intelligere, quando reducentes illud in quod quid eſt, ſic de eo iudicamus; vt dicitur in reſponſione ad primum: Vnde, ſi quis perfectè penetraret quidditates rerum, perfectè intelligeret in eis omnes propoſitiones de earum accidētibus, vt hic aduertit Caietanus. Tertia ratio eſt; quia quod quid eſt cognoſcibile eſt ex ſe; complexio verò cognoſci non poteſt, niſi ex quod quid eſt prius apprehenſo; vnde nec principia cognoſcimus, niſi inquantum terminos cognoſcimus, vt ait philoſophus in primo poſteriorum. Denique dubitationes ac difficultates omnes ex, & in quod quid eſt iudicamus, vt dicitur in quarto phyſicorum; Proprium igitur intellectus obiectum, à quo per ſe primo perficitur, & mouetur, eſt quidditas rei. Ex quo ſequitur, vt hic deducit S. D. intellectum noſtrum in cognitione quidditatis per ſe loquendo non falli, ſed ſemper verum eſſe.

C Caietā. D Ariſt.

Secundo. Obſeruandum eſt rerum quidditates eſſe in duplici differentia: Nam quædam ſunt omnino ſimplices nullam habentes compoſitionē ex partibus eſſentialibus, quibus diuerſæ diffinitionis partes correſpōdeant, aut ex natura, ſiue quidditate, & ſuppoſito, quæ intrinſecè differant, per aliquod ſcilicet intrinſecum naturæ limitatiuum, & contractiuum ad hoc ſingulare, quo limitatiuo, diſtinguatur ſuppoſitum à natura, vt latè explicauimus ſupra quæſt. 3. artic. 2. Quædam aliæ ſunt quidditates ex partibus eſſentialibus intrinſecè compoſitæ, ſcilicet ex materia, & forma, quorum ſuppoſita differunt ab eis per intrinſecum naturæ, ſiue quidditatis limitatiuum, & contractiuum; quales ſunt omnes rerum materialium, & ſenſibilium quidditates.

E

Diſ-

Digitized by Google

Differunt autem hæc duo quidditatum genera in ordine ad intellectum, quòd quidditates omnino ſimplices ſecundum ſe cognoſcibiles ſunt ab intellectus ſimplici cognitione: Nam, ſi prout ſunt in ſeipſis, cognoſcantur, vnico, ac ſimplici actu cognoſcuntur, ſicut & ipſæ ſecundùm ſe ſimplices ſunt; quod autem compoſitiua cognitione intelligantur, hoc eis accidit, quatenus à tali intellectu, ſcilicet humano, cognoſcuntur, cuius natura eſt intelligere componendo, & diuidendo; quia eius obiectum proportionatum eſt quidditas rei ſenſibilis, in qua prædictæ, & plures aliæ ſunt compoſitiones, atque ideo talis quidditatis notitiam colligit intellectus ex ipſius quidditatis partibus, vel etiam rei quidditatem habētis; ſumit enim genus à materia, & differentiam à forma, quam differentiam nonnunquam vnius, aut plurium accidentiũ nominibus circumſcribit. Itaque rerum materialium quidditates, cum in ſe ipſis partes habeant componentes, habent etiam vnde per compoſitionem, & diuiſionem ab intellectu noſtro omnium infimo cognoſcantur, componēdo, ſcilicet diffinitionis partes adinuicem, & eas attribuendo diffinito: Cum ergo veritas, vt cognita, & conſequenter etiam falſitas eidem oppoſita ſit in compoſitione, & diuiſione, conſequens eſt, vt in intellectu cognoſcente quod quid eſt eo modo poſſit eſſe veritas, aut falſitas, quomodo poteſt ei admiſceri cōpoſitio, vel diuiſio. Ad cuius euidentiam.

Explicatur radix, & modus falſitatis intellectus incomplexi.

TErtiò conſiderandum eſt; intellectum incomplexum intelligendo, quod quid eſt apprehēdere quidditatem rei in quadam comparatione ad rem; quia apprehendit eam, vt huius rei quidditatem, vt ait S. Tho. in dicto cap. 59. ſubdens. *Vnde, licèt incomplexum, & etiam diffinitio, non ſit ſecūdùm ſe verum, vel falſum, tamen intellectus apprehendens, quod quid eſt dicitur quidem per ſe ſemper eſſe verus, vt patet in tertio de anima, & ſi per accidens poſſit eſſe falſus, inquantùm diffinitio includit aliquam complexionem, vel partium diffinitionis adinuicem, vel totius diffinitionis ad diffinitum, &c.* Quæ doctrina eadē eſt, cum ea, quæ habetur in hoc articulo; niſi quòd hic formalem compoſitionem videtur exprimere, cum ait: *Quod poteſt eſſe dupliciter. Vno modo, ſecundùm quòd intellectus diffinitionem vnius rei attribuit alteri; vt ſi diffinitionem circuli attribuat homini, &c.* Propter quæ verba Caietanus hic ſatis apertè videtur admittere formalem compoſitionem poſſe interuenire in prima operatione intellectus, qua rei quidditatem cognoſcit, vt patet conferenti rationes dubitandi cum reſolutione eiuſdem expoſitoris: Nam, quia (inquit) res, ſicut ſe habet ad eſſe, ita ſe habet ad cognoſci, propterea quantùm differt coniunctio diffinitionis cum diffinito à coniunctione cum cæteris, tantùm intereſt, vt exigatur cognitio illius cōiunctionis ad quod quid eſt, & non ſit neceſſaria cognitio coniunctionis ipſius quod quid eſt cum cæteris: Coniunctio verò diffi-

A nitionis cum diffinito dat diffinitioni, vt ſit quod quid eſt; cum nulla ratio ſit quidditas, niſi quatenus eſt alicuius entis quidditas; non poteſt igitur cognoſci quod quid eſt, niſi cognoſcatur coniunctio diffinitionis cum diffinitio: Nam, ſi cognoſceretur diffinitio neſciendo, cuius rei ſit, non ſciretur quidditas aliqua, ſed tantùm quid ſignificat nomen. Coniunctio autem quidditatis cũ paſſionibus, & alijs non confert diffinitioni, vt ſit quidditas: quoniam abſque illis quidditatis ratio ſaluatur, atque ideo talis coniunctionis non eſt neceſſaria cognitio, vt habeatur notitia qd quid eſt.

Quoniam itaque quod quid eſt eſſentialiter exi-
B git in eſſendo id cuius eſt, oportet etiam, vt in cognoſci illud requirat: atque ideo coniunctio illa ad primam ſpectat operationem intellectus, ſicut & coniunctio partium diffinitionis, quamuis hæc vltima magis. Hæc ferè ad verbum Caietanus: in rationibus autem dubitandi ſermonem fecerat de coniunctione formali, quæ fit per propoſitionem affirmantem diffinitionem de diffinito. Sed Ferra- Ferrarien.
rienſis in dicto cap. 59. ſolam virtualem compoſitionem in cognitione, quod quid eſt interuenire contendit.

Ad cuius euidentiam. Quartò. Notandum eſt, dictum illud S. Thom. nimirum intellectum incom-
C plexum intelligendo quod quid eſt apprehendere quidditatem rei in quadam comparatione ad rē; poſſe dupliciter intelligi. Vno modo, vt comparatio ſe teneat ex parte rei intellectæ, vt ſcilicet ipſa comparatio ſit obiectum cognitum; & hoc modo intelligere eſt cognoſcere hoc habere ad illud cōparationem; & hoc eſt componere: Alio modo poteſt intelligi, vt comparatio ſe teneat ex parte modi intelligendi: quod fit, quando non intelligitur comparatio, ſed actum intelligendi concomitatur, quod non eſt componere, ſed incomplexum tantum dicere, & intelligere; ſcilicet quidditatem non abſtrahendo illam à re, cuius eſt quidditas,
D ſed concipiendo illam, vt huius quidditatem: In quo intelligendi modo nulla interuenit formalis compoſitio; quia intellectus nullam dicit, aut intelligit comparationem, ſed virtualis tãtùm; quia nimirum ex ipſa formatione diffinitionis nata eſt ſequi compoſitio. Implicat enim manifeſtam con- Contra Caiet.
tradictionem intellectũ dicere; homo eſt animal rationale, & hanc eſſe rei ſimplicis intelligētiam: nam vbi vnum de altero prædicatur, ibi eſt conceptuum compoſitio, quæ fit, quando intellectus format in ſe conceptum repræſentatiuum rei, & eius quod de re incomplexe concepit, & conformitatis ad rem, quam per copulam verbalem ſignificat; &
E hoc eſt intellectum cognoſcere, & iudicare ſe eſſe adæquatum rei; cum enim id, quod de re incomplexe concepit, rei ad extra attribuit, iudicat ita eſſe in re, ſicut cōcepit de ipſa, quod eſt cognoſcere, & dicere ſe eſſe adæquatum rei: Nam vt benè aduertit Ferrarienſis in dicto capitulo, cum dicit intellectus hominem eſſe animal, non ſolùm comparatur animal ad hominem, vt ipſum animal extra intellectum eſt, ſed etiam vt eſt ab ipſo intellectu conceptum, in quo importatur comparatio intel-

Digitized by Google

intellectus concipientis illud incomplexum ad rē extra intellectum.

Sēſus verborum S. Thom.

Cum ergo ait Sanct. Thom. intellectum incomplexum intelligendo quod quid eſt apprehendere quidditatem rei in quadam comparatione ad rē, non loquitur de comparatione ſe tenente ex parte rei cognitæ, ideſt quæ cognita ſit vt obiectum ab intellectu, ſed de comparatione ſe tenente ex parte modi; ideſt qua cognoſcitur quidditas, vt huius rei quidditas, in qua nulla interuenit actualis, ſiue formalis compoſitio, ſed tantùm virtualis, vt diximus; De qua interpretandus eſt S.D. cū hic, & alibi dixit in operatione intellectus, qua cognoſcit quod quid eſt, poſſe per accidens eſſe falſitatem, inquantùm ibi compoſitio intellectus admiſcetur, quod autem hic ait S.D. hoc vno modo contingere, quatenus intellectus diffinitionem vnius attribuit alteri, vt ſi diffinitionem circuli attribuat homini, intelligēdum eſt de attributione, quæ fit per comparationem ſe tenentem ex parte modi, quæ virtualiter implicat compoſitionem, & conſequenter falſitatem, & eodem modo interpretandus eſt ſecundus modus falſitatis eiuſdem ſimplicis intellectus, dum ait S.D. intellectum formādo diffinitionem hanc: animal rationale quadrupes, falſum eſſe; quia falſus eſt informando hanc compoſitionē: aliquod animal rationale eſt quadrupes, non enim vult S.Thom. hanc compoſitionem formaliter implicari in cōceptu ſimplici, hoc enim, vt diximus, inuoluit contradictionem, ſed ex formali compoſitione, in qua relucet falſitas, euidenter voluit minus euidentem, & in virtuali compoſitione latētem falſitatem explicare: quaſi diceret; ideo hæc intellectio falſa eſt; quia virtualiter continet illam, quæ falſitatem exprimit, vt cognitam.

Et quia non eſt de ratione quidditatis vt ſic, vt aliquam compoſitionem importet (nam quædam ſunt quidditates omnino ſimplices, quæ, vt ſupra notauimus, ſi; prout in ſeipſis ſunt, cognoſcantur, vnico, ac ſimpliciſſimo actu cognoſcuntur) conſequens ſit, vt intellectus cognoſcens quod quid eſt vt ſic, ſemper ſit verus, vt etiam ſupra ex alio capite cum D.Thom. probauimus, quamuis, vt cognoſcens tale quod quid eſt, nimirum rei compoſitæ, poſſit eſſe falſus, quatenus talis rei, ſcilicet compoſitæ diffinitionem, ſiue quidditatem oportet ipſum per compoſitionem, & diuiſionem inueſtigare, & ſic, cum quadam compoſitione virtualiter in ea remanente formare. Et quia talis inquiſitio compoſitiua præcedens accidit cognitioni, quod quid eſt abſolutè conſideratæ, idcircò non niſi per accidens poteſt eſſe falſus intellectus cognoſcens quod quid eſt, & licèt intellectui cognoſcenti, qđ quid eſt admiſceatur aliquando vera complexio, ac per hoc dicendus eſſe videatur verus per accidens; quia tamen quidditas rei eſt obiectum per ſe primò intellectus, qui per ſe primò per ſpeciem intelligibilem quidditatis informatur, ſicut ſenſus directè, & primò informatur ſimilitudine proprij ſenſibilis, vt hic ait S. Thom. idcircò intellectus intelligens quod quid eſt, ſemper eſt rei adæ- A quatus, & verus per ſe loquendo; quamuis per accidens ex admixta cōpoſitione falſitatem incurrat.

Poſtremò recolenda ſunt ea, quæ in duobus articulis præcedentibus diximus de veritate, & falſitate rerū, & ſenſus; vbi latè probauimus, rebus, & ſenſibus reſpectu propriorum ſenſibilium ineſſe propriè, & formaliter veritatem, quamuis longè alterius rationis ſit hæc veritas, ab ea, quæ conuenit intellectui componenti, & diuidenti, ſiue iudicanti de ipſa veritate, illi hoc ipſo nobiliſſimè, ac perfectiſſimè cōueniente; Multò magis igitur, ac perfectius, quàm rebus, & ſenſibus inerit veritas intellectui cognoſcenti quod quid eſt, cui per B ſpeciem, & cognitionem quidditatis per ſe, & formaliter conuenit cum rebus intellectis æqualitas, vt ſupra de ſenſibus diximus reſpectu propriorū ſenſibilium: Cum enim de homine concipit intellectus hoc, quod eſt animal rationale mortale, hoc ipſo, quod verè talis eſt homo, conſtituitur inter intellectum, & hominem ſic conceptum, ſcilicet vt animal rationale mortale, propria, perfecta, & formalis æqualitas, quæ in hoc conſiſtit, vt quę de re concipit intellectus, illi conueniant, & hoc eſt, quod ſæpè docet Ariſt. 3. de anima, & 9. metaphy. & S.Thom. in hoc capit. Gloſſæ verò, quas prædictis locis adhibent Vaſquez, & Suarez, ſolis qui- C buſdam ſuſpicionibus, parum, aut nihil probabilitatis olentibus ſunt innixæ, vt argumentorum ſolutiones indicabunt. Ariſtot.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

Prima concluſio. Sicut veritas per ſe, formaliter, & propriè poteſt eſſe in intellectu cognoſcente quod quid eſt, vt in quadam re vera, prout etiam eſt in ſenſu, ita poteſt in eo eſſe falſitas per accidens, formaliter tamen, & propriè. Prior pars huius concluſionis eſt D.Thom. in quæſtione præcedente, artic. 2. additis explicationibus ſuperius D factis. Poſterior autem pars probatur; quia oppoſita formaliter, & propriè ſumpta ſunt circa idem; ſed veritas formaliter ſumpta eſt in intellectu cognoſcente quod quid eſt; ergo in eodem poteſt eſſe falſitas formaliter, & propriè. Maior habetur ex tertio articulo huius quæſtionis, vbi probatur falſitatem eſſe in intellectu; quia oppoſita habent ſieri circa idem; conſtat autem hanc propoſitionem non poſſe intelligi, niſi de oppoſitis formaliter ſūptis; quia ſic ſolùm ſunt oppoſita; igitur falſitas formaliter ſumpta poteſt eſſe, vbi veritas eſt formaliter ſumpta. Minor eſt D.Tho. in locis allegatis, vt ibidem oſtendimus. Dicent fortaſsis falſita- E tem poſſe eſſe in intellectu, in quo eſt veritas; non tamen ſecundùm eandem operationem. Sed hoc nihil eſt: quoniam veritatis ſubiectum immediatum non eſt virtus intellectiua, ſed eius operatio; ſi ergo poteſt in hac eſſe veritas propriè, & formaliter, poterit in eadem inueniri falſitas, propriè & formaliter: & confirmatur; quia S.Doct. in hoc articulo, docet in intellectu cognoſcente quod quid eſt poſſe eſſe falſitatem per accidens, ſicut & in ſenſu, in quo ſupra probauimus poſſe eſſe falſita-

tem

Digitized by Google

tem formaliter. Confirmatur ſecundò; quia intellectus,qui per accidēs falſus eſt in cognitione, qđ quid eſt,inæqualitatem habet formaliter, & propriè ad rem cognitam; ergo habet formaliter, & propriè falſitatem:nihil enim aliud eſt falſitas, q̃ cognitionis ad cognitum inæqualitas. Antecedēs patet ex illis duobus modis, quibus ait S. Doct. in operatione intellectus cognoſcētis quod quid eſt eſſe falſitatem. Hanc autem diximus eſſe falſitatē rei; quia,licèt conueniat intellectui ratione cognitionis, non conuenit tamen illi, quatenus cognoſcit,aut dicit ſui ad rem cognitam conformitatē, vel æqualitatem,ſed accidit illi ſecundùm formā, quæ eſt ſimilitudo quidditatis, ſicut & cæteris rebus ſecundùm proprias earum formas competit veritas,aut falſitas,vt docet S.Thom.in hoc artic.

Secunda concluſio.Sicut in ſenſu veritas eſt altiori modo,quàm in rebus cognitione carentibus, & eadem ratione falſitas, ita in intellectu ſimplici veritas,ac falſitas ſunt altiori modo, quàm in ſenſu,& alijs entibus. Probatur; quia hæc intellectui congruunt ſecūdùm nobiliſsimam cognitionem,quæ eſt intelligere; quo modo nec ſenſui,nec cęteris entibus ineſt;Et quia veritas,& falſitas cōueniunt ſenſui, & intellectui ſimplici, quatenus ſunt alia, ceteris verò rebus quatenus in ſuo eſſe conſtituuntur per proprias formas, idcircò alterius eſt rationis veritas,& falſitas cuiuſuis potentiæ à veritate,& falſitate rei non cognoſcentis.Dicitur tamen veritas ſenſus,& intellectus cognoſcētis quod quid eſt veritas rei, ob dictam cauſam; quia ſcilicet,illis non ineſt, vt ſui conformitatem ad rem dicentibus; aut iudicantibus, ſed per ſimplicem formam ad modum aliarum rerum.

Tertia concluſio. In intellectu cognoſcente qđ quid eſt poteſt eſſe falſitas virtualiter dupliciter: Vno modo vt in effectu: Alio modo, vt radice,& quaſi cauſa. Vtraque pars huius concluſionis patet ex dictis: Nam, ſi ex præcedēte compoſitione, & diuiſione,quibus inueſtigatur diffinitio, conſequitur nonnunquam in ea falſitas;igitur ineſt diffinitioni falſitas,vt effectui compoſitionis, & diuiſionis;& quia ex eadem falſa diffinitione apta nata eſt ſequi falſa compoſitio, ſequitur etiam in ea eſſe falſitatem,vt in radice,& quaſi falſitatis cauſa; dico autem,& quaſi cauſa;quia non eſt verè,& propriè cauſa effectiua,ſed potius materia cauſæ, deſt intellectus ex ea componentis, & diuidentis.

Argumenta,& ſolutiones.

Contra primam concluſionem ſunt argumenta Vaſquezij in pręcedente Controuerſia ſoluta. Deinde in 3.cap.ſic arguit.Primò.Eodē modo veritas eſt in vocibus,& in cogitationibus,quibus voces reſpondent; at nulla vox ſimplex extra enuntiationem dicitur vera,aut falſa;ergo nec vlla ſimplex cognitio, probat maiorem; quia voces ſubſtituuntur cogitationibus, licèt immediatè ſignificent res non autem cogitationes,niſi quando ordinantur ad eas ſignificandas. Minorem autem probat; quia, ſi quis audiat hanc vocem homo,
A nondum dicere poteſt, verum eſt, aut falſum eſt; ergo.

Reſpondetur falſam eſſe minorem propoſitionem: Nam ſignum ex inſtituentis,vel vtentis voluntate,dependens ſuam habet veritatem, quatenus rei,ad quam ſignificandam refertur,cōueniētiam habet,ſiue adæquationem,vt ſignum,quamuis non habeat veritatem propoſitionis,quæ adæquationem intellectus vt cognitam ſignificat. De vocum autem immediato, & per ſe primò ſignificato ſatis diximus ſupra quæſt. 13. art. 1.

Replica Vaſquez.

Sed contra hanc reſponſionem ſic argumentatur Vaſquez: Cum dicimus hoc nomen, ignis,eſſe
B verum nomen elementi,ſuperioris, vel hanc vocē, homo,eſſe verum nomen naturæ rationalis, ſemp inuoluitur enunciatio,ac ſi diceremus,verum eſt, hæc nomina his rebus impoſita eſſe; ergo.

Reſpondetur hoc nomen,ignis,hoc ipſo eſſe verum nomen,quòd ad eam ſubſtantiam ſignificandam dirigitur,quam ex impoſitione, & vſu ſignificat; ſicut diffinitio,hoc ipſo vera eſt diffinitio; qa concipitur cum ordine ad proprium diffinitum, cui ſoli conuenit.

Secundò. Principaliter ſic arguit. Simplex apprehenſio nequit vllo modo intelligi cum falſitate; ergo.

C Reſpondetur falſum eſſe antecedens: Nam perſpicuè ſatis oſtendimus cum D. Thom. in conceptione quod quid eſt poſſe per accidens inueniri falſitatem.

Suarez.

Contra eandem concluſionem argumentatur Suarez. Si in conceptu ſimplici poſſet eſſe falſitas propriè propter difformitatem ad aliquas res,nullus eſſet conceptus ſimplex,qui non eſſet falſus reſpectu aliquarū rerum; quia nullus eſt conceptus, qui non habeat difformitatem cum aliquibus rebus,præſertim creaturis; conſequens autem abſurdum eſt;ergo.

Reſpondetur non omnem conceptum ſimplicē
D poſſe eſſe falſum; nec falſitas conuenit conceptui ſimplici ob cauſam in argumento aſsignatam,ſed ſoli diffinitioni;quia ex pluribus eſt collecta,& de illo concepta,cui non congruit, vt ſupra diximus.

Secundò. Simplex apprehenſio non poteſt habere difformitatem cum re, quæ eſt obiectum eius, eſto poſsit eſſe difformis alijs rebus; ergo non poteſt in illa eſſe falſitas. Antecedens probatur,ſiue declaratur; quia habitudo ſimplicis cognitionis ad obiectum eſt per ſimplicem repræſentationem; ergo non poteſt eſſe difformis rei tanquam obiecto repræſentato;probatur conſequentia;quia aut talis res repræſentatur per talem actum cognitionis,vel non, ſi non repræſentatur,non eſt obiectū,
E & ita reſpectu illius non erit falſus talis actus; ſi verò repræſentatur per illum,erit conformitas inter illa; quia neceſſe eſt repræſentans,& repræſentatum habere hanc conuenientiam; ergo etiam reſpectu illius obiecti non erit falſus talis actus; ergo reſpectu nullius obiecti poteſt huiuſmodi actus habere falſitatem.

Singulare notandum.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens: Ad cuius euidentiam ſciendum eſt primò, in intellectu cogno-

gnoſcente quod quid eſt, quando formatur diffinitio ex partibus incompoſsibilibus, vel etiam concipitur de eo, cui non congruit, duo conſiderari: vnum eſt diffinitio, quo ad partes intellectu cõceptas, & ipſum diffinitum, de quo concipiuntur; aliud eſt habitudo partium diffinitionis adinuicẽ, vel totius diffinitionis ad diffinitum.

Secundò obſeruãdum eſt, obiectum intellectus duplex eſſe, aut intelligi poſſe; vnum, quod propriè eſt obiectũ intellectus, & hoc eſt ens, quod vt ſic, eſt intelligibile; quia vnumquodque eſt intelligibile, quatenus eſt actu, eſt autem vnumquodq; actu, quatenus eſt ens, & conſequenter eſt intelligibile, quatenus eſt ens. Itaque ens ex propria ratione formali vendicat ſibi intelligibilitatem, & eadem ratione, vt ſit obiectum intellectus. Aliud autem poteſt intelligi obiectum intellectus, quod ex ſe non eſt intelligibile; ſed quia ad modum entis concipitur ab intellectu, idcircò rationem quandam habet intelligibilis, & conſequenter etiam obiecti intellectus; hoc verò eſt omne id, quod in ſe implicat ens, & non ens; qualis eſt omnis diffinitio conflata ex partibus incõpoſsibilibus; vt hæc; animal rationale quadrupes, & omnis diffinitio formata de eo, cui non congruit. Vt hęc: animal rationale, formata de boue, aut lapide; bos enim, vel lapis, & animal rationale ſunt incompoſsibilia, & implicant ſimul ens, & non ens, ac per hoc ſecundùm ſe non ſunt entia, nec intelligibilia, nec obiecta intellectus.

Reſponſio formalis.

Ad argumentum igitur negatur antecedẽs: Nã, licet intellectus cognoſcẽs dicto modo quod quid eſt non ſit difformis diffinitioni, & diffinito, prout ab ipſo concipitur, tanquam ens intelligibile, & obiectum: difformis tamen eſt cuilibet parti diffinitionis ſecundùm ſe, & materialiter ſumptæ, & toti naturæ entis, quod eſt obiectum naturale intellectus, à quo diſſonat omne id, quod ſimul implicat ens, & non ens, ac per hoc intelligibilitati repugnat; qualem eſſe diximus omnem diffinitionem ex incompoſsibilibus adunatam, vel rei, cui non congruit applicatam, ſiue de illa formatam.

Ad probationem autem antecedentis negatur ſequela; quia ſimplex repræſentatio quidditatis, ſeu diffinitionis ſtat cum incompoſsibilitate partium repræſentatarum inter ſe, vel cum re, de qua formata eſt diffinitio, & conſequenter cum difformitate, & falſitate.

Ad probationem conſequentiæ reſpondetur, propriè, & formaliter loquendo hic nullam rem repreſentari, ſed repręſentari ſimul ens, & nõ ens, quod nec intelligibile, nec obiectum eſt, & naturæ totius entis, quod eſt naturale intellectus obiectũ, eſt difforme; & rurſus conceptio partium incompoſsibilium ad ſingulas partiu naturas, quæ obiecta ſunt, quodammodo difformitatem cognitionis habet: Nam, cum concipio animal rationale quadrupes, concipio aliquid difforme animali rationali ſecundùm ſe, & quadrupedi ſecundùm ſe, & conſequenter conceptio mea difformis eſt obiecto, qua ratione eſt ens, ſcilicet quo ad eius partes: Sicut etiam, cum concipio animal rationale de lapide, difformis eſt mea conceptio, tam diffinitioni, quæ ſecundùm ſe repugnat lapidi, quàm lapidi, cui non congruit illa diffinitio: & conſequenter hæc conceptio non reſpicit aliquod ens, vt obiectum, cui ſit conformis, ſed reſpicit ſimul ens, & non ens, cui conformis quidem eſt, ſed ex hoc ipſo difformis eſt toti naturæ entis, & huic enti, quod eſt animal rationale, & huic, quod eſt lapis, & conſequenter hoc ipſo falſa eſt. In alijs autem ſimplicibus conceptionibus admittimus id, quod concludit argumentum.

Nec eſt ſimile exemplum de imaginatione apprehendente montem aureum; primò; quia talis conceptio non implicat ſimul ens, & non ens. Secundò; quia talis imaginatio de nulla re determinatè concipitur, quòd ſi de aliqua re, puta de tali monte, conciperetur, ſtatim eſſet falſa.

ARTICVLVS IV.

Vtrum verum, & falſum ſint contraria.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd verum, & falſum non ſint contraria. Verum enim, & falſum opponuntur, ſicut quod eſt, & quod non eſt: nam verum eſt id, quod eſt, vt dicit * Aug. Sed quod eſt, & quod non eſt, non opponuntur, vt contraria; Ergo verum, & falſum non ſunt contraria.

100 12 q.64.a.3.3. & 1.d.9.q.1 a.1.8. & Veri. q 1.art.10.5.

Lib.2. ſoliloq. c.5. in fi. to.1.

2 Præterea: Vnum contrariorum non eſt in alio; ſed falſum eſt in verò; Quia, ſicut dicit Auguſtin. * in libro ſoliloqu. Tragędus non eſſet falſus Hector, ſi non eſſet verus Tragędus; Ergo verum, & falſum non ſunt contraria.

Lib.2. Soliloq. c.10 tom.1.

3 Præterea: In Deo non eſt contrarietas aliqua. Nihil enim diuinæ ſubſtantiæ eſt cõtrarium, vt dicit Auguſtin. duodecimo de ciuit.* Dei; ſed Deo opponitur falſitas: Nam Idolum in ſcriptura mendacium nominatur. Ierem. 8. Apprehenderunt mendacium gloſ.* Ideſt, idola; Ergo verum, & falſum non ſunt contraria.

Lib.12. de Ciuit. Dei ca.2. circa fi. to. 5. Et Hier. in illũ locum to.5.

Sed contra eſt, quod dicit Philoſophus in ſecundo periher.* Ponit enim falſam opinionem vere contrariam.

2. periher. c. vlt. to. 5.

Reſpondeo. Dicendum, quòd verum, & falſum opponuntur, vt contraria, & non ſicut affirmatio, & negatio, vt quidam dixerunt. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quòd negatio neque ponit aliquid, neque determinat ſibi aliquod ſubiectum: Et propter hoc poteſt dici tã de ente, q̃ de non ente; ſicut non videns, & nõ ſedens. Priuatio autem non ponit aliquid, ſed determinat ſibi ſubiectum.* Eſt .n. negatio in ſubiecto, vt dicitur 4. Metaphy.* Cęcum enim non dicitur, niſi de eo, quod eſt natum videre.

5 Lib.4. metap. tex.4. Et lib. 5. tex.27. to. 3.

Con-

Contrarium verò,& aliquid ponit, & ſubiectum determinat. Nigrum enim eſt aliqua ſpecies coloris. Falſum autem aliquid ponit. Eſt enim falſum (vt dicit Philoſophus quarto Metaph.) ex eo, quòd dicitur, vel videtur aliquid eſſe, quod non eſt, vel non eſſe, quod eſt. Sicut enim verum ponit acceptionem adæquatam rei, ita falſum acceptionem rei non adæquatã: Vnde manifeſtum eſt, quòd verum, & falſum ſunt contraria. A

Ad primum ergo dicendum, quòd id, quod eſt in rebus, eſt veritas rei, ſed id, quod eſt, vt apprehenſum, eſt verum intellectus, in quo primò eſt veritas. Vnde, & falſum eſt id, quod nõ eſt, vt apprehenſum. Apprehendere autem eſſe, & non eſſe, contrarietatem habet, ſicut probat Philoſophus in ſecundo periherm. * quòd huic opinioni; Bonum eſt bonum, cõtraria eſt: Bonum non eſt bonum. B

Ad ſecundum dicendum, quòd falſum non fundatur in vero ſibi contrario; ſicut nec malũ in bono ſibi contrario, ſed in eo, quod ſibi ſubijcitur. * Et hoc ideo in vtroque accidit; quia verum, & bonum contraria ſunt falſo, & malo, & conuertuntur cum ente: Vnde, ſicut omnis priuatio fundatur in ſubiecto, quod eſt ens; ita *omne malum fundatur in aliquo bono, & omne falſum in aliquo vero. C

Ad tertium dicendum, quòd quia contraria & oppoſita priuatiuè nata ſunt fieri circa idẽ, ideo Deo, prout in ſe conſideratur, non eſt aliquid contrarium, neque ratione ſuę bonitatis, neque ratione ſuæ veritatis; quia in intellectu eius non poteſt eſſe falſitas aliqua. Sed in apprehenſione noſtra habet aliquid contrariũ: nam veræ opinioni de ipſo contrariatur falſa opinio. Et ſic idola, mendacia dicuntur oppoſita veritati diuinæ, inquantùm falſa opinio de idolis contrariatur veræ opinioni de vnitate Dei. D

Forma Textus.

Conclusio eſt. Verum, & falſum opponuntur vt contraria, & non ſicut affirmatio, & negatio, vt quidam dixerunt. Probatur; illud oppoſitum eſt cõtrarium, quòd ponit aliquid, & ſubiectum determinat: ſed falſum, quod eſt oppoſitum vero, ponit aliquid, & ſubiectum determinat; ergo falſum opponitur vero contrariè. Maior probatur ex differentia negationis, priuationis, & contrarij, & exemplo nigri. Minor verò probatur; quia falſum eſt ex eo, quòd dicitur, vel videtur aliquid eſſe, quod non eſt, vel non eſſe, quod eſt; ergo falſum aliquid ponit. Antecedens probatur ex Ariſtot. 4. Metaphy. textu 4. & ratione; quia ſicut verum ponit acceptionem adæquatam rei, ita falſum acceptionem rei non adæquatam.

Controuerſia Vnica.

An falſum ſignificet formaliter acceptionem difformem, aut relationem difformitatis, & an contrariè propriè opponatur vero.

Sententiæ Expoſitorum.

Caietanus dicit quatuor. Primũ eſt. Falſum non ſignificat formaliter acceptionem intellectus, ſeu enunciationem, ſed fundamentaliter tantùm. Secundum eſt. Falſum ſignificat formaliter inadæquationem, ſiue relationem difformitatis. Tertium. Verum, & falſum dupliciter contrariantur, vno modo ratione fundamenti, ideſt acceptionis intellectus, ſeu enunciationis affirmatiuæ, & negatiuæ, quæ ſunt contrariæ; alio modo ex parte termini, ſcilicet rei ſignificatæ, ex cuius mutatione oratio prius vera redditur falſa. Quartum eſt. Contrarietas, quæ eſt in vero, & falſo ex fundamentis, eſt vera, & propria contrarietas, quæ verò eſt ex terminis, aut non eſt vera cõtrarietas, aut talis eſt, qualis inter relatiua eſſe poteſt, & non habet rationẽ contrarietatis ex mutatione termini, ſed oritur ex contrarietate fundamentorum. Caiet.

Bannes ſupra quæſtione præcedente, articulo tertio, dubio vltimo ſequens Capreolum, & Soncinatem, & in hoc articulo docet, verum & falſum ſignificare formaliter acceptionem, ſiue iudicium intellectus, cũ habitudine conformitatis, aut difformitatis ad rem ipſam. Bannes. Capreol. Soncinas.

Eandem ſententiam ſequitur Valentia ſuper hoc articulo, vbi dicit quatuor. Primum eſt, veritatem, & falſitatẽ in diuerſis enuntiationibus opponi contrariè. Secundum eſt, veritatem, & falſitatem, quæ in eadem enunciatione ſuccedunt, non eſſe contrarias, neque oppoſitas. Tertium eſt, in eodem conceptu poſſe ſimul eſſe veritatem, & falſitatem reſpectu diuerſorum, quæ in eo ratione ſola diſtinguuntur. Quartum eſt, veritatem, & falſitatem oppoſitas reſpectu eiuſdem obiecti non poſſe eſſe ſimul realiter; quia idem conceptus non poteſt eſſe conformis, & difformis eidem nullo modo mutato. Valentia.

Suarez diſp. Metaph. ſect. 1. nume. 22. conuenit in ſententia cum Banneſio, & Valentia, & in eius primo, & ſecundo dicto, diſcordat verò in duobus poſtremis eiuſdem dictis. Suarez.

Reſolutio.

E

Proponitur, & explicatur diffinitio contrariorum.

PRæmittenda eſt in primis contrariorum diffinitio ex Ariſt. 10. metaph. tex. 13. vbi ſtatuit hanc diffinitionem. *Contraria ſunt, quæ ſub eodem genere maximè diſtant, et ab eodem ſubiecto, mutuò ſe expellunt.* In qua diffinitione prima illa particula, *quæ*, poſita eſt loco generis, vel communis analogi, ſub quo à cæteris oppoſitis, vel entibus diſtinguun- Ariſt. Diffinitio contrariorum.

guuntur,ac ſi diceret:cōtraria ſunt qualitates,aut rerum naturæ,vel oppoſita. Secunda verò, ſcilicet *ſub eodem genere*, latè interpretanda eſt,vt ſtet indiſtinctè ad genus proximum, & immediatum,& ad genus remotum,ſiue illius ſit ſupremum, ſiue ſubalternum. Rationem huius particulæ communiter aſsignant Metaphyſici ex poſtrema, de qua etiam agit Ariſtot.in 1.& 5.phyſic.vbi docet,non fieri quodlibet ex quolibet,aut in quodlibet tranſmutari,ſed ex contrario in contrarium; non enim calidum tranſmutatur in coloratum, ſed in frigidum;ex quo ſequitur,contraria ita vendicare ſibi vnitatem generis, vt ſpecificam reſpuant vnitatē: nam quæ eiuſdem ſunt naturæ ſpecificæ,ſe mutuò non expellunt ab eodem ſubiecto,ſed magis adiuuant; quia calor remiſſus à calore, & frigus à frigore natum eſt intendi,ac perfici,non autem expelli,& deſtrui. Nec refert,quòd ſubiectum diſtinguatur realiter à contrarijs, vel tantùm formaliter,ſiue ex natura rei,hoc enim accidit ſubiecto, & contrarijs,quatenus ſunt naturæ talis,non autē vt contraria ſunt,vt ex dicendis apparebit. *Diſtantia verò maxima*,quæ tertio loco ponitur,nō eſt intelligenda abſolutè, ſed cum limitatione præcedētis particulæ,ſcilicet ſub eodem genere,& vt extrema ſunt tranſmutationis;vel diſtantia,hic idē eſt, quod differentia,vt ait Phil.in 10.metaphyſ.textu 14. quæ propriè eſt, & tantùm inter ea,quæ ſunt eiuſdem generis.

Nec neceſſe eſt,vt maxima ſit contrariorum diſtantia ſecundùm exceſſum, vt ſcilicet, vtrumque ſit in ſummo intenſionis gradu; ſed ſatis eſt,vt ſit maxima quo ad eorum naturas abſolutè conſideratas infra latitudinem eiuſdem generis,& eiuſdē traſmutationis;quo fit,vt vbi ex vno contrario fieri poteſt ad plura tranſmutatio,vt contingit in habitibus virtutum, quibus duo opponuntur extrema contraria,vtrumque eorum extremè diſtet ab habitu virtutis,hoc quidem, vt huius tranſmutationis eſt terminus; illud autem,quatenus aliā terminat mutationem;quamuis, vbi duorum ad vnū apparent contrariorum oppoſitiones, vel in vnam facilè reduci poſſint, vel vna tantùm ex eis ſit verè,& propriè contrarietas;vt patet ex ijs,quæ tradit Ariſt.in ſecundo perihermenias verſus finem, quæ ibidem latè explicantur à Caietano. Poſtrema tandem particula,ſcilicet,*& ab eodem ſubiecto mutuò ſe expellunt*, de formali, non autem de effectiua expulſione interpretanda eſt: nam hoc ipſo, quòd ex contrarijs vnum recipitur in ſubiecto,alterū,quod præexiſtebat, expelli ab ipſo ſubiecto, & contrarietatis in eum actum exercet. Neque expedit hoc loco materiam hanc latius explicare.

Ariſt. Caiet.

Veri,& falſi ſignificatio.

IAm verò, vt quæſiti punctum propius attingamus,de veri,& falſi ſignificatione, & oppoſitione,quæ D.Thom.& Philoſophi documentis magis conſona videbuntur,ſummatim,ac perſpicuè proponamus. Principio diligenter conſiderādum eſt Diuum Thom.& Ariſt.cum de veri,& falſi con-

D.Thom.

A trarietate differunt, eam ſemper in acceptiones, ſiuè opiniones intellectus oppoſitas ſecundùm affirmationem,& negationem reducere; vt patet ex hoc articulo,& ex ſecundo perihermenias,vbi latè Ariſt. & Caietanus de hac materia diſputant, nullà facta mentione de relationibus æqualitatis, & inæqualitatis, quibus tamen neceſſariò meminiſſe debuerant, ſi in eis formaliter, & eſſentialiter cōſiſtunt rationes veritatis, & falſitatis,& eorum oppoſitio,vt formalis eſſet ſermo,qualis vbique eſt,tam Ariſt.quàm D.Thom. His addamus contrariorum diffinitionem ſuperius poſitam non prędictis relationibus,ſed acceptionibus,ſiuè opi- B nionibus intellectus contradictoriè oppoſitis conuenire. Probat enim philoſophus in dicto lib.huic opinioni,quòd bonum eſt, bonum, non opponi per ſe cōtrariè opinionem dicentem, quòd bonum eſt malum,neque illam, quæ dicit, quòd bonum non eſt appetibile,ſed eam ſolùm,quæ dicit, quod bonum non eſt bonum; cum tamen omnes dictę tres opiniones ſint falſæ,& inæquales obiecto, vt enim ait Ariſtot.hę duę opiniones, videlicet bonum eſt bonum,& bonum non eſt bonum, opponuntur per ſe; aliæ verò ad illam priorem habent oppoſitionem per accidens,ideſt per aliud,nimirū per hoc, quòd virtualiter continent illam poſteriorem pro- C poſitionem,videlicet bonum non eſt bonum. Et vt ibidem notat Caietanus,opiniones,ſeu cōceptiones intellectuales tripliciter accipi poſſunt; vno modo ſecundùm id,quod ſunt abſolutè; alio modo ſecundùm ea,quæ repræſentant abſolutè. Tertiò ſecundùm ea,quæ repræſentant,vt ſunt in ipſis opinionibus. Primo modo ad rem præſentem non pertinent. Secundo verò modo acceptę,videlicet ſecundùm repræſentata abſolutè, oppoſitionē habent contradictoriam,priuatiuam, aut contrariā, iuxta eum oppoſitionis modum,qui in rebus, ſiuè rationibus repræſentatis inuenitur: Vnde hæc enūtiatio mentalis: Socrates eſt videns, conſiderata D ſecundùm id,quod repræſentat,opponitur cōtradictoriè huic: Socrates non eſt videns; priuatiuè autē huic:Socrates eſt cęcus, contrariè verò huic: Socrates eſt luſcus.

Caietan.

Si verò accipiantur opiniones tertio modo, nimirum,prout repręſentata per eas ſunt in ipſis,ſic nulla oppoſitio inuenitur inter eas niſi contrarietas: Nam,ſiuè repræſententur oppoſita contradictoriè,ſiuè contrariè,ſiuè priuatiuè, ſi conſiderentur,prout ſunt in opinionibus ipſis, ſolius oppoſitionis contrariè ſunt capaces; opiniones enim entia realia ſunt,quibus non niſi contraria,& relatiua,quæ ad rem pręſentem non pertinet, congruit E oppoſitio. Non tñ opiniones omnes hoc mō ſumptæ,ſi ſint oppoſitæ,cōtrariæ propriè ſunt,ſed illę dūtaxat,quæ maximè differūt, circa idē in veritate,& falſitate;hę verò ſūt,vt probat Ariſt.opiniones affirmatiuæ,& negatiuæ eiuſdē, de eodē, &c. Reliquæ verò p reductionē ad illas dicūtur cōtrariæ. Cōſtat aūt hæc relationibus æqualitatis, & inæqualitatis formaliter, vel eſſentialiter, nulla ratione congruere; igitur cum hic ait Sanctus Doct. falſum ponere acceptionem rei inadæquatam for-

Ariſtot.

Digitized by Google

formaliter, intelligendus eſt, ita, vt falſum, quod eſt in intellectu, ſignificet eſſentialiter, & formaliter acceptionem, ſiue iudicium, quo intellectus iudicat de re cum habitudine difformitatis ad ipſam; verum autem ſignificet iudicium intellectus de re cum habitudine cõformitatis ad ipſam: quæ habitudo non importatur, niſi vt modus quidã noſtræ intelligentiæ, ſiuè conceptus completiuus, ſiue quo veritatem noſtræ cognitionis circa res intellectas percipere non valemus; ſicut etiam ſupra diximus de veritate rei cum Diuo Thom. de Veritate, quæſt. 1. art. 8. quòd etiam ratione probatur; quia veritas, intellectus eſt perfectio ſimpliciter; ergo nõ eſt eſſentialiter, & formaliter relatio, quę vt ſic abſtrahit à perfectione, & imperfectione; & confirmatur; quia in Deo veritas eſt maxima perfectio, relatio verò cõformitatis ad res intellectas in Deo, eſt relatio rationis, quæ formaliter nullam dicit perfectionem; igitur ſignificat in Deo æternum Dei iudicium, quod habet de ſe ipſo tanquã de primario obiecto, & de alijs in ipſo viſis. — S. Thom.

Sed obſeruandum eſt in eo iudicio intellectus in quo conſiſtit ratio veritatis, aut falſitatis, includi conformitatem, aut difformitatem fundamentaliter ſumptam, quæ in iudicio creato eſt relatio tranſcendens, quæ eſt proximum fundamentum relationis prędicamentalis.

Variata relatione mutari acceptionem de vera in falſam: non tamen veritatem fieri falſitatem.

Opiniones veræ, & falſæ ſunt relatiua ſecundum dici.

POſtremò ſciendum eſt acceptiones, ſiuè opiniones veras, & falſas, quamuis relatiua non ſint ſecundùm eſſe, ſeu predicamentalia, eſſe tamẽ relatiua ſecundùm dici, ſiuè tranſcendentia, ad quæ conſequitur relatio prædicamentalis, vel ſaltem rationis, ſi cognitio non fuerit à rebus dependens, quæ relatio, vt ante diximus, licet non ſit eſſentialiter, & formaliter veritas, complet tamen vt modus neceſſariò cointellectus veritatis, & falſitatis intelligentiam; adeò, vt eo ſublato non poſſit à nobis haberi proprius, & formalis conceptus veritatis, aut falſitatis: Et quia proprium relatiuorum eſt ad mutationẽ alterius acquiri, aut deperdi, ideò relatio etiam tranſcendens æqualitatis, aut inæqualitatis, quæ in acceptione, ſiue opinione noſtra eſt, acquiritur, aut deperditur ad mutationem rei cognitæ, cui dicitur opinio æqualis, aut inæqualis, & conſequenter etiam mutatur acceptio de veritate in falſitatem, aut ècontra; cum veritatis, & falſitatis conceptio formalis haberi non poſsit abſque iam dictæ relationis intelligentia. Nec tamen mutatur veritas in falſitatem, aut è contra; ſed conceptio, quæ abſolutè ſumpta nec veritas eſt, nec falſitas, vtriuſque ſucceſsiuè rationem ſuſcipit; adeo vt abſolutè, & materialiter, ſiue ſubſtantialiter ſumpta rationem habeat quaſi communis ſubiecti reſpectu ſui ipſius, quatenus veritas eſt; quemadmodum etiam in moralibus eadem actio numero ſecundùm eſſe naturæ, quæ nunc ſtudioſa eſt, ſit praua mutata vna, vel pluribus circunſtantijs; nec tamen moralis, bonitas in

A malitiam moralem conuertitur: nam ſi quis paulò ante mediam noctem feriæ ſextæ ſubſequentis carnes comedat, & prætereunte noctis mediecate ab eo cognita perſeuerat in eodem actu, & intentione, certum eſt actionem illam, & intentionem, quæ prius erat bona moraliter, vt ſupponimus, fieri moraliter malam, ex circunſtantia temporis, nec tamen illa, quæ prius inerat huic actui, & intẽtioni bonitas moralis, ſit malitia eidem cõtraria, ita vt ratio temperantiæ, tranſeat in rationem intemperantiæ; ſed actio, & intentio ſecundùm ſpeciem naturæ eſt, vt commune ſubiectum vtriuſque rationis oppoſitæ, & ab vtraque afficitur ſuc-

B ceſsiuè.

Nec obſtant huic noſtræ ſententiæ veritatis diffinitiones in articulo primo quæſtionis præcedentis explicatæ: nam nihil aliud ſignificant, quàm relationem æqualitatis neceſſariò concipiendã eſſe, vt ſit in intellectu ratio veritatis perfecta; vt ẽt annotauit Bannes in artic. 3. præcedentis quæſtionis, dubio vltimo, vel intelligendæ ſunt de æqualitate, & conformitate fundamentaliter ſumpta, ſiue prout eſt relatio tranſcẽdens in iudicio creato. — Bannes.

Et quoniam, vt ſupra dictum eſt de mente Ariſtot. in 2. Perihermenias ſolæ opiniones, ſiuè enunciationes mentales affirmatiuæ, & negatiuæ oppo- — Ariſtot.

C ſitionem habent contrarietatis propriè loquẽdo, cæteræ verò dicuntur contrariæ per reductionem ad iſtas, propterea, cum eadem opinio de re contingente, puta de ſeſsione Petri, quæ prius erat vera; Petro ſedente, redditur falſa eo ſurgente, non eſt propriè in eadem opinione contrariorum ſucceſsio, cum hæc opinio, quatenus falſa, non referatur ad rem, videlicet ſeſsionem, niſi affirmatiue, ſicut etiam referabatur vt vera, cum hic ſit vna acceptio materialiter, & duæ formaliter, & nulla hic ſit oppoſitio affirmationis, & negationis, relinquitur, vt nulla ſit hic propriè contrarietas, ſed impropriè; & communiter, quatenus ſcilicet om-

D ne verum, vt verum, dicitur eſſe contrarium falſo, quatenus falſum, ſicut omne bonum, vt bonum, dicitur eſſe contrarium malo, vt malum eſt. De quo modo contrarietatis locutus fuiſſe videtur Ariſtoteles in Prædicamentis in capitulo de oppoſitis, cum dixit contraria aut contineri ſub eodem genere, aut eſſe diuerſa genera. Naſcitur tamen quodammodo hæc contrarietas ex affirmatione, & negatione, prout hic exponit Caietanus. — A — Caietan.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

E PRima concluſio. Falſum ſignificat formaliter acceptionem intellectus, & connotat relationem inæqualitatis, vt modum; ſicut etiã veritas dicit acceptionem intellectus formaliter, & connotat relationem conformitatis, ſiuè æqualitatis ad rem intellectam. Per relationem autem æqualitatis non intelligimus relationem tranſcendentem, quæ eſt ipſamet acceptio humani intellectus, vt huic complexo, ſiuè rei complexæ cognitæ coaptata, in hac enim eſſentialiter, & formaliter conſiſtit propria ratio veritatis; ſed ſermo eſt de rela-

relatione prædicamentali, aut rationis, conſequenter dictam conceptionis, ſiue acceptionis coaptationem, & in hoc ſenſu ſatis, ex dictis probata relinquitur.

Secunda cõcluſio. Veritas, & falſitas acceptionis affirmatiuæ, & negatiuæ eiuſdem de eodem, & cæt. ſunt verè, & propriè contrariæ. Hæc patet ex dictis.

Tertia concluſio. Veritas, & falſitas, quæ ſucceſsiuè eidem inſunt acceptioni intellectus, non propriè ſunt contrariæ, ſed tantùm ſecũdùm communem rationem veritatis, & falſitatis. Huius explicatio, & probatio habetur ex dictis.

Quarta concluſio. In eodem conceptu non poteſt ſimul eſſe veritas, & falſitas reſpectu diuerſorum, quæ in eo ratione ſola diſtinguuntur. Probatur: Veritas acceptionis, ſiuè conceptus attenditur tantùm in ordine ad obiectum adæquatum, non autem per comparationem ad vnam aliquã, vel plures illius partes; at reſpectu totius adæquati obiecti non poteſt eadem conceptio eſſe ſimul vera, & falſa; alioquin eſſet adæquata, & non adæquata tali obiecto, quod eſt impoſsibile; ergo. Præterea, ſequeretur omnem ferè cognitionem eſſe ſimul veram, & falſam, ſicut etiam eadem qualitas, puta albedo, ſemper eſt ſimilis, & diſsimilis diuerſis qualitatibus comparata.

Vltima concluſio. Veritas, & falſitas eidem acceptioni ſucceſsiuè cõuenientes, eodem etiam modo, nimirum ſucceſsiuè, ſunt idem materialiter, differũt autem formaliter. Probatur; quia veritas, & falſitas idem eſt realiter, quod acceptio; quæ dupliciter ſumi poteſt; vno modo abſolutè; & ſic nec veritas eſt, nec falſitas; alio modo, vt huic obiecto eſſentialiter coaptata, & eidem relatione conformitatis æqualis, velut ſecundùm ſe difformis, & inæqualis; at priori modo eadem eſſe poteſt ſucceſsiuè veritatis, & falſitatis acceptio, vt patet in materia contingenti; puta ſeſsione Petri, non poteſt autem eſſe eadem ratione coaptationis, aut difformitatis, vel ratione relationum, quę ſunt æqualitas, & inæqualitas; ergo ſunt idem materialiter, & differunt formaliter, & eſſentialiter, & confirmatur ex ſimili in moralibus, prout ſupra declarauimus.

Argumenta, & ſolutiones.

Caietan. Contra primam concluſionem argumentatur Caietanus. Poſita hac concluſione ſequitur vnum contrariorũ formaliter tranſire in reliquũ; at hoc non eſt intelligibile, ergo. Probat ſequelam maioris ex prædicamentis, vbi dicit Philoſoph. eandem orationem ſuſcipere verum, & falſum; igitur, ſi tam verum, quàm falſum formaliter ſignificat enuntiationem, oportet, vt vnum contrariorũ formaliter recipiat alterum. Minor autem probatur exemplo: nam percipi non poteſt, quòd albedo fiat nigredo, ſed quòd res, quæ eſt alba, mutetur in nigram.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam in maiori poſitam. Ad probationem dico, verum ſignificare formaliter enuntiationem mentalem, nõ abſolutè, ſed vt coaptatam huic complexè cognito, connotando relationem æqualitatis; materialiter autem ſignificat acceptionem, ſiue enuntiationẽ intellectus abſolute ſumptam, & ſimiliter falſum ſignificat formaliter acceptionem, vt minimè coaptatam rei cognitæ, ſed ab ea difformem, & connotat inæqualitatis relationem, materialiter autem eandem ſignificat acceptionem abſolutè ſumptã, in qua ſucceſsiuè, vt affirmat vltima noſtra concluſio, identificantur.

Valentia huic argumento aliam adhibet ſolutionem; quam acriter impugnat Ripa. Poſſet tamẽ vnico verbo dici, propoſitionem de præſenti ſignificare tempus præſens, vagè, ſiuè indeterminatè; & quia alicui præſenti adæquatur, & alicui non adæquatur, ideo quandoque vera eſt, & quandoque falſa, & quatenus idẽ ſemper tempus reſpicit indeterminatè, & eandem rem ſignificat, puta ſeſſionem Socrati inexiſtentem, contrarietatem ſapit veritatis, & falſitatis; quatenus autem in actu exercito, quando profertur, aut concipitur, non reſpicit, aut ſignificat eandem numero partem temporis, eatenus, quæ in ea ſuccedunt veritas, & falſitas, à contrarietate recedunt. Valentia. Ripa.

Contra quartam concluſionem argumentatur Valentia auct. D. Thom. in hoc articulo in reſponſione ad ſecundum argumentum vbi ait, omne falſum in aliquo vero fundari, & in articulo præcedente dixit, diffinitionem vnius rei eſſe falſam de altera. Valentia.

Reſpondetur, hoc argumento tantùm probari falſitatem rei in aliqua eiuſdem rei veritate fundari, & eundem diffinitionis conceptum poſſe vni rei applicari, ſiuè de vna re formari, reſpectu cuius erit verus modo ibidem explicato, & poſſe ad aliam rem referri, cui non congruit, cuius comparatione erit falſus; & ſermo ibi eſt de veritate, & falſitate, prout congruunt conceptui ſimplici, in quo ſimul eſſe non poſſunt etiam reſpectu diuerſorum; ſicut nec eadem diffinitio, puta, animal rationale, poteſt ſimul cõcipi, vt diffinitio hominis, & vt diffinitio lapidis; ſed noſtra concluſio loquitur de conceptu complexo, & de veritate formaliter, & ſimpliciter dicta.

Contra vltimam concluſionem argumentatur Valentia. Idem conceptus non poteſt eſſe conformis, & difformis eidem nullo modo immutato; ergo veritas, & falſitas oppoſitæ reſpectu eiuſdem obiecti non poſſunt eſſe idem realiter. Valentia.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam; quia, licèt eodem tempore non poſsint vnum eſſe realiter; ſucceſsiuè tamen fieri poſſunt vnum realiter, quatenus idem conceptus abſolutè ſumptus, qui prius materialiter erat veritas, mutata rei diſpoſitione fit materialiter falſitas.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO XVIII.

De vita Dei, in quatuor Articulos diuiſa.

QVoniam autem intelligere viuentium eſt, poſt conſiderationem de ſcientia, & intellectu diuino, conſiderandum eſt de vita ipſius.

Et circa hoc quæruntur quatuor.
Primò quorum ſit viuere.
Secundò, Quid ſit vita.
Tertiò, Vtrum vita Deo conueniat.
Quartò, Vtrum omnia in Deo ſint vita.

Ratio ordinis huius quæſtionis ad præcedentes, & articulorum eius inter ſe.

DVbitant recentiores, an ſit hic proprius huius quæſtionis locus, ex quibus Molina ſic arguit. Si ſumatur vita pro eſſentia, vnde opera vitæ emanant, noſtro intelligendi more antecedit actus intelligendi, ac volendi Diuinos: Si verò pro operatione vitæ, communis eſt cognitioni ac volitioni Diuinæ; igitur hæc quæſtio ante quatuor præcedentes meritò tractari poterat. Reſpondet autem, placuiſſe Diuo Thomæ explicare prius ea, quæ ad cognitionem diuinam ſpectant, atque inde oſtendere vitã in Deo reperiri, quia vita eſſentialis ex operationibus vitæ à nobis cognoſci ſolet, quem dicendi modum ſequitur Vaſquez ſuper hoc articulo, & Suarez libro primo de eſſentia Dei, capit. 3. nume. 11. Cum quibus contendit Ripa dicens, Ariſtotelem ex intelligere Dei, vitam eius colligere, duodecimo Metaphyſices tex. quinquageſimo primo, nec Deum intelligere, quia viuit, ſed Deum potius viuere, quia intelligit, cum præſertim intelligere Dei ſit eius eſſe.

Sed hæc nihil aduerſus prædictos expoſitores concludunt. Non enim colligit Ariſtoteles ex intelligere Dei eiuſdem vitam, prout vita dicit eſſe, niſi à poſteriori, & à notioribus procedẽdo, idem tamen Philoſophus in textu 39. vitam in Deo concludit, prout idem eſt, quod operatio formaliter loquendo; vt patet ex ipſo textu, & expoſitione S. Thomæ, & in hoc ſenſu verum eſt Deum viuere vita perfectiſsima; quia perfectiſsimam habet intellectus, & volũtatis operationem; & quia Dei ſubſtantia actus eſt, deducit Ariſtoteles ipſam Dei ſubſtantiam eſſe vitam, ſicut etiam eſt intelligere, vt probat in textu quinquageſimoprimo. Quamuis autem intelligere Dei ſit eius eſſe formaliter, vt ſupra quæſtione quartadecima, artic. 5. latè defendimus, non tamen ſequitur à priori: more humano loquendo; quia Deus intelligit, ideo viuit, quocunque modo ſumatur viuere: nam, ſi dicat actum primum, conſtat à priori, non poſſe ex actu ſecundo, quale eſt intelligere, deduci actum primum eſſentialem, qui eſt vita; ſi autem viuere di-

A cat actum ſecundum, non infertur ex intelligere, niſi eo modo, quo commune infertur ex ſpeciali, aut idem formaliter ex eodem formaliter, quo ſenſu autem verum ſit, intelligere Dei idem eſſe formaliter, quod eius eſſe, in dicto loco ſatis explicauimus.

Dicendum eſt igitur ideo D. Tho. quæſtionem hanc de vita Dei poſt quæſtionem de ſcientia Dei conſtituiſſe; quia Dei vita perfectiſsima, quocunque modo ſumpta, ex ſola poterat Dei perfectiſsima operatione concludi, vt patet ex art. 3.

Articulorum autem hic eſt ordo: In primo tractatur quæſtio, quia eſt, in communi: nam vitã eſ- B ſe, adeò manifeſtum eſt, vt apud ratione vigentes nullam omnino dubitationem admittat: in ſecundo verò proponitur, ac definitur quæſtio quid eſt de vita vniuerſaliter ſumpta; in tertio deſcenditur ad quæſtionẽ de vita Dei, & diſcutitur ſimul quæſtio an eſt, & quid eſt, & quomodo eſt. In poſtremò demũ articulo diſſeritur de eiuſdem vitæ modo, ſiue perfectione relatiuè ad creaturas: nam ex Diuinæ vitæ ſumma perfectione procedit, vt omniã in Deo exiſtentia non ſolùm dicantur, & ſint viuentia, ſed etiam ſint ipſa vita.

ARTICVLVS PRIMVS.

C *Vtrum omnium naturalium rerum ſit viuere.*

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd omnium rerum naturalium ſit viuere. Dicit enim Philoſophus in octauo phyſ.* quòd motus eſt, vt vita quædã natura exiſtentibus omnibus; Sed omnes res naturales participant motum; Ergo omnes res naturales participant vitam. Lib. 8. phyſic. tex. 1. to. 2.

2 Præterea: Plantæ dicuntur viuere, inquãtùm habent in ſeipſis principium motus augmenti, & decrementi; D Sed motus localis eſt perfectior, & prior ſecundùm naturam, quàm motus augmenti, & decrementi, vt probatur in 8. Phyſico.* Cum igitur omnia corpora naturalia habeant aliquod principium motus localis videtur, quòd omnia corpora naturalia viuant. Lib. 8. & Phyſ. tex. 55. & 57 ſimul to. 2.

3 Præterea: Inter corpora naturalia imperfectiora ſunt elementa; Sed eis attribuitur vita, dicuntur enim aquæ viuæ; Ergo multò magis alia corpora naturalia vitam habent.

Sed contra eſt, quod dicit Dionyſ. 6. cap. de E diuinis nomin.* quòd plantæ ſecundum vltimam reſonantiam vitæ habent viuere. Ex quo poteſt accipi, quòd vltimum gradum vitæ obtinent plantæ; Sed corpora inanimata ſunt infra plantas; Ergo eorum non eſt viuere. Cap. 6. nõ procul à principio.

Reſpondeo. Dicendum, quòd ex his, quæ manifeſtè viuunt, accipere poſſumus, quorum ſit viuere, & quorum non ſit viuere: Viuere autem

Digitized

tem manifeſtè animalibus conuenit. Dicitur enim in libro de vegetabilibus, *quòd vita in animalibus manifeſta eſt: Vnde ſecundùm illud oportet diſtingnere viuentia à non viuentibus, ſecundùm quod animalia dicuntur viuere, hoc autem eſt, in quo primò manifeſtatur vita, & in quo vltimo remanet.

Ariſtot. in lib. 1. de plantis. c. 1. in prin co. 4.

Prim ò autem dicimus animal viuere, quando incipit ex ſe motum habere, & tamdiu iudicatur animal viuere, quamdiu talis motus in eo apparet: quando verò iam ex ſe non habet aliquem motum, ſed mouetur tantùm ab alio, tunc dicitur animal mortuum per defectum vitæ. Ex quo patet, quod illa propriè ſunt viuentia, quæ ſeipſa ſecundùm aliquam ſpeciem motus mouent, ſiue accipiatur motus propriè, ſicut motus dicitur actus imperfecti, ideſt exiſtentis in potentia, ſiue motus accipiatur communiter, prout motus dicitur actus perfecti, prout intelligere, & ſentire dicitur moueri, vt dicitur in tertio de anima, * vt ſic viuentia dicantur, quæcunque ſe agunt ad motum, vel operationem aliquam: ea verò, in quorum natura non eſt, vt ſe agant ad aliquem motũ, vel operationem, viuentia dici non poſsunt, niſi per al quam ſimilitudinem.

Lib. 3. de anima, textu 18. Et lib. 2. tex. 118. to. 2.

Ad primum ergo dicendum, quòd verbum illud Philoſophi, poteſt intelligi vel de motu primo, ſcilicet corporum cœleſtium, vel de motu communiter. Et vtroq; modo motus dicitur, quaſi vita corporũ naturaliũ per ſimilitudinem, & non per proprietatem: Nam motus cœli eſt in vniuerſo corporalium naturarum, ſicut motus cordis in animali, quo conſeruatur vita. Similiter etiam quicunque motus naturalis hoc modo ſe habet ad res naturales, vt quędam ſimilitudo vitalis operationis: Vnde, ſi totũ vniuerſum corporale eſſet vnũ animal, ita quòd iſte motus eſſet à mouente intrinſeco, vt quidam poſuerunt, ſequeretur, quòd motus eſſet vita omnium naturaliũ corporũ.

Ad ſecundum dicendum, quòd corporibus grauibus, & leuibus non competit moueri, niſi ſecundum quòd ſunt extra diſpoſitionem ſuæ naturæ, vtpote cum ſunt extra locũ propriũ: Cum enim ſunt in loco proprio, & naturali, quieſcunt, ſed plantæ, & aliæ res viuentes mouentur motu vitali, ſecundùm hoc, quòd ſunt in ſua diſpoſitione naturali, non autem in accedendo ad eam, uel in recedendo ab ea: immò ſecundum quòd recedunt à tali motu, recedunt à naturali diſpoſitione. Et præterea, corpora grauia, & leuia mouentur à motore extrinſeco vel generante, qui dat formam, uel remouente prohibens, ut dicitur in 8. phyſic. *& ita nõ mouẽt ſeipſa, ſicut corpora uiuentia.

Lib. 8. phyſic. tex. 32. to. 2.

A Ad tertium dicendum, quòd aquę uiuæ dicuntur, quæ habent continuũ fluxũ. Aquę .n. ſtantes, quę non continuantur ad principium continuè fluens, dicuntur mortuę, ut aquę ciſternarum, & lacunarũ. Et hoc dicitur per ſimilitudinem: Inquantùm enim uidentur ſe mouere, habent ſimilitudinem uitę: ſed tamẽ non eſt in eis uera ratio uitæ; quia hũc motum non habent à ſeipſis, ſed à cauſa generãte eas; ſicut accidit circa motum aliorum grauium, & leuium.

B

Forma Textus.

PRima concluſio, quæ non habetur in textu, niſi implicitè eſt. Res naturales non omnes ſunt viuentes. Probatur: Illa propriè ſunt viuentia, quæ ſe ipſa ſecundùm aliquam ſpeciem motus mouent, ſiuè accipiatur motus propriè, ſicut motus dicitur actus imperfecti, ideſt exiſtentis in potentia, ſiuè motus accipiatur communiter, prout motus dicitur actus perfecti, prout intelligere, & ſentire dicuntur motus; at non omnia naturalia ſe ipſam mouent ſecundùm aliquam ſpeciem motus; ergo. Minor relinquitur vt per ſe nota. Maior verò probatur inductiuè in animalibus, in quibus vita eſt ma-

C *nifeſta: Nam primò animal dicitur viuere, quando incipit ex ſe motum habere, & tamdiu iudicatur animal viuere, quandiu talis motus in eo apparet; quando verò iam ex ſe non habet aliquem motum, ſed mouetur tantùm ab alio, tunc dicitur animal mortuum per defectũ vitæ; ergo illa propriè ſunt viuentia, quæ, &c.*

Secunda concluſio. Naturalia omnia poſſunt dici viuentia per quandam ſimilitudinem. Hæc manifeſtatur in reſponſionibus ad primum, & tertium argumentum.

QVæſtio de motu grauium, & leuiũ, quam hic tractat Zumellus, ſpectat ad naturales philoſophos: quorum diſputationes vide in quæſtionibus ad octauum phyſicorum. — Zumelius.

D

Legenda ſunt, quæ hic ſcribit Caietanus circa reſponſionem ad ſecundum, & Ferrar. in ſecundo cont. gent. cap. 47. — Caiet.

ARTICVLVS II.

Vtrum vita ſit quædam operatio.

E AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd vita ſit quædam operatio. Nihil enim diuiditur, niſi per ea, quæ ſunt ſui generis; Sed viuere diuiditur per operationes quaſdam, vt patet per Philoſophum in ſecundo libro de anima; *qui diſtinguit viuere per quatuor, ſcilicet alimento vti, ſentire, moueri ſecundùm locum, & intelligere; Ergo vita eſt operatio quædam.

112 1.2 q 3. a. 2. 3. q 56. art. 1. 2. & 2 q. 19. ar. 7. cor & 1. met co. 5. in princ. tex. 13. & 34. to. 2.

2 Præterea: Vita actiua dicitur alia eſſe à contemplatiua; Sed contemplatiui ab actiuis non

non diuerſificantur, niſi ſecundùm operationes quaſdam; Ergo vita eſt quædam operatio.

3 Præterea: Cognoſcere Deum eſt operatio quædam, hæc autem eſt vita, vt patet per illud Ioan. 17. Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum. Ergo vita eſt operatio.

Sed contra eſt, quod dicit Philoſophus in ſecundo de anima: *Viuere, viuētibus eſt eſſe.

Reſpondeo. Dicendum, quòd (ſicut ex dictis patet*) intellectus noſter, qui propriè eſt cognoſcitiuus * quidditatis rei, vt proprij obiecti, accipit à ſenſu: cuius propria obiecta sūt accidentia exteriora. Et inde eſt, quòd ex his, quę exterius apparent de re, deuenimus ad cognoſcendam eſſentiam rei: Et quia ſic nominamus aliquid, ſicut cognoſcimus illud (vt ex ſupradictis patet *) inde eſt, quòd plerumque à proprietatibus exterioribus imponuntur nomina ad ſignificandas eſſentias rerum: Vnde huiuſmodi nomina, quandoque accipiuntur propriè pro ipſis eſſentijs rerum, ad quas ſignificandas principaliter ſunt impoſita,* aliquando autem ſumuntur pro proprietatibus, à quibus imponuntur, & hoc minus propriè. Sicut patet, quòd hoc nomen corpus, impoſitum eſt ad ſignificandum quoddam genus ſubſtantiarum, ex eo, quòd in eis inueniuntur tres dimenſiones, & ideo aliquando ponitur hoc nomen corpus, ad ſignificandas tres dimenſiones, ſecundùm quòd corpus ponitur ſpecies quantitatis. Sic ergo dicendum eſt, & de vita: Nā vitæ nomen ſumitur ex quodam exterius apparenti circa rem, quod eſt mouere ſeipſum, non tamen eſt impoſitum hoc nomen ad hoc ſignificandum, ſed ad ſignificandam ſubſtantiam, cui conuenit ſecundùm ſuam naturam mouere ſeipſam, vel agere ſe, quocumque modo ad operationem. Et ſecundùm hoc, viuere nihil aliud eſt, quàm eſſe in tali natura, & vita ſignificat hoc ipſum, ſed in abſtracto, ſicut hoc nomen, curſus, ſignificat ipſum currere in abſtracto:*Vnde viuum non eſt prædicatum accidētale, ſed ſubſtantiale: quandoque tamen vita ſumitur minus propriè pro operationibus vitæ, à quibus nomen vitæ aſſumitur, ſicut dicit Philoſophus 9. Ethicorum,* quòd viuere principaliter eſt ſentire, vel intelligere.

Ad primum ergo dicendum, quòd Philoſophus ibi accipit viuere pro operatione vitæ. Vel dicendum eſt melius, quòd ſentire, & intelligere, & huiuſmodi, quandoque ſumuntur pro quibuſdam operationibus, quandoque autem pro ipſo eſſe ſic operātium. Dicitur enim nono Ethicorum,* quòd viuere eſt ſentire, vel intelligere, ideſt habere naturam ad ſentien-

A dum, vel intelligendum: & hoc modo diſtinguit Philoſophus viuere per illa quatuor: Nā in iſtis inferioribus quatuor ſunt genera viuentium, quorum quædam habent naturam ſolū ad vtendum alimento, & ad conſequētia, quę ſunt augumentum, & generatio; quædam vlterius ad ſentiendum, vt patet in animalibus immobilibus, ſicut ſunt oſtrea, quędam vero cum his vlterius ad mouendum ſe ſecundùm locū, ſicut animalia perfecta, vt quadrupedia, & volatilia, & huiuſmodi; quædam verò vlterius ad intelligendum, ſicut homines.

B Ad ſecundum dicendum, quòd opera vitæ dicuntur, quorum principia ſunt in operantibus, vt ſeipſos inducant in tales operationes.

Contingit autem aliquorum operum ineſſe hominibus non ſolum principia naturalia (vt ſunt potentiæ naturales) ſed etiam quædam ſuperaddita, vt ſunt habitus inclinantes ad quædam operationum genera, quaſi per modum naturæ, & facientes illas operationes eſſe delectabiles. Et ex hoc dicitur, quaſi per quandam ſimilitudinem, quòd illa operatio, quæ eſt homini delectabilis, & ad quam incli-C natur, & in qua conuerſatur, & ordinat vitam ſuā ad ipſam, dicitur vita hominis: Vnde quidam dicuntur agere vitam luxurioſam, quidā vitam honeſtam: & per hunc modum, vita cōtemplatiua ab actiua diſtinguitur, & per hunc etiam modum cognoſcere Deum dicitur vita æterna. Vnde patet ſolutio ad tertium.

Forma Textus.

Concluſio eſt. Vita propriè eſt eſſe ſubſtantiale in tali natura; minus verò propriè eſt operatio.
D *Probatur: Nomen vitæ ſumitur ex quodam exterius apparenti circa rem, quod eſt mouere ſe ipſum, non tamen eſt impoſitum hoc nomen ad hoc ſignificandum; ſed ad ſignificandam ſubſtantiam, cui conuenit ſecundùm ſuam naturam mouere ſe ipſam, vel agere ſe quocumque modo ad operationem; ſed hoc eſt eſſe ſubſtantiale, in tali natura; ergo vita ſignificat eſſe ſubſtantiale in tali natura. Maior probatur ex modo, & ordine intellectui noſtro naturali in qualibet re cognoſcenda, et nominanda; vt clarè patet in textu. Minor verò declaratur ex differentia in modo ſignificandi inter vitam, & viuere. Poſtremò probatur ſecunda pars concluſionis author. philoſophi lib. 9. Ethic. cap. 9.*

E

Expoſitio Textus.

Probatio maioris continet doctrinam ſępius repetitam in quæſt. 1. & præſertim art. 2. explicatio verò minoris planior habetur infra quæſtione 54. artic. 1. ad ſecundum, quam etiam paulò latius extendit Ferrarienſis in primo cont. gen. capitulo 98. Ferrarienſis

Dubitari poteſt, an nomen vitæ dicatur analogicè,

gicè,& qua analogia de eſſe ſubſtantiali viuentis, & de eius operatione. Cui dubitationi videtur ſatisfare Sanctus Doctor ex terminis concluſionis, & reſponſione ad ſecundum argumentum: Nam in priori parte cõcluſionis dicitur vitam eſſe prædicatum ſubſtantiale, proculdubio proprium, vt euidenter deducitur ex probatione maioris,& ex ſecunda parte concluſionis, in qua dicitur vitam quandoque ſumi minus propriè pro operationibus vitæ;& in reſponſione ad ſecũdum,de quibuſdam viuentium operibus,dicitur, eas per ſimilitudinem vitam nuncupari; conſtat autem in analogia proportionalitatis propriè dicta analogum commune dici propriè de omnibus analogatis;igitur vita de prædictis duobus modis, nimirum eſſe,& operatione, non dicitur ſecundùm analogiã proportionalitatis propriè dictam, ſed potius ſecundùm eam,quæ metaphoricè fit; de qua ſupra quæſt.13.artic.7.ſatis diximus. De analogia verò attributionis,quæ fit ſecundùm extrinſecam denominationem ceterorum analogatorum à primo, dubitandum non eſt hic aliquo modo interuenire; cum extrinſecæ viuentium operationes ſigna ſint vitæ,multò magis, quàm vrina ſanitatis, atq; ideo ſecundùm habitudinem ſigni commodè intelligi poſsit nomen vitæ ad eas fuiſſe deriuatum. Diffinitur tamen vita, prout eſt eſſe viuentium, per operationes;non quia nomen,& ratio vitæ primò conueniat operationibus,cum, vt diximus,nõ niſi impropriè, & per extrinſecam denominationem poſsit operatio vita nuncupari; ſed ea tãtùm ratione,qua operationes, ſiue motus ab intrinſeco ſunt effectus vitæ notiſsimi,ex quibus in occultæ cauſæ,quæ vita eſt, notitiam deuenimus.

ARTICVLVS III.

Vtrum Deo conueniat vita.

113 1.cõt.c.97 98. 99. & li.4.ca 13. & & lo.14 li.2.co.2. & 2 me le. 6.co.5 & Ar.pręced li.2.de aia tex.36.to. 2.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd Deo non conueniat vita. Viuere enim dicuntur aliqua, ſecundùm quòd mouent ſeipſa, vt dictum eſt.* Sed Deo non cõpetit moueri;Ergo neque viuere.

2 Pręterea:In omnibus,quæ viuunt,eſt accipere aliquod viuendi principium:Vnde dicitur in 2.de anima, * quod anima eſt viuentis corporis cauſa,& principium; Sed Deus non habet aliquod principium;Ergo ſibi non competit viuere.

3 Prætetea:Principium vitę in rebus viuẽtibus,quæ apud nos ſunt, eſt anima vegetabilis,quæ non eſt,niſi in rebus corporalibus; Ergo rebus incorporalibus nõ competit viuere.

Sed contra eſt,quod dicitur in Pſal.83.Cor meum,& caro mea exul.in Deum viuum.

Reſpondeo. Dicendum,quòd vita maximè propriè in Deo eſt.

Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt,

A quòd, cum viuere dicantur aliqua,ſecundùm quòd operantur ex ſeipſis,& non quaſi ab alijs mota,*quantò perfectius competit hoc alicui, 111
tantò perfectius in eo inuenitur vita; in mouẽtibus autem, & motis tria per ordinem inueniuntur: Nam primò finis mouet agentem; agens verò principale eſt, quod per ſuam formam agit, & hoc interdum agit per aliquod inſtrumentum, quòd non agit ex virtute ſuæ formæ,ſed ex virtute principalis agentis. Cui inſtrumento competit ſola executio actionis; inueniuntur igitur quædam,quę mouent ſeipſa

B non habito reſpectu ad formam, vel finem, quæ ineſt eis à natura, ſed ſolùm quantùm ad executionem motus,ſed forma, per quam agunt,& finis,propter quem agunt,determinãtur eis à natura,& huiuſmodi ſunt plantę,quę ſecundùm formam inditam eis à natura, mouent ſe ipſas ſecundùm augmentum,& decrementum.* Quædam verò vlterius mouent ſe- 38,
ipſa,non ſolùm habito reſpectu ad executio- 369
nem motus,ſed etiam quantùm ad formam, quæ eſt principium motus,quam per ſe acquirunt,& huiuſmodi ſunt animalia, quorum mo

C tus principium eſt forma non à natura indita, ſed per ſenſum accepta: Vnde, quantò perfectiorem ſenſum habent, tantò perfectius mouent ſeipſa: Nam ea,quæ non habent niſi ſenſum tactus, mouentur ſolùm infra ſeipſa motu dilatationis,& conſtrictionis,ut oſtrea parũ excedentia motum plantę. Quę uerò habent uirtutem ſenſitiuam perfectam, non ſolùm ad cognoſcendum coniuncta,& tangentia, ſed & ad cognoſcendum diſtantia, mouent ſe ipſa in remotũ motu proceſsiuo. Sed quamuis huiuſ-

D modi animalia, formam,quæ eſt principiũ motus per ſenſum accipiant,non tamen per ſeipſa præſtituunt ſibi finem ſuæ operationis, uel ſui motus; ſed eſt eis inditus à natura,cuius inſtinctu ad aliquid agendum mouentur per formam ſenſu apprehenſam:Vnde ſupra talia a- 411
nimalia ſunt illa,quę mouent ſeipſa, * etiam habito reſpectu ad finem, quem ſibi præſtituunt. Quod quidem non fit,niſi per rationem, & intellectum, cuius eſt cognoſcere proportionem finis,& eius quod eſt ad finem,*& vnũ 2 500
ordinare in alterum: Vndè perfectior modus

E uiuendi eſt eorum,quæ habent intellectũ; hęc enim perfectius mouent ſeipſa. Et huius eſt ſignum,quòd in uno, & eodem homine uirtus intellectiua mouet potentias ſenſitiuas,& potentiæ ſenſitiuę per ſuum imperium mouent organa,quę exequuntur motum. Sicut etiam in artibus uidemus, quòd ars, ad quam pertinet uſus nauis, ſcilicet ars gubernatoria, pręcipit ei,quę inducit formam nauis,& hęc pręcipit

Digitized by Google

cipit illi, quæ habet executionem tantùm in diſponendo materiam: Sed quamuis intellectus noſter ad aliqua ſe agat, tamen aliqua sũt ei præſtituta à natura, ſicut ſunt prima principia, circa quæ non poteſt aliter ſe habere; & vltimus finis, quem non poteſt non velle:* Vnde licet, quantùm ad aliquid moueat ſe, tamẽ oportet, quòd quantùm ad aliqua ab alio moueatur; Illud igitur, cuius ſua natura eſt ipſum eius intelligere, & cui id, quod naturaliter habet, non determinatur ab alio, hoc eſt, q̃d obtinet ſummum gradum vitæ; tale autem eſt Deus: vnde in Deo maximè eſt vita. Vnde Philoſophus in 12. metaph.* oſtenſo, quòd Deus ſit intelligens, concludit, quòd habeat vitam perfectiſsimam, & ſempiternam; quia intellectus eius eſt perfectiſsimus, & ſemper in actu.

114 407

Lib. 12. meta tex. 51. tom. 3.

Ad primum ergo dicendum, quòd ſicut dicitur in 9. metaph.* duplex eſt actio. Vna quæ tranſit in exteriorem materiam, vt calefacere, & ſecare. Alia quæ manet in agente, vt intelligere, ſentire, & velle;* quarum hæc eſt differentia; Quia prima actio non eſt perfectio agentis, quod mouet, ſed ipſius moti; ſecunda autem actio eſt perfectio agentis: Vnde; quia motus eſt actus mobilis, ſecunda actio, inquantùm eſt actus operantis, dicitur motus eius ex hac ſimilitudine, quòd ſicut motus eſt actus mobilis, ita huiuſmodi actio eſt actus agentis, licèt motus ſit actus imperfecti, ſcilicet exiſtẽtis in potẽtia: huiuſmodi autem actio eſt actus perfecti, ideſt exiſtentis in actu, vt dicitur in 3. de anima; Hoc igitur modo, quo intelligere eſt motus, id quod ſe intelligit, dicitur ſe mouere. Et per hunc modum etiam Plato poſuit, quòd Deus mouet ſeipſum, non eo modo, quo motus eſt actus imperfecti.

Lib. 9. metaph. tex. 16. to...

415 175 elij

Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut Deus eſt ipſum ſuum eſſe, & ſuum intelligere, ita, & ſuum viuere. Et propter hoc ſic viuit, quòd non habet viuendi principium.

Ad tertium dicendum, quòd vita in iſtis inferioribus recipitur in natura corruptibili, quæ indiget, & generatione ad conſeruationẽ ſpeciei, & alimento ad conſeruationem indiuidui. Et propter hoc in iſtis inferioribus non inuenitur vita ſine anima vegetabili, Sed hoc non habet locum in rebus incorporalibus.

Senſus quæſiti.

Diſcutitur in hoc articulo, triplex quæſtio de vita Dei, ſcilicet, an ſit, quid ſit, & quomodo ſit, vt perſpicuè textus indicat. Amplior eſt quęſito reſponſio, ſed quaſi per accidens; quia, ſ. ſolutio primæ quæſtionis, quæ ſola expreſsè propoſita eſt in titulo, reliquarum implicat ſolutiones. Ver-

A bum autem; *conueniat* formaliter accipiẽdum eſt, vt hic aduertit Caietanus. Caiet.

Forma Textus.

*Concluſio eſt. In Deo maximè eſt vita. Probatur: Illud, cuius ſua natura eſt ipſum eius intelligere, & cui, id, quod naturaliter habet, non determinatur ab alio, hoc eſt, quod obtinet ſummum gradum vitæ; at Deus tale ens eſt; ergo in Deo maximè eſt vita. Minor patet ex dictis in quæſt. 14. Maior probatur: quantò perfectius aliquid operatur ex ſe ipſo, & non quaſi ab alio motum, tantò perfectius in eo inuenitur vita; at il-*B *lud, cuius ſua natura eſt ipſum eius intelligere, &c. perfectiſsimè operatur ex ſe ipſo, & non quaſi ab alio motum; ergo illud, cuius ſua natura eſt ipſum eius intelligere, &c. Maior huius argumenti probatur; quia viuere dicuntur aliqua, ſecundùm quòd operantur ex ſe ipſis, & non quaſi ab alijs mota; ergo quantò perfectius aliquid operatur, &c. Minor autem probatur ordinando, & explicando ſingulos viuentium gradus, vt perſpicuè patet in textu, addita etiam expoſitione Caietani. Secundò probatur etiam maior principalis argumẽti, ex proceſſu Ariſt. 12. metaph. tex. 51.*

Expoſitio Textus.

C Circa ſecundum viuentium gradum, moueri poſſet dubitatio de ſenſu agente; an ſcilicet in parte ſenſitiua detur ſenſus agens, cuius uirtute animalia ſenſibiles ſibi formas acquirant. Sed hęc philoſophorum eſt propria, & tractatur in ſecundo de anima. Quomodo vera reiecta facultate sẽſus agentis, dicantur animalia ſibi formam acquirere, quã ſemetipſa mouent, hic explicat ſubtiliter Caietanus. Et eadem quæſtio moueri poſſet de ſpeciebus Angelorum à Deo mentibus eorum infuſis, quæ facilè ſoluitur ex eadem Caietani doctrina. An autem, & quomodo Deus ſeipſum moueat, cum ſit puriſsimus actus omni potentialitate carens, atque ideo prorſus immobilis, vt probauit. S. Thom. ſup. quæſt. 9. art. 1. ex ijs, quæ ibidem ſcripſimus, perſpicuè cernitur: quibus nunc addimus, in hoc, quod eſt mouere ſeipſum, duo conſiderari; vnum, quod imperfectionem claudit viuentibus creatis cõmunem, aliud, quod eſt perfectio ſimpliciter abſque vlla imperfectione. Id, quod imperfectionem claudit, eſt exitus de potentia ad actum, ſiuè de actu primo ad ſecundum, tranſitus ex vna operatione ad aliam, diſtinctio realis operationis à potentia, & ſubſtantia operantis, quę in Deum cadere nulla ratione poſſunt, vt ſuperius oſtenſum eſt, quæſt. 3. & nona; illud verò, quod in moueri à ſeipſo perfectio eſt, multiplex eſt, & ad hoc pertinet primò habere intra ſe, & ex ſe propriè operationis principia, non ab alio extrinſeco quouis modo deriuata, ſiue illa pertineant ad cauſam efficientem, ſiuè ad formalem, aut ad finalẽ; vt latè explicatur in textu; ad ſummam etiam talis motus perfectionem attinet identitas ſubſtantiæ, & potentiæ cum operatione, quæ in ſolo Deo reperitur. Denique perpetua, & perfecta intelle-

Caiet.

D

E

ctus,

Digitized by Google

ctus,& voluntatis actualitas ad eandem pertinet perfectionem; vt docet. Ariſt. 12. Metaph. tex. 39. & 51. Reſecatis igitur prædictis omnibus imperfectionibus ea tantùm, quæ denotãt perfectionem, Deo ſunt attribuenda.

Bannes. Suarez. Videnda ſunt etiam, quæ hic ſcribit Bannes,& Suarez lib. 1. de eſſentia Dei, cap. 3. num. 11. vſq; ad 13.

ARTICVLVS IV.

Vtrum omnia ſint vita in Deo.

114 1. contra g. 1. ſin. Et veri qu 4. art. 8. AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd non omnia ſint vita in Deo. Dicitur enim Actorum decimoſeptimo. In ipſo viuimus, mouemur, & ſumus; ſed non omnia in Deo ſunt motus; Ergo non omnia in ipſo ſunt vita.

2 Præterea: Omnia ſunt in Deo, ſicut in primo exemplari; Sed exemplata debent conformari exemplari; Cùm igitur non omnia, viuant in ſeipſis, videtur, quòd non omnia in Deo ſint vita.

Lib de vera relig. c. 29. circa med. to. 1. 3 Præterea. Sicut Aug. dicit in lib. de vera * relig. Subſtantia viuens eſt melior qualibet ſubſtantia non viuente; Si igitur ea, quæ in ſeipſis non viuũt, in Deo ſunt vita, videtur, quòd verius ſint res in Deo, quàm in ſeipſis; Quod tamen videtur eſſe falſum, cum in ſeipſis ſint in actu, in Deo verò in potentia.

4 Præterea: Sicut ſciuntur à Deo bona, & ea, quæ fiunt ſecundùm aliquod tempus: ita mala, & ea, quæ Deus poteſt facere; ſed nunq̃ fiunt; Si ergo omnia ſunt vita in Deo, inquantùm ſunt ſcita ab ipſo, videtur, ꝙ etiam mala, quæ nunquã fiunt, ſunt vita in Deo, inquantũ ſunt ſcita ab eo. Quod videtur inconueniens.

Ita legit, & diſtinguit. Au. tract. 1. ſuper Io ann. Sed contra eſt, quod dicitur Io. 1. Quod factũ eſt, in ipſo vita erat; ſed oĩa præter Deum facta ſunt; ergo omnia in Deo ſunt vita.

Ar. præced. Reſpondeo. Dicendum, quòd, ſicut dictum eſt,* viuere Dei eſt eius intelligere; in Deo autem eſt idem intellectus, & quod intelligitur, & ipſum intelligere eius.* Vnde quicquid eſt
83
603 in Deo vt intellectum, eſt ipſum viuere, vel vita eius: vnde, cùm omnia quæ facta ſũt à Deo, ſint in ipſo vt intellecta, ſequitur, quòd omnia in ipſo ſunt ipſa vita diuina.

Ad primum ergo dicendum, quòd creaturæ in Deo eſſe dicuntur dupliciter. Vno modo, inquantùm continentur, & conſeruantur virtute Diuina: ſicut dicimus ea eſſe in nobis, quæ ſunt in noſtra poteſtate. Et ſic creaturæ dicuntur eſſe in Deo, etiam prout ſunt in proprijs naturis. Et hoc modo intelligendum eſt verbum Apoſtoli dicentis. In ipſo viuimus, mouemur, & ſumus; quia etiam noſtrum viuere, & noſtrum eſſe, & noſtrum moueri, cauſantur à Deo. Alio modo dicuntur res eſſe in Deo, ſicut in cognoſcente. Et ſic ſunt in Deo per proprias rationes, quæ non ſunt aliud in Deo ab eſſentia diuina: Vnde res, prout ſic in Deo ſunt, ſunt eſſentia diuina; Et quia eſſentia diuina eſt vita, non autem motus, inde eſt, quòd res hoc modo loquendi in Deo non ſũt motus, ſed vita.

Ad ſecundum dicendum, quòd exemplata oportet conformari exemplari ſecundùm rationem formæ, non autem ſecundùm modum eſſendi: Nam alterius modi eſſe habet forma quandoque in exemplari, & in exemplato. Sicut forma domus in mente artificis habet eſſe immateriale, & intelligibile; in domo autem, quæ eſt extra animam, habet eſſe materiale, & ſenſibile: Vnde, & rationes rerũ, quæ in ſeipſis non viuunt, in mente diuina ſunt vita; quia in mente diuina habent eſſe diuinum.

Ad tertium dicendum, quòd, ſi de ratione rerum naturalium non eſſet materia, ſed tantũ forma, omnibus modis veriori modo eſſent res naturales in mente diuina per ſuas ideas, quã in ſeipſis: Propter quod, & Plato poſuit, quòd homo ſeparatus erat verus homo; homo autem materialis eſt homo per participationem; Sed quia de ratione rerum naturalium eſt materia,* dicendum, quòd res naturales 161
verius eſſe habent ſimpliciter in mẽte diuina, quàm in ſeipſis; quia in mente diuina habent eſſe increatum; in ſeipſis autem eſſe creatum; Sed eſſe hoc, vtpotè homo, vel equus, verius habent in propria natura, quàm in mente diuina; quia ad veritatem hominis pertinet eſſe materiale, quod non habent in mente diuina: Sicut domus nobilius eſſe habet in mente artificis, quàm in materia; ſed tamen verius dicitur domus, quæ eſt in materia, quàm, quæ eſt in mente; quia hæc eſt domus in actu, illa autẽ domus in potentia.

Ad quartum dicendũ, quòd licèt mala ſint in Dei ſcientia, inquãtùm ſub Dei ſcientia cõprehenduntur,* non tamen ſunt in Deo, ſicut 98
creata à Deo, vel conſeruata ab ipſo; neq; ſicut habentia rationem in Deo. Cognoſcuntur enim à Deo * per rationes bonorum: Vnde nõ poteſt dici, quòd mala ſint uita in Deo. D. 73.
Ea uerò, quæ ſecundùm nullum tempus ſunt, poſſunt dici eſſe uita in Deo, ſecundùm quòd uiuere nominat intelligere tantùm, inquantùm intelliguntur à Deo, * non autem, ſecundùm quòd uiuere importat principium operationis. 91

For-

Forma Textus.

Concluſio eſt. Omnia in Deo ſunt vita Diuina. Probatur: quidquid eſt in Deo vt intellectum, eſt ipſum viuere, vel vita eius; ſed omnia, quæ facta ſunt à Deo, ſunt in ipſo vt intellecta; ergo omnia in Deo ſunt vita Diuina. Minor patet ex quæſt. 14. Maior probatur: viuere Dei eſt eius intelligere; ſed in Deo idem eſt intellectus, & quod intelligitur, & ipſum intelligere; ergo quidquid eſt in Deo, vt intellectum, eſt ipſum viuere, vel vita eius.

Tota huius articuli doctrina diligenter eſt conſideranda, & memoriæ comendanda, cum ſubtili, & egregia interpretatione Caietani; quia multa continet ſcitu digniſsima, & pluribus Diuinæ ſcripturæ locis intelligendis, non ſolùm eſt oportuna, ſed etiam neceſſaria.

QVAESTIO XIX.

De voluntate Dei, in duodecim articulos diuiſa.

Poſt conſiderationem eorum, quæ ad diuinam ſcientiam pertinent, conſiderandum eſt de his, quæ pertinent ad voluntatem diuinam, vt ſit prima conſideratio de ipſa Dei uoluntate. Secunda de his, quæ ad uoluntatē abſolutè pertinent. Tertia de his; quæ ad intellectū in ordine ad uoluntatem pertinent.

Circa ipſam autem uoluntatem quæruntur duodecim.

Primò, Vtrum in Deo ſit uoluntas.

Secundò, Vtrum Deus uelit alia à ſe.

Tertiò, Vtrum quicquid Deus uult, ex neceſsitate uelit.

Quartò, Vtrum uoluntas Dei ſit cauſa rerū.

Quintò, Vtrum uoluntatis diuinæ ſit aſsignare aliquam cauſam.

Sextò, Vtrum uoluntas diuina ſemper impleatur.

Septimò, Vtrum uoluntas Dei ſit mutabilis.

Octauò, Vtrum uoluntas Dei neceſsitatem rebus uolitis imponat.

Nonò, Vtrum in Deo ſit uoluntas malorum.

Decimò, Vtrum Deus habeat liberum arbitrum.

Vndecimò, Vtrum ſit diſtinguenda in Deo uoluntas ſigni.

Duodecimò, Vtrum conuenienter circa diuinam uoluntatem ponantur quinque ſigna.

A *Ratio ordinis huius quæſtionis ad præcedentes, & articulorum eius inter ſe.*

In introductione præſentis quæſtionis, & in corpore primi articuli. S. D. reddit rationem ordinis eius ad præcedentes. Voluntas enim præexigit intellectum in actu, & cum conſequitur, ſicut inclinatio formam.

Continet hæc quæſtio duodecim Articulos legitimè diſpoſitos: Nam primò. S. Thom. agit de Voluntate diuina proprie dicta in primis decem articulis. Secundo de eadem metaphorice ſumpta in duobus vltimis; in quibus agitur de voluntate ſi-
B gni, quæ metaphoricè dicitur voluntas.

Circa primum tractat primò quæſtionem, An ſit diuina voluntas in primo articulo. Secūdo queſtionem quid ſit in eodem primo articulo, & ſecundo, & tertio, in ordine ad bonum; tertiò quæſtionē qualis ſit diuina voluntas, à quarto articulo vſque ad octauum incluſiuè: in quibus agit de qualitatibus diuinæ voluntatis in ordine ad bonum, in nono reddit ad quæſtionem quid eſt diuinę voluntatis per ordinem ad malum. Denique in decimo articulo tractat qualitatem, ſiuè modum intrinſecū eiuſdem diuinæ voluntatis, qui eſt libertas; quæ neceſſariò præexigit notitiam ordinis eiuſdem volū
C tatis ad bonum. & ad malum; vt patet ex diſcurſu dicti articuli additis argumētorum ſolutionibus.

Circa ſecundum tradit primo quid eſt, in ordine ad per ſe primò obiectum, quod eſt diuina bonitas, in primo articulo; ſecundo in ordine ad obiectum ſecundarium, in ſecundo; Tertio modum intrinſecum eiuſdē voluntatis in ordine ad vtrūq; obiectum, in tertio articulo.

Circa tertiū quæritur primò cauſalitas in quarto articulo; quæ, vt ſupra quæſt. 14. art. 8. notauimus cum Caietano, ad qualitatem pertinet. Secundò efficacitas eiuſdē cauſalitatis in quinto, & ſexto; Tertiò immutabilitas in ſeptimo artic. Quartò
D neceſsitas ex parte volitorum; quorum vtrumque ad modum cauſandi, & ad efficacitatem videtur pertinere, primò quidem voluntatis immutabilitas, ſecundò autem neceſsitas volitorum; de qua agitur in octauo articulo. De cauſalitate verò, quæritur primò. An Dei voluntas ſit cauſa abſolutè in quinto artic. ſecundò, an ſit prima cauſa, vel potius habeat aliam cauſam, in 6. articulo.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum in Deo ſint voluntas.

E Ad primum ſic proceditur. Videtur, quòd in Deo nō ſit voluntas. Obiectum enim voluntatis eſt finis, & bonum; ſed Dei non eſt aſſignare aliquem finem; Ergo voluntas non eſt in Deo.

315 3 q. 8. ar. 1 cor. Et 1. diſt 45. ar. 1. Et 1. cont. c. 72 & 73. §. 2. & li. 4. c. 19 Et ver. q. 23 a. 1. Et opuſ. 3 c. 32. & 33.

2 Præterea: Voluntas eſt appetitus quidā; appetitus autem, cùm ſit rei non habitæ, imperfectionem deſignat, quæ Deo non compe-

 tit;

git; Ergo voluntas non eſt in Deo. A

3 Præterea: Secundum Philoſophum in 3. de anima*, voluntas eſt mouens motum; Sed Deus eſt primum mouens immobile, vt probatur 8. Phyſic.* Ergo in Deo non eſt voluntas.

Lib. 3. de anima tex. tu 54. Lib. 8. phy ſic. tex. 49. …

Sed contra eſt, quòd dicit Apoſtolus Rom. 12. Vt probetis, quæ ſit voluntas Dei.

Reſpondeo. Dicendum, in Deo volũtatem eſſe, ſicut & in eo eſt intellectus. Voluntas .n. intellectum conſequitur. Sicut enim res naturalis habet eſſe in actu per ſuam formam, ita intellectus intelligens actu per ſuam formam intelligibilem. Qualibet autem res ad ſuam formam naturalem hanc habet habitudinem, vt quando non habet ipſam, tendat in eam, & quando habet ipſam, quieſcat in ea, & idem eſt de qualibet perfectione naturali, quod eſt bonum naturæ. Et hæc habitudo ad bonum in rebus carentibus cognitione vocatur appetitus naturalis.* Vndè, & natura intellectualis ab bonum appræhenſum per formam intelligibilem ſimilem habitudinem habet, vt ſcilicet cùm habet ipſum, quieſcat in illo; cum verò nõ habet, quærat ipſum, & vtrumque pertinet ad voluntatem. Vnde in quolibet habente intellectum eſt voluntas, ſicut in quolibet habente ſenſum eſt appetitus animalis. Et ſic oportet in Deo eſſe voluntatem, cum ſit in eo intellectus. Et ſicut ſuum intelligere eſt ſuum eſſe,* ita ſuum velle.

158 (beside the line "tus naturalis.* Vndè, & natura intellectualis")

83 (beside the line "intellectus. Et ſicut ſuum intelligere eſt ſuum")

Ad primum ergo dicendum, quòd, licèt nihil aliud à Deo ſit finis Dei, tamen ipſemet eſt finis reſpectu omnium, quæ ab eo fiunt, & hoc per ſuam eſſentiam, cùm per ſuam eſſentiam ſit bonus, vt ſupra oſtenſum eſt.* Finis enim habet rationem boni.

Q. 6. art. 3.

Ad ſecundum dicendum, quòd voluntas in nobis pertinet ad appetitiuam partem. Quæ, licèt ab appetendo nominetur, non tamen hũc ſolùm habet actum, vt appetat, quæ nõ habet, ſed etiam, vt amet, quod habet, & delectetur in illo: & quantùm ad hoc voluntas in Deo ponitur, quæ ſemper habet bonum, quod eſt eius obiectum, cum ſit indifferens ab eo ſecundùm eſſentiam, vt dictum eſt.*

In corp. ar.

Ad tertium dicẽdum, quòd voluntas, cuius obiectum principale eſt bonum, quod eſt extra voluntatem, oportet, quòd ſit mota ab aliquo; Sed obiectum diuinæ voluntatis eſt bonitas ſua, quæ eſt eius eſſentia: Vnde, cùm volũtas Dei ſit eius eſſentia, non mouetur ab alio à ſe; ſed à ſe tũ, eo modo loquendi, quo intelligere, & velle dicitur motus.* Et ſecundũ hoc Plato dixit, quòd primum mouẽs mouet ſeipſum.

Senſus quæſiti.

CVm nomen volũtatis dupliciter ſumi poſſit, vno modo pro actu volendi, alio modo pro potentia volitionis elicitiua, parum refert, quòd vno, aut altero modo ſumatur; mutuò namque ſe inferunt; vt hic aduertit Caietanus, nihilominus, ſi paulò diligentius inſpiciamus diſcurſum D. Th. apparebit in eo tractari præcipuè de actu, ex quo à priori immediatè infertur potentia; & hoc magis patebit ex dicendis; in titulo tamen crediderim principaliter ſumi pro potẽtia, quam ex actu concludit. B

Forma Textus.

PRima concluſio. In Deo eſt voluntas. Probatur; in quolibet habente intellectum eſt voluntas conſequens intellectum; at in Deo eſt intellectus: igitur in Deo eſt voluntas. Minor patet. Maior probatur: Natura intellectualis ad bonum appræhenſum per formam intelligibilem hanc habet habitudinem, vt, cum habet ipſũ, quieſcat in illo, cum verò non habet, quærat ipſum; ſed vtrumque pertinet ad voluntatem; ergo in Deo eſt volũtas. Minor patet; Maior probatur: Sicut res naturalis habet eſſe in actu per ſuam formam, vel etiam perfectionem naturalem; ita intellectus intelligens actu per ſuam formam intelligibilem; At qualibet res naturalis hanc habet habitudinem ad ſuam formam, vel perfectionem naturalem, vt quando non habet ipſam, tendat in eam, tamquam in bonum naturæ, & quando habet ipſam, quieſcat in ea; & hæc habitudo ad bonum in rebus carentibus cognitione vocatur appetitus naturalis; ergo etiam natura intellectualis ad bonum appræhenſum per formam intelligibilem hanc habet habitudinem, vt cũ habet ipſum, quieſcat in illo: cum verò non habet, quærat ipſum. Minor probatur; quia illa vtraque habitudo in rebus carentibus cognitione vocatur appetitus naturalis, & in habente ſenſum, appetitus animalis; ergo in habente intellectum erit intellectualis, qui eſt voluntas; ergo vtraque habitudo pertinet ad voluntatem. C D

Secunda Concluſio. Deus eſt ſuum velle: Probatur: Deus eſt ſuum intelligere; ergo eſt etiam ſuum velle. Antecedens patet ex quæſt. 14. art. 4. Conſequentia relinquitur vt nota; quoniam non minoris perfectionis eſt velle Dei, quàm intelligere Dei, cum vtrumque ſit actus immanens idem realiter cum eſſentia Dei, vt probat S. Thom. primo cont. gent. capit. 73. ſi ergo intelligere Dei ex ſua infinita perfectione vendicat ſibi identitatem cũ eſſe Dei, eadem ratione vendicabit, velle Dei eandem cũ eſſe identitatem.

Expoſitio Textus. E

Explicatur vis, & ſenſus probationis primæ Concluſionis.

IN hoc diſcurſu attendenda eſt primò vis probationis primæ cõcluſionis, excedit .n. probatio concluſionem: nam ea non ſolùm concluditur, quod manifeſtè quæritur, ſcilicet voluntatem eſſe, ſed etiam oſtenditur, quid ſit, & propter quid ſit volun-

voluntas;medium enim hoc erat: *an quolibet habente intellectum eſt voluntas conſequens intellectum*: conſtat autem,quòd eſſe intellectiuum principium eſt volitiui, & illius etiam ſubiecti radicaliter conſtitutiuum: Nam ordo potentiarum eſt ſecundum ordinem obiectorum; obiectum autem intellectus priùs eſt obiecto volũtatis;illud enim eſt ens, hoc autem bonum; prius autem eſt ratio entis,quàm ratio boni; & rurſus obiectum intellectus, quatenus obiectum eſt,quod eſt intelligibile,ſiue intellectum vt ſic,prius eſt obiecto voluntatis,vt obiectum eſt,quod eſt bonum volitum; & quemadmodum bonũ fundatur ſuper ens,ita bonum volitum vt ſic,fundatur ſuper bonum intellectum;vt ſic.niſi enim bonum eſſet per intellectum apprehenſum ſub ratione boni,non poſſet eſſe volitum ſub eadẽ ratione boni à voluntate. Ex quo vlterius ſequitur, etiam voluntatem eſſe intellectu poſteriorem, & in eo fundari,& ad illum conſequi in eodem ſubiecto,ſiue ſuppoſito; adeò vt intelligens, & volens ſint vnum ſuppoſitaliter,ſicut obiectum intelligẽtis,& volẽtis idem ſunt materialiter, alioquin impoſsibile eſſet voluntatis obiectum in obiecto intellectus,& voluntatem in intellectu fundari,& vnum ad aliud conſequi. Ex his apparet radicaliter ſenſus illius propoſitionis: *in quolibet habente intellectum eſt voluntas conſequens intellectum*, & vis probationis pro prima concluſione.

Cur volũtas ſit poſterior intellectu.

Ratio diſtinctionis appetitus,& ſeptem differentiæ appetitus naturalis ab animali.

SEcundò obſeruandum eſt,quòd appetitus prima diuiſione diuiditur in appetitum naturalẽ, & in appetitum animalem; appetitus animalis diuiditur in appetitum ſenſitiuum, & intellectiuũ, qui eſt voluntas;Cuius diuiſionis ratio eſt:quoniã appetitus ſignificat habitudinem,ſiuè inclinationem rei in bonum ſuum;talis verò habitudo, ſiuè inclinatio conſequitur formam rei. Forma verò rei,vel eſt naturaliter impreſſa,vel per vim cognoſcitiuam apprehenſa: ſi quidem ſit naturaliter impreſſa,ad eam conſequitur habitudo,ſiuè inclinatio naturalis in bonum ſuum, quæ nuncupatur appetitus naturalis,quo appetitu quælibet res naturaliter inclinatur in bonum ſuum;vt graue in locũ deorſum,& leue in locum ſurſum, & quælibet res naturalis in propriam operationem, & hoc eodẽ appetitu etiam materia, appetit formã, & omne perfectibile ſuam naturalem perfectionem. Si verò ea forma,ad quam ſequitur inclinatio, ſit forma apprehenſa,vel eſt apprehenſa per intellectũ, vel per ſenſum;ſi primũ, ad eã ſequitur appetitus ſenſitiuus,qui proſequitur bonũ, & refugit malũ apprehenſum per ſenſum;ſi ſecundum,ad eam ſequitur inclinatio,quę dicitur appetitus intellectiuus,qui dicitur voluntas, quæ proſequitur bonũ, & refugit malum apprehenſum per intellectum.

Tertiò obſeruandum eſt cum Caietano multiplicem eſſe differentiam inter appetitum naturalem,& appetitum animalem,quatenus comprehẽdit in ſe appetitum ſenſitiuum,& intellectiuum.

A Prima differentia eſt,quòd appetitus animalis eſt ſpecialis potentia animæ, vt patet ex ſecundo de anima; naturalis verò appetitus communis eſt omnibus, non tantùm rebus, ſed etiam partibus eſſentialibus,integralibus,& poteſtatiuis;vt patet de materia & forma, quæ inuicem propenſionem habent naturalem,de partibus corporis, puta de Brachio,quod naturaliter inclinatur in ſalutẽ capitis,& totius,& de intellectu,qui naturaliter appetit intelligere;& ſimilis eſt ratio de alijs potentijs.Secunda differentia eſt, quòd naturalis conſequitur rationem formalem rei abſolutè, animalis verò ſequitur naturam, inquantùm apprænſiua
B eſt.quæ differentia intelligenda eſt iuxta ſenſum præcedentis,videlicet, quòd naturalis conſequitur naturam rei abſolutè, ſiuè ſecũdùm ſe totam, vt patet de inclinatione lapidis in centrum, ſiue ſecundùm partem,vt patet ex dictis. Tertia differentia eſt,quòd naturalis eſt in actu ex ſola natura,animalis verò non poteſt exire in actum,niſi ex apprænſione: hæc ſequitur ex præcedente. Quarta differentia eſt,quòd appetere naturaliter, non eſt actus elicitus,ſed ipſa inclinatio huius ad hoc,appetere autem animaliter eſt operatio, quæ eſt actus ſecundus:hæc ſequitur ex tertia. Quinta differentia eſt, quòd appetitus naturalis eſt ad vnum,animalis verò ad multa iuxta multitudinem
C bonorum apprænſorum.Quomodo autem cum multitudine bonorum appetitorum ſtet in brutorum appetitu determinatio ad vnum,explicat Caiet.prima,ſecundæ.q.13. Art. 1. Sexta differentia eſt,quòd appetus naturalis eſt rei,quia conueniẽs eſt illi particulari potentiæ appetenti;animalis verò eſt rei;quia conueniens eſt toti, ſiuè ſuppoſito; intelligenda eſt hæc differentia permiſsiuè; quia ſunt etiam multi naturales appetitus toti conuenientes, vt appetitus lapidis ad locum deorſum. Septima differentia eſt, quòd naturalis ineſt rei ab alio,animalis verò ex ſe, quia ſcilicet bonum
D mouet ut apprehenſum à ſe ipſo appetente, & non tantùm ab alio.vt in rebus naturalibus, quæ mouentur à cognoſcente finem;quarum etiam appetitus non ſequitur ad formam ab eis acquiſitam, ſed impreſſam à generante.

Caietan.

An in Deo ſit voluntas per modum potentiæ, vel principij actualis intellectionis.

DVbitari poſſet,An in Deo ſit voluntas per modum potentiæ,vel principij actualis volitionis,ſaltem ſecundùm rationem, An autem,vt volitio. Hanc dubitationem breuiſsimè reſoluit S.
E Thom.in ſecundo cont.Gent.capitulo decimo,dicens potentiam dici de Deo per reſpectum ad facta ſecundùm rei veritatem,& non per reſpectum ad actionem,niſi ſecundùm modum intelligendi, prout intellectus noſter diuerſis conceptionibus vtrumquè conſiderat,ſcilicet, diuinam potentiã, & eius actionem, vndè, *ſi aliquæ actiones* (inquit) *Deo conueniant,quæ non in aliquod factum tranſeant, ſed maneant in agente, reſpectu harum non dicitur in Deo potentia,niſi ſecundùm modum intelligendi, non ſe-*

S. Thom.

Digitized by Google

cundùm rei veritatem, huiuſmodi autem actiones ſunt intelligere,& velle. Hæc D. Thom. quam doctrinam egregiè defendit Capreolus in primo diſtin. trigeſimaquinta, q. prima, articulo ſecundo, contra Aureolum, ad cuius argumenta breuiter reſpondet dicens, diuinum intellectum non ſe habere ad ſuum intelligere, ſicut potentia ad actum; quia intellectus hoc intelligens falſus eſſet; poſſe tamen abſque falſitate Deum intelligi, vt eſt intellectus, & vt eſt intelligere; quia in Deo eſt aliquid reſpondens vtriq; rationi, ſcilicet intellectus, & intelligere. Addit Capreolus in ratione intellectus creati claudi primò potentialitatem, ſecundo rationem actus primi, quæ eſt perfectio naturæ fixa, & quiete manens, tertio dependentiam ab actu primo, & quendam fluxum; quarto rationem actus vltimi; qui non eſt vlterius complebilis per alium actum, ex his ait primum, & tertium Deo non conuenire, ſed ſecundum & quartum, quod idem dicendum eſt de voluntate. Sed Ferrarienſis in dicto loco plenius & euidentius, dubitationem ſoluit. Ex quo loco Suarez lib. 3. de attributis Dei cap. 6. ex diſp. Metaph. 20. ſect. 15. a num. 4. vſque ad 14. & ſect. 16. a num. 8. vſque ad 12. Multa decerpſit, & aptè ad ſuum inſtitutum accommodauit.

Capreol. Ferrar. Suarez.

Controuerſia vnica.

De efficacia rationis S. Thom. qua probat primam Concluſionem.

Ratio dubitandi, & Sententiæ expoſitorum.

Caiet.

CAietanus vt vim rationis ab imis rei propoſitæ radicibus erutam demonſtraret, hanc primus controuerſiam, ſuſcitauit, & quia ſubtiliter, ac mirificè difficilem ſoluit nodum, mirandum non eſt, quòd multos lateat tam excellentis doctrinæ ſenſus; quem ego, vt potero, enitar veritatis ſtudioſis aperire; & ex eodem aduerſariorum argumentis ſatisfacere. Propoſita prius difficultate cuius legitimam quærimus ſolutionem, eſt autẽ non vna, ſed multiplex de dictæ rationis efficacitate ratio dubitandi, ex quibus hæc eſt præcipua; Quia S. Tho. diuertit a proportionali ſimilitudine, quã in præmiſsis expreſſerat, nam in præmiſsis ſermo erat de inclinatione ad formam, in quam res naturaliter tendit, quando non habet illam, & in qua naturaliter quieſcit, quando illam habet; itaque concludendum erat; ergo etiam natura intellectualis ita ſe habet ad formam intelligibilem, vt in nõ habitam inclinetur, & in habita quieſcat; quoniã forma intelligibilis ita ſe habet ad intelligentem, ſicut forma naturalis, ad rem naturalem, & tamen S. Thom. non ita concludit, ſed tranſit ad bonum appræhenſum per formam intelligibilem concludens; ergo etiam natura intellectualis ab bonum appræhenſum per formam intelligibilem ſimilem habitudinem habet. Videtur itaque vitioſus hic proceſſus, & abſque legitimo fundamento.

A Ad huius difficultatis ſolutionem Caietanus præmiſſa multiplici differentia inter naturalem, & animalem appetitum conſiderat id, quod ſæpius in q. duodecima, & 14. docuerat, nimirum cognoſcere nihil aliud eſſe, quàm cognoſcentem eſſe actu obiectum cognitum. Omne verò eſſe eſt ſecũdum aliquam formam; igitur hoc eſſe, quod eſt cognoſcentem eſſe actu rem cognitam, erit ſecundũ aliquam formam, hæc verò eſt forma cognoſcibilis in actu, non in genere rei, ſed in genere cognoſcibilis: itaque formam intelligibilem conſtituere intellectum in actu, eſt conſtituere ipſum in hoc, quod eſt ipſum eſſe rem appræhenſam; ex quo deducit Caietanus rectam, & artificioſum eſſe diſcurſum D. S. quia de forma intelligibili loquitur, inquantùm conſtituit intellectum in hoc eſſe, quod eſt eſſe ipſum cognitum; igitur potuit à forma intelligibili ad rem appræhenſam procedere.

Caiet.

B

Sed hæc reſponſio non videtur ſatisfacere propoſitæ difficultati, & contra eam inſurgit primò Sylueſter dicens, fundamentum Caietani falſum eſſe. Vaſquez etiam negat idem fundamentum, additque eo etiam admiſſo, nihil aliud concludi, quàm eſſe in natura intelligente, vt intelligens eſt, appetitum ad formam intelligibilem, vel ſi rem ipſam, vt obiectum intellectionis includamus, ad ſummum concludi eſſe in natura intelligente inclinationem ad intelligendum rem ipſam; At verò appetitus intellectualis, de quo loquimur, non eſt tãtùm ad intelligendum; ſed etiam ad rem ipſam intellectam, quatenus bonum eſt, non vt ſolùm eam intelligamus, sed vt eam tanquam bonum noſtrũ conſequamur. Valentia nititur explicare mentem S. Thom. & Caietani, & quamuis non multum diſtet à ſcopo, perfectè tamen non attingit, vt ex dicendis apparebit.

Sylueſter. Vaſquez.

C

Valentia.

Reſolutio.

D

Proponitur, & explicatur vnus modus ſoluendi difficultatem.

VIdetur autem mihi poſſe præmiſſæ dubitationi duabus reſponſionibus ſatisfieri. Prior eſt mentem D. Thom. eſſe, conſtituere proportionem inter rem naturalem, & naturam intellectualem, vt, quemadmodum res naturalis habet eſſe in actu per ſuam formam; ita intellectus intelligens actu habeat eſſe, quod eſt intelligere, per ſuam formam intelligibilem, & ſicuti res naturalis per ſuam formam naturalem habet habitudinem ad aliam formam, ſiue perfectionem, vel bonum naturale, vt eo non habito in illud tendat, & eo adepto in illo quieſcat, ita natura intellectualis per formam intelligibilem, qua appræhendit bonum, habet habitudinẽ ad bonũ, ſiuè perfectionẽ appræhenſam, vt cũ eam non hẽt, quærat, & in habita quieſcat. Hæc verò habitudo, ſiuè inclinatio eſt voluntas. Quòd autem hæc ſit mens, & ſenſus Diui Thomæ, patet ex ſequenti art. vbi loquẽs de appetitu naturali ait, quòd res naturalis habet natu-

E

Digitized by Google

naturalem inclinationem reſpectu proprij boni, vt acquirat ipſum, cum non habet, vel vt quieſcat in illo, cum habet, nomine autem rei, videtur intelligere ens in ſuo eſſe ſubſtantiali completum; ſed infra quæſt. 80. art. 1. & 1. cont. gent. cap. 72. ratione ſecunda clariſsimis verbis, & longo diſcurſu prædictum ſenſum expreſsit; adeo vt nulla ſupereſſe poſsit dubitatio; Igitur S.Thom. hoc in loco nomine formæ, in qua inclinatur appetitus, intelligit bonum, ſiuè perfectionem rei nō propriā, per quam in ſuo eſſe conſtituitur, ſed formam ſuperadditam, ſicut lapis per formam ſuam naturalem, per quam conſtituitur in actu primo, inclinatur in perfectionem ſuperadditam, ſcilicet in locum deorſum. Quod etiam probatur; quia nulla res naturalis poteſt inclinari in formam, per quā habet eſſe: Nam antequàm habeat formam illam, per quam habet eſſe, non eſt hæc eadem res naturalis, ſed eſt vel alia res, vel ſola materia cum potentia ad formam. Quod etiam videtur hic ſignificare. S.Thom. cum aſſumit rem naturalem habere eſſe in actu per ſuam formam, quam proculdubio conſequitur inclinatio ad aliquam aliam perfectionem.

S. Thom.

Nota tria dicta, & eorum ſenſum.

Quod autem videtur facere difficultatem, eſt; quia S.Thom. tria dicit. Primum eſt, quamlibet rē naturalē habere eſſe per ſuam formam, Secundū eſt, omnem rem naturalem ad ſuam formam naturalem hanc habere habitudinem, vt cum non habet ipſam, tendat in eam, & cum eam habet, quieſcat in illa. Tertium eſt, eandem eſſe rationem de qualibet perfectione naturali, quod eſt bonum naturæ: Nam primum dictum intelligitur manifeſtè de forma ſubſtantiali conſtitutiua rei in ſuo eſſe. Secundum etiam dictum videtur de eadem intelligi; alioquin tertium dictum incompactum, & nugatorium eſſet: nam, ſi ſecundum dictum intelligitur de forma, ideſt perfectione ſuperaddita, quorſum addere eandem eſſe rationem de qualibet perfectione naturali? Non video autem, quomodo ſolui poſsit hic nodus, niſi diſtinguendo ſuperadditam perfectionem naturalem; eſt enim duplex; vna quæ conſequitur formam, ſiue ſecūdùm perfectam actualitatem, vt calor ad formā ignis, ſiue ſecundum imperfectam actualitatem, vt motus lapidis deorſum, & ignis ſurſum, qui poſſunt à prohibente impediri, vt exponit Conradus prima ſecundæ, quæſt. 10. artic. primo ad ſecundum, quædam autem eſt rei ſuper addita perfectio, quę formam non conſequitur, ſed rei conuenit ab extrinſeco agente ſola potentia paſsiua naturali in re, quæ talem ſuſcipit perfectionem exiſtente, vt patet de motu naturali cęleſtium corporum, & de motu fluxus, & refluxus maris, ex Lunari corpore, & de aeris illuminatione, à Sole, & alijs ſimilibus, in quibus eſt ſola potentia paſsiua ad naturales aliquas perfectiones.

Conradus.

Et quoniam non quęlibet paſsiua potentia cuicunque rei conuenit (nam potentia naturalis ad motum circularem non conuenit terræ, neque mari, nec potentia ad fluxum, & refluxum, conuenit cęlo, aut terræ,) idcirco ex forma propria rei cō-

A ſtitutiua neceſſe eſt talem potentiam rei conuenire; ſicut etiam ex tali forma talis eſt naturæ. Itaq; licèt paſsiua potentia in materiam, vt per ſe primo cauſam reducatur, non tamen ex ſola pendet materia; alioquin in omnibus eandem habentibus materiam eadem eſſet paſsiua potentia, quod eſt manifeſtè falſum; ſed neceſſe eſt materiā tali forma actuari, vt potētiam talem paſsiuam habeat: nam etiam forma ſecundùm vnum ſui gradum potentialis intelligitur ad ſeipſam, ſecundùm alium gradum; vt patet in anima intellectiua, in qua gradus corporeitatis potentialis eſt reſpectu vitæ, & hæc reſpectu animalitatis, & hæc reſpectu rationalitatis, quid mirum ergo, ſi etiam forma quoad gradum aliquem potentialem ſimul cum potentia materiæ concurrat ad naturalem rei potentiā paſſiuam conſtituendam? Igitur hæc paſsiua potentia, exempli gratia, diaphani ad lucem, non ſolius materię eſt appetitus, ſed etiam formæ, vel melius dico, appetitus eſt compoſiti non ex ſola materia, ſed etiam ex forma proueniens.

Paſsiua potentia quædam eſt ea forma.

B

Ex his igitur videtur dicendum ſecundum dictum S.Thom. intelligendum eſſe de forma, ideſt perfectione ſuperaddita, quæ formam conſequitur ratione actualitatis, ſiue perfectæ, ſiuè imperfectæ: Tertium autem extendi etiam ad perfectiones rebus naturalibus conuenientes ex potentia paſsiua. Et ratio eſt; quia priores perfectiones actualitatem formæ conſequentes tanquam vnum cum forma ipſa computantur, cum etiam eandē habeant cauſam efficientem cum ipſa forma; quia dans formam dat etiam conſequentia formam, & ideò S.Thom. in 2. dicto, in quo videtur loqui de forma ſubſtantiali, congruè poteſt exponi, vt non loquatur de forma abſolutè, ſed tantùm, quo ad conſequentia eius actualitatem. In tertiò verò manifeſtè loquitur de perfectionibus, quæ nulla ratione poſſunt cum forma ſubſtantiali computari.

Soluitur difficultas

C

D *Proponitur, explicatur, et defenditur ſolutio Caietani.*

POſterior reſponſio eſt Caietani; quæ quoniam non minus obſcura eſt, quàm ſubtilis, diligēter eſt explicanda.

Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt primò, quòd, vt inquit Caietanus, formam intelligibilem conſtituere intellectum in actu, nihil aliud eſt, quàm conſtituere ipſum in eſſe rem appræhenſam vt ſic; res verò appræhenſa ſub ratione boni, vt appræhenſa, non perficit cognoſcentem, niſi in eſſe cognito, & ideo relinquit illum adhuc imperfectum in ordine ad perfectionem ſibi conuenientem; quod autem habet perfectionem aliquam imperfectè, appetit illam, perfectè conſequi; igitur intelligens habita forma, ſiuè perfectione, vel bono vno modo, videlicet imperfectè, & in eſſe intelligibili tendit in eandem formam, perfectionem, & bonum habendum alio modo, videlicet perfectè, & in eſſe reali. Itaque ex hoc ipſo, quòd intelligens appetit per formam, ſiuè bonum in eſſe intelligibile in eo exiſtens bonum, quod eſt extra, appetit ipſam formam, & bonum intelligibile eo mo-

E

do;quo eam non habet: nam,vt diximus, formam intelligibilem conſtituere intellectum in actu nihil aliud eſt, quàm conſtituere ipſum in eſſe rem apprehenſam vt ſic,& hoc valdè conſonat ijs,quę paulo ante diximus de inclinatione rerum naturalium in formam non habitam:nam nomine formæ interpretati ſumus perfectiones conſequentes actualitatem formæ, quæ propter naturalem cum ea cõnexionem vt vnum cum ea computatur: Vnde res naturales tales appetentes perfectiones dicuntur etiam proprias formas appetere, ſecundũ ſcilicet naturaliter conſequentes perfectiones, & quaſi complementa.

Secundo ſciendum eſt, alio modo volitionẽ ſequi ex voluntate per formam intelligibilem intellectu apprehenſam, quàm ſequatur operatio ex quacũque re,aut potentia naturali per formam naturalem: Nam exempli gratia calefactio ſequitur ex igne agente per formam naturalem, quatenus ea realiter informatur;at volitio ſequitur ad volũtatem per formam intelligibilem, non quatenus ea realiter informatur ipſa voluntas, ſed quatenus per talem formam fit res per eam repræſentata præſens ipſi voluntati ſub propria ratione obiecti ipſius voluntatis,ideſt ſub ratione boni; & hoc eſt,quod ſignificat Sanct. Doct. cum in textu præmiſſa ſimilitudine rerum naturalium cum natura intellectuali ſubdit: *Vnde, & natura intellectualis ad bonum apprehenſum per formam intelligibilem ſimilẽ habitudinem habet &c.* forma enim intelligibilis, quatenus per eam fit modo dicto præſens obiectũ voluntati pro vno computatur cum obiecto per eã repræſentato, & ideo voluntatem tendere in formam intelligibilem ſic acceptam eſt voluntatem tendere in bonum apprehenſum,ſeu repræſentatũ per formam intelligibilem: Vbi aduerte ſermonẽ hic eſſe de inclinatione naturæ intellectualis,prout abſtrahit ab actu,ſeu inclinatione libera,& naturali:de his enim modis, ſcilicet libero, & naturali ſpeciales ſunt difficultates in tertio, & decimo articulo definiendæ.

Reijcitur explicatio cuiuſdam recentioris.

Nec approbo cuiuſdam recentioris interpretis explicationẽ dicentis reſponſionem Caietani inniti vulgato Ariſt. dicto de memoria,& reminiſcentia capitulo ſecundo,nimirum eſſe eundem motũ in imaginem,& in id,cuius eſt imago, ac propterea,cum hoc in loco ſermo ſit de forma intelligibili,vt imago eſt,non debet à re per eam repræſentata diſtingui,in quam voluntas fertur, vt in bonum ſuum: Nam propoſitio illa non intelligitur niſi de motu virtutis cognoſcitiuæ; de motu verò virtutis appetitiuæ manifeſtè falſa eſt; non enim valet: appeto ſcientiam, aut formam mali pęnæ intelligibilem,vt imago eſt mali pęnæ;ergo appeto malum pęnæ,appeto formam intelligibilẽ monſtruoſitatis;ergo appeto monſtruoſitatem,appeto formam intelligibilem nigredinis;ergo appeto nigredinem, & ſic de ſingulis, & multò minus valet è conuerſo, appeto diuitias; ergo appeto formam intelligibilem diuitiarum:cum appeti non poſsint diuitiæ appetitu rationali, niſi habita prius earũ forma intelligibili;ratio horum eſt, cõtrarius mo-

A dus operationis voluntatis, & intellectus, de quo infra q.27.art.4. Ex dictis remanet ſolutum argumentum Vaſquezij contra Caietanum,

Deducitur,& ſoluitur ex Caietano ſecunda Dubitatio; An inclinatio conſequens formam intelligibilem rectè concludatur in textu vt actus elicitus.

SEd ex hac reſolutione ſtatim conſurgit ſecunda dubitatio; quoniam admiſſa prædicta inclinatione conſequente formam intelligibilem nõ habetur,inclinationem hanc quæ formam conſequitur intelligibilem,eſſe actum elicitum, quod B nihilominus erat probandum,vt in Deo cõcluderetur voluntas:nam vbi non eſt actus elicitus, neque poteſt eſſe volũtas. Poſſet autem aliquis dicere talem appetitum eſſe naturalem inclinationem intellectus in actu.

Caiet. ſolutio.

Huic dubitationi reſpondet Caietanus ex ſuperius iacto fundamento,videlicet: formam intelligibilem cõſtituere intellectum in actu nihil aliud eſt, quàm conſtituere ipſum in hoc, quod eſt eſſe rem apprehenſam vt ſic; ad omne verò eſſe conſequitur proportionaliter appetitus, ita vt quale eſt eſſe, talis ſit appetitus: Cum autem duo tantùm ſint eſſendi genera,vnum quo res eſt aliquid ſecundùm C eſſe naturale, aliud verò, quo res eſt aliquid in eſſe cognito, ſiue apprehenſo, neceſſum eſt etiã duplicem ſtatuere appetitum proportionaliter ſe habentem iuxta prædicta duo eſſendi genera. Primum autem eſſendi genus eſt per modũ actus primi: nam illud eſſe datur per formam naturalem, vt eſt in actu primo, ideo appetere appetitu conſequente formam naturalem, non eſt actus ſecũdus, ſed inclinatio modo ſupra explicato; At ſecundũ eſſendi genus,eſt per actum ſecundum,qui eſt cognoſcere,ſiue apprehendere; idcirco etiam appetere appetitu conſequente eſſe, quod in cognitione conſiſtit, eſt actus ſecundus elicitus à virtute D apperitiua conſequente naturam, quatenus apprehenſiua eſt;ſicut enim natura præcisè ſumpta non poteſt appetere actu elicito, conſequenter nec intellectus cum forma ſua intelligibili poteſt per ſe ipſum appetere actu aliquo elicito, ſed hoc pertinet ad peculiarem potentiam, quæ eſt voluntas; immo intellectus, vt eſt actu per formam intelligibilem,nullam dicit habitudinem ad rem intellectam ſecundùm eſſe, quod habet extra intellectum,ſed ſecundùm eſſe, quod habet in intellectu; res enim aliqua per hoc à nobis intelligitur,quòd ad eſſe ſpirituale transfertur,& vnitur intellectui; quòd verò,vt ad aliud habeat habitudinem à ſuo E abſtrahitur eſſe naturali, dicitur potius ad aliud habere habitudinem per illud eſſe ſic abſtractum, quod habet in illo,quam aliud ad ipſum. De qua re videndus eſt D. Thom. in 1. cont. gent. cap. 72. & Ferrarienſis ibidem.

Appetitus naturalium, & cognoſcentium in quo differunt.

D. Thom. Ferrarien.

Deducitur,& ſoluitur Tertia Dubitatio. De appetitione voluntatis.

VErùm ex dictis conſurgit tertia difficultas: nam,ſi validus eſt hic proceſſus S. Thom. ſequitur

quitur omnem intelligentem velle, quidquid intelligit. Probatur ſequela ex proportionali aſſumpta à S. Thom. nimirum, ſicut quælibet res per ſuã formam naturalem habet habitudinem ad ſuam naturalem perfectionem, ita natura intellectualis ad bonum apprehenſum per formam intelligibilem ſimilem habet habitudinem. Et confirmatur: quoniam infra quæſt. 80. artic. 1. ait S. Doct. ad omnẽ formam conſequi inclinationem aliquam.

Reſpondetur proportionalem ſimilitudinem in hoc poſitam eſſe, quòd quemadmodum formam naturalem cõſequitur inclinatio naturalis, ita formam intellectu apprehenſam non quocunque modo, ſed ſub ratione boni, & conuenientis: nam ſicuti naturalis inclinatio non eſt niſi ad id, quod realiter bonum eſt, & conueniens appetenti, ita inclinatio, ſiue appetitus intellectualis, qui cognitionẽ ſequitur, non eſt, niſi ad id, quod apprehenditur vt bonum, & conueniens. Conſtat autem non omne cognitum ab intellectu apprehendi ſub ratione boni, & conuenientis. Quod igitur ait S. Thom. ad omnem formam ſequi inclinationem aliquã, intelligendũ eſt de ſingulis formarum generibus, ſiue ordinibus, non autem de ſingulis generum; quia non ad omnem formam in particulari ſequitur inclinatio, non enim ad omnem formam intelligibilem, vel etiam ſenſu apprehenſam, ſequitur inclinatio, ſed, vt diximus, ad eam tantùm, quę apprehenditur ſub ratione boni.

ARTICVLVS II.

Vtrum Deus velit alia à ſe.

115 1.diſt.45 artic.2 & 1.cont.ca. 74.75 & 84. & re-rit.quæſt.12. ar.4.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd Deus non velit alia à ſe. Velle enim diuinum eſt eius eſſe; ſed Deus non eſt aliud à ſe; ergo non vult aliud à ſe.

2 Præterea: Volitum mouet volentem, ſicut appetibile appetitum, vt dicitur in 3. de anima; * Si igitur Deus velit aliquid aliud à ſe, mouebitur eius voluntas ab aliquo alio, quod eſt impoſsibile.

Lib. 3. de anima tex. tu 54. to. 2.

3 Præterea: Cuicunque voluntati ſufficit aliquod volitum, nihil quærit extra illud; ſed Deo ſufficit ſua bonitas, & voluntas eius ex ea ſatiatur; ergo Deus non vult aliquid aliud à ſe.

4 Præterea: Actus voluntatis multiplicatur ſecundùm volita; Si igitur Deus velit ſe, & alia à ſe, ſequitur quòd actus volũtatis eius ſit multiplex, & per cõſequens eius eſſe, quod eſt eius velle. Hoc autem eſt impoſsibile: non ergo vult alia à ſe.

Sed cõtra eſt, qđ Apoſtolus dicit. 1. Theſſ. 4. Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra.

Reſpondeo. Dicendum, quòd Deus non ſolùm ſe vult, ſed etiam alia à ſe: quod apparet à ſimili prius introducto.
115 * Res enim naturalis non ſolùm habet naturalem inclinationem reſpectu proprij boni, vt acquirat ipſum, cùm
A
non habet, vel vt quieſcat in illo, cùm habet, ſed etiam, vt proprium bonum in alia diffundat, * ſecundùm quòd poſsibile eſt: Vnde videmus, quòd omne agens inquantùm eſt actu, & perfectum facit ſibi ſimile: Vnde, & hoc pertinet ad rationem voluntatis, vt bonum, quod quis habet, alijs communicet, ſecundùm quòd poſsibile eſt. Et hoc præcipuè pertinet ad voluntatem diuinam, à qua per quandam ſimilitudinem deriuatur omnis perfectio: Vnde, ſi res naturales, inquantùm perfectæ ſunt, ſuum
a8 b
B bonum alijs communicant, multò magis pertinet ad voluntatem diuinam, vt bonum ſuum alijs per ſimilitudinem communicet, ſecundũ quòd poſsibile eſt. Sic igitur vult, & ſe eſſe, & alia: Sed ſe vt finem, alia verò vt ad finem, inquantùm condecet diuinam bonitatem etiam alia ipſam participare.

Ad primum ergo dicendum, quòd, licèt diuinum velle ſit eius eſſe ſecundùm rem, tamen differt ratione ſecundùm diuerſum modũ intelligendi, & ſignificandi, vt ex ſuperioribus patet. * In hoc enim, quod dico, Deum eſſe, nõ
q.13. ar.4.
C importatur habitudo ad aliquid, ſicut in hoc, quod dico, Deum velle. Et ideò, licèt non ſit aliquid aliud à ſe, vult tamen aliquid aliud à ſe.

Ad ſecundum dicendum, quòd in his, quæ volumus propter finem, tota ratio mouendi eſt finis; & hoc eſt, quòd mouet voluntatem. Et hoc maximè apparet in his, quæ volumus tantùm propter finem. Qui enim vult ſumere potionem amaram, nihil in ea vult, niſi ſanitatem; & hoc ſolùm eſt, quod mouet eius voluntatem.
D Secus autem eſt in eo, qui ſumit potionem dulcem, quam non ſolùm propter ſanitatem, ſed etiam propter ſe aliquis velle poteſt: Vnde, cum Deus alia à ſe nõ velit, niſi propter finem, qui eſt ſua bonitas, vt dictum eſt, * non ſequitur, quòd aliquid aliud moueat voluntatem eius, niſi bonitas ſua. Et ſic, ſicut alia à ſe intelligit intelligendo eſſentiam ſuam, ita alia à ſe vult volendo bonitatem ſuam.
Ar. præced.

Ad tertium dicendum, quòd ex hoc, quòd voluntati diuinæ ſufficit ſua bonitas, non ſequitur, quòd nihil aliud velit; ſed quòd nihil aliud vult, niſi ratione ſuæ bonitatis: Sicut etiã
E intellectus diuinus, licèt ſit perfectus ex hoc ipſo, quòd eſſentiam diuinam cognoſcit, tamen in ea cognoſcit alia.

Ad quartum dicendum, quòd ſicut intelligere diuinum eſt vnum; quia multa non videt, niſi in vno, ita velle diuinum eſt vnum, & ſimplex; quia multa nõ vult, niſi per vnum, quod eſt bonitas ſua.

Senſus

Senſus quæſiti.

DVo ſunt in Titulo termini, quorum explicatio indicabit ſenſum quæſiti. primũ eſt verbum, *velit*, quo duplex poteſt ſignificari volitio, ſcilicet actualis, & aptitudinalis, quod eſt eſſe volitiuum, i. eſt poſſe velle. Sylueſt. arbitratur ſumi verbum illud, velit, poſteriori modo tantùm; quoniam probatio (inquit) concluſionis non ſe extendit ad priorem ſenſum, ſicut etiam non probatur de voluntate creata, quod actu velit alia à ſe. Verùm hæc expoſitio plus nimio reſtringit concluſionem, & diſcurſum S. Thom. qui, vt patebit, non ſolam aptitudinem ad volendũ, ſed actualem volitionem concludit; Itaque ſumẽdum videtur verbum illud, *velit*, indiſtinctè ad actum, & aptitudinem. Secundus terminus, ſiuè particula eſt: *alia à ſe*; qua ſignificantur nõ ea tantùm, quæ ſunt actu, ſed etiam quæ eſſe, aut fieri poſſunt.

Expoſitio. Syluester.

cõfutatio

Forma Textus.

P*Rima Concluſio. Deus vult alia à ſe. Probatur: Res naturalis, inquantùm perfecta eſt; non ſolùm habet naturalem inclinationem reſpectu proprij boni, vt acquirat ipſum, cum non habet, vel vt quieſcat in illo, cum habet, ſed etiam, vt proprium bonum in alia diffundat, ſecundùm quod poſſibile eſt; ergo pertinet etiam ad rationem voluntatis, & præcipuè, ac multò magis diuinæ, vt bonum ſuum alijs communicet per ſimilitudinẽ, ſecundùm quòd poſſibile eſt. Hoc autem eſt velle alia à ſe. Antecedens probatur; quia omne agens, inquantùm eſt actu, & perfectum, facit ſibi ſimile. Conſequentia probatur, quoad ſecundam partem conſequentis; quia à Diuina voluntate deriuatur omnis perfectio, ex qua omne agens habet, quòd faciat ſibi ſimile, deriuatur inquam per quandam ſimilitudinem a diuina voluntate. Prima verò pars probari poteſt, non tantùm ex proportionali ſimilitudine inter voluntatem, & appetitum naturalem, ſed etiam ex maiori actualitate, & perfectione voluntatis, quàm ſit perfectio naturalis appetitus, ex qua illi conuenit communicatio.*

Secunda concluſio. Deus vult ſe eſſe, & alia, ſed ſe vt finem, & alia, vt ad finem. Probatur; Quia condecet diuinam bonitatem etiam alia participare.

Controuerſia vnica.

An libera Dei *volitio ſit in eo realis perfectio.*

Sententia Caietani, & aliorum expoſitorum.

Caiet.

CAietanus inter expoſitores primus dubitationem hanc deduxit ex duabus propoſitionibus, in quibus ait fundari diſcurſum S. Thom. Prior eſt. Quidquid perfectionis eſt in inferiori, ponendum eſt proportionaliter in ſuperiori. Poſterior eſt. Deum velle alia à ſe eſt perfectio quædã. Quæ propoſitio falſa eſt, vt videtur: Nam, ſi Deus nihil aliud à ſe vellet, eſſet æque perfectus, ſicut modo eſt; igitur velle alia à ſe nullam addit Deo perfectionem. Cui dubitationi reſpondet Caietanus duplici reſponſione, iuxta duo membra factæ ab eo diſtinctionis. Eſt autem diſtinctio: Deum velle alia à ſe contingit dupliciter: Vno modo aptitudinaliter, & ſic eſt perfectio in Deo, ſicut eſſe factiuum aliorum eſt perfectio naturæ; Non enim potuit Deus non eſſe aliorum volitiuus, quamuis potuerit alia non velle.

A

Hanc ſolutionem ſequuntur communiter expoſitores, S. Thom. ſuper hoc art. & ſequenti, & tertia par. quæſt. 1. art. 1. Alio modo cõtingit Deum velle alia à ſe actualiter; & de hoc tria dicit Caietanus. Primum eſt. Loquendo de voluntate in communi, velle alia à ſe dicit perfectionem: Nam ad perfectionem actus voluntatis ſpectat, amor amicitiæ, liberalitas, & ſimilia, quibus aliorum bona volumus. Secundum eſt. Loquendo de voluntate diuina, vera eſt prædicta propoſitio proportionaliter intellecta: Nam, quemadmodum inclinatio rei naturalis in bonum aliorum, eſt perfectio naturæ per modum naturæ, ita voluntatis inclinatio in bonum aliorum, eſt perfectio voluntatis, per modum voluntatis, ideſt voluntaria, & conſequenter inclinatio diuinæ voluntatis in bonum aliorum, erit perfectio diuinę voluntatis per modum ipſius voluntatis diuinæ: Cum verò dicimus per modũ voluntatis diuinæ, duas addimus perfectioni limitationes. Vna, quòd eſt volũtaria, altera eſt, quòd eſt omnino libera, & independens. Tertiũ eſt nullũ eſt inconueniens admittere hanc propoſitionem: Deum velle alia à ſe eſt perfectio voluntaria, ad omninò libera: nam ex hoc non ſequitur deeſſe potuiſſe Deo aliquam perfectionem, ſed potuiſſe deeſſe Deo perfectionem aliquam voluntariam, ac omninò liberam, quod abſurdum non eſt; cum dictiones illę: *Libera, ac voluntaria*, ſint diminuentes rationem perfectionis, ac denotent oppoſitum nõ eſſe imperfectionem: Hanc expoſitionem impugnant communiter expoſitores S. Tho. Molina ſententiam hanc pronunciat eſſe parum in fide tutã, ac piarum aurium offenſiuam. Bãnes, & Zumellus iudicant eam malè ſonantẽ. Valentia, & Vaſquez appellant abſurdam. Verùm, vt ex ſtatim dicẽdis apparebit, verus, ac legitimus ſenſus verborũ Caietani omnes prædictas cenſuras excludit, & diluit argumenta.

B

C

D

Molina. Bannes. Zumell. Valentia. Vaſquez.

Reſolutio.

Ex ratione, & eminentia actus Diuinæ voluntatis oſtẽditur, quomodo potuerit Deus aliquas potius creaturas velle, quàm alias.

E

COnſiderandum eſt primò duo à nobis intelligi in eo actu, quo Deus vult alia à ſe; vnũ eſt actus ipſe ſecundùm ſe, qui directè, ac principaliter ſignificatur verbo, aut nomine ſignificante diuinam volitionem, qua vult creaturas, quæ eſt eadem, quod ipſa Dei eſſentia. Alterum eſt relatio, ſiuè habitudo ad obiecta volita, quæ connotatur, cum dico Deum velle alia à ſe, hæc verò, nec eadẽ eſt cum diuina eſſentia, nec dicit perfectionẽ, aut imperfectionem, & potuit abſolutè loquẽdo ineſſe, &

ſe,& non ineſſe actui diuinæ voluntatis ſecundùm ſe conſiderato: Et quoniam hæc diſtinctio locum habet in quolibet actu diuino ad creaturas quandoque exiſtentes terminato; ſicut ſunt creare, gubernare, ſaluare, & alij ſimiles; idcirco communiter docent Theologi tales actus non dicere nouam aliquam perfectionem, ſed antiquam, quæ eadem omninò eſt cum diuina ſubſtantia; ſed qua ratione cõnotant tales actus relationem ad creaturas, potuiſſe non dici de Deo, potuit enim Deus non eſſe creator, gubernator, aut ſaluator, quãuis ſubſtantia actus directè, & principaliter prędictis nominibus ſignificata Deo ab æterno conueniat, vt eius perfectio ſubſtantialis. Itaque potuit Deus ab æterno non velle creaturas, nec ſui communicationem ad extra, non quòd potuerit quidquam ſubſtantiale Deo deeſſe; ſed quia potuit nullam ad creaturas vt volitas habere relationem.

Ad cuius euidentiam ſcito, Diuinam voluntatẽ vt perfectiſsimam non diſtingui ab actuali volitione, ſed à parte rei idem eſſe realiter, & formaliter cum illa, licèt, noſtro concipiendi modo ratione diſtinguatur, eadem itaq; neceſsitate, qua Deo ineſt voluntas, ineſt etiam actus volitionis abſolutè loquendo. Neceſsitas autem actus propriè, ac præcipuè attenditur pęnes ordinem ad per ſe primò obiectum, hoc verò reſpectu diuinæ volitionis eſt diuina bonitas, cuius reſpectu actus volitionis ineſt neceſſariò diuinæ voluntati. Et quemadmodum diuina eſſentia, ſupereminenter continet omnem eſſendi modum creaturarum, ita diuinæ voluntatis actus eminenter continet omnem creatæ voluntatis actum, & modum; conſtat autem actus creatæ voluntatis non ſolùm eſſe reſpectu per ſe primò obiecti, in quod neceſſariò tendunt, ſed ẽt reſpectu ſecundariò volitorum, ad quæ non neceſſariò feruntur, ſed liberè; igitur multò magis vnus ſimpliciſsimus diuinæ voluntatis actus poteſt abſolutè non ſolum in per ſe primò obiectum, ſed ẽt in alia multa, vel pauca pro ſua libertate ferri, aut etiam nullum ex ſecundariò volitis amare abſque ſuæ perfectionis infinitæ præiudicio. Cuius ratio videtur eſſe; quia in diuina bonitate, quæ eſt diuinæ volitionis primarium obiectum, continentur omnes volitę, & volibiles, creatæ, & creabiles rerũ bonitates, longè eminentiori modo, quàm in ſeipſis ſint: Quo fit, vt volita, & amata diuina bonitate perfectiſsimè terminetur diuinæ voluntatis actus, nullamque ad creaturas ſecundùm earũ eſſe proprium neceſſariam, ſed liberam tãtùm habeat habitudinem, quæ libertas, vt docent noſtri, artic. 10. huius quæſt. conſiſtit (alijs præſuppoſitis) in indifferentia, nõ reſpectu actus, ſed reſpectu obiecti. Quæ indifferentia non eſt priuatiua, ſed negatiua; quia ſcilicet diuina voluntas nunquam eſt ſuſpenſa, vt ſit apta determinari, & non ſit determinata, ſed hoc tantùm habet, vt ex natura ſua non ſit ad creaturarum bonitatem determinata, licèt ab ęterno creaturarum, quæ partes ſunt vniuerſi, productionem in tempore voluerit, & conſequenter, ad eas ſe determinauerit.

Quomodo autem ab æterno actu libero effica-

A ci ad has potius, quàm ad illas ſe determinauerit, & ad eas referatur, cum abſque ſuæ perfectionis detrimento potuiſſet eas non velle, quas vult, ſed aliàs, vel nullas, fatetur Vaſquez ſe difficultatis nodum diſſoluere nequaquam poſſe; cum Deus nõ determinetur per aliquod velle intrinſecum, hoc eſt per aliquid peculiare, quod ſit in ipſo intrinſecè, ad producendum potius, quàm non producendum: nam quod intrinſecè in Deo eſt, non magis inclinat ad producendam, quàm ad non producẽdũ; igitur quo pacto Deus ſeipſum ad hoc potius, quàm ad illud determinet, ineffabile eſt (ait ille.) Sed, vt puto, ex dictis iam nodus eſt ſolutus: ſi nã- — Vaſquez.

B que voluntas diuina, & eius actus, omnem noſtræ voluntatis, & actuum eius perfectionem, & modũ ſupereminenter continet, nos autem ex noſtræ libertatis arbitrio poſſumus ex ſecundarijs noſtræ voluntatis obiectis, hoc magis, quàm illud velle, (licet hoc fiat in nobis per nouum aliquem, & particularem actum) poterit multò magis Deus æterno, vno, ac ſimpliciſsimo ſuæ voluntatis actu velle ab æterno efficaciter, hoc potius, quàm illud pro ſummæ ſuæ libertatis arbitrio, quatenus ergo Deus ſupereminenter continet perfectionem omnem modum creatæ voluntatis, & actuum eius ſecluſis omnibus imperfectionibus, eandem, & longè ex-

C cellentiorem habuit ab æterno libertatem, qua velle poſſet, & nolle quæcunque voluit abſq; vllo ſuæ perfectionis aut immutabilitatis detrimento. Nec potuit non eſſe tale decretum quo ad eam perfectionem quam ponit in Deo quamuis potuerit nõ etiã quo ad id, quod efficit in creatura, & quo ad relationem rationis ad iſtam, nec alius quærẽdus eſt modus à verè ſapiente Theologo, quam infinita perfectio diuinæ voluntatis, volitionis, ac libertatis, quam per hoc formaliter exercet, quod hæc potius vult, quam illa, ex quã volitione, cum ex ſe perfectiſsima ſit, nihil Deo adiungitur, ſed creaturæ tantum; quæ vt effectus ex volitione, vt efficaci

D cauſa, procedit. Omitto modum dicendi Peſantij, qui modum loquendi potius quàm rem ipſam videtur attingere, ſed de hac difficultate iterũm in hac quæſt. redibit ſermo, ſcilicet art. 10. eam latiſſimè tractat Suarez, diſp. 30. Metaphyſ. ſect. 9. ſed hæc noſtro ſufficiunt inſtituto. — Peſantius. — Suarez.

Explicatur quid ſit perfectio libera, & oſtenditur illam in bono ſenſu Deo conuenire.

SEcundò ſciendum eſt, perfectionem liberam, & voluntariam poſſe dupliciter intelligi: Vno modo, vt ſit libera, & voluntaria; quia liberè, & voluntariè acquiritur, vel etiam liberè conſeruatur,

E quomodo virtutes morales dicuntur perfectiones liberæ, & voluntariæ; & in hoc ſenſu erroneum eſſet ponere perfectiones liberas, & voluntarias in Deo. Alio modo dicitur perfectio libera, & voluntaria propter liberam, & voluntariam habitudinẽ ad obiectum, cui cõmunicatur diuinæ perfectionis ſimilitudo; quia ſcilicet ex natura ſua non habet, vt ad tale obiectum neceſſariò ordinetur; quia ab eo non dependet, nec ſecundùm eſſe, nec ſecundùm

dùm intrinſecam ſui perfectionem, ſed poteſt eſſe, & habere ſuam perfectionem ſine illo. Et hoc modo ponit Caiet. perfectionem liberam in Deo, quæ perfectio libera eſt ipſe actus diuinæ voluntatis, qui dupliciter cóſideratur: Vno modo ſecundũ ſe, & vt terminatur ad bonitatem, vel eſſentiam diuinam; & ſic eſt perfectio naturalis: Alio modo, vt reſpicit creaturas, vel etiam, vt eſt proximum fundamentum relationis ad creaturam, tanquam volitam, & ſic eſt perfectio voluntaria, & omninò libera; quia potuit Deus abſque detrimento ſuæ perfectionis actum ſuæ volitionis ad creaturas nõ extendere.

Caietan. Hanc perfectionem liberam appellat Caiet. in ſequenti art. perfectionem extenſiuam diuinæ voluntatis, qua ſcilicet Deus amat ſuam eſſentiam, & bonitatem, vt diffundatur, participetur, & multiplicetur ſecundùm ſuam ſimilitudinem; & ex hac libera, & extenſiua perfecta volitione, nihil perfectionis accreſcit diuinæ bonitati, nec intenſiuè, nec extenſiuè, vt benè inquit Caiet. in ſequenti art. ſed ex perfecta extenſiue volitione ſuę bonitatis Deus alijs vult eſſe, & alias perfectiones, & **S.Thom.** hæc eſt etiam doctrina S. Thom. in dicto c.7 . primi cont. gent. ratione ſecunda. Ex qua explicatione patet doctrinã Caiet. non tantùm non eſſe piarum aurium offenſiuam, male ſonantem, aut abſurdam, ſed piam ſanam, & catholicam, ſed terminis formaliſsimis ab expoſitoribus minimè intellectis expreſſam.

Caiet. Hanc eandem ſententiam luculentius idem Caiet. expreſsit tertia parte, quæſt. 1. art. 1. vbi ait, quod communicare ſe alijs, dato quòd nullã addat perfectionem bono communicanti ſeipſum, neceſſariò tamen perfectionem ponit in alijs, quibus communicatur. Sed ad maiorem huius ſententiæ explicationem obſeruandum eſt ex Ferrarien**Ferrarien.** ſi in primo cont. gent. cap. 75. duplicem eſſe diuinæ eſſentiæ perfectionem, ſcilicet intrinſecam, & extrinſecam. Intrinſeca eſt, qua Deus in ſeipſo perficitur; extrinſeca eſt, quæ ab ipſo cauſatur. Si ſermo ſit de intrinſeca perfectione, ſic communicatio diuinæ bonitatis in creaturis non pertinet ad Dei perfectionem; quoniam ſiuè ſint, ſiuè non ſint creaturæ, vna, & eadem eſt diuina eſſentia infinitè perfecta. Si autem loquamur de perfectione extrinſeca, quæ dicitur eſſe Dei perfectio; quia eſt ab ipſo producta, ſic multiplicatio ad eius pertinet perfectionem, & ſic non eſt inconueniens aliquid perfectionis diuinæ eſſentiæ accreſcere per modum extenſionis extrinſecę; hoc enim nihil aliud eſt, quàm quod exiſtentibus creaturis, eſt aliqua perfectio à diuina eſſentia exemplata, & ipſis non exiſtentibus, non eſt talis perfectio exemplata: Vnde, cum Deus vult alia à ſe, vult ſuam perfectionem extrinſecam.

Hæc ſatis ſint pro defenſione domini Caietani.

Sententia Magiſtri Nauarreti de libera Dei volitione, & eius terminatione.

Nauarret. MAgiſter Nauarretus in articulo ſequenti de propoſita difficultate ſubtiliſsimè diſſerit **A** tribus controuerſijs, ſcilicet, quarta, & quinta, & ſexta; in quibus decemſeptem concluſionibus ſuã explicat opinionem.

Prima Concluſio eſt: Impoſsibile eſt Deo formaliter, & abſolutè perfectionem aliquam liberã aduenire: Probatur primò; quia quicquid eſt in Deo formaliter eſt ipſæ Deus; ergo non liberè eſt in Deo, ſed antecedit omnem libertatem: Secundò; quia Deus eſt actus purus; ergo omne, quod eſt in Deo eſt eſſentialiter in illo; ergo nihil illi poteſt liberè aduenire: Et confirmatur; quia ſequeretur, quod Deus eſſet in potentia ad talem perfectioné.

Secunda Concluſio: Nulla perfectio ſecundùm **B** quid poteſt poni in Deo formaliter: probatur primò; quia omnis perfectio ſecũdùm quid eſt coarctata ad genus aliquod, & in ea diſtinguitur eſſe ab eſſentia.

Tertia concluſio: Nó ſolùm repugnat Deo perfectio libera intenſiua, verùm etiam extenſiua, quæ ſit formaliter in ipſo: probatur; quia licèt extra Deum dentur aliquę perfectiones, ad quas extenditur perfectio ipſius Dei, hoc tamen arguit eminentiam quandam in continendo tales perfectiones, & ita dicitur, quòd eſt maior perfectio extenſiuè Deus, & Equus, quàm Deus ſolus; cęterum intra ipſum Deum omnia debent eſſe vnica, **C** & indiuiſibilis perfectio, nec datur locus alicui extenſioni, ſed omnis perfectio formaliter inuenta in Deo, eſt perfectio intenſiua, quę, cũ ſit indiuiſibilis, nec poteſt augeri, vel minui.

Quarta Concluſio: Volitio, qua Deus ab ęterno voluit producere creaturas, nó eſt pura relatio rationis poſita in Deo: Probatur primò; quia quoties in ſacra ſcriptura fit mentio de volitione Dei; qua vult aliquid fieri ad extra, illa nominatur tanquã aliquid poſitiuè influens, & cauſans id, quod Deus vult, vt patet pſalmo 113. & 134. *omnia quæcunque voluit fecit*: Iſaiæ 55. *faciet quæcunque voluit*: Ionę primo. *Tu Domine, ſicut voluiſti feciſti*; igitur **D** volitio Diuina libera non eſt in Deo ſolus reſpectus rationis: Secũdò: Deus ab æterno voluit producere creaturas; ergo, antequam creaturæ producantur, & conſequantur in Deo reſpectus rationis ex tali productione, datur volitio Dei: Confirmatur; quia Deus non vult aliquid producere per ſuã eſſentiam tanquam per immediatam rationé producendi, alioquin, vel ſemper, vel nunquam produceret, nec magis hoc, quàm illud produceret; igitur productio creaturarum eſt ex volũtate Dei, vt voluntas eſt, ante omnem relationem rationis ad creaturas.

Quinta Concluſio: Volitio libera Dei dicit per**E** fectionem infinitam, quæ tamen perfectio non deſumitur per ordinem ad obiectum, quod Deus liberè vult, quę eſt ſententia Ferrarienſis in primo **Ferrarien.** contra gent. cap. 75. quam probat; quia quamuis abſolutum; quod importatur in volitione diuina, qua Deus vult alia à ſe, dicat perfectionem; quia eſt actus diuinæ voluntatis, tamen reſpectus importatus ad ipſa volita, nullam dicit perfectioné, nec operatio Diuina perficitur ab obiecto extrinſeco; ſicut perficitur operatio noſtra; reſpectus ta-

men ad creaturas deſeruit ad explicandam perfectionem, quæ præhabetur cum Deo, quæ perfectio non deſumitur ex termino, ſed ex principio.

Sexta Concluſio. Quamuis actus liber dicat in Deo perfectionem infinitam, hæc tamē perfectio non conuenit Deo ex tali actu; quia liber eſt, ſed ex eſſentia Diuina, abſq; aliquo reſpectu ad aliud: declaratur: Nam ſicut perfectio in ratione perfectionis antecedenter ſe habet ad omnem relationē, & deriuatur immediatè ex eſſentia diuina ad relationes, adeò, vt hæc cauſalis ſit vera: filiatio eſt perfectio; quia deriuatur ab eſſentia; & nō quia filiatio eſt; ita non ex eo conuenit perfectio Deo; quia Deus habet actum liberum; ſed quia habet eſſentiam infinitæ perfectionis, etiam actus eius liber eſt infinitæ perfectionis; Et quemadmodum licèt Patri deſit filiatio, non tamen ei deficit aliqua perfectio, quia eandem habet perfectionem in paternitate, quę in filio eſt filiatio; ita licèt, actus liber poſsit eſſe, & poſsit non eſſe in Deo, tamen, ſi actum, quem modo habet non haberet ab æterno, adhuc non deficeret ei aliqua perfectio; quia eadē perfectio, quæ eſſet actus liber, ſi interueniret, remaneret in eſſentia abſque tali actu: Et ſi Deus habuiſſet nolitionem poſitiuam creandi mundum, eadem perfectio, quæ de facto eſt volitio, eſſet nolitio.

Septima Concluſio: Actus liberi ex proprio cōceptu, & propria ratione non dicūt perfectionem formaliter, atque ideò, nec formaliter ponuntur in Deo: declaratur hæc Concluſio: Nam alia eſt perfectio libera, & alia eſt perfectio libertatis: pfectio enim libera eſt illa, quæ poteſt conuenire, & nō conuenire ſubiecto, ſed perfectio libertatis poteſt neceſſariò conuenire ſubiecto, & ex altera parte extendi ad actus liberos, qui poſſunt conuenire, & non conuenire ſubiecto, actui tamen libero ſemel habito, communicat Deus neceſſariò perfectionem infinitam, quæ licèt, ſit perfectio communicata, nō tamen eſt perfectio libera: Deinde probatur concluſio; quia perfectio libera vt ſic, eſt illa, quæ poteſt conuenire; & non conuenire ſubiecto; ſed implicat, quòd aliqua perfectio poſsit nō conuenire Deo; ergo.

Octaua Concluſio: Perfectio libera ſecundùm abſolutum, quod etiam in ratione perfectionis liberæ, ſecundùm vltimam ſui differentiam includit, reperitur formaliter ī Deo, licèt, quatenus poteſt conuenire, & non conuenire Deo non ſit formaliter in Deo: declaratur hæc cōcluſio: nam perfectio abſoluta communicata actui libero, quæ ſupradicta eſt perfectio libertatis, dicitur etiā perfectio libera ſecundùm abſolutum, quod includit, quod tamen non eſt conſiderandum ſecundùm ſe, ſed vt communicatur actui libero, ſicut etiam perfectio diuinis relationibus communis conſideranda eſt, prout implicitè includit relationem, vt relatio eſt, & ad aliud: Et ſicut ſubſiſtentia cuiuſque perſonæ diuinæ, licèt conueniat cum rebus abſolutis in eo, quod eſt eſſe per ſe, tamen adhuc dicitur ſubſiſtentia relatiua, & continet relationem in eſſe concepto, licèt non in eſſe exercito, ita perfectio

A abſoluta, quæ communicatur actui libero, debet attendi, quatenus velut in eſſe concepto, & implicitè continet libertatem, & ita ſicut eſſentia diuina neceſſariò, & nulla facta ſuppoſitione habet rationem ſubſiſtentiæ relatiuæ, & continet relationem in eſſe concepto, ita facta ſuppoſitione iam dicta, etiam eſſentia diuina habet rationem perfectionis liberæ: Quapropter totus actus liber ſuppoſita communicatione dictæ perfectionis habet infinitatem, non ex parte libertatis actus, ſed ex parte abſoluti, quod claudit, & cui identificatur.

Nona Concluſio: Deus liberè ſe determinat ꝑ actum intrinſecum ad producendum, vel non pro-
B ducendum aliquid creatum: probatur; quia implicat dari actum perfectè liberum in quo voluntas non ſe determinet potius ad vnam partem, quàm ad aliam: in hac enim determinatione poſita eſt perfectio libertatis; ergo ſi Deus perfectiſsimo modo liberè vult aliquid producere determinat ſe ad illud producendum potius, quàm ad nō producendum: Et confirmatur; quia maxima eſſet imperfectio diuinam voluntatem ab extrinſeco determinari: Secundò: prius intelligitur determinatio diuinæ voluntatis, quàm aliquid ex parte creaturæ, vel quàm determinatio rationis in Deo ex creatura; ergo determinatio, & libertas in operan-
C do eſt per actum intrinſecum, & non eſt ſola extrinſeca denominatio adueniens actui ex conſideratione rationis circa obiectum extrinſecum, vt malè docuit Vaſquez in prima ſecundæ diſputatione 34. capite 3. & diſputatione 55. cap. 3. & alibi. Tertiò; quod ab alio determinatur ab illo depēdet, & illi ſubordinatur; igitur diuina voluntas nō determinatur à creaturis intellectu cognitis: Vnde Apoſtolus ad Epheſios primo: determinationē diuinæ voluntatis per intrinſecum eius actum fieri ſignificat dicēs: *Elegit nos in ipſo ante mūdi conſtitutionem, vt eſſemus Sancti, & immaculati in conſpectu eius in charitate; Qui prædeſtinauit nos in adoptio-*
D *nem filiorum per Ieſum Chriſtum in ipſum ſecundùm propoſitum voluntatis ſuæ;* & infra: *In quo etiam nos ſorte vocati ſumus prædeſtinati ſecundùm propoſitum eius qui operatur omnia ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ:* Vbi Diuus Hieronymus ait: *omnium bonorum cauſa voluntas Dei eſt:* Et Auguſt. in 3. de Trinitate cap. 3. ait: Dei voluntatem inuiſibilem eſſe viſibilium cauſam. D. Hiero. Auguſtin.

Decima Concluſio: decretum diuinum, quatenus actualiter productiuum alicuius rei, non ponit in Deo niſi denominationem rationis: Probatur ex differentia inter determinationem Dei liberam, ſed æternam, & eandem, vt eſt actualiter pro-
E ductiua: nam prima ſignificatur, vt quid abſolutū procedens ab ipſo Deo abſque dependētia aliqua ab extrinſeco; ſecunda verò ſignificatur ſub depēdentia à re temporali, quæ non poteſt eſſe formaliter in Deo, ſed conuenit ei ex perfectione recipienda in creatura; atque ideò eſt determinatè rationis: ſicut ſcibile quatenus formaliter eſt ſcientiæ perfectiuum, denominatur relatione rationis ad ſcientiam.

Vndecima Concluſio: Non ſolùm datur indiffe-

rentia

rentia in voluntate diuina reſpectu diuerſorum obiectorum, ſed etiã reſpectu diuerſorũ actuum: probatur; Quia libertas potentiæ in operando ſumitur prius ex indifferentia per ordinem ad actũ, quàm per ordinem ad obiectum; quia potentia reſpicit obiectum mediante actu; ergo libertas diuinæ voluntatis prius attenditur penes indifferentiam ad operandum, vel non operandum, quàm penes indifferentiam obiectorum circa quæ operatur: Secundò, vel Deus eſt indifferens ad illum actum volendi, vel determinatus, vel negatiuè ſe habet: non ſecundùm; quia non poſſet Deus ab æterno habere alium actum; neque tertium, vt patet; ergo primum.

Duodecima Concluſio: Non datur indifferentia in voluntate diuina ad actum illum liberũ ſecundùm perfectionem quam actus includit: declaratur ex differentia inter indifferentiam noſtræ voluntatis, & indifferẽtiam diuinæ voluntatis, quòd illa ſic per actus determinatur, vt per eos reducatur voluntas de potentia ad actum, & per eos perficiatur; quia perfectio talium actuum non præexiſtebat in voluntate, at indifferentia diuinæ voluntatis, ita per actus determinatur, vt diuina voluntas nullam ab eis recipiat, ſed eis conferat perfectionem; quia diuina volũtas cum ſit purus actus perfectionem in ſe præhabet infinitam: Quo fit, vt licèt hic actus liber in ratione actus liberi poſsit Deo ab æterno non conuenire, abſque vlla diuinæ perfectionis mutabilitate; quia ſi Deus erga Petrũ actum non habuiſſet amoris, ſed odij, eadem eſſet in Deo perfectio, rationem habens alterius actus.

Decimatertia Concluſio: In determinatione, qua Deus determinat ſe ad aliquid liberè volendum, nõ datur aliqua cauſalitas ex parte finis, influens in electionem mediorum: hæc concluſio intelligenda eſt de vera cauſalitate, quæ ſupponit diſtinctionem actuum, ſcilicet, intentionis circa finem, & electionis circa media, & ideò nõ indiget probatione.

Decimaquarta Cõcluſio: Relatio rationis, qua Deus dicitur velle creaturas, non eſt poſterius ipſis creaturis: probatur primò; quia ſacra ſcriptura Dei amorem quo Deus ab æterno dilexit creaturam, reducit in liberam Dei voluntatẽ; ergo prius refertur ad creaturas, quàm ipſæ ſint: Secundò: volitio, qua Deus vult creaturas eſſe, eſt cauſa ipſarum creaturarum; ergo reſpicit eas, vt cauſa; ergo implicat, quòd ſub relatione fundata in hac cauſalitate inſpiciat creatùras tanquam priores.

Decimaquinta Concluſio. Relatio illa rationis non reſpicit creaturas ſecundùm quòd ſimul ſunt cum relatione diuina: probatur; quia in relatiuis ſecundùm dici vnum relatiuum poteſt alterum reſpicere, vt quid poſterius illo, vt patet in ſcibili, quod reſpicit ſcientiam, vt ipſo ſcibili poſteriorẽ, eo quòd ſcientia à ſcibili recipiat perfectionem; at Deus ſua libera volitione reſpicit creaturas, quatenus media tali volitione confert illis perfectionem; ergo eas tãquam aliquid inferius, & dependens ab eadem volitione; & conſequenter non

A tanquam habens ſimultatem cum eadem volitione.

Decimaſexta Concluſio: Relatio illa rationis reſpicit creaturas, vt liberè producendas, & futuras: probatur; quia relatio illa eſt explicatiua liberæ emanationis qua creaturæ procedũt à Deo tãquã effectus à ſuà cauſa; ergo eſt explicatiua prioritatis cauſæ, & poſterioritatis effectuum: confirmatur; quia relatio rationis ſequens relatiuũ tranſcendentale, eſt ſolum explicatiua naturæ relatiui; ergo ſequitur naturam relatiui; ergo cum relatiuum tranſcendentale, cuiuſmodi eſt volitio diuina ſit aliquid abſolutum prius quàm creaturæ,
B etiam relatio ipſa rationis explicat iſtam prioritatem, & ſequitur naturam volitionis, & conſequenter reſpicit creaturam, tanquam aliquid poſterius.

Vltima Concluſio: Relatio illa rationis, quę eſt in volitione diuina, nõ ſequitur ex relatione reali, qua creaturæ referantur ad ipſam volitionẽ: probatur; quia hæc relatio rationis ſequitur ab æterno ex libera Dei volitione, qua voluit creaturas.

Ex his ſatis probabilibus ſummatim ex dicto Authore collectis patet primò non eſſe abſurdam Caietani ſententiam aſſerentis volitionem creaturarum eſſe liberam in Deo perfectionem: Secundò
C patet veritas, & ſenſus eorum, quæ contra recentiores ſuprà notauimus: tertiò patet error multorum dictorum Vaſquezij, & Suarezij de quibus nunc non eſt dicendum per ſingula: Vltimò patet ſolutio omnium argumentorum, quæ contra notatas concluſiones afferunt dicti expoſitores, quæ refert, & ſoluit prædictus Author.

Occurritur. Alio modo propoſitæ difficultati.

SEd eſt alius dicendi modus longè planior, & vt exiſtimo, ſententiæ D. Thom. in hoc artic. magis conformis, quem ſequitur Ferrarienſis in di- Ferrarien.
D cto capit. 75. prim: cont. gent. qui negat proceſſum D.Thom. fundari ſuper illis duabus propoſitionibus, ſed ait primò fundari ſuper proportionalitate quadam ſubſtantiæ intellectualis ad res naturales; quam proportionem S.Thom. expreſſerat in præcedenti art. videlicet, *ſicut ſe habet res naturalis ad ſuum bonum naturale, ita natura intellectualis ad bonum per formam intelligibilem apprahenſum*: Nam, quemadmodum res naturalis perficitur per bonũ ſuum naturale, ita natura intellectualis, in quantũ huiuſmodi, perficitur per bonum appræhenſum, cuius ſpecie intellectus informatur: Vndè, ſicut res naturalis ſuo modo inclinatur in communicationem proprij boni, ſcilicet appetitu naturali,
E ita natura intellectualis ſuo modo inclinatur in communicationem proprij boni, ſcilicet per voluntatem; & quia Deus eſt naturæ intellectualis, ideo, &c. Secundò dicit diſcurſum fundari ſuper comparatione, ſiuè ſimilitudine implicitè in hoc diſcurſu contenta, videlicet: ſicut ex eo, quòd res naturales ſunt perfectæ, ſequitur in eis inclinatio naturalis ad communicationem proprij boni, ita multo magis; quia Deus perfectiſsimus eſt, & exem-

& exemplar à quo omnis perfectio deriuatur, ſequitur ad eius perfectionem inclinatio voluntaria ad communicationem propriæ bonitatis. Eũdem dicendi modum attingit Syluester ſuper hoc art.

Sylueſter;

Ex dictis ſequuntur octo Concluſiones.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima Concluſio; Deum velle alia à ſe non actu, ſed aptitudine, quod eſt eſſe aliorum volitiuum, dicit perfectionem naturalem in Deo.

Secunda concluſio. Deum velle alia à ſe dicit perfectionem in Deo, quo ad actum ipſum ſecundùm ſe, non autem quo ad relationem.

Tertia concluſio. Deum velle alia à ſe non dicit in Deo perfectionem liberam, & volũtariam, ideſt liberè acquiſitam, vel conſeruatam.

Quarta concluſio. Deum velle alia à ſe dicit pfectionem liberam, & voluntariam, ideſt non habentem naturalem, aut neceſſariam habitudinem ad creaturas.

Quinta concluſio. Deum velle alia a ſe dicit pfectionem extrinſecam, & extenſiuã, nihil in Deo ponentem, ſed in creaturis. Declaratur: nam perfectiones creaturarum ſunt exẽplatæ ex perfectionibus Diuinis, & illis analogicè ſimiles; igitur ratione talis ſimilitudinis, & deriuationis poſſunt appellari Dei perfectiones; ſicut lumen cauſatum à Sole in diaphano, appellatur lumen Solis, & calor cauſatus ab igne, nuncupatur calor ignis: Vnde etiam D. Dionyſius dicebat creaturarum perfectiones cauſari à Patre luminum moto, ſumens ex Solari radio, à ſummis vſque ad infima pertingente metaphoram communicationis diuinę bonitatis, à ſupremis vſque ad infimas creaturas ad modum vnius ferè perfectionis.

Caietani ſententia probabilis

Sexta concluſio. Probabilis eſt ſententia Caietani dicentis diſcurſum D.Tho. fundari ſuper dictis duabus propoſitionibus. Hanc probat Caietanus, quem lege, ſi placet.

Syluest. & Ferrarien. Sententia probabilior.

Septima concluſio. Multò probabilior eſt ſententia Ferrarienſis, & Syluestri, diſcurſum ſcilicet S.Thom. fundari ſuper alijs duabus propoſitionibus iam dictis.

Octaua concluſio. Ratio, & modus determinationis diuinæ voluntatis radicaliter poſitus eſt, in excellentia eiuſdem Diuinæ voluntatis, & actus illius ſupereminenter continentis omnem actum, & modum actus creatæ voluntatis, in ordine præſertim ad obiecta ſecundaria.

Argumenta, & ſolutiones.

ARgumenta expoſitorum contra Caietanũ non tangunt ſenſum eius legitimum iam expoſitum, idcirco ſuperuacaneum eſſet illa recenſere.

Caietan.

Contra ſeptimam concluſ. argument. Caietan. Ex hoc, quod inclinatio naturæ, inquantũ perfecta eſt, tendit in bonum alterius, ſequitur voluntatem, & præcipuè diuinam tendere in bonum alterius, & probat ſequelã S.Thom. quia à voluntate

A Diuina omnis deriuatur perfectio; ergo. Hic proceſſus fundatur in illa propoſitione, *quidquid perfectionis eſt in inferiori, ponendum eſt proportionaliter in ſuperiori;* alioquin hic proceſſus non valeret, ſi inclinatio in bonum alterius non ſupponeretur eſſe perfectio; ergo in hoc proceſſu latet hæc alia propoſitio: *Deum velle alia à ſe eſt perfectio.* Antecedẽs patet; quia non poſſet deduci; ergo ponenda eſt in voluntate, & maximè in voluntate diuina inclinatio in bonum aliorum.

Reſpondetur particulam illam, *inquantùm perfecta eſt*, dupliciter intelligi poſſe, vno modo formaliter; & hoc modo intellecta eſt à Caietano; &
B iuxta hunc ſenſum habet abſque dubio fundamentum in illa propoſitione. *Quidquid perfectionis*, &c. Alio modo poteſt intelligi cauſaliter, ſiuè radicaliter, aut fundamentaliter, vel potius indiſtinctè ad vtrumque modum: Verbi cauſa, cum dicimus, generare conuenit Patri æterno, inquantùm perfectus eſt, non fit ſenſus formalis, quia generare non dicit perfectionem formaliter; alioquin conueniret filio, nec Spiritui ſancto; ſed dicit perfectionẽ cauſaliter, ſiuè originaliter; quia ſcilicet ex infinita perfectione diuinæ naturæ, quæ eſt in Patre, prouenit generatio, & rurſus, actus ipſe generationis abſolutè, ſiuè materialiter ſumptus, prout eſt in-
C tellectio, perfectiſsimus eſt, & hunc ſenſum accepit Ferrarien. quia ſcilicet quod conuenit appetitui naturali, & voluntati creatæ tanquam deriuatum ex appetentis, & appetitus perfectione, multò magis conuenit diuinæ voluntati, tanquam deriuatum ex eius infinita perfectione; hoc vero eſt communicatio proprij boni, quæ voluntati conuenit, non inquantum perfecta eſt formaliter, quia communicatio vt ſic, nullam ponit perfectionem in communicante, quamuis in eo perfectionẽ ſupponat, & ex ea procedat; & ideo conuenit communicanti, inquantum perfectum eſt cauſaliter, ſiuè etiam fundamentaliter; quia ex eius perfectione
D deriuatur: nam ex eo, quòd res eſt perfecta, ſuam communicat bonitatem, & perfectionem alijs: nõ tamen in ipſa communicatione cõſiſtit perfectio communicantis, niſi materialiter, & fundamentaliter: Nam actus communicationis, quatenus eſt in communicante, perfectio quædam eſt ſecundũ ſe, & præſertim in Deo, in quo eſt idem, quod eius ſubſtantia. Reliquas difficultates, & argumenta, quæ communiter fieri ſolent in hac controuerſia, videat lector apud expoſitores.

Dubitatio.

E *An ex diſcurſu S.Thom. ſequatur, Deum velle omne, quod velle poteſt.*

SEd admiſſa diſcurſus. S.Doct. efficacitate, conſurgit adhuc alia difficultas à Caiet. ſecundo loco propoſita. Videtur enim ex proceſſu huius articuli. Manifeſtè deduci Deum velle omnia, quæ velle poteſt: nam concluſio deducta hæc eſt: Ad diuinam voluntatem ſpectat, vt bonum alijs communicet, ſecundùm quòd poſsibile eſt; quòd fal-

Ratio dubitandi.

 ſum

quam in finem. Quando ergo ait S.Thom.quòd nihil aliud mouet Diuinam voluntatem, quàm bonitas Dei,non poteſt intelligi,quòd Diuina bonitas moueat voluntatem ſecundo modo, ſcilicet vt actus Diuinę voluntatis tendat in Diuinam bonitatem tanquam in finem: quoniam actus Diuinæ voluntatis non eſt propter ſuam bonitatem, tanq̃ propter finem: nam nihil in Deo eſt propter finẽ, ſed diuina bonitas eſt finis obiecti ſecundarij diuinæ voluntatis,ſcilicet bonitatis creatæ.Differũt enim noſtra,& Diuina voluntas, quòd, cum nos volumus aliquid propter aliud, tanquam propter finem,illud aliud habet rationem finis, non tantũ reſpectu medij,propter finem voliti,ſed etiam reſpectu actus volũtatis:cum autem Deus vult creaturas propter ſuam bonitatem,bonitas Dei habet rationem finis reſpectu creaturarum, non autem reſpectu actus voluntatis diuinæ, niſi ſecundùm modum noſtrum intelligendi, vt ſignificat Sanct. Thom.in primò contra gent.capit.87.& ibi Ferrarienſis exponit.

Cum ergo ait S.Thom. quòd nihil aliud mouet volũtatem Dei,niſi bonitas ſua; quia illa eſt finis, propter quem Deus vult alia, non loquitur de ſecunda motione, qua bonum appræhenſum mouet finaliter voluntatem, propter iam dictam rationem,niſi modo dicto, aut valdè impropriè exponendo verba S.Thom.videlicet, quod bonitas Dei mouet finaliter voluntatem diuinam, non ratione actus ipſius voluntatis,ſed ratione obiecti ſecundarij,videlicet ratione creaturæ volitæ.Motio autem effectiua poteſt dupliciter intelligi. Primò,vt fit cum vera,& reali efficientia; ſicut contingit in nobis, in quibus obiectum appræhenſum cauſat effectiuè per veram,& realem efficientiam,non vt quod, ſed vt quo actum voluntatis, & hoc modo Diuina bonitas non mouet Diuinam voluntatem: quoniam nihil eſt in Deo cauſatum. Alio modo,vt non ſit per veram,& realem cauſalitatem,ſed tantùm ſe habeat,vt ratio,& ſit cauſa virtualis, ſicut ſolet dici de immutabilitate reſpectu æternitatis; & hoc modo veriſſimum eſt;quòd Diuina bonitas mouet effectiuè Diuinam voluntatem,non autem bonitas creaturarum; quoniam bonitas creaturarum non cognoſcitur,niſi in bonitate Diuina tanquam in per ſe primò obiecto, & ideo etiam non eſt volita,niſi per bonitatem Diuinam, tanquam rationem volendi, & hoc modo poſſunt intelligi congruè verba S. Thom.

Secundò explicandus eſt ſenſus illorum verborum,quę poſuit S.Thom.in fine reſponſionis,nimirum: *Sicut Deus alia à ſe intelligit intelligendo eſſentiam ſuam,ita alia à ſe vult volendo eſſentiam ſuam.* Quæritur enim qũo alia bona præter bonitatem Diuinam, terminent obiectiuè actum diuinæ voluntatis; an tantùm ſecundùm illud eſſe eminens, quod habent in ipſomet Deo,an etiam ſecundùm illud eſſe proprium,quod habent extra Deum: Nã S.Thom.in hac reſponſione,& etiam in reſponſione ad tertium,& quartum argum. videtur ſignificare,ꝙ alia à Deo terminent actum Diuinę voluntatis tantùm, ſecundùm illud eſſe eminens, quod

A habent in Deo,non autem ſecundùm eſſe propriũ, quod habent in ſeipſis extra Deum, quod tamen falſum eſt,& contra eundem S.D. pluribus in locis,ſed præſertim artic.ſequenti in reſponſione ad ſextum; ex quo loco poteſt etiam deduci optima ratio ad id probandum.Itaque dicendum eſt,alia à Deo terminare actum Diuinæ voluntatis vtroq; modo. Verba autem S.Thom. in hac reſponſione videlicet: *Sicut Deus intelligit alia à ſe intelligendo eſſentiam ſuam,ita alia à ſe vult volendo eſſentiam ſuã, quia alia à ſe non vult,niſi propter finem,qui eſt ſua bonitas.* Sic interpretanda ſunt, vt per eandem voluntatem, immò per eundem actum volẽdi, quo vult B ſuam eſſentiam primario, ideſt tanquam obiectũ primarium, velit etiam ad ipſum tanquam ad finem ordinata vt obiecta ſecundaria; ſicut etiam ſupra diximus Deum videre alia in ſeipſo tanquã in obiecto per ſe primò viſo, & tamen videt ea in ſeipſis; quia viſio Dei ſecundariò terminatur ad res ſecundùm eorum proprium eſſe.

Tertiò.Explicandum eſt,quomodo alia nõ ſint volita à Deo,niſi propter finem; vt hic inquit San. Tho.cum tamen habeant proprias bonitates,propter quas videntur eſſe volita,propter ſeipſa;ſic.n. inquit potionem dulcem volitam eſſe,non tantum propter ſanitatem,ſed etiam propter ſeipſam. Ad C hoc videtur dicendum, quòd eſſe volitum propter ſe contingit dupliciter. Vno modo propter ſe finaliter,& hoc dupliciter, ſcilicet vt vltimus finis ſimpliciter,& vt ſubfinis,vel vt vltimus finis in tali ordine;ſicut Deus vult hominem propter perfectionem vniuerſi: Vnde perfectio vniuerſi eſt volita vt finis hominis,non tamen vt finis vltimus ſimpliciter; quia eſt volita propter Deum. Itaque Deus vult omnia alia à ſe propter ſeipſum tantum vt finem vltimum, vult tamen aliqua alia à ſe propter ſeipſa finaliter,ideſt vt aliorum fines; non tamen vt vltimos fines ſimpliciter.Alio modo aliquid eſt volitum propter ſe formaliter, & hoc eſt illud, ꝙd D habet intrinſecam bonitatem,ſicut Medicina dulcis,& non tantùm eſt bonum ex ordine ad aliud, ſicut potio amara.& hoc modo etiam alia à Deo ſunt volita propter ſe, quia habent ſuas intrinſecas bonitates, & non ſunt bona tantùm propter ordinem ad Diuinam bonitatem. Quando ergo ait S.Thom.alia à Deo non eſſe ab eo volita, niſi propter finem, qui eſt ſua bonitas, intendit aſſerere non eſſe uolita propter ſe, ideſt ut fines ultimos, non autem, quòd non ſint uolita propter ſe ut aliquorum fines, uel propter ſe formaliter.

ARTICVLVS III.

E *Vtrum quicquid Deus vult, ex neceſſitate velit.*

119 1.d.43.qu. 2. per totũ & diſt 47. art.1.Et 1. cont c.80. 81. 82. 83. & 89. fin. Et lib.2. c. 25. & 27. fin. Et li 3 cap.97 Et ver. q. 23. a.4. Et po. q.3.ar.15.

AD tertium ſic proceditur. Videtur,quòd quicquid Deus vult,ex neceſsitate velit. Omne enim æternum eſt neceſſarium: ſed quicquid Deus vult,ab æterno vult; aliàs voluntas eius eſſet mutabilis; ergo quicquid vult,ex neceſſitate vult.

Digitized by Google

2 Præterea: Deus vult alia à ſe, inquantùm vult bonitatem ſuam; ſed Deus bonitatem ſuam ex neceſsitate vult; ergo alia à ſe ex neceſsitate vult.

3 Præterea: Quicquid eſt Deo naturale, eſt neceſſarium; quia Deus eſt per ſe neceſſe
13 eſſe, & principium omnis neceſsitatis, vt ſupra oſtenſũ eſt;* ſed naturale eſt ei velle quicquid vult; quia in Deo nihil poteſt eſſe præter naturam, vt dicitur in 5. Metaphy. ergo quicquid vult, ex neceſsitate vult.

4 Præterea: Non neceſſe eſſe, & poſsibile non eſſe, æquipollent; Si igitur nõ neceſſe eſt, Deum velle aliquid eorum, quæ vult, poſsibile eſt etiam eum non velle illud, & poſsibile eſt eum velle illud, quod non vult; Ergo volũtas diuina eſt contingens ad vtrumlibet. Et ſic imperfecta; quia omne contingens eſt imperfectum, & mutabile.

5 Præterea: Ab eo, quod eſt ad vtrumlibet, non ſequitur aliqua actio, niſi ab aliquo incli-
2. Phyſic. tex. 48. netur ad vnum, vt dicit Comment. in 2. Phyſic. * Si ergo voluntas Dei in aliquibus ſe habet ad vtrumlibet, ſequitur, quòd ab aliquo alio determinetur ad effectum, & ſic habet aliquam cauſam priorem.

6 Præterea: Quicquid Deus ſcit, ex neceſsitate ſcit; ſed, ſicut ſcientia diuina eſt eius eſſentia, ita voluntas diuina; Ergo quicquid Deus vult, ex neceſsitate vult.

Sed contra eſt, quod dicit Apoſt. Epheſ. 1. Qui operatur omnia ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ. Quod autem operamur ex conſilio voluntatis, non ex neceſsitate volumus; non ergo quicquid Deus vult, ex neceſsitate vult.

Reſpondeo. Dicendum, quòd neceſſarium dicitur aliquid dupliciter, ſcilicet abſolutè, &
a 122 ex ſuppoſitione. Neceſſarium abſolutè iudi-
407 catur aliquid, ex habitudine terminorum, vtpotè; quia prædicatum eſt in diffinitione ſubiecti, ſicut neceſſarium eſt hominem eſſe animal; vel quia ſubiectum eſt de ratione prædicati: ſicut hoc eſt neceſſarium, numerum eſſe parem, vel imparem, ſic autem non eſt neceſſarium Sor. ſedere: Vnde non eſt neceſſarium abſolutè, ſed poteſt dici neceſſarium ex ſuppoſitione. Suppoſito enim quòd ſedeat, neceſſe
c 416 eſt eum ſedere, dum ſedet; * Circa diuina igitur volita hoc cõſiderandum eſt, quòd aliquid Deum velle eſt neceſſarium abſolutè, non tamen hoc eſt verum de omnibus, quæ vult. Voluntas enim diuina neceſſariam habitudinem habet ad bonitatem ſuam, quæ eſt proprium eius obiectum.

Vnde bonitatem ſuam eſſe, Deus ex neceſ-
A ſitate vult, ſicut, & voluntas noſtra ex neceſſitate vult beatitudinem: * Sicut, & quælibet alia potentia neceſſariam habitudinem habet ad proprium, & principale obiectum; vt viſus ad colorem; quia de ſui ratione eſt, vt in illud tendat. Alia autem à ſe Deus vult, inquantùm ordinantur ad ſuam bonitatem, vt in finem. Ea autem, quæ ſunt ad finem, non ex neceſsitate volumus volentes finem, niſi ſint talia, ſine quibus finis eſſe non poteſt: *ſicut volumus 55
cibum, volentes conſeruationem vitæ, & na- 818
uem, volentes transfretare. Non ſic autem
B ex neceſsitate volumus ea, ſine quibus finis eſſe poteſt: ſicut equum ad ambulandum; quia ſine hoc poſſumus ire, & eadem ratio eſt in alijs.

Vnde, cùm bonitas Dei ſit perfecta, & eſſe 408
poſsit ſine alijs, cum nihil ei perfectionis ex alijs accreſcat; ſequitur, quòd alia à ſe eum velle, non ſit neceſſarium abſolutè, & ta-
men neceſſarium eſt ex * ſuppoſitione. Sup- D. 696.
poſito enim, quòd velit, non poteſt non velle; quia non poteſt voluntas eius mutari.

C Ad primum ergo dicendum, quòd ex hoc, quòd Deus vult ab æterno, quicquid vult, non ſequitur, quòd neceſſe eſt eum illud velle, niſi ex ſuppoſitione.

Ad ſecundum dicendum, quòd, licèt Deus ex neceſsitate velit bonitatem ſuam, non tamen ex neceſsitate vult ea, quæ vult, propter bonitatem ſuam; quia bonitas eius poteſt eſſe ſine alijs.

Ad tertium dicendum, quòd non eſt naturale Deo velle aliquid aliorum, quæ non
D ex neceſsitate vult; neque tamen innaturale, aut contra naturam, ſed eſt voluntarium.

Ad quartum dicendum, quòd aliquando aliqua cauſa neceſſaria habet non neceſſariam habitudinem ad aliquem effectum; quod eſt propter defectum effectus, & non propter defectum cauſæ. Sicut virtus Solis habet non neceſſariam habitudinem ad aliquid eorum, quæ contingenter hic eueniunt, non propter defectum virtutis Solaris, ſed propter defectum effectus non neceſſariò ex cau-
E ſa prouenientis. Et ſimiliter, quòd Deus non ex neceſsitate velit aliquid eorum, quæ vult, non accidit ex defectu voluntatis diuinæ, ſed ex defectu, qui competit volito ſecundùm ſuam rationem; quia ſcilicet eſt tale, vt ſine eo eſſe poſsit perfecta bonitas Dei. Qui quidem defectus conſequitur omne bonum creatum.

Ad quintum ergo dicendum, quòd cauſa, quæ

quæ eſt ex ſe contingens, oportet, quòd deter minetur ab aliquo exteriori ad effectum; Sed volūtas diuina, quæ ex ſe neceſsitatem habet, determinat ſeipſam ad volitum, ad quod habet habitudinem non neceſſariam.

Ad ſextum dicendum, quòd ſicut diuinum eſſe in ſe eſt neceſſarium; ita & diuinum velle, & diuinum ſcire. Sed diuinum ſcire habet neceſſariam habitudinem ad ſcita, non autem diuinum velle ad volita; quod ideo eſt; quia ſciētia habetur de rebus ſecundùm quod ſunt in ſciente; volūtas autem comparatur ad res ſe-
120 b cundùm, quòd ſunt in ſeipſis; * Quia igitur omnia alia habent neceſſarium eſſe ſecundùm quod ſunt in Deo, non autem ſecundùm quòd ſunt in ſeipſis, habent neceſsitatem abſolutam, ita, quòd ſint per ſeipſa neceſſaria: propter hoc Deus, quæcunque ſcit, ex neceſsitate ſcit; non autem, quæcunque vult, ex neceſsitate vult.

Forma Textus.

RESpondet S. D. ad quæſitum tribus concluſionibus præmiſſa vna diſtinctione, quæ eſt. Neceſſarium dicitur aliquid dupliciter; vno modo abſolutè, alio modo ex ſuppoſitione. Neceſſarium abſolutè dicitur id, quod eſt neceſſarium ex habitudine terminorum, quæ habitudo neceſſaria inter terminos, ſcilicet ſubiectum, & prædicatum eſt, quando vel prædicatum eſt de diffinitione ſubiecti; ſicut neceſſarium eſt hominem eſſe animal; quia animal eſt de diffinitione hominis; vel quia ſubiectū eſt de ratione prædicati; ſicut neceſſarium eſt numerum eſſe parem, vel imparem. Neceſſarium autem ex ſuppoſitione eſt illud, quod non eſt neceſſarium ex habitudine terminorum, ſed ex aliqua ſuppoſitione; ſicut Sortem ſedere non eſt neceſſarium abſolutè; quia non eſt neceſſarium ex habitudine terminorum, poteſt enim nō ſedere; ſed poteſt dici neceſſarium ex ſuppoſitione: nam ſuppoſito quòd ſedeat, neceſſe eſt eū ſedere, dum ſedet. Hac præmiſſa diſtinctione reſpondet tribus concluſionibus.

Prima concluſio. Deus vult bonitatem ſuam ex neceſsitate abſoluta. Probatur: Qualibet potentia neceſſariam habet habitudinem ad proprium, & principale obiectum; ſed voluntas diuina quædam potētia eſt, quæ habet pro proprio, & principali obiecto ſuam bonitatē; ergo. Deus vult ſuam bonitatem ex neceſsitate abſoluta. Maior probatur inductiue: primò in noſtra voluntate, quæ ex neceſsitate vult beatitudinem. 2. in viſu reſpectu coloris; quia de eius ratione eſt, vt ad illum tendat. Minor relinquitur, vt nota. Hæc concluſ. quinque rationibus probatur à S. Thom. in primo cont. gent. capitulo 80.

Secunda concluſio eſt. Deus alia à ſe non vult de neceſsitate abſoluta. Probatur: Ea, quæ ſunt ad finem, nō ex neceſsitate volumus volentes finem, niſi ſint talia, vt ſine illis finis eſſe non poſsit; at ſine aliis ſ. creaturis poteſt eſſe diuina bonitas; ergo Deus alia à ſe non vult de neceſsitate abſoluta. Maior probatur, & manifeſtatur inductiue tribus exemplis; quorum duo prima, probant dictam maiorem, quo ad illam exceptionem: niſi ſint ta-
A *lia, &c. primum exemplum eſt; nos volumus cibum volentes conſeruationē vitæ, quæ conſeruatio vitæ eſt quidam finis, qui ſine cibo haberi non poteſt. Secundum exēplum eſt; quia volumus nauim volentes transfretare, nā transfretatio eſt finis quidam, qui ſine naui haberi non poteſt. Tertium exemplum probat priorem partem dictæ maioris, quæ eſt præiacens reſpectu dictæ exceptionis, ea verò eſt: quæ ſunt ad finem, non neceſſariò volumus volentes finem. Exemplum eſt; quia volumus equū ad ambulandum, poſſumus autem ſine equo ambulare. Minor autem propoſitio probatur; Quia bonitas Dei ſic eſt perfecta, vt nihil ei perfectionis ex aliis accreſcat. Hanc concluſionem probat S. Thom. quinque rationi-*
B *bus in 1. cont gent. cap. 81. & latè diſcutit in cap. 82.*

Tertia concluſio eſt Deum velle alia à ſe eſt neceſſarium ex ſuppoſitione. Probatur, ſuppoſito quòd Deus velit alia à ſe, non poteſt non velle; ergo, Deum velle alia à ſe eſt neceſſarium ex ſuppoſitione: Conſequentia patet. Antecedens probatur; quia voluntas Dei non poteſt mutari. Hanc concluſionem probat S. Thom. quatuor mediis in primo cont. gent. cap. 83.

Controuerſia vnica.

An prima concluſio, & eius probatio ſit intelligenda de
C *neceſsitate quo ad ſpecificationem tantùm, an etiam quo ad exercitium.*

Sententiæ expoſitorum, & explicatio terminorum.

CAietanus hic concluſionem, & eius probationem interpretatur de neceſsitate actus quo ad ſpecificationem tantum; quam expoſitionem ſequūtur Bannes, & Zumellus. Molina dubius pertranſit. Vaſquez de vtraque neceſsitate concluſionem, & diſcurſum intelligit, qui tamen rationem D. Thom. ad probandam exercitij neceſsitatem minus ſufficientem iudicat. hanc ſententiam quo
D ad priorem partem ſequitur Suarez. lib. 3. de attributis cap. 6.

Caiet. Bannes. Zumell. Molina. Vaſquez. Suarez.

In hoc diſcurſu, quatuor ſunt explicanda. Primum eſt ſenſus illius propoſitionis aſſumptæ ad probationem primæ Concluſionis videlicet; *Omnis potentia habet habitudinem neceſſariam ad propriū obiectum:* Nam duplex eſt neceſsitas, ſiue naturalitas potentiæ in ordine ad proprium obiectum: vna quo ad ſpecificationem actus; alia quo ad exercitium actus. Cuius ratio eſt: quoniam illud; quod neceſſarium eſt, ſiuè naturale, eſt ad vnum determinatum; quare actus, ſiuè potentia, tantùm habebit neceſsitatis, ſiuè naturalitatis, quantùm
E habebit determinationis: Vnde, ſi actus alicuius potentiæ eſt determinatus ad vnum obiectum, ita vt non poſsit in oppoſitum, eſt naturalis quo ad ſpecificationem actus; Quia neceſſariò ſpecificatur à tali obiecto, ex quo ad oppoſitum tendere nō poteſt; ſicut appetere reſpectu boni. Si autem potentia ipſa eſt determinata ad eliciendum talem actum, ita vt non ſit in eius poteſtate illum ſuſpēdere, actus ille eſt neceſſarius, ſiuè naturalis quo ad exercitium actus; quia neceſſariò exercetur;

Neceſsitas ſpecificationis, & exercitij.

Prædicta ergo propoſitio: *omnis potentia habet habitudinem neceſſariam ad proprium obiectum*, non intelligitur quo ad exercitium actus, ſed quo ad ſpecificationem, ideſt non denotat omnem potentiã neceſſario exerceri circa obiectum; ſiquidem nõnunquam ſunt ocioſæ potentiæ; ſed ſignificat potẽtiam omnem ad exercitium deductam, non poſſe, niſi circa proprium obiectum exerceri; quòd etiã elucet ex forma quæſiti. Non enim eſt quæſitum; an Deus velit neceſſariò, ſed *an quidquid vult, neceſſariò velit*: vbi vt aduertit Caiet. manifeſtè apparet, quòd in exercito actu, quem indicat illa particula: *quidquid vult* ſpecificationem quærit, an ſcilicet neceſſariam, aut non neceſſariam habitudinem ad volitum habeat.

Ad cuius ampliorem euidentiam ſciendum eſt primo, obiectum ſecundùm formalem, & præciſã obiecti rationem non cauſare in voluntate, aut in appetitu ſenſitiuo neceſsitatem quo ad exercitiũ actus; ſed tantùm quo ad ſpecificationem: Nam, vt ait S. Doct. in prima ſecundæ quæſt. 9. artic. 1. id quod mouet ad exercitium actus, eſt principium efficiens, & ideò ſe tenet ex parte ſubiecti, non autem ex parte obiecti, quod rationem non habet efficientis. Secundò notandum eſt habitudinem voluntatis neceſſariam ad obiectum eius proprium, quod eſt bonum, & èconuerſo, duplicem eſſe poſſe: Quædam enim eſſe poteſt ſecundùm ſolam rationem ſpecificati, & ſpecificantis, qualis eſt inter omnem voluntatem, & bonum, vt bonum eſt, & ex hac nulla cauſatur neceſsitas, quo ad exercitium in actibus voluntatis, ſed quo ad ſpecificationem tantùm: Quædam verò alia habitudo neceſſaria eſſe poteſt inter voluntatem, & eius obiectũ, quatenus vtraque reperitur in vltimo ſuę perfectionis complemento; quia ſcilicet, obiectum perfectiſſimam habet rationem bonitatis, & voluntas puriſſimus actus eſt, omni carens potentialitate: Et ex prima quidem habitudine non ſequitur, niſi neceſſarius actus volũtatis, quo ad exercitium, ſed quo ad ſpecificationem tantùm: Et quia de hac habitudine loquebatur S. Doctor, vt oſtendetur inferius, ideò ſolam concludit neceſsitatem diuinæ voluntatis, quo ad ſpecificationem actus: Ex ſecũda vero habitudine ſequitur neceſsitas in actu voluntatis, etiam quo ad exercitium actus: nam talis habitudo nullam admittit potentialitatem in voluntate, aut in eius obiecto, & ideò neceſſario infert coniunctionem voluntatis in actu ſecundo, cum obiecto; ſed hæc habitudo extrinſeca eſt, nec per ſe conuenit voluntati vt voluntas eſt, & eius obiecto, vt eius obiectum eſt, ſed quatenus talis, aut tale eſt.

Oſtenditur neceſsitatem, tam noſtræ voluntatis reſpectu beatitudinis in communi, quàm Diuinæ reſpectu ſuæ bonitatis intelligendam quo ad ſpecificationem.

Beatitudo multiplex. SEcundò explicanda eſt probatio prædictæ propoſitionis, nimirum: *noſtra voluntas neceſſariò appetit beatitudinem*: Nam beatitudo dupliciter poteſt cõſiderari: vno modo in communi; alio mo-

A do in ſpeciali; quæ duplex eſt, ſcilicet naturalis, & ſupernaturalis. Rurſus voluntas noſtra dupliciter ſumi poteſt, ſcilicet abſolutè, & ſecundùm talem ſtatum, ſcilicet videntis diuinam eſſentiam. Hoc in loco ſermo eſt de beatitudine in communi, & de voluntate abſolutè. Vt ſit ſenſus; voluntas noſtra abſolutè appetit neceſſariò quo ad ſpecificationem actus beatitudinem in communi. Hãc aũt eſſe mentem S. Thom. patet 1. quia hic loquitur de proprio, & connaturali obiecto potentiæ, vt liquet ex ſubiunctis verbis, videlicet. *Sicut, & quælibet alia potentia neceſſariam habitudinem habet, ad proprium, & principale obiectum*, vt viſus ad colorem; quia de eius ratione eſt, vt in illud tendat. 2.

B quia à notioribus tradenda eſt diſciplina. Euidẽs eſt autem neceſsitas noſtræ voluntatis in ordine ad beatitudinem in cõmuni. Occulta verò ea eſt, quam habet creata voluntas reſpectu boni per eſſentiam clarè viſi. 3. quia hunc ſenſum diſertis verbis exprimit. S. D. de Ver. q. 23. art. 4. ita dicẽs. *Principale volitum eſt, in quod voluntas refertur ſecundùm ſuam naturam, eo quòd ipſa voluntas natura quædam eſt, & naturalem ordinem ad aliquid habet; hoc autem eſt, quod naturaliter voluntas vult; ſicut humana volũtas naturaliter appetit beatitudinem* Hæc ibi: ex quibus concludit ſimilem neceſsitatem in Diuina voluntate reſpectu ſuæ bonitatis. Ex qua declaratione ſequitur rationem D. Thom. non concludere, niſi Deum velle bonitatem ſuam neceſſariò quo ad ſpecificationem actus, non autem quo ad exercitium: licèt abſolutè, & ſecundùm rem Deus vtraque neceſsitate velit bonitatem ſuam: Nam, cum Deus ſit actus puriſsimus, & ſemper in actu reſpectu eorum, quæ in eo ſunt, ſi neceſſariò quo ad ſpecificationem actus vult bonitatem ſuã, vult etiam neceſſariò quo ad exercitium actus, vt aduertit hic Caiet. & Ferrarienſis primo con. gent. c. 80. & Bannes ſuper hoc articulo. D. Thom.

C

Caiet. Ferrarien. Bannes. Suarez.

D Sed Franciſcus Suarez in dicto lib. 3. de attributis Dei cap. 6. arbitratur D. Thom. vtramque neceſſitatem Diuinæ voluntatis reſpectu propriæ bonitatis intendere, nimirum ſpecificationis, & exercitij volitionis, & vtramque ſimul vno argumento probari; quod prius etiam ſenſerat Vaſquez. Vaſquez.

Argumenta, & ſolutiones.

Suarez. PRobat autem Suarez ſuum intentum his argumentis. Primũ. Deus neceſſario quo ad exercitium amat ſe ipſum, & talis neceſsitas eſt abſoluta, & D. Thom. neceſsitatem, de qua agit, vocat abſolutam; igitur non loquitur de ſola neceſsitate ſpecificationis.

E Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam. Quãuis enim vtraq; neceſsitas ſecundùm rem diuinæ volitioni conueniat reſpectu eſſentiæ, ſiuè bonitatis Dei, ex hoc tamen diſcurſu non deducitur, niſi neceſsitas ſpecificationis.

Secundum. Infra art. 10. ex dictis in hoc art. infertur in Deo non eſſe libertatem ſupra amorem ſui; quia ex neceſsitate ſe amat; quæ non eſſet bona illatio, niſi neceſsitas illa eſſet quo ad exercitium;

igitized by Google

tium; quia ſola neceſsitas quo ad ſpecificationē non excludit libertatem.

Reſpondetur non inferri ibidem in Deo negationem libertatis reſpectu ſuæ bonitatis ex ſolo diſcurſu huius art. ſed etiam ex communibus omnibus potentijs diuinis, quæ reſpectu proprij, & per ſe primo obiecti nunquam ſunt in potentia,cũ idem ſint,quod ſua operatio.

Tertium.3.ratio.D.Thom.idem probat, ſi commodè inducatur: Nam illud principium: omnis potentia habet neceſſariam habitudinem ad proprium,& principale obiectum ſuum, intelligendũ eſt indefinitè,& abſtractè,& cum proportione:nã alia eſt neceſsitas potentiæ, quæ non coniungitur obiecto per ſeipſam,ſed per actum, & alia potentiæ,quæ per ſeipſam reſpicit immediatè, ſinè per modum actus obiectum ſuum; qualis eſt diuina voluntas, quæ eſt ſuum velle. Vnde, cum S.Thom. comparat illam neceſsitatem cum neceſsitate noſtræ voluntatis ad volendum beatitudinem,nõ eſt neceſſarium intelligi de beatitudine in communi, vel prout in hac vita cognoſcitur, ſed abſtractè, &c.

Reſpondetur,quòd licèt abſolutè loquendo poſſit illa propoſitio hunc habere ſenſum,in præſenti tamen art.magis limitatè ſumitur, ſcilicet ad neceſsitatem ſpecificationis. Quod autem ait exemplum de beatitudine noſtra non intelligi de beatitudine in communi, iam ſupra oſtendimus falſum eſſe.

Nec neceſse fuit hic concludi expreſsè neceſsitatem quo ad exercitium actus:quoniam probata neceſsitate quo ad ſpecificationem, ſtatim ex dictis in quæſt.tertia,de diuina ſimplicitate, ſequitur diuinam voluntatem reſpectu talis obiecti eſſe ſemper in actu. Sed ex vi præſentis diſcurſus non niſi adhibita violentia deduci poteſt.

Vaſquez. Deinde ad idem argumentatur Vaſquez.S.Th. ita docet voluntatem Dei liberè velle creaturas, vt eas velit neceſſariò ex ſuppoſitione, quòd eas vult ea neceſsitate,qua omne,quod eſt,quãdo eſt, neceſſariò eſt;abſolutè tamen non neceſſariò diligat; quibus verbis planè intelligit neceſsitatem quo ad exercitium, qua voluntas dicitur ita velle,vt non poſsit non velle; ergo, cum negat hanc neceſsitatem voluntatis Dei, ſignificat voluntatẽ Dei ita liberè velle creaturas, vt poſsit non velle, quæ eſt libertas,quo ad exercitium; ergo, cum docet voluntatem Dei neceſſariò velle ſuam bonitatem, de neceſsitate etiam quo ad exercitium loquitur.

Reſpondetur admiſſo antecedente cum prima conſequẽtia,falſam eſſe ſecundam conſequentiã: Et ratio eſt:quoniam S.Thom. voluit oſtendere eã neceſsitatem,quæ poteſt conuenire diuinæ voluntati reſpectu creaturarum; quæ non eſt neceſsitas ſimpliciter,ſed ſuppoſitionis tantùm; cum aliam reſpectu earum habere nõ poſsit, hæc verò eſt neceſsitas quo ad exercitium, ex ſuppoſitione tamen; Duo namque docet S.Thom. Alterum eſt Deum nõ amare creaturas neceſſariò abſolutè, quod hic principaliter intendit Sãctus Doctor, per hoc

A diſtinguens amorem Dei reſpectu creaturarum, ab eiuſdem amore reſpectu ſuæ bonitatis, quam Deus amat neceſſariò abſolutè: Alterum eſt Deũ amare creaturas neceſſariò ex ſuppoſitione,quod ad maius complementum additum eſt; nec p hoc intendit S.Doctor Dei amorem, quo diligit creaturas,ab eiuſdem amore diſtinguere,quo ſuam diligit bonitatem, aut huius neceſsitatem illius neceſsitati contraponere, vt intelligit Vaſquez, ſed negationem abſolutè neceſsitatis in amore Dei reſpectu creaturarum oppoſuit affirmationi neceſsitatis eiuſdem amoris reſpectu diuinæ bonitatis.

B Tertiò loco ſeſe offert declaranda ſecundæ cõcluſionis probatio, quam diligenter explicant Ferrarienſis primo contra gent.capit.81.ratione prima, Molina,Bannes,& Zumellus ſuper hoc art. & Suarez diſp.Metaph.30.ſect.16.num.35. Ferrarienſ. Molina. Bannes. Zumell. Suarez.

Poſtremò 3.D.Thom. concluſio, & eius probatio,vt perſpicua fieret,laborem noſtrum expoſceret,niſi Ferrarienſis in primo cont. gent. capit.83. illam diligenter expoſuiſſet; quam explicationem arguit Bannes ſupra quæſt.14.artic.15. in reſponſione ad quoddam 3. ſuum argumentum. Sed argumentum Banneſij ſoluit Ferrarienſis in cap.precedenti ſcilicet 82. in fine capituli, qua doctrina C ſupra in loco allegato vſi ſumus, nec opus eſt eadẽ hoc in loco repetere. Ferrarienſ. Bannes.

Proponuntur ſex Argumenta, D.Thom. & explicantur eorum reſponſiones.

Argumenta S.Tho.quæ inſignem præſtant eruditionem,ſunt ſigillatim cum ſuis reſponſionibus additis neceſſarijs explicationibus recẽſenda.

Primum argumentum eſt. Omne æternum eſt neceſſarium; ſed quidquid Deus vult, ab æterno vult,ergo quidquid Deus vult,neceſſariò vult.Mi- D nor probatur; quia aliàs voluntas eius eſſet mutabilis.

Reſpondet.S.Thom. ad maiorem, quòd omne æternum eſt neceſſarium,vel abſolutè, vel ex ſuppoſitione,quare ex hoc,ꝙ Deus quidquid vult, ab æterno vult; ſequitur tantùm, quòd omne, quod vult, neceſſariò velit, vel neceſsitate abſoluta,ꝙ negat S.Thom.vel neceſsitate ex ſuppoſitione, ꝙ affirmauit in 3.concluſione.

Circa quam reſponſionem obſeruandum eſt, quòd æterna ſunt in duplici differentia; quædam ſunt omninò abſoluta,vel ſaltem nullum dicũt reſpectum ad creaturas; ſicut Dei ſubſtantia, æternitas,vita,intellectus, & voluntas ſecundùm ſe: E quædam verò dicunt reſpectum ad creaturas, & hæc ſunt in duplici differentia: nam quędam pertinent ad actiones intellectus; quædam autem ad actiones voluntatis. Si loquamur de æternis, vel omninò abſolutis,vel quæ nullum dicunt reſpectũ ad creaturas,clarum eſt ea eſſe neceſſaria ſimpliciter: quoniam implicat contradictionem ea non eſſe. Si verò loquamur de æternis, quæ pertinent ad actiones voluntatis, vt reſpiciunt creaturas, ſic

Digitized by Google

ſic ſunt neceſſaria ex ſuppoſitione. Si autē de his, quæ pertinent ad actiones intellectus, diſtinguendum eſt; quia vel præſupponant actionem voluntatis, vel non; ſi præſupponunt actionem voluntatis, vel non; ſi præſupponunt actionem voluntatis, vt ſcientia viſionis de creaturis, non ſunt neceſſaria ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitione diuinę voluntatis. Si non præſupponunt, vt ſcientia ſimplicis intelligentiæ, qua ratione ſpeculatiua eſt, vel non completè practica, ſic ſunt neceſſaria ſimpliciter. Ratio horum habetur ex reſponſione ad ſextum argumentum.

Secundum argumentum. Deus vult alia a ſe, inquantùm vult bonitatem ſuam; ſed bonitatem ſuā ex neceſsitate vult; ergo alia à ſe ex neceſsitate vult.

Reſpondet S.Tho. ad maiorem, quòd Deus vult alia à ſe, inquantùm vult bonitatem ſuam, non tamen eodem modo, quo vult bonitatem ſuam, & rationem reddit; quia bonitas ſua poteſt eſſe ſine alijs. Poteſt ergo diſtingui dictio, *inquantùm*: nam poteſt dicere rationem, & poteſt dicere modū volendi, primo modo vera eſt maior, ſecundo modo falſa.

Tertium argumentum. Quidquid eſt Deo naturale, eſt neceſſarium; ſed naturale eſt ei velle quidquid vult; ergo. Maior probatur; quia Deū eſt per ſe neceſſe eſſe, & principium omnis neceſsitatis. Minor autem probatur; quia in Deo nihil poteſt eſſe præter naturam.

S.Thom. Reſpondet S.Thom. & negat minorem, ad probationem negat conſequentiam; quoniam datur medium, ſcilicet voluntarium; igitur velle alia à ſe non eſt Deo naturale, nec innaturale, ſed voluntarium. Cuius rationem reddit S. Thom. in primo cont.gent.cap.82.in fine. Vide ibi, & Ferrarienſē, qui monet dubium, & ſoluit. Ferrar.

Quartum argumentum. Si non neceſſe eſt Deū velle aliquid eorum, quæ vult, poſsibile eſt etiam eum non velle illud, & poſsibile eſt eum velle illud, quod non vult; ergo voluntas diuina eſt contingens ad vtrumlibet, & ſic imperfecta; quia omne contingens eſt imperfectum, & mutabile. Antecedens probatur; quia non neceſſe eſſe, & poſsibile non eſſe æquipollent; ergo, ſi &c.

Reſpondet S.Thom. & negat vltimam conſequētiam, & rationem reddit: quoniam aliquando aliqua cauſa neceſſaria, non neceſſariam habet habitudinem ad aliquem effectum, quod eſt propter defectum effectus, & non propter defectum cauſę, &c. vide litteram. Hanc reſponſionem explicat latè S.Thom. in dicto cap. 82. vide illum, & Ferrariē ſem ibidem. An autem effectus diuinæ voluntatis ſint nuncupandi contingentes, dicemus inferius, de hoc agit Suarez diſp.3c.ſect.16. num.43. S. Thom. Ferrar.

Quintum. Si voluntas Dei in aliquibus ſe habet ad vtrumlibet, ſequitur quòd ab aliquo alio determinetur ad effectum, & ſic quòd habeat aliquam cauſam: Conſequentia probatur: quoniam ab eo, quod eſt ad vtrumlibet, non ſequitur aliqua actio, niſi ab aliquo alio determinetur ad vnum; vt ait commen. in 2.phyſic. tex.48.

A Reſpondet S. Thom. & negat conſequentiam: Ad probationem reſpōdet, & diſtinguit, quòd cauſa, quæ ſe habet ad vtrumlibet, duplex eſt. Vna, quæ ex ſe eſt contingens; & hanc oportet determinari ab aliquo exteriori ad effectum; alia, quæ ex ſe neceſsitatem habet, ſed tamen non habet neceſſariam habitudinem ad effectum; & hanc nō oportet determinari ab alio, ſed poteſt ſeipſam determinare; vt diuina voluntas; explicat latius S. Tho. hanc reſponſionem in primo cont.gent.cap.82. vide ibi, & Ferrarienſem in prædicto capitu. 82. ad quartum, vbi mouet nonnullas dubitationes, & ſoluit. S. Thom. Ferrar.

B Sextum argumentum. Quidquid Deus ſcit, de neceſsitate ſcit; ergo quidquid Deus vult, de neceſſitate vult. Probatur conſequentia: quoniam, ſicut ſcientia diuina eſt eius eſſentia, ita & voluntas diuina eſt eſſentia Dei.

Reſpondet S.Tho. & negat conſequentiam: Ad probationem reſpōdet diſtinguendo diuinum ſcire, & diuinum velle: Nam dupliciter poſſunt conſiderari: Vno modo ſecundùm ſe; & hoc modo vtrumque eſt neceſſarium, alio modo ſecundùm habitudinem ad obiecta; & hoc modo diuina ſcientia eſt neceſſaria, quia habet neceſſariam habitudinem ad ſcita, cuius ratio eſt; quia ſcientia habe-C tur de rebus, ſecundùm quòd ſunt in ſciente; omnia verò alia, quatenus in Deo ſunt, habent neceſſarium eſſe; ideo Deus, quæcunque ſcit, ex neceſsitate ſcit; at verò diuinum velle, quo vult alia à ſe, non eſt neceſſarium ſecundùm habitudinem ad volita; quia voluntas comparatur ad res, prout in ſeipſis ſunt; res autem, vt ſunt in ſeipſis, non habēt eſſe neceſſarium, ita vt ſint in ſeipſis neceſſariæ; & ideo Deus, quæcunq; vult, non ex neceſsitate vult, licèt quæcunque ſcit, ex neceſsitate ſciat. Videnda ſunt, quę ſupra diximus, quæſt.14.artic.9.in 2. controuerſia de actibus diuinæ voluntatis reſpectu rerum poſsibilium, & ea, quæ hic docet Caie-D tanus, legendus eſt etiam Ferrarienſis in primo contra gent.cap.72. dubio ſecundo circa ſecundā rationem D.Thomæ, vbi declarat differentiam habitudinum intellectus, & voluntatis ad res intellectas, & volitas. Caietan. Ferrar.

ARTICVLVS IV.

Vtrum voluntas Dei ſit cauſa rerum.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd voluntas Dei non ſit cauſa rerum. Dicit enim Diony. cap.4. de diu.nom. * Sicut noſter E Sol non ratiocinans, aut præeligens; ſed per ipſum eſſe illuminat omnia, participare lumen ipſius valentia: ita, & bonum diuinum per ipſam eſſentiam omnibus exiſtentibus immittit bonitatis diuinæ radios: ſed omne, quod agit, per voluntatem agit, vt ratiocinans, & præeligens; ergo Deus non agit per voluntatem; ergo voluntas Dei non eſt cauſa rerum.

Inf. 1.d.45.a.3 Et 3. cont. c.97. & li. 4. cap. 10. princi. & po.q.3.ar. 15. Et Pſ. 50. co.3. Et Ioā. 5. lib. 3. Cap.4. circa prin.

2 Præ-

2 Præterea: Id,quod eſt per eſſentiam, eſt primum in quolibet ordine, ſicut in ordine i gnitorum eſt,primum,quod eſt ignis per eſſentiam;ſed Deus eſt primum agens;ergo eſt agẽs per eſſentiam ſuam,quæ eſt natura eius . Agit igitur per naturam,& non per volũtatem;Voluntas igitur diuina non eſt cauſa rerum.

3 Præterea: Quicquid eſt cauſa alicuius per hoc,quod eſt tale,eſt cauſa per naturam,& nõ
5 per voluntatem.* Ignis enim cauſa eſt calefactionis;quia eſt calidus;ſed artifex eſt cauſa domus;quia vult eam facere. Sed Auguſtin.dicit in 1. de doctr.Chriſt.* quòd quia Deus bonus eſt,ſumus; Ergo Deus per ſuam naturã eſt cauſa rerum,& non per voluntatem.

4 Præterea: Vnius rei vna eſt cauſa;ſed rerum creatarum eſt cauſa ſcientia Dei, vt ſupra
8. dictum eſt.* Ergo voluntas Dei non debet poni cauſa rerum.

Sed contra eſt , quòd dicitur Sapient. 11. Quomodo poſſet aliquid permanere , niſi tu voluiſſes?

Reſpondeo. Dicendum,quòd neceſſe eſt dicere voluntatem Dei eſſe cauſam rerum , & Deum agere per voluntatem,non per neceſſitatem naturæ,vt quidam exiſtimauerunt. *Qđ quidẽ apparere poteſt tripliciter . Primò quidem ex ipſo ordine cauſarum agentium:Cum enim propter finem agat intellectus, & natura,vt probatur in 2. Phyſic. * neceſſe eſt, vt agenti per naturam prædeterminetur finis, & media neceſſaria ad finem,ab aliquo ſuperiori intellectu: * Sicut ſagittæ prædeterminatur finis, & certus modus à ſagittante : Vnde neceſſe eſt,quòd agens per intellectum, & voluntatem ſit prius agente per naturam: Vnde, cũ primum in ordine agentium ſit Deus,* neceſſe eſt,quòd per intellectum, & voluntatem agat. Secundò ex ratione naturalis agentis, ad quod pertinet, vt vnum effectum producat ; quia natura vno,& eodem modo operatur, * niſi impediatur. Et hoc ideò;quia ſecundùm quod eſt tale, agit: vnde quandiu eſt tale, non facit niſi tale; omne enim agens per naturam, habet eſſe determinatum ; Cùm igitur eſſe diuinum non ſit determinatum,ſed contineat in ſe totam perfectionem eſſendi,* non poteſt eſſe,quòd agat per neceſſitatem naturæ: niſi fortè cauſaret aliquid indeterminatum, & infinitum in eſſendo,quod eſt impoſſibile, vt ex ſuperioribus patet; * Non igitur agit per neceſſitatem naturæ,ſed effectus determinati ab infinita ipſius perfectione procedunt ſecundùm determinationem voluntatis,& intellectus ipſius. Tertiò ex habitudine effectuum ad cauſã; ſecundùm hoc enim effectus procedunt à cau-

A ſa agente, ſecundùm quòd præexiſtunt in ea ; quia omne agens agit ſibi ſimile . Præexiſtunt autem effectus in cauſa ſecundùm modũ cauſæ:vnde,cum eſſe diuinum ſit ipſum eius intelligere, * præexiſtunt in eo effectus eius ſecundùm modum intelligibilem , & per modũ intelligibilem procedunt ab eo:& ſic per conſequens per modum voluntatis: Nam inclinatio eius ad agendum, quod intellectu conceptum eſt,pertinet ad voluntatem ; Voluntas igitur Dei eſt cauſa rerum. 23

Ad primum ergo dicendum,quòd Dionyſ.
B per verba illa non intendit excludere electionem à Deo ſimpliciter , ſed ſecundùm quid , inquantùm ſcilicet,non quibuſdam ſolùm bonitatem ſuam cõmunicat,ſed omnibus: * prout ſcilicet electio diſcretionem quandam importat.

Ad ſecundum dicendum , quòd quia eſſentia Dei eſt eius intelligere, & velle, ex hoc ipſo,quòd per eſſentiam ſuam agit, ſequitur,qđ agat per modum intellectus, & voluntatis.

Ad tertium dicendum,quòd bonum eſt obiectum voluntatis;Pro tanto ergo dicitur;quia
C Deus bonus eſt, ſumus , inquantùm ſua bonitas eſt ei ratio volendi omnia alia, vt ſupra dictum eſt.*

Ad quartum dicẽdum,quòd vnius , & eiuſdem effectus,etiam in nobis, eſt cauſa ſcientia vt dirigens,qua concipitur forma operis , & voluntas vt imperans; quia forma vt eſt in intellectu tantùm, non determinatur ad hoc , q̃ ſit,vel non ſit in effectu , niſi per voluntatem : * Vnde intellectus ſpeculatiuus nihil dicit de operando; Sed potentia eſt cauſa vt exequẽs ;
D quia nominat immediatum principium operationis;ſed hæc omnia in Deo vnum ſunt.

Art 2. in Solu ad 2. præcipuè.

Ratio ordinis,& ſenſus quæſiti .

AB hoc articulo inchoat quæſitum de qualitate diuinæ voluntatis : nam, vt annotauimus ſupra cum Caietano quæſt. 14.art. 8. cauſalitas rerum poteſt dupliciter conſiderari . Vno modo ſecundùm ſe; & ſic de ea tractatur infra qu. 44.& 45.alio modo , vt eſt qualitas diuinæ ſcientiæ,& voluntatis; & hoc modo ſpectat ad dictum articulum octauum,& ad præſentem , in quo quęritur hæc diuinæ voluntatis conditio,quæ eſt
E cauſalitas,quod eſt inueſtigare , num Deus ſit cauſa rerum per voluntatem,prout magis patebit in expoſitione textus .

Forma Textus .

COncluſio eſt. Neceſſe eſt dicere voluntatem Dei eſſe cauſam rerum: Hoc eſt Deum cauſare per voluntatem,& non per neceſſitatem naturæ,quæ eſt concluſionis

Digitized by Google

cluſionis explicatio. Probatur tripliciter. Primò ex ordine cauſarum agentium: Agens per intellectum, & voluntatem prius eſt agente per naturam; Sed Deus eſt primum in ordine agentium; ergo Deus agit per intellectũ, & voluntatem. Maior probatur: neceſſe eſt, vt agenti per naturam prædeterminetur finis, & media neceſſaria ad finem, ab aliquo agente per intellectum; ergo neceſſe eſt, vt agens per intellectum, & voluntatem ſit prius agente per naturam. Antecedens probatur dupliciter: Primò; quia natura, & intellectus agunt propter finem; at verò natura non cognoſcit finem, ſed tantùm intellectus; ergo neceſſe eſt, vt agenti per naturam prædeterminetur finis, & media neceſſaria ad finem, ab agente per intellectum: Conſequentia euidens eſt; quoniã agere propter finem præſupponit finem cognoſci, vel ab ipſo tendente in finem, vel ab aliquo dirigente, vt cõtingit in ſagitta; conſtat autem naturam vt ſic, non cognoſcere; igitur oportet à cognoſcente dirigi. Secundò probatur idem antecedens exemplo ſagittæ, cui prædeterminatur finis, & certus modus à ſagittante.

Secundò probatur concluſio ex ratione naturalis agẽtis: Omne agens per naturam producit vnum effectum determinatum; ſed eſſe diuinum vt ſic, non poteſt producere vnum effectum determinatum; ergo. Maior probatur. Agens naturale vno, & eodem modo operatur; ergo. Antecedens probatur; quia agens naturale agit, ſecundùm quod eſt tale; igitur quamdiu eſt tale, non facit niſi tale; ergo eodem modo operatur. Minor principalis argumenti probatur: Eſſe diuinum non eſt determinatum, ſed continet in ſe totam perfectionem eſſendi; ergo eſſe diuinum ſecluſo intellectu, & voluntate non poteſt cauſare aliquid determinatum in eſſendo; igitur ſi cauſaret, produceret aliquid indeterminatum, & infinitum in eſſendo, quod eſt impoſſibile.

Tertiò ex habitudine effectuum ad cauſam: Secundũ hoc effectus procedunt à cauſa agente, ſecundùm quod præexiſtunt in ea; ſed effectus præexiſtunt in eſſe diuino ſecundùm modum intelligibilem; ergo procedunt ab eo ſecundùm modum intelligibilem, & conſequenter per modum voluntatis. Maior probatur; quia omne agens agit ſibi ſimile. Minor probatur: effectus præexiſtunt in cauſa ſecundùm modum cauſæ; ſed eſſe diuinum eſt eius intelligere; ergo effectus præexiſtunt in eo ſecundũ modum intelligibilem; Vlterior verò deductio, videlicet, quòd, ſi effectus procedunt à Deo ſecundùm modum intelligibilem, procedant etiam ſecundùm modum voluntatis, probatur: quoniam inclinatio ad agendum id, quod intellectu conceptum eſt, pertinet ad voluntatem.

Expoſitio Textus.

QVo ſenſu neget S.Thom. Deum agere per neceſſitatem naturæ, & affirmet agere per voluntatem, dilucidè hic explicat Caiet. Bannes, & Zumellus, & Ferrarienſis in ſecundo contra gent. cap. 23. quorum dictis nihil addendum occurrit.

Caiet. Bannes. Zumell. Ferrar.

Hic multa eſſent declaranda. Primum eſt maior propoſitio aſſumpta in ſecunda probatione cõcluſionis, videlicet; *Omne agens per naturam, producit vnum effectum determinatum;* ſed ſatis illam exponit Bannes. Si quis autem ſenſum ſingularem propoſitionum huius probationis, ac vim diſcur-

Bannes.

A ſus videre deſiderat; legat Caietanum infra quæſtione 41. art. 2.

Caiet.

Secundum eſt, conditionalis aſſumpta in eadẽ probatione; nimirum, *ſi eſſe diuinum ſecluſo intellectu, & voluntate cauſaret, produceret aliquid infinitũ.* hanc tamen explicat optimè Caietanus.

Tertium eſt probatio vltima concluſionis cum aſſumptis in ea propoſitionibus; ſed hic explicat eas, & tuetur Caietanus, & infra in dicta quęſt. 41 art. 2. & Ferrarienſis in allegato cap. 23. quem ſequitur Vaſquez reiecta ſine ratione expoſitione Caietani; vbi etiam affirmat rationem D. Thom. non eſſe admodum efficacem, niſi aliundè probe-

Caiet. Ferrarienſ. Vaſquez.

B tur creaturas eſſe in Deo, vt in cauſa intelligente; ſed ex ijs, quæ ſupra diximus, quęſt. 14. art. 5. ſatis apparet hac ratione euidenter probari creaturas eſſe in Deo, vt in cauſa intelligente; eodem enim ibidem S. Doctor. vtebatur medio ad probandum Deum alia à ſe intelligere; quia ſcilicet eſſe diuinũ eſt eius intelligere, & omne, quod eſt in altero, eſt in eo per modum eius, in quo eſt; quod idem aſſumit hoc in loco dicens. *Præexiſtunt autem effectus in cauſa ſecundùm modum cauſæ, modus autem cauſæ primæ eſt, quod eius eſſe ſit eius intelligere*: quod affirmat prima propoſitio; igitur hac ratione euidenter probatur creaturas eſſe in Deo, vt in cauſa in-

C telligente.

Quartum eſt, quomodo valeat illa deductio: effectus procedunt ab eſſe diuino ſecundùm modũ intelligibilem; ergo procedunt ſecundùm modũ voluntatis, cuius erat probatio; quia inclinatio ad agendum id, quod intellectu conceptum eſt, pertinet ad voluntatem: Nam filius procedit in diuinis per modum intellectus, & tamen non procedit ſecundùm modum voluntatis. Reſpondet Bannes dicens bonam eſſe conſequentiam; quia loquitur S.Thom. de procedente per intellectum, & non ex neceſſitate naturæ. Sed melius dici poteſt, hic ſermonem eſſe de effectu, qui non poteſt eſſe niſi res

Dubitatio

Solutio Bannesij.

Melior ſolutio.

D creata, cum qua diuina bonitas, & voluntas nullã poteſt habere neceſſariam connexionem; filius autem non eſt effectus, nec creatura.

Quærunt hic moderni expoſitores: An diuina voluntas ſit prior, & immediatior cauſa, quàm intellectus, & an Deus per voluntatem formaliter, aut media potentia operetur; ſed hęc omnia ſatis fuere diſcuſſa ſupra quæſt. 14. articulo 8. controuerſia 2.

Dubitant hic Molina, & Vaſquez. An Ariſt. ſenſerit Deum agere de neceſsitate naturæ, & reſpondet Molina affirmando. Vaſquez opinatur Ariſt. pcrediſſe, vel totum vniuerſum quo ad partes p-

Molina. Vaſquez.

E petuas à ſeipſo eſſe, vel ſi ſit à Deo, non voluntate, ſed naturæ neceſsitate proceſsiſſe. Magis tamen in priorem partem inclinat cum Gregorio Arim. qui idem de opinione Ariſt. exiſtimauit. Sed de hac re non nihil diximus in fine commentarij primi articuli primæ quæſtionis, nec expedit hic latius extendere philoſophicam, & minimè vtilitatis controuerſiam.

Digitized by Google

ARTICVLVS V.

Vtrum voluntatis diuinæ ſit aſſignare aliquam cauſam.

119 1 d q.art. 3 ar. & 3.con c.86 a lib.1. c. 30 & 29. & lib.3 c. 97. AD quintum ſic proceditur. Videtur, quòd voluntatis diuinæ ſit aſſignare aliquam cauſam. Dicit enim Auguſ.* lib.83.quæſt. Quis audeat dicere Deum irrationabiliter omnia condidiſſe? Sed agenti voluntario, quod eſt ratio operandi, eſt etiam cauſa volendi; Ergo voluntas Dei habet aliquam cauſam. Lib. 83. qq.46. parum à medio, to.4.

2 Præterea: In his, quæ fiunt à volente, qui propter nullam cauſam aliquid vult, non oportet aliam cauſam aſsignare, niſi voluntatem volentis; ſed voluntas Dei eſt cauſa omnium rerum, vt oſtenſum eſt; * Si igitur voluntatis eius non ſit aliqua cauſa, non oportebit in omnibus rebus naturalibus aliam cauſam quærere, niſi ſolam voluntatem diuinam. Et ſic omnes ſcientiæ eſſent ſuperuacuæ, quæ cauſas aliquorum effectuum aſsignare nituntur, quod videtur inconueniens; Eſt igitur aſsignare aliquam cauſam voluntatis diuinę. Art. præced

3 Prętereà: Quod fit à volente nō propter aliquam cauſam, dependet ex ſimplici voluntate eius; Si igitur voluntas Dei non habeat aliquam cauſam, ſequitur, quòd omnia, quæ fiunt, dependeant ex ſimplici eius voluntate, & non habeant aliquam cauſam aliam, quod eſt inconueniens.

Sed contra eſt, quod dicit Auguſt.* in libro 83. q. Omnis cauſa efficiēs maior eſt eo, quod efficitur: nihil tamen maius eſt volūtate Dei; non ergo cauſa eius quærenda eſt. lib.83.qq. q.22.in fi. to.4.

Reſpondeo. Dicendum, quòd nullo modo voluntas Dei cauſam habet.

315 Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt, quòd, cùm voluntas conſequatur intellectū, * eodem modo contingit eſſe cauſam alicuius volentis, ut uelit, & alicuius intelligentis, ut intelligat. In intellectu autem ſic eſt, quòd, ſi ſeorſum intelligat principium, & ſeorſum cōcluſionem, intelligentia principij eſt cauſa ſciētiæ concluſionis. Sed ſi intellectus in ipſo principio inſpiceret concluſionem, uno intuitu apprehendens utrumque, in eo ſcientia concluſionis non cauſaretur ab intellectu principiorum; quia idem non eſt cauſa ſuiipſius, ſed tamen intelligeret principia eſſe cauſas concluſionis. Similiter eſt ex parte uoluntatis, circa quam ſic ſe habet finis ad ea, quæ ſunt ad finē, ſicut in intellectu principia ad concluſiones. 415 * Vnde, ſi aliquis uno actu uelit finem, & alio actu ea, quę ſunt ad finem, uelle finem erit ei

A cauſa uolendi ea, quæ ſunt ad finem: ſed ſi uno actu uelit finem, & ea, quæ ſunt ad finem, hoc eſſe non poterit; quia idem non eſt cauſa ſuiipſius. Et tamen erit uerum dicere, quòd uelit ordinare ea, quę ſunt ad finem, in finem. Deus autem, ſicut uno actu omnia in eſſentia ſua intelligit,* ita uno actū uult omnia in ſua bonitate: 84 89 119 c 87 * Vnde, ſicut in Deo intelligere cauſam nō eſt cauſa intelligendi effectus, ſed ipſe intelligit effectus in cauſa,* ita uelle finem, non eſt ei cauſa uolendi ea, quę ſunt ad finem. Sed tamen uult ea, quę ſunt ad finem, ordinari in finem; * B Vult ergo* hoc eſſe propter hoc, ſed non propter hoc uult hoc. 141 D.4891

Ad primum ergo dicendum, quòd uoluntas Dei rationabilis eſt, non quòd aliquid ſit Deo cauſa uolendi, ſed inquantùm uult unum eſſe propter aliud.

Ad ſecundum dicendum, quòd cùm uelit Deus effectus ſic eſſe, ut ex cauſis certis prouenient, ad hoc, quod ſeruetur ordo in rebus; nō eſt ſuperuacuum etiam cum uoluntate Dei alias cauſas quærere. Eſſet tamē ſuperuacuum, C ſi alię cauſę quærerentur ut primę, & non dependentes à diuina uoluntate. Et ſic loquitur Aug. in 3. de Trinit.* Placuit uanitati philoſophorum etiam alijs cauſis effectus contingentes tribuere; cùm omnino uidere non poſſent ſuperiorem cęteris omnibus cauſam, ideſt, uoluntatem Dei. Lib 3. de trin.c.2.in med.to.3.

Ad tertium dicendum, quòd, cùm Deus uelit effectus eſſe propter cauſas, quicunq; effectus præſupponunt aliquem alium effectum, non dependent ex ſola Dei uoluntate, ſed ex aliquo alio; Sed primi effectus ex ſola diuina D uoluntate dependent, utpotè ſi dicamus, quòd Deus uoluit hominem habere manus, ut deſeruirent intellectui operando diuerſa opera, & uoluit eum habere intellectum ad hoc, ꝙ eſſet homo, & uoluit eū eſſe hominem, ut frueretur ipſo. * vel ad complementum vniuerſi. Quæ 130 quidem non eſt reducere ad alios fines creatos vlteriores. Vnde huiuſmodi dependent ex ſimplici voluntate Dei; alia verò ex ordine ē aliarum cauſarum.

Senſus quæſiti.

E NOmine voluntatis non intelligitur hic nolitiua potentia, ſed actualis uolitio, quatenus attingit uolita.

Forma Textus.

SAtisfacit quæſito Sanctus Doctor proponendo primo ac probando concluſionem, deinde occurrendo tacitæ obiectioni.

Concluſio eſt. Nullo modo voluntas Dei cauſam habet.

bet. probatur: Voluntas eodem actu uolens finem, & ea, quæ ſunt ad finem, non habet uolitionem cauſatam; ſed voluntas Dei eodem actu vult finem, & ea, quæ ſunt ad finem; ergo. Minor probatur; Deus vnico actu omnia in eſſentia ſua intelligit; ergo omnia vnico actu vult in ſua bonitate. Maior probatur: Eodem modo contingit eſſe cauſam alicuius volentis vt velit, & alicuius intelligentis vt intelligat; at in intellectu ſi ſeorſum intelligat principium, & ſeorſum concluſionem, intelligentia principij eſt cauſa ſuæ concluſionis. Quòd ſi intellectus in ipſo principio inſpiceret concluſionem, in eo ſcientia concluſionis non cauſaretur ab intellectu principiorum, ſed tamen intelligeret principia eſſe cauſas concluſionis; ergo ſimiliter ex parte voluntatis, ſi aliquis vno actu velit finem, & alio actu ea, quæ ſunt ad finem, velle finem erit ei cauſa volendi ea, quæ ſunt ad finem; quod ſi vno, & eodem actu velit finem, & ea, quæ ſunt ad finē, velle finem non erit ei cauſa volendi ea, quæ ſunt ad finem; ſed tamen erit verum dicere, quòd velit ordinare ea, quæ ſunt ad finem, in finem. Maior huius argumenti probatur dupliciter: primò; quia voluntas ſequitur intellectum, ergo. Secundò; quia in voluntate ſic ſe habet finis ad ea, quæ ſunt ad finem, ſicut in intellectu principia ad concluſiones; ergo eodem modo contingit eſſe cauſam alicuius voluntatis, vt velit, & alicuius intelligentis, vt intelligat. Minor autem quo ad ſecundam partem probatur; quia idem non eſt cauſa ſuiipſius.

Deinde Sanctus Doctor reſpondet tacitæ obiectioni. Eſt autem obiectio: Deus vult alia propter finem; ergo velle finem eſt cauſa volendi ea, quæ ſunt ad finem. Reſponſio eſt, quòd falſum eſt antecedens: nam Deus vult quidem alia eſſe propter finem; non tamen vult alia propter finē, aliud eſt enim dicere, quòd Deus vult hoc propter hoc, & aliud quod Deus vult hoc eſſe propter hoc, primum eſt falſum, ſecundum eſt verum. Rationem reddit ex dictis; quoniam quemadmodum Deus vno actu omnia in eſſentia ſua intelligit, ita vno actu omnia vult in ſua bonitate; quo fit, vt ſicut Deo intelligere cauſam, non eſt cauſa intelligendi effectus; ſed ipſe intelligit eſſe ēffectus in cauſa, ita velle finem non eſt ei cauſa volendi ea, quæ ſunt ad finem; & ſicut intelligit principia eſſe cauſas concluſionis, ita vult ea, quæ ſunt ad finem, ordinari in finem.

Dubitatio.

De veritate illius propoſitionis: Voluntas eodem actu volens finem &c.

CIrca maiorem illam: *Voluntas eodem actu volens finem &c.* & eius probationem dubitatur, quia uidetur falſa: nam poteſt uoluntas uno actu uelle finem, & media propter finem, ut ait S. Doctor in prima ſecundæ quæſt. 12. art. 4. & tunc uolitio, ut eſt finis, eſt cauſa eiuſdem uolitionis, ut eſt mediorum, ſicut etiam, quando intellectus noſter aſſentitur concluſioni propter principia, ibi interuenit unus tantùm actus, & tamen principia cauſant aſſenſum concluſionis.

Reſpondetur primò actum illum unum, quo uolumus finem, & ea, quæ ſunt ad finem, eſſe unum realiter phyſicè, ſed duos realiter metaphyſicè, ſi-

A ue realiter formaliter, aut ex natura rei, quæ diſtinctio ſufficit ad ueram cauſalitatem, præſertim formalem, & finalem; ſed actus, quo Deus uult finem, & ea, quæ ſunt ad finem, cum ſit actualitas ſimpliciſsima, talem non admittit diſtinctionem; ac proinde neq; cauſalitatem: maior illa cum ſua probatione intelligenda eſt, non de prima, quæ imperfecta eſt, ſed de ſecūda, quæ perfectiſsima eſt, actus unitate.

Secundò dico ueram finis cauſalitatem reſpectu mediorum expoſcere ex natura realem diſtinctionem actuum, ſcilicet intentionis reſpectu finis, & electionis reſpectu mediorum; ita ut etiam,
B quando eodem actu uoluntas appetit finem, & media, hic unicus actus fiat in uirtute duorum actuū quos habuit diſtinctè, & ordinatè circa finem, & media: Et quoniā hæc actuum diſtinctio Deo repugnat, ideò non poteſt in eo uoluntas medij ex uoluntate finis cauſari.

Prima Controuerſia.

An præter diuinam bonitatem aliquid aliud ſit Deo ratio volendi.

Sententiæ Expoſitorum.

C VAſquez duo dicit. Primum. Deo nulla eſt ratio uolendi præter ſuam bonitatem, Secundum, hoc idem docet D. Thom. in primo cont. gēt. cap. 86. & 87. Eandem ſententiam uidetur habuiſſe Ferrarienſis in dictis cap. 86. & 87. quam etiam tuetur Suarez lib. 3. de attributis Dei, cap. 7. num. 12. qui duo dicit. Primum. propriiſsimè dicitur Deus uelle unum propter aliud; quia locutio illa ſolùm ſignificat ordinem ipſorum obiectorum inter ſe. Secundum. propoſitiones, de quibus dubitat Caietanus, uidelicet; Deus uult hoc; quia uult illud; uel hoc eſt à Deo uolitum; quia illud fuit uolitum, ſi ſolùm dicant rationem attributalem; uerè
D ſunt, licet quo ad cauſalitatem realem ſint falſæ; in quo ſenſu à nullo uidentur proferri; Eandem ſententiam ſequitur Peſantius ſuper hoc articulo. Valentia media quadam uia uidetur incedere. ait .n. cum dicitur Deus uelle unum propter aliud, ſi ſignificetur unum actum in Deo eſſe cauſam alterius, aut etiam obiectum eſſe cauſam actus uoluntatis, falſam eſſe propoſitionem. Si autem ſignificetur tantùm Deum non temerè, ſed certa cum ratione, & conſilio uelle id, quod uult, rectè dici poteſt Deum uelle unum propter aliud; quia in hoc ſenſu nulla Deo attribuitur imperfectio, ſicut in
E priori.

Vaſquez. Ferrarienſ. Suarez. Peſantius. Valentia.

Reſolutio.

Nullum bonum creatum eſſe Deo, rationem volendi aliud bonum propriè loquendo.

PRo reſolutione ſciendum eſt primò; differentiam eſſe inter hoc, quod eſt aliquid eſſe rationem diuinę uoluntatis, & eſſe eiuſdem cauſam: Nam

Nam aliquid eſſe rationem diuinæ voluntatis, non ſignificat eſſe cauſam realē diuinæ volitionis, ſed ſignificat primò vnum volitum, eſſe realem cauſā, vt aliud volitum in ratione voliti ad diuinam refe ratur volūtatem. Vbi namque vnum propter aliud eſt volitum, illud, propter quod aliud eſt volitum, eſt ei cauſa, propter quam eſt volitum. Itaque affirmare diuinæ voluntatis eſſe aliquam rationem, præter diuinam bonitatem, idem eſt, ac ſi diceretur: vnum volitum à Deo eſſe cauſam finalem, in ordine ad quam aliud eſt volitum à diuina voluntate, tanquam ad finem, non ipſius voluntatis, ſed rei volitæ, & hoc modo ratio volendi ex parte voliti ſe tenet, & ſignificat cauſam, qua reſpondetur
n. querenti, cur hoc eſt volitum, vt ait Ferrarienſis in dicto cap. 87. Secundo ſignificat cauſam virtualiter in eſſendo vnius actus voluntatis reſpectu alterius, non abſolutè, ſed in ordine ad volita; adeò, vt vna volitio, ut attingens vnum volitum, ſit ratio alterius volitionis, quatenus aliud attingit volitum: Eſſe autem aliquid cauſam diuinæ volitionis eſt ipſum actum voluntatis ab aliqua cauſa depēdere: quemadmodum actus intellectus, qui eſt cognitio concluſionis, cauſam habet cognitionem prin-
n. cipiorum, & ab ea dependet. & propter hanc differentiam S. Thom. in primo contra gent. duo illa diſtinxit capitula, in quorum vno, ſcilicet 86. probat diuinæ voluntatis poſſe rationem aſsignari, non ſolùm ex diuina bonitate, ſed etiam ex bonis particularibus à Deo volitis, in altero verò ſcilicet 87. probat nihil eſſe cauſam diuinæ volūtatis, quod idem quærit, & probat in præſenti articulo, & ſermo eſt ibi de cauſa indifferenter ad cauſam ſecundùm rem, & ad cauſam ſecundùm modū noſtrum intelligendi.

Secundò aduertendum eſt, vnum volitum creatum non eſſe Deo rationem uolendi aliud uolitum propriè loquendo: quoniam, cum bonum creatum ſit realiter à Deo diſtinctum, & ab eo omninò dependens, Deus uerò, tam ſecundùm ſe, quàm ſecūdùm quamlibet ſui perfectionem, & operationem ſit penitus independens, & ratio uolendi ſit quaſi principium formale, aut finale volendi, à quo dependet uolitio, nulla res creata poterit eſſe Deo ratio uolendi. Cum autem ait S. Thom. in dicto cap. 86. quòd bonū vniuerſi eſt ratio, quòd Deus vult vnumquodque bonum particulare in uniuerſo, & quòd ratio, quare Deus vult ea, quæ requiruntur ad vnumquodque eſt, ut ſit illud, ad quod requirūtur, altero ex duobus modis, uel etiam utroq; interpretandum eſt. Primò ex parte uolitorum, ut .ſ. unum eorum dicatur, & ſit alteri cauſa, ut ordinē habeat ad diuinam uoluntatem, dicaturque Deus propter unū eorum aliud uelle, prout ſeipſum ex-
n. ponit Sanctus Thomas in ſequenti capit. 87. qua expoſitione uertitur actiuum in paſsiuum, ac ſi dictum eſſet; bonum uniuerſi eſt ratio, ut unumquodque particulare bonum ſit à Deo uolitū, quā interpretationem obſeruat, & explicat Ferrarienſis in dictis duobus capitu. Secundò intelligenda ſunt ea dicta Sancti Thomæ de uolito ratione uolitionis, ut ad ipſum terminatæ formaliter; ſic

A enim diximus unum diuinæ uoluntatis actum, eſſe rationem alterius, ideſt cauſam in eſſendo uirtualiter, quam alij nuncupant rationem attributalem.

Tertiò notandum eſt differentiam eſſe inter uoluntatem hominis, & voluntatem Dei; quòd uolitioni hominis correſpondet ſola denominatio rationis ex parte rei uolitæ; & ideò ex cauſalitate uolitionis paſsiuè inferri poteſt cauſalitas uolitionis actiuæ; quia tota ratio ordinis ſe tenet ex parte uolitionis, ſed diuinæ uolitioni correſpondet in re uolita ſemper peculiaris effectus à Deo cauſatus; quia diuina uolitio bonitatis eſt cauſatiua; in
B effectibus autem à Deo uolitis unum poteſt habere ordinem realem cauſalitatis ad alterum, & ideò ex cauſalitate uoliti ad uolitum, non poteſt inferri cauſalitas uolitionis actiuæ ad uolitionē; & eodem modo loquendum eſt de cognitione practica Dei.

Quartò obſeruandum, Diuinam bonitatem eſſe Deo cauſam uolendi alia omnia, quæ vult; quia finis eſt uoluntati cauſa uolendi; finis autem diuinæ uoluntatis eſt ſua bonitas; vt ait S. Thom. in dicto cap. 87. quod intelligendum eſt iuxta ſuperius explicata in præcedenti articulo, uidelicet diuinā bonitatem eſſe finem, in quem diuina uoluntas or-
C dinat creaturas quod eſt eſſe finem creaturarum, non diuinæ uoluntatis, aut uolitionis ſecundùm ſe; & ſimiliter eſt cauſa, non realiter, cum ſit eadem res cum uoluntate, & eius actu; ſed virtualiter, & ſecundùm noſtrum modum intelligendi, qđ etiam ibidem S. Thom. expreſsit ſubdens. *Quæ etiam, ſcilicet bonitas, eſt ſuum velle*, ac ſi diceret; cauſa realis realem exigit diſtinctionem: Cum itaque diuina bonitas dicitur in Deo cauſa volendi, non eſt intelligendum ſecundùm rem, ſed ſecundū modum noſtrum intelligendi. Sed cum dicimus nihil aliud à Deo eſſe illi cauſam volendi, intelligendū eſt, nec ſecundùm rem, nec ſecundùm modum no-
D ſtrum intelligendi, nulla ſiquidem creata bonitas poteſt eſſe diuinæ voluntatis finis, licèt vnum creatum ſit alterius creati finis, & conſequenter ſit ei ratio, vt ordinem habeat ad diuinam voluntatem, vt ſupra diximus ex D. Thom. S. Thom.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio. Diuina bonitas eſt ſuæ voluntati cauſa volendi vt finis, & ratio volendi alia.

Secunda concluſio. Nullum bonum creatum eſt cauſa diuinæ voluntatis, etiam ſecundùm modū noſtrum intelligendi.
E

Tertia concluſio. Nullum bonum creatum eſt ratio Deo volendi aliud bonum creatum, propriè loquendo. Hanc concluſionem probant multæ rationes, quas adducit Vaſquez cap. 2. Vaſquez.

Quarta concluſio. Vnum bonum creatum eſt ratio, & cauſa alteri bono creato, vt ſit à Deo volitum.

Quinta concluſio. Actus diuinæ voluntatis, prout attingit vnum bonum creatum, eſt ratio actus

Digitized by Google

eiuſdem volũtatis diuinæ, quatenus attingit aliud bonum creatum.

Sexta concluſio. Hæc eſt congrua propoſitio: Hoc eſt volitum à Deo propter hoc aliud volitum ab eodem. Probatur; quia non affirmat dependentiam volitionis ex parte actus, ſed ex parte voliti.

Septima concluſio. Hęc eſt congrua propoſitio: Deus propter hoc vult hoc, probatur; quia S. Doct. infra quæſtione 25. articulo quinto, admittit hãc propoſitionem, vt congruam; videlicet: Deus preordinauit ſe daturum alicui gratiam, vt mereretur gloriam; conſtat autem verba illa, vt mereretur gloriam, ſignificare cauſam finalem, quæ eodem modo exprimeretur dicendo: propter gloriã promerendam; ergo: Secundò probatur; quia per dictum modum loquendi ſignificatur ordo tantũ ex parte voliti.

Octaua concluſio. Hæc propoſitio. Deus vult hoc; quia vult hoc aliud, abſolutè concedenda nõ eſt, nec in vſum deducenda. Probatur; quia ſignificat dependentiam ex parte actus; vera tamen eſt, ſi dicat cauſam ex parte actus uirtualem, aut cauſam ex parte voliti.

Argumenta, & ſolutiones.

Contra ſecundam, & tertiam concluſionem argumentatur Peſantius. In creaturis aliquid propter bonitatem honeſti, quam habet, etiam reſpectu Dei poteſt eſſe ratio, cuius gratia aliquid aliud fit: nam Chriſtus eſt ratio, quare uolitum ſit remedium peccati, & omnia alia anteriora peccato, & rurſus remedium peccati eſt ratio, quare ſit volitus Chriſtus, & omnia alia. — Peſantius.

Reſpondetur hoc argumento probari vnum volitum eſſe alteri volito rationem, vt ordinem habeat ad diuinam uoluntatem; non autem quòd ſit ratio Deo, aut eius voluntati, vt velit.

Contra quintam concluſionem argumentatur Vaſquez. Primò, S. Thom. in primo contra gent. capit. 86. docuit inter obiecta creata non eſſe aliquã cauſam diuinæ voluntatis, & capit. 87. inquit Dei bonitatem eſſe ei cauſam uolendi alia, & non loquitur de cauſa, quæ re ipſa ſit cauſa; quia Deus eodem actu vult ſuam bonitatem, & alia; ergo loquitur de cauſa, quæ dicitur ratio; cum ergo negat S. Thom. alia à Deo uolita non eſſe ei cauſam uolẽdi, loquitur de cauſa ſecundùm modum noſtrum intelligendi, ſiuè de cauſa, prout eſt ratio. — Vaſquez.

Reſpondetur hoc argumento probari tertiam noſtram concluſionem; ut ibi aduertit etiam Ferrarienſis. Secundò, dicitur falſum eſſe D. Thom. in cap. 8 agere de cauſa diuinæ uoluntatis. Tertiò, poteſt negari conſequentia; quia S. Tho. in illo capit. loquitur de cauſa indifferenter ad realem, & ſecundùm modum noſtrum intelligendi; hanc de Dei bonitate affirmat ob unitatem obiecti cũ potentia, & volitionis ſimpliciſsimam unitatem; vtramque uerò de quolibet bono creato, negat reſpectu diuinæ voluntatis, ob dependentiæ imperfectionem, quam ponit in Dei uoluntate à bono creato; quæ dependentia, ſi diligentius conſide- — Ferrarien.

A retur, non poſſet non eſſe realis: Nam, cum bonum creatum realiter ſit à Dei uoluntate, & eius actu diſtinctum, ſi eidem eſset uolẽdi cauſa, ſiue ratio, non poſſet eſſe, niſi per modum cauſæ finalis realiter diſtinctæ, quam conſtat eſſe ueram, & realem cauſam, & ex his patet etiam diuiſionem, quam facit Vaſquez circa mentem D. Thom. in dicto capitulo 87. non eſſe ſufficientem, cum relinquat tertium membrum à nobis expreſſum. Peſantius alio modo nititur ſoluere hoc argumentum; ſed eius ſolutio ſupponit errorem in tex. S. Tho. quòd non eſt ueriſimile. — Reijcitur diuiſio Vaſquezii & ſolutio Peſantij.

B Secunda ratio Vaſquezij idem probat, quod prima, & aſſumit unum manifeſtè falſum, uidelicet nihil aliud à diuina bonitate habere rationem finis; ſed tantùm medij, & utilis.

Contra ſextam argumentatur Vaſquez. Si hæc propoſitio conceditur; ergo etiam concedenda eſt octaua. Probatur conſequentia; quia idem omninò eſt rem aliquam eſſe uolitam à Deo propter aliam, & Deum uelle rem aliquam propter aliam; ſicut idem eſt rem aliquam intelligi à me propter aliam, & me illam intelligere propter aliam. Vox enim paſsiua eundem omninò ſenſum reddit, quẽ facit actiua. — Vaſquez.

C Ad hoc argumentum reſpondet Caietanus, & negat ſequelam. Ad probationem reſpondet verũ eſſe, quando paſsiuum æquatur actiuo, non autem quando actiuum ſuperexcedit paſsiuum, ita ut vna ſit actio, & multæ paſsiones; ut in propoſito, uide Caietan. — Caietani reſponſio.

Diſputat hic Vaſquez de modo diſtinguendi, & ordinandi inſtantia rationis in diuino decreto: ubi ſtatuit quatuor regulas; ex quibus ſecunda, & tertia manifeſtè aduerſantur doctrinę S. Thom. de diuinis præfinitionibus. Proprius autem locus huius controuerſiæ erit in q. 23. — Vaſquezii regulæ rejiciuntur.

ARTICVLVS VI.

D *Vtrum voluntas Dei ſemper impleatur.*

AD ſextum ſic proceditur. Videtur, quòd voluntas Dei non ſemper impleatur. Dicit enim Apoſtolus 1. ad Timot. 2. quòd Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire; Sed hoc non ita euenit; Ergo uoluntas Dei non ſemper impletur. — 120 1. d. 47. ar. 1. & art. 2. co. Et ver. q. 23. ar. 2. co. Et quolib. 11. art. 3. com & quol. 12. art. 4. co.

2 Præterea: Sicut ſe habet ſcientia ad verum, ita uoluntas ad bonum; ſed Deus ſcit omne uerum; Ergo vult omne bonum; ſed non E omne bonum fit, multa enim bona poſſunt fieri, quæ non fiunt; non ergo uoluntas Dei ſemper impletur.

3 Præterea: Voluntas Dei, cum ſit cauſa prima, non excludit cauſas medias, ut dictum* eſt; Sed effectus cauſæ primæ poteſt impediri per defectum cauſæ ſecundæ, ſicut effectus uirtutis motiuæ impeditur propter debilitatem tibiæ; Ergo & effectus diuinæ uoluntatis poteſt — Ar. præced. a b 119 137

teſt impediri propter defectum ſecundarum cauſarum; Non ergo uoluntas Dei ſemper impletur.

Sed contra eſt, quod dicitur in Pſalm. 113. omnia quæcunque voluit Deus, fecit.

Reſpondetur. Dicendum, quòd neceſſe eſt voluntatem Dei ſemper impleri.

Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt,
36 quòd cùm effectus conformetur agenti ſecundùm ſuam formam, eadem ratio eſt in cauſis agentibus, quæ eſt in cauſis formalibus. In formis autem ſic eſt, quòd licèt, aliquid poſsit deficere ab aliqua forma particulari, tamen à forma vniuerſali nihil deficere poteſt. Poteſt .n. eſſe aliquid, quod non eſt homo vel viuum, nō
6 autem poteſt eſſe aliquid, quod non ſit ens: Vnde hoc idem in cauſis agentibus contingere oportet, poteſt enim aliquid fieri extra ordinem alicuius cauſæ particularis agentis, nō autem extra ordinem alicuius cauſæ vniuerſalis, ſub qua omnes cauſę particulares comprehendūtur; quia, ſi aliqua cauſa particularis deficiat à ſuo effectu, hoc eſt propter aliquā aliā cauſam particularem impedientem; quæ continetur ſub ordine cauſæ vniuerſalis: Vnde effectus ordinem cauſæ vniuerſalis nullo modo poteſt exire. Et hoc etiam patet in corporalibus. Poteſt enim impediri, quòd aliqua ſtella non inducat ſuum effectum; Sed tamen quicūque effectus ex cauſa corporea impediente in rebus corporalibus cōſequatur, oportet, quòd reducatur per aliquas cauſas medias in vniuerſalem virtutem primi cœli; Cùm igitur uoluntas Dei ſit vniuerſalis cauſa omnium rerum, impoſsibile eſt, quòd diuina voluntas ſuum effectum non conſequatur: Vnde, quòd recedere videtur à diuina voluntate ſecundùm vnum ordinem, relabitur in ipſam ſecundùm alium. Sicut peccator, qui quantùm eſt in ſe, recedit à diuina voluntate peccando, incidit in ordinem diuinę voluntatis, dum per eius iuſtitiam punitur.

Ad primum ergo dicendum, quòd illud verbum Apoſtoli, quòd Deus vult omnes homines ſaluos fieri, &c. poteſt tripliciter intelligi: vno modo, vt ſit accommoda diſtributio ſecūdùm hunc ſenſum: Deus vult ſaluos fieri omnes homines, qui ſaluantur; non quia nullus homo ſit, quem ſaluum fieri non velit; ſed quia
: nullus ſaluus ſit, quem non velit ſaluum fieri, vt dicit Auguſt.* Secundò poteſt intelligi, vt fiat diſtributio pro generibus ſingulorum, & non pro ſingulis generum, ſecundùm hunc ſenſum; Deus vult de quolibet ſtatu hominū ſaluos fieri mares, & fęminas, Iudęos, & Gentiles, paruos, & magnos, non tamen omnes de ſingu-
A lis ſtatibus. Tertiò ſecundùm Damaſc.* intelligitur de voluntate antecedente; non de voluntate conſequente, Quæ quidem diſtinctio non accipitur ex parte ipſius uoluntatis diuinæ, in qua nihil eſt prius, vel poſterius, ſed ex parte volitorum. Ad cuius intellectum conſiderandum eſt, quòd vnumquodque ſecundùm quod bonum eſt, ſic eſt volitum à Deo. Aliquid autem poteſt eſſe in prima ſui conſideratione, ſecundùm quòd abſolutè conſideratur bonū, vel malum: quod tamen, prout cū aliquo adiuncto conſideratur, quæ eſt conſequens conſi-
B deratio eius, è contrario ſe habet. Sicut hominem viuere eſt bonum, & hominem occidi eſt malum ſecundùm abſolutam conſideratiouē. Sed, ſi addatur circa aliquem hominem, quòd ſit homicida, vel viuens in periculum multitudinis; ſic bonum eſt eum occidi, & malum eſt eum viuere: Vnde poteſt dici, quòd iudex iuſtus antecedenter vult omnem hominem viuere, ſed conſequenter vult homicidam ſuſpendi. Similiter Deus antecedenter vult omnem hominem ſaluari, ſed conſequenter vult quoſ-
C dam damnari, ſecundùm exigentiam ſuæ iuſtitiæ. Neque tamen id, quod antecedenter volumus, ſimpliciter volumus, ſed ſecundū quid; quia voluntas comparatur ad res, ſecundùm quòd in ſeipſis ſunt; in ſeipſis autem ſunt in particulari: Vnde ſimpliciter volumus aliquid, ſecundùm quod volumus illud, conſideratis omnibus circūſtantijs; particularibus, qđ eſt conſequenter velle: Vnde poteſt dici, quod iudex iuſtus ſimpliciter vult homicidam ſuſpendi: ſed ſecundùm quid vellet eum viuere, ſcilicet inquantùm eſt homo: Vnde magis po-
D teſt dici velleitas, quàm abſoluta voluntas. Et ſic patet, quòd quicquid Deus ſimpliciter vult fit, licèt illud, quod antecedenter vult, nō fiat.

Lib. 2. orthod. fidei ca. 29 non multum à fine. Auguſt. ad ar. fal. ipſos art. 2. & de cor. & gr. c. 1

Ad ſecundū dicendum, quòd actus* cognoſcitiuæ virtutis eſt, ſecundùm quòd cognitum eſt in cognoſcente; actus autem virtutis appetitiuæ eſt ordinatus ad res, ſecundùm quòd in ſeipſis ſunt.* Quicquid autem poteſt habere rationem entis, & veri, totum eſt virtualiter in Deo; ſed non totum exiſtit in rebus creatis; Et ideo Deus cognoſcit omne verum, non tamen vult omne bonum; niſi inquantùm vult ſe, in
E quo virtualiter omne bonum exiſtit.

D. 212.

59 11 c

Ad tertium dicendum, quòd cauſa prima tunc poteſt impediri à ſuo effectu per defectum cauſæ ſecundæ, quando non eſt vniuerſaliter prima, ſub ſe omnes cauſas comprehendens; quia ſic effectus nullo modo poſſet ſuum ordinem euadere, & ſic eſt de voluntate Dei, vt dictum eſt.

In cor. art

Senſus quæſiti.

A

VOluntas in hoc quæſito non ſumitur pro volũtate ſecundùm quid, quæ eſt velleitas, quæ etiam vocatur uoluntas antecedens, tam in Deo, quàm in nobis; neque pro uelle ſimpliciter, ideſt pro actu uoluntatis perfecto, & deliberato, vt uolunt Caietanus, & Syluester, ſed indiſtinctè ad utrumque uoluntatis actum, alioquin primò argumento nullus eſſet locus; & quamuis in corpore D. Thom. reſpondeat de uoluntate tantùm ſimpliciter, reſponſiones tamen argumentorum ad unam, & eandem perfectam quæſiti reſolutionem pertinent; atque ideo ex eis etiam tituli ſenſus à nobis eſt colligendus, quod alibi non raro facit Caietanus.

Reijcitur expoſitio Caiet. & Syluestri.

B

Forma Textus.

COnclusio eſt. Neceſſe eſt voluntatem Dei ſemper impleri. Probatur dupliciter, Primò: Nihil fieri poteſt extra ordinem cauſæ vniuerſalis; ſed voluntas Dei eſt vniuerſalis cauſa omnium rerum; ergo impoſsibile eſt, quòd diuina voluntas ſuum effectum non conſequatur. Minor relinquitur vt probanda in proprio loco, & vt partim probata in articulo quarto. Maior probatur dupliciter, Primò ex proportion. cauſarum agentiũ ad cauſas formales, & ex differentia inter cauſas vniuerſales, & particulares: talis eſt probatio. Eadem eſt ratio in cauſis agentibus, quæ eſt in cauſis formalibus; ſed in formis licèt poſsit aliquid deficere ab aliqua forma particulari, tamen à forma vniuerſali nihil poteſt deficere; ergo hoc idem in cauſis agentibus contingere oportet, videlicet, vt poſsit aliquid fieri extra ordinem alicuius cauſæ agentis particularis, non autem extra ordinem alicuius cauſæ vniuerſalis, ſub qua omnes cauſæ particulares comprehenduntur. Maior huius argumenti probatur: Quoniam effectus conformatur agenti ſecundùm ſuam formam. Minor autem probatur; quia poteſt eſſe aliquid, quod non eſt homo, vel vinum, non autem poteſt eſſe aliquid, quod non ſit ens. Secundò probatur maior principalis argumenti inhærendo differentiæ iam dictæ inter cauſas vniuerſales, & cauſas particulares; Quia ſi aliqua particularis cauſa deficiat à ſuo effectu, hoc eſt propter aliquam particularem cauſam impedientem, quæ cauſa particularis impediens continetur ſub ordine cauſæ vniuerſalis; ergo ſequitur, quòd effectus nullo modo poteſt exire ordinem cauſæ vniuerſalis. Antecedens manifeſtatur in corporalibus: Nam poteſt impediri aliqua ſtella, ne inducat ſuum effectum; ſed tamen quicunque effectus ex cauſa corporea impediente in rebus corporalibus conſequatur, oportet vt reducatur per aliquas cauſas medias in vniuerſalem virtutem primi cœli. Secundò probatur concluſio, & ſimul reſpondetur ad tacitam obiectionem. Obiectio eſt. Peccator recedit à diuina voluntate peccando; ergo non ſemper diuina voluntas impletur; reſponſio autem, & probatio concluſionis eſt: Quod recedere videtur à diuina voluntate ſecundùm vnum ordinem, relabitur in ipſam ſecundùm alium; ergo ſemper diuina voluntas impletur. Antecedens manifeſtatur exemplo peccatoris, qui, quantùm eſt in ſe, recedit à diuina voluntate peccando, ſed incidit in ordinem diuinæ voluntatis, dum per eius iuſtitiam punitur.

C

D

E

Expoſitio Textus.

A

Proponitur, & defenditur contra Syluestrum, interpretatio Caietani.

QVatuor hic annotat Caietanus: quorum primum eſt, D. Thom. loqui de defectu non negatiuè, ſed contrariè; cum ait nihil poſſe deficere à cauſa uniuerſali, ſiue ea ſit forma, ſiue ſit efficiens. Cuius cõtrarium ſentit Syluester dicens ſic interpretanda eſſe uerba D. Thom. Nihil, ideſt nullum ens, deficit à forma uniuerſali, quę eſt ens. Cęcitas autẽ, de qua hic loquitur Caietanus, non eſt ens, & ideo (inquit) non bene fertur inſtantia ad propoſitum. Et quoniam hæc obiectio procedit ex mala intelligentia uerborum Caietani, ſciendum eſt duplicẽ eſſe rei defectum; unum negatiuum, qui conſiſtit in ſola negatione alicuius perfectionis; ſicut dicimus lapidem carere intellectu, & infantem ſapientia, alium priuatiuum, qui etiam dicitur defectus contrariè, contrarietate communiter ſumpta, quo modo dicimus cęcum deficere à uiſu; nam cecitas priuat oculum uiſione debita, & eidem opponitur contrarietate communiter dicta; & eodem ſenſu dicimus uitioſum deficere à uirtute contrariè, eo quod uitium uirtutem tollat; & eidem opponatur contrariè. Itaque cum ait S. Thom. nihil deficere à forma uniuerſali, loquitur de deficere contrariè, non negatiuè. Ad quod explicandum aſsũpſit Caiet. exemplum de cecitate, quæ ab entitate deficit negatiuè, cum non ſit ens; non tamen contrariè; quia enti contrariè non opponitur, ſed tali enti, ſcilicet uiſui, & peccator, peccando deficit negatiuè à diuina uoluntate, quæ eſt cauſa uniuerſaliſsima; quia non agit, quod Deus uult, non tamen contrariè deficit; quia non agit contra uoluntatem Dei conſequentem: uult enim Deus permittere hunc hominem circa talem uirtutis materiã, tali loco, modo, & tempore deficere.

Expoſitio Caiet. Impugnatio Syluestri.

B

Defenditur Caiet.

Defectus priuatiuè eſt & defectus contrariè.

C

D

Quod autem ait Syluester dictionem, *nihil*, idẽ ſignificare, quod nullum ens, ac proinde cęcitatẽ non comprehendi ſub illius dictionis ſignificato; quia non eſt ens, ſed priuatio, facilè ſoluitur dicẽdo in re deficiẽte duo reperiri, id qđ deficit, & id, quo formaliter deficit, primum eſt ens, ſm̃ eſt non ens: Nam oculus, qui deficit à viſione, eſt ens; cęcitas verò, quà formaliter oculus deficit, eſt non ens: cum itaq; ait S. Tho. nihil deficere à forma vniuerſali, loquitur de eo, quod deficit, vt qđ, quatenus ſubſtat non enti, ſiuè priuationi, qua formaliter deficit. Caietanus autẽ loquitur de eo, quod deficit, vt quo aliquid deficit, dans exemplum de cęcitate. Non enim vult cęcitatem deficere, vt qđ, vt ei imponit Syluester, ſed vt quo res, quę dicitur cęca, deficit, & ſic in idem reddit cum ſenſu Diui Tho. qui de re deficiente vt defectui ſubſtat, loquebatur, quem defectum formaliter explicuit Caietanus loquẽs de defectu, vt eſt quo res formaliter deficit, dicens intelligendum eſſe nõ negatiuè, ſed contrariè; quod eſt dicere, D. Thom. loqui de re defi-

Solutio ratio Syluestri.

E

deficiente, non prout deficit negatiuè; quia id falſum eſſet: nam multæ res deficere poſſunt ab ente negatiuè, prout priuationibus, aut negationibus ſubſtant, non tamen contrariè; Quia particulares priuationes particularibus formis opponuntur, non autem entitati, quæ forma eſt vniuerſalis. Et hoc eſt, quod intendit Caietanus dicens cæcitatē deficere negatiuè ab ente, non autem contrariè; quia ſcilicet eſt ratio deficiendi negatiuè ab ente, non autē deficiendi ab eodem contrariè. Reliqua, quæ notat Caietanus, vide apud eum, ſi placet.

Prima Controuerſia.

Quid ſit in Deo voluntas antecedens & voluntas conſequens, & quomodo Deo conueniat.

Sententiæ Expoſitorum.

Caiet. 1. ad Tim. 2. CAietanus exponens illa verba Apoſtoli, in 1. ad Tim. 2. cap. *Qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*, ſic ait. Non eſt hic ſermo de voluntate beneplaciti, de qua ſcriptum eſt: *omnia, quæcunque voluit Dominus, fecit in cœlo, & in terra*, & quòd voluntati eius nullus poteſt reſiſtere, vt clarè patet ex eo, quòd videmus non omnes homines ad agnitionem veritatis venire; ſed eſt ſermo de voluntate ſigni, qua Deus proponit omnibus hominibus præcepta ſalutis. Quibus verbis ſecundùm aliquos videtur ſignificare primò, ſolam voluntatem conſequentem eſſe voluntatem beneplaciti, hæc enim ſola ſemper impletur. Secundò voluntatem antecedentem non eſſe in Deo formaliter, qua ſcilicet proximè, & immediatè ſalutem velit omnium hominum; ſed eſſe tantùm in Deo voluntatem, qua ſuorum velit obſeruantiam præceptorum; quam ſententiam plures ex antiquioribus ſcolaſticis tenuerunt, quos hic recenſet Vaſquez, & alij recentiores. Bañeſius, & Zumellus dicunt probabile eſſe voluntatem antecedentem dicere actum formaliter exiſtentem in Deo, ſed multò probabilius ſibi videri, nullum eſſe actum formaliter in Deo, qui ſignificetur nomine voluntatis antecedentis, ſed ſatis eſſe talem voluntatem, ſiuè actum eſſe in Deo eminenter.

Vaſquez. Bañes. Zumell.

Molina. Molina, dicit quatuor. Primum. voluntas antecedens eſt volitio conditionalis, & actus liberi arbitrij diuini ad eos tantùm ſe extendens, quos condere conſtituit. Secundum. apud Damaſcenum nō omnis voluntas abſoluta eſt voluntas cōſequens, ſed ea ſolùm, de cuius contrario velleitas eſt in Deo. Tertium Damaſcenus idem docuit, quod D. Thom. & alij Scolaſtici eum docuiſſe affirmant. Quartum expoſitio Damaſceni ad illa verba Apoſtoli. *Deus vult omnes homines ſaluos fieri*. 1. ad Timoth. 2. præferenda eſt expoſitionibus D. Auguſt. nam omnes aliæ expoſitiones ad illum locum Pauli præter Damaſceni, & communem Patrum expoſitionem vel ipſo primo aſpectu peregrinæ, & extortæ apparent.

Valentia. Valentia puncto ſecundo tria dicit. Primum. Voluntas beneplaciti diuiditur in voluntatem an-

A tecedentem, & voluntatem conſequentem. Secundum. non eodem ſenſu accipitur à Damaſceno, & à D. Tho. voluntas antecedens, & voluntas conſequens. Tertium. ſuper hoc articulo commodiores ſunt expoſitiones verborum Apoſtoli. 1. ad Tim. 2. quas hic refert S. Tho. quàm expoſitio Anſelmi, quòd ſcilicet, velit Deus omnes homines ſaluos fieri; quia facit ſanctos velle, vt omnes ſalui fiant; quamuis & hæc Anſelmi contineat ſententiam veram.

Suarez lib. 3. de attributis cap. 8. à num. 4. dicit duo. Primum. Voluntas antecedens eſt vera voluntas, & vt talis voluntas ſit, neceſſe eſt, vt ſit aliquo modo terminata ad rem volitam. Secundū. S Tho. B aliquid addidit expoſitioni Damaſceni, ſecundū quem voluntas antecedens poteſt eſſe efficax, & inefficax, S. Thom. autem voluntatem antecedentem ſuper cenſuit inefficacem. Suarez.

Vaſquez dicit decem. Primum. Deus voluntate beneplaciti vult omnium ſalutem. Secundum. D. Auguſtinus in tribus ſuis expoſitionibus non ſolū fruſtra noluit concedere hanc voluntatem Dei circa omnium ſalutem; ſed etiam locum illum Pauli nullo ex illis tribus modis rectè expoſuit; ſed vera interpretatio eſt, quam attulit Damaſcenus. Tertium. Voluntas antecedens non eſt voluntas inefficax, quæ communiter dicitur conditionata. C Quartum. Inter voluntates antecedentes, neceſſe eſt fateri eſſe aliquas omninò abſolutas, & efficaces. Quintum. Si vera eſt ſententia aliquorum, qui dicunt, Deum ante præuiſionem aliquorum meritorum efficaciter decreuiſſe dare prædeſtinatis gloriam, & hac voluntate vocaſſe, & ſimiliter nulla præcognita determinatione voluntatis humanæ, ſola ſua benignitate definiuiſſe bona ipſius opera, hæc vtraque voluntas antecedens dicenda eſt. Sextū. Nullus poteſt eſſe actus voluntatis præſens, qui explicari non poſſit per verbum indicatiui modi; immò ille, qui explicatur per verbum optatiui, *Vellem*, non eſt aliquis actus, qui præſēs D ſit; ſed qui alioquin eſſet, ſi poneretur conditio. Septimum. Duplex eſt affectus voluntatis. Quidam eſt ſolùm ſimplicis complacentiæ, aut diſplicentiæ, qui ex ſe inefficax eſt; veluti cum alicui diſplicet proijcere merces in mare, & retinere placet, quas re vera proijcit. Alter eſt affectus complacentiæ efficacis, qui ita tendit ad opus, vt ipſum efficiat; qualis eſt voluntas proijciendi merces in mare. Octauum. Cum dicimus Deum habere voluntatem beneplaciti circa omnium ſalutem, non aſſerimus eam eſſe voluntatem, & affectum efficacis, ſed ſimplicis tātùm complacentiæ, & inefficacis, quæ feratur in hæc omnia ſecundùm ſe, ac ſi futura eſſent. Nonum. Voluntas ſimplicis affectus, quæ E ſub ratione complacentiæ fertur in rem ſecundùm ſe, eſt abſoluta, & explicatur per verba indicatiui modi, *Placet, & volo*, & verſatur circa rem abſque conditione, & ſecundùm ſe bonam, talis eſt naturæ vt in ſe contineat efficacem voluntatem, quæ actu non eſt, eſſet tamen, ſi conditio poneretur, & ex hac parte conditionata dici poteſt; non quia actu feratur in obiectum ſub conditione; ſed quia ex illa, quæ præſens eſt, alia oriretur, ſi conditio in obie-

Vaſquez.

obiecto poneretur. Sicut qui proijcere vult merces in mare, vellet efficaciter eas retinere, niſi inſtaret periculum, quod magis mouet. Decimum. Eodem pacto Deus ita vult ſimplici affectu noſtrã ſalutem, & ea ſic illi placet, vt niſi obſtarent peccata, efficaciter vellet illam. Et ratione huius voluntatis implicitæ ſub conditione dicimus Deum habere voluntatem conditionatam, ſeu velleitatem, quamuis ipſa in ſe relata ad hæc obiecta ſecundũ ſe ſit abſoluta.

Reſolutio.

Explicatur mens Damaſceni, & patrum circa diſtinctionem voluntatis in antecedentem, & conſequentem.

SVpponenda eſt hic primò doctrina S. Thomæ in reſponſione ad primum argumentum. §. *Ad cuius intellectum*; ex qua patet primò voluntatem antecedentem eam eſſe, quę fertur in obiectũ, prout abſolutè, ſiuè ſecundùm ſe conſideratur; voluntatem autem conſequentem eam eſſe, quæ fertur in obiectum quatenus conſideratur cum omnibus circunſtantijs particularibus: Secundò patet priorem voluntatem ideò dici antecedentem, quia fertur in obiectum quatenus eſt bonum ſecũdùm primam eius conſiderationem, quæ eſt conſideratio ipſius obiecti ſecundùm ſe; poſteriorem autem voluntatem ideo dici conſequentem; quia fertur in obiectum ſecundùm conſequentem, ac poſteriorem eius conſiderationem, prout ſcilicet conſideratur cum omnibus circunſtantijs particularibus; Tertiò patet Molinam ſuper hoc articulo, diſputat. 1. quem ſequitur Vaſquez contra veritatem, & contra mentem Damaſceni, & Diui Thomæ dicere, non omnem voluntatem Dei abſolutam appellari conſequentem, ſed eam ſolùm de cuius contrario velleitas in Deo reperitur: Nam voluntas, qua Deus vult ſalutem prædeſtinatorũ eſt voluntas non tantùm antecedens, ſed etiã conſequens, vt ait S. Doct. in primo ſententiarum ad Anibaldum, diſtinct. 46. quæſtione vnica, articulo ſecundo ad primum, & patet, ex propria ratione voluntatis conſequẽtis iam aſsignata; eſt enim voluntas eius, quod bonum eſt, conſideratis omnibus circunſtantijs: conſtat autem prædeſtinatorum ſalutem bonam eſſe conſideratis omnibus circunſtantijs; ergo. Quartò patet voluntatem antecedentem eſſe ſolùm voluntatem ſecũdùm quid, & dici poſſe velleitatem; voluntatem autem conſequentem eſſe voluntatem ſimpliciter, vt hic ait Sanctus Doctor, & oſtendetur inferius: Quintò ſequitur diſtinctionem prædictam diuinæ voluntatis in antecedentem, & conſequentem non eſſe reſpectu omnium à Deo volitorum, ſed eorum tantùm, quæ connexionem aliquam habent cum libero arbitrio, ſiuè ab eo aliqua ratione dependeant, vt merces ſempiternæ beatitudinis, quæ ex meritis Diuino auxilio libera noſtra cooperante voluntate piorum confertur animabus, ſiuè ſolius Dei voluntatis ſint opera, vt vocatio, & creatæ vo-

A luntatis ad agendum applicatio, quatenus à Deo eſt efficaciter influente, quamuis etiam ſemetipsã voluntas à Deo applicata moueat ad agendum; vt infra declarabitur quæſt. 22. ar. 4. Sed obſeruãdum eſt diligenter, ſolere Damaſcenum, & D. Thomam, ac alios ex patribus explicare conſequentẽ Dei voluntatem, vt eam, quæ malum inferat, vt eius diſtinctionem euidentius ab antecedente declarent; hæc enim ſemper in bonum noſtrum tendit, illa vero non nunquam in malum pęnæ, ſed, vt ante diximus, etiam voluntas conſequens in multis à Deo volitis bonum reſpicit, ut patet in prædeſtinatis; & ob dictam cauſam Sanctus Doct. hic

B ad primum, & de veritate quæſt. 23. art. 2. illam adhibet explicationem, quæ tamen prædictæ ueritati perſpicuè demonſtratæ non aduerſatur.

Secundò, Sciendum eſt, quòd, licèt, vt diximus, Deus vniuerſos homines, & Angelos propter beatitudinem creauerit, atque ideo uerè, & realiter illis omnibus æternam voluerit beatitudinem cũ omnibus ad eam conſequendam medijs neceſſarijs; non tamen hæc uoluit abſoluta uoluntate, ſed ſub conditione, ut inquit D. Ambroſius, nimirum ſi ipſi uoluerint. Quæ conditio non ſignificat cauſam diuinæ voluntatis, quaſi Deus liberæ noſtræ uoluntatis præuiſum prærequirat cõſenſum, ideoque dicatur omnibus uelle beatitudinem, ſi ipſi

C uoluerint, idest ſi creatum arbitriũ hoc fuerit uoliturum, ita ut ex eius conſenſu dependeat diuinæ uoluntatis decretum, ut arbitratur Molina, & quidam alij ex recentioribus interpretibus D. Thom. ſed ea conditione uoluntatis, & arbitrij noſtri denotatur facultas, qua diuinæ non uiolenter, ſed liberè ſequimur uoluntatis impulſum. Deus enim non reſiſtentes; ſed volentes ſaluat, quorum tamen uelle in eis operatur diuina uoluntas, & gratia, ut ait Apoſt. ad Philipp. 2. Non eſt itaque uolita noſtra ſalus à Deo dependenter à libero noſtræ uolũtatis arbitrio, ſed quod nos noſtram uelimus ſalu-

D tem, diuinæ munus eſt largitatis. Ea uerò conditione, uidelicet, ſi ipſi uoluerint, ideſt ſi per ipſos non ſteterit, comprehẽduntur ne dum adulti, ſed etiam infantes; ratione tamen diuerſa: nam adulti includuntur immediatè, & per ſeipſos, infantes mediantibus alijs, ſaltem primis parentibus, ex quorum præuaricatione prouenit, ut quibus ſalutifera nequeunt applicari remedia, diuinæ uiſionis æterna fęlicitate priuentur.

Tertiò notandum, uoluntatem antecedentem à D. Thom. nuncupari uelleitatẽ; quo uocabulo nulla in actu diuinæ uoluntatis ſignificatur imperfectio, ſed ea duntaxat, quam includit, ſignificatur

E conditio; Nã in uolente dupliciter poteſt eſſe uelleitas; uno modo ex uirtutis defectu, quo nequit aſſequi, quod ſub conditione deſiderat, nimirum, ſi ſibi foret poſsibile; ut qui merces proijcit in mare, uellet eas ſaluare, ſi poſſet, abſque uitæ periculo: Alio modo poteſt eſſe uelleitas, non ex facultatis defectu, quo minimè poſsit aſſequi, quod deſiderat; ſed quia uolens, puta Deus decreuit uolitũ effectum ſecundùm modum, & conditionem ſecundæ cauſæ, uidelicet creatæ uoluntatis, ſalua illius

D. Ambr.

Molina nõ rectè exponit Ambr. Vera expoſitio Ambroſ.

Phil. 2.

Volunt. antecedẽ eſt velleitas.

Digitized by Google

lius libertate producere, quo fit, ut ea renuente diuinis obtemperare mandatis per conſequentẽ Dei volũtatem ſuæ peruerſitatis pęnam ſubeat, & hoc modo tantum ponitur in Deo velleitas. Vide etiã ea quæ ſcribit Aluarez diſp. 34.

Voluntatem antecedentem eſſe voluntatem beneplaciti, & eſſe in Deo formaliter, & tamen non eſſe voluntatem ſimpliciter, ſed ſecundùm.

n. QVartò obſeruandum eſt ex D. Thom. in 1. ſentent. diſ. 47. art. 2. & de ver. q. 23. art. 3. & in comment. 1. ad Timot. 2. ca. voluntatem beneplaciti diſtingui in voluntatem antecedentem, & cõſequentem, quarum vtraque propriè de Deo dicitur, & eſt idem quod diuina eſſentia: ſic enim diſtinguitur contra voluntatem ſigni, vt patet ex D.
r. Tho. de ver. vbi ſupra, & ex Magiſtro in 1. diſt. 45. & infra artic. 11. vnde poſſumus ſic argumentari. Omnis voluntas in Deo aut eſt voluntas beneplaciti, aut voluntas ſigni; ſed voluntas antecedens non eſt voluntas ſigni; ergo eſt voluntas beneplaciti. Maior patet ex diuiſione Magiſtri; S. Thom. & omnium communiter; minor etiam eſt euidens ex artic. 11. & 12. huius quæſtionis. Cum itaque volũtas beneplaciti ſit inclinatio Dei in bonum ab eo cognitum, ſequitur vtranque voluntatem, ſcilicet antecedentem, & conſequentem eſſe quandam inclinationem in bonum cognitum, licèt diuerſimodè: nam illa eſt in volitum, prout bonum eſt abſolutè conſideratum, ſiuè ſecundùm primã ſui conſiderationem; hæc autem eſt in volitum, prout bonum eſt attentis omnibus eius circunſtantijs. Ex quo ſequitur, id quod volitum eſt ſola antecedente voluntate, non eſſe volitum ſimpliciter, & abſolutè, ſed tantùm ſecundùm quid, & conditionaliter, & ideo voluntatem antecedentem non eſſe voluntatem efficacem, ſed velleitatem, cui nulla cõgruit efficacitas; cuius oppoſitum abſque ſufficiẽti ratione dixit Vaſquez. Sequitur præterea volun
vtr tatem antecedentem eſſe in Deo formaliter: Nam,
ea. quod propriè de Deo dicitur, illud, eſt formaliter in Deo; at voluntas antecedens propriè de Deo dicitur; ergo. Maior habetur expreſsè ex D. Thom. ſupra quæſt. 3. art. 1. ad primum, & ex declaratione tituli facta ibidem à Caiet. minor patet ex dictis. Et confirmatur; quia in ſacris litteris ſæpè fit mentio de voluntate Dei antecedente, quamuis in eis antecedentis nomen non habeatur; vt cum
23. dicitur Matth. 23. *Quoties volui congregare, &c.* &
2. 1. ad Timoth. 2. *Qui vult omnes homines ſaluos fieri,*
18 & Ezech 18. *Nunquid voluntatis meæ eſt mors impij, & non vt conuertatur à vijs ſuis*, & alia ſimilia, quæ paſsim in vtroque occurrunt teſtamento. At ſacræ ſcripturæ propriè, & formaliter interpretandę ſunt, ſi nulla ſequatur abſurditas. Hanc partem optimè ſuſtinent multi ex recentioribus interpretibus D. Thom. nec arbitror benè poſſe, de mente præſertim. S. Doct. oppoſitum ſuſtineri, vt etiam probat Aluarez diſp. 34.

A *Voluntatem Dei antecedentem ſecundùm vnam rationem eſſe abſolutam, & ſecundùm aliam conditionatam.*

QVintò conſiderandum eſt, voluntatẽ Dei antecedentem ſecundùm vnam rationem eſſe abſolutam, ſecundùm aliam verò conditionatam. Eſt abſoluta, quatenus fertur in bonum volitum ſecundùm ſe, ſiuè abſolutè conſideratum, non autẽ ſecundùm omnes illius circunſtantias; ſicut iudex conſiderans homicidam vt hominem: quia hominem viuere bonum eſt, ſecundùm abſolutam conſiderationem, vult latronem viuere, quem tamẽ cõ-
B ſiderans ut homicidam, vult mori: Cum itaque hominem, vt homo eſt, uiuere bonum ſit abſolutè, & non ſub aliqua conditione, actus etiam volũtatis, quatenus tale reſpicit bonum, erit abſolutus. Et quemadmodum viſiua potentia non poteſt terminari, niſi ad id, quod actu participat naturam coloris; aut rationem viſibilis; quod autem actu non participat, ſed, ſi produceretur, participaret viſionis actum, nequit terminare; terminaret tamen, ſi fieret actu participans rationem obiecti viſibilis; ita nec voluntas inclinari aliquo modo poteſt in aliquid, quod nullo modo participat rationem boni. Itaq; , ſicut dicimus, quòd viſus videret roſam,
C ſi produceretur, cum tamen interim illam nullo modo videat, ita pariter de voluntate cenſendum eſt, eam ſcilicet nihil appetere, niſi ſit, aut appareat bonum; quod verò non eſt, nec apparet bonũ, voluntatis actum nulla ratione poſſe terminare; ſi tamen fieret, & appareret bonum, in illud inclinaretur voluntas. Eſt tamen eadem voluntas antecedens ſecundum aliam rõnem conditionata, quatenus conditionaliter reſpicit actum efficacem voluntatis conſequentis.

Ad cuius euidentiam recolendum eſt, quod ſupra diximus, nimirum voluntatem antecedentem eſſe voluntatem ſecundùm quid, quæ non ſemper
D impletur, & conſequenter eſt inefficax; Volitio igitur illa, qua Deus conſiderato ſecundùm ſe, ſiuè abſolutè humano genere, vult omnes homines ſaluos fieri, actus eſt inefficax; alioquin; omnes omnino ſalui fierent. Verùm in hoc actu clauditur quaſi radicaliter actus alius efficax voluntatis cõſequentis, reſpectu eiuſdem obiecti, ſiuè boni, qui actus non eſt, ſed eſſet, ſi poneretur conditio, non ex qua dependeat actus, ſed quæ neceſſariò connectitur actui: nam, ſi homo culpę defectum, diuinę voluntati in beatitudinem ipſum eleuanti nõ obijceret, vellet Deus illius ſalutem efficaciter; ob talem igitur virtualiter implicatam conditionem,
E voluntas antecedens dicitur conditionata. quamuis enim uoluntas hæc antecedens ex parte actus non ſit formaliter conditionata, eſt tamen ex parte obiecti propriè, & formaliter conditionata: eſt enim in Deo formaliter actus, quo vult omnes homines ſaluos fieri, ſi Deo vocanti, & gratiam offerenti peruerſa voluntate non obſiſterent. Quæ tamen non eſt ſola, neque prima cauſa, cur non velit Deus efficaciter omnes homines ſaluos fieri, ſed prima cauſa eſt. Vniuerſi pulchritudo, & relucentia

tia diuinæ iuſtitiæ, & miſericordiæ, vt ait Apoſt. ad Rom. 9. & ibidem exponit S. Tho. & infra quæſtione 23. art. 5. ad tertium. Aduerte tamen uoluntatem efficacem, de qua loquimur, ad ordinē executionis pertinere, qua homines in beatitudinem, ad quam omnes creauit, ſuauiter promouet: ſecūdùm enim hunc ordinem attenditur actualis diſpoſitio omnium hominum ad ſalutem. Quæ primò fit per hoc, quod naturam fecit Deus capacem beatitudinis. Secundò per collationem ſufficientis auxilij, tam externi, quàm interni, tam ex parte intellectus, quàm ex parte voluntatis. Demum auxilij, ſiue motionis efficacis influxu, quod ad conſequentem pertinet uoluntatem, qua non omnes, ſed aliquos infallibiliter perducit ad beatitudinem; eos videlicet, in quibus affectus peccati diuinæ non opponitur voluntati, ſingulos, quantùm eſt ex ſe, in beatitudinem promouenti; impeditur enim peccantis iniquitate primæ Dei voluntatis effectus, cuius loco ſuccedit ſecundę voluntatis, ſiuè intentionis executio, qui eſt æterna damnatio, ad conſequentem Dei pertinens uoluntatem; Illa igitur prima uoluntas, qua Deus vult omnes homines ſaluos fieri, abſoluta eſt, ſed inefficax; cōditionata uerò dicitur ea ratione, qua ſub conditione continet efficacem uoluntatem, quæ ſcilicet non eſt, ſed poſita conditione poneretur, ſicut etiā illa remota remouetur. Et ob hanc implicitam cōditionem appellatur uelleitas, quæ explicatur per verbum, uellem, quo ſignificatur actus voluntatis efficax, non qui ſit actu, ut diximus, ſed qui poſita conditione poneretur. Hunc ordinem non obſcurè ſignificat S. Thom. in dicto art. 2. de ver. qu. 23. (D. Thom.) Vnde etiam D. Apoſt. ſignificans uoluntatem antecedentem primò dicere actum abſolutum dixit. *Deus vult omnes homines ſaluos fieri*; non autem dixit uellet.

Vel dici poteſt nomine uoluntatis antecedētis in Deo importari formaliter actum conditionatum, quo Deus vellet ſalutem omnium hominum, niſi ex hoc impediretur uniuerſi pulchritudo, & bonum, uniuerſale iuſtitiæ, & miſericordiæ Dei; quem dicendi modum ſequitur Aluarez in allegata diſp. 34.

Conciliantur Auguſt. Chriſoſt. Ambroſius, & Damaſcenus, & deducuntur concluſiones.

POſtremò, quòd attinet ad multiplicem interpretationem, quam D. Auguſt. adhibet uerbis Apoſt. obſeruandum eſt primò D. Auguſt. non excludere interpretationē Damaſceni, quæ prius fuit Chriſoſtomi, immò, & Ambroſij, ut patet in gloſſa ordinaria, in qua referuntur uerba Aug. ita dicentis. *Et quocunque alio modo poteſt intelligi, dūmodo credere non cogamur, aliquid omnipotentem voluiſſe fieri, factumque non eſſe; quia omnipotens velle inaniter non poteſt, quodcunque voluerit eſſentiæ ſuæ voluntate.* Quæ uerba, non niſi de uoluntate Dei efficaci, quæ ſola uoluntas eſt ſimpliciter, & abſolutè, intelligi poſſunt. Itaque non excludit D. Aug. expoſitionem Damaſceni, qui de inefficaci loquitur uoluntate. Secundò obſeruandum eſt interpretationes D. Auguſt. à Scolaſticis Theologis communiter approbatas non eſſe contrarias interpretationi D. Damaſceni: nam, ut patet diſcurrenti per ſingulas, Aug. loquitur de uoluntate efficaci, Damaſcenus autem de uoluntate inefficaci; ſiuè de uoluntate ſecundùm quid, quæ dicitur uelleitas. Quare nimis audacter, & abſque ſufficienti ratione reprehenditur Auguſt.

Videndus & Aluarez diſp. 33. ubi tres ſ. Auguſtini expoſitiones defendit egregiè.

Ex dictis ſequuntur ſex concluſiones.

Prima concluſio. Voluntas antecedens in Deo ſemper eſt uoluntas inefficax, ſiuè ſecundū quid, quæ etiam nuncupatur uelleitas.

Secunda concluſio. Voluntas antecedens primariò eſt abſoluta; ſecundariò autem eſt conditionata.

Tertia concluſio. Voluntas antecedens ſub uoluntate beneplaciti continetur.

Quarta concluſio. Voluntas antecedens formaliter reperitur in Deo.

Quinta concluſio. Verbis Apoſt. congruunt omnes expoſitiones D. Aug. qui D. Chriſoſt. & Damaſceni interpretationem non excludit, ſed in genere ſaltem admittit.

Sexta concluſio. Expoſitio D. Thom. concordat cum expoſitione Damaſceni.

Argumenta, & ſolutiones.

COntra primam concluſionem argumentatur Molina, diſp. prima. (Molina.) Voluntatem, qua Deus uult abſolutè Petrum conſequi uitam æternam, non appellat Damaſceeus uoluntatem conſequentem, ſed ad antecedentem pertinere affirmat; ergo uoluntas antecedens quandoque eſt efficax, & eſt uoluntas ſimpliciter. Antecedēs probatur; quia Damaſcenus non omnem uoluntatem Dei abſolutam appellat conſequentem, ſed eam ſolùm, de cuius contrario uelleitas in Deo reperitur.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens: Ad probationem negatur antecedens: Sed tantùm ponit exemplum Damaſcenus, non tamen ſtatuit uniuerſalem regulam.

Contra eandem argumētātur Vaſquez, & Suarez lib. 3. de attributis, c. 8. num. 8. (Vaſquez. Suarez.) Ex ſententia D. Thom. & Damaſceni uoluntas antecedens reſpectu noſtri ea eſt, quæ ex ſolo Deo, nec ullo modo occaſione noſtrorum operum ortum habet; ergo illa erit antecedēs, qua Deus decreuit uocare nos, hac, aut alia uocatione, quæ omninò efficax eſt.

Reſpondetur D. Thom. & Damaſcenum dicere uoluntatem omnem antecedentem illam eſſe, quæ ex ſolo Deo eſt, non autem è contra, uidelicet omnem illam uoluntatem, quę ex ſolo Deo eſt, eſſe uoluntatem antecedentem: Vnde ad argumentum negatur conſequentia; præter quàm quòd etiā uocatio efficax ordinem connexionis includit ad ſubſequentem liberæ noſtræ uoluntatis conſenſū, ut prædicti fatentur.

Contra ſecundam multas affert ex ſacris litteris au-

Digitized by Google

riã auctoritates Molinæ; quæ tantùm probant voluntatem Dei antecedentem eſſe conditionatam, non tamen primariò, neq; hoc intendebat probare dictus expoſitor. *Molina.*

Contra quartam ſunt argumenta Banneſij, & Zumelli, quæ ab eiſdem ſoluuntur. *Bannes. Zumell.*

Contra eaſdem concluſiones ſunt argumenta, quæ refert, & ſoluit Aluarez diſp. 34. *Aluarez.*

Contra quintam argumentatur Molina. Paulus de eiſdem omnibus hominibus aſſerit Deũ velle omnes ſaluos fieri, de quibus in eodem contextu præmiſerat, vt pro omnibus fierẽt obſecrationes, &c. conſtat autem pro omnibus eſſe orandũ, Chriſtumque pro omnibus vniuerſim dediſſe ſemetipſum redemptionẽ; ergo Paulus omnes vniuerſim aſſeruit Deum velle ſaluos fieri, ſi per homines ipſos non ſtaret, & eadẽ ferè ratione vtitur Vaſquez. *Molina. Vaſquez.*

Reſpondetur primò. Orationem quidẽ ad omnes vniuerſim extendi poſſe, & quandoque debere, Apoſt. tamen ibidem tãtùm præcipere orationem pro omnibus hominibus, ideſt pro omnibus generibus hominum, ideſt pro fidelibus, & infidelibus, pro iuſtis, & peccatoribus; quem ſenſum exprimit gloſſa interlinearis.

Secundo reſpondetur propoſitiones eam tantũ habere vniuerſalitatem, quam materia per eas ſignificata patitur; conſtat autem ſalutem æternam non omnibus ſimpliciter euenire, ſed tantum omnibus hominum generibus, ex quibus ſinguli aliqui per ſingularem Dei prouidentiam, quæ bonũ commune reſpicit vniuerſi, ad beatitudinem perducuntur, atq; ideo dictum illud Apoſt. *Deus vult omnes homines ſaluos fieri* ſi de voluntate efficaci ſit ſermo, vniuerſalis quidẽ eſt, Sed de ſingulis generibus tantùm interpretandũ. Nobis tamen pro omnibus viatoribus orandum eſt; quia poſſunt omnes, abſolutè loquendo, ſaluari, ſicut etiam ſua peruerſa voluntate poſſunt à ſalute deficere, neq; ſcimus quis ad prædeſtinatorum, quiſue ad reproborum numerum pertineat; quæ eſt ratio D. Auguſtini in lib. de Corr. & gratia cap. 13. non ergo neceſſe eſt, eandem eſſe omnium illarum propoſitionum, de quibus in argumento, vniuerſalitatem. *Gloſſa.*

Contra eandem cõcluſionem ſunt argumenta, quæ refert, & ſoluit Aluarez in allegata diſp. 33.

Reliqua ſpectantia ad variam dictæ propoſitionis Apoſtolicę interpretationem lege, ſi placet, apud expoſitores, inter quos Zumellus octo refert expoſitiones. *Zumell.*

Secunda Controuerſia.

Quomodo Diuina voluntas conſequens velit actus liberi arbitrij, & quomodo ſemper reſpectu eorum impleatur.

Sententia Molinę.

NOn habet hic propriam ſedem hæc controuerſia, ſed infra quæſt. 23. art. 4. verùm quia hic valde inculcat Molina ſingularem ſuam ſentẽtiam in hoc quæſito, operæpretium erit propoſita

A illius opinione quid à veritate, & communi ſanctorum conſenſu, & a ſacris oraculis diſſonet, indicare; Ait igitur Molina, Deum dupliciter aliquid velle voluntate abſoluta. Vno modo abſque vlla dependentia à libero arbitrio creato, vt liberũ arbitrium eſt, & hoc modo vult eſſe earum rerũ, quæ ſunt in mundo, & actiones earum naturales, illaſque humanæ voluntatis operationes, quas ex motione diuina neceſſario, & abſque libertate poteſt elicere, & hæc voluntas abſoluta Dei, qua prædicta vult, eſt (inquit) quæ propriſſimè dicitur voluntas Dei efficax, cui nulla creatura reſiſtere valet, & ſemper impletur: Alio modo Deus vult aliquid

B dependenter à libero arbitrio creato, ea ratione, qua liberum eſt, atque adeo ſub conditione, ſi creatum arbitrium id etiam velit, quod tamen alia ratione ſub conditione vult.

Ad cuius euidentiam ſupponit Molina Deum per ſcientiam mediam inter naturalem, & liberã antequam ſtatuat creare liberum arbitrium, præuidere quid ſit facturum, ſi ponatur in tali, vel in tali ordine rerum, adeò, vt ſi liberũ arbitrium facturum eſſet oppoſitum pro innata ſua libertate, Deus illud ſciuiſſet: Vnde, quòd Deus ſciat vnum oppoſitum, puta me lecturum, potius quàm aliud oppoſitum, puta me non lecturum, habet ex eo, quod

C liberum arbitrium facta ſuppoſitione, quòd creetur in tali ordine rerum, eſſet potius facturum vnum, quàm aliud; cum tamen vtrumuis indifferenter poſſit facere. Ex quo ſequitur, vt etiam idem expoſitor deducit, ſcientiam hanc mediam pendere ex determinatione liberi arbitrij creati; quod idem ſentit de diuina voluntate, qua vult bonos actus, vel bonos affectus dependentes ex libero arbitrio creato, ait enim Deum velle aliquid dependenter à libero arbitrio creato ſub conditione, nimirum, ſi liberum arbitrium creatum velit.

Sentit enim actiones liberas in particulari non eſſe à Deo præfinitas; ſed Deum tantùm præuidiſ-

D ſe, quid eſſet facturum liberum arbitrium, ſi crearetur in tali ordine rerum, cum talibus auxilijs, quorum efficaciam docet eſſe, non ex ipſorum auxiliorum natura, & efficacia diuinæ voluntatis, ſed ex libero arbitrio, præuidens ergo Deus bona ex libero arbitrio futura, antequàm de illius creatione decernat, complacet ſibi in illis actionibus, vel bonis, quæ futura præuidit, quo fit, vt hæc diuinæ voluntatis complacẽtia ex præuiſis actibus humanæ voluntatis dependeat; ex quo ſequitur diuinum velle, ſiue complacentiam de dictis actibus abſolutam non eſſe, ſed conditionatam, videlicet; ſi liberum arbitrium tales ſit actus producturum,

E quales pręuidit diuina ſciẽtia producendos: poſtquam præuiſionem, & complacentiam voluit Deus abſoluta volũtate creare liberum arbitrium in tali rerum ordine, & in talibus circumſtantijs, cũ talibus auxilijs; & conſequenter voluit eadem abſoluta voluntate, vt eſſent tales actus, & tales effectus, ſiuè futuri ſint directè, vt bona opera procedentia à voluntate Petri, ſiuè indirectè, & præter intentionem volũtatis creatæ, vt exaltatio Ioſeph in Egypto; quæ fuit præter ſuorum fratrum voluntatem;

tatem; Voluntas ergo, qua Deus vult ſecundũ Molinam aliquid dependenter à libero arbitrio creato, vno modo eſt conditionalis, alio modo eſt abſoluta, vt dictum eſt.

Notantur falſitates prædictæ ſententiæ, & indicatur veritas alios ac ſinienda.

IN hac ſententia Molinæ plura ſunt, quæ ab Angelici Doctoris ſenſu valdè diſſonant, &, (vt inferius ſuo loco demonſtrabimus) ſanctorum Patrum dictis, immo & ſacrarum litterarum oraculis minime conſonant, ſalua ſemper apoſtolicæ ſedis cenſura. Primum autem huius doctrinæ fundamentum eſt ſcientia media, quam ſupra latiſsimè confutauimus. Secundum eſt negatio præfinitionum reſpectu actuum procedentium ex libero arbitrio creato, de quibus in præſcripto iam ſuperius articulo erit agendum. Tertium eſt, quòd docet voluntatem abſolutam, & efficacem Dei ita à libero arbitrio creato dependere, vt Deus nullam illius velit operationem, niſi ex hypoteſi, quod liberum arbitrium illam eſſet pro ſua innata libertate uoliturum; quod partim remanet confutatũ ex dictis de ſcientia media, partim etiam inferius exagitabitur. Nunc breuiter ſcito, quòd quamuis veriſsimum ſit, Deum nullum actum liberum velle produci à libero arbitrio, niſi ipſo libero arbitrio libere concurrente, (cum Deus ſua voluntate, aut efficaci motione, vel influxu non deſtruat, ſed foueat perfectaſque reddat rerum naturas) affirmare tamen Deum ex libero arbitrio creato dependere, nouum, & inauditum videtur paradoxum: Nam liberos noſtræ voluntatis actus à diuina uoluntate dependere, & non e contra, ſæpe ſolet D. Auguſt. aduerſus Pelagianos clariſsimo illo teſtimonio comprobare Ezechielis 36. ubi ex perſona Dei ait Propheta. *Faciam, vt in præceptis meis*
Ezech. 36. *ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis*. Sed de hoc infra. Sunt igitur actus noſtræ uoluntatis abſolutè à Deo uoliti, & ita uoliti, ut Deus uelit tales actus à libero arbitrio dependere moto, & præuento ab auxilio Dei efficaci, qui Deus ab æterno omnes actus bonos prædefiniuit, & in tempore etiam phyſico influxu, & prædeterminatione, ſiuè applicatione, & non tantùm morali motione, noſtras ad eorum productiones inclinat uoluntates. Et hæc eſt unica ratio, ut diximus in Controuerſia de ſciẽtia media, qua poteſt Deus certò actus noſtros ab æterno præſcire.

ARTICVLVS VII.

Vtrum voluntas Dei ſit mutabilis.

111
1. d. 39 q.
1. a. 1. cor
& ad 3 &
4 & 1 cõ.
c. 82. & l.
2. ca. 25. &.
Et lib. 3 c.
91 & 98.
&. Et po. q.
3. ar. 15. 7.

AD ſeptimum ſic proceditur. Videtur, quòd voluntas Dei ſit mutabilis. Dicit enim Dominus Geneſ. 6. Pęnitet me feciſſe hominem. Sed quemcunque pęnitet de eo, quod fecit, habet mutabilem voluntatem; ergo Deus habet mutabilem voluntatẽ.

2 Præterea: Ierem. 18. ex perſona Domini dicitur: Loquar aduerſus Gentem, & aduerſus regnum, vt eradicem, & deſtruam, & diſperdã illud; ſed ſi pęnitentiam egerit Gens illa à malo ſuo agam, & ego pęnitentiam ſuper malo, quod cogitaui, vt facerem ei; Ergo Deus habet mutabilem voluntatem.

3 Præterea: Quicquid Deus facit, voluntariè facit; ſed Deus non ſemper eadem facit: nam quandoque præcepit legalia obſeruari, quandoque prohibuit; Ergo habet mutabilem voluntatem.

4 Præterea: Deus non ex neceſsitate vult, quòd vult, vt ſupra dictum eſt; * Ergo poteſt velle, & non velle idem; Sed omne, quod habet potentiam ad oppoſita, eſt mutabile: ſicut quod poteſt eſſe, & non eſſe, eſt mutabile ſecũdùm ſubſtantiam; & quod poteſt eſſe hic, & nõ eſſe hic, eſt mutabile ſecundùm locum; Ergo Deus eſt mutabilis ſecundùm voluntatem. Art. 3. huius quæſt.

Sed contra eſt, quod dicitur Numeri 23. non eſt Deus quaſi homo, vt mentiatur: neque vt filius hominis, vt mutetur.

Reſpondeo. Dicendum, quòd voluntas Dei eſt omninò immutabilis. Sed circa hoc conſiderandum eſt, quòd aliud eſt mutare voluntatem, & aliud eſt velle aliquarum rerum mutationem. Poteſt enim aliquis eadem voluntate immobiliter permanente velle, quòd nunc fiat hoc, & poſtea fiat contrarium; Sed tunc voluntas mutaretur, ſi aliquis inciperet velle, quod prius non voluit; vel deſineret velle, quod voluit. Quod quidem accidere non poteſt, niſi præſuppoſita mutatione, vel ex parte cognitionis, vel circa diſpoſitionẽ ſubſtantiæ ipſius voluntatis: Cum enim voluntas ſit boni, aliquis de nouo dupliciter poteſt incipere aliquid velle; vno modo ſic, quòd de nouo incipiat ſibi illud eſſe bonum, quod non eſt abſque mutatione eius; ſicut adueniente frigore incipit eſſe bonum ſedere ad ignem, quod prius non erat; alio modo ſic, quòd de nouo cognoſcit illud eſſe ſibi bonum, cum prius hoc ignoraſſet. Ad hoc enim conſiliamur, vt ſciamus, quid nobis ſit bonum. Oſtenſum eſt autem ſupra, * quòd tam ſubſtantia Dei, quàm eius ſciẽtia eſt omninò immutabilis. Vnde oportet voluntatem eius omninò eſſe immutabilem. q. 9. ar. 1. & q. 14. ar. 15 ſimul.

Ad primum ergo dicendum, quod illud verbum Domini, metaphoricè intelligẽdum eſt, ſecundum ſimilitudinem noſtram. * Cum .n. nos pęnitet, deſtruimus quod fecimus; quamuis hoc eſſe poſsit abſque mutatione voluntatis, cum etiam aliquis homo abſque mutatione voluntatis interdum velit aliquid facere, 115

ſimul intendens poſtea illud deſtruere; Sic igitur Deus pœnituiſſe dicitur, ſecundùm ſimilitudinem operationis, inquantùm hominem, quẽ fecerat, per diluuium à facie terræ deleuit.

Ad ſecundum dicendũ, quòd voluntas Dei, cùm ſit cauſa prima, & vniuerſalis, non excludit cauſas medias, in quarum virtute eſt vt aliqui effectus producantur; Sed quia omnes cauſæ mediæ non adæquant virtutem cauſæ primæ,* multa ſunt in virtute, & ſcientia, & voluntate diuina, quæ non continentur ſub ordine cauſarum inferiorum, ſicut reſuſcitatio Lazari: Vnde aliquis reſpiciens ad cauſas inferiores dicere poterat: Lazarus non reſurget, reſpiciens verò ad cauſam primam diuinã, poterat dicere, Lazarus reſurget: Et vtrunque horum Deus vult, ſcilicet, quòd aliquid quandoque ſit futurum ſecundum cauſam inferiorem; quod tamen futurum non ſit ſecundùm cauſã ſuperiorem, vel econuerſo; Sic ergo dicendũ eſt, quòd Deus aliquando pronunciat aliquid futurum, ſecundùm quòd continetur in ordine cauſarum inferiorum, vt puta ſecũdùm diſpoſitionem naturæ, vel meritorum, quod tamen non ſit; quia aliter eſt in cauſa ſuperiori diuina. Sicut, cùm prædixit Ezechiæ: Diſpone domui tuæ, quia morieris, & non viues (vt habetur Eſa. 38.) neque tamen ita euenit, quia ab æterno aliter fuit in ſcientia, & voluntate diuina, quæ immutabilis eſt. Propter quod dicit Gregor. * quòd Deus immutat * ſententiam, non tamen mutat conſilium, ſcilicet voluntatis ſuæ; Quod ergo dicit, pœnitentiam agam ego, intelligitur metaphoricè dictũ: nam homines, quando non implent, quod comminati ſunt, pœnitere videntur.

Lib. 16. moral. c. 33. [illegible]

Ad tertium dicendum, quòd ex ratione illa non poteſt concludi, quòd Deus habeat mutabilem voluntatem, ſed quòd mutationem velit.

Ad quartum dicendum, quòd licèt Deum velle aliquid non ſit neceſſarium abſolutè, tamen neceſſarium eſt ex ſuppoſitione propter immutabilitatem diuinæ voluntatis, vt ſupra dictum eſt.

Art. 3. huius quæſt.

Senſus quæſiti.

CONtingit apud nos alicuius cauſæ, & præſertim voluntatis efficacitatem impediri, ne ſuum conſequatur effectum propter ipſius cauſæ, & præcipuè voluntatis mutationem; quod ſi non poſsit impediri, imponit effectui à ſe pducto neceſsitatem, vt apparet in cauſis naturalibus; Stabilita igitur in articulo præcedenti diuinæ voluntatis efficacia, quæ ad præfinitum ſemper effectum pertingit, prædicta duo, de quibus dubitari poterat in hoc, & ſequenti ſecludit articulo. Quærit igi-

A tur: vtrum voluntas Dei ſit mutabilis, ea ſcilicet mutatione, quæ propriè, & ſimpliciter poſsit mutatio nuncupari.

Forma Textus.

*C*Oncluſio eſt. *Voluntas* Dei *eſt omnino immutabilis. Probatur. Tunc voluntas mutatur, quando aliquis incipit velle, quod prius non voluit, vel deſiuit velle, quod voluit; at voluntas Dei non poteſt incipere velle, quod prius non voluit, nec deſinere velle; quod prius uoluit; ergo. Maior probatur, ſiuè manifeſtatur ex differentia, quæ eſt inter mutare voluntatem, & velle*

B *aliquarum rerum mutationẽ: Nam poteſt aliquis velle aliquarum rerum mutationem voluntate omninò immutata; poteſt enim velle, vt non fiat hoc, & poſtea fiat cõtrarium; Sed tunc voluntas mutaretur, quando aliquis inciperet velle, quod prius non voluit, vel deſineret velle, quod voluit. Minor autem probatur: quòd aliquis incipiat velle, quod prius non voluit, vel deſinere velle, qđ voluit, non poteſt accidere, niſi præſuppoſita mutatione, vel ex parte cognitionis, uel circa diſpoſitionem ſubſtãtiæ ipſius volentis; at ſcientia Dei, & eius ſubſtantia eſt omninò immutabilis; ergo. Maior huius argumenti probatur: quoniam aliquis de nouo dupliciter poteſt incipere uelle aliquid; vno modo ſic, vt de nouo illud inci-*

C *piat ſibi eſſe bonum; alio modo, vt de nouo cognoſcat illud eſſe ſibi bonum; at primum eſt cum mutatione volũtatis ſecundùm ſeipſam ſecundum cum mutatione cognitionis; ergo. Maior probatur: quoniam voluntas eſt boni ſcilicet intellecti; oportet igitur nouam uolitionem eſſe aut ex nouitate boni, aut ex nouitate intellectionis; ergo. Minor quo ad primam partem probatur exemplo: ſicut adueniente frigore incipit eſſe bonũ ſedere ad ignẽ, quod prius non erat: quo ad ſecundam verò partem: quoniam, ſi de nouo cognoſcit illud eſſe bonum; ergo prius ignorauit; ergo mutatus eſt de ignorantia in ſcientiam.*

D

Controuerſia vnica.

De efficacia rationis, D. Thomæ.

Sententiæ Expoſitorum.

VAlentia ſubnotat probationem D. Thom. dicens illum in probatione minoris aſſumptæ non ſufficiẽter enumeraſſe omnes cauſas, propter quas accidit aliquem de nouo incipere velle, quod nolebat, aut è contrario. Contingit enim (inquit) hoc propter ſolam arbitrij libertatem, ſine noua, vel mutatione ſubiecti, vel cognitione alicuius o- Valentiæ cenſura.

E biecti, aut circumſtantiæ: nam hac libertate ſola vult interdum quis illud idem, quod antea non volebat, etiam ſi eodem modo antè illud cognoſceret, eodemque modo affectus eſſet, & hoc eſt (ait) quod debuit explicare S. Tho. & probare, cur Deo conuenire non poſsit. eandem cenſuram adhibet Vaſquez ſic arguens. Sicut voluit Deus peccatum fore, ita potuit velle non fore, & ſic de alijs; ergo nulla facta variatione diſpoſitionis, aut cognitionis ſola ſua libertate poſſet eſſe in ipſo diuerſa vo- Vaſquezii cenſura, & ratio.

luntas

Digitized by Google

luntas ab ea, quæ modo eſt; quod ſi ab æterno eſſe potuit, cur abſq; vlla mutatione diſpoſitionis, & ſcientiæ ſola ipſius libertate in tempore quoque incipere non poterat voluntas alia, quàm, quæ ab æterno fuit?

Deinde reprehendit ſolutionem Ferrarienſis, in primo contra gent. capit. 83. Denique ſoluens propoſitam difficultatem ex propria ſentẽtia ait, quòd ſi ab æterno Deus non decreuiſſet creaturas producere, nihil ei deeſſet, niſi reſpectus rationis, quem ſolùm addit voluntas Dei libera ſupra eſſentiam. Sed nihilominus, ſi talis reſpectus in Deo eſſe debet, ab æterno debet eſſe: non quia mutatio aliqua ſequeretur in Dei eſſentia, aut etiam ſcientia ipſius, quæ præcedit voluntatem, ſi reſpectus in tempore mutari poſſet; ſed quia, cum res futuræ ab æterno futuræ ſint, nec in tempore quidquam incipere poſsit eſſe futurum, ſequitur reſpectum illum ad res producendas non poſſe in tẽpore incipere: ſicut rem eſſe producendam, & futuram non poteſt in tempore incipere.

Suarezij cenſura. Suarez diſp. 30. Metaphyſicali, ſect. 9. relatis, & reiectis aliorum opinionibus dicit ſex. Primum. Deum verè, & propriè velle creaturas actu reali ſuæ voluntatis ſimplicisſimo; qui idem eſt, quod ſua voluntas, & eſſentia, & abſque vllo reali augumẽto, vel diminutione eius uelle omnia, quę vult, & nolle, quæ non vult. Secundum. Diuinum velle; quia non eſt forma informans, neq; actus actuãs, ſed actus puriſsimus, altiori modo conſtituit volẽtem, & attingit obiecta cum eminenti poteſtate ad attingendum, vel non attingendum ſecundaria obiecta, nulla in ipſo actu additione, vel reali mutatione facta. Tertium. Diuinus amor non eſt liber quo ad eſſe, ſed quantũ ad terminari ad creaturas, per quod diſtinguitur ab amore creaturæ. Quartum. Licèt in primo ſigno rationis intelligatur diuinum velle, vt indifferens ad hoc, vel illud creatum obiectum, in alio verò ſigno, vt terminatum ad hoc obiectum; tamen nulla in hoc eſt vmbra mutationis; quia nullum eſt veſtigium realis additionis, ſed formalis tãtùm terminationis per ſeipſum, nouo tantùm reſpectu rationis inde reſultante. Quintum. Diſcurſus D. Tho. non probat ſufficienter intentum. Sextum. Argumento illo, ſcilicet ſuperius adducto ex Valentia, & Vaſquezio concluditur ex huiuſmodi variatione decreti, aut terminationis liberæ non inferri immediatè phyſicam mutationem in diuina voluntate, inferri tamen quandam (vt ita dicam) animi inconſtantiã, & imprudentem modum ſe gerendi in ſuis decretis; ex hac verò imperfectione immediatè inferri poteſt, voluntatem ſic mutabilem eſſe finitam, & non rectam per eſſentiam, & inde tandem mediatè concludi poteſt nunquam accidere illam mutationem quaſi moralem ſine mutatione phyſica; probatque hoc ſuum vltimum dictum, & explicat longa ſatis verborum ſeriè.

A

Reſolutio.

Quæ ſit diuinæ voluntatis indifferentia, & quomodo determinetur.

PRo reſolutione ſuppoſitis ijs quæ ſupra diximus, quæſt. 14. artic. 15. in prima controuerſia, & in hac quæſt. artic. 2. in prima controuerſia.

Sciendum eſt primò ex D. Thom. primo contra gent. cap. 82. quod eſſe ad vtrumlibet poteſt alicui virtuti dupliciter conuenire: vno modo ex parte ſui; alio modo ex parte eius, ad quod dicitur. ex parte quidem ſui, quando nondum conſequuta eſt ſuam perfectionem, per quam ad vnum determinetur, & hoc in imperfectionem virtutis redũdat, & oſtendit eius potentialitatem; ſicut patet in intellectu dubitantis, qui nõdum aſſequutus eſt principia, ex quibus ad alterum determinetur. Ex parte autem eius, ad quod dicitur, inuenitur aliqua virtus ad vtrumlibet eſſe, quando perfecta operatio virtutis à neutro dependet, ſed tamen vtrumque eſſe poteſt; ſicut aliquis, qui diuerſis inſtrumẽtis uti poteſt ad idem opus perficiendum; hoc autem ad imperfectionem virtutis non pertinet, ſed magis ad eminentiam, quatenus utrumlibet oppoſitorum excedit; & ob hoc ad neutrum determinatur, ſed ad utrumlibet ſe habet. Talis autem eſt diuinæ voluntatis indifferentia reſpectu aliorum à ſe: nam finis eius à nullo aliorum dependet, cum tamen ipſa fini ſuo perfectiſsimè ſit unita; non igitur oportet potentialitatem aliquam in diuina voluntate ponere, ſicut neq; mutabilitatem. Si enim in diuina uoluntate nulla eſt potentialitas, non ſic alterum oppoſitorum præaccipit circa ſua cauſata, quaſi conſideretur in potentia ad utrumque, vt primò ſit uolens potentia utrumque, & poſtmodũ uolens actu, ſed ſemper eſt volens actu, quidquid vult. Sed quia uolitum non habet neceſſarium ordinem ad diuinam bonitatem eo modo, quo non neceſſaria; ſed poſsibilia dicimus ea, quorum non eſt neceſſarius ordo prædicati ab ſubiectum: ideo, cum dicitur; Deus vult hoc cauſatum, manifeſtũ eſt, eſſe enuntiabile non neceſſarium, ſed poſsibile illo modo, quo aliquid dicitur poſsibile non ſecundùm aliquam potentiam, ſed quod non eſt neceſſe eſſe, nec impoſsibile eſt eſſe, ut Philoſophus tradit in quinto met. &c.

S. Thom.

B

C

D

Hæc ferè ad uerbum S. Thom. addens diuinam voluntatem determinari per bonum apprehẽſum per intellectum. Hæc autem determinatio, vt aduertit Ferrarienſis, eſt eius, quod eſt indeterminatum, nõ per modum potentię paſsiuæ, ſed per modum agentis liberi ad vtrumlibet ſe habentis modo dicto; Et quia intellectus, qui determinat vt proponens obiectum, eſt omninò idem cum voluntate per eum determinata, ſola ratione diſtinctus, & indeterminatio voluntatis non dicit realem potentialitatem, ſed tantùm logicam, quæ eſt non repugnantia, idcirco ex tali determinatione nulla poteſt inferri potentialitas in voluntate; cum tamen in Deo ſit realis potentia, id eſt virtus oppoſitorum volitiua: Vnde etiam alibi docet. S. Thom.

Ferrarienſ.

E

diui-

diuinam voluntatem ſeipſam determinare; tum quia non diſtinguitur ab intellectu formaliter determinante; tum quia ſeipſam determinat per modum efficientis; Et quia creaturæ ad diuinam bonitatem tanquam ad finem per ſe primò volitum ordinantur, ideo ſecundùm ſe non trahunt Dei voluntatem, ſed ratione diuinæ bonitatis, & eiuſdē etiam ratione ſpecificant, cum tamen diuinæ volūtatis actus ad ipſas creaturas, prout in ſeipſis ſūt, ſecundariò terminetur.

Explicatur in quo poſita ſit diuinæ voluntatis libertas; & defenditur expoſitio Caietani contra Valentiam, & Zumellum.

D.Thom. SEcundò obſeruandum eſt, ex Diuo Tho. in primo ſentent. diſtinct. 39. quæſt. 1. articulo primo, Deum poſſe velle; & non velle; quia de ratione voluntatis eſt, vt liberè actum ſuum producat, ſed hoc (inquit) intelligendum eſt, dum actus eſt in egrediendo à voluntate; quia, poſtquam tranſijt, non ſubiacet facultati eius; non enim poteſt non voluiſſe, quod voluit; & ſimiliter non ſubiacet eius facultati, vt vtrumque ſimul producat; non enim poteſt ſimul velle, & non velle. Actu verò diuinæ voluntatis ſemper eſt in actu, & nunquam habet rationem futuri, & ideo ſemper eſt quaſi in egrediendo à diuina voluntate; & ideo manet ſemper libertas diuinæ voluntatis reſpectu ipſius; vndè poteſt dici, quòd Deus poteſt non velle hoc, nō tamen poteſt eſſe, vt ſimul velit, & non velit, vel vt nunc velit, & poſtmodum non velit: quia mutabilis eſſe non poteſt. Hæc S.Thom.

Magiſter. Vnde, quemadmodum diſtinguebat Magiſter, & cum eo Sanctus Thomas de ſcientia viſionis loquendo hanc propoſitionem; Deus poteſt non ſcire id, quod ab eo ſcitum eſt, & dicebat, quòd poteſt dupliciter intelligi, vno modo coniunctim, i. ideſt in ſenſu compoſito; & ſic eſt falſa; alio modo diuiſim, ideſt in ſenſu diuiſo, & ſic eſt vera; ita diſtinguendum eſt de hac; Deus poteſt nō velle hoc, quod vult, puta productionem Antichriſti, vel motum Solis: nam in ſenſu compoſito eſt falſa, in ſenſu verò diuiſo eſt vera. Quid verò ſit ſenſus diuiſus, & ſenſus compoſitus explicauimus ſupra quæſtione 14. art. 13. circa reſp. 3. argum. S.Thom. Ex dictis ſequitur primò, Caietanum optimè expoſuiſſe ſenſum D.Thom. in reſp. ad quartum argumentum. Secundò ſequitur, non eſſe in diuina voluntate potentiam priorem naturaliter actu abſque mutabilitate, vt docet Scotus: nam, vt ait Caietanus, omnis potentia contradictionis eſt cum mutabilitate aliqua.

Caietani expoſitio optima.

Interpretatio Valentiæ.

Sed ait Valentia S.Tho. negare in diuina voluntate ſolùm potentiam ad oppoſita in ſenſu compoſito, qua poteſt vnum oppoſitorum poſt aliud ſuſcipere, non autem in ſenſu diuiſo, qua ſcilicet antequam conſideremus eam coniunctam cum altero oppoſitorum, poteſt ad alterutrum determinari; hanc enim potentiam hoc ipſo habet diuina voluntas, (inquit Valentia) quòd eſt ſimpliciter libera; & ideo diuiſiuè poteſt velle, & non velle idem,

A & hunc ſenſum ait habuiſſe Scotum, qui dixit eam eſſe priorem naturaliter omni actu, non quaſi reipſa diſtinguatur ab actu, ſed quia virtualiter diſtinguitur. Ad auctoritatem Ariſt. reſpondet illum loqui de potentia ad oppoſita in ſenſu cōpoſito ſucceſſiuè.

Sed hæc, ſicuti non attingunt mentem Scoti, ita nec illius fauent opinioni, ſtatuebat enim Scotus diſtinctionem ex natura rei inter diuina attributa, & eadem ratione inter voluntatem, & illius actum; igitur ſecundùm Scotum voluntas ex natura rei reſpicit vtrumque oppoſitorum, ſcilicet velle, & non velle, & vt prior naturaliter vtroque, eſt B ad vtrumque in potentia: nam in priori ſigno antequam ad alterum determinetur, ad neutrum eſt determinata; ergo ad vtrumque eſt in potentia cōtradictionis, & conſequenter mutabilis, vt dicitur 9. metaph. & argumentum D.Thom. quartum id efficaciter probat. Ex quo patet gloſſam, ſiue reſponſionem Valentiæ, quæ eſt Zumelli, nimirum, quòd argumenta Caietani procedunt contra ſenſum compoſitum, rationes verò Scoti probant ſenſum diuiſum nullam eſſe: nam vt ex dictis patet, impugnat Caietanus ſenſū diuiſum. Vnde rationabilius dici poteſt, argumenta Caietani probare in diuina voluntate non eſſe realem potentialitatem, C etiam ex natura rei, rationes autem Scoti concludere in Deo eſſe realem vim volitiuam reſpiciētem vtrumque oppoſitorum.

cōfutatio.

Reijcitur gloſſa Valentiæ, & Zumelli.

Tertiò conſiderandum eſt, voluntatem à iudicio practico intellectus determinari, & uice uerſa intellectum ad exercitium actus à voluntate moueri; quo fit, vt diuinæ voluntati nihil placeat, niſi quod ſapientia iudicauerit acceptandum, nec ſapientia indicet aliquid eſſe bonum, & acceptandum, niſi quod placuerit voluntati; ex quo ſequitur, quòd diuina ſapientia non neceſſariò iudicat id eſſe faciēdum, quod reipſa melius eſt; alioquin non poſſet Deus facere creaturas meliores; ſed D illud eligendum, & agendum eſſe iudicat, quod magis placuerit voluntati; cui, vt diximus, id magis placet, quod iudicat ſapientia, vt ſatis explicauimus infra art. 10.

Quartò notandum eſt ſoli primæ cauſæ ob eius infinitam actualitatem, & virtutē conuenire facultatem agendi, & non agendi, nulla in ea præexiſtēte potentia, qua nunc ſe habeat aliter, quàm prius haberet, ſed ex ſola effectus mutatione, nunc operatur aliter, quàm prius operaretur: Nam, ſi Deus nihil omninò creare conſtituiſſet, non aliter ſe haberet Deus, & ſua voluntas, quàm in ſemetipſo ſit poſt creationis decretum. Vt enim ſupra diximus E art. 2. huius quæſt. diuina voluntas ex infinitæ ſuæ perfectionis eminentia omnem creatæ, & creabilis uoluntatis, & actuum eius perfectionem præhabet; quod igitur noſtræ voluntati per plures actus in tempore cum potentialitatis, ac mutationis imperfectione congruit, hoc diuinæ voluntati per vnum, ac ſimpliciſſimum uelle ſeclusis omnibus imperfectionibus conuenit ab æterno.

Nnn Cur

Cur poſtquam ſemel aliquid voluit diuina voluntas, eius oppoſitum velle non poſsit.

1. Ratio. CVr autem eadem non maneat ſemper in diuina voluntate facultas, vt, ad quod libuerit, creatum obiectum ſe determinet, declarat S. Tho. in probatione concluſionis dicens. *Quod aliquis incipiat velle, quod prius non voluit, vel deſinat velle, quod voluit, non poteſt accidere, niſi præſuppoſita mutatione, vel ex parte cognitionis, ideſt iudicij practici, vel circa diſpoſitionem ſubſtantiæ ipſius volentis, quorum vtrũque in Deo eſt impoſsibile*. Sed dices; Obiectio, ſi diuinum iudicium practicum à voluntate pendet, eadem de illo relinquitur dubitatio, cur ſicut ab æterno, ita in tempore ad vtrumlibet non poſsit determinari. Sed iam diximus actui diuinæ voluntatis ex Solutio. infinita ſua perfectione congruere, vt in vtrumq; poſsit oppoſitorum, ex intellectus practico iudicio determinante, cui eadem conuenit perfectionis infinitas: omnis autem diuina perfectio neceſſaria Deo conuenit ab æterno. Hæc igitur perfectio, quæ eſt Deum liberè velle, & liberè iudicare de rebus in tẽpore futuris, quo ad id, quod in Deo ponit, non poteſt non ab æterno eſſe in Deo, & eadem ratione reſpectus ad creaturas, qui neceſſariò ſequitur fundamentum, erit ab æterno; vt benè aduertit Ferrarienſis in primo cont. gent. cap. 83. Ferrarien. Nec tamen in opinionem illam incidimus de volũtaria perfectione, quam attribuunt Caiet. ſed dicimus diuinum velle, quo vult creaturas, quo ad id, quod in Deo ponit, quidquid ſit illud, eſſe perfectionem ab æterno exiſtentem in Deo, quod autem illud ſit, & dicatur liberum, habet ex non neceſſaria habitudine ad creaturas, quæ illi conuenit ex infinita ſufficientia propriæ bonitatis; Cum igitur hæc quatuor ab æterno Deo conueniant; infinitas actus voluntatis, qui ſupereminenter cõtinet omnes actus naturales, & liberos creatæ voluntatis, infinita ſapientia in actu ſecundo, infinita ſufficientia bonitatis, & non neceſſaria habitudo ad bonitatem creaturarum, neceſſe eſt etiã omnem determinationem diuinæ voluntatis, & omne iudicium practicum æternum eſſe. De diuinis etenim modo noſtro ratiocinantes dicimus vnam perfectionem in Deo eſſe alterius cauſam virtualiter in eſſendo. Itaque diuina ſapientia, quæ æterna eſt, ex ſua, pluſquam intelligere valeamus, infinitate, ſimul cum æterna, & perfecta voluntatis Libertate cauſa eſt iudicij practici, ex quo cauſatur velle reſpectu earum rerum, quæ ex æterna Dei operatione in tempore iuxta diuinæ ſapientiæ, & voluntatis præfinitionem producuntur; Cum igitur æterna ſit Dei ſapientia, æterna voluntas libera, neceſſe eſt etiam omnem Dei liberam determinationem æternam eſſe, cum præſertim actio, quæ iudicium intellectus, & actum voluntatis conſequitur, æterna ſit.

3. ratio, Præterea. Si Deus in tempore aliquid determinat, quod ab æterno non præfinierit; fuit igitur ab æterno actus iudicij practici, & voluntatis ſuſpenſus, quod diuinæ repugnat ſapientiæ, & perfectioni: nam intellectus, qui non ſtatim perfectè iudi-A cat, & voluntas in eligendo ſuſpenſa imperfectionem habent; illæ deficientis ſapientiæ, hæc potentialitatis innatę: Nam intellectus, qui res vniuerſas, & earum rationes, gradus, ac modos bonitatis, & congruentiæ poſsibiles vnico ſtatim actu contemplatur, ſuſpenſus in ferendo iudicio practico hærere non poteſt, & conſequenter, nec voluntas in eligendo; manifeſtum igitur imperfectionis indicium, & effectus eſt ſuſpenſio.

Quòd ſi dicas, poſſe Deum pro ſua libertate actum iudicij, & electionis ſuſpendere, in eadem hærens ſalebra: Nam vel præuidet Deus futurum ſui intellectus iudicium, & uoluntatis electionem, Obiectio, & ſolutio. B vel non, ſi non præſcit, non erit Deus infinitè ſapiens, nec perfectè beatus, vtpotè de futura determinatione ſolicitus. Si verò præuidet, vana, & diuinæ ſapientiæ indecens eſt ſuſpenſio. Quæ etiam diuinæ, vt diximus, repùgnat perfectioni; cũ Deo realem tribuat potentialitatem, & veram, ac propriè dictam mutabilitatem, non moralem tãtùm, ſed et phyſi. & realẽ, vt ex dictis iã ſatis apparet.

Ratio igitur D. Thomæ pro ſua concluſione nedum ſufficiens eſt, ſed etiã perfectè demonſtrans: Reijcitur dictũ Valentiæ, & Vaſquez. cum omnes complectatur, & à diuina voluntate ſecludat cauſas mutabilitatis; Nam, quod dicunt Valentia, & Vaſquez poſſe aliquem non velle, quod C prius volebat, aut velle, quod prius nolebat, ex ſola arbitrij libertate, abſque noua mutatione ſubiecti, aut cognitione alicuius obiecti, vel circumſtãtiæ, falſum eſſe manifeſtè conuincitur, ex dictis; Impoſsibile eſt enim abſque nouo intellectus iudicio in obiectum aliquod de nouo tendere voluntatem, aut quod prius uolebat reſpuere, ab actu verò omninò ceſſare, manifeſtius indicat imperfectionem uolentis. Sed in art. 10. hęc latius explicatur.

Tertiò aduertendum eſt, quòd, ſi conſideretur 4. ratio actus diuinæ volũtatis, & diuini intellectus, prout ſunt à parte rei, & prout videntur à Deo, & à beatis, facilior eſt huius noſtræ controuerſiæ reſolu-D tio: Nam omnia, quæ in Deo ſunt, vnico, & ſimpliciſsimo nunc æternitatis menſurantur, in quo nulla omninò poteſt eſſe ſucceſsio; vt ſcilicet nunc Deo aliquid conueniat, ab intrinſeco, ſiuè naturaliter, ſiuè liberè, & poſtea non conueniat; & ideo omnis diuina actio, ſiuè immanens, ſiuè tranſiẽs, formaliter loquendo de actione, Deo ab æterno conuenit: ita vt impoſsibile ſit ex tempore conuenire; ſolæ verò relationes, aut denominationes; quæ actualem prçexigunt terminum, & conſequũtur creaturarum exiſtentiam, ex tempore Deo cõueniunt; vt relatio, & denominatio dominij, & ſimilia. Videnda ſunt quæ diximus q. 14. art. 13. cõ-E trouerſia quarta.

Ex data diuinæ voluntatis mutatione præcisè ſumpta nullam in ea ſequi moralem imperfectionem.

POſtremò notandum eſt moralem voluntatis mutationem in oppoſitum actum, vel obiectũ dupliciter poſſe conſiderari; vno modo præciſè, prout ſcilicet eſt moralis mutatio abſtrahendo ab

ab omnibus, quaſi accidentaliter, & extrinſecus annexis; Alio modo non præciſè, ſed incluſis etiã prædictis annexis, quæ poſſunt eſſe, vel phyſica mutatio, vel malitia ex obiecto ad quod de nouo terminatur actus liber, uel limitatio perfectionis ſubiecti, cui nouam conuenit habere uolitionem: Hic de mutatione loquimur diuinæ voluntatis ab vno uolito in aliud, vel ab uno actu in alium præciſo quolibet ex prædictis annexis, & aſſerimus cõtra Suarezium talem mutationem ſic præciſè ſũptam ſi diuinæ conueniret voluntati nullam in ea prorſus inferre moralem imperfectionem, puta inconſtantiam, aut imprudentiam: probatur: quia ſi voluntatis mutatio, vt ſic eſſet moralis imperfectio, ſequeretur omnem uoluntatis mutationem habere neceſſariò moralem imperfectionẽ; at hoc falſum eſt; ergo: ſequela maioris eſt euidens; minor probatur; quia ſi quis ſecundùm regulam rectæ rationis propoſuerit vxorem ducere, & poſtea mutata uoluntate uelit ingredi religionem, nullus erit in hac ſecunda uolitione defectus inconſtantiæ, quæ prudentiæ apponitur, hæc enim nunquam incurritur, niſi cum propoſitum mutatur in peius, ut ait S. Doctor in ſecunda ſecundæ quæſtione 53. articulo quinto; igitur ex præciſa mutatione uoluntatis nulla ſequeretur in Deo moralis imperfectio.

Secundo probatur diſcurrendo per ſingulos mutationis modos quos imaginari poſſumus in diuina uoluntate: Primus eſt ſi Deus nullum ab æterno liberum uoluntatis actum habuiſſet, & poſtea in tempore quidpiam libere uoluiſſet hunc autem modum nullam afferre moralem imperfectionem ex eo patet, quòd cęteris paribus melius eſt bonã ex obiecto operationem elicere, quàm omittere: ſecundus modus eſt ſi Deus in tempore liberos illos actus omitteret quos habuit ab æterno, qui modus formaliter ſumptus, prout ſcilicet dicit ſolam præcedentis actus omiſsionem, ſeu ceſſationem ab actu abſque obiecti refutatione nullam dicit moralem imperfectionem, ſi nulla uitietur circunſtãtia, & fiat ſecundùm regulam rectæ rationis, vt patet apud nos in ceſſatione ab actibus tam interius, quàm exterius: Tertius modus eſt, ſi Deus in tempore uellet oppoſitum eius, quod uoluit ab æterno, qui modus nullam per ſe moralem inducit imperfectionem, præſertim, ſi mutatio uoluntatis ſit à minori ad maius, aut etiam ad æquale bonum. alioquin omnis mutatio uoluntatis in appetitum maioris, aut æqualis boni eſſet mala moraliter, quod eſſe falſum patet: primò, ex ratione inconſtãtiæ ſuprà notata: Secundo; quia ſimplex propoſitũ de aliquo bono faciendo nullam inducit obligationem, quæ non fuerit ante illud propoſitum; at præciſo propoſito æquè bonum eſt unum, aut alterum opus agere; ergo nullum eſt omnino uitium mutare propoſitum faciendi opus aliquod in alterum ęquè bonum, & multo magis diſtabit à vitio, ſi mutatio fiat in maius bonum.

Sed quamuis, ut probatum eſt contra prædictũ Authorem ex mutatione actus liberi pręciſè ſum-

A pta, nulla ſequatur in Deo moralis imperfectio; ſequitur tamen ex dicta uarietate, uel potius in ea clauditur intimè phyſica mutatio, quæ magnam in Deo ſecundùm rationem entis poneret imperfectionem, vt oſtendimus ſupra, & probat Ferrarienſis in primo contra gentiles, capitulo 83. & apertè docet Auguſtinus libro 12. confeſſionum, capitulo decimoquinto, ubi dupliciter probat Dei uoluntatem non mutari; primò; quia eſt ipſa Dei ſubſtãtia, quæ per tempora non mutatur: Secundò; quia omne mutabile ęternum non eſt, Deus autem cum ſua voluntate æternus eſt: vbi manifeſtè loquitur de phyſica mutatione; ſi nãque non eſſet hæc mu-
B tatio phyſica, nec diuinam tolleret æternitatem, nec ipſam Dei ſubſtantiam variaret: alias probationes afferunt recentiores; quas gratia breuitatis omitto.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio. Voluntas diuina eſt ad vtrumlibet ex parte uolitorum, quæ ſunt creaturæ.

Secunda concluſio. In Diuina uoluntate non eſt realis potentia phyſica ad utrumque oppoſitorũ, ideſt realis potentialitas ad oppoſita prior natura
C determinatione eiuſdem uoluntatis.

Tertia concluſio. In Deo eſt realis potentia phyſica ad oppoſitã, ideſt ea virtus realis, & libera, quæ eſt uoluntas, quæ utriuſque oppoſitorum eſt volitiua.

Quarta cõcluſio. Cum dicitur Deum poſſe uelle, & non uelle, hoc, vel illud, uerbum, *poſſe*, non ſignificat aliquam potentiã, ſcilicet paſsiuam, ideſt potentialitatem, ſed potentiam logicam, quæ fundatur in potentia, ideſt uirtute realiſsima, quæ eſt voluntas.

Quinta concluſio. Hæc propoſitio: Deus poteſt non uelle, quod vult, aut quod voluit, eſt vera in
D ſenſu diuiſo, modo expoſito, & falſa in ſenſu compoſito.

Sexta concluſio. Ratio D. Thom. pro concluſione demonſtratio eſt: probatur ex dictis, & ex conditionibus poſitis in diffinitione materiali demõſtrationis in 1. Poſt. quæ ſingulæ huic demonſtrationi appoſitè congruunt.

Septima concluſio. Impoſsibile eſt voluntatem de nouo incipere aliquid uelle, quod prius nolebat, aut è contrario, ex ſola arbitrij libertate, ſine mutatione noua ſubiecti, aut noua cognitione, uel iudicio practico. hæc patet ex dictis.

Octaua concluſio. Solutio Ferrarienſis eſt bo- Ferr.
E na, hæc patet ex ijs, quæ diximus, quæſtione 14. articulo quintodecimo, & in præſenti queſtione, artic. 2.

Nona concluſio. Solutio Vaſquezij inanis eſt, & petit principium: nam res futuræ, ab ęterno habent, quòd ſint futuræ ex præfinitione diuinæ uoluntatis, de qua uoluntate præfiniente eadem remanet difficultas, an ſit mutabilis; nam, ſi mutabilis eſt, res non erunt ex tali præfinitione infallibiliter

biliter futuræ. Sed ex hypoteſi, quòd non immutetur præfinitio.

Suarez. Decima concluſio. Solutio Suarezij non recté, explicat mutationem, quæ diuinæ voluntati conueniret, ſi aliquid de nouo inciperet velle, quod antea nolebat, aut è contra: probatur; quia negat ex variatione decreti, aut determinationis liberæ, inferri immediaté phyſicam mutationem. Cuius oppoſitum ſatis efficaciter demonſtrauimus.

Vndecima. Ex infinitate diuinæ ſapientiæ, voluntatis, ac bonitatis per ſe ſufficientisſimæ; ac minimè neceſſariò connexę cum creaturis, redditur optima ratio à priori immutabilitatis diuinæ voluntatis.

Duodecima. Ex indiuiſibili nunc æternitatis, in quo diuinum eſſe, & omnes illius operationes indiuiſibiliter à parte rei ſimul ſunt abſque vlla omninò ſucceſsione, redditur optima ratio quaſi à poſteriori immutabilitatis diuinæ voluntatis.

Argumenta, & ſolutiones.

Rada. Contra ſecundam Concluſionem. Sunt quædam argumenta Ioannis Radæ Controuerſia 3 c. articulo quarto, quæ tantùm probant primam, tertiam, & quartam noſtram Concluſionem.

Vaſquez. Contra ſextam concluſionem eſt argumentum Vaſquezij in principio controuerſia relatum. Ad quod reſpondetur primò, blaſphemum eſſe, dicere, Deum voluiſſe peccatum fore. 2. reſpondetur falſam eſſe conſequentiam; cuius falſitatis ratio ſatis apparet ex dictis.

Suarez. Contra eandem concluſionem argumentatur Suarez. Primò. Hic diſcurſus Diui Tho: non probat accidere tunc mutationem formaliter in volũtate vt voluntas eſt, ſed ad ſummum, quòd in ſciẽtia præſupponatur; ergo.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens; vt patet ex dictis: nam, ſi mutatur iudicium practicum intellectus, neceſſe eſt etiam mutari actum voluntatis; quia mutata cauſa per ſe, mutatur effectus.

Secundò. Stante eadem omninò cognitione poteſt uoluntas pro ſua libertate amare, quod prius non amabat, vel non appetere, quod appetebat; ergo. Antecedens probatur; quia ſuppoſita quacunque cognitione uoluntas manet libera; ergo.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens; ad probationem negatur conſequentia: Nam determinatio uoluntatis, ſequitur ad iudicium practicum vltimum intellectus, qui depẽdet etiam ex libera motione voluntatis, & eo poſito iam eſt ad vnum voluntas determinata, cum tamen in eo inſtanti ſuam exerceat libertatem, ac proinde ſit maximè libera.

Tertiò. Suppoſita tota ſcientia Dei merè naturali, (quæ ſola ad liberam determinationem volũtatis ſupponitur,) voluntas manſit libera ad amãdum, vel non amandum creaturam; ergo ſtante eadem cognitione potuit prius amare, & poſtea

A non amare. Probatur conſequentia; quia cognitio ex ſe non magis neceſsitat ad perſeuerandum in amore, quàm ad exhibendum amorem.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens quo ad illam particulam; quæ ſola ad liberam determinationem voluntatis ſupponitur: Nam iudicium practicum, ex quo proximè ſequitur determinatio voluntatis, ſcientia quædam eſt implicans liberum actum uoluntatis precedentem in ſuo ordine actũ intellectus, vt ipſius cauſam, à quo tamen alio modo cauſatur. Ex quo ſequitur actum iudicij practici ad approbationis ſcientiam pertinere, vt magis patebit ex dicendis in art. 10. huius quæſt.

B Contra octauam concluſionem argumentatur Suarez. Ex æternitate reſultare non potuit reſpectus rationis ſine aliquo addito uel in Deo, vel in creatura, præter ea, quæ ſunt neceſſaria in Deo, vel poſsibilia in creatura; ergo, ſi in ęternitate ipſa nõ eſt neceſſaria additio ex parte Dei, neque alia mutatio in creatura, niſi illa obiectiua, neque etiam in tempore erit neceſſaria additio ex parte Dei, & conſequenter nec mutatio, ſed eodem ſimplici actu poterit uelle, quod antea non volebat, & cauſare dictam mutationem in obiecto, quæ ſufficit ad nouum illum reſpectum. Suarez.

C Reſpondetur ſententiam Ferrarienſis non eſſe, reſpectum rationis in Deo ad creaturas reſultare, poſitis illis dumtaxat; quæ merè neceſſaria, ac naturalia ſunt ex parte Dei, vt ſupponit argumentũ; alioquin Deus neceſſariò vellet creaturas; Sed mens eius eſt, relationem diuinæ voluntatis ad volita conſequi naturaliter actum liberum, ideſt liberè terminatum ad creaturas: nam ſuppoſito, quod Deus uelit creaturas, neceſſario habet ad eas habitudinem. Quid autem ſit hic actus liber, iam ſatis explicauimus dicẽtes, eſſe actum Diuinę volũtatis, quatenus ſupereminenter continet omnem actum, & modum creatę voluntatis, cum nulla re creata neceſſariam habens connexionem. Ad argumẽtũ aũt negatur antecedẽs: ſi ſermo ſit de

D addito realiter, aut formaliter à parte rei diſtincto.

Contra decimam argumentatur Suarez. Sunt quædam imperfectiones morales, ex quibus per locum intrinſecum non ſequitur imperfectio, vel mutatio phyſica; at talis eſſet imperfectio diuinæ voluntatis, ſi de nouo uellet, quod prius noluit, aut è contra; ergo. Maior probatur: nam velle mentiri, aut velle peccatum nõ infert immediaté in Deo aliquam mutationem phyſicam, poſſet enim intelligi Deus ex æternitate id volens per ſimplicẽ determinationem liberam; infertur tamen ex illa imperfectione talem voluntatem non eſſe per ſe re-

E ctam, & conſequenter finitam; & inde quaſi per locum extrinſecum concluderetur, talem uoluntatẽ eſſe mutabilem phyſicè, minor probatur; quia ex tali noua volitione infertur quędam animi inconſtantia, & imprudens modus ſe gerendi in ſuis decretis. Suarez.

Reſpondetur falſam eſſe minorem præcisè loquendo: nam ex tali noua uolitione infertur etiã immediaté, & per locum intrinſecum mutatio phyſi-

ph: ſica,ideſt realis;quia ipſa noua volitio formaliter mutatio quædam eſt ſecundum rem, vt oſtendimus.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum voluntas Dei neceſsitatem rebus volitis imponat.

11 .10. Et 1. 85. 1 c. lib 3 vſq3 179 ver. 5. eri. l:c.

AD octauum ſic proceditur. Videtur,quòd voluntas Dei rebus volitis neceſsitatem imponat. Dicit enim Auguſt.in Enchir.* Nullus fit ſaluus, niſi quem Deus voluerit ſaluari. Et ideo rogandus eſt, vt velit; quia neceſſe eſt fieri,ſi voluerit.

id. r.3. phy 84.

2 Præterea: Omnis cauſa, quæ non poteſt impediri,ex neceſsitate ſuum effectum producit;quia & natura ſemper idem operatur, niſi aliquid impediat,vt dicitur in 2. Phyſic.* ſed voluntas Dei non poteſt impediri. dicit enim Apoſt.ad Rom.9. Voluntati enim quis reſiſtit? Ergo voluntas Dei imponit rebus volitis neceſsitatem.

3 Præterea: Illud, quod habet neceſsitatẽ ex priori,eſt neceſſarium abſolutè: ſicut animal mori eſt neceſſarium.; quia eſt ex contrarijs compoſitum;Sed res creatæ à Deo comparantur ad voluntatem diuinã, ſicut ad aliquid prius,à quo habent neceſsitatem; cum hæc cõditionalis ſit vera; Si aliquid Deus vult, illud eſt; omnis autem conditionalis vera eſt neceſſaria; ſequitur ergo, quòd omne, quod Deus vult,ſit neceſſarium abſolutè.

Sed contra: Omnia bona, quæ fiunt,Deus vult fieri,ſi igitur eius voluntas imponat rebus volitis neceſsitatem;ſequitur,quòd omnia bona ex neceſsitate eueniunt. Et ſic perit liberũ arbitrium,& conſilium,& omnia huiuſmodi.

Reſpondeo. Dicendum,quòd diuina voluntas quibuſdam uolitis neceſsitatem imponit, non autem omnibus. Cuius quidem rationem aliqui asſignare vuoluerunt ex cauſis medijs; quia ea, qui producit per cauſas neceſſarias, ſunt neceſſaria;ea verò,quæ producit per cauſas contingentes,ſunt contingentia;* Sed hoc non videtur ſufficienter dictum propter duo. Primò quidem; quia effectus alicuius primæ cauſæ eſt contingens propter cauſam ſecundam, ex eo quòd impeditur effectus cauſæ primæ per defectum cauſæ ſecundæ: ſicut virtus Solis per defectum plantæ impeditur. Nullus autem defectus cauſæ ſecundæ impedire poteſt,quin voluntas Dei effectum ſuum producat. * Secundò; quia,ſi diſtinctio contingentiũ à neceſſarijs referatur ſolùm in cauſas ſecundas,ſequitur,hoc eſſe præter intentionem, & voluntatem diuinam,quod eſt inconueniens:

A Et ideo melius dicendum eſt, quòd hoc contingit propter efficaciam diuinæ voluntatis: Cùm enim aliqua cauſa efficax fuerit ad agendum,effectus conſequitur cauſam;non tantùm ſecundùm id,quod fit, ſed etiam ſecundũ modum fiendi, vel eſſendi. Ex debilitate enim virtutis actiuæ in ſemine cõtingit, quod filius naſcitur diſsimilis patri in accidentibus, quæ pertinent admodum eſſendi:Cum igitur voluntas diuina ſit efficacisſima, nó ſolùm ſequitur, quòd fiant ea,quæ Deus vult fieri,ſed quod eo modo fiant,quo Deus ea fieri vult. Vult autẽ

B quædam fieri Deus neceſſariò,quędam contingenter, vt ſit ordo in rebus ad complementum uniuerſi. Et ideo quibuſdam effectibus aptauit cauſas neceſſarias, quæ deficere non poſſunt,ex quibus effectus de neceſsitate proueniunt,quibuſdam autem aptauit cauſas contingentes defectibiles, ex quibus effectus contingenter eueniunt;* Non igitur propterea effectus uoliti à Deo eueniunt contingenter; quia 138 cauſæ proximæ ſunt contingentes; ſed propterea; quia Deus uoluit * eos contingenter euenire,contingentes cauſas ad eos præparauit. D. 324.

C Ad primum ergo dicendum,quòd per illud verbum Auguſt. intelligenda eſt neceſsitas in rebus uolitis à Deo,non abſoluta, ſed cõditionalis;* neceſſe eſt enim hanc conditionalẽ ueram eſſe;ſi Deus hoc vult, neceſſe eſt hoc eſſe. 117

Ad ſecundum dicendum, quòd ex hoc ipſo,quòd nihil uoluntati diuinæ reſiſtit, ſequitur,quòd non ſolùm fiant ea,quæ Deus vult fieri,ſed quòd fiant contingenter,uel neceſſariò, quæ ſic fieri vult.

Ad tertium dicendum,quòd poſteriora habent neceſsitatem à prioribus, ſecundùm modum priorum:

D Vnde,& ea,quæ fiunt à voluntate diuina,talem neceſsitatem habent, qualem Deus vult eam habere,ſcilicet vel abſolutam, vel conditionalem tantùm. Et ſic non omnia ſunt neceſſaria abſolutè.

Senſus quæſiti.

NEceſsitas duplex eſt: quædam abſoluta, & quædam ſuppoſitionis. De hac non quæritur,ſed de illa,quæ adhuc in rebus creatis duplex eſt.vna,quæ conuenit rei abſolutè ſumptæ,quæ talis eſt,vt quantum ſi. ex ſe,non poſſit non eſſe, & Neceſsitatis prima diſtinctio:

E hæc eſt neceſsitas phyſica rebus conueniẽs ab intrinſeco;& ſecundum hanc dicuntur neceſſaria cęleſtia corpora,& intelligentiæ; e cõtrario verò res ſublunares non ſunt neceſſariæ,ſed poſsibiles non eſſe ab intrinſeco,vt habes infra q.51.art.5. ex D. Thom.& Caietano.

Alia eſt neceſsitas abſoluta, quæ rebus conuenit, quatènus effectus quidam ſunt in ordine ad ſuas cauſas,vt cauſæ ſunt. Dicitur autem effectus 2. diſtinct.

 neceſ-

neceſſarius ille, qui procedit à cauſa neceſſariò agente, & quæ impediri non poteſt, cui neceſſitati opponitur contingentia illius effectus, qui natus eſt procedere à cauſa, quæ poteſt impediri; adeò, vt licet cauſa ſit inclinata ad eius productionem, poſſit effectus non euenire. Non quærit hic S.D. de priori neceſſitate; vt patet ex tota ſerie præſentis art. in quo nulla fit mentio de tali neceſſitate; ſed ſermo eſt de abſoluta rerum neceſſitate illis conuenienti, quatenus effectus ſunt à prima cauſa, quæ eſt Diuina volūtas, & alijs cauſis eidem ſubordinatis vſque ad vltimam dependentes; De hac ergo neceſſitate interpretandum eſt quæſitum B nimirum: verum diuina voluntas imponat rebus volitis neceſſitatem, an ſcilicet ex hoc, quod aliquid eſt à Deo volitum, ſequatur illud neceſſariò ex proprijs ſuis cauſis produci, quod eſt effectum ut ſic, & eius cauſam ut cauſa eſt, eſſe neceſſariam. Ex qua declaratione apparet, quid cenſendum ſit de interpretatione Caietani, quam ſequitur Syluester, & Bannes.

Reijcitur interpretatio Caiet. Syluestri, & Bãneſij.

Forma Textus.

Conclusio eſt. Diuina voluntas quibuſdam volitis neceſſitatem imponit, non autem omnibus. Huius conclusionis cauſam quidam aſsignabant ex C *cauſis medijs dicentes, Deum idcirco non omnibus rebus, ſed quibuſdam tantùm neceſſitatem imponere: quoniam Deus producit aliqua per cauſas neceſſarias, & hæc ſũt neceſſaria, aliqua verò producit per cauſas contingentes, & hæc, ſunt contingentia. Sed contra hanc opinionẽ dupliciter argumentatur S. Thom. Primò, effectus alicuius cauſæ primæ eſt contingens propter cauſam ſecundã, ex eo, quòd impeditur effectus cauſæ primæ per defectũ cauſæ ſecundæ; at nullus defectus cauſæ ſecundæ, poteſt impedire, quin voluntas Dei effectum ſuum producat; ergo effectus cauſæ primæ, quæ eſt diuina voluntas, non eſt contingens propter cauſam ſecundam. Maior manife* D *ſtatur exemplo: ſicut virtus Solis per defectum plantæ impeditur. Secundò ſic arguit: ſi diſtinctio cõtingentium à neceſſarijs refertur ſolùm in cauſas ſecundas, ſequitur hoc eſſe præter intentionem, & voluntatem diuinam; ſed hoc eſt inconueniens; ergo: Hac igitur opinione confutata affert S. Thom. propriam cauſam concluſionis; & eam probat duplici medio. Cauſa, quam affert Sanc. Thom. eſt, quòd hoc contingit propter efficaciam diuinæ voluntatis.*

Primum medium à priori probans ſimul concluſionem, & dictam cauſam concluſionis eſt. Per voluntatem diuinam, non tantùm fiunt, quæ Deus vult fieri, ſed etiã eo modo fiunt, quo Deus vult fieri; at Deus vult quædã E *fieri contingenter, & quædam neceſſariò; ergo per volũtatem diuinam non omnibus, ſed quibuſdam tantùm imponitur neceſſitas. Minor probatur; quia hoc requirit ordo in rebus ad complementum vniuerſi. Maior probatur: Cum aliqua cauſa fuerit efficax ad agendum, effectus conſequitur cauſam, non tantùm ſecundùm id, quod fit, ſed etiam ſecundùm modum fiendi, vel eſſendi; at voluntas diuina eſt cauſa efficaciſsima; ergo per voluntatem diuinam non tantùm fiunt, quæ Deus vult fieri, ſed etiam eo modo fiunt, quo Deus vult fieri. Maior huius*

A *argumenti probatur quo ad ſecundam partem: quoniã ex debilitate virtutis actiuæ in ſemine contingit, quòd filius naſcitur diſsimilis Patri in accidentibus, quæ pertinent ad modum eſſendi.*

Secundò probatur concluſio à poſteriori: Deus quibuſdam effectibus aptauit cauſas neceſſarias, quæ deficere non poſſunt, ex quibus effectus de neceſſitate proueniunt; quibuſdam autem aptauit cauſas contingentes, ex quibus effectus contingenter eueniunt; ergo non propterea effectus voliti à Deo contingenter eueniunt; quia cauſæ proximæ ſunt contingentes, ſed propterea; quia voluit eos contingenter euenire, contingentes cauſas eis præparauit.

B

Expoſitio Textus.

Ex hoc diſcurſu S. Tho. apparet clariſsimæ ſenſus quæſiti, quòd ſcilicet S. Thom. quærit tantùm de neceſsitate effectuum in ordine ad cauſas ſuas; non autem de neceſsitate rerum ſecundum ſe; & in eodem ſenſu etiam procedit argumentum Sed contra, vt patet.

Maior propoſitio primi medij, & eius probatio latè explicantur à D. Thom. in ſexto metaph. tex. 8. verſus finem commenti, & infra quæſt. 22. artic. 4. & in tertio cont. gent. capit. 72. 73. & 74. & alibi C ſæpè. *S. Tho.*

Ratio ſecunda, quæ eſt à poſteriori, explicari poteſt per rationem tertiam D. Tho. in dicto cap. 85. primi cont. gent. vbi uniuerſalius principium aſſumitur, quod eruditè exponitur à Ferrarienſi. *Ferrarien.*

Reſponſio ad primum argumentum pro ſui maiori intelligentia poſtulat notitiam eorum, quę docet D. Thom. in allegato cap. 85. ratione 4. & Ferrarienſis ibidem. *S. Thom. Ferrarien.*

Prima Controuerſia.

An virtus primæ cauſæ modificetur per ſecundam.
D *Explicatur, & defenditur ſententia Caietani contra Banneſium, & Zumellum.*

Mouet hic Caiet. tres dubitationes, vt eorum ſolutionibus textus huius articuli luculentior appareat, in quibus dictũ illud Caietani, virtutem ſcilicet primæ cauſæ modificari per ſecundam, non tamen impediri, reprehenditur à Banneſio, & Zumello quatuor argumentis; quæ facilè ſoluuntur diſtinguendo uirtutem cauſæ primæ quo ad eius attingentiam, quæ duplex eſt: vna actiua, & altera paſsiua. prior attingentia eſt ipſa diuina actio ſecundùm ſe; poſterior autem eſt ipſa res, vt E producta à diuina uoluntate. Non docet Caietanus uirtutem primæ cauſæ quo ad attingentiam actiuam modificari per ſecundas cauſas; ſed quo ad paſsiuam tãtùm, per actiuam autem attingentiam primæ cauſæ modificantur ſecundæ. Ad ſciẽdum autem, quomodo fiat hæc modificatio, recolenda ſunt, quæ ſupra diximus, quæſt. 14. artic. 13. controuerſia ſecunda, & amplius dicemus infra quæſt. 22. art. 4. nimirum diuinum influxum, quo Deus influit in cauſas ſecũdas, & in eorum actiones,

nes, poſſe dupliciter conſiderari; vno modo, vt a-A ctio eſt, & ſic idē eſt, quòd diuina ſubſtantia, alio modo per modum paſsionis, & ſic non addit aliquid diſtinctum realiter ab ipſa ſecunda cauſa, vt cauſa eſt, vel ab eius actione, ut actio eſt; ſed quēadmodum creatio paſsiuè ſumpta, eſt eſſe creaturæ, vt à Deo receptum, ita influxus Dei in cauſam ſecundam, vt cauſa in actu ipſamet cauſa ſecunda eſt, prout pendet à Deo, non ſolùm cauſante, ſed etiam conſeruante eam, quatenus ipſa ſecūda cauſa eſt agens formaliter, & ſimiliter influxus Dei in actionem agentis, nihil aliud eſt, quàm ipſamet actio, prout pendet à Deo in fieri, & conſeruari, tā in genere, quàm in ſpecie, & indiuiduo.

B Sed dices; ſi influxus Dei in cauſam ſecundam idem eſt cum ipſa cauſa ſecunda modo dicto, quo modo per ipſam cauſam ſecundam poterit modificari? & eadem difficultas eſt de influxu in actionem. Sed ſoluitur dicendo cauſam ſecundam dupliciter conſiderari; uno modo abſolutè, ſiuè ſecūdùm naturam ſuam, alio modo, quatenus vt cauſa in actu à Deo pendet, quæ duæ conſiderationes maximè differunt; quoniam prima præſupponitur à ſecunda; rurſus prima eſt abſoluta, ſecunda reſpectiua ad primam cauſam. Tertiò, prima nullum dicit reſpectum, aut ordinem ad actionem; C ſecunda uero dicit reſpectum, immo infallibilem connexionem cum actione, nō ita tamen, vt actio ſit de ratione cauſæ in actu. Dupliciter enim dicitur cauſa efficiens in actu; vno modo, quatenus actualiter agit, & hoc modo non loquimur hic de cauſa in actu: Alio modo quatenus prius natura, quàm operetur, completam habet actualitatem, & immediatum ordinem ad operationem ſta-in altero, ſcilicet inſtanti naturæ conſequentem.

Diſtinguitur autem ſecunda cauſa hoc modo ſumpta à ſeipſa abſolutè ſumpta diſtinctione formali actuali, ſiuè formali reali, ſiue diſtinctione D ex natura rei, quam alij realem Metaphyſicam appellant; & eodem modo diſtinguitur influxus primæ cauſæ in actionem ſecundæ cauſæ ab actione ipſius ſecundæ cauſæ, vt explicauimus infra quæſtione 45. art. 5. contr. 2. & quæſt. 59. art. 3. Poteſt ergo cauſa ſecunda abſolutè ſumpta ſeipſam modificare, prout cauſa in actu eſt prius natura, quā operetur. Quia ſecunda cauſa ſuam exercet cauſalitatem iuxta modum ſuæ naturæ; Cum ergo attingentia paſsiua primæ cauſæ ſit idem, quod ſecunda cauſa, & eius actio modo dicto, iam patet ex dictis, quo modo poſsit per ſecundam cauſam modificari: modificatur enim influxus in cauſam E per eius naturam abſolutè conſideratam, influxus uero in actionem dupliciter modificatur; Primò per naturam ſecundæ cauſæ; Secundò per naturā, & modum actionis, ut eſt à ſecūda cauſa. Quo fit, ut modificetur non tantùm attingentia paſsiua vnius creaturæ per attingentiam paſsiuam alterius creaturæ, ut docet Bannes, ſed etiam attingentia paſsiua reſpectu creaturæ, uel rei, quæ attingitur, quam modificationem ſignificauit S. Thom. tum in hoc articulo, tum alibi ſæpè, & hæc eſt, quā expreſsit Caietanus hic, & ſupra quæſt. 14. art. 13.

Argumenta Banneſij probant attingentiam actiuam diuinæ voluntatis non modificari per ſecundas cauſas, quod gratis admittimus. *Caiet. Ad argumenta Banneſij.*

Secunda Controuerſia.

De prima radice contingentiæ.

Sententię Doctorum.

Scotus. SCotus, cuius ſententiam refert Caiet. cenſuit primam radicem contingentiæ eſſe libertatē B diuinæ voluntatis; adeò, vt ſi Deus non liberè, ſed neceſſario cauſaret, ideſt ſi ageret de neceſsitate naturæ, nihil ſecundùm Scotum poſſet in rebus cōtingenter euenire. Addit Præterea Ariſtotelem, & cęteros Phil. contradictoria conceſsiſſe, cum docuere Deum agere de neceſsitate naturæ, & tamē multa dixerunt euenire contingenter. Sententiam hanc ex parte amplectuntur Bannes, & Zumellus, *Bannes. Zumell.* qui contra Caietanum duo dicunt. Primum eſt. Si Deus operaretur de neceſsitate naturæ, non reduceretur contingentia rerum ad eum, tanquam ad primam radicem efficientem; Secundum eſt. Si Deus operaretur de neceſsitate naturæ, nullum eſ-C ſet liberum arbitrium in rebus.

Molina. Molina ſupra quæſt. 14. artic. 13. diſp. 12. hanc ſtatuit concluſionem: Poſita eadem conſtitutione vniuerſi, Deumque nihil agere ſupra communem curſum, ordinemque rerum, radix prima, remota tamen, contingentiæ effectuum omnium, ſecundarum cauſarum ad ordinem naturæ ſpectantiū, eſt voluntas Dei, quæ liberum arbitrium hominū, & Angelorum condidit, atque appetitum ſentientem beſtiarum, quæ circa aliquos actus, quaſi veſtigio quodam libertatis prædictæ videntur: proxima verò, & immediata radix eſt liberum arbitrium Angelicum, & humanum, & appetitus ſen-D tiens beſtiarum, quo ad eos actus in quibus beſtię veſtigium, libertatis veſtigium habere videntur: Vbi aduertendum eſt (inquit) aliud eſſe omnem effectum cauſarum ſecundarum emanare proximè ab aliqua illarum trium cauſarum; aliud verò radicem proximam contingentiæ cuiuſque eorum eſſe aliquam illarum trium cauſarum: primū q; eſt falſum, ſecundum verum: Etenim plurimi effectus emanant immediatè à cauſis naturalibus, radix tamen immediata contingentiæ eorum nō eſt cauſa ipſa naturalis, à qua oriuntur neceſsitate naturæ, ſed aliqua illarum aliarum trium: vt quod hæc lucerna ad quam litteris operam nauo, lumen E modo ex ſe emittat, effectus eſt contingens, qui potuit non eſſe; & cum neceſsitate naturæ oriatur ab ipſamet lucerna, tanquam à cauſa naturali, radix tamen contingentiæ illius, non lucerna, ſed his fuit, qui illam per ſuum liberum arbitrium accendit: tum etiam omnes cauſæ liberæ, quæ concurrerunt ad confectionem huius olei, & cęterarum rerum, quæ ad inflammandam lucernam neceſſaria ſunt: Quo fit (inquit) vt non ſolum effectus, qui ab illis tribus cauſis immediatè emanant, contingen

tes

tes ſint, ſed etiam, ex permixtione earum cum cauſis naturalibus in hoc vniuerſo in numeri effectus cauſarum naturalium ſint etiam contingetes &c.

D. Thom. in hoc articulo, & alijs locis ſuperius allegatis docet primam radicem contingentiæ eſſe efficaciam diuinæ voluntatis infinitam. Proximam autem eſſe cauſas contingentes, ex quo deducit Caietanus, quòd, ſi Deus ageret per neceſsitatem naturæ ſalua ſuæ virtutis efficacitate, adhuc in rebus eſſet contingentia, cuius ſententiam ſequuntur omnes alij expoſitores. *Caiet.*

Reſolutio.

Diſtinguuntur multiplices modi neceſſarij, & contingentis, & aperitur ſtatus controuerſiæ.

QVoniam abundè Caietanus, & Bannes hanc difficultatem examinant, & rectè determinant ſatis (vt arbitror) fecero, ſi quædam huius controuerſiæ fundamenta ſummatim, & diſtinctè collegero, & quorundam aliorum ſedes, vnde peti poſsint indicauero, recto ordine quæque ſuis locis ad faciliorem legentis intelligentiam, & adiſcentis profectum collocando, recto ſiquidem rerum dictarum ordine non mediocriter illuſtratur intelligentia, & formatur memoria. Præmittenda *Neceſſarij diſtinctio multiplex* eſt itaque primò diſtinctio neceſſarij, & contingẽtis, quæ contradictoriè opponuntur, atque ideo quot modis dicitur neceſſarium tot etiam dicitur contingens.

Neceſſarium ergo primò diuiditur in neceſſarium abſolutè, & neceſſarium ex ſuppoſitione. Neceſſarium abſolutè ſubdiſtinguitur in neceſſariũ ſecundùm ſe, & in neceſſarium in ratione effectus, ſiuè in ordine ad cauſam, ſiuè etiam è contra, in neceſſarium in ratione cauſæ in ordine ad effectũ. Neceſſarium abſolutè ſecundùm ſe illud eſt, quod ex ſe non habet, unde poſsit non eſſe. Hoc vero triplex eſt: Nam quoddam eſt neceſſarium neceſsitate abſolutiſsima, quæ à nullo omnino dependet, & hoc modo ſolus Deus eſt ens neceſſariũ. Aliud eſt neceſſarium logicè, vel metaphyſicè, quod videlicet eſt neceſſarium ex habitudine terminorũ, & hoc modo propoſitiones omnes primi, uel ſecũdi modi dicuntur neceſſariæ, & ſimiliter eorum ſignificata ſunt neceſſaria, & æterna in mente diuina, tertio modo dicuntur aliqua neceſſaria phyſicè, ſiue naturaliter: vt cęlos eſſe, angelos eſſe, mundum eſſe, &c. de hoc neceſsitatis modo agit Caietanus infra quæſt. 50. art. 5. *Caiet.*

Hæc perſeitas phyſica fundatur ſuper habitudine terminorum in eſſe naturali poſitorum; Cum igitur contingens opponatur neceſſario, tribus modis etiam dicetur aliquid contingens abſolutè ſecundùm ſe. *Contingẽtis diſtinctio.* Primò; quia liberè conſeruatur à prima cauſa, à qua dependet ſecundùm ſuum eſſe, vt angeli, & cęli. Secundò, dicitur contingens logicè, cuius termini non habent inter ſe neceſſariam habitudinem, vel cuius oppoſitum non implicat contradictionem, & hoc modo omnes propoſitiones extra primum, & ſecundum modum dicendi per

A ſe ſunt contingentes, & ſimiliter eorum ſignificata contingentia. Tertio modo dicitur cõtingens phyſicè; quod ab intrinſeco habet, vnde poſsit non eſſe; qualia sũt omnia generabilia, & corruptibilia. Secundò loco dicendum eſt de neceſſariò abſolutè in ratione effectus. Hoc verò eſt, quod prouenit à cauſa neceſſariò agente, & non impedibili; ſicut eclipſis Solis, vel Lunæ; ſicut ſplendor à Sole, calor ab igne, &c. & poteſt diſtingui hoc neceſſarium in neceſſarium phyſicum, vt patet in exemplis allatis, & neceſſarium morale, in actibus voluntatis, quorum aliqui ſunt neceſſarij quo ad exercitium, & ſpecificationem actus, vt amor, quo Deus amat

B ſeipſum, & primò primæ motiones volũtatis creatæ, alij ſunt neceſſarij tantùm quo ad ſpecificationem actus; vt velle bonum, & beatitudinem.

Quibus modis neceſſarij opponuntur totidem modi contingentis: nã dicitur aliquid contingens phyſicum in ratione effectus, quod ſcilicet procedit à cauſa defectibili, & impedibili: Vnde contingentia effectuum naturalium dupliciter poteſt inueniri: Vno modo ex hoc tantùm, quòd effectus poteſt impediri, licèt de facto nõ impediatur, & hoc modo ſolet S. Thom. omnes effectus cauſarum generabilium, & corruptibilium appellare effectus contingentes; quia procedunt ex cauſis impedibi-

C libus; quę, licèt ut plurimum producant effectum, quandoque tamen impediuntur. Quod autem tales effectus apud D. Thom. ſint contingentes, patet conferenti ſimul articulum tertiumdecimum, quæſt. 14. & articulum tertium, quæſt. 57. & hoc modo dicimus, quòd hic ignis contingenter generat hunc ignem hic, & nunc. *S. Thom.* Alio modo dicitur effectus cauſæ naturalis contingens; quia prouenit à cauſa naturali impedita à productione effectus ab ea intenti, & hoc modo Leo, vel equus generat monſtrum contingenter. Alio modo dicitur contingens in ratione effectus, quod opponitur neceſſario morali. Hoc verò duplex eſt, vnum eſt, effe-

D ctus quilibet liberè productus, qui poteſt lato vocabulo appellari contingens morale; quia non neceſſariò producitur, aliud eſt propriè contingens morale, & hoc eſt illud, quod euenit præter intentionem agentis voluntarij; vt ſi quis intendat occidere ceruum, occidat hominem, illud erit contingens morale.

Neceſſarium autem ex ſuppoſitione eſt, quòd ex alio præſuppoſito ſequitur per neceſſariam cõſequentiam, & ideo neceſsitatem habet conſequẽtiæ tantùm, non autem conſequentis ipſius ſecundum ſe. Sunt autem huius neceſsitatis modi ſecundùm diuerſas ſuppoſitiones, ex quibus dependet

E conſequens illud, quòd dicitur neceſſarium: de quibus vide Banneſium. *Bannes.* Quæſtio hæc eſt de ijs cõtingentibus, quæ ideo contingentia dicuntur, & ſunt; vel quia ex propria cauſæ facultate, & perfectione poſsunt eſſe, & non eſſe; vt actus, & effectus cauſæ liberæ, quæ ex ſe habet indifferentiã ad oppoſita contrariè, & cõtradictorie. Vel quia ex eorum cauſis, ut in paucioribus impeditis eueniunt à caſu, vel fortuna; vel quia, licèt cauſas habeant determinatas, poſſunt tamen ex aliarum cauſarũ

concurſu

concurſu impediri; de quibus videndus eſt Sanctus Thomas in primo Perihermenias lect.13. & 14.& 6.Metaph.lect.2.& 2.Metaph. lect.2.

Deum eſſe cauſam altiorem neceſſaria, contingente, & efficacitatem voluntatis eius eſſe primam radicem contingentiæ præciſo quo uis agendi modo.

SEcundò ſciendum eſt primam cauſam;quia ſupereminenter,& ſimpliciſsimò continet diuerſos,& oppoſitos creatarum cauſarũ modos, quos paulò ante recenſuimus, ſub nullo eorum determinatè cõcludi,ſed proprio ſuo modo vniuerſas excedere: Nam nec cauſa neceſſaria eſt ſimpliciter, neque contingens; ſed altior vtraque, ac propriè loquendo nuncupatur cauſa libera; quod ſcitè ꝓbat,& explicat Caietanus ſupra q.14. artic.13. §. quo ad ſecundum.

Tertiò notanda eſt duplex differentia. Vna inter agens à natura,& agens à propoſito. Nam effectus agentis à propoſito, inquantùm eſt agens à propoſito,oportet,vt ſit electus ab ea,ex Ariſt.nono metaphyſ. dicente,quòd potentia rationalis à prohereſi determinatur ad agendum; effectus verò agentis à natura,nõ eſt ab eo electus:quoniam electio præſupponit cognitionem, ſed eſt electus à dirigente naturam in ſuum finem. Alia differentia eſt inter eſſe electum, & conſequens modũ eligendi; nam quod conſequitur modum eligendi, nõ propriè dicitur electum; nam electum propriè dicitur, quod eſt electionis obiectum, non autem quod conſequitur eligendi modum. Eligitur autẽ id, quod eſt iudicatum medium opportunum ad finem inter plura media ſecũdum ſe,ad finem minimè neceſſaria, ſed tantùm congrua.

Et quoniam contingentia vnum eſt ex ijs medijs,quæ opportuna ſunt ad manifeſtandam diuinam bonitatem,& ad integrandam perfectionem vniuerſi,ideo electa eſt, ſiuè volita à Deo, quatenus agens eſt à propoſito, abſtrahendo à quocunque modo agendi. Ex quo ſequitur ſeruato hoc ordine rerum, ſiuè Deus agat liberè,vt verè agit,ſiuè de neceſsitate naturæ, vt uolebant nonnulli ex antiquis Phil.rerum contingentiam eſſe ab eo electam,ſiuè volitam: Nam, ſiuè hoc, ſiuè illo modo agat,ſemper agit per voluntatem,& ideò benè dixit S.Thom. contingentiam naſci ex efficacia diuinæ uoluntatis, quæ ſtat cum vtroque modo volendi. Si verò contingentia oriretur tantùm ex tali modo uolendi,ſcilicet liberè,iam nõ eſſet electa, ſiuè volita,ſed conſequens modum eligendi,& volendi,& ſic non eſſet effectus Dei agentis à propoſito,inquantùm agit à propoſito. Sed eſſet præter intentionem Dei, vtpotè conſequens modum uolendi eius, non volitionem ipſam. Aduertendum eſt tamen Caiet.hic latè loqui de electione: quoniam electio ſtrictè ſumpta,non uidetur conuenire niſi agenti libero, cum ſit actus proprius liberi arbitrij.

Vltimò ſcito ad conciliandas doctorũ opiniones dici poſſe, ex hoc impoſsibili poſito, nempè Deum agere de neceſsitate naturę, ſequi vtramq; A partem contradictionis,videlicet eſſe liberum arbitrium,& actus eius liberos,& non eſſe, & ſimiliter eſſe cauſas contingentes,& earum effectus,& non eſſe: hæc eſt enim natura cuiuslibet impoſsibilis,vt ex eo ſequantur contradictoria,Nauarretus tomo 2.controuer.9. multas circa materiam hanc ſubtiliſsimè verſat difficultates, quæ non videntur eſſe neceſſarię.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio eſt. Si Deus operaretur de neceſsitate naturæ, adhuc eſſent contingentia B in rerum natura. Hanc ſtatuit,& probat Caiet. Caiet.

Secunda concluſio.Si Deus operaretur de neceſſitate naturæ ſeruato hoc ordine rerum,adhuc rerum contingentia in Deum reduceretur tanquam in primam radicem efficientem. Probatur: Tunc defectibilitas ſecundarum cauſarum eſſet uolita neceſſariò à Deo,& earum effectus; ergo. Antecedens probatur;quia tunc Deus eſſet agens per intellectum,& voluntatem; at voluntas ordinatè volens prius vult finem,deinde media ad finem ordinata; conſtat autem perfectionem vniuerſi eſſe quendam finem, ad quem ordinatur contingẽtia. Hanc concluſionem latè probat Aluarez diſp. 26.

C Tertia concluſio. Si Deus operaretur ad extra de neceſsitate naturæ, adhuc eſſet liberum arbitrium. Probatur; quia eundem rerum ordinem, quem nunc Deus liberè,& efficaciter vult,tunc neceſſariò vellet; at nunc vult Deus liberè; ſecundas cauſas,& earum effectus,ac modos, inter quos eſt modus cauſæ liberæ; ergo etiam tunc hunc eundẽ modum vellet Deus efficaciter. Maior patet; quia ſupponimus cum Phil.eundem eſſe rerum ordinẽ, & de ſolo modo cauſandi primæ cauſæ diſputamus. Si vero non fiat hæc ſuppoſitio, ſed abſolutè quęratur,an,ſi Deus ageret de neceſsitate naturę, eſſet in rebus Liberum arbitrium, adhuc dicẽdum D eſt,futurum in rebus Liberum arbitriũ: quoniam Deus adhuc eſſet ens per eſſentiam omnes præhabens poſsibiles eſſendi modos, & eos omnes ſuo intellectu cognoſcens ut bonos, & cõgruos ad manifeſtationem ſuæ bonitatis, & conſequenter eos neceſſariò uellet,& cauſaret: inter quos etiam eſt modus agentis liberi. Et confirmatur; quia ut Deus aliquem effectum producat, non eſt neceſſe,vt illum in ſe formaliter præhabeat; ſed ſufficit virtualis,& eminens continentia, vt patet in ſpecificis rerum modis,qui non ſunt in Deo formaliter. Ex quo ſequitur, quòd tunc modus agendi liberè non eſſet perfectio ſimpliciter, ſed tantùm ſecun- E dùm quid,aut quòd Deus non eſſet abſolutiſsimè perfectus,vtpotè carens libertate, quæ eſt perfectio ſimpliciter.

Quarta concluſio. Diuinæ uoluntatis efficacitas infinita non ideò tantùm eſt prima radix contingentiæ;quia creauit liberum arbitrium hominum,& Angelorum,ſed ob eam præcipuè cauſã; quia efficaci volũtate præfiniuit,vt ex talibus cauſis liberis,& contingentibus ſequerentur tales effectus liberi,ſeu contingentes. Hanc cõcluſionem pro-

probant euidenter duo argumenta Sancti Doctoris, quibus confutat opinionem in textu relatam; quibus adde duas probationes concluſionis: Secundo probatur; quia ſequeretur Deum non eſſe primam cauſam actuũ liberi arbitrij creati quatenus liberi ſunt, & quatenus liberè determinantur ad vnam magis, quàm ad aliam partem; quod eſſe falſum probabitur infra quæſt. 22. art. 4.

Quinta concluſio: Secluſa omni libertate creatæ voluntatis, adhuc eſſe poſſent ex cauſis naturalibus effectus contingentes: Huius concluſionis probatio patet ex ijs, quæ latè diximus infra quæſtione 57. artic. 3. & probat eam S. Doctor infra q. 115. artic. 6. & ibi Caietanus, & nouiſsimè Aluarez diſput. 26.

Sexta concluſio. Ex eo, quòd aliquid eſt volitũ, prouiſum, aut ſcitum à Deo, non ſequitur talem effectum fieri neceſſariò neceſsitate abſoluta, ſed tantùm neceſſariò neceſsitate ſuppoſitionis. Hãc concluſionem ſtatuit primam Dominicus Bannes, & probat pluribus medijs. *Bannes.*

Septima concluſio. Quamuis nullus effectus ſit, aut dicatur formaliter contingens per reſpectum ad voluntatem, vel prouidẽtiam Dei immediatè; ſed per reſpectum ad cauſas ſecundas; poſſet tamẽ Deus effectum aliquem ſe ſolo producere, qui contingens eſſet virtualiter. Probatur. Talis effectus ex natura ſua natus eſſet cauſari à cauſa defectibili, cuius efficientiam ſuppleret Deus, & conſequenter etiam modum efficiendi non formaliter, ſed eminenter ſecluſis imperfectionibus, & hoc eſt, quod ſignificat Caietanus ſupra q. 14. art. tertiodecimo, in explicatione reſponſionis ad primum argumentum Diui Tho. verſus finem. *Caiet.*

Octaua concluſio. Deus eſt agens liberum formaliter, ad quod, vt ad cauſam efficientem, & exẽplarem reducitur omnis creata libertas. Hæc concluſio ſtabilietur, & explicabitur art. 10.

Argumenta, & ſolutiones.

Scotus. Contra primam concluſionem argumentatur Scotus. Primò, cauſa, quæ mouet, inquãtùm mota, ſi neceſſariò mouetur, neceſſariò mouet; ſed omnis cauſa ſecunda mouet, ſeu agit, inquantùm mota; ergo ſi neceſſariò mouetur à prima, neceſſariò quoque ipſa mouet; igitur nulla erit cauſa contingens. Minor probatur; quia nulla cauſa agit, niſi in virtute primæ.

Molinæ, & Suarezij reſponſio reiecta. Huic argumento reſpondet Molina, ſupra quæſtione 14. art. 13. diſput. 11. & negat minorem dicens, concurſum Dei generalem cum cauſa ſecunda non eſſe influxum Dei in cauſam, ſed in effectũ vna cum cauſa ſecunda, quam ſententiam ſequitur etiam Suarez, diſput. 22. metaph. ſect. 2. nume. 47. & ſequentibus, & alij eiuſdem inſtituti, contra quos latiſsimè diſputabimus infra quæſt. 22. art. 4. Aliter igitur reſpondendum eſt cum Caiet. hic, & in dicto art. 13. q. 14. cuius reſponſio diligenter notanda, & ponderanda eſt; quoniã ex ea ſoluuntur præcipua modernorũ argumenta contra phyſicas præfinitiones, quas docent cum creata libertate pugnare: Nam, cum dicat Caiet. ac veriſsimũ *Reſponſio ex Caiet.*

A ſit, motionem primæ cauſæ modificari in ſecunda cauſa prius natura, quàm impellat ad mouendũ, motio illa iam modificata ad naturam ſecundæ cauſæ, mouebit illam ſecundam cauſam ad mouẽdum, ſiuè ad operandum non neceſſariò, ſed contingenter, aut liberè, iuxta ipſius agentis ſecundæ cauſæ modum; vt ſatis explicat Caietanus; quem lege ſi placet.

Secũdò omnis effectus contingens ſecundæ cauſæ, poteſt produci à Deo immediatè, ſtante identitate naturæ illius effectus; ergo eſſet contingens ſublatis cauſis ſecundis, à ſola prima cauſa dependens, ex quo ſequitur, quòd non ſit contingens; B quia virtus primæ cauſæ modificetur.

Reſpondetur cum Caietano negando vltimam conſequentiam: Nam tunc effectus eſſet contingens non formaliter; ſed virtualiter propter efficaciam primæ cauſæ, quæ ſuppleret vices cauſæ contingentis, & ſic eſſet cauſa contingens virtualiter.

Sed contra hanc reſponſionem inſurgit Bãnes: cuius argumenta adducentur contra quintã concluſionem. Ferrarienſis in primo cont. gent. capit. 67. poſt medium aliter, & melius reſpondet, quã reſponſionem ſequitur, & tuetur Bannes hic poſt ſextam Concluſionem. Immediatè, & Aluarez di- C ſputat. 57. *Bannes. Ferrarien.*

Reliqua argumenta Scoti, & eorum ſolutiones lege apud Caiet. & Banneſium. *Caiet. Bannes.*

Contra eandem primam concluſionem. Argumentatur Molina, ſupra q. 14. artic. 13. diſput. 12. concluſione ſua ſecunda. Si ſecludatur liberum arbitrium, tam hominum, quàm angelorum, & appetitus brutorum, & poſito, quòd Deus nihil agat ſupra communem curſum, & ordinem rebus inditum, omnes cauſæ ſecundæ, agerent de neceſsitate naturæ, & quæ iuxta cõſtitutionem huius vniuerſi poterit alteram impedire, reipſa impediet; ergo quæcunque eueniunt, nõ poterunt non euenire, atque ita fatali, & extrinſeca neceſsitate ſuarũ cau- D ſarum euenient. *Molina.*

Reſpondetur, conſequens illud; quæcunq; euenient non poterunt nõ euenire, poſſe dupliciter intelligi. Vno modo reſpectu totius ordinis cauſarũ naturalium; alio modo reſpectu talis, & talis cauſæ, in priori ſenſu falſa eſt conſequentia, vt oſtendimus infra quæſt. 57. ar. 3. contr. 1. Deinde admiſſa in priori ſenſu conſequentia, & conſequente, nihil ſequitur contra nos: quoniam ſaluatur contingentia effectuum in ordine ad proprias, & proximas cauſas, à quibus habẽt, quòd ſimpliciter ſint contingentes; in poſteriori uerò ſenſu negatur ſe- E quela: nam etiam nunc agunt cauſæ naturales de neceſsitate naturæ, & vna pro poſſe alteram impedit, & tamen ſunt in rerum natura contingentia; immo ex hoc ipſo ſunt cõtingentia, quod vna cauſa pro poſſe alteram impedit.

Contra ſecundam Concluſionem argumentatur Bannes. Defectibilitas ſecundarum cauſarum tunc non eſſet ex electione Dei; ergo effectus contingens eſſet præter intentionem primæ cauſæ. *Bannes.*

Reſpondetur primò falſam eſſe conſequentiã:

Digitized by Google

ſam, vt effectus contingens non ſit præter intentionem primæ cauſæ, ſatis eſt, quòd ſit ab ea volitus in ordine ad finem, etiam ſi non ſit electus. Secundò negatur antecedens loquendo de electione minus propriè, prout dicit volitionem rei, cū qua finis non neceſſariam habet connexionem; talis.n. res eligeretur ſaltem virtualiter; tum quia res ex natura ſua materia eſt electionis; tum quia diuina volitio tunc eminenter eſſet electiua.

Contra tertiam Concluſionem argumentatur Bannes. Primò. Si facta illa hypoteſi eſſet liberum arbitrium, vel mouetur à ſe, tanquam à primò mouente, uel à Deo; ſi à ſe; ergo Deus non eſt primum mouens; ſi à Deo ex neceſsitate mouente; ergo non eſt liberum. Probatur ſequela. Deus mouet ex neceſsitate naturæ; ergo voluntas non mouetur liberè; quia hæc conſequentia eſt bona; Deus mouet voluntatem; ergo voluntas mouetur à Deo. Antecedens eſt neceſſariū omninò; ergo, & conſequens; ergo non eſt facultas in voluntate, ut aliter moueatur.

Reſpondetur, quòd liberum arbitrium moueretur à Deo ut prima cauſa, & etiam à ſeipſo, vt ſecunda cauſa. Ad probationem in contrariū negatur conſequentia, ad cuius probationem dico cōſequentiam illam eſſe bonam: Deus mouet voluntatem; ergo voluntas mouetur à Deo; ſed eſt cum grano ſalis intelligenda, ſcilicet de motione ſecūdùm proprium modum ipſius voluntatis, videlicet liberè, & cum ſubditur: antecedens eſt neceſſarium omninò; ergo, & conſequens, nego ſequelam: quoniam actio Dei mouentis modificatur in volūtate, & talis modificatio eſſet neceſſariò volita à voluntate Diuina propter vniuerſi perfectionem; & repræſentationem diuinæ bonitatis.

Secundò ſic arguit. Quod aliquādo eſt in actu & aliquando in potentia, neceſſe eſt, vt ab alio moueatur; ergo voluntas à Deo moueretur. Tunc vltra; at Deus ex hypoteſi ſemper vno modo operaretur ex neceſsitate naturæ; ergo voluntas neceſſariò ſemper eſſet in actu, aut nunquam. Probatur conſequentia; quia non daretur cauſa huius indifferētiæ volūtatis in homine, magis quàm in bruto.

Reſpondetur. Admiſſa prima conſequentia, & conſequente primæ rationis, ad rationem ſubiunctam dicitur, falſam eſſe conſequentiam. Ad probationem dico, quòd daretur cauſa indifferentiæ efficacia diuinæ voluntatis, qua vellet cauſas, & effectus, & modos earum, & ideo ex actione Dei ſecundùm ſe vniformi ſequeretur effectus iuxta modum principij agendi, ſcilicet voluntatis, quæ tūc neceſſariò vellet, quòd quælibet cauſa ageret iuxta modum ſuæ naturæ.

Tertiò ablata prima ſapientia tollitur omnis ſapientia; ergo ablato primo libero arbitrio, tollitur omne liberum arbitrium. Confirmatur: quoniam ſicut habentia eſſe participatum intrinſecè dependent, tam in eſſe, quàm in fieri ab eſſe per eſſentiā, ita habentia perfectionē aliquam ſimpliciter participatam dependent intrinſecè, & formaliter ab habente eam per eſſentiam.

Reſpondetur, quòd aliud eſt loqui ſecundū rei A veritatem, quæ docet libertatem eſſe perfectionē ſimpliciter, & ideò includi in ratione primæ cauſæ, & aliud ex hypoteſi alicuius impoſsibilis: Nā, ſi primo modo loquamur, admitto totum argumētum, immo amplius ſequeretur Deū nō eſſe Deū, & conſequenter nihil eſſe in rerum natura. Si verò ſupponamus libertatem non includi in ratione primæ cauſæ, & negationem libertatis nullam in Deo dicere imperfectionem, quod eſſet, ſi fingeremus cum antiquis Phil. libertatem non eſſe perfectionem ſimpliciter; tunc ad argumentum reſpondetur, quod facta illa hypoteſi Deus eſſet primum liberum virtualiter, & ideo poſſet cauſare alia libe-

B ra; ſicut nunc; quia eſt eminenter continens rationem cauſæ neceſſariæ, & rationem cauſæ contingētis, producit cauſas, & effectus, tam neceſſarios, q contingentes, & in eaſdem cauſas iuxta earū modum influit, & eis cooperatur.

Contra quintam Concluſionem ſunt argumenta à nobis relata, & ſoluta in allegata quæſt. 57. artic. 7. & ea quæ refert, & ſoluit Aluarez diſp. 26.

Contra ſeptimam concluſionem argumentatur Bannes. Effectus contingens, vt in præſenti loquimur, intrinſecè, & formaliter dicit ordinem ad cauſam impedibilem; ſed Deus non poteſt eſſe cauſa impedibilis; ergo ſe ſolo non poteſt producere Bannes.

C effectum contingentem.

Reſpondetur argumentum probare nullum eſſe contingens formaliter, cuius ſolus Deus ſit cauſa; non autē probat eſſe non poſſe contingens virtualiter. Reliqua, quæ ad huius controuerſiæ complementum videntur deſiderari, latè tractantur à Caiet. & Banneſio, & Ferrar. locis ſuperius allegatis; ad quos lectorem remittimus, hæc enim dicta ſūt pro defenſione ſententiæ Caietani. Caiet. Bannes. Ferrarien.

Vide etiam argumenta, quæ refert, & ſoluit Aluarez, diſput. 26. & 27.

ARTICVLVS IX.

D *Vtrum voluntas Dei ſit malorum.*

AD nonum ſic proceditur. Videtur, quòd voluntas Dei ſit malorum. Omne enim bonum, quod fit, Deus vult; ſed mala fieri bonum eſt, dicit enim Augu. in Enchirid.* Quamuis ea, quæ mala ſunt, inquantū mala ſunt, non ſint bona, tamen vt non ſolùm ſint bona, ſed etiam vt ſint mala, bonum eſt fieri; Ergo Deus vult mala. 123 2 d. 46. ar. 4 Et 1 contra ca. 95. Et lib 2. c. 25 fin. Et pot. q 1 ar. 6. & 5 quolib. q. 3. a. 2 Cap. 96. circa prin. to. 3.

E 2 Præterea: Dicit Dionyſ. 3. cap. de diuin. nom. Erit malum ad omnis, id eſt vniuerſi perfectionem conferens. Et Aug. dicit in Enchir. * Ex omnibus conſiſtit vniuerſitatis admirabilis pulchritudo, in qua etiam illud, quod malum dicitur, benè ordinatum, & loco ſuo poſitum, eminentius commendat bona, vt magis placeant, & laudibiliora ſint, dum comparantur malis; Sed Deus vult omne illud, qđ pertinet Enchiridij c. 10. in fi. & 11. in princ. to. 3

Digitized by Google

79 net ad perfectionem, & decorem vniuerſi; * quia hoc eſt, quod Deus maximè vult in creaturis; Ergo Deus vult mala.

3 Præterea: Mala fieri, & non fieri ſunt contradictoriè oppoſita; ſed Deus non vult mala non fieri; quia cùm mala quædam fiant; non ſemper voluntas Dei impleretur; Ergo Deus vult mala fieri.

Lib. 83 q. q. 3. tom. 4 Sed contra eſt, quòd dicit Auguſt. in lib. 83. quæſt. Nullo ſapiente homine authore, fit homo deterior, eſt autem Deus omni ſapiēte homine præſtantior; multò igitur minus Deo authore fit aliquis deterior, illo autem authore fit aliquid, quod fit illo volente; non ergo volente Deo fit homo deterior, conſtat autem, q̄ quolibet malo fit aliquis deterior; Ergo Deus non vult mala.

q. 5. art. 1. Reſpondeo. Dicendum, quòd, cùm ratio boni ſit ratio appetibilis (vt ſupra dictum eſt*) malum autem opponatur bono; impoſsibile eſt, D. 714. D. 1061. D. 1100. quòd aliquod malum,* inquātùm huiuſmodi, appetatur, neque appetitu naturali, neque animali, neq; intellectuali, qui eſt voluntas, tamen aliquod malū appetitur per accidens,* inquantùm conſequitur ad aliquod bonum: & hoc apparet in quolibet appetitu. Non enim agens 16 naturale intendit priuationem, vel corruptionem, ſed formam, cui coniungitur priuatio alterius formæ: & generationem vnius, quæ eſt corruptio alterius. Leo enim occidēs ceruum, intendit cibum, cui coniungitur occiſio animalis, ſimiliter fornicator intendit delectationem, cui coniungitur deformitas culpæ, malū autem, quod coniungitur alicui bono, eſt priuatio alterius boni; Nunquam igitur appeteretur malum, nec per accidens, niſi bonum, cui coniungitur malum, magis appeteretur; q̄ bonum, quod priuatur per malum. Nullum autem bonum Deus magis vult, quàm ſuam bonitatem, vult tamen aliquod bonum magis, q̄ aliud quoddam bonum: Vnde malum culpæ, quod priuat ordinem ad bonum diuinum, Deus nullo modo vult, ſed malum naturalis defectus, vel malum pœnę vult, volendo aliquod bonum, cui coniungitur tale malum. Sicut volendo iuſtitiam vult pœnam, & volendo ordinem b 136 naturæ ſeruari, vult quædam naturaliter corrumpi. *

Ad primum ergo dicendum, quòd quidam dixerunt, quòd licèt Deus non uelit mala, vult tamen mala eſſe, vel fieri; quia, licèt mala non ſint bona, bonum tamen eſt mala eſſe, uel fieri, quod ideo dicebant; quia ea, quæ in ſe mala ſunt, ordinantur ad aliquod bonum, quem quidem ordinem importari credebant in hoc, quod dicitur mala eſſe, vel fieri: Sed hoc non

A rectè dicitur, quia malum nō ordinatur ad bonum per ſe, ſed per accidens. Præter intentionem enim peccantis eſt, quod ex hoc ſequatur aliquod bonum, ſicut præter intentionem tyrannorum fuit, quòd ex eorum perſecutionibus clareſceret patientia martyrum: Et ideò non poteſt dici, quòd talis ordo ad bonum importetur per hoc, quod dicitur, quòd malum eſſe, vel fieri, ſit bonum; quia nihil iudicatur ſecundùm illud, quod competit ei per accidens, ſed ſecundùm illud, quod competit ei per ſe.

Ad ſecundum dicendum, quòd malum *nō D. 136. B operatur ad perfectionem, & decorem vniuerſi, niſi per accidens, vt dictum eſt: * Vnde, & In ſolut. ad arg. præced. hoc, quod dicit Dionyſ. quòd malum eſt ad vniuerſi perfectionem conferens, concludit inducendo quaſi ad inconueniens.

Ad tertium dicendum, quòd licèt mala fieri, & mala non fieri, contradictoriè opponantur, tamen velle mala fieri, & velle mala non fieri, non opponuntur contradictoriè, cum vtrunque ſit affirmatiuum; Deus igitur neque vult mala fieri, neque vult mala non fieri, ſed vult permittere mala fieri, & hoc eſt bonum.

C

Titulum, explicat Caietanus: eius explicationem ſequuntur Syluester, & Vaſquez. Caiet. Sylueſter. Vaſquez.

Forma textus

Prima concluſio eſt. Deus nullo modo vult malum culpæ. Probatur: Nunquam appeteretur malum, nec etiam per accidens, niſi bonum, cui coniungitur malum, magis appeteretur, quàm bonum, quòd priuatur per malum; at nullum bonum Deus magis vult, quàm ſuam bonitatem, cuius ordine priuat malum culpæ; ergo Deus nullo modo vult malum culpæ. Minor relin- D *quitur, vt nota. Maior probatur: Malum non poteſt appeti per ſe, ſed tantùm per accidens, inquantùm conſequitur ad aliquod bonum; ergo nunquam appeteretur malum &c. Antecedens quo ad primam partem probatur: Ratio boni eſt ratio appetibilis; ſed malum opponitur bono; ergo impoſsibile eſt, quòd aliquod malum, inquantùm huiuſmodi, appetatur quocunque appetitu, ſiuè naturali, ſiuè animali, ſiuè intellectuali, qui eſt voluntas.*

Secundò probatur, quo ad ſecundam partem inductiuè in quolibet appetitu, & primo in naturali: Nam agens naturale non intendit priuationem, vel corruptionem; ſed formam, cui coniungitur priuatio alterius for- E *mæ, & generationem vnius, quæ eſt corruptio alterius. Secundò in appetitu animali: Nam Leo occidens ceruū intendit cibum, cui coniungitur occiſio animalis. Tertiò in appetitu intellectuali: Nam voluntas fornicatoris intendit delectationem, cui cōiungitur deformitas culpæ, quæ eſt priuatio: At malum, quod coniungitur alicui bono, eſt priuatio alterius boni; ergo malum poteſt appeti tantùm per accidens; inquantùm ſcilicet conſequitur ad aliquod bonum, ſiuè inquantùm coniungitur alicui bono.*

Digitized by Google

Secunda concluſio. Deus vult per accidens malũ naturalis defectus, & malum pœnæ. Probatur ex eodem principio: Nunquam appeteretur malum, nec etiam per accidens, niſi bonum, cui coniungitur malum, magis appeteretur, quàm bonum, quòd priuatur per malum; at Deus vult magis ordinem naturæ ſeruari, cui coniungitur corruptio aliquarum rerum, quàm bonum earum rerum, quæ deſtruuntur, & magis vult ordinem iuſtitiæ ſeruari, quàm bonum particulare aliquorum hominum, cuius boni priuatio coniungitur ordini iuſtitiæ; ergo Deus per accidens vult malum naturalis defectus, & malum pœnæ.

Expoſitio Textus.

Proponitur, & reſoluitur dubitatio de forma, & vi diſcurſus, ex quo deducitur prima Concluſio.

Caiet. Ratio dubitandi. DVbitationem mouet Caietanus de forma, & valore probationis, primæ concluſionis: Nã in minori ſubſumitur, quòd malum culpæ priuat ordine ad bonum diuinum, cum tamen videretur ſubſumendum, quòd malum culpæ priuat bono diuino: Nam hæc erat maior. *Nunquam appeteretur malum, nec etiam per accidens, niſi bonum, cui coniungitur malum, magis appeteretur quàm bonum, quod priuatur per malum*, prima verò pars minoris erat. *Nullum bonum Deus magis vult, quàm ſuam bonitatem*, & addit: *cuius ordine priuat malum culpæ*; cum tamen videretur dicendum; qua bonitate priuat malum culpę; eſt igitur vitioſa argumentatio, quę nihil legitimè concludit. Quoniam omne malum, ſiuè culpæ, ſiuè pęnæ, aut naturalis defectus, priuat aliquo ordine ad bonitatem diuinam: Nã omnis ordo ad eam eſt, tanquam ad vltimum finem, & primum totius bonitatis fontem, & tamen aliquod malum, nimirum pęnę, & naturalis defectus eſt volitum à Deo per accidens, vt affirmat ſecunda concluſio; igitur ex hoc, quòd malum culpæ priuat ordine ad bonum diuinum, non ſequitur illud non poſſe eſſe volitum à Deo per accidens.

Reſolutio differentia mali culpæ ab aliis malis. Ad huius dubitationis ſolutionem ſciendũ eſt, malum culpæ in duobus differre à cęteris malis. Primum eſt, quòd malum culpæ, quantùm eſt ex ſe, priuatiuum eſt boni diuini, ſi eo poſſet priuari Deus: quemadmodum etiam amor charitatis, ſiuè amicitiæ erga Deum, poſitiuum eſt boni diuini ſecundùm ſe, ſi illud à diligente poni poſſet; At reliqua mala non ſunt diuinæ bonitatis ſecundùm ſe priuatiua; ſed ea dumtaxat ratione, qua in re aliqua particulari participatur, vt patet de cęcitate, quæ non eſt priuatio diuinæ bonitatis ſecundũ ſe, ſed tantùm, quatenus in oculo participatur.

Secundum eſt, quòd malum culpæ actu priuat ordine ad Deum ſecundùm ſeipſum, ſicut etiam charitas in Deum ordinat ſecundùm ſeipſum; cętera verò mala priuant ordine ad diuinam bonitatem, ſecundùm certam aliquam illius participationem. Caiet. Medina. Has differentias explicat Caietanus infra quæſt. 49. art. vltimo, & Medina prima 2. qu. 1. art. quinto ad argumenta Adriani.

Solutio ratio dubi. Ad argumentum itaque dicitur, quòd in minore vtrumque ſignificauit S. Thom. videlicet, peccatum, quantùm eſt ex ſe, priuare bono diuino ſecũdum ſe, in hoc, quod dixit, Deum nihil magis velle, quàm bonitatem ſuam; quaſi intelligendum relinqueret; qua bonitate priuat peccatum, quantũ eſt ex ſe: ſed quoniam actu, ſiuè de facto non priuat diuina bonitate ſecundùm ſe ipſam, ſed ordine tantùm ad ipſam ſecundùm ſe, ideo in minore dixit peccatum priuare ordine ad bonum diuinum.

A

Aliud dubium proponunt, & ſoluunt Bannes, & Zumellus de veritate illius propoſitionis; *malum non poteſt appeti per ſe, ſed tantùm per accidens*, cuius ſolutionem vide apud eoſdem. Bannen Zumell.

B

Primam Concluſionem latè explicat, & tuetur. Valentia aduerſus antiquos, & modernos hæreticos. Valentia

In reſponſione ad primũ, & tertium nota quinque propoſitiones: Prima eſt: Deus vult mala; hæc eſt manifeſtè falſa. Secunda: Deus vult mala fieri; Hæc etiam falſa eſt, & negatur à D. Thom. Tertia: Deus vult mala non fieri. Hanc etiam vt falſam negat S. Thom. nam, ſi vellet Deus mala non fieri, nulla fierent; ſemper enim impletur diuina voluntas. Quarta: Deus non vult mala fieri, quæ duplicẽ poteſt habere ſenſum; vnus eſt, ut particula illa; *non vult*, ſignificet actum diuinæ uoluntatis per modum refutantis, qui eſt nolitio, & ſic in idem reddit cum tertia, alius ſenſus eſt, vt ſignificet negationem actus; & ſic veriſſima eſt propoſitio: nã ſignificat Deum non habere actum uolitionis circa peccata, ſiquidem ea non vult: Vltima propoſitio; Deus vult permittere mala fieri; quæ vera eſt, & certa ſecundùm fidem.

C

ARTICVLVS X.

Vtrum habeat Deus liberum arbitrium.

D

AD decimum ſic proceditur. Videtur, quòd Deus non habeat liberum arbitrium. Dicit enim Hieronymus in Homilia * de filio prodigo, ſolus Deus eſt, in quem peccatum non cadit, nec cadere poteſt; cætera cum ſint liberi arbitrij, in vtramq; partem flecti poſſunt. 124 1. d. 25. q. 1. art. 1. Et 1. cont. ca. 88. Et ver. q. 24. ar. 3. & mal. q. 16. arti. 5. cor. Eſt epiſto. ad Damaſum Papã non longè à fin. to. 4.

2 Præterea. Liberum arbitrium eſt facultas rationis, & voluntatis, qua bonum, & malũ eligitur: ſed Deus non vult malum, vt dictum eſt; *Ergo liberum arbitrium non eſt in Deo.

E

Sed contra eſt, quod dicit Ambroſius in libro de Fide * Spiritus ſanctus diuidit ſingulis prout vult, ideſt, libero voluntatis arbitrio, nõ neceſsitatis obſequio. Ar. præced.

Reſpondeo. Dicendum, quòd lib. arbit. habemus reſpectu eorum, quæ non neceſſariò volumus, vel naturali inſtinctu; Non enim ad liberum arbitrium pertinet, quòd volumus eſſe felices, ſed ad naturalem inſtinctum: * Vnde, & alia Lib. 2. de ſide c. 3. parum à medio. to. 2. FL lib. 4 e ſpiritu ſ.

Digitized by Google

alia animalia, quæ naturali inſtinctu mouentur ad aliquid, non dicuntur libero arbitrio mo-
411 113 ueri; *Cum igitur Deus ex neceſsitate ſuam
412 bonitatem velit, alia verò non ex neceſsitate
117 (vt ſupra oſtenſum eſt.*) reſpectu illorum, quę
Art. 3. huius quæſt. non ex neceſsitate vult, liberum arbitrium habet.

Ad primum ergo dicendum, quòd Hieronym. videtur excludere à Deo lib. arbitr. non ſimpliciter, ſed ſolùm quantùm ad hoc; quod eſt deflecti in peccatum.

Ad ſecundum dicendum, quòd, cum malū culpæ dicatur per auerſionem à bonitate diuina, per quam Deus omnia vult (vt ſupra oſten-
Art. 3. huius quæſt. ſum eſt*) manifeſtum eſt, quòd impoſsibile eſt eum malum culpæ velle. Et tamen ad oppoſita ſe habet, inquantùm velle poteſt hoc eſſe, vel non eſſe: Sicut & nos non peccando poſſumus uelle ſedere, & non velle ſedere.

Ratio ordinis, & ſenſus quæſiti.

CVm diuina uolūtas per ſe feratur in bonum, in malum autem culpæ nullo modo, in cætera uerò mala per accidens tantùm, ſtatim ſeſe offert dubitatio, an Deo congruat liberum arbitriū, quòd in nobis extenditur per accidens etiam ad mala culpæ. Eſt autem liberum arbitrium facultas uoluntatis, & rationis, ſiuè uoluntas electiua ex intellectus iudicio, prout infra declarabitur.

Forma Textus.

COncluſio eſt. Deus habet liberum arbitrium reſpectu eorum, quæ non ex neceſsitate vult. Probatur: Nos habemus liberum arbitrium reſpectu eorum, quæ non neceſſariò volumus, vel naturali inſtinctu; ſed Deus licèt ſuam bonitatem uelit ex neceſsitate, alia tamen à ſe non ex neceſsitate vult; ergo Deus habet liberū arbitrium. Minor patet ex tertio articulo. Maior duas habet partes, vnam negatiuam, videlicet, quòd reſpectu eorum, quæ neceſſariò, vel naturali inſtinctu volumus, non habemus liberum arbitrium. Alteram affirmatiuā, videlicet, quòd reſpectu eorum, quæ non naturaliter volumus, habemus liberum arbitrium. Probat ergo S. Th. maiorem quo ad primam partem, ſeu quo ad negatiuā incluſam dupliciter. Primò: quoniam ad liberum arbitrium non pertinet, quòd volumus eſſe fœlices, ſed ad naturalem inſtinctum; ergo reſpectu eorum, quæ neceſſariò, uel naturali inſtinctu volumus, non habemus liberū arbitrium. Secundò probatur eadem pars: quoniam animalia, quæ naturali inſtinctu mouentur ad aliquid, non dicuntur libero arbitrio moueri.

Expoſitio Textus.

SEd apparet hic diſcurſus Sanct. Doctoris valde deficiens: Nam ex duabus partibus ma-
Dubitatio ioris aſſumptæ ad probationem concluſionis, una tantùm, uidelicet negatiua probatur: quæ minus
A ad rem præſentem pertinebat; pars autem affirmatiua, ex qua pēdet totius diſcurſus efficacitas, relinquitur abſque probatione. Cui dubitationi breuiter uidetur dicendum, hic ſupponi tanquam communiter confeſſum, & inferius, quæſtione 83. Solutio. probandum, in homine eſſe liberum arbitrium, & cum non ſit reſpectu naturaliter volitorum, ut hic probatur, relinquitur, quòd ſit reſpectu eorum, quæ non neceſſariò, ſiue naturaliter uolumus: & ob hanc cauſam S. Thom. ſolam partem probauit negatiuam.

Controuerſia vnica.

B *De natura liberi arbitrij, tam in communi, ſiue abſolutè, quàm in particulari, prout eſt in Deo.*

Colligitur ex decem dictis. D. Thom. diffinitio liberi arbitrij.

MOuetur hæc controuerſia, non vt examinetur prorſus exactè, quod quæritur; id enim, præterquam quod nimis operoſum eſſet, ad præſentem etiam art. haud primariò, ac propriè pertinet; ſed quadam tantùm connexionis ſequela; quia nimirum diuinæ libertatis natura abſque li-
C beri arbitrij uniuerſali, & abſoluta contemplatione nequit intelligi; Colligemus igitur ea duntaxat, quæ præſenti fuerint inſtituto neceſſaria, ex quibus etiam nouitijs Theologis plana ſternatur uia ad eas intelligendas controuerſias, quæ in qu. 22. & 23. pertractantur.

Inueſtigāda eſt autē nobis, & colligenda quidditas liberi arbitrij ex dictis Angelici noſtri Doctoris, quibus diuerſis in locis illius naturam, cōditiones, ac proprietates expreſsit. Sunt uerò decē præcipua, quæ S. Doct. dixit de libero arbitrio. primum eſt de Ver. quæſtione 14. artic. ſextò, *liberum arbitrium eſt voluntas, non abſolutè, ſed in ordine ad a-*
D *liquem actum eius, qui eſt eligere.* ſecundum, ibidem, *liberum arbitrium nominat voluntatem, non abſolutè, ſed in ordine ad rationem.* tertium, ibidem. *liberum arbitrium eſt potentia, qua homo liberè iudicare poteſt: ideſt quæ facit libertatem in iudicando, quod eſt voluntatis.* quartum ibidem, art. 5. *liberum arbitrium eſt facultas voluntatis, & rationis.* quintum in ſecundò ſententiarum, diſt. 25. quæſtione prima, artic. primo, *quòd poſt inquiſitionem conſilij electio fiat, hoc imperfectionis eſt, & accidit libero arbitrio, prout eſt in natura ignorante.* ſextum, ibidem. *ad rationem liberi arbitrij non pertinet, quòd indeterminatè ſe habeat ad bonum, vel ad malum, & vbi eſt perfectiſsimum liberum*
E *arbitrium; ibi in malum tendere non poteſt;* ſeptimum ibidem. *Ad libertatem arbitrij pertinet, vt actionem aliquam facere, vel non facere poſsit: & hoc Deo conuenit, bona enim, quæ facit, poteſt non facere.* octauo, ſecundò ſentent. diſt. 24. quæſt. 1. art. 3. *Voluntas, non abſolutè, ſed ſecundùm quod in ea manet virtus intellectus, nominat liberum arbitrium.* nonum ibidem ad quintum. *Cum dicitur, quòd lib. arbit. eſt liberum iudicium de voluntate, per iudicium liberum intelligitur iudicium electionis: Vnde quod dicitur liberum*

de vo-

Digitized by Google

de voluntate iudicium,ly de non,denotat cauſam materialem,quaſi voluntas ſit id,de quo eſt iudicium,ſed regimen libertatis;quia,quod electio ſit libera, hoc eſt ex natura voluntatis. Decimum prima ſecundæ quæſt. 17.art.1. *Radix libertatis eſt voluntas ſicut ſubiectum, ſed ſicut cauſa eſt ratio;ex hoc enim voluntas liberè poteſt ad diuerſa ferri, quia ratio poteſt habere diuerſas conceptiones boni, & ideo Philoſophi diffiniunt liberũ arbitrium,quòd eſt liberum de ratione iudicium; quaſi ratio ſit cauſa libertatis.*

Liberi arbitrij diffinitio.

Ex quibus omnibus talis poteſt conſtrui diffinitio. Liberum arbitrium eſt voluntas,prout eſt electiua ex iudicio intellectus,ſecundùm ſe ad diuerſa indifferente, potens agere,& non agere, & agere hoc, aut illud.

Prima huius diffinitionis particula eſt, *voluntas*,in qua clauditur ratio potentiæ,non cuiuſcunque ſed appetitiuæ,quæ duo probat.S.D.conuenire libero arbitrio infra quæſt.83.artic.2.& tertio. Secunda particula eſt;pro *vt eſt electiua*, hanc explicat S.Thom.in quarto artic.dictæ quæſt.83.Tertia particula eſt;*ex iudicio intellectus* &c. hanc probat S.Thom.eadem quæſt.artic.1.& de Ver.quæſt.24. ar.1.ſed latius de malo,q.6.art.vnico. Quarta particula eſt; *potens agere,& non agere*;quæ explicatur ſimul cum tertia, in dictis locis,& primo ſent.diſput.25.quæſt.1.art.1.vltima eſt manifeſta.Et quia tertia particula,qua prima radix exprimitur libertatis,ſingulares,ac ferè inſuperabiles patitur difficultates,præ cęteris erit diligentius, & ſubtilius examinanda,pręſuppoſitis ijs,quæ doctè,& elegãter hic tradit Bãnes,de iudicio intellectus, & eius indifferentia in ordine ad actum electionis.

Moueri intellectum à voluntate, & è contra.

S. Thom.

NOtandum eſt igitur primò,ex D. Thom. infra quæſt.82.art.4. & prima ſecundæ quæſtione 9.articulo primo,quod voluntas mouet intellectum quo ad exercitium actus,quo etiam modo ſemetipſam mouet,vt probatur eadem, quæſt. nona,articulo tertio; mouetur autem ab intellectu quo ad determinationem actus,quæ eſt ex parte obiecti;quæ eſt motio per modum finis, & quo ad ſpecificationem actus; ut in dictis locis profunde,& grauiſſimè, ut ſolet, explicat S. Doctor, & ibidem Caiet.Nam,ut ait S.Thom.voluntas dupliciter eſt in potentia ad diuerſa. Vno modo, quantùm ad agere,vel non agere,alio modo, quantùm ad agere hoc, vel illud; indiget igitur mouente quantùm ad duo,ſcilicet quãtùm ad exercitium, uel uſum actus, & quantùm ad determinationem actus,quorum primum eſt ex parte ipſius uoluntatis,quæ quandoque eſt agens, & quandoque non agens,aliud autem eſt ex parte obiecti,ex quo ſpecificatur actus. Motio autem ad exercitium actus, eſt ab aliquo agente propter finem operãte, quod agens non poteſt eſſe niſi uoluntas ipſa,cuius obiectum eſt bonum in communi, quod habet rationẽ finis, ſub quo continentur fines omnium aliarum potentiarum; ſemper autem ars, vel potentia, ad quam pertinet finis vniuerſalis: mouet ad agendũ

Motio quo ad ſpecificationem.

Motio quo ad exercitium actus.

A artem,uel potentiam, ad quam pertinet finis particularis ſub illo uniuerſali comprehenſus:quemadmodum dux, cuius finis eſt commune bonum exercitus, mouet ſuo imperio aliquem ex tribunis,cuius finis eſt bonum, ſiue ordo unius aciei; mouet igitur voluntas alias potentias animæ ad ſuos actus.

Et quia finis,qui eſt uoluntatis obiectum, hoc modo ſe habet in appetibilibus, ſicut principium in intelligibilibus; ideo ſicut intellectus per hoc, quod cognoſcit principium, ſeipſum reducit de potentia ad actum quantùm ad cognitionem concluſionum,& hoc modo mouet ſe ipſum, ita uolun-

B tas ex uolitione finis ſeipſam mouet ad uolendum ea,quæ ſunt ad finem.Quod uerò mouet uoluntatem determinando, & ſpecificando ad modũ principij formalis,à quo actio ſpecificatur,ſicut calefactio à calore,eſt obiectum intellectus, quòd eſt ens,& uerum uniuerſale; mouet igitur intellectus uoluntatem quo ad determinationem actus, ut præſentans ei obiectum, à quo determinatur uolitio.

Radicem libertatis eſſe indifferentiam iudicij, & quo actu formaliter exerceatur libertas.

C SEcundò ſciendum eſt ex D.Thom. prima ſecundæ,quæſt. decimaſeptima,art.primo ad ſecũdum, quod, ut ſupra diximus, radix libertatis eſt voluntas,ſicut ſubiectum,ratio uerò, ſicut cauſa: nam ex hoc poteſt liberè uolũtas ad diuerſa ferri; quia ratio poteſt habere diuerſas conceptiones boni. Vbi notat Caiet.rationem ideò uocari, & eſſe radicem libertatis cauſaliter:quoniam ex hoc uoluntas eſt formaliter libera; quia ratio eſt oppoſitorum: Nam, quia uoluntas oritur à bono cognito,libera uoluntas naſcitur ab oppoſitis bonis cognitis abſque determinatione ad alterum eorum:

D Quemadmodum medicus ex hoc liber eſt ad præbendum pharmacum, quo ſanitas inducatur,uel ægritudo;quia ars medicinæ eſt ſani,& ægri oſtenſiua abſque determinatione uoluntatis ad alterã partem ſequendam,& hoc eſt,quod docet Ariſt. in 3.Ethic.capit.2.& 3. nimirum deſiderium,& electionem oriri ex conſilio,& iudicio rationis, electio autem proprius actus eſt liberi arbitrij, & S. Clemens in epiſtola ſecunda ad Iacobum,& origenes lib.3.de principijs cap. primo ex rationis indifferentia ad iudicandum deducunt liberum arbitrium;Eſt igitur ratio,ut indifferens in iudicando,prima radix,& cauſa libertatis. Quæ indifferẽtia iudicij poteſt dupliciter intelligi,ut ait S.Tho.

E in primo cont.gent.cap.82. Vno modo ex parte iudicij,quod ſuæ perfectionis nondum attingit cõplementum,ut ſcilicet determinetur ad unum; & hæc indifferentia,cum imperfectionem intrinſecè claudat,ſoli conuenit iudicio creato,ac præſertim humano,ut experimur in quolibet noſtro conſilio de aliquo agendo,ut uocatur hęc indifferentia priuatiua. Alio modo poteſt eſſe indifferentia ex parte obiecti,ſiue rei de qua iudicatur,quæ talis eſt, ut ſine ea poſſit eſſe perfectio iudicantis, cum ab

S. Thom.

Caiet.

S. Clemẽs Origenes.

ea nulla ratione dependeat, & talis eſt indifferentia iudicij diuini, quam recentiores appellant negatiuam; quia nimirum actus diuini iudicij ex natura ſua non habet neceſſariam determinationem ad aliud, præterquam ad Dei bonitatem. Quapropter abſolutè loquendo de radice libertatis non deſcendendo ad hanc, vel illam creatam, vel increatam libertatem, dicendum eſt, eſſe indifferentiam iudicij, quæcunque ſit illa, ſiue ſe teneat ex parte iudicij, ſiue ex parte rerum iudicatarum. Qua conſideratione ſoluitur argumentum quoddam Suarezij lib. 1. de vera indifferentia voluntatis cap. 2. in fine.

Tertiò notandum eſt indifferentiam triplici poſſe potentiæ coniungi, ſcilicet paſſiuę tantùm, actiuę tantùm, & habenti ſimul rationem actiuæ, & paſſiuæ; Et prima quidem coniunctio apparet in materia prima, cui ſecundùm ſe conſideratæ, ſiue nudæ ſumptæ conuenit indifferentia ad omnes formas ſubſtantiales; & in corpore corruptibili quod eſt indifferens ad oppoſitas formas accidentales, puta ad albedinem, & nigredinem, ad calorem, & frigus: Secunda verò manifeſtè cernitur in quolibet artifice, qui facultatem habet operandi, & non operandi, & faciendi hoc, aut illud artificiatum: Tertia demum apparet in intellectu noſtro, primò quidem reſpectu diuerſorum: nam in ordine ad ſpeciem intelligibilem, quam recipit eſt in eo potentia, & indifferentia paſſiua; in ordine verò ad actū liberum, quem elicit, actiuam habet potentiam, & actiuam indifferentiam. Deinde etiam in ordine ad eundem actum liberum præter actiuam iā dictam, habet etiam paſſiuam potentiam, & indifferentiam, quatenus poteſt ipſum recipere, ſi producatur, & non recipere ſi non producatur.

Quibus præmiſſis: dico primò: paſſiuam, aut priuatiuam indifferentiam non eſſe de ratione liberi arbitrij communiſsimè ſumpti, prout formaliter, & propriè dicitur de arbitrio hominis, Angeli, & Dei: Nam in Deo eſt liberum arbitrium, vt perfectio ſimpliciter; igitur in eo eſt abſque paſſiua, aut priuatiua indifferentia, quæ magnam dicit imperfectionem; Secundò dico. de ratione eſſentiali liberi arbitrij eſſe negatiuam, & actiuam indifferentiam, quæ conſiſtit in poſſe agere, & poſſe nō agere, vel poſſe agere hoc, aut illud, vt patet ex diffinitione liberi arbitrij ſuperius aſsignata, in qua nulla ponitur, aut inſinuatur paſſiua potētia, aut priuatiua indifferentia, ſed poteſtas tantùm agendi, aut non agendi, & agendi hoc, aut illud, quibus manifeſtè ſignificatur actiua potentia, & actiua indifferentia: Vnde S. Doctor de veritate, q. 24. art. 4. ad vltimum, ait liberum arbitrium non eſſe potentiam paſſiuam, ſed operatiuā: quod autem in quibuſdam annexam habeat potentiam, aut indifferentiam paſſiuam, euenit ei ex imperfectione gradus, & quatenus eſt in tali natura, puta hominis, aut Angeli, & præſertim viatoris, poteſt enim multipliciter mutari, & determinari, & diuerſis actibus pfici, & à Deo, vt prima cā moueri;

Quartò conſiderandū eſt ante actum electionis intellectū proponere voluntati obiectū vt mediū

A quod ſm ſe eſt indifferens ad cōſequutionem finis vel boni quod eſt obiectū volūtatis, qd mediū iudicatur indifferens, & tamen ordinabile in finem voluntatis, tandemq; iudicat intellectus bonum eſſe hic, & nunc tale medium in finem ordinare; ad qd iudicium ſequitur electio, quæ eſt actus voluntatis proprius, prout volūtas eſt liberum arbitrium, in quo actu voluntas ſuam exercet libertatem, ac formaliter libera eſt: Nam, ſi voluntas in actu nūc elicito ſuam non exercet libertatem, nec libera eſt formaliter, cōſequens eſt in Deo nullam eſſe libertatem, cum vna ſit eius volūtatis actio, tota ſimul in nunc æternitatis inuariabiliter præſens. Nec po-

B tuiſſent Angeli in primo ſuæ creationis inſtanti, aut Chriſtus Dominus in primo inſtanti ſuæ conceptionis quidquam mereri, quod non ſolùm doctrinæ D. Tho. ſed ēt cōi Theologorum aduerſatur ſententiæ, neque nos, dum operationes quantauis charitate feruentes exercemus, aliquid apud Deū promereremur: cum autem nihil agentes nihil mereamur, ſequeretur nihil poſſe nos vnquam mereri, & eadem ratione, neq; prauis operibus nos demereri. Nec verum eſt, quod docet Ariminenſis in 1. ſent. diſt. 39. nimirum, inchoationem actionis in præſenti liberam eſſe poſſe, aliquam tamen eius continuationem eſſe neceſſariam: Nam ſequitur *Reijcitur dictū Ariminenſis.*

C in ea continuatione nullam eſſe libertatem, cū ſit oīnò neceſſaria, ac proinde in eo temporis interſtitio, quo neceſſariò continuatur actio, nullum in ea poſſe eſſe meritum, aut demeritū, qd nullus, nē dū Theologus, ſed nec ſani iudicij fidelis admittet.

Quæ ſit ratio illius iudicij, à quo mouetur voluntas.

QVintò obſeruādum eſt iudicium illud, à quo determinatur volūtas, eſſe iudicium practicum, non in communi, ſed in particulari de hoc operabili, hic, & nunc, & eſſe iudicium efficax, a-

D ctum, ſiue vim in ſe claudens imperij, quo mouetur voluntas.

Ad cuius euidentiam recolendum eſt primo id, quod annotauimus in primo fundamento de mutua intellectus, ac voluntatis motione cum differētia ibidem expreſſa. Secundò conſiderandum, rationis, & voluntatis actus ſupra inuicem ferri poſſe, vt docet S. Tho. prima ſecundæ quæſtione decimaſeptima, artic. 1. nam ratio de volendo ratiocinatur, & voluntas vult rationem ratiocinari: Vnde contingit voluntatis actum præueniri ab actu rationis, & è conuerſo. Et quia virtus prioris actus remanet in actu ſequenti, accidit aliquando *Actus intellectus, & voluntatis ſuper ſe inuicem feruntur, S. Thom.*

E produci aliquem voluntatis actum, quatenus in eo, virtute manet aliquid de actu rationis, ſicut vſus actus voluntatis eſt ut primò mouentis, ſed rationis ut dirigentis, & electio actus eſt voluntatis ordinem rationis in finem dirigentis includens; e contra verò aliquis eſt rationis actus, ſecundum quod virtute manet in eo aliquid de actu voluntatis: hic verò eſt actus imperij efficacis, quo ratio intimat aliquid alicui mouendo ipſum ad hoc; quam intimationem verbo impe- *Mutua actuum incluſio.*

ratiui

Digitized by Google

ratiui modi ſignificamus, vt cũ alicui dicitur, fac hoc. Diximus autem ſupra, primum mouens in viribus animæ ad exercitium actus eſſe voluntatem; cum itaque ſecundùm mouens non moueat, niſi virtute primi, ſequitur motionem illam, quam efficit intellectus imperando, ex voluntate ad illum deriuari; igitur imperare actus eſt rationis, præſuppoſito actu voluntatis, in cuius virtute ratio mouet per imperium ad exercitium actus. Hæc D. Thom. ferè ad verbum: Similiter igitur in propoſito conſiderandum eſt, actus intellectus, & voluntatis ſuper ſe inuicem ferri. Nam intellectus iudicat hoc eſſe eligendum, & voluntas vult intellectum iudicare, & ſimiliter intellectus ordinat voluntatem ad eligendum, quod eſt imperare; ſed imperium efficax eſſe non poteſt, niſi per virtutem primi mouentis inter vires animæ, quod eſt voluntas. Suntque ſimul hi duo actus in eodem inſtanti temporis mutua naturæ prioritate ſe inuicem præuenientes: ita tamen, vt prior actus, quatenus virtute clauditur in poſteriori, non ſit ab eo diuerſus, ſed idem realiter.

Ordo prioritatis actuum mutuus.

Ex dictis patet primò omnem voluntatis electionem pendere neceſſariò, ab vltimo iudicio practico rationis: Nam non poteſt voluntas aliquid velle ſine præuio rationis iudicio, a quo non niſi prius determinato poteſt determinari: at ſolum iudicium practicum vltimum, quod dictat hoc opus hic, & nunc cum omnibus alijs cæteris circunſtantijs agendum eſſe, eſt omninò determinatum; hoc itaq; iudicio poſito neceſſariò neceſsitate conſequentiæ ſequetur electio. Prima propoſitio quo ad priorem partem probatur; Quia voluntatis obiectum eſt bonum apprehenſum, & iudicatum conueniens: non poteſt autem voluntas ſine obiecto aliquid velle; ergo nec ſine iudicio rationis præcedẽte. Quod etiam ex ipſa conſtat experientia: nam, ſi quem roges, cur hoc agis? non poteſt rectius reſpõdere, quàm, ſi dicat, ita faciendum eſſe iudico: qđ ſi reſpondeat; ita volo, vel ita placet, proximam quidem aſsignauit operationis cauſam, radicem autem non adduxit; ſubticuit enim volitionis originem, quæ eſt iudicium de operis electione: Vnde etiam, qui contra rectæ rationis iudicium aliquid operatur, vt ſuam oſtendat libertatem, agit quidẽ contra iudicium quoddam non vltimò determinatum, ſed ex alterius iudicij vltimò determinati practici ſuperuenientis dictamine, quo iudicat bonum eſſe contra primum illud rationis iudicium operari.

Voluntatẽ à ſolo iudicio practico vltimo determinari.

Secunda verò pars eiuſdem propoſitionis, videlicet, non poſſe, niſi à determinato iudicio, voluntatem determinari, ſic probatur. Nam, ſi poſita dicta iudicij determinatione poteſt pro libito voluntas aliud eligere, ſequitur illud, quod ante diximus inconueniens, nimirum eſſe actionem in voluntate ſine obiecto. Secundò ſequeretur fieri poſſe, vt peccaret voluntas abſque vllo præuio rationis errore, contra id, quod dicitur Prou. 14. *errant, qui operantur malum*. Tertiò brutorum appetitus, & humana voluntas reſpectu vltimi finis ob eam cauſam ſunt ad vnum determinata; quia co-

Prou. 14.

A gnitionis iudicium circa tale obiectum eſt ad vnũ determinatum, & voluntas beatorum, idcirco eſt ad vnum diuinum bonum clarè viſum determinata, non quo ad ſpecificationem tantùm, ſed etiam quo ad exercitium actus; quia perfecto, vt euidenti intellectus iudicio diuina bonitas clarè viſa vno ſemper modo, nimirum, vt infinitè diligibilis, repræſentatur; igitur in cuiuslibet boni propter finem electione tunc erit voluntas determinata, tam quo ad ſpecificationem, quàm quo ad exercitium, cum iudicium vltimum practicum fuerit in intellectu dictans hic, & tunc eſſe eligendum.

Voluntas ab vltimo iudicio mouetur ad exercitium actus.

B Probatur ſequela: quia tale iudicium repræſentat rem, & eius electionem tantùm ſub ratione boni cõſideratis omnibus, videlicet tempore, loco, &c. ex quo ſequitur, vt poſito tali iudicio, ex voluntate neceſſariò ſequatur electio: quæ tamen neceſsitas eſt ſuppoſitionis, non abſoluta; ſicut Petrus libere ſedet, ſed tamen dum ſedet, neceſſe eſt ipſum ſedere.

Ad cuius euidentiam recole, quod diximus in primo fundamento, nempe voluntatem ſeipſam mouere ad exercitium actus, & id, quod explicauimus in vltimo notabili de actibus voluntatis, & intellectus, qui ſuper ſe inuicem feruntur, & vnus etiam in alio virtualiter clauditur; ex his enim apparet

C intellectum per actum imperij non mouere voluntatem ad exercitium actus, niſi virtute eiuſdem voluntatis, quæ ſemetipſam medio actu rationis liberè mouet: quo fit, vt nulla ei ab intellectu imponatur neceſsitas, ſed manens omninò libera ſemper operetur; dum tamen operatur, non poteſt non operari in ſenſu compoſito loquendo; & hæc eſt neceſsitas ſuppoſitionis, quæ non opponitur libertati.

Secundò ſequitur non poſſe Deum neceſsitare voluntatem ad aliquod bonum abſq; libertate volendum, niſi prius moueat intellectum ad apprehendendum, & iudicandum, ac voluntati proponẽ

D dum illud bonum, vt amandum ex neceſsitate abſoluta. Nam, ſi volũtati proponatur obiectũ, vt indifferens ad oppoſita, fieri non poteſt etiã per abſolutam Dei potentiam, vt in illud abſq. libertate feratur voluntas, vt patet ex locis D. Thom. ſupra notatis, & præſertim ex prima ſecundæ quæſt. 17. art. 1. ad ſecundum, vbi ait: *Ex hoc voluntas poteſt ad diuerſa ferri, quia ratio poteſt habere diuerſas conceptiones boni:* Quod etiam ratione probatur: nam voluntatis obiectum eſt bonum apprehenſum per intellectum; igitur, ſi bonum fuerit apprehenſum, & præſentatum voluntati, vt ex neceſsitate abſoluta diligendum, illud & voluntas amabit abſoluta ne

D. Tho.

E ceſsitate; Si vero bonum, quod voluntati proponitur, fuerit ab intellectu apprehenſum vt indifferẽs ad oppoſita, cum iudicio tamen vltimo electionis, & ordinationis eius in finem, voluntas etiam illud non abſoluta neceſsitate, ſed libere diliget; alioquin actus voluntatis ſecundùm ſuum modum Intrinſecum, qui eſt libertas, aut neceſsitas, non eſſet obiecto proportionatus ſecundùm eius modum intrinſecum, qui eſt indifferentia, vel abſoluta neceſsitas cognita, & iudicata.

Digitized by Google

Libertatem voluntatis non in eo poſitam eſſe, vt propoſitis varijs rationibus non neceſſarijs, ſinat ſe moueri ab vna, & non ab alia.

SEcundò ex dictis ſequitur falſam eſſe eorum ſẽtentiam, qui dicunt libertatem voluntatis in eo poſitam eſſe, quod propoſitis varijs rationibus non neceſſarijs ſinat ſe moueri ab vna, & non ab alia; ita vt hoc fiat non actu poſitiuo, ſed negatiuo, ex quo dicunt ſequi, vt mens omiſſa alia inquiſitione pergat, & concludat iudicium particulare, ad quod continuò ſequitur electio: Nam in diſcurſu conſilij, ad quod ſequitur determinatio iudicij in intellectu, & electio in voluntate, vel mouetur intellectus ad exercitium actus à ſeipſo, aut à Deo immediatè, aut à voluntate. Non à ſeipſo; quoniam, vt ſupra diximus, ad ſolam voluntatem in natura intellectiua pertinet mouere ad exercitium actus; intellectus verò mouet quo ad ſpecificationem actus virtute propria, ad exercitium autem, non niſi virtute voluntatis actu mouentis. Non à Deo immediatè: nam teſte Phil. in libro de bona fortuna, & D.Thom. & communi ferè omnium conſenſu, ſola illa prima ad diſcurrendum, ſiuè conſulendum excitatio à Deo eſt immediatè, vt primo intelligente, ac mouente motu metaphy. ex quo reliqui omnes motus, cuiuſcunque ſint generis, deriuantur.

Ariſt. S. Thom.

Secundò; quia tunc intellectus hoc ſolùm apprehenderet, ac voluntati proponeret, ad quod apprehendendum, ac proponendum à Deo moueretur, non autem à voluntate, quæ ſupponitur nihil agere ſecundum illam ſententiam; ergo non moueret Deus intellectum, & voluntatem, eo modo, quo ipſa voluntas vult; patet conſequentia; quia poſita in voluntate negatione actus, remanet omninò indifferens, & ideò ad quemcunque actum moueatur à Deo, hoc nunquam erit cum conſenſu voluntatis in illum actum. Sed dicent conſenſum eſſe negatiuum; at in hominibus, quemadmodum ſunt bona conſilia, quibus meremur, ſunt etiam mala, quibus demeremur; ſed meritum, aut demeritum eſſe non poteſt, niſi per actum voluntatis circa determinatum obiectum, neque Deus intellectũ hominis immediatè mouet ad praua conſilia; ergo non ſufficit negatiuus voluntatis conſenſus in conſultationis diſcurſu.

Iam verò dici non poteſt intellectum ad talem actum conſilij, vel eius proſequutionem à voluntate moueri: Nam, quod mouet ad exercitium actus, cauſa efficiens in actu eſt; igitur ſola actus negatione, nihil poteſt fieri actu mouens ad exercitium actus; ergo voluntas, quæ ſecũdùm opinionem prædictam ponitur nihil agens, ſed ſinens tãtummodo ſe moueri, non poterit intellectum mouere: Cum itaque intellectui nullum poſſit ab auctoribus dictæ ſententiæ aſsignari mouens ad exercitium actus, ſequitur falſam eſſe eorum poſitionem, ex qua tam manifeſta reſultat abſurditas. Sed, & aliud non minus prædicto in dicta ſententia ſe prodit abſurdum; ait enim poſſe voluntatem nihil agentem ſinere ſe moueri ab vno, & non ſinere ſe moueri ab alio. Quod vel prima facie videtur impoſsibile; quomodo enim vna, & eadem cauſa prorſus immutata, contrarios producet effectus? & qua ratione voluntas vt non agens, ab vno permittet ſe moueri, alteri verò reſiſtet non permittendo ſe ab eo moueri? & quomodo non permittet ſe moueri, aut reſiſtet nihil agendo?

A

Hinc eluceſcit falſitas alterius dicti eiuſdem ſẽtentiæ, videlicet, Deum mouere, & applicare ſecũdas cauſas ad opus, vtendo virtute ſecundarũ cauſarum, & hanc Dei motionem, vel influxum recipi in ſecundis cauſis ſecundùm earum modum, vel conditionem, hunc verò modum nihil aliud eſſe, niſi negatiuam quandam determinationem, quæ diuinum præcedit influxum, & actum voluntatis, nimirum; quòd voluntas ſinat ſe moueri ab obiecta per rationem ſibi propoſito, vel non ſinat. Hæc enim determinatio (ait prædicta ſententia) dicitur negatiua; quia non conſiſtit in actu poſitiuo, ſed in negatione actus, cum tamen voluntas non minus ſit libera, vt agat, quàm vt non agat; additque hanc eſſe ſententiam D.Thom. de malo. q.1. art.3. vbi ſic ait; *Non vti regula rationis, & legis diuinæ, præintelligitur in voluntate ante inordinatam electionem. Huius autem quod eſt, non vti regula prædicta, non oportet aliquam cauſam quærere; quia ad hoc ſufficit ipſa libertas voluntatis, per quam poteſt agere, vel non agere.* Hæc D.Thom. Sed iam ſatis patet ex huiuſque dictis hæc non eſſe rationi conſona; ſicut etiam longè ſunt à mente D.Thom. vt ſtatim oſtendemus: Nam, vt ibidem ait S.Thom. ſicut artifex non peccat in eo, quòd non ſemper tenet menſuram, ſed ex hoc, quòd non tenens menſuram procedit ad incidendum, ſic voluntatis culpa non eſt in hoc, quòd actu non attendit ad regulam rationis, vel legis diuinæ, ſed ex hoc, quòd non habens regulam, vel menſuram procedit ad eligendum. Ex quibus ſatis euidenter apparet D. Thom. non ponere voluntatem ſine omni actu, ſed cum actu, & cum negatione debitæ regulæ: Nam, ſi voluntas negationem hẽat, oĩs actus, nullam prorſus habet in ſe diſpoſitionem, per quam poſsit non ſinere ſe moueri, quod eſt reſiſtere; cum hoc, quod eſt reſiſtere, non ſit mera negatio, ſed operatio. Itaq; voluntas ſub tali negatione poſita nullum penitus habens actum ad alteram tantùm partem erit determinata, ad hoc ſcilicet, vt ſinat ſe moueri.

B

S. Thom.

C

D

Proponitur, & explicatur communis liberi arbitrij diffinitio, & impugnatur opinio iam recitata.

SEd iam communiter à recentioribus receptam liberi arbitrij, quod eſt potentia libera, diffinitionem proferamus: ac per ſingulas partes declaremus, vt ex ea luculẽtior, ac firmior appareat ſententia noſtra, & eius, quam impugnamus, falſitas videatur apertius; Eſt igitur potentia libera, quæ poſitis omnibus requiſitis ad agendum, habet in ſua poteſtate agere, & non agere, & agere hoc, vel illud. In hac diffinitione quatuor ſunt explicanda. Primum eſt, quæ ſint illa, quæ requiruntur ad agendum. Hæc verò ſunt in multiplici differentia: nam

E

Digitized by Google

nam quædam ſunt abſoluta, quædam autem reſpe ctiua, quædam intrinſecè permanentia. quædam extrinſecus influxa,& tranſeuntia,& quædam om ninò extrinſeca. Abſoluta,quæ intus in potentia, puta in voluntate,permanent, aut eidem adſunt, tanquam formæ eius, quibus operari dicitur,ſunt habitus, ſiuè acquiſiti, ſiuè diuinitus infuſi,ſpecies intellectus,& eius cognitio. quibus obiectum proponitur voluntati.Reſpectiua verò ſunt prædictorum cum voluntate coniunctio, eo modo, quo eidem coniuncta ſunt,quando actualiter vult.Extrinſecus autem influxa minimè permanétia ſunt diuinæ motiones,quæ & phyſica nuncupantur auxilia;quibus ad ſingulos actus ſaluo ſuo libero agendi modo determinatur voluntas. Omninò extrinſeca ſunt,æterna Dei prædefinitio de quolibet voluntatis actu.

Sed ſciendum eſt non eodem modo ſingula prędicta ad operandum requiri: Nam abſoluta permanentia, quæ intus exiſtunt, ita requiruntur,vt actu ſint, vel adſint voluntati; relatiua verò,vt in potentia ſint valdè proxima:quoniam in voluntatis poteſtate eſt abſolutorum vſus, & conſequéter eorum ad ſe, vt agentem. & ad actionem relatio. Extrinſecus autem influxa, videlicet diuinæ motiones, ſiue auxilia Phyſica non requiruntur,vt actu ſint in voluntate ante operationem,ſed vt præſentanea ſint ex diuina voluntate ſuauiter vniuerſa diſponente: Nam poſito tali auxilio phyſico,& efficaci,in eodem inſtanti, voluntas eſt in actu ſecundo,& vt quidam dicunt,& iā non poteſt non operari;facit.n.ſenſum compoſitū;quemadmodū,ſi iudicium vltimum practicum ponatur,in voluntate actu determinans voluntatem,non poteſt voluntas oppoſitum velle,cum iam ſit ad vnum per tale iudicium determinata;ſit enim ſenſus cōpoſitus. Sed tamen in ſenſu diuiſo poteſt operari,& non operari. Si tamen cum Caietano in vno temporis inſtanti,duo diſtinguamus inſtantia naturæ,in quorum primo diuinæ motionis influxus recipiatur in voluntate,& in ea modificetur, in ſecundo verò eam ad volitionis actum impellat,dicendum erit, de ratione potentiæ liberæ eſſe,vt ſit proximè potens ad operandum, cùm in ſe iam receperit diuinæ motionis influxum,non tamen vt actu mouentem ad operandum, ſic enim eſſet operans actu, & non poſſet pro tunc non operari;quia vnumquodq; dum eſt, neceſſe eſt eſſe. Sed hic modus dicendi tr. multas patitur difficultates,nec videtur poſſe ſub ſiſtere,vt ſequentia declarabunt. Poſſet etiam dici m. cum D.Tho.in primo ſent.diſt.25.q.1.art.1.ad tertium,Deum in liberum arbitriū hoc modò agere, vt eidem virtutem miniſtret, & ipſo operante libe rum arbitrium agat,ſed tamē determinatio actionis,& finis ſit liberi arbitrij:vndè remanet illi dominium ſui actus,licèt non ita,ſicut primò agenti, & determinanti;& de Ver. docet diuinum influxū non tollere indifferentiam liberi arbitrij:qđ quomodo intelligendum ſit, explicabitur infra q.22. art.4.coincidit tamen hic dicendi modus cum pręcedenti,vt in dicto art.4.demonſtrabitur.

Quæ verò omninò extrinſeca ſūt,vt,ęterna Dei

A præfinitio,requiruntur, vt actu ſemper exiſtentia.

Tertiò explicandum eſt,quid ſit poſſe agere, & non agere, & agere hoc,vel illud,aut oppoſitum, quòd nihil aliud eſt,quàm habere potentiam; cōtradictionis,& contrarietatis,aut diſparitatis; ex quibus prior dicit libertatem quo ad exercitium, poſterior autem quo ad ſpecificationem actus. Nec quælibet potentia contradictionis ſatis eſt, vt ſit potentia libera; ſed requiritur potentia contradictionis,quæ in eodem inſtanti, non tamen pro eodem coniunctim,ſed diuiſim, habeat in ſua facultate vtramque contradictionis partem; & talē habentes potentiam dicuntur habere ſimultatem

B potentiæ,non autem potentiam ſimultatis: Nam ea potentia, quæ ſucceſsiuè tantùm potens eſt ad agendum,& non agendum, vt ſcilicet nunc poſsit agere,& poſtea poſsit non agere, libera potentia non eſt: nam,& res rationis expertes aliquando poſſunt agere, & aliquando non agere, vt patet de brutis ſpontè ſe mouentibus, & quandoque à motu ceſſantibus;Eſt igitur de ratione potentiæ liberæ,vt poſitis omnibus requiſitis ad agendum modo ſuperius explicato promptam habeat, & expeditam ad operandum facultatem.poſsitque ſeipsā ad agendum applicare,aut ſe ab agendo continere in vno, & eodem inſtanti, licèt non pro eodem

C coniunctim,vt diximus.Quare tunc potentia libera ſuam exercet libertatem, cum actualiter agit, & in eodem inſtanti poteſt non agere, & in quocū que ſuæ operationis inſtanti poteſt ab agendo ceſſare, aut aliud agere,non tamen pro eo inſtanti cō iunctim,in quo actu agit (hoc enim implicat contradictionem) ſed diuiſim.

Sed propoſitam liberi arbitrij diffinitionē explicant alio modo longe meliori recentiores quidam Thomiſtæ viri doctiſsimi. Qui duo ſtatuunt fundamenta:primum eſt, quod diximus,nimirum In cauſa contingenti, & libera ſimul eſſe potentiā ad vtrumque oppoſitorum, non tamen eſſe poten

D tiam ad oppoſita ſimul habenda: ſicut in homine ſimul eſt potentia ad ambulandum,& ſedendum, non tamen eſt potentia ad ambulandum,& ſedendum ſimul: cuius ratio eſt; quia potentia ad vnum actum non repugnat potentiæ ad actum contrarium,nec etiam repugnat actui contrario; actus autem contrarij pugnant inter ſe in eodem ſubiecto. Et ideo liberum arbitrium creatum,non ſolū antequam determinetur ad vnum actum,ſed in eo etiam inſtanti,in quo determinatur à Deo,& ſeipſum determinat ad eundem actum, ſimul habet potentiam producendi contrarium actum;quamuis potentiam non habeat ſimul habendi contra

E rium actum,eò quòd in eadem potentia duo actus contrarij ſimul eſſe nō poſsint: Ex hoc enim,quod liberum arbitrium elicit vnum actum,non deſtruit in ſeipſo potentiam liberam,quàm habet ad eliciendum contrarium actum,ſi velit,aut etiam nullum,vel ad ceſſandum ab omni: ſicut etiā ex hoc, quod talem actum non elicit, non deſinit habere potentiam ad talem actum eliciendum, quamuis, vt ante diximus,non habeat, nec habere poſsit po tentiam ſimultatis ad oppoſitos actus.

Se-

Secundum fundamētum eſt: Diffinitionem illam: Potentia libera eſt, quæ poſitis omnibus requiſitis ad agendum habet in ſua poteſtate agere, & non agere,& agere hoc,vel illud; dupliciter intelligi poſſe:vno modo in ſenſu diuiſo, & in hoc ſenſu nullam habet difficultatem, ſed omnes eam admittunt:Alio modo in ſenſu compoſito,& de hac tota eſt difficultas; quæ tamen vnica videtur diſtinctione diſſolui: Poteſt enim ſenſus compoſitus dictæ diffinitionis dupliciter intelligi: primò, vt ſimul componantur requiſita ad operandum cum ipſa potentia operandi,& non operandi: & in hoc ſenſu vera eſt diffinitio,vt apertè declarat Concilium Tridentinum,ſeſſ.6.cap.5.dicens eos. *qui per peccata à Deo auerſi erant, per eius excitantem, atque adiuuantem gratiam ad conuertendum ſe ad ſuam ipſorum iuſtificationem eidem gratiæ liberè aſſentiendo, & cooperando diſponi;ita vt tangente Deo cor hominis per ſpiritus ſancti illuminationem, neque homo ipſe nihil omninò agat inſpirationem illam recipiens, quippè qui illam abijcere poteſt*: Quibus verbis tria ſignificantur, quæ propoſito noſtro maximè fauent: primum eſt indifferentia paſsiua liberi arbitrij creati in ordine ad diuinæ virtutis influxum, quo mouetur efficaciter à Deo creata voluntas, vt à Deo prædèterminata in vltimo complemento actus primi ſeipſam determinet in actu ſecundo:hanc autē indifferentiam indicant illa verba Concilij: *Qui per peccata à Deo auuerſi erant,per eius excitantem,atque adiuuantem gratiam,&c.diſponantur:* quam etiā ſignificat idem Concilium eadem ſeſsione canone 4.dicens:Liberum hominis arbitrium à Deo moueri, & excitari.

Côc. Trid.

Cum ergo poſsit Deus liberum noſtrum arbitrium ad actus pænitentię mouere,& non mouere, conſequens eſt,vt in libero arbitrio ſit paſsiua potentia ad moueri,& non moueri, & ad moueri ad hunc,aut ad illum actum,puta fidei,ſpei, charitatis &c.Secundum eſt; actiua indifferentia liberi arbitrij creati,quam ſignificant illa verba: *ita vt tangente Deo cor hominis per ſpiritus ſancti illuminationem,neq. homo ipſe nihil omninò agat,&c.* quod etiā expreſsè ſignificatur in allegato canone 4. cuius verba ſunt: *ſi quis dixerit liberum hominis arbitrium à Deo motum & excitatum nihil cooperari aſſentiendo &c. neque poſſe diſſentire,ſi velit,ſed veluti inanime quoddam nihil omninò agere,mereq́ue paſsiuè ſe habere, anathema ſit*: De libero arbitrio ſermo eſt quo ad illud temporis momentum, in quo diuinam recipit inſpirationem,vt patet ex illis verbis; *Liberum arbitrium à Deo motum, & excitatum,* & ex verbis illis,cap.5.*inſpirationem illam recipiens*: Declarat ergo Concilium liberum hominis arbitrium,ſicut libere Deo efficaciter moueuti conſentit,ita poſſe eidem diſſentire,& inſpirationem eius abijcere.Qua loquendi forma ſignificatur actiua potentia,vt efficaciter à Deo mota cum indifferentia ad vtrumque oppoſitorum;qui manifeſte eſt ſenſus compoſitus.

Hunc autem ſenſum compoſitū verum eſſe probatur etiam his argumentis: Primum;quia præcipuum ex prærequiſitis ad operandum eſt motio diuina efficax, qua liberum arbitrium prædeterminatur ad talem actum; ſed hæc non tollit à libero arbitrio facultatem ad non operandum,vel ad cōtrarium actum;ſed hoc ſolùm efficit,vt, cum liberum arbitrium poſsit elicere, ſeu operari talem actum,& non operari, illum infallibiliter operetur; vt etiam ait S.Proſper lib.2.de vocat.gent.cap.27. in fine,& capit.28.cuius verba ſunt: *Quod eos voluit Deus velle, voluerunt, qui ad obediendum ſibi ipſū velle ſic donat, vt etiam à perſeueraturis illam mutabilitatem,qua poteſt nolle,non auferat*:Et huius veritatis primam radicem attigit S.Thom. de veritate, quæſt.23.art.5.ad tertium dicens:*Quamuis non eſſe effectus diuinæ voluntatis,non poſſit ſimul ſtare cum diuina voluntate,tamen potentia deficiendi effectum ſimul ſtat cum diuina voluntate,non enim ſunt iſtæ incompoſsibilia:Deus vult iſtum ſaluari, & iſte poteſt damnari; ſed tamen iſta ſunt incompoſsibilia: Deus vult iſtum ſaluari,& iſte damnatur.*

A

S. Proſper

S. Tho.

B

Ex quo loco deduci poteſt ſecundum argumentum tale:Dei voluntas,ſeu motio efficax,qua Deus mouet liberum arbitrium ad conſenſum,& potentia liberi arbitrij moti ad diſſentiendum non ſunt oppoſita inter ſe,vt patet ex dictis; ergo prærequiſita, vt liberum arbitrium creatum operetur talem actum, non auferunt ab ipſo libero arbitrio creato potentiam non operandi,aut etiam contrarium agendi:Tertium argumētum eſt: Magis perfectè libera eſt operatio voluntatis in hoc præſenti temporis inſtanti producta,quàm operatio libera eiuſdem voluntatis futura; cum illa ſit libera in actu ſecundo,hæc verò ſolùm in potentia:ſed operatio futura,dum eſt futura,poſita eſt in libera poteſtate noſtræ uoluntatis,vt etiam aduerſarij fatentur;ergo perfectiori modo operatio noſtræ voluntatis poſita eſt in libera noſtra poteſtate ſecundū illud omne,quod habet pro præſenti temporis inſtanti: Nec obſtat neceſsitas ſuppoſitionis talibus actibus conueniens;hæc enim non eſt abſoluta neceſsitas,& ſecum patitur realem potentiam ad nō producendum actum illum, vel etiam ad oppoſitum,ſi velit,eliciendum: Denique probatur idem; quia,ſi voluntas non eſſet libera, niſi pro illo inſtāti naturæ,quo ſuam præcedit volitionem, non autem pro eo inſtanti,quo iam actu producta,ac præſens intelligitur ipſa uolitio, ut quidam aſſerunt, ſequeretur præſentem uoluntatis operationem nō eſſe ſecundùm ſeipſam,& formaliter liberam, ſed ſolùm in ſua cauſa,vt aſſeruit Ocham,& alij nominales eius diſcipuli; quod nullo modo uidetur admittendum.

C

D

Secundò poteſt intelligi ſenſus compoſitus dictæ diffinitionis liberi arbitrij, vt ſimul componātur prærequiſita ad eliciendum talem actum ſingularem cum carentia eiuſdem actus, aut cum actu illi cōtrario;ita ut ſit ſenſus,quod omnia prærequiſita ad eliciendum actum hunc particularē ſimul eſſe poſsint in eodē ſubiecto cum negatione eiuſdem actus,aut cum actu contrario, uel ut etiā aliquando ſimul ſint;& in hoc ſenſu non eſt admittenda prædicta diffinitio. Quia præcipuū ex prærequiſitis, ut homo per ſuum liberum arbitrium produ-

E

Digitized by Google

producat talem actum (puta conuerſionis in Deum) eſt efficax Dei voluntas, ſeu decretum, quo ſtatuit ab æterno, vt liberum huius hominis arbitrium eliciat talem actum, & phyſica motio, ſiuè auxilium efficax, quo præmouet Deus voluntatem ad talem actum: At cum efficaci Dei voluntate, ſeu decreto, & motione vel auxilio pariter efficaci non ſtat ſimul, quod liberum hominis arbitriũ non eliciat actum illum conuerſionis in Deũ, aut eliciat actum auerſionis à Deo; igitur in eo ſenſu non eſt admittenda prædicta diffinitio: Prima propoſitio patet: Secunda verò eſt Sancti Auguſtini in Enchirid. ad Laurentium, cap. 93. vbi ait. *Deus noſter in cœlo, & in terra omnia quæcunque voluit fecit: quod vtique non eſt verum, ſi aliqua voluit, & nõ fecit, & (quod eſt indignius) ideò non fecit; quia, ne fieret, qđ volebat omnipotens, voluntas hominis impediuit;* quod etiam expreſsius affirmat S. Thom. in 2. 2. q. 24. artic. 11. dicens: *Virtus ſpiritus ſancti infallibiliter operatur quodcumque voluerit: Vnde impoſsibile eſt hæc duo ſimul eſſe vera, quod ſpiritus velit aliquem mouere ad actum charitatis, & quod ipſe charitatem amittat peccando;* quam doctrinam etiam habet in prima ſecundæ quæſt. 112. art. 3. in corpore; Sed oppoſitæ ſententiæ defenſores recurrunt ad ſcientiam mediam, ſeu conditionatam, cuius vanitatem ſatis ſupra oſtendimus, quæſt. 14. art. 13. controuerſia prima, & infra quæſt. 22. art. 4. controuerſia prima: Videnda ſunt etiam ea, quæ ſuper hoc articulo de natura liberi arbitrij latè, & eruditè ſcribit Bannes, & poſt eum Zumellus, & Aluarez, diſput. 115. & 116. de auxilijs diuinæ gratiæ, & ea, quæ diximus in allegata controuerſia, quæſt. 22. art. 4.

Sed contra prædicta eſt hoc argumentum: Si poſito Diuino auxilio efficaci in voluntate manet voluntas libera, & indifferens ad agendum, & non agendum; ergo poteſt actus prouiſus non euenire; ergo poteſt fruſtrari diuina prouidentia. Probatur hæc ſecunda conſequentia; quia ſicut ſe habet actus ad actum, ita potentia ad potentiam; ſed ſi actus prouiſus non eueniret, fruſtraretur diuina prouidentia; ergo ſi poteſt non euenire, poteſt fruſtrari diuina prouidentia.

Reſpondetur primo, actum prouiſum in ſenſu compoſito, ideſt vt ſubſtat diuinæ prouidentiæ, non poſſe non euenire; poſſe tamen abſolutè non euenire, vt optimè probat Aluarez, diſp. 116. Argumentum probat, quòd ſi actus prouiſus in ſenſu compoſito, ſeu ex ſuppoſitione poſſet non euenire, fruſtraretur diuina prouidentia; nos autem dicimus actum prouiſum abſolutè, ſeu in ſenſu diuiſo poſſe non euenire.

Secundò reſpondetur malè deduci concluſionẽ ex præmiſsis: Nam in minore probationis ſecundæ conſequentiæ ſubſumitur oppoſitum actui contradictoriè, ſcilicet non agere, ſeu non euenire; in concluſione verò non infertur contradictoriũ potentiæ, quod eſt non poſſe agere, ſeu non poſſe euenire, ſed diſparatum, quod eſt poſſe non agere, ſiue poſſe non euenire; hoc enim, quod eſt poſſe non agere, non opponitur huic, quod eſt poſſe agere. Itaque ex argumento deducendum eſſet; ergo ſi A actus prouiſus non poteſt euenire; poteſt fruſtrari diuina prouidentia, quod veriſsimum eſt. Vnde ſi argumentum complendum ſit, ita formãdum eſt: ſicut ſe habet actus ad actum, & remotio actus ad remotionem actus, ita ſe habet, potentia ad potentiam, & remotio potentiæ ad remotionem potentiæ, ſed poſito euẽtu actus prouiſi, ponitur etiã actualis aſſecutio termini intẽti à diuina prouidẽtia, & remoto euẽtu actus prouiſi remouetur etiã actualis aſſecutio diuinæ prouidentiæ, quod eſt ipſam diuinam prouidentiam fruſtrari; ergo etiam poſita potentia ad euentum effectus prouiſi, ponitur potentia ex parte diuinæ prouidentiæ aſſequendi terminum intentum, & remota potẽtia ad B euentum effectus prouiſi, tollitur potentia ex parte diuinæ prouidentiæ aſſequendi terminũ intentum, quod eſt fuſtrari diuinam prouidentiam; quæ deductio euidens eſt; Peccat igitur argumentum primo loco propoſitum in forma, & ideo malè concludit.

Diuinam voluntatem eodem modo, quo noſtra, à practico intellectus iudicio determinari.

Sed iam de eo, quod hic præcipuè quæritur, libero ſcilicet arbitrio diuino; nonnulla prædictis conſona ſubiungamus. Sic itaque determinatur C Deus ad creatum aliquod bonum in ordine ad ſuam infinitam bonitatem eligendum, ac producendum, vt diuina ſapientia nihil iudicet eſſe bonum eligendum, aut faciendum, niſi quod Deus ipſe, ſiue diuina voluntas facere voluerit, & è cõtra voluntati placet, quod ſapientia iudicauerit acceptandum, ſemper itaque conformis eſt voluntas ſapientiæ, & ſapientia voluntati. Quo fit, vt diuina ſapientia non neceſſariò iudicet id agendum eſſe, quod melius eſt; alioquin Deus nõ poſſet creaturas meliores producere. Sed iudicat id eſſe melius, & faciendum, quod magis placuerit voluntati, & vice verſa id approbat voluntas, quod conſo- D nat ſapientiæ: Nam, vt ſupra dictum eſt, voluntas, & intellectus in ſuis actibus ſeſe inuicem præcedunt, ac cõſequuntur & vnius actus, alterius actũ qualificat, & moderatur, tam in intellectu, & voluntatè creata ſecundùm rem, quàm in intellectu, & voluntate diuina modo noſtro intelligendi. Si ergo quæratur, cur Deus produxit hunc mundum, ſiuè rerum ordinem, potius quàm alium, reſpondendum eſt, id factum fuiſſe, quoniam iudicauit hoc eſſe medium conueniens ad manifeſtandam ſuam bonitatem, cum tamen idem poſſet de alio rerum ordine iudicare; quòd ſi vlterius quæratur, cur potius hunc, quàm alium rerum ordinem iudi- E cauit Deus eſſe medium conueniens ad manifeſtãdam ſuam bonitatem, cum poſſet idem de alio ordine proferre iudicium. (Et ſermo eſt de iudicio practico perfecto) reſpondendum eſt, hoc ideo eſſe; quia ſimul cum iudicio intellectus concurrit actus voluntatis, à quo intellectus efficacitatem habet mouendi voluntatem: Nam, quia voluntas determinat intellectum ad hanc partem, idcircò eadem voluntas ab intellectu alio modo determinatur

ordo actuum.

tur ad eandem partem quòd tandẽ nihil aliud eſt, quàm voluntatem determinare, & mouere ſeipsã ad exercitium actus medio intellectu ab ea moto, à quo propriè determinatur quo ad ſpeciẽ actus, quam tamen ſpeciem quodammodo determinat effectiuè voluntas, dum mouet intellectum ad hoc potius iudicium, quàm ad illud; in quo maxima ſplendet libertas voluntatis. Et quia poteſt voluntas à cuiuslibet rei cogitatione intellectum coercere, idcirco ſemper libera eſt in eligendo, vt docet D. Thom. de malo q. 6. art. 1. S. Tho.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio. Liberum arbitrium eſt volũtas, prout eſt electiua, ex iudicio intellectus ſecundum ſe indifferente, potens agere, & nõ agere, & agere hoc, vel illud. In hac concluſione vna tantùm particula remanet explicanda, illa videlicet: *ſecundum ſe indifferente*, non enim ſignificat, quòd ſtante indifferentia iudicij poſsit in voluntate ſequi electio; ſed exprimit naturam iudicij, quod radix eſt libertatis, vt diſtinguitur à iudicio irrationali, quod ſecundùm ſe eſt ad vnum in actu exercito determinatum; de qua re vidẽdus eſt Caiet. prima 2. q. 13. art. 2. Hanc concluſionem probat optimè Bannes, & Zumellus ſuper hoc articulo, & Aluarez, diſp. 115. & 116. de auxilijs diuinæ gratiæ. Caiet.

Secunda concluſio. Libertas radicaliter eſt in intellectu, formaliter autem in voluntate. Hanc cõcluſionem latè probant Bannes infra quæſt. 83. artic. 1. Dub. 2. & Bellarminus de gratia, & libero arbitrio lib. 3. cap. 8. Bannes. Bellarm.

Tertia concluſio. Ex nullo intellectus iudicio præcisè ſumpto mouetur, aut determinatur voluntas, ſed quatenus tantùm vim participat ex voluntate motiuam. Probatur: nam præciſo voluntatis actu omne iudicium intellectus eſt merè naturale; iudicium autem naturale præponit ſemper maius bonum minori bono; igitur, ſi non erret, ſed rectum fuerit naturale iudicium, nunquam voluntas poterit eligere minus bonum relicto maiori. Et ex eodem principio ſequitur ex duobus æqualibus bonis, non poſſe voluntatem eorum alterum eligere; quia intellectus vtrumque perfectè conſiderans, idem profert de vtroque iudicium; ſi verò moueatur à voluntate, poteſt intellectus ex eius applicatione vnum conſiderare altero neglecto, aut in vno meliores concipere conditiones non cõſideratis, niſi ijs, quæ imperfectiores ſunt in altero, ac per hoc vnum eligere reliquo prætermiſſo. Hinc patet error Banneſij infra quæſt. 83. art. primo. Dub. 2. in reſponſione ad confirmationem tertij argumenti. Banneſij lapſus.

Quarta concluſio. Poſito in intellectu vltimo iudicio practico poteſt voluntas abſolutè non eligere, licèt neceſsitate ſuppoſitionis, & conſequentiæ ſequatur electio. Hanc concluſionem docuit hic Bannes, ſed oppoſitam ſtatuit infra q. 83. art. primo. Dub. 2. in quo cõueniunt etiam Valentia, Vaſquez, & Suarez; quorum ſententia videtur intelligenda iuxta ſenſum tertiæ concluſionis, quo ad priorem eius partem. Bannes. Valentia. Vaſquez. Suarez.

A

Quinta concluſio. Libertas voluntatis non eſt in eo poſita, quòd propoſitis varijs rationibus nõ neceſſarijs ſinat ſe moueri ab vna, & non ab alia.

Sexta concluſio. Liberum arbitrium eſt potentia libera, quæ poſitis omnibus requiſitis ad agendum poteſt agere, & non agere, & agere hoc, vel illud, quæ intelligenda eſt in ſenſu iam explicato.

Septima concluſio. In Deo eſt liberum arbitriũ ſecundùm eandem rationẽ proportionaliter, qua eſt in natura intellectuali creata ſecluſis imperfectionibus. Hanc concluſionem latè probant hic, Bannes, & Zumellus, & Bellarminus in dicto lib. 3. cap. 16. Bannes. Zumell. Bellarm.

B

Argumenta, & ſolutiones.

ARgumenta contra tres primas concluſiones, & eorum ſolutiones lege apud citatos auctores, & Suarez diſput. metaph. 19. ſect. 5. Suarez.

Contra quartam Concluſionem. Sunt multa argumenta Suarezij diſput. 19. Metaphyſ. ſect. 6. quæ ſingula proferre, ac ſoluere non eſt neceſſe, cũ eorum ſolutio ex vnico pendeat fundamento, nimirum: quòd in iudicio intellectus, quo iudicat, exẽpli gratia, dandam eſſe eleemoſinam ſunt plura iudicia virtualiter. Primum iudicium eſt de obiecto ipſo, videlicet, de danda eleemoſina. Secũdum eſt de electione eleemoſinæ. Tertium eſt de imperanda eleemoſina. Quartum eſt iudicium de ipſo iudicio faciendo. Et ſimiliter in electione, quæ eſt actus voluntatis, plures ſunt electiones. Prima eſt de danda eleemoſina. Secũda eſt de iudicio intellectus faciendo de ipſa eleemoſina. Tertia eſt de imperio intellectus. Quarta eſt de ipſa electione, & ſingulæ electiones à ſingulis iudicijs, & è contra, dependent, & in eodem ſunt temporis inſtãti; nec vnus iudicij, aut electionis actus eſſe poteſt ſine alio. Nec præintelligitur tale iudicium intellectus vt perfectum, ante prædictos actus voluntatis, neque è contra; ſed iudicium ad integritatem concurrit electionis, & electio iudicium perficit; ita vt iudicium totum à tota pẽdeat electione, & partes à partibus, ſicut etiam electio tota, ideſt quo ad id, quod eſt formaliter, & virtualiter, à toto pẽdet iudicio formaliter, & virtualiter sũpto, & partes, ideſt electiones, virtualiter clauſæ in electione, à partibus, ideſt iudicijs virtualiter in formali iudicio clauſis, de qua re videndus eſt Caiet. prima ſecundæ quæſt. 16. art. vltimo. Caiet.

C

D

Vnde quando argumentatur Suarez, primò. In omni actu vitali ſufficiens applicatio obiecti neceſsãrij ad actum ſimpliciter, & in omni genere cauſæ antecedit talem actum, nec fieri poteſt, vt ipſamet obiecti applicatio effectiuè proueniat ab actu, ad quem ordinatur, ſed iudicium rationis requiritur ad actum voluntatis, vt applicans obiectum; ergo impoſsibile eſt, vt iudicium rationis neceſſarium ad actum voluntatis effectiuè proueniat ab eodem. Suarez.

E

Reſpondetur maiorem tunc ſolùm eſſe veram, vbi tam actus, quo fit applicatio, quàm actus ad quem

Digitized by Google

quem ordinatur applicatio, eſt vnus formaliter, & virtualiter. Si autem vterque fuerit in ſe vnus formaliter, & plures virtualiter, vt in propoſito, falſa eſt maior.

Secundò; Quia alias primus actus intellectus dici poſſet eſſe à voluntate ipſa; quod eſt cõtra omnium ſententiam fundatam in illo principio: Nihil volitum, quin præcognitum, & ſequela probatur; quia etiam de primò actu intellectus dici poſſet eſſe liberum, & voluntarium ex motione voluntatis, & nihilominus in ſuo genere eſſe causã eiuſdem actus uoluntatis, quo ipſe eſt voluntarius.

Reſpondetur falſam eſſe conſequentiam. Ad probationem negatur antecedens; quoniam naturalis ordo intellectus, & voluntatis poſtulat, vt ante omnem actum voluntatis ſit vnus primus actus intellectus à Deo excitante, vt primo mouente proueniens, & rurſus, vt notat Caietanus infra quæſt. 41 art. . liberum ad naturale ſe habet, vt multa ad vnum, vt motus ad immobile, & varium ad vniforme; ac propterea oportet, vt liberum oriatur à naturali, & fundetur in ipſo, & ſit eius effectus; conſtat autem ante omnem naturalem volitionem eſſe naturalem intellectionem, & conſequenter multò magis ante omnem liberam uolitionem, nec ab ea poſſe depẽdere, ſicut nec vnitas à multitudine, nec neceſſarium à contingenti.

Tertiò. Si illud iudicium rationis eſt ita prærequiſitum ad operandum, vt in ſuo genere ſit cauſa neceſſaria ad actum liberum voluntatis, & illo iudicio poſito uoluntas non poteſt non conſentire illi; ergo voluntas non eſt talis potentia, quæ poſitis omnibus abſolute prærequiſitis ad operãdum, poſſit uelle, & non velle; ergo non eſt potentia libera.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam: nam de ratione potentiæ liberæ eſt, vt poſitis omnibus abſolutis requiſitis in actu, & reſpectiuis in potentia proxima, poſsit operari, & non operari; non autem, cum fuerint etiam reſpectiua in actu, ideſt cũ potentia actu vtitur abſolutis ad operandum; habet enim tunc neceſsitatem ſenſus compoſiti, ſiuè ſuppoſitionis; iudicium autem illud ultimum practicum includit actualem vſum uoluntatis, quo mouet intellectum ad actum imperij, & conſequenter ſeipſam ad eligendum.

Secundò dico, poſito illo ultimo iudicio poſſe uoluntatem non conſentire, non ſolum in ſenſu diuiſo, ſed etiam in ſenſu compoſito, ſumendo ſenſũ compoſitum priori modo ſuperius explicato. Reliqua eiuſdem authoris argumenta facilem, ex his quæ diximus, habent ſolutionem.

Contra eandem, & ultimam concluſionẽ argumentatur Suarez, diſp. 30. metaph. ſect. 16. nu. 46. Primò. Iudicium intellectus, quod uolũtatem antecedit, naturale eſt, & non liberum; ergo, ſi poſito iudicio uoluntas non poteſt non ſequi illud, & determinari ſequendo illud; ergo nullibi eſt exercitium libertatis, ſed per naturalem determinationem omnia ex neceſsitate conſequuntur.

Huic argumento reſpondet Capreolus in 1. diſ. 35. q. 1. art. 2. ad argumenta Aureoli contra tertiã concluſionem, iudicium illud intellectus, à quo

A determinatur uoluntas, nõ eſſe merè naturale, ſed liberum, non ex formali libertate intellectus, ſed ex motione uoluntatis liberè determinantis intellectum, ut nos etiam ſupra diximus. *Nam voluntas* (inquit) *diuina vult intellectum concipere, & dictare aliquid producendum, in quo diuina bonitas eluceat in tali gradu, quo facto intellectus dictat hoc, vel hoc eſſe faciendum, & poſt ad hoc volendum uoluntas determinatur; ſic ergo patet, quòd voluntas determinatur quãtùm ad ſpecificationem actus ab intellectu, ſed quãtùm ad exercitium actus illius determinatur ad alia à ſe per libertatem.* Hæc Capreolus.

Sed contra hanc reſponſionem ſic argumentatur Suarez primò. B Illa prior uolitio, quæ uult intellectum concipere, &c. cum ſit libera, uel determinatur ab aliquo iudicio intellectus, uel non; ſi affirmetur, aut tale iudicium eſt liberum, aut merè naturale; ſi naturale, ex illo ineuitabiliter ſequitur uolitio, & tollitur libertas; ſi liberũ oportebit antecedere aliam uolitionem, à qua tale iudiciũ determinetur, & ſic procedetur in infinitum. Si autẽ dicatur uoluntatem non determinari ad illum primum actum liberũ ab aliquo iudicio intellectus, ſed ipſammet ſe determinare, idem eadem ratione dici poteſt immediatè de uoluntate creãdi mũdum, & communicandi ſe in tali gradu. Replicat Suarez.

C Reſpondetur priorem illam uolitionem determinari à iudicio ĩtellectus libero, quo iudicat intellectus concipiendam, ſiuè iudicandam eſſe, & dictandam mundi productionem; quod iudicium non eſt aliud ab eo, quo iudicat, & dictat mundũ eſſe producẽdum, niſi eo modo, quo duæ rationes, ſiuè perfectiones unius actus diſtinguuntur, ſicut nec uolitio, qua uoluntas uult intellectum concipere, ſiuè iudicare, & dictare mundum eſſe producendum eſt alia ab ea, qua mouet intellectum ad actuale iudicium, & dictamen. Vnde non eſt proceſſus in infinitum, ſed, ut ſupra diximus, actus intellectus, & uoluntatis ſupra inuicem feruntur, & D ſeſe inuicem moderantur.

Secundò ſic impugnat eandem reſponſionem. Si ſermo ſit de conceptione, ideſt de apprehenſione, illa eſt Deo naturalis; ſi de iudicio, & dictamine, quæro quid noui iudicet, aut dictet intellectus diuinus, ut motus per uoluntatem, quod antea nõ dictabat; aut enim iudicat productionem rei in hoc gradu eſſe poſsibilem, uel conuenientẽ; & hoc antea naturaliter dictabat, uel iudicat tale opus eſſe neceſſariò agendum; & ſic erit iudicium falſum, uel denique iudicat tale opus omninò eſſe à ſe uolendum, & faciendum; non quidem ex neceſsitate, ſed tamen de facto ita eſſe faciendum; & hoc iudi-E cium ſupponit decretum liberum diuinę uoluntatis de tali re facienda; ergo non poteſt diuina uolũtas uelle, ut intellectus iudicet, & dictet aliquid, ut à ſe producẽdum dicto modo, niſi iam ipſa decreuerit id facere.

Reſpondetur ultimum eſſe uerum. Ad argumentum in contrarium iam dictum eſt, actus uoluntatis, & intellectus ſuperinuicem ferri, & diuinã ſapientiam nihil iudicare eſſe bonum eligendũ, aut agendum, niſi quod diuina uoluntas facere uoluerit,

rit,ſicut è contra voluntati placet, quod ſapientiâ (A) judicauerit acceptandum; præceduntque,ſe inuicem,& ſequuntur modo noſtro intelligendi prædicti actus in diuerſo cauſarum genere:nam iudiciũ intellectus præcedit in genere principij; formalis determinantis ad ſpeciem actum uoluntatis; ſed actus voluntatis præcedit iudicium intellectus in genere cauſæ efficientis, ſiuè mouentis, nec unus actus poteſt ſine alio conſiſtere; non enim poteſt eſſe operatio voluntatis ſine forma, vel ſpecie,nec operatio intellectus ſine exercitio.

Tertiò,contra eandem reſponſionem ſic inſtat. Libertas nunquam eſt in iudicio, niſi ex imperfe- (B) ctione,& obſcuritate eius;ergo omne iudicium ex parte diuini intellectus neceſſarium eſt. Aliquod verò iudicium denominatur liberum, ſolùm quia obiectum eius ſupponit determinationem liberã volũtatis: illa uerò determinatione ſuppoſita,intellectus neceſſariò iudicat,quidquid uerum in illo obiecto reperitur.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens:& licèt iudicium dicatur liberum; quia ſupponit determinationem liberam voluntatis, non tamen uerum eſt ſuppoſita illa determinatione intellectum neceſſariò iudicare, quicquid uerum in illo obiecto eſt: nam primò iudicium intellectus de tali re eligenda ab eo eſt,ut moto à uoluntate, & quatenus (C) liberam participat motionem uoluntatis, ac proindè liberum eſt.Secundò;quia ſermo eſt,de iudicio ultimo,& efficaci,quod uim habet imperij,ex uirtute uoluntatis liberè mouentis:itaque completè atque integrè ſumptum liberum erit tale iudicium.Sed facilè contingit deceptio non aduertenti dictos actus mutuò ſe præcedere, ac ſubſequi modo dicto,ut accidit Suarezio; qui actum uoluntatis tantùm,ut præcedentem, non uerò, ut etiam ſubſequentem, conſiderauit, nec vt participatum in actu iudicij.

Contra ſextam concluſionem ſunt argumenta, quæ refert,& ſoluit Aluarez locis ſupra notatis. (D)

ARTICVLVS XI.

Vtrum ſit diſtinguenda in Deo voluntas ſigni.

125 2.d.45.ar. vlt.& ver. q.13.art.3.

AD vndecimum ſic proceditur. Videtur, quòd non ſit diſtinguenda in Deo volũtas ſigni. Sicut enim voluntas Dei eſt cauſa rerum,ita & ſcientia. Sed non aſsignantur aliqua ſigna ex parte diuinæ ſciẽtiæ; Ergo neque debent aſsignari aliqua ſigna ex parte diuinæ uoluntatis. (E)

2 Præterea:Omne ſignum,quod non concordat ei,cuius eſt ſignum,eſt falſum; Si igitur ſigna, quæ aſsignantur circa voluntatem diuinam, non concordant diuinæ voluntati, ſunt falſa,ſi autem concordant,ſuperfluè aſsignantur: Non igitur ſunt aliqua ſigna circa voluntatem diuinam aſsignanda.

(A) Sed contra eſt, quòd voluntas Dei eſt vna, cùm ipſa ſit Dei eſſentia; quandoq; autem pluraliter ſignificatur,vt cùm dicitur, Magna opera domini exquiſita in omnes voluntates eius; Ergo oportet, quòd aliquando ſignum voluntatis pro voluntate accipiatur.

Reſpondeo. Dicendum,quòd in Deo quædam dicuntur propriè, & quædam ſecundùm metaphoram,vt ex ſupra dictis patet. (qu. 13. art. præcipuè.) *Cum autem aliquæ paſsiones humanæ in diuinam prædicationem metaphoricè aſſumuntur, hoc ſit ſecundùm ſimilitudinem * effectus: (D. 461.) Vnde il- (B) lud,quod eſt ſignum talis paſsionis in nobis,in Deo nomine illius paſsionis metaphoricè ſignificatur. Sicut apud nos irati punire conſueuerunt: vnde ipſa punitio eſt ſignum iræ. Et propter hoc, ipſa punitio nomine iræ ſignificatur,cum Deo attribuitur. Similiter id,quod ſolet eſſe in nobis ſignum uoluntatis,quandoque metaphoricè in Deo voluntas dicitur: ſicut cum aliquis præcipit aliquid,ſignum eſt, ꝗ velit illud fieri:Vnde præceptum diuinũ quãdoque metaphoricè voluntas Dei dicitur, ſecundùm illud Matthæi 6.Fiat voluntas tua, ſicut in cęlo,& in terra; (C) Sed hoc diſtat inter uoluntatem,& iram; quia ira de Deo nunquam propriè dicitur, cum in ſuo principali intellectu includat paſsionem; voluntas autem propriè de Deo dicitur. Et ideo in Deo diſtinguitur uolũtas propriè,& metaphoricè dicta. Voluntas enim propriè dicta, vocatur voluntas beneplaciti, voluntas autem metaphoricè dicta eſt, voluntas ſigni, eo quòd ipſum ſignum uoluntatis,uoluntas dicitur.

Ad primum ergo dicendum, quòd ſcientia (D) non eſt cauſa eorum,quæ fiunt, niſi per uoluntatem. * (17) Non enim quæ ſcimus, facimus, niſi velimus,& ideo ſignum non attribuitur ſcientiæ,ſicut attribuitur uoluntati.

Ad ſecundum dicendum,quòd ſigna voluntatis dicuntur voluntates diuinæ; nõ quia ſint ſigna,quòd Deus velit;ſed quia ea,quæ in nobis ſolent eſſe ſigna volendi, in Deo diuinæ voluntates dicuntur. Sicut punitio non eſt ſignum,quod in Deo ſit ira: ſed punitio ex eo ipſo, quòd in nobis eſt ſignum iræ, in Deo dicitur ira.

(E) TItuli declarationem habes apud Caietanum.

Forma Textus.

COncluſio eſt. In Deo diſtinguitur voluntas beneplaciti,& voluntas ſigni. Probatur: In Deo diſtinguitur voluntas propriè,& metaphoricè dicta; ſed voluntas metaphoricè dicta eſt voluntas ſigni;ergo in Deo diſtinguenda eſt voluntas ſigni. Minor probatur: quoniã ſignum

ſignum voluntatis voluntas dicitur; at voluptas metaphoricè eſt voluntatis ſignum; ſicut teſtamentum dicitur vltima voluntas, & eſt ſignum voluntatis; ergo. Maior probatur: quo ad vtramque partem, & primò quo ad primam, videlicet quo ad voluntatem metaphoricè dupliciter: primò, diſtinguendo ea, quæ de Deo dicuntur: nã quædam dicuntur de Deo propriè; quædam verò metaphoricè: inter quæ metaphoricè dicta, ſunt nomina ſignificantia paſsiones humanas; ſicut ira, quæ paſsio eſt; vel nomina ſignificantia paſsiones de Deo, metaphoricè dicuntur propter ſimilitudinem effectus: vnde ille effectus, qui ſolet apud nos eſſe ſignum paſsionis, de Deo ſub nomine illius paſsionis prædicatur: ſicut apud nos irati punire conſueuerunt; & propterea ipſa punitio, quæ apud nos eſt ſignum iræ, ſignificatur nomine iræ, cum Deo attribuitur. His præmiſsis S. Thom. probat dictam maiorem tali ratione: Id, quod ſolet eſſe ſignum alicuius paſsionis in nobis, ſignificatur nomine illius paſſionis, cum Deo attribuitur; ergo ſimiliter id, quòd ſolet eſſe ſignum voluntatis in nobis, quandoque metaphoricè voluntas Dei dicitur: Conſequentia euidens eſt ex dictis; declaratur prima pars conſequentis: Quoniam, cũ aliquis præcipit aliquid, ſignum eſt, quòd velit illud fieri. Secundò probatur eadem maior ex ſacris litteris Matth. 6. vbi præceptum diuinum metaphoricè voluntas Dei dicitur, in illis verbis, fiat voluntas tua, idest, adimpleatur præceptum tuæ voluntatis. Deinde probatur ſecunda pars maioris ex differentia inter voluntatem, & iram, ſiuè quãcunque aliam paſsionem: quoniã ira de Deo nunquam propriè dicitur, quia in ſuo principali, & formali ſignificato includit paſsionem; at verò voluntas de Deo propriè dicitur; igitur in Deo diſtinguenda erit voluntas in voluntatem propriè, & in voluntatem metaphoricè dictam.

ARTICVLVS XII.

Vtrum conuenienter circa diuinam voluntatem ponantur quinque ſigna.

16 AD duodecimum ſic proceditur. Videtur, quòd inconuenienter circa diuinam voluntatem ponã-
2.4 tur quinque ſigna, ſcilicet prohi-
qu. bitio, præceptum, conſilium, ope-
3. ratio, & permiſsio: Nam eadem, quæ nobis præcipit Deus, vel conſulit, in nobis quandoque operatur, & eadem, quæ prohibet, quandoque permittit; ergo non debent ex oppoſito diuidi.

2 Præterea: Nihil Deus operatur, niſi volens, vt dicitur Sap. 11. Sed voluntas ſigni diſtinguitur à voluntate beneplaciti; ergo operatio ſub voluntate ſigni comprehendi non debet.

3 Præterea: Operatio, & permiſsio communiter ad omnes creaturas pertinent; quia in omnibus Deus operatur, & ĩ omnibus aliquid fieri permittit; Sed præceptum, conſilium, & prohibitio pertinent ad ſolã rationalẽ creatu-

A ram; ergo non veniunt conuenienter in vnam diuiſionem, cum non ſint vnius ordinis.

4 Præterea: Malum pluribus modis contingit, quàm bonum; quia bonum contingit vno modo, ſed malum omnifariam, vt patet per Philoſophum in 2. Ethic.* & per Dionyſ. in 4. cap. de diu. nom.* Inconuenienter igitur reſpectu mali aſsignatur vnum ſignum tantùm, ſcilicet prohibitio; reſpectu vero boni duo ſigna, ſcilicet conſilium, & præceptum. 2. Ethic. c. 6 à medio to. 5. Dion. c. 4 aliquantulum à medio.

Reſpondeo. Dicendum, quòd huiuſmodi ſigna voluntatis dicuntur ea, quibus conſueuimus demonſtrare nos aliquid velle. Poteſt au- B tem aliquis declarare ſe velle aliquid, vel per ſeipſum, vel per alium; per ſeipſum quidem, inquantùm facit aliquid, vel directè, vel indirectè, & per accidens. Directè quidem, cùm per ſe aliquid operatur: & quantùm ad hoc dicitur eſſe ſignum operatio. Indirectè autem inquantùm non impedit operationem: nam remouens prohibens dicitur mouens per accidens, vt dicitur in 8. Phyſic.* Et quantùm ad hoc dicitur ſignum permiſsio. Per alium autẽ Li. 8. phyſ. tex. 32. & 2. C declarat ſe aliquid velle, inquantùm ordinat alium ad aliquid faciendum, vel neceſſaria inductione; quod fit præcipiẽdo, quod quis vult; & prohibendo contrarium, vel aliqua perſuaſoria inductione, quod pertinet ad conſilium: Quia igitur his modis declaratur aliquẽ velle aliquid, propter hoc iſta quinque nominantur interdum nomine voluntatis diuinæ, tanquam ſigna voluntatis. Quòd enim pręceptum, conſilium, & prohibitio dicantur Dei voluntas, patet per id, quod dicitur Matth. 6. Fiat voluntas tua, ſicut in cęlo, & in terrę. Quòd autem ꝑ- D miſsio, vel operatio dicantur Dei voluntas, patet per Aug. qui dicit in Enchir.* Nihil fit, niſi omnipotens fieri velit; vel ſinendo vt fiat, vel faciendo. Enchir. ca. 95. in ſi. to. Vel poteſt dici, quòd permiſsio, & operatio referũtur ad præſens; permiſsio quidem ad malum, operatio verò ad bonum. Ad futurum verò prohibitio reſpectu mali, reſpectu verò boni neceſſarij præceptum; reſpectu verò ſuperabundantis boni, conſilium.

Ad primum ergo dicendum, quòd nihil ꝓhibet circa eandem rem aliquem diuerſimodè declarare ſe aliquid velle: Sicut inueniuntur multa nomina idem ſignificantia. Vnde E nihil prohibet, idẽ ſubiacere præcepto, & cõſilio, & operationi, & ꝓhibitioni, vel ꝑmiſſioni.

Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut Deus poteſt ſignificari metaphoricè velle id, quod non vult voluntate propriè accepta, ita poteſt metaphoricè ſignificari velle id, quod propriè vult: Vnde nihil prohibet de eodem eſſe voluntatem beneplaciti, & voluntatẽ ſigni; Sed

Digitized by Google

operatio ſemper eſt eadem cum voluntate beneplaciti, non autem præceptum, vel conſiliū; Tum quia hæc eſt de præſenti, illud de futuro; Tum quia hæc per ſe eſt effectus voluntatis, illud autem per alium, vt dictum eſt.

Ad tertium dicendum, quòd creatura rationalis eſt domina ſui actus; & ideo circa ipſam ſpecialia quædam ſigna diuinæ voluntatis aſſignantur, inquantùm rationalem creaturam Deus ordinat ad agendum voluntariè, & per ſe; Sed aliæ creaturæ non agunt niſi motæ ex operatione diuina. Et ideo circa alias non habent locum niſi operatio, & permiſſio.

Ad quartum dicendum, quòd omne malum culpæ, licèt multipliciter contingat, tamen in hoc conuenit, quod diſcordat à voluntate diuina: Et ideò vnum ſignum reſpectu malorum aſſignatur, ſcilicet prohibitio; Sed diuerſimodè bona ſe habēt ad bonitatem diuinam; quia quædam ſunt, ſine quibus fruitionem diuinæ bonitatis conſequi non poſſumus, & reſpectu horum eſt præceptum; quædam verò ſunt, quibus perfectius conſequimur, & reſpectu horū eſt conſilium. Vel dicendum, quòd conſilium eſt non ſolùm de melioribus bonis aſſequendis, ſed etiam de minoribus malis vitandis.

Forma Textus.

Concluſio eſt. Hæc quinque ſigna, quæ ſunt; prohibitio, præceptum, conſilium, operatio, & permiſſio, conuenienter ponuntur circa diuinam voluntatem. Probatur dupliciter. Primò, huiuſmodi ſigna voluntatis dicuntur ea, ex quibus conſueuimus demonſtrare nos aliquid velle; at prædictis quinque modis declaratur aliquem velle aliquid; ergo. Maior relinquitur vt nota; minor probatur dupliciter à duplici ſufficienti diuiſione, prior eſt ex parte volentis, in principio corporis, poſterior eſt ex parte voliti, in fine, §. vel poteſt dici &c. Secundò probatur auctoritate ſacrarum litterarū quo ad tria prima, & auctoritate ſancti Auguſtini quo ad duo vltima.

Expoſitio Textus.

Expenduntur, & notantur dicta minus congrua expoſitorum.

PLura hic ſcribunt expoſitores, quæ dilucidius explicantur à D. Thom. de ver. qu. 23. art. 3. & in primo ſent. diſt. 45. art. vlt.

S. Thom. Molinæ ſētētia de voluntate cōditionali reijcitur.

Quædam præterea ſunt in eiſdem expoſitoribus obſeruanda, quæ & veritati, & menti S. Thom. ſunt contraria. Primum eſt, quod hic ait Molina ad finem commentarij, præceptum, conſilium, & prohibitionem eſſe vera ſigna diuinæ voluntatis conditionalis; quæ (inquit) formaliter eſt in Deo, qua vult talia fieri, ſi ipſi etiam homines per ſuum liberum arbitrium eadem velint; Sed hanc voluntatem conditionalem, in ſenſu, quo ponitur à Molina, iam ſuperius exploſimus, & verba D. Th. ſatis apertè hanc interpretationem excludunt: ait. n. ea

A hic nuncupari ſigna voluntatis, quibus conſueuimus demonſtrare nos aliquid velle; & in art. præced. ait, ſigna voluntatis dici voluntates diuinas, non quia ſint ſigna, quòd Deus velit; ſed quia ea, quæ in nobis ſolent eſſe ſigna volendi, in Deo voluntates dicuntur; Sed ait Molina, poſſe quempiam fortaſſe interpretari D. Th. vt ſolū velit non eſſe ſigna voluntatis abſolutè, non verò negare ſigna voluntatis conditionalis; At, ſi voluntate conditionali Deus aliquid vult, ea vocatur voluntas etiam beneplaciti, & tamen negat D. Th. hic in reſponſione ad ſecūdum, præceptum, & conſilium eſſe idē ſemper cum voluntate beneplaciti, ſicut operatio; va- B leat ergo voluntas illa conditionata, quæ maximā in Deo ponit imperfectionem, dependentiam ſcilicet, à voluntate creata, propter quam cauſam nūquam illam admiſit, nec agnouit S. Thom.

Falſum eſſe dictum Bannelij, videlicet Deum velle fieri peccatum. Rom. 1.

Secundum eſt, quod ait Bannes, Deum videlicet voluntate ſigni, quod eſt permiſſio, velle fieri peccatum, quia permittit illud, dicente Apoſtolo, *cuius vult miſeretur, & quem vult indurat.* Miſeretur voluntate beneplaciti; indurat autem volūtate ſigni, quod eſt permiſſio, quamuis Deus nec per accidens velit peccatum. Quæ fuit ſententia Durandi in 1. diſt. 45. q. 3. ſed quoniam pias aures offendit dicere Deum voluntate ſigni velle peccatū fie- C ri, dicendū eſt cum D. Th. ſatis eſſe, ad hoc, vt permiſſio dicatur voluntas, quòd apud nos permiſſio ſolet eſſe ſignum rem permiſſam à nobis eſſe volitā; ita ut, niſi, quod permittitur, diuinæ repugnet bonitati, dicatur etiam à Deo volitum voluntate ſigni, quæ eſt permiſſio; quod ſi repugnet, vt peccatū, hoc ipſo nefas eſt dicere à Deo volitum eſſe, et voluntate ſigni. Verba autem Apoſt. ad Rom. 1. nō ſignificant quouis modo diuinam voluntatem circa ipſum peccatum, ſed ſubſtractionem tantū diuinæ gratiæ, ut exponit S. Tho. 1. 2. q. 79. art. 3.

S. Thom.

Omnem operationē eſſe voluntatē ſigni, contra Ban. & Zumellum.

Tertium eſt, quod hic dicunt Bannes, & Zumellus, qui duplicem diſtinguunt Dei operationem: nam quædam eſt, quæ attingit rem illam, quæ eſt D à Deo volita ſimpliciter; quædam verò eſt, quæ nō rem ipſam, ſed quandam eius diſpoſitionem attingit; exempli gratia, operatur Deus iuſtificationem duorum infantium per baptiſmū, vnus ſtatim moritur, & ſaluatur; alter verò viuit, & damnatur; in primo operatio attingit ad effectum uolitum ſimpliciter, non autem in ſecundo; Dicunt ergo prædicti expoſitores primam operationem non poſſe propriè dici voluntatem ſigni, ſed tantùm ſecundam. Sed hæc interpretatio manifeſtè pugnat cum San. Thom: qui in reſponſione ad ſecundum docet operationem ſemper coincidere in idē cum volūtate E beneplaciti; & per voluntatē beneplaciti intelligit voluntatē ſimpliciter: nam etiam id, quod præcipit, & conſulit Deus, vult volūtate beneplaciti ſecundùm quid, quæ eſt uelleitas, ſiue voluntas antecedens; & tamen ibidem S. Tho. negat præceptū, & conſilium eſſe ſemper idem cum volūtate beneplaciti; igitur per talem voluntatem intelligit voluntatem ſimpliciter; vult ergo Deus ſalutem infantis per baptiſmum ſaluati voluntate ſigni, quæ eſt operatio, quæ eadem eſt cum voluntate ſimpliciter.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO XX.

De amore Dei, in quatuor articulos diuiſa.

DEinde conſiderandum eſt de his, quæ abſolutè ad voluntatẽ Dei pertinent. In parte autem appetitiua inueniuntur in nobis, & paſſiones animæ; vt gaudium, amor, & huiuſmodi; & habitus moraliũ virtutum, vt iuſtitia, fortitudo, & huiuſmodi: Vnde primò conſiderabimus de amore Dei. Secundò, de iuſtitia Dei, & miſericordia eius.

Circa primum quæruntur quatuor.

Primò, Vtrum in Deo ſit amor.

Secundò, Vtrum amet omnia.

Tertiò, Vtrum magis amet vnum, quàm aliud.

Quartò, Vtrum meliora magis amet.

Ratio ordinis articulorum huius quæſtionis.

ORdinem huius quæſtionis ad præcedentes aperit S. Doct. articulorum autem hic eſt ordo. Tractatur primò: quæſtio an eſt, directè, & cũ ea conſequenter quæſtio quid eſt in primo articulo; in quo ex ꝓpria ratione, & formali amoris differentia in ordine ad per ſe primò eius obiectum à cęteris appetitus, & voluntatis actibus oſtenditur amorem Deo formaliter, & propriè conuenire. Deinde in ſecundo artic. agitur de diuino amore in ordine ad obiectum ſecundarium, quod eſt creatura, in tertio, & quarto quæritur, & explicatur modus eiuſdem diuini amoris in ordine ad idem obiectum ſecũdarium. in tertio, quidem quo ad æqualitatem, vel inæqualitatem reſpectu omnium rerum creatarum abſolutè; in quarto verò, & vltimo reſpectu creaturarum, quatenus maiorem, aut minorem habent bonitatem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum amor ſit in Deo.

117 [I]nfra q. 82 [a]. 5. 1. Et 3 [q]. 32 a. 12. [q]. 1 cõt. c. [8]9 90. 91. [9]6. Et [li]b. 4. c. 19

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd amor non ſit in Deo. Nulla enim paſsio eſt in Deo; amor eſt paſsio; ergo amor non eſt in Deo.

2 Præterea: Amor, ira, triſtitia, & huiuſmodi contra ſe diuiduntur; ſed triſtitia, & ira non dicuntur de Deo, niſi metaphoricè; ergo nec amor.

3 Præterea: Dionyſ. dicit 4. cap. de diuin. nom.* Amor eſt vis vnitiua, & cõcretiua. Hoc autem in Deo locum habere non poteſt, cum ſit ſimplex; ergo in Deo non eſt amor. [C]ap. 4 par. 2. & par. pri. non [mu]ltũ ante finem.

Sed contra eſt, quod dicitur 1. Ioan. 4. Deus charitas eſt.

Reſpõdeo. Dicendum, quòd neceſſe eſt ponere amorem in Deo. Primus enim motus voluntatis, & cuiuslibet appetitiuæ virtutis, eſt amor: Cum enim actus voluntatis, & cuiuslibet appetitiuæ virtutis, tendat in bonum, & malum; ſicut in propria obiecta; bonum autem principalius, & per ſe, eſt obiectum voluntatis, & appetitus, malum autem ſecundariò, & per aliud, inquãtùm ſcilicet opponitur bono, oportet naturaliter eſſe priores actus voluntatis, & appetitus, qui reſpiciunt bonum, his qui reſpiciunt malum; vt gaudium, quàm triſtitia; & amor, quàm gaudium. Semper enim, quod eſt per ſe, prius eſt eo, quod eſt per aliud. Rurſus quod eſt communius, naturaliter eſt prius: Vnde, & intellectus per prius habet ordinem ad verum commune, quàm ad particularia quædam vera. Sunt autem quidam actus voluntatis, & appetitus reſpicientes bonum ſub aliqua ſpeciali conditione; ſicut gaudium, & delectatio eſt de bono præſenti, & habito; deſideriũ autem, & ſpes de bono nõdum adepto. Amor autem reſpicit bonum in communi, ſiuè ſit habitum, ſiuè non habitum; vnde amor naturaliter eſt primus actus voluntatis, & appetitus. Et propter hoc omnes alij motus appetitiui præſupponunt amorem, quaſi primam radicẽ. Nullus enim deſiderat aliquid, niſi bonũ amatum; neque aliquis gaudet, niſi de bono amato. Odium etiam non eſt niſi de eo, quod contrariatur rei amatæ. Et ſimiliter triſtitiam, & cætera huiuſmodi, manifeſtum eſt in amorem referri, ſicut in primum principium: Vnde in quocunque eſt voluntas, vel appetitus, oportet eſſe amorem. Remoto enim primo, remouentur alia. Oſtenſum eſt autem* in Deo eſſe voluntatem: vndè neceſſe eſt in eo ponere amorem. q. 19. art. 1.

Ad primum ergo dicendum, quòd vis cognitiua non mouet, niſi mediante appetitiua: & ſicut in nobis ratio vniuerſalis mouet mediante ratione particulari. vt dicitur 3. de Anima;* ita appetitus intellectiuus, qui dicitur voluntas, mouet in nobis, mediante appetitu ſenſitiuo: vnde proximum motiuum corporis in nobis eſt appetitus ſenſitiuus: Vnde ſemper actum appetitus ſenſitiui concomitatur aliqua tranſmutatio corporis, & maximè circa cor, quod eſt primum principium motus in animali; Sic igitur actus appetitus ſenſitiui, inquantùm habent tranſmutationem corporalẽ annexam, paſsiones dicuntur, non autem actus voluntatis; Amor igitur, & gaudium, & delectatio, ſecundùm quod ſignificant actus appetitus ſenſitiui, paſsiones ſunt: non autem, ſecundùm* quòd ſignificant actus appetitus intellectiui, & ſic ponuntur in Deo: Vnde dicit Philo- Tex. 57. & 58. to. 2. D. 978.

Lib. 7. Ethic. ca. vlt. ad fin. to 5 Philoſoph. in 7. Ethic.* quòd Deus vna, & ſimplici operatione gaudet, & eadem ratione ſine paſsione amat.

Ad ſecundum dicendum, quòd in paſsionibus ſenſitiui appetitus eſt, conſiderare aliquid quaſi materiale, ſcilicet corporalem tranſmutationem, & aliquid quaſi formale, quod eſt ex parte appetitus: Sicut in ira, vt dicitur in 1. de Anima;* materiale eſt accenſio ſanguinis circa cor, vel aliquid huiuſmodi; formale verò, appetitus vindictæ. Sed rurſus ex parte eius, quod eſt formale, in quibuſdam horum deſignatur aliqua imperfectio; ſicut in deſiderio, quod eſt boni non habiti; & in triſtitia, quæ eſt mali habiti, & eadem ratio eſt de ira, quæ triſtitiam ſupponit. Quædam verò nullam imperfectionem deſignant, vt amor, & gaudium; Cū igitur nihil horum Deo conueniat ſecundùm illud, quod eſt materiale in eis, vt dictum eſt:* illa, quæ imperfectionem important, etiā formaliter, Deo conuenire non poſſunt, niſi metaphoricè propter ſimilitudinem effectus, vt ſupra dictum eſt.* Quæ autem imperfectionem non important, de Deo propriè dicuntur, vt amor, & gaudium, tamen ſine paſsione, vt dictum eſt.*

Lib. 1. de anima. tex tu 15. & 63 64. tom. 2.

Ad præced argum.

Q. 3. art. 2. ad 2. & q. præced. artic. 11.

In illo art. & b. præced. 11. ar.

Ad tertium dicendum, quòd actus amoris ſemper tendit in duo, ſcilicet in bonum, quod quis vult alicui; & in eum, cui vult bonū. Hoc enim eſt propriè amare aliquem, velle ei bonum: Vnde in eo, quòd aliquis amat ſe, vult bonum ſibi. Et ſic illud bonum quærit ſibi vnire, inquantùm poteſt. Et pro tanto* dicitur amor vis vnitiua, etiam in Deo; ſed abſque cōpoſitione; quia illud bonum, quod vult ſibi, nō eſt aliud, quàm ipſe, qui eſt per ſuam eſſentiā bonus, vt ſupra oſteſum eſt.* In hoc verò, quòd aliquis amat alium, vult bonum illi. Et ſic vtitur eo tanquam ſeipſo, referens bonum ad illum, ſicut ad ſeipſum. Et pro tanto dicitur amor vis concretiua; quia alium aggregat ſibi, habens ſe ad eum ſicut ad ſeipſum. Et ſic etiam amor diuinus eſt vis concretiua abſque compoſitione, quæ ſit in Deo, inquantùm alijs bona vult.

D. 105.

q. 6. art. 2.

Forma Textus.

Conclusio eſt. Neceſſe eſt ponere amorem in Deo. Probatur: In quocunque eſt voluntas, vel appetitus, oportet eſſe amorem; at in Deo eſt voluntas; ergo neceſſe eſt in eo ponere amorem. Minor patet ex quæſt. præcedente. Maior probatur: Amor eſt primus actus voluntatis, & cuiuslibet appetitiuæ virtutis; ergo in quocunque &c. Antecedens probatur: Actus voluntatis, et cuiuslibet appetitiuæ virtutis tendunt in bonum, & malum, & tendentes in bonum naturaliter ſunt priores ijs, qui tendunt in malum, & rurſus tendentes in bonum

A *in communi naturaliter præcedunt eos, qui reſpiciunt bonum ſub aliqua ſpeciali conditione; ſed amor reſpicit bonum in communi; ergo. Maior clarè probatur in textu quo ad vtramque partem. Minor probatur; quia amor reſpicit bonum, ſiuè ſit habitum, ſiuè non habitum. Secundò probatur idem antecedens à poſteriori; quia nullus deſiderat aliquid, niſi bonum amatum; &c. vt in textu.*

Expoſitio Textus.

Si, quæ in præſenti quæſtione, ac præſertim in hoc primo eius articulo diſputantur, diligen-
B ter prout materia poſtulat, eſſent explicanda, huc eſſent plurima ex alijs Angelicæ doctrinæ locis, nec ſatis oportunè, nec vtiliter transferenda; qui tamen earum difficultatū, quæ ſummatim in hoc, & ſequentibus examinantur articulis, vberiorem explicationem deſiderat, videat, quæ ſcribit S. D. 1. ſecundæ quæſt. 25. & ſequentibus vſque ad vigeſimamnonam incluſiuè, & primo cont. gent. capit. 89. & ſequentibus cum expoſitione Ferrarienſis, & alijs loci s ad marginem horum articulorum notatis, legat etiam, quæ hic notant Caietanus, & Zumellus de obiecto, & ordine amoris ad reliquas animi affectiones.

C

Controuerſia Vnica.

An Deo formaliter, & propriè conueniant affectiones odij, fugæ, deſiderij, & iræ.

Sententiæ Expoſitorum.

Molina ſuper hoc art. ait D. Thom. ex affectibus, quos recenſet in 1. 2. quæſt. 23. ſolos tres Deo propriè tribuere, prout ſunt actus voluntatis, ſcilicet amorem, & gaudium circa bonum; odium verò, ſeu deteſtationem circa malum. Molina.

D Vaſquez enumeratis paſsionibus de quibus agit S. Doct. prima ſecundæ quæſt. 25. quę ſunt; amor, odium, deſiderium, fuga, ſpes, deſperatio, timor, gaudium, ſeu delectatio, & triſtitia. Ex his affirmat amorem, & gaudium Deo propriè conuenire; deſiderium autem non reſpectu proprij, ſed alieni boni Deo congruere, & fugam, non quæ malum aliquod Deo futurum reſpiciat, ſed quæ rei creatæ malum refugit imminens, ſiuè futurum. Denique odium, non ſolùm peccati, ſed etiam peccatoris Deo decernit propriè, & formaliter conuenire. Eandem ſententiam ſequitur Suarez lib. 3. de attributis Dei cap. 7. Idem in Opuſc. diſp. de Diuina iuſtitia, ſect. 5. num. 2. ſentit iram in ſuo conce-
E ptu formali nullam includere imperfectionem, ac proinde Deo, & beatis formaliter, & propriè conuenire.

Vaſquez.

Suarez.

Sed odium in Deo formaliter nō eſſe docet expreſsè D. Thom. in primo cont. gen. cap. 96. & ibidem eius expoſitor Ferrarienſis, & Capreolus in primo diſt. 45. quæſt. 1. quòd idem etiam oſtendemus de mente eiuſdem Angelici Doctoris de deſiderio, fuga, & ira, tā reſpectu Dei, quàm creaturę.

S. Tho. Ferrarien. Capreol.

Reſo-

Digitized by Google

Reſolutio.

Oſtenditur ex doctrina S.Thom. actum odij in Deo formaliter, & propriè non eſſe.

S. Thom. — Zach. 8. — Pſalm. 5. — Sap. 11.

DVo docet Angelicus Doctor, de actu odij in allegato capitulo 96. primi cont. gen. Primũ eſt, odium Deo propriè, & formaliter non conuenire, quod ibidem probat quatuor efficaciſsimis argumentis. Secundum eſt, Deum dici ſimilitudinariè aliqua odiſſe; & hoc dupliciter. Vno modo, quatenus Deus amando res, & volens earum bonum, vult contrarium bono, ſcilicet malum nõ eſſe; quo fit, vt malorum odium habere dicatur, iuxta illud Zach. 8. *vnuſquiſque malum contra amicum ſuum ne cogitetis in cordibus veſtris, & iuramentum mendax ne diligatis: Omnia enim hæc ſunt, quæ odi, dicit Dominus.* Hæc autem (inquit S.Thom.) non ſunt effectus, vt res ſubſiſtentes, quorum proprium eſt odium, vel amor. Alio modo dicitur quædam odiſſe Deus, quorum vult punitionem, vel corruptionem, iuxta illud, Pſal. 5. *Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem. perdes omnes, qui loquuntur mendacium; virum ſanguinũ, & doloſum abominabitur Dominus.* cum tamen hic ſit magis actus amoris; quo vult maius bonum, puta iuſtitiæ, vel ordinis vniuerſi, quod eſſe non poteſt ſine priuatione minoris boni. Ad cuius Doctrinæ explicationem ſciendum eſt primò, ex eodem S.Doctore de malo quæſt. 12. ar. 4. obiectum odij eſſe malum ſub ratione mali, Diſtinguitur enim odium ab ira, quòd odium quærit malum, proximi ſub ratione mali, & ſic per ſe fertur in malum; ſed ira non quærit malum proximi, niſi ſub ratione boni, quod eſt iuſtum vindicatiuũ. Vnde ſubdit ibidem. S.Doct. *Illud quod facit odium, & inuidia per ſe intendens ad malum, vel impedimentum boni, hoc facit ira per ſe intendens ad bonum, per accidens autem ad malum:* Cum itaque Deus nulli rei velit malum ſub ratione mali, ſed tantùm ſub ratione boni, vt dictum eſt, ſequitur Deum formaliter, & propriè nihil odio habere, ſed vniuerſa diligere; vt dicitur Sap. 11. *Diligis omnia, quæ ſunt, & nihil odiſti eorum, quæ feciſti.*

[Quo]modo volũ[tas] velit [ma]lũ ſub [rat]ione ma[li]. — Ferrarien.

Sed quomodo voluntas, cuius obiectum eſt bonum, poſsit velle malum ſub ratione mali, ſubtiliter explicat Ferrarienſis in dicto cap. 96. vbi duplicem diſtinguit rationem formalem in quolibet operationis obiecto, ſcilicet communem, & particularem. Communis eſt illa, ſub qua refertur obiectum ad potentiam, quæ dici poteſt ratio formalis per modum mouentis; quia nihil poteſt mouere potentiam, niſi ſub illa ratione; ſicut cum videtur album, ratio formalis communis per modum mouentis eſt color; quia album non mouet viſum, niſi ſub ratione colorati, à quo vt obiecto proprio, & adæquato ſpecificatur viſiua potentia. Particularis autem ratio formalis ea eſt, qua vna operatio ab alia ſpecificè diſtinguitur: ſicut ratio albi ſpecie diſtinguit viſionem ab ea, quæ terminatur ad nigrum; Erit igitur hæc ratio formalis obiecti per modum terminantis. Conſideranda eſt itaque in obiecto voluntatis quo ad actum proſequutionis, eadem rationis formalis diſtinctio: Nam communis ratio formalis per modum mouentis eſt ratio boni; cum nihil poſsit eſſe volitum, aut appetitum, niſi ſub ratione boni. Particularis autem ratio per modum terminantis eſt cuiuſcunque voliti ratio formalis, ſecundùm quam vna volitio ſpecificè diſtinguitur ab alia; ſicut volitio ſanitatis, quatenus terminatur ad ſanitatem, ſpeciè diſtinguitur à volitione ſapientiæ, quatenus ad ſapientiam terminatur.

Quamuis itaque volũtas nihil velle poſsit actu proſequutiuo, niſi ſub ratione boni, ſi ſermo ſit de ratione formali per modum mouentis; quia bonũ, cum ſit adæquatum voluntatis obiectum, habet rationem mouentis; poteſt tamen voluntas velle malum ſub ratione mali, ſi ſermo ſit de ratione particulari per modum terminantis. Et in hoc ſenſu dixit D.Thom. odium quærere malum proximi ſub ratione mali; & per ſe in malum ferri; quia nimirum actus odij primò fertur in malum, vt malum eſt proximo volitum, & ad illud per ſe terminatur; in quo diſtinguitur ab ira; quæ licèt malum proximi quærat, non fertur tamen primò, & per ſe ad rationem mali, ſed ad rationem iuſti vindicatiui; Et quia diuina voluntas vtroque modo reſpicit in quolibet actu Dei bonitatem, ſcilicet per modum mouentis, & per modum terminantis; cũ non poſsit diuina voluntas aliquid velle, niſi prout in ipſo manifeſtatur diuina bonitas, nec ab alio ſpecificari poſsit, quàm ab ipſa Dei bonitate; conſequens eſt Deum nulli velle poſſe malum ſub ratione mali, & conſequenter in eum odium cadere nõ poſſe. Eſt ergo differentia inter volũtatem noſtrã, & voluntatem Dei, quòd noſtra voluntas poteſt primo, & immediatè ad malum terminari, volendo alicui malum ſub ratione mali, ſed diuina volũtas; quia ſuæ volitionis actu bonitatem communicat, non poteſt primò, & immediatè ad malũ terminari, & velle malũ ſub ratione mali, licèt quandoque ſecũdariò velit malum, puta corruptionis, vel pœnæ; quia vult ordinem naturæ, & iuſtitiæ ſeruari. Nec actio diuina, prout à Deo procedit, cõtrarium habet, in quod remouendum primo, & immediatè tendat, ſicut actio agentis creati, quæ cõtrarij patitur reſiſtentiam; eſt enim actio Dei efficaciſsima, cuius virtuti nihil eſt, quod reſiſtat, ſed obediunt vniuerſa. Videndus eſt S.Thom. in allegato cap. 96. ratione ſecunda, & ibi Ferrarienſis.

Mẽs D.Th. — Caiet.

Secundò conſiderandum eſt ex Caiet. 1. 2. q. 29. art. 1. quòd, quemadmodum diſtinguitur amor in amorem amicitiæ, & amorem concupiſcentiæ, ita diſtinguitur odium in odium inimicitię, & odium abominationis; & ſicut, ex hoc, quòd amare eſt uelle bonum alicui, duo includuntur in amoris obiecto; ſcilicet bonum, quod eſt alteri volitum, & perſona, cui bonum eſt volitum; ita ex hoc, quòd odiſſe eſt velle malum alicui, duo clauduntur in obiecto odij, ſcilicet malum alteri volitum, & perſona cui volitum eſt malum. Diſsimilitudo tamẽ eſt proportionalis, inter amorem, & odium, quòd amor amicitiæ, & concupiſcentiæ vniformiter ſe habent ad vtrumque, ſcilicet ad bonum volitum, & ad

Amor amicitię, & cõcupiſcentiæ. Odiũ inimicitiæ, & abominationis.

& ad perſonam, cui bonum vult, cum vtrumque reſpiciant per modum affirmationis, ſeu conſonãtiæ. Sed odium inimicitiæ, & odium abominationis diſformiter reſpiciunt malum, & perſonam: Nam odium inimicitiæ reſpicit perſonam per modum negationis, & diſſonantiæ, malum autem per modum affirmationis, & conſonantiæ; cum enim quis odio proſequitur alterum, ab affectu ſuo reijcit illũ, & ab eo diſcordat; ſed malis, quæ illi vult, maximè conſonat, ſuoque illa approbat, & quaſi affirmat affectu. Odium autem abominationis ꝑſonam reſpicit per modum affirmationis, & conſonantiæ, malum autem per modum negationis, & diſſonantiæ: Nam, cùm aliquis odit flagella, & quæuis alia mala, diſſonat ab illis, & ea ab affectu ſuo abnegat; ſed perſonam, ſiue propriã, ſiuè alienam, cui ea nollet, affirmat affectu, & illi cõſonat. Et quemadmodum bonum alteri volitum eſt obiectum amoris concupiſcentiæ, perſona verò, cui volitum eſt bonum, eſt obiectum amoris amicitiæ; ita malum, quod eſt alteri volitum, eſt ſecundùm ſe obiectum odij abominationis; perſona verò, cui malum eſt volitum, eſt obiectum odij inimicitiæ; & ſicut abſolutè, & propriè loquendo amor eſt ad rem ſubſiſtentem, cui volumus bonum; ita ſimpliciter, & propriè loquendo odium eſt ad rem ſubſiſtentem, cui volumus malum.

Qualis ſit diſtinctio, tam amoris, quàm odij.

Et quemadmodum diſtinctio amoris in amorẽ amicitiæ, & amorem concupiſcentiæ non eſt diuiſio amoris ſecundùm ſe, ſed ſecundùm diuerſimode amata, ſeu ſecundùm diuerſos amandi modos, cum vnus, & idem amor ſit amicitiæ reſpectu amici, & concupiſcẽtiæ reſpectu boni illi voliti, vt aduertit Caietanus 1.2. quæſt. 26. artic. 4. ita diſtinctio odij in odium inimicitiæ, & abominationis non eſt diſtinctio odij ſecundùm ſe, ſed ſecundùm ea, quæ diuerſo modo habentur odio; non quòd odium inimicitiæ, & abominationis concurrant in vnum actum; oppoſitum enim iam ſupra diximus; ſed ob hãc præcipuè cauſam; quia nec actus ille, qui odium eſt inimicitiæ, qui perſonam reſpicit per modum diſſonantiæ, eſt ſine appetitu mali per modum conſonantiæ, modo ſuperius expoſito, qui tamen appetitus mali non pertinet ad odium abominationis, ſed magis (ſi ſic liceat loqui) ad odium concupiſcentiæ. Quamuis enim malum ſecundùm ſe ſit obiectum abominationis, quatenus tamen includitur in obiecto inimicitiæ, amorem terminat inimicitiæ, vt priuatio boni inimico cõcupita. Nec odium abominationis eſt ſine actu voluntatis erga rem ſubſiſtentem, hic verò non eſt, niſi actus amoris, quo non ſolùm nobis, aut amicis bona cõcupiſcimus, ſed malis etiam omnibus perfectioni, & fęlicitati cõtrarijs carere volumus. Et ex his patet ſoliditas ac profunditas illius doctrinæ, quam paulo ante retulimus ex D. Thom. Cum enim amor amicitiæ, & concupiſcentiæ ſint vnus actus ſola ratione diſtinctus, qui, ut amicitię eſt, perſonam reſpicit; vt autem eſt concupiſcentiæ, in bonum illi volitum fertur, non erit amor ꝓpriè, niſi rei ſubſiſtentis, quam primò reſpicit, & cui perfectionem, ſiue bonum appetit; & ſimiliter

Caiet.

A odium, ſiuè ſit inimicitiæ, ſiuè abominationis, in rem tantùm ſubſiſtentem propriè fertur; nam, ſi ſit inimicitiæ, perſonam primò reſpicit, ſi verò fuerit abominationis, cum amore coincidit, quo malum omne à nobis, & amicis lõgè abeſſe volumus: iam autem diximus, amorem propriè, ac primò rẽ ſubſiſtentem, ſcilicet perſonam amatam reſpicere.

Odium de Deo dictũ eſt actus amoris.

Propriè igitur, & ſimpliciter loquendo non erit in Deo actus odij abominationis, ſed actus amoris. Odium autem inimicitiæ, quæ ſupra diximus, additis quatuor rationibus D. Thom. in dicto capit. 96. ſufficienter excludunt: Nam, ſicut ante dictum eſt, B Diuina voluntas ad malum formaliter nunquam terminatur ſub ratione mali, ſicut volũtas creata; ſed tantùm ſub ratione ſuæ bonitatis, non vt obiecti tantùm ſecũdùm rationem formalem motiui, ſed prout rationem habet omnis diuinæ volitionis terminatiui; non enim dicitur Deus odiſſe peccatum, & peccatores, niſi eodem illo amoris actu, quo propriã diligit bonitatem, & rerum omnium ordinationem ad ipſam, & quo vult omnes homines ſaluos fieri; adeo vt abominatio, qua dicitur Deus odiſſe peccata, & eadem ratione peccatores, propriè quidem, & formaliter ſit actus amoris ex Dei bonitate, vt ratione mouente C procedens, & eandem, vt terminandi rationem attingẽs. Nos autem, quorum volitio multiplex eſt, & iuxta diuerſas rerum volitarum naturas, ſiuè rõnes formales poſitiuas; aut priuatiuas, ad quas terminatur, diuerſas etiam acquirit ſpecificas differentias, poſſumus, non tantùm bonum ſub ratione boni, ſed etiam malum ſub ratione mali alicui velle, & ſecundùm ſe abominari; ita vt volitionis actus primò, & per ſe terminetur ad malum ſub ratione mali modo ſuperius explicato. Et hæc eſt ſẽtentia, quam vbique docuit S. Thom. quidquid dicant Vaſquez, & Suarez, quæ iactis innixa fundamentis aduerſariorum facilè diluet argumenta.

D

Probatur ex doctrina D. Tho. actus deſiderij, & fugæ, ſiuè abominationis Deo non conuenire.

NVnc de deſiderio, & fuga quærendum eſt, an propriè, & formaliter inſint diuinę voluntati, ſaltem ea ratione, qua bonum vult quibuſdam eorum reſpectu futurum, & mali deuitationẽ quibuſdam appetit. Sed quæſtionem hanc ſoluit optimè S. Thom. in hoc articulo ad ſecundum; vbi negat deſiderium Deo conuenire; quia, cum deſiderium ſit boni non habiti, in eius formali conceptu deſignatur imperfectio, quam rationem latius ex- E tendit in primò contra gent. cap. 89. & eſt 7. in ordine. Sed dicunt D. Thom. negare tantùm, voluiſſe Deo ineſſe deſiderium reſpectu proprij boni, quod in eo ab æterno perfectiſsimum eſt, non autem reſpectu boni, quod nobis appetit. Sed nõ poteſt hęc gloſſa ſubſiſtere, cum eiuſdem. S. Thomæ doctrina in 2.2. q. 17. art. 3. vbi quærit: an aliquis poſſit alteri ſperare beatitudinem, & reſpondens ait, differẽtiam eſſe inter amorem, & ſpem, quòd amor vnionem quãdam importat amantis ad amatum, ſpes autem

S. Thom.

Digitized by Google

autem motus, ſiuè, protenſio quædam eſt appetitus in bonum arduum; vnio autem aliquorum diſtinctorum eſt: & ideo poteſt amor alium directè reſpicere, quem ſibi per amorem vnit habēs eum, ſicut ſeipſum; At motus ſemper eſt ad proprium terminum mobili proportionatum, & ideo ſpes directè reſpicit proprium bonum, non autem, quod ad alium pertinet; ſed præſuppoſita vnione amoris ad alterum, iam poteſt aliquis alteri ſperare, & deſiderare vitam æternam, quatenus vnitus eſt ei per amorem. Conuenit autem in hoc deſiderium cum ſpe, quòd vtrumque eſt motus appetitus in bonum futurum; igitur, quemadmodum ſpes directè reſpicit proprium bonū, nec fertur in alterius bonum, niſi quatenus ſperans vnum eſt cum eo, cui ſperat bonum, ita deſiderium directè propriū reſpicit bonum; alterius verò; non niſi quatenus, cui deſideratur bonum, vnum eſt cum ipſo deſiderante; igitur ſperans formaliter loquendo ſibi ſemper ſperat, & deſiderās formaliter ſibi ſemper deſiderat.

Cum itaque deſiderium ex ſui ratione tendat in bonum à deſiderante non habitum, ſi quis tantæ fuerit perfectionis, vt omnem perfectionem, ac bonum cumulatè poſsideat, ferri non poterit eius affectus in bonum ſub ratione futuri, vel non habiti. Talis autem Deus eſt, cui, cum ſit bonitas per eſſentiam ſupereminenter continens omne bonū, nulla poteſt fieri bonitatis additio, nec rõne ſui, nec ratione cuiuſuis rei per actum amoris illi copulatæ. Sicut nobis contingit, quibus ex amicorū bonis, quatenus per amorem nobiſcum vnum sūt, fit nouæ quædā fęlicitatis acceſsio; actus ergo deſiderij Deo cõgruit. Nam, cui repugnat rõ formalis obiecti alicuius actus, neceſſe eſt & actū ipſū pariter repugnare; At Deo repugnat ratio formalis obiecti deſiderij; ergo, & ipſum deſiderium. Maior eſt per ſe nota. Minor iam probata eſt, & cõfirmatur; quia obiectum formale, & per ſe primò deſiderij eſt bonum proprium; alterius autem bonū materiale quod eſt in obiecto deſiderij; cum non deſideretur, niſi quatenus induit rationem proprij; igitur, cum Deo repugnet actus deſiderij ratione ꝓprij boni, repugnat etiam idem actus ratione alieni boni. Et ex his patet neque actum fugæ formaliter poſſe Deo congruere: Nam ſecundùm ſeipſū Deus non eſt mali capax, quòd autem quorūdam mala nolle dicatur, pertinet ad amorem, quo rebus omnibus appetit bonitatem ad ſuæ maieſtatis gloriam vniuerſis mente præditis declarādam. Terminatur itaque diuinæ voluntatis actus ad ſolam Dei bonitatem vt rationē terminandi, & (humano more loquendo) ſpecificandi; cætera verò ſub ratione termini continentur materialiter, ac proinde formaliter, & propriè non ſpecificant, aut denominant actus illius.

Oſtenditur iram in Deo formaliter, & propriè non eſſe.

IAm verò de actu iræ ſupereſt poſtremò dicendum, an formaliter, & propriè Deo conueniat. Et quidem Angelicus noſter doctor hic in reſpon-

A ſione ad ſecundum argumentum difficultatē hanc paucisſimis verbis abſoluit dicens, iræ nomine duplicem imperfectionem ſignificari; vnam quo ad id, quod in ira materiale eſt; hoc verò eſt accenſio ſanguinis circa cor; aliud autem quo ad rationem eius formalem; & hoc eſt triſtitia, quam ſupponit ira; vt enim ait idem in 1.2.q.46.art.1. non inſurgit motus iræ, niſi propter triſtitiam illatam, & niſi adſit, deſiderium, & ſpes vlciſcendi; quod idem apertius explicat, quæſt.47.art.3. Triſtitiam autē iræ nomine, vt eius originem denotari, ex eo conuincitur, quòd remota ab ira dependentia, quam habet à triſtitia, iam nō erit ira, ſed actus ſimplex B iuſtitiæ vindicatiuæ; cuius ratio quamuis in ira claudatur, non ſufficit tamē ad eius rationem ſpecificam, prout à cęteris affectionibus diſtinguitur conſtituendam; alioquin omnis actus internus vindicatiuæ iuſtitiæ ad iram formaliter pertineret; quod nec Ariſt. nec vllus verè ſapiens hucuſque dixit; Claudit igitur actus iræ in formali ſuo conceptu ordinem ad illatam ab offendente triſtitiam, ſine quo nec eſſe, nec intelligi poteſt.

Ex quo patet, quomodo intelligendum ſit id, quod ait S.Doct.1.2.q.47.artic.1.ad primum, videlicet iram non dici in Deo ſecundùm paſsionem animi, ſed ſecundùm iudicium iuſtitiæ, prout vult C vindictam ſumere de peccato; non enim intendit ſignificare affectum iræ propriè, & formaliter Deo conuenire; ſed aliquid tantùm ad perfectionē pertinens, quod in ratione iræ clauditur; cum autem ait in corpore eiuſdem articuli iram eſſe appetitū nocendi alteri, ſub ratione iuſti vindicatiui, intelligendum eſt iuxta præmiſſa in articulo primo, q.46.vbi dixerat non inſurgere motum iræ, niſi propter illatam triſtitiam, quod hic etiam affirmat in reſp. ad ſecundum: Vnde etiam ſupra quæſt.19.art.11.dixit iram nunquam propriè de Deo dici. Sequitur ſecundò quæſtionem hanc non eſſe de nomine tantùm, vt dixit Suarez. Contra Suarez. Poſtremò ſequi- D tur triſtitiam, quam præſupponit, ac reſpicit ira, non eſſe quid extrinſecum ab eius diffinitione, aut materiale, vt idem autor affirmat, ſed ab ea eſſentialiter reſpici, & ſine ea nec diffiniri, nec concipi poſſe; quemadmodum calefactio, & dealbatio eſſentialiter reſpiciunt formas, quæ ſunt eorum principia, à quibus ſpecificantur, vt ait S.Doct.1.2.q.1.art.3. S. Thom. ſicut etiam motus voluntatis eſſentialem habent ordinem ad apprehenſionem intellectus, à qua nō ſolùm formaliter, ſed etiam effectiuè quodammodo cauſantur. Adde præterea triſtitiā non ſolùm, vt cauſam quaſi efficientem ab ira reſpici, ſed etiam, vt obiectum; cum iraſcamur de dolore, E & triſtitia nobis illata: conſtat autem actum habere eſſentialem ordinem ad obiectum.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio. Odium propriè, & formaliter reſpectu peccati, aut peccatoris in Deo non eſt.

Secunda concluſio: Actus deſiderij non cõuenit Deo reſpectu proprij, nec reſpectu alieni boni.

Tertia

Digitized by Google

Tertia concluſio. Actus fugæ, ſiuè abominationis cuiuſcunque futuri mali, ſiuè proprij (quod de Deo nefas eſt cogitare) ſiuè alieni, Deo non conuenit propriè, & formaliter loquendo.

Quarta concluſio. Ira propriè, & formaliter nō eſt in Deo.

Vltima concluſio: prædicta omnia, vel ſingula, ſi in ſacris litteris, aut patribus de Deo dicta inueniantur, metaphoricè interpretanda ſunt. Hæc ſequitur ex prædictis, & eſt expreſsè D.Thom. locis ſuperius allegatis.

Argumenta, & ſolutiones.

Vaſquez. CONtra primam concluſionem argumentatur Vaſquez. Primò, S.Thom. in ſecundo articulo in reſponſione ad quartum, planè, & abſque vlla limitatione docuit Deum odio habere peccatores, non quatenus creaturæ ipſius ſunt, ſed quatenus per peccatum à rectitudine deficiunt.

Reſpondetur D.Thomam ſeipſum expoſuiſſe in primo cont.gent.capit.96. ſupra relato, vbi docet ſcripturas odium Deo attribuentes, de odio per ſimilitudinem eſſe interpretandas, in dicta verò reſponſione ad quartum loquebatur in ſenſu ſacræ ſcripturæ. Pſal.5. dicentis. *Odiſti omnes qui operantur iniquitatem*; quem eſſe metaphoricum in dicto capitulo declarauit. Pſal. 5.

Secundò. Deus non tantùm vult homini peccatori pęnam, ſed etiam illi vult vt illius malum eſt, & ex diſplicentia ipſius; ergo ipſum proſequitur odio inimicitiæ; Conſequentia patet ex diffinitione odij inimicitiæ. Antecedens probatur primò quo ad illam particulam, *ex diſplicentia ipſius*: Nā, licèt perſona ipſa, quatenus homo, & creatura Dei eſt, Deo non diſpliceat, diſplicet tamen, quatenus peccatis fędata eſt; vt autem ſit odium creaturæ velle illi malum, ſatis eſt, ſi peccator ipſe diſpliceat aliqua ratione, & ob eam moueatur affectus ad volendum illi malum, vt malum illius eſt; ergo. Secundò probatur idem antecedens quo ad priorem partem; Quia Deus infligit peccatori mortē, & alia mala, prout habent veram rationem pęnæ; Sed pęna vt pęna, eſt malum illius, qui illam patitur; ergo vult Deus peccatori malum vt malum illius eſt.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens quo ad vtranque partem. Ad probationem poſterioris partis negatur aſſumptum; ſi ſermo ſit de diſplicentia, quæ reſpectu culpæ idē eſt, quod fuga, vel abominatio propriè dicta; iam enim probatum eſt, actum illum diuinæ voluntatis, qui fertur in peccatores, & peccata, actū amoris formaliter eſſe, per ſimilitudinem autem odium, ſiuè abominationem nuncupari, ob duas illas cauſas, quas aſſignat S. Thom. in dicto capit. 96. Ad probationem prioris partis, patet reſpōſio ex eadem doctrina ſuperius explicata; non enim vult Deus pęnam peccatori ſub ratione mali formaliter, ſed ſub ratione boni, puta iuſtitiæ &c.

Replica Vaſquezij. Sed contra hanc reſponſionem argumentatur Vaſquez. Quòd in malo pęnæ volito cōſideret Deus rationem boni iuſtitiæ, vel aliquid aliud, non obſtat, quo minus velle illud malum ex diſplicentia perſonæ verè, & propriè ſit odium inimicitiæ; ad rationem enim pęnæ nō requiritur, vt illud malum ſit volitū ſine vlla ratione boni, hoc enim eſt impoſsibile, etiam in nobis, ac proindè, ſi requireretur, nec affectio odij in nobis eſſet.

A

Reſpondetur primò, in Deo non eſſe diſplicentiam perſonæ formaliter; vt dictum eſt. Secundò, ad rationem odij inimicitiæ requiri, vt illud malū ſit volitum, ſine vlla ratione boni, quæ ſit ratio terminandi volitionem, quamuis non poſsit eſſe volitum abſque ratione boni, prout eſt ratio mouendi.

B

Contra eandem concluſionem argumentatur Suarez. Primò. Etiam accidentia odio habentur; ergo, quod peccatum non ſit ſubſtantia, ſed accidens, vel per modum accidentis, ſeu actus parum refert; ergo poteſt Deus illud odio habere. Antecedens probatur: quoniam nos odimus ægritudinem, & ipſum peccatum, quæ ſunt quædam accidentia. Suarez.

Reſpondetur: Antecedens verum eſſe in nobis, non autem in Deo, vt oſtenſum eſt.

Secundò. Illud odio habetur, quod ſecundùm ſe ita diſplicet, vt eius deſtructio appetatur, ſed voluntati diuinæ maximè diſplicet peccatum ratione ſuæ malitiæ, ob quam illud deſtrui cupit; ergo in Deo eſt verum, ac proprium odium peccati, & conſequenter etiam odium peccatoris, non vt homo eſt, ſed vt peccator eſt.

C

Reſpondetur: actum illum, quo Deus cupit peccatum deſtrui, eſſe formaliter, & propriè actum amoris; vt ſæpè dictum eſt ex D.Thom. vnde ad argumentum dicitur, falſam eſſe maiorem vniuerſaliter ſumptam, prout etiam ad actum diuinæ voluntatis extenditur, vt ſupra probauimus: Nec verum eſt, quod ibidem ait Suarez; nimirum D.Tho. in articulo ſecundò ad quartum, ſentire cum proprietate eſſe, intelligendas ſcripturas, quæ dicunt Deum odio habere impium, & impietatem eius, & mirum eſt hoc illi attribui, cum eas tam perſpicuè declarauerit in dicto cap. 96.

D

Contra ſecundam, & tertiam concluſiones argumentatur Vaſquez. Primò. Deus nobis ardenter deſiderat bonum, hoc eſt, ut iuſtè, & piè viuamus; & fugit oppoſitum; ſcilicet ſceleratam, & flagitioſam vitam, quam in nobis videt futuram; ergo, eodem medio utitur Suarez. Vaſquez.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens propriè, & formaliter de deſiderio, & fuga ſumptum; vt patet ex dictis.

Contra eandem ſecundam Concluſionem argumentatur Suarez. auct. Apoſtoli primæ ad Tim. 2. *Deus vult omnes homines ſaluos fieri*, quod dictū intelligitur de voluntate inefficaci, & conditionata, ſiuè de uelleitate, quæ eſt actus deſiderij. Suarez.

E

Reſpondetur velleitatem illam non eſſe actum deſiderij, quid autem ſit, diximus quæſt. 19. art. 6. Suarez.

Contra quartam concluſionem profert Suarez primò, auct. S.Thom. 1.2. q.47. art. 1. ad primum, cuius mentem perſpicuè declarauimus.

Secundò. Aſſumit principium quoddam ſuperius

Digitized by Google

rius confutatum, nempè triſtitiã eſſe quid extrinſecum, & materiale reſpectu iræ, nec aliud mediũ ex eius diſcurſu colligitur.

ARTICVLVS II.

Vtrum Deus omnia amet.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd Deus non omnia amet. Quia ſecundùm Dionyſ. 4. cap. de diu. nom. Amor amantem extra ſe ponit, & eum quodammodo in amatum transfert. Inconueniens aũt eſt dicere, quòd Deus extra ſe poſitus, in alia transferatur; Ergo inconueniens eſt dicere, q Deus alia à ſe amet.

2 Præterea: Amor Dei æternus eſt; ſed ea, quæ ſunt alia à Deo, non ſunt ab æterno, niſi in Deo; ergo Deus non amat ea, niſi in ſeipſo; ſed ſecundùm quòd ſunt in eo, non ſunt aliud ab eo; ergo Deus non amat alia à ſeipſo.

3 Præterea: Duplex eſt amor, ſcilicet concupiſcentiæ, & amicitiæ; * ſed Deus creaturas irrationales non amat amore concupiſcentię; quia nullius extra ſe eget. Nec etiam amore amicitiæ; quia non poteſt ad res irrationales haberi, vt patet per Philoſophum in 8. Ethic. * ergo Deus non omnia amat.

4 Prę. In Pſal. dicitur; Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem: Nihil autẽ ſimul odio habetur, & amatur; ergo Deus non omnia amat.

Sed contra eſt, quod dicitur Sap. 11. Diligis omnia quæ ſunt: & nihil odiſti eorũ, q feciſti.

Reſpondeo. Dicendum, quòd Deus omnia exiſtentia amat: nam omnia exiſtentia, inquantùm ſunt, bona sũt. Ipſum enim eſſe cuiuslibet rei, quoddam bonum eſt, & ſimiliter quælibet perfectio ipſius. Oſtenſum eſt autem ſupra, * quòd voluntas Dei eſt cauſa omnium rerum: Et ſic oportet, quòd intantùm habeat aliquid eſſe, aut quodcunque bonũ, inquantùm eſt volitum à Deo; Cuilibet igitur exiſtenti, Deus vult aliquod bonũ; vnde, cùm amare nil aliud ſit, quàm velle bonum alicui, * manifeſtum eſt, quòd Deus omnia, quæ ſunt, amat; non tamen eo modo, ſicut nos; Quia enim voluntas noſtra non eſt cauſa bonitatis rerum, * ſed ab ea mouetur, ſicut ab obiecto; amor noſter, quo bonũ alicui volumus, non eſt cauſa bonitatis ipſius; ſed econuerſo bonitas eius, vel vera, vel æſtimata prouocat amorẽ, quo ei volumus, & bonum conſeruari, quod habet, & addi, quod nõ habet, & ad hoc operamur; Sed amor Dei eſt infundens, & creans bonitatem in rebus.

Ad primum ergo dicendum, quòd amans ſic fit extra ſe in amatum tranſlatum, inquan-

A tùm vult amato bonum, & operatur per ſuam prouidentiam, ſicut, & ſibi: Vnde dicit Diony. 4. cap. de diu. nom. * Audendum eſt autem, & hoc pro veritate dicere, quòd, & ipſe omnium cauſa per abundantiam amatiuæ bonitatis extra ſeipsũ fit ad omnia exiſtentia prouidentijs Loco cita to in arg. 4

Ad ſecundum dicendum, quòd licèt creaturæ ab æterno non fuerint niſi in Deo, * tamen per hoc, quòd ab æterno in Deo fuerunt, ab ęterno Deus cognouit res in proprijs naturis. Et eadem ratione amauit; ſicut, & nos per ſimilitudines rerum, quæ in nobis ſunt, cognoſci- 84

B mus res in ſeipſis exiſtentes.

Ad tertium dicendum, quòd amicitia non poteſt haberi, niſi ad rationales creaturas, in quibus contingit eſſe redamationem, & communicationem in operibus vitæ, & quibus cõtingit benè euenire, vel malè ſecundùm fortunam, & fęlicitatem; ſicut, & ad eas propriè beneuolentia eſt. Creaturę autem irrationales non poſſunt pertingere ad amandum Deum, neque ad communicationem intellectualis, & beatę vitę, qua Deus viuit; Sic igitur Deus, p

C priè loquendo, non amat creaturas irrationales amore amicitiæ, ſed amore concupiſcentiæ, inquantùm ordinat eas ad rationales creaturas: & etiam ad ſeipſum, non quaſi eis indigeat, ſed propter ſuam bonitatem, & noſtram vtilitatẽ. Concupiſcimus enim aliquid, & nobis, & alijs.

Ad quartum dicendum, quòd nihil prohibet vnum, & idem ſecundùm aliquid amari, & ſecundùm aliquid odio haberi. Deus autem peccatores, * inquantùm ſunt naturæ quędam amat: Sic enim, & ſunt, & ab ipſo ſunt. Inquan

D tùm verò peccatores ſunt, non ſunt, ſed ab eſſe deficiunt, & hoc in eis à Deo non eſt: Vnde ſecundùm hoc, ab ipſo odio habentur.

Forma Textus.

PRima concluſio. Deus omnia exiſtentia amat. Probatur: Cuilibet exiſtenti Deus vult aliquod bonũ; ſed amare nihil aliud eſt, quàm uelle bonum alicui; ergo Deus omnia, quæ ſunt, amat. Maior probatur: omnia exiſtentia, inquantùm habent eſſe, & quamlibet perfectionem, bona ſunt; ſed voluntas Dei eſt cauſa omnium rerum; ergo intantùm aliquid habet eſſe, aut quodcumque bonum, inquantùm eſt volitum à Deo. Maior huius

E *argumenti probatur; quia ipſum eſſe cuiuslibet rei quoddã bonũ eſt, & ſimiliter quælibet perfectio ipſius.*

Secunda concluſio. Deus non eo modo res amat, quo nos amamus. Probatur ex differenti habitudine noſtræ, & diuinæ voluntatis ad rerum bonitates, vt patet in textu.

Expoſitio Textus.

TAnguntur in hoc artic. multa, ex quibus nonnulla grauioribus alijs quæſtionibus ſunt neceſſa-

ceſſaria, nonnulla verò in prima ſecundæ latius à D. Thom. & eius interpretibus explicantur. Ex his primum eſt diſcrimen illud, quod ſtatuit hic S. D. inter amorem Diuinum, & noſtrum: nam eo vtitur in prima 2. quæſt. 110. art. 1. ad probandum gratiam, quæ eſt ex æterna Dei dilectione, eſſe quidpiam ſupernaturale in homine à Deo proueniens. Secundum eſt limitatio primæ concluſionis ad exiſtentia, poteſt enim dubitari, num rebus poſsibilibus, quæ Deus voluit nunquam eſſe, velit Deus bonum aliquod, aut potius malum non exiſtentiæ. Sed facilè dicitur; Deum rebus poſsibilibus nunquam futuris non velle bonum ſimpliciter, ſed ſecũdum quid: Nam, cum nihil ſimpliciter, ſiuè abſolutè ſit bonum, niſi per ordinem ad exiſtẽtiam, conſequens eſt, vt quæ nullam, vt futuram, ſed tantùm vt poſsibilem reſpiciunt exiſtentiam, nequaquam ſint abſolutè bona, ſed cum addito, ſiuè ſecundùm quid, nimirum in potentia, & eadem ratione, ſcilicet ſecundùm quid diligantur à Deo, quatenus diuina voluntas eorum vult bonitatem in eſſe poſsibili, vel quatenus hoc, quod eſt eſſe poſſibile, bonitas quædam eſt, licèt quàm maximè diminuta, vt ſignificauimus ſupra quæſt. 5. art. 3. de mente D. Thom. Per hoc tamen, quòd Deus vult quædam poſsibilia nunquam eſſe, non dicitur illis velle malum, ſed ſolam boni negationem, ſiquidẽ bonitatis priuatio ſubiectum aliquod, in quo fiat, ſupponit exiſtens. Nec tamen debuit. S. D. propter hanc rerum poſsibilium bonitatem, & amabilitatem ſecundùm quid affirmare, ſimpliciter eas à Deo diligi, cum ea tantùm abſolutè dicatur Deus amare, quæ producit in eſſe. Ex quo patet, quid veritatis habeat id, quod docet Suarez de amore Dei reſpectu poſsibilium lib. 3. de attributis cap. 7. nume. 10. negat enim illa à Deo diligi.

Poſſibilia nunquam futura diliguntur à Deo ſecũdum quid.

Contra Suarezũ.

Tertium eſt reſponſio ad primum argumentũ, quam explicat S. Doct. 1. 2. q. 28. artic. 3. Quartum eſt, doctrina reſponſionis ad tertium Argumentum, quam hic diligenter explicat Vaſquez, capitulo ſecundo quo ad amorem amicitiæ, & beneuolentiæ, quem probat ad ſolas creaturas rationales extendi; prout etiam affirmat hic. S. Thom. ex quo patet Molinam hic abuti nomine beneuolentiæ, cũ illam extendat ad ea, quæ ſunt rationis expertia. Diſtinctionem autem amoris in amorem amicitiæ, & amorem concupiſcentiæ, de qua meminit hic S. Doct. explicat 1. 2. q. 26. art. 4. & ibidem eius interpretes, & præſertim Caietanus, quem ſequitur Molina. Quartum, & poſtremum eſt reſponſio ad quartum argumentum, quam explicauimus in Controuerſia præcedentis articuli.

D. Tho.

Vaſquez.

S. Thom. Caiet. Molina.

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus æqualiter diligat omnia.

129 2. d. 26. a. 1. ad 2. Et 4. d. 19. ar. 5. q. 1. & diſ. 32. ar. 4. Et 1. con. c. 91.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd Deus ęqualiter diligat omnia. Dicitur enim Sap. 6. Aequaliter eſt ei cura de omnibus; ſed prouidentia, quam habet de

A rebus, eſt ex amore, quo amat res; ergò æqualiter amat omnia.

2 Præterea: Amor Dei eſt eius eſſentia; ſed eſſentia Dei magis, & minus non recipit; ergo nec amor eius; non igitur quædam alijs magis ámat.

3 Præterea: Sicut amor Dei ſe extendit ad res creatas; ita & ſcientia, & voluntas; ſed Deus non dicitur ſcire quædam magis, quàm alia, neque magis velle; ergo nec magis quædam alijs diligit.

Sed contra eſt, quod dicit Auguſt. ſuper Io.

B *Omnia diligit Deus, quæ fecit, & inter ea magis diligit creaturas rationales; & illis eas amplius, quæ ſunt membra vnigeniti ſui; & multò magis ipſum vnigenitum ſuum.

Tract. 110. in Euang. Io. à med. illius to. 9

Reſpondeo. Dicendum, quòd cùm amare ſit velle bonum alicui, duplici ratione poteſt aliquid magis, vel minus amari: Vno modo ex parte ipſius actus voluntatis, qui eſt magis, vel minus intenſus: Et ſic Deus non magis quædã alijs amat; quia omnia amat vno, & ſimplici actu voluntatis,* & ſemper eodem modo ſe habente: Alio modo ex parte ipſius boni, quod

119

C aliquis vult amato; Et ſic dicimur aliquem magis alio amare, cui volumus maius bonum, quamuis non magis intenſa voluntate. Et hoc modo neceſſe eſt dicere, quòd Deus quædam alijs magis amat: Cùm enim amor Dei ſit cauſa bonitatis rerum, (vt dictum eſt*) non eſſet aliquid alio melius, ſi Deus non vellet vni maius bonum, quàm alteri.

Ar. preced.

Ad primum ergo dicendum, quòd dicitur, Deo æqualiter eſſe cura de omnibus; non quia æqualia bona ſua cura omnibus diſpenſet; ſed quia ex æquali ſapientia, & bonitate omnia

D adminiſtrat.

Ad ſecundũ dicendum, quòd ratio illa procedit de intenſione amoris ex parte actus voluntatis, qui eſt diuina eſſentia. Bonum autem, quod Deus creaturæ vult, non eſt diuina eſſentia: Vnde nihil prohibet illud intendi, vel remitti.

Ad tertium dicendum, quòd intelligere, & velle, ſignificant ſolùm actus: non autem in ſua ſignificatione includũt aliqua obiecta, ex quorum diuerſitate, poſsit dici Deus magis, vel minus ſcire, aut velle, ſicut circa amorem di-

E ctum eſt. *

In cor. ar.

Forma Textus.

DIſtinguit primò S. Tho. dicens, duplici ratione poſſe aliquid magis, vel minus amari; vno modo ex parte ipſius actus voluntatis, qui eſt magis, vel minus intenſus, alio modo ex parte ipſius boni, quod aliquis vult amato. Probatur hæc diſtinctio; quia amare eſt velle bonum alicui; ergo poteſt aliquis magis amari, aut

propter

Digitized by Google

propter maiorem actus intenſionem ſignificatam per dictionem illam, velle, aut propter maius bonum volitum amato, quod ſignificatur per dictionem illam, bonum. Deinde ſtatuit duas concluſiones.

Prima cõcluſio eſt. Deus ex parte actus amantis omnia æqualiter amat. Probatur: Deus omnia amat vno, & ſimplici actu voluntatis, & ſemper eodem modo ſe habente; ergo æqualiter.

Secunda concluſio. Deus ex parte boni voliti amato quædam amat magis alijs. Probatur: Si Deus non vellet vni maius bonum, quàm alteri, non eſſet aliquid alio melius; ſed hoc eſt manifeſtè falſum; ergo, conſequentia probatur; quia amor Dei eſt cauſa bonitatis rerum.

Expoſitio Textus.

Opinio Vaquezij ſtatus rõ.

VAſquez ex hoc articulo exiſtimat euidenter probari, ante præuiſa merita, non magis vnum, quàm alium amari, aut eligi ad vitam æternam, tametſi magis ametur, & eligatur ad gratiã. Id autem ſic deducit. Voluntas Dei eſt eius eſſentia, & eatenus dicitur habere rationem dilectionis, aut odij, quatenus ad hoc obiectum, vel illud refertur; in ſe verò maior, & minor eſſe non poteſt; ergo ex parte ipſius vnum non diligit magis, quã aliũ, ſed tota inæqualitas ex parte boni voliti, ad quod in ratione volitionis refertur, penſanda eſt.

Reſponſio

Reſpõdetur admiſſo toto argumẽto, nihil prorſus concludi: nam, quòd Deus ante præuiſa merita vnum magis, quàm alium amet, non eſt ex maiori Diuini amoris intenſione erga vnum, quàm erga alium; Sed tota differentia eſt ex parte bonorũ à Deo volitorũ, quæ inæqualia ſunt: nam quibuſdam ante præuiſa merita vult bonum æternæ felicitatis; quos proinde dicitur ad vitam æternam eligere; quibuſdam autem non vult tale bonum; ſed ea tantùm, quæ ſunt ordinis naturalis, aut etiam gratiæ, quos ideo reprobos nominamus: Vnde argumentum facilè poteſt in auctorem retorqueri; aduerſus quem militat tota præſentis articuli doctrina.

Et ex his patet, quid cenſendum ſit de illo modo dilectionis, quo, hic ait Molina, Deum vnũ magis altero diligere; quia vult illi maius bonum in præmium antecedentium meritorum; non enim, quia Deus præuidit merita, vult illis præmium æternæ beatitudinis, ſed quia bonum illis voluit æternæ vitæ, & eos ad illam elegit, ideo voluit, ac præfiniuit eorum merita, quibus ad illam perducerentur.

ARTICVLVS IV.

An Deus ſemper magis diligat meliora.

130 3.d.32.a.5 q.1.2.3.& 4.& diſt. 31 q.1 ar 3.q. 3.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd Deus non ſemper magis diligat meliora. Manifeſtum eſt enim, quòd Chriſtus eſt melior toto genere humano, cum ſit Deus & homo; ſed Deus magis dilexit ge-

A nus humanum, quàm Chriſtum; quia dicitur Rom.8. Proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum; ergo Deus non ſemper magis diligit meliora.

2 Præterea: Angelus eſt melior homine; vnde in Pſalm.8. dicitur de homine: Minuiſti eum paulominus ab Angelis; ſed Deus plus dilexit hominem, quàm Angelum. Dicitur enim Hebr.2. Nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit; ergo Deus non ſemper magis diligit meliora.

B 3 Præterea: Petrus fuit melior Ioãne; quia plus Chriſtum diligebat; vnde Dominus ſciẽs hoc eſſe verum, interrogauit Petrum, dicens; Simon Ioannis diligis me plus his? ſed tamen Chriſtus plus dilexit Ioannem, quàm Petrum; vt enim dicit Auguſt.* ſuper illud Ioan. 20. Simon Ioannis diligis me? hoc ipſo ſigno Ioann. à cæteris diſcipulis diſcernitur; non quòd ſolũ eum, ſed quòd plus eum cęteris diligebat; non ergo ſemper magis diligit meliora.

Tract. vlt. in Io. inter prin. & medium to. 9

4 Præterea: Melior eſt innocens pœnitente, cùm pęnitentia ſit ſecunda tabula poſt naufragium, vt dicit Hieron. * ſed Deus plus diligit pęnitentem, quàm innocentem; quia plus de eo gaudet. Dicitur enim Luc.15. Dico vobis, quòd maius gaudium erit in cœlo ſuper vno peccatore pęnitẽtiam agente, quàm ſuper nonagintanouem iuſtis, qui non indigent pœnitentia; ergo Deus non ſemper magis diligit meliorem.

C Cap. 3. in Eſa. ſuper illud: Peccatum, vt Sodomæ prædicauerunt. to. 5.

5 Præterea: Melior eſt iuſtus præſcitus, quàm peccator prædeſtinatus; ſed Deus plus diligit peccatorem prædeſtinatum; quia vult ei maius bonum, ſcilicet vitam æternam; ergo Deus non ſemper magis diligit meliora.

D Sed contra. Vnumquodque diligit ſibi ſimile, vt patet per illud, quod habetur Eccleſ.13. Omne animal diligit ſibi ſimile; ſed intantùm aliquid eſt melius, inquãtùm eſt Deo ſimilius; ergo meliora magis diliguntur à Deo.

Reſpondeo. Dicendum, quòd neceſſe eſt dicere ſecundùm prædicta, quòd Deus magis diligit meliora. Dictum eſt enim, * quòd Deũ diligere magis aliquid, nihil aliud eſt, quàm ei maius bonum velle; voluntas enim Dei eſt cauſa bonitatis in rebus. Et ſic ex hoc ſunt aliqua meliora, quòd Deus eis maius bonũ vult: vnde ſequitur, quòd meliora plus amet.

Art.2 & 3. præced.

E Ad primum ergo dicendum, quòd Deus Chriſtum diligit, non ſolùm plus, quàm totũ humanum genus, ſed etiam magis, quàm totã vniuerſitatem creaturarũ: quia ſcilicet, ei maius bonum voluit; quia dedit ei nomen, quod eſt ſuper omne nomẽ, vt verus Deus eſſet. Nec eius excellentiæ deperijt ex hoc, quòd Deus dedit

Digitized by

dedit eum in mortem pro ſalute humani generis; quinimmò ex hoc factus eſt victor glorioſus. Factus enim eſt principatus ſuper humerũ eius, vt dicitur Eſa. 9.

Ad ſecundum dicendum, quòd naturam humanam aſſumptam à Dei verbo in perſona
Ar. præced Chriſti (ſecũdùm prædicta*) Deus plus amat, quàm omnes Angelos, & melior eſt, maximè ratione vnionis; ſed loquendo de humana natura communiter, eam Angelicæ comparando,
536 ſecundùm ordinem ad gratiam, & gloriam æqualitas inuenitur; cùm eadem ſit menſura hominis, & Angeli, vt dicitur Apo. 20. ita tamen, quòd quidam Angeli quibuſdam hominibus, & quidam homines quibuſdam Angelis, quantùm ad hoc, potiores inueniuntur. Sed quantùm ad conditionem naturæ, Angelus eſt melior homine; nec ideo naturam humanam aſſumpſit Deus; quia hominem abſolutè plus diligeret; ſed quia plus indigebat. Sicut bonus paterfamilias aliquid pretioſius dat ſeruo ægrotanti, quod non dat filio ſuo.

Ad tertium dicendum, quòd hæc dubitatio de Petro, & Ioanne multipliciter ſoluitur. Auguſt.* namque refert hoc ad myſterium, dicẽs, quòd vita actiua, quę ſignificatur per Petrum, plus diligit Deum, quàm vita contemplatiua, quæ ſignificatur per Ioannem; quia magis ſentit præſentis vitæ anguſtias, & æſtuantius ab eis liberari deſiderat, & ad Deum ire. Contẽplatiuam verò vitam Deus plus diligit; quia magis eam conſeruat; non enim finitur ſimul cum vita corporis, ſicut vita actiua. Quidam verò dicunt, quòd Petrus plus dilexit Chriſtũ in membris; & ſic etiam à Chriſto plus fuit dilectus; vnde ei eccleſiam commendauit. Ioannes verò plus dilexit Chriſtum in ſeipſo: & ſic etiam plus ab eo fuit dilectus; vnde ei commẽdauit matrem. Alij verò dicunt, quòd incertũ eſt quis horum plus Chriſtum dilexerit amore charitatis, & ſimiliter quem Deus plus dilexerit in ordine ad maiorem gloriam vitæ æternæ. Sed Petrus dicitur plus dilexiſſe, quantùm ad quandam promptitudinem, vel feruorem. Ioannes verò plus dilectus, quantùm ad quædam familiaritatis indicia, quæ Chriſtus ei magis demonſtrabat propter eius iuuentutem, & puritatem. Alij verò dicunt, quòd Chriſtus plus dilexit Petrum, quantùm ad excellentius donum charitatis, Ioannem verò plus, quantũ ad donum intellectus: Vnde ſimpliciter Petrus fuit melior, & magis dilectus; ſed Ioannes ſecundùm quid. Præſumptuoſum tamen videtur hoc dijudicare; quia vt dicitur Prouer. 16. Spirituum ponderator eſt dominus, & non
545 alius.*

Tract. vlt. in Io. à medio to. 9.

A Ad quartum dicendum, quòd pęnitentes, & innocentes ſe habent ſicut excedentia, & exceſſa: Nam, ſiuè ſint innocentes, ſiuè pęnitentes, illi ſunt meliores, & magis dilecti, qui plus habent de gratia; cęteris tamen paribus, innocentia dignior eſt, & magis dilecta. Dicitur tamen Deus plus gaudere de pęnitente, quàm de innocente, quia plerumq; pœnitentes cautiores, humiliores, & feruentiores reſurgunt. Vnde Greg.* dicit ibidem, quòd dux in prælio eum militem plus diligit, qui poſt fugam conuerſus fortiter hoſtem præmit, quàm qui
B nunquam fugit, nec vnquam fortiter fecit. Vel alia ratione; quia æqualem donum gratiæ plus eſt comparatum pęnitenti, qui meruit pęnam, quàm innocenti, qui non meruit. Sicut centum marchæ maius donum eſt, ſi dentur pauperi, quàm ſi dentur regi.

Homi. 34 in Euang. aliquantu. ſt à princ.

Ad quintum dicendum, quòd, cùm voluntas Dei ſit cauſa bonitatis in rebus, ſecundùm illud tempus penſanda eſt bonitas eius, qui amatur à Deo, ſecũdùm quod dandum eſt ei ex bonitate diuina aliquod bonum. Secundùm ergo illud tempus, quo prædeſtinato peccatori
C dandum eſt ex diuina voluntate maius bonũ, melior eſt, licet ſecundùm aliquod aliud tempus ſit peior; quia, & ſecundùm aliquod tempus non eſt nec bonus, neque malus.

Forma Textus.

Concluſio eſt. Deus magis diligit meliora. Probatur: Deum deligere magis aliquid, nihil aliud eſt, quã ei maius bonum velle; Sed melioribus Deus vult maius bonum; ergo meliora magis diligit. Maior patet ex articulo præcedente, minor probatur; quia ex hoc aliqua ſunt meliora, quòd Deus eis maius bonum vult, cum voluntas Dei ſit cauſa rerum.

D

Expoſitio Textus.

Mvlta nobis offerunt argumentorum reſponſiones ſcitu digniſſima. Primum eſt dilectio Dei erga Chriſtum comparatione totius humani generis, cui datus eſt in redemptorem, quod ſatis hic explicant Bannes, & Molina. Secũdum eſt definitio illius quæſtionis: An plus diligeret Petrum Chriſtus, quàm Ioannem, vel è contra: quam hic S. Doct. ad ſecundum affirmat ſolius eſſe Diuini iudicij, qui ſolus ſpirituum ponderator eſt; ac proinde temerariam eſſe omnem humani iudicij
E definitionem. Tertium eſt alterius quæſiti ſolutio, videlicet, an Deus plus diligat innocentes, quàm pęnitentes: quæ hic ad quartum breui compendio proponitur; latius autem explicatur in tertio ſent. diſt. 32, q. 1. artic. 5. Poſtremum eſt definitio illius quæſiti: An Deus plus diligat iuſtum præſcitum, quàm peccatorem prædeſtinatum; de quo latè, & eruditè diſſerunt Bannes, & Zumellus, quorũ explicationi nihil addendum occurrit.

Bannes. Molin.

S. Thom.

Bannes. Zumell.

QVAE-

QVAESTIO XXI.

De iuſtitia, & Miſericordia Dei in quatuor articulos diuiſa.

POſt conſiderationem diuini amoris, de iuſtitia, & miſericordia eius agendum eſt.

Et circa hoc quærſitur quatuor.

Primò, Vtrum in Deo ſit iuſtitia.

Secundò, Vtrum iuſtitia eius veritas dici poſsit.

Tertiò, Vtrum in Deo ſit miſericordia.

Quartò, Vtrum in omni opere Dei ſit iuſtitia, & miſericordia.

Ratio ordinis huius quæſtionis, & articulorum eius inter ſe.

IVſtitia, & miſericordia, in nobis ad habitus virtutum moraliũ ptinent; quorum ſedes eſt in parte affectiua, cuius primus, & vniuerſaliſsimus actus eſt amor, de quo diſſeruit. S.D. in quæſtione præcedente. Sed occurrit dubitatio de ordine articulorum: Nam in vltimo articulo huius quæſtionis affirmat. S.D. quòd opus diuinæ iuſtitiæ, ſemper prę ſupponit opus diuinæ miſericordiæ, & in eo fundatur; & addit, virtutem miſericordię in operibus Dei conſequentibus eius effectum vehementius operari, quemadmodum primaria cauſa vehementius influit, quàm cauſa ſecunda; igitur priori loco de miſericordia agendum erat.

Dubitatio de ordine.

Prima reſponſio.

☩ Huic dubitationi reſpondetur: primò, differentiam eſſe, inter iuſtitiam, & miſericordiam, quòd hęc non conuenit Deo ſecundùm triſtitiæ, vel paſſionis affectum, miſericordiæ nomine ſignificatũ, ſed tantùm ſecundùm effectum; qui eſt alienæ miſeriæ, ſubleuatio, vt ait S. Thom. art. 3. & conſequẽter miſericordia, non niſi metaphoricè conuenit Deo; iuſtitia verò formaliter, & propriè Deo conuenit, tam ſecundùm voluntatis affectum, quàm ſecundùm effectum; conſtat autem formaliter, & propriè de Deo dicta illis eſſe priora, quæ metaphoricè tantùm dicuntur. Quod autem miſericordia Deo non inſit formaliter, & propriè ſatis probabile eſt, & oſtendemus infra art. 3. de mente D. Thomæ.

Secunda reſponſio.

Secundò. Reſpondetur rationes miſericordiæ, & iuſtitiæ in hoc differre, quòd miſericordia reſpicit terminum à quo; ſcilicet remotionem defectus; iuſtitia uerò reſpicit terminum ad quem ſcilicet communicationem perfectionum, vt ait S. Tho. in allegato art. 1. quæſtiuncula 2. in quarto ſent. conſtat autem, in intentione agentis formæ introductionem, præcedere oppoſitæ priuationis, aut negationis remotionem. Quæ tamen alio ordine prę cedit formæ introductionẽ ſcilicet ex parte ſubiecti, vt in materia iuſtificationis docuit. S. Tho. 1. 2.

S. Thom.

S. Thom.

A quæſt. 113. art. 8. propter quam cauſam idem S.D. in artic. 4. huius quæſtionis dixit opus diuinę iuſtitię, prę ſupponere opus miſericordię, & in eo fundari, & vehementius in conſequentibus omnibus Dei operibus influere, ſicut primaria cauſa vehementius influit, quàm ſecunda.

Tertiò. Reſpondetur ex D. Thom. in art. 1. huius quæſt. ad tertium duplicem in Deo conſiderari rationem iuſtitiæ, unam, qua debitũ reddit rei createę, dando quod vnicuique debetur ſecundùm rationem ſuę naturę, & conditionis, puta homini manus, & tauro cornua; alteram, qua reddit Deus ſibimetipſi, quod ſibi debetur. Hoc autem eſt, ut

B impleatur in rebus id, quod eius ſapientia, & volũtas habet, & quod ſuam bonitatem manifeſtat. Dependet autem prior illa ratio debiti ab hac poſteriori: Nam hoc vnicuique debetur, quod eſt ordinatum ad ipſum, ſecũndùm ordinem diuinæ ſapientiæ; Quando igitur ait D. Thom. opus iuſtitię prę ſupponere opus miſericordię, intelligendũ eſt, de opere iuſtitię, qua debitum reddit rei creatę dãdo, quod vnicuique debetur ſecundùm rationem ſuę naturę, & conditionis, non autem de opere iuſtitiæ, qua Deus ſibi debitum reddit; hoc enim manifeſtè prę intelligitur, cuilibet operi miſericordię; prę cedit enim proportio cuiuslibet operis ſe-

C cundùm ſe ad diuinas rationes idęales, & voluntatem omnem eiuſdem operis, proportionem, quã habet ad Deum, vt quomodocunque ſubleuantem rem ab eo productam à miſeria; Recto igitur ordine prius hic agitur, de iuſtitia, quam de miſericordia. De iuſtitia verò Dei, duo quęrũtur; videlicet: An ſit in Deo in 1. art. & quid ſit, in 2. artic. De miſericordia verò queritur ſimul an ſit, & quid ſit in 3. art. Demum in vltimo, de vtriuſque virtutis effectu ſimul agitur, vt explicetur qualitas vtriuſque, ſiuè perfectio, ac ſimul aperiatur diuerſarum ſcripturarum intelligentia.

D **ARTICVLVS PRIMVS.**

Vtrum in Deo, ſit iuſtitia.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd in Deo non ſit iuſtitia. Iuſtitia enim contra temperantiã diuiditur; temperantia autem nõ eſt in Deo; ergo nec iuſtitia.

131 4. d. 46. qu. 1. 2. 1. qu. 1. & 1. contra cap. 93.

2 Præterea: Quicunque facit omnia prolibito ſuæ voluntatis, non ſecundùm iuſtitiã operatur; ſed, ſicut dicit Apoſt. ad Epheſ. 1. Deus operatur omnia ſecundùm conſilium ſuæ volũ-

E tatis; non ergo ei iuſtitia debet attribui.

3 Præterea: Actus iuſtitiæ, eſt reddere debitum; ſed Deus nulli eſt debitor; ergo Deo non competit iuſtitia.

4 Præterea: Quicquid eſt in Deo, eſt eius eſſentia; ſed hoc non competit iuſtitiæ: dicit. n. Boet.* in libro hebd. quòd bonum eſſentiam, iuſtum verò actum reſpicit; ergo iuſtitia non competit Deo.

**Huius lib. titulus eſt. An oẽ qđ eſt bonum ſit: circa ſ nem illius*

Sed contra eſt, quod dicitur in Pſal. 10. Iuſtus dominus, & iuſtitias dilexit.

Reſpondeo Dicẽdum, quòd duplex eſt ſpecies iuſtitiæ. Vna, quæ conſiſtit in mutua datione, & acceptione; vt puta, quæ conſiſtit in emptione, & venditione, & alijs huiuſmodi communicationibus, vel commutationibus. Et hęc dicitur à Philoſopho in 5. Ethic.* iuſtitia commutatiua, vel directiua commutationum, ſiuè communicationum; & hæc nõ competit Deo, quia, vt dicit Apoſt. Rom. 2. Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Alia, quæ conſiſtit in diſtribuendo, & dicitur diſtributiua iuſtitia, ſecũdùm quòd aliquis gubernator, vel diſpẽſator, dat vnicuique ſecundùm ſuam dignitatem; Sicut igitur ordo congruus familiæ, vel cuiuſcunque multitudinis gubernatæ demonſtrat, huiuſmodi iuſtitiam in gubernante; ita ordo vniuerſi, qui apparet tam in rebus naturalibus, q̃ in rebus voluntarijs, demonſtrat Dei iuſtitiã: Vnde dicit Dion.* 8. cap. de diu. nom. Oportet videre in hoc veram Dei eſſe iuſtitiam, quòd omnibus tribuit propria, ſecundùm vniuſcuiuſque exiſtentium dignitatem, & vniuſcuiuſque naturam in proprio ſaluat ordine, & virtute.

Lib. 5. Ethic. cap. 4

Cap. 8. nõ procul à fine & c. 9. à medio.

Ad primum ergo dicendum, quòd virtutũ moralium quædam ſunt circa paſsiones, ſicut temperantia circa concupiſcentias: fortitudo circa timores, & audacias; manſuetudo circa iram. Et huiuſmodi virtutes Deo attribui non poſſunt, niſi ſecundùm metaphoram; quia in Deo neque paſsiones ſunt, vt ſupra dictum eſt;* neque appetitus ſenſitiuus, in quo ſunt huiuſmodi virtutes, ſicut in ſubiecto, vt dicit Philoſophus in tertio Ethic. Quędam verò virtutes morales ſunt circa operationes; vt puta, circa dationes & ſumptus: vt iuſtitia,* & liberalitas & magnificentia,* quæ etiam non ſunt in parte ſenſitiua; ſed in voluntate: Vnde nil prohibet huiuſmodi virtutes in Deo ponere, non tamen circa actiones ciuiles: ſed circa actiones Deo conueniẽtes. Ridiculum eſt enim, ſecundùm virtutes politicas, Deum laudare, vt dicit Philoſophus in 10. Ethic.*

Q. 19. a. 11. & q. 20. ar. 1.

Lib. 3 Ethic. c. 10.

D. 815. D. 833.

Lib. 10. Ethic. c. 8.

Ad ſecundum dicendum, quòd cum bonum intellectum ſit obiectum voluntatis, impoſsibile eſt, Deum velle, niſi quod ratio ſuæ ſapiẽtiæ habet. Quæ quidem eſt ſicut lex iuſtitiæ, ſecundùm quam eius voluntas recta, & iuſta eſt; Vnde quod ſecundùm ſuam voluntatem facit, iuſte facit, ſicut & nos, quod ſecundùm legem facimus, iuſtè facimus. Sed nos quidem ſecundùm legem alicuius ſuperioris, Deus autem ſibi ipſi eſt lex.

Ad tertium dicendum, quòd vnicuique de-A betur, quod ſuum eſt. Dicitur autem eſſe ſuum alicuius, quod ad ipſum ordinatur. Sicut ſeruus eſt domini, & non econuerſo: Nam liberum eſt, quod ſui cauſa eſt; In nomine ergo debiti importatur quidam ordo exigentiæ, vel neceſsitatis alicuius, ad quod ordinatur. Eſt autem duplex ordo conſiderandus in rebus. Vnus, quo aliquid creatum ordinatur ad aliud creatum. Sicut partes ordinantur ad totum, & accidentia ad ſubſtantias, & vnaqueque res ad ſuum finem. Alius ordo, quo omnia creata ordinantur in Deum; Sic igitur, & debitum atten-B di poteſt dupliciter *in operatione diuina. Aut ſecundùm quòd aliquid debetur Deo, aut ſecundùm quòd aliquid debetur rei creatæ, & vtroque modo Deus debitum reddit. Debitũ enim eſt à Deo, vt impleatur in rebus id, quod eius ſapientia, & voluntas habet, & quòd ſuã bonitatem manifeſtat, & ſecundùm hoc iuſtitia Dei reſpicit decentiam ipſius, ſecundùm q̃ reddit ſibi, quod ſibi debetur. Debitum etiam eſt alicui rei creatæ, quòd habeat id, quod ad ipſam ordinatur: *Sicut homini, quòd habeat manus, & quòd ei alia animalia ſeruiant. Et ſic C etiam Deus operatur iuſtitiam, quando dat vnicuique, quòd ei debetur ſecundùm rationem ſuæ naturæ, & conditionis. Sed hoc debitum dependet ex primo; quia hoc vnicuique debetur, quod eſt ordinatum ad ipſum, ſecundùm ordinem diuinæ ſapientiæ. Et licèt Deus hoc modo debitum alicui det, non tamen ipſe eſt debitor; quia ipſe ad alia non ordinatur, ſed potius alia in ipſum. Et ideo iuſtitia quandoque dicitur in Deo condecentia* ſuæ bonitatis: quandoque verò retributio pro meritis. Et D vtrumque modum tangit Anſelm. dicens: Cũ punis malos, iuſtum eſt; quia illorum meritis conuenit. Cùm verò parcis malis, iuſtum eſt; quia bonitati tuæ condecens eſt.

D. 1065.

119 c 134

D. 896.

Ad quartum dicendum, quòd licèt iuſtitia reſpiciat actum, non tamen per hoc excluditur, quin ſit eſſentia Dei; quia etiam id, quòd eſt de eſſentia rei, poteſt eſſe principiũ actionis; Sed bonum non ſemper reſpicit actum; quia aliquid dicitur eſſe bonum, non ſolùm ſecundùm quod agit, ſed etiam, ſecundùm, quod in ſua eſſentia perfectum eſt. Et propter hoc E ibidem dicitur, quòd bonum comparatur ad iuſtum, ſicut generale ad ſpeciale.

Forma Textus.

Præmiſſa diſtinctione reſpondetur quæſito duabus cõclusionibus. Diſtinctio eſt. Duplex eſt ſpecies iuſtitiæ, &c. prout in textu.

Pri-

Digitized by Google

Prima concluſio eſt. Iuſtitia commutatiua non competit Deo; Probatur auct. Apoſt. Rom. 2. Quis prior dedit illi, &c.

Secunda concluſio. Iuſtitia diſtributiua eſt in Deo. Probatur: iuſtitia diſtributiua dicitur ſecundùm quòd aliquis gubernator, vel diſpenſator dat vnicuique, ſecúdùm ſuam dignitatem; at Deus omnibus tribuit propria ſecundùm vniuſcuiuſque exiſtentium dignitatem. & vniuſcuiuſque naturam in proprio ſaluat ordiné, & virtute; ergo. Maior patet ex differentia vtriuſque iuſtitiæ. Minor probatur dupliciter: primò ex ſimili, & ab effectu: nam, ſicut ordo congruus familiæ, vel cuiuſcunque multitudinis gubernatæ, demoſtrat huiuſmodi iuſtitiá in gubernante, ita ordo vniuerſi, qui apparet in rebus; tam naturalibus, quàm voluntarijs demonſtrat Dei iuſtitiam. Secundò probatur auct. Dionyſ. 8. capit. de diuin. nom.

Controuerſia vnica.

An iuſtitia, tam commutatiua, quàm diſtributiua Deo propriè, & formaliter conueniat.

Sententiæ Expoſitorum.

SVarez in opuſc. diſp. de iuſtitia Dei longo diſcurſu nititur probare in Deo eſſe propriè, & formaliter rationem, iuſtitiæ commutatiuæ ſeclusis imperfectionibus, quas exiſtimat materialiter tantùm, & per accidens ineſſe iuſtitiæ, quatenus ſcilicet humana virtus eſt; propoſitisque iuſtitiæ conditionibus, & collecta ex eis quadam diffinitione ea dumtaxat, quæ ad perfectionem attinent (vt exiſtimat) includente, ex ea, tanquam ex ſolido fundamento, multas pro ſua ſententia rationes deducit, & amplificat, & ex eodem multa pro oppoſita ſententia relata diluit argumenta. Hanc ſententiam ex parte videtur tenuiſſe Capreolus in 2. ſent. diſt. 27. dicés inter Deum præmiantem, & hominem benemeritum eſſe propriè iuſtitiam commutatiuam, ſi ſermo ſit de actibus meritorijs, put ex gratia, & motione Spiritus ſancti procedunt, non autem, prout conſiderantur ſecundum eorum ſubſtantiam, & prout à libero arbitrio procedunt. Sed oppoſitum hic apertè docet S. Thom. in prima concluſione, & alibi ſæpè. Cuius ſententiam ſequuntur, & explicant Caiet. Molina, Zumellus, Bannes, & Vaſquez ſuper hoc art. & Ferrarien. in 1. contra gent. capit. 93. & alij Thomiſtæ communiter in 1. 2. q. 114. artic. 3. & 3. par. q. 1. art. 2. & alibi.

De iuſtitia verò diſtributiua Capreol. in 2. ſent. diſt. 27. q. 1. art. 3. ad primum contra quartamdecimam concluſionem exiſtimat D. Tho. in ſumma retractaſſe ſententiam, quam in dicta diſt. ſequutus fuerat; Zumellus, quem ſequitur Ripa, negat in Deo eſſe iuſtitiam diſtributiuam ſecundùm omnẽ rigorem. Vaſquez ſuper hoc art. ſentit rationem iuſtitiæ diſtributiuæ ineſſe Deo propriè, ideſt non metaphoricè; non tamen propriè, prout diſtinguitur contra communiter.

A Sed oppoſitam ſententiam docent. Capreolus in 1. diſt. 45. q. 1. art. 1. conclu. 14. & art. 3. ad argu. contra eandem concluſionem. Caietanus. hic, & 2. 2. q. 61. art. 4. Ferrarienſis in 1. cont. gent. ca. 93. Sotus lib. 3. de iuſtitia, & iure quæſt. vlt. artic. 5. ad 1. Valentia ſuper hoc articulo; & Suarez in dicta diſp. ſect. 3. Quæ eſt expreſſa ſent. D. Tho. hic, & 1. cont. gent. cap. 93. Capreol. Caiet. Ferrariens. Sotus. Valentia. Suarez. S. Tho.

Reſolutio.

Ex ratione formali, & conditionibus iuſtitiæ commutatiuæ, probatur eam Deo formaliter, & propriè non conuenire.

B MVlta complectitur propoſiti quæſiti difficultas; quæ, cum limites articuli præſentis excedant, & plura præexigát de moralibus actibus, tã naturalis, quàm ſupernaturalis ordinis in alijs huius ſummæ partibus diſputanda; hoc loco non expedit examinare. Hic igitur explicare ſufficiet, quæ ſit natura, ſiuè ratio formalis iuſtitiæ commutatiuæ, & diſtributiuæ, & quæ ſint earum neceſſariæ conditiones, illas in quouis exiſtant ſubiecto, ſiuè creato, ſiuè increato comitantes, ex his enim perſpicua fiet veritas primæ concluſionis. D. Tho. C vt conuulſis oppoſitæ ſententiæ fundamentis, eorum etiam corruant argumenta.

Obſeruandum eſt, itaque primò formales rerũ rationes, ac diffinitiones, non eſſe pro cuiuſque libito concipiendas, aut confingendas; ſed quæ communi fuerint ſapientum, & antiquorum præſertim iudicio comprobatæ, ſolæ erunt à nobis, vt legitimæ, ac propriæ recipiendæ, quam regulam; quia præteriuit Suarez, ideo in aſsignanda ratione formali iuſtitiæ commutatiuæ à recto veritatis tramite deuiauit; ſicut nec eiuſdem iuſtitiæ diffinitionem, quam refert in dicta diſput. ſect. 2. num. 2. ſincerè videtur exponere. Ad cuius euidentiam D ſuppoſita illa diſtinctione iuſtitiæ in commutatiuam, & diſtributiuam, quam eleganter explicat D. Thom. 2. 2. q. 61. art. 1. 2. & 3.

Conſiderandum eſt, ſecundò, duas eſſe neceſſarias veluti eſſentiales conditiones ad rationem formalem iuſtitiæ commutatiuæ abſolutè ſumptæ. Commutatiuæ iuſtitiæ rõ. Prima eſt ęqualitas dati, & accepti; quæ eſt æqualitas arithmetica, vt explicat S. Th. 2. 2. q. 61. ar. 2. Secunda eſt obligatio, ſiuè rõ debiti ex parte eius, qui reddit æquale. Hanc conditionem ſimul cum præcedente idem S. Thom. expreſsit 2. 2. q. 80. art. 1. ſic dicens. *Ratio iuſtitiæ conſiſtit in hoc, quòd alteri reddat, quod ei debetur ſecundùm æqualitatem. Dupli-* E *citer ergo aliqua virtus à ratione iuſtitiæ deficit; vno quidem modo inquantùm deficit à ratione æqualis; alto modo, inquantùm deficit à ratione debiti.* Hæc ibi D. Tho. Vbi ex defectu prioris conditionis excludit rationem iuſtitiæ ab hominibus erga Deum, & à filijs erga parentes; cum nec ab illis Deo, nec ab his reddi poſsit æquale parentibus: ex defectu verò poſterioris conditionis excluditur à Deo ratio iuſtitiæ in ordine ad creaturas, quibus nihil poteſt eſſe à Deo debitum, qui miſericorditer, & libérali-

beraliter in eas bonitatis ſuæ dona diſpenſat.

Zumell. Zumelius hic diſp. prima tres ait eſſe proprietates, quæ intrinſecè clauduntur in iuſtitia commutatiua. Prima eſt, vt illud, quod redditur, non ſit aliàs debitum. Secunda, vt cedat in vtilitatem recipientis. Tertia, vt valor rei datæ non ſe teneat ex parte recipientis, ſed ex parte dantis. Quæ omnes pertinent ad primam illam conditionem, quæ eſt æqualitas: nam cuiuslibet harum trium defectu tollitur iuſtitia; quia tollitur æqualitas, quæ fieri, aut eſſe non poteſt, ſi, quod redditur, aliquo alio titulo debeatur, aut in nullam cedat vtilitatem recipientis; quod enim vtile non eſt, nihil penditur ad æqualitatem dati, & accepti conſtituendam. Quod denique valorem habet à recipiente, nō erit æquale vt formaliter datum, aut redditum, & conſequēter nec habebit propriam, & eſſentialem iuſtitiæ æqualitatem, vt non ſolùm datum, aut redditum acceptæ, aut accipiendæ rei ſit æquale, ſed etiam ipſa datio, aut redditio æqualis ſit alterius dationi præteritæ, aut redditioni futuræ. Quod eſſe nequaquam poteſt, ſi id, quod offertur, aut redditur, totum ſit ab eo, cui dādum eſt, ad effectum ipſum ſatisfactionis, ſiuè conſtituendæ æqualitatis acceptum: implicat enim æquale accepto reddere, & eius, quod redditur, æqualitatem totam ab eo fieri, cui æquale reddendum eſt, ad hunc ipſum finē, vt ei reddatur æquale. Sed dicent ita fieri æqualem actionē hominis à Deo, vt illius dominus verè ſit homo, atq; ita hominem reddere, quod ſuum eſt.

Sed quamuis actionis cuiuslibet liberæ, quam exercet, dominiū habeat homo ex hoc ipſo, quòd liberè operatur, valor tamen totus, ex quo dependet æqualitas, à Spiritu ſancto eſt; igitur æqualitatis cauſa propria non erit homo, ſed Deus: Vnde etiam iuſtitiæ diffinitio; quam ex Vulpiano refert, & explicat S. Th. 2. 2. q. 58. art. 1. videlicet; *iuſtitia eſt conſtans, & perpetua voluntas ius ſuum vnicuiq; tribuens*, cum prædictas in ſe claudat conditiones, illi, quæ eſt inter Deum, & nos iuſtitiæ minimè cōgruit: Nam poſtrema particula duplicem claudit imperfectionem diuinæ perfectioni repugnantem; vt enim verus, & proprius actus iuſtitiæ ſit, nō ſufficit, vt ille, cui dandum eſt aliquid ex iuſtitia, ius habeat reſpectu rei eidem tribuendæ, ſed requiritur, vt illud habeat reſpectu dantis; alioquin non erit actus iuſtitiæ, ſed liberalitatis; vt ſi Paulus tribuat Ioan. decem quæ Petrus illi debebat, tribuit quidem illi id, ad quod ius habebat, nec tamen facit actum iuſtitiæ, ſed liberalitatis, quia ius Ioannis non erat reſpectu Pauli, ſed reſpectu Petri. Qđ autem aliquis ius habeat reſpectu alterius, duplicem denotat imperfectionem in eo, qui ius tribuit ex iuſtitia. Vna eſt obligatio, ſiuè debitum tribuēdi ius illi, cui debetur; alia eſt diminutio aliqua ſiuè imperfectio dominij eius rei, quam tribuere tenetur: Nam, ſi perfectum haberet dominium, ius alterius non obligaret ipſum ad talem rem alteri tribuendam: Vnde, ſi prædicta diffinitio extendatur ad iuſtitiam diſtributiuam, eo modo, quo diffinitio communis generis extenditur ad ſpecies, intelligēda erit de ſola humana iuſtitia, de qua Vulpianus agebat.

Iuſtitiæ diffinitio ex S. Tho. & Vlpiano

A Sed reſpondet Suarez, quòd, licèt in creaturis hęc vera videantur, ſi tamen ratio iuris, & debiti, ac dominij abſtractius concipiantur, intelligi poſſunt abſque vlla imperfectione: Nam habere (inquit) aliquod ius reſpectu alicuius, quando contrahi poteſt ſine volūtate, & actione illius, ad quē tale ius refertur, prout contingit in creaturis, imperfectionis eſt; ſi tamē illudmet ius, & omnis res, in qua illud fundatur, ſit ex voluntate, & actione eius, qui illud ius ſoluturus eſt, tollitur in hac parte talis imperfectio: habere autem ius ad aliquid ex vi huius præciſi conceptus, non excludit, quin ius illud haberi poſſit ab eo deriuatum, qui illud B ſoluturus eſt; igitur ex hac parte in illo conceptu nulla includitur imperfectio. Suarezij reſponſio.

Quòd autem ille, qui ius alteri tribuit, dominio ſe priuet illius rei, quam tribuit, in creaturis (inquit) inuenitur, & prouenit ex imperfectione, & limitatione dominij; per ſe tamen ex vi illius conceptus id non eſt neceſſarium: Nam, ſi quis tribuendo alteri ius ſuum maneat perfectus dominus illius rei, quam tribuit, ceſſat ex hac parte omnis imperfectio; hoc autem non repugnat ex vi illius conceptus, ad quod explicandum profert exemplum in rep. & membris eius: Nam perſonæ ſinguleq; quę membra ſunt reipub. habent ſua propria bo C na, quorum habent particulare, & inferius quoddam dominium, quod nō excludit, quominus Reſpublica in eadem retineat dominium ſuperius, ratione cuius poteſt illis interdum uti, quando ad commune bonum reipublicæ neceſſarium fuerit; quod etiam videre eſt in diſtributione bonorum, quę fit inter particularia membra à republica, vel Principe; quia ſemper ſupremum dominium diſtributorum bonorū ſeruatur integrum Reipublicæ, vel Principi. Denique (inquit) quamquam ratio dominij, quæ ex lege, & directione ſuperioris procedit, imperfectionem ſupponat creaturarum; propria tamen ratio debiti, quæ ex ſola oritur in D trinſeca natura, & rectitudine voluntatis, nullam imperfectionem ſignificat: Cum itaque perfectiones omnes ſimpliciter, quas in creaturis cognoſcimus, Deo ſecluſis imperfectionibus propriè, & formaliter tribuamus, vt patet de ſcientia, & alijs ſimilibus, eodem modo iuſtitia formaliter, & propriè erit à nobis Deo tribuenda, ſecluſis imperfectionibus, quæ ad eius rōnem formalem, & conceptum abſtractè ſumptum minimè pertinet.

Sed quamuis hęc videatur ſubtiliter dicta; vim tamen argumenti propoſiti non eneruant: Nam undecumque proueniat ea, quę alterius perſonam reſpicit obligatio, vel debitū, ſiuè ex lege ſuperio E ris, ſiuè ex proprio illius, qui dicitur obligari conſenſu, per ſe formaliter, & intrinſecè dicit imperfectionem; ſubijcit enim in hac parte perſonam, aut illius perfectionem, ſiuè perfectionis, aut virtutis conſeruationem alteri, cuius reſpectu dicitur obligari; nam ex hoc ipſo, quòd illi debet, non poteſt eius integra iuſtitia conſeruari, niſi ius, ſiuè rem illi debitam tribuendo; in quo manifeſta apparet eius, qui debet, ab eo, cui debet, dependentia: quemadmodum, ſi non poſſet Diuina bonitas Eneruatur reſponſio Suarezij.

Digitized by Google

nitas eſſe perfecta, abſque productione creaturarum, vere dependeret ab eis, ſine quarum productione conſiſtere non valeret. Propter quam cauſam Angelicus noſter Doctor nunquam auſus eſt affirmare, ſed ſemper negauit Deum quidquam debere, aut obligari creaturis; ſed ſibi tantùm dixit Deum debere, quòd nullam ſignificat imperfectionem. (S. Thom.)

Præterea: Quiſquis alicui debet, ad eum, cui debitor eſt, ordinatur; at Deus non ordinatur ad alia, ſed alia potius in ipſum; igitur Deus nulli creaturæ quidquam debet, & hac ratione vtitur S. Doctor hic in reſponſione ad tertium argumentum addens propter hanc cauſam iuſtitiã in Deo quãdoque dici bonitatis ſuæ condecentiam, quandoque verò retributionem pro meritis, vt ait Anſelmus cuius hic verba refert.

Reſponſio Suarez.

Sed ait Suarez obligationem hanc, ſiuè debitũ, non inferre Deo neceſsitatem ſeruandi, vel ſoluendi, quod debitum eſt, niſi virtute prioris voluntatis, & promiſsionis eius; quia volũtas Diuina ſemper libera eſt ſuprema libertate, & ideo niſi ipſa ſe neceſsitet ex priori ſuppoſitione, ſeu promiſsione, (quæ potius eſt rectitudo, & immutabilitas, q̃ neceſsitas) à nullo obiecto creato neceſsitari poteſt ad aliquid agendum extra ſe, conferendum, vel conſeruandum.

Cõſutatio.

Sed quæro, num virtute prioris voluntatis, ac promiſsionis oriatur in Deo obligatio iuſtitiæ, qua ius vnicuique proprium reddere teneatur, aut non oriatur in Deo talis obligatio, ſed promiſſorũ ſolutio ad ſolam pertineat diuinæ bonitatis condecentiam, aut virtutem fidelitatis; Si ſecundum hoc admittis, negas in Deo eſſe propriè, & formaliter rationem iuſtitiæ commutatiuæ, ſi primum affirmas; igitur ordinatur Deus ad creaturam tali ordinatione, quæ eſt obligatio iuſtitiæ, cuius eſt debitum vnicuique ius tribuere; igitur, ſi ius non tribuat Deus creaturæ, non erit in Deo iuſtitia; igitur non ex ſola promiſsione, ſed ab ipſamet creatura neceſsitabitur Deus ad agendum, & conferendum. Sequela probatur ex dictis: Nam, ſi diuina bonitas non poſſet ſine rerum creatione conſiſtere, ab illis neceſſariò dependeret, & ab eis neceſsitatem contraheret agendi, & producendi; igitur, ſi Diuina iuſtitia non poteſt in Deo conſeruari, ſi ius, quod debet, non tribuat creaturæ, dependebit à creaturis conſeruatio Diuinæ iuſtitiæ, & ex eis neceſsitas orietur in Deo ad iuris debiti collationem: Nam ex authoris prædicti ſententia, quamuis origo prima debiti neceſsitatem habentis ſit ex voluntaria Dei promiſsione, in ea tamen ſola non ſiſtit, ſed ex ea reſultat obligatio iuſtitiæ, ex cuius vi proximè conſequitur in Deo, aut potius formaliter ei conuenit neceſsitas ius cuique debitum tribuendi: Cum autem iuſtitia ſit ad alterum, ſequitur ut diximus, agendi neceſsitatem in Deo non ab eius ſola promiſsione, ſed etiam à creaturis oriri; Vnde Suarez his preſſus difficultatibus, à ratione formali iuſtitiæ commutatiuę diuertẽs, actus cæterarum virtutum ſcilicet fidei, religionis &c. vult eſſe actus iuſtitiæ hominis erga Deũ; quod eſt abuti nomine iuſtitiæ, & non ſecundum illius ſignificationem communiter à ſapientibus acceptatam; & ſic erit quæſtio de nomine veluti inutilis omittenda. Nec, qui ius alteri proprium tribuit, illi, cuius eſt, ex obligatione, ſiuè debito iuſtitiæ, vndecunque proueniat tale debitum, plenũ poteſt habere dominium illius rei, quam tribuit; nam, ſi plenum haberet dominium, nullam committeret iniuſtitiam, ſi non tribueret; quam tamen quilibet omittẽs tribuere, quod debebat, incurrit. Itaque manifeſtè pugnant hæc inter ſe. Deum ex quo vis debito, vel obligatione tribuere vnicuique quod ſuum eſt, & Deum plenum habere dominiũ earum rerum, quas tribuit: nam, ſi ex debito iuſtitiæ tribuit, iniuſtus erit, ſi non tribuerit; ſi verò plenum habet dominium, non ſolùm rerum, quas tribuit, ſed omnis iuris creaturę, iniuſtus non erit nõ tribuendo.

Ex quo ſequitur Dei promiſsionem nullam in eo inducere obligationem iuſtitiæ; cuius oppoſitũ gratis affirmat Suarez. Non ſoluit igitur prædicta reſponſio vim argumẽti propoſiti, ſed magis perſpicuam reddit illius efficacitatem. Exemplum autem de Rep. membris, bona diſtribuente, manifeſtè declarat oppoſitum eius, quod intendit: Nam, ſi ex obligatione iuſtitiæ fiat diſtributio, ex hoc ipſo, quòd à Rep. membris debentur diſtributa, non habet eorum perfectum dominium. Nec D. Tho. in primo cont. gent. quem pro ſua ſententia refert Suarez docet abſolutè iuſtitiam in ſuo formali cõceptu, nullam claudere imperfectionem, ſed hoc tantùm affirmat de iuſtitia diſtributiua: nam cõmutatiuam Deo conuenire negat ibidem ob eandem cauſam, quam aſsignauerat; quia ſcilicet non poteſt Deus pro receptis retribuere dicẽte Apoſt. Rom. 2. *Quis prior dedit illi, & retribuetur ei?* cuius rationis vim hic explicat Caietanus dicẽs, Deum, ſicut dare non poſſe pro acceptis, ita nec dare poſſe pro recipiendis, cum Deo nihil poſsit vtilitatis, aut bonitatis ex creaturis adiungi; & ſicut creatura non poteſt Deo prius dare, ita non poteſt æquiualens reddere, hæc enim ex vna, & eadem radice proueniunt, nimirum, ex hoc, quod omnis creatura, & quidquid eius eſt, à Deo, & Dei eſt magis, quàm Domini ſeruus, & filius Patris: Vnde ex quouis oblato, aut Deo reddito à creatura, quamuis referatur in Dei gloriam, ſicut in finem, nihil tamen in Dei maiorem perfectionem, aut fęlicitatẽ ſecundùm ſe redundat; ſicut hominibus euenit, quibus ex fama, vel gloria ex aliorum exiſtimatione comparata ſit magna fęlicitatis acceſsio. (Rom. 2. Caiet.)

Iuſtitia vindicatiua.

Tertiò notandum eſt iuſtitiam vindicatiuã partem eſſe potentialem iuſtitiæ commutatiuę, atque ideo non habere perfectè, & ſimpliciter rationem iuſtitiæ, ſed diminutam illius participationem ex ſimilitudinis affinitate; ſimpliciter autẽ ab ea deficere, vt habetur ex D. Thom. 2. 2. quæſt. 80. art. 1. vbi docet virtutes illas, vt partes potentiales alicui principali virtuti coniungi, quæ cum ea conueniunt, ſed in aliquo ab ea deficiunt, & enumerando virtutes adiunctas iuſtitiæ, inter eas recenſet etiam vindicatiuam; Cum autem huius iuſtitiæ ra- (S. Thom.)

Digitized by

Iuſtitiæ vindicatiua Deo cõuenit. tio nullam ex prædictis imperfectionibus claudat, ſed tantùm ſimplicem denotet voluntatis aſfectum vindictam de offenſa, ſiuè peccato ſumendi, certum eſt poſſe Deo formaliter, & propriè cõuenire, & ſacrarum litterarum oracula, quæ Deo vindictam tribuunt peccatorum, eſſe formaliter, & propriè intelligenda, vt illud Rom. 12. *mihi vindictam, & ego retribuam*, & Apoc. 19. *vera, & iuſta iudicia ſunt eius, qui vindicauit de meretrice magna, quæ corrupit terram in proſtitutione ſua, & vindicauit ſanguinem ſeruorum ſuorum de manibus eius.*

Rom. 12. Apoc. 19.

De ratione iuſtitiæ commutatiuæ, & eius conditionibus multa ſcripſimus in quarto Tomo, ſuper tertia par. quæſt. 2. Controu. 2.

Probatur ex ratione formali iuſtitiæ diſtributiuæ, & eius differentia à commutatiua, illam Deo formaliter, & propriè conuenire.

IAm verò de iuſtitia diſtributiua, quod præcipuum eſt, & maximè neceſſarium ad veritatẽ propoſitæ difficultatis inueſtigandam, paucis aperiendum eſt. Hoc autem eſt illius propria ratio formalis, ſecluſis iis, quæ materialiter, & per accidẽs diſtributiuæ iuſtitiæ quandoque conueniunt, quatenus eſt in tali, vel tali ſubiecto. Differunt autem iuſtitia commutatiua, & diſtributiua, quòd in hac accipitur medium ſecundùm æqualitatem rei ad rem, in illa verò ſecundùm proportionem rerũ ad perſonas. Cuius rationem aſſignat S. Thom. ſecunda ſecundæ quæſt. 61. art. 2. quia in iuſtitia commutatiua redditur aliquid ſingulari perſonæ, propter eius rem, quæ accepta eſt; vt maximè patet in emptione, & venditione; in quibus primo inuenitur ratio commutationis. & ideo oportet adæquare rem rei, vt quantò iſte plus habet, quàm ſuũ ſit, de eo quod eſt alterius, tantundem reſtituat ei, cuius eſt, & ſic fiat æqualitas ſecundùm arithmeticam medietatem, quæ attenditur ſecundùm parẽ quantitatis exceſſum: vt ibidem explicat Sanctus Doct. in diſtributiua verò iuſtitia datur aliquid alicui priuatæ perſonæ, inquantùm id, quod eſt totius, eſt debitum parti; quod tantò maius eſt, quãtò ipſa pars maiorem principalitatem, ſiuè dignitatem habet in toto; & ideo in diſtributiua iuſtitia, tantò plus alicui de bonis cõmunibus datur, quantò illa perſona maiorem habet dignitatem in communitate; atque ideò in iuſtitia diſtributiua non accipitur medium ſecundùm æqualitatem rei ad rem, ſed ſecundùm proportionem rerum ad perſonas: vt ſcilicet, ſicut vna perſona excedit aliam, ita etiam res, quæ datur vni perſonæ, excedat rem, quæ datur alij. Quo fit, vt medium in hac iuſtitia ſit ſecundum Geometricam proportionalitatem; in qua attenditur æquale, non ſecundùm quantitatem, ſed ſecundùm proportionem, vt ait Ariſt. in quinto Ethicor. cap. 3. Ex hac differentia ſequitur in iuſtitia commutatiua claudi multiplicem imperfectionem ſuperius explicatam ex D. Thom. nimirum obligationem dandi, ſiuè reddendi pro acceptis, & imperfectionem dominij in rẽ, quæ ad æqualitatem iuſtitiæ conſtituendam alte-

Diſtributiuæ, & cõmutatiuæ iuſtitię differentia.

S. Thom.

Ariſtot.

Iuſtitiæ commutatiuæ multiplex imperfectio.

A ri datur, non nullam denique vtilitatis, ſiuè perfectionis indigentiam in eo, qui recipit. ſequuntur enim hæ omnes imperfectiones ex propria ratione iuſtitiæ commutatiuæ, quæ medietatem intẽdit ſecundùm æqualitatem rei ad rem: ſi namque vterque commutantium tantùm tenetur reddere, quantùm recepit ad æqualitatem conſtituendam; igitur nec habet in re, quæ illi danda eſt, perfectũ dominium, ſed illud habebit ea recepta, nec eius rei, quã dare tenetur, perfectè dominus eſt; & rurſus, ſi ab alio recepit, indigens eſt; alioquin verè non recipit ad æqualitatem iuſtitiæ conſtituendã, nec verè conſtituitur æqualitas. In iuſtitia uerò diſtributiua non neceſſariò clauduntur hæ, uel ſimi- B les imperfectiones.

Nam ad cõſtituendam illam proportionalem, ſiue Geometricam æqualitatem non requiritur, ut, qui partibus communitatis bona diſtribuit, aliquid prius ab eis receperit, aut ob factam illis diſtributionem ſibi cõferendum expectet; neque neceſſe eſt, vt rei, quam diſtribuit, dominio ſe priuet, cum optimè poſſit conſtitui dicta proportionis ęqualitas, remanente perfecto diſtributionis dominio in bona partibus diſtributa, non enim repugnant, ſed ualdè conſentiunt æqualitas prædicta, & ſupremum illius diſtributionis dominium, qui C non ex obligatione, quæ ſit ad alterum, ſed ex ordine ſuæ ſapientiæ, & uoluntatis infallibili bona diſtribuit, ſicut Deus. Non eſſe uerò neceſſariam obligationem in diſtributiua iuſtitia, quæ ex ipſa ratione iuſtitiæ deriuetur, ſic oſtenditur: Nam, ſi dignitatum, & meritorum inæqualitas in iis, quibus ſunt bona communia diſtribuenda, tota ſit ab ipſo communitatis principe, qui diſtribuit, certũ eſt ex tali meritorum, ſiuè dignitatum proportione, tam inter ſe, quàm in ordine ad bona communia ſingulis proportionata, nullam in ipſo principe diſtributore naſci obligationem ad diſtribuendum. Nam, ſi diſtributionem penitus ommiſerit, D iniuſtus non erit.

Secundò probatur; Quia iuſtitia diſtributiua, ideò in hominibus habet obligationem annexam, quia nullus hominum ſic præſidet vni alicui multitudini, vt nullam habeat legem ſuperiorem illũ obligantem circa regiminis actus exercẽdos; Deus autem cum ſit ſupremus omnium princeps, nulla poteſt lege ſuperioris aſtringi, ſed ſuæ tãtùm ſapientiæ, uoluntatiſque decreto.

Omnis igitur obligatio, quæ in hoc poteſt eſſe diſtributore, ex ipſius ordinatione, & uoluntatis decreto trahit originem, vt hic perſpicuè declarat S. Doct. dicens à Deo debitum eſſe, ut impleatur in S. Thom. E rebus id, quod eius ſapientia, & uoluntas habet, & quod ſuam bonitatem manifeſtat; *& ſecundũ hoc* (inquit) *iuſtitia Dei reſpicit decentiam ipſius, ſecundũ quam reddit ſibi, quod ſibi debetur, &c.* prout in textu, & talis obligatio, ſiuè debitum, ſiuè decentia bonitatis ſatis eſt ad conſtituendã in Deo rationẽ iuſtitiæ diſtributiuæ formaliter, & propriè. Iam enim diximus, ex ratione formali, ſiuè natura diſtributiuæ iuſtitiæ, non oriri in diſtributore obligationem reſpectu partium, cuius ui teneatur cõmunia

munia ſingulis bona proportionaliter diſtribuere. Sed oritur ex libero diuinæ voluntatis decreto quo ſibi ipſi primò, creaturæ verò ſecundariò Deus debitor conſtituitur, in commutatiua verò iuſtitia oritur obligatio ex receptione; quia, ſcilicet recipit vnus ab alio, & qui recipit, ad eum à quo recipit ordinatur, quod non contingit in iuſtitia diſtributiua; et ideò S.D. hic ad tertium ait, quòd, *licèt Deus det alicui, quod illi debitum eſt, non tamen ipſe debitor eſt*, (intelligê primario) quia ipſe ad alia non ordinatur, ſed potius alia ad ipſum: Ad cuius ampliorem euidentiam conſiderandum eſt finem iuſtitiæ diſtributiuæ primarium eſſe, bonũ ipſius primarij diſtributoris; hic autem eſt Republica, ſiuè communitas, cuius vices agit Princeps, cum Reipublicè nomine, cuius ipſe caput eſt, ſingulis eius membris communia bona diſtribuit: huius enim diſtributionis finis præcipuus eſt; conſeruatio totius communitatis, ſicut etiã finis nutritionis in corpore animato, cibum media facultate vegetatiua diſtribuente ipſius eſt corporis conſeruatio; ex quo ſequitur primò, vt ex vitalis diſtributionis, non totum partibus, ſed partes toti ſubordinentur: Secundò ſequitur Deum in actibus iuſtitiæ diſtributiuæ, quibus bona rebus à ſe creatis cũ congrua proportione diſtribuit, totius vniuerſi cõmune bonum intendere, cuius ipſe bonum eſt ſeparatum, ac proindè bonorum diſtributionem ad ſeipſum, vt ad vltimum finem ordinare, iuxtà illud prouerbiorum 6. *Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus*; & ex his habetur intelligentia reſponſionis ad tertium S.Thom.

Poſtremò aduertendum eſt, ad conſtituendum in Deo rationem iuſtitiæ diſtributiuæ non eſſe neceſſarium aſsignare aliquam Dei operationem, in qua vel ſola, vel principaliter reluceat iuſtitia diſtributiua, ſed ſatis eſſe in operibus Dei formalẽ, & propriam dictæ iuſtitiæ rationem inueniri; tametſi principem locum teneat forma, ſiuè modus iuſtitiæ commutatiuæ; Quamuis igitur in Diuino iudicio, quo meritis præmia, & peccatis ſupplicia decernit, intenta ſit à Deo per ſe primò æqualitas iuxta modum commutatiuæ iuſtitiæ, ſicut etiam primò videtur intendi in collatione naturaliũ pfectionum rebus naturalibus à Deo facta iuxta cuius vis naturæ capacitatem, & exigentiam; quia tamen non merè per accidens, ſed vt ſecundariò intenta conſequitur in illis actibus æqualitas iuſtitiæ diſtributiuæ, vt hic expreſsè docet. S.Tho. negandum non eſt iuſtitiam diſtributiuam Deo formaliter, & propriè cõuenire, in quo manifeſte defecit Vaſquez ſuper hoc articulo, & rationes eius vniuerſæ contrario innixæ fundamento ſimul corruunt. Et quemadmodum ſecundaria proportionalis, ſiuè Geometricæ æqualitatis intẽtio in Deo ſufficit ad conſtituendam in eo rationem iuſtitiæ diſtribuitiuæ, ita, & in homine, ſi ſupra poſitæ cõditiones non deſint.

Hoc autem, quòd diximus de ſecundaria æqualitatis proportionalis intentione, intelligendum eſt reſpectu rerum ſingularum, prout ſecundùm ſe conſiderantur: Nam accidit, exempli gratia, hu-
A manæ naturæ ſecundùm ſe conſideratæ, vt ex collatis ſibi à Deo perfectionibus ſecundùm arithmeticam æqualitatem reſultet æqualitas proportionalis in ordine ad cęteras vniuerſi naturas, & perfectiones in illis ex Dei largitione receptas; At, ſi naturam eandem humanam, vt vniuerſi partem conſideremus, illius ordo, & proportionalis æqualitas ad cæteras vniuerſi partes à Deo perfectionum diſtributore principaliter eſt intenta; vt patet ex Ariſt. 12. Metaph. tex. 52. quod idem dicẽdum eſt de ſupernaturalium diſpenſatione, quorũ perfectio à Deo magis intenditur, quàm naturalium; Et quia præmiorum retributio, & pęnarum
B diſtributio, vt ſic, per ſe, & formaliter perſonas, & eorum actiones ſingulares abſolutè reſpicit, idcirco S.Thom. formaliter loquens dixit, iudicium Diuinum fieri ſecundùm formam iuſtitiæ commutatiuæ. Diſpenſatio verò naturalium perfectionum rebus à Deo creatis per ſe primò tendit ad vniuerſi perfectionem, in qua præcipuè reſplendet Diuina bonitas; & ideo S.D. in hoc artic. ex Dionyſ. dixit in hoc ueram Dei eſſe iuſtitiam, ſcilicet diſtributiuam, quòd omnibus tribuit propria ſecũdùm vniuſcuiuſque exiſtentium dignitatem, & vniuſcuiuſque naturam in proprio ſaluat ordine, & virtute; Conſtituenda eſt igitur in Deo iuſtitia diſtri-
C butiua propriè dicta, non ſolùm quatenus dictio illa, *propriè*, diſtinguitur contra metaphoricè, ſed etiam prout diſtinguitur contra cõmuniter; adeò vt non minus propriè de Deo dicatur iuſtitia diſtributiua, quàm ſapientia, bonitas, & potentia, & quæcunque aliæ perfectiones ſimpliciter communes Deo, & creaturis. Ex dictis ſequuntur duæ cõcluſiones:

Prima concluſio. In Deo non eſt propriè, & formaliter iuſtitia commutatiua, reſpectu noſtri, neque è contra. Hæc patet ex dictis, & probant eam latè Zumellus, & Vaſquez ſuper hoc artic. Zumell. Vaſquez.

Secunda Concluſio. Deo conuenit formaliter, &
D propriè iuſtitia diſtributiua ſecundùm omnem rigorem proprietatis. Hæc ſequitur euidenter ex iactis fundamentis; & probat eam latiſsimè Suarez Suarez. in ſect. prædicta; vbi tamen ad eius probationem principia quædam adhibet, quæ ſuperius vt falſa reiecimus.

Argumenta, & ſolutiones.

Contra primam concluſionem argumentatur Suarez. Primò. Iuſtitia commutatiua diffiniri poteſt, quòd ſit conſtans, & perpetua voluntas vnicuique tribuens ius ſuum proprium, ideſt tale,
E vt vel ſit proprium dominium rei, vel illi moraliter æquiualeat; ſed in tota hac diffinitione præciſè, ac formaliter ſumpta nulla inuoluitur imperfectio; ergo iuſtitia commutatiua ſecundùm ſuã formalem rationem, nullam inuoluit imperfectionẽ, & conſequenter eſt in Deo. Probat minorem: Nã; quòd illud ius ſit proprium, & æquiualens dominio, non requirit, aut ſupponit aliquam imperfectionem in retribuẽte; quia etiam propter hoc ius non ſemper neceſſe eſt tribuentem priuari dominio

nio rei, quam tribuit, ſi illud ſit ſupremum, & vniuerſale; neque neceſſe eſt lege aliqua obligari; ſed naturali rectitudine; At his imperfectionibus ſeclufis nulla ſuper eſt, quæ ex vi talis obiecti includatur; ergo.

Reſpondetur falſam eſſe maiorem quo ad illā particulam: *Vel illi moraliter æquiualens;* Ratio nāque iuſtitiæ commutatiuæ poſtulat in dante, & retribuente dominium propriè dictum, antequā det, aut recipiat, & in accipiente, poſtquam recepit, vt ante diximus. Secundò reſpondetur falſam eſſe minorem propoſitionem: Ad probationem negatur maior, & minor: oſtendimus enim ſupra, ad rationem formalem, iuſtitiæ commutatiuæ pertinere obligationem, & priuationem, aut imperfectionē dominij in res commutatas, & potentiam in dante, & recipiente, ad vlteriorem perfectionem, ſiuè vtilitatem ex ipſa commutatione reſultantem, nec verum eſt, quod ibidem ait Suarez, hęc ad materiale tantùm obiectum, & non ad formale pertinere.

Secundò. D. Thom. tertia par. quæſt. 85. artic. tertio, ait, tam in retributione, quàm in recompenſatione inueniri materiam iuſtitiæ; quia vtrumq; eſt commutatio quædam; ergo in Deo eſt iuſtitia commutatiua.

Reſpondetur D. Thom. in eo artic. manifeſtè docere inter Deum, & hominem non eſſe iuſtum ſimpliciter, ſed tantùm ſecundùm quid; quale eſt inter eos, quorum vnus eſt ſub alterius poteſtate; ſicut ſeruus ſub domino, & filius ſub patre; & tale iuſtum (inquit S. D.) conſideratur in pęnitentia; de qua ibidem eſt quæſtio: Conſtat autem iuſtum ſecundùm quid non eſſe abſolutè, formaliter, & propriè iuſtum. Ad argumentum igitur negatur ſequela; ſi ſermo ſit de iuſtitia formaliter, propriè, & abſolutè dicta, vt intendit Suarez.

Tertiò. Qui ſoluit ex obligatione promiſsionis, nihil accipit vtilitatis ex tali ſolutione; ergo iuſtitia commutatiua nō habet eam imperfectionem, quam illi tribuunt ſectatores contrariæ ſententiæ; ergo poteſt eſſe in Deo.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens: nam qui ex promiſsione ſoluit recipit propriæ perfectionis augmentum ex actu virtutis exercito prouenienꝭ, & bonam de ſe in humanis mentibus exiſtimationem acquirit, & debiti vinculo, quo in ordine ad alterum tenebatur abſoluitur. Secundò reſpondetur promiſsiones Dei non inducere in eum obligationem iuſtitiæ, ſicut promiſsiones humanæ, ſed ſolam bonitatis illius condecentiam; vt hic ait. S. Thom. ex Anſelmo.

Quartò. In meritis, & præmio iuſtorum inueniuntur conditiones iuſtitiæ commutatiuæ; ergo in Deo eſt iuſtitia cōmutatiua formaliter, & propriè. Antecedens probatur; quia in retributione operum iuſtorū inueniuntur maximè propriè conditiones iuſtitiæ commutatiuæ formaliter ſumptæ, prout Deo conuenire poſſunt; quæ ad tres reuocantur. Prima eſt æqualitas iuris, ſeu rei ad rē; hæc autem inuenitur inter meritum, & præmium iuſtorum, & à Deo ſeruatur, ut tradit. S. Thom. pri-

A ma ſecundæ quæſt. 114. ar. 3. vbi Caietanus, & alij id obſeruant, ſecunda conditio eſt quòd interueniat commutatio aliqua ſecundùm æqualitatem dati, & accepti; quam hic inueniri patet; quia in primis inter meritum, & retributionem, ſatisfactionem, & veniam eſt commutatio quædam; vt expreſsè docuit. S. Thom. tertia par. quæſt. 85. art. 3. & eſt hic acceptatio, non ſolùm ex parte hominis, ſed etiam ex parte Dei; vt optimè declarat. S. Thom. prima ſecundæ quæſt. 114. art. 1. ad ſecundum dicens, non oportere, vt id, quod homo exhibet Deo, cum meretur, ſit aliquid Deo vtile, ſed ſatis eſſe, vt in gloriam Dei cedat; hanc enim Deus

D. Thom. Caiet. *S. Thom.*

B ex noſtris operibus quærit. Tertia conditio eſt, ut ex acceptione oriatur debitum in retributore ex vi iuris comparati ab alio, per opus exhibitum, & quaſi oblatum ei; & hęc etiam conditio inuenitur in Deo; quia Deus conſtituitur debitor ex iuſtitia, ſi antecedat eius promiſsio, non quęcunque, ſed quę ſit per modum pacti, & ſub aliqua conditione operis exhibendi ab illo, cui Deus ſeruare debet talem iuſtitiam; vt ſæpè (inquit) probatum eſt.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens: Ad probationem quo ad primam conditionem reſpondeo D. Thom. ibidem affirmare quidem ęqualitatem mercedis, & operis, ſed tamen negare, inter Deum

C & hominem eſſe ſimpliciter iuſtitiam, & in homine eſſe ſimpliciter rationem meriti reſpectu Dei: Nam, cum inter Deum, & hominem ſit maxima inæqualitas, (in infinitum enim diſtant) & totum, quod eſt hominis bonum, ſit à Deo, (inquit S. Th.) non poteſt hominis ad Deum eſſe iuſtitia ſecundū abſolutam æqualitatem, ſed ſecundùm proportionē quandam; eſt igitur inter Deum, & hominem, vt ibidem ait S. Doct. non iuſtitia ſimpliciter, ſed quidam iuſtitiæ modus, ut explicat etiam ibi Caietanus, ex quo patet etiam ſecundam conditionē Deo conuenire nonniſi diminutè, & impropriè: nā ex hoc, quòd Deus ab homine nullam quærit uti-

D litatem, ſed gloriam, ſequitur, nō eſſe inter Deum, & hominem iuſtitiam ſimpliciter, ſed quendā iuſtitiæ modum. Tertia verò conditio manifeſtè repugnat Deo, qui nulli alteri, ſed ſibi tantùm debitor eſt; vt hic ait S. D. Alia eiuſdem auctoris argumenta parum, aut nihil à prædictis differētia eaſdem ſolutiones admittunt.

Contra eandem cōcluſionem proferunt, & ſoluunt alia quædam argumenta Zumellus, & Vaſquez, ſed eorum etiam ſolutio patet ex dictis.

Zumell. Vaſquez.

Contra ſecundam concluſionem argumentatur Vaſquez. Primò. S. Thom. 1. 2. q. 114. negat eſſe noſtri ad Deum meritum ſimpliciter, eo quòd nō ſit

E inter nos, & Deum iuſtitia ſimpliciter, putat enim ibi non eſſe meritum ſimpliciter, vbi iuſtitia ſimpliciter non eſt; at, ſi eſſet in Deo iuſtitia diſtributiua, ſufficiens eſſet, ut apud Deum meritum ſimpliciter eſſet; ergo: probatur minor; quia iuſtitia diſtributiua debitum ſimpliciter inducit; quia ſecundùm hanc ex ſententia D. Thom. Deus pręmia diſtribuit, & hęc ęqualitatem ſimpliciter ſeruat. Deinde in ſecunda ſecundæ quęſt. 61. art. 4. contendit probare non eſſe idem iuſtum ſimpliciter, id eſt in uni-

Digitized by Google

vniuerſum,& contrapaſſum, & obijcit primum argumentum hoc modo;Iudicium diuinum eſt ſimpliciter iuſtum,& in eo obſeruatur iuſtum contrapaſſum; ergo idem ſunt iuſtum ſimpliciter,quod contrapaſſum. Reſpondet verò his verbis: *Ad primum dicendum, quòd illa forma diuini iudicij attenditur ſecundùm rationem commutatiuæ iuſtitiæ,prout ſcilicet recompenſat præmia meritis,& ſupplicia peccatis.* At,ſi in Dei iudicio vera eſſet iuſtitia diſtributiua,melius reſpondiſſet in eo non eſſe iuſtum ſimpliciter;quia eſt tale iuſtum,ſcilicet diſtributiuũ; vel ſi etiam commutatiuum ſimul reperitur, concedere debebat ibi iuſtum ſimpliciter,hoc eſt vniuerſim,& iuſtum contrapaſſum. Adde (inquit) ꝙ, ſi in Diuino iudicio ex ſententia D. Thom. ſeruatur forma commutatiuæ iuſtitiæ,& æqualitatis illius modus,nequit ſimul ſeruari diſtributiua; ergo,cum concedit in eo ſeruari modum commutatiuæ, planè negat non ſolùm diſtributiuam propriam, ſed etiam modum, & formam aliquam illius.

Reſpondetur falſam eſſe minorem argumenti deducti ex prima ſecundæ. Ad eius probationem negatur aſſumptum: cuius probatio falſa eſt,nimirum,in diſtributione præmiorum ſeruari æqualitatem ſimpliciter,prẹmiat enim Deus ſupra merita, & punit citra condignum;& ideo in his actibus diuinæ iuſtitiæ ſeruatur tantùm proportionalis æqualitas propriè loquendo, vt ante diximus, vt ſupra.

Ad aliam rationem deductam ex ſecunda ſecũdæ. Reſpondetur D.Thom.in corpore illius articuli attuliſſe illam reſponſionem, quam ſignificat Vaſquez, & ideo non fuit neceſſe illam in ſpeciali reſponſione ad argumentum replicare;ſed ea ſuppoſita, ſoluit difficultatem tactam in argumento quo ad iuſtitiam commutatiuam, quam ait non inueniri ſimpliciter in diuino iudicio, ſed ſecundũ quandam illius formam,ſiue modum, nec tamen ſequitur id,quod vltimò deducit Vaſquez, videlicet non poſſe ſimul cum tali forma,ſiue modo cõmutatiuæ iuſtitiæ ſeruari diſtributiuam:nam ſuperius oſtendimus eſſe poſſibile illam eſſe in diuino iudicio principaliter, hanc verò ſecundariò;imò vtramque principaliter diuerſa ratione. D.Tho.

Secundò. Anſelmus in proſologio capit.10.ad Deum ſic ait.Iuſtus es; non quia reddis debitum; ſed quia facis,quod decet te ſummè bonum;ſed iuſtitia propriè ſine debito eſſe non poteſt;ergo:minor (inquit) probata eſt in capit.6.præced.diſp.ex ſententia etiam D.Thom.

Reſpondetur falſam eſſe minorem. Ad probationem reſpondetur obligationem ad alterũ claudi in ratione ſolius iuſtitiæ commutatiuæ,obligatio verò pertinens ad rationem iuſtitiæ diſtributiuæ,non neceſſariò ad alterum eſt,vt ſatis oſtendimus.

Tertiò.Ariſt.in quinto Ethic.capit.5. ſignificat Dei iudicium in infligenda pẹna, non fieri ſecundùm iuſtitiam diſtributiuam.

Reſpondetur non eſſe in diuino iudicio principaliter rationem iuſtitiæ diſtributiuæ, ſed ſecun-

A dariò tantùm,ſi ſingula tantùm ſpectemus; nam, ſi ſimul omnia ſumantur eorum ordinem, & proportionem vt eorum maximum bonum præcipuè Deus intendit.

Quartò. Aequalitas,quam Deus nobiſcum ſeruat, aut in largitione perfectionum naturalium, aut in præmiorum, ſeu pẹnarum diſtributione, nõ eſt diſtributiuæ iuſtitiæ; ergo nec ipſa diuiſio, ſeu diſtributio ſeruans prædictam æqualitatem erit iuſtitia diſtributiua. Antecedens probatur: Nam in diuino iudicio per ſe ſolùm conſideratur æqualitas arithmetica,quæ eſt inter rem,& rem,nec iuſtitia Dei ad hoc attendit,vt conſtituat æqualitatem proportionis,& Geometricam, licèt ex ſuo iu-
B dicio ſecundariò ſequatur; ergo non ſeruat modũ iuſtitiæ diſtributiuæ, ſed potius commutatiuæ, probat hoc aſſumptum quo ad ſecundam partem primò;quia in largitione bonorum naturalium vnicuique rei eam tribuit perfectionem,quæ eſt ipſi connaturalis,& decens,nec,vt huic tribuat attẽdit,quid alteri tribuendum ſit. ſecũdò;quia in remuneratione prẹmij,& ſolutione pẹnẹ non attenditur, quam proportionem vnus homo cum alijs habeat,ſed quid ipſe geſſit, & quãtùm opera eius mereantur.

Reſpondetur falſum eſſe Antecedens, ſi ſermo
C ſit de ẹqualitate iuſtitiẹ diſtributiuẹ, vt ſecundariò ſaltem intenta.Ad probationem negatur antecedens:ad cuius probationem negatur antecedẽs: Nam quod maximè Deus intendit in largitione perfectionum naturalium, eſt vniuerſi perfectio, quæ in ipſo rerum ordine, & proportione cõſiſtit, vt docet Ariſt. 12.Metaph.tex.52. & cum non minor eſſe debeat rerum ſupernaturalium perfectio, quàm naturalium, ſequitur etiam Deum in ſupernaturalium diſpenſatione bonorum,& retributione præmiorum,& inflictione pẹnarum quam maximè ordinem,& proportionem intendere, abſolutè loquendo;quamuis retributio,vt ſic,arithmeti-
D cam tantùm æqualitatem intendat; quam etiam ſolam per ſe primò reſpicit in hoc,cui Deus naturalia,vel ſupernaturalia diſpenſat; Geometricam verò,vt ſecundariò, & quaſi per accidens conſequentem,in quo lapſus eſt Vaſquez,qui ſolam cuiuſque rei naturam, non autem vnius ad alteram ordinem,& omnium ſimul perfectionem à Deo ꝑcipuè volitam conſiderauit. Vaſquez.

ARTICVLVS III.

Vtrum iuſtitia Dei ſit veritas.

E AD ſecundum ſic proceditur. Videtur,quòd iuſtitia Dei nõ ſit veritas. Iuſtitia enim eſt in voluntate. Eſt enim rectitudo voluntatis,vt dicit Anſelm.* veritas autẽ eſt in intellectu ſecundùm Philoſophum in 6. metaph.*& in 6.Ethic.Ergo iuſtitia non pertinet ad veritatem.

132 4.d.4. q.1. ar.1.2 & 3. In dialog. verit. c.10. 6.Ethi c.2 & 6 meta. tex. 8. to 5 & to. 3. Lib.4. Ethic.c.7.tomo 5.

2 Præterea: Veritas ſecundùm Philoſoph. in 4.

in 4. Ethic.* eſt quædam alia virtus à iuſtitia, Non ergo veritas pertinet ad rationem iuſtitiæ. A

Sed contra eſt, quòd in Pſalm. 84. dicitur, Miſericordia, & veritas obuiauerunt ſibi. Et ponitur ibi veritas pro iuſtitia.

Reſpondeo. Dicendum, quòd veritas conſiſtit in adæquatione intellectus, & rei, ſicut ſupra dictum eſt.* Intellectus autem, qui eſt cauſa rei, comparatur ad ipſam ſicut regula, & menſura. Econuerſo autem eſt de intellectu, qui accipit ſcientiam à rebus; * Quando igitur res ſunt menſura, & regula intellectus, veritas conſiſtit in hoc, quòd intellectus adæquatur rei, vt in nobis accidit. Ex eo enim, quòd res eſt, vel non eſt, opinio noſtra, & oratio vera, vel falſa eſt; Sed quando intellectus eſt regula, vel rerum, veritas conſiſtit in hoc, quòd res adæquãtur intellectui: Sicut dicitur artifex facere verum opus, quando concordat arti. Sicut autẽ ſe habent artificiata ad artem, ita ſe habent opera iuſta ad legem, cui concordant; Iuſtitia igitur Dei, quæ conſtituit ordinem in rebus cõformem rationi ſapiẽtiæ ſuæ, quæ eſt lex eius, conuenienter veritas nominatur; Et ſic etiam dicitur in nobis veritas iuſtitiæ. B C

q.16. ar. a. — c 87 — b 11

Ad primum ergo dicendum, quòd iuſtitia quantùm ad legem regulantem, eſt in ratione, vel intellectu. Sed quantùm ad imperium, quo opera regulantur ſecundùm legem, eſt in voluntate.

Ad ſecundum dicendum, quòd veritas illa, de qua loquitur Philoſophus ibi, eſt quædam virtus, per quam aliquis demonſtrat ſe talem in dictis, vel factis, qualis eſt: *Et ſic conſiſtit in conformitate ſigni ad ſignificatum, non autẽ in conformitate effectus ad cauſam, & regulã, ſicut de veritate iuſtitiæ dictum eſt. D

e 103 — In cor. ar.

Forma Textus.

Conclusio eſt. Iuſtitia Dei conuenienter veritas nominatur. Probatur: Iuſtitia conſiſtit in conformitate operum ad legem; cui concordat; ergo iuſtitia Dei conuenienter veritas nominatur; antecedens probatur; quia ſicut ſe habent artificiata ad artem, ita ſe habent opera iuſta ad legem cui concordant; igitur iuſtitia Dei conſtituit ordinem in rebus conformem rationi ſapientiæ ſuæ, conſequentia verò probatur; quia quando intellectus eſt regula, vel menſura rerum, veritas conſiſtit in hoc, quòd res conformantur, & adæquantur intellectui; ergo ſi iuſtitia Dei conſiſtit in conformitate operũ ad legem, conuenienter veritas nominatur: Probatur hoc aſſumptum ex conuenientia, & differentia veritatis in intellectu accipiente à rebus, & cauſante res, vt patet in textu; confirmatur hic diſcurſus; quia ſic etiam dicitur in nobis veritas iuſtitiæ.

Expoſitio Textus.

Ex hoc diſcurſu manifeſtè colligitur concluſionem intelligendam eſſe de iuſtitia Dei, nõ qua formaliter, & præcisè in ſeipſo iuſtus eſt; ſed qua illius etiam opera iuſta ſunt hoc ipſo, quòd cũ illius lege, quæ ſapientia eſt, conformitatem habent cuiuſdam æqualitatis; ſicut etiam veritas hic accipitur, non præcisè pro ea, quæ eſt diuinæ mẽtis perfectio, ſed pro ea; qua etiam res à Deo factę veræ ſunt hoc ipſo, quòd æternis idæis vt artis diuinæ regulis, à quibus effectæ ſunt, quandam habẽt ęqualitatis conformitatem, vt habetur in textu: Et quoniam totus hic diſcurſus, & veritas concluſionis innititur prædictæ conformitati, quam habent res à Deo factæ ad eius legem, quæ illius ſapientia eſt, ſequitur non rectam eſſe Vaſquezij interpretationem dicentis iuſtitiam, & æqualitatem, quam Deus conſtituit, non ſolùm conſiderari per adęquationem rerum cum intellectu diuino, ſed ꝑ adæquationem rerum ipſarum inter ſe: non enim (inquit) ideo ſolùm Deus iuſtitiam ſeruare dicitur in rebus; quia eas facit ſuę ideæ cõformes, & quodammodo ęquales; ſed quia ipſas inter ſe ita ordinat, & rebus tales perfectiones tribuit, vel meritis talis pręmia, qualia res ipſę, & merita poſtulabãt, & decens illis erat. Quanquam enim hęc uera ſint, aliena tamen ſunt à ſenſu formali; quem S.D. intẽdit. Nam, licèt iuſtitia, prout in operibus Dei participatur, prædictam rerum ęqualitatẽ includat, vt in primo articulo ſatis oſtendimus, qua ratione tamen iuſtitia formaliter ueritas eſt, ſolam dicit ęqualitatem ad regulam, ſiuè legem, quæ Dei ſapientia eſt; ſicut etiam ueritas ſolam importat diuinorum operum æqualitatem ad intellectum Dei practicum, ſecundùm rationes eius idęales, nõ autem ad aliquas alias res, quibus realiter cõformantur, ſecundùm aliquam proportionis, ſiuè commenſurationis ęqualitatem. Vaſquez.

ARTICVLVS III.

Vtrum miſericordia competat Deo.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd miſericordia Deo non competat. Miſericordia.n. eſt ſpecies triſtitiæ, vt dicit Damaſc. *Sed triſtitia non eſt in Deo; Ergo nec miſericordia. 133 3.2. q. 30. a.1.1 & 4. d.46. q.1. a.1. q.1. & 1.con.cap. 91. & pſ. 34. Lib.2. orthod. fid. cap.4.

2 Præterea: Miſericordia eſt relaxatio iuſtitiæ; ſed Deus non poteſt prætermittere id, quod ad iuſtitiã ſuam pertinet. Dicitur enim 2. ad Tim. 2. Si non credimus, ille fidelis permanet, ſeipſum negare non poteſt, negaret autem ſeipſum, vt dicit gloſ. *ibidem, ſi dicta ſua negaret; ergo miſericordia Deo non competit. E — Gloſs. interlinearis ibid.

Sed contra eſt, quòd dicitur in pſal. 110. Miſerator, & miſericors Dominus.

Reſpondeo. Dicendum, quòd miſericordia eſt

Digitized by Google

eſt Deo maximè attribuenda, tamen ſecundū effectum, non ſecundùm paſsionis affectum * ad cuius euidentiam conſiderandum eſt, quòd miſericors dicitur aliquis quaſi habens miſerum cor; quia ſcilicet afficitur ex miſeria alterius per triſtitiam, ac ſi eſſet eius propria miſeria: Et ex hoc ſequitur, quòd operetur ad depellendam miſeriam alterius, ſicut miſeriam propriam, & hic eſt miſericordiæ effectus; Triſtari, ergo de miſeria alterius non competit Deo; ſed repellere miſeriam alterius, hoc maximè ei competit, vt per miſeriam quemcunque defectum intelligamus. Defectus autē non tolluntur, niſi per alicuius bonitatis perfectionem. Prima autem origo bonitatis Deus eſt, vt ſupra oſtenſum eſt; Sed conſiderandum eſt, quòd elargiri perfectiones rebus pertinet quidem, & ad bonitatem diuinam, & ad iuſtitiam, & ad liberalitatem, & miſericordiam; tamen ſecundùm aliam, & aliam rationem. Communicatio enim perfectionum abſolutè conſiderata pertinet ad bonitatem, vt ſupra oſtenſum eſt;* Sed inquantùm perfectiones rebus à Deo dantur, ſecundùm earum proportionem, pertinet ad iuſtitiam, vt dictum eſt ſupra.* Inquantùm verò non attribuit rebus perfectiones propter vtilitatem ſuam, ſed ſolùm propter ſuam bonitatem, pertinet ad liberalitatem. Inquantùm verò perfectiones datæ rebus à Deo omnem defectum expellunt, pertinet ad miſericordiam.

q. 6. art. 4. — q. 6. art. 2. & 4. — Art. 1. huius quæſt. — * 128

Ad primum igitur dicendum, quòd obiectio illa procedit de miſericordia quantùm ad paſsionis affectum.

Ad ſecundum dicendum, quòd Deus miſericorditer agit, non quidem contra iuſtitiam ſuam faciendo: ſed aliquid ſupra iuſtitiam operando, ſicut ſi alicui, cui debentur centum denarij, aliquis ducentos det de ſuo; tamen non contra iuſtitiam facit; ſed liberaliter, vel miſericorditer operatur, & ſimiliter ſi aliquis offenſam in ſe commiſſam remittat. Qui enim aliquid remittit, quodammodo donat illud: vnde Apoſtolus remiſsionem donationem vocat Epheſ. 5. Donate inuicem, ſicut, & Chriſtus vobis donauit. Ex quo patet, quòd miſericordia non tollit iuſtitiam; ſed eſt quædam iuſtitiæ plenitudo: Vnde dicitur Iacobi 2. quòd miſericordia ſuperexaltat iudicium.

Forma Textus.

Concluſio eſt. Miſericordia Deo maximè attribuenda eſt, tamen ſecundùm effectum, non ſecundùm paſsionis affectum. Probatur: Miſericors dicitur aliquis quaſi habens miſerum cor; quia ſcilicet afficitur ex miſeria alterius per triſtitiam, ac ſi eſſet eius propria miſeria, & ex hoc mouetur ad depellendam miſeriam alterius, ſicut propriam, & hic eſt miſericordiæ effectus: At Deo non competit triſtari de miſeria alterius, ſed repellere miſeriam alterius hoc maximè ei competit; ergo miſericordia Deo maximè attribuenda eſt: &c. Maior patet, minor declaratur, primò quo ad dictionem illam, miſeria: nam per miſeriam quemcunque defectum hic intelligimus. Deinde probatur quo ad ſecundam partē. Defectus non tolluntur, niſi per alicuius bonitatis perfectionem; At prima origo bonitatis Deus eſt; ergo Deo maximè conuenit repellere miſeriam alterius. Deinde declaratur concluſio, ex differēti habitudine communicatarum à Deo perfectionum ad eius bonitatem, iuſtitiam, liberalitatem, & miſericordiā: vt patet in textu.

Controuerſia vnica.

An miſericordia ſit in Deo formaliter, & propriè.

Sententiæ Expoſitorum.

Caietanus ſecunda ſecundæ quæſt. 30. art. tertio omnem perfectionem miſericordiæ tribuit, & ſimpliciter ſumptam eſſe Deum ipſum affirmat. Molina ſuper hoc articulo propoſita diſtinctione ſignificationis huius nominis, *miſericordia*, ex Scoto, Richardo, & Durando conciliat doctorū opiniones contradictoria verborum expreſsione pugnantes, affirmans ſecluſo paſsionis affectu, miſericordiam Deo formaliter, & propriè conuenire. Eandem ſententiam ſequitur Vaſquez in explicatione huius articuli, & Suarez lib. 3. de attributis cap. 7. nu. 15. dicens theologos omnes in hāc ſētētiam communiter conuenire, quod idem etiam ſignificat Vaſquez, qui dictionem illam, *propriè*, ponit in concluſione, cum tamen non habeatur in textu.

Caiet. — Molina. — Vaſquez. Suarez.

Sed oppoſitam ſententiam, ſcilicet miſericordiam in Deo propriè, & formaliter non eſſe, docuiſſe videtur vbique S. Thom. quamuis non ſatis apertè, vt ex dicendis apparebit.

S. Thom.

Reſolutio.

Defenditur vtraque pars ſecundùm mentem D. Thom. ſed affirmans, vt probabilior.

Sciendum eſt primò nomen miſericordiæ dupliciter ſumi poſſe. Vno modo, prout ſignificat præcipuè motum quēdam appetitus ſenſitiui, qui eſt triſtitia, & compaſsionis affectus de aliena miſeria tanquam propria, & hæc eſt origo primæua ex qua deriuatum eſt, & ad quod ſignificandū impoſitum eſt hoc nomen, *miſericordia*, in quo ſenſu accipitur hic à S. Thom. & ab Ariſt. 2. Reth. cap. 9. Et Auguſt. 9. de ciuitate Dei capit. 5. & alijs antiquioribus non raro. Alio modo ſumitur nomen miſericordiæ, prout ſignificat motum appetitus intellectiui, quo alicui diſplicet malum alterius, qui motus in doctrina D. Thom. dupliciter ſumi poteſt. Vno modo, prout ratione regulatus inferioris appetitus motum regulat, & hoc modo virtus eſt moralis

Ariſtot. S. Thom. Auguſtin.

Digitized by Google

S. Thom. moralis circa paſsiones exiſtens, vt ait S. Thom. 2. 2. quæſt. 30. art. 3. ex Auguſt. & Ariſt. locis iam dictis. Altero modo ſumi poteſt hic motus appetitus intellectiui, qui eſt miſericordia, prout ſimplicem denotat voluntatis affectum, qui nec paſsio eſt, nec paſsionis regula, ſed purus, ac ſimplicisſimus actus voluntatis, quo alienam miſeriam vt ſuam reputat, & eam repellit, quo modo ait S. D. in quarto ſent. diſt. 46. quæſt. 2. art. 1. quæſtiuncula prima, in Deo eſſe miſericordiam: vbi quaſi exponens, quod hic dixit, adiungit: *& propter hoc communiter dicitur quod non eſt in Deo miſericordia ſecundùm paſsionem, ſed ſecundùm effectum; qui tamen effectus, ex affectu voluntatis procedit, qui non eſt paſsio, ſed ſimplex voluntatis actus.*

S. Thom.

Punctum difficultatis. Secundò conſiderandum eſt, totam huius quæſiti difficultatem in eo poſitam eſſe, vt videamus, quæ nam ſit propria, & formalis ratio ſignificata nomine miſericordiæ: Nam, ſi nihil imperfectionis inuoluit, Deo propriè formaliter, & maximè conuenit; ſi verò imperfectionem aliquam formaliter claudit, Deo nulla ratione poteſt formaliter, & propriè conuenire; licèt quo ad effectum alterius miſeriam depellendi Deo ſit, & dicatur eſſe maximè propria miſericordia. Sanè D. Thom. prima ſecundæ quæſt. 35. art. 8. miſericordiam affirmat eſſe ſpeciem triſtitiæ eo modo, quo perſpectiua ſpecies eſt mathematicæ, & 2. 2. quæſt. 30. art. 2. ſic ait.

S. Thom.

Cum miſericordia ſit compaſsio ſuper miſeria aliena, ex hoc contingit, quòd aliquis miſereatur, ex quo contingit, quòd de miſeria aliena doleat; Quia autem triſtitia, ſeu dolor eſt de proprio malo, intantùm aliquis de aliena miſeria triſtatur, aut dolet, inquantùm miſeriam alienam apprehendit, vt ſuam, hoc autem contingit dupliciter. Vno modo ſecundùm vnionem affectus, quod fit per amorem, & c. alio modo ſecundùm vnionem realem. & in reſp. ad primum ſic ait. *Deus non miſeretur, niſi propter amorem, inquantùm amat nos tanquã aliquid ſui.* Ex quibus verbis additis alijs locis eiuſdem S. D. ſuperius adductis tria colliguntur. Primum eſt miſericordiam non eſſe veram ſpeciẽ triſtitiæ, prout etiam expreſsè probat. S. Thom. 1. 2. quæſt. 35. art. 8. fit enim miſericordia ſpecies triſtitiæ per applicationem triſtitiæ ad malum alterius tanquam proprium, quòd malum alienum vt proprium eſt obiectum miſericordiæ; & ſic miſericordia eſt triſtitia de alieno malo; ſicut etiam flãma, & carbo dicuntur eſſe ſpecies ignis propter applicationem naturæ ignis ad materiam alienam. Secundũ eſt, triſtitiam, quæ ponitur genus ad miſericordiam, quæ virtus eſt, non eſſe ſolùm actum appetitus ſenſitiui, ſed eſſe præcipuè actum voluntatis; vt patet ex dicta q. 35. 1. 2. & q. 30. 2. 2. Tertium eſt miſericordiam ex eiſdem principijs, & cauſis dependere, ex quibus deriuatur dolor, & triſtitia; vt patet ex verbis paulò antè relatis. Sed dubitatio eſt. An miſericordię per ſe, & formaliter conueniat cõnexio cum triſtitia, ſicut perſpectiuę per ſe conuenit connexio cum mathematica, & flãmæ cum igne; an tantùm per accidens, & materialiter, ſicut albo cum animali. Et quidem ex prædi-

S. Thom.

A ctis omnibus, tam relatis ex D. Thom. quàm ex tribus deductis valdè probabile eſt, connexionem eſſe per ſe miſericordię quæ virtus eſt, cum triſtitia, prout actus eſt voluntatis; alioquin fruſtra, & falsò videretur S. Tho. in dictis quæſtionibus toties replicaſſe, & docuiſſe miſericordiam ſpeciem eſſe triſtitiæ, & eſſe triſtitiam, ſiuè dolorem, ſi non niſi per accidens, & materialiter triſtitia pertinet ad miſericordiam. Si tamen attentius ea, quę ſupra retulimus, ex eodem S. D. conſideremus, multò probabilius apparebit, rationem miſericordiæ per ſe, & formaliter abſtrahere à ratione triſtitiæ, & illi nonniſi per accidens; & materialiter, quatenus eſt

B in tali ſubiecto, ſcilicet homine, copulari. Quod primò ſignificant verba ex 4. ſent. relata, & eodem etiam tendunt ea, quæ dixit in ſecunda ſecundę q. 30. art. 2. Nam, cum ait S. D. miſericordiam eſſe triſtitiam de aliena miſeria, & ideo ex eadem cauſa deriuari, ex qua dependet ẽt triſtitia de alieno malo, quæ cauſa duplex eſt ſcilicet vnio ſecundùm affectum, & vnio realis, & addit Deum non miſereri, niſi propter amorem, inquantũ amat nos tanq̃ aliquid ſui: ſatis apertè declarat, actum miſericordię per ſe, & formaliter ſumptum nihil aliud eſſe, quàm affectum apprehendentis, & reputantis alterius miſeriam, vt propriam cum intentione, ſiue

C inclinatione ſubleuandi, quòd autem ex hoc vnionis affectu conſequatur triſtitia, per accidens conuenire tali ſubiecto, quia doloris eſt capax.

Et quoniam ibidem ſermo erat de miſericordia, quatenus eſt humana virtus, quæ ſine triſtitia nunquam eſt, aut eſſe poteſt, idcirco ex cauſis triſtitiæ cauſas inueſtigauit miſericordię: Sed q̃a prędictę duę triſtitiæ cauſę nõ ſunt illius proprię, & adęquatę, ſed longè communiores, & altiores, propterea ibidem ex altera dictarum cauſarum, ſcilicet vnione ſecundùm affectũ concluſit in Deo miſericordiam; quod idem dixerat in quarto ſentent. Et ſecundùm hunc dicendi modũ facilè gloſ-

D ſantur, quæ in doctrina D. Thom. contrarium ſonant, vt ſcilicet intelligãtur, de miſericordia, quatenus humana virtus eſt. Exempla verò perſpectiuę, quę per ſe coniungitur mathematicæ, & carbonis, ac flammę, quæ ignem intrinſecè claudunt, ad hoc tantùm adducta ſunt à D. Thom. vt oſtendatur, triſtitiam non contrahi ad miſericordiam per aliquam per ſe differentiam, ſed per extraneam, & accidentalem, quæ eſt ex parte materiæ, cui applicatur triſtitia, vt patet ex dicto art. 8. & pręterea etiam oſtendunt in ratione intrinſeca miſericordiæ, quatenus talis virtus eſt, ſcilicet humana, triſtitiam claudi.

E Suſtinendo igitur hanc partem. Tertiò aduertendum eſt, nomen miſericordiæ primò impoſitũ fuiſſe ad ſignificãdum ſenſitiui appetitus affectũ, quo alienæ miſeriæ compatimur tamquam propriæ. Secundò applicatum fuiſſe ad ſignificandam virtutem moralem, quæ per voluntatis affectũ ratione directum appetitus ſenſitiui motum regulat illum continendo infra limites rectę rationis. Tertiò aſſumptum eſt ad ſignificandum, ſimplicem in Deo voluntatis actum, quo miſeriam noſtram Significatio multiplex huius nominis, miſericordia.

ęſtimat

æſtimat vt ſuam, & eam repellit. Denique factum eſt commune nomen analogum vtraque analogia ad omnes tres prædictos miſericordiæ modos; ſicut omnibus contigit nominibus de Deo, & creaturis propriè dictis. & hoc modo perſpicua redditur doctrina Caietani, 2. 2. qu. 30. art. 4. vbi docet miſericordiam ſimpliciter, & abſolutè ſumptam immunem eſſe ab omni miſeria, & conſequenter etiam ab omni potentialitate, quę miſeria quædã eſt, & eſſe actum purum, ac ſummã naturam, quæ Deus eſt.

Cui verò contraria ſententia magis placuerit, dicat ſecundùm mentem Ariſt. & D. Thom. miſericordiam Deo cõuenire, non ſecundùm eius rationem integram, ſeu perfectam, ſed ſecundùm illud tantum, quod perfectionis includit; & quoniã hoc excellentiſsimè inuenitur in Deo, ideo miſericordia dicitur illi maximè conuenire; quamuis formaliter, & propriè Deo non inſit. quo etiam ſenſu erunt interpretanda ſacrarum litterarum oracula, & ſanctorum patrum, & ſcholaſticorum dicta, miſericordiam Dei frequentiſsimè prædicantia, & huic ſententiæ fauet modus loquendi. S. Doct. in hoc articulo: Nam, ſi exiſtimaſſet Deo formaliter, ac propriè conuenire miſericordiam, non dixiſſet ſimpliciter illam conuenire Deo ſecundùm effectum, & non ſecundùm paſsionis affectum, ſed id, quod præcipuum eſt, & in quo poſita eſt tota ratio formalis miſericordiæ, ſignificaſſet, nimirum affectum illum voluntatis, quem in quarto ſentent. expreſſerat; cum præſertim hic ſit proprius locus explicandi rationem miſericordię, quatenus Deo cõuenit; & confirmatur: quoniam in artic. 1. præcedẽtis quæſtionis, vbi de amore differit, quatenus Deo conuenit, optimè diſtinguit ea, quæ ad actũ amoris, & ea, quę ad plures alios actus appetitiuos ſingulariter pertinent, & explicat, quinam formaliter, & propriè, & qui ſimilitudinariè tantùm Deo conueniant, & inter eos, qui formaliter, & propriè Deo conueniunt, amorem collocat; itaque, ſi Deo propriè, & formaliter conuenit miſericordia, eodem hic modo diſtinctionis, & explicationis vti debuit. Ex his igitur probabilis redditur prior illa ſententia. Quibus tamen ſatisfieri poſſet, primo dicẽdo in hoc articulo, non excludi à Deo, niſi paſſionis affectum, ſupponi verò in eo voluntatis actum, quo defectum à rebus expellit; cum Deus ſit agens per intellectum; ſecundò dici poteſt D. Tho. in introductione quæſtionis vigeſimæ ſignificaſſe, ſe tractaturum de miſericordia, quatenus eſt virtus, quæ, vt ſic formaliter, & per ſe, conſiſtit in actu voluntatis.

ARTICVLVS IV.

Vtrum in omnibus operibus Dei, ſit miſericordia, & iuſtitia.

134 ad. 46. q. 2. 2. q. 2. ar. 1. cont. 18. & ve. AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd non in omnibus Dei operibus ſit miſericordia, & iuſtitia. Quædam enim opera Dei attribuuntur miſericordiæ, vt

A iuſtificatio impij, quædam verò iuſtitiæ, vt dãnatio impiorum: Vnde dicitur Iac. 2. Iudicium ſine miſericordia fiet ei, qui non fecerit miſericordiam; non ergo in omni opere Dei apparet miſericordia, & iuſtitia. ri q. 28. ar. 1 ad 8 & po. q 5 ar. 4 ad 6 & pſal 24 & ad Roma. 15.

2 Præterea: Apoſtolus ad Rom. 15 conuerſionem Iudæorum attribuit iuſtitiæ, & veritati, conuerſionem autem gentium miſericordiæ; ergo non in quolibet opere Dei eſt iuſtitia, & miſericordia.

3 Præterea: Multi iuſti in hoc mundo affliguntur, hoc autem eſt iniuſtum; Non ergo B in omni opere Dei eſt iuſtitia, & miſericordia.

4 Præterea: Iuſtitiæ eſt reddere debitum, miſericordiæ autem ſubleuare miſeriam, & ſic tam iuſtitia, quàm miſericordia aliquid præſupponit in ſuo opere; Sed creatio nihil præſupponit, * ergo in creatione neque miſericordia eſt, neque iuſtitia. 238

Sed contra eſt, quod dicitur in Pſal. 24. Omnes viæ domini miſericordia, & veritas.

Reſpondeo. Dicendum, quòd neceſſe eſt, quòd in quolibet opere Dei miſericordia, & veritas C inueniantur; ſi tamen miſericordia pro remotione cuiuſcunque defectus accipiatur, quamuis non omnis defectus propriè poſſit dici miſeria, ſed ſolùm defectus rationalis naturæ, quã contingit eſſe fœlicem: nam miſeria fęlicitati opponitur. Huius autem neceſſitatis ratio eſt; quia, cum debitum, quod ex diuina iuſtitia redditur, ſit vel debitum Deo, vel debitum alicui creaturæ, neutrum poteſt in aliquo opere Dei prætermitti. Non enim poteſt facere aliquid Deus, quod non ſit conueniens ſapientiæ, & bonitati ipſius, ſecundùm quem modum diximus * aliquid eſſe debitum Deo. Similiter etiã D quicquid in rebus creatis facit, ſecundùm conuenientem ordinem, & proportionem facit, in quo cõſiſtit ratio iuſtitiæ. Et ſic oportet in omni opere Dei eſſe iuſtitiam. Opus autem diuinę iuſtitiæ ſemper præſupponit opus miſericordiæ, & in eo fundatur. Creaturæ enim non debetur aliquid niſi propter aliquid in eo præexiſtens, vel præconſideratum. Et rurſus ſi illud creaturæ debetur, hoc erit propter aliquid prius. Et cùm non ſit procedere in infinitum, oportet deuenire ad aliquid, quod ex ſola bonitate diuinæ voluntatis dependeat, quæ eſt vl- E timus finis. Vtpote ſi dicamus, quòd habere manus, debitum eſt homini propter animam rationalem; * animam verò rationalem habere ad hoc, quòd ſit homo: hominem verò eſſe propter diuinam bonitatem. Et ſic in quolibet opere Dei apparet miſericordia, quantùm ad primam radicem eius. Cuius virtus ſaluatur in omnibus conſequentibus, & etiam vehementius c. 132 c 119 31

Rrr

mentius in eis operatur, ſicut cauſa primaria vehementius influit, quàm cauſa ſecunda. Et propter hoc etiam ea, quæ alicui creaturæ debentur, Deus ex abundantia ſuę bonitatis largius diſpenſat, quàm exigat proportio rei. Minus enim eſt, quod ſufficeret ad conſeruandū ordinem iuſtitiæ, quàm quod diuina bonitas confert, quę omnem proportionem creaturę excedit.

Ad primum ergo dicendum, quòd quędam opera attribuuntur iuſtitiæ, & quædam miſericordiæ; quia in quibuſdam vehementius apparet iuſtitia, in quibuſdam miſericordia. Et tamen in damnatione reproborum apparet miſericordia, non quidem totaliter relaxans; ſed aliqualiter alleuians, dum punit citra condignum. Et in iuſtificatione impij apparet iuſtitia, dum culpas relaxat propter dilectionē, quam tamen ipſe miſericorditer infundit. Sicut de Magdalena legitur Luc. 7. capit. Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.

Ad ſecundum dicendum, quòd iuſtitia, & miſericordia Dei apparet in conuerſione Iudæorum, & gentium: Sed aliqua ratio iuſtitiæ apparet in conuerſione Iudęorum, quæ non apparet in conuerſione gentium, ſicut quod ſaluati ſunt propter promiſſiones patribus factas.

Ad tertium dicendum, quòd in hoc etiam, quòd iuſti puniuntur in hoc mundo apparet iuſtitia, & miſericordia, inquantùm per huiuſmodi afflictiones aliqua leuia in eis purgantur, & ab affectu terrenorum in Deum magis eriguntur, ſecundùm illud Gregor. *Mala, quæ in hoc mundo nos prēmunt, ad Deum nos ire compellunt.

Habetur ad ſenſum lib. 26. moral. c. 5.

Ad quartum dicendum, quòd licèt creationi non pręſupponatur aliquid in rerum natura pręſupponitur tamen aliquid in Dei cognitione. Et ſecundùm hoc etiam ſaluatur ibi ratio iuſtitię, inquantùm res in eſſe producitur, ſecundùm quòd conuenit diuinę ſapientiæ, & bonitati. Et ſaluatur quodammodo ratio miſericordiæ, inquantùm res de non eſſe in eſſe mutatur.

Forma Textus.

PRima concluſio eſt. Neceſſe eſt in quolibet opere Dei miſericordiam, & iuſtitiam inueniri. Explicatur primò ſenſus huius concluſionis quo ad dictionē illam miſericordia, vt patet in textu; deinde probatur quo ad vtramque partem, & primò, quo ad iuſtitiam. Debitum, quod ex diuina iuſtitia redditur, vel eſt debitum Deo, vel alicui creaturæ; At neutrum poteſt in aliquo opere Dei præter[illegible] [illegible] in omni opere Dei oportet eſſe iuſtitiam. Prima propoſitio quo ad primam partem patet ex dictis in primo art. ad 3. quo ad ſecundam verò partem; quia non poteſt facere aliquid Deus, quod non ſit conueniens, &c. vt in littera. Secundò, probatur concluſio quo ad miſericordiam. Opus diuinæ iuſtitiæ ſemper præſupponit opus diuinæ miſericordiæ & in eo fundatur; ergo in quolibet opere Dei apparet miſericordia quantum ad primam eius radicem. Antecedē. probatur. Creaturæ nō debetur aliquid, niſi propter aliquid in ea præexiſtens, vel præconſideratum, & non eſt procedere in infinitum; ergo oportet deuenire in aliquid, quod ex ſola diuinæ voluntatis bonitate dependeat; ergo, Vis autem conſequentiæ quo ad illam particulam, quantùm ad primam eius radicem, declaratur explicando modū, quo diuinæ miſericordiæ virtus operatur in effectibus Dei; vt patet in littera.

Expoſitio Textus.

ADuerte hic æqualem diuinæ miſericordiæ cū iuſtitia extenſionem, ad omnia attendi, iuxta latam, & minus propriam acceptionem miſericordiæ: nam propriè ſumpta ſolas illas reſpicit creaturas, quæ ſunt felicitatis capaces. Iuſtitia verò ad vniuerſa à Deo producta propria ſignificatione ſuæ vocis extēditur, quam etiam ob cauſam de iuſtitia prius, vt communiori tractari debuit.

Videnda ſunt, quæ late ſcribit Doctor noſter Angelicus in ſecundo contra gent. cap. 28. & 29. & ibi Ferrarienſis: nam ex eis reddetur valdè perſpicua ſecunda pars Concluſionis, & eius probatio. Lege etiam, quæ hic notant Caietanus, Bannes, & Valentia.

S. Thom. Ferrarien. Caiet. Bannes. Valentia.

QVAESTIO XXII.

De prouidentia Dei, in quatuor articulos diuiſa.

COnſideratis autem his, quæ ad voluntatem abſolutè pertinēt, procedendū eſt ad ea, quæ reſpiciunt ſimul intellectū, & voluntatem. Huiuſmodi autem eſt prouidentia quidem reſpectu omniū; prędeſtinatio verò, & reprobatio, & quę ad hęc conſequuntur, reſpectu hominū ſpecialiter in ordine ad ęternam ſalutem: Nam, & poſt morales virtutes in ſcientia morali conſideratur de prudentia, ad quam prouidentia pertinere videtur.

Circa prouidentiam autem Dei quęruntur quatuor.

Primò, Vtrum Deo conueniat prouidentia.

Secundò, Vtrum omnia diuinę prouidentię ſubſint.

Tertiò, Vtrū diuina prouidentia immediatè ſit de omnibus.

Quartò, Vtrum prouidentia diuina imponat neceſsitatem rebus prouiſis.

Ratio

Digitized by Google

Ratio ordinis articulorum huius quæſtionis.

HVius quæſtionis ordinem ad præcedentes aperit S. Thom. in appara tu. Doctrina m autẽ de diuina prouidentia in generali quatuor abſoluit articulis; in quorum primo tractat ſimul quæſtionem; An ſit, & quid ſit diuina prouidentia, in ſecundo examinat quandam particulam poſitam in diffinitione eiuſdem diuinę prouidentiæ, in reliquis duobus diſſerit de qualitate, ſeu modo diuinę prouidentię: nam in tertio tractat de modo ex parte prouiſoris, in quarto verò de modo ex parte rerum prouiſarum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum prouidentia Deo conueniat.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd prouidentia Deo non conueniat. Prouidentia enim ſecundùm Tullium* eſt pars prudẽtiæ. Prudentia autem (cùm ſit bene conſiliatiua ſecundùm Philoſophum in 6. Ethic.*) Deo competere non poteſt, qui nullũ dubium habet, vnde eum conſiliari oporteat; Ergo prouidentia Deo non competit.

2 Præt. Quicquid eſt in Deo, eſt æternũ; Sed prouidentia non eſt aliquid æternum; eſt enim circa exiſtentia, quæ non ſunt æterna ſecundũ Damaſc. ergo prouidentia non eſt in Deo.

3 Præterea: Nullum compoſitũ eſt in Deo; ſed prouidentia videtur eſſe aliquid compoſitum; quia includit in ſe voluntatem, & intellectum; ergo prouidentia non eſt in Deo.

Sed contra eſt, quod dicitur Sap. 14. Tu autem pater gubernas omnia prouidentia.

Reſpondeo. Dicendum, quòd neceſſe eſt ponere prouidentiam in Deo. Omne enim bonũ, quod eſt in rebus, à Deo creatum eſt, vt ſupra oſtenſum eſt.* In rebus autem inuenitur bonũ, non ſolùm quantùm ad ſubſtãtiam rerum, ſed etiam quantùm ad ordinem earum in finem, & præcipuè in finem vltimum, qui eſt bonitas diuina, vt ſupra habitum eſt. Hoc igitur bonũ ordinis in rebus creatis exiſtens à Deo creatũ eſt. Cùm autem Deus ſit cauſa rerum per ſuũ intellectum, & ſic cuiuslibet ſui effectus oportet rationem in ipſo præexiſtere, vt ex ſuperioribus patet,* neceſſe eſt, quòd ratio ordinis rerum in finem, in mente Diuina præexiſtat. Ratio autem ordinandorum in finem, propriè prouidentia eſt. Eſt enim principalis pars prudentiæ, ad quam aliæ duę partes ordinantur, ſcilicet memoria præteritorum, & intelligentia præſentium, prout ex præteritis memoratis, & pręſentibus intellectis, coniectamur de futuris prouidendis. Prudentiæ autem proprium eſt, ſecundùm Philoſophum in

A 6. Ethic.* ordinare alia in finem, ſiue reſpectu ſuipſius, ſicut dicitur homo prudens, qui benè ordinat actus ſuos ad finem vitæ ſuæ: ſiue reſpectu aliorum ſibi ſubiectorum in familia, vel ciuitate, vel regno, ſecundùm quem modũ dicitur Matth. 24. Fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuã: ſecundum quem modum prudentia, vel prouidentia Deo cõuenire poteſt; Nam in ipſo Deo nihil eſt in finem ordinabile, cùm ipſe ſit finis vltimus; Ipſa igitur ratio ordinis rerum in finem, prouidentia in Deo nominatur: Vnde B Boet. 4. de conſol.* dicit, quòd prouidentia eſt ipſa diuina ratio in ſummo omnium principe conſtituta, quæ cuncta diſponit. Diſpoſitio autem poteſt dici tam ratio ordinis rerum in finem, quàm ratio ordinis partium in toto.

Ad primum ergo dicendum, quòd ſecundũ Philoſophum in 6. Ethic.* Prudentia propriè eſt præceptiua eorum, de quibus eubulia rectè conſiliatur, & ſyneſis rectè iudicat: Vnde, licèt conſiliari non competat Deo, ſecundùm quòd conſilium eſt inquiſitio de rebus dubijs, tamen C pręcipere de ordinandis in finem, quorum rectam rationem habet, competit Deo, ſecundũ illud Pſalm. Pręceptum poſuit, & non pręteribit. Et ſecundùm hoc competit Deo ratio prudentiæ, & prouidentię. Quamuis etiam dici poſſit, quòd ipſa ratio rerum agendarum conſilium in Deo dicitur, non propter inquiſitionem, ſed propter certitudinem cognitionis, ad quam conſiliantes inquirendo perueniunt: Vnde dicitur Epheſ. 1. Qui operatur omnia ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ.

Ad ſecundum dicendum, quòd ad curam D duo pertinent,* ſcilicet ratio ordinis, quæ dicitur prouidentia, & diſpoſitio, & executio ordinis, quæ dicitur gubernatio; quorum primũ eſt æternum, ſecundum temporale.

Ad tertium dicendum, quòd prouidentia eſt in intellectu, ſed præſupponit voluntatem finis.

Nullus enim præcipit de agendis propter finem, niſi velit finem: Vnde pręſupponit, & prudentia virtutes morales, per quas appetitus ſe habet ad bonum, vt dicitur in 6. Ethic. E *Et tamen ſi prouidentia ex æquali reſpiceret voluntatem, & intellectum diuinum, hoc eſſet abſque detrimento diuinę ſimplicitatis, cùm voluntas, & intellectus in Deo ſint idem, vt ſupra dictum eſt.*

Margin notes (left): 35 c. c. ver. t. 1. de fo. fi. bri. & to 5. — c. 4. — ed. — q. 3. 77 art. 4

Margin notes (right): Lib. 6. Ethic. c. 12. circa med. to 5. — Lib. 4. de conſolat. proſa 6. paulo à principio. — Lib 6. Ethic. c. 9. & 10. ſimul to. 5. — c 137 505 D. 1077. — Lib. 6. Ethic. c. 12. in medio to. 5. — q. 19. art. 1. & 3.

Senſus quæſiti.

PRoponitur in hoc primo articulo, queſt. an eſt. omnis autem quæſtio eſt quæſtio medij; vt docet Ariſt. ſecundo poſt; cap. 1. medium verò proprium ad probandum Deo conuenire prouidentiã eſt propria ratio, ſiuè diffinitio prouidẽtiæ; quam hic aperit S. Thom. quare, licèt expreſsè ſola diuinæ prouidentiæ quæratur inexiſtentia; rationem tamen eius, ſiuè cauſam non minus, ſed fortaſſe magis hic S.D. intendit.

Forma Textus.

PRima Concluſio. Neceſſe eſt ponere prouidentiam in Deo. Probatur: Neceſſe eſt, quòd ratio ordinis rerum in finem in mente diuina præexiſtat; at ratio ordinandorum in finem propriè prouidentia eſt; ergo neceſſe eſt ponere prouidentiam in Deo. Maior probatur: Bonũ ordinis in rebus creatis exiſtens à Deo creatum eſt; ſed cuiuslibet effectus Dei oportet rationem in ipſo præexiſtere; ergo neceſſe eſt, quòd ratio ordinis rerum in finem in Deo præexiſtat. Maior huius argumenti probatur: Omne bonum, quod eſt in rebus, à Deo creatum eſt; at in rebus inuenitur bonum non ſolùm quo ad ſubſtantiam rerum ſed etiam quo ad ordinem rerum in finẽ, & præcipuè in finem vltimum, qui eſt bonitas diuina, ergo hoc bonum ordinis in rebus creatis exiſtens à Deo creatum eſt. Minor autem probatur; quia Deus eſt cauſa rerum per intellectum ſuum. Minor verò principalis argumentis probatur: Prouidentia eſt principalis pars prudentiæ; at prudentiæ proprium, & præcipuum eſt ordinare alia in finem; ergo ratio ordinis rerum in finem meritò prouidentia in Deo nominatur. Maior huius argumenti declaratur, & probatur: quoniam prudentia tres habet partes, videlicet memoriam præteritorum, intelligentiam præſentium, & prouidentiam futurorum; ad quam prouidentiam illæ duæ priores ordinantur: quoniã ex præteritis memoratis, & præſentibus intellectis cõiectamus de futuris prouidendis. Minor autem probatur ex differentia inter prudentiam monaſticam, & œconomicam, vel politicam: quoniam prudentia monaſtica ordinat proprios actus in finem vitæ ſuæ: vnde prudentia monaſtica eſt ratio ordinis propriorum actuũ ad finem vitæ ſuæ; prudentia verò politica, vel œconomica ordinat actus aliorum ſibi ſubiectorum in familia, vt œconomica, in ciuitate, vel regno, vt politica: quod probatur auct. Domini Matth. 24 fidelis ſeruus, & prudens, &c. ex hoc deducit S.Th. 2 concluſionem; quæ talis eſt.

In Deo non eſt prouidentia circa ſeipſum, aut ſuos actus, id eſt prouidentia diuina non eſt pars prouidentiæ monaſticæ. Probatur: quoniam in Deo nihil eſt ordinabile in finem; quoniam ipſe eſt finis vltimus omnium. Eſt ergo diuina prouidentia pars prudentiæ politicæ, immo monarchicæ, & conſequenter oportet, vt ſit ordinans res ipſi ſubiectas in ſuos fines. Poſtremò probatur: vtraque concluſio auctoritate Boetij de conſolatione dicentis, quòd prouidentia eſt ipſa diuina ratio in ſummo omnium principe conſtituta, quæ cuncta diſponit: diſpoſitio verò poteſt dici tam ratio ordinis rerum in finem, quàm ratio ordinis partium in toto.

A

Expoſitio Textus.

Explicatur diffinitio prouidentiæ, & aſsignantur ex D. Thom. partes prudentiæ.

PLura ſunt in hoc diſcurſu declaratione digna: ſed ijs prætermiſsis, quæ ſatis ab expoſitoribus explicantur, tria pre cæteris opportuna breuiter exponemus.

Primum eſt diffinitio prouidentiæ aſſumpta in minori propoſitione, videlicet, *Prouidentia eſt ratio ordinis rerum in finem*, qua ſignificatur ratio practica, quæ eſt idea, ſiuè exemplar ordinis rerum in ſuos fines, cum propoſito talem ordinem in rebus
B exequendi, vt hic ſignificat S. Thom. Sed obſeruandum, nomine rationis ordinis rerum in finem, non intelligi exemplar ſolius ordinis rerum ad finem repræſentatiuũ, ſed magis exemplar, quo præter dictum ordinem repræſentantur etiam, ac practicè diſponuntur in intellectu Dei ea, quæ finis aſſequutioni conducunt, aut eius conſequutionem impediunt. Per hoc enim exemplar Deus hominis, quem ad rerum omnium ſenſibilium, atque intelligibilium cognitionem direxit, eius temperaturæ corpus effinxit, quæ medijs ſenſuum operationibus mentis deſeruiret officio.

Secundum eſt probatio eiuſdem minoris propo
C ſitionis; in qua plures recenſentur prudentiæ partes; de quibus agit S.Tho. 2.2.q.47.artic.10.11.& 12.& q.48.art.vnico, & q.49.artic.1.2.& 6. Quòd verò ſpectat ad hunc locum, breuiter aduerte, qđ ſicut homini triplicis generis partes aſsignantur, videlicet partes integrales; vt caput, brachia, & pedes: ſubiectiuæ, vt Sortes, & Plato: potentiales, vt vegetatiuum, ſenſitiuum, & intellectiuum, ommiſſis interim eſſentialibus ad rem, de qua loquimur, minimè pertinentibus; ita prudentię ſunt partes quædam integrales, illæ nimirum, quę neceſſariò concurrunt ad perfectum actum prudentiæ. Hæ uero ſunt tres, videlicet, memoria præteritorum,
D intelligentia pręſentium, & prouidentia futurorũ: ad quas reliquę omnes illę partes reducuntur, quę ſolent aſsignari ex Macrobio, Cicerone, & Ariſtot. vt patet ex D.Thom. in dictis quæſtionibus 48.& 49. Cur autem prędictę tres partes, ſcilicet memoria, intellectus, & prouidentia ſint ad omnem actum prudentiæ neceſſariæ, declarat S. Thom. in dicta quæſt.49.artic.1.2.& 6. Quædam uero ſunt partes prudentię ſubiectiuę, quæ ſunt diuerſæ ſpecies prudentiæ, quarum prima eſt prudentia, per quam aliquis regit ſeipſum; quæ nuncupatur monaſtica. Secunda, qua regitur multitudo: cuius varię ſunt ſpecies iuxta diuerſas ſpecies multitudi-
E nis: nam alia eſt prudentia militaris, qua regitur multitudo ad pugnam congregata: alia eſt prudẽtia ęconomica, qua dirigitur vnius domus, vel familię multitudo; alia eſt in principe prudentia regnatiua, qua tota vna ciuitas, vel regnum pręſcriptis legibus gubernatur; alia in ciuibus, aut incolis regni, qua ſm̃ rectæ rationis regulam gubernantis pręceptis obtemperent; quę politica nuncupatur. Alia denique eſt diuinę maieſtatis prudentia monarchica, qua rerum omnium ad vniuerſi per-

S. Thom.

S. Thom.

Digitized by Google

perfectionem ſpectantium multitudinem in ſuos cuique proprios, & in communem omnium dirigit finem. Quædam poſtremò ſunt eiuſdem prudētiæ partes potentiales, quæ ſcilicet quibuſdam ſecundariis partibus prudentiæ deſeruiunt; hæ verò ſunt. Eubulia, per quā homo ad finem virtutis benè conſiliatur, Sineſis, per quam de ſingularibus operabilibus ſecundùm communes regulas rectū fertur iudicium. & Gnome, quæ perſpicacitatem importat iudicij, in iis, quæ nonnunquam præter communes regulas ſunt agenda.

Indicatur differentia, ſcientiæ, diſpoſitionis, prouidentiæ, prædeſtinationis, &c. et reijciuntur quædam dicta Molinæ, & Suarezij.

Molina. Bannes. Zumell. Valentia. Suarez.

TErtium eſt reſponſio ad ſecundùm argumentum D.Thom. quam hic explicant Molina, Bannes, Zumellus, Valentia, & Suarez lib. 3. de attributis, capitulo decimo à num. primo, vſque ad quartum. Tradunt dicti expoſitores differentiam inter has quinque voces; ſcientia, diſpoſitio, prouidentia, prædeſtinatio, creatio, & gubernatio, omnium verò optimè S.Thom. de Ver. quæſt. quinta, articulo primo, & primo ſent. diſt. 39. quæſt. ſecunda, articulo primo, prædictorum explicat differentiam, ſed ſingulariter differentiam inter diſpoſitionem, & prouidentiam latè docet Ferrarienſis libro tertio contra gen. cap. 64. ratione quinta. Diſcrimen autem inter prouidentiam, & prædeſtinationem longo diſcurſu explicat Suarez libro primo de eſſentia prædeſtinationis c. 18. & Vaſquez ſuper hoc artic. cap. 5.

S. Thom. — Ferrarien. — Suarez. Vaſquez.

Molinę dictum impugnatur.

Circa quæ aduerte primò Molinam, non rectè dixiſſe quendam eſſe in rebus ordinem, quem inter ſe ſeruant non habita ratione finis, eſto quòd propter finem ita ordinentur; implicat enim contradictionem res à Deo ita eſſe propter finem inſtitutas, vt ad finem ordinentur, & tamen in rebus eſſe ordinem nulla habita finis ratione: nam hoc ipſo, quòd ita propter finem ab auctore naturæ ſunt diſpoſitæ, ordinem quem habent inter ſe propter ipſum finem habent; vt pulchrè declarat Ferrarienſis in dicto cap. 64. Secundò aduerte non eſſe recipiendam illam ſecundam differentiam, quam ſtatuit Suarez inter prouidentiam, & prædeſtinationem: quòd prouidentia ſupponit ordine rationis in mente, ſeu voluntate Dei exiſtentiam illius rei, cui prouidet, prædeſtinatio verò per ſe illam non ſupponit, ſed ſecum affert: nam primò aduerſatur manifeſtè doctrinæ D.Thom. tertia par. quæſt. prima, articulo tertio, ad quartum, vbi ait, quòd prędeſtinatio præſupponit præſcientiam futurorum, quod dictum Caiet. interpretatur de pertinentibus ad ordinem naturæ, & per prædeſtinationem minime conſtitutis, ſed per eam duntaxat ordinatis. Hæ enim (inquit) rationem habent futuri ab ęterno ex diuina prouidentia, & non ex prædeſtinatione diuina; ſed prædeſtinatio quaſi ſuperueniens, ſicut ordo gratiæ ſuperuenit ordini naturæ, ordinat animam Sancti Petri, quæ ad ordinem naturæ pertinet, in gloriam æternam mediante gratia. Secundò cum prædeſtinatio ſit pars prouidentiæ, totam includens eius rationem, & illi addens; prouidentia verò rebus in diuina mente, & voluntate iam exiſtentibus ſuperueniat, vt etiam docet S.Thom. de ver. quæſtione quinta, articulo primo, ad nonum, idem, & multò magis neceſſe eſt dicere de diuina prædeſtinatione. An verò prædeſtinatio ſit pars ſubiectiua, vel obiectiua diuinæ prouidentiæ, dicemus in articulo 1. q. ſequentis.

Ferrar. — Suarezij dictū reijcitur. — S. Tho. — Caiet.

Quęrit Vaſquez diſp. 87. vtrum prouidētia, quā Deus de rebus habet, ſit operatio intellectus, an voluntatis: nos controuerſiam hanc reiecimus in articulum primum, quæſtionis ſequentis, vbi de prædeſtinatione diſputant expoſitores, an ſit actus intellectus, aut voluntatis.

Controuerſia vnica.

An prouidentia ſit ratio ordinis rerum in finem, & aſſequutionis ipſius finis, aut ordinis tantum in finem.

Sententiæ Expoſitorum.

Syluester.

SYlueſter ſuper hoc articulo arbitratur S.Thom. hic, & de ver. quæſtione ſexta, articulo primo, ſtatuere differentiam inter prędeſtinationem, & prouidentiam, quòd prędeſtinatio dicit ordinem; & euentum ordinis quantùm ad omnia prædeſtinata, non autem prouidentia quantùm ad omnia prouiſa, cum non dicat euentum quantùm ad omnes homines prouiſos in ſalutem, eandem ſententiam in ſubſtantia ſequitur Ferrarienſis in tertio cont. gent. capit. 94. Molina, & Vaſquez ſuper hoc articulo, & Suarez libro primo de eſſentia prædeſtinationis cap. 18. num. 5. & ſequentibus. Sed huic opinioni tria annectit Molina, Primum. Voluntas diuina, qua vult exequi ex parte ſua ordinem pręconceptum mediorum ad finem hominis, uel Angeli eſt conditionata conditione pendente ex libero arbitrio creato, ſi ſcilicet vno, aut altero modo cooperari voluerit, ex quo deducit. Secundum, videlicet, diuinam prouidentiam fruſtrari quandoque reſpectu talis finis, quem non vult, niſi voluntate conditionata, & depedenter à libero arbitrio creato. Tertium eſt. S. Thom. & Boetium in fide erraſſe, dicentes ordinem diuinæ prouidētię eſſe immobilem, & indiſſolubilem quo ad effectus aſſequutionem ordinis, qui eſt in mente, & voluntate diuina præfinitus, ſi ſecludant diuinam præſcientiam, qua quid inde per liberum arbitrium creatum ſit, aut non ſit euenturum cognouit. Quæ an temerè dicta ſint, iudicent qui legerint, quis enim ferat aſſerentem ſcietiam illam mediam ſuperius efficaciter confutatam ſolam ſufficere, in re tam graui, ad excuſandum duorum illorum Sanctorum Patrum doctrinam ab errore, quorum ſcripta ſumma cum veneratione ſemper amplexa eſt Eccleſia?

Ferrar. Molina. Vaſquez. Suarez. — Caiet.

Caiet. in hoc articulo, & infra q. 23. art. 6. ſentit de mente D.Tho. prouidentiam Dei includere finis

Digitized by Google

nis aſſequutionem, additque S. Thom. retractaſſe ſententiam, quam in quæſt. de ver. & in primo ſententiarum expreſſerat. Caietanum ſequuntur Banes, & Zumellus, qui tamen negat D. Thom. retractaſſe ſententiam. Diſcordant expoſitores Thomiſtę ab inuicem in principali puncto huius controuerſiæ verbis magis, quàm ſenſu. Molina verò, & qui eum ſequuntur, ob eam, quam ex creato libero arbitrio diuinæ prouidentiæ conditionem adiungunt non verbis modo, ſed, & ſenſu longius abeũt, nec ab alijs ſolùm expoſitoribus, verùm etiam ab ipſo S. D. diſſentiunt; Vt igitur occultam veritatẽ ex ijs, quæ notiora ſunt, eruamus.

Zumell. Banes.

Reſolutio.

Aſſequutionem finis particularis non eſſe de ratione prouidentiæ.

Diuiſio p̄uidentiæ.

Sciendum eſt primò prouidentiam dupliciter poſſe conſiderari; vno modo abſolutè, ſiuè ſecundùm ſuam communem rationem, quatenus .ſ. prouidentia eſt; alio modo, quo ad aliquem eius ſpecialem modum, nimirum quatenus prouidentia diuina eſt, vel humana, aut Angelica.

Ruſus diuina prouidentia dupliciter poteſt cõſiderari. Vno modo, vt prouidentia, etiam diuina eſt; alio modo, quo ad hanc ſpecialem ſui partem, quæ prædeſtinatio eſt. Si ſermo ſit de prouidentia abſolutè, ſiue ſecundùm communiſsimam illius rationem, de illius ratione non eſt, vt euentum reſpiciat, ſed ordinem rerum tantùm in finem, tum cuiuſq; particularem, tum communem omnium, qui eſt diuina bonitas; tunc enim perfecta æſtimatur humana prouidentia, quando ad intentum finem ordinat media, quæ ſecundùm rectæ, ac benè conſultæ rationis iudicium congrua ſint, ac ſufficientia, tametſi ob ſuperueniens impedimentũ finis aſſequutionem non attingant, vt medicus, qui melioribus, quæ ſecundùm artem nouit applicatis infirmitati remedijs, nõ efficit ſanitatem, aut dux in bello, qui vniuerſa mediæ ſecundùm artem militarem ad victoriam opportuna direxit, nec tamen aduerſa contra nitente fortuna victoriam conſequitur, perfectam nihilominus habuit prouidentiam. Non eſt igitur de ratione prouidentiæ, vt p̄uidentia eſt, finis aſſequutio; alioquin prouidentia non eſſet, quæ fruſtraretur, aut etiam fruſtrari poſſet euentu. Si verò loquamur de prouidẽtia ſecundùm ſpecialem aliquem illius modum, non ordinem ſolùm reſpicit mediorum in finem, ſed etiã euẽtum, ſeu finis aſſequutionem includit, talis eſt autem diuina prouidentia, vt hic aduertit Caietanus, & infra quæſt. ſequenti articulo ſexto.

Caiet.

Ad cuius euidentiam. Secundò conſiderandum eſt, prouidentiam diuinam duplicem finem reſpicere, nimirum particularem cuiuſque rei in proprium ſibi finem ordinatæ, & communem omniũ, qui eſt vniuerſi perfectio, & diuinæ potentiæ, ſapiẽtiæ, ac bonitatis manifeſtatio; qui finis eſt principaliter intentus à Deo. Communem hunc, & pri

Finis rerũ duplex

A mariò à Deo finem intentum diuina ſemper aſſequitur prouidentia, vt explicat dilucidè S. D. in reſponſione ad ſecundum ſequentis articuli, & in articulo quarto huius quæſt. & in allegato 6. art. qu. ſequentis, & in quæſt. 103. art. 7. & 8. & ſupra quæſtione 19. art. 6. & 8. & 3. cont. gent cap. 94. & alibi ſæpè: Nam ſecundùm hanc conſiderationem, vt benè inquit Caiet. prouidentia ad voluntatem Dei conſequentem ſpectat, & ad omnia quomodolibet entia infallibilem ſuæ virtutis efficacitatem extendit; quamobrem nihil euenire poteſt, vel præter illius ſcientiam, aut contra voluntatem, ſaltem vt aliquid fiat, permittentem; finis verò particularis

S. Thom.

Caiet.

B aſſequutionem diuinæ prouidentię ratio non includit; quia nec eam ſemper intendit: Nam multæ res hoc duntaxat modo ſub Dei cadunt prouidentia, vt ad proprios quidem ſint fines ordinatæ, eos autem minimè conſequantur; quod in perfectionem redundat vniuerſi à Deo principaliter intentam: congruit ſiquidem defectibilium rerum naturis ad vniuerſi integritatem ſpectantibus, vt à ſuorũ finium conſequutione quandoque deficiant. Rerũ itaque contingentium defectus ex diuina contingunt prouidentia, à qua in alium ſępè particularẽ finem bonum, ſemper autem in communem omnium finem, non ſolùm coniunctum, qui eſt vniuer

C ſi perfectio, ſed multò magis ſeparatum, qui eſt diuina bonitas, ordinantur, ad cuius ampliorem explicationem.

Res non conſequi ſemper illum finem, ad quem à diuina prouidentia ſunt ordinatæ.

Tertiò obſeruandum eſt, dupliciter aliqua per diuinam prouidẽtiam in finem ordinari; vno modo, quia ſtatuit Dei prouidentia, vt ea tantùm habeant, quibus ad ſuum poſsint finem pertingere; alio modo; quia præter hoc decernit amplius, vt verè, & ſecundùm rem per conſtituta ſibi me-

Duplex ordo rerũ aſſigna.

D dia proprium, quem appetunt, finem conſequantur, ſiue autem hoc, ſiuè illo modo diuina prouidẽtia rem aliquam dirigat in proprium finem, certa ſemper eſt, & infallibilis, impletur enim ſemper ordo à Deo in rebus prouiſus eo modo, quo Deus ſua prouidentia implendum diſpoſuit: Nam ea, quæ ad finem ita ſunt ordinata, vt finem cõſequantur, ad illum pertingunt infallibiliter; quę verò ita dũtaxat ordinata ſunt, vt habeant ea, quibus aſſequi illum poſsint, non tamen, vt actu conſequantur, hoc ipſum infallibiliter obtinent, quod eſt ad finẽ ordinari. Et hoc ſanè modo loquendum eſt de Dei prouidentia circa ſupernaturalem finem omnibus

E hominibus præſtitutum: Nam quoſdam ita in ſempiternam fęlicitatem ordinauit, vt illam actu conſequantur; quia eorum reſpectu includit diuina prouidentia voluntatem efficacem de tali fine ab illis conſequendo; & eſt de ordine, & de euentu, & nuncupatur prædeſtinatio.

Quoſdam verò in beatitudinem quidem ordinat, non tamen, vt eam actu tandem cõſequantur; ſed vt ordinem tãtùm ad eam habeant, illamque, ſi per

Digitized by Google

ſi per ipſos non ſteterit, conſequi valeant; itaque reſpectu horum non includit diuina prouidentia voluntatem conſequentem, ſiuè efficacem, vt beatitudinem conſequantur, ſed voluntatem tantùm ſigni, & antecedentem, quamuis voluntatem habeat ſimpliciter, ſiuè conſequentem, vt ordinem habeant ad ſupernaturalem fœlicitatem, ac preſtò ſint illis opportuna media, & auxilia, quibus poſsint, niſi renitantur, ad eam pertingere. Et ex

S. Thom. dicta conciliantur. Caiet.

his poſſunt facilè conciliari diuerſa dicta D. Tho. quæ videntur contraria; quod etiam Caietanus in dicto ſexto articulo melius conſiderás intellexit, & expreſsit: Nam in quæſtione illa ſexta, de ver. articulo primo, & in primo ſent. diſt. 40. quæſt. 1. artic. 2. loquitur S. Doct. de prouidentia Dei ſecundùm abſolutam ſui obiecti conſiderationem, & per reſpectum ad fines rerum particulares: Et quoniã intra totius obiecti diuinæ prouidentiæ latitudinem multa ſunt ab ea diſpoſita, vt ordinem tantũ habeant ad proprios fines, non autem, vt eos vnquam actu conſequantur, idcirco dixit diuinam prouidentiam rationem eſſe ordinis in finem, non autẽ euentus; non quod rerum euentus non ſubiaceant diuinæ prouidentiæ, aut quòd oppoſitum eueniat prouiſi euentus; ſed quia, vt diximus; multi contingentium cauſarum ordines ad aliqua, quæ futura ſunt conſiderata cauſarum diſpoſitione, ſub diuina cadunt prouidentia, & tamen illa, futura nunquam erunt: Nam multæ fiunt cauſarum præparationes, ex quibus, vt ſic, multa ſunt futura, quę nũquam erunt. Si qui verò alij euentus à cauſis particularibus minimè intenti, & quæuis impedimenta conſequantur, ſub ordine diuinę prouidentiæ, aut diſponentis, aut permittentis, & ad maius bonum ordinantis contineri neceſſe eſt; vt probat S. Tho.

S. Thom.

in locis ſuperius allegatis. Nam, vt dicitur infra q. 103. art. 7. *cum Deus ſit cauſa vniuerſalis non vnius generis, ſed totius entis, impoſsibile eſt, vt aliquid contingat præter ordinem diuinæ gubernationis, ſed ex hoc ipſo, quòd aliquid ex vna parte videtur exire ab ordine diuinæ prouidentiæ, qui conſideratur ſecundùm aliquã cauſam particularem, neceſſe eſt, vt in eundem ordinem relabatur ſecundùm aliam cauſam.* At ſub prædeſtinatione nullus cadit ordo particularis alicuius ad aliquid futurum præciſo euentu, ſed vtrumq; ſemper reſpicit in quolibet prædeſtinato, ordinem ſcilicet ad beatitudinem, & ipſius beatitudinis adeptionem, in hac vero quæſt. & locis ſupra citatis docet Sanct. Doctor prouidentiam Dei non ad ſolos cauſarum ordines, ſed ad earum etiam euentus extẽdi, quod dictum veriſsimum eſt primò de cauſis, quæ ordinem habent ad euentus verè futuros, ſiue ſint neceſſarij, ſiuè ſint liberi, ſiuè ſint effectus ab ipſis cauſis intenti, aut per ſe ex eis euenturi, ſiuè præter earum intẽtionem, aut ex alterius cauſę impedimento accidentaliter eueniant, vt patet in monſtri generatione: nam cauſa illa, ex qua monſtrum generatur, licèt ſecundùm particularẽ ſui diſpoſitionem non ad monſtrum, ſed ad perfectum animal ſibi ſimile generandum ordinaretur; conſiderato tamen vniuerſo ſimul cauſarum ordine ad monſtrum generandum ordinabatur.

A De malò verò culpæ, quod ex defectu contingit creatæ liberæ voluntatis, & eſt diuinæ legi, & charitati contrarium, & tamen ad bonum ordinatur à Deo, vide Caietanum in ſequenti articulo, & q. 103. art. 8. Secundò verum eſt dictum S. Thom. de vltimo euentu principaliter à Deo intento, qui eſt vniuerſi perfectio, & manifeſtatio diuinæ bonitatis. Gloſſa verò Banneſij, quòd S. Thom. in quæſt. de ver. loquatur de humana prouidentia, manifeſtè aduerſatur textui in eo loco; cui nec etiã quadrat Gloſſa Zumelli, quòd S. Thom. ibi loquatur de prouidentia ſecundùm communem rationem prouidentiæ. Valentia concordiam ſuperius explicatam fortaſſe voluit ſignificare, quàuis minus aptè, B & non quantùm res ipſa poſtulare videbatur, expreſſerit.

Caiet.

Reijciuntur Gloſſæ Banneſij, & Zumelli.

Poſſet etiam principale quæſitum reſolui dicendo, duplicem eſſe Dei prouidentiam. Altera enim eſt, qua ex voluntate conſequente res ad finem diriguntur à Deo principaliter intentum, & hæc à talis finis aſſecutione nunquàm deficit. Altera eſt, qua ex voluntate ſolùm antecedente res in finem non tamen, vt per ſe, aut principaliter à Deo intẽtum ordinantur, ſicut, cum reprobos per pręcepta, fidem, & gratiam, quam tandem amittunt, ordinat ad beatitudinem: & hæc non ſemper aſſequi- C tur eum finem, ſed tamen alium, ad quem res ordinatur à Deo, infallibiliter attingit. Exempli gratia. Omnes homines diuina prouidentia ex voluntate antecedente, qua vult omnes homines ſaluos fieri, ordinantur ad beatitudinem ſupernaturalem non tamen vt finem per ſe intentum à Deo, ad quẽ voluntate conſequente ſoli ordinantur prædeſtinati, qui ſoli beatitudinem conſequentur; eo quòd hi ſoli ad eam, vt finem à Deo principaliter intentum ordinentur. Reprobi verò, quamuis ex voluntate Dei antecedente in beatitudinem ordinẽtur, non eſt tamen hic finis à Deo in prouidentia circa reprobos per ſe, aut principaliter intentus. Finis D enim præcipuus, in quem à Deo reprobi diriguntur, eſt, vt in eis appareat iuſtitia vindicans, & in electis reſplendeat miſericordia ſaluans, & vt ex eorum actibus electis, quibus omnia cooperantur in bonum, via paretur ad gloriam, vt ait S. D. infra quæſt. 23. art. 7. & de Verit. qu. 5. art. 7. & hunc finẽ aſſequitur infallibiliter diuina prouidentia circa reprobos.

Videnda ſunt ea, quæ doctè, & eleganter ſcribit Aluarez, diſput. 30.

Concluſiones deducta, & probata.

E Prima concluſio. Prouidentia, vt ſic, reſpicit ſolùm ordinem in finem, non autem euentum, aut conſequutionem finis, ideſt non eſt de eius ratione, vt ad euentum, aut aſſequutionem finis extendatur.

Secunda Concluſio. Prouidentia diuina ſecundùm abſolutam ſui conſiderationem, & per reſpectum ad fines rerum particulares non habet de ſui ratione, vt fines illos rerum particulares reſpiciat, ſed poteſt in ſolo ordine ad finem conſiſtere. Hæc eſt

Digitized by Google

eſt D.Thom. de veritate vbi ſupra.

Tertia concluſio. Sub diuina prouidentia cadit non ſolum ordo,ſed etiam finis conſequutio,vel euentus quouis modo vere futurus.

Quarta concluſio. Diuina prouidentia ſemper reſpicit ordinem,& finem, & euentum à Deo intentum.

Quinta concluſio.D.Tho.non retractauit ſentẽtiam,quamuis in melius verba mutauerit.

Argumenta,& ſolutiones.

Contra ſecundam concluſionem,ſunt argumẽta,quæ proponit,& ſoluit Zumellus.

Zumell. Molina. Vaſquez. Suarez.

Contra tertiam concluſionem ſunt argumenta Molinæ,Vaſquezij,& Suarezij quo ad eos euẽtus, ſiuè effectus,qui pendent ex libero arbitrio creato,quæ omnia falſo illi nituntur fundamẽto,quòd tales effectus nõ ſint abſolutè à Deo præfiniti, nec prouiſi,ſed ſub conditione tantùm, nimirũ,ſi creata volũtas pro ſua libertate ad eorum productionem ſe determinauerit,ac proinde ſublata pręſciẽtia illa conditionali tales effectus non pendere ex diuina prouidentia tanquam ex cauſa, nec habere neceſſitatem conſequentiæ,poſſeque ſtante eodem cauſarum,ac mediorum ordine euenire contrarium eius,quod re ipſa euenturum eſt; de quibus partim ſuperius diximus,videlicet q. 14.& 19 partim dicendum ſupereſt infra art. 4.

Zumell. Contra eandem concluſionem, vide apud Zumellum argumenta,& ſolutiones.

Suarez im ponit Caiet.

Contra eandem concluſionem argumentatur Suarez. Sed eius argumenta probant noſtram ſecundam Concluſionem. Vbi aduerte, hunc auctorem falsò imponere Caietano,quòd dixerit ad pfectionem diuinæ prouidentiæ pertinere, vt infallibiliter conſequatur effectum illum particularẽ, ad quem ordinat quamcunque creaturam; patet enim ex dictis,& preſertim ex ipſomet Caietano, quæſt.ſequenti,art.6.illum oppoſitum affirmaſſe. Si tamen ſermo eſſet de ordinatione ad finem, aut euentum,facta per voluntatem Dei abſolutam, & efficacem,qua vult non ſolùm ordinem ad finem, ſed finis etiam conſequutionem, certum eſt etiam de mente Caietani ſub diuina prouidentia vtrũq; cadere,videlicet ordinem,& euentum; talis verò non eſt ordinatio omnium rerum ad proprios fines,& ſingulariter reproborum ad beatitudinem; ſed prædeſtinatorum, & earum omnium rerum, quæ de facto proprios ſibi fines præſtitutos aſſequentur.

Defenditur Caiet.

Caietan. Ferrarien. Zumell.

Contra vltimam concluſionem ſunt argumenta Caietani,quæ ſoluit Ferrarienſis in dicto capit. 94.& Zumellus ſuper hoc articulo. Verùm facilè poterunt ex dictis Thomiſtarum ſententiæ concordari;nec in re iam ſatis perſpicua neceſſe eſt amplius immorari.

Contra eaſdem concluſiones ſunt argumenta, quæ refert,& ſoluit Aluarez in dicta diſp.30.

A

ARTICVLVS II.

Vtrum omnia ſint ſubiecta diuinæ prouidentiæ.

136

In 1 q 103. a 5.& 1.d. 39.q.2.ar. 2. & 3. cõt. ca.164.94. & 111. & ver. q.5.a. 2.& 4. & op.3.c.124 132.& 133. & op. 5. & c.13.14. & 15.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd non omnia ſint ſubiecta diuinæ prouidentiæ. Nullum enim prouiſum eſt fortuitum;Si ergo omnia ſunt prouiſa à Deo,nihil erit fortuitum; & ſic perit caſus,& fortuna: quod eſt contra communem opinionem.

B

2 Præterea:Omnis ſapiens prouiſor excludit defectum,& malum, quantùm poteſt, ab his,quorum curã gerit. Videmus autem multa mala in rebus eſſe;Aut igitur Deus non poteſt ea impedire,& ſic non eſt omnipotens; aut non de omnibus curam habet. 4

3 Præterea: Quæ ex neceſsitate eueniunt, prouidentiam,ſeu prudentiam non requirunt: Vnde ſecundùm Philoſophum in 6.Ethi.* prudentia eſt recta ratio contingentium, de quibus eſt conſilium,& electio;Cùm igitur multa in rebus ex neceſsitate eueniant, non omnia prouidentiæ ſubduntur. Ex ca. 5.9. 10 & 11.10 mo 5.

C

4 Præterea: Quicunque dimittitur ſibi,nõ ſubeſt prouidentiæ alicuius gubernantis; ſed homines ſibiipſis dimittuntur à Deo,ſecundũ illud Eccleſ. 15. Deus ab initio conſtituit hominem,& reliquit eum in manu conſilij ſui,& ſpecialiter mali,ſecundum illud, Dimiſit illos ſecundùm deſideria cordis eorum.Non igitur omnia diuinæ prouidentiæ ſubſunt.

5 Præterea: Apoſtolus 1.Cor.9.dicit,quòd non eſt Deo cura de bobus, & eadem ratione de alijs creaturis irrationalibus;Nõ igitur omnia ſubſunt diuinæ prouidentiæ.

D

Sed contra eſt,quòd dicitur Sapien.8.de diuina ſapientia, quòd attingit à fine vſque ad finem fortiter,& diſpon. omnia ſuau.

Reſpondeo. Dicendum, quòd quidam totaliter prouidentiam negauerunt,ſicut Democritus, & Epicurei ponentes mundum factum eſſe caſu. * Quidam verò poſuerunt incorruptibilia tantùm prouidentiæ ſubiacere; corruptibilia verò non ſecundùm indiuidua,ſed ſecundùm ſpecies; ſic enim incorruptibilia ſunt: ex quorum perſona dicitur Iob.22.ca. Nubes latibulum eius,& circa cardines cœli perambulat,neque noſtra conſiderat. A corruptibilium autem generalitate excepit Rabbi Moyſes homines propter ſplendorem intellectus, quo participant.In alijs autem indiuiduis corruptibilibus aliorum opinionem eſt ſecutus, ſed neceſſe eſt dicere, omnia diuinæ prouidentiæ ſubiacere,non in vniuerſali tantùm,ſed ẽt in ſingulari. Quod ſic patet:Cum enim omne agens agat propter finem, tantùm ſe extendit ordi- 151

E

ordinatio effectuum in finem, quantùm ſe ex-
tendit cauſalitas primi agentis. Ex hoc enim
contingit in operibus alicuius agentis aliquid
prouenire non ad finem ordinatum; quia effe-
ctus ille conſequitur ex aliqua alia cauſa præ-
ter intentionem agentis. Cauſalitas autẽ Dei,
qui eſt primum agens, ſe extendit vſq; ad om-
nia entia, nõ ſolùm quantùm ad principia ſpe
ciei, ſed etiam quantùm ad indiuidualia princi
t pia, *non ſolùm incorruptibilium, ſed etiam
17 11 corruptibilium: Vnde neceſſe eſt, omnia, quæ
habent quocunque modo eſſe, ordinata eſſe à
Deo in finem, ſecundùm illud Apoſtoli ad Ro
manos 13. Quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt. Cũ
ergo nihil aliud ſit Dei prouidentia, quàm ra-
ad tio ordinis rerum in finem, vt dictum eſt,* ne-
ceſſe eſt, omnia, inquantùm participant eſſe,
intantùm ſubdi diuinæ prouidentiæ. Similiter
etiam ſupra oſtenſum eſt, * quòd Deus omnia
cognoſcit, & vniuerſalia, * & particularia. Et
6. cum cognitio eius comparetur ad res, ſicut co
gnitio artis ad * artificiata (vt ſupra dictum
eſt.*) neceſſe eſt, quòd omnia ſupponantur ſuo
ordini, ſicut omnia artificiata ſubduntur ordi-
ni artis.

Ad primum ergo dicendum, quòd aliter eſt
de cauſa vniuerſali, & de cauſa particulari. Or
dinem enim cauſæ particularis aliquid poteſt
exire, non autem ordinem cauſæ vniuerſalis.*
o Non enim ſubducitur aliquid ab ordine cau-
ſæ particularis, niſi per aliquam aliam cauſam
particularem impedientem; ſicut lignum im-
peditur à combuſtione per actionẽ aquæ. Vn-
de, cum omnes cauſæ particulares concludan-
tur ſub vniuerſali cauſa, impoſsibile eſt, aliquẽ
effectum ordinem cauſæ vniuerſalis effugere;
Inquantùm igitur aliquis effectus ordinem ali
cuius cauſę particularis effugit, dicitur eſſe ca-
ſuale, vel fortuitum reſpectu cauſæ particula-
ris; ſed reſpectu cauſæ vniuerſalis, à cuius or-
dine ſubtrahi non poteſt, dicitur eſſe prouiſũ;
ſicut & concurſus duorum ſeruorum, licèt ſit
caſualis, inquantùm ad eos, eſt tamen prouiſus
à domino, qui eos ſcienter ſic ad vnum locum
mittit, vt vnus de alio neſciat.

Ad ſecundum dicendum, quòd aliter de eo
eſt, qui habet curam alicuius particularis, & de
prouiſore vniuerſali; quia prouiſor particula-
ris excludit defectum ab eo, quod eius curæ
ſubditur, quantum poteſt; ſed prouiſor vniuer-
ſalis permittit aliquẽ defectum in aliquo par-
3 ticulari accidere, ne impediatur bonũ totius:*
Vnde corruptiones, & defectus in rebus natu-
ralibus dicuntur eſſe contra naturam particu-
larem; ſed tamen ſunt de intentione naturæ v-
niuerſalis, inquantùm defectus vnius cedit in

A bonum alterius, vel etiam totius vniuerſi: nam
corruptio vnius, eſt generatio alterius, per quã
ſpecies conſeruatur; Cum igitur Deus ſit vni-
uerſalis prouiſor totius entis, ad ipſius proui-
dentiam pertinet, vt permittat quoſdam defe
ctus eſſe in aliquibus particularibus rebus, ne
impediatur bonum vniuerſi perfectum.*Si.n.
omnia mala impedirentur, multa bona deeſ-
ſent vniuerſo. Non enim eſſet vita Leonis, ſi 113
non eſſet occiſio animalium: nec eſſet patien-
tia martyrum, ſi non eſſet perſecutio tyran-
norum: Vnde dicit Auguſt. in Enchir. * Deus Enchir. c. 11 ad principio.3.
B omnipotens nullo modo ſineret malum aliqđ
eſſe in operibus ſuis, niſi vſque adeo eſſet om-
nipotẽs, & bonus, vt benefaceret etiam de ma
lo. Ex duabus autem rationibus, quas nunc
ſoluimus, videntur moti fuiſſe, qui diuinæ pro
uidentiæ ſubtraxerunt corruptibilia, in quibus
inueniuntur caſualia, & mala.

Ad tertium dicendum, quòd homo non eſt
inſtitutor naturæ; ſed vtitur in operibus artis,
& virtutis ad ſuum vſum rebus naturalibus.
Vnde prouidentia humana non ſe extendit ad
neceſſaria, quæ ex natura proueniunt, ad quæ
C tamen ſe extendit prouidentia Dei, qui eſt au-
thor naturæ. Et ex hac ratione videntur moti
fuiſſe, qui curſum rerum naturalium ſubtraxe-
runt diuinæ prouidentiæ, attribuentes ipſum
neceſſitati materiæ, vt Democritus, & alij natu
rales antiqui.

Ad quartum dicendum, quòd in hoc, quod
dicitur, Deum hominem ſibi reliquiſſe, nõ ex-
cluditur homo à diuina prouidentia; ſed oſten 113
ditur, quòd non præfigitur ei virtus operatiua
determinata ad vnum, ſicut rebus naturalibus
D *quæ aguntur tantùm, quaſi ab altero directæ
in finem; non autem ſeipſa agunt, quaſi ſe di-
rigentia in finem, vt creaturæ rationales per
liberum arbitrium, quo conſiliantur, & eligũt;
vnde ſignanter dicit. In manu conſilij ſui; Sed
quia ipſe actus liberi arbitrij reducitur in De-
um, ſicut in cauſam, neceſſe eſt, vt ea, quæ ex li
bero arbitrio fiunt, diuinæ prouidentiæ ſubdã-
tur. Prouidentia enim hominis continetur ſub
prouidentia Dei, ſicut cauſa particularis ſub
cauſa vniuerſali. Hominum autem iuſtorum
quodam excellentiori modo Deus habet pro-
E uidentiam, quàm impiorum, inquantùm non
permittit contra eos euenire aliquid, quòd fi-
naliter impediat ſalutem eorum: Nam diligen
tibus Deum omnia cooperantur in bonum, vt
dicitur Rom. 8. Sed ex hoc ipſo, quòd impios
non retrahit à malo culpæ, dicitur eos dimit-
tere; non tamen ita, quòd totaliter ab eius pro
uidentia excludantur; alioquin in nihilum de-
ciderent, niſi per eius prouidentiam conſerua-
rentur.

rentur. Et ex hac ratione videtur motus fuiſſe Tullius, qui res humanas, de quibus conſiliamur, diuinę prouidentię ſubtraxit.

Ad quintum dicendum, quòd; quia creatura rationalis habet per liberum arbitrium dominium ſui actus (vt dictum eſt*) ſpeciali quodammodo ſubditur diuinæ prouidentię, vt ſcilicet ei imputetur aliquid ad culpam, vel ad meritum, & reddatur ei aliquid vt pęna, vel præmium. * Et quantùm ad hoc, curam Dei Apoſtolus à bobus remouet, non tamen ita, q; indiuidua irrationalium creaturarum ad Dei prouidentiam non pertineant, vt Rabbi Moyſes exiſtimauit.

Senſus quæſiti.

AGit in hoc articulo Sanct. Doctor de obiecto diuinæ prouidentiæ ſignificato per dictionē illam, *rerum*, poſitam in diffinitione, quam in præcedente articulo declarauimus, cui dictioni ęquipollet terminus ille, *omnia*, poſitus in quęſito, ſignificatque omnia ſimpliciter, ideſt tam ſpecies, quā indiuidua, tam corruptibilia, quàm incorruptibilia, tam libera, & contingentia, quam naturalia, & neceſſaria.

Ex quo patet doctrinæ præſentis artificioſa, & mira breuitas cuncta neceſſaria cumulatè complectens: nam quę in alijs ſuæ doctrinæ locis Angelicus Doct. in plura partitus eſt capita, in multoſq; diſtinxit articulos, vt patet ex tertio cont. gent. à cap. 71. vſque ad 75. incluſiuè, & capit. 90. & 111. & 112. & de ver. q. 5. in vnius articuli diſcurſu nō minus perſpicuè, quàm exactè concluſit.

Forma Textus.

R*Eiectis tribus opinionibus, vel magis erroribus vnica concluſione reſpondet, cuius probatio tres illos errores euidenter eliminat.*

D *Concluſio eſt. Neceſſe eſt dicere omnia diuinæ prouidentiæ ſubiacere, non in vniuerſali tantùm, ſed etiam in ſingulari. Probatur dupliciter. Primò ſic. Neceſſe eſt, omnia, quæ habent eſſe quocunque modo, eſſe ordinata à Deo in finem: ſed diuina prouidentia nihil aliud eſt; quàm ratio ordinis rerum in finem; ergo neceſſe eſt omnia, inquantùm participant eſſe, intantùm ſubdi diuinæ prouidentiæ. Maior probatur dupliciter. Primò auct. Apoſtoli ad Rom. 13. quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt. Secundò ſic. Tantùm ſe extendit ordinatio effectuum in finem, quantùm ſe extendit cauſalitas primi agentis ſcilicet Dei, ſed cauſalitas Dei ſe extendit vſque ad omnia*

E *entia, non ſolùm quantùm ad principia ſpeciei, ſed etiā quantùm ad indiuidualia principia, non ſolùm incorruptibilium ſed etiam corruptibilium; ergo neceſſe eſt omnia, quæ habent quocunq; modo eſſe, ordinata eſſe à Deo in finem. Minor huius argumenti probatur: quoniam Deus eſt primum agens; ergo. Maior verò; quoniam omne agens agit propter finem; ergo intantùm ſe extendit ordinatio effectuum in finem, quantùm ſe extendit cauſalitas primi agentis; conſequentia probatur ab oppoſi-*

A *to: quoniam ex hoc contingit in operibus alicuius agentis aliquid prouenire non ad finem ordinatum; quia effectus ille conſequitur ex aliqua alia cauſa præter intentionem agentis.*

Secundò probatur eadem concluſio. Deus omnia cognoſcit in vniuerſali, & in particulari, & eius cognitio comparatur ad res, ſicut cognitio artis ad artificiata; ergo neceſſe eſt, quòd omnia ſupponantur eius ordini. Antecedens quo ad vtramque partem patet ex dictis ſupra in q. 14. conſequentia probatur; quia omnia artificiata ſubduntur ordini artis; ergo.

Expoſitio Textus.

B SEnſus concluſionis eſt: Dei prouidentiam extēdi, non ad genera tantùm, & ſpecies, ſed etiā ad indiuidua, quatenus indiuidua ſunt, ideſt ſecūdùm eorum conditiones indiuiduales, tam intrinſecas, quàm extrinſecas, puta loci, temporis &c. ſiuè ea ſint indiuidua ſubſtantialia, ſiuè accidentalia, ſiuè ſint naturalia, ſiuè libera, quales ſunt electiones omnes creatæ voluntatis. Dicitur autem ad hæc extendi prouidentia Dei, quatenus ante præſcientiam cooperationis cuiuslibet ex dictis cauſis Deus omnia cuiuſcunq; generis, & ordinis ſingularia, ſecundùm omnem eorum entitatem, modum, & circonſtantias prædeterminat: ac

C pręordinat in finem: quæ eſt expreſſa ſententia D. Dionyſij, capit. 5. de diuinis nominibus; vbi S. Dionyſ.
poſtquam dixit in Deo præexiſtere rerum omniū exiſtentium rationes prædeterminatiuas, & effectiuas addit: *Huiuſmodi rationes Theologia prædifinitiones vocat, & diuinas, & bonas voluntates exiſtentium prædeterminatiuas, & effectiuas ſecundùm quas ſubſtantialis eſſentia omnia prædefiniuit, & produxit.* Cum enim in ratione diuinæ prouidentiæ claudatur cauſalitas diuinę volūtatis, & omnipotentię, quæ cauſalitas includit prædeterminationem rerum omnium per eam in tempore producendarū, conſequens neceſſariò eſt, vt eandem prædetermi

D nationem includat ipſa prouidentia: eandem veritatem difertis verbis explicat Irenæus, lib. 2. cap. 45. & probat eam S. Doct. in 3. cont. gent. cap. 76. S. Thom.
& probatur etiam hoc vnico argumento: Si quædā eſſent, quæ per ſecundas cauſas abſque prædeterminatione diuinę voluntatis efficerentur, ea reſpectu diuinæ voluntatis à caſu fuiſſent producta, qđ non eſt admittendum; ergo: ſequela probatur; qm̄ illud propriè contingit à caſu, quod fit præter intentionem agentis, nec ſufficit illud ab agente fuiſſe præuiſum per quandam ſcientiam, quam mediam appellāt; primò, quia nihil abſolutè, aut ſub conditione poteſt imaginari futurum, niſi per effi

E cacem diuinæ voluntatis prefinitionem, quæ cuiuslibet rei gradum omnem, & entitatem; ac modum attingi, vt benè probat S. Doc. in textu: ſecundò; quia ſequeretur Dei prouidentiam non habere perfectè rationem prouidentiæ, ſed tantùm pręuidentiæ; quia prouidentia eſt ratio ordinis mediorum in finem, quę eſt ratio practica uoluntatis efficacitatem includens.

De hoc latè diſſeruit Aluarez, diſp. 28. Aluarez.
Legenda ſunt ea, quæ notat hic Caietanus cir Caiet.
ca

Digitized by Google

ca primam, & ſecundam probationem concluſionis, & circa reſponſionem ad primum argumentum, quæ maiori non indigent explicatione.

Prima Controuerſia.

An ſola præuiſio, & permiſsio primæ cauſæ ſufficiat, vt eius reſpectu eff. ctus non ſint caſuales.

Refertur, & confutatur ſententia Molinæ.

Reſponſio ad primum argumentũ occaſionem affert dubitandi: nũ, ad hoc, vt effectus non ſint caſuales, aut fortuiti reſpectu primæ cauſæ, requiratur eos eſſe intentos à diuina voluntate, & prouidentia; an verò ſufficiat eos eſſe præuiſos, atq; ob debitum finem eſſe permiſſos, ſub quo quæſito nõ comprehendimus mala culpæ.

Molina hic, & in 4. artic. docet, non eſſe neceſſarium concedere omnes tales effectus à diuina prouidentia eſſe intentos, vt eius comparatione non ſint caſuales, aut fortuiti; ſed ſatis eſſe, ſi omnes in particulari ſint præuiſi, atque à diuina prouidentia ob debitum finem permiſsi, additque mortem illius, qui præter ipſius intentionem dum natare voluit, ſuffocatus eſt, non eſſe intentam, & volitam à Deo, ſed permiſſam duntaxat.

Sed hæc manifeſtè pugnant cũ doctrina S. Tho. ſupra q. 19. art. 8. & 9. & infra quæſt. 49. art. 2. vbi docet mala omnia præter mala culpæ à Deo intenta eſſe, & in Deum, tanquam in cauſam reduci.

Et hæc eſt etiam expreſſa ſententia D. Auguſtini in pſalm. 48. circa illa verba. *Ignis, grando, nix glacies, ſpiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius*; cui fauent expreſsè plurima diuinæ ſcripturæ teſtimonia; Nam Iſaiæ 45. dicitur: *Ego Dominus, & non eſt alter, formans lucem, & creans tenebras, faciẽs pacem, & creans malum*: Nomine verò mali Sancti Patres communiter intelligunt malum pœnæ; ita S. Auguſtinus libro primo, contra Adimantium Manichæi diſcipulum, cap. 27. Irenæus libro quarto, cap. 77. Chriſoſtomus homilia 23. in cap. 6. Matthęi: Baſilius in homilia, quæ inſcribitur: *Quod Deus non eſt cauſa malorum*: Gregorius libro tertio moralium, capitulo ſeptimo, & Iob audita rerum ſuarum diſsipatione, & ſeruorum, ac filiorum morte dixit: *Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit, ita factum eſt*: Quibus verbis diuinã voluntatem ſignificat, extitiſſe primam dictorũ omnium cauſam: Et Eccleſ. 11. dicitur: *Bona, & mala, vita, & mors, paupertas, & honeſtas à Deo ſunt*; Et tertij Regum, capitulo vltimo mors Acab, quæ reſpectu ſecundarum cauſarum fuit caſualis, diuinę tribuitur voluntati, quæ Regis illius delictum eo mortis genere punire decreuerat: Vult enim Deus hæc mala pęnę, ſuppoſito malo culpæ, quod Dominus non vult, aut cauſat, ſed eius vult tantùm permiſsionem; Nec mala pęnę Deus vult præcisè ſumpta, ſed quatenus coniuncta ſunt bono diuinę iuſtitiæ, & miſericordiæ in eis quam maximè relucentis.

A Sed probatur etiam ratione, quod diximus: Nã quæcunq; rebus creatis conueniunt, & diuinæ non repugnant bonitati, in Deum reducenda ſunt, vt in primam cauſam; at præter mala culpæ nulla alia repugnant diuinæ bonitati: ergo in Deum, vt in primam cauſam reducenda ſunt. Maior probatur; quia Deus eſt cauſa vniuerſaliſsima, à qua dependent omnes virtutes, & operationes ſecundarum cauſarum, & earum effectus, ſiue ſint per ſe, ſiuè p accidens. Minor autem probatur; quia tam malum naturalis defectus, quàm malum pęnę ad perfectionem pertinet vniuerſi; vt probat S. Thom. locis ſuperius allegatis; ergo ne dum non repugnat di-

B uinæ bonitati, ſed maximè illi conſonat, probatur ſequela: quoniam in perfectione vniuerſi relucet plurimùm diuina bonitas: cum itaque vna ſit, & eadem ratio de quolibet malo, tam naturalis defectus, quàm pœnæ, non eſt excipienda ſuffocatio in aquis facta præter intentionem natãtis, nec mors ab inimicis, aut latronibus illata; tametſi facinus occidentium non ſit à Deo volitum, ſed permiſsũ tantùm: Nã de paſsione, & morte ſæuiſsima Chriſti Dei, & hominis Saluatoris clamant ſacræ litteræ, fuiſſe à Deo volitam, & præceptam. Iſaiæ 43. *Dominus poſuit in eo iniquitates omnium noſtrum, & Dominus voluit conterere eum in infirmitate*, & capit. Iſa. 43. & 53.

C 53. *tradidit in morte animam ſuam*, & Rom. 8. *Proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum*. & Epheſ. 5. *tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis*, & Matth. 26. *Si non poteſt tranſire à me calix iſte, niſi bibam illum, fiat voluntas tua*; Ioan. 14. *Sicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio, ſurgite eamus hinc*, ſcilicet ad locum paſsionis. Ex quibus auctoritatibus manifeſtè conſtat Chriſtum ex patris obedientia propter iniunctum mandatum, ſiue præceptum ſeipſum Iudeis, & gentibus occidendum tradidiſſe; vt latè, & eleganter probat S. Doct. in tertia parte, quæſt. 47. artic. 1. 2. & 3. Ex quo vlterius ſequitur, Rom 8. Epheſ 5. Matth 26. Ioan. 14. S. Tho.

D vanum eſſe argumentum Molinæ in artic. 4. huius quæſt. tractum ex peccato occidentium: nã, ſicut de morte Chriſti Theologico carmine inducitur perſona Patris dicens: actio diſplicuit, paſsio grata fuit, ita de morte martyrum, & de cuiuslibet hominis nece, vel decreta paſsiua occiſione dici poteſt: nam eo ſenſu, quo volita ſunt à Deo, illi dicuntur eſſe grata. His ad complemẽtum diſcurſus addamus, neceſſe eſſe, ea omnia reſpectu agentis eſſe caſualia, aut fortuita, quæ cum ab eo in ſuis effectibus intendi, & effici potuiſſent, nec intenta, nec effecta ſunt, ſed præuiſa, & permiſſa tantùm, & cõſequenter, ſi prædicta mala potuerunt à Deo inten-

E di, & produci, vt oſtendimus, nec tamen ab eo fuerunt intenta, vel producta, ſequitur eſſe comparatione Dei caſualia, & fortuita. Aſſumptũ, ſiuè prima propoſitio patet ex diffinitione fortunæ aſsignata ab Ariſt. 2. Phyſ. in cuius explicatione communiter dicunt interpretes, id, quod accidit effectui agentis à propoſito, præter illius intẽtionem, eſſe fortuitum: nã, quod vt in paucioribus debeat eſſe effectus fortuitus, hoc ideo eſſe declarat ibi. S. Thom. quia, quod ſemper, aut frequenter coniungitur Ariſtot.

gitur effectui, regulariter cadit ſub eadem intentione, qua producitur effectus; ſi itaque ponatur id ſub eadem intentione non cadere, iam erit effectus fortuitus, etiam ſi non raro, ſed ſemper eueniat. Dubitationem hanc diligenter vertat, ac eruditè definit Aluarez diſp. 29. vbi refert, & diluit argumenta Molinæ.

Dubitatio.

An, & quomodo peccata ſubijciantur diuinæ prouidentiæ.

Ratio dubitandi.

DVbitationem hanc offert reſponſio ad ſecundum, in qua ſignificatur peccata ſubdi diuinæ prouidentiæ; ſed probatio concluſionis oppoſitum videtur oſtendere, ait enim S. Doct. quòd intantùm ſe extendit cauſalitas primi agentis, quãtùm ſe extendit ordo ad finem: quoniam omne agens agit propter finem; & eadem ratione tantùm ſe extendit ordinatio ad finem, quantùm ſe extendit cauſalitas agentis; cum igitur cauſalitas Dei ad malum culpæ non extendatur, ſequitur non poſſe malum culpæ à Deo in finem aliquem ordinari; igitur malum culpę non ſubijcitur diuinæ prouidentiæ, probatur hæc vltima ſequela; quia prouidentia eſt ratio ordinis rerum in finem. Alias rationes dubitandi affert hic Caietanus, Bannes, & Zumellus, ſed ex dicendis non erit difficilis earũ, & aliarum ſimilium reſolutio.

Caiet. Bannes. Zumell.

Reſolutio.

Explicatur ordo actuum diuini intellectus, & voluntatis, circa peccata, & diſtinguitur diuina prouidentia.

COnſiderandũ eſt igitur primò, poſſe nos multos actus tum diuini intellectus, tum etiam voluntatis ordinatè concipere: Nam primò Deus præuidet ſcientia ſua naturali, quòd, ſi condiderit hominem, puta Petrum, & collocauerit eum tali loco, in tali perſonarum ſocietate, & in talibus circũſtantijs, & occaſionibus contuleritque ei auxilia ſufficientia quidem, ſed non efficacia, Petrus infallibiliter peccabit circa tale, & tale obiectum. Secundò iudicat, & decernit creandum eſſe Petrum cum talibus auxilijs, & talibus circunſtantijs, & permittendum eſſe Petrum peccare, nè plus iuſto coarctetur hominis libertas, ſed iuxta modum ſuę naturæ ſuauiter gubernetur; loquimur enim de Petro, vt refert omnem hominem permiſſum à Deo peccare, ſi, namq; nullus omninò peccare permitteretur, non videretur ſuauis, ſed quaſi violẽta circa hominem diuina Prouidentia. Tertiò, peccata, quæ ſtatuit permittere, in bonum ordinat, vel pœnitentiæ, vel eruditionis, aut iuſtitiæ, & totius vniuerſi; vt de peccato originali communiter docent Doctores: & hic explicat Caietanus, & alij recentiores, ſed quo ad quaſdam alias perſonas poſt illum primum actum præſcientiæ iudicat, & decer-

Caiet.

A nit Deus non eſſe permittendum, exempli cauſa, Ioan. peccare, & ideo ſtatuit ei conferre auxilia efficacia, quibus ad bonum infallibiliter determinetur. Itaque peccata diuinæ ſubduntur prouidentiæ, aut ea ratione, qua permittuntur, & ad bonos fines ordinantur, aut ea ratione, qua, ne fiant, ſuauiter impediuntur.

Secundò. Notandum ex D. Thom. de Ver. quæſt. 5. art. 4. duplicem eſſe Dei prouidentiam, vnam approbationis, alteram conceſsionis. Ea cadunt ſub prouidentia approbationis, quæ non ſolùm ordinantur ad aliud, tanquam ad finem, ſed etiam ad ipſa, tanquam fines, alia ordinantur; quemadmodum
B actus virtutis generatiuæ, qua homo generat hominẽ perfectum in natura, eſt ordinatus à Deo ad aliquid aliud, ſcilicet ad formam humanam, & ad ipſum ordinatur aliquid, nimirùm potentia generatiua; ſed actus deficiens, quo nonnunquã monſtra generãtur in natura, ordinatur quidem à Deo ad aliquam vtilitatem, ſed ad talem actum deficientem, vt ſic, tanquam ad finem nihil aliud ordinatur; accidit enim ex defectu alicuius cauſæ, & pertinet ad prouidentiam conceſsionis; & eadem ratione peccata ad eandem conceſsionis, ſeu permiſsionis prouidentiam pertinent. Propoſitio igitur illa D. Thomæ: *tantùm ſe extendit cauſalitas agẽ-*
C *tis, quantùm ſe extendit ordinatio effectuum in finem*, vera eſt de ordinatione eorũ, quæ cadunt ſub prouidentia approbationis, non autem eorum, quę cadunt ſub prouidentia conceſsionis; peccata verò, vt diximus, ad hanc poſteriorem prouidentiã pertinent. Sed videtur D. Thom. etiam peccata ad prouidẽtiam approbationis referre, cum ait, defectus in rebus naturalibus eſſe contra naturam particularem, ſed tamen eſſe de intentione naturæ vniuerſalis, inquantùm defectus vnius cadit in bonũ alterius, vel etiam totius vniuerſi, & poſt pauca ſubdit; *Non enim eſſet vita Leonis, niſi eſſet occiſio animalium, nec eſſet patientia martyrum, ſi non eſſet perſecu-*
D *tio tyrannorum.* quibus verbis ſignificare videtur mala culpæ eſſe de intentione primæ cauſæ, quæ Deus eſt. Cui obiectioni breuiter ſatiſfacit Caiet. dicens hoc tantùm velle D. Thom. videlicet, mala culpæ non eſſe nolita, ſeu excluſa per intentionem, ſeu volitionem cauſę primæ, & permiſsionem peccatorum eſſe intentam propter perfectionem vniuerſi, & in hac permiſsione vt intenta fundatur ſimilitudo proportionalis, inter intentionem naturæ vniuerſalis reſpectu malorũ naturalium, & intentionem Dei reſpectu malorum culpæ.

D. Thom. Prouidentia approbationis, & conceſsionis.

Obiectio.

Solutio Caiet.

Peccata permitti propter bonum vniuerſi.

E

TErtiò obſeruandum eſt, bonum quod ex malo conſequitur, dupliciter poſſe conſiderari, vno modo abſolutè, ſiuè ſecundùm ſe, alio modo, quatenus pertinet quouis modo ad vniuerſi perfectionem. Si priori modo conſideretur bonum ex malo conſequens, contingit nonnunquam illud eſſe minus bonum, quàm remotio mali, ad quod bonum illud conſequitur; ſicut, cum ex igne corrupto generatur aqua, minus bonum eſt, abſolutè genera-

tio

Digitized by Google

tio aquæ, quã remotio corruptionis ignis, quæ generationem aquæ concomitatur; quia ignis eſt ma[ius] bonum, quàm aqua. Quòd ſi bonum, quod ex malo conſequitur, conſideratur vt pertinẽs ad vniuerſi perfectionem, ſic quodcunquè bonum ex malo deductũ, melius eſt remotione mali, ex quo conſequitur ea ratione, qua commune bonum melius eſt quocunque particulari bono: Cum itaq. ad abſolutam vniuerſi perfectionem neceſſariæ ſint cuiuſuis generis virtutes, non in potentia duntaxat, aut in ſola animi præparatione, multæque ſint ex virtutum choro, quæ ex malo tanquam occaſione neceſſariò requiſita proueniunt; vt patientia martirum, & punitiua iuſtitia; maxime decuit diuinã prouidentiam, multa peccata in rationali, & intellectuali natura permittere, ne multiplici ſibi debita hoc vniuerſum perfectione careret, non naturali ſolum, ſed, quod magis eſt, ſuper naturali: Nam, vt hic aduertit Caiet. ſi permiſſum à Deo peccatum in homine non fuiſſet, non eleuaſſet Deus humanã naturam ad infinitam ſui ſuppoſiti dignitatẽ, neç oblatum in cruce fuiſſet infiniti valoris ſacrificiũ, ex cuius efficacitate in nos, & in totum ipſum vniuerſum deriuantur longe maiora bona, quàm quæ fuere peccantium culpa demolita.

Deniquè ſuauis illa Dei diſpoſitio, qua cunctas iuxta cuiuſquè modum regit rerum naturas, ac earum modos conſeruans, fouens, ac perficiens, peccati in natura libera, ac deficere potẽte permiſsionem poſtulat, quod hic etiam aduertit Caieta. Et quoniã in quolibet peccato cõmiſsionis duo ſunt; videlicet actus, & deformitas, hic diſputant nonnulli, vtrũ actus peccati ita ſubdatur diuinæ prouidentiæ, vt à Deo cauſetur tãquam prima cauſa talem actum volente, & intendente; ſed hanc difficultatem examinabimus in particulari controuerſia ſuper art. 4. Ex his tamen, quę diximus, ſolui poterunt argumenta hic ab expoſitoribus propoſita.

S. Thom. De materia tertij argumẽti, & reſpõſionis videndus eſt S. Doct. in 3. cõt. gẽ. c. 64. & d Ver. q. 5. ar. 2.

Difficultas quarti argumenti, & eius reſolutio latius explicantur à D. Tho. in con. gen. cap. 89. & 90. & Ferrarienſis in c. 89. faciliime reſoluit argumẽta Scoti, quæ moderni aſſumpſerũt vt inſolubilia contra phyſicas præfinitiones, per quã doctrinã explicatur illa propoſitio S. Tho. *Actus liberi arbitrij reducuntur in Deum ſicut in cauſam.* Nota etiã humanã prouidentiã nõ deſtrui per hoc, qđ continetur ſub diuina, ſed exinde participare rationẽ prouidẽtię.

Circa eandem reſponſionem notandum eſt primo ex D. Thoma, infra quæſtione 103. articulo ſeptimo, ordinem diuinæ prouidentiæ dupliciter poſſe conſiderari, primo in generali, ideſt prout exit à Deo quatenus eſt prima cauſa effectiua, & gubernatiua entis, non vnius generis tantum, ſed vniuerſaliter totius entis, & hoc modo liberum arbitrium creatum exire non poteſt ab ordine diuinæ prouidẽtię, vt optimè probat hic, & ibi S. Doctor, & ſupra quæſtione 19. art. 6. Quod etiam expreſsè docet, & explicat eleganter Auguſtinus in libro de Spiritu, & littera capite 30. Aug.

Ad cuius euidentiam ſupponendum eſt, qđ inſra probabitur, videlicet non poſſe liberũ arbitriũ creatum actum aliquem ex ſe producere, niſi fuerit à Deo prædefinitus, & per eius vniuerſalẽ prouidentiam in aliquẽ finẽ ordinatus: quæ propoſitio dupliciter intelligi poteſt, vno modo in ſenſu diuiſo, quo ſignificatur liberũ arbitrium creatum, non habere potentiã ad faciendũ oppoſitũ eius, qđ diuina prouidentia, per illud eſſe faciendũ, ordinauit; qui ſenſus oĩnò falſus eſt, vt patet ex dictis ſupra q. 19. art. 10. Alio modo poteſt intelligi dicta propoſitio in ſenſu cõpoſito, quo ſignificatur, hęc duo ſimul eſſe non poſſe, nimirum hoc fieri per liberum arbitrium creatum, & non eſſe per Dei voluntatem, & prouidentiam prædifinitũ, & ordinatum, qui ſenſus veriſsimus eſt, & manifeſtatur à ſimili. Nam S. Doctor de potentia q. 1. artic. quinto ad primum, propoſitionem illam. *Deus non poteſt facere, niſi quæ præſciuit ſe eſſe facturum* ſic exponit; fieri non poteſt, vt aliquid producatur à Deo. & nõ ſit à Deo præſcitum, & probatur ex eodem ſancto Doctore ſuper Iſaiam capit. 10. vbi exponens illa verba: Nunquid gloriabitur ſecuris &c. ait. Hic ponitur increpatio: quia etiam eſt ſicut inſtrumentum, quod non poteſt operari, niſi motu artificis, quem ſenſum latius explicat libro tertio de Regimine Principum capit. octauo. Similem doctrinam habet ſupra quæſtione ſecunda, articulo tertio, ratione prima, & p. 2. queſtione 109. articulo primo, & nono; Nec tamen ſequitur, vt impie Lutherus, & cum eo Caluinus deduxit, liberum arbitrium, eſſe rem de ſolo titulo; Nam, vt ſupra queſtione decimanona, articulo decimo diximus, liberum arbitrium ſic mouetur à Deo ad aliquem actum, aut operationem, vt in eodem inſtanti potentiam habeat ad oppoſitum, & non ſit ad vnum neceſſario, ſiue ad modum naturæ determinatum.

Secundò poteſt ordo diuinæ prouidentiæ conſiderari in ſpeciali, prout ſcilicet exit à cauſa particulari, quæ eſt executiua diuinæ gubernationis, & prouidẽtiæ, & ab hoc ordine poteſt liberũ arbitriũ ſubtrahere ſemetipsũ, vt locis allegatis probãt, et explicant S. Tho. & S. Auguſt. & quia multi ab hoc ordine ſic accepto ſe ſubtrahunt per liberum ſuæ voluntatis arbitrium Dei leges, & præcepta tranſgrediendo, ideò iuſtè puniuntur à Deo, vt ait Sanctus Doctor infra quę. 103. art. 8. ad primũ.

Secundò notandũ eſt volũtatẽ creatã poſſe quidẽ à Deo neceſsitari, i. determinari ad vnum per modum naturæ, vt patet in beatis Deum neceſſariò diligentibus, nõ tñ poſſe violẽtiã pati, ſiue cogi in actus ſuos elicitos, vt ꝓbat S. Doct. in p. 2. q. 6. ar. 4.

Tertiò ſciẽdũ eſt poſſe liberũ noſtrum arbitriũ Deo reſiſtere, cõiter, & impropriè ſũpta reſiſtẽtia, prout ſ. idẽ ſignificat, qđ poſſe diſsẽtire, aut oppoſitũ eius facere, qđ Deus voluit, ẽt efficaci volũtate, vt liberũ arbitriũ faceret, vt patet ex ijs, q̃ ſ. diximus q. 19. art. 10. Hoc aũt nõ eſt ꝓpriè diſsẽtire, ſed hẽre facultatẽ ad vtrumlibet, atq. adeo cũ ea facultate liberè conſentire Deo ſuauiter ità diſponente: Si verò propriè, ac ſtrictè ſumatur reſiſtentia, prout idem eſt, qđ per actualem inclinationẽ, aut impetũ, ſiue motũ cõtra niti, & diuinę volũtati

3 Præterea: Boet. dicit * 4. de con. quòd fatum ab immobilibus prouidétiæ proficiſcens exordijs, act[i]s, fortunasq; hominum indiſſolubili cauſarum connexione aſtringit; Videtur ergo, quòd prouidentia neceſſitatem rebus prouiſis imponat.

Sed contra eſt, quod dicit Dion. 4. capit. de diuin. nom. quòd corrumpere naturam non eſt diuinæ prouidentiæ; hoc autem habet quarundam rerũ natura, quòd ſint contingentia; Non igitur diuina prouidentia neceſsitatem rebus imponit, contingentiam excludens.

Reſpondeo dicendum, quòd prouidentia diuina quibuſdam rebus neceſsitatem imponit, non autem omnibus, vt quidam crediderunt. Ad prouidentiam enim pertinet ordinare res in finem. Poſt bonitatem autem diuinã,
b 205 quæ eſt finis à rebus ſeparatis, * principale bonum in ipſis rebus exiſtens, eſt perfectio vniuerſi; quæ quidem non eſſet, ſi non omnes gra-
143 c dus eſſendi inuenirentur in rebus: *Vnde ad diuinam prouidentiam pertinet, omnes gradus entium producere. Et ideo quibuſdam effectibus præparauit cauſas neceſſarias, vt neceſsariò euenirent; quibuſdam verò cauſas contingentes, vt euenirent contingenter ſecundùm
111 conditionem proximarum cauſarum.*

Ad primum ergo dicendum, quòd effectus diuinæ prouidentiæ non ſolùm eſt aliquid euenire quocunq; modo, ſed aliquid euenire, uel cótingenter, vel neceſſariò. Et ideo euenit infallibiliter, & neceſſariò, quod diuina prouidétia diſponit euenire infallibiliter, & neceſſariò: & euenit contingenter, quod diuinæ prouidentiæ ratio habet, vt contingenter eueniat.

Ad ſecundum dicendum, quòd in hoc eſt immobilis, & certus diuinæ prouidentię ordo, quòd ea, quæ ab ipſo prouidentur, cuncta eueniunt eo modo, quo ipſe prouidet, ſiuè neceſſariò, ſiuè contingenter.

Ad tertium dicendum, quòd indiſſolubilitas illa, & immutabilitas, quam Boet. tangit, pertinet ad certitudinem prouidentię, quę nõ
911. *deficit à ſuo effectu, neque à modo eueniendi, quem prouidit; non autem pertinet ad neceſſitatem effectuum. Et conſiderandum eſt, quòd neceſſarium, & contingens propriè conſequuntur ens, inquantùm huiuſmodi. Vnde modus contingentiæ, & neceſſitatis cadit ſub prouiſione Dei, qui eſt vniuerſalis prouiſor totius entis; non autem ſub prouiſione aliquorum particularium prouiſorum.

Senſus quæſiti.

Recolenda hic eſt diſtinctio poſita in explicatione tituli, artic. 8. q. 19. poſſe videlicet aliquid dici neceſſarium dupliciter; vno modo in ratione rei, alio modo in ratione effectus. Non quærit hic S. Doct. de priori neceſsitate: nam ex naturali, & diuina philoſophia conſtat quædam eſſe in mundo entia ſecundùm ſe corruptibilia, & quædã ab intrinſeco incorruptibilia, & ſecundùm ſe neceſſaria. de qua re diſſerit Caietanus, & alij expoſitores infra q. 51. art. 5. ſed de alia quærit neceſsitate, quæ eſt ſecundùm rationem effectus, ita vt ſit quæſtio: an ex poſitione diuinę prouidentiæ ſequatur, omnia prouiſa, quatenus effectus ſunt à cauſis procedentes, eſſe neceſſaria, adeo vt non poſsint non euenire; in hoc enim ſenſu probatur concluſio à D. Tho. & iuxta hunc ſenſum militant tria, quæ in capite articuli proponuntur, argumenta.

Forma Textus.

Concluſio eſt. Prouidentia quibuſdam rebus neceſſitatem imponit, non autem omnibus.

Probatur dupliciter: Primò. Ad diuinam prouidentiam pertinet omnes gradus entium producere, quorum præcipui gradus ſunt neceſſarium, & contingens; ergo ad diuinam prouidentiam pertinet producere non tantũ effectus neceſſarios, ſed etiam contingentes. Minor patet Antecedens probatur: Ad prouidentiam pertinet ordinare res in finem, tum ſeparatum à rebus, qui eſt diuina bonitas, tum rebus cõiunctum, qui eſt perfectio vniuerſi; ſed perfectio vniuerſi non eſſet, ſi non omnes, gradus inuenirẽtur in rebus; ergo ad diuinam prouidentiam pertinet omnes gradus entium producere. Probatur maior huius argumenti diſtinguendo duplicem finem, & duplex bonum, ſcilicet ſeparatum, & coniunctum. Primũ eſt diuina bonitas. Secundum eſt perfectio vniuerſi: Nã poſt diuinam bonitatem principale bonum in rebus exiſtens eſt perfectio vniuerſi, vt ait Ariſt. 12. Metaphyſ. textu 52.

Secundò probatur concluſio à poſteriori: quoniã Deus quibuſdam effectibus adaptauit cauſas neceſſarias, non alia ratione, niſi vt neceſſariò euenirent; quibuſdam verò cauſas contingentes, vt euenirent contingenter ſecundùm conditionem proximarum cauſarum.

Expoſitio Textus.

Tria ſunt in hoc diſcurſu, quorum breuis explicatio cęteris plurimum claritatis adiunget. Primum eſt, quos entium gradus intelligat Sanct. Doct. cum ait, ad diuinam prouidentiam pertinere omnes entium gradus producere; cum; præſertim rerum gradus producibiles ſint infiniti. Sed breuiter dicitur primò, hic ſermonem eſſe de gradibus entium communiſsimis, qui ſunt contingẽs, & neceſſarium, liberum, & naturale, &c. Secundò dicitur gradus rerum ſpeciales eſſe finitos, & omnes eſſe productos, eorum tamen modos eſſe infinitos, vt ſcitè docet Caietanus infra quæſt. [illegible]0. art. 1. Secundum eſt, quomodo Deus ſit bonum ſeparatum vniuerſi. ſed hoc pertinet ad 12. Metaph. Videndus eſt Caiet. 2. 2. q. 17. art. 5. vbi doctiſsimè, & ſubtiliter, prout ſolet, hoc inter metaphyſica, & Theologica præcipuum declarat arcanum. Tertiũ eſt, Caiet.

ſi per ipſos non ſteterit, conſequi valeant; itaque reſpectu horum non includit diuina prouidentia voluntatem conſequentem, ſiuè efficacem, vt beatitudinem conſequantur, ſed voluntatem tantùm ſigni, & antecedentem, quamuis voluntatem habeat ſimpliciter, ſiuè conſequentem, vt ordinem habeant ad ſupernaturalem felicitatem, ac preſtò ſint illis opportuna media, & auxilia, quibus poſsint, niſi renitantur, ad eam pertingere. Et ex his poſſunt facilè conciliari diuerſa dicta D. Tho. quæ videntur contraria; quod etiam Caietanus in dicto ſexto articulo melius conſiderãs intellexit, & expreſsit: Nam in quæſtione illa ſexta, de ver. articulo primo, & in primo ſent. diſt. 40. quæſt. 1. artic. 2. loquitur S. Doct. de prouidentia Dei ſecundùm abſolutam ſui obiecti conſiderationem, & ꝑ reſpectum ad fines rerum particulares: Et quoniã intra totius obiecti diuinæ prouidentiæ latitudinem multa ſunt ab ea diſpoſita, vt ordinem tantũ habeant ad proprios fines, non autem, vt eos vnq̃ actu conſequantur, idcirco dixit diuinam prouidentiam rationem eſſe ordinis in finem, non autẽ euentus; non quod rerum euentus non ſubiaceant diuinæ prouidentiæ, aut quòd oppoſitum eueniat prouiſi euentus; ſed quia, vt diximus; multi contingentium cauſarum ordines ad aliqua, quæ futura ſunt conſiderata cauſarum diſpoſitione, ſub diuina cadunt prouidentia, & tamen illa, futura nunquam erunt: Nam multæ fiunt cauſarum præparationes, ex quibus, vt ſic, multa ſunt futura, quę nũquam erunt. Si qui verò alij euentus à cauſis particularibus minimè intenti, & quæuis impedimenta conſequantur, ſub ordine diuinę prouidentiæ, aut diſponentis, aut permittentis, & ad maius bonum ordinantis contineri neceſſe eſt; vt probat S. Tho. in locis ſuperius allegatis. Nam, vt dicitur infra q. 103. art. 7. *cum Deus ſit cauſa vniuerſalis non vnius generis, ſed totius entis, impoſſibile eſt, vt aliquid contingat præter ordinem diuinæ gubernationis, ſed ex hoc ipſo, quòd aliquid ex vna parte videtur exire ab ordine diuinæ prouidentiæ, qui conſideratur ſecundùm aliquã cauſam particularem, neceſſe eſt, vt in eundem ordinem relabatur ſecundùm aliam cauſam*. At ſub prædeſtinatione nullus cadit ordo particularis alicuius ad aliquid futurum præciſo euentu, ſed vtrumq; ſemper reſpicit in quolibet prædeſtinato, ordinem ſcilicet ad beatitudinem, & ipſius beatitudinis adeptionem, in hac vero quæſt. & locis ſupra citatis docet Sanct. Doctor prouidentiam Dei non ad ſolos cauſarum ordines, ſed ad earum etiam euentus extẽdi, quod dictum veriſsimum eſt primò de cauſis, quæ ordinem habent ad euentus verè futuros, ſiuè ſint neceſſarij, ſiuè ſint liberi, ſiuè ſint effectus ab ipſis cauſis intenti, aut per ſe ex eis euenturi, ſiuè præter earum intẽtionem, aut ex alterius cauſę impedimento accidentaliter eueniant, vt patet in monſtri generatione: nam cauſa illa, ex qua monſtrum generatur, licèt ſecundùm particularẽ ſui diſpoſitionem non ad monſtrum, ſed ad perfectum animal ſibi ſimile generandum ordinaretur; conſiderato tamen vniuerſo ſimul cauſarum ordine ad monſtrum generandum ordinabatur.

S. Thom. dicta conciliantur. Caiet.

S. Thom.

A De malò verò culpæ, quod ex defectu contingit creatæ liberæ voluntatis, & eſt diuinæ legi, & charitati contrarium, & tamen ad bonum ordinatur à Deo, vide Caietanum in ſequenti articulo, & q. 103. art. 8. Secundò verum eſt dictum S. Thom. de vltimo euentu principaliter à Deo intento, qui eſt vniuerſi perfectio, & manifeſtatio diuinæ bonitatis. Gloſſa verò Banneſij, quòd S. Thom. in quæſt. de ver. loquatur de humana prouidentia, manifeſtè aduerſatur textui in eo loco; cui nec etiã quadrat Gloſſa Zumelli, quòd S. Thom. ibi loquatur de prouidentia ſecundùm communem rationem prouidentiæ. Valentia concordiam ſuperius explicatam fortaſſe voluit ſignificare, quãuis minus aptè, B & non quantùm res ipſa poſtulare videbatur, expreſſerit.

Caiet.

Reijciũtur Gloſſæ Bãneſij, & Zumelli.

Poſſet etiam principale quæſitum reſolui dicendo, duplicem eſſe Dei prouidentiam. Altera enim eſt, qua ex voluntate conſequente res ad finem diriguntur à Deo principaliter intentum, & hæc à talis finis aſſecutione numquàm deficit. Altera eſt, qua ex voluntate ſolùm antecedente res in finem non tamen, vt per ſe, aut principaliter à Deo intẽtum ordinantur, ſicut, cum reprobos per pręcepta, fidem, & gratiam, quam tandem amittent, ordinat ad beatitudinem: & hæc non ſemper aſſequitur eum finem, ſed tamen alium, ad quem res ordi- C natur à Deo, infallibiliter attingit. Exempli gratia. Omnes homines diuina prouidentia ex voluntate antecedente, qua vult omnes homines ſaluos fieri, ordinantur ad beatitudinem ſupernaturalem non tamen vt finem per ſe intentum à Deo, ad quẽ voluntate conſequente ſoli ordinantur prædeſtinati, qui ſoli beatitudinem conſequentur; eo quòd hi ſoli ad eam, vt finem à Deo principaliter intentum ordinentur. Reprobi verò, quamuis ex voluntate Dei antecedente in beatitudinem ordinẽtur, non eſt tamen hic finis à Deo in prouidentia circa reprobos per ſe, aut principaliter intentus. Finis D enim præcipuus, in quem à Deo reprobi diriguntur, eſt, vt in eis appareat iuſtitia vindicans, & in electis reſplendeat miſericordia ſaluans, & vt ex eorum actibus electis, quibus omnia cooperantur in bonum, via paretur ad gloriam, vt ait S. D. infra quæſt. 23. art. 7. & de Verit. qu. 5. art. 7. & hunc finẽ aſſequitur infallibiliter diuina prouidentia circa reprobos.

Videnda ſunt ea, quæ doctè, & eleganter ſcribit Aluarez, diſput. 30.

Concluſiones deducta, & probata.

E PRima concluſio. Prouidentia, vt ſic, reſpicit ſolùm ordinem in finem, non autem euentum, aut conſequutionem finis, ideſt non eſt de eius ratione, vt ad euentum, aut aſſequutionem finis extendatur.

Secunda Concluſio. Prouidentia diuina ſecundùm abſolutam ſui conſiderationem, & per reſpectum ad fines rerum particulares non habet de ſui ratione, vt fines illos rerum particulares reſpiciat, ſed poteſt in ſolo ordine ad finem conſiſtere. Hæc

eſt

Digitized by

bis luculenter expreſsit præuium primi mouentis influxum in ſecundum, quo ad operandum applicetur. Hunc enim ſenſum exprimit exemplum baculi, in quem, vt mouere poſsit, ſua virtute motiua influit homo, quæ vis influxa idem eſt, quod vſus, & applicatio, quæ rem applicatam proximè, & immediatè reſpicit, & ea mediante operationem.

rr-rij ...ſio. Ad has auct. reſpondet Suarez proprium earũ ſenſum eſſe, cauſas ſecundas non agere, niſi adiutas à prima, ſiuè vt cooperantes primæ, & vt habẽtes eſſe datum, & conſeruatum à prima; ita vt hic continuus influxus ipſius eſſe, vel virtutis actiuæ poſsit dici quaſi continua quædam motio ipſius cauſæ ſecundæ à prima; non autem, quòd indigeat nouo motu vero, ac reali in ipſa recepto, vt agat; exemplum autem inſtrumenti aſſumptum eſſe ad explicandam ſubordinationem, & eſſentialem dependentiam cauſarum ſecundarum à prima. Sed ratio ex iam dictis elucet, & ex dicendis clarius apparebit euaſionem hanc, præter quàm quod aduerſatur doctrinæ D. Tho. ſufficientem non eſſe, & apertam contradictionem inuoluere ponendo eſſentialem cauſarum ſubordinationem, & negando præmotionem, & applicationem ſecundarum à prima.

Vt autẽ huius antiquiſsimi, & apud omnes hoc noſtro ſeculo priores indubitati fundamenti veritatem à recentioribus immeritò fuiſſe reiectã oſtẽdamus, grauioribus adhuc argumentis communire decreuimus: Ac primò: Romanus Catechiſmus explicans ea ſymboli verba *creatorem cœli, & terræ* ait: *Non ſolùm autem Deus vniuerſa, quæ ſunt prouidentia ſua intuetur, atque adminiſtrat, verùm ét, quæ mouentur, & agunt aliquid, intima virtute ad motum, atque actionem ita impellit, vt quamuis ſecundarum cauſarum efficientiam non impediat, præueniat tamen, cum eius occultiſsima vis ad ſingula pertineat, & quemadmodum ſapiens teſtatur, attingat à fine vſque ad finem fortiter, & diſponat omnia ſuauiter: quare ab Apoſtolo dictum eſt, cum apud Athenienſes annuntiaret Deum, quem ignorantes colebant: Non longè eſt ab vnoquoque noſtrum; in ipſo enim viuimus, & mouemur, & ſumus:* Ecce per eccleſiæ doctrinam Apoſtolicis verbis innixam fidelibus omnibus propoſitum, & explicatum præuium Diuinæ virtutis influxum in ſecũdas cauſas, eas ad motum, & actionem impellentem: In hac doctrina perpetuus eſt S. Thom. vt videre eſt ſupra quæſt. 2. art. 3. & infra quæſt. 105. art. 4. & 5. & quæſt. 115. art. 6. & 1. 2. q. 109. art. 1. & alijs ſequentibus: & in 2. ſent. diſtin. 37. quæſt. 2. art. 2. & de potentia, quæſt. 3. art. 7. in corpore: & 3. cont. gent. cap. 66. ratione 4. & capit. 70. & alibi ſæpè: quam doctrinam ſequuntur omnes diſcipuli D. Thomæ: Capreolus in 2. ſent. diſt. 1. quæſt. 2. art. 1. Caietanus infra quæſt. 45. art. 5. vbi exponit illa verba: Omnis cauſa ſecunda eſt inſtrumentum Dei; & quæſt. 115. art. 6. vbi docet inferiora corpora prius naturaliter pati, & moueri à cœlo, quàm coagere illi: Eandem ſententiam ſequitur, & explicat Ferrarienſis in allegato c. 70. tertij contra gent. in quibus locis videre poterit diligens lector argumenta firmiſsima, quibus S.

A Doctor prædictam comprobat veritatem.

Nec ſolis cauſis naturalibus, ſed etiam liberis, & ſupernaturalibus, neceſſarius eſt ad agendum præuius illæ diuinæ virtutis influxus, vt expreſsè docet S. Thom. ſupra in hac quæſtione, artic. 2. ad quartum, & clariſsimè in 2. ſent. diſt. 37. quæſt. 2. art. 2. in corpore, vbi etiam præuidit, & impugnauit gloſſam, ſeu reſponſionem, quam recentiores diſcurſui S. Doctoris adhibent contra mentẽ eius, nec ea vim diluunt argumenti: Eandem doctrinã habet in 1. 2. loco ſupra notato, ſcilicet quæſtione 109. artic. 1. & 9. quæ eſt etiam Auguſtini libro de Correptione, & gratia, capite 2. cuius verba ſunt: Auguſtin.
B *Intelligant, ſi filij Dei ſunt, ſpiritu Dei ſe agi, vt, quod agendum eſt, agant, & cum egerint, illi, à quo aguntur, gratias agant, non vt ipſi nihil agant:* quam doctrinã latius explicat ſermone 13. de verbis Apoſtoli poſt medium, & lib. 3. Hyponoſticon poſt principium ait: *Præcedit miſericordiſsima gratia ſua Deus hominis ignorantis, & nondum ſe quærentis voluntatem liberi arbitrij, vt eum ſe ſcire, & quærere faciat;* quid quæſo clarius pro ſententia noſtra dici potuit; quã etiam expreſsere ſatis apertè Celeſtinus primus in epiſtola ad Epiſcopos Galliæ capite primo; Concilium Arauſicanum ſecundum canone 25. & Concilium Senoſenſe in principio, quorum omnium verba refert Aluarez, diſp. 18. & probatur etiam ratione; quia non poteſt Deus per abſolutam ſuã potentiam producere vitalem actionem cauſæ creatæ, niſi media eius potentia; quia vitalis operatio dicit intrinſecum ordinem ad potentiam ſuam vitalem, igitur fieri non poteſt, vt Deus ſuo concurſu influat in operationẽ potentiæ vitalis, niſi prius ordine naturæ influat in ipſam potentiam, ſeu cauſam vitalem: per quam eſt producenda vitalis operatio: Secundò probatur; quia ſequeretur humanã voluntatem eſſe primum principium minimè Deo ſubordinatum; ageret enim ſine motione, ſeu influentia, & auxilio ſuperioris agentis, quod eſt ꝓprium primæ cauſæ: hic autẽ eſt error Manicheorum, qui plura rerum principia conſtituebant: qui diſcurſus eſt S. Thomæ in 2. ſent. diſt. 53. q. 2. artic. 2. Vbi aduerte præuium Diuinæ motionis influxũ non eſſe neceſſarium, vt voluntas poſsit actiones ſibi proportionatas operari, ſed tantùm, vt actu operetur: vt enim ſupra diximus, aliud eſt poſſe operari, & aliud eſt actualiter operari; Et ex eo quòd voluntas careat præuia Dei motione, nõ rectè infertur eam operari non poſſe, ſed tantùm ſequitur eam non eſſe operaturam, vt explicat Ferrarienſis in 3. cont. gent. capit. 155. & Aluarez, diſp. 23. numero 32.

Celeſtin. Côc. Arauſicaa Côc. Senoſenſe Aluarez. S. Thom. Ferrarien.

E *Influxum primæ cauſæ, in ſecundas non eſſe aliquid realiter ab eis diſtinctum.*

QVartò loco obſeruandum eſt, duobus modis intelligi poſſe, primam cauſam mouere ſeu determinare ſecundam ad agendum, vel influere in eam. Primò per veram, & propriè dictam actionem, communicando ſecundæ cauſæ actum aliquem, ſiuè vim, quæ ſit agendi ratio, ſicut artifex mo-

Digitized by Google

ria ſecundarum à prima quibuſdam obliquis interpretationibus reieciſſe,& quæ per multos ſęculorum tractus indubitata,firmaque conſtiterant, nouis ſubtilitatibus in nonnullorum mentibus labefactaſſe.

Partitio. Pro huius itaque controuerſiæ explicatione referemus primò diuerſas doctorum ſententias. Secundò aperiemus ſtatum controuerſiæ. Tertiò proponemus fundamenta veritatis. Quartò ex eis deducemus concluſiones. Poſtremò adducemus argumenta,& ſoluemus.

Opiniones diuerſæ. Prima ſententia fuit eorum, qui dicebant, Deũ ſic in omni operante operari, vt nulla virtus creata aliquid operetur in rebus, ſed vt omnia ſolus Deus agat immediatè; quare exiſtimabant non ignem,ſed Deum in igne calefacere,& ſic de alijs Hanc ſententiam refert S.Thom. & confutat infra *S. Thom.* q.105.art.5. & tertio contra gent.cap.69.& alibi. *Durãdus.* Secunda ſententia fuit Durandi prędictæ contraria. Affirmat enim in ſecundo ſent.diſt.1.q.5.cauſas ſecundas ita operari, vt Deus non alio influxu cum cauſis concurrat, quàm conſeruando ipſarũ naturas,& vires,quas eis contulit. Huius ſententię fundamenta afferemus inter argumenta, & ſoluemus. Tertia ſententia,quæ eſt Ludouici Molinæ dicit quinque. *Molina.* Primum. Deus immediatè immediatione ſuppoſiti concurrit cum ſecundis cauſis ad earum operationes,& effectus;vt quemadmodum cauſa ſecunda immediatè elicit ſuam operationẽ, & per eam terminum, ſeu effectum producit, ſic Deus cum ea in eandem operationem ſuo concurſu, ita vt ad agendum non ſit neceſſarius influxus Dei pręuius,qui ſit in cauſam; ſed tantùm ſimultaneus,qui, ſit in operationem,& effectum ſecundę cauſę influat,& per operationem effectum producat. Secundò negat hęc ſententia influxum Dei generalem eſſe influxum in ſecundas cauſas, quo illæ prius ab eo motę agant,& producant ſuũ effectum,negatque eadem ratione primã cauſam applicare ſecundas ad operationem. Tertiò ait diuinum influxum eſſe generalem, & indifferentem ad varias actiones, & effectus, & ad ſpecies actionũ, & effectuum determinari influxu cauſarum ſecundarum particulari,ſicut influxus Solis,qui vniuerſalis eſt,determinatur ab influxu hominis,vt producatur homo, & ab influxu equi, vt producatur equus:nam Sol,& Homo generant hominem;vt dicitur ſecundo phyſicorum. Statuit enim Deus ęterna ſua voluntate, ita omnibus cauſis pręſtò eſſe ꝑ talem generalem concurſum,vt quoties cauſæ ſecundæ,vel naturæ neceſsitate, vel liberè cooperarentur,perinde eiuſmodi influxus perpetuò, ac lege ordinaria ſequeretur,ac ſi ipſe eſſet cauſa ex neceſsitate naturæ influens. Quartò ait hęc opinio, prædictos duos influxus, videlicet influxum Dei generalem,& influxum particularem ſecundæ cauſę,quę ſecũdùm eum nihil aliud ſunt,quàm actio, vel operatio,non eſſe duas actiones, vel operationes,ſed vnam,& eandem operationem, quę vt eſt à Deo illo modo præciſè influente, dicitur concurſus Dei generalis,vt verò à cauſa ſecunda,puta ab igne calefaciente, dicitur concurſus, ſeu, influxus

A ignis,& vt eſt à Deo, indifferens eſt ad quamlibet operationis ſpeciem; vt verò ab igne, eſt calectio. Quintò affirmat hæc ſententia Deum,& ſecundas cauſas non eſſe integras cauſas effectuum, ſed partiales, non partialitate effectus, quaſi Deus vnam partem effectus, cauſæ verò ſecundæ aliam partẽ producant; quoniam totus effectus à Deo eſt, & à cauſis ſecundis; ſed ſunt cauſæ partiales partialitate cauſæ; ita vt neq; Deus per ſolum concurſum vniuerſalem ſine cauſis ſecundis, neque cauſæ ſecundæ ſine concurſu vniuerſali Dei ſufficiant ad effectum producendum. Quemadmodum,cũ duo trahunt nauem,totus motus proficiſcitur ab vno-B quoque trahentium,ſed non tanquam à tota cauſa motus;neuter enim per ſe ſufficiens eſt; ſed tamen quilibet eorum ſimul efficit cum altero omnes, ac ſingulas partes eiuſdem motus. Qualibet enim eſt integra,nõ omninò,ſed in aliquo gradu, ideſt ſuo ordine. Hæc eſt ſumma ſententiæ Ludouici Molinæ ſuper articulo 13.quæſt.14.diſput.6.quam ſententiam in ſubſtantia amplexi ſunt plures eiuſdẽ inſtituti,& pręſertim Vaſquez ſuper hoc articulo, *Vaſquez. Suarez.* & infra diſp.99.& alibi ſæpè,& Franciſcus Suarez in diſput.met.22.& in opuſc.de concurſu Dei cum voluntate capit.5.& ſeq.licet ſectione 4.num.5.dictæ diſputationis videatur differre à Molina in C hoc,quòd vult determinationem cauſæ naturalis, quo ad hanc indiuiduam actionem,& effectum,ſoli primæ cauſæ eſſe tribuendam,eo quod nullo modo poſsit reduci in ſecundam cauſam naturalem, & ſect.1.nu.23. licèt in re conueniat, quo ad modum tamen loquendi diſſentit à Molina dicens,nõ propriè dici primam,& ſecundam cauſam componere vnam cauſam totalem, ſed quòd vnaquęque eſt cauſa integra in ſuo ordine.

D.Tho. Poſtrema ſententia eſt S.Tho. & omnium Thomiſtarum,immò, & communis antiquorum Theologorum. Quæ dicit quinque. Primum eſt,Deum immediatè immediatione virtutis, & ſuppoſiti in D omnibus operari,in quibuſdam tamen,etiam mediatè mediatione ſuppoſiti. Secundum,Deum non tantùm in operationem,& effectum, ſed etiam in ipſas ſecundas cauſas influere, & eas pręmouere, & ad operãdum applicare. Tertium,influxum Dei non eſſe tantùm generalem,& determinari à ſecũdis cauſis,ſed etiam eas ad proprios effectus, tam in ſpecie,quàm in indiuiduo determinare. Quartum,vnam, & eandem eſſe operationem ſecundæ cauſæ cum operatione tranſeunte primę cauſę modo inferius explicando. Quintum,primam,& ſecũdam cauſas eſſe cauſas integras,& totales ſimpliciter eiuſdem effectus.

E *Status cõtrouerſiæ.* Ex dictis facilè poteſt diſcerni ſtatus controuerſię. Nam, licèt quęſtio ſit de prędictis ſingulis propoſitionibus, in quibus ab aduerſarijs diſſentimus, præcipua tamen controuerſia eſt de influxu primę cauſę in ſecundas,& de ratione, ſiuè modo talis influxus. An ſcilicet ſit vniuerſalis vel particularis,& dato quod ſit particularis, adhuc videndum erit,num ſit aliquid ſuperadditum per modũ formę,aut perfectionis, vel complemẽti realis ipſius cauſę, an aliquid tranſiens per modum virtu-

tis

re;& eas applicare ad operationem, difficile eſt explicare;cum prǽſertim S.Thom. in quæſtione de potentia loco allegato idem faciat iudiciũ de cauſis ſecundis in ordine ad Deum,& de cauſis inſtrumentalibus in ordine ad agens principale quo ad eam virtutem intentionalem in eis receptam: & confirmatur; quia Sanctus Thom. prima ſecundæ quæſt.6.articulo primo,ad tertium ait, quòd natura eſt quoddam inſtrumentum Dei mouentis, & ſecundo cont.gent.cap.21 ratione quarta,ait ſecũdas cauſas eſſe inſtrumentales; omneque agens vniuocum eſſe quaſi agens inſtrumentale reſpectu eius,quod eſt agens principale totius ſpeciei; Igitur ſecundùm mentem D. Tho. ſtante expoſitione Caietani prima cauſa influit aliquid præuium actioni ſecundæ cauſæ, & poſſet confirmari ex declaratione Ferrarienſis in dicto capite; vbi diſtinguit diuerſa genera inſtrumentorum. Cui difficultati nulla ratione videtur poſſe ſatisfieri,niſi recedendo vel à doctrina S.Thomæ,vel à doctrina Caietani. Sed nõ eſt neceſſe ad hæc abſurda declinare;poteſt enim vtriuſque doctrina tanquam veritati conſona ſuſtineri.

Explicantur amplius prædicta, et oſtenditur ea eſſe conſona doctrinæ D.Tho. & Caietani.

AD cuius euidentiam conſiderandũ eſt,quòd, licet omnes ſecundæ cauſæ dicantur inſtrumentales reſpectu primæ; maxima tamen eſt differentia inter inſtrumentum verè, & propriè ſumptum reſpectu principalis agentis, & cauſas ſecundas reſpectu primæ,quæ Deus eſt: Nam inſtrumẽtum propriè ſumptũ,non ſeipſo tóto pendet à principali agente;non enim ſerra ſeipſa tota pendet ab eo,qui ſecat,ſed tantùm ea ratione,qua inſtrumẽtum eſt,ſiuè in ratione cauſæ inſtrumẽtalis, vt ſic. Non enim poteſt cauſare, niſi ab artifice moueatur,& applicetur ad agendum; quę applicatio fieri nullo modo poteſt,niſi per motum, & vſum inſtrumenti: at ſecũdæ cauſæ ſe totis pendẽt à Deo; quoniam omne,quod in eis eſt, ſiuè ſit ſubſtantia, ſiuè accidens,ſiuè actualitas, ſiuè modus,totum pendet ab eſſe per eſſentiam, quod Deus eſt, quo fit,vt Deus abſque aliqua prǽuia qualitate ſecundis cauſis impreſſa poſſit ipſas mouere, & applicare ad agendum,quæ applicatio alio vocabulo nuncupatur influxus primæ cauſæ in ſecundas: quod quomodo fiat iam ſupra diximus, referentes opinionem Scoti; quæ,vt oſtendemus, non eſt diuerſa à ſententia S.Tho.& Caietani,ſed eas mirificè cõciliat,& explicat.

Pro cuius ampliori declaratione recolenda ſũt, quæ ſupra diximus,quæſtione quartadecima, art. 13.& quæſt.19.artic.8.Hæc verò ſunt. Primum,q diuinus influxus,ſiuè concurſus, quo Deus influit in ſecundas cauſas,& in earũ actiones, poteſt dupliciter cõſiderari. Vno modo per modum actionis,ſiuè ex parte Dei agentis; & ſic eſt actio immanens formaliter,& tranſiens virtualiter, & eſt idẽ, quod intelligere,& velle Dei;quod diuina ſubſtantia, quòd Deus ipſe.

A Alio modo per modum paſsionis,ſiuè prout eſt aliquid manans à Deo,& receptum in creatura. Quæ receptio poteſt dupliciter intelligi, vel realiter vt ſcilicet id,quod recipitur, ſit aliquid realiter,diſtinctum à creatura, vel modaliter, vt ſcilicet non ſit aliquid omnino realiter diſtinctum à creatura;ſed ſit quidã illius modus realis, ſiuè ipſa creatura ſub nouo modo. Sicut etiam creatio poteſt dupliciter conſiderari; vno modo,vt actio eſt; & ſic idem eſt,quod velle Dei, quod eſſentia Dei;alio modo,vt paſsio eſt; ſiuè per modum paſſionis; & ſic eſt eſſe creaturæ,vt à Deo receptum: ita in propoſito influxus Dei in ſecundam cauſam B agentem,ſi conſideretur, vt actio, idem eſt, quod velle Dei,& quod eſſentia Dei;ſi verò conſideretur vt paſsio,ſiuè quo ad id, quod à Deo in ſecundam cauſam emanat, idem eſt, quod ipſamet cauſa agens in ſuo eſſe, & actualitate completa prius natura,quàm agat, quatenus ſic completa pendet à Deo eam ad agendum mouente, & applicante, & hoc ipſo complementum actualitatis ad agẽdum illi conferente. Nota.

Diſtinguitur tamen hic præuius diuinæ virtutis influxus à ſecunda cauſa formaliter actualiter, ſiue formaliter realiter,vel,vt alij dicunt,ex natura rei,aut realiter metaphyſicè. Et ſimiliter influ- C xus Dei in actionẽ agentis idem eſt quod ipſamet actio agẽtis,prout à Deo pendet in fieri,& in conſeruari, tam in genere, q̃ in ſpecie, & in indiuiduo, & ab ea diſtinguitur formaliter actualiter, ſiuè formaliter realiter, &c. vt explicauimus infra qu. 59. art. 3.

Secundum, quod iam ſignificauimus,eſt,quòd cauſa ſecunda in actu non tãtùm addit operationem ſupra actum primum eiuſdem cauſæ,ſed etiã addit modum quendam, ad quem conſequitur actualis relatio cauſæ ad operationem, & ad effectum;alioquin eſſet relatio ſine fundamento:nã,ſi cauſa ſecunda, vt cauſa, realiter refertur ad effe- D ctum,& effectus quandoque non eſt niſi operatio, vt patet in citarizatione;ergo oportet,vt cauſa realiter referatur ad operationem; at verò relatio realis requirit reale fundamentum; hoc verò non eſt ipſa cauſa in actu primo præciſè conſiderata: quia vt ſic,nõ refertur ad effectum, neque vt eſt in actu primo productiua,aliter ſemper produceret; ergo oportet,vt ei addatur aliqua realitas; hæc verò eſt modus,de quo diximus;qui nũcupatur motio paſſiua,influxus,& applicatio,ratione cuius modi perfectior eſt cauſa ſecunda,cum actu operatur,quã, cum non operatur. Vndè Auer. duodecimo Metaphyſ.tex.trigeſimoſexto, dixit,quòd intelligentię E mouent orbes,vt Deo aſsimilentur in faciendo entia. Et hoc neceſſe eſt fateri eos Thomiſtas,qui dicunt, actionem tranſeuntem non eſſe, eſſentialiter in agente,ſed in paſſo:nam Diuus Thomas in articulo precedente dixit, Deum potuiſſe quidem omnia per ſe ipſum immediatè producere, ſed ex abũdantia ſuæ bonitatis voluiſſe etiam dignitatẽ cauſalitatis creaturis impertiri; at, ſi actio tranſiens non eſt in agente, nullam dignitatem acquirerent ſecundæ cauſæ per hoc,quod cauſant, niſi,vel di- Auerr.

camus

camus in eis aliquid prævium recipi per modum qualitatis intentionalis, vel eis aduenire talem modum, ex eſſentiali ſubordinatione, quam habent ad primam cauſam: & confirmatur ex communi opinione; quòd cauſa, vt cauſa, ſit nobilior effectu; quod dictum intelligitur, non tantùm in cauſis æquiuocis, ſed etiam in vniuocis.

Modificatio influxus

Tertium eſt, quod talis influxus dicitur modificari in ſecunda cauſa; quia ſecunda cauſa ſuam exercet cauſalitatem iuxta modum ſuæ naturæ; & ſimiliter influxus in actionem dicitur modificari dupliciter; Primò, quia actio ſequitur iuxta naturam ſecundæ cauſæ; ſecundò modificatur per naturam, & modum actionis, vt eſt à ſecunda cauſa. Non enim eſt inconueniens rem ſub vno modo modificari à ſeipſa, ſumpta ſub alio modo, præſertim loquendo de modo non connaturali, ſed aduentitio, & ſeparabili à re, ac proinde realiter metaphyſicè ab ea diſtincto, qualis eſt illa ſecundæ cauſæ actualitas, ſiuè complementum, quod nihil aliud eſt, quàm eius applicatio ad operandum, & benè aduerte, influxum modificari, vt influxus eſt formaliter, non autem, vt modus; nam modi non eſt modus.

Prædicta conſonant doctrinæ D. Thom.

Quartum eſt, quòd prædicta non repugnant doctrinæ Sancti Thomæ in preallegato loco de potentia Dei. Quoniam iuxta ea, quæ ſupra diximus ex Caietano, commodè poſſunt interpretari, dicendo Sanctum Thomam diſtinguere motionem rerum à Deo tanquam intentionem contra formam habẽtem eſſe ratum, & firmum; quoniam forma conuenit rei ſecundùm ſe, motio verò cõuenit rei, vt cauſa eſt actu pendens à Deo in cauſando, & ideo habet modum quendam intentionis.

Hanc autem eſſe mentem S. Thom. patet primo ex modo loquendi; non enim affirmat ibi S. Doct. abſolutè, id, quod à Deo fit in re naturali, quo actualiter agat, eſſe intentionem; ſed formam ſimilitudinariæ loquutionis exprimens ait illud eſſe vt intentionem, &c. quod euidentius elucet ex concluſione diſcurſus ibidem facta; in qua ſolam infert ſimilitudinem inter Deum, vt principale agens, & artificem ex vna parte, & ſecundam cauſam, & inſtrumentum artificis, ex alia parte, dicens: *Vnde, ſicut patet, quod inſtrumento artificis conferri non potuit, quod operaretur abſque motu artis, ita rei naturali conferri non potuit, quòd operaretur abſque operatione diuina*. Quibus verbis ſolùm concludit eſſentialem dependentiam, & ſubordinationem ſecundarum cauſarum ad primam; non autem virtutẽ aliquam intentionalem in eas à Deo mouente deriuatam, & ab eis omninò realiter diſtinctam. Quod et probatur; quia ibidem facit idem iudicium de motione, & conſeruatione rerum in eſſe; conſtat autẽ conſeruationem idem eſſe, quod eſſe rei, vt à Deo continuè pendens. Quemadmodum ergo conſeruatio modum habet intentionis, vt ibidem ſignificat S. Thom. ita & ipſa cauſa formaliter, vt pendens à Deo modum habet intentionis, & virtutis inſtrumentalis. Nam quemadmodum color ex ſuperaddito ſibi lucis ſplendore non intrinſecus inhærente, ſed aſſiſtente tantùm, ſpecies tranſmittit viſibi-

A les, quibus realiter actuat viſiuam potentiam, quod prius efficere minimè poterat; nec huius effectus alia poteſt aſſignari cauſa, quàm immediata, & eſſentialis coloris ad lucem ſubordinatio; ita, cum qualibet res creata proximam, immediatam, & eſſentialem ſubordinationem habeat ad Deum hoc ipſo, quod ab eo tãquam eſſe per eſſentiam totum ſuum eſſe participat, eodemque modo res ſe habeat ad operari, quo ſe habet ad eſſe, rectò dici potetit, quamlibet ſecundam cauſam ex ſubordinatione, & coniunctione cùm diuina virtute, quæ eſt imperium Dei, practicum, abſque alia ſuperaddita qualitate, non tamen abſque nouo modo perfici

B in ratione cauſæ. Poſſetq; non incongruè dici diuinam illam operationem, quã eſſe diximus practicum diuini intellectus imperium, tametſi formaliter ſit actio immanens, eſſe tamen virtualiter, & eminenter tranſeuntem; & quia tam ſuauis eſt, q̃ efficax diuina virtus, ſecundis illabitur cauſis iuxta ſingularum naturam, ſingulas in perfecto cauſalitatis modo conſtituens; non quòd ipſa ſit modus, ſed quia hoc ipſo, quòd ſecundæ cauſę copulatur, eidem ſecundæ cauſę nouus aduenit modus. ſ. applicatio, quo fiat proximè ad operandum diſpoſita, ita vt ſtatim ſit in actu ſecũdo. Simile, quid tradit Magiſter Aſturicenſis in Relectione de Gra-

Aſturicenſis.

C tia Chriſti, quæſt. 6. de virtute inſtrumentali, in quem locum poſt hæc ſcripta opus illud doctiſſimum legentes incidimus. Patet etiã hanc eſſe mentem S. Doct. ex ſupradicto articulo tertio, quæſtionis tertiæ, de potentia; vbi Sanct. Th. diſertis verbis probãs Deũ eſſe intimè in qualibet re, hac vtitur probatione. Virtus diuina adeſt cuilibet rei agenti; at Deus eſt ſua virtus; ergo Deus eſt intra quamlibet rem. Itaque manifeſtè docet S. Doctor. Deum quamlibet cauſam mouere, non media ſuperaddita qualitate, ſed per ſeipſum; igitur diuina motio in ſecunda cauſa recepta nõ eſt aliquid omninò realiter ab ea diſtinctum, ſed ipſamet ſecun-

D da cauſa, vt à prima intimè operante dependens. Dico autem, non diſtingui omninò realiter eo modo, quo res à re diſtinguitur, cum non ſit ſuperaddita qualitas, quamuis diſtinguatur ab ipſa ſecunda cauſa in actu primo, vt eius modus, & actualitas, & motio, ſitque ab ipſius ſecundæ cauſæ libera applicatione, prout ab ipſa eſt, diſtincta realiter, vt modus à modo. Quam diſtinctionem nõ incongruè nuncupare poſſumus cum Metaphyſicis formalem realem; quam exiſtimo ſatis eſſe ad realem cauſalitatẽ vnius ad alterum, vt patet ex ijs, q̃ diximus infra quæſt. 45. art. 5. cum Caietano, & alijs. Qui latiorem huius materiæ declaratiõnẽ de-

E ſiderat, legat ea, quę ſcripſimus in tertio Tomo, quæſt. 59. art. 3.

Nec tamen oppoſitam ſententiam, quam ferè omnes Thomiſtæ iuniores ſequuntur, reijcimus vt falſam, ſed ſua permittimus probabilitate gaudere.

Con-

Conciliatur doctrina S. Thomæ, Caietani, & Scoti, & reprehenditur diſtinctio Suarezy, & explicatur vnitas operationis primæ, & ſecundæ cauſæ.

EX dictis ergo patet concordia doctrinæ Sancti Thom. cum doctrina Caiet. & Scoti: Nam influxus primæ cauſæ in ſecundam a ſola prima cauſa eſt, & eſt aliquid præuium operationi ſecundæ cauſę vt complementum virtutis actiuę, non tamen eſt aliquid præuium, vt ſuperadditum, & realiter omnino diſtinctum, a cauſa ſecunda, ſed vt modus eius; influxus autem in operationem eſt aliquid conſequens cauſam vt ſic, & non diſtinguitur ab ipſa operatione, niſi realiter metaphyſicè, vt dictum eſt. Caietanus verò negat influxum in cauſam, eſſe aliquid præuium per modum ſuperadditæ qualitatis, vt etiam probat S. D. 1.2. q. 110. art. 2. & latè Aluarez diſp. 19. Vel dici poteſt Caietanum negare motionem præuiam loquendo de influxu in effectum, hunc enim habet ſimul cum cauſa ſecunda; cum vtriuſque vna ſit motio, & vnus influxus; non autem loquendo de motione, ideſt influxu in cauſam, quæ eſt applicatio cauſæ ad agendum, quæ eſt quædam radicalis inchoatio influxus in effectum; quam inchoationem dicit Caietanus prius natura modificari in ſecunda cauſa, quàm impellat ad mouendum, quia ſcilicet prima cauſa ſecundas applicat, & mouet ad agendũ ſecundum propriam cuiuſque naturam, & modũ. Aluarez Diſp. 18. num. 11. ait, Caietanum nihil aliud intendere, quàm cauſam primam non cooperari præuia motione attingente in aliquo priori tẽporis, vel naturæ effectum cauſæ ſecundæ antecedenter ad influxum eiuſdem cauſæ ſecundæ, Qui dicendi modus coincidit cum noſtro ſecundo.

Ex dictis patet Franciſcum Suarez in Opuſc. de concurſu Dei cum voluntate capite ſexto, numero 5. non ſufficiẽter diſtinxiſſe modos applicationis. Duos enim tantùm propoſuit, videlicet applicationem localem; qua mouetur agens, & coniungitur paſſo. Et intentionalem, ſiue animalem, quæ fit in potentijs, & in viribus animæ, pręcipuè in intellectu, & voluntate per ſufficientem propoſitionem obiecti, aut per imperium vnius potentiæ in aliam, vel per aliam motionem vnius potentiæ ab alia. Omiſit verò tertiam, qua ſuppoſitis omnibus, alijs requiſitis ad operandum ex parte ipſius cauſæ ſecundæ applicatur ad actualem operationem exempli gratia, poſtquam Sol pręſens eſt huic emiſpherio, & omnia impedimenta ablata à Deo applicatur actuali illuminationi; quia dependenter a Deo fit actu illuminans hoc emiſpherium, cuius applicationis terminus intrinſecus eſt applicatum eſſe, ſicut illuminationis terminus eſt eſſe illuminatum. Quod eſſe applicatum eſt modus conſtitutiuus, & completiuus cauſæ in hoc quòd ſit actu cauſa, ideſt, completiuus actualitatis cauſæ ad cauſandum. Extrinſecus verò terminus eſt operatio; & per hæc patebit reſponſio ad multa argumenta Suarez, quæ prima facie videntur inſolubilia. Quod autem hæc interpretatio mentis S. Thom. & Caietani ſolida ſit, apparebit ex ſolutione argumentorum, quæ longè melius ex dictis quàm ex alia interpretatione ſolui poſſunt. Vbi aduertendum eſt S. Thom. in ſumma nunquam feciſſe mentionem de illa vi intentionali. Sed de applicatione plura dicemus in ſeq. contr.

Quarto loco breuiter explicandum eſt, quomodo ſe habeant operatio Dei, & operatio ipſius creaturæ; an ſcilicet ſint duæ operationes, an vna tantùm, ſed huius rei explicatio iam patet ex dictis: quoniam, ſi conſideretur operatio Dei ex parte Dei operantis, ſic eſt ſubſtantia Dei, & differt realiter ab operatione creaturæ, at ſi conſideretur ex parte cauſæ ſecundę, vt ſcilicet eſt quid receptum in ipſa operatione ſecundæ cauſæ, ſic idem eſt, quod operatio ſecundæ cauſæ, quod manifeſtè docuit Sanctus Thomas, de potentia, **S. Thom.** quæſtione tertia, articulo ſeptimo, ad tertium. vbi ait, quòd ipſa naturæ operatio eſt etiam operatio virtutis diuinæ: & infra quæſtio. 105. artic. quinto, ad ſecundum ſic ait. *Vna actio non procedit a duobus agentibus vnius ordinis; ſed nihil prohibet, quòd vna, & eadem actio procedat a primo, & ſecundo agente.* Quod idem ait S. Thom. in 3. cont. gent. capitulo 70. in quo etiam nobiſcum conuenit Suarez in diſput. met. 2 :. ſect. tertia numero ſecundo, vbi ad hoc multas affert rationes. Et Capreolus in ſecundo ſent. diſtin. prima, quæſtione ſecunda, idem latè explicat. **Suarezij. Capreol. Aluarez. diſp. 21.**

Influxum Dei, in ſecundas cauſas non eſſe vniuerſalem, & indeterminatum ſed particularem, & determinantem ipſas ſecundas cauſas.

POſtremò explicandũ eſt, qualis ſit ille diuinus influxus, an ſcilicet ſit vniuerſalis tantùm, & determinetur a cauſis particularibus, in qbus recipitur, an verò ſit particularis, & determinet cãs ſecundas ad particulares effectus. Sentiunt prædicti moderni expoſitores concurſum Dei, ſiuè influxum eſſe vniuerſalem, & indeterminatum, ſed determinari a cauſis ſecundis. Affirmantq. hanc eſſe D. Thom. ſententiam, cum tamen vbiq. contrariũ **S. Thom.** apertè docuerit. Nã prima parte quæſt. 105. art. 1. ad tertium ait. *Hoc ipſum, quòd cauſæ ſecundæ determinantur ad determinatos effectus, eſt illis a Deo. Vndè Deus, quia alias cauſas ordinat ad determinatos effectus, poteſt etiam determinatos effectus producere per ſeipſum.* Hæc S. Thom. & hoc idem latius proſequitur in ſecundo ſent. diſt. 1. art. 4. in corpore, vbi habet hæc verba. *Operatio Creatoris magis pertingit ad intima rei, quàm operatio cauſarum ſecundarum, & ideo hoc, quòd res creata eſt alterius rei cauſa, non excludit, quin Deus immediatè in rebus omnibus operetur, inquantùm virtus ſua eſt ſicut medium coniungens virtutem cuiuslibet cauſæ ſecundæ cum ſuo effectu: non enim virtus alicuius creaturæ poſſet in ſuum effectum, niſi per virtutem creatoris, a quo eſt omnis virtus, & conſeruatio virtutis, & ordo ad effectum.* Quod etiam demoſtratiua ratione conuincitur: Nam oĩs gradus, & modus eſſendi ad rei integritatem, vel perfectionem pertinens eſt ab eſſe per eſſentiam, tanquam ab agente primo, & immediato modo ſu-

perius explicato, ac determinatio cauſæ, & operationis ad hunc effectum, eſt quidam eſſendi modus, & quædam perfectio; ergo eſt à prima cauſa, minor probatur: quoniam eſſe indiuiduale pertinet ad modum eſſendi, & ad vltimum rei complementum. Vnde etiam S.Thom. ſupra quæſt. 14. art. 5. & 6. probabat Deum alia à ſe cognoſcere propria, & diſtincta cognitione, quoniam omnia alia a Deo continentur in Deo tanquam in cauſa, non tantùm quo ad ea, quæ omnibus communia ſunt, ſed etiam quo ad ea, in quibus diſtinguuntur; ergo indiuidualia determinatiua, & diſtinctiua pertinent ad modum eſſendi, & ad rei entitatem. Confirmatur primo: Nam ſequeretur influxum primæ cauſæ dependere quo ad efficaciam à ſecunda cauſa, quæ ſuo concurſu determinat influxum primæ cauſæ ſecundùm ſe indifferentem, vt hunc ſpecie, & numero determinatum producat effectum. Secũdo confirmatur, quia ſequeretur imperfectam eſſe Diuinam prouidentiam, ad quam vt ſupra probauimus, attinet non ſolùm ordinatio mediorum in finem, ſed etiam aſſecutio finis infallibilis, quæ nõ alia ratione fieri poteſt, quàm per influxum in ſecundas cauſas eas efficaciter applicantem ad determinatas operationes, & effectus, alioquin fruſtrari poſsit intento fine Diuina pronidentia, quia facile contingeret humanam voluntatem pro ſua libertate in alterum oppoſitum a Deo minimè volitum declinare.

Nec prodeſt Aſilus ſcientiæ mediæ, iam enim ſupra q. 3 funditus eſt euerſus: Non ergo determinatur influxus primæ cauſæ per ſecundæ concurſum, ſed hic potius ab eo determinatur, vt clarius eluceſcet ex dicendis in ſequenti controuerſia. Appellatur tamẽ diuina virtus vniuerſalis, & indifferẽs; non quia ad particulares rerum, & operationum modos non ſe extendat; ſed quia omnibus indifferenter communicatur, Et dicitur etiam variari ex diuerſitate ſubiectorum, & cauſarum, quoniã hic influxus, non diſtinguitur à cauſis, & operationibus niſi modo ſuperius expreſſo, & ideo dicitur ab eis determinari, quaſi indifferens, cum tamen, vt à Deo eſt, eas determinet effectiue, & efficaciter, & & ſic interpretandus eſt diuus Dyon. 4. c. de diuin. nom, & S.Thom. ſi alicubi ſimiliter loquatur: & per hæc patet reſponſio ad argumenta Suarez, in diſp. met. diſp. 22. ſect. 2. num. 31. & ſequentibus. Videndus eſt Capreolus in præallegata diſtinctione 2. Denique ſi in omni operatione, prima cauſa ſecundas applicat ad agendum; cum applicatio ſit ad actionem, & effectum in indiuiduo, nil aliud erit applicatio cauſæ, quàm eius determinatio: Et quoniam nihil agit Deus in tempore, quod non ab æterno prædefinierit, hinc ſequitur, dupliciter Deũ prædefinire, ſeu prædeterminare cauſarum omniũ operationes, ſcilicet æterna prædefinitione ſuæ ſapientiæ, voluntatis, & prouidentiæ, & temporali prædefinitione, ſeu prædeterminatione phyſicâ, quæ fit per realem influxum Dei in ſecundas cauſas, ſiue illæ ſint naturales, ſiue liberæ. Si verò ponamus influxum Dei in ſecundas cauſas eſſe vniuerſalem, ideſt indifferentem, & determinari per ſecũ

D.Dion.

Contra Suarez. Capreol.

A das cauſas, non autem eas determinare, ſequitur in rebus aliquid eſſe, videlicet determinationẽ operationis, & effectus, quod non poteſt in primã cauſam reduci, ſed tantùm in ſecundam; quod implicat contradictionem. nam, ſi ſeipſam primò determinat, iam non eſt ſecunda, ſed prima. Eandem veritatem probat Aluarez optimis argum. diſp. 21.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima Concluſio. Dictum Ariſt. 8. phyſ. tex. 31. ꝙ primum mouens magis mouet; quia mouet vltimum, & ab eo non mouetur, intelligendum eſt, de motione actioni præuia, quæ eſt influxus in cauſam, & non tantùm in operationem, aut effectum:
B Et eodem modo intelligenda eſt etiam illa propoſitio ſæpius ab Ariſt. repetita in 7. & 8. phyſ. *Omne, quod mouetur, ab alio mouetur.*

Secunda Concluſio. In eodem ſenſu intelligenda eſt, illa propoſitio ſæpius vſurpatã à S.Thom. *Cauſa ſecunda agit in virtute primæ*, ſcilicet præmouentis, applicantis, & influentis in eam.

Tertia Concluſio. Prima cauſa applicat omnes ſecundas cauſas ad operationem, quæ applicatio paſsiuè ſumpta modaliter tantùm ſiue realiter metaphyſicè diſtinguitur à cauſa ſecunda.

Quarta Concluſio. Prima cauſa determinat om
C nes ſecundas cauſas ad ſingulas operationes, & effectus in indiuiduo.

Quinta Concluſio. Cauſa prima, & cauſa ſecunda non concurrunt ad effectum, vt duæ cauſæ partiales, neque ex parte effectus, neque ex parte cauſæ. Probatur ex dictis. Primo, quia cauſæ partiales non ſunt ſubordinatæ, ita vt vna influat in aliam, & illam moueat, & applicet ad agẽdum; ſed ſimul immediate influunt in effectum; igitur, quæ prædicto modo ſunt ſubordinatæ, ſunt totales; at Deus, & cauſa ſecunda ſunt eo modo ſubordinatæ; ergo ſunt cauſæ totales: & confirmatur; quia tales cauſæ ſunt diuerſorum ordinum. Secũdo. Tota cauſa-
D litas cauſæ ſecundæ pendet à prima; ergo vtraq. eſt cauſa totalis; & magis prima, à qua totus effectus ſincathegorematice pendet. Hanc concluſionem recipit Suarez in d. diſp. 22. ſect. 1. nu. 23.

Suarez.

Sexta Concl. Inter actionem cauſæ primæ, & actionem cauſæ ſecundæ eſt ordo naturæ, & huius actio ab illius actione dependet. Explicatur, & probatur, hæc cõcluſio: Nam poteſt intelligi de actione primæ cauſæ, prout eſt ipſa ſubſtantia primæ cauſæ; & ſic præcedit æternitate, & efficacitatem habet ab æterno ad producendum effectum tempore à diuina prouidentia præfinito. Poteſt ſecundo intelligi de actione eiuſdem primæ cauſæ, vt eſt
E influxus in ipſam ſecundam cauſam, & hoc modo præcedit primò ordine naturæ, ideſt inſtanti naturæ à quo, quæ prioritas conſiſtit in cauſalitate, & dependentia vnius ab alio. Immo et præcedit inſtãti naturæ in quo; ſicut et prius intelligitur hic influxus in ſecunda cã modificari, quàm impellat ad agendum. Secundo præcedit ordine naturæ, ideſt dignitate, vniuerſalitate, & independentia, vt dixit Caietanus ſupra quæſtio. 4. artic. 3. & quæſt. 19. articulo 8. poſtremò poteſt intelligi de actione primæ

Digitized by Google

primæ cauſæ, prout eſt influxus in operationem ſecundæ cauſæ, & in effectum, & in hoc ſenſu nõ ita propriè ſaluari poteſt ordo naturæ, inter actionem primæ, & ſecundæ cauſæ, cum ſit eadem vtriuſque operatio, vt ſupra diximus, & in nullo priori fit à cauſa prima, in quo non fit à ſecunda, vt perſpicuè patet in actu creatæ voluntatis, qui cum ſit actus vitalis, dicit intrinſecum ordinem ad potentiam vitalem, ergo in nullo priori poteſt à Deo produci, in quo non producatur à voluntate, alioquin in illo priori, in quo intelligeretur à Deo produci, voluntas merè paſsiuè ſe haberet, ac proindè non eſſet ille actus liber, neque vitalis. Veritatem hanc probat Aluarez optimis argumentis Diſputatione decimanona. num. 8.

Ferrarienſis alio modo hanc noſtram propoſitionem explicat in tertio contra gent. cap. 149. declarans illam propoſitionem S. Doct. *motio mouentis præcedit motum mobilis ratione, & cauſa*. Et Capreolus in ſecundo diſt. prima, quæſt. ſecunda ad argumenta contra ſextam concluſionem. Poſſet præterea exponi de prioritate naturæ, quæ attenditur ſecundùm vniuerſaliorem rationem, ſub qua prima cauſa reſpicit operationem illam, quæ eſt etiam operatio ſecundæ cauſæ; hæc verò eſt ratio entis communiſsima, cum ſecunda cauſa eandem reſpiciat operationem, & effectum ſub quadam determinata ratione, ſub entis latitudine comprehẽſa, atque ideo ſub tali ratione cauſatur etiam à Deo: Quemadmodum etiam omne, quod participat rationem entis, intelligibile eſt ab intellectu, cuius obiectum eſt ens latiſsimè ſumptum. Quo fit, vt actio, ſiuè influxus primę cauſæ ſit prior ſubſiſtendi conſequentia; quia influxus primæ cauſæ non pendet a ſecunda, ſed quantùm eſt ex ſuo genere, poteſt eſſe ſine ſecunda, non autem è conuerſo; quod etiam ſignificauit Caietanus locis paulò ante citatis.

Septima Concluſio. Influxus cauſæ primæ recipitur in ſecunda. Explicatur: nam, ſi loquamur de influxu in cauſam, recipitur in cauſa vt idem re, & ſolo modo iam dicto differens; ſi verò ſermo ſit de influxu in operationem immanẽtem, certa eſt propoſitio. Quod ſi de influxu in operationem tranſeũtem intelligatur, vera eſt propoſitio iuxta ſententiam Caietani, & eorum, qui docent actionem eſſe in agente. At ſecundùm tenentes actionem eſſe in paſſo, dicendum erit talem influxum eſſe in paſſo. Sed formaliter, & cum vtraque ſententia loquendo dicendum eſt talem influxum Dei in eo eſſe ſubiecto in quo eſt operatio ſecundæ cauſæ.

Argumenta, & ſolutiones.

COntra primam concluſionem argumentatur Suarez in dicta 22. diſpu. lib. 1. de concurſu Dei cum voluntate cap. 11.

Primò. Non poteſt aſsignari aliquis intrinſecus terminus talis influxus in cauſam, ſiuè præmotionis, ergo. Antecedens probat vtendo diuiſione, quã non eſt neceſſe recenſere; quia ommiſit principale membrum.

A Reſpondetur igitur, terminum talis motus eſſe hoc, quod dico applicatum eſſe ad agendum; hoc enim per præuiam illam motionem intendit primum mouens, vt ſcilicet ſecunda cauſa applicetur ad agendum.

Secũdò. Ariſt. in lib. Phyſ. ſolũ agit de naturalib. motib. qui ſenſu percipi aliquo modo poſſunt; iſta autem primæ cauſæ præmotio, etiam ſi vera eſſet, nec ſenſibus poſſet percipi, nec a naturali phyloſopho, ſed a Metaphiſico conſideranda eſſet.

Reſpondetur. In omni motu, ſiuè ſenſibili, ſiuè ſpirituali duo ſemper concurrere, videlicet ipſum motum, & applicationem mouentis ad mouẽdũ; B quæ duo neceſſariò in primum mouentem ſunt reducenda: nam, vt ait Ariſt. primum mouens magis mouet; quia mouet vltimum, ſcilicet ad mouendum, & ab eo non mouetur; & ex hoc ipſo, quòd primò mouet ad mouendum, applicat ad mouendum; cum idem ſit mouere mouens ad mouẽdum, quòd applicare mouens ad mouendum. Neque in motibus ſenſibilibus inſenſibilis eſt hæc applicatio, ſed ſentitur, vt modus in phyſico mouente receptus; non ſolùm .n. mouens phyſicum, & motus ſẽſu percipiuntur, ſed etiam mouens, vt motui applicatus, licet ordo prioritatis naturæ, quo applicatio motum pręcedit, ſolo intellectu diſcerni poſsit; ſed C non eſt neceſſe, vt omnia ad motum phyſicum concurrentia ſenſu percipi valeant; nam ſecũdùm probabilem ſententiam Ferrarienſis, Capreoli, & aliorum, cum manus baculo quippiam mouet, concurrit ad mouendum neceſſariò virtus intentionalis in baculo recepta, quæ ſentiri minimè poteſt. Secũdò, cum lapis proijcitur tandiu durat motus, quandiu in lapide durat vis proijcientis, quæ tamen ſenſu diſcerni non poteſt.

Contrà ſecundam concluſionem argumentatur Suarez in dicta diſputatione nu. 51. D. Thom. in 3. cont. gent. cap. 7. ſic ait. *Virtus inferioris agentis pendet ex virtute ſuperioris, inquantùm ſuperior dat inferiori uirtutem agendi, vel conſeruat eam.* & infrà. D *Oportet igitur, quòd actio inferioris agentis non ſolùm ſit ab eo per virtutem propriam, ſed per virtutem omnium ſuperiorum agentium; agit enim virtute omnium*; Agere ergo in virtute nihil aliud eſt, quàm agere per virtutem participatam a ſuperiori uirtute, & dependenter in ſua uirtute ab actuali influxu eius.

Reſpondetur, debuiſſe etiam uerba interpoſita recitari. Ait enim ibidem S. Doct. *aut etiam applicat ad agendum; ſicut artifex applicat inſtrumentum ad proprium effectum, cui tamen interdum formam non dat, per quam agit inſtrumentum, nec* E *conſeruat, ſed dat ſolùm ei motum*. Quibus uerbis apertè ſignificatur, quid ſit agere uirtute alterius, quòd ſcilicet eſt non ſolùm primam cauſam concurrere ad agendum cum ſecunda; ita ut actio primò emanet a prima cauſa, ut docet Suarez, ſed eſt amplius ipſam primam cauſam influere in ſecundam, & eam præmouere, & facere, ut faciat, ſiuè ut cauſet; & denique, ut, quæ prius non agebat, noua applicatione ad agendum incipiat operari.

Ferrar. Capreol. Suarez.

Digitized by

Sed contra hanc reſponſionem ſic argumentatur Suarez. Idem eſt cauſam ſecundam pendere a prima in cauſando, & pendere in actione ſua, ſeu in cauſalitate ſua; ergo. Sequela probatur; Nam, ſi pendet in ſuo eſſe, & in tota virtute ſua, & vlterius in actione, & cauſalitate ſua, in quo alio pendere debet, aut poteſt? Antecedens vero probatur: Nam hoc complexum, quod eſt cauſam ſecundam agere, nihil nouum eſt; ergo. Antecedens probatur; quia creaturam agere nihil aliud eſt, quam actionem ab illa prodire.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens: Ad probationem negatur ſequela: nam, licèt creaturam agere nihil nouum dicat ſupra actionem in ipſa creatura, creaturam tamen moueri ad agendum, ſeu applicari ad agendum, vel (quod idem eſt) ꝙ influxu cauſæ primæ fiat agens, addit aliquid nouum præuium actioni ſecundæ cauſę, vt dictum eſt.

Suarez. Contra duas prædictas concluſiones argumentatur idem Suarez in d. 1. cap. 6. & 7. S. Thom. 1. 2. q. 109. art. 1. 2. & 3. ait. In omni agente creato duo requiri ad agendum, ſcilicet propriam virtutē agendi, & motionem primi agentis, quam motionē vocat auxilium Dei mouentis; at per auxilium Dei non poteſt intelligere, niſi concurſum Dei cum ſecunda cauſa quo ad operationem, non autem influxum in cauſam: ergo Deus non influit in cauſā. Probat minorem; quia, ſi de alia motione præuia intelligatur, vel præter illam eſt alius concurſus neceſſarius, & ſic iam non ſunt duo tantùm, ſed tria ad actionem voluntatis neceſſaria; vel præter illam motionem non eſt neceſſarius alius concurſus, ſcilicet cum operatione, & ita ſequitur Deum concurrere tantum remotè; & quaſi per accidens ad actionem creaturæ: quoniam, ſi influit tantùm in cauſam, concurreret ſolùm applicando cauſam ſecundam ad opus; quod eſt deuolui in opinionem Durandi, vel aliam ſimilem non minus falſam.

Mens D. Thom. Reſpōdetur falſam eſſe minorem. Ad probationem dicitur, quòd S. Thom. per motionem Dei mouentis, & per auxilium, non intelligit influxum in cauſam præciſè, nec in operationem præciſè, ſed in vtrunque. Computantur enim vt vna motio, & vt vnum auxilium; tum quia ſunt ſimul in eodem inſtanti, & neceſſariam habent connexionem; tum quia vnum ad aliud ordinem habet; vbi verò vnū eſt propter aliud, ibi videtur eſſe vnum tantùm. Quòd autem hęc ſit mens D. Tho. patet legenti corpus dicti primi articuli, & præterea. Deus immediatè immediatione virtutis producit operationem ſecundæ cauſæ.

Suarez. Contra quatuor primas concluſiones argumentatur, idem Suarez. Concurſus Dei cum ſecunda cauſa quo ad operationem ſufficit ad hoc, vt omnis effectus creaturæ, omniſquè actio eius à Deo, vt à prima cauſa eſſentialiter pendeat, & ſit ſubordinata primæ, non per accidens, ſed per ſe, & eſſentialiter ex vi propriæ naturæ imperfectæ, & participatæ: ergo nulla eſt neceſsitas ponendi influxum Dei in cauſam. Et confirmatur, quia, ſi prædictus influxus in cauſam eſt neceſſarius præter eum, qui

A eſt in operationem. Quæro (inquit) an immediatè, & per ſe attingat effectum creaturæ, vel ſolùm mediatè, & per accidens, ſeu vt conditio præuia; at neutrum dici poteſt: ergo. Probatur hæc minor quo ad primam partem; quia per concurſum cum operatione Deus per ſe, & immediatè influit in effectum creaturæ; ergo ſuperfluè, & ſine fundamento ſingereturalius influxus diſtinctus, qui etiam immediatè effectum attingeret. Quo ad ſecundam verò partem probatur eadem minor: quoniam, ſi ita eſt, conſequens eſſet talem influxū requiri, aut vt applicatio, aut vt motio, aut vt complementum virtutis, aut vt excitatio virtutis, aut vt determi-

B natio cauſæ ad actionem; ſed nullo dictorum modorum requiritur; ergo; minorem probabunt argumenta ſequentia.

Ad argumentum reſpondetur, quòd falſum eſt antecedens, vt ſupra latè oſtendimus; nam ſublato influxo in cauſam, tollitur eſſentialis ſubordinatio ſecundæ cauſæ ad primam. Ad confirmationem reſpondeo, quòd mediatè per talem influxum mediatione ſuppoſiti Deus attingit effectum ſecundæ cauſæ; immediatè verò immediatione virtutis, ſimpliciter autem, vt immediatum agens. Ad argumētum in oppoſitum dicitur, quòd requiritur; vt applicatio, vt motio; vt complementum, & determi-

C natio cauſæ ad operationem, & ad effectum. Sed contra. Tertiò argumentatur Suarez, quòd non requiratur, vt applicatio. Hæc applicatio, de qua loquimur, ſupponit omnes conditiones requiſitas ad operandum ex parte ipſius cauſę ſecundæ: verbi gratia, poſtquam Sol præſens eſt huic noſtro emiſphærio, & omnia impedimenta ablata ſunt, quæritur, an indigeat aliqua applicatione, ſeu influxu Dei ad illuminandum. Hoc ſuppoſito ſic argumentatur: Hæc applicatio nullum poteſt habere terminum intrinſecum; ergo eſt ſuperflua. Probatur antecedens; Quia eius intrinſecus terminus non poteſt eſſe actio ſecundæ cauſæ; quoniam operatio ſe- Replica Suarezij.

D cundæ cauſæ eſt quid extrinſecum ab illa applicatione, & finis eius. Neque etiam poteſt eſſe maior coniunctio agentis ad paſſum ſecūdùm virtutem, vel propenſionem; quoniam vel illa coniunctio eſt in actu ſecundo; & ſic fit per operationem, & non per aliquid præuium ad operationem. Si verò ſit in actu primo, non fit, niſi per ipſam virtutem agē di, quæ per ſe propenſa eſt in ſuam actionem, & ita ſuppoſitis alijs conditionibus extrinſecis requiſitis per ſeipſam ſatis eſt applicata, ſeu potiùs inclinata ad ſuam actionem. Nec poteſt hęc propenſio, vel applicatio augeri, niſi aucta ipſa virtute agendi, quod non eſt neceſſarium ad concurſum primæ

E cauſæ, vt ſic, ergo talis applicatio præuia eſt omninò ficta, & impoſsibilis.

Reſpondetur, quòd hæc applicatio, de qua loquimur; ſupponit omnes conditiones requiſitas, tam intrinſecas in actu primo, quàm extrinſecas vt præſentaneas, & proximè præparatas ad concurſum; non tamen ſupponit ea, quibus ſit formaliter cauſa in actu; hoc verò eſt modus ille, qui aduenit cauſæ ex hoc ipſo, quòd applicatur ad agendum; ſit enim tunc actu

Digitized by Google

actu cauſa per talem applicationem; prius natura, quam operetur.

Ad argumentum negatur antecedens. Ad probationem dicitur, quòd terminus intrinſecus applicationis eſt ipſa applicatio in facto eſſe, ſcilicet eſſe applicatum, extrinſecus verò terminus eſt operatio cauſæ ſecundæ. Nec applicatio pertinet propriè ad actum primum ipſius cauſæ; quoniam non adeſt ei, niſi cum actu operatur; ſed eſt eius modus intrinſecus conueniens ei ex actuali ordinatione ad operationem; Vnde, ſi propriè loqui volumus, non pertinet ad actum primum ſecũdæ cauſæ, nec ad eius perfectionem abſolutè; ſed pertinet ad actum primum, & eius perfectionem, vt coniungitur actui ſecũdo, & præcedit inſtãti naturæ à quo; quia præcedit cauſalitate operationem, vt ſupra dictum eſt: eſt enim modus ille relatiuus relatione tranſcendentali, & fundamentum proximum relationis prædicamentalis inter cauſam, & operationem, vel effectum, immo, vt ante diximus, præcedit etiam inſtanti naturæ in quo.

Ex his patet reſponſio ad argumentum: negandum eſt enim, quòd dicta applicatio careat termino intrinſeco. Ad probationem dicitur, quòd non ſufficienter enumerauit terminos, ommiſit enim proprium, & verum terminum, quem nos aſsignauimus.

Quartò probat non requiri influxum in cauſã, vt motionem præuiam; quia non poteſt aſsignari terminus intrinſecus talis motionis; ergo.

Reſpondetur. Nos iam terminum aſsignaſſe. Secundò dico non requiri motionem præuiam omnino realiter à cauſa ſecũda diſtinctam.

Quintò. Agens, vt agens, non mutatur, teſte Ariſtot. tertio phyſi. ergo. Si dicatur, quòd aliqua agẽtia agendo mutantur; quia perficiuntur, dum vim ſuam ad alia extendunt; quoniam illa virtutis extenſio perfectio quædam eſt. Contra arguit, quoniam hoc aduerſatur doctrinæ Ariſt. & communi ſententiæ Philoſophorum, & eſt per ſe incredibile: nam quid perfectionis accreſcit Soli in hoc præciſè, quod aerem illuminat? nam illa extenſio virtutis nihil eſt aliud, quã ipſa actio illuminandi, quæ non illuminantem, ſed illuminatum perficit. Præterea, (inquit) demus agentia creata agendo perfici, vel mutari; hoc tamen poſito ad ſummũ id fieret ipſamet actione, ſi fortaſsis in ipſis recipitur; tamen, priuſquam agant, non mutantur, vt agant.

Reſpondetur antecedens poſſe dupliciter intelligi; Vno modo, vt illa reduplicatio, vt agens, reduplicet rationem agentis, vt agens eſt, & ſic verũ eſt antecedens. Alio modo, vt reduplicet cõditionem talis agentis, ſcilicet non primi, & ſic verum eſt, omne agens non primum, vt tale agens moueri, & perfici per hoc, quòd mouetur à primo, & per hoc, quòd agit. Ad rationes in oppoſitum. Ad primam dicitur, quòd falſum aſſumit. Nuſquã enim Ariſt. vel phyloſophi communiter oppoſitum docuerunt. Ad ſecundam dicitur, quòd agens perficitur, non tantum per actionem in eo receptam; ſed per illum modum intrinſecum, quo fit actu cauſa.

A Sextò. Probat non requiri influxum in cauſam ad complementum ſecundæ cauſæ; & ſupponit ſermonem eſſe de cauſa ſecunda habente iam virtutem agẽdi in ſuo genere completam, & integram; qualem habet Sol ad illuminandum, ignis ad calefaciendum, & viſus, ſpecie, & lumine informatus ad videndum, & voluntas præſente obiecto, ac iudicio intellectus ad eliciendum actum naturalis ordinis.

Hoc ſuppoſito ſic argumentatur.

In talibus cauſis nullum maius complementum neceſſarium eſt; ergo ex vi ſubordinationis cauſæ ſecundæ ad primam illa præuia actio ad hunc finem B complendi virtutem cauſæ ſecundæ non eſt neceſſaria. Si dicatur, (inquit) virtutem cauſæ ſecundæ ex hoc ipſo, quòd creata eſt, non poſſe eſſe completam ad agendum, etiam in ſuo ordine cauſæ ſecundæ ſtabili ſuo, ac habituali complemento, ſed indigere ſemper aliquo actuali complemento, quod recipit à Deo per hanc præuiam actionem, quæ terminari intrinſecè intelligitur ad quandam præuiam virtutem ſuperadditam, quam vocant qualitatem fluentem, vel intentionalem. Contra ſic arguitur. Sumo virtutem cauſæ, vt completam per illam qualitatem intentionalem, verbi gratia, ignem, vt affectum ſuo calore, & illa qualitate, to- C tum hoc compoſitum habet rationem cauſæ ſecundæ, ac proximæ reſpectu caloris producendi, & in ſuo genere eſt cauſa cõpleta; vel ergo indiget alio auxilio præmouẽte, & complente virtutem; & hoc dici nõ poteſt; quia hoc modo procederetur in infinitum; vel non indiget alio auxilio; quod ſi ita eſt, idem dici poterat de cauſa ſecunda, vt præciſè cõſtituta ſua naturali virtute agendi in ſuo ordine ſufficiente ad ſuum effectum. Probatur conſequentia; quia iam damus aliquam cauſam ſecundam, quæ non indiget alio concurſu. Secundò, quia ſi ex forma, & illa qualitate intentionali completur virtus cauſæ ſecundæ; ergo potuit Deus dare crea- D turæ qualitatem aliquam ita perfectam, vt haberet ex ſe totam illam efficacitatem, quę fingitur, compleri ex duplici illa qualitate. Probatur, conſequentia; quoniam tota illa non excedit capacitatem agentis creati; Quod ſi ita potuit fieri, cur negabimus ita factum eſſe? Quod ſi quis dicat hanc virtutem fluentem pertinere ad propriam cauſalitatem primę cauſę, & ideo non eſſe communicabilem cauſę ſecundę per virtutem illi innatam. Contra argumentatur; quoniam loquendo de influxu in cauſam, hic eſt proprius primæ cauſę, non per qualitatem ſuperadditam, ſed per hoc, quod ſecunda cauſa habet vim agendi completam, & ſtabilẽ E ex actuali influxu primæ cauſæ dantis, & conſeruantis illam; ergo ex hac parte nulla eſt maior repugnantia in communicanda hac virtute permanente, quàm ſic in virtute fluente.

Ad hæc argumenta reſpondetur. Ad primum negatur antecedens; quoniam, vt dictum eſt, requiritur complementum cauſę, non in actu primo abſolutè ſumptę, ſed in ordine ad effectum tunc actu productum; quod complementum non eſt propriè quid ſuperadditum cauſę ſecundæ, nec

nec eſt actus primus, ſed eſt modus cauſæ intrinſecus, vt cauſa in actu eſt.

Secundò admiſſa reſponſione poſita ab arguente, ad eius impugnationem dico, cauſam ſic completam nullo alio indigere auxilio præmouente, & complente virtutem illius. Ad argumentum aduerſus hanc partem negatur ſequela, vt idem dici poſſe de cauſa ſecunda, vt præciſè conſtituta in naturali virtute agendi in ſuo ordine ſufficiente ad ſuũ effectum; quoniam hæc applicatio per ſe pertinet ad eſſentialem ſubordinationem, & dependentiã ſecundæ cauſæ ad primam. Sicut enim ſecũda cauſa in actu primo neceſſariò dependet à prima in eſſe, & in conſeruari, ita eadem ſecunda cauſa neceſſariò depẽdet à prima in qualibet ſua actuali cauſalitate. Cõſiſtit autem hæc dependẽtia in actuali applicatione ad operandum, quæ non ſemper adeſt cuilibet ſecundæ cauſæ; hoc enim non patitur ordo, ſiuè bonum Vniuerſi; cũ igitur ſecunda cauſa ſecundum hanc applicationem ſit eſſentialiter primæ cauſæ ſubordinata, & ab ea dependeat, neceſſe eſt etiam, ipſam ſecundam cauſam à prima actu moueri, & applicari ad operandum, cum incipit operari. Probatur illatio; Quia dependentia actualis applicationis ſecundę cauſæ à prima cauſa non aliter eſſe poteſt, aut intelligi, quàm quod actu nunc prima cauſa ſecundam applicet ad agẽdum, alioquin, ſi ſola virtus agendi à prima cauſa eſt, applicatio verò à ſola ſecunda cauſa eſt ſeipsã applicante, nulla cauſa ſiuè naturalis, ſiuè libera ſecundùm eam rationẽ, qua cauſa in actu eſt, dependebit à prima, ſed tantùm ſecundùm ſuam virtutem, quam habet in actu primo; Cum enim applicatio ſit motio quædam, illi ab intrinſeco repugnat eſſe fixum, & ſtabile, abſque actuali effluxu à mouente, & applicante. Immò ex ſui intrinſeca ratione habet, vt ſit effluxus actualis ab agente, atque ideò contradictionem implicat, illam conferri ſecundæ cauſæ per modum actus primi. Nec verum eſt, quod aſſumit idem author in vltima replica, videlicet influxum primæ cauſæ in ſecundã eſſe proprium primæ cauſæ, per hoc quod ſecunda cauſa per talem influxum habet vim agendi completam, & ſtabilem, quia ſcilicet per talem influxum datur, & conſeruatur virtus ſecundæ cauſæ; non enim per talem influxum confertur ſecundæ cauſæ virtus per modum actus primi, ſed virtus illi iam antea in eius generatione collata mouetur, & applicatur ad operandum, & hoc ipſo dicitur virtus ſecundæ cauſæ compleri.

Septimò Probat cauſam naturalem non indigere influxu in cauſam, vt præuia determinatione cauſę primæ ad actionẽ ſuam; & ſermo eſt de determinatione phyſica per actualem, & realem influxum in cauſam. Sic ergo argumentatur. Res naturales ex vi ſuarum formarum, ſeu proprietatũ naturalium ſunt determinatæ ad vnum, & nullam habent intrinſecam indifferentiam; ergo non indigent noua forma, aut nouo impulſu, quo determinentur ad ſuos effectus, & manifeſtatur exemplo: Nam qua noua determinatione indiget calor, vt calefaciat, potius quam frigefaciat, cum ex ſe

A ſit ita determinatus ad illum effectum, vt in alium non poſſit?

D. Thom. Reſpondet S.Thom. infra quæſt. 105. artic. 1. ad tertium dicens, quòd hoc ipſum, quòd cauſę ſecũdę determinantur ad determinatos effectus, eſt illis à Deo, & ſubdit. *Vnde Deus, quia alias cauſas ordinat ad determinatos effectus, poteſt etiam per ſe ipsũ determinatos effectus producere.*

Replica Suarezij. Sed inquit Suarez. ſufficit ea actio Dei, qua virtutes naturales conſeruat. Solutio. Reſpondetur. Id falſum eſſe: nam præter eam determinationem, quam habent virtutes naturales in actu primo, requiritur etiam alia determinatio, quæ illis conuenit, vt

B actu cauſant, quæ fit per diuinam motionem, & applicationem; vt latè probat S.Tho. in dicta quæſt. 105. art. 5. Non quòd poſsint ad oppoſitum determinari; ſed quia cauſæ ſecundæ, tam in actu primo, quàm ſecundo pendent eſſentialiter à prima.

Reliqua illius argumenta contra hoc caput omittimus; quia non militant contra viam noſtrã, ſicut nec etiam argumenta Molinæ, quæſt. 14. art. 13. diſp. 8. in fine, ad quæ reſpondet Zumel iuxta ſuam opinionem, q. 8. art. 1. diſp. 2. Molina. Zumell.

Alia argumenta refert, & ſoluit Aluarez locis ſupra notatis. Aluarez.

C

Secunda Controuerſia.

De veritate, & concordia diuinarum prædefinitionum, & certitudinis, ac infallibilitatis diuinæ prouidentia, & voluntatis cum libero arbitrio, & cum libero euentu omnium actuum, & effectuum creatæ voluntatis.

Auctoris intentio, ſenſus quæſiti, & ſtatus controuerſiæ.

DE primæ cauſæ in ſecundas influxu, applicatione, & determinatione, ac cum eiſdem ad

D operationes, & effectus concurſu, quæ ad vniuerſalem conſiderationem ſpectare videbãtur in præcedente Controuerſia dicta ſunt. Hæc, quam proponimus, prædicta in vniuerſali duntaxat examinata ob ſingulares difficultates, quas ex creatæ trahunt voluntatis natura, vt eidem applicata diſcutiet; ex omnibus tamen in inſcriptione præfixa tactis difficultatibus ea ſumma eſt, atque ab humano intellectu (vt arbitror) inſuperabilis, quæ eſt de concordia diuinarum præfinitionum &c. cum libero arbitrio creato; Difficultas. tametſi non dubitem id firmia chriſtianorum omnium fide tenendum, quod ſacrarum litterarum oraculis, generalium concilio-

E rum, ac ſummorum Pontificum decretis, & ſanctorum Patrum communiori interpretationi, ac doctrinæ verè conſonum appàruerit; neque enim neceſſe eſt, aut poſsibile nos ſub terrenæ molis onerè laborantes, quæ in altitudine diuinæ prouidentiæ abſcondita ſunt, videre oculis noſtris; In hac igitur tractanda controuerſia id nequaquam nobis arrogare præſumimus, Intentio. quod hucuſque nemini quantumuis doctrina, & ſanctitate præſtanti conceſſum eſt: poſſe videlicet nos certam aliquam, & euidentem,

dentem, in qua mens humana quieſcat, definitionem afferre: Nam, & S. Tho. verè Doctor Angelicus de veritate q.6. artic.3. ſingularem agnouit, & faſſus eſt præſentis controuerſiæ difficultatē. Quæ mea ſententia tanta eſt, vt humani intellectus ſuperet facultatem, vt diſsertis verbis in hoc articulo Caietanus expreſsit. Ea itaque dumtaxat enitemur adducere, quæ minimè à veritate diſſona, & sacris litteris, ac ſanctorum Patrum, præcipuè verò S. Tho. doctrinæ conſona viſa fuerint, certā eius determinationem ab Apoſtolica ſede, quæ columna, & firmamentum eſt veritatis, piè, & humiliter expectantes.

Sed antequam ea, quæ inueſtigandæ, aut etiam ſtabiliendæ veritati neceſſaria ſunt, proferamus, operæpretium erit clauſa in præfixo titulo quæſita recenſere, & expoſitorum ſententias ſummatim referre.

Sunt autem quinque dubitationes in titulo ſignificatæ, in quibus verſatur hæc noſtra controuerſia. Prima eſt: An omnes actus liberi hominis, vel Angeli ſint à Deo ab æterno præfiniti, abſoluta, & efficaci præfinitione. Secunda eſt de concordia præfinitionis, & certitudinis diuinæ prouidentiæ cum libero arbitrio creato. Tertia eſt: An Deus influat in liberum arbitriū, & illud præmoueat, applicet, & phyſicè prædeterminet ad agendum. Quarta eſt de concordia dicti influxus, præmotionis, ac phyſicę prędeterminationis cum libero arbitrio. Poſtrema eſt de concordia liberæ executionis, ſiuè euentus cum infallibilitate eiuſdem euentus.

Ad cuius euidentiam, ſciendum eſt dictarum difficultatum quatuor eſſe radices; ex quibus tres ſunt à parte Dei, vna verò à parte noſtri. Ex parte Dei prima radix difficultatis eſt intellectus certiſſima rerum omnium ſcientia perfectus, qua vniuerſa, quæ in toto temporis aguntur decurſu, vt actu ſecundùm proprias, & reales exiſtentias ſibi præſentia in ęternitatis menſura contemplatur, atque ideò non videtur cum effectuum contingentia, & voluntatis creatæ libertate cohærere, de qua difficultate plura diximus ſupra quæſt.14. art.3. controuerſia ſexta. Et quoniam diuina prouidentia, de qua nunc agimus, ad intellectum pertinet, & cognitione cōſtat; idcircò eandem in ſe claudit rationem dubitandi.

Secunda radix eſt diuina voluntas; quam S. Doctor ſupra quæſt.19. art.6. dixit ſemper impleri, & art.8. ex eo, quòd eſt efficaciſsima, dixit ſequi, vt fiant, non ſolùm ea, quæ Deus vult fieri; ſed etiam eo modo, quo Deus ea vult fieri; quod idem repetit in articulo præſenti dicens immutabilem eſſe, & infallibilem ordinem diuinæ prouidentiæ; & q. ſequenti, artic.6. docet ordinem prædeſtinationis, quæ ad intellectum ſimul, & voluntatem pertinet, certum eſſe, & infallibilem. Tertia radix eſt vis, & efficacitas infinita diuinæ potentiæ, quæ æternum intellectus, & voluntatis executioni mandat imperium; de qua infra in quæſt.26. art. præſertim ſecūdo, & tertio, & quæſt.105. artic.4. & 5. vbi docet S. D. creatam voluntatem efficaciter à ſolo Deo moueri, & Deum eſſe cauſam omnium actionum agentium applicando eorum formas, & virtutes ad operationem. Quarta, & vltima radix dictarum difficultatum ſe tenens ex parte noſtri eſt liberum noſtræ voluntatis arbitrium, quod indifferentiam poſtulat ad oppoſita: Nam (vt ex his omnium ratio pateſiat difficultatum) ſi certiſsima eſt in Deo futurorum omnium ſcientia, & adeo efficax eſt diuina voluntas, & certus, atque infallibilis ordo diuinæ prouidentię, ac prędeſtinationis, & infinitę virtutis eſt operatiua potentia, vt certò, & infallibiliter omnis, vel tantùm pręuiſus, vel ēt prædefinitus, imperatus, & operatus ſequatur effectus, videtur deſtrui funditus liberum creatæ voluntatis arbitrium; cuius indifferentia, & in oppoſita facultas cum nullo prædictorum videtur poſſe conſiſtere, quòd ſi ſaluam, atque integram volumus liberi noſtri arbitrij ad oppoſita facultatem, in maximę videmur impietatis abſurda deuolui; vt nimirum primò dicamus incertā eſſe diuinæ ſcientiæ pręuiſionem, atque à futura liberi arbitrij minimè certa determinatione pendere, atque ideò in anticipato ab æterno iudicio falli poſſe. Secundò non eſſe efficacem ęternum diuinæ voluntatis decretū, nec intellectus, & voluntatis imperium, nec infallibilem ordinem diuinæ prouidentiæ, & prædeſtinationis, ac denique non eſſe infinitam diuinæ virtutis potentiam. cum in uoluntatis creatæ facultate ſit poſitum, ad quod oppoſitum magis placuerit, declinare Dei mouentis virtute neglecta. Sed ſingulas, quas enumerauimus, difficultates repetito mentis intuitu perluſtremus, vt earum ſtatus, ac controuerſiæ puncta perſpicacius videamus.

Erat igitur prima dubitatio: an omnes actus boni, & liberi, ſiuè hominis, ſiuè Angeli ſint ab æterno à Deo prędefiniti. Poteſt autem liberorū actuū prędefinitio dupliciter intelligi. Vno modo, vt præſuppoſita ſcientia illa media, qua dicūt nōnulli Deum ab æterno pręuidiſſe, exempli gratia, Petri voluntatem propoſito tali obiecto cum talibus circumſtantijs, & auxilijs minimè ex natura ſua efficacibus ad eius electionem pro ſua libertate ſe determinaturā, Deuſq; definiat Petri electionem dependenter à libero arbitrio. Alio modo, vt ſimpliciter, & abſolutè voluerit, ac pdefinierit Deus dictam Petri electionem ante omnem præuiſionem conſenſus voluntatis Petri, & determinationis ad talem electionem, ac deinde modo noſtro intelligendi, vt Petri voluntas talem infallibiliter eliceret electionem, cauſas, & media præparauerit efficacia.

Quæſtio igitur eſt; An illo priori, vel potius hoc poſteriori modo, ſint actus boni, & liberi hominis & Angeli à Deo pdefiniti. De malis autem erit ſpecialis controuerſia. Ex hac ſequitur ſecunda dubitatio. An, & quo modo cum dicta pdefinitione, tū actuum, tum prærequiſitorum ad actus, & cum certitudine, & infallibilitate ordinis diuinæ prouidētię, & prędeſtinationis ſtet integra, & perfecta libertas creatæ voluntatis: Nam, vt ait S. Doctor de veritate, q.6. art.3. prędeſtinatio non habet tantū ſcientię certitudinem, vt ſcilicet cognitione rem attin-

attingat, quandoque futuram cognoſcendo eam, quo ad illud eſſe, quod verè habitura eſt, ſed habet amplius ordinis certitudinem, prout ſcilicet ordo cauſæ ad effectum certus eſt; quando cauſa infallibiliter effectum producit; & tamē cauſa proxima, ſcilicet liberum arbitrium non producit effectum, niſi contingenter, quæ duo difficile eſt concordare; vt ibidem ait Sanctus Thom. videtur enim infallibilis illa ordinis certitudo, quę eſt reſpectu finis, & euentus particularis omnem liberi arbitrij tollere contingentiam, ſeu indifferentiam, ſicut etiā liberi arbitrij indifferentia omnem videtur ordinis, aut prædefinitionis excludere certitudinem, quod enim infallibilem habet ordinis, aut prædefinitionis certitudinem, iam videtur ad vnum determinatum, & conſequenter indifferens eſſe non poſſe; è contra verò, quod indifferens eſt, & contingenter agit potens pro ſua libertate in vtrumque oppoſitorum, quomodo infallibili prædefinitionis, & ordinis ſubſtet certitudini, non apparet.

3. dubitationis ſenſus. Tertia dubitatio erat: An Deus influat in liberum arbitrium, & eum præmoueat, prædeterminet, & applicet ad agendum. Vbi aduertenda eſt æquiuocatio huius nominis prædefinitio, ſiuè prędeterminatio: Nam quandoque ſignificat æternū diuinæ voluntatis, aut prouidentiæ decretum, quo ante mundi productionem determinauit res omnes, & actiones, etiam liberas non malas, tali tempore cum talibus circumſtantijs futuras, & hæc eſt omninò à re extrinſeca, Deo autem intrinſeca, & de hac eſt prima dubitatio. Quandoque verò ſumitur prædefinitio pro reali; & efficaci Dei motione, quæ idem eſt, quod influxus in cauſam, & eiuſdem applicatio ad operandū; vndè poſterior hæc, quæ temporalis eſt, prædefinitio, illius prioris ęternæ eſt exequutiua. poſſet verò non incongruè illa nuncupari prædefinitio, hæc autem prædeterminatio; quæ etiam Phyſica motio dicitur, non quia per modum naturæ ad vnum determinet; ſed quia effectiuam realem dicit cauſalitatem in ipſam voluntatis potentiam ad actus producendos. In hoc verò conſiſtit hæc tertia dubitatio: An ſcilicet hic influxus, ſiuè motio ſit in ipſam voluntatem, & ordine ſaltem naturæ actionem eiuſdem præcedat, & eam determinet; & applicet ad agendum; An autem ſit influxus in actionem, & effectum ſimultaneus cum influxu voluntatis, ſiuè liberi arbitrij; adeo vt præſtoletur Deus liberam ad vnam partē noſtræ voluntatis determinationem, & ea perfecta vna cum illa ſcilicet voluntate in eius actionē influat, & effectum.

Prædefinitio duplex.

Prædeterminatio phyſica qd ſit.

Quarta dubitationis ſenſus. Quarta difficultas eſt: qua ratione cōciliari valeant efficacitas diuini concurſus cum libertate creatæ voluntatis. Videtur enim Phyſica illa præmotio neceſsitatem imponere voluntati; ſolaque in ea ratione ſpontanei relicta veram deſtruere libertatem; prout ex aduerſariorum argumentis inferius adducendis apparebit.

Quinta dubitationis ſenſus. Poſtrema denique dubitatio, quam etiam hic verſat Caietanus, eſt de concordia liberæ exequutionis, ſiuè euentus actus liberi cum infallibilitate eiuſdem euentus. Huius dubitationis nodum

A hic latè explicat Caietanus inſolubilemque pronunciat. Caiet.

Secundò loco recenſendæ ſunt breuiter opiniones circa ſingulas ſupra propoſitas dubitationes, ſiuè partes controuerſiæ.

Sententiæ Expoſitorum.

Prima ſententia eſt Ludouici Molinæ, quæſtione quartadecima, art. 13. diſp. decimaoctaua, membro 3. quam, paucis duntaxat exceptis ſequitur Suarez in ſuis opuſculis libro 1. & in Metaphy. diſp. 22. Hæc opinio ad primam dubitationem dicit primò neceſſariū eſſe ponere in Deo ſcientiam quandam mediam inter ſcientiam ſimplicis intelligentiæ, & ſcientiam viſionis, qua Deus ante omnem actum ſuæ volitionis cognoſcit, quid facturus eſſet Petrus, ſiuè quicunque habens liberum arbitrium, ſi poneretur in tali rerum ordine cum talibus circumſtantijs, & auxilijs, quæ tamen auxilia nullam volunt habere efficaciam, niſi dependenter ex ipſo vſu liberi arbitrij. Huius ſciētiæ mediæ vanitatem oſtendimus ſupra quæſt. 14. artic. 3. Controu. 1. Molina. Suarez. B

Secundò diſtingnit Molina triplex genus actionum humanarum, primum earum, quæ ſunt indifferentes, aut quæ modicam habent bonitatem moralem, & paruam difficultatem; ita vt cum concurſu ſolo generali Dei effici poſsint. Secundum earū, quæ ſuper naturales ſunt, aut tātā continent difficultatem, vt particulari indigeant Dei auxilio; vt confeſsio fidei in tormentis. Tertium earum, quæ ſunt peccaminoſæ. C

Ad actiones humanas primi generis, qualis eſt loquutio indifferens Petri, aut etiam moraliter bona ex relatione ad honeſtam recreationem neceſſe eſt (inquit) præcedant ex æternitate ſequentes præfinitiones; ſcilicet voluntas creandi totum ordinem rerum vſque ad Petrum, voluntas concurrēdi cum ſingulis cauſis ſecundis, tam liberis, quàm naturalibus, quæ à principio mundi in ea ſerie fuęrunt vſque ad Petri productionem, voluntas creandi animam Petri, eamque infundendi in corpus, concurrendique ſimul cum omnibus cauſis ſecundis, quæ ad Petri generationem immediatè concurrunt, voluntas conferendi Petro liberum arbitrium, reliquaſque potentias, tum ad loquendum, tum ad alia neceſſaria, voluntas concurrendi ad omnia, quæ neceſſaria erunt, quouſque Petrus ad inſtans locutionis ſit deuenturus, cum circumſtantijs omnibus tunc præſentibus, denique volūtas non denegandi illi ſuum concurſum generalę ad ita loquendum, ſi pro ſua libertate loqui vellet; ſemper eo concurſu illi aſsiſtendo, vt, ſi loqui, vel aliam operationem exercere vellet, illum eo pacto adiuuaret, atque adeo voluntas conferendi illi eū concurſum, quia videbat illum pro ſua libertate locuturum; qui tamen concurſus (inquit Molina) non eſt motus Dei in liberum arbitrium, quo illud moueat, & applicet, & determinet, ſed eſt influxus cum libero arbitrio in eius operationem pendens ab influxu liberi arbitrij; à quo tamen alia ratione D E

pendet

pendet influxus eiuſdem liberi arbitrij: Nam generalis influxus Dei ex ſe indifferens eſt, vt ex eo ſequatur volitio, aut nolitio locutionis, aut aliquis alius liberi arbitrij actus; ſed à libero arbitrio tãquam à particulari cauſa determinatur ad ſpeciẽ actus.

Ex his deducit Molina ſolutionem ſecundæ dubitationis, ſcilicet concordiam liberi arbitrij cum diuina prouidentia, & diuinis præfinitionibus. Stantibus enim omnibus prædictis præfinitionibus libera eſt voluntas Petri, ad velle loqui, & non velle loqui, & ad quamcunque actionem bonam, vel malam. Et quoniam ea locutio finis quidã eſt, ad quem Deus libero arbitrio concurſum generalem, &c. cõferre præfiniuit modo dicto, & per ſciẽtiam mediam præuidit eam locutionem eſſe futuram, ex hypoteſi, quòd ea omnia præfinire vellet, eadem prouidentia, & præfinitione præfiniuit Petri locutionem, dependenter tamen ſemper à libera cooperatione, ac ſimili modo omnem aliam bonam operationem, ſiuè naturalem, ſiuè ſupernaturalem. Quod dictum partim approbat, & partim [Suarez.] reprobat Suarez in ſuis opuſculis libro primo, cap. 56. vbi ait, poſsibilem eſſe præfinitionem abſolutã actuum humanorum, quo ad exercitium, nec repugnare libertati humanorum actuum, & interdum adhiberi propter honeſtiſsimos fines, & ex ſuauiſſimo, & perfectiſsimo operandi modo; non autem, quòd eſſentialis ſubordinatio, & dependentia cauſarum ſecũdarum ad primam hoc requirat; Quòd autem talis præfinitio non repugnet libertati, manifeſtat Suarez: quoniam, licèt Deus abſolutè pręfiniat actum, vel effectum humanæ voluntatis, poteſt tamen ſimul velle non plus, neque efficacius illam mouere ad talem actum, quàm neceſſe ſit, vt actus infallibiliter fiat: ad hoc autem (inquit) non eſt neceſſaria prædeterminatio phyſica: quoniam ſufficit alia motio moralis cum communi concurſu adiuncta ſcientia conditionata, ſiuè media, quã Deus præuidit fore, vt his poſitis voluntas humana liberè conſentiat in talem actum. Eſt enim hoc medium infallibile, & ſatis efficax, vt illa voluntas impleatur. In capit. verò 17. libri tertij docet, omnes ſupernaturales actus, quos in tres ordines diſtinguit, eſſe à Deo abſolutè præfinitos, ſuppoſita tamen ſcientia conditionali, eandem ſententiam tuetur Vaſquez diſp. 59. [Vaſquez.]

[Molina.] Secundum genus operationum erat, &c. Ad has operationes inquit Molina non ſolùm neceſſariæ ſunt omnes Dei prædefinitiones, quas neceſſarias diximus ad actiones primi generis, ſed etiam requiritur prædefinitio vocandi, adiuuandi, & confortandi Petrum, tunc egregijs gratiæ præuenientis, & cooperantis auxilijs, ſine quibus arbitrium Petri id præſtare non poteſt, quæ tamen prædefinitiones, & auxilia, integrum Petro relinquũt in inſtanti, in quo fidem confitetur; non ſolùm non confiteri, ſed etiam à fide diſſentire. Additque Molina, ſe non dubitare hoc eſſe de fide; quoniam alioquin talis confeſsio fidei, & perſeuerantia non eſſet meritoria, neq; eſſet actus bonus moralis. Quo ad tertij verò generis operationes, negat eas eſſe

A aliquo modo à Deo prædefinitas, ſed de his erit ſpecialis Controuerſia.

Quòd verò attinet ad tertiam partem Controuerſiæ dicunt ſectatores primæ ſententiæ primò, quòd prima cauſa non præmouet ſecundas ad agendum; hoc eſt, nihil influit in ipſas, antequam agant, ſed ſimul cum cauſis influit in earum actiones, & effectus: & hanc cooperationem primæ cauſæ cum ſecundis vocant motionem earum, quę motio fit à prima cauſa. Quare negant omnem applicationem potentiæ ad agendum, quæ ſit diſtincta à potentia, & ab actione, & præuia ordine naturæ ipſi actioni. Secundò dicunt voluntatem propo- B ſito ſibi ſufficienter quocunque obiecto determinari ad volendum, aut nolendum, aut etiam ad liberè ſuſpendendum omnem actum, nõ à Deo, aut ab obiecto, aut iudicio rationis, quod in idem redit; ſed à ſe ipſa. Non à Deo; quia auferretur libertas; non ab obiecto; quia ſolum bonum in communi, aut beatitudo in communi poteſt determinare voluntatem quo ad ſpecificationem, & ſolus Deus clarè viſus quo ad ſpecificationẽ, & exercitiũ, vnde relinquitur, vt determinetur à ſe ipſa. Tertiò dicunt non propterea ſecundam cauſam aliquid agere abſque prima, aut non ei perfectiſsimè ſubordinari. Quod ſic declarant: Deus ab æterno exa- C ctiſsimè nouit, quid quælibet voluntas creata factura eſſet, ſi conſtitueretur in tali ordine rerum, & in talibus circumſtantijs; decreuit autem pro ſua ſumma libertate voluntates quaſdam creare, eaſque in tali ordine, & complicatione circumſtãtiarum, conſtituere, aut permittere, vt conſtituerentur; ex quo ſequitur, ipſum ab æterno certiſsimè præſciſſe, quid in tempore vna quæquè voluntas factura eſſet, certoque conſilio ſtatuiſſe cõcurrere ad quamcunque eius operationem.

Creata igitur in tempore voluntate adeſt ei Deus præſentiſsimus, offerens ei, & exhibens, vt ita dicam, in actu primo concurſum ſuum, vt quãdo- D cũque ipſa voluerit operari, Deus ipſi cooperetur. Expectat autem Deus voluntatem, vt velit operari, non ex impotentia, ſed ex ſua libera voluntate, & ſapientia, qua ſtatuit non concurrere cum volũtate, niſi ex hypotheſi, ſeu conditione, ſi ipſa voluerit; ne ſcilicet deſtruat eius libertatem, quare liberè alligat, (vt ſic loquamur) omnipotentiam ſuã Deus libero arbitrio: vt ſcilicet liberum arbitriũ liberè vtatur eius cooperatione, præſciente tamen ſemper diſtinctiſsimè Deo, quid quocunque tempore, aut momento liberum arbitrium facturum ſit, & ad illud liberrimo ſuo abſoluto decreto ſtatuente concurrere. Et in bonis quidem acceptat vo- E luntate ſua ſequutum effectum, complacetq; ſibi in eo; in malis autem execratur quidem illum, & odit, ſed, ne inſtitutum rerum curſum impediat, aut deſtruat, permittit illum, & ad eundem tãquã prima, & vniuerſalis cauſa concurrit. Ex his autẽ non ſequitur creaturã aliquam aliquid agere abſque creatore: Nam, etiam ſi Deus non cooperetur voluntati, niſi quia prius ipſa vult operari, & determinat ſe pro ſua libertate ad operandum; nihilominus dicunt, voluntatem velle operari, & deter-

minare

minare ſe ad operandum nihil aliud eſſe, quàm liberè producere actum ipſum volendi, & ſuæ operationis, ad quod totum multò magis, & prius cõcurrit Deus, quàm ipſamet voluntas; prius inquã non prioritate temporis, aut naturæ propriè dicta, ſed prioritate perfectionis, intimitatis, independentię, & non conſequentiæ ſubſiſtendi. Itaque nec actus ſecundus, nec inchoatio eius eſt à creatura, quin multò magis ſit à creatore, licèt nolit Creator præuenire voluntatem, eamque ad agendũ determinare, ſed ſinat ipſam pro libito determinare ſeipſam, ne libertatem, quam ſemel ei dedit, auferat. Ex quo etiam patet eorum ſententia circa quartam controuerſiæ partem. Ad quintam autem partem reſpondent præfatæ opinionis aſſertores ex eiſdem fundamentis: quæ, ſi vera eſſent, abſque dubio illius, & cęterarum nodum ſoluerent.

Bellarm. Secunda ſententia eſt cuiuſdam doctiſsimi viri dicentis. Deum ab æterno determinaſſe omnes effectus, ſed non ante præuiſionem determinationis cauſarum ſecundarum præſertim contingentium, & rurſus determinaſſe omnes effectus, ſed non eodem modo. Alios enim determinauit futuros ſe operante; vel cooperante; alios ſe permittente, vel non impediente, neque (inquit) ratio prouidentię poſtulat, vt Deus ante omnem præuiſionem omnia prædeterminet, ſed ſolùm, vt nihil fiat ſine eius præuiſione, & cooperatione, uel permiſsione. Ex quo ſequitur, quòd diuina determinatio optimè conſonet cum libero arbitrio, quæ erat ſecunda pars controuerſiæ.

Ad tertiam verò partem reſpondet voluntatem determinari partim à ſe, partim ad obiecto, ſiue ab vltimo iudicio rationis practicæ, & partim à Deo, à ſe quidem negatiuè; ab obiecto verò, ſeu à iudicio vltimo rationis moraliter; à Deo autem phyſicè; Quæ omnia ab eodem ſic explicantur. Propoſito obiecto voluntati ipſa habet in poteſtate ſua ſinere ſe moueri ab eo, & non ſinere, quòd, ſi ſinat ſe moueri, procedit intellectus ad vltimum ſuum iudicium, quo iudicat hoc hic, & nunc omninò eſſe volendum: & tunc Deus applicat ipſam voluntatem ad actum, & ſic ex tribus prædictis pẽdet integra determinatio voluntatis.

Dicit ſecundò determinationem illam negatiuam voluntatis non importare aliquem eius actũ, ſed ſolùm negationem reſiſtentiæ, quam adhibere poſſet voluntas, ſi vellet: Vnde eam ſinere ſe moueri ab obiecto nihil aliud eſt; quàm non contra niti, cum tamen poſsit; quod quidem poteſt fieri, & fit ſemper in propoſito abſque omni actu, & in hac negatiua determinatione, ſeu non reſiſtentia conſiſtit propriè exercitium libertatis; nam in ſequentibus poſtea inuoluitur neceſsitas; Quoniam poſito vltimo iudicio rationis practicæ neceſſe eſt iam voluntatem (ex hac ſuppoſitione) ei aſſentire, & multò magis ſtante applicatione ad volendum, quæ à Deo fit, ſed tamen hæc libertatem non adimunt, quoniam, & illud iudicium, & ſequens applicatio, quam Deus facit, ſunt in poteſtate voluntatis mediãte negatiua illa determinatione. Si enim A voluntas non ſinat ſe moueri ab obiecto, nec ſequens iudicium, nec applicatio conſequitur, ſi verò ſinat ſe moueri, iam quæcunque ex hoc ſequuntur, voluntaria ſunt, eique imputantur.

Tertiò dicit influxum, ſeu virtutem Dei, qua voluntas mouetur, & applicatur ad opus, non eſſe qualitatem aliquam à Deo impreſſam, ſed eſſe eandem cũ virtute naturali, quatenus illa vtitur Deus ad actionem perficiendam: Nititur hic Auctor cõfirmare ſententiam ſuam auctoritate Sancti Thomæ, prima ſecundę quæſt. 10. art. 4. vbi ait Sanctus Thom. Quòd *Deus ſic mouet voluntatem, quòd non ex neceſsitate ad vnum determinat, ſed remanet actus eius* B *contingens, & non neceſſarius, niſi in his, ad quæ naturaliter mouetur*, & quæſt. 1. de Malo, art. 3. ait Sanctus Thom. non vti regula rationis præintelligi in voluntate ante inordinatam electionem; huius autem, quòd eſt non vti regula rationis, non oportere quærere aliam cauſam, niſi voluntatis libertatem; quia videlicet, in eius poteſtate eſt, vt ſinat ſe moueri à ratione, vel non ſinat: & quæſt. 3. de Malo. ait requiri in homine diſpoſitionem quandam ad recipiendum influxum Dei, & iuxta eam diſpoſitionem produci bonum, vel malum actum; At nõ poteſt prerequiri ante influxum Dei vlla diſpoſitio poſitiua; cum nihil poſitiuum ſine Deo fieri poſ C ſit. Sola igitur prærequiritur diſpoſitio negatiua: Vnde etiam Caiet. prima parte, quæſt. 19. art. octauo, ait quòd voluntas noſtra Dei motione liberè vtitur.

Tertia ſententia eſt quorundam Theologorum, quam refert Suarez in opuſculis libro primo, cap. 16. & libro tertio capit. 17. Hæc opinio ad primam partem controuerſiæ; duo dicit. Primum eſt, quòd actus liberi non poſſunt prędefiniri prædefinitione propriè ſumpta in particulari, & cum omnibus circunſtantijs: quoniam arbitrantur talem prædefinitionem repugnare libertati. Secundò dicunt poſſe à Deo prędefiniri actus liberos in communi; D nam cum neceſsitate actus in communi poteſt ſtare indifferentia actus in particulari; ſicut neceſse eſt hominem aliquando venialiter peccare, licèt in particulari non peccet, niſi liberè; quia libertas non exercetur abſtractè, & circa actum in communi, ſed in particulari, & cum omnibus determinatis circumſtantijs. Probant hanc ſuam opinionem ex doctrina Sancti Thomæ, quæſt. 6. de veritate, artic. 3. Vbi quærit: An prædeſtinatio ſit certa, & reſpondet habere certitudinem non ſolùm ſcientiæ, ſed etiam ordinis, ſeu cauſalitatis, & non ſolùm eſſe certam reſpectu vniuerſalis finis, ſed etiam reſpectu particularis, & determinati; quia ille, qui E eſt ordinatus per prædeſtinationem ad ſalutem, nunquam deficit à conſequutione finis. Deinde verò quærens quomodo hæc certitudo ordinis cum libertate arbitrij componatur, ſignificat hunc modum cõcordię videlicet; quòd, licèt prędeſtinatio habeat certitudinem præordinationis quo ad finem, ideſt gloriam; ad quam ordinantur prędeſtinati, non tamen habet certitudinem quo ad media in particulari, per quæ prædeſtinatus conſequuturus eſt illam gloriam, ſed tantùm in communi:

Digitized by Google

ni: Quoniam Deus ita prouidet prędeſtinato, & tot auxilia illi prębet, vt ſi vni reſtiterit, alteri conſentiat, & infallibile ſit ex vi cauſæ, quòd per tot auxilia, & adminicula non ſaluetur, quamuis non ſit ita certum, quod per hunc, vel illum actum determinatè ſaluabitur, ſed hoc ſit certum per præſcientiam. Verba Diui Thomæ ſunt. *Inuenimus ordinem infallibilem compoſsibilem eſſe reſpectu alicuius dupliciter. Vno modo inquantùm vna cauſa ſingularis producit effectum ſuum ex ordine diuinæ prouidentiæ. Alio modo quando ex concurſu multarum cauſarum contingentium, & deficere poſsibilium peruenitur ad vnum effectum, quarum vnamquamque Deus ordinat ad conſequutionem eff. ctus loco eius, quæ deficit, vel ne altera deficiat,* & infra, *& hoc modo eſt in prædeſtinatione; liberum enim arbitrium deficere poteſt à ſalute; tamen in eo, quem Deus prædeſtinat, tot alia adminicula præparat, quòd vel non cadat, vel, ſi cadat, quòd reſurgat.* Non ergo ponit Diuus Thomas certitudinem prędeſtinationis in ſingulari, ac prędefinito medio ſeu actu, ſed in communi tantùm, prout declarat in propoſita diuiſione.

S. Thom.

Ad tertiam partem reſpondent, non dari prędefinitiones phyſicas. Ad quartam patet, quid ſecũdùm illam opinionem ſit dicendum, facilè enim ſecundùm hanc ſententiam conciliatur liberum arbitrium cum prędeſtinatione, prouidentia, & prędefinitione: quoniam, cũ prędefinitione finis, & actus tantùm in communi ſtat libertas voluntatis perfecta, & ſimiliter cum dicta prędefinitione ſtat libertas euentus in quocunque actu voluntatis; quia ſecundùm hanc opinionem nullus eorum eſt infallibilis infallibilitate ordinis, ſed tantùm pręſcientiæ diuinæ, cum qua ſtat libertas creatæ voluntatis: & ita putant ſe ſoluere quintam difficultatem.

Reſolutio primæ partis Controuerſiæ.

Proponitur, & explicatur diffinitio prædefinitionis æternæ ſuppoſitis ijs, quæ de ſcientia media, & libero arbitrio dicta ſunt.

TErtio loco proponenda ſunt veritatis fundamenta. Quę, ſi pro dignitate eſſent explicanda, in ſingulos, ac prolixos tractatus eſſent diſtinguenda. Complectemur igitur ea dumtaxat, quę neceſſaria ſunt, ſummatim, ac breuiter, ita tamen, vt diluendis aduerſariorum ſufficiant argumẽtis.

Statuendum eſt igitur primò id, quod latè probatum eſt ſupra quęſt. 14. art. 13. Controuerſia prima, nullam ſcilicet in Deo eſſe ſcientiam mediam inter ſcientiam liberam, & naturalem, nec poſſe futura conditionaliter ex libero arbitrio certò cognoſci etiam à Deo, niſi ſuppoſita diuinæ voluntatis pręfinitione abſoluta, vel conditionata de talibus futuris in particulari, ſi bona ſint, aut de eorũ permiſsione, ſi fuerint mala. Secundò ſupponenda ſunt ea, quæ de voluntatis creatę, & increatę libertate, ſiue de libero arbitrio vniuerſaliter, & in ſpecie ſuperius in quæſt. 19. art. 10. ſatis abundè diximus, prout ſubiecta ibidem materia poſtulabat,

A quibus addeſque docet Caietanus prima ſecundę quęſtione 109. artic. decimo, & Medina eodem libro, quæſt. 1. art. 1. Tertiò explicanda eſt diligenter ratio, & neceſsitas ęternarum prędefinitionum, quo ad vniuerſos actus bonos, & effectus ex libero arbitrio procedentes. Nomine prędefinitionis ęternę intelligimus decretum diuinę volũtatis abſolutum, & efficax, quo voluit talem actum bonũ liberum à me fieri, antequam preſciret abſolutã, aut conditionata ſcientia conditione pendente à libero arbitrio creato me illum actum producturum, & antequam voluerit eſſe, & applicari cauſas quæ illum actum ſunt in tempore producturæ. In B qua definitione, ſiuè deſcriptione quinque ſunt partes.

Caiet. Medina.

Prædefinitio ęterna quid ſit.

Prima eſt ea, qua prædefinitio dicitur *decretum diuinæ voluntatis abſolutum & efficax.* Quæ ideò ponitur, vt voluntas prędefinitiua diſtinguatur à voluntate ſecundùm quid, ſiue à voluntate antecedẽte, qua Deus vult omnes homines ſua pręcepta ſeruare, & ſalutem conſequi; hoc verò diuinæ voluntatis decretum, & prędefinitio ad voluntatem ſimpliciter pertinet, quę ſemper impletur.

Secunda pars illis verbis comprehenditur, videlicet, *qua voluit talem actum bonum liberum à me fieri,* dictio illa, *talem actum,* ſignificat Deum, non C ſolùm in confuſo, aut in communi prędefiniuiſſe bonos actus Petri liberos, aut merita ad gloriam; ſed etiam ſingulos eius actus, & merita cum indiuiduis cuiuſq; circumſtantijs loci, temporis, perſonarum; &c. Vbi aduertendum eſt, prædefinitionẽ eſſe poſſe de fine per modum intentionis; vt cũ Deus prędefinit actus Petri meritorios, quibus tanquã medijs gloriam conſequatur. Propriè tamen prædefinitio videtur eſſe de fine per modum intentionis. Et quia id, quod medium, eſt reſpectu vnius, poteſt eſſe finis reſpectu alterius; ideo, licèt id, qd̃ prędefinitur, ſit uere, & realiter medium; non tamen ut medium propriè prędefinitur, ſed vt finis, D reſpectu ſcilicet cauſarum, vel mediorum, per quę mandandum eſt executioni. Cum itaque prędefinitur talis actus, intelligitur prędefiniri, quatenus eſt finis reſpectu earum cauſarum, & mediorum, per quæ producendus eſt in rerum natura; ſicut ſũt leges, conſilia; adhortationes, exempla, occaſiones, diuina auxilia efficacia, & ſimilia.

Tertia pars eſt, quæ exprimit actus qualitatẽ, dum ait; *bonum liberum.* Nam dictio, *bonum,* diſtinguit à malis actibus, de quibus erit quęſtio ſpecialis; dictio verò, *liberum,* abſolutè poſita comprehẽdit omnes actus in noſtra facultate exiſtentes, ſiuè ſint ordinis naturalis, ideſt ſolis naturę viribus eli- E citi, ſiuè ſint ordinis ſupernaturalis, ideſt auxilio, & concurſu Dei ſupernaturali producti: vt actus fidei, ſpei, & charitatis.

Quarta pars eſt, quæ ſequitur, videlicet; *antequã preſciret abſoluta, vel conditionata ſcientia me illum facturum.* Quę ideo poſita eſt, quoniam hęc vox, *prædefinitio,* in Doctrina Diui Thomæ, & Diui Auguſtini, & aliorum antiquorum Patrum non ſolũ dicit anteceſsionem ęternitatis, ſed etiam anteceſſionem ſecundùm rationem, ſiue ſecundùm modũ

noſtrum

noſtrum intelligendi ad præſcientiam effectus abſolutè, vel conditionaliter futuri, conditione pendente ex libero arbitrio creato in aliqua determinata temporis differentia. Intelligimus enim Deũ primò ab æterno ſua infinita ſapientia cognouiſſe omnes res, tam naturales, quàm liberas, & rerum ordines, & actiones, quæ produci poſſent in rerum natura per illius omnipotentiam, vel mediatè, vel immediatè; & hæc cognitio eſt ſcientia ſimplicis intelligentiæ, ad quam etiam pertinet cognitio illa conditionalis, qua præſcit Deus Petrum talem actionem liberè producturum, ſi eidem efficacia contulerit auxilia, quibus non tantùm moraliter, ſed etiam Phyſicè eius voluntas ad agendum liberè determinetur. Secundò concipimus Deum ſua voluntate acceptaſſe, ac ſimpliciter voluiſſe talem rerum ordinem, in quo perfectio huius vniuerſi cumulata conſiſtit, ac proinde ſingulos actus bonos, tam naturalis, quàm ſuper naturalis ordinis.

Ordo diuinorum actuum.

Tertio intelligimus Deum per ſcientiam viſionis præuidiſſe res omnes, & actus prædefinitos abſolute futuros. Scientiam verò illam conditionatam conditione pẽdente ex libero arbitrio creato, quã mediam appellant, & ante omnem prædefinitionẽ in Deo collocant, nullam, & impoſsibilem eſſe ſuo loco ſatis oſtendimus, & inferius etiam probabitur ad prædefinitiones non eſſe neceſſariam; Igitur, antequam Deus futuros actus præſciret ſcientia viſionis, aut ſcientia illa conditionata, prædefiniuit omnes, & ſingulos actus bonos. Poſtrema pars eſt hæc, videlicet. *antequam voluerit eſſe, & applicari cauſas, quæ illum actum ſunt producturæ*. Huius ratio eſt; quia, quemadmodum finis prior eſt cauſalitate ijs, quæ ſunt ad finem, ita etiam ab agẽte prius eſt volitus, & prædefinitus, quàm media ad ipſum ordinata: vt vberius dictum eſt ſupra q. 19. artic. 8. vbi ſtatuimus ordinem actuum diuini intellectus, & voluntatis. Ex his itaque patet ratio prædefinitionis æternæ.

Oſtenditur prædefinitionem omnium bonorum actuum, tam naturalis, quàm ſupernaturalis ordinis eſſe poſſibilem, & eorum productioni neceſſariam, & libertati creatæ conſentaneam.

NVnc oſtendendum eſt prædefinitionem omnium actuum bonorum, tam naturalis ordinis quam ſupernaturalis eſſe non ſolùm poſsibilẽ, ſed etiam neceſſariam, & diuinæ prouidentiæ, bonitati, atque etiam creatæ libertati cõſentaneam; Probatio autem illa optima eſt, qua ſæpe vtitur S. Thom. in conciliando infallibili diuinæ voluntatis decreto, certiſsimoque, & infallibili ordine diuinæ prouidentiæ, ac prædeſtinationis cum libero noſtræ voluntatis arbitrio, vt videre licet ex hoc articulo, & art. 8. quæſt. 19. in quibus locis ex efficacitate, perfectione, & vniuerſalitate diuinæ voluntatis, & prouidentiæ probat Sanctus Thomas omnes effectus euenire infallibiliter: quoſdã quidem neceſſariò, quoſdam verò contingenter, & liberè, iuxta diuinæ voluntatis, & prouidentiæ decretum, ſiuè diſpoſitionem; quã probationem inſtrin-

S. Thom.

A gere nititur Vaſquez diſp. 99. capit. 30. dicens impoſsibile eſſe poſito decreto Dei liberè moueri noſtram voluntatem, cuius rationes adducentur inferius, & ſoluentur.

Vaſquez.

Secundò probatur talium actuum prædefinitionem non ſolùm eſſe poſsibilem, ſed etiam de facto omnes, & ſingulos actus liberos bonos eſſe ab æterno à Deo prædefinitos. Et primò ex vniuerſalitate diuinæ cauſalitatis. Nam ad illa omnia ſe extendit diuinæ voluntatis, & prouidentiæ decretum, ſiuè prædefinitio, ad quæ ſe extendit diuina cauſalitas, & efficientia; ſed hæc ſe extendit ad omnes actus liberos, non ſolùm in communi, verum

B etiam particulari; ergo ad eoſdem etiam, ſe extendit decretũ, & prædefinitio. Maior probatur: Quia actio Dei, qua operatur in creaturis, æterna eſt, & effectus ex ea ſequitur in tempore ſecundùm imperium voluntatis, & ordinem ſapientiæ, vt ait Sanctus Doctor de potentia, queſtione prima, artic. 1. ad octauum; Igitur ab æterno ordinauit ſapientia, & imperauit voluntas, vt tali tempore tales ex operatione diuina ſequantur effectus. Hoc verò voluntatis imperium nihil aliud eſt, quàm efficax prædefinitio, aut ipſamet actio, vt ordinata, ac prædefinita. quod etiam apertè docuit Sanctus Thomas infra quæſt. 25. artic. 5. ad primum dicens eſſe non

D.Tho.

C poſſe, quòd Deus aliqua faciat, quæ non præſciuerit, & præordinauerit ſe facturum; quia ipſum facere ſubiacet præſcientiæ, & ordinationi. Ideo n. Deus aliquid facit, quia vult. Minor autem probatur; quia, vt ait Sanctus Thomas in dicta quæſtione vigeſimaquinta, artic. 3. quidquid poteſt habere rationem entis, continetur ſub poſsibilibus abſolutis, reſpectu quorum Deus dicitur omnipotẽs; at applicatio, ſiuè determinatio voluntatis ad talem actum entitas quædam eſt poſitiua, vt probatum eſt in præcedente Controuerſia; igitur continetur ſub poſsibilibus abſolutis, reſpectu quorum dicitur omnipotens; Ergo omnis entitas actu pro-

D ducta continetur actu ſub poſsibilibus actu productis. Cõſequentia probatur; quia alioquin aliquid daretur habens rationem entis, quod tamen ſub poſsibilibus abſolutis diuinæ omnipotentiæ non contineretur. Et confirmatur; quoniam, vt ibidem ait Sanctus Thomas, ea ſola, quæ implicant in ſe eſſe, & non eſſe, & per conſequens contradictionẽ, ſub diuina omnipotentia non continentur.

Conſtat autem applicationem, & determinationem voluntatis ſecundùm ſe contradictionem non implicare; alioquin nec creata voluntas poſſet ſe ipſam determinare: Neque dici poteſt implicare contradictionem voluntatem à Deo ad actum

E liberum determinari.

Nam hoc eſt principium petere; & facilè conuincitur huius diuerſionis fallacia ex principio iã propoſito: Nam vel determinatio illa ſecundùm ſe ſumpta entitas quædam eſt, vel non; hoc ſecundũ dici non poteſt, vt aduerſarij etiam confitentur, & nos ſupra demonſtrauimus; igitur primum verum eſt. Tunc quæro; aut entitas illa eſt participatio ipſius eſſe per eſſentiã, quod Deus eſt, aut non; ſecundum dici non poteſt; alioquin ponerentur plu-

ra prima

Digitized by Google

ia prima principia; vel etiã plura eſſe per eſſentiã; ergo primum eſt verum Tunc ſic argumentor. Omnis participatio eſſe per eſſentiam eſt per liberam actionem diuinam, & propter diuinam bonitatẽ; ergo etiam entitas illa, quę eſt determinatio, ſeu applicatio voluntatis ad hãc operationem: eſt per actionem diuinam, & propter diuinam bonitatẽ, cuius cauſalitas finalis tantùm præciſè ſe extẽdit, quàm diuina cauſalitas effectiua; vt patet in ſimili in quolibet alio agente, cum omne agens agat propter finẽ, & ois finis alicuius ſit agẽtis, & actionis finis. Huic demõſtrationi innititur ea ratio, qua recentiores vtuntur ex perfectione diuinæ prouidentiæ deducta: quæ talis eſt. Prouidentia eſt ratio ordinis rerum in finem; at non eſſet in Deo perfecta ratio ordinis rerum in finem, ſi Deus nõ prædefiniret omnes, & ſingulos actus, qui tamen omnes ſunt prædefinibiles; ergo non eſſet in Deo perfecta prouidẽtia; ergo prædefinit Deus omnes, & ſingulos actus. Minor quo ad primam partẽ ſic probatur. Si Dux exercitus, aut Pater familias poſſet prædefinire ſingula, quæ fiunt, aut fieri poſſunt in exercitu, vel domo, haberet perfectiorem rationẽ ordinis rerum ad finem intentum; ergo etiam ad perfectiorem rationem ordinis rerum in finem pertinet, vt Deus ſingula prædefiniat.

Secunda verò pars, videlicet omnes actus poſſe prædefiniri, iã probata eſt in præcedenti diſcurſu.

Et confirmatur; quia prædefinitio, & prouidentia conditionata ab aduerſarijs aſſerta pendet ex humana voluntate, cuius ſunt actus à Deo prædefiniti; igitur eſt imperfecta. Nã ſi, verbi gratia, ꝓdefiniuit Deus, vt Petrus cõuertatur, ſi ipſe voluerit, non habebit efficaciam reſpectu conuerſionis Petri diuina prædefinitio, niſi dependenter ex voluntate Petri prius ſeipſa ad conuerſionis actum determinante; igitur Petri conuerſio non continebitur ſub prouidentia Dei.

Deinde probatur hæc veritas auctoritatibus diuinæ ſcripturæ: Nam Lucæ 22. Dominus ait: *Filius hominis, ſicut definitum eſt, vadit*; & Actorum 4. *Conuenerunt enim verè in ciuitate iſta aduerſum Sanctum Puerum tuum Ieſum Herodes, & Pontius Pilatus facere quæ manus tua, & conſilium tuum decreuerint fieri.* Certum eſt autem Chriſtum paſsionem liberè ſuſtinuiſſe, & Iudæos etiam, ac Gentiles liberè illũ occidiſſe; alioquin, nec meruiſſet Chriſtus, nec demeruiſſent Iudæi, Pilatus, & alij, qui Chriſtum tot modis afflictum occiderunt: His addi poſſunt ea diuinæ ſcripturæ teſtimonia, quæ dicunt opera noſtra eſſe a Deo præparata, & prædeſtinata: Nam prædeſtinare idem eſt, quod prædefinire, & prædeterminare, vt etiam aduerſarij confitentur, & probant auctoritate Hieronymi in prioribus commẽtarijs ſuper epiſtola ad Epheſios primo, vbi exponens illa verba. *Qui prædeſtinauit nos in adoptionem* &c. ait prædeſtinare idem eſſe, quòd prædefinire, & Auguſtini in Hypogn. libro ſexto, dicentis: *Prædeſtinatio a præuidendo, vel præordinando futurum aliquid dicitur*; & paucis interpoſitis. *Quod ergo bonum eſt, præſcientia prædeſtinat, ideſt priuſquam ſit in re, præordinat*; quibus addunt diuinam ſcripturam Act. 13. dicentem. *Crediderunt omnes quotquot erant præordinati in vitam æternam*: Denique probant, quiã Rom. 8. & ad Epheſ. 1. vbi Latinus interpres tranſtulit ꝓdeſtinauit habetur προώρισε à verbo προορίζω quod eſt, prædefinio, præſtituo, prædetermino: Qđ etiam affirmat Suarez libro primo de eſſentia prædeſtinationis capite quarto, num. 5. in fine. Eandẽ veritatem Sancti Patres, & Scholaſtici Doctores communiter confitentur. Sanctus Dionyſius de diuinis nominibus cap. 5. lectione 3. apud D. Thom. S. Auguſtinus in Ioannem tractatu 104. explicans illud: *Pater venit hora, clarifica filium tuum*; & in Soliloquijs cap. 26. Sanctus Leo ſermone 7. & 9. & ibi de paſsione Domini S. Athanaſius, S. Damaſcenus, Theodoretus, & Fulgentius, quorum verba refert, & ponderat Aluarez diſp. 22. apud quem etiam lege, ſi placet, ſcholaſticorum dicta.

Denique probatur eadem prædefinitio ex verbis Apoſt. ad Epheſ. 2. *Creati in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus.* Quæ exponens Athanaſius in ſuo commentario ait: *Sciens autem hæc* (ideſt bona opera) *parauit Deus, quæ differri non poterunt, neq; prætermitti, quin peragantur*) *tãquam diuinitus ſint præfinita, idque per multã erga nos prouidentiam*: duo ergo docet Apoſtolus: primum eſt opera bona fuiſſe ab æterno à Deo prædefinita: ſecundum eſt humanam voluntatem in dictorum operum exercitio liberam eſſe, cum ait: *vt in illis ambulemus*. noſtra ſiquidem ambulatio libera eſt. Et Fulgentius libro primo ad Monimum ait: *bona opera noſtra Paulus à Domino aſſerit præparata, hoc eſt in prædeſtinatione diſpoſita*, & poſt pauca: *ſicut præparata eſt per prædeſtinationem voluntas à Domino, qua bonum velimus ſic etiam bona opera præparauit Deus; vt in eis ambulemus*: Quod idem prius ſignificauerat Auguſtinus lib. de prædeſtinatione ſanctorum cap. 10. dicens. *Quod itaque ait Apoſtolus: creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, gratia eſt; quod autem ſequitur; quæ præparauit Deus, vt in eis ambulemus, prædeſtinatio eſt.* Quam expoſitionem imitatus D. Thomas ibidem ait. *Nihil aliud eſt prædeſtinatio, quàm præparatio beneficiorum Dei; inter quæ beneficia computantur, & ipſa bona opera noſtra. Dicitur autem Deus nobis aliquid præparare, inquantum diſpoſuit ſe nobis daturum.* Quibus verbis ſignificat S. Thom. ſimul cũ dictis Patribus verbum, præparauit, idẽ ſonare, quod prædefiniuit. Itaq; Deũ præparare opera bona, vt in illis ambulemus, idem eſt, ꝙ prædefinire opera bona, vt à nobis exercenda. Quem ſenſum D. Dionyſ. diuino illo, quo erat afflatus, ſpiritu, grauiſsimis verbis expreſsit ita loquens in libro de diuinis nominibus c. 5. *Exemplaria autẽ eſſe dicimus in Deo exiſtentium rationes ſubſtantificas, & ſingulariter præexiſtentes, quas Theologia prædefinitiones vocat, & diuinas, & bonas voluntates exiſtentiũ prædeterminatiuas, & effectiuas, ſecundùm quas ſuper ſubſtantialis eſſentia omnia prædefiniuit, & produxit.* Quibus verbis vtramque, ſ. æternam, & temporalẽ prædefinitionẽ ſatis apertè ſignificat, dũ rõnes in Deo præexiſtentes non prædeterminatiuas tantùm, verùm etiã effectiuas affirmat a Sacra Theologia nuncupari.

Nomine verò Theologiæ Sanctus Thomas ibidem lectione 3. ſacram ſcripturam vult intelligi docens Diuum Dionyſium ad illud Rom. 8. reſpexiſſe: *quos prædeſtinauit, hos, & vocauit*, & ad illud pſalm. 110. *Magna opera Domini exquiſita in omnes voluntates eius*. Conſtat enim tempore Diui Dionyſij, Theologiam ſolis canonicis ſcripturis veluti ſuo primæuo fonte fuiſſe concluſam, ex quo noſtrā hanc humano partam diſcurſu Theologiam, primus ipſe Dionyſius diuino plane ſtilo diuerſis tractatibus, quaſi pluribus riuulis ad ſelectiorum Eccleſiæ procerum intelligentiam accommodatis eduxit, vt recto ſecundùm Eccleſiaſticæ Hierarchiæ formam ordine ſeruato, à ſummis ad infima, per media diuinorum myſteriorū procederet intelligentia. Mirandum itaque non eſt, ſi poſteriores Eccleſiæ Patres, & inter eos præcipui Diuus Auguſtinus, & S. Thom. voces prædefinitionis, ac prędeterminationis ex ſacrarum litterarum fontibus teſte tanto Doctore deriuatas, ſæpius ad exprimēdam diuinæ prouidentiæ perfectionem vſurparūt. Ex his ſequitur Deum vniuerſos actus moraliter bonos prædefiniuiſſe: Nam, ſi per ſupernaturaliū actuum prædefinitionem non deſtruitur humana libertas, neque certè deſtruetur per eorum prædefinitionem, qui ſunt ordinis naturalis; Omnes igitur actus à Deo prædefinibiles, qui quandoque futuri ſunt, ab eo ſunt prædefiniti. Quod hac etiam ratione probari poteſt: Nam, ſi voluntas creata, quando ſeipſam determinat, non mouetur à Deo, vt ſeipſam determinet, erit prima cauſa reſpectu huius effectus, qui eſt determinatio, à nulla alia dependens, ſicque erit ordo vniuerſi inconnexus, cum in eo reperiatur aliquid à prima cauſa minimè dependens, quod antiquis philoſophis, vt magnum abſurdum obijcit Ariſt. 12. diuinorum tex. vltimo. De hac re copioſè diſſerit Zumellus ſupra quæſt. 19. artic. 8. diſput. prima, & in ſecundo articulo huius quæſtionis, & infra quæſt. 23. articulo 3. diſput. 2.

Theologia ex ſcripturis Dionyſius primo deduxit.

Prædefinitionis nomen ex ſacris litteris.

Zumell.

Videnda ſunt, quæ ſcribit Aluarez diſputatione 22.

Prædefinitionem actuum liberorum non neceſſariò præexigere ſcientiam mediam.

Iam verò demonſtrandum eſt actuum liberorū prædefinitionem non neceſſariò prærequirere ſcientiā illam cōditionatam, quæ à recentioribus media nuncupatur. Probatur autem ex abſurdis, quæ ex oppoſita ſententia conſequuntur. et primò ſic argumentor. Si prædefinitio neceſſariò præexigit ſcientiam illam conditionatam, ſequitur non poſſe Deum quemlibet peccatorem quandocunque voluerit, ad ſe conuertere, nec pro ſuæ voluntatis arbitrio, quos voluerit, ad gloriam, vel ad excellentis gradum ſanctitatis prædeſtinare; At hæc quàm maximè ſunt abſurda; igitur ea ſententia, ex qua ſequuntur, non eſt tenenda. Prima propoſitio, quæ eſt conditionalis, ſic probatur: Prædictæ ſententiæ, quam impugnamus, aſſertores dicunt, poſita quacunque motione morali, & quibuſcunque auxilijs adeo liberam eſſe hominis voluntatē, vt poſsit, tam in ſenſu diuiſo, quàm in ſenſu compoſito diuinæ motioni, & auxilijs, quantumuis efficacibus reſiſtere, aut pro ſua libertate conſentire; cum non à Deo, ſed à ſe ipſa tantùm ad quemlibet actum liberum determinetur creata voluntas; Igitur, ſi in prædefiniendis liberis actibus ſequi tenetur Deus præuiſam, & futuram liberi arbitrij determinationem, ita vt nullum actum liberū valeat prædefinire, niſi per ſcientiam illam conditionatam ante præſcierit hominem eſſe conſenſurum, non poterit, quem voluerit peccatorem, & quando voluerit ad ſe conuertere, nec quos voluerit ad gloriam, vel ad inſignem aliquem gradum gratiæ prædeſtinare, ſed neceſſe erit multò tempore ancipitem hominis præſtolari cōſenſum, & nōnunquam ſapientiſsimi, & omnipotentis Dei intētionem expectationemque fruſtrari. Sed reſpondent, Deum infinita ſua ſapientia, qua liberi arbitrij creati naturam excellentiſsimè comprehēdit, certò præcognoſcere, in quam partem ſit declinatura creata voluntas propoſito eidem tali obiecto cum talibus auxilijs, & circumſtantijs, licet hæc omnia ex ſe vim non habeant efficacem, vt voluntatem creatam ad conſenſum determinent; At voluntas ſecundùm eorum ſententiam ſemper libera manet, & indifferens ſub talibus auxilijs, tam in ſenſu compoſito, quàm in ſenſu diuiſo, vt pro ſua libertate, in quam voluerit partem, inclinet; poſsibile eſt ergo illam reſiſtere, & minimè conſentire; igitur certa non eſt conditionata illa præſcientia, & diuina fruſtrari poteſt intentio. Reſpondēt, logicè quidem, aut Metaphyſicè fieri poſſe, vt voluntas creata cum dictis auxilijs, & motionibus reſiſtat, & ſe ad oppoſitam partē determinet, moraliter tamen nullatenus id eſſe poſsibile. Adduntque poſſe Deum, ſi voluerit, neceſsitatem inferre voluntati, & in quam voluerit partem inflectere, ſicque diuinæ omnipotentiæ nihil adimi.

Sed ex hac reſponſione duo conſequuntur abſurda. Vnum eſt, non eſſe perfectam de actibus humanis diuinæ ſcientiæ certitudinem: Nam, vt docet Ariſt. in primo ethic. capitulo tertio Moralis cognitio, & ſcientia circa ea verſatur, quæ plerumque eueniunt; quo fit, vt maior ſit mathematica certitudo, quam moralis, vt ibidem ait Ariſt. quod idem ſignificat in ſecundo Metaphyſ. textu 16. habebit igitur Deus de liberis actibus ſecundùm hanc ſententiam moralem tantùm certitudinem, quæ certitudine Mathematica inferior eſt: eritque ſcientia quædam creata perfectior certitudine, q̃ diuina, quod nullus ſanæ mentis admittet.

Ariſt.

Alterum abſurdum eſt, non poſſe Deum, quod voluerit facere, niſi creatæ naturæ vim inferendo. Immò ſequitur amplius, non poſſe Deum omne poſsibile facere, vt ſupra deduximus, & ſecundam cauſam, ſcilicet voluntatem creatam aliquam entitatē, & bonitatē cauſare poſſe, in quam Deus nō valeat operari; ſiquidem determinatio ad conſentiendum, vel operandum entitas quædam nobiliſſima eſt: quam, ſecundū eam ſententiā, quā impugnamus

gnamus, ſola voluntas efficit. Ex quibus etiam patet ſecunda propoſitio noſtri diſcurſus, nimirum abſurdum eſſe, Deum non poſſe, quem voluerit, & quando voluerit, peccatorem conuertere, &c. Quã etiam ampliſsimo ſuo teſtimonio, ac magnificis verbis comprobat Auguſt. in locis ferè innumeris 3u. doctrinæ ſuæ; inter quos fulget illuſtris diſcurſus in libro de gratia, & libero arbitrio, vbi docet, fidem de omnipotentia Dei periclitari, niſi Deum in ipſis etiam voluntatibus hominum, quidquid voluerit, & quandocunq. voluerit, operari poſſe fateamur; inter cætera verò ſic ait.

Agit omnipotens in cordibus hominum etiam motũ voluntatis eorum, vt per eos agat, quod per eos agere ipſe voluerit. At quomodo inclinabit Deus hominum voluntates, quo ipſe voluerit, ſi non poteſt ad volendum inclinare voluntates, niſi prius illæ ſint u.21. volituræ? Nam, quod dicitur Prouerb. 21. *Sicut diuiſiones aquarum, ita corregis in manu Domini, & quocunquè voluerit, vertet illud,* ſi ob prærequiſitam illam conditionatam ſcientiam, ita gloſſetur: quocunque voluerit, vertet illud, dum tamen prius ipſe Rex ſit voliturus, non modicam in quorumuis ju: fidelium auribus ſonabit abſurditatem. Nec minus inſignis, & aperta eſt eiuſdem Auguſt. ſententia in lib. de correptione, & gratia cap. 14. vbi ſic ait. *Deo volenti ſaluum facere nullum hominis reſiſtit arbitrium; ſic. n. velle, & nolle in volentis eſt poteſtate, vt diuinam voluntatem non impediat, nec ſuperet poteſtatem,* & ibidem. *Deus* (inquit) *magis habet in poteſtate voluntates hominum, quàm ipſi ſuas.* Quæ vera eſſe nullo modo poſſunt, ſi ante prædefinitioné humanorum actuum neceſſaria eſt conditionalis illa notitia: Nam, ſi neceſſe eſt à Deo præuideri voluntatem ſe ipſam prius determinantem, antequàm illius actum prædefiniat, iam non magis, ſed multò minus erit humana voluntas in Dei, quàm in hominis poteſtate; iam Deo volenti reſiſtere poterit, niſi velit, quod prius ipſa voluerit. Vndè idem u. Auguſt. in Enchir. cap. 98. ſic ait. *Quis porrò tam impiè deſipiat, vt dicat, Deum malas hominum voluntates, quando voluerit, & vbi voluerit, in bonum non poſſe conuertere?* Non eſt itaque neceſſariò prærequiſita ſcientia illa conditionalis in Deo ante prædefinitionem humanorum actuum.

Reſolutio tertię partis Controuerſię.

Quid ſit motio phyſica, & motio moralis, & quomodo differant.

QVarto loco de phyſica præmotione, qua Deus ad ſingulos bonos actus liberos creatam applicat voluntatem, differendum eſt; & primò de illius differentia à motione morali, ac ſimul oſtendenda eſt inefficacia, & incertitudo motionis moralis, ſiuè ſolitariè ſumptæ, ſiuè cum phyſica motione in vniuerſali tantum. Secundò probanda erit neceſsitas phyſicæ præmotionis, ſiuè prædeterminationis in particulari.

A Differentia inter motionem phyſicam, & moralem optimè manifeſtabitur, ſi rationem vtriuſque motionis explicauerimus. Nomine igitur motionis phyſicæ intelligimus motionem, ſiuè concurſum, ſiuè influxum Dei non in ſolas operationes ſecundarum cauſarum, ſed etiam in ipſas cauſas. Quæ motio Phyſica nuncupatur etiam prædefinitio, ſiuè prædeterminatio ſecundæ cauſæ ad operandum, eo quòd præcedat cauſalitate effectiua; & alijs modis ſuperius explicatis cauſalitatẽ, & influxum ſecundæ cauſæ. Dicitur autem determinatio; quia determinat uoluntatem ad unum, non tantùm, quo ad ſpecificationem, ſed etiã quo B ad exercitium; licèt non ad modum naturæ, ſed modo libero, ita ut in eodem inſtanti potentiã habeat ad alterum oppoſitum, non tamen, ut habeat vtrumque ſimul; vt oſtendimus ſupra quæſtione 19. artic. 10. & hoc ſecundum ſignificare uolunt Theologi dicentes impoſsibile eſſe uoluntatem efficaciter à Deo motam non uelle, aut non operari, in ſenſu compoſito loquendo. Per hoc enim differt hæc diuina motio ab habitibus perficientibus uoluntatem, qui eam determinant tantùm quo ad ſpecificationem, non autem quo ad exercitium; ſicut primæ Io. 3. de charitate dicitur. 1. Io 3. *Omnis, qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit, quoniam ſemen ipſius in eo manet:* C Quæ uerba ſic intelligenda ſunt: nimirum, uoluntatem utentem charitate non poſſe peccare, ſiuè odiſſe Deum, ſed diligere; Vndè charitas quaſi ſub conditione determinat uoluntatem quo ad ſpecificationem actus. Dicitur autem, hæc motio, ſiuè determinatio phyſica; non quia per modum naturæ, & neceſſariò ad unum determinet, ſicut Sol naturaliter, & phyſicè illuminat; ſed quia eſt realis influxus, & realem habet efficaciam in uolũtatem; per quam efficaciam phyſicam (ut ſuo loco dicemus) non deſtruitur libertas, ſed perficitur, & adiuuatur. Eſtquè hæc prædeterminatio phyſica exe- D quutio quædam illius æternæ prædefinitionis, qua Deus omnes, & ſingulos bonos actus uoluntatis prædefinit. Nec approbanda eſt diffinitio Suarezij in opuſculis libro primo, capit. decimo, dicentis determinationem phyſicam eſſe formam quandam impreſſam uoluntati, quæ cum illa complet principium proximum uoluntatis; ſuperius enim oſtendimus phyſicam hanc prædeterminationem non eſſe aliquam formam ſuperadditam cauſæ ſecundæ: ſed eſſe præmotionem, quæ eadem eſt realiter cum cauſa ſecunda quatenus, ut cauſa a Deo primo operante dependet. Itaquè colligendo omnia poſſumus ſic motionem, ſeu determinationem phyſicam uoluntatis diffinire. E Motio phyſica eſt realis influxus Dei in uoluntatem applicans eam ad uolendum determinatè, ſalua eius libertate. (Motionis phyſicæ diffinitio.) Dicitur primò *influxus realis,* ut diſtinguatur contra motionem moralem, quæ non eſt influxus realis, & effectiuus, ſed finalis, & metaphyſicus, cum ſe teneat ex parte obiecti; ita ut ab eo ſit ut à principio uolitionis, formali ſiue ratione uolendi. Dr̃ ſecundò, *in uoluntatem,* ut diſtinguatur ab influxu phyſico in operationem.

Digitized by Google

Dicitur tertiò, *applicans voluntatem ad volendum determinatè*, vt explicetur huius influxus natura, & diſtinguatur ab influxu generali, ſiuè indeterminato, quo dicunt recentiores prædicti Deum influere in operationes, & effectus ſecundarum cauſarum. Poſtremò dicitur, *ſalua libertate*, vt diſtinguatur ab ea motione, qua poſſet Deus voluntati neceſsitatem inferre.

De nomine, & ratione phyſicæ præmotionis doctè, & eleganter ſcribit Aluarez diſp. 22. num. 1. & 2. & diſp. 23. in principio, & Nauarretus Tomo 1. Controuerſia 61.

Motio moralis quid ſit. Quid autem ſignificetur nomine motionis moralis, poteſt explicari ex doctrina S. Thomę, 1. 2. q.
D. Thom. 58. artic. 1. Nam morale dicitur à more. Mos autẽ duo ſignificat: quandoque enim ſignificat conſuetudinem, ſicut dicitur actorum 15. *Niſi circumcidamini ſecundùm morem Moyſi, non poteritis ſalui fieri.* Quandoque verò ſignificat inclinationem quãdam naturalem, vel quaſi naturalem ad agẽdum: vnde etiam brutorum animalium dicuntur eſſe aliqui mores. Vnde dicitur ſecundo Machab. 11. *Leonum more irruentes in hoſtes proſtrauerunt eos:* Et hoc modo accipitur mos in pſalm. 67. vbi dicitur. *Qui habitare facit vnius moris in domo:* Vnde etiam dicitur virtus moralis à more, ſecundùm quod mos ſignificat quandam inclinationem naturalem, aut quaſi naturalem ad aliquid agendum.

Act. 15. — 2. Mac. 11. — Pſalm 67.

Manifeſtum eſt autem inclinationem ad actum propriè cõuenire appetitiuæ virtuti, cuius eſt mouere omnes potentias ad agendum: Vnde etiam ſola illa virtus eſt moralis, quæ eſt in vi appetitiua. Hæc ex D. Thom. paucis quibuſdam prætermiſſis. Quibus, ſi addamus, quòd propenſio voluntatis ad operandum ſequitur apprehenſionem obiecti voluntatis, quod eſt bonum, à quo mouetur, & allicitur voluntas, cognoſcemus motionem moralẽ eſſe motionem ex parte obiecti, ad quam motionẽ moralem pertinent ea omnia, quæ poſſunt allicere, ſiue inuitare voluntatem. Hæc verò ſunt in dupli. i differẽtia, quædam ſunt externa, & quædam interna, & vtraque diſtinguuntur in naturalia, & ſupernaturalia. Externa ſunt conſilia, exhortationes, exempla, aliorum mortes, flagella, beneficia, occaſiones, circumſtantię tẽporis, loci, & perſonarum, & ſimilia: Interna ſunt, habitus corporis, ſiuè naturales, ſiuè acquiſiti, animi diſpoſitiones, quæ potiſsimum fiunt per innatas propenſiones, per paſsiones, & habitus, quæ omnia mouent voluntatem, tantùm ex parte obiecti, uel quia sũt obiectum; vel quia præſentant obiectum; vel quia ſuadent, aut faciunt apparere illud eſſe bonum, & conueniens, ex quo allicitur uoluntas ad eligendũ: Nam, & ipſæ diſpoſitiones corporis, & animi nihil faciunt ad mouendam voluntatem, niſi quatenus aliquo modo in obiectum redundant; inquantùm enim aliquis eſt hoc, aut illo modo diſpoſitus ſecundùm animam, uel ſecundùm corpus, incipit ei eſſe, uel apparere hoc, aut illud bonum, & conueniens, quod prius non erat, aut non apparebat, & ſic excitatur, & mouetur uoluntas ad illud deſiderandum, & quærendum ratione illius nouæ diſpoſitionis, ut iræ, odij, amoris, & ſimilium. Quare, cum hæc omnia ex parte obiecti ſe teneant, fit, vt ad voluntatem niſi per ianuam intellectus penetrare non poſsint; quatenus ſcilicet inuitant, iudicium practicum intellectus præbendo ei occaſionem iudicandi hoc, aut illud bonum eſſe, vel malum, conueniens, aut diſconueniens, ex quo trahitur uoluntas ad proſequendum illud, vel fugiendum.

Diffinitio motionis moralis. Ex quibus omnibus hanc poſſumus colligere diffinitionem moralis motionis, ſeu determinationis. Motio moralis eſt inclinatio uoluntatis facta ab obiecto, uel ab eo, quod tandem redundat in obiectum. Legendus eſt S. Tho. prima ſecundæ quæſt. 9. per totam, ubi optime explicat utriuſque motionis naturam.

S. Thom.

Sed obſeruandum eſt in motione morali duo eſſe, quibus attribuitur motio.

Primum eſt obiectum, à quo immediatè mouetur uoluntas. Secundum autẽ eſt agens, quod proponit, uel affert obiectum; quorum utrumque ſupponit cauſam illam, quæ moraliter mouetur ad agendum, eſſe præditam intellectu, & uoluntate, & rurſus cauſam illam, quæ dicitur mouere proponendo obiectum, eſſe agentem per intellectum, & uoluntatem. Et illud quidem, à quo immediatè mouetur uoluntas, uidelicet obiectum, propriè loquendo dicitur mouere finaliter; quæ eſt motio, quædam metaphorica, ſi ſermo ſit de fine, ſiue bono ſecundùm eſſe in rerum natura: Nam, ſecundũ eſſe, quod habet in apprehenſione, mouet effectiuè, ut quo, ſiue ut ratio, quæ motio quędam phyſica eſt; dicitur tamen mouere moraliter, quatenus à cauſa non phyſicè mouẽte proponitur, uel affertur huic alteri cauſæ; ut eo per intellectum apprehenſo ſeipſam phyſicę moueat ad illius appetitionem. Talem uerò cauſam per oblationem obiecti mouentem reducit Ariſtot. in ſecundo phyſicorum, ad genus cauſæ efficientis: Nam in tex. 28. & 31. inter cauſas efficientes enumerat conſiliantem, quam cauſam conſtat non alio modo mouere, quàm proponendo formam agenti, per quam agat; ut ibidem inquit S. Thom. & ad hoc idem genus pertinent cauſa meritoria, ſatisfactoria, & diſpoſitoria per actum liberum ad aliquid recipiendum à cauſa libera. Omnes enim hę cauſæ nullam habent uim phyſicam mouendi, ſed moralem tantùm offerendo obiectum, quo agens liberum ad agendum moueatur. Cauſa uerò libera ex hoc, ſolo, quòd liberè agit, moralis propriè non eſt, nec dici debet, ſed eſt phyſica liberè agens.

Ariſtot. — S. Thom.

Oſtenditur incertitudo motionis moralis.

SEcundò demonſtranda eſt incertitudo motionis moralis, quę probari poteſt ex duobus: Primò ex his, quæ diximus de hominis libertate, quàm adeo amplificant contrariæ ſententiæ defenſores, ut dicant poſita quacunque motione, & uocatione ne dum in ſenſu diuiſo, ſed etiam in ſenſu compoſito hominem poſſe diſſentire; Cum igitur

Digitized by Google

igitur motio illa moralis expectet conſenſum humanæ voluntatis, ſicut incertus eſt voluntatis conſenſus, ita incertus erit diuinæ motionis effectus. Eſſe aut incertum humanæ voluntatis conſenſum, quatenus ex morali motione dependet, euidenter demonſtrat S. Doct. infra quæſt. 105. art. 4. & 106. art. ſecundo, & 3. & prima ſecundæ quæſt. 10. art. 2. in quibus locis oſtendit poſſe creatam voluntatem efficaciter, aut ſufficienter à ſolo Deo moueri vt obiecto, cum ſit vniuerſale bonum, & vt agente voluntatem interius inclinante: Nam ſolus virtuté volendi, humanæ, & Angelicæ contulit creaturæ; quemadmodum rei naturalem inclinationem ſolùm illud agens poteſt immutare, quod poteſt dare virtutem, quam conſequitur inclinatio naturalis: Nullum itaque particulare bonum ob ſui ſufficientiam poteſt efficaciter mouere voluntatem, quouis modo fuerit à Deo voluntati propoſitum. Sed dicũt, quòd, ſi motioni morali addamus duo, videlicet præſcientiam conditionatam futuri conſenſus, & abſolutam intentionem Dei, vt ille conſenſus ponatur in actu, quòd tunc erit infallibilis diuina motio. Sed hæc duo nihil conferunt ad efficaciam diuinæ motionis; quia nec preſcientia, nec intentio illa vllam habet cauſalitatem reſpectu cõſenſus, nec magis inclinant, mouent, aut determinant voluntatem ad conſentiendum, quàm ſi non eſſent, vt etiam prædictæ opinionis ſectatores fatẽtur; ergo illa duo nihil faciunt ad efficaciam diuinæ motionis. Probatur conſequentia; quia efficacia motionis, ſiue ſit ordinis naturalis, ſiue ſit ordinis ſupernaturalis, vt motio ad iuſtitiam, conſiſtit in mouere, inclinare, & determinare voluntaté aliquomodo ad conſenſum, vel (vt ipſi dicunt) in hoc conſiſtit, quòd ea poſita ſequitur infallibiliter conſenſus. At æque mouetur, inclinatur, & determinatur voluntas poſita præſcientia conditionata, & intentione Dei, ac ſi hæc non eſſent, cum hæc non influant aliquid in conſenſum, vt ipſi conſitentur, ergo nihil conferunt illa duo ad efficaciam, vel certitudinem motionis moralis. Probatur etiá minor ex prædictis: quoniam, nec ſcientia, nec intentio aliquid influunt in voluntatem, & ex alia parte voluntas pro ſua libertate poteſt ſemper in vtramlibet partem ſe flectere.

S.Thom.

Excluditur certitudo motionis moralis præcisè ſumptæ, ex abſurdis contra diuinam gratiam.

SEcundò ſic probatur. Si certitudo, & efficacia motionis diuinæ conſiſteret in ſola motione morali, vt ſcilicet homo vocetur, & excitetur eo tẽpore, & modo, quo Deus præſcit ipſum eſſe conſenſurum, ſequitur gratiam eſſe liberæ noſtræ voluntatis, ſiue arbitrij pediſſequam, & aliquid præcipuum in ipſa iuſtificatione, & omni actu meritorio, ac ſupernaturali libero eſſe à libero arbitrio, vt ſola, & prima cauſa, nequaquam autem à gratia; hoc verò eſt bonus vſus liberi arbitrij, & determinatio ad præſtandum conſenſum, ac nõ reſiſtẽte diuinæ vocationi: hęc autem eſſe nedum abſur-

A da, verùm etiam ſanæ doctrinæ contraria non eſt, qui non videat: Nam, id etiam apertè docet Cœleſtinus primus in Epiſtola ad Epiſc. Galliæ cap. 6. vbi ſic ait. *Nemo, niſi per Chriſtum libero benè vtitur arbitrio*, & auctoritate Concilij Arauſic. 2. dicentis can. 6. *diuini eſt muneris, cum rectè cogitamus, et pedes noſtros à falſitate, & iniuſtitia tenemus.* & can. 22. *Nemo habet de ſuo, niſi mendacium, & peccatum.* Maior autem, ſiuè conditionalis probatur. Suppoſita motione morali, ſiuè gratia excitante quãtumuis vehementi, & efficaci, liberum arbitrium ſecundũ prædictam ſententiam ſemper manet indifferens; quoniam ſecundùm ipſos diuina motio, ſiuè gratia B præueniens nunquam determinat liberum arbitrium, & gratia adiuuans expectat, vt liberum arbitrium determinet ſe ad conſentiendum, hoc eſt, vt liberè velit conſentire, & tunc ſimul cum illo producit conſenſum, ſiuè actum ſupernaturalem; ergo in determinatione ad conſenſum, in qua poſitus eſt bonus vſus liberi arbitrij, & vitatio peccati, præcedit ſemper liberum arbitrium, & ueluti pediſſequa ſubſequitur diuina gratia. Et confirmatur: quoniam ſecundùm eos gratia excitans allicit tantum, vocat, atque ſuadet, adiuuans autem nunquam cooperatur libero arbitrio niſi ipſo uolente; quòd autem uelit, ipſa non eſt cauſa, ſed, ut uoluntas pro ſua libertate id preſtet, expectat. C Sed dicũt liberum arbitrium nil præſtare ſine gratia, nec liberum arbitrium gratiam præcedere, ſed tantùm comitari, immò à gratia excitante ſemper præueniri; & ideo in omni actu, gratiam præcipuas ſemper partes habere; quia, cum actus ſit ſupernaturalis, in principium ſupernaturale, & precipuè primum reduci debet: quoniam determinatio ad cõſenſum nihil aliud eſt, quàm productio conſenſus; in qua productione conſenſus potiſsimas partes habet gratia adiuuans; Addunt que, liberum arbitrium nihil efficere ante conſenſum: Nam, quemadmodum ſolemus dicere uoluntaté, ſi uelit, poſ- D ſe uelle, ſi nolit, non uelle, & hoc dicẽdi modo non ſignificamus uoluntatem; antequam uelit, habere aliquem actum, quo uelit ſe non uelle, ſed ſolùm, quod uoluntas habet in poteſtate ſua, & uelle, & non uelle, & ad utrumque ſe pro ſua libertate applicare; ita liberum arbitrium ante actum conſenſus non habere actum, quo uelit conſentire, ſed ipſum uelle conſentire eſſe conſenſum ipſum.

Cœleſtinus primus.

Cõcilium Arauſicanum.

Id tamen, quod diximus, nimirum, ex aduerſariorum ſententia ſequi, in hominis iuſtificatione, & in omni actu meritorio, ac ſupernaturali liberè elicito à libero arbitrio aliquid eſſe precipuum, quod à libero arbitrio, ut ſola, & prima cauſa, ne- E quaquam autem à gratia deriuetur, uno propoſito exemplo facilè demonſtratur.

Proponamus hic nobis tres equalis omninò malitiæ peccatores, & conſequenter ad Dei gratiam æqualiter indiſpoſitos, quorum ad gratiam ſit æqualis uocatio, & ex eis vnus uocationi pro ſua libertate reſiſtat; alius liberum conſenſum præbeat, tertius conſentiat à Deo determinatus, ea determinatione, quæ neceſsitet uoluntatem, quòd fieri poſſe, nullus

Nota exẽplum.

eſt,qui non admittat. In hoc exemplo perſpicuum eſt ſecundum illum peccatorem non nihil habere ſingulare,ac præcipuum, quod non habet primus, neque tertius: Nam primus reſiſtendo peccat, ac demeretur,& libero abutitur arbitrio. Tertius nō meretur;quia nec libero vtitur arbitrio,quod agendi neceſsitatem non patitur. Secundus, autem per conſenſum meretur,& benè vtitur libero arbitrio, & magna dignus eſt laude,æternæque retributione mercedis. Itaque ſic argumentor: Vel ſecundus aliquid habet præter conſenſum, ſeu productionē actus,vel non habet aliquid diſtinctum à productione actus. Si habet aliquid aliud,habetur intentum,nimirum in quodlibet actu libero ſupernaturali præter actum ipſum,eiuſque productionē eſſe aliquid,in quo laus omnis, ratioque merendi conſiſtit:Si nihil habet:Contra;quia eadem productio actus,quæ fuit in ſecundo,fuit etiam in tertio; ergo dicendum eſt in ſecundo homine eſſe aliquid pter actum primum,& ſecundum, eiuſque productionem,ex quo ſecūdi illius hominis laudabilis, & meritorius actus reddatur; hoc autem aliud eſſe non poteſt,quàm libera determinatio ad actum illum,& bonus vſus liberi arbitrij, ſiuè applicatio ſui ad hunc actum,quæ, vt in præcedente Controuerſia demonſtrauimus, modum quendam actui realem adiungit; alioquin ſequeretur libertatem actus eſſe ſolùm ens rationis, quod fatuum eſt opinari. Sed ad hæc duo dici poſſunt. Primum eſt,poſſe eſſe differentiam inter ſecundum, & tertium hominem, quòd voluntas tertij merè paſsiuè ſe habeat ad actum illum, non autem voluntas ſecundi. Sed hoc dici non poteſt; nam alioquin actus ille non eſſet vitalis, nec voluntatis.

Secundò dici poſſet,fieri non poſſe, vt aliquid reale ſit in vno actu,quod non ſit in altero, cū eos eſſe prorſus ęquales ſupponamus. Sed hoc nihil eſt;nam,quamuis actus illi quo ad phyſicam intenſionem,ac ſpeciē ſint æquales,ſunt tamen inæquales in modo ſuæ productionis reali,vt ſupra diximus,& moraliter valde differunt: Nam vni debetur laus,& præmium,alteri verò nihil. Quod ex congenita liberæ noſtræ volūtati potentia ſic explicatur:Propoſito obiecto habet noſtra voluntas quaſi triplicem potentiam partialem, ſcilicet ad volendum,ad nolendum, & ad non volendū, hoc eſt,ad ſuſpendendum omnem actum. Cum autem determinatur ad uolendum, tunc vtitur hac parte poteſtatis,quam ad volendum habebat; in eo tamen inſtanti,in quo voluntas habet actum volitionis,intelligimus in ea quaſi duas partiales potentias,& duas negationes;alteram potentiam ad nolendum,& negationem nolitionis,alteram ad ſuſpendendum omnem actum,& negationem ſuſpēſionis:& hinc oritur meritum;& laus; quia,cū homo habeat in poteſtate ſua ęquè diſſentire, & non conſentire determinat ſe ad conſentiendum;& hic eſt bonus vſus liberi arbitrij; quem vſum bonum liberi arbitrij oſtendimus eſſe in ſecundo illo homine,non in tertio.

Triplex volūtatis potentia.

Igitur ſecundum aduerſariorum ſententiam in actibus prędictis aliquid erit præcipuum ex libero creatæ voluntatis arbitrio,vt ſola,& prima cauſa proueniens,de quo poterit homo cum Deo gloriari.

Secundò probatur eos, qui prędictam tuentur ſententiam, huius boni vſus liberi arbitrij primā originem attribuere libero arbitrio,& non gratiæ Dei. Sic igitur argumentor. Aut hic bonus vſus liberi arbitrij,oritur à gratia excitante, aut à gratia adiuuantę. Non à gratia excitante;quia hęc tàntùm allicit,& vocat ad hunc bonum vſum. Non à gratia adiuuante;quia hęc non mouet liberum arbitrium,neque ei cooperatur,niſi ex hyppoteſi; ꝙ autem hęc hyppoteſis ponatur in actu,ideſt,quòd liberum arbitrium velit operari, gratia (ſecūdum eos)expectat,& non facit;alioquin eſſet,pręuia libero arbitrio, & non tantùm comes in operando, vt ipſi dicunt.Cum igitur hic bonus vſus libertatis,ſeu determinatio ad conſentiendum gratiæ nō ſit ab hac,nec ab illa gratia,reſtat, vt à ſolo ſit libero arbitrio.

Secundò ſic arguitur. Aequalis cauſa in patiente ęqualiter diſpoſito, æqualem effectū producit, ſi naturaliter,vel quaſi naturaliter agat;ſed in caſu propoſito ęqualis eſt cauſa, nempè ęqualis omninò gratia,tam excitans, quàm adiuuans in actu primo,& agunt quaſi naturaliter, quantùm ſit ex parte ſua,& patiētes ſunt omninò ęqualiter diſpoſiti,vt caſus ſupponit, ergo debet ſequi in ſingulis æqualis omninò effectus,& tamen non ſequitur ęqualis omninò effectus ſecundùm aduerſarios;ergo vel gratiæ non fuere omnino æquales, vel patiētes non æqualiter diſpoſiti,aut indiſpoſiti, vel gratia ipſa adiuuans, aut excitans non eſt cauſa boni vſus,ſed ipſum liberum arbitrium, quod liberè cōſentit.

Tertiò aduerſus hanc ſententiam multa grauiſſimè ſcripſit D. Auguſtinus;& primo in lib. de prędeſtinatione ſanctorum,cap. 8. ſic ait. *Hæc itaquę gratia, quæ occultè humanis cordibus diuina largitate tribuitur,à nullo duro corde reſpuitur; ideo quippè tribuitur, vt cordis duritia primitus auferatur. Quando ergo Pater intus auditur,& docet, vt veniatur ad filiū, aufert cor lapideum,& dat cor carneū.* Igitur teſte D. Auguſtino praua peccatoris diſpoſitio efficacitati diuinæ gratiæ non obſiſtit. Quod idem eleganter expreſsit in libro de gratia, & libero arbitrio, cap. 16. dicens. *Certum eſt nos velle,cum volumus,ſed ille facit, vt velimus bonum,de quo dictum eſt: præparatur volūtas à Domino. Certū eſt nos facere,cum facimus,ſed ille facit, vt faciamus,præbendo vires efficaciſſimas volūtati,*quo nil apertius dici poterat ad efficaciam diuinę motionis,& gratiæ ſignificandam. Sed audiamus ſecundum Arauſicanum Conciliū, can. 4. adhuc euidentius ſic decernens. *Si quis, vt à peccato purgemur, volūtatem noſtram Deū expectare contendit,non aūt, vt etiam purgari velimus, per Sancti Spiritus infuſionem,& operationem in nobis fieri confitetur, reſiſtit Spiritui ſancto,per Salomonem dicenti:præparatur voluntas à Deo, & Apoſtolo ſalubriter prædicanti: Deus eſt,qui operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate.* Ecce negat Sacrum Cōcilium expectari noſtram à Deo volūtatem, quod

Augu.

Conciliū Arauſicanum.

tamen

tamen neceſſe eſt, vt oppoſitæ ſententiæ ſectatores affirment; cum motio illa moralis, quæ eſt ex parte obiecti, non valeat ſufficienter, ſiue efficaciter ad exercitium, aut etiā ad ſpecificationem actus, noſtram mouere volūtatem, ſed ipſa ſola ſe ipſam moueat, & determinet, quam determinationem oportet, vt præſciat Deus, antequam de voluntatis actione, quidquam decernat, vt ait prædicta ſentē tia. Sed amplius idem concilium affirmat, per infuſionem, & operationem Spiritus ſancti fieri in nobis voluntatis actum, quo à peccato purgari velimus: nomine verò infuſionis, & operationis cauſantis in nobis velle, quid aliud ſignificat, quàm effectiuam cauſalitatem in ipſam voluntatis potentiam, qua ſola poteſt ab extrinſeco moueri creata voluntas efficaciter ad exercitium actus? conſtat enim moralem motionem, ſiue auxilium talem efficacitatem non habere; cum efficienter in voluntatem non agat. Ex dictis patet etiam falſam eſſe eorum ſententiam, qui dicunt collectionem omnium cauſarum, vel circumſtantiarum præciſis p̄definitionibus in particulari, ſufficere ad certitudinem diuinæ prouidentiæ: Nam eadem argumenta, quæ militant contra præcedentem, hanc etiam non minus efficaciter impugnant; cum in ſubſtantia, cum ea conſentiat, ſemotaque Phyſica prædeterminatione, nullo modo diuinæ prouidentiæ certitudo conſiſtat; cum indifferens ſemper maneat etiam in ſenſu compoſito creata voluntas, vt poſitis in ea quibuſcumq; diuinis auxilijs præter phyſicam prædeterminationem, quam negat hæc opinio, poſſit ſeipſam, in quam voluerit partem, volūtas inflectere.

cludi. alia ſē tia.

Probatur neceſſitas Phyſicæ præmotionis.

EX prædictis, & præſertim etiam ex incertitudine, & inefficacia motionis moralis, iam ſatis probata, ſequitur euidenter neceſſitas Phyſicæ præmotionis, ſecundo loco propoſitæ, neque enim alia ratione certus, & infallibilis eſſe, aut intelligi poterit diuinæ prouidentiæ, & prædeſtinationis ordo, aut euentus, aut eſſe in Deo certa, & infallibilis præſcientia futurorum ex libero arbitrio depēdentium, aut efficax diuina voluntas, ad quodcūque voluerit, operandum. Cum enim in ſeipſo Deus, vt in cauſa vniuerſa cognoſcat; ſit verò cauſa p intellectum ſciētia perfectum, & voluntatem, quæ duo in prouidentia, ac prędeſtinatione res ad ſuos fines dirigentibus includuntur, ſublata à Deo phyſicæ præmotionis efficacitate, nulla relinquetur alia ſufficiens in Deo cauſalitas, reſpectu determinationis liberorum actuum, & conſequenter neq; in Deo eſſe poterit talium pręſcientia futurorum, qua remota rationem diuinæ prouidentiæ, ac prędeſtinationis reſpectu dictorum actuum auferri neceſſe eſt. Sed ex proprijs more peripatetico phyſicæ præmotionis neceſſitatem deducamus. Sit igitur primum argumentum. Cauſa prima influit nō tantùm in operationes, & effectus ſecundarū cauſarum; verum etiam in ipſas cauſas, eas ad operationem applicando, quod eſt eas phyſicę præmouere;

A At voluntas eſt quædam ſecunda cauſa eſſentialiter Deo, vt primæ cauſæ ſubordinata; ergo in eam Deus influit applicando, & pręmouendo eam ad volendum. Minor eſt euidens. Maior ſuperius latiſsimè fuit probata, & præſertim ex artic. 4. qu. 105. vbi Sanctus Doctor diſtinguit duplicem modum, quo poteſt moueri creata voluntas; vnus eſt ab obiecto; quæ eſt motio moralis. Alius eſt ab agēte, quæ eſt motio phyſica; quam ſolus ille poteſt efficere, qui voluntatem indidit creaturæ. Deinde ad quæſitum reſpondens ait proprium eſſe Dei vtroque modo ſufficienter mouere voluntatem, ſed præcipuè ſecundo modo, nimirum interius eā B inclinando: Nam velle nihil aliud eſt, quàm inclinatio quædam in obiectum volūtatis, quod eſt bonum vniuerſale; inclinare vero in bonum vniuerſale, proprium eſt primi mouentis, cui proportionatur vltimus finis; ſicut in rebus humanis, dirigere ad commune bonum, eſt eius, qui pręeſt multitudini; ergo mouere voluntatem interius inclinādo proprium eſt Dei. His adde, quę ſupra diximus ex art. 5. eiuſdē quæſtionis; quomodo ſcilicet Deus operetur in omni operante, & ex alijs locis, in quibus D. Thom. eandem habet ſententiam.

D. Thom.

Secunda probatio.

Secundò probatur eadem neceſsitas phyſicæ p̄motionis. Si Deus non determinat cauſas ſecūdas C ad operandum hic, & nunc, & ſecundùm reliquas circumſtantias, ſequeretur concurſum Dei eſſe per generalem, & confuſam quandam applicationem ſuæ voluntatis, vel potentiæ ad concurrendum cū voluntate creata; at hic modus concurrendi ponit maximam imperfectionem in Deo; ergo. Maior, ſiuè conditionalis, vel conſequentia euidens eſt; Non enim datur medium inter concurſum generalem, & determinatum: Minor autem probatur primo: Quoniam hoc modo influere in voluntatem, eſt quaſi cęco, & ignoranti modo in incertum tendere, nimirum in id, quod volūtas creata elegerit, quod Deus neſcit, quod, vel quale futurum ſit, niſi D prius voluntas creata ad illud concurrat, ſaltem ſecundum anteceſsionem rationis. Secundo: quoniam indeterminatus influxus longe imperfectior eſt determinato. Ad hoc argumentum reſpondet Suarez, & quatuor dicit. Primo, quod Deus præuidens omnes, & ſingulos actus, quos hæc voluntas humana in hoc momento cum obiecto, & alijs circumſtantijs efficere poteſt, vult diſtincte, quantū in ipſo eſt, ad ſingulos prębere concurſum, ſeu offerre, atque ita facile tollitur omnis confuſio. Secundo ait, quòd; quia Deus pręuidet, quem actum illa voluntas effectura ſit, ſi omnibus circumſtantijs concurrentibus Deus ipſe ſuum concurſum offe- E rat; ideo Deus determinate, ac definite etiam vult cum illa concurrere ad talem actum in particulari. Tertiò ait, quod Deus ex vi huius concurſus, vel volitionis non prædeterminat creatam voluntatem ad talem actum, nec illū abſolute vult, ſed cum dependentia eiuſdem actus a proxima cauſa, ſeu voluntate creata, & cum implicita conditione, ſi ipſa uoluerit. Quartò ait, quod, licet Deus præſciat eadem ſcientia conditionali hanc volūtatem creatam ſic applicatam ad agendum non

Suarez ij reſponſio.

effectu, tam alios actus, præter illum vnum, quem Deus præcognouit, illi tamen offert ſufficientem concurſum ad alios actus; quia non obſtante illa præſcientia Deus ita prouidet cauſis ſecundis liberis, vt re vera poſsint, quos voluerint, effectus producere, nec per Deum ſtet, quo minus illos efficiant. Negat ergo conſequentiam propter prædictas cauſas.

cõfutatio Sed hæc omnia, & ſingula iam ſuperius optimis argumentis ſunt reiecta, nec tollunt tactam in argumento difficultatem: Nam in primo dicto, & in alijs etiam non ſuſtinet, niſi concurſum ex ſe indifferentem, & generalem, quod poſsit ad omnes, & ſingulos actus ſe extendere; quod verò præſciat Deus per ſcientiam illam conditionatam, quid effectura ſit creata voluntas, & quod ad illud intendat præbere cõcurſum ſuum, qui ex natura ſua eſt indifferens ad omnem actum, nullam determinationem maiorem efficit in ipſo concurſu, quàm ſi nihil præſciens, vel intendens concurreret. Præterea, hæc reſponſio ſupponit ſcientiam mediam à nobis ſuperius latiſsimè confutatam. Tertiò, facit hæc reſponſio diuinam voluntatem humanę volũtatis pediſſequam, & eidem obligatam. Quartò ſubtrahit à diuina cauſalitate nobiliſsimum effectum, qui eſt determinatio voluntatis ad tale velle, dum aſſerit Deum expectare conſenſum creatæ volũtatis.

Tertia pbatio. Tertiò probatur eadem neceſsitas phyſicę prędefinitionis. Si prima cauſa applicat ſuum concurſum indifferenter modo explicato; ergo prima cauſa non ſe determinat ad hunc effectum, ſed determinatur à ſecunda: At hoc eſt abſurdum, ergo. probatur hęc minor: quoniam ad cauſam primam potius ſpectat, determinare ſecundam, quàm è cõuerſo; quoniam cauſa determinans, videtur eſſe ſuperior cauſa determinata.

Suarezij reſponſio. Reſpondet Suarez, & diſtinguit in prima cauſa duplicem determinationem, vnam ad intra, qua ab æterno diuina voluntas determinauit ſic concurrere, cum cauſa creata, & huius determinationis non eſt cauſa voluntas creata, alia eſt determinatio ad extra, quæ eſt determinata actio creata, egrediens à diuina voluntate, & potentia cooperãte cum humana voluntate, & hoc modo (inquit) veriſsimum eſt, actionem illam accipere determinationem ſuam à proxima cauſa, quæ eſt volũtas humana; eſt tamen (inquit) etiam à Deo determinatio illius actionis, ſed non ſicut à proxima cauſa: Nam illa determinatio (inquit) nihil aliud eſt, quàm exercitium talis actionis, in tali ſpecie; & hoc totum neceſſe eſt à Deo fieri, ſine quo nihil fieri poteſt, ſed humana voluntas eſt propria, & proxima cauſa illius determinationis. Quomodo autem diuina voluntas ſit cauſa, ſic explicat dicens, quòd diuina potentia indifferenter applicata eſt, & ex vi ſuæ efficaciæ, æquè potens ad hunc, vel illum actum influere, vel etiam ad nullum, ſi voluntas creata non influeret, ſed proxima cauſa, quæ eſt voluntas creata, ſuo influxu determinat actionem ad hanc ſpeciem, ad hoc tempus, &c. Secũdò, dicit, quòd hoc in Deo nullã arguit imperfectionem, ſed maximam perfectionem: quoniam hoc non eſt propter indigentiam primæ cauſæ; quoniã poſſet, ſi vellet, prædeterminare voluntatem ad effectum, niſi vellet eam liberè operari; neque etiã; quia cauſa ſecunda poſſit neceſsitatem inferre primæ, vt ad talem effectum concurrat, ſed eſt ſolum ex voluntate ipſius primæ cauſæ, quæ, vt iura libertatis humanæ integra conſeruet, hunc modum cõcurrendi ſtatuit, & voluit. Tertiò ait, quòd; ſi prioritas naturæ ſumatur propriè ſecundùm cauſalitatem, neutra harum cauſarum prius quàm alia influit; quia neutra influit in aliam, ſed vtraque in actionem, & effectum, & neutra applicat aliam, aut facit illam facere, ex vi huius concurſus.

Sed in hac reſponſione plura ſunt haud conſona veritati, & non conſequenter dicta; Primum eſt, actionem ſecundæ cauſæ, ab ipſa ſola ſecunda cauſa ad hanc ſpeciem, & ad hoc tempus determinari, eo quod influxus primæ cauſę ſit indifferens; cuius tamen oppoſitum viſus eſt in antecedentibus verbis ſignificaſſe, cum dixit, determinationem nihil aliud eſſe, quàm exercitium talis actionis, in tali ſpecie: quod totum neceſſe eſt à Deo fieri. Nõ eſſe autem verum illud dictum ſuperius oſtendimus ex hoc, quòd neceſſe eſt diuinæ cauſalitatis efficacitatem ad omnem entis modum extendi; conſtat autem determinationem ad ſpeciem eſſe quendam perfectiſsimum entis modum. Secundũ minus conſequenter dictum eſt, internam ſcilicet diuinæ voluntatis determinationem non cauſari à voluntate creata, cum ſecundùm eiuſdem auctoris doctrinam nihil vnquam Deus circa liberos noſtro actus determinet, niſi præuiſa noſtræ voluntatis determinatione; igitur æterna, & interna illa determinatio, qua diuina volũtas determinauit ſic concurrere cum voluntate creata, ab eiuſdem voluntatis creatæ determinatione dependet: Hæc enim cauſalis apud Suarezium vera eſt; quia creata voluntas ſeipſam ad hanc volitionem liberè determinabit, aut præuiſa eſt determinanda, idcircò determinauit Deus ſic concurrere cum voluntate in productione actus præuiſi. cõfutatio

Tertium, quòd ab alio eiuſdem auctoris pronũciato videtur diſcordans, eſt, humanam voluntatẽ eſſe propriam, & proximam cauſam ſuę determinationis, Deum autem eſſe quidem eiuſdem cauſam, ſed non proximam. Cui dicto non congruunt duo alia, videlicet, quòd voluntatis determinatio nihil aliud ſit, quàm exercitium actionis in tali ſpecie, quod totum à Deo ſit, & quòd non eſt ordo prioritatis naturæ ſecundùm cauſalitatem inter primam, & ſecundam cauſam; ita vt vna prius, q̃ alia, ſed quòd vtraque in actionem influit, & effectum, & neutra applicat aliam: Nam, ſi Deus non eſt proxima cauſa determinationis prædictæ, quę idem eſt, quod exercitium actionis, ſed voluntas eſt, quæ prius ſeipſam determinat, vt propria, & proxima cauſa determinationis; igitur non influit Deus ſimul, & immediatè in actionem cum cauſa ſecunda, cum hęc precedat in cauſalitate eius, q͂d eſt in actione nobiliſsimum. Præterea, non videtur hęc doctrina cum ea, quam de primi agentis imme-

immediatione ſecundùm virtutem, & ſuppoſitum tradit idem Author, poſſe conſiſtere; erit enim aliquid in rebus, determinatio ſcilicet actionis liberæ, cui nec virtute, nec ſuppoſito, quatenus agens, aderit Deus immediatè.

Quartum, quod ſupra falſum eſſe probauimus; eſt determinationem illam idem eſſe, quod actionis exercitium.

Quintum eſt non eſſe ordinem naturæ, ſeu cauſalitatis inter cauſarum influxus; cuius oppoſitum verum eſſe ſupra demonſtrauimus, quod luce clarius explicat Sanctus Thom. infra quæſt. 83. art. 1. ad tertium: vbi ſic ait. *Liberum arbitrium eſt cauſa ſui motus; quia homo per liberũ arbitrium ſeipſum mouet; non tamen hoc eſt de neceſsitate libertatis, quòd ſit prima cauſa ſui id, quod liberum eſt: ſicut nec ad hoc, quod aliquid ſit cauſa alterius, requiritur, quod ſit prima cauſa eius;* Deus igitur eſt prima cauſa mouẽs, & naturales cauſas, & voluntarias, & ſicut naturalibus cauſis mouendo eas non aufert, quin actus earum ſint naturales, ita mouendo cauſas voluntarias non aufert, quin actiones earum ſint voluntariæ, ſed potius hoc in eis facit: operatur enim in vnoquoque ſecundùm eius proprietatẽ. Cum itaq; creatæ voluntatis libertas ſecundùm Suarezium in hoc poſita ſit, vt poſsit ſeipſam ad hanc actionem, vel ad illam determinare, aut etiam omninò non agere; & ſecundùm D. Thom. non ſit de neceſſitate libertatis, ut id, quod liberum eſt; ſit prima ſui actus cauſa, quatenus liber eſt, & Deus mouendo cauſas voluntarias non auferat, quin actiones earum ſint volũtariæ, ſed potius hoc in eis faciat, nimirum quòd voluntariæ ſint, ac liberæ, ſequitur planè determinationem illam, qua creata volũtas ſuam exercet libertatem, à Deo eſſe tanquam prima cauſa phyſicè influente, ac ſalua libertate determinante.

Hanc veritatem agnouit, & diſertis verbis exprexit Benedictus Pererius ſocietatis Ieſu, vir inſignis eruditionis in opere ſuo de communibus rerũ naturalium principijs, & affectionibus, libro octauo, qui de cauſis inſcribitur, cap. 9. vbi reſpondens ad tertium argumentum Durandi, ſic ait: *Licet voluntas noſtra nihil operetur, niſi mota, & determinata à Deo; quia tamen mouetur à Deo conuenienter naturæ ſuæ, & vt ſuapte natura apta eſt moueri, hoc eſt, non neceſſariò, ſed liberè, Ideo verè dicitur, verèque eſt, libera. Si enim voluntas ita moueretur à Deo, vt ipſa ſe nullo modo moueret, & ad agendum determinaret, omnis profectò meriti, & demeriti, & libertatis ratio funditus tolleretur; ſed quia Deus eam ſic mouet, ut ipſa nihilominus ſimul etiam ſeipſam moueat, & per ſuam deliberationem ſe determinet ad agendum hoc, vel aliud quidpiam, ob eam cauſam meritò appellatur libera, & verò eſt libera. Non enim intelligendum eſt voluntatem eſſe liberam omninò, ita vt à nullo pendeat, nullique ſubijciatur; hac enim libertate ſolum Deum liberum eſſe agnoſcimus, quippè qui ſit omnino liber à nullo depẽdens, nullius indigens, nulli ſubiectus, per ſe ſufficiens ad omnia, hæc autem libertas in nullam creaturam poteſt conuenire; ratio enim cuiuſuis creaturæ neceſſariam, & inſeparabilem continet dependentiam eius à creatore, tam in* Pererius.

A *exiſtentia, quàm in omni operatione; ergò libertas noſtræ volũtatis ea eſt, quæ poteſt competere creaturæ, nẽpè quæ ſeparat, & diſtinguit voluntatem ab agente naturali.* hæc ille: Et lib. 9. cap. 13. reſpondens ad argumentum Scoti inter alia ſic ait. *Ergo cauſa ſecunda non mouetur, niſi mota à prima, hoc eſt, niſi concurrente motione primæ, per quam ipſa cietur, dirigitur determinatur, & applicatur ad mouendum, ſed nõ mouet, ſecundùm modum mouendi, quem habet à prima, ſed mouet ſecundùm modum naturæ ſuæ, quæ quoniam eſt cõtingens, hinc neceſſariò efficitur, vt non ſolũ motio procedens à cauſa ſecunda ſit contingens, ſed etiam motio proficiſcens à cauſa prima; quoniam recipitur in cauſa*

B *ſecunda contingenti, etiam ipſa contingens eſſe debeat, et contingenter attingat effectum.* Hæc ibi. in hac ſententia perpetuus eſt. S. Tho. & explicat, & probat infra quæſt. 105. art. 4. & quinto, & quæſt. 106. articulo ſecundo, & quæſt. 111. art. ſecundo, & 1. 2. quæſt. 6. art. 1. ad tertium, & quæſt. 9. art. 4. & 6. & quæſt. 109. art. 1. & 9. & quæſt. 11. art. 4. & quæſt. 112. ar. 3. & 9. & 2. 2. q. 6. art. 1. in cor. & quol. 1. art. 1. & in 2. ſent. diſt. 25. q. 1. art. 2. ad primum, & in 3. contra gent. cap. 63. ratione 4. & cap. 70. ratione 3. & cap. 88. & 89. & cap. 149. ratione 1. & de Malo, q. 3. art. 3. in cor. & de Ver. q. 6. art. 3. ad tertium, & quæſt. 22. art. 8. in cor. & art. 9. in corpore. Quibus in lo- S. Thom.

C cis, & alijs ſupranotatis S. D. probat, & explicat diuinæ virtutis influxum in hominis volũtatem abſque præiudicio libertatis illius quam ſententiam, vbique defendit Auguſtinus, & præſertim in libro de gratia, & libero arbitrio, cap. 18. & 19. & lib. 1. contra duas epiſt. Pelagianorum, capit. 20. & alibi ſæpè. Verba D. Thomæ, & Auguſtini refert, & expendit Aluarez diſp. 23. de aux. additis etiam optimis argumentis. Auguſtin. Aluarez.

Quid ſit applicatio.

D Et quoniam diximus creatam voluntatem à Deo per phyſicum in eam influxum moueri, & ad agendum applicari, non erit prorſus inutile, ſi applicationis natura hic paucis fuerit explicata, vt poſtmodum non à ſolo Deo, ſed etiam à ſemetipſa voluntatem in qualibet operatione libera, ad agendum applicari de mente S. Thom. demõſtretur, vt uel ex hoc ſolo benè perpenſo ex phyſica Dei motione, ſiuè applicatione minimè lędi uoluntatis libertatem, qui oppoſitam tuentur ſententiam, agnoſcant. Videantque verum naturæ ordinem inter Dei motionem, ſiuè applicationem, & ipſius operationem voluntatis; Eſt igitur applicatio voluntatis conatus, ſiuè ordo quidam ipſius ad

E operationem vt nunc exercendam, vel potius vt actu exercitam.

Tres ſunt huius diffinitionis partes. Prima eſt illa; *conatus ſiuè ordo ad operationem*, per quam diſtinguitur ab ipſa operatione, vt præcedens quædam actualitas, & præparatio proxima: Dicitur autem conatus, ſiuè ordo ad operationem non prædicamentalis, ſed tranſcendens, qui proinde ab ipſa uoluntate non niſi formaliter diſtinguitur: ut patet ex dictis in pręcedente controuerſia. Secunda partic. eſt

Digitized by Google

tic.eſt illa, *vt nunc exercendam.* qua diſtinguitur uoluntas à ſeipſa nondum ad operationem applicata, tunc enim ordinem habet ad operationem tantum in communi, cum ad multas operationum ſpecies ſit indifferens, poſsitque ad quamlibet earum liberè determinari; poſita verò applicatione vnã duntaxat ſingularem hic, & nunc reſpicit operationem. Tertia particula eſt illa, *vel potius vt actu exercitam;* qua ſignificatur non eſſe prioritatẽ aliquam temporis, ſed inſtantis naturæ, quæ eſt prioritas cauſalitatis inter applicationem voluntatis, & operationem, ad quam prius voluntas erat in potentia ab actu ſeparata. Et quoniam hæc applicatio eſt actualis ordo potentiæ ad agendum, quę eſt actualis tendentia ad agendum, quæ habet eſſe tãtùm in fieri, nec durat niſi actione durante, eaque ceſſante deſinit eſſe, atque ideo non eſt quid permanens, & infixum potentiæ, ſed illi, quandiu operatur, ſemper influxa, idcirco modum habet intentionis, & hoc nomine quandoque ſignificata fuit à S.Thom. vt ſupra notauimus. De hac agit Aluarez. diſp. 19.

Applicationem voluntatis ad liberam operationem non à ſolo Deo fieri, ſed etiam à voluntate.

HAec verò applicatio ſecundæ cauſæ liberæ ad operationem, quam ſupra diximus eſſe modum quendam realem, diſtinctum realiter metaphyſicè ab ipſa ſecunda cauſa abſolutè, ſiuè ſecundùm eius actum primum conſiderata, duplex eſt. Altera, quæ à ſolo Deo eſt, ad quam merè paſsiuè ſe habet creata voluntas, vt ait S.Doct. de Potentia quæſt. 3. artic. 7. ad ſeptimum, vbi ſic loquitur: *In operatione, qua Deus operatur mouendo naturam, nõ operatur ipſa natura:* & hæc applicatio præuenit inſtanti naturæ, ſaltem à quo, non ſolùm operationẽ voluntatis, ſed eam etiam applicationem, qua liberè ſeipſam applicat voluntas ad agendum. De hac præueniente à Deo facta voluntatis applicatione loquitur diuina ſcriptura Ezech. 36. dicens: *Faciam, vt in iuſtificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obſeruetis, & faciatis:* Et Diuus Auguſtinus loco ſupra notato, ſcilicet de Gratia, & libero arbitrio cap. 16. Altera applicatio eſt, qua voluntas à Dei motione præuenta ſeipſam liberè applicat ad agendum. Et quemadmodum illa prior, ſic & hæc altera poſterior modus quidam eſt realis additus creatæ voluntati ab ipſa non omninò realiter, ſed tantùm realiter metaphyſicè diſtinctus: quo etiam diſtinctionis modo prior applicatio à poſteriori diſtinguitur. Quam diſtinctionem alibi diximus eſſe ſufficientem, vt ea applicatio, qua ſeipſam applicat creata voluntas, ab ea cauſetur, q̃ prius efficit Deus, ita vt prior quidem applicatio ſit à ſolo Deo, poſterior verò non ſit à ſola voluntate, ſed etiam à Deo, qui media illa præueniente applicatione facit, vt ſeipſam voluntas applicet ad volendũ: adeo vt poſterior hæc applicatio magis, & prius à Deo primo mouente dependeat, quã ab ipſa voluntate; ſicut etiam omnis operatio, & effectus ſecundæ cauſæ magis dependet à cauſa prima, quàm à ſecunda. Vt ait Ariſto. 8. phyſ. tex. 33. Hanc doctrinam tradit S. Doctor infra quæſt. 105. ar. 4. ad ſecundum, & tertium, vbi ſic ait. *Moueri voluntariè, eſt moueri ex ſe, id eſt à principio intrinſeco, ſed illud principium intrinſecum poteſt eſſe à principio extrinſeco, & ſic moueri ex ſe, non repugnat ei, quòd eſt moueri ab alio.* & 1. 2. q. 9. artic. 4. ad primum ita reſpondet *De ratione voluntarij eſt, quod principium eius ſit intra ſe, ſed non oportet, quòd hoc principium intrinſecum, ſit primum principium non motum ab alio: Vndè motus voluntatis, & ſi habeat principium proximum intrinſecum, tamen principium primum eſt ab extra, ſicut, & principium primum motus naturalis eſt ab extra, quod ſcilicet mouet naturam;* Et in eadem qu. art. 3. Probat voluntatem mouere ſeipſam ad exercitium actus, & in 6. moueri à Deo ſicut ab exteriori principio; mouere autem ſeipſum ad exercitium actus, eſt applicare ſeipſum ad agendum: cũ ſit idem, quod facere, vt id, quod non agebat, iam incipiat agere. Quòd autem creata voluntas incipiat velle hoc, cum prius non vellet, poſitis etiam omnibus ad agendum requiſitis fieri nullo modo poteſt, niſi præuia mutatione aliqua in ipſa voluntatis potentia.

Nam, vt ſupra diximus, idem manens, idẽ ſemper facit idem, aut eiuſdem ſemper habet factionis negationem. Vt ſupra ſatis oſtendimus. Denique in prima ſecundæ quæſt. 16. art. 4. ad tertium docet S.Doct. voluntatem in quolibet actu vti ſeipſa ad conſentiendum, & eligendũ; ſed vſus rei alicuius idem eſt, quod applicatio rei illius ad operationem, vt ait idem S.Doct. eadem quęſt. 16. art. 1. igitur voluntas ſeipſam applicat ad agendum. Quod autem addit ibidem S.Doct. dicens. *Vnde, et operatio, ad quam applicamus rem aliquam, dicitur vſus eius, ſicut equitare eſt vſus equi, & percutere eſt vſus bacculi,* non ideo eſt appoſitum, vt explicet vſũ primò, & principaliter ſignificare operationẽ, ſed potius ad declarandum per extenſionem quandã vocabuli, & loquentium conſuetudinem rei etiam operationem vſum vocari, vt patet primò ex dictione coniunctiua, &, quæ vnam præſupponit ſignificationem, & aliam adiungit. Secundò, quia applicatio rei ad operationem eſt aliquid conueniens rei, prout diſtinguitur ab operatione, ſicut, cum dico, comparatio, vel proportio agẽtis ad actionem, ſignifico aliquid in agente ab actione diſtinctum, ſicut etiam, cum dico, aptitudo, vel proportio aut etiam applicatio animæ, ad corpus, ſignifico aliquid exiſtens in ipſa anima realiter diſtinctum à corpore. Sed de hac re ſatis ſuperius diximus. Porrò voluntatem ſeipſam mouere, ac determinare ad operandũ probat etiam Suarez pluribus argumentis in opuſcul. lib. 1. cap. 17.

Ad quos verò actus ſeipſam moueat, ac determinet voluntas, parum, aut nihil ad præſentem attinet controuerſiam, in qua de phyſica noſtræ volũtatis à Deo prædeterminatione, ſiue applicatione præcipuè diſputamus. Cum itaque fiat illa poſterior noſtræ voluntatis applicatio, & à Deo, & ab ipſa voluntate, non fit tamẽ à Deo prius inſtanti naturæ in quo, ſed tantùm à quo. Tota enim hæc applicatio

plicatio fit à Deo,& tota à voluntate, ſicut etiam quælibet operatio, & quilibet effectus totus eſt à Deo,& totus à cauſa ſecunda. Si itaque in priori aliquo inſtanti naturæ fit à Deo, iam nõ poterit in poſteriori alio inſtanti fieri à voluntate, cum iam tota ſit à Deo facta, nec fieri poſsit, quod iam factum eſt.

Deinde hæc applicatio eſt operatio vitalis,& libera,de cuius ratione eſt,vt ſit ab intrinſeco principio,ſcilicet à voluntate;igitur in nullo priori inſtanti naturæ a Deo eſt,in quo non ſit etiam a voluntate, quamuis ſecundùm rationem cauſæ mouentis, ac proindè prius inſtanti naturæ à quo ſit prius à Deo,quàm a voluntate.

Nec dici poteſt applicationem illam, aut quēcunque actum,vel effectum ſub vna ratione a Deo fieri, in priori inſtanti naturæ, & ſub alia produci a ſecunda cauſa,puta a voluntate in inſtanti ſequēte: nam quælibet ratio rei in propoſito idem eſt, quod res ipſa,ſi itaque tota res à Deo producitur, neceſſe eſt etiam, vt omnem rei rationem identicè producat;ſicut, & cauſa ſecunda eandem operationem producit, & omnem illius rationem identicè,& realiter.Sub diuerſa tamen ratione formali, prædictæ cauſæ eandem actionem,vel effectũ producunt: Nam Deus vt cauſa vniuerſalis, attingit per ſe primò rationem entis,inquantùm ens,ſecũdùm totam eius latitudinem; cauſa verò ſecunda eundem attingit effectum ſub ratione magis contracta.Cum itaque totus effectus, & quælibet eius ratio ſit realiter a cauſa prima, & ſecunda,non poteſt intelligi eundem effectum in uno inſtanti procedere a prima cauſa, & in alio à ſecunda ſub diuerſis quibuſcunque rationibus: alioquin opporteret intelligere eandem rem ſubſtãtialiter,& realiter bis produci,quod implicat contradictionem. Sed contra prædicta poteſt afferri celebris illa ꝓpoſitio cauſa prima prius influit, etiam (reſpectu eiuſdem effectus) quàm ſecunda.

Obiectio Caiet.

Reſpondetur cum Caiet.dictum illud non ita eſſe intelligendum,vt cauſa prima in aliquo inſtanti naturæ influat in effectum, vel operationem,in quo non influat ſecunda,ſed quòd prius influat, i. immediatius,& intimius,& independentius. Immediatius quidem,quia virtus primæ cauſæ coniũgit virtutem ſecundæ cum effectu; vndè ēt dicitur agere immediatè immediatione virtutis, & ob id videtur quodammodo prius attingere ipſum effectum. Propter quam cauſam neceſſe eſt dicere,qđ prima cauſa priùs influit prioritate cauſalitatis, quæ eſt prioritas inſtantis naturæ, non in quo, ſed à quo. Intimius verò attingit,quoniam,cum multæ ſint rationes in effectu, cauſa prima per ſe primò reſpicit eam, quæ magis eſt intima omnium, nempè rationem entis quidditatiuè ſumpti,in ordine tamẽ ad exiſtentiam.Hæc ſiquidem ratio remotis omnibus alijs remanet, cum ens ſit vltimũ in reſolutione,& quaſi omnium fundamentũ. Denique independentius agit cauſa prima, quia per ſe ſolam poſſet producere totam ſubſtantiam, & entitatem effectus abſque cauſa ſecunda coefficiēte.Cauſa verò ſecunda non poſſet abſque prima,&

A ideo dicitur illa prius agere, quia prius eſt,à quo non conuertitur conſequentia. Vnde cum dependens ſit poſterius cauſalitate eo, à quo dependet, & influxus cauſæ ſecundæ in actionē, & effectũ, & ipſa applicatio cauſę ſecũdæ depēdeat à prima,ſit vt influxus cauſæ ſecundæ dicatur eſſe natura poſterior influxu cauſæ primæ, ideſt inſtanti naturæ a quo,licèt non in quo.

Explicatur mens Caiet.

Vbi obſeruandum eſt,quòd Caietanus, eo in loco non agit de applicatione ſecundæ cauſæ ad operationem,ſed comparat cauſam primam, & ſecundam ad operationem cauſæ ſecundæ, & negat cauſam primam habere prioritatem naturæ reſpectu B talis operationis in comparatione ad ſecundam cauſam;ita ſcilicet,vt cauſa prima in priori inſtanti naturæ producat illam operationem,cauſa verò ſecunda in alio inſtanti; negat tamen cauſam primam agere aliquid præuium in cauſam ſecundā, quod ſcilicet ſit realiter ab ea diſtinctum. Simul inſinuans dari aliquid præuium a cauſa ſecunda minimè diſtinctum,dum ait motionem cauſæ primæ prius natura modificari in ſecunda,quam impellat eam ad agendum. Quæ modificatio nõ alio modo fieri,aut intelligi poteſt, quàm per applicationem virtutis ad agendum,iuxta modum ipſius virtutis; in hac enim virtute,ſiuè potentia eſt mo- C tio primæ cauſæ,immò ipſamet applicatio eſt motio præuia,qua prima cauſa mouet ſecundam iuxta illius exigentiam,& modum præcedens inſtanti naturæ ipſam actionem.Ex dictis patet id,quod ſecundo loco propoſuimus, videlicet liberum arbitrium prius inſtanti naturæ à quo, non in quo a Deo moueri,& applicari ad agendum,quàm ſeipſum moueat,vel applicet: nam, vt ſupra oſtendimus ex S.Thoma, eadem eſt ratio de omnibus ſecundis cauſis in ordine ad primam, cui ſunt eſſentialiter ſubordinatæ,ſiuè ſint naturaliter agentes, ſiuè liberę.

Vide ea,quæ doctè,& eleganter ſcribit Aluarez D diſput.23.

Reſolutio ſecundæ,& quartæ partis Controuerſiæ.

Liberum creatæ voluntatis arbitrium non tolli, ſed eſt ſtatui, ac perfici per efficacitatem, & infallibilitatem diuinæ prouidentiæ,prædeſtinationis, ac prædefinitionis.

QVintò examinandę ſimul ſunt ſecũda,& quarta propoſitæ controuerſiæ partes, in quas totius controuerſiæ pondus inclinat. Quod enim E in hac materia Illuſtrium egregia doctorum ingenia ſemper exercuit,illud eſt, quod modo quærimus,nimirum concordia diuinæ prouidentiæ prędeſtinationis,prædefinitionis æternæ, ac phyſicæ in tempore præmotionis,cum liberè voluntatis arbitrio,ſic enim ſtatuenda eſt prædictorum omniũ ad Deum pertinentium certitudo, & infallibilitas vt in nullo creatæ voluntatis minuatur libertas; è contra verò ſic tenenda eſt vera voluntatis libertas,vt prædictorum oĩum certitudo firma cõſiſtat.

Ap

Digitized by Google

Ad cuius euidentiam cõſiderandum eſt primò, iudicium vltimum, & efficax intellectus, adeo cõnexum eſſe cum actu voluntatis, qui eſt electio, vt illo poſito hanc quoque poni neceſſe ſit, non quidẽ abſoluta, ſed conditionata, quam ſuppoſitionis appellant, neceſsitate; Quod, ſi iudicium intellectus fuerit indifferens, aut determinatum quidem, ſed minimè efficax, remanebit indifferens ad vtramque partem contrarietatis, ſiue etiam contradictionis noſtra voluntas: Nam, vt ſupra quæſt. 19. artic. decimo, plenius diximus, electio, quæ proprius eſt actus liberi arbitrij, ſemper eſt cum actu imperij, quod eſt actus intellectus participans virtutẽ mouendi ex voluntate. Cum ergo Deus mouet efficaciter voluntatem, prius illuminat intellectum, & eo mediante proponit obiectum voluntati, & in eodem inſtanti influit etiam in voluntatem immediatè. Dupliciter itaque ad vnum, & eundem actũ in eodem inſtanti mouetur à Deo voluntas, ſcilicet moraliter, media apprehenſione intellectus illuminati, & phyſicè mouendo effectiuè ipſam voluntatis potentiam ad exercitium actus, per realẽ virtutis influxum modo ſuperius explicato; quæ voluntas ſic mota, mouet intellectum ad vltimum iudicium practicum. Ex quo ſequitur; Deum etiã in intellectum dupliciter operari, vno modo immediatè illuminando; alio modo mediatè mouendo ad exercitium actus media voluntate à Deo mota; quæ tamen etiam, vt antea diximus, ſemetipſam mouet. Quemadmodum igitur ſic Deus agit in intellectum, vt iudicium eius, & indifferentiã non deſtruat, ſed illuminando perficiat, ſic agit in voluntatem, vt libertatem eius, & indifferentiam nõ deſtruat, ſed perficiat, vt ait Propheta. *Perfice greſſus meos in ſemitis tuis, vt nõ moueantur veſtigia mea.*

Pſal. 9.

Conſiſtit autem indifferentia iudicij non ſolùm in hoc, quod eſt iudicare media non habere ſecundũ ſe neceſſariam connexionem cum fine, ſed eſſe ſecundùm ſe indifferentia, & eſſe in finem ordinabilia; verùm etiã in hoc potiſsimè, quod intellectus eſt indifferens ad vltimum iudicium practicum, & efficax, ad quod ſolus non ſufficit ſeipſum determinare, ſed eget motione voluntatis modo ſuperius explicato, in dicto ſcilicet artic. 10. quæſtione 15. Prio indifferentia iudicij fundatur in actualitate intellectus, ex qua procedit actus iudicij de mediorum indifferentia, & ordinabilitate in finẽ; poſterior autem magis ad illius potentialitatẽ pertinet, quàm actualitatem: nam cõuenit intellectui, quatenus mobilis eſt à voluntate. Ex quo fundamẽto benè perpenſo plura non exigui ponderis ſoluũtur argumenta; quibus à recentioribus phyſicæ motionis efficacitas impugnatur.

Explicatur diuinæ voluntatis, & virtutis efficacitas, et modus, quo noſtram ad actus liberos præmonet voluntatem.

SEcundò recolenda ſunt, quæ tradit D. Thom. in hoc articulo, & quæſtione decimanona, artic. octauo, vbi docet, ex infinita diuinæ voluntatis efficacia non ſolùm ſequi, vt fiant quæcunque fieri

A voluerit Deus, verùm etiam, vt eo fiant modo, quo diuinæ placuerit voluntati. Decreuit autem Deus, quædam fieri neceſſariò, & quędam contingenter, ſiuè liberè, vt debitus eſſet in rebus ordo, & vniuerſo non deeſſet abſoluta perfectio. Et ob eandẽ cauſam quibuſdam effectibus aptauit cauſas neceſſarias, quæ deficere non poſſunt, ex quibus effectus de neceſsitate proueniunt; quibuſdam autem alijs effectibus cauſas aptauit contingẽtes, aut liberas, ex quibus effectus contingentes, vel liberi prouenirent.

Prędefiniuit itaq; Deus æterna p̃definitione omnes effectus neceſſarios, & contingentes, & actus

B etiam liberos, ac modos eorum, quos effectus, & modos producit Deus in tempore per efficacem, & realem concurſum mira ſuauitate rerum naturis accommodatum, quẽ alijs vocibus prædefinitionem, prædeterminationem, applicationem, influxum in cauſas, & cum cauſis in operationes, & effectus nuncupamus: Nam, vt inquit S. Thom. de malo, quæſt. 6. art. vnico in corpore, *cum Deus omnia moueat ſecundùm rationem, ideſt modum mobiliũ, mouet etiam voluntatem ſecundùm eius conditionem, non vt ex neceſsitate, ſed vt indeterminatè ſe habeat ad multa;* & de Ver. q. 6. art. 3. ad tertium ſic ait: *Deus in voluntate agit non per modum neceſsitatis; quia vo-*

C *luntatem non cogit, ſed mouet eam non auferendo ei modum ſuum, qui in libertate ad vtrumlibet conſiſtit. & ideo, quamuis diuinæ voluntati nihil reſiſtat, tamen voluntas, & qualibet alia res exequitur diuinam voluntatem ſecundùm modum ſuum; quia & ipſum modum diuina voluntas rebus dedit, vt ſic eius voluntas impleretur;* & de potentia q. 3. art. 7. ad 13. ita reſpondet. *Voluntas dicitur habere dominium ſui actus, nõ per excluſionem cauſæ primæ, ſed quia cauſa prima non ita agit in voluntate, vt eam de neceſsitate ad vnum determinet: ſicut determinat naturam; & ideo determinatio actus relinquitur in poteſtate rationis, & voluntatis,* & in 2. ſent. diſt. 25. q. 1. art. 1. ad 3. ſic ait. *Deus opera-*

D *tur in omnibus; ita tamen, quòd in vnoquoque ſecundũ eius conditionem: Vnde in rebus naturalibus operatur ſicut miniſtrans virtutem agendi, & ſicut determinans naturam ad talem actionem: in libero autem arbitrio, hoc modo agit, vt virtutem agendi ſibi miniſtret, & ipſo operante liberum arbitrium agat, ſed tamen determinatio actionis, & finis in poteſtate liberi arbitrij conſtituitur; vnde remanet ſibi dominium ſui actus, licet non ita, ſicut primo agenti.* Denique prima ſecundæ quęſtione 10. art. 4. ad primum habet hæc aurea verba. *Voluntas diuina non ſolùm ſe extendit, vt aliquid fiat per rem, quam mouet, ſed et etiam eo modo fiat, quo congruit naturæ ipſius. Et ideo magis repugnaret diuinæ*

E *motioni, ſi voluntas ex neceſsitate moueretur, quod ſuæ naturæ non competit, quàm ſi moueatur liberè, prout cõpetit ſuæ naturæ.* In quibus dictis aduertendum eſt S. Doctorẽ affirmare determinationem actus, relinqui in poteſtate voluntatis, non tamen negare eandem determinationem à Deo fieri, vt prima cauſa in voluntate ſecundùm illius modum operante. Intendit enim ſtatuere differentiam inter motum, quo de Deus mouet cauſas neceſſarias, & motum, quo mouet cauſas contingentes, aut libe-

S. Thom.

ras

tas: Nam illas ita mouet, vt neceſsitate quadã ad vnum determinet, his verò nulla impoſita neceſsitate præmouet ad ſingulos actus determinatè, ita vt non in ſolius Dei poteſtate, & operatione, ſed in agentis liberi facultate poſita ſit actionis determinatio. Vnde etiam infra quæſt. 116. artic. 3. ſic ait. *Fatum ſecundùm conſiderationem ſecundarum cauſarũ mobile eſt, ſecundùm quòd ſubeſt diuinæ prouidentiæ immobilitatem ſortitur, non abſolutæ, ſed conditionatæ neceſsitatis.*

Itaque diuina præmotio, ſeu phyſicus influxus non deſtruit, ſed perficit voluntatis noſtræ libertatem, ſiuè præmotio ſit pertinens ad ordinem naturæ, ſiuè ad ordinem gratiæ, vt ea, qua mouetur voluntas ad actus ordinis ſupernaturalis. Quo fit, vt Deo hominis voluntatẽ phyſicè, & efficaciter mouente voluntas neceſſariò moueatur, non neceſsitate conſequentis, ſed conſequentię, non abſoluta, ſed conditionata, quæ eſt neceſsitas ſenſus compoſiti, non ſenſus diuiſi: Nam, quemadmodum facta ſuppoſitione, quòd voluntas ſeipſam moueat, neceſſe eſt ipſam moueri; ita facta ſuppoſitione, ꝙ Deus moueat voluntatem, neceſſe eſt a Deo moueri, implicat enim eſſe motum in mobili à mouente, & mobile non moueri; igitur, ſi Deus mouet voluntatem iuxta voluntatis naturam, ſcilicet liberè, neceſſe eſt neceſsitate non abſoluta, ſed ſuppoſitionis, vt voluntas moueatur. Cuius rationem aſsignat Sanctus Thomas in verbis paulò antè relatis ex prima ſecundæ quæſt. 10. articu. 4. ad primum; quia nimirum magis repugnaret diuinæ motioni, ſi voluntas ex neceſsitate moueretur, quod ſuæ naturę non competit, quàm ſi moueatur liberè, prout competit ſuæ naturæ; vt enim ſupra diximus, & ex Ariſt. Magis mouet primum mouens, quàm ſecundum: & prius, ideſt independentius; ſecundum verò non mouet, niſi depẽdenter a primo. Si ergo mouens ſecundum, virtute à primo dependente ſeipſum liberè mouet ad actus liberos, multò magis à primo agente Deo totius naturæ, & voluntatis auctore ad eoſdem actus liberè eliciendos mouebitur creata voluntas; alioquin iam non magis, ſed multò minus mouebit primum agens, quàm ſecundum, nec modus agendi liberè ex primi erit actione mouentis, ſed ab ipſo ſolùm agente ſecundo, quod iam non ſecundum, ſed primum erit in effectione modi, ac determinationis propriæ operationis, & effectus, quo nihil abſurdius, quodque diuinæ magis dedeceat operationis excellentiam, dici, cogitatiuè poteſt.

Influxum primæ cauſæ in voluntate receptum eſſe indifferentem, & tamen infallibilem.

Caiet. TErtiò recolendum eſt id, quòd ſupra diximus cum Caietano, nimirum motum primi mouẽtis prius ſecundùm intelligentiam noſtram modificari in ſecunda cauſa, quàm ad mouẽdum impellat. Et quia cauſa proxima, quæ eſt voluntas, eſt ſimpliciter libera, ideo applicatio; & actio voluntatis ſimpliciter eſt libera; & quia Deus eſt cauſa

A efficaciſsima, immutabilis, & infallibilis, idcircò noſtræ voluntatis operatio, vt ad Deum refertur, dicitur infallibilis: quæ infallibilitas nõ repugnat libertati: Nam diuinus influxus poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo, vt recipitur in voluntate, & ſic eſt indifferens; quia recipitur per modum voluntatis; qui modus eſt indifferenter ſe habere ad vtrumque oppoſitorum. Alio modo, vt eſt à diuina voluntate efficaciſsima, & ſic determinationẽ habet infallibilitatis, quæ non repugnat, ſed maximè conſonat libertati.

Quare ex hoc ipſo, quòd Deus conſtituit dare influxum iuxta modum, & naturã liberi arbitrij,
B conſtituit etiam dare, ideſt, offert, & dat influxum ſimpliciter indifferentem; quia, vt modificatur libertate volũtatis, indifferens eſt, quamuis in ordine ad diuinæ voluntatis efficacitatem, ac prouidẽtiam Dei infallibilem non ſit indifferens, ſed infallibilis, & ideò determinatus determinatione non deſtruente libertatem.

Ad cuius euidentiam diligenter conſiderandũ eſt, quòd, quemadmodum Deus eſt cauſa eminentiſsima continens uirtualiter, & excellẽter omnes cauſandi modos, qui poſsint creatis cauſis conuenire; ita eius influxus in ſecundas cauſas eminentior eſt quocunque modo ſecundarum cauſarum;
C ex qua eminentia duo ſibi vendicat. Vnum eſt, vt ſecundis cauſis ſuauiter cooperetur iuxta earũ naturas; propter quam ſuauem cooperationem dicitur in eis modificari. Alterum eſt, vt ſecundas cauſas infallibiliter ordinet ad earum effectus.

Cum itaque duo ſint in influxu diuino, ſcilicet virtualis continentia, cuiuſuis modi ſecundarum cauſarum, & eminentia, qua omnem earum modũ ſuperexcedit, ex virtuali continentia ſuauem habet agendi modum cuiuslibet cauſæ modo attemperatum; ex eminentia verò infallibilitatem ſortitur ordinis, & euentus. Planius dico: ex virtuali cõtinentia ſibi vendicat, vt in ſecunda cauſa libera
D receptus nullam imponat illi neceſsitatem, ſed illam abſolutè indifferentem relinquat; ex eminentia verò vim habet determinandi, hoc eſt infallibiliter ordinandi eandem cauſam liberam ad hanc operationem hic, & nunc liberè exercendam.

Hinc apparet, quomodo voluntas habeat in ſua poteſtate diuinum concurſum, ſiuè influxum, aut præmotionem. Quamuis enim hic influxus verè ſubiiciat Deo voluntatem, quodammodo tamen eſt in poteſtate voluntatis, quatenus in actu exercito modificatur libertate, & natura voluntatis. Quod maximè conſonat decreto Sacri Cõcilij Tridentini, quòd moderni prædicti contra nos vehementer vrgent, & exaggerant. Decernit enim ſeſſ. 6. cap. 4. & 6. liberum arbitrium poſſe diuinam inſpirationem abijcere, & alia ſimilia, quæ ex his, quæ hucuſque diximus, apparent veriſsima: Nam qualitas, ſiuè modus operationis, & effectus iudicandus eſt ex ordine, quem habet ad propriam, & proximam cauſam; conſtat autem ex dictis propriam, & proximam cauſam humanorum actuũ, quæ eſt voluntas, liberam eſſe, & indifferentem ad

Influxus Dei quod ſit in poteſtate volũtatis.

Concil. Trid.

E

Xxx vtrumque

Digitized by Google

vtrumque oppoſitorum etiam recepta in ſe phyſica illa præmotione, quod optimè explicauit Ferrarienſis in tertio contra gent. capitulo 89. Dicens dupliciter intelligi poſſe voluntatem habere perfectè effectum, ſiuè actum in ſua poteſtate; vno modo, quia poteſt illum producere, & non producere, & à nulla alia cauſa dependentiam habet in illius effectus productione; & hoc modo, nec voluntas, nec quæcunque alia cauſa creata habet perfectè actum, vel effectum in ſua poteſtate, quia omnis cauſa creata neceſſariò depēdet à prima, ſicut in eſſendo, ita & in causādo. Alio modo poteſt intelligi voluntatem habere perfectè actum, vel effectum in ſua poteſtate; quia poteſt effectum producere, & nō producere ſuppoſito influxu primæ cauſæ, à qua dependet, & à nulla cauſa ad producendum, aut non ad producendum neceſsitatur: & hoc modo voluntas habet perfectè in ſua poteſtate volitionem ſuam, nec requiritur, vt cauſatio ſuperioris cauſæ, ſit in eius poteſtate, aut vt ſe ſola poſsit actum, vel effectum producere; ſed ſufficit, vt ſe ſola tanquam proximo agente poſsit illum efficere, & vt in eius poteſtate ſit cauſatio cauſæ concurrentis ſui ordinis, quæ ſcilicet ſit cauſa proxima. Hæc ferè ad verbum ex Ferrarienſ. Ex quibus omnibus rationi valdè conſonis, & in doctrina D. Tho. manifeſtis, & ſacrarum litterarum oraculis; ac Sanctorum Patrum teſtimonijs roboratis, quæ paſsim ab alijs expoſitoribus, & doctoribus Thomiſtis referuntur, non erit difficile videre liberę voluntatis concordiam cum prædictis omnibus, videlicet æterna prædefinitione, phyſica pręmotione, certitudine, & infallibilitate diuinæ prouidentiæ, & voluntatis. Nullum enim prædictorum voluntatem neceſsitat, aut tollit eius indifferentiam ad vtrūque oppoſitorum, aut denique immutat eius naturam, & modum liberè operandi, cum tamen interim certiſsimus maneat ordo diuinæ prouidentię, ac prædeſtinationis, & infallibilę diuinæ voluntatis decretum; vt paulò ante monſtrauimus.

Ferrarien.

Ad quorum ampliorem euidentiam ſciendum eſt primò, voluntati creatæ duplicem indifferentiam conuenire, alteram in ordine ad præuiam Dei motionem, qua Deus, vt primum mouens, & prima cauſa voluntatem applicat ad hoc, aut illud determinatè volendum: & hæc nuncupatur indifferentia paſsiua; quoniam, vt ante diximus, in hac prima Dei motione voluntas nihil agit, ſed merè paſſiuè ſe habet recipiendo diuinæ virtutis influxum. Fundatur autem hæc indifferentia primò quidem in libero diuinæ voluntatis arbitrio, à quo poteſt voluntas creata moueri, & non moueri, & ad hoc, vel ad illud liberè volendum applicari. Secūdò verò fundamentum habet in ipſa natura creatæ volūtatis, quæ non eſt ad vnum naturaliter determinata, ſicut aliæ irrationales rerum naturæ. Huic indifferentiæ opponitur ea determinatio, quam efficit Deus in voluntate mouendo illam, & applicādo ad aliquid determinatè volendum.

Altera indifferentia conuenit voluntati creatæ ex eius actiua facultate, qua liberè ſeipſam poteſt

A ad hunc, aut illum actum determinare: & ideò vocatur hæc indifferentia voluntatis actiua, cui opponitur ea determinatio, quam efficit in ſeipſa voluntas à Deo mota, mouēdo ſeipſam ad aliquid determinatè volendum, ad illud, ſcilicet ad quod prius à Deo fuerat applicata.

Secundò. Notandum eſt, duplicem eſſe potentiæ indifferentiam, ſeu indeterminationem: Altera eſt, quæ opponitur determinationi naturali, qua determinatur aliquid ad vnum ex neceſsitate, ſicut ignis ad calefaciendum, & Ouis ad diligendū, & lactandum Agnum: & hæc indifferētia in ratione clauditur intima libertatis; non enim libera po-

B teſt eſſe potentia in operis exercitio, quæ eſt ad vnum naturaliter determinata: neceſſe eſt igitur hunc indeterminationis modum ſemper adeſſe voluntati, etiam dum actu vult, alioquin non liberè vellet, ſed neceſſariò: Altera indifferentia eſt, quæ opponitur liberæ determinationi, ac proinde negationem, ſeu priuationem actus importat cum potentialitate ad eundem in operatiua potentia: & hæc conuenit creatæ voluntati eo tempore, quo non mouetur à Deo efficaciter, atque adeò nec ſeipſam mouet ad operandum. Hæc verò indifferentia ad eſſentiam non attinet libertatis, ſed eius imperfectio eſt illi conueniens hoc ipſo, quod actuali

C caret operatione, propter quam liberè eliciendam eſt inſtituta. Si namque de ratione libertatis eſſet hæc indifferentia, conſequens eſſet, tunc non eſſe liberam voluntatem, cum ad uolendum aliquid ſeipſam determinat, & actum elicit volitionis.

Quamuis autem voluntas in priori inſtanti naturæ determinetur à Deo, poteſt tamen ſeipſam in alio poſteriori inſtanti determinare; quoniam, vt ante diximus, voluntas duplicem habet indeterminationem, alteram paſsiuam in ordine ad Deum, & alteram actiuam in ordine ad ſeipſam; & ideò remota prima indeterminatione per diuinæ voluntatis influxum, remanet adhuc ſecunda, quæ tolli-

D tur a uoluntate liberè ſeipſam ad operabdum applicante. Recipitur enim illa diuina motio in uoluntate ſecundùm modum ipſius uolūtatis, & prius natura modificatur in ea, quàm impellat uoluntatem ad volendum, adeo ut uoluntas in illo priori, quo mouetur, & applicatur à Deo, non intelligatur niſi inchoatiuè determinata. Cum enim motio illa ad hoc à Deo dirigatur, vt faciat uoluntatem hoc, aut illud determinatè uelle, non intelligitur completus illius effectus, niſi poſtquam uoluntas à Deo mota ſeipſam mouit ad determinatè uolendum. Quamuis igitur ſint hic uerè duæ motiones eſſentialiter ordinatæ, ſunt tamen uelut una conſi-

E derandæ; cum etiam ad unum effectum ambæ dirigantur, ad producendum, ſcilicet actum uoluntatis determinatum; & ideò uoluntas, recepta diuina motione, antequàm ſeipſam determinet, intelligitur, ſicut uerè eſt, indifferens, & indeterminata.

Vltima

Digitized by Google

Vltima pars Controuerſiæ.

An infallibilitas euentus, cum eiuſdem contingentia, ſiuè libertate conſentiat.

Status Controuerſiæ, & ſententiæ Expoſitorum.

IAm verò de conſenſu infallibilitatis euentus liberi cum eiuſdem contingentia, ſiuè libertate, & indifferentia diſſeramus. Habet autem poſtrema hæc Controuerſiæ pars maximam cum duabus præcedentibus affinitatem, quamuis ſimpliciter ſit ab vtraque diſtincta, vt ſcitè docet Caietanus hic in reſponſione ad primum argumẽtum D. Thomæ, eſtque omnium grauiſsima, ac difficillima, & forſan ab humano intellectu inſuperabilis. Quæſtionem hanc prius videtur Aureolus excitaſſe apud Capreolum in primo ſentent. diſt. 40. articulo 3. cuius argumenta præcipua ibidem à Capreolo propoſita, & ſoluta hic amplificat Caietanus. Conſiſtit autem huius difficultatis nodus in duobus. Primum eſt differentia, quam apertè ſignificat S. Thom. in reſponſione ad primum argumentum inter hæc tria, videlicet. A contingenter, ſiuè liberè euenire; A neceſſariò euenire, & A infallibiliter euenire: Nam A contingenter, ſiuè liberè euenire, importat ordinem ad cauſam in actu; habentem potentiam ad vtrumlibet. A verò neceſſariò euenire, importat ordinem ad cauſam in actu, quæ non poteſt ab eius cauſalitate deficere, ſed A infallibiliter euenire, communius quiddam eſt; quia tam contingentia, quàm neceſſaria ſequũtur diuinam prouidentiam in actu poſitam infallibiliter, ſiuè ineuitabiliter, vt hic etiam docet S. Tho. & tamen illa fiunt contingenter, hæc neceſſariò. Secundum, in quo præcipuè poſita eſt hæc difficultas, eſt prædictæ infallibilitatis conſenſus, ſiuè cõnexio cum libero euentu operationum liberi arbitrij, & ſimiliter cum ambiguo euentu aliorum contingentium: Nam vt aduertit Caietanus, quamuis difficile non ſit ſaluare naturam cauſæ liberæ, cũ dicta infallibilitate, eo quòd per eam nihil auffertur, aut datur cauſæ ad vtrumlibet; maxima tamẽ eſt difficultas ſaluare dictam infallibilitatem, cũ indifferentia, ſiuè libertate executionis, ſeu euentus: Nam, ſi omnia inuitabiliter eueniunt, vana erunt vniuerſa conſilia, conatus, & exhortationes ad bonum, vt expreſsius deducemus inter argumenta.

Caiet. | Aureolus. Capreol. | Caiet. | Caiet.

Caietanus tria dicit: Primum eſt Deum ex ſua altiori, quàm cogitare poſſumus excellẽtia, ſic rebus, euentibuſque prouidere, vt ad eſſe prouiſum à Deo, ſequatur aliquid altius, quàm euitabilitas, vel ineuitabilitas. Secundum, non propterea eſſe negandum aliquid eorum, quæ ad diuinam immutabilitatem, actualitatem, efficaciam, certitudinem, atque vniuerſalitatem ſcimus pertinere, aut ex fide tenemus. Nec Doctores, qui per infallibilitatem ordinis diuinæ electionis ad euẽtus omnes perfectiones iam dictas explicare voluerunt, eſſe condemnandos; Addit verò ſe tantùm ſuſpicari aliquid occultũ latere, vel ex parte ordinis, qui eſt inter Deum, & euentum prouiſum, vel ex glutino inter ipſum euentum, & eſſe prouiſum. Tertium eſt optimum, & ſalubre conſilium eſſe in re propoſita inchoare ab ijs, quæ certa experientia in nobis agnoſcimus, nimirum actiones, & effectus omnes ex libero noſtro arbitrio dependentes euitabiles à nobis eſſe; atque ideo nos effici dignos pena, vel præmio, quamuis videre minimè liceat, quomodo id cum diuinæ prouidentiæ, ac prædeſtinationis certitudine, & immutabilitate conueniat, ſed à quouis fideli piè, & ſanctè credendum eſſe.

Syluester.

Syluester ſuper hoc art. dicit nouem. Primum: Actus diuinæ voluntatis, cum ſemper ſit in egrediendo à diuina voluntate, & nunquam tranſiens in præteritum, ſemper eſt in ſua libertate. Secundum: Deus in eodem nunc æternitatis poteſt in oppoſita, quod nos non poſſumus in vno nunc temporis noſtri; quo fit, vt, ſicut dicit S. Thom. de potẽtia, Voluntas Dei quo ad facienda adhuc non ſit determinata, ſcilicet propriè, ſic quòd non poſsit in oppoſita ſine mutatione. Tertium, quod eſt Scoti: Nunc Deus ſic comparatur ad ea, quæ futura ſunt, ac ſi nunc primò inciperet deliberare de eis. Quartum eiuſdem: In hac materia fallimur; quia ad actum elicitum in æternitate ſemper recurrimus, vt ad aliquid præteritum. Quintum voluntatem Dei non poſſumus dicere determinatam ad vnum propriè, ideſt ſic, quod non poſsit in oppoſitũ ſine mutatione ante inſtans, in quo aliud ponitur extra Deum; eſt tamen ſemper in æternitate determinata impropriè, ideſt in ipſo egredi; ita quòd poteſt in oppoſitum.

Sextum: Voluntas Dei eſt ab æterno determinata, impropriè ſumendo particulam illam, ab æterno, ideſt in æternitate, quæ tamen nõ fuit ante hoc inſtans, cum nunquam ſit præterita, niſi ad hunc ſenſum, quia coexiſtit preteritis.

Septimum: Voluntas Dei ex parte ſui determinatur ſimul ad omnia impropriè; quia eſt in ipſo egredi, vel determinari; propriè autem determinatur poſita creatura in rerum natura, quæ eſt cauſa ſine qua non determinationis, vnde ſucceſsio determinationis non eſt ex parte Dei, ſed ex parte rerum.

Octauum: falſum eſt id, quod implicitè dicit Caietanus, quod idem ſit euenire infallibiliter, & ineuitabiliter; nam omne contingens prouiſum à Deo euenit euitabiliter; quia Deus poteſt illud nõ prouidere vſque ad illud inſtans, in quo ponitur; quia poteſt neſcire, quod ſcit ſcientia uiſionis practica, & ſcire, quod neſcit, vt probat S. Th. in 1. diſt. 39. & ſimiliter ſua cauſa poteſt impediri, & tamen infallibiliter euenit, quia Deus non poteſt falli.

Nonum: non poteſt dari aliquid altius euitabili, & ineuitabili, quod neutrũ horum ſit; quia iſta opponuntur contradictoriè. Hoc vltimum dictum ſequitur Ferrarienſis in 3. cont. gentiles, capit. 94. & alij expoſitores D. Tho. communiter ſuper hoc articulo. Ripa ſententiam Caietani magis excuſare videtur, quàm tueri.

Ferrar. | Ripa.

Reſolutio.

Diſtinguitur euitabile, & ineuitabile, & defenditur ſententia Caietani.

ET quoniam ſententia Caietani probabilitate non caret, idcircò aduerſus impugnatorum argumenta paulò ſolidius eſt munienda.

Sciendum eſt igitur primò ineuitabile dupliciter ſumi poſſe; vno modo negatiuè, prout ſcilicet dicit formaliter negationem euitabilis, & in hoc ſenſu neceſſe eſt dicere, omnem effectum, etiam in ordine ad diuinam prouidentiam eſſe, aut euitabilem: aut ineuitabilem; quia de quolibet verum eſt affirmare, vel negare, nec inter contradictoria poteſt dari medium. Conſtat autem ineuitabile negatiuè ſũptum opponi contradictoriè euitabili, ſicut incorruptibile negatiuè ſumptum opponitur corruptibili contradictoriè. Cum itaque falſum ſit futuros rerum euentus eſſe euitabiles in ordine ad diuinam prouidentiam, vt infrà probabitur; relinquitur eos eſſe ineuitabiles negatiuè; neq; rei eminentia maior, quàm dici, aut cogitari poteſt, ſufficit ad tollendam contradictionem, vt quidam exiſtimarunt. Nam illud principium: *De quolibet verum eſt affirmare, vel negare*, veriſsimum eſt de qualibet quantumuis eminentiſsima re in ordine ad quodcunque prædicatum; vt patet dicendo; aut Deus eſt corpus, aut non eſt corpus, aut Deus eſt albus, aut non eſt albus, &c. Negatiuæ enim veræ ſunt, & affirmatiuæ falſæ.

Alio modo poteſt ſumi ineuitabile poſitiuè, ſiuè contrariè, vel diſparatè; quemadmodum etiam poteſt ſumi incorruptibile poſitiuè, ſiuè cõtrariè, quatenus dicit rationem, aut modum talis entis, cui repugnat corruptio, & ſic ſumpta ineuitabilitas eſt diſpoſitio rebus mobilibus inhærens, per q̃ diuina prouidentia ſuis quæquè nectit ordinibus, quæ eſt fati diffinitio aſsignata à Boetio in quarto de conſolatione, quam explicat S. Tho infra qu. 116. art. 1. & ſequentibus; ac proinde infallibilitas poſitiuè dicta idem erit, quod fatum, quod nihil aliud eſt, quam certa quędam ordinis diſpoſitio, vt ibidem explicat S. Thomas, & hic in tertio argumento, & eius reſponſione dicens indiſſolubilitatem, & immutabilitatem, quam tangit Boetius, pertinere ad certitudinem prouidentiæ, quæ non deficit à ſuo effectu, neque à modo eueniendi, quem prouidit. Cum igitur inter duo contraria poſsit dari medium per abnegationem vtriuſque contrarij, præſertim in re eminẽtiori, ſatis apparet rationabile, quod hic docet Caietanus poſſe nimirũ aſsignari quid altius euitabili, & ineuitabili prædicto modo ſumpto; ſicut etiam ſumendo corruptibile, & incorruptibile cõtrariè, datur in Deo aliquid altius vtraque differentia ſiuè modo; quoniã Deus eminenter vtrumque continet, & neutrum formaliter eſt.

S. Thom. Ineuitabilitas poſitiuè idem eſt, quod fatum, ſiuẽ quid ſit Boetius.

Euitabile dupliciter.

Secundo aduertendum eſt euitabile poſſe dupliciter ſumi; vno modo, prout opponitur neceſſario, & ſic dicit ordinem ad cauſam proximam contingentem, ſiuè liberam, habentem potentiam ad vtrumlibet. Alio modo, vt opponitur ineuitabili cõtrariè, & ſic dicit ordinem ad cauſam primam, ſicut etiam ineuitabile contrariè ſumptum. Cũ ergo quæritur, an dicendum ſit, effectum, vel actum liberi arbitrij à Deo prouiſum, non eſſe ſimpliciter euitabilem, an cum addito, ſcilicet in ordine ad diuinam prouidentiam, diſtinguendum eſt: Nam, ſi ſumatur euitabile, vt opponitur neceſſario, dicendum eſt omnem actum, & effectum liberi arbitrij eſſe ſimpliciter euitabilem; cum liberè à voluntate producatur, tanquam propria, & proxima cauſa habente in ſua facultate producere, & non producere. Si verò ſumatur euitabile, vt opponitur ineuitabili contrariè; quoniam hæ differentiæ, ſiuè modi attẽduntur in actibus, ac effectibus per comparationem ad primam cauſam, dicendũ eſt neutrum illis conuenire, ſed aliquid altius euitabili, & ineuitabili ſic ſumptis; quod quidem altius fundat negationem vtriuſque.

Tertio. Recolenda ſunt, quæ ſupra diximus qu. 14. Controuerſia quarta, de actibus diuini intellectus, & voluntatis, tam ſecundùm ſe, quàm, vt ſignificantur per propoſitiones de præterito, aut de futuro. In qua re Syluester ibidem relatus diuersã ab ea, quam ſupra retulimus, videtur habere ſentẽtiam; Ex dictis igitur in dicto loco ſequitur, Deum ab æterno ante omnia tempora prædefiniuiſſe omnes, & ſingulos actus, & effectus liberi arbitrij creati. Et quamuis idem ſit nunc in tota æternitate coexiſtens omnibus temporis differentijs, & cõſequenter actus diuini intellectus, & voluntatis ſit ſemper quaſi in egredi, & ſemper præſens, (propter quod, vt ibidem dictum eſt, Deus habet potẽtiam, vt non ſciuerit, aut non voluerit Antichriſtũ eſſe futurum) quia tamen ante omnem temporis, & rerum productionem verum fuit Deum prædefinire futuros actus, & euentus ex libero arbitrio creato, ac proinde diuinam voluntatem eſſe tunc, ideſt ab æterno antè mundi creationem ad talium actuum, & euentuum productionem determinatam. Idcirco exiſtimo tria dicta Syluestri, nimirum quintum, ſextum, & ſeptimum, eſſe abſolutè falſa, quatenus negant propriè fuiſſe ab æterno determinatam diuinam voluntatem: Nam, licet actus diuini propter æternitatis amplitudinem coexiſtãt tempori noſtro, in quo vt præſentes, & quaſi in egredi à nobis conſiderantur; verius tamen, ac magis propriè conſiderantur, & ſignificantur vt ab æterno perfecti, dicendo Deum ſemper prædefiniuiſſe, & prȩuidiſſe, quã dicendo Deum prædefinire, aut præuidere: ſicut de generatione filij ex Gregorio, & Auguſtino docet infra S. Thom. q. 42. art. 2. ad quartum, melius eſſe, vt dicatur filius ſemper natus, vt dictio, *ſemper*, deſignet permanentiam ęternitatis, & dictio, *natus*, perfectionẽ geniti. Nam verè, & propriè, in toto illo tractu infinito tẽporis immaginarij, quo intelligimus æternitatẽ anteceſſiſſe temporis realis durationem, perfecti erãt omnes diuini actus; quod verò creato tempore eidem etiam coexiſtant, & præſentes ſint, & nunquam in præteritum tranſeant, non tollit anteceſsionem prædictam, & conſequenter, nec prædefinitionem, ſiuè

Syluester varius.

Tria dicta Syluestri falſa.

D. Tho.

ſiuè prædeterminationem propriè dictam.

Poſtremò obſeruandum eſt, differentiam eſſe inter infallibile, & ineuitabile; quòd infallibile aliquid dicitur per ordinem ad diuinam prouidentiam, cuius ordo nexum habet indiſſolubilem, & immobilem, vt ait Boetius; ac per hoc dicũtur rerum euentus ex ordine diuinæ prouidentiæ infallibiles, quatenus in eis nũquam fallitur, ſed ſemper adimpletur prouiſoris intentio, & efficacitas voluntatis.

Ineuitabile verò duplicem dicit reſpectum; vnum explicitè ad ſecundam cauſam, à quo reſpectu trahit denominationem. Dicitur enim euẽtus ineuitabilis, quem ſecunda cauſa euitare non poteſt: alium reſpectum dicit implicitè ad primam cauſam, quæ eſt diuina prouidentia, ex cuius ordine infallibili procedit: Vnde ineuitabilis propriè dicitur euentus à ſecunda cauſa, quatenus ab ea, vt ſubſtat ordini diuinæ prouidentiæ, vitari nõ poteſt; quamuis ab ea abſolute ſumpta ſit euitabilis; Et ex hiis patet etiã falſitas octaui dicti Sylueſtri.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio. Deus ab æterno ſuæ voluntatis abſoluto, & efficaci decreto prædefiniuit omnem actum bonum liberi arbitrij creati, antequam præſciret abſoluta, aut conditionata ſcientia conditione pendente à libero arbitrio creato eſſe producendum, & antequam voluerit applicari cauſas ſecundas, quæ illum actum ſunt producturæ.

Secunda concluſio. Prædefinitio omnium actuum bonorum, tam naturalis, quàm ſupernaturalis ordinis, eſt neceſſaria ad diuinæ prouidentiæ perfectionem, & creatæ libertati conſentanea.

Tertia concluſio. Prædefinitio actuum liberorũ non neceſſariò præ requirit ſcientiam mediam.

Quarta concluſio. Præmotio phyſica non eſt quid omnino realiter diſtinctum à voluntate mota, ſed formaliter, realiter, ſiuè modaliter tantum, ſiuè realiter metaphyſicè.

Quinta concluſio. Motio moralis inefficax eſt, & incerta, id eſt incertum habens euentum.

Sexta concluſio. Præciſa Phyſica prædeterminatione, non ſufficit collectio omnium cauſarum, & circumſtantiarum, tam naturalium, quàm ſupernaturalium ad certitudinem diuinæ prouidentiæ in actibus liberis creatæ voluntatis.

Septima concluſio. Vt certus, & infallibilis ſit ordo diuinæ prouidentiæ, ac prędeſtinationis, neceſſaria eſt Phyſica prædeterminatio omnium actuum bonorum in particulari.

Octaua concluſio. Voluntas creata non a ſolo Deo mouetur, & applicatur ad actus liberos, ſed etiam a ſemetipſa.

Nona concluſio. Applicatio voluntatis, eſt conatus, ſiuè ordo quidam tranſcendens ad operationem, ut nunc exercendam, uel potius, vt actu exercitam.

Decima concluſio. Temporalis prædeterminatio, ſiuè præmotio efficax, qua Deus ad ſingulos

A bonos actus mouet voluntatem, non deſtruit illius libertatem.

Vndecima concluſio. Certitudo, & infallibilitas diuinæ prouidentiæ, optimè conuenit cum libero arbitrio.

Duodecima concluſio. Infallibilitas euentus liberi, cum eiuſdem contingentia, ſiuè libertate benè conſentit.

Tertiadecima cõcluſio. Probabile eſt dari quid altius euitabilitate, & ineuitabilitate.

14. Concluſio. Probabile eſt euentus omnes, ex ordine ad diuinam prouidentiã eſſe ineuitabiles.

B *Argumenta, & ſolutiones.*

COntra primam, & tertiam concluſionem Argumentatur Suarez in Opuſc. lib. 2. ca. 7. nu. 3. Si Deus abſque ſcientia conditionata futurorũ prædefiniret actum uoluntatis meæ, non poſſet nõ applicare media, quibus meam voluntatem ad talem actum eſiciendum prædeterminaret; ſed hæc prædeterminatio repugnat libertati; ergo. Maior probatur; quia prædefinitio infallibiliter, & efficaciter debet impleri; ergo oportet, vt ex vi eius moueatur voluntas humana, vt omnino infallibiliter efficiat actum prædefinitum; ergo, ſi illa motio nõ C poteſt eſſe infallibilis ex præſcientia conditionata, oportet, vt ſit infallibilis ex efficacia ſua, atque adeo, vt prædeterminet omninò voluntatem. Minor (inquit) ſupra probata eſt. Suarez.

Idem cap. 4. eiuſdem libri multorum affert Sanctorum dicta pro ſua ſententia, quibus alia Vaſquez adiungit: ſed eorum ſenſum egregiè declarat Aluarez diſp. 22. in reſp. ad primum argumentum. Ad rationem autem Suarezij dico falſam eſſe minorem, vt oſtenſum eſt ſupra quæſt. 19. art. 10. & patebit etiam eius falſitas ex dicendis circa ſolutiones argumentorum contra ſeptimam, & decimam concluſionem.

D Contra ſecundam concluſionem argumentatur idem Suarez, vbi ſupra num. 4.

Primò, Origines homilia 3. in Geneſim ſic ait. *Multa ſine eius voluntate geruntur; nihil ſine prouidentia;* ergo voluntas prædefiniens ad rationem prouidentiæ non eſt ſimpliciter neceſſaria, quod etiã ſumitur ex D. Thom. q. 6. de Ver. art. 3. & lib. 3. cõt. gent. cap. 90. & Ferrarienſi ibidem.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam: nam Origenes ibidem intendit eximere tantùm peccata; quæ ſine voluntate Dei prædefiniente gerũtur; non autem bonos aliquos actus; ad auct. D. Thom. dicitur, nihil tale poſſe ex illis locis deduci, ſed oppoſitum ſatis euidenter.

E Secundò. Voluntas prædefiniens, eſt decretũ liberum ad extra; ſed hæc decreta per ſe, & abſolutè ſpectata non ſunt neceſſaria ad perfectionem Dei, ſed creaturarũ, vt eſt recepta ſententia; ergo.

Reſpondetur perfectionem Dei duplicem eſſe; vnam omninò abſolutam, alteram reſpectiuam ad creaturas; qualis eſt præſcientia, prædefinitio, & prouidẽtia; in qua perfectione duo conſideramus, nimirũ id, quod eſt rõ intrinſeca, & conſtitutiuum

 perfe-

Digitized by Google

perfectionis,& id,quod in creaturis ex tali ratione,& conſtitutiuo conſequitur: exempli gratia,in ſcientia Dei,quam habet de creaturis, conſidero primò actualitatem,& perfectionem illam,quæ in Deo eſt ratio ſciētiæ omnium rerum poſsibilium. Secundo conſidero creaturas ipſas ſecundùm proprias, & indiuiduas conditiones hanc ſcientiā in Deo poſitam terminantes; quæ terminatio,& modus terminandi conſequitur perfectionem diuinę ſcientiæ:nam ex infinita ſua perfectione habet diuina ſcientia,vt terminetur ad creaturas,nō quomodocunque,ſed ſecundùm ſingularū indiuiduas conditiones. Itaque terminatio ad creaturas ſecūdùm tales conditiones non eſt neceſſaria ad perfectionem diuinæ ſcientiæ, vt ratio eius conſtitutiua; ſed vt conditio; quia creaturæ termini ſunt,ſine quibus eſſe nō poſſet diuina cognitio,vt ad creaturas terminata. Quod idem patet in ſcientia viſionis,quæ,licèt ab exiſtentia creaturarum nō dependeat, exigit tamen, vt neceſſariam conditionē earum exiſtentiam in rerum natura; Similiter igitur diuina prouidentia, quæ eſt diuina ratio ordinis rerum in finem,non depēdet à liberis actibus, aut ab eorum in particulari paſsiua p̄definitione, tanquam ratione ſuæ perfectionis; ſed talem prædefinitionem requirit, vt conſequentem infinitam ſuam perfectionem,& vt conditionem,ſine qua ꝑfectè non poſſent creaturæ ſubdi diuinæ Prouidentiæ. Quod idem dicendum eſt etiā de rerum creatione,& gubernatione: nam ad eius perfectionem requiritur,vt neceſſaria cōditio, quòd terminetur ad ſingulas rerum entitates; & ſi argumentum illud Suarezij aliquas haberet vires, probaret etiā ad diuinæ prouidentiæ perfectionem non pertinere volitionem,aut prædefinitionem alicuius creaturæ,etiam ſuppoſita ſcientia media; quod ille negaret, & per ſe implicat manifeſtam contradictionem.

Secundò. Probat non eſſe neceſſariam dictam prædefinitionem ad perfectam prouidentiam ex aliqua ſuppoſitione.

Ad prouidētiam, quam Deus habet de actibus peccatorum,non eſt neceſſaria talis prædefinitio, neque ſimpliciter,neque ex aliqua ſuppoſitione;ergo neque erit etiam in omnibus alijs. Probatur cōſequentia,quia actuum peccatorum, quo ad materiale præſertim,habet Deus veram, ac perfectam prouidentiam,& poſitiuam, quo ad concurſum, quem præbere ſtatuit; ergo.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens, loquendo de actibus peccatorum quo ad materiale,ſiue quo ad eorum entitatem, vt patebit ex dicendis in ſequenti controuerſia.

Tertiò. Ad perfectionem prouidentiæ tria ſolū videntur requiri,ſcilicet ſcientia, voluntas,& potentia; ſed ex nullo horum capitum eſt prædefinitio in vniuerſum neceſſaria ad perfectionem prouidentiæ;ergo nullum eſt fundamentum, ob quod neceſſaria aſſeratur: Prima propoſitio ex terminis eſt per ſe nota,& ſumitur eſt D.Thom. 1.par.q.19. art.4.ad quartum,& quæſt.22.art.1.& 2.& qu.25. art.5.ad primum. Minor quo ad primam partem

A probatur; Quia omnis ſcientia, quæ neceſſaria eſt ad diuinam prouidentiam,ſupponitur perfecta, ante omnem prædefinitionem. Quo ad ſecundam; Quia omnipotentia diuina ſecundùm ſe prior eſt (vt more noſtro loquamur) omni decreto libero voluntatis Dei. Si verò conſideretur omnipotentia,vt applicata ad opus in ijs, quæ Deus non per ſe operatur,ſed per cauſas ſecundas, & præſertim liberas,non eſt neceſſarium abſolutum decretum, ex vi concurſus diuini ad actionem creaturę neceſſarij,ſed ſatis eſt,ut Deus uelit potentiam ſuā applicare ad concurrendum cum cauſa ſecunda ipſa etiam concurrente;ergo.

B Quo ad tertiam partem ſic probatur eadem minor;quia non eſt neceſſaria illa prædefinitio,ad ꝑfectionē diuinæ prouidentiæ, quatenus Deus vult actiones creaturarum liberas, vt quoſdā fines particulares proximos;quia non eſt ſimpliciter,& per ſe neceſſariū,ut Deus uelit illo modo tales actiones;neque ex aliqua ſuppoſitione libera;quia,ſicut liberū eſt Deo velle aliquid extra ſe, ita uelle hoc, uel illo modo. Nec cogitari poteſt prior uoluntas libera,ad quam neceſſariò ſequatur talis prædefinitio;quia hi actus,vt fines proximi, nullam priorem voluntatem neceſſariò ſupponunt, niſi fortaſſe illam generalem,qua Deus vult omnibus gloriā

C ſuam;cum qua uoluntate non habet illa p̄definitio neceſſariam connexionem: Nam poteſt Deus uelle hos actus tantùm vt media, & ſola uoluntate antecedenti, & ſic ordinare eos ad diuinam gloriā. Neque eſt neceſſaria p̄definitio harum actionum, ut media ſuut ad alium finem conſequendū,Verbi cauſa,ad beatitudinem; quia media non ſunt ꝑ ſe neceſſariò amata, ſed ſolùm iuxta exigentiā finis;at finis,ad quem ordinantur iſtæ actiones,non ſemper eſt à Deo p̄definitus,nec efficaciter intentus;ergo neque actiones ipſæ,quæ ad illum ordinātur,erunt neceſſariò p̄definitæ.Conſequentia eſt euidens. Antecedens patet ex communi doctrina

D Theologorum,qui dicunt, dupliciter poſſe Deum aliquem finem creaturæ intendere,ſcilicet,uel abſolutè,& efficaciter,vt vult prędeſtinatos ſaluari, uel tantùm ſecundùm quid,vel ſub cōditione; qūo vult omnes homines ſaluos fieri.Prior uoluntas eſt propriè p̄definitiua, non autem poſterior;ergo nō ſpectat ad perfectionē diuinæ prouidentiæ ex parte uoluntatis, quam ſupponit circa finem creaturæ,quòd illa ſit uoluntas p̄definitiua; ergo nec de actionibus creaturæ, quæ ſunt media ad illum finem neceſſaria,erit p̄definitio; quia inter modum intendendi finem, & prouidendi media debet eſſe proportio.

E Reſpondetur falſam eſſe minorem propoſitionem quo ad primam,ſecundam, & tertiam partē. Ad probationem primæ partis negatur aſſumptū, loquendo de ſcientia Dei reſpectu futurorum contingentium. Ad probationem ſecundæ partis quo ad omnipotentiam applicatam ad opus, negatur antecedens: non enim ſatis eſt,ut Deus uelit applicare potentiam ſuam ad concurrendum cū cauſa ſecunda ipſa etiam concurrente; ſed requiritur, ut uelit applicare ipſam cauſam ſecundā ad hanc opera-

Digitized by Google

operationem, cum talibus circumſtātijs; alioquin non eſſet Deus cauſa per ſe totius entitatis, quę eſt à cauſa ſecunda, vt ſupra latè deduximus. Ad probationem tertiæ partis minoris reſpondetur, neceſſariam eſſe; ex ſuppoſitione actuum p̄definitionē, quatenus Deus vult illos vt fines, & vt media, ad impugnationem prioris membri dico uolitionem horum actuum ſupponere volitionem, qua Deus vult, non ſolùm beatitudinem omnibus voluntate antecedente; ſed etiā, qua vult vniuerſi perfectionem, & præcipuè manifeſtationem talem, ac tantam ſuæ bonitatis, & gloriæ ſuæ, quæ ex tot, & talibus actibus determinatè conſurgit; adeò, vt illis variatis, aut minimè definitis, iam vel nō eadem, vel non tanta, aut non certa eſſet manifeſtationis menſura: nam, ſi creatæ volūtati relinquitur actuū determinatiò, (quod tamen eſt impoſſibile) plures, aut pauciores, magis, & minus nobiles, bonos, & malos, & nullos etiam pro ſua libertate poterit actus elicere. Ex qua diuerſitate manifeſtè conſtat, non poſſe eandem reſultare diuinæ gloriæ manifeſtationem. Secundò dicitur, ſuppoſito, quòd Deus tales actus velit, neceſſarium eſſe eos à Deo prædefiniri; alioquin Dei voluntas abſoluta poſſet non impleri, & non eſſet efficax. Et per hæc patet, quid dicendum ſit ad reliqua contra eandèm partem.

Contra quintam concluſionem poſſent afferri ea argumenta, quibus probatur certitudo ſcientię conditionatæ, qua poſita ſequitur moralem motionem eſſe ſufficientem ad omnem actum, & effectum à Deo præuiſum, & intentum ex libero noſtræ voluntatis arbitrio. Sed de hoc ſatis dictū eſt ſupra quæſt. 14. art. 13. in prima controuerſia.

Thom. Contra ſextam oonclusionem eſt auct. S. Thom. de ver. q. 6. art. 3. cui innititur tertia ſententia ſuperius relata.

Reſpondetur S. Thom. ibidem dicere, cauſam ſalutis proximam, quæ eſt liberum arbitrium, non ordinari ad ſalutem de neceſſitate, ad quod manifeſtandum affert diffinitionem illam de vna, & de pluribus cauſis, quarum vna loco alterius deficiētis ſubrogatur, & ad vnius effectus conſecutionem omnes ordinantur; affirmatque Deum ad prædeſtinati ſalutem tot, & talia adminicula præparare, vt vel non cadat, vel ſi cadat, vt reſurgat; ſicut exhortationes, ſuffragia orationum; donū gratiæ, & alia huiuſmodi, quibus Deus adminiculatur homini ad ſalutem; ſicut etiam ſpeciem conſeruat p̄ ſucceſſionem vnius indiuidui ad aliud deficiens, vt perpetuò ſpecies in aliquo, vel aliquibus indiuiduis perſeueret.

Ex hac autem affirmatione non ſequitur negatio phyſicæ præmotionis, quam ſupra ex pluribus dictis Sancti Thomæ ſtabiliuimus; quàm etiam apertè ſtatuit S. Thom. De veritate, quæſt. 22. art. 8. (Thom.) vbi etiam docet, quod ſupra diximus, Deum ſcilicet quandoque mouere voluntatem abſque hoc, q̄ aliquam formam imprimat voluntati. Sed ſignificat S. Doct. ita moueri voluntatem à Deo, vt in ea remaneat ſemper contingentia, ſiuè libertas ad vtrunque oppoſitorum; cum ex prænominatis auxi-

A lijs nulla ei imponatur neceſſitas. Quinimò, cum inter dona gratiæ contineatur etiam phyſica motio, nō eſt, vt à prædictis adminiculis excludatur.

Contra ſeptimam, & decimam concluſionem argumentatur Suarez. (Suarez.) Primò influxus Dei in volūtatem prædeterminans illam ad agendum tollit vſum libertatis; ergo non eſt aſſerendus. Antecedēs probatur; Quia, ſicut potentia libera ea eſt, quæ poſitis omnibus requiſitis ad agendum poteſt agere, & nō agere, ideſt de ratione liberæ potentię eſt, vt in poteſtate ſua habeat tam actum ſuum exercere, quàm continere, vel ſuſpendere, non ex defectu alicuius conditionis requiſitæ ad operandum, ſed B ex intrinſeca vi, & ſua poteſtate poſſit actum ſuū exercere, & ſuſpendere, quæ poteſtas non exercetur, niſi poſitis omnibus ad agendum requiſitis; ita de ratione liberi vſus ipſius liberæ facultatis eſt, vt ipſa potentia, quatenus proximè applicatur ad agendum cum omnibus requiſitis conditionibus, hanc indifferentiam retineat. At phyſica illa prædeterminatio, quæ ponitur vnum de prærequiſitis agendum, tollit hanc indifferentiam; ergo tollit vſum libertatis. Maior probata eſt ſupra qu. 19. art. 10. Minor probatur: Nam poſita prædeterminatione, iam voluntas non manet indifferens. Probatur antecedens. Quoniam implicat eſſe determi-C natum, & eſſe indifferens.

Reſpondetur primò prærequiſita ad agendum eſſe in duplici differentia: Nam quædam ſunt requiſita ante inſtans operationis; vt æterna Dei prędefinitio, obiectū vt cognitum, habitus, ſiuè ſupernaturales, ſiuè acquiſiti, & ipſum diuinum auxilium, ſiuè influxus, nō vt actu exiſtens in voluntate, ſed vt ei præſentaneus ex diuina diſpoſitione. Quædam autem ſunt requiſita ad agendum in ipſo operationis inſtanti, vt applicatio, & pręmotio, ſiuè prædeterminatio, cum actu adeſt voluntati. Maior propoſitio intelligenda eſt, de requiſitis ante inſtans operationis, nō autem in ipſo operatio-D nis inſtanti: Nam poſita applicatione voluntatis, aut motione phyſica efficaci ad agendum non remanet voluntas indifferens in ſenſu compoſito ad vtrumque oppoſitorum, quamuis in ſenſu diuiſo poſſit non operari: Sed dices; poſſibili poſito nullum ſequitur inconueniens; ponatur igitur voluntatem phyſicè, & efficaciter à Dei motam non agere; hoc igitur non erit abſurdum.

Reſpondetur poſſibili poſito uullum ſequi incōueniens, ſi ponatur, vt eſt poſſibile; non eſt autem poſſibile volūtatem non agere poſito illo actu, qui neceſſariò neceſſitate conſequentiæ ſequitur phyſicam Dei præmotionem, ſed eo tantum remoto: quia poſitio illius in actu facit ſenſum compoſitū.

E Secundò reſpondetur falſam eſſe minorem principalis argumenti. Ad probationem negatur antecedens: Nam, vt ſupra notauimus ex Caietano, (Caiet.) diuinus influxus prius natura recipitur in voluntate, & in ea modificatur, antequam impellat ad monendum, ſiuè ad operandum. Itaque poſita in volūtate phyſica illa præmotione, adhuc voluntas manet indifferens ad operandum, & non operandum, ad agendum hoc, & alîud; quia diuinus influxus mo-

Digitized by Google

modificatur natura ipſius voluntatis. Quo fit, vt nedum in ſenſu diuiſo, verùm etiam in ſenſu compoſito voluntas cum tali motione ſit indifferẽs ad vtrumque oppoſitorum, vt ſuperius etiam oſtendimus ex multis dictis S. D. ſed, cum iã impellit ad mouendum, ſiuè ad agendum; quia ſimul etiam voluntas ſeipſam liberè mouet, ſub diuino influxu quantumuis efficaci liberè operãs, iam eſt ad hãc operationem formaliter determinata ex hoc ipſo, quòd eſt in actuali operationis exercitio; & ſic implicat contradictionem ipſam non agere; quia vnumquodque dum eſt, neceſſe eſt eſſe. Quomodo autem prædicta modificatio, cum efficacitate diuinæ motionis conſentiat, ſatis ex ſupra dictis poteſt intelligi. Nunc addo, phyſicam præmotionem non habere completè rationẽ prædeterminationis, cum ſtatim recipitur in voluntate; ſed tantũ, cum ad agendum impellit; qui impulſus, & determinatio nullam, voluntati poteſt imponere neceſſitatem; quia iam præceſsit modificatio in ipſius voluntatis natura; & ideo ſic impellit, & determinat uoluntatem, vt volũtas etiam ſuo modo, ideſt liberè ſeipſam determinet, quod eſt voluntatem ſeipſam determinare dependenter à prima cauſa, à qua dependet eius libertas, & vſus libertatis; ꝙ verò certa, & infallibilis ſit diuina motio, libertati non obſtat, ſed excellentiæ diuinæ virtutis incõprehenſibili maximè congruit. Et ex hoc principio benè perpenſo, ſoluuntur præcipua aduerſariorum argumenta. Vide huius difficultatis optimam reſolutionem ſupra quæſtione 19. art. 10.

Replica

Sed contra vtramque reſponſionem eſt argumẽtum. Prædeterminatio phyſica non conſtituit formaliter potentiam agentem: Nam eſt prior natura actione; ergo conſtituit eam formaliter potentẽ agere; ergo cum potentia caret hac prædeterminatione, reuera non eſt potens agere. Prima conſequentia probatur; quoniam hæc prædeterminatio eſt quiddam receptum in potentia libera per modum formæ cuiuſdam actuantis ipſam; ergo neceſſe eſt, vt aliquem effectum formalem in ea habeat. At hic effectus non eſt actio ipſa potentiæ liberæ; ergo eſt aliquid pertinens ad principium actionis; ergo conſtituit formaliter potentem agere.

Reſpondetur ſuſtinendo priorem reſponſionem potentiam non carere hac prædeterminatione, cũ habeat illam præſentaneam, & ex tali modo habẽdi eſſe potentem agere. Ad cuius rei intelligentiã uidenda eſt doctrina Caietani 1.2. quæſt. 109. art. 10. Secundò dico phyſicam illam præmotionem conſtituere potentiam potẽtem agere, cum ſtatim recipitur in potentia, antequam impellat ad mouẽdum; cum autem impellit, tunc habet rationẽ prędeterminantis, ideſt infallibiliter ad talem actionem mouentis.

Tertiò dico, falſum eſſe antecedens. Ad cuius probationem dico, prędeterminationem illam eſſe quidem ab actione realiter diſtinctã, & ea priorem, quia cauſæ complementum eſt, & applicatio uoluntatis ad agendum, ſed quoniam inchoatio quædam eſt actus ſecundi, magis ad actum ſecundum pertinet, quàm ad primum; & ideo cum actu

A ſecundo, ut quaſi unum cum eo computatur, ac proindè, poſita illa applicatione in uoluntate dicitur uoluntas agens inchoatiuè, & hæc uidetur optima ſolutio.

Secundò. Sic arguit. Suppoſitio antecedens, quæ eſt independens a libero arbitrio; & eſt cauſa actus neceſſariò inferens actum, poſtquam eſt poſita, ſeu applicata eſt cauſa neceſſariò agens, & ita neceſſariò agens, ut uoluntas non poſsit ei reſiſtere, aut impedire effectum eius; nam, ſi poſſet, iam ex hac parte non eſſet neceſſaria conſecutio inter talem ſuppoſitionem, & actum; At ſuppoſitio influxus phyſici eſt antecedens uolũtatem, & eſt cauB ſa actus neceſſariò inferens actum; ergo effectus inde conſequens non poteſt eſſe liber ipſi uoluntati. Maior eſt ex doctrina Anſelmi in lib. de concordia, & libro ſecundo. Cur Deus homo capitu. 17. & 18. Minor autem videtur noſtra doctrina.

Anſelmus

Reſpõdetur maiorem intelligendam eſſe de ſuppoſitione, quæ eſt cauſa actus per modum determinantis ad unum ex impoſita neceſsitate, ut ibidem declarat Anſelmus. Ad minorem iam dictum eſt, diuinum illum influxum primò modificari in uoluntate; & ſecundùm hoc eſt quodammodo in poteſtate uoluntatis. Secundò impellit ad mouendum ſimul cum voluntate ſeipſam mouente; & liC cèt inferat actum infallibiliter, poteſt tamen uolũtas, antequam ſit per actualem impulſum in actu ſecundo, reſiſtere, & effectum illius impedire, cum ſit indifferens ad utrumque oppoſitorum, immo ẽt quã actu operatur, poteſt non operari; licèt nõ poſſit ſimul habere operationẽ, & negationem operationis.

Tertiò. Potentia, quæ de ſe eſt poſitiuè, & actiuè indifferens tanquam domina ſui actus, potens eſt ſua intrinſeca uirtute cum generali influxu primæ cauſæ ſe ad ſuum actum determinare, immò in hoc conſiſtit eius intrinſeca uis, & perfectio; ergo, nõ indiget intrinſeca prædeterminatione prę D uia ad actum, ut operetur.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam: nam ut ſuperius dictum eſt, hoc ipſum, quod eſt ſecundam cauſam ſeipſam determinare, cauſatur in ea à prima. Quòd ſi per generalem influxum intelligat influxum minimè determinatum ad hanc operationem, uel effectum, negandum eſt antecedens ob dictam cauſam, requiritur enim influxus Dei ſpecialis, ideſt determinatus ad hanc operationẽ, & effectum producendum.

Quartò: Si determinatio illa ad operandum eſt neceſſaria per modum neceſſarij influxus primæ cauſæ; ergo ſine illo influxu non poteſt moueri uoE luntas potẽtia proxima, & expedita ad opus; ſicut non poteſt calefacere ignis ſine concurſu Dei, nec manus poteſt mouere calamum, niſi ipſa a uoluntate, uel appetitu moueatur; ergo quando Deus nõ dat hãc determinationem, etiamſi omnia alia neceſſaria ad uolendum adſint, adhuc non eſt in uoluntatis poteſtate poſitum uelle operari. Probatur conſequentia; quia neque etiam eſt in poteſtate uoluntatis uelle, ſine tali determinatione, aut habere talem determinationem, ut uelit,

Re-

Digitized by Google

Ferrarien. Reſpondetur falſam eſſe ultimam conſequentiam: Ad eius probationem reſpondet Ferrarienſis in tertio cont. gent. cap. 89. dicens, ad hoc, vt cauſa habeat effectum in ſua poteſtate, non requiri, vt in illius effectus productione a nulla cauſa dependeat, ſed ſatis eſſe, ut à nulla cauſa neceſsitetur ad producendum, uel non producendum: ac proinde ſimul ſtat, cauſam aliquam abſolutè poſſe producere, & non producere effectum, & tamen influxũ ſuperioris cauſæ non eſſe in eius poteſtate, & in re propoſita voluntas poteſt ſe ipſam determinare, vel non determinare ad hanc operationem: ſed cũ ſe ipſam determinat, hoc in ea cauſatur à Deo, vt à prima cauſa, ac propterea ſtat libertas voluntatis cum neceſsitate ineuitabilitatis, ſiuè ſuppoſitionis ex præmotione primæ cauſæ.

S. Thom. Secundò reſpondetur ex D. Thoma prima ſecũdæ quæſt. 109. art. 8. ad primum, & 2. 2. quæſt. 2. artic. 5. ad primum, & de ueritate quæſt. 14. art. 11. ad ſecundum, & tertio cont. gent. cap. 159. & Ferrarienſi eodem lib. cap. 155. aliud eſſe poſſe uelle, & operari, & aliud actu uelle, & actu operari; Ad primum non requiritur, ut præceſſerit ab æterno Dei prædefinitio, uel ut actu prædeterminetur uoluntas ad talem actum, & obiectum; quod tamen requiritur ad ſecundum, ſcilicet, vt actu velit, & operetur: Vnde ad argumentũ dico falſam eſſe primam conſequentiam. Si negatio cadat ſuper potẽtiam, quamuis ſit uera, ſi negatio cadat ſuper actum; ſequitur enim voluntatem tantùm actu non uelle, & non operari, cum tamen poſsit uelle, & operari; ſicut etiam, cum actu fuerit prædeterminata poteſt non uelle, & non operari, ut oſtendimus ſupra quæſtione 19. articulo decimo. Et quoniam ut ait S. Doctor in allegato capit. 159. tertij contra gent. licèt aliquis per motum liberi arbitrij diuinam gratiam, nec promereri, nec acquirere poſsit, poteſt tamen ſeipſum impedire, ne eam recipiat, non immeritò imputatur ad culpam ei, qui impedimentum præſtat gratiæ receptioni: Sicut ſi Deus imponeret homini præceptum uolandi offerẽs ei alas ad illud exequendum, & homo nollet alas accipere, meritò reus à Deo tranſgreſsionis haberetur; Augu. quæ eſt doctrina Sancti Auguſtini in libro contra duas epiſtolas Pelagianorum, cap. 5. & lib. 4. contra Iulianum, cap. 8. Et de corrept. & gratia, cap. 70. & libro de peccatorum, meritis, & remiſ- Anſelm. ſione capit. 2. & Anſelmi libro de caſu diaboli, capitulo tertio.

Tertiò reſpondetur influxum illum non habere rationem determinationis ſtatim, vt recipitur in voluntate, niſi inchoatiuè, ſed prius modificari, & ſecundum hoc eſſe quodammodo in poteſtate uolũtatis. Deinde impellit ad mouendum determinatè iuxta modum voluntatis; & tamen cum hoc infallibiliter ſortitur euentum ob infinitam, & incõprehenſibilem eius virtutem.

Quintò. Prædeterminatio phyſica eſt forma quædam uoluntati impreſſa, quę cum illa complet principium proximum actus voluntatis determinans illam ad exercitium actus ex intrinſeco, & connaturali modo operandi; ſed ex tali determi-

A natione ſequitur actum non eſſe liberum quo ad exercitium, & conſequenter perit vſus libertatis; ergo. Maior patet ex differẽtia determinationis phyſicæ à determinatione morali. Minor probatur; quia voluntas reſpectu illius determinationis non eſt libera: nam ad illam recipiendam merè paſsiuè ſe habet; poſt receptam autem illam neceſſariò prodit in opus; ergo nunquam habet vſum liberum talis operationis.

Probatur conſequentia; quia nec ante determinationem habet talem uſum, cum nondum poſsit operari, nec poſt determinationem, cum tunc iam non poſsit non operari.

B Reſpondetur primò falſam eſſe maiorem propoſitionem, ſi de forma impreſſa, ideſt qualitate ſuper addita ſermo ſit, vt patet ex ſupra dictis: nam influxus ille nõ diſtinguitur niſi realiter metaphyſicè à voluntate, neq; dicitur phyſicus, quia naturaliter operetur, ſed quia realiter efficit; quia eſt, actiua motio voluntatis: quod non conuenit morali motioni. Secundò negatur minor: ad probationem negatur voluntatem non eſſe liberam reſpectu illius determinationis; nam ſæpe diximus influxum illum non eſſe determinationem, niſi præuia modificatione, qua facta iam ſub eo liberè operatur voluntas, & non merè paſsiuè ſe habet reſpectu determinationis, ſed actiuè concurrit ſeipſam determinans, quæ determinatio, vt pendens à C diuina virtute incomprehenſibiliter operante, eſt omninò infallibilis; Eſt ergo libera volũtas, & ante determinationem, cum habeat facultatem ad vtrunque, & in ipſa determinatione, in qua exercet ſuam libertatem ſeipſam liberè ad vnum determinans, dependenter tamen à ſuauiſsima, & efficaciſsima Dei determinatione. Et per hæc patet, nihil nobis obſtare, ſed maximè fauere decretum ſacri Concilij Tridentini, ſeſſ. 6. cap. 5. & can. 4. Vbi Concil. Trid. definit, poſſe liberum arbitrium a Deo motum, & excitatum conſentire; & reſiſtere, ſi velit; hoc eſt D enim, quod ſæpius repetiuimus. Quare fruſtra Suarez, & alij gloſſas quaſdam impugnando laborant.

Sed contra reſponſionem hanc ſic argumentatur Suarez. Si illa determinatio impreſſa à Deo in Replica Suarez. noſtra volũtate per ſolam Dei effectionem ſubditur libero vſui voluntatis in ordine ad actum ſecũdum, ita ut uoluntas poſsit illa vti, & non vti ad volendum, ſequitur determinationem illam non eſſe determinationem ad opus, & ad exertitiũ actus, ſed eſſe ad modũ cuiuſdam habitus, vel actus primi, qui ex ſe ad vnum inclinat, adhuc tamen relinquit potentiam indifferentem, & in determinatam E quo ad exercitium, & conſequenter etiam quo ad ſpecificationem; quia, ſi illum actum non exercet, poterit elicere alium; igitur falſum eſt illam eſſe determinationem phyſicam, quæ voluntatem indifferentem præmouendo determinat, falſum etiã erit hanc motionem eſſe ita actualem, vt ſit quaſi inchoatio ipſius actus ſecundi, & inſeparabilis ab actuali concurſu primæ cauſæ: Nam re vera erit ſolus actus primus, & ſeparabilis in re ipſa à ſecundo per vſum libertatis nolentis operari.

Re-

Reſpondetur primò determinationem illā magis propriè ſubdere ſibi voluntatem, quàm eius vſui ſubdi, vt ante diximus. Secundò dico nullam eſſe conſequentiam ob rationem ſuperius aſsignatā ex diuini influxus, ſiuè motionis excellentia incōprehenſibili, quæ, vt virtualiter continet omnem agendi modum ſecundarum cauſarum, in qualibet recipitur ſecundùm cuiuſque naturam, & cōſequenter in voluntate ſalua illius indifferentia, & libertate, atque ideo quamuis, propriè loquendo dici non poſsit voluntatem ea motione liberè vti, quia non ſubditur vſui voluntatis, ſed potius ſibi ſubijcit voluntatem, ſub ea tamen liberè voluntas operatur; vt verò ſuperexcedit in infinitum omnem voluntatis modum, habet, quòd ita liberè ad agendū impellat, vt infallibiliter ſequatur operatio; quemadmodum nutrix infantulum manu apprehenſum, & ſpontè procedentem ad p̄determinatum locum ab eo etiam appetitum abſque vllo errore, aut lapſu perducit. Diuina igitur illa motio modificari dicitur in voluntate; quia illius conformatur naturæ; verius tamen illam in agendo modificat; quia omnis ſecundæ cauſæ operatio, ſiue ea ſit neceſſaria, ſiuè libera, & eius determinatio, multo magis à prima cauſa dependet, quàm ab ipſa ſecunda, quòd ergo voluntas, ſe ad hanc partem liberè determinat, illi conuenire neceſſe eſt ex actuali Dei motione, ſine qua nulla cauſa mouere, aut agere poteſt.

Nec preſsius neceſſe eſt, aut expedit hæc emungere, ſcriptum eſt enim. *Qui vehementer emungit, elicit ſanguinem.* Prou. 30. Nec poſsibile eſt humanæ menti nexum diuinæ illius motionis efficacisſimæ, cum noſtræ voluntatis libertate comprehendere; cum tamen vtrunque connexorum, fateri neceſſe ſit. Prou. 30.

Sextò. Probat Suarez prædeterminationem phyſicam non fieri per efficaciam extrinſecam diuinę voluntatis, & potentiæ, & eſſentialem ſubordinationem, & obediendi neceſsitatem, quæ eſt in omni re creata reſpectu voluntatis, efficacis, & beneplaciti Dei, vt nos ſupra docuimus, & latius in pręcedente controuerſia. Suarez.

Sic igitur arguit. Si hoc genus prædeterminationis neceſſarium eſt nobis ad volendum; ergo nō eſt in noſtra proxima poteſtate, niſi id tantùm velle, quod Deus vult nos uelle; ergo nos non liberè, ſed ex neceſsitate ſimpliciter omittimus uelle, qdquid non volumus; ergo nulla carentia actus volūtatis poteſt nobis ad culpam imputari, quod eſt hæreticum. Prima conſequentia probatur; quia nihil nos uelle poſſumus ſine hac prædeterminatione diuina; ſed hæc non eſt in noſtra poteſtate, quia nullo modo a nobis incipit, ſed a Deo; ergo, ſi Deus adhibuit ſuæ voluntatis determinationem ad vnum actum, & non ad alios omnes, alij non ſunt in noſtra poteſtate; quia neque ante determinationem illam Dei fuit, in noſtra poteſtate facere, vt non ad hunc actum, ſed ad alium nos prædeterminaret; neque poſt determinationem facere quidquam poſſumus, vt Deus ad alios actus nos determinet. Secunda conſequentia principalis argumen-

A ti certiſsima eſt; quia quod non eſt in poteſtate noſtra, ex neceſsitate omittitur; vltima demum conſequentia patet; quia in neceſſarijs nec meremur, nec demeremur.

Reſpondetur falſam eſſe primam, & ſecundam conſequentiam. Nam, cum voluntas noſtra ſit cauſa libera, à prima cauſa libera in quolibet ſuo actu, & eius modo dependens, ſicut præmotio Dei libertatem non tollit, ſed perficit in ſingulis actibus, ita negatio premotionis non tollit proximam voluntatis facultatem ceſſandi ab actu; quæ ceſſatio hoc ipſo liberè, & proximè eſt à voluntate noſtra, quòd, cum ſit potentia libera, & indifferēs ad

B vtrumque oppoſitorum dependenter à prima cauſa libera, hoc tantùm poteſt actu liberè velle, ad quod præmota fuerit à primo libero, & hoc liberè non velle, ad quod volendum præmota non fuerit à prima cauſa libera, negatio namq́ue ad genus p̄tinet ſuæ affirmationis.

Ad probationem autē primæ conſequentiæ negatur conſequentia, ob rationem adductam ex Ferrarienſi in ſolutione quarti argumenti. Secundò negatur illam præmotionem non eſſe aliquo modo in noſtra poteſtate poſtquam recepta eſt in noſtra voluntate, licèt ſit cum neceſsitate ſuppoſitionis, quæ, vt diximus non repugnat libertati.

C Secundò reſpondetur, vt creata volūtas aliquid actu velit, neceſſarium eſſe præcedens, & efficax diuinæ voluntatis decretum, non autem vt velle poſsit, aut non velle; & ideò falſa eſt prima argumenti conſequentia, cuius probatio ſatis ex dictis remanet confutata.

Tertiò reſpondetur, in illo conſequente: *Ergo non eſt in noſtra poteſtate, niſi id tantùm velle, quòd Deus vult nos velle:* dictionem illam, *niſi* poſſe ad duo referri, ſcilicet ad poteſtatem, & ad velle. Si referatur ad poteſtatem, ſenſus eſt: in nobis non eſſe poteſtatem volendi, niſi id, ad quod volendum actu mouemur à Deo, & hoc ſenſu falſum eſt dictū conſequens, & eius illatio ex antecedente. Si verò di-

D ctio illa *niſi*, referatur ad velle, ſenſus eſt: fieri non poſſe, vt voluntas noſtra actu velit aliquid, quod Deus non voluerit efficaciter eam velle, ſiue ad qd̄ volendum Deus voluntatem phyſicè non prædeterminauerit: & hic ſenſus verus eſt, vt patet ex dictis, & ſecundùm hunc negatur ſecunda conſequētia, cuius probatio procedit ſecundùm primū ſenſum, quem vt falſum reiecimus. Similem reſponſionem habet S.D. infra q. 25. art. 5. ad ſecundum, & de Potentia quæſt. 1. art. 5. ad primum. Nec maiores habet vires hoc argumentum contra ſententiam noſtram, quàm habeat contra ſententiā Suarezij, argumentum deſumptum ex negatione mo-

E tionis moralis adeò congruæ, vt conſiderata talis voluntatis natura, cum cæteris circumſtantijs ſufficeret ad talis actus boni, vel etiam meritorij p̄ductionem; Nam, vt ſæpè docet dictus auctor, cognoſcit Deus voluntatem hanc huius eſſe naturæ, vt ex tali, & tanta motione morali ſit pro ſua libertate in hanc partem declinatura. Itaque cum talis motio a Deo incipiat, nec ſit in poteſtate voluntatis, non poteſt facere voluntas, vt hoc modo, vel alio

Digitized by Google

alio à Deo moraliter moueatur; igitur etiam actus inde conſequens non erit in poteſtate voluntatis, & multò minus eiuſdem actus negatio; cum neceſſariò ſequatur negationē talis motionis, ſine qua talis voluntas talem nunquam actum eſt producitura, aut producere non poteſt, ſi ſit actus ordinis ſupernaturalis. quod ſi dicat voluntatem liberè vti tali motione, nos etiam ſub phyſica motione voluntatem liberè operari dicimus.

Septimò. Eãdem ſic vrget difficultatem. Si Deus ita ſe gereret nunc cum voluntate in hoc inſtanti, vt omninò non vellet aliquem actum eius, neq; in illum influere, voluntati non poſſet imputari, ſi nihil vellet; quia eſſet ſimpliciter impotens ad volendum, & ex neceſsitate nihil vellet; ſed ita ſe habet nunc voluntas ad omnes actus, præter illum vnum, quem ipſam facere vult Deus; quia ad omnes alios non vult influere; ergo carētia omnium aliorum neceſſaria omninò eſt, neq; voluntati ipſi imputari poteſt.

Vtrumque retorquetur argumentum. Reſpondetur primò idem argumentum poſſe in auctorem facilè retorqueri in materia motionis moralis, qua omninò remota, ceſſat omnis actio ex ea dependens: Secundò reſpondetur, negationē influxus dupliciter fieri poſſe; vno modo abſolutè; alio modo ſuauiter iuxta modum, & naturam voluntatis, ſi priori modo fiat, voluntas ex neceſsitate nihil vult. Si verò poſteriori modo fiat, liberè voluntas ceſſat ab actu; ſicut patet etiam de influxu in voluntatē, quod dupliciter fieri poteſt: vno modo abſolutè abſque vllo reſpectu ad naturam volūtatis; & ſic induceret neceſsitatem ad volēdū: alio modo ſuauiter, & iuxta modum, & naturam voluntatis, cui ad volendum, & non volendum eſt indita facultas; & ſic nullam inducit neceſsitatem; ſed pficit libertatem. Certum eſt enim poſſe voluntatē ad libitum ſuos actus ſuſpendere. Itaq; Deus ſuauiter agens cum voluntate, ita ſuum ſubtrahit influxum, vt voluntas ſua etiam vtatur facultate in actus ſuſpenſione, vt regulariter fit, & tunc in hoc ipſo, quod incipit non operari, voluntas ſuam exercet libertatem; quod, ſi nullo habito reſpectu ad liberum vſum voluntatis influxum deneget, iam erit quædam voluntatis coactio negatiua; quia abſque illius libero concurſu (qualis in actus ſuſpenſione poteſt, & ſolet interuenire) voluntas ab agendo coercetur.

Octauò. Supponit ex communi ſententia Theolog. poſſe Deum manēte eodem iudicio intellectus ex ſe ſufficiente ad liberam operationem, impedire vſum liberum, & neceſsitatem inferre creatæ voluntati. Ex quo ſic arguit. Non poteſt Deus efficaciorem vim inferre creatæ voluntati, quàm per ſuam efficacem, & abſolutam voluntatem; quia non habet Deus aliquid in ſe ipſo, quo efficacius, & fortius operetur; ergo, ſi ſecundùm hanc mouet, & determinat voluntatem, non relinquitur alius modus, quo illi poſsit neceſsitatem inferre. Confirmatur; quia quando Deus neceſsitatem infert, nihilominus voluntas ſponte fertur in obiectum cum ſufficiente vſu rationis, & ſolùm in eo caſu neceſſariò operatur, quia non poteſt illi motioni Dei reſiſte-

A re, quæ illius conſenſum antecedit, & illum extorquet, (vt ſic dicam) ſed hæc omnia reperiuntur in illa determinatione phyſica, & effectiua per uoluntatem antecedentem; ergo illa differentia, q̄ Deus uelit efficaciter determinare voluntatem, ut velit neceſſariò, & quòd velit efficaciter determinare, vt velit liberè, & infallibiliter, eſt poſita ſolùm in verbis, & non in re.

Reſpondetur falſum eſſe ſuppoſitum: Nam volitio intrinſecè eſt appetitio boni, ex cognitione, & iudicio practico, & vltimo intellectus, itaq; ſi Deus neceſsitatem inferret voluntati, vt vellet, non alia ratione poſſet inferre, quàm immutando eā B & vim inferendo iudicio vltimo practico intellectus, in quo, vt ſupra diximus, includitur etiam actus voluntatis. Si autem præcedente iudicio practico vltimo libero moueat Deus efficaciter voluntatem, non imponit ei neceſsitatem, nec vim aliq̄ infert, ſed debitum confert influxum. Ad cōfirmationem iam patet, quid dicendum; falſa eſt enim minor propoſitio: nam quando Deus vim infert voluntati, non præcedit in hoc iudicium vltimū practicum liberum. dico liberum; quia in eo includitur actus liber voluntatis.

Nonò. Sic arguitur. Deum mouere uoluntatē efficaci, & phyſico auxilio, & eam moueri liberè cō- C tradictionem includunt; ergo ſunt incompoſsibilia. Antecedens probatur; ſuppoſita illa motione efficaci Dei, efficaciter mouetur uoluntas, & neceſſariò: nam mouere, & moueri dicuntur correlatiuè; igitur vno poſito neceſſariò ponitur alterum. Rurſus. Si voluntas mouetur liberè; ergo quacunque ſuppoſitione facta manet indifferens ad vtrumlibet. Conſequentia probatur: quoniam de eſſentia libertatis eſt indifferētia; ergo implicat, quòd moueatur efficaciter à Deo voluntas, & quòd moueatur liberè.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens: Ad probationem dicitur, quòd illius antecedens poteſt intel- D ligi dupliciter: vno modo in ſenſu diuiſo, & ſic falſum eſt: nam abſolutè, & ſimpliciter voluntas à Deo mota auxilio efficaci, & phyſico, liberè Deo vocanti aſſentitur. Alio modo poteſt intelligi in ſenſu compoſito; & ſic neceſſariò, neceſsitate ſuppoſitionis, & infallibiliter voluntas aſſentitur, & operatur.

Sed contra hanc reſponſionem ſic arguitur. Senſus diuiſus importat ſeparationem formæ a ſubiecto, quæ ſeparatio non poteſt eſſe, aut intelligi, niſi aut ſecundùm rem, aut ſecundùm rationem; cum ergo dicitur, quòd voluntas ſub prædeterminatione phyſica manet indifferens, ſeu libera in ſenſu diuiſo, aut intelligitur, quòd voluntas, ſi ſeparetur E ſecundùm rem ab illa determinatione, manet indifferens, aut quòd, ſi ſeparetur ſecundùm rationē ab illa prædeterminatione, ideſt ſi conſideretur ſecundùm ſe, habet illam libertatem, & indifferentiam; ſed ſiuè hoc, ſiuè illo modo dicatur, nunquā ſaluatur, quòd voluntas habeat proximam, & expeditam potentiam ad agendum oppoſita, ſiuè cōtrariè, ſiuè contradictoriè; ergo. Probatur minor: quoniam voluntas tam exiſtens, quàm conſidera- Replica

A ta ſine prædeterminatione caret, aut intelligitur carere aliquo maximè neceſſariò ad agendum;ergo vel non eſt,uel non intelligitur eſſe principium proximum, & expeditum ſuæ operacionis habens potentiam ad oppoſita;ſaluatur igitur ad ſummũ hac reſponſione libertas quędam radicalis in actu primo,qualis ſemper inuenitur in voluntate,etiam ſub actibus omninò neceſſarijs,ſed non in actu ſecundo.

Reſpondetur primò minorem eſſe falſam; quoniam voluntas ſeparata à prædeterminatione phyſica habet ſemper eam præſentaneam, quaſi in actu primo,& ideo nõ caret principio maximè neceſſariò.

B Secundò. Reſpondetur,quòd quando dicimus voluntatem ſub prædeterminatione phyſica non manere indifferentem, in ſenſu compoſito, poteſt intelligi dupliciter: vno modo loquendo de prædeterminatione phyſica,vt eſt à Deo agente in voluntatem, antequàm talis prædeterminatio impellat voluntatem ad agendum;& tunc fatendum eſt adhuc voluntatem etiam in ſenſu compoſito eſſe indifferentem;quoniã,vt ſupra diximus cum D.Tho. de Verit. talis motio recipitur in voluntate ſalua indifferentia uoluntatis. Alio modo poteſt intelligi talis præmotio Dei,quatenus actu impellit voluntatem ad agendum,vel ad ſe applicandum, & C ſic determinat voluntatem ſimul cum ipſa voluntate ſeipſam determinante; & tunc voluntas, licèt ſub tali determinatione non maneat indifferens in ſenſu compoſito, eſt tamen maximè libera; quia ſuam exercet libertatem. Tertiò reſpondetur volũtatem ſub ea determinatione eſſe liberam ad vtrũque oppoſitorum;vt explicauimus ſupra quæſtione 19.articulo decimo, & in fine tertiæ partis huius controuerſiæ.

D.Tho.

Suarez.

Decimò. Profert Suarez multas ſanctorum auctoritates,quas etiam adducit Cardinalis Bellarminus lib. 4.de gratia,& libero arbitrio capit. 14. quibus nihil aliud,probat, quàm uoluntatem noſtram à Deo non cogi, ut neceſſariò velit, ſed ita D moueri,vt in eodem inſtanti ſeipſam determinet; nec particula,enim, quam in D.Damaſceno,adeo diligenter obſeruat Suarez,aliquid ſuffragatur;referenda eſt namque non ad prædefinitionem vniuerſaliter ſumptam; ſed ad eam tantùm, ad quam voluntas paſsiuè ſe tantùm habet; quia nimirum non mouet ſeipſam,ſed mouetur tantùm. Hanc autem,quam hucuſq; defendimus,de voluntatis humanæ à Deo determinatione doctrinam, apertè confitetur Suarez.in opuſ.lib.1.c.17.num.8.vbi habet,hæc verba. *Simpliciter aſſerendum eſt Deum determinare uoluntatẽ,non ſine illa,ſed cum illa; quia quidquid agit cauſa ſecunda,agit prima; ſi enim ignis calefacit,etiam Deus calefacit;quia,vt ſupra dictum eſt,actio cauſæ ſecundæ magis eſt à prima cauſa, quàm a ſecunda,ſed voluntas determinat ſe;ergo Deus determinat ipſam.Item Deus efficit determinationem voluntatis, nã illa determinatio aliquid eſt, quod non poteſt fieri ſine Deo,ſed determinare voluntatem non eſt aliud, quam efficere determinationem eius;ergo tandem Deus conuertit voluntatem,vt ſcriptura loquitur; ergo determinat* E *illam.* Hæc ibi Suarez. Quibus ſi addamus, quod idem auctor dixit in eodem libro, capitulo quarto,de concurſu Dei cum voluntate, Deum ſcilicet eſſe cauſam immediatam immediatione virtutis, à qua pendet omnis actio primæ cauſæ, ad quam pertinet hæc determinatio;ſequitur determinationem actus fieri à voluntate, non tãtùm ſimul cum Deo,ſed etiam dependenter à Deo: Nam dicitur Deus eſſe primum agens immediatum immediatione virtutis; quia à nulla virtute dependet eius operatio,& à nullo ad agendum, applicatur,ſed omnem cauſat operationem, & cauſam omnẽ ad agendum applicat.Præterea determinatio hæc ad agendum nihil aliud eſt, quàm applicatio cauſæ ad operandum; Si ergo Deus cauſat hanc determinationem;igitur Deus applicat cauſam ad operandum;& cum etiam ſecunda cauſa,puta voluntas, ſeipſam applicet, & applicatio illa,vt eſt à voluntate,aliquid ſit,ſequitur hoc etiam à Deo fieri, vt voluntas ſeipſam determinet,fatetur enim Suarez omne illud,quod aliquid eſt,à Deo fieri.

Suarez fatetur volũtatẽ à Deo determinari.

2. Contra eandem concluſionem argumentatur Cardinalis Bellarminus in dicto cap.34. S.Thom. 1.2.quæſt.9. art.6. ad tertium ſic loquitur: *Deus mouet voluntatem hominis, ſicut vniuerſalis motor ad vniuerſale obiectum voluntatis, quod eſt bonum, & ſine hac vniuerſali motione homo non poteſt aliquid velle;ſed homo determinat ſe per rationem ad volendũ hoc, vel illud,quòd eſt verè bonum, vel apparens bonum,* vbi illa particula aduerſatiua, *ſed*, oſtendit determinationem particularem referendam eſſe in ipſam voluntatem,non in Deum prius determinantem.

Reſpondetur primo,argumentum D.Thom.tertium hoc eſſe:Deus non eſt cauſa, niſi boni,ſi ergo uoluntas hominis à ſolo Deo moueretur, nũquam moueretur ad malum: cui argumento reſpondet S. Thom. vt ſupra, ex qua reſponſione argumento collata apparet,mentem S.D.eſſe ponere differentiam inter determinationem voluntatis ad vniuerſale,& adæquatum obiectum uoluntatis,quod eſt bonum,cuius uolitio clauditur in omni uolitione, & determinatione eiuſdem voluntatis ad hoc, uel illud bonum,uerum,vel apparens; Nam prior determinatio fit à ſolo Deo,tanquam vniuerſali motore,& auctore naturæ; ſecunda uerò fit non à ſolo Deo,ſed etiam à voluntate, & quando ad malũ determinatur,non a Deo, ſed à ſeipſa determinatur,per quod ſoluit D.Thom. difficultatem tactã in argumento. Igitur ad argumentum dicitur,particulam illam aduerſatiuam,*ſed*,indicare determinationem particularem referendam eſſe in ipſam uoluntatem, uel ſimul cum Deo reſpectu particularium bonorũ, vel ſolam reſpectu malorum, quæ bona tantùm ſunt apparenter.

S. Thom.

Alia eiuſdem argumenta,ex auct.S.Tho. vel ex prædictis ſolui poſſunt, aut probant diuinum influxum non tollere indifferentiam uoluntatis, quod liberè confitemur in ſenſu ſuperius explicato, & ex eiſdem fundamentis,& reſponſionibus patet ẽt ſolutio argumentorum Vaſquezij,diſput.99.contra prędictas noſtras concluſiones,& aliorum etiã recentiorum;nam fortiora argumenta,quibus cæterorum

Vaſquez.

terorum vis comprehenditur, ſunt ea, quæ propoſita ſunt, & ſoluta.

Contra vndecimam concluſionem argumentatur Caietanus, Cuius argumenta ſoluuntur ſecundùm viam communem à Ferrarienſi in tertio contra gent. cap. 94. verſus finem, & c. 89. ex Capreolo in primo ſent. diſt. 40. art. 3. & à Valentia ſuper hoc articulo. Caiet. Ferrarien. Capreol. Valentia.

Contra tertiamdecimam argumentatur Syluester, & Ferrarienſis, & alij. Euitabile, & ineuitabile contradictoriè opponuntur, ſicut poſſe non euenire, & non poſſe non euenire; ergo oportet de re prouiſa alterum eorum verificari. Syluester. Ferrar.

Ad hoc argumentum patet reſponſio ex dictis in ſecundo notabili.

Valentia. Secundò arguit Gregorius de Valentia. Ineuitabile poſitiuè idem eſt, quod neceſſarium; ergo Caietanus non loquitur de ineuitabili poſitiuè, ſed de ineuitabili negatiuè; probatur conſequentia: Quoniam Caietanus indicat ſe loqui de ineuitabili, vt diſtinguitur à neceſſario.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens, vt oſtenſũ eſt in ſecundo notabili.

Tertiò arguit idem Valentia; quia difficultas mota à Caietano eſt de ineuitabili negatiuè; quoniam talis ineuitabilitas videtur conſilijs, & deliberationibus circa actus futuros obſtare.

Reſpondetur non eſſe motam difficultatem de ineuitabilitate negatiua, ſed de poſitiua, quæ magis videtur obſtare; quoniam videtur effectibus, vel actibus imponere fatalem quandam neceſſitatem, quæ non ita apparet in negatiua ineuitabilitate; quæ non fundatur in neceſſitate, aut in ineuitabili contrariè, ſed in altiore conditione, vel modo, quæ non tollit, ſed ſtatuit conſilia, & cætera media libera.

Quartò arguit. Effectus, vt eſt à Deo prouiſus, ſimpliciter etiam non eſt euitabilis; ergo ſimpliciter non eſt contingens; probatur conſequẽtia: quoniam, quod ſimpliciter contingens eſt, id ſimpliciter eſt euitabile.

Reſpondetur falſam eſſe conſequentiam: Quoniam effectus dicitur ſimpliciter contingens in ordine ad cauſam primam: euitabilis autem (vt modo loquimur de euitabili) dicitur in ordine ad cauſam primam, quæ de ordine cauſarum, ad talẽ effectum, non aũt de ipſius effectus euentu diſpoſuit.

Quintò. Si effectus, vt ſubeſt diuinæ prouidentiæ, non eſt ſimpliciter euitabilis, multò apertius ex hoc ſequitur abſurdum illud, quod tantopere metuebat Caietanus, nempè, vt fruſtra videantur orationes, & conſilia adhiberi ad auertendos aliquos futuros euentus: nam, ſi euẽtus prouiſus, quia prouiſus eſt, euitari ſimpliciter non poteſt, cur oremus, vt non eueniat?

Reſpondetur ſequuturum illud abſurdum, ſi diceremus eſſe ineuitabilem poſitiuè, non autem, ſi dicamus illi conuenire aliquid altius euitabili, & ineuitabili poſitiuè, cum negatione vtriuſque, ſcilicet euitabilis, & ineuitabilis.

Sextò. Conſtat effectum euitari non poſſe ſtante ſimul prouidentia de illo, atque idcircò eſſe ineui-

A tabilem ſecundùm quid, & in ſenſu compoſito, vt ſubeſt prouidentiæ diuinæ; ergo falſum eſt, quod docet Caiet. effectum, vt ſubeſt prouidentiæ diuinæ, non accipere ab illa ineuitabilitatem, ſed ſolũ conditionem altiorem, quàm ſit euitabilitas, aut ineuitabilitas.

Reſpondetur, quòd argumentum probat effectũ eſſe ineuitabilem negatiuè, ideſt non eſſe euitabilem, non tamen ſtatim ſequitur; ergo eſt ineuitabilis poſitiuè, ſed ſequitur aliquid altius, quod fundat negationem vtriuſq; ſcilicet euitabilis, & ineuitabilis. & hoc modo poteſt defendi ſententia Caietani. Prædictis adde optimum, & ſalubre conſi-
B lium eiuſdem Caietani in fine commentarij. Contra plures ex præmiſsis concluſionibus ſunt argumenta, quæ refert, & ſoluit Aluarez diſp. 22. & 23. Aluarez.

Tertia Controuerſia.

An actus mali materialiter ſumpti, & in ſpecie naturæ, aut etiam moris ſint ab æterno à Deo prædefiniti.

Sententiæ Doctorum, & ſtatus Controuerſiæ.

Tria ſunt huius controuerſiæ puncta in inſcriptione propoſita, quæ ſingula proprias habẽt
C difficultates: Nam in actu moraliter malo tria cõſiderantur. Primum eſt ipſa entitas, ſiuè ſubſtantia actus indeterminatè ſumpta, ideſt abſque determinatione ad ſpeciem aliquam naturæ, vel moris. Secundum eſt, ſpecies naturæ, quæ conuenit actui in ordine ad obiectum abſolutè ſumptũ. Tertium eſt ſpecies moris, quæ ſumitur ab obiecto relato ad rationem rectam, prout cum ea cõcordat, aut ab ea diſcordat, vt habetur ex D. Th. 1. 2. q. 18. art. 5. & 7. ad 1. & Conrado ibidem; qui id melius explicat q. 1. art. 3. ad 3. idem docet D. Tho. eadem parte, q. 79. art. 2. & ibidem Conrad. D. Tho. Cõradus.

Pro reſolutione proponenda ſunt diſtinctè pri-
D mò ea, in quibus omnes conueniunt. Secundò quæ communiter tenentur à Thomiſtis. Tertiò ea, in quibus eſt diſſenſio. Quatuor ſunt, in quibus neceſſe eſt omnes conuenire. Primum eſt, actum malum voluntatis duplicem eſſe: nam quidam eſt intrinſecè malus, ſcilicet ex obiecto, à quo malitia eſt inſeparabilis; ſicut odium Dei, blaſphemia, mendacium, & ſimilia. Alius eſt ex ſe indifferens, ſiuè etiã bonus ex obiecto, qui tamen ex defectu operantis ſit malus. Quod euenit dupliciter: vno modo; quia, licèt actus ſit ſecundùm ſe indifferens, vel bonus, mihi tamen hic, & nunc non eſt indifferens, neque bonus; vt ducere vxorem, ferre gladium, ire ad bel-
E lum, comedere carnes &c. Secũdò; quia, licèt actus ſecundùm ſe indifferens, ſiuè bonus, ſit etiam bonus reſpectu mei hic, & nunc operantis, & honeſtè exerceri poſsit; apponitur tamen intentio praua; ſicut, ſi darem eleemoſynam propter vanam gloriam. Conueniunt igitur omnes poſſe Deum ad actum malum hoc vltimo modo hominem inclinare, tam ex parte obiecti, quàm ex parte voluntatis; etiam ſi homo ex ſua voluntate ſit appoſiturus circunſtantiam mali finis; quia tunc Deus non incli- Quatuor cõiter confeſſa.

Digitized by Google

nat, niſi ad bonum, quod homo hic, & nunc, & prout à Deo mouetur, poſſet benè exercere, ſi vellet, ex ſola namque hominis malitia eſt, quòd ſua abutens libertate praui finis deformitatem adiungat. Controuerſia verò eſt de reliquis alijs actibus malis, ſiuè ſint ex obiecto intrinſecè mali, ſiuè ſint mali, quia prohibiti, nec poſsint benè exerceri hic, & nunc, & cæt. nam in re ab vtroque horum actuum genere inſeparabilis eſt malitia; & ſecundi etiam ex ſuppoſitione dici poſſunt intrinſecè mali.

Secundum eſt: cum duplex ſit modus, quo Deus mouet voluntatem ad aliquem actum, vnus moralis, nimirum ex parte obiecti, alius phyſicus, quo Deus per realem influxum in ipſam voluntatē immediatè eam inclinat ad volendum, conueniunt omnes, Deum non mouere voluntatem ad malum, ſiuè ad peccatum, nedum ex parte voluntatis, ſed neque etiam ex parte obiecti, nec eſſe cauſam peccati, cuius oppoſitum impiè docuerunt Caluinus, & Melancthon; qui tamen ſententiam errore cognito retractauit; quem errorem condemnat ſacrum Concil. Trid. ſeſſ. 6. can. 6. & 17.

Concil. Trid.

Tertium eſt, Deū prædefiniuiſſe ab æterno permiſsionem omnium malorum actuum futurorum.

Quartum eſt Deum phyſico, & reali influxu concurrere ad omnes actus malos liberi arbitrij, quatenus actus, & entia quædam ſunt, vt probat S. D. 1. 2. q. 79. art. 2. hoc diſcurſu. *Omne ens, quocunq; modo ſit, oportet, quod deriuetur à primo ente, vt patet per Dionyſium 5. cap. de diuin. nom. omnis autem actio cauſatur ab aliquo exiſtente in actu; quia nihil agit, niſi ſecundùm quod eſt actu; omne autem ens actu reducitur in primum actum, ſcilicet Deum ſicut in cauſam, qui eſt per ſuam eſſentiam actus: vnde relinquitur, quòd Deus ſit cā omnis actionis, inquantùm eſt actio.* Hæc ibi. Ea verò in quibus Thomiſtæ conueniunt, ſunt tria. Primum eſt malum eſſe duplex; vnum ſimpliciter, & abſolutè, quod eſt priuatio boni debiti, quando, vbi, ſicut, &c. Aliud morale, quod quandoque ſignificat priuationem boni ſecundùm rectum rationis ordinem debiti actui humano, vel habitui: quandoque verò ſignificat ens contrarium actui, vel habitui humano bono, & vocatur malum ſecundùm ſuam ſpeciem; quod non eſt nihil, ſed eſt ens, vt patet ex D. Thom. infra quæſtione 48. articulo primo ad ſecundū, & prima ſecundæ quæſtione 18. artic. quinto ad 2. & de malo, quæſt. 1. artic. 4. ad 8. Quæ eſt etiam ſententia Ariſtot. in prædicamentis cap. de qualitate, tex. 6. & in poſt prædicamentis, capit. de oppoſitis, tex. 9. in quibus locis affirmat iuſtitiā, & iniuſtitiam non opponi priuatiuè, ſed contrariè. De qua re agit Capr. in ſecundo ſent. diſt. 35. quæſtione vnica, & Caiet. 1. 2. quæſt. 18. art. 5. & q. 71. art. 6. latiſsimè, & quæſt. 72. art. 1. & alij Thomiſtę ibidem, & Ferrar. 3. cont. gent. cap. 9.

Tria in quibus Thomiſtæ conueniunt.

S. Thom.

Ariſtot.

Capreol.
Caiet.

Ferrarien.

Secundò conueniunt Thomiſtæ, peccatum commiſsionis, de quo nunc loquimur, ad vtrumque genus mali pertinere: nam, ſi conſideretur, prout eſt actus ordinatus ad obiectum indebitum, ad genus attinet mali moralis, & eſt quid poſitiuum; ſi verò conſideretur, vt dicens inordinationem priuatiuam, ſic ponitur in genere mali ſimpliciter. Tertiò conueniunt omnes, actus bonos eſſe à Deo prædefinitos vtraque prædefinitione, ſcilicet æterna, & temporali; Diſſenſio verò eſt in duobus, quorum vnum ad aliud neceſſariò ſequitur. Primum eſt circa rationem formalem, & intrinſecam mali moralis: Nam Caiet. in locis paulò ante commemoratis, & clarius 1. 2. quæſt. 79. art. 1. & 2. ſentit inordinationem priuatiuè ſumptam non includi formaliter, & intrinſecè in malo morali; ſed ad illud cōſequi; cui addit ſecundum, nimirum malum morale formaliter à Deo cauſari. Contrariam ſententiam quo ad vtramque partem defendit Ferrar. in dicto cap. 9. & Capreol. in dicta quæſt. art. 3. ad ſecundum, & ſextum, dicentes conſtitutiuum formale mali moralis, & peccati commiſsionis eſſe poſitiuum cum priuatione, videlicet cōuerſionem indebitam ad obiectum, prout ſubſtat priuationi rectitudinis debitæ ineſſe illi conuerſioni: quam ſententiam ſequitur etiam Medina in dicta q. 79. art. 2. deſerens ſententiam Caietani, quam in præcedentibus approbauerat. Sed de hoc latè diſſeremus inferius, quæſt. 48. art. 1. quod autem communiter, & principaliter in cōtrouerſiam vertitur eſt: An actus moralis malus poſsit aliqua ratione eſſe à Deo prædefinitus, ſiuè æterna, ſiuè temporali prædefinitione S. Thom. in 2. ſentent. diſt. 37. quæſt. 2. artic. 2. poſt Auguſtinum lib. 2. de lib. arb. cap. 19. & 20. opinionem ſequitur affirmantem, quam longo, firmiſsimoq; diſcurſu confirmat. Eandem ſententiam tuentur eius diſcipuli; præſertim verò Capreolus in allegata diſt. art. 3. ad ſecundum argumentum principale, Ferrarienſis in 3. cont. gent. c. 71. in fine, & cap. 89. ad tertium Scoti, Soto de Natura, & Gratia lib. 1. cap. 18. Medina 1. 2. quęſt. 79. art. 2. & quæſt. 109. art. 2. Melchior Canus de locis Theologicis lib. 2. cap. 4. ad ſeptimum. Dominicus Bannes ſupra q. 19. art. 10. eam ſignificat his verbis: *Diuina prouidentia omnem operationem liberam prædefiniuit; immo, & omnem operationem, inquantū bona eſt, & circa bonum exercetur*: quæ vltima uerba videntur addita propter actum peccati, quem inſinuat à Deo prædefiniri. Eandem ſententiam, acriter tuetur Nauarretus contr. 25. & 26. Tomo 2. Ex dicendis apparebit ex verbis, & doctrina D. Tho. manifeſtè colligi, phyſicam, & cōſequenter etiam æternam omnium actuum malorum, quatenus actus ſunt, prædefinitionem. Ad cuius euidentiam.

Duo, in quibus Thomiſtæ diſſentiunt.

Ferrar.
Capreol.

Medina varius.
Status controuerſiæ.

Capreoli
Ferrar.
Soto.
Medina.
Melc. Can.
Bannes.

Nauarret.

Reſolutio.

Diſtinguitur in actu peccati ſpecies naturæ, & ſpecies moris, & probatur conſtitutiuum in ſpecie moris eſſe poſitiuum cum priuatione.

CONſiderandum eſt primò quemlibet actū liberum duplicē habere ſpeciē, vnā in genere naturæ, quæ attenditur, ex comparatione actus ad obiectum abſolutè ſumptum; ſicut cōmedere carnes, & comedere piſces ſpecie diſtinguuntur in genere naturæ. Alia ſpecies conuenit actui libero in ordine ad obiectum, non abſolutè ſumptū, ſed prout eſt conſonū, vel diſſonum à recta ratione; & hęc eſt ſpecies in genere moris. Quamobrem vbi erit

eādem

eadem conſonantia, aut diſſonantia ad rectam rationem, erit eadem ſpecies; vbi verò diuerſa erit conſonantia, vel diſſonantia ad rectam rationem, erit diuerſa ſpecies: quo fit, vt quandoque diuerſæ ſint ſpecies in eſſe naturæ; quæ tamen in vnam conueniunt ſpeciem moris, ſicut in exemplo adducto de commeſtione carnis, & piſcium; quæ ad vnã ptinet moris ſpeciem, cũ tamen diuerſæ ſint ſpecies in genere naturæ; & rurſus nonnunquã ſunt diuerſæ ſpecies actuũ in genere moris, cum tamẽ actus ad vnam pertineant ſpeciem naturæ; ſicut concubitus cum vidua, & concubitus cum virgine, ad eandem naturæ ſpeciẽ pertinent; cũ tamen ſpecie differãt in genere moris, & ſimiliter cõmeſtio carnis in Die iouis, & in Die veneris ſpecie naturæ vnum ſunt; ſpecie verò moris diſtinguuntur.

Secundò ſciendum eſt conſtitutiuum intrinſecum, & formale in genere mali moralis non eſſe ſolam priuationem debitæ rectitudinis, nec tantùm aliquid poſitiuum, puta cõuerſionem ad obiectũ, ſed vtrumq; ſimul; poſitiuum quidem, vt principale, negationem verò, vt quid ſecundarium. Non eſſe autem ſolam priuationem ſatis patere poteſt ex ſuperius allegatis auctoritatibus. D. Tho. & Ariſt. Qui duabus rationibus hanc partem confirmat. prior eſt; quia inter habitum, & priuationem non datur medium; at inter bonũ, & malum datur medium, nimirum actus indifferens ex natura ſua ad bonum, & malum, poſterior eſt; quia à priuatione ad habitum non eſt regreſſus; qui tamen eſt à malo ad bonum. Quod verò mali moralis conſtitutiuum, aut ſpecifica ratio in ſola re, aut ratione formali poſitiua non conſiſtat, probatur. Primò Autho. S. Aug. tract. 1. in Ioan. vbi ſic explicat illa verba. Io. 1. *Sine ipſo factum eſt nihil*, ideſt *ſine ipſo factũ eſt peccatum, quod eſt nihil*. quod alibi ſæpius replicat, videlicet lib. 2. de ciuit. Dei, c. 10. & in Enchir. c. 10. & in pluribus aliis locis: idẽ affirmat Leo Papa, epiſt. 93. c. 9. vbi ait mali nullam eſſe naturam, & Dionyſ. 4. c. de diui. nom. longo diſcurſu probat malum in cõi, & malũ in Angelis, & in animabus nihil aliud eſſe, q̃ priuationem, & defectum. Secundò probatur idem ratione. Si peccatum, prout eſt malum morale, in ſua ratione formali conſtitutiua dicit poſitiuum tantùm, ſequitur Deũ eſſe cãm peccati, quod nullus catholicus admittet, probatur ſequela; quia nulla eſt entitas poſitiua, quam Deus non cauſet. Et confirmatur; quia peccatũ eſt actus deficiens in ordine ad obiectum indebitum; ergo non eſt præciſè actus, vel quid poſitiuum: nã, ſi ita eſſet, proculdubio à Deo cauſaretur. Præterea: ſi priuatio rectitudinis debitæ ineſſe, & deformitas ſe habent ſolùm conſequenter ad eſſentiam, uel ſpeciem peccati, vt dixit Caiet. ſequitur Deum eſſe cauſam peccati; quia Deus eſt cauſa totius poſitiui, quo ſolo peccatum formaliter, & intrinſecè conſtituitur ſecundùm Caietanum; Itaque conſtitutiuum peccati, neque ſolùm eſt poſitiuum, nec ſola priuatio, ſed vtrumque ſimul, prout expreſsè docet S. Tho. 1. 2. q. 79. art. 2. dicens: *peccatum nominat actionem cum quodam defectu*. & in reſponſione ad 2. ait: *Sic eſt Deus cauſa actus, quòd nullo modo eſt cauſa defectus concomitantis actum, & ideo non eſt cauſa peccati*. vbi non ait defectum concomitari ſpeciem actus, ſed actum; quia poſitiuum prius eſt priuatiuo, & principalius rei cõuenit: quod ſignificat ibidem S. D. ad tertium dicens: *Defectus, qui dicitur nõ eſſe à Deo, pertinet ad ſpeciem actus conſequenter, & nõ quaſi differentia ſpecifica*: quod non ideo dictum eſt; quia conſequatur ſpeciem iam conſtitutam; ſed quia minus principaliter pertinet ad ſpeciem, quẽ ſenſum luculenter expreſsit S. D. in q. 1. de malo, arti. 1. in reſponſionibus ad 2. 4. 7. & 11. argumentũ. Ex quibus diuerſa S. Tho. dicta, quæ videntur contraria, facilè poſſunt conciliari: nam ſæpè ait formale peccati eſſe priuationem rectitudinis; vt 1. 2. q. 18. ar. 1. vbi ait malitiam moralem eſſe priuationem rectitudinis debitæ ineſſe actui, & qu. 109. art. 2. ad 2. affirmat peccatum nihil aliud eſſe, quã deficere à bono: in præallegatis autem locis docet, ſpeciem peccati per aliquid poſitiuum conſtitui; ſed, cum in ratione peccati cõmiſsionis, quod eſt malum morale, vtrumq; claudatur, mirum non eſt D. Tho. modo vnum, modo alterum, & ſæpè vtrũque commemoraſſe.

(Marginal notes: A — B — Augu. Ioan. 1. — Leo Papa — Dionyſ. — S. Thom. — S. Thom.)

Status Controuerſiæ.

C Tertiò: Notãdum moralem actum rectè rationi non conformem eſſe ſimpliciter, ſiuè abſolutè malum, bonum autem ſecundùm quid, vt deducitur ex D. Tho. ſupra q. 5. art. 1. ad 1. vbi docet, id, quod non habet vltimam ſibi debitam perfectionem, eſſe bonum tantũ ſecundùm quid; ex quo ſequitur eſſe malum ſimpliciter. Et probatur; quia bonitas, & malitia actus ſimpliciter attenditur ſecundùm ea, quæ ſibi conueniunt, prout eſt, vel fit in rerum natura, ideſt ſecundùm conditiones, vel circunſtantias, ſecundùm quas eſt conſonans, aut diſſonans à recta ratione; omnis verò actus à recta ratione diſcordans, ſiuè ſecundùm obiectum, ſiuè ſecundùm aliquam circunſtantiam ſimpliciter malus eſt.

(Marginal note: Actus malus moraliter eſt ſimpliciter, malus.)

D Quartò obſeruandum eſt, omnem phyſicã Dei prædefinitionem præſupponere æternam Dei prędefinitionem, & ex ea procedere tanquam ex cauſa. Nihil enim Deus agit in tempore, quod non ab æterno prædefinierit ſe facturum; alioquin noua ex tẽpore adueniret Deo deliberatio: cũ nihil abſque præuia ſuæ volũtatis determinatione Deus operetur ad extra: vtraq; verò prædefinitio cõuenit actui ſm̃ ſuum eſſe ſimpliciter in rerum natura: nõ .n. alia rõne põt intelligi actus propriè prædefiniri, q̃ vt accipiens determinationẽ perfectã quo ad ſpeciem, & indiuiduum, conſideratis etiam circũſtantijs, ſecundùm quas exercendus eſt in rerũ natura. Et qm̃ actus moraliter malus, puta fornicatio, uendicat ſibi eſſe à voluntate tali tempore, loco, &c. ex quibus, & obiecto intrinſecam habet malitiam, idcircò nulla ratione videtur poſſe verè, & propriè à Deo prædefiniri; alioquin Deus eſſet cã peccati: Et hæc vr̃ eſſe præcipua radix difficultatis. Nihilominus ſecundùm principia, & mentem D. Tho. oĩnò dicendum eſt, oẽm actum moraliter malũ, quatenus actus eſt, & bonus, eſſe à Deo prædefinitum, vt inferius oſtendemus.

(Marginal notes: Actus malus moraliter nõ prędefinitur à Deo. — E)

Digitized

Deum eſſe cauſam actus peccati quo ad ſpeciem naturæ: voluntatem autem ad ſpeciem moris ſe primò determinare.

QVintò. Explicandum eſt, quomodo Deus dicatur eſſe cauſa actus peccati, et quo ad ſpeciẽ in eſſe naturæ, & tamen non prædeterminet voluntatem ad ſpeciem moris; ſed ipſa voluntas ſeipſam determinet. in qua re præmittenda eſt illa ſententia Oſeæ. *Perditio tua ex te Iſrael eſt, tantùmmodo ex me auxilium tuum*, & doctrina D. Thom. varijs in locis, & primo, 1.2.q.80.art.1.ad 3. vbi ait. *Deus eſt vniuerſale principium omnis motus humani: ſed quòd determinetur ad malum conſilium voluntas humana, hoc directè quidem eſt ex voluntate humana, à diabolo autem per modum perſuadentis.* quam doctrinam latius explicat S. Tho. de malo, q.3. art.2. in corpore, & ad 2. vbi ait. *Cum Deus ſit primum principium motionis omnium, quædam ſic mouentur ab ipſo, quòd etiã ipſa ſeipſa moueant: ſicut quæ habẽt liberum arbitrium; quæ ſi fuerint in debita diſpoſitione ad recipiendam motionem, qua mouentur à Deo, ſequentur bonæ actiones, quæ totaliter reducuntur in Deum ſicut in cauſam. Si autem deficiant a debito ordine, ſequetur actio inordinata, quæ eſt actio peccati: & ſic id, quod eſt ibi de actione, reducetur in Deum ſicut in cauſam; quod autem eſt ibi de inordinatione, vel deformitate, non habet Deum cauſam, ſed ſolùm liberum arbitrium.* & in reſpõſione ad 2. ſic ait. *Deformitas peccati non conſequitur ſpeciem actus, ſecundùm quod eſt in genere naturæ: ſic autem à Deo cauſatur: ſed conſequitur ſpeciem actus, ſecundùm quòd moralis, prout cauſatur ex libero arbitrio.* vbi perſpicue docet S. Tho. quòd actus quo ad ſpeciẽ moris non eſt à Deo, ſed à libero arbitrio. Ex quibus locis colligitur primò, quod Deus eſt primum mouens reſpectu cuiuſcunq; actionis. Secundò, quòd Deus mouet determinatè voluntatem ad actus bonos. Tertiò, quòd Deus non prædeterminat voluntatem ad actus malos moraliter, ſed voluntas ſeipſam mouet, & determinat ad talem ſpeciem malã moraliter.

Oſee.

S. Thom.

An autem voluntas ſeipſam determinet ad actũ ſecundùm ſpeciem naturæ; & rurſus quomodo, & quo ordine ſeipſam determinet ad ſpeciem actus moralem, ſubtiliter inquirendum eſt: ex hoc enim pendet totius huius controuerſiæ reſolutio. Conſiderandum eſt igitur Deum ab æterno per infinitã ſcientiam ſuam naturalem, ante omnem ſuæ volũtatis determinationem præuidiſſe, quòd, ſi conferat Paulo auxilium efficax ad talem rectam operationem, Paulus rectè, operabitur, & ſimiliter, ſi Petro conferat auxilium tantum ſufficiens, non autem efficax, ad talem operationem, puta fidei confeſsionem, quòd infallibiliter deficiet, & peccabit. Deinde prædefiniuit Pauli cõuerſionem, & ſtatuit conferre Paulo auxilium efficax in tali actu, puta conuerſionis, & tandem de facto in tempore confert; & ſic Paulus conuertitur. Petri verò negationẽ non prædefiniuit, ſed decreuit conferre auxilium tantum ſufficiens, non autem efficax ad fidei confeſsionem, & in tempore tale confert auxilium, & ſic Petrus deficit, & negat Chriſtum. Vbi aduertendum eſt maximam eſſe differentiam, quo ad phyſicam Dei præmotionem, & cõſequenter etiam quo ad æternam Dei prædefinitionem inter actum cõuerſionis Pauli, & actum negationis Petri; Nam actus conuerſionis Pauli ſimpliciter cauſatur à Deo per realem influxum Dei præmouentis, ac prædeterminantis voluntatem Pauli ad talem actum. ſ. conuerſionis, & eadem ratione ab æterno idem cõuerſionis actus à Deo prædefinitur; quia eſt actus ſimpliciter bonus. Actus verò negationis Petri nõ ſimpliciter cauſatur à Deo, nec phyſicè prædeterminatur ſimpliciter, aut prædefinitur; ſed diſtinguendus eſt in rationem actus vt ſic, & in rationẽ actus ſpecificam naturalem, & in rationem priuatiuæ deordinationis, & in rationem moralem ſpecificam; ex quibus certum eſt in doctrina D. Tho. priores duas rationes in Deum tanquam in cauſã reduci ob eam cauſam; quia omnis entitas, & bonitas actus in Deum tanquam in cauſam reducitur; conſtat autem rationem actus, vt ſic, & rationem ſpecificam eius naturalem ad entitatem, & bonitatem actus pertinere. Tertia verò, ſcilicet deordinatio, manifeſtè in voluntatem noſtram deficientem reducitur. Tota verò difficultas eſt de ſpecifica ratione morali; quæ, vt diximus, poſitiuum includit cum priuatione: non enim poteſt in Deũ, vt in cauſam reduci; alioquin Deus eſſet cauſa deordinationis, & peccati, neque in voluntatem creatam tanquam in primam cauſam; quia poſitiuum omne à Deo eſt tanquam à prima cauſa. Quòd ſi dicatur Deum eſſe cauſam poſitiui, volũtatem autem priuationis; difficultas magis augetur: Cum enim in actu per ſe, & intrinſecè malo, puta in odio Dei, & blaſphemia, priuatio debitæ rectitudinis, ſeu deformitas neceſſariò ſequatur ad poſitiuum eiuſdem actus, vt eſt à creata volũtate, ita ut nulla ratione fieri poſsit ab ea ſine deformitate; Si Deus prædeterminat hominis voluntatem ad omne poſitiuum, quod eſt in tali actu, cur imputabitur voluntati ſic prædeterminatæ deformitas talẽ actum conſequens, licèt illum non conſequatur, niſi prout eſt à voluntate? Et certè minus dignè videtur de diuina bonitate ſentire, quiſquis exiſtimat Deum ab æterno prædefiniuiſſe, & in tempore phyſicè prædeterminare voluntatem Petri ad actum fornicationis ſecundùm ſpeciem eius naturalem; & omne poſitiuum; cum in rerum natura talis actus eſſe, aut fieri nullo modo poſsit abſq; deformitate morali; ſed huic difficultati ſatisfiet in ſequenti, cap. ſiue notabili: Nunc dicendum videtur actum voluntarium quo ad rationem eius ſpecificam moralem eſſe à voluntate creata tanquàm à prima cauſa ſeipſam primò determinante; vt manifeſtè docet Sanct. Tho. prima ſecundæ quæſtione nona, articulo ſexto ad tertium, & alijs locis ſuperius allegatis.

Ratio difficultatis.

Prima cauſa ſpeciei mali moralis eſt volũtas.

S. Tho.

Quod etiam ratione ſic probatur. Species moralis peccati non dicit ſolum actum, nec ſolam deformitatem, ſed actum deformem, vt dicit S. Tho. quæ deformitas eſt per comparationem ad regulam rationis, & facit vnum per ſe cum actu; ergo in vnam cauſam per ſe reducenda eſt talis ſpecies: hæc

hæc verò cauſa non poteſt eſſe Deus; ergo erit creata voluntas. Antecedens quo ad priores partes eſt D.Thom.locis ſuperius allegatis: quo ad vltimam verò partem, videlicet, quòd deordinatio cũ actu faciat vnum per ſe, nota eſt ex philoſophia; quia, cum ſpecies ſit vnum per ſe, intrinſeca eius conſtitutiua per ſe adunari ad illud vnum conſtituendũ neceſſe eſt. Conſequentia verò videtur euidens; quia ens creatum per ſe vnum, vnam per ſe ſibi vendicat cauſam, & facilè etiam deducitur ex diſcurſu in ſexto metaph. vbi Ariſtot. ſolis entibus per accidens vnam per ſe cauſam denegauit. Subſumpta verò propoſitio, nimirum Deum non poſſe eſſe cauſam talis ſpeciei, probatur; quia ſpecies mali moralis dicit vnionem, vel potius quid reſultans ex vnione actus, & deformitatis; illud ergo ſolùm poteſt eſſe cauſa talis ſpeciei, quod poteſt eſſe cauſa vnionis deformitatis cum actu, & conſequẽter reſultantiæ talis ſpeciei; at repugnat Deo eſſe cauſã vnionis deformitatis cum actu voluntatis; ergo illi etiam repugnat eſſe cauſam reſultantiæ ſpeciei mali moralis. Conſequentiæ omnes videntur euidentes, ex ijs, quæ fiunt per generationes naturales; nunquam enim agens naturale dicitur produxiſſe ſpeciem in hac materia, niſi prius natura cauſet vnionem formæ cum materia, nec aliquis dicetur eſſe cauſa infirmitatis (quam S. Doct. ſolet aſsimilare malo morali) niſi cauſet vnionem poſitiui cũ priuatiuo incluſo in ratione infirmitatis. Deũ autem non cauſare vnionem deformitatis cũ actu voluntatis ex eo liquet, quòd talis vnio cauſari nõ poteſt, niſi cauſata prius deformitate, quæ ex hoc ipſo dicitur vniri ſubiecto, quod in eo cauſatur; ſicut, & quęlibet alia priuatio. Præterea: ſpecies mali moralis eſt ipſum malum morale, quod eſt peccatum, quod à Deo cauſari non poteſt; ergo neque ſpecies. Relinquitur igitur ſolam voluntatem eſſe cauſam talis ſpeciei formaliter loquendo; ſicut & ſola eſt cauſa peccati. Quomodo autem, & quo ordine id fiat, ſupereſt explicandum.

Ariſtot. Deus non eſt cauſa ſpeciei mali moralis.

Quomodo voluntas ad ſpeciem actus mali moralem ſe primò determinet, & Deus ſpeciem eiuſdem actus naturalem prædefiniat.

SExtò itaque aduertendum eſt, moralem ſpeciẽ eſſe id, quod vltimò actui aduenit, & in quod primò tendit humana voluntas, quamuis reſoluta morali ſpecie in ſua conſtitutiua ſępè dicat S. Th. deordinationem, non niſi per accidens eſſe volitã; ſed nunc ſermo eſt de ſpecie morali tota cathegorematicè, in quam dicimus primò tendere voluntatem, ſaltem quo ad electionem, ſeu determinationem ad agendum tali actione; quæ determinatio reſpectu talis ſpeciei propria eſt voluntatis. Dico autem electionem, quoniam peccator ſeipſum intendit tanquam vltimum finem, in ordine ad quem vniuerſos ſuos actus elicit. Iam autem ſupra dictum eſt Deum eſſe cauſam omnis actualitatis, & bonitatis actus, & ſpeciei naturalis, quæ omnia præcedunt ſpeciem moralem actus mali ordine generationis, modo noſtro intelligendi, habente fun-

A damentum in re, quæ ſpecies morales ad prædicta comparatur, quaſi vltima perfectio, ſiuè complementum actus voluntatis; quod autem vltimũ eſt in effectu, eſt, quod primò intẽditur, vel expetitur ab agente, & quod primò cadit ſub eius deliberatione, & determinatione. Cum igitur in actu moraliter malo ratio entitatis, & actus, vt actus eſt, cum ſua ſpecie naturali, præcedat ſecũdùm ordinem cauſæ materialis, & ſecundùm ordinem executionis ſpeciem actus moralem, quæ poſtremò ſuperuenit actui, & eadem ſpecies moralis reſpectu creatæ voluntatis ſit prior ordine intentionis entitate, & actu, vt actus eſt, cum ſua ſpecie naturali,

B conſequens etiam eſt, determinationem voluntatis ad moralem ſpeciem eodem ordine, ſcilicet intentionis, præcedere phyſicam Dei prædeterminationem ad talem actum, & ſpeciem naturæ. Certũ eſt enim ſecundùm ordinem executionis diuinum influxum mouentem, & determinantem ad actum, vt actus eſt, in tali ſpecie naturæ præcedere creatę voluntatis influxum, ſiuè applicationem, qua ſeipſam determinat ad actum, vt actus eſt, & vt eſt in tali ſpecie naturæ. Cum igitur hæc determinatio, prout à voluntate eſt, præcedat ordine executionis determinationem eiuſdem voluntatis ad ſpeciem actus moralem, ſequitur, quod eodem ordine

C diuinus influxus ad actum vt ſic determinans, pręcedat determinationem voluntatis ad ſpeciem actus moralem; & quemadmodum determinatio voluntatis ad ſpeciem actus moralem, prior eſt ordine intentionis determinatione eiuſdem voluntatis ad actum, vt actus eſt, & ad ſpeciem eius naturalem, ſic præcedat etiam eodem ordine diuinum influxum ad actum. & ſpeciem eius naturalem determinantem: Nam, & ſi Deus influxum ſuum non ordinet ad ſpeciem mali moralem, atque ideo nec ad eundem ordinet actum, & ſpeciem eius naturalem, idem tamen actus materialiter ad ſpeciẽ mali moralis ordinatur; quia creata voluntas finem il-

D lum intendit. Si itaque uerum eſt, quod diximus, ſcilicet uoluntatem noſtrã eſſe ſolam cauſam ſpeciei actus mali moraliter, ſequitur etiam determinationem noſtræ voluntatis ad ſpeciem moralem actus præcedere phyſicam determinationem Dei reſpectu ſpeciei naturalis eiuſdem actus; quia voluntas noſtra primò fertur in id; quod ſimpliciter ab agente ſolet in quolibet effectu prius appeti, & determinari; Deus autem fertur in ea, quæ illi ſpeciei, vt materialia ſubſternuntur. Ex quo ſequitur, quòd Deus ab æterno primò præuidit per ſcientiã naturalem; quod ſi præmoueret uoluntatem Petri ad actum liberum, & ſingularem talis ſpeciei ſecũ-

E dùm eſſe naturæ, mouendo ipſam ad bonum ſuo influxu, uel auxilio ſufficienti, non tamen efficaci reſpectu boni moralis, ipſa infallibiliter deficiet, & ſe ipſam primò ſecundùm ordinẽ intẽtionis determinabit ad talem ſpeciem, & ad talem actum mali moralis: Deinde decreuit præmouere Petri voluntatem ad talem actum liberum talis ſpeciei in eſſe naturæ, ac proinde inclinare ipſam ad bonum, & conferre illi auxilium ſufficiens ad bonum morale, & permittere dictam voluntatis determina-

nationem; tandem ſic præmouet Deus uoluntatẽ Petri; qui ſic liberè motus, liberè ſe determinat ad talem actum moraliter malum, quem per ſe primò intendit: Quòd ita poteſt explicari: Nam Deus p̃mouens volũtatem Petri ad actum ſingularem ſecundum talem ſpeciem naturæ, non efficit dictum actum, niſi mediante voluntate Petri ipſum eliciẽte, nec in aliquo inſtanti naturæ prius illum attingit, ſiuè producit, quàm eliciatur à voluntate Petri, quæ ſic à Deo mota tendit in talem actum ſecũdùm ſpeciem eius naturalem, non obſeruato ordine diuinæ legis, & rectæ rationis, & ita operatur cũ defectu, qui eſt priuatio debiti ordinis: ex qua tendentia cum dicta priuatione reſultat ſpecies actus moraliter mala: ac proinde dicitur voluntas ſeipſam per ſe primò determinare ad talem actũ, & illum intendere, quatenus in ſpeciem actus naturalem, & eius obiectum, quod vt ſic bonum eſt, tendit abſque ordine legis diuinæ, & rectæ rationis, quod eſt tendere deficienter: ex hac enim tendentia deficienti, reſultat ſpecies actus moraliter mali; quo fit, vt talis ſpecies, atque à Deo determinatio ad illam, tribuatur volnntati; vt primæ cauſæ: Nam voluntas deficienter agendo, coniungit actui deordinationem, & ita conſtituit ſpeciem, & actum moraliter malum; quem, vt talem Deus, nec efficit, nec intendit: Hæc ergo determinatio, & intentio volũtatis ad actum moraliter malum, quatenus ſoli conuenit voluntati, in ſola priuatione cõſiſtit: quidquid verò entitatis in eo eſt, totum per ſe primò à Deo eſt, vt agente, & mouente primo, à voluntate verò, vt agente proximo à Deo moto ad liberè operãdum, ſed ipſa ſpecies actus moraliter mali cathegorematicè ſumpta, à ſola eſt volũtate; ſicut Sortes dicitur à Platone genitus, licèt quo ad materiam, & animam, ſit à ſolo Deo; quia totus cathegorematicè eſt à Platone: Quòd autem voluntas creata deficiens intentionis, aut electionis actu feratur in ſpeciem mali moralis, patet in eo, qui vult actum intrinſecè malum, puta blaſphemiæ, odij Dei, mendacij, & ſimilium; vult enim actum, vt talem, nulla facta præciſione à ſpecie morali; alioquin non vellet blaſphemiam, nec odium Dei, nec mendacium, prout ab alijs actibus moralibus diſtinguuntur.

Nota. Sed pro maiori dictorum intelligentia quinque obſeruanda ſunt: Primum eſt: Cum dicimus Deum in nullo priori inſtanti naturæ producere creatæ voluntatis actum, in quo, non producatur ab ipſa creata voluntate; ſermo eſt de inſtanti naturæ in quo: Duobus tamen alijs prioritatis modis Deus prius efficit actum creatæ voluntatis, quàm ipſa voluntas: primus eſt ſecundùm independentiam: quoniam effectus, vel magis defectus creatæ volũtatis præexigit, vt ſubiectũ entitatem actus à Deo, & ab ipſa voluntate productam, & ita ab ea dependet eo modo, quo priuatio dependet à ſubiecto, in quo eſt; ſubiectum autem priuationis ab ipſa priuatione non dependet: Secundus modus eſt ſecundùm non conuerſionem conſequentiæ: nã, ſi deordinatio eſt, ſequitur eſſe entitatem actus, quæ dicitur inordinata; non tamen ex actus ſola, & præciſa A poſitione ſequitur inordinatio: Cum his tamẽ modis prioritatis, benè ſtat prioritas illa ſecũdùm ordinem intentionis.

Secundum eſt, moralitatem actus mali moraliter dupliciter poſſe conſiderari: Vno modo ſecundùm completam, & ſpecificam ſuam rationem; & ita Deus non eſt eius cauſa, ſed ſola creata uoluntas, vt ante diximus: Alio modo præciſa ratione priuationis rectitudinis illi debitæ, prout ſcilicet dicit proceſsionem actus liberi ex conſultatione, & deliberatione rationis, & ex indifferentia rationis, & voluntatis: per hæc enim actus conſtituitur in genere moris; & hoc modo cauſatur moralitas B actus mali moraliter à Deo vt prima cauſa, ad bonum mouente: ſic enim dicit perfectionem longè maiorem, quàm ſit entitas phyſica, quam Deus cauſat in actu uoluntatis; & eadem ratione moralitas actus mali ſic ſumpta prædefinitur à Deo.

Tertium eſt, priuationem debitæ rectitudinis in actu voluntatis, non ſequi ad entitatem actus ſecundùm ſe, & abſolutè conſideratam, ſed quatenus eſt à voluntate deficiente; Et ideò cauſat quidem poſitiuè Deus entitatem actus; ad priuationẽ autem ſe habet permiſsiuè tantùm.

Quartum eſt Deum præmouendo voluntatem ad entitatem actus intrinſecè mali, nullam ei imponere neceſsitatem, ſed illam in ſua perfecta re- C linquere libertate, vt in ſuperioribus ſatis oſtendimus; & ideò poteſt uoluntas nullam illi enti tali malitiam apponere, & ad obiectum indebitum ſe non conuertere.

Quintum eſt, Deum prędefinire materiale peccati, quatenus ex eo reſultat aliqua gloria Dei; vt patet Gen. 45. vbi Ioſeph dixit fratribus ſuis, qui in eius venditione peccauerunt: *Non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum*, & 2. Paralip. 21. (2. Paralip. 21.) *Suſcitauit ergo Dominus contra Ioram ſpiritum Philiſtinorum*; & Pſal. 104. *Conuertit cor eorum, vt odirent populum eius*: & Iſa. 13. (Pſal. 104. Iſa. 13.) *Ego ſuſcitabo ſuper eos Medos &c.* D Et quia Deus ſemper operatur propter gloriam ſuam, ideo implicat dicere Deum mouendo ad entitatem actus mali cauſare indirectè malitiam, & peccatum: Diuina enim motio, & prædefinitio ex vi ſua repugnat peccato: ordinat enim Deus omnia ad ſeipſum, peccatum autem eſt deordinatio à Deo vltimo fine.

Ex quo ſequitur primò volũtatem eſſe primam cauſam ſpeciei moralis, & peccati, cum ſeipſam primò ad illud determinet, ſicut Deus eſt prima cauſa actus ſecundùm ſpeciem naturæ; Sequitur ſecundò, actualitatem illam, quæ eſt in ſpecie moris, eſſe à Deo vt primo agente, ſed non ea ratione, E qua ſpeciem moris conſtituit, ſed materialiter tñ. Sequitur tertiò, peccatum ſoli uoluntati, vt primæ cauſæ imputandum eſſe. Quartò ſequitur concordia multorum dictorum S. Tho. vt patet ex dictis. Denique ex his habetur intelligẽtia doctrinæ Thomiſtarum.

Quod autem Deus prędefiniat actualitatem, & ſpeciem naturalem mali moralis, facilè ex dictis in præcedentibus controuerſijs deduci poteſt; vbi diximus applicationem ad actum idem eſſe, quod phyſi-

Digitized by Google

phyſicam actus prædeterminationem: conſtat aũt ex doctrina D. Thom. & præſertim infra q. 105. artic. 5. & 3. cont. gent. cap. 89. Deum applicare oẽs ſecundas cauſas ad actus bonos; igitur Deus prædeterminat omnes actus bonos, & eadem ratione eos omnes ab æterno prædefinit; actus autem moraliter malus, ſecũdùm ſpeciem naturæ bonus eſt; ergo à Deo applicatur creata voluntas ad talem actum, & conſequenter prædeterminatur, ac prædefinitur. Nec obſtat, quòd naturali ſpeciei talis actus ſit inſeparabiliter annexa deformitas; quoniam hæc non conſequitur ex ipſius actus ſpecie naturali ut ſic, ſed ex voluntate deficiente, quæ, vt ſic, cã eſt per ſe primò ſpeciei moralis actus mali.

Ad cuius ampliorem euidentiam ſcito ex doctrina D. Thomæ, prima ſecundæ queſt. 9. art. 6. ad tertium, & ſuper Epiſt. ad Roman. 9. cap. circa illa verba: *quia in hoc ipſum excitaui te*, Deum vt agens vniuerſale, ac ſummum bonum mouere quodlibet agens creatum in qualibet eius actione ad bonũ: mouet enim, exempli gratia, Petrum indigentem ad ſibi prouidendum, & ad conſulendum de medijs tali bono, ac fini congruentibus, ſed in conſulendo, ac iudicando deficit Petrus, non conſiderando ſingulss rerum circumſtantias, ex quo defectiuo iudicio, ſequitur electio peccaminoſa, qua per acceptionem alienæ rei, ſuæ vult indigentiæ prouidere; qua præmiſſa deliberatione; ſiuè determinatione, Deus, qui mouebat ad bonum, non in abſtracto, aut in communi tãtùm, ſed etiam in hoc actu ſingulari: influxum ſuum non ſubtrahit iam ſemel immiſſum, quo ſecundam cauſam mouet ad illud omne, quod entitatis, perfectionis, ac bonitatis eſt in actu, etiam ſi deformitatem præuideat in eo actu, ex creatæ voluntatis infirmitate futuram. Debitus eſt enim ex æternæ legis præſcripto cuilibet ſecundæ cauſæ in quauis eius operatione diuinus influxus: adeò vt ſit implicatio cõtradictionis manifeſta, ſecundam cauſam agere ſine prima. Et ex his patet ordo prædictus, nimirum, ſecundæ cauſæ prædeterminationem eſſe priorem ordine intẽtionis in actu peccati, cuius moralis ſpecies primò determinatur, ac intenditur a volũtate creata; ſpecies verò naturalis, & entitas, vt in ſpecie morali clauſa, poſterius à Deo prædefinitur; quamuis abſolutè ſumpta prius intelligatur, & ſit à Deo prædefinita. Sed dices: ſi naturalis ſpecies, & entitas peccati, prout in ſpecie morali clauditur, eſt à Deo prædefinita, ergo Deus erit cauſa ſpeciei moralis malæ. Conſequentia uidetur euidens; nam ſpecies naturalis, prout in ſpecie morali clauditur, ad ipſam pertinet, vt ſpecies talis eſt in genere moris.

S. Thom.

Obiectio.

Solutio.

Reſpõdetur, cum dicimus, ſpeciem naturalem, vt clauditur in ſpecie morali, à Deo prædefiniri, dictionem illam, vt, ſumi ſpecificatiuè nõ formaliter, ſed materialiter, & denotare, naturalem ſpeciem à Deo cauſari, & prædefiniri, non ſolùm abſolutè ſumptam, ſed etiam exiſtentem in particulari, & habentem prędictam conditionem, ſiuè eſſendi modum, ſcilicet claudi in ſpecie morali, quamuis incluſio hæc, ſiuè connexio, non ſit à Deo, ſed à creata voluntate. Itaque dictio illa, vt, tenetur

A ſpecificatiuè, non formaliter, ſed materialiter, & denotat rem, ſcilicet ſpeciem naturalem exiſtentẽ ſub modo materialiter, nõ autem formaliter, ideſt non denotat prædefiniri à Deo, ſpeciem naturalẽ ſub ea ratione formali, qua clauditur in ſpecie morali, ſed prædefiniri ſpeciem naturalem, non abſolutè, ſed habentem ex creata voluntate deficiente, vt in ſpecie mala moraliter claudatur; qđ eſt prædefiniri materialiter ſpeciem naturalem in ſpecie mala moraliter incluſam; ſicut etiam verè dicimus à Deo cauſari ſpeciem naturalem, & entitatẽ actus in fornicatione clauſam, non tamen vt formaliter ad fornicationem pertinet: & ſicut etiam

B recentiores dicunt, propoſitionem hanc; Deus eſt cauſa peccati pro materiali; ſi verbum illud, pro materiali, ſumatur formaliter, quatenus, ſcilicet dicit reſpectum ad formale peccati, falſam eſſe; quoniam actus non habet ex Dei cauſalitate, vt ordinetur ad formale peccati, ſed ex defectu creatæ voluntatis; ſi verò materiale peccati ſumatur abſolutè pro entitate actus peccati, vt actus eſt, cui tamen accidit malitia ex creatæ voluntatis defectu, ſic affirmant admitti poſſe, Deum eſſe cauſam eius, quod eſt materiale in peccato, & eadem ratione à Deo prædefiniri.

C *Concluſiones deducta, & probata.*

PRima concluſio. Deus eſt cauſa actus peccati, etiam ſecundùm ſpeciem naturæ.

Secunda concluſio. Deus non eſt cauſa peccati.

Tertia concluſio. Deus non eſt cauſa mali moralis vt ſic, nec quo ad eius ſpeciem.

Quarta concluſio. Deus non prædeterminat voluntatem creatam ad ſpeciem mali moralis.

Quinta conclùſio. Voluntas creata primò ſeipſam determinat ad ſpeciem mali moralis.

Sexta concluſio. Poſt dictam voluntatis determinationem: Deus eam determinat ad actum ſe-

D cundùm ſpeciem eius naturalem, & eadem ratione præuiſa dicta volũtatis determinatione ad ſpeciem actus moralem, prædefinit actum illius, ſecũdùm ſpeciem naturalem; quia, quod Deus operatur in tempore, prædefiniuit ab æterno ſe facturũ.

Argumenta, & ſolutiones.

COntra tertiam concluſionem argumentatur Caietanus, prima ſecundæ quæſt. 79. artic. 1. Non valet: A. eſt cauſa actus moralis mali ſecundùm ſuam ſpeciem, ergo eſt cauſa peccati, ſeu deformitatis: ergo Deus poteſt eſſe cauſa actus mo- Caiet.

E ralis mali ſecundùm ſuam ſpeciem: Antecedens probatur; quia deformitas, & completa ratio peccati ſequitur ad ſpeciem mali moralis, vt eſt ab agente deficiente, & non vt eſt ab agente; ergo non valet, &c. probatur hoc aſſumptum; quia S. Thom. in artic. 2. dictæ quæſt. 79. in reſponſione. ad ſecundum ait. *Deus ſic eſt cauſa actus, quòd nullo modo eſt cauſa defectus concomitantis actum; & ideo non eſt cauſa peccati.* ſignificat ergo defectum, qui dicitur nõ eſſe à Deo, pertinere ad ſpeciem actus conſequenter.

Digitized by Google

ter. Adde, quòd in fine corporis dicti articuli ſic loquitur S. Doct. *& ſecundùm hoc Deus eſt cauſa actus peccati, non tamen eſt cauſa peccati; quia non eſt cauſa huius, quod actus ſit cum defectu.*

Reſpondetur falſum eſſe antecedens: nam oppoſitum eius uerum eſt, ſcilicet valere conſequentiā illam. Ad probationem reſpondetur falſum ſupponi, videlicet deformitatem ſequi ad ſpeciem mali moralis, & non intrinſecè in ea claudi. Ad probationem dicti ſuppoſiti ex D. Tho. reſpondetur non affirmare S. Thom. defectum conſequi ad ſpeciem moralem, ſed ad actum, nimirum in genere naturæ, prout eſt à voluntate; non enim poteſt poni ſpecies naturalis fornicationis in actu, quin ad eam conſequatur deformitas ex voluntate deficiente.

Contra ſextā concluſionem poſſunt afferri multa argumenta Suarezij in opuſc. lib. 2. ſed omnia (Suarez.) ferè probant actum malum non eſſe à Deo prędefinitum, aut prædeterminatum ſecundùm ſpeciem naturæ, ante omnem determinationem creatæ voluntatis, ad eundem actum ſecundùm ſpeciem moris: quod etiam nos ſupra docuimus, & apertè etiā docet S. Thom. in 1. 2. quæſt. 80. art. 1. ad 3. vbi ſic (S. Thom.) ait. *Quod determinetur ad malum conſilium voluntas humana, hoc directè eſt ex voluntate humana,* quod idē ſignificat in primo ſent. diſt. 47. quęſt. 1. art. 1. & 2. vbi ait actum peccati fieri præter voluntatem beneplaciti, non autem contra illam, nec tamen habere Deum abſolutam voluntatem, vt non ſit, neq; vt ſit. In quo loco uidetur S. Doct. primam determinationem ad ſpeciem moralem actus mali reijcere in ipſam creatam voluntatem, qua ſuppoſita determinatione Deus vult concurrere ad actū peccati ſecundùm eius ſpeciem naturalem; eandē ſententiam habet Capreolus in ſecundo ſentent. diſt. (Capreol.) 45. quæſt. prima, ar. 3. ad 4. Scoti contra ſecundam (Cōradus.) concluſionem, & Conradus in prima ſecundæ qu. (Suarez.) 79. artic. 1. Sed neceſſe eſt quædam ex Suarezio in medium argumenta proferre, quæ directè noſtrā impugnant concluſionem.

Primum eſt. Si Deus de facto offerret hūc ſuum concurſum ad hunc actum malum, cuius determinationem ad ſpeciem moralem præuidit ex creata voluntate futuram, & non offerret eundem concurſum ad alios actus, qui, ſcilicet in eodem inſtāti poſſent elici loco huius actus mali, ſequeretur non eſſe in proxima hominis poteſtate alios actus efficere, atque ita non eſſet liber ad illos efficiendos.

Reſpondetur Deum ſuæ virtutis influxu mouere voluntatem creatam ad bonum etiam in ſingulari, ſemper quidem efficaciter reſpectu actus, & ſpeciei naturalis, non tamen ſemper efficaciter reſpectu ſpeciei moralis bonæ, ſed ſæpe ſufficienter tantùm, & tunc voluntatem, vt primam ſuæ perditionis cauſam ſeipſam ad mali moralis ſpeciē primò determinare. Quare nulla eſt argumenti conſequentia: poteſt enim creata voluntas elicere actū moraliter bonum. Secundò dico, diuinum influxū, & prædefinitionem eſſe neceſſariam, vt hunc, & illum actum voluntas eliciat determinatè; quia ſecunda cauſa in qualibet operatione dependet à

A prima; atque ideò ad nullum actum poteſt ſe mouere, & determinare, niſi ad illum præmoueatur & prædeterminetur à prima; qua tamen prædeterminatione non minuitur, ſed perficitur eius libertas.

Secundum. Si illa prædeterminatio eſt aliquid phyſicum reale uoluntati inhærens, illud eſt tanq̄ grauitas quædam pertrahens voluntatem ad profundum peccati.

Reſpondetur, concurſum illum phyſicum Dei ad actum peccati non eſſe prædeterminationē voluntatis ad actum ſecundùm ſpeciem eius naturalem, niſi præſuppoſita ſecundùm ordinem inten-

B tionis determinatione voluntatis ad eūdem actū ſecundùm ſpeciem eius moraliter malam; & ideò falſa eſt conditionalis aſſumpta.

Tertium probat Deum ab æterno ſuo conſilio, & voluntate non prædefinire actus prauos Hiere. 18. dicitur: *Repleuerunt locum iſtum ſanguine innocētium, & ædificauerunt excelſa Baalim, &c. quæ nec præcepi, nec locutus ſum, nec aſcenderunt in cor meum.* Quo (Hier. 18.) teſtimonio excluditur primò voluntas beneplaciti per illa verba, *nec aſcenderunt in cor meum.* Secundò excluditur diſtinctio de formali, & materiali peccati; quia de ipſis actibus, & materialibus operibus peccatorum ſermo eſt expreſſus.

C Reſpondetur prophetam loqui de actibus materialibus, vt ſtāt ſub deformitate, quod eſt loqui de eorum ſpecie morali, & de prædeterminatione ſimpliciter, & eodem modo interpretandæ ſunt aliæ auctoritates ſacrarum litterarum, conciliorū, & ſanctorum Patrum, quas accumulat, & exagerat Suarez in dicto lib. 2.

Quartum. Quod Deus prædefinit, prædeſtinat, quod autem prædeſtinat, procurat, inchoat, facit, vt fiat; at repugnat Deo procurare, inchoare, facere, vt fiat actus peccati; ergo, & prædeſtinare, ergo, & prædefinire.

Reſpondetur primò Deum præmouendo volun-

D tatem, ad entitatē actus peccati non inchoare, aut procurare, vt fiat actus peccati formaliter, quia priuatio debitæ rectitudinis non ſequitur entitatē actus abſolutè ſumptam, neque ex vi motionis diuinæ, ſed eſt ex voluntate creata deficiente.

Secundò reſpondetur ad minorem, repugnare Deo procurare, inchoare, facere, vt fiat actus peccati, nulla præcedente voluntatis determinatione ad ſpeciem moralē actus, quæ propriè eſt inchoatio, & determinatio actus peccati. At quia ſecundùm ordinem intentionis voluntatis determinatione ad talem ſpeciem, non repugnat Deo, quatenus eſt prima cauſa omnis bonitatis, & omnis ope-

E rationis, & motus, procurare, inchoare, & facere, vt fiat actus peccati, quatenus actus eſt, & in tali ſpecie naturæ: hic enim concurſus debitus eſt creatæ voluntati ſecundùm ordinem à Deo inſtitutum; quem, ſi ſubſtraheret, voluntatis naturam deſtrueret.

Quintum. Prędefinitio hæc eſt efficax volitio, intentio, vel electio obiecti, prædefiniti; ergo ex vi illius infallibiliter futurus eſt effectus prædefinitus, nō enim preſupponitur futurus ante hanc prędefi-

Digitized by Google

definitionem, & illa poſita non poteſt non fore; ergo oportet, vt ex vi illius fiat.

Reſpondetur, admiſſo toto argumento, nihil aliud concludi contra noſtram concluſionem, niſi diuinam prædefinitionem ad actum peccati (eo modo, quo eſt prædefinitio) eſſe efficacem, & ex vi illius actum illum fieri, præcedente tamen ſecundùm ordinem intentionis creatæ voluntatis determinatione, ad moralem ſpeciem; quod nedum non eſt abſurdum, ſed omninò neceſſarium ob eſſentialem ſubordinationem, & depẽdentiam omnium ſecundarum cauſarum, & omnis perfectionis, & bonitatis à prima cauſa; à qua neceſſe eſt ſecundas cauſas ad agendum applicari; itaque præcedit creata uoluntas ordine intentionis determinando ſeipſam ad moralem praui actus ſpeciẽ, ſed præuenitur motione diuina quo ad ſpeciem actus naturalem ordine executionis; ſed quia vltima operationis perfectio, ſiuè complementum eſt in morali ſpecie, complementum autem primum eſt ſimpliciter, ad quod determinatur operantis voluntas, idcircò in actu peccati, prima determinatio ſimpliciter attribuitur creatæ voluntati, ut iam ſupra dictum eſt.

Vide etiam, quæ ſcribit Aluarez diſp. 24.

QVAESTIO XXIII.

De prædeſtinatione in octo articulos diuiſa.

POſt conſiderationem diuinæ prouidentiæ, agendum eſt de prædeſtinatione, & de libro vitæ.

Et circa prædeſtinationem quæruntur octo.

Primò, Vtrum Deo conueniat prædeſtinatio.

Secundò, Quid ſit prædeſtinatio; & vtrum ponat aliquid in prædeſtinato.

Tertiò, Vtrum Deo competat reprobatio aliquorum hominum.

Quartò, De comparatione prędeſtinationis ad electionem, vtrum ſcilicet prædeſtinati eligantur.

Quintò, Vtrum merita ſint cauſa, vel ratio prædeſtinationis, vel reprobationis, aut electionis.

Sextò, De certitudine prædeſtinationis, vtrum ſcilicet prædeſtinati infallibiliter ſaluentur.

Septimò, Vtrum numerus prædeſtinatorũ ſit certus.

Octauò, Vtrum prędeſtinatio poſsit iuuari precibus ſanctorum.

Ratio ordinis huius quæſtionis ad præcedentem, & articulorum eius inter ſe.

PRædeſtinatio pars eſt diuinæ prouidentiæ, vt hic docet Sanctus Doctor, ac proinde ad mi-

A nus communia, ab ijs, quę communiora ſunt, procedens iuxta Peripateticæ diſciplinæ præſcriptũ, abſoluto prouidentiæ tractatu, quæſtionem aggreditur diuinæ prædeſtinationis. Cuius tres ſunt partes præcipuę. Prima verſat quæſtionem, an ſit in Deo prædeſtinatio; quam primo abſoluit articulo. Secunda diſcutit quæſtionem quid ſit prædeſtinatio in hoc eodem articulo primo, cui ſequentes immediatè quatuor adduntur articuli: Nam in ſecũdo quidditatem prædeſtinationis manifeſtat ex proprio illius ſubiecto; in tertio agens de reprobatione rationem prædeſtinationis in ſuo oppoſito contemplandam proponit; in quarto cauſam præ-

B deſtinationis duplicem explicat, efficientem ſcilicet, & finalem; in quinto ab efficienti, ſiuè motiua, quæ eſt cauſa efficiens moralis, remouet prædeſtinatorum præuiſa merita. Tertia pars huius quæſtionis principalis continet quæſitum de qualitate prædeſtinationis in tres diſtinctum articulos, ſextum videlicet, & ſeptimum, & octauum. In ſexto agit de certitudine prædeſtinationis abſolutè; in ſeptimo verò quo ad numerum prædeſtinatorum. In octauo, & vltimo, proponit quæſitum conſequens factam in dictis duobus præcedentibus articulis determinationem, in quo etiam completur quæſtio pertinens ad cauſam efficientem præ-

C deſtinationis.

ARTICVLVS I.

Vtrum homines prædeſtinentur à Deo.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd homines non prędeſtinentur à Deo. Dicit enim Damaſc. in * 2. lib. Oportet cognoſcere, quòd omnia quidem præcognoſcit Deus; non autem omnia prędeterminat. Præcognoſcit enim ea, quæ in nobis 139 4. d 40. qu. 2. art. vnico, & 3. cõtra c. vlt. Cap. 30. in princ.

D ſunt: non autem prædeterminat ea: ſed merita, & demerita humana ſunt in nobis, inquantùm ſumus noſtrorum actuum dnmini per liberum arbitrium; Ea ergo, quæ pertinent ad meritũ, vel demeritum, non prædeſtinantur à Deo. Et ſic hominum prædeſtinatio tollitur.

2 Præterea: Omnes creaturæ ordinantur ad ſuos fines per diuinam prouidentiam, vt ſupra dictum eſt; * ſed aliæ creaturæ nõ dicuntur prædeſtinari à Deo; ergo nec homines. q. præced. art. 1. & 2.

3 Præterea: Angeli ſunt capaces beatitudinis, ſicut & homines; ſed Angelis non compe-

E tit prædeſtinari, vt videtur, cùm in eis nunquã fuerit miſeria: prædeſtinatio autem eſt propoſitum miſerendi, vt dicit * Auguſt. ergo homines non prędeſtinantur. Vaum ſimile habet de præ deſtinatione ſanctorum ca. 10

4 Præterea: Beneficia hominibus à Deo collata, per Spiritum ſanctum viris ſanctis reuelãtur, ſecundum illud Apoſt. primæ Corinth. 2. Nos autem non ſpiritum huius mundi accepimus: ſed ſpirtum, qui ex Deo eſt, vt ſciamus,

quæ à Deo donata ſunt nobis: Si ergo homines prædeſtinarentur à Deo, cum prædeſtinatio ſit Dei beneficium, eſſet prædeſtinatis nota ſua prædeſtinatio. Quod, patet eſſe falſum.

Sed contra eſt, quod dicitur Rom. 8. Quos prædeſtinauit, hos & vocauit.

Reſpondeo. Dicendum, quòd Deo conueniens eſt homines prædeſtinare. Omnia enim diuinæ prouidentiæ ſubiacent, vt ſupra* oſtenſum eſt. Ad prouidentiam autem pertinet res in finem ordinare, vt dictum eſt.* Finis autem, ad quem res creatæ ordinantur à Deo, eſt duplex. Vnus, qui excedit proportionem naturæ creatæ, & facultatem, & hic finis eſt vita æterna, quæ in diuina viſione conſiſtit, quæ eſt ſupra naturam cuiuslibet creaturæ, vt ſupra habitum eſt. Alius autẽ finis eſt naturæ creatæ proportionatus, quem ſcilicet, res creata poteſt attingere ſecundùm virtutem ſuæ naturæ. Ad illud autem, ad quod non poteſt aliquid virtute ſuæ naturæ peruenire, oportet, quòd ab alio tranſmittatur, ſicut ſagitta à ſagittante mittitur ad ſignum. Vnde propriè loquendo, rationalis creatura, quæ eſt capax vitæ æternæ, perducitur in ipſam, quaſi à Deo tranſmiſſa, cuius quidem trāſmiſsionis ratio in Deo præexiſtit, ſicut, & in eo eſt ratio ordinis omnium in finẽ, quam diximus eſſe prouidentiam.* Ratio autẽ alicuius fiendi in mente actoris exiſtẽs, eſt quędam præexiſtentia rei fiendæ in eo: Vnde ratio prædictæ tranſmiſsionis creaturæ rationalis in finem vitæ æternæ, prædeſtinatio nominatur; nam deſtinare eſt mittere. Et ſic patet, quòd prædeſtinatio quantùm ad obiecta, eſt quædā pars prouidentiæ.

q. præc. ar. 1. & 2
q. præced. art. 4.
q. 12. ar. 4.
b 135

Ad primum ergo dicendum, quòd Damaſ. nominat prædeterminationem impoſitionem neceſsitatis, ſicut eſt in rebus naturalibus, quæ ſunt prædeterminatæ ad vnum. Quod patet ex eo, quod ſubdit; non enim vult malitiam, neque compellit virtutem; vnde prędeſtinatio non excluditur.

Ad ſecundum dicendum, quòd creaturæ irrationales non ſunt capaces illius finis, qui facultatem humanæ naturæ excedit. Vnde non propriè dicuntur prædeſtinari, & ſi aliquando abuſiuè prædeſtinatio nominetur reſpectu cuiuſcunque alterius finis.

Ad tertium dicendum, quòd prædeſtinari cōuenit Angelis, ſicut & hominibus, licèt nunquam fuerint miſeri. Nam motus non accipit ſpeciẽ à termino à quo, ſed à termino ad quẽ.* Nihil enim refert quantum ad rationem dealbationis, vtrum ille, qui dealbatur, fuerit niger, aut pallidus, vel rubeus. Et ſimiliter nihil refert ad rationem prædeſtinationis, vtrum ali-

d 138

A quis prædeſtinetur in uitam æternam à ſtatu miſeriæ, vel non. Quamuis dici poſsit, quòd omnis collatio boni ſupra debitum eius, cui cõfertur, ad miſericordiam pertineat, vt ſupra dictum eſt.* q. 21. ar. 3. & 4.

Ad quartum dicendum, quòd etiam ſi aliquibus ex ſpeciali priuilegio ſua prædeſtinatio reueletur, non tamen conuenit, vt reueletur omnibus; quia ſic illi, qui non ſunt prædeſtinati, deſperarent, & ſecuritas in prædeſtinatis negligentiam pareret.

B

Senſus quæſiti.

IN hoc quæſito aduertè tria. Primum eſt, quod docet Philoſophus in ſecundo Poſteriorum, nimirum quęſtionem omnem eſſe de medio, propriũ verò medium ad probandum homines à Deo prędeſtinari eſt quod quid eſt prædeſtinationis; ac propterea in hoc primo articulo duo ſimul quæſita reſoluit Sanct. Doct. videlicet an ſit, & quid ſit prędeſtinatio. Secundum eſt latiorem hic eſſe quęrentis intentionem, quàm ſit forma quæſiti, vt hic obſeruat Caietanus; ipſa namque verborum figura de ſolius humani generis prædeſtinatione proponitur dubitatio: cum tamen ad prædeſtinationẽ ſimpliciter, ideſt vniuerſaliter, prout Angelis etiã congruit, quærentis extendatur intentio. Quòd ex duobus planè colligitur. Primum eſt, vniuerſalis, & abſoluta determinatio in corpore articuli abſq; vlla limitatione ad hanc, vel illam prædeſtinatorũ naturam. Secundum eſt reſponſio ad tertium argumentum; in qua prædeſtinationem ad Angelicam naturam extendit. Denique aduertè nomen prędeſtinationis compoſitum eſſe ex, præ, &, deſtino, quod verbum duas communiter habet ſignificationes. Nam quandoq; ſignificat idem, quod mitto; ſicut primi Machab. primo dicitur. *Deſtinauit aliquos de populo* ideſt miſit, *& abierunt ad regem:* & iuxta hāc ſignificationem, inquit Sanctus Thomas de Veritate, quæſt. 6. artic. 1. quòd *deſtinatio* importat directionem alicuius in finem: dicitur enim aliquis nuncium deſtinare, cum eum dirigit ad aliquid faciendum: quandoque verò ſignificat idem, quod ſtatuo, ſiuè delibero, iuxta id, quod dicitur ſecundi Machab. 6. de Eleazaro: *Deſtinauit in corde ſuo nõ admittere illicita propter vitæ amorem.* & ſecundæ Cor. 9. *Vnuſquiſque, prout deſtinauit in corde ſuo.* Quæ ſignificatio, inquit Sanctus Tho. in primo ſentent. diſt. 40. quęſtione ſecunda, ar. vnico, videtur deducta ex prima; quia, quod proponitur, dirigitur in exequutionem operis. Vtramque ſignificationem valdè artificioſè complexus eſt Sanct. Thomas in hoc articulo, vt apparebit in explicatione corporis. Illa verò præpoſitio, præ, anteceſsionem quandam ſignificat, & adiungit ordinem ad futurum: ex quo ſequitur, vt benè deducit Sanctus Thomas de veritate loco allegato, quòd, licèt deſtinare nõ ſit niſi eius, quod eſt, prædeſtinare tamẽ eſt etiam eius, quod non eſt, eſt enim prædeſtinatio ab æterno, & tamen creaturæ prædeſtinatæ non exiſtunt, niſi

Caie.
C
1. Mach. 1.
D
S. Thom.
2. Mach. 6.
2. Cor. 9.
S. Thom.
E
S. Thom.

Digitized by Google

niſi in tempore. Quare S. Thom. hæc omnia complectens ita definit prædeſtinationem. Prædeſtinatio eſt ratio transmiſsionis creaturæ rationalis in vitam æternam. In qua diffinitione particula illa, *ratio tranſmiſsionis*, duo ſignificat: Primum eſt præexiſtentia rei fiendæ, vt hic ait S. Thom. ſecundum eſt ordo, non quicunque, ſed ſtatutus, & prædefinitus. Vocabulum autem tranſmiſsionis, cui hic apud Sanctum Thomam deſtinationis nomen æquipollet, non efficit, vt arbitratur Molina, quem ſequitur Peſantius, vt nomen prædeſtinationis ſecundum mentem Sancti Tho. ſolam tranſmiſsionẽ cum anteceſsione ſignificet: Nam, cum tranſmiſsio creaturæ rationalis in vitam ęternam ſit in tẽpore exequutioni mandanda ex æterna Dei voluntate, ac prouidẽtia, neceſſe eſt, vt in Deo præcedat eiuſdem tranſmiſsionis voluntas, & ratio, quæ prędeſtinatio nuncupatur. Poſtrema particula diſtinguit prædeſtinationem à prouidentia, & reprobatione. Vide recentiores, qui latè quid nominis prędeſtinationis exponunt.

Cõtra Molinam, & Peſantiũ.

Vide etiam ea, quæ de nomine, & ratione prædeſtinationis ſcribit Aluarez diſp. 35 num. 1. 2. & 3.

Aluarez.

Forma Textus.

C*onclusio eſt. Deo conueniens eſt homines prædeſtinare. Probatur: Rationalis creatura, quæ eſt capax vitæ æternæ, perducitur in ipſam quaſi à Deo tranſmiſſa, cuius tranſmiſsionis ratio in Deo præexiſtit; ſed ratio prædictæ tranſmiſsionis creaturæ rationalis in finem vitæ æternæ prædeſtinatio nominatur; ergo conueniens eſt Deo homines prædeſtinare. Maior habet duas partes, & probatur primò quo ad primam partem diſtinguendo duplicem finem creaturæ rationalis, in quem finem ordinatur à Deo: Vnus eſt, qui excedit proportionem, & facultatem naturæ creatæ; & hic finis eſt vita æterna; quæ in diuina viſione conſiſtit, quæ viſio eſt ſupra naturam cuiuslibet creaturæ: Alius autem eſt finis naturæ creatæ proportionatus, quem ſcilicet res creata poteſt attingere virtute ſuæ naturæ. Tunc ſubſumit minorem S. Thom. Sed ad illud, ad quod non poteſt aliquid virtute ſuæ naturæ peruenire, oportet, quòd ab alio trãſmittatur, ſicut ſagitta à ſagittante mittitur ad ſignum; ergo rationalis creatura perducitur in vitam æternam, quaſi à Deo tranſmiſſa.*

Deinde probatur ſecunda pars maioris: quoniam in Deo eſt ratio ordinis omnium in finem, quam diximus eſſe prouidentiam. Minor autem probatur: quoniam ratio alicuius rei fiendæ in mente actoris exiſtens, eſt quædam præexiſtentia rei fiendæ in eo; ergo ratio prædictæ tranſmiſsionis creaturæ rationalis in finem vitæ æternæ, prædeſtinatio nominatur. Corrolarium eſt.

Prædeſtinatio quantum ad obiecta eſt pars prouidentiæ.

Expoſitio Textus.

DVo hic ſunt explicanda: Primum eſt circa probationem maioris quo ad primam partem, quòd tranſmiſsio, de qua loquitur S. Thom, ſit per

A auxilia, prædefinitiones, ac præmotiones efficaces, non morales tantùm, verùm etiam phyſicas, quibus non deſtruitur, ſed perficitur libertas intellectualis, & rationalis creaturæ; quæ ſic tranſmittitur à Deo in vitam æternam, vt ad eam etiã ſeipſam liberè moueat. quare exemplum de ſagitta tranſmiſſa tenet quo ad rem, ideſt tranſmiſsionem ipſam, & quo ad hunc modum, qui eſt certitudo, & infallibilitas; non tamen quo ad alium modum, qui eſt neceſſariò, & coactè in ſcopum tendere.

Secũdum eſt ſenſus deducti corrolarij: ait enim Diuus Thom. prædeſtinationem partem eſſe diuinæ prouidentiæ quantùm ad obiectum, quod exponens Caietanus aduertit hic non affirmari prædeſtinationem eſſe partẽ prouidentiæ ex parte actus, eo quod diuinus actus ſecũdùm ſe, nec partis, nec totius rationem habeat. At obiectum prædeſtinationis pars eſt obiecti prouidentiæ: Nam prædeſtinatio habet tria ſibi ſubiecta, ſiuè materias, circa quas verſatur; quæ etiam illius obiecta nuncupantur. Primum eſt, res prædeſtinata, nimirum intellectualis, ſiuè rationalis creatura, quæ propriè eſt prædeſtinationis obiectum. Secundum eſt, ordo ipſius prędeſtinationis; & hic eſt tranſmiſsio ad quã pertinent media, quibus in finem ſupernaturalem rationalis creatura perducitur. Tertium eſt finis creatus; & hic eſt vita æterna. Hæc vero duo, ſcilicet media, & finis magis propriè termini ſunt, ad quos homo ex Dei bonitate perducitur, quàm obiecta; vt obſeruat Suarez libro primo, de eſſentia prædeſtinationis capitulo quinto. Tria verò prædicta ſingula, partes ſunt alicuius eorum trium, quæ pertinent ad diuinam prouidentiam; cui tria congruunt Primum eſt res prouiſa: & hæc eſt totum ens creatum, cuius pars eſt creatura rationalis. Secundum eſt ordo cuiuſcunque entis in ſuum finẽ, prout etiam media ordinata ad finem comprehendit, cuius ordinis pars eſt ordo prædeſtinationis. Tertium eſt finis, prout ad naturalem, & ſupernaturalem extenditur; cuius altera pars eſt finis ſupernaturalis, qui eſt vita æterna. Quo fit, vt prædeſtinatio pars quædam ſit integralis prouidentiæ, non ex parte actus, ſed ex parte obiectorum, Quæ ſub alia forma S. Doct. in primo ſentent. diſt. 40. q. 1. art. 2. ſignificat dicens, prædeſtinationem in ſuo intellectu includere prouidentiam, & aliquid addere, addit autem ad minus tria, quæ ibidem lege, ſi placet. Vbi obſeruandum eſt obiter, quod ibidẽ tertio loco ait S. Tho. Nimirum prouidentiam idẽ eſſe, quod ars gubernationis rerum, quæ ſecundũ rationem ſui nominis poteſt in ſola ſpeculatione ſaluari, non ita intelligendum eſſe, quaſi prouidentiæ ratio in ſola ſpeculatione conſiſtat; oppoſitum enim manifeſtè docuit in quæſtione præcedente, & idem manifeſtè reperit in articulo quarto præſentis quæſtionis; ſed attendenda eſt diligẽter adiuncta moderatio per illa verba, *ſecundum rationẽ ſui nominis*, qua ſignificatur, nequaquam verum eſſe dictum illud, attenta uera, & propria nominis ſignificatione, ſed inſpecta illius quadam impoſitione, ſeu æthimologia. Sed, vt vnde digreſſa eſt, recurrat oratio, conſiderandum eſt, poſſe alio modo

Caietan.

Suarez.

S. Tho.

B C D E (margin letters)

Iacob dilexi, Eſau odio habui. & Matth. 24. *vt in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi*, & infra, *congregabunt electos eius*, & Rom. 8. *Quis accuſabit aduerſus electos Dei?* & Eph. 1. *ſicut elegit nos in ipſo ante mūdi conſtitutionem.* Innumera ferè alia ſunt loca paſſim occurrentia, in quibus prædeſtinati nuncupantur electi. Quòd autem dilectio paulò ante dicta; quæ eſt etiam finis ſupernaturalis intentio, ſit abſoluta, & efficax, ſic facilè demonſtratur: Nam, cū finis intentio mediorum electioni debeat eſſe proportionata, modus conſequentis electionis, modū indicat præcedentis intentionis. Conſtat autem Deum electis ſalutem conſequuturis media efficacia præparare, & ſtatuto tempore dare; in hoc enim poſita eſt infallibilitas ordinis diuinæ prædeſtinationis; igitur huic electioni, ſiuè præparationi mediorum neceſſe eſt, præexiſtat abſoluta ſalutis intentio, per hanc præparationem, veluti cauſa per effectum indicata.

Math. 1. Math 24. Rom. 8. Eph. 1.

Tertius actus eſt iudicium intellectus, & ratiò ordinis mediorum tali fini congruentium. Quartus eſt electio, ſiuè approbatio talium mediorum per voluntatem. Quintus eſt imperium, qui actus eſt intellectus, vt moti à volūtate; quod imperium vim habet exequutiuam. Et quamuis humanæ mētis imperium ad intelligentia tantùm propriè dirigatur; diuinum tamen imperium ob infinitam ſuæ virtutis efficacitatem propriiſſimè etiam ad inanimata dirigitur, Nam, vt docet Sanctus Thomas, prima ſecundæ quæſt. 17. articulo primo, imperiū intimādo mouet; quod eſt efficaciter ordinare id, ad quod imperium dirigitur, ad agendum. Poteſt autem hæc intimatio motiua, ſiuè efficax ordinatio dupliciter fieri. Vno modo moraliter: alio modo phyſicè. Tunc fit moraliter, cum ad rem intelligentem imperium dirigitur. fit autem phyſicè, ſi ad rem minimè intelligentem, aut etiam ad intelligentem, ſed non vt intelligens eſt, dirigatur, vt contingit, quando Deus ex parte potentiæ mouet efficaciter intellectum, & voluntatem noſtrā, &c. quando intellectus in nobis imperat voluntati; & appetitui ſenſitiuo, aut etiam exterioribus membris; quæ ordinationem quidem, & motionem rationis efficaciter imperantis ſuſcipiunt, cognitionem tamen impreſſæ ordinationis, & motionis nō habent. Si itaque tanta eſſet humani imperantis efficacitas, vt ſuo poſſet imperio phyſicè, & efficaciter externa mouere, non eſſet in rebus motis neceſſaria cognitio, vt eſſent imperatoriæ motionis capaces. Vnde etiam Angeli per ſolùm actum imperij cæleſtes ſphęras reuoluunt, vt docet Sanct. Tho. quolibeto ſexto, art. 2. & quolibeto nono, artic. 10. Multò magis ergo ob infinitæ virtutis excellentiā abſq; vlla metaphora, aut loquutionis improprietate dicemus diuinum imperium ad inanimata, & minimè cognoſcentia dirigi: quod etiam diſertis verbis docent ſacræ litteræ Gen. 1. *Dixit Deus fiat lux, & facta eſt lux, &c.* & Matth. 8. *imperauit ventis, & mari*, & Hebr. 2. *qui habet mortis imperium.*

S. Tho.

Angeli p imperium mouent cælos

S. Thom.

Gen. 1. Math. 8. Heb. 2.

A *Prædeſtinationis nomine primò ſignificari rationem ordinis, & imperium, ſecundariò verò dilectionem, & electionem.*

QVis igitur actus ex prædictis nomine prædeſtinationis primò ſignificetur, ſupereſt inquirendum. Ad cuius euidentiam ſuppoſitis ijs, quæ de actu imperij ſupra diximus, quæſt. decimanona, articulo decimo, recolendum eſt, quod ſuperius annotauimus cum D. Thom. nimirū prędeſtinationem eſſe partem prouidentiæ, cum illā includat, & quædam ſuperaddat. Conſtat autem prouidentiam eſſe actum intellectus præſuppoſito B actu voluntatis, vt dixit D. S. ſupra q. 22. artic. 1. ad tertium. Igitur prædeſtinatio, quæ illius eſt pars, actus pariter erit intellectus; præſuppoſito actu voluntatis, qui eſt finis volitio, vel intentio; quod ēt expreſsè dicitur in hoc articulo, & clarius, artic. 4. præſentis quæſtionis. Quis autem ex prænominatis intellectus actibus ſit prædeſtinatio, ex ipſa pdeſtinationis natura, & dictis Sancti Thom. colligendum eſt. Diximus autem nunc prædeſtinationem eſſe partem prouidentiæ; prouidentia verò, ſicut & prudentia, eſt ratio in intellectu exiſtens præceptiua ordinationis aliquorum in finem; igitur prædeſtinatio erit ratio in intellectu Dei exi- C ſtens præceptiua ordinationis electorum in beatitudinem. Itaque præceptio, quæ idem eſt quod imperium, in ratione prædeſtinationis includitur. Præmiſſæ ſunt D. Thom. infra artic. quarto. Conſequentia vtraque euidens eſt; relinquitur ergo, vt nomen prædeſtinationis primariò, & propriè dicat vtrunque actum intellectus, videlicet rationē ordinis, & imperium, qui ad vnius actus perfecti integritatem concurrunt, qui nomine præceptiuæ rationis ſignificatur. Nam, vt præceptum actus eſt prudentiæ, ac prouidentiæ præcipuus, ita, & prædeſtinationis, quæ eſt pars diuinæ prouidentiæ principalis. Secundariò verò duplicem, ſiuè tripli- D cem denotat voluntatis actum, ſcilicet dilectionē, & electionem, quam præſupponit, & mediorū approbationem, quam intrinſecè claudit; ſed nō expreſsè ſignificat. Et hoc eſt, quod voluit innuere Caietanus dicens non ordinem excogitatum, ſed ordinem ſtatutum in ipſa auctoris mente prædeſtinationis nomine ſignificari. Statuitur enim ordo practicè, ac firmatur per actum imperij, quo res per media excogitata, electa, & approbata ordinatur efficaciter in finem, ordinatione in ſuo tempore exequenda. In qua re videntur omnes prædicti expoſitores Thomiſticam profitentes ſententiam defeciſse pręcipuum omittentes actum, in quo ma- E ximè poſita eſt prouidentiæ, ac prædeſtinationis perfectio.

S. Thom.

Caietan.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio. Scientia media non eſt neceſſaria ad actum prædeſtinationis. Probatur; quia talis ſcientia in Deo non eſt.

Secunda concluſio. In Deo eſt actus imperij ratione diſtinctus, à quocunque actu voluntatis. Hęc

Zzz patet

Digitized by Google

D.Tho. patet ex ſupradictis;& eſt D.Thom. 1. ſecundæ q. 17. articulo primo.

Tertia cõcluſio. Prædeſtinatio non eſt eſſentialiter,& formaliter actus volũtatis,qui ſit dilectio, aut electio,vel approbatio. Probatur;quia prædeſtinatio eſt ordinatio, & directio rationalis creaturæ per debita,ſiuè congruè media in æternã beatitudinem; at ordinatio,& directio actus eſt intellectus, vt docet Sanctus Thomas prima ſecundæ quæſt.17.artic.1.ergo prędeſtinatio eſt actus intellectus,non voluntatis. Et confirmatur: Quoniam, antequam habeatur mediorũ ratio, & diſpoſitio, nulla poteſt eſſe directio,aut transmiſsio,quæ abſque medijs pręcogitatis,& ordinatis,ſiuè diſpoſitis non eſt intelligibilis: quod etiam diſertis verbis ſignificauit Auguſtinus lib.2. de bono perſeuerantiæ dicens: *Prædeſtinare eſt in præſcientia diſponere futura,& ordinare*, & Act.13. dicitur. *Crediderunt, quotquot erant præordinati ad vitam æternam*.

Act. 13. Auguſtin. Ex quo loco dicit D.Augu.lib.6. Hippognoſticon in principio prędeſtinationem dici à Prouidendo, & ordinando id,quod futurum eſt.

Quarta concluſio. Prædeſtinatio eſt eſſentialiter,& formaliter actus intellectus,qui eſt ratio pceptiua ordinis mediorum in finem, qui eſt æterna beatitudo.

Antecedenter autem, & completiuè eſt actus voluntatis: Prima pars huius concluſionis patet ex dictis: Secunda verò probatur: primò;quia prędeſtinatio pertinet ad rationem practicam, & operatiuam;ergo præſupponit effectum voluntatis rectum,qui eſt principium rectę operationis: Et confirmatur;quia prędeſtinatio habet infallibilẽ executionem eorum,qui ordinantur ad Deum,vt finẽ ſupernaturalem;ergo præſupponit effectum reſpectu finis,& reſpectu eorum,qui ordinantur in finẽ; complet autem hæc voluntatis affectio prædeſtinationem,vt ad eius rationem formalẽ pertinens, ſaltem prout virtualiter includitur in actu imperij ſupradicto; quod probatur à ſimili in actu fidei, qui completur per piam voluntatis affectionem,vt patet ex 2.2.quæſt.4.art.5.& alibi.

S. Thom.

Argumenta,& ſolutiones.

COntra primam Concluſionem poſſent afferri argumenta ſuperius ſoluta in quęſt.de ſcientia media.

Suarez. Contra ſecundam concluſionem argumentatur Suarez in dicto libro primo,capite 16. Nullus eſt actus in intellectu,quo ad extra operetur, qui non fit per modum ſcientiæ,cognitionis,ſiuè iudicij; ergo ſine fundamento fingitur in intellectu actus merè impulſiuus alterius potentiæ, vel perſonæ, præter omne iudicium,vel cognitionem; ergo ad prædeſtinationem non eſt talis actus neceſſarius. Antecedens probatur; quia intellectus eſſentialiter, & adæquatè eſt potentia cognoſcitiua; ergo ſecundùm ſe nullum actum habere poteſt, qui non ſit cognitio, appræhenſio ſcilicet, vel iudicium. Secundò;quia ille actus eſt immanens;ergo aliquẽ

A effectum formalem habere debet in ipſo intellectu,qui non poteſt eſſe niſi cognitio.Confirmatur, & explicatur;quia in homine duplex poteſt eſſe imperandi modus. Vnus, quando alteri imperat,vt hoc,vel illud faciat;quod nihil aliud eſt,quàm declaratio,ſeu intimatio voluntatis, qua poteſt aliũ obligare,ad faciendum,quod imperat; & ideo hęc motio moralis eſt,nec habet actum impulſiuum. Alius eſt modus imperij, quo homo ſibi imperat; & in hoc etiam modo imperandi præter voluntatis actum, quo efficaciter vult vſum potentiæ ſibi ſubiectæ,& cognitionem,vel iudicium,quod præcedit,vel ſubſequitur ad talem volitionem, nullus

B alius actus impulſiuus ex parte intellectus concipi poteſt.

Reſpondetur antecedẽs dupliciter intelligi poſſe; Vno modo,vt omnis actus intellectus dicatur eſſe per modum cognitionis,& iudicij pręciſè, & ſic falſum eſt. Alio modo non præciſè,& ſic eſt verum:Nam,vt inquit Sanctus Thom. in allegato primo articulo,quæſtionis decimęſeptimę, in prima ſecundę aliquis actus eſt rationis,ſecundùm quod virtute manet in ipſo aliquid de actu voluntatis ob rationem ibidem aſsignatam; & ita contingit in actu imperij, qui ob eandem cauſam actus eſt rationis participans motiuam virtutem à vo-

C luntate.

Ad primam probationem reſpondetur verum eſſe antecedens præciſè ſumptum de actu intellectus ſecundùm ſe,non autem de actu intellectus, vt pręuenti,ac moti per actum voluntatis,per quã motionem eius virtutem motiuam participat; ſic enim non eſt ſola cognitio, vel iudicium exercitè mouens. & per hoc patet ad ſecundam probationem. Ad confirmationem autem quo ad priorem modum imperij,patet quid dicendum ſit ex ſupra notatis.Quo ad poſteriorem verò patet ex nunc dictis ſolutio.

D Secundò. Si illud imperium efficaciter determinat voluntatem,aut illud facit vi ſua;& ſic intellectus erit liber in imperando, & non voluntas in obediendo;quia poſito tali imperio voluntas ex neceſsitate obedit, aut illud facit in virtute voluntatis prioris; & de illa inquiremus, an requirat aliud imperium,quod,ſi ibi neceſſarium non eſt, ne procedatur in infinitum, neque ad electionem ipſam erit neceſſarium,ſed iudicium ſufficiet.

Reſpondetur verum eſſe ſecundum membrum. Ad argumentum in contrarium reſponſum eſt ſupra quæſtione decimanona,art.decimo,& reſpondet Caietanus prima ſecundæ quæſtione 16.artic. ultimo;reflexio enim actuum cum mutua virtuali Caie.

E continentia proceſſum impedit in infinitum; vt in dicto loco ſatis explicauimus.

Tertiò. Vel hoc imperium ad ſe eſt neceſſarium in intellectu diuino propter voluntatem, vel propter rationem potentiæ exequutiuæ; at neutro modo eſt neceſſarium pręter ſcientiam, & iudicium; ergo. Probatur minor quo ad priorem partem; quia voluntas diuina non determinatur ab intellectu ad ſuam liberam electionem, vel volitionem,

ſed à

Digitized by Google

ſed à ſeipſa, aliàs diuina voluntas libera non eſſet.

Ad hoc argumentum reſponſum eſt ſupra in dicto articulo decimo, quæſt. 19. Vide ibi. & per hæc patet etiam reſponſio ad argumenta Vaſquezij, quę eaſdem tangunt difficultates. Sed de his dicemus latius in 1. ſecundę. Vaſquez.

Contra tertiam, & quartam Concluſionem multa proferunt argumenta recentiores, ac preſertim Zumellus; quorum ſolutiones apud eundem lege, ſi placet. in hoc tamen omnium ſolutio videtur conſiſtere, quòd nihil aliud probant, niſi actum voluntatis in prędeſtinatione pręſupponi, aut etiam includi, non verò formaliter, aut primariò nomine prędeſtinationis ſignificari. Zumell.

Vide etiam ea, quę ſcribit Aluarez diſp. 35.

Secunda Controuerſia.

Quis ſit ordo contemplandus inter actus diuinæ ſcientiæ, & voluntatis in Chriſti, & cæterorum hominum, & Angelorum electione, & prædeſtinatione.

Vnde ſumenda ſit ratio ordinis actuum intellectus, & voluntatis diuinæ.

PErtinet hæc Controuerſia quo ad primum punctum de Chriſti prædeſtinatione ad tertium articulum primæ quæſt. tertiæ partis; vbi diligenter à Caietano, & alijs interpretibus D. Tho. examinatur. quo ad communem verò hominum, & Angelorum prædeſtinationem propriam, hic ſibi vendicat ſedem, eſtq; multis difficillimis difficultatibus in ſubſequentibus agitandis, ad lucem in eis veritatis inueſtigandam quàm maximè neceſſaria. Et quia poſterior hæc pars adeò eſt priori connexa, vt abſque eius notitia reſolui nequaq̃ poſsit, neceſſe nobis erit vtriuſque determinationem, ex quibuſdam vtrique communibus principijs educere. Omiſsis itaque doctorum ſententijs, qui iuxta proprij cuiuſq; cerebri ſenſum actus diuinæ ſcientiæ, & voluntatis multiplicant, ac pro libito diſponunt, illum inter eos ordinem ſtatuendo, quem ſuæ intelligentiæ magis conſonum iudicauerint, hanc nimis vaſtam, obſcuram, difficilẽque materiam ad pauca, & ſelectiora quædam capita legentium oculis proponenda redigemus.

Præmittendum eſt igitur primò, vnum eſſe, ac ſimpliciſsimum à parte rei voluntatis, & intellectus actum eſſentialem, ac proinde realem, aut actualem ex natura rei in eo ordinem nullum eſſe, cum ſemper ordo diſtinctionem præexigat ordinatorum. Neceſſe tamen eſt iuxta noſtrum intelligendi modum, plures in Deo actus diſtinguere, prout etiam ad diuerſa intelligimus eos ordine quodam obiecta terminari. Nam primò in diuino intellectu contemplamur actum ſcientiæ ſimplicis intelligentiæ; qui, cum vnus ſit, ac ſimpliciſsimus, res, quantumuis diuerſas, atque inter ſe diſtinctas, ſimul perfectè comprehendit; ſed, quia ex rebus obiectis, & hoc vno actu cognitis plurimæ ſunt, quæ ordinem dependentiæ naturalis habent adinuicẽ, idcircò vnum prius à Deo cognoſci, quàm aliud

A intelligimus, vt ſubiectum prius, quàm accidẽtia, & eſſentiam ante paſsiones ex ea naturaliter conſequentes. Cum enim ſit hæc ſcientia Deo connaturalis, ac neceſſaria, rerum naturis, prout ſecundũ ſe ſunt, aut exiſtere poſſunt, quadã eſt ratione coaptata. Quo fit, vt ex rerum ordine naturali, alius quidam rationis ordo in ipſum diuinæ cognitionis actum redundet. In qua ſimplicis intelligentię notitia naturali comprehendimus conditionatam illam cognitionem, qua nouit Deus, quid quæuis cauſa effectura ſit, ſi fuerit in hoc, aut illo rerũ ordine collocata, & cum hoc, aut illo diuinæ virtutis auxilio, vel concurſu ad operandum efficaciter ap-

B plicata.

Secundò in Deo intelligimus actum diuinæ voluntatis rerum quarundam, omnium ſcilicet in tẽpore futurarum, exiſtentiam prædeterminantis, aut malorum etiam quorundam permiſsionẽ decernentis. Cum enim voluntas in rem non niſi pręcognitam inclinetur, actum intellectus, qui eidem obiectum proponat, præire neceſſe eſt; & conſequẽter apprehendimus in Deo ſcientiam approbationis, quę eſt diuina cognitio, practica, & libera, quę per voluntatem applicatur ad producendum hãc, vel illam rem.

Tertiò concipimus in Deo ſcientiam viſionis,

C qua res iam futuras in tẽpore, præſentes autem in æternitate contemplatur. Qui tamen ordo intelligendus eſt reſpectu vnius, & eiuſdem rei diuina voluntate prædefinitæ, ac vt præſentis inſpectæ, non verò diuerſarum, aut diſparatarum comparatione, quarum reſpectu, non eſt talis ordo neceſſarius; poteſt enim res vna prius vt in tempore futura, & in æternitate præſens à Deo videri, quàm ſit altera eiuſdem libera volũtate prędefinita. Quidquid dicat Zumellus in art. 4. diſp. 4. Zumelli ſententia reijcitur.

Sed inter ipſos diuinæ voluntatis actus, quos in ea modo noſtro intelligendi diſtinguimus, plerunque concipitur ordo prioris, & poſterioris, non ex

D aliqua naturali rerum à Deo volitarum habitudine, cui libera nequit allegari voluntas, quæ minus nobilem effectum, poteſt uelle omiſſo nobiliori, poteſtque vnum aliquem effectum nullam cum alio ſecundùm ſe connexionem habentem ad illum ordinare, vt experientia teſte ſæpè contingit: ſed ex habitudine, ſiuè reali, ſiuè rationis, quam ex diuina voluntate vnum ad alterum ordinante ſortiuntur effectus, attendendus eſt ordo prioris, & poſterioris: quod enim alterius eſt finis, ſiuè ratio, prius eſt eo, quod ob aliud intenditur. Dixi autem, plerumque; quoniam, vt dicemus, attenditur etiam in quibuſdam ordo ex ipſa naturali rerum habi-

E tudine.

Explicatur duplex ordo diuinorum actuum, ſcilicet intentionis, & exequutionis.

SEcundò recolenda eſt illa communis diſtinctio de duplici ordine, & prioritate, nimirum ſecũdùm intentionem, & ſecũdùm exequutionem; quæ vtraque prioritas eſt cauſalitatis. Illa quidem ſecundùm intentionem prioritas eſt in genere cauſę

finalis; hæc verò, ſcilicet ſecundùm exequutionem eſt prioritas in genere cauſæ materialis, ſiue diſpoſitiuæ, vel, vt nonnulli dicunt, in genere cauſæ efficientis. Ita verò comparantur adinuicem duo prędicti prioritatis ordines, vt quantò aliqua in vno priora ſunt, tantò ſint in alio poſteriora. Et quia cauſarum omnium finalis eſt nobiliſsima, præcipuus erit ille prioritatis ordo, qui ſecũdùm genus cauſæ finalis attenditur. Illud verò ſimpliciter erit prius; quod ſecundùm plures prioritatis modos antecedet. Iam uerò perſpicuè licèt vtrumque in rebus tum naturalibus, tũ ſupernaturalibus à Deo productis ordinem iuxta ſacrarum litterarum doctrinam intueri.

Ordo exequutionis Gen. 1. Nam exequutionis ordinem indicat ſacer text. Gen. primo, dicens: *In principio creauit Deus cœlum & terram* &c quæ omnia in hominis vtilitatẽ creata fuiſſe declarat ſubdens. *Dominamini piſcibus maris, &c.* & Deut. quarto, de cęleſtibus corporibus, dicitur: *Quæ creauit Deus in miniſterium cunctis gentibus, quæ ſub cœlo ſunt.* Quibus rebus omnibus à Deo productis, poſtremò creatus eſt homo, diuinæ gratiæ, & originalis iuſtitiæ perfectione ſublimis, Dei creatoris imaginem gerens. Qua per impoſiti à Deo pręcepti præuaricationem amiſſa, Verbum patris, ac Dei filius, per quẽ condita fuerant vniuerſa, ab æterno patre fuit in redemptorem, ac collapſi operis reparatorem promiſſus; & ſtatuto tempore copulata eidem perſonaliter fragilitatis noſtræ ſubſtantia ex puriſsimo Virginis vtero mirifice à nobis natiuitate donatus; ſicq; tribus exiſtentibus modis, quibus poterat Deus ſuã creaturis bonitatem communicare, primò quaſi naturaliter, ideſt intra naturæ limites, ſecundò ſupernaturaliter, ideſt quo ad ordinem gratiæ, in quo continentur vniuerſa ſupernaturalia dona hominibus a Deo gratioſè collata, tertiò ſecundum vnionem hypoſtaticam, eleuando ſcilicet creatam naturam ad diuinæ perſonæ ſubſiſtentiam, primũ exhibuit totius vniuerſi creatione, ſecundum, gratiæ iuſtitiæ originalis, & ſupernaturalium donorũ collatione; tertium autem mirabili noſtræ carnis aſſumptione. Quos omnes communicationis modos, Deus ad ſuæ poteſtatis, ſapientiæ, ac bonitatis, & gloriæ manifeſtationem ordinauit. Ecce propoſitum ex diuinis oraculis in operibus Dei exequutionis ordinem, quem diximus ſecundùm genus cauſæ materialis, aut etiam efficientis attendi. In quo retrogradè conſiderato oppoſitum ordinem intentionis, qui eſt ſecundùm ordinem cauſæ finalis, perſpicuè licet intueri.

Ordo intentionis. Nam primò Deus ſemetipſum, ac ſuæ bonitatis manifeſtationem intendit, propter quam æterni Verbi voluit incarnationem, in qua præcipuè diuinæ poteſtatis, ſapientiæ, ac bonitatis ſplendor elucet; deinde ex rationalibus, intellectualibuſque creaturis quaſdam ſecundum ſuæ beneplacitum voluntatis elegit, quas per Chriſti merita conformes eiuſdem Dei, & hominis imagini fieri deſtinauit, perpetuòque fęlices ſecum in regno cęlorũ gaudere conſtituit: quibus, vt id aſſequerentur,

A gratiam, dona, virtutes, & auxilia decreuit conferre neceſſaria; Quartò ad ſuauem rationalis naturæ diſpoſitionem permittere ſtatuit humanum genus, in vnius primi hominis originali fonte concluſum, lætali diuini pręcepti tranſgreſsione morte confodi; ac denique reliqua ad vniuerſi conſtitutionem ſpectantia creare decreuit.

Hunc intentionis ordinem paucis, ſed magnificis, ac prægnantibus verbis expreſsit Apoſtolus primæ Corinth. 13. dicens: *omnia enim veſtra ſunt, ſiuè Paulus, ſiuè Apollo, ſiuè Cephas, ſiuè mundus, ſiuè vita, ſiuè mors, ſiuè præſentia, ſiuè futura, omnia enim veſtra ſunt, vos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei.* 1. Cor. 3.

B Vbi prædictum ordinem non minus perſpicuè, quàm exactè breuiſsima verborum ſumma compræhendit.

Hanc difficultatem latè verſat Aluarez diſputatione 39.

Decretum incarnationis, & prædeſtinationis Chriſti dependere ab ordine naturæ, & gratiæ præuiſo, non ſolùm ſecundùm exequutionem, ſed etiam ſecundùm intentionem tanquam à materia.

TErtiò. Aduerte non rectè colligi ex eo, quòd aliquid ſit ſecundùm ordinem intentionis, ſiuè ſecundùm genus cauſæ finalis prius volitum, quod ſit omninò abſolutè, & ſine poſteriori volitum: nõ
C enim ualet, prius intentionis ordine volita eſt forma, quàm materia; ergo etiam, ſi non eſſet futura materia, fieret forma; ſicut etiam non valet: Deus prius cognouit, aut voluit ſecundùm intentionis ordinem gratiam, quàm naturam; ergo etiam ſi futurus non eſſet ordo naturæ, fieret ordo gratiæ; & eadem ratione non ſequitur; Deus prius voluit, aut cognouit prædeſtinationem Chriſti, quàm permiſsionem peccati Adæ: ergo, licèt Adam non peccaſſet, Dei filius incarnatus fuiſſet. Non enim licet ex rationis prioritate in vno genere cauſæ ſecundùm noſtrum intelligendi modum, colligere
D rei prioris ab altera independentiam ſecũdùm ordinem, quem in rebus à ſe volitis iuxta beneplacitum ſuum Deus conſtituit, prout hic annotauit Bãnes ex doctrina Caietani in dicto articulo tertio, primæ queſt. tertiæ partis. Eſt ergo dependens decretum incarnationis Chriſti ab vtroque ordine, ſcilicet gratiæ, & naturæ; clauditurque hæc dependentia intrinſecè in ipſo incarnationis, ſeu prædeſtinationis decreto, & eadem ratione ab ordine naturæ pendet cęterorum electorum prædeſtinatio: non tamen ab ordine gratiæ; quia hic per ipſã prædeſtinationem conſtituitur, & ad illam intrinſecè pertinet. Bannes. Caiet.

E Ad cuius euidentiam Quartò conſiderandum eſt, dupliciter intelligi poſſe prædictam dependentiam, claudi in ipſo prædeſtinationis decreto; vno modo, ut ſe teneat ex parte exequutionis, non autem ex parte intentionis, ideſt, vt ſit dependentia finis à ſuis medijs eo modo, quo ſanitas, quam intendit infirmus per medicamenta comparare, pendet in exequutione ab ipſis medicamentis.

camentis. & hoc modo communiter ſentiunt doctores decretũ incarnationis diuini Verbi, ac prædeſtinationis Chriſti ita factum fuiſſe, vt Verbum carnem aſſumeret, præſuppoſitis tanquam medijs duobus prædictis ordinibus, naturę ſcilicet, & gratiæ in genere cauſę materialis prioribus ad ipſam Verbi incarnationem tanquam ad finem deſtinatis. Quod idem ſecundùm hanc ſententiam dicendum eſt, de reliquorum electorum prædeſtinatione; quæ vtrumque ordinem eadem ratione præſupponit.

Alio modo poteſt intelligi prædicta decreti incarnationis, aut prædeſtinationis dependentia à dictis duobus ordinibus, ſcilicet naturæ, & gratię, non ſolùm ſecundùm exequutionem, vt iam diximus, verùm etiam, vt ipſa diuini Verbi incarnatio, & Chriſti prædeſtinatio, put in intentione Dei præexiſtit, dependeat ab vtroque ordine, nimirũ naturæ, & gratię, tanquam à materia, circa quam, & à qua, vel in qua. Quemadmodum, qui totum aliquod compoſitum ex materia, & forma, puta domum, intendit producere, quamuis per ſe primò non intendat materiam, aut formam, ſed totum ipſum compoſitum; ſecundariò tamen materiam et intendit, & formam, à quibus ipſum totum, quod per ſe primò intenditur, & forma totius quaſi in genere cauſæ materialis dependet. Totum igitur, quod eſt primarium intentionis obiectum, à materia dependet, & forma, non quo ad exequutionem tantùm, ſed etiam quo ad intentionem. Sunt enim materia, & forma partiale intentionis obiectum, quamuis materiale, à quo totale dependet; partes enim compoſiti in agentis intentione comprehenduntur, non vt extrinſeca media, quibus finis intentus, ſcilicet ipſum totum, eſt aſſequendus, (quo modo medicamenta ad ſanitatis intentionem pertinent,) ſed tanquam id, ex quo ipſa finis intenti forma totalis, & perfectio per ſe, & eſſentialiter; vt ex propria materia, & intrinſeco conſtitutiuo dependet.

Hoc igitur modo comprænditur vterque ordo naturæ, & gratiæ in decreto prædeſtinationis Chriſti: Nam Chriſtus non abſolutè fuit prædeſtinatus, ſed in reparationem humanæ naturæ peccato collapſæ; fuit igitur huic materiæ, nimirum naturæ noſtræ, & eius gratiæ reparandæ adaptata Chriſti prædeſtinatio. Quo fit, vt prædeſtinationis Chriſti decretum, ſcientiam prærequirat ordinis vtriuſque, ſcilicet naturæ, & gratiæ; quam præſciẽtiam non poſtulat dependẽtia finis à medijs; quia totum eſſe mediorum, vt media ſunt, ex finis volitione dependet; finis vero volitio, & intentio non pendent ex medijs, aut ex præſcientia, tametſi in exequutione ex illis pendeat, vt ante diximus.

Eſt itaque vtriuſque ordinis, ſcilicet naturæ, & gratiæ ex vna parte, & prædeſtinationis Chriſti, quo ad terminum ex alia parte mutua dependentia. Natura ſiquidem, & gratia à Chriſti prædeſtinatione pendent in genere cauſæ finalis; hæc verò pendet ab illis in genere cauſæ materialis, pertinentque hæc duo dependentiæ, ſiuè prioritatis inſtãtia ad vnum totale rationis inſtans, ſiuè ſignũ, A in quo facta fuit Chriſti prædeſtinatio; ſicut etiam duo prioritatis inſtantia, quibus mutua cauſalitate ſe præcedunt, atque ab inuicem dependent materia, & forma, ad vnum pertinent completum inſtans naturæ, quod in ſeipſo duo prædicta imbibit inſtantia; ſunt enim hæc inſtantia, non in quibus, ſed à quibus, vt ſæpè docet Capreolus. Capreol.

Supponit ergo Chriſti prædeſtinatio præſcientiam ordinis vtriuſque ſcilicet naturæ, & gratiæ: Nam, qui ſubiectum aliquod intendit, nobiliori ſuperaddita forma perficere, neceſſe eſt, vt exornandi ſubiecti præuideat exiſtentiam, aut infallibiliter futuram cognoſcat. Sed fortiori prædicta roborantur argumento: Nam ex Ariſt. 2. de anima, tex. 37. & S. Thom. ibidem, & Themiſtio duplex eſt bonum, ſcilicet quod intenditur ab agente, vt ſanitas à medico, & cui tale bonum intenditur, homo ſcilicet, cui ſanitas eſt conferenda, in intentione verò finis includitur vterque finis, ſcilicet quod, & cui; ergo vtrumque ſimul vnum totale conſtituit intentionis obiectum; cum igitur Incarnatio Chriſti ſit finis, vt bonum, quod intenditur; ordo verò naturæ, & gratiæ ſit finis, vt cui tale bonum intenditur, ſequitur vtrumque ordinem; ſcilicet naturæ, & gratiæ in intentione illa incarnationis includi, in ratione finis cui, tanquam partiale eiuſdem diuinæ intentionis obiectum, quod prius in genere cauſæ materialis ad ipſam Dei intentionem pertinet, q̃ incarnatio: Nam ſubiectum formaliter, vt ſubiectum eſt, materialis eſt cauſa, à qua depẽdet finis, non ſolùm vt aſſequendus, ſed etiam vt intendendus ab operante. Non enim finis intenditur, niſi ꝑ ordinem ad ſubiectum; quo fit, vt finis intẽtio per ſe pendeat à ſubiecti præſciẽtia; & ab aliquo illius amore: Nam, qui bonum alicui ſupererogationis intendit, prius illum, cui tale vult bonum, amauit. Hunc vtriuſque finis in vna intentione concurſum diſſertis verbis explicuit Chriſtus Ioan. 3. dicens: *ſic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret.* Subiectum enim, cui finis intenditur, nõ materiæ tantùm, ſed etiam finis quodammodo rationem induit, ad cuius perfectionẽ ipſe finis quod ordinatur. Si itaque Chriſtus poſt præuiſum peccatum fuit à Deo prædeſtinatus, cũ eius merita ſint cauſa noſtræ prædeſtinationis, ſequitur neceſſariò prædeſtinationem noſtram à Deo factam fuiſſe poſt præuiſionem peccati. Sed de hoc plura dicemus in commentarijs ad tertiam partem.

Ariſt. S. Thom. Themiſt. Ioan. 3.

Quo ordine præuiſa ſint à Deo, & volita ſpectantia ad ordines naturæ, gratiæ, & vnionis hypoſtaticæ.

QVintò ſciendum eſt, peccata ad ordinem naturæ pertinere. Primò; quia ex ſolis naturæ viribus committuntur, iuxta illud Oſeæ 13. *perditio tua Iſrael, tantummodo ex me auxilium tuum.* Secundò; quia peccatum habet pro vltimo fine ipſum peccatorem, vt docet Sãctus Thomas. Tertiò; quia omne peccatum eſt contra rectam rationem, quæ dictat Deo in omnibus eſſe obediendum. Vnde S. Thom. ſecunda ſecundæ quæſt. 119. art. 3. ad 3. ait vitia omnia opponi prudentiæ; igitur qua ratione totus

Oſeæ 13. S. Tho.

totus ordo naturæ ante cuiuslibet electi prædeſtinationem intelligitur à Deo præuiſus ſcientia approbationis, ac volitus prioritate cauſæ quaſi materialis, ita peccata, quorum permiſsio diſpoſitiue, ac materialiter ſe habet ad vltimum prædeſtinationis effectum à Deo primariò intentum, præuiſa intelliguntur, & eorum permiſsio prius volita.

Sextò obſeruandum eſt prædictos ordines ſcilicet naturæ, & gratiæ, & vnionis hypoſtaticæ poſſe quatuor modis comparari. primò, vt omnia, & ſingula ad ordinem naturæ ſpectantia priora ſint omnibus, & ſingulis, quæ in duobus alijs continentur ordinibus, & hoc manifeſtè falſum eſt: Nã peccata crucifigẽtium Chriſtum, quæ ob ſupradictas rationes pertinent ad ordinem naturæ, gratiam, & vnionem Verbi hypoſtaticam præſupponunt. Præterea multa peccata ab exiſtentibus in gratia committuntur, quæ præexiſtentem in peccante gratiã deſtruunt; denique conſtat tres prædictos ordines multipliciter ad inuicem eſſe permiſtos: Nã quorundam generatio, quæ ad ordinem naturæ pertinet, per ſanctorum orationes fuit à Deo conceſſa: vt patet de Sanſonis, Samuelis, ac Ioannis Baptiſtæ natiuitatibus. Plurima etiam naturalia, vt multi ex grauioribus theologis ſentiunt, effectus ſunt prædeſtinationis, ac proinde ad ordinem gratiæ videntur pertinere.

Secundò poſſunt dicti ordines ad inuicem ita comparari; vt, quæ in vnoquoq; indiuiduo ſpectãt ad ordinem naturæ, præcedant, ea omnia, quæ in eodem pertinent ad ordinem gratiæ; & hæc, ſcilicet pertinentia ad ordinem gratiæ, hypoſtaticæ præintelligantur vnioni. Sed hunc ordinem verum non eſſe, patet ex productis exemplis, in quibus apparet peccata poſt ordinem gratiæ, & vnionis etiã hypoſtaticæ fuiſſe commiſſa.

Tertiò fieri poteſt inter dictos ordines comparatio, ita vt ordo naturæ ſecundùm primariam tãtùm eius conſtitutionem, & ſubſtantiam comparetur ad ordinem gratiæ ſecundùm ſe, non tamen quo ad omnia eius ſingularia, & eodem modo ordo gratiæ ad ordinem vnionis hypoſtaticæ. Et ſic veriſsimum eſt ſecundùm præexigere primum, & tertium præſupponere ſecundum. Sed inde non ſequitur vniuerſa peccata ante Chriſti, aut etiã ante cuiuslibet electi prædeſtinationem fuiſſe præuiſa, ſed oppoſitum potius; vt patet ex dictis.

Quartò itaque fieri poteſt dictorum ordinũ cõparatio ſecundùm abſolutam, ac formalem cuiuſcunque ordinis conſiderationem; ita vt ſpectantia ad ordinem naturæ, vt ſic, comparentur ad ea, quæ pertinent ad ordinem gratiæ, vt ſic, & hæc ad ordinem unionis hypoſtaticæ, vt ſic. Et hoc modo ſingula, quæ ſunt in ordine naturæ, vt ſic, præcedunt ſingula, quæ ſunt in ordine gratiæ, & hæc vnionem diuini Verbi hypoſtaticam. Diuinæ ſiquidem volũtatis decreto totus ordo naturæ vt ſic, ad totum ordinem gratiæ vt nobiliorem, & eius finem eſt ordinatus, & vterque ſimul ad vnionem Verbi hypoſtaticam. Quòd verò quædam in ordine gratiæ contenta ad quædam naturalis ordinis, puta ad temporalem natiuitatem videantur ordinata, & ſimiliter quòd peccata crucifigentium Chriſtum præxigant hypoſtaticam vnitatem, nihil refert; hęc. n. ordinis varietas pertinet ad res materialiter dumtaxat conſideratas: Nam, quæcunque ordinis naturæ ſunt, formaliter ſumpta, præcedunt materialiter, & diſpoſitiuè ea, quæ ſunt ordinis gratiæ, & hęc hypoſtaticam vnitatem. Exiſtimandum eſt. n. Deum hos ordines, quãquam materialiter permiſtos, ita formaliter diſtinctos cõcepiſſe, ac ad inuicem ordinaſſe, vt materialis eorum permiſtio merè per accidens, ac impertinenter omninò ſe haberet reſpectu diuinæ præcognitionis, & voluntatis vnum ad aliud ordinantis, ſecundùm rationem cuiuſdam cauſalitatis, quæ illis conuenit formaliter dumtaxat conſideratis.

Præconcepit itaque Deus primò vniuerſa ad ordinem naturæ ſpectantia, ſiue bona, ſiuè mala, etiã illa, quę materialiter, ac temporaliter vnionem hypoſtaticam præſupponunt, vt peccata crucifigentium Chriſtum, præconcepit inquam illa, quæ ratione ad ordinem naturæ pertinẽt; deinde, quæ ſpectant ad ordinem gratiæ. Tertiò, quæ pertinent ad vnionem hypoſtaticam. Et idem ordo conſiderandus eſt in actibus diuinæ voluntatis; & ſermo eſt de ordine exequutionis, ſiu cauſæ materialis: Nã ordo intentionis, ſiuè finalis cauſæ oppoſitus eſt, vt diximus. Et hanc arbitror fuiſſe mentem Domini Caietani in tertia parte à nullo hucuſque recentiorum intellectam, ac propterea ab omnibus impugnatam. Ex dictis ſequuntur nouem concluſiones.

Concluſiones deducta, & probata.

PRima concluſio. Deus ſecundùm ordinem exequutionis, & cauſæ materialis prius voluit, & per ſcientiam approbationis quo ad bona cognouit ordinem naturæ formaliter, quàm ordinẽ gratiæ, & vtrunque prius, quàm vnionem Verbi hypoſtaticam. Dixi per ſcientiam approbationis; quia hęc ſola rerum fiendarum, ac gubernandarũ eſt cauſa. hic autem ordo attenditur, vt diximus, ſecundum cauſalitatem.

Secunda concluſio. Secundùm ordinem intentionis etiam aliquo modo Deus prius voluit primum ordinem quo ad bona, quàm ſecundum, & ſecundum, quàm tertium. Hæc patet ex dictis, dixi, quo ad bona; quia peccata, quæ ad ordinem ſpectant naturæ, licèt ſint præuiſa, non tamen volita.

Tertia concluſio. Secundùm ordinem intentionis, & cauſæ finalis, prius ſimpliciter voluit, ac præſciuit Deus eadem ſcientia approbationis tertium ordinem, quàm ſecundum, & ſecundum prius, quã primum.

Quarta concluſio. Quod prius eſt volitum ſecũdùm genus cauſæ finalis, aut etiam materialis, nõ ob id tamen eſt omninò abſolutè, & ſine dependentia à poſteriori volitum.

Quinta concluſio. Peccata pertinent ad ordinẽ naturæ ſecundùm tres ſupra dictas rationes; licèt alia ratione poſsint ſpectare ad ordinem gratiæ.

Sexta

Digitized by Google

Sexta concluſio. Prędeſtinatio electorũ ad gloriam præſupponit prę̨ſcientiam omnium ſpectantium ad ordinem naturæ formaliter; non autẽ aliquorum ſpectantium ad ordinem gratiæ precisè: dixi præcisè, propter gratiam Chriſti, & eius merita præuiſa, ante cuiuſuis creaturę prędeſtinationem; pertinent enim illa ad ordinem vnionis hypoſtaticæ.

Septima concluſio. Electio ſanctorum ad gloriã prę̨ſupponit ſecundùm ordinem cauſę materialis, & quodammodo finalis futuram exiſtentiam perſonæ eligendæ, & prę̨ſcientiam peccati. Prior pars patet; quia perſona eſt finis cui. Poſterior autem pars; quia, ſi homo non peccaſſet, non perueniſſent homines ad eoſdem gradus gratiæ, & gloriæ, ad quos nunc perueniunt; ergo electio ad talem gradum prę̨ſupponit prę̨ſcientiam peccati.

Octaua concluſio. Electio Angeli; & hominis, ſicut præſupponit diuinum decretum de eorum exiſtentia, & prę̨uiſionem eorum in eſſe naturæ, ita prę̨ſupponit decretum, & præuiſionem operationum ſpectantium ad ordine naturæ. Hęc patet ex prima. Nec tamen deduci poteſt ratione præuiſionis talium operum hos potius, quàm illos fuiſſe à Deo prælectos; tum quia tales operationes nullã habent cum fine ſupernaturali proportionem; tum etiam, quia non minus ſunt hę operationes à Deo prędefinitæ, quàm ſupernaturales, & conſequenter tota ratio electionis tandem reducitur in gratuitam Dei voluntatem, ex qua pendet omnium operum prędefinitio.

Vltima concluſio. Electio Angeli, & hominis, non prę̨ſupponit præuiſionem bonorum operũ ſupernaturalium, ſiuè meritorum, vel boni vſus liberi arbitrij cooperantis gratiæ Dei. Probatur. Prædeſtinatio hominis, & Angeli nõ prę̨ſupponit prę̨uiſionem prædictorum; ergo nec electio. Conſequentia probatur; quia prædeſtinatio ſecundùm rationem, præſupponit electionem; vt probat S. D. in quarto artic. Antecedens probatur: Quoniam prędeſtinatio eſt efficax ordinatio, & applicatio mediorum perducentium in vitam ęternam, ſiuè prę̨paratio beneficiorum Dei; inter quæ ſunt omnia electorum merita, de quibus dixit Apoſt. ad Epheſ. 2. *Ipſius enim factura ſumus creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus.* Ordinatio autem mediorum in finem prę̨ſupponit volitionem finis. Itaque prius elegit Deus ad gloriam ex Angelis, & hominibus, quos voluit; deinde ex illa ad gloriam electione, quæ eſt efficax finis volitio, voluit efficaciter media, quæ ſunt bonorum operum merita, quæ ſua prędeſtinatione ad ſempiternæ gloriæ conſequutionem ordinauit. Vide etiam quæ diximus infra art. 3. Cõtrouerſia prima.

Epheſ. 2.

Ex dictis ſequitur Valentiam infra artic. 4. non, rectè dixiſſe Deum prius nouiſſe Petrum, per media ſupernaturalia conſequuturum beatitudinem, quàm habuerit actum dilectionis, quo vult ei abſolutè illud bonum beatitudinis. Nec ratio eius aliquid valet, ait enim prius eſſe rem cognoſci, quàm amari, quod, quidem verum eſt de cognitione ſimplicis intelligentię, non autem de cognitione approbationis, aut viſionis, quę prę̨ſupponit actum voluntatis, & conſequenter dilectionis: & prętere Petrus non eſt conſequuturus beatitudinem, niſi ex prędefinitione diuinæ uoluntatis; ergo neceſſe eſt, vt ꝑdefinitio de conferenda Petro beatitudine, prę̨cedat prę̨ſcientiam eiuſdem vt conſequendæ.

Cõtra Valentiam.

Argumenta, & ſolutiones.

Contra primam concluſionem argumentatur Suarez, tertia parte, quæſtione prima, diſp. quinta, ſect. 1. & Zumellus infra artic. quarto, diſp. quarta, & alij, quorum argumenta ex iactis fundamentis facilè confutantur.

Suarez. Zumel.

Contra quintam concluſionem ſunt argumenta eorundem auctorum in dictis locis, quę ex eiſdem principijs nullo negotio diluuntur: Nam, cum agatur hic de prioritate ſecundùm inſtans naturæ, nõ in quo, ſed à quo, nullum abſurdum eſt, idem peccatum, ſecundùm eam rationem, qua pertinet ad ordinem naturæ, eſſe prę̨uiſum ante ordinem gratiæ, & qua ratione ſpectat ad ordinem gratiæ, non eſſe cognitum, niſi poſt naturalia; eſſet autem abſurdum, ſi ſermo eſſet de inſtanti naturę in quo. Sic enim requireretur in illo vno priori inſtanti perfecta peccati cognitio quo ad omnia ipſius peccati intrinſeca conſtitutiua, quod nõ exigitur, ſi loquamur de inſtanti naturę, à quo; ſed ſufficit formalis ordo inter diuerſas eiuſdem peccati rationes, quarum quędam, vt priores, ac quaſi materiales, prius intelligantur à Deo cognoſci; alię verò vt poſteriores, ac quaſi formales cogitentur attingi. Conſtat autem rationem peccati, quatenus ex viribus naturę committitur, & rectę rationi aduerſatur, eſſe priorem ea ratione peccati, qua ſupernaturalibus aduerſatur prę̨ceptis. Quare nullũ abſurdum eſt, ſi prius ſecundum illam rationem, quàm ſecundũ hanc intelligatur à Deo videri.

Contra ſeptimam concluſionem ſunt tria argumenta, quæ profert, & ſoluit Zumellus, diſp. 2.

Zumell.

Contra vltimam concluſionem ſunt argumenta, quę proponit, & ſoluit Zumellus in quarto articulo, diſput. prima.

ARTICVLVS II.

Vtrum prædeſtinatio aliquid ponat in prædeſtinato.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd prædeſtinatio ponat aliquid ĩ prædeſtinato. Omnis enim actio ex ſe paſsionem infert; Si ergo prædeſtinatio actio eſt in Deo, oportet, quòd prędeſtinatio paſſio ſit in prędeſtinatis.

140 1. d. 40. q. 1. art. 1.

2 Prętereа: Orig. dicit * ſuper illud Roman. 1. Qui prædeſtinatus eſt, &c. Prędeſtinatio eſt eius qui non eſt: ſed deſtinatio eius eſt, qui eſt. Et Auguſt. dicit in lib. de prędeſtinatione ſanctorum. Quid eſt prędeſtinatio, niſi deſtinatio alicu-

Supra illud. Qui factus eſt ei ſẽm carnem to. 3.

alicuius exiſtentis? Ergo prędeſtinatio non eſt niſi alicuius exiſtentis, & ita ponit aliquid in prędeſtinato.

3 Pręterea: Pręparatio eſt aliquid in pręparato; ſed prędeſtinatio eſt pręparatio beneficiorum Dei, vt dicit Aug. in * lib. de Prædeſtinatione ſanctorum; Ergo prędeſtinatio eſt aliquid in prędeſtinatis.

Lib. de bono perſeuerantiæ. c. 14. to. 7.

4 Pręterea: Temporale non ponitur in diffinitione æterni; ſed gratia, quę eſt aliquid temporale, ponitur in diffinitione prędeſtinationis: nam prędeſtinatio dicitur eſſe pręparatio gratię in pręſenti, & glorię in futuro; Ergo prędeſtinatio non eſt aliquid ęternum. Et ita oportet, quòd non ſit in Deo, ſed in prædeſtinatis; nam quicquid eſt in Deo, eſt ęternum.

Lib. 2. qui eſt de bono perſeuerantię, c. 14. to. 7.

Sed contra eſt, quod Aug. * dicit, quòd prędeſtinatio eſt pręſciētia beneficiorum Dei; ſed præſcientia non eſt in pręſcitis, ſed in pręſciente. Ergo nec prędeſtinatio eſt in prędeſtinatis, ſed in prędeſtinante.

Reſpondeo. Dicendum, quòd prędeſtinatio non eſt aliquid in prędeſtinatis, ſed in prędeſtinante tantùm. Dictum * eſt enim, quòd prędeſtinatio eſt quędam pars prouidentię. Prouidentia autem nō eſt in rebus prouiſis, ſed eſt quędam ratio in intellectu prouiſoris, vt ſupra dictum eſt. * Sed executio prouidentię, quæ gubernatio dicitur, paſsiuè quidem eſt in gubernatis, actiuè autem eſt in gubernante: Vnde manifeſtum eſt, quòd prędeſtinatio eſt quædam ratio ordinis aliquorum in ſalutē æternam in mente diuina exiſtēs; executio autem huius ordinis eſt paſsiuè quidem in prædeſtinatis, actiuè autem eſt in Deo. Eſt autem executio prædeſtinationis vocatio, & magnificatio, ſecundùm illud Apoſt. ad Rom. 8. Quos prædeſtinauit, hos, & vocauit; & quos vocauit, hos, & magnificauit.

Ar. preced

q 22. ar. 2.

Ad primum ergo dicendum, quòd actiones in exteriorem materiam tranſeuntes, inferunt ex ſe paſsionem, vt calefactio, & ſecatio, † non autem actiones in agente manentes, vt ſunt intelligere, & velle, * vt ſupra dictum eſt, & talis actio eſt prædeſtinatio: Vnde prędeſtinatio nō ponit aliquid in prędeſtinato; ſed * executio eius, quę tranſit in exteriores res, ponit in eis aliquem effectum.

276 q 14. art. 1 & 18. ar. 3. ad 1. D. 33.

Ad ſecundum dicendum, quòd deſtinatio aliquando ſumitur pro reali miſsione alicuius ad aliquem terminum, & ſic deſtinatio non eſt niſi eius, quod eſt. Alio modo ſumitur deſtinatio pro miſsione, quam aliquis mente concipit, ſecundùm quod dicimur deſtinare, quod mente firmiter proponimus. Et hoc ſecundo modo dicitur 2. Machab. 6. cap. quòd Eleaza-

A rus deſtinauit non admittere illicita propter vitę amorem: & ſic deſtinatio poteſt eſſe eius, quod non eſt. Tamē prædeſtinatio ratione anteceſsionis, quam importat, poteſt eſſe eius, q non eſt, qualitercunq; eius deſtinatio ſumatur.

Ad tertium dicendum, quòd duplex eſt præparatio. Quædam patientis, vt patiatur; & hęc præparatio eſt in præparato. Quędam alia eſt agentis, vt agat, & hęc eſt in agente: & talis pręparatio eſt prędeſtinatio, prout aliquod agens per intellectum dicitur ſe ꝑparare ad agendū, inquantùm pręconcipit rationem operis fiendi. Et ſic Deus ab ęterno pręparauit prędeſtinando, concipiens rationē ordinis aliquorum in ſalutem.

B

Ad quartum dicendum, quòd gratia nō ponitur in diffinitione prędeſtinationis, quaſi aliquid exiſtens de eſſentia eius; ſed inquantùm prędeſtinatio importat reſpectum ad gratiā, vt cauſę ad effectum; & actus ad obiectum. Vnde nō ſequitur, quòd prędeſtinatio ſit aliquid temporale.

Senſus quæſiti.

C

EXplicatur hic ratio ſiuè quidditas prædeſtinationis ex parte ſubiecti. Sunt autem tria in quęſito animaduertēda. Primum eſt ex D. Thom. 1. ſent. diſtinct. 40. q. 1. articulo primo, quòd ponere aliquid in aliquo poteſt intelligi dupliciter. Vno modo formaliter, vt ſcilicet ipſum ſignificatum ꝑ nomen in aliquo eſſe dicatur; ſicut albedo ponit aliquid in aliquo, ſcilicet in ſubiecto, quod albedine formaliter eſt album, aut concomitanter, ſiuè conſequenter, vt ſcilicet ad ſignificatum, quod eſt in vno, ſequatur aliquid eſſe in alio, vel ſimul, ſicut ad paternitatem ſequitur aliquid eſſe in filio, aut non neceſſariò ſimul, ſed vel prius, ſicut auditus ponit percusſionē in aure ſonantem, uel poſterius, ſicut lux Solis ponit calorem, & vniuerſaliter actio tranſiens ponit effectum. De utroque modo quærit S. D. & de vtroque reſpondet, & aduerſus vtrūque ſenſum militant argumenta. S. Thom.

D

Secūdum, quod eſt explicatio primi, eſt, dictionem illam, *prædeſtinatus*, quę denominatiuè dicitur à prędeſtinatione, poſſe duplicem importare denominationem, nimirum intrinſecam, quę eſt à forma inherente, ſicut album denominatur ab albedine, & extrinſecam, quę eſt à forma extrinſecus adiacente, aut quomodolibet reſpiciente; ſicut denominatur locatum à loco, & menſuratum à menſura. Senſus ergo quęſiti eſt; vtrum prędeſtinatio, à qua prędeſtinatus denominatur, ſit aliquid in prędeſtinato tanquam forma, ſcilicet inhęrens, & intrinſecè denominans; an autem ſit veluti extrinſeca forma, quæ prędeſtinatum denominet, ſicut denominatur res uiſa à viſione.

E

Tertiū eſt, hic aliud eſſe quod queritur, & aliud eſſe intentionem querendi. Nam quod quęritur eſt hoc tātùm; an prędeſtinatio aliquid ponat in prędeſti-

deſtinato. Sed intentio quærendi eſt, quid ſit illud, quod nomine prædeſtinationis intelligimus; quod optimè inueſtigatur ex proprio illius ſubiecto.

Forma Textus.

Diſtinguit primò dupliciter S. Thom. deinde Reſpondet. Prior diſtinctio eſt. Prædeſtinatio dupliciter poteſt conſiderari. Vno modo ſecundùm ſe, alio modo ratione ſuæ exequutionis. Probatur ex ſimili in prouidẽtia: Nam prouidentia, cuius pars eſt prædeſtinatio, poteſt dupliciter conſiderari; vno modò ſecundùm ſe, alio modo ratione ſuæ exequutionis, quæ prouidentiæ exequutio eſt gubernatio; Igitur etiam prædeſtinatio, &c. Poſterior diſtinctio eſt. Exequutio prædeſtinationis, ſicut & prouidentiæ dupliciter ſumitur. Vno modo actiuè, alio modo paſsiuè.

Prima concluſio. Prædeſtinatio ſecundum ſe non eſt aliquid in prædeſtinatis, ſed in prædeſtinante tantùm. Probatur. Prædeſtinatio eſt quædam pars prouidentiæ; ſed prouidentia non eſt in rebus prouiſis; ſed eſt quædam ratio in intellectu prouiſoris; ergo nec prædeſtinatio eſt aliquid in prædeſtinatis, ſed eſt quædam ratio ordinis aliquorum in ſalutem æternam in mente diuina exiſtens.

Secunda concluſio. Prædeſtinatio quo ad exequutionem dicti ordinis paſsiuè eſt in prædeſtinatis; actiuè autem eſt in Deo. Probatur: Exequutio prouidentiæ, quæ gubernatio dicitur, paſsiuè eſt in gubernatis, actiuè autem eſt in gubernante; ergo etiam prædeſtinatio quo ad exequutionem paſsiuè, &c. Probatur conſequentia; quia prædeſtinatio eſt quædam pars prouidentiæ.

Expoſitio Textus.

Circa primam concluſionem obſerua non fuiſſe expreſſam per verbum, *ponit*, ſed per verbum, *eſt*, vt appareat ſermonem eſſe formalem, nõ cauſalem, aut per concomitantiam. Secundò aduerte hic D. Tho. diſtinguere prædeſtinatione ſecũdùm ſe contra exequutionem paſsiuè ſumptam, non autem contra exequutionem ſumptam actiuè. Ad cuius euidentiam recolendum eſt, quòd ſupra diximus de mente S. Thom. & Caietani, nimirum, prædeſtinationem eſſe ordinem ſtatutum per actum imperij. Conſtat autem imperium vim habere exequutiuam: quod ſatis apertè ſignificauit S. Doctor. in primo ſentent. dicens prædeſtinationem ponere aliquid conſequenter in prędeſtinato; quia (inquit) ad operationem hanc Dei, ſequitur effectus prædeſtinationis in prędeſtinato, non ſemper, quandocunque eſt prædeſtinatio, ſed quandoque, id eſt in tempore: Nam, licet actio Dei ſit æterna, effectus tamen non ſequitur, niſi ſecundùm ordinem ſapientiæ Dei, & beneplacitum diuinæ voluntatis. — S. Thom.

A

Controuerſia vnica.

De effectibus diuinæ Prædeſtinationis.

Proponitur, & explicatur diffinitio effectus prędeſtinationis.

Non conueniunt interpretes D. Thom. in aſsignandis diuinæ prædeſtinationis effectibus in quibuſdam enim, licèt paucioribus, ac minoris momenti, diſſentiunt; Vt igitur quæ de hac materia diſputanda ſunt, comprehendamus, ac ſuo ſingula quæque loco ſtatuamus, & ea, in quibus eſt

B diſſenſio, ſecernamus, à diffinitione, ex qua perſpicuitas veritatis, ac dubitationum omnium pendet ſolutio, ſumemus exordiũ. Deinde per diſtinctiones erit tota hæc materia ob oculos proponenda; vt quæ ſit de ſingulis proferenda ſententia, videamus. Eſt igitur effectus prædeſtinationis omnis effectus Dei pertinens ad ſupernaturalem prouidentiam Dei efficaciter ordinantis hominem in vitã æternam.

Prima particula, quòd ſcilicet ſit *effectus Dei*, excludit peccata à numero effectuum prædeſtinationis; cum illa non ſint effectus Dei, ſed liberæ noſtræ voluntatis defectus; includit autem omnẽ ef-

C fectum ex abſoluto, & efficaci actu diuinæ voluntatis procedentem: Nam prædeſtinatio claudit imperium, quod efficacitatem participat ex actu voluntatis.

Secunda particula ſcilicet, *pertinens ad ſupernaturalem prouidentiam Dei*, diſtinguit effectus prædeſtinationis proprios à communibus effectibus ꝓuidentiæ, oportet enim effectus ſuæ cauſæ proportionari; eſt autem, vt ſuperius diximus, prædeſtinatio ratio ordinis creaturæ rationalis, ſiue intellectualis in finem ſupernaturalem; Igitur omnis eius effectus finem reſpicit ſupernaturalem; ac ꝓinde ratione aliqua pertinet ad ordinem gratiæ.

D An verò neceſſe ſit talem effectũ pertinere ad gratiam redemptionis Chriſti, adeò vt ſit effectus paſſionis, ac mortis Chriſti, aut ſufficiat, vt ſit ex merito Chriſti, ex eius actibus proueniens, qui abſtrahunt à ſtatu mortali, quales ſunt actus charitatis, miſericordiæ, pietatis, religionis &c. diſputant Vaſquez, diſput. 93. cap. 4. & Suarez in dicto libro tertio de prædeſtinationis effectibus, capit. 2. Nec dubitandum eſt gratiam, & alios effectus prædeſtinationis Angelorum, ex Chriſti meritis, non tamen quatenus formaliter redemptor eſt, potuiſſe deriuari; quod idem dicendum eſt de gratia, & iuſtitia originali primis parentibus collata. Potuit

E etiam tam primorum parentum, quàm Angelorũ gratia, ex merito paſsionis Chriſti, vt ex cauſa finali deriuari, non quatenus paſsio redemptiua eſt formaliter, ſed quatenus ſimpliciter meritoria eſt: Nam neque Angeli, neque Adam in ſtatu innocentiæ Chriſti morte indiguerunt, vt ait Aug. in libro de corrept. & gratia, cap. 11. Nam per ſe, & formaliter loquendo non eſt de ratione effectus prædeſtinationis, quòd ſit effectus gratiæ, & meritorum Chriſti. Sed ſufficit, vt ſit effectus ſupernaturalis pro- — Vaſquez. Suarez.

prouidentiæ Dei. An verò, & quomodo effectus aliqui, qui ſuaptè natura ſunt ordinis naturalis, poſſint ad ordinem gratiæ pertinere, & ad effectus prędeſtinationis reduci, diſcutietur inferius, in hoc diſcurſu. Vltima diffinitionis particula, ſcilicet, *efficaciter ordinantis in vitam æternã*, diſtinguit gratiam, uocationem, & quemlibet alium effectũ reprobis à Deo collatum, ab ijs, quæ conferuntur electis: Nam his prædicta conferuntur cum intentione efficaci ſalutis eorum, & actuali, ac reali pductione in vitam ęternam: reprobis autem, ſi Deus eadem conferat, nec intentionem efficacem habet ſalutis eorum, nec fęlicitatis æternæ conſequutionem attingunt. Ratio verò huius particulæ eſt; Quia finis intentio, fons eſt totius prouidentiæ, ac prędeſtinationis, quæ ad propoſiti finis conſequutionem dirigit; debent igitur effectus omnes prouidentiæ, ac prędeſtinationis ex illa intentione deriuari, & finis aſſequutionem attingere; alioquin prędeſtinationis, quę infallibilem ſemper habet aſſequutionis euẽtum, effectus non eſſent. An autẽ incarnatio, & paſsio Chriſti domini, ſacramenta, & alia ſalutis remedia, quę communia ſunt electis, & reprobis inter effectus prædeſtinationis ſint enumeranda; & an gratia per peccatum ammiſſa, & poſtmodum recuperata, & illa, quæ in electis nonnunquam inefficacia ſunt, auxilia, & vocationes, ſint ueri, ac proprij prędeſtinationis effectus, ſupereſt inquirendum.

Diſtinguuntur prædeſtinationis effectus, & explicantur communes.

NVnc igitur propoſitis varijs diſtinctionibus, quę certa ſunt, ab ijs, quę in controuerſiam vocantur, diſtinguamus, vt illuſtrior, ac verior appareat pręmiſſa diffinitio, & diſcuſsis, quę ex vtraque parte militant, argumentis depoſita dubietate mens noſtra in ſolida veritate firma cõſiſtat.

Prima diſtinctio eſt. Effectuum diuinæ prouidentię, cuius pars eſt prędeſtinatio, quidam communes ſunt prædeſtinatis, & reprobis, quidam ſolis prędeſtinatis congruentes. Communes ſunt in duplici differentia: quidam ad ordinẽ naturæ pertinent: ex quibus aliqui ſunt vniformes per ſe, & neceſſariò præſuppoſiti, & à Deo ſub ordine prędeſtinationis, vel reprobationis collocati; ſicut creatio, & conſeruatio animarum, & Angelorũ, ac hominis generatio; ad quod etiam pertinent naturales potentię, conſequentes angelicam, & humanã eſſentiam.

Alij verò pro diuerſitate perſonarum diuerſi; vt humorum proportio, ex qua talis reſultat complexio, & corporis temperamentum, bona, vel mala corporis valetudo, ſpecioſitas, aut deformitas, acies mẽtis, vel hebetudo, propenſio in hoc, vel illud ſtudium, vitę circumſtantię; vt hoc, vel illo tẽpore naſci, tales habere genitores, educatores, pręceptores, ſocios, & amicos, dominos, aut ſeruos; diuitem eſſe, aut pauperem, nobilem, aut ignobilẽ: hoc, aut illo mortis genere, ſiuè hoc, vel etiam illo loco, cauſa, vel occaſione vitam finire, ad hunc denique ordinem pertinent opera moraliter bona. Quæ omnia ſecundùm ſe ad ordinem pertinent naturalem, & ex eorum vſu, quidam ſalutem, quidam verò ſibi damnationem acquirunt. Sed in prædeſtinatis, cum ad beatitudinem nonnihil conferant cõſequendam, vel vt ſubiectum, ſicut creatio, & generatio, vel vt media, ſicut reliqua ſecundo loco enumerata, inter effectus prędeſtinationis computantur, pertinentq; ſub hac ratione ad ſupernaturalẽ Dei prouidentiam, cuius eſt in finem ſupernaturalem dirigerẽ. Quidam alij ſunt effectus diuinę prouidẽtię communes reprobis, & prędeſtinatis, qui ex natura ſua ad vnum tantùm ordinem ſpectant, ſcilicet prędeſtinationis, vel reprobationis; ſicut meritum Chriſti, & ſacramenta; quæ ſecundùm ſe ſunt ordinis prędeſtinationis; ſed per accidens, ideſt ex hominum malitia, cedunt in maiorem eorum damnationem; è contra verò permiſſio peccati Adæ, in quo tota corruit humana natura, ordinis eſt reprobationis ſecũdùm ſe: ſed quaſi per accidẽs ex diuina miſericordia ad ſalutem dirigitur plurimorum longè ampliorem, quàm ſperare poſſent nullo exiſtente peccato; dicente Apoſtolo, *vbi abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia*. Rom. 5. quod idem ſignificat Gregorius exclamatione illa, qua in exultatione paſchali vtitur Sãcta Mater eccleſia cantans. *O fœlix culpa, quæ talẽ, ac tantum meruit habere redemptorem.* Dicuntur autem Chriſti meritum, & ſacramenta ſecundùm ſe, ordinis prędeſtinationis; non quia peculiariter inſtituta ſint ex efficaci uoluntate, & intentione ſalutis prędeſtinatorum, cum ſint tantùm ex communi gratiæ prouidentia, & voluntate antecedente; qua Deus vult omnes homines ſaluos fieri; ſed quia ex Dei, & Chriſti redemptoris auctoritate, virtutem continent ſanctificandi, & ad beatitudinẽ pducendi, ſi congruè fuerint applicata, & pia mente ſuſcepta. Quò fit, vt eorum reſpectu dumtaxat ſint effectus prędeſtinationis, quibus cum actuali ad infallibilem ſalutis conſequutionem efficacitate fuerint applicata. Rom. 5. Gregor.

Qui ſint ſpeciales effectus prædeſtinationis.

SPeciales uerò effectus, qui ſolis contingunt prędeſtinatis, ſunt vocatio, iuſtificatio, & glorificatio collectiuè ſumpta. Sic enim ad infallibilem ſpectant ordinem prędeſtinationis, in quo ſenſu accipienda ſunt verba Apoſtoli Rom. 8. *quos autem prædeſtinauit, hos, & vocauit, & quos vocauit, hos, & iuſtificauit, quos autem iuſtificauit, illos, & glorificauit*, nomine verò vocationis intelligenda ſunt vniuerſa diuina auxilia, tam externa, quàm interna pręuenientia, & excitantia, actus fidei, ſpei, & charitatis; de quibus infra, etiam ſi ſufficientia tantũ ſint, & minimè efficacia ad eum conſenſum, vel actum, ad quem homo vocatur; nam vocatio per talia auxilia procedit ex efficaci propoſito glorię electis conferendę; ſicut ſumptio medicinę, ex efficaci ſanitatis intentione, procedit, licet actu non profit. Rom. 8. Vocatio quid ſignificet.

Verùm, talis vocatio in prędeſtinato nunquam eſt

Digitized by Google

eſt abſque aliquo fructu in ordine ad vitam æternam adipiſcendam: Nam, & ſi precipuo careat effectu, animum tamen vocati diſponit, vt ſecundã, aut tertiam pulſantis Dei vocationẽ non reſpuat, ſed liberè tandem, ſuauiterque conſentiat. Solet. n. vnius, aut plurium præteritarum vocationum memoria, accedente poſtrema ſimul cum illa mentis duritiem ſuauiter emollire, & ad conſenſum trahere, vt in humana conſuetudine quotidiana docet experientia, vnde Apoſt. Rom. 8. dixit. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis, qui ſecundùm propoſitum vocati ſunt ſancti.* Iuſtificationis autem vocabulo intelligitur primò gratia, non eã tãtùm, quę ſemel collata prædeſtinato ſtabilis, ac firma ad mortem vſque, & poſt mortem, etiam in patria perpetuò perſeuerat.

Rom. 8. Iuſtificatio quid ſignificet.

Sed etiam illa, quæ per peccatum amittitur, & tandem ope diuina recuperatur. Cum enim gratia principium ſit meritorũ, quæ per ſuperueniens peccatum non omninò tolluntur, ſed mortificantur, & ſuperueniente noua gratia reuiuiſcunt, conſequens eſt gratiam prędeſtinato collatam, quamuis ſit per peccatum amiſſa, in ſuo ſemper effectu remanere. Et, quod amplius eſt, gratia ſemel amiſſa cum effectu meritorum, ratio eſt prędeſtinato maioris gloriæ adipiſcendæ, quàm poſteriori gratię nouiter collatę, & meritis ex ea procedentibus deberetur; Nam his poſtremis meritis adduntur pręterita, quę nouę gratię infuſione reuiuiſcunt, quibus ſimul ſumptis ſecundùm diuinę iuſtitię leges maior debetur gloria, quàm ſingulis.

Secundò nomine iuſtificationis intelliguntur merita, idest actus liberi, quibus ęternę vitę debetur merces; qui quidem actus, non ſolùm ſunt prędeſtinationis effectus quo ad influxum gratię, aut diuini auxilij in ipſos efficacis, ſed quo ad ipſam etiam liberi arbitrij cooperationem: nam tales actus ſecundùm totum, quod in eis eſt, ſimpliciter, & abſolutè ſunt dona Dei, quibus tãquam medijs ad ſalutem infallibiliter dirigitur prędeſtinatus: quidquid autem eſt in homine ordinans ipſum in ſalutem, comprehenditur totum ſub effectu prędeſtinationis, vt dixit S. Doct. in articu. pręcedente; Igitur tales actus etiam quo ad ipſam liberi arbitrij cooperationẽ, ſunt prædeſtinationis effectus.

Liberi arbitrij cooperatio eſt effectus prędeſtin.

Prima propoſitio eſt D. Auguſt. de Prædeſtinat. ſanct. capit. 20. & alibi ſępe dicentis Deum opera noſtra remunerando ſua dona coronare. Pręterea libera hominis cooperatio tam in merito condigni, quàm in merito congrui, quàm etiam in quolibet bono opere, ad quod homo à Deo mouetur, eſt ab æterno à Deo prædefinita, & efficaciter in electis volita, propter vltimum prædeſtinationis effectum; ergo, & ipſa eſt effectus prędeſtinationis; Antecedens probatum eſt ſupra in articulo quarto, quęſtionis pręcedentis in ſpeciali Controuerſia de diuinis prędefinitionibus; Conſequentia verò patet ex diffinitione ſuperius allata de effectu prędeſtinationis.

Augu.

Tertiò nomine iuſtificationis intelliguntur diſpoſitiones omnes etiam remotæ, in electis ad gratiæ conſecutionem, vel augumentum quouis modo

A conferentes, & conſequenter etiam ad beatitudinis adeptionem ordinatę. Ex quo ſequitur primò, valdè probabile eſſe, actus omnes ſupernaturales electorum in vita præſenti, etiam illos, quos extra ſtatum gratiæ iuſtificantis exercuerunt, eſſe prędeſtinationis effectus, cum omnes, ſaltem mediatè ad conſequutionem conferant beatitudinis. Secundò ſequitur ſtudioſam vnius perſonę operationem effectum eſſe nonnunquam prædeſtinationis alterius; vt patet ex doctrina poſtremi articuli huius quæſtionis; in quo determinatur prædeſtinationẽ iuuari quo ad effectũ, ſiuè executionem precibus ſanctorum. Preces igitur Sanctorum effectus ſunt
B prædeſtinationis eius, qui mediantibus illis ſalutẽ conſequitur; ſicut oratio Stephani effectus fuit prędeſtinationis Pauli. Poſtremò: eodem iuſtificationis nomine intelligitur perſeuerantia, quæ iuſtificationis eſt continuatio vſque ad mortem.

Sed rurſus effectus ſpeciales, ac proprij prędeſtinatis diſtinguuntur: nam, quidam prędeſtinatis omnibus ſunt communes; vt illi, quos recẽſuimus: alij verò ſingularem quorundam prędeſtinationẽ reſpiciunt; vt miraculoſæ conuerſiones Pauli, Mathęi, & latronis in cruce.

Prima diuiſio ſpecialium effectuum.

Secunda diſtinctio principalis eſt; Effectus prędeſtinationis dupliciter poſſunt conſiderari. Vno
C modo reſpectu prædeſtinationis omnium electorum, quatenus vnius ſunt corporis membra. Alio modo reſpectu cuiuslibet ſingularis prędeſtinati: Priori modo tam bona omnia, (inter quæ computantur etiam mala pęnę) quàm permiſſiones quęcunque peccatorum, effectus ſunt prædeſtinationis; vt apertè teſtatur. Apoſt. Rom. 11. vbi permiſſionem peccati Iudęorum longa verborum ſeriè, docet eſſe effectum prędeſtinationis Gentilium, dicẽs Iudęorum delictum ſalutem eſſe Gentibus, qđ etiam explicat D. Auguſt. vndecimo, de ciuitate Dei, cap. 18. vbi habet hęc verba. *Neque enim Deus vllum, non dico Angelorum, ſed nec hominum crea-*
D *ret, quem malum futurum eſſe præſciret, niſi pariter noſſet, quibus eos bonorum vſibus commodaret, atque ita ordinem ſæculorum tanquam pulcherrimũ carmen etiã ex quibuſdam quaſi antithetis honeſtaret.* Poſteriori verò modo, nimirum reſpectu alicuius particularis prędeſtinati, non omnium omninò peccatorũ permiſsio, ſed quorundam eſt effectus prędeſtinationis: Non enim quodlibet peccatum in mundo commiſſum cuilibet electo proficit ad ſalutem; ſed quæ materiam, aut occaſionem aliquam prębent exercendæ virtutis, aut receſsus à peccato; quemadmodum perſequutiones Tyrannorum, effectus fuerę prędeſtinationis Martyrũ, & permiſſio
E peccatorum in Magdalena, Paulo, ac Petro, effectus fuit prædeſtinationis ipſorum; qui cautiores, humiliores, ac feruentiores à peccatorum caſibus ſurrexerunt; quod etiam ſignificat Apoſt. Roman. 8. cum ait. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*; vbi addit gloſſa, etiam peccata, & D. Auguſt. in lib. de corr. & gratia, cap. 9. eadem verba interpretans ait: *vſq; adeo diligentibus Deũ omnia cooperantur in bonũ, vt ſi quando deuient, & exorbitent, etiam hoc ipſum eos faciat proficere; quia reſurgunt*

2. diuiſio. Rom. 11. S. Aug. Rom. 8. Gloſſa. Augu.

ſũt humiliores, & cautiores, quod idem confirmat Bernardus in ſermone ſecũdo, ſuper *Qui habitat*. Probatur etiam ratione: Nam permiſsio bona eſt, & à Deo volita: at omne bonum ordinabile eſt ad electorum ſalutem; ergo etiam permiſsio peccati. Probatur prima propoſitio; quia Deus, ſicut liberè confert auxilium efficax ad vitandum peccatum, ita liberè non dat, quod eſt velle non dare; hoc verò nihil aliud eſt, quàm peccatum permittere; volita eſt igitur à Deo peccati permiſsio, ac proinde bona eſt.

S. Bernard.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima Concluſio. Gloria eſſentialis cum omnibus ad eam conſequentibus, eſt effectus prædeſtinationis. Probatur ex allata diffinitione: nam principalis effectus diuinæ prouidentiæ intendentis hominem perducere ad vitam æternam eſt ipſa vita æterna, ad quam alij omnes effectus ordinantur: finis enim conſecutio eſt effectus primariò intẽtus, & vltimò productus: ſicut ſanitas primarius eſt effectus ab intendente ſanitatem productus. Ex quo patet defectus Durandi in primo, diſtinctione quartadecima, quæſt. 2. negantis gloriam, & beatitudinem eſſe prædeſtinationis effectum.

Durandi lapſus.

Secunda concluſio. Donum perſeuerantiæ, & gratia minimè interrupta, & conſumata, ſunt effectus prædeſtinationis. Hæc patet ex dicta diffinitione; quam diſſertis verbis enunciat Apoſtol. Ad Epheſ. 1. dicens: *Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti, & immaculati in conſpectu eius in charitate*. Quod maximè verum eſt de gratia in ſuæ perfectionis termino conſtituta, quando ſcilicet iam alterius vitæ ſtatum attingit.

Epheſ. 1.

Tertia concluſio. Gratia iuſtificans prædeſtinato collata, & per peccatum ammiſſa effectus eſt prædeſtinationis, non ea ſolùm ratione, quòd poſt peccatum commiſſum determinat Deus illam reſtaurare noua infuſa gratia iuſtificante, quæ non ſit amplius peccato interrumpenda; ſed ea etiam ratione, quia præceſsit, ac primò collata eſt. Hæc eſt contra Vaſquezium, qui in dicta diſput. 91. capitulo tertio, ſecundam huius noſtræ Concluſionis partem negat, & probata eſt ſufficienter ex dictis. Et probatur præterea; quia gratia per peccatum ammiſſa, per pęnitentiam reſtituitur; ergo etiam ſimul cum ea reſtituitur illud idem ius, quod illa contulerat ad gloriam, quod per peccatum nõ fuerat omninò deſtructum, ſed dumtaxat impeditũ; ergo perſeuerat ſemper modo ſuo prioris illius gratiæ fructus; igitur gratia illa effectus eſt prædeſtinationis.

Cõtra Vaſquezium.

Quarta cõcluſio. Omnis vocatio, ſiuè diuinum auxilium præueniẽs internum, aut externum, ſiuè ſit efficax in ordine ad proximum actum, vel conſenſum, ad quẽ dirigitur, ſiuè minimè, eſt effectus prædeſtinationis. Hæc eſt contra Valentiam, & ſatis ſuperius eſt probata.

Quinta concluſio. Applicatio Sacramentorum in electis effectus eſt prædeſtinationis. Hæc ſuperius fuit explicata, & probata.

A Sexta Concluſio. Actus ſupernaturales electorũ effectus ſunt prædeſtinationis, non ſolùm quo ad diuinum influxum in ipſos, verùm etiam quo ad ipſam liberi arbitrij cooperationem; quam eſſe Dei effectum, & donum, latè probauimus ſupra, ſcilicet articulo quarto, præcedentis quæſtionis, & probat, ac defendit Suarez in dicto libro tertio, capitulo quinto, quamuis immiſceat nonnulla cõtra phyſicas determinationes, eãdem optimè probat Aluarez, diſp. 121. num. 13.

Aluarez.

Septima concluſio. Peccatum non eſt prædeſtinationis effectus. Probatur; quia peccatum non eſt effectus Dei.

B Octaua concluſio. Actus peccati ſecundùm eſſe naturæ, etiam ille, cui eſt intrinſecè coniuncta malitia, poteſt eſſe, & nonnunquam eſt effectus prædeſtinationis. Hæc eſt contra Vaſquezium in dicta diſputatione, quæſtione tertia, capitulo ſecũdo, & Suarezium in allegato libro tertio, capitulo octauo. Probatur: Actus peccati ſecundùm eſſe naturæ, ſiuè ſecundùm ſpeciem naturalem à Deo pręſdefinitur; ergo poteſt eſſe effectus prædeſtinationis: Antecedens probatum eſt ſupra in quæſtione pręcedente, articulo quarto, Controuerſia vltima. Conſequentia verò ſic probatur: Omnis actus humanus à Deo prędefinitus ut ſic, bonus eſt, & in finem bonum, & vltimum hominis, qui eſt æterna fęlicitas, ordinabilis; ergo poteſt eſſe effectus prædeſtinationis. Antecedens patet; quia omne bonum à Deo volitum, & prædefinitum, aut eſt volitum vt finis, aut propter finem; Conſtat autem actum peccati non eſſe volitum à Deo vt finem; ergo propter finem; nulla autem eſt repugnantia ex parte actus vt ſic, nec ex parte ſpeciei eius naturalis, propter quam non ſit ordinabilis in ultimum finem hominis; ergo. Et confirmatur: nam peccati permiſsio, quæ maiorem habet ad peccatum proximitatem, quàm actus peccati, ordinabilis eſt in æternã fœlicitatem; immo, & peccatum ipſum, licèt non ſit à Deo volibile, eſt tamen in bonum ordinabile, & de facto ſemper à Deo in bonum ordinatur; ut ait S.D. prima 2. quæſt. 79. art. 4. Conſequentia probatur ex diffinitione effectus prædeſtinationis ſuperius allata.

Cõtra Vaſquezium, & Suarezium.

C

D

S. Tho.

Secundò probatur; quia poteſt Deus ex efficaci intentione finis, qui eſt æterna hominis fęlicitas, prædefinire actum peccati, vt ex ipſo actus exercitio vili, aut etiã laborioſo, excitetur humana mẽs, & affectus ad contemptum peccati, & accendatur amore virtutis; vt ſæpe contingit flagitioſis hominibus, more brutorum carnali concupiſcentiæ deditis, vel in furtis, ac rapinis, & homicidijs longo

E tempore periculoſè verſatis; qui perpenſa talium actuum uilitate, aut infęlici labore, mentis aciem eleuantes in ſtudioſarum operationum nobilitatem, & uirtutis vſum, quàm maximè delectabilẽ, ad ſeipſos paulatim redeunt, diuinæ vocationis gratia præuenti.

Nona concluſio. Permiſsio peccati in electis eſſe poteſt, & ſæpius eſt effectus prædeſtinationis. Hæc concluſio eſt contra Vaſquezium in dicta diſputatione nona, capitulo ſecundo, & intelligenda eſt, tam

Cõtra Vaſquezium.

Digitized by Google

…tam de prædeſtinatione ipſius peccantis, quàm aliorum, disiunctiuè tamen: Et probatur primò, quo ad aliorum prædeſtinationem auctor. Apoſt. Rom. 9. *Quòd ſi Deus volens oſtendere iram, & notã facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in interitum, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam.* De prædeſtinatione verò ipſius peccantis ſolet illud

Auguſ. insigne Auguſtini teſtimonium proferri ex quartodecimo de Ciuitate Dei, capit. 13. *Audeo dicere, ſuperbis eſſe vtile cadere in aliquod apertum, manifeſtumque peccatum, vnde ſibi diſpliceant*, quod idem

S. Tho. docet Sanctus Thom. in 1. 2. q. 79. artic. 4. ſuperius allegato.

Decima concluſio. Creatio, conſeruatio, & generatio cum omnibus facultatibus naturaliter cõſequentibus, effectus eſt prędeſtinationis.

Cõtra Vaſquezium. Hæc eſt cõtra Vaſquezium in dicta diſputatione nonageſima tertia, capitulo quarto, numero vigeſimooctauo, & eſt intelligenda, non de creatione, &c. ſecundùm ſe, ſed quatenus volita eſt ex efficaci intentione ſupernaturalis finis hominis, & Angeli, qui eſt æterna fœlicitas, ſic enim creatio, cõſeruatio, &c. pertinent ad ſupernaturalem Dei prouidentiam, & volita ſunt propter talem finem, vt conſtitutiua ſubiecti, in quo recipitur beatitudo; quod eſt eſſe effectum prædeſtinationis; vt patet ex diffinitione ſuperius expoſita. Probatur hæc cõ-

Gen. 25. cluſio: Quoniam Gen. 25. dicitur. *Deprecatusque eſt Iſaac dominum pro vxore ſua, eo quòd eſſet ſterilis: qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccæ*; ex ea verò conceptione natus eſt Iacob prędeſtinatus; ergo generatio Iacob, fuit effectus prædeſtinationis ipſius Iacob. Probatur conſequentia; quia orationes Iſaac, fuerũt effectus prædeſtinationis Iacob, cuius generatio fuit cauſata ex orationibus Iſaac; ergo etiam generatio Iacob effectus eſt prædeſtinationis. Quod etiam ſatis aperte ſignificat Sanct.

S. Thom. Thomas in vltimo artic. huius quæſt. in argumento ad oppoſitum: vbi ex dicta auctoritate concludit prædeſtinationem iuuari precibus Sanctorũ; conſtat autem prædeſtinationem non iuuari precibus Sanctorum, niſi quo ad executionem, & productionem effectuum ipſius prædeſtinationis.

Vndecima concluſio. Corporis complexio, ſiuè temperamentum, & reliquæ corporis, & animi qualitates, cum vitæ circumſtantijs in prima ſubdiuiſione recenſitis, qua ratione ex ſpeciali Dei prouidentia conferuntur electo ex efficaci intentione ſalutis æternæ eidem conferendæ, ſunt effectus diuinæ prædeſtinationis.

Cõtra Vaſquezium. Hæc concluſio quo ad priores partes eſt contra Vaſquezium in dicta diſputatione nonageſima tertia, capitulo vltimo, numero vigeſimooctauo. Probatur Concluſio; Quia tales effectus, vt ſic, non pẽdent ex ſola virtute naturæ, nec pertinent ad ordinem naturæ, ſed ad ordinem gratiæ, ſiuè ad ordinem ſupernaturalis prouidentiæ Dei, & ſunt peculiaria Dei beneficia. Deinde probatur ex perfectiſſima diſpoſitione, & complexione corporis Chriſti facta virtute Spiritus ſancti, ex efficaci intentione vniendi Sanctiſsimam illam humanitatem perſo-

A naliter Verbo Diuino; ex quo ſequitur complexionem illam effectum fuiſſe prædeſtinationis Chriſti; quod idem dici poſſet de complexione, & robore corporis Dauid, & Sanſonis, & de manſuetudine Moyſis in ſacris litteris commendata.

Poſtrema cõcluſio. Actus moraliter boni ex intentione Dei efficaci ad vitam æternam conſequẽdam prædefiniti, ſunt in electis effectus prædeſtinationis. Hæc patet ex diffinitione propoſita in principio huius Controuerſiæ. Deinde probatur; quia bona temporalia, quatenus ſunt inſtrumenta virtutis, poſſunt eſſe effectus prædeſtinationis; ergo multo magis actus boni moraliter, qui ex habi-

B tu virtutis procedunt. Præterea ad effectus prędeſtinationis ea pertinent, quibus præſtantur impedimenta peccatis; patet autem maximè impediri peccata per actus moraliter bonos, quibus, dum exercentur, humana ratio in ſua rectitudine continetur.

Argumenta, & ſolutiones.

Contra primam concluſionem argumentatur Durandus. Prædeſtinatio eſt tantùm de medijs, & non de fine: at gloria eſt finis, & non medium prædeſtinationis; ergo non eſt effectus præ- Durãdus.

C deſtinationis.

Reſpondetur gloriam eſſe medium ad aſſequendum Deum vt ſummum bonum, & eſſe finem producendum; quia media diuinæ prouidentiæ ad eius productionem diriguntur tanquam ad vltimũ effectum primariò intentum; ſicut media per artẽ medicinæ ad ſanitatem à medico primariò intentam directa illam efficiunt.

Contra tertiam concluſionem ſunt argumenta Vaſquezij, quæ proponit, & ſoluit Suarez in dicto lib. 2. capitulo 4. numero quarto, & 8. & Pelantius diſp. 2. Vaſquez. Suarez. Peſantius

Contra octauam concluſionem argumentatur Vaſquez. Vaſquez.

D Vaſquez. Sola opera gratiæ per Chriſtum prædeſtinationi aſcribenda ſunt; at actus peccati non eſt opus gratiæ; ergo.

Reſpondetur falſam eſſe maiorem de operibus gratiæ propriè, & ſtrictè ſumptis; vt patet ex nona Concluſione, & alijs ſequentibus: ſi autem maior intelligatur iuxta ſenſum dictarum Concluſionũ, vt per opus gratię intelligatur opus diuinæ prouidentiæ dirigentis hominem in finem ſupernaturalem, neganda eſt minor propoſitio.

Contra eandem concluſionem argumentatur Suarez. Suarez.

Quod in ſe non eſt aliquo modo prædeſtinatũ,

E & volitum, ex fine prædeſtinationis non poteſt eſſe prædeſtinationis effectus; At talis actus non eſt in ſe à Deo prædeſtinatus; ergo. Minor probatur; quia non eſt à Deo prædefinitus; nec intentus; ergo.

Reſpondetur falſam eſſe minorem propoſitionem. Ad probationem negatur antecedens: Quomodo autem à Deo ſit volitus, & prædefinitus actus peccati, diximus in vltima Controuerſia præcedentis quæſtionis.

Digitized by Google

Contra nonam Concluſionem ſunt argumenta Vaſquezij; quæ refert,& ſoluit Suarez,cap,8.libri tertij,ſæpius allegati,numero 3.18.19. — *Vaſquez.*

Contra decimam ſunt argumenta eiuſdem Vaſquezij; quæ refert, & ſoluit Suarez,vbi ſupra cap. 7.num.1.2.& 6. — *Suarez.*

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus aliquem hominem reprobet.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd Deus nullum hominẽ reprobet;Nullus enim reprobat, quẽ diligit; ſed Deus omnem hominem diligit, ſecundum illud Sapien. Diligis omnia,quæ ſunt;& nihil odiſti eorum, quæ feciſti; Ergo Deus nullum hominem reprobat.

141 1. d. 40 q. 4 ar. 1. & 2 Et 3. cont. c. vii & Roma 9. l. 1. fin.

2 Præterea;Si Deus aliquem hominem reprobat,oportet,quòd ſic ſe habeat reprobatio ad reprobatos,ſicut prædeſtinatio ad prædeſtinatos;ſed prædeſtinatio eſt cauſa ſalutis prædeſtinatorũm;* ergo reprobatio erit cauſa perditionis reproborum. *130*

Hoc autem eſt falſum; dicitur enim Oſeæ 13. Perditio tua Iſrael ex te eſt, tantummodo ex me auxilium tuum;Nõ ergo Deus aliquem reprobat.

3 Præterea;Nulli debet imputari, quod vitare non poteſt;ſed ſi Deus aliquem reprobat, nõ poteſt vitare,quin ipſe pereat;dicitur enim Eccl.7.Conſidera opera Dei,quòd nemo poſſit corrigere,quem ipſe deſpexerit; ergo non eſſet hominibus imputandum, quòd pereunt; hoc autem eſt falſum; Nõ ergo Deus aliquem reprobat.

Sed contra eſt,quòd dicitur Mal. 1. Iacob dilexi,Eſau autem odio habui.

Reſpondeo.Dicendum,quòd Deus aliquos reprobat. Dictum enim eſt * ſupra, quòd prædeſtinatio eſt pars prouidentiæ;Ad prouidentiam autem pertinet permittere aliquem defectum in rebus,quæ prouidentię ſubduntur, vt ſupra dictum eſt; Vnde, cum per diuinam prouidentiam homines in vitam æternam ordinentur,pertinet etiam ad diuinam prouidentiam, vt permittat aliquos ab iſto fine deficere,& hoc dicitur reprobare; Sic igitur,ſicut pdeſtinatio eſt pars prouidentię reſpectu eorũ, qui diuinitus ordinantur in æternam ſalutem; ita reprobatio eſt pars prouidentię reſpectu illorum,qui ab hoc fine decidunt.

Art. 1. huius quæſt. — *q. 22. ar. 2.*

Vnde reprobatio non nominat præſcientiam tantùm, ſed aliquid addit ſecundùm rationem, ſicut, & prouidentia, vt ſupra dictum eſt.†

A Sicut enim prędeſtinatio includit voluntatem conferendi gratiam,& gloriam; ita reprobatio includit voluntatem permittendi aliquẽ cadere in culpam, & inferendi damnationis pęnam pro culpa.

Ad primum ergo dicendum, quòd * Deus omnes homines diligit, & etiam omnes creaturas,inquantùm omnibus vult aliquod bonũ; non tamen quodcumque bonum vult omnib. Inquantùm igitur quibuſdam nõ vult hoc bonum,quod eſt vita æterna, dicitur eos habere odio,vel reprobare.

D. 96. Aug. lib. 2. ad ſimpli. q. 2. & li. 1. de præde. & glo. c. 1. Fulg. lib. 1. de dupl. prędeſt. Dei.

B Ad ſecundum dicendum,quòd aliter ſe habet reprobatio in cauſando, quàm prædeſtinatio.

Nam prædeſtinatio eſt cauſa, & eius, quod expectatur in futura vita à prędeſtinatis, ſcilicet glorię;& eius,quod percipitur in prçſenti, ſcilicet gratiæ; reprobatio verò non eſt cauſa eius,quod eſt in prçſenti,ſcilicet culpæ,ſed eſt cauſa derelictionis à Deo.Eſt tamen cauſa eius,quod redditur in futuro, ſcilicet pęnæ ęternę.Sed culpa prouenit ex libero arbitrio eius, C qui reprobatur,& à gratia deſeritur. Et ſecundùm hoc verificatur dictum prophetę, ſcilicet perditio tua Iſrael ex te.

Ad tertium dicẽdum,quòd reprobatio Dei non ſubtrahit aliquid de potentia reprobati: Vnde,cum dicitur, quòd reprobatus non poteſt gratiam adipiſci, non eſt hoc intelligendum ſecundùm impoſſibilitatem abſolutam; ſed ſecundùm impoſſibilitatem conditionatam; ſicut ſupradictum eſt,*quòd prędeſtinatum neceſſe eſt ſaluari, neceſſitate conditionata,quæ non tollit libertatem arbitrij: Vnde, D licèt aliquis non poſſit gratiam adipiſci, qui reprobatur à Deo; tamen quòd in hoc peccatum,vel illud labatur, ex eius libero arbitrio contingit; Vnde, & meritò ſibi imputatur in culpam.

Aug. lib. 1. de præd. & gl. c. 6 & 9 & ad ar. ſal ſo impoſ. a. 13. 14. 15 & Anſel. de conc. præde. c. 2 q. 19. art. 9.

Ratio ordinis,& ſenſus quæſiti.

VNa,& eadem ars,ſcientia,& potentia vtrumque reſpicit oppoſitorum, licèt vnum primò, & aliud ſecundario,vt inquit Ariſt. nono Metaph. tex.3. Nam ex vnius cognitione, facilè per viam negationis,comparationis, & proportionalitatis, E alterius generatur notitia: Vnde ars Medicinæ ſanitatis,& ægritudinis cognoſcitiua eſt, & factiua. Cum itaque prędeſtinatio, & reprobatio oppoſitionem includant ſecundùm affirmationem, & negationem,ad eandem hanc quæſtionem,quæ de prędeſtinatione eſt, ſpectabit etiam ſecundariò reprobationis cognitio. De cuius exiſtentia, & quidditate nunc agit Sanctus Doctor poſt diſcuſſam prędeſtinationis rationem quo ad intrinſeca, tra-

Ariſtot.

tractaturus ſimul in duobus ſequentibus articulis de cauſis extrinſecis, tam prædeſtinationis, quàm reprobationis, vt clarior ſit oppoſitorum doctrina ſimul connexorum. Quid vero cenſendum ſit de ſententia Molinæ, negantis reprobationem opponi prædeſtinationi, ex nunc dicendis apparebit.

In hoc quæſito duo aduerte. Primum eſt, nomen reprobationis in communi ſignificare repulſionẽ alicuius tanquam indigni, quæ indignitas in re propoſita, attenditur reſpectu vitæ æternæ; adeò vt reprobatio ſit repulſio alicuius tanquam indigni ab æterna fęlicitate. Quod intelligendum eſt quo ad primam nominis impoſitionem, nõ autem quo ad illius formale ſignificatum: Nam reprobatio ex propria ratione non immediatè reſpicit peccatum puniendum, ſed permiſsionem peccati; itaq; reprobationis nomen ſecundùm D. Thom. importat diuinam prouidentiam circa non prædeſtinatos, quæ eſt ratio intellectus practici, & includit actum voluntatis Dei volentis non ſolùm punire peccatum præſcitum, ſed prius permittere ipſum peccatum. Quæ omnia Deus ordinat ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuę. Quibus autem vocibus ſoleant in ſacris litteris reprobi ſignificari, annotarunt hic diligenter Bannes, & Zumellus.

Secundum eſt, intentio S.D. qui directè, & explicitè quærit tantùm an eſt, diuinæ reprobationis, cum tamen eius intentio ſit inquirere, & explicare quid eſt. Cuius rationem hic affert Caietanus ex ſecundo poſteriorum; quia nimirum propria cauſa an eſt, eſt quid eſt; atque ideo ſimul vtrumque in hoc tertio art. determinatur.

Forma Textus.

Prima Concluſio eſt. Deus aliquos reprobat. Probatur: Ad diuinam prouidentiam pertinet, vt permittat aliquos à vita æterna deficere; ſed hoc eſt reprobare; ergo Deus aliquos reprobat. Maior probatur: Ad prouidentiam pertinet permittere aliquem defectum in rebus, quæ prouidentiæ ſubduntur; ſed per diuinam prouidentiam homines in vitam æternam ordinantur; ergo etiam ad diuinam prouidentiam pertinet permittere aliquos ab hoc fine deficere. Minor huius argumenti probatur: Quoniam per prædeſtinationem homines in vitã æternam ordinantur; ſed prædeſtinatio eſt pars prouidentiæ; ergo per prouidentiam homines in vitam æternam ordinantur.

Secunda concluſio eſt. Reprobatio eſt præſcientia cũ voluntate permittendi aliquem cadere in culpam, & inferendi damnationis pœnam pro culpa. Probatur hæc diffinitio, ſiuè concluſio explicando tria, quæ includuntur in reprobatione. Primum eſt, quòd reprobatio eſt pars prouidentiæ. Probatur ex proportionalitate ad prædeſtinationem: Nam, ſicut prædeſtinatio eſt pars prouidentiæ reſpectu eorum, qui diuinitus ordinantur in æternam ſalutem, ita reprobatio eſt pars prouidentiæ reſpectu illorum, qui ab hoc fine deficiunt.

Secundum, quod deducitur ex primo, eſt, quòd reprobatio non nominat præſcientiam tantùm, ſed aliquid addit ſecundùm rationem.

A *Probatur ex præcedẽti: quoniam reprobatio eſt pars prouidentiæ: at prouidentia addit ſuper præſcientiam: ergo, & reprobatio.*

Secundò explicatur, quidnam ſit illud, quod addit reprobatio ſuper prouidentiam addendo tertium, ſcilicet, quòd reprobatio includit voluntatem permittendi aliquem cadere in culpam, & inferendi damnationis pœnã pro culpa: probatur hoc ex proportionalitate ad prædeſtinationem: Nam, ſicut prædeſtinatio includit voluntatem conferendi gratiam, & gloriam, ita reprobatio includit voluntatem permittendi aliquem cadere in culpam, & inferendi damnationis pœnam, pro culpa. Ex quibus omnibus coadunatis, ac ſimul ſumptis conficitur B *prædicta diffinitio.*

Expoſitio Textus.

Hic duo ſunt explicanda. Primum eſt ſenſus illius propoſitionis: *Ad prouidentiam pertinet permittere aliquem defectum in rebus, quæ prouidentiæ ſubſunt*; ex ea enim pendet vis totius probationis.

Igitur hæc propoſitio, vt deſeruiat inſtituto S. Thom. intelligenda eſt vniuerſaliter, non ſimpliciter, ſed in materia defectibili ſecundùm ſe, vt hic aduertit Caietanus; non enim vera eſt in materia neceſſariorum, quæ diuinæ ſubduntur prouiden- (Caiet.) C tiæ; vt patet de eſſe, & motu cœleſtium corporum; Et quoniam agẽtia libera ſunt à fine defectibilia; idcirco vera eſt hæc propoſitio: *Ad Prouidentiam diuinam pertinet, vt aliquos permittat deficere ab vltimo fine, qui eſt vita æterna*: & quoniam hæc permiſſio voluntaria ad reprobationem pertinet vt eius effectus, ideò optimè ex dictis principijs infertur Concluſio.

Secundum eſt fundamẽtum dictarum duarum propoſitionum, quod eſt, vt ait Caietanus, ſuauis (Caiet.) rerum prouiſarum diſpoſitio, qua fit, vt defectibilia ſuis viribus relinquat, & hinc eueniũt defectus. D adde bonum totius vniuerſi à Deo primariè volitum; quod ſublata malorum permiſsione corrueret, vt ait S. Doctor ſupra quæſtione vigeſimaſecunda, articulo 2. ad ſecundum, & manifeſtationẽ diuinæ bonitatis, iuſtitiæ, & miſericordiæ, Rom. 9. (Rom 9.) *Volens Deus oſtendere iram ſuam, &c.* Sed hanc do- (Obiecta Peſantij.) ctrinam impugnat Peſantius infra articulo 8. diſput. prima tripliciter.

Primò; quia, ſicut Deus prædeſtinatis dat auxilia efficacia, quibus infallibiliter, & liberè ſe applicant ad bonum, ita potuiſſet eadem auxilia efficacia omnibus largiri; ergo ſuauis gubernatio creaturæ intellectualis non requirit permiſsionem defectus aliquorum ab vltimo fine.

Secundò: quia creatura intellectualis poſſet cõ- E ſequi ſuam perfectionem ſine defectu aliorũ, per ſola auxilia ſupernaturalia; igitur nõ eſt de ea eadem ratio, ſicut in rebus naturalibus, in quibus, vt vna pars generetur, vel nutriatur, debet corrumpi alia.

Tertiò cum Molina ſic arguit. Licèt Deus tan- (Molina.) quam dominus omnium potuerit punire peccata, vt oſtenderet ſuam iuſtitiam puniendo, tamen ne-

Digitized by Google

que hic finis fuit ſolus,neque præcipuus,neq; fuiſ-ſet ſufficiens ſine alijs finibus; videtur enim hoc reſpui à lumine naturali tanquam ſpecies quędam crudelitatis.

Solutiones. Ad primum negatur ſequela: Nam ſuauis diſpoſitio rerum defectibilium exigit,vt ex multis, quæ deficere poſſunt, nonnulla deficere permittantur; vt patet etiam in rebus naturalibus.

Caiet. Ad ſecundum negatur etiam conſequentia, & rationem reddit Caietan.in dicta quæſt.23. art.2. ad ſecundum.

Ad tertium negatur oſtenſionem diuinæ iuſtitiæ,& miſericordiæ non fuiſſe præcipuum finem; nam primò Apoſt.Rom.9.ſolùm illum aſsignat vt finem,abſque dubio ſupremum permiſsionis peccatorum;& re robationis,vt docet S.Thom.exponens dicta verba.Secundò;quia quicumque alij fines aſsignentur,ad hunc tanquam ad vltimum,ac præcipuum,& nobiliſsimum neceſſe eſt ordinari. *vniuerſa enim propter ſemetipſum operatus eſt dominus* Prou.16. itaque manifeſtatio diuinarum perfectionum finis eſt præcipuus inter omnes fines diuinorum operum. Fines autem,quos addunt prædicti expoſitores,ſcilicet Molina, & Peſantius,idè omninò ſunt cum ijs,quos aſsignauimus, dicunt enim finem permiſsionis peccatorū fuiſſe,vt creaturas fineret liberè agere, etiam ſi aliquę à fine deciderent;At hæc eſt illa ſuauis diſpoſitio, quam impugnat. Addunt præterea, alium finem eſſe,vt occaſione peccatorum eluceret in Chriſti paſsione diuina bonitas, pietas, miſericordia,liberalitas,clementia,potentia,ſapientia, & iuſtitia diuina cum dilectione copioſa; quos præcipuos fines appellat Molina.Sed quæ differentia,quæſo,eſt inter iſtos tam minutim diſtinctos,& eos, quos cum D.Thom.recenſuimus,ſcilicet diuinam bonitatē, iuſtitiam,& miſericordiam, quos dicti interpretes præcipuos eſſe negarunt? cur itaque de eiſdem nunc oppoſitum affirment,prorſus ignoro:Nec audiendus eſt Suarez lib.5.de reprobatione, capit.4. num.10. dicens per ea verba Apoſt, *volens*,&c. non ſignificari cauſam finalem.

Prou.16. | Molina, & Peſantius incidūt in ſententia S. Thom. | Suarezij dictū reijcitur.

Prima Controuerſia.

An reprobatio ſignificet actum intellectus, an voluntatis,aut negationem actus.

Referuntur ſententię doctorum,& ſupponuntur duo ſuperius explicata.

NVlla ferè eſt de propoſita difficultate inter expoſitores D.Th.diſſenſio,niſi forte in modo loquendi; Sed tota controuerſia eſt cū antiquioribus ſcolaſticis,videlicet Alenſi,Ricardo,Marſilio,Durando,& alijs, quos refert Suarez lib.3.de reprobat.cap.2,& 3.

Alenſis. Ricardus, Marſilius Durādus. Suarez. S. Thom.

Vt igitur breui compendio quæſtionis huius diſcuſsio intentæ veritatis ſcopum attingat.Recolenda primò eſt illa diſtinctio D. Tho. quæſtione decimanona,art.6.ex Damaſceno,nimirum duplicē

A in Deo conſiderari voluntatem,ſcilicet antecedentem,qua vult omnes homines ſaluos fieri; quæ voluntas eſt ſecundùm quid,ſiue velleitas, & conſequentem;quæ eſt voluntas ſimpliciter,ſiuè abſoluta,& ſemper impletur,vt in dicto loco latius explicauimus.Et quemadmodum ex voluntate illa antecedenti procedit decretum conferendi omnibus ſufficientia ſalutis auxilia,ita ex voluntate conſequenti ſequitur aliud decretum conferendi auxilia ad ſalutem efficacia ijs;quos voluerit ſimpliciter ſaluos fieri.

Secundò ſupponenda ſunt,quæ diximus de diuina prouidentia,cuius pars eſt prædeſtinatio,& reprobatio, quòd ſcilicet eſt ratio in intellectu exiB ſtens præſupponens actum voluntatis, quæ finem intendit,propter quem vult vniuerſa media ad illum per rationem intellectus practici ordinata;ex quo ſequitur,non ſolùm prædeſtinationem, ſed ēt reprobationem præſupponere in Deo voluntatem finis,qui eſt vniuerſi perfectio, & manifeſtatio diuinæ bonitatis,iuſtitię,ſapientiæ,& miſericordię, vt ait Apoſt.Rom.9.& ibidem D.Thom. S.Tho.

Deum ante præuiſa peccata habuiſſe circa reprobos negationem actus electionis, & volitionem talis negationis.

C TErtiò diſtinguenda eſt cum Scoto in primo diſtinct.41.circa finem duplex reprobatio ſcilicet negatiua, quæ antecedit præſcientiam peccati, & poſitiua, quæ eandem præſcientiam ſubſequitur. Scotus. Reprobatio duplex .ſ. negatiuam, & poſitiua.

Ratio huius diſtinctionis eſt:quia Deus ante præuiſum peccatum,ſiuè Angelicum, ſiuè humanum, reſpectiuè loquendo,non prædefiniuit, aut voluit abſolutè ſalutem reproborum; alioquin iam non eſſent reprobi,ſed electi: cū voluntas abſoluta ſemper infallibiliter conſequatur effectum: neq; ēt in illo eodē ſigno decreuit reprobos excludere à regno cęlorū; alioquin nunq̄ voluiſſet illis dare meD dia,& auxilia ſufficiētia,quibus poſſent ad gloriā peruenire.Si namq; ea dare conſtituit,voluit,quantū ſit ex parte ſua,vt ſalutem æternam conſequerētur,& vt ab ea non excluderentur, niſi neglectis, aut contemptis medijs,puta præceptis,& auxilijs ad eam ducentibus.Itaq; Deus abſolutè loquēdo, neminem excluſit à gloria, niſi per ordinē ad peccatum;igitur non habuit Deus in illo ſigno hūc actum directum:volo excludere;v.g.Caim à gloria; ſed primò habuit negationē actus volendi illi gloriā; quā in eodē ſigno voluit Abelli; Secūdò in eodē ſigno habuit actum poſitiuū,quaſi reflexū, quo dictam voluit actus negationē;voluit n.Deus non E eligere,ſiuè non velle eligere Caim ad gloriam.Et poteſt hoc probari omnibus ferè illis argumētis, quibus probat Bannes ſuam ſecundam Concluſionem,dubio ſecundo. Et probatur etiam; quia hic modus volendi, ſiuè voluntarij eſt ſecundùm ſe perfectio, nec vllam in Deo ponit imperfectionē. Denique hæc eſt expreſſa ſententia D.Thom.de verit.quæſtione ſexta,artic.1. ad vltimum. Ex quo patet Bannes.

Digitized by Google

patet defectus Vaſquezij, diſput. 95. cap. 2. dicentis; Deum merè negatiuè ſe habuiſſe quo ad actū voluntatis efficacis; quod immediatè dictis minimè congruit; quibus etiam cōſonant Apoſtoli verba Rom. 9. *Cū enim nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent, aut mali, (vt ſecundùm electionem propoſitum Dei maneret) non ex operibus ſed ex vocante dictum eſt ei; quia maior ſeruiet minori, ſicut ſcriptum eſt. Iacob dilexi Eſau autem odio habui:* Nomine ſiquidē odij actus poſitiuus ſignificatur Dei volentis non eligere Eſau ad gloriam ante omnem operum bonorum, vel malorum præuiſionem; vt indicat verborum ſeries, & exponit ibidem S. Thom.

Vaſquezij defectus. Rom. 9. S. Tho.

Deum præuiſo in homine peccato originali ſimpliciter neminem ſtatim excluſiſſe à gloria.

QVartò conſiderandum eſt peccatum originale, quod ex Adam in omnes homines per ſeminalem propagationem deriuatur, dupliciter fuiſſe à Deo præuiſum: Vno modo, prout eſt in Adam, aut etiam prout præciſè ab eius poſterius eſt cōtractū: Alio mō prout eſt in cōtrahente, & in eo, ad mortem vſque perſeuerat; vt in infantibus non baptizatis, aut etiam in adultis; in quibus nec ſacramento, neque vllo actu continente virtutem, ſiuè votum Sacramenti deletum eſt vnquam antè mortem. In eo igitur inſtanti, ſiuè ſigno, in quo ꝑuidet Deus peccatum originale priori modo, non intelligitur excluſiſſe ab æterna felicitate eos omnes, qui de facto tandem excluduntur: Nam in illo eodem ſigno ſtatuit Deus humano generi de ſufficienti remedio ſalutis prouidere; igitur in eo ſigno nullum excluſit à regno. Conſequentia probatur: nam Deus in illo ſigno voluit, quantùm eſt ex ſe, omnes homines ſalutem conſequi; at, ſi abſolutè voluiſſet aliquos à regno ſalutis excludere, iam nō voluiſſet, quantùm ſit ex ſe, eorum ſalutē: pugnant ergo ad inuicem velle, quantùm ſit ex ſe, ſalutem omnium, & velle abſolutè quorundam excluſionē à regno; Si itaque Deus primum voluit, impoſsibile fuit tunc voluiſſe ſecundum. Præterea multi ſūt reprobi, quibus per baptiſmum remittitur originale peccatum; igitur ex ſolo originali peccato in illo ſigno præuiſo à regno cœlorum excludi minimè debuerunt. At poſt præuiſum originale peccatum poſteriori modo, certum eſt voluiſſe Deū multos à regno ſalutis excludere, eos nimirum, quos ad vltimum vſque vitæ terminum præſciuit in eo peccato manſuros. Poſtulat enim iuſtitia vindicatiua, vt abſoluto toto curſus ſpacio pronuncietur ab ipſo Deo æquiſsimo iudice de præmij conſecutione, aut de eius priuatione ſententia.

Quis ſit ordo actuum intellectus, & voluntatis in reprobatione.

QVintò obſeruandum eſt, Deum, poſtquam voluit hos eligere ad gloriam, illos verò voluit nō eligere, voluiſſe, ac decreuiſſe illis, quos elegit, dare remedia, & auxilia efficacia, quibus infallibiliter ſalutem conſequerentur. Illis autem, quos

A non elegit, ſtatuit auxilia tantùm conferre ſufficiētia, non autem efficacia, ac proinde permittere, vt peccent, & in peccato perſeuerent: Nam peccatorum permiſsio idē eſt, quod priuatio efficacis auxilij, quo poſito omne malum culpæ impediretur. Cum itaque Deus per actum voluntatis poſitiuum decernat, non conferre auxilium efficax, quod eſt velle non dare dictum auxilium, conſequens eſt peccati, & impœnitentiæ permiſsionem à Deo volitam eſſe, per actum poſitiuum, quod expreſsè docuit Auguſtinus in Enchiridio ad Laurentium, capit. 100. vbi de lapſu Angelorum, & hominum loquens, ſic tandem concludit; *vt miro, & ineffabili modo non fiat præter eius voluntatem, quod etiam contra eius fit voluntatem: quia non fieret, ſi non ſineret, neque vtique nolens ſinit, ſed volens; neque ſineret bonus malè fieri, niſi omnipotens, etiam de malo facere poſſet benè.* Idem docet S. Thom. in hoc art. in calce corporis vbi ſic ait: *Sicut prædeſtinatio includit voluntatem conferendi gratiam, & gloriam, ita reprobatio includit uoluntatem permittendi aliquem cadere in culpā, & inferendi damnationis pœnam pro culpa.* Et ratione etiam probatur; quia permiſsio hæc bona eſt, & iuſta, & ad optimum finem ordinata; igitur per actū poſitiuum à Deo eſt volita. Multas alias probationes congerunt expoſitores, & præſertim Bannes, dubio ſecundo, concluſ. 2. & Zumell. diſp. 2. concl. 5. licèt oppoſitum dicat infra articulo quinto, diſputat. 4. concluſ. 4. Poſt dictum verò permiſsionis actum ſequitur modo noſtro intelligendi in Deo præſcientia futuri peccati, & impœnitentiæ. Hæc enim eſt optima conſequentia; Deus permittit Petrum peccare; ergo Petrus peccabit infallibiliter. Nec tamen, vt inquit S. Thom. ad tertium, permiſsio eſt cauſa peccati, ſed liberū hominis arbitriū: Vndè Petrum peccare non eſt neceſſarium neceſsitate abſoluta, ſed tantùm conditionata, vt ibidem ait S. Doct. Deinde præuiſum peccatum Deus iudicat ordinandum ad pœnam æternam; quod iudiciū voluntas approbat; & tandem ſequitur in intellectu actus imperij efficaciter pœnam decernentis propter culpam, ſicque ordinantis culpam ad pœnam. In quo cōpletur ratio reprobationis; ad quā, vt patet ex dictis, concurrunt actus voluntatis, & intellectus. Primus actus eſt, intentio manifeſtandi bonitatem, iuſtitiam, & miſericordiam. Secundus eſt, velle non eligere, ſeu velle ſe non velle eligere ad gloriam. Tertius eſt, velle permittere peccatum, & impœnitentiam. Quartus eſt, præſcientia futuri peccati, & impœnitentiæ. Quintus eſt, iudicium intellectus de ordinanda culpa ad pœnam. Sextus eſt, actus voluntatis approbantis dictam ordinationem. Poſtremus eſt, ordinatio efficax per actum imperij.

Auguſt. B S. Thom. C Bannes. Zumellus varius. S. Thom. D Ordo ſeptem actuū in reprobatione. E

Reprobationem formaliter eſſe actum intellectus, & qua ratione opponatur prædeſtinationi.

SExtò ſciendum eſt, non omnes prædictos actus includi in ratione formali reprobationis. Tres enim primi antecedenter tantùm ad reprobationem pertinent: alij verò in eius ratione formali

clauduntur intrinſecè: Nam reprobatio pars eſt prouidentiæ; at prouidentia actus eſt intellectus præſuppoſito actu voluntatis; ergo & reprobatio. Præterea: Sicut ſe habet prædeſtinatio reſpectu prædeſtinatorum, ita reprobatio reſpectu reprobatorum; ſed prædeſtinatio eſt ratio ordinis prædeſtinatorum in finem ſupernaturalem in Deo præexiſtens; ergo etiam reprobatio eſt ratio ordinis reprobatorum in finem à Deo intentum, ſcilicet in oſtẽſionem iuſtitiæ vindicatiuæ; ad quem finem neceſſaria eſt permiſsio peccati, & ordinata a Deo, & volita ob talem finem. Itaque, cum ratio ordinis ad intellectum pertineat, ſequitur nullum ex prioribus tribus actibus ad reprobationem formaliter pertinere, ſed antecedenter tantùm: ſequitur ſecundò ex reliquis quatuor actibus, tres; nimirum intellectuales, qui ſunt 4.5.& 7. in reprobatione formaliter includi. Sextus autem, qui eſt actus voluntatis, intrinſecè quidem ſaltem virtualiter ad reprobationem pertinet, ſed non videtur, vt alij, eo nomine formaliter ſignificari. Vnde S.Thom. in hoc art. poſtquam dixit reprobationem partem eſſe prouidentiæ, ſicut, & prædeſtinatio, addit: *Reprobatio non nominat præſcientiam tantùm, ſed aliquid addit ſecundùm rationem, ſicut & prouidentia. Sicut enim prædeſtinatio includit voluntatem conferendi gratiam, & gloriam, ita reprobatio includit voluntatem permittendi aliquem cadere in culpam, & inferendi damnationis pœnam pro culpa;* Conſtat autem prædeſtinationis nomine, & ratione non importari formaliter actũ prædictum voluntatis; igitur nec reprobatio aliquem voluntatis actum formaliter ſignificat.

Poſtremò aduertè reprobationem opponi prædeſtinationi conſideratæ ſecundùm ordinem executionis: in quo primo ſunt auxilia diuina, ſiuè gratiæ præuenientes, & efficaces. Secundò gratia gratum faciens. Tertiò merita. Quartò præmium æternæ vitæ. In reprobatione autem inuenitur ſingularum rerum ſingulis ferè prædictis oppoſitarũ ſeries. Nam primò eſt permiſsio peccati, quæ priuationem dicit efficacis auxilij. Secundò, eſt peccatum gratiam deſtruens; & pęnæ reatum bonis meritis contrarium inducens, cui poſtremò ſuccedit ſupplicium, ac mors æternæ damnationis: Et quoniã ordo executionis in prædeſtinatione, quibuſdam videtur approbatio nuncupanda, idcirco affirmant reprobationem propriè opponi prædeſtinationi, quatenus approbatio eſt, nõ verò quatenus eſt præparatio; cum in reprobatione non reperiatur intentio Dei antecedens, qua velit damnationem, vt finem, ad quem ordinet media; ſicut in prædeſtinatione præcedit intentio Dei volentis gloriam beatorum, & media in eam omnia dirigẽtis.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio. Deus ante præſcientiam peccati habuit negationem actus uolendi gloriã ijs, qui de facto damnabuntur.

Secunda concluſio, Deus in eodem ſigno voluit non eligere, ſiuè non velle eligere eos ad gloriam, qui de facto illam non ſunt habituri.

A Tertia Concluſio. Deus in illo ſigno non habuit hunc actum: volo excludere hos, & illos, à gloria.

Quarta concluſio. Deus ante præuiſionem peccati voluit omnium ſalutem voluntate antecedente, decernens omnibus auxilia, & media ad illius conſequutionem ſufficientia.

Quinta concluſio. Deus poſt præuiſum peccatũ originale, prout eſt in Adam, aut etiam quatenus præciſè ab eius poſterius eſt contractum, non intelligitur immediatè excluſiſſe eos omnes, qui tandem fuerant excludendi ab æterna gloria.

Sexta concluſio. Deus poſt præuiſum originale peccatum, vel etiam actuale, quatenus in habentes B perſeuerat uſque ad mortem, ſtatim omnes ſic infectos excluſit à regno.

Septima concluſio. Peccati permiſsio à Deo volita eſt per actum poſitiuum.

Octaua concluſio. Reprobatio dicit formaliter actum intellectus præſuppoſito actu voluntatis. Nomine actus intellectus comprehendimus tres prædictos actus; nimirum præſcientiam, iudiciũ, & imperium, nomine autem actus voluntatis reliquos ſupranominatos. Hæc concluſio eſt cõtra recentiores interpretes; qui, ſicut in prædeſtinatione, ita in reprobatione non agnoſcunt actum imperij: ſed ſupra ſatis oſtendimus eſſe neceſſarium ad C prædeſtinationem; & eadem ratione ad reprobationem.

Argumenta, & ſolutiones.

COntra ſecundam concluſionem argumentatur Vaſquez argumento Scotico. Deus in illo ſigno non voluit aliquos excludere à regno, nec voluit non excludere: ergo tunc merè negatiuè ſe habuit. Antecedens ſupra probatum eſt quoad vtranque partem. Conſequentia euidens eſt. Vaſquez.

Reſpondetur, hoc argumento probari Deum tunc negatiuè ſe habuiſſe, quoad actum volendi excluſionem, aut non excluſionem à regno; nõ autem D quo ad actum, cuius obiectum ſit negatio electionis, de quã loquitur noſtra concluſio. Vnde ad argumentum negatur conſequentia.

Contra tertiam concluſionem ſunt argumenta, quæ profert, & ſoluit Zumellus, diſp. 1. quæ lege, ſi placet. Sed quia non benè videntur ſoluta, ideo ſingillatim adducenda ſunt, & ex præmiſsis veritatis fontibus diluenda. Zumell.

Primum argumentum eſt. Rom.9. dicitur. *Antequàm nati eſſent, & antequàm quidquam boni, aut mali egiſſent, non ex operibus, ſed ex vocante dictũ eſt; Iacob dilexi, Eſau autem odio habui;* Sed odio habere eſt uelle non dare gloriam, & eam voluntatem dicitur Deus habuiſſe ante opera præuiſa; igitur pri- E mus actus Dei erga reprobos eſt iſte: volo hos homines excludere à gloria. Rom.9.

Reſpondetur falſam eſſe minorem propoſitionem: nam in primis, vt Deus dicatur in illo ſigno aliquem, vel aliquos odio habere, ſufficit negatio electionis ad gloriam; vt apertè ſignificat S.Th. in reſp. ad 1. argumentum. Secundò dico odium ibi ſignificare actum Dei volentis non eligere, non autem volentis excludere à Regno; Prior actus habet

Digitized by Google

bet ſolam negationē electionis minimè debitæ, p obiecto; poſterior autem reſpicit vt obiectum maximam pœnam, quæ non infligitur ſine culpa.

Secundum. Primus actus, quem Deus habuit erga prædeſtinatos, fuit voluntas finis, ideſt, voluntas daudi illis gloriam, ex qua voluntate ſequuta eſt ordinatio mediorum, & præuiſio meritorum; ergo ſimiliter primus actus, quem Deus habuit erga reprobos, eſt velle, quòd illi non ſint beati beatitudine ſupernaturali.

Reſpondetur nullam eſſe conſequētiam; primò ob rationem in præcedenti reſponſione aſsignatā. Secundò; quia Deus eſt cauſa mediorum omnium, quæ cadunt ſub ordine prædeſtinationis, non autē eſt cauſa peccatorum, propter quæ reprobi condemnantur.

Tertium: Ex hoc non ſequitur aliquod abſurdum, neque iniuſtitia in Deo: Quoniam beatitudo ſupernaturalis non eſt debita naturæ hominis; igitur, ſi eam voluit Deus non conferre aliquibus hominibus nullam iniuriam fecit illis.

Reſpondetur falſum eſſe aſſumptum: Ad probationem negatur ſequela. Nam, licèt beatitudo non ſit homini debita; eſt tamen illius naturaliter capax; atque ideo non debuit ſine culpa ab ea per æternum diuinæ voluntatis decretum excludi; quāuis abſque vlla iniuria poſsit Deus uelle nullum eligere ad beatitudinem; non eſt enim electio, ſicut nec beatitudo, homini debita. Naturali tamen capacitati quadam ratione, & ex ipſo inſtitutionis decreto debetur, vt ab ea perfectione, cuius eſt capax, non prohibeatur nullo ex parte eius exiſtente impedimento. Adde talem voluntatem repugnare voluntati Dei antecedenti, qua vult omnes homines ſaluos fieri; vt ſupra notauimus.

Contra ſeptimam concluſionem ſunt argumenta, quæ referunt, & ſoluunt expoſitores, & præſertim Bannes, dubio ſecundo, & Zumell. diſp. 2. quæ lege apud eos, ſi placet.

Secunda Controuerſia.

In quo conſiſtat efficacia, & ſufficientia diuinorum auxiliorum, & quæ ſint eorum differentiæ.

Proponuntur dicenda, & explicantur propriȩ rationes auxilij communis, & ſpecialis, & eorum differentiȩ.

SI ea omnia, quæ recentiores S. D. interpretes ſub huius controuerſiæ titulo diſcutere cōſueuerunt, hic eſſent examinanda, non poſſet ſcribendi modus intra legitimos huiuſce cōmentarij terminos contineri, ſed (quod ab alijs etiam eruditiſſimis viris præſtitum eſt) volumen integrum poſtularet. Verùm; quia præſcriptam ab Angelico Doctore, ſcolaſticè ſcribendi formam, quam ad faciliorem diſcipulorum profectum cæteri ſacræ Theologiæ profeſſores, non ſolùm Thomiſtæ, ſed etiam externi ſequuti ſunt, hucuſque ſtuduimus imitari, nec in præſenti controuerſia recedendum ab ea iudicauimus.

A In hac itaque concertatione ea dūtaxat ad Thomiſticæ diſciplinæ vexillum colligemus, quæ, vel explicandæ, ac ſtabiliendæ ſententiæ noſtræ, uel oppugnandis aduerſariorum oppoſitis opinionibus, aut profligandis eorum argumentis erunt opportuna. Vt autem intentionis noſtræ metam attingere valeamus, diſtinguendum eſt, primò nomen, & ratio diuini auxilij, deinde relatis aduerſariorū ſententijs, aperiendus erit ſtatus controuerſiæ, vt demum propoſitis veritatis fundamentis, concluſionibuſque deductis præcipua proferantur, ac diluantur aduerſariorum argumenta.

Diuiditur itaq; primò diuinum auxilium in cō-B mune, ſiuè generale, & ſpeciale. Auxilium commune eſt influxus phyſicus, quo Deus vniuerſas creaturas mouet, & applicat ad ſuas operationes, ac ſimul cum eis eaſdem producit operationes, & effectus eos in proprios fines dirigens. Hoc auxiliū S. Thom. in opuſculo ſecundo, cap. 143. vocat adiutorium naturæ proportionatum, & 1. ſecundæ qu. 109. art. 1. & multis ſequentibus appellat motionem primi mouentis, & infra qu. 105. artic. quinto nominat applicationem, & operationem Dei in quolibet operante. De hoc auxilio vniuerſis agentibus creatis communi, & minus propriè dicto latè diſſeruimus ſupra quæſt. 22. art. 4. in prima, ſe-C cunda, & tertia Cōtrouerſia. Auxilium autem ſpeciale, quod propriè dicitur auxilium, eſt donū, vel gratuita Dei motio, qua mouet nos Deus ad operandum opera ſupernaturalia, & ea nobiſcum operatur in ordine ad iuſtificationem, & ſalutem æternam. Dicitur *donum, vel gratuita Dei motio*; quia, vt infra dicemus, ſub auxilio ſufficienti comprehenditur tam gratia habitualis, quàm diuina motio, licèt gratia efficax formaliter in ſola diuina motione conſiſtat: Nam quocunque habitu, aut permanente qualitate animis noſtris infuſa, adhuc indiget homo ſpeciali auxilio ad operandum, vt probat S. Tho. in dicta q. 109. art. 9. dicitur; *qua mo-*D *uet nos Deus ad operationes ſupernaturales.*

Diuiſio. Auxilium cōe quid.

S. Thom.

Auxilium ſpeciale quid.

S. Thom.

Ad cuius euidentiam aduerte operationem aliquam eſſe ſupernaturalem tripliciter. Primò ſecūdùm ſe, ſiuè ſimpliciter, & abſolutè, vt cum ex ſuo genere operatio eſt ordinis ſupernaturalis; vt actus fidei, ſpei, & charitatis. Secundò non ſecundū ſe, ſed ratione ſtatus peccati; qualis eſt omniū prȩceptorum legis obſeruantia, & continuatio bonorum operum naturæ proportionatorum. Nam, vt ait S. Thom. in dicta quæſt. 109. art. 2. quemadmodum homo infirmus poteſt per ſeipſum aliquem motum habere, non tamen perfectè poteſt moueri motu hominis ſani; ideſt non poteſt actus omnes E ſani facere; vt longum iter agere, aut magnam aliquam molem è loco mouere; ita homo in ſtatu naturæ corruptæ, licèt facere poſſit aliquos bonos actus naturæ proportionatos; non tamen omnes. Tertiò ratione modi, aut cuiuſuis alterius circunſtantiæ, puta loci, temporis, & perſonæ; vt diligere Deum ex charitate, & implere præcepta decalogi pulſante extrinſecus diabolica tentatione, aut vrgente tyranni perſecutione, vel etiam intus ad prȩuaricationem alliciente concupiſcentia; & deniq;

Operatio ſupernaturalis tripliciter.

quod-

quodcunque opus bonum operari; ita vt per Dei prouidentiam in ſalutem æternam ordinetur; vt cognoſcere Deum eſſe,& remuneratorem eſſe, quādo hæc cognitio à Deo in ſalutem dirigitur cognoſcentis;prout etiam annotauit Medina 1.2.q.109. art.2.in fi. Ex quibus colligitur triplex differentia inter auxilium commune,ſiuè generale, & auxiliū ſpeciale;Prima eſt,quod auxilium generale datur ad omnes actus,ſiue bonos, vt boni ſunt, ſiuè malos quo ad eorum entitatem; vt oſtendimus ſupra in vltima controuerſia,qu.22. ſpeciale autem non datur,niſi ad actus bonos.Secunda eſt,quòd auxilium generale datur à Deo vt auctore naturæ, ad opera per naturæ vires exercita, ad finem naturæ proportionatum; ſpeciale verò à Deo confertur, vt auctore gratiæ, & gloriæ ad eas operationes quæ naturæ ſuperant facultatem,& ad finem ſalutis æternæ.

Medina. 1. differentia. 2. differentia.

Tertia differentia eſt, quòd auxilium generale, tametſi non ſit abſolutè debitum rerum naturis, ex hypoteſi tamen,quòd eas Deus creauerit,& proprias ab eis operationes exerceri voluerit, debitū eſt eis auxilium,ſine quo nullam inchoare, nec proſequi poſſent operationem; ſpeciale verò,quod ſoli rationali,& intellectuali naturæ confertur,gratis,& ex mera liberalitate à Deo donatur; quo fit, vt hoc ſpeciale auxilium, gratia ſoleat à Theologis nuncupari,non ſolùm,quia gratis,vt diximus, à Deo confertur;ſed etiam, quia ſecundùm ſe aliquem ſemper habet ordinem ad gratiam iuſtificantem;quamuis eam non ſemper efficiat: de quo vide,ſi placet D.Thom.in 3.cont.gent.cap.150.

3 differentia. D.Tho.

Diſtinguitur auxilium ſpeciale in auxilium excitans & adiuuans,& explicatur vtriuſque natura, et nuncupationes diuerſæ.

SEcundò diuiditur auxilium ſpeciale in auxiliū excitans;quod etiam vocans,& præueniēs,& operans nuncupatur,& in auxilium adiuuans; qđ etiam ſubſequens,& cooperans,vel magis præoperans nominatur. Auxilium excitans diſtinguitur in internum,& externum: Auxilium internū,qđdam eſt,quod ad intellectum dirigitur; vt illuminatio,& præconceptio; & veluti auditio quædam veritatum fidei à Deo docente,præcedens aſſenſū; iuxta illud Rom.10. *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Chriſti.* ad quod etiam attinent reliquæ diuinæ illuſtrationes; quæ veluti corruſcationes, & repentina fulgura noua quadam luce caliginoſæ mentis noſtræ ſinus illuminant, vt peccatorum ſuorum fęditate, ac rerum diuinarum dignitate perſpecta in Deum ſincerę ſe ſe dilectionis affectu conuertat: Aliud eſt,quod reſpicit voluntatē; quo ſcilicet excitantur affectus in voluntate; vt amor, odium,ſpes,timor,gaudium,& dolor, & alij affectus conſimiles,quibus,vel ad pęnitentiam,& virtutes impellimur,vel à prauis actibus coercemur: Diſtinctio eſt ſacri Concilij Tridentini,ſeſſ.6.cap. 5.& 6. Ad externum aūt pertinent prædicationes, exempla,miracula,flagella,beneficia,vt docet Auguſt.in lib.83.quæſt.q.68.& exterior cuſtodia,per

Rom. 10. Cōc. Trid. Auguſt.

A quam occaſiones peccandi ex diuina prouidentia tolluntur,& prouocantia ad peccatum comprimūtur,vt ait S.Doct.3.cont.gen.c.162. Diximus auxilium hoc excitans nuncupari vocans,præueniens, & operans,quæ voces de internis auxilijs loquendo colliguntur ex ſacro Concilio in dicta ſeſſ.6.canon.3.& 4.vbi illud appellat præuenientem Spiritus ſancti inſpirationē, ac definit Deum per illud mouere,excitare, & vocare, & liberum arbitrium eidem cooperari: Quo fit,vt præueniens illud auxilium, quatenus præmonet,excitat,ac præuenit hominis voluntatem,ac libertatem,prout ſcilicet immittitur,antequam ſeipſam mens noſtra moueat, B ad operans auxilium ſpectet; quamuis excitans à quibuſdam ex noſtris quandoque ſumatur pro mouente tantùm moraliter,operans verò pro mouente tā phyſicè,quàm moraliter accipiatur. De qua re videndus eſt Aluarez diſp.76.& 81. Cum verò mens diuina inſpiratione excitata, nedum à Deo mouetur,ſed etiam ſemetipſam mouet,iam ea motio cooperantis eſt auxilij. Auxilium verò operās cooperanti præſupponitur:nam,vt docet S.Thom. 1.2.q.9.art.4.ex Ariſt.7.Ethic.c.18. voluntas noſtra in omnē primum voluntatis motum procedit ex inſtinctu primi mouentis; vt etiam annotauit Caiet.in eod.lib.q.111.artic.2. An autem realiter C vel ſola ratione formali differant auxiliū operans, & cooperans,parum refert ad eam, quam hic tractamus difficultatem. Ex dictis ſequitur eandem habere ſignificationem has voces,nimirum auxilium,ſiuè gratia adiuuans, concomitās,ſubſequēs, & cooperans;quamuis adiuuans extenſo vocabulo ad operantem etiam extendatur:cū enim à ſanctis patribus,& ſacro Concil.diſtinguatur auxiliū in excitans,& adiuuans;& rurſus ex eiſdem habeātur duæ aliæ diſtinctiones, videlicet in auxilium præueniens,& ſubſequens,ſiuè concomitans, & in auxiliū operans,& cooperans,ſi priora harum diſtinctionū membra, cum priori primæ diſtinctio- D nis parte .ſ. auxilio excitante coincidunt, neceſſe eſt, ſi diuiſiones rectæ ſunt, et poſteriora earundē diſtinctionum membra eadem eſſe cūm altera primæ diſtinctionis parte, vt cum auxilio adiuuāte. Quod etiam ex prædictis ſic deducitur;Gratia,ſiue auxilium excitans,ſiuè vocans,aut præueniens cor hominis tangit per illuminationem, & inſpirationem,vt ait ſacrum Concilium in dicto 5.cap.at in eo effectu,in quo mens noſtra eſt mota, & non mouens,operatio ſoli Deo attribuitur,vt ait S.Th. 1.2.q.111. artic.2.quia operatio alicuius effectus non attribuitur mobili,ſed mouenti;cum ergo tactus ille diuinus per illuminationē,& inſpirationē E effectus quidam ſit,in quo mens noſtra eſt mota, & non mouens,pertinebit tactus ille, ideſt illuminatio,& inſpiratio ad gratiam operantem,vt autē ait S.Tho.in dicto ſecundo art.in eo effectu,in quo mens noſtra mouet,& mouetur, operatio non ſolū attribuitur Deo,ſed etiam animæ, & ſecundū hoc dicitur gratia cooperans. Cum igitur ſacrū Concilium in dicta ſeſſ.6.can.4. diffinit liberum arbitrium cooperari gratiæ Dei,ſatis apertè ſignificat gratiam cooperantem:nam cooperās ad aliud ſibi coope-

S. Thom. Cōc.Trid. Aluarez. S. Thom. Caiet. S. Thom. Cōc. Trid

Digitized by Google

cooperans relatiuè dicitur;& cum gratia hæc,ſiuè auxilium libero noſtro arbitrio cooperans eiuſdē conſenſum concomitetur,& ad illum præſtandum adiuuet, idem erit, quod auxilium concomitans, & adiuuans;quod etiam dicitur ſubſequens; quatenus præuenientis,& excitantis gratiæ præſuppo

Aug.

nit auxilium.Quod etiam aperte ſignificauit Augu.in Enchiridio.c.32.vbi ſic ait.*Totum detur Deo, qui voluntatem bonam, & præparat adiuuandum, & adiuuat præparatam;*& paulò poſt.*Nolentem præuenit,vt velit,& volentem ſubſequitur, ne fruſtra velit.* & lib.1.de gratia,& lib.arb.c.16. cooperātem gratiam contra operantem, ac præuenientem diſtinguit dicens: *Deus eſt,qui operatur in nobis velle, & perficere,certum eſt non facere,cum facimus; ſed ille facit,vt faciamus,præbendo vires efficaciſsimas voluntati,qui dixit faciam,vt in viis meis ambuletis.* & c.17. inquit,*Quis iſtam,etſi paruam, dare cęperat charitatē, niſi ille qui præparat voluntatem, & cooperando perficit,quod operando incipit?quoniam ipſe, vt velimus operatur incipiens.qui volentibus cooperatur perficiens; vt ergo velimus ſine nobis operatur, cum autem volumus,& ſic volumus,vt faciamus, nobiſcum cooperatur,&c.*Prædictas diuiſiones,& membrorum con-

Aluarez:

uenientiam probat Aluarez optimis argumentis diſp.70.Qui Diſp.81.num.7.& 8.ait gratiam operantem moraliter,eandem eſſe cum gratia excitāte;ſed gratiam phyſicè operantem eſſe realiter ab excitante diſtinctam:Cuius tamen oppoſitum ſatis apertè videtur docere Diſp.75.num. 3.& diſp. 76.num.5.& 6.Quid autem in nobis ſit auxilium, ſiuè gratia excitans,vocans, præueniens, & operans;quæ idem ſunt, vt diximus; & rurſus quid ſit in nobis auxilium, ſiuè gratia adiuuans,concomitans,ſubſequens,& cooperans,quæ in vnum redeunt.paucis,ac quantùm duntaxat neceſsitas poſtu

Auxilium excitans quid.

lat, eſt dicendum. Auxilium excitans,vt explicatius dicemus inferius,duplex eſt .ſ. phyſicum, & morale:Nā illuminatio intellectus,qua etiam mediante mouetur volūtas,ad auxilium morale pertinet,mouet enim doctoris, & oratoris inſtar auditoris mentem,& affectum;quamuis negandum nō ſit,phyſicam hic eſſe luminis immiſsionem in intellectum. per quam ſupra naturam realiter in ſeipſo perficitur ad operandum; ſed quoniam talis perficiendi modus ad excellentem quandam obiecti manifeſtationem pertinet, ac proinde ex parte obiecti ſe tenet, idcircò ad motionem moralē pertinet;Eſt tamen in eodem intellectu ad ſupernaturales actus diuinum auxilium phyſicum ſpeciale, quo nimirum ex patre potentiæ.ſ. intellectus,mouet Deus ipſum intellectum ad operandum virtutem illius confortans,& eleuans efficienter. vt iuxta luminis infuſi menſuram, ac proportionem valeat operari; niſi fortè quis dixerit illuminationē illam vtroque fungi munere,manifeſtandi ſcilicet obiectum:& ad eius cognitionem effectiuè mouendi: quod eius excellentiæ, & modo fluxibiliter operādi ſatis conſonat. Et parte verò voluntatis,quæ ab obiecto per intellectum propoſito mouetur moraliter,neceſſaria eſt effectiua quædam, & ſpecialis motio, quod auxilium phyſicum nuncupamus;

A vt apparet ex D.Thom.1.2.q.10.art.2. quam mo-

S. Thom. Cōc.Trid.

tionem ſacrum Concilium vbi ſupra Spiritus ſancti inſpirationem appellat: Eſt autem hæc motio, tam intellectus, quàm voluntatis applicatio cum operatione conſequente. De qua applicatione in art:4. præcedentis quæſtionis latè diximus; quæ in ordine ad actus ſpeciales,& ſupernaturales ſpecialis etiam eſt,& ſupernaturalis, nec eſt cum motione,ſiuè auxilio generali computanda, cum non ſit naturæ debita,ſed ſupra omnem naturæ proportionem influxa in liberum arbitrium, quatenus ſubordinatur Deo, vt primæ cauſæ ſupernaturali. Eſt autem hæc motio,tam intellectus,quàm volun B tatis applicatio quædam, cum vitali operatione minimè libera conſequente; quæ, vt diximus, ad gratiam operantem pertinet. De qua re videndus

S. Tho. Caiet.

eſt S.Thom.1.2.q.111.art.2 & ibidem Caietanus; eſtque diſtincta ab ea applicatione, qua voluntas iam excitata non ſolùm à Deo per cooperantē gratiam, ſiuè auxilium adiuuans; ſed etiam à ſeipſa applicatur ad liberum conſenſum,& executionem

Aluarez.

diuinæ inſpirationis. Vide,ſi placet,Aluarezium diſp.74.& 75. vbi copioſe diſſerit de gratia excitante,& eius effectibus. Diſtinguntur autem applicationes prædictæ, vt modi formaliter ab applicatis potentijs, vel nudè ſumptis, ſi applicatio ſit C ad actum,qui non neceſſariò procedat ab habitu, vel cum habitu acceptis, ſi ſit ad actum applicatio,qui non niſi virtute habitus præexiſtentis elici poſsit. Quando tamen ab habitu non procedit,eſt nihilominus ordinis ſupernaturalis tam operatio,quàm applicatio ex hoc ipſo, quod in finem dirigitur ſupernaturalem à Deo mouente,& agente, prout auctor eſt diuinæ gratiæ,& gloriæ. Sic enim potentia,puta voluntas,vt à Deo mota, & applicata modum habet ſupernaturalem,quo ratio completur auxilij ſupernaturalis,quod nomine applicationis ſignificatur.Ex quo ſequitur,poſteriorem etiam applicationem, qua voluntas à Deo mota, D & applicata ſeipſam per auxilium gratiæ ſubſequentis,ſiuè cooperantis,vel magis præoperantis applicat ad operandum, eſſe ſupernaturalem; eo quod hæc applicatio ſit modus quidam additus voluntati,non ex eius ſola naturali virtute, ſed ex Deo,vt agente ſupernaturali eam ad operationem ſupernaturalem præmouente.Et aduerſus hunc dicendi modum non militant ea argumenta, quæ contra Suarezium affert Zumellus lib.3.Variarum diſp.in prima Diſput.concluſ.ſecunda: ille namq; nullum agnoſcebat in voluntate modum realē operationi ſupernaturali præuium a Deo cauſatum in ipſa voluntate,quatenus illi eſſentialiter ſubordi- E natur,vt agenti ſupernaturali,& vt ab eius imperio,quatenus tale agens eſt, dependet creata voluntas,vt cauſa completa prius natura, quàm operetur operatione ſupernaturali, prout latiùs explicauimus infrà q.62.art.2.

Aduertendum tamen eſt, quòd, ſi loquamur de auxilio præueniente,quod non ſit ſola motio, ſed ſit etiam gratia iuſtificans,forma eſt,ac perfectio realis animæ à Deo motæ ſuperaddita,quæ, vt animam ſanat,dicitur gratia præueniens; vt autem effi-

Digitized by

S. Thom. efficaciter boni cauſat volitionem, & eius operationem, ſubſequens, & cooperans nuncupatur; vt ait S.Tho.1.2.q.111.art.3. Rurſus eiuſdem gratiæ infuſio, quæ paſſiuè ſumpta idem eſt, quod gratia, prout eſt in fieri, motio diuina eſt, diſtincta procul dubio realiter ab anima, & eius potentijs, ſicut & ipſa gratia. & idem dicendum eſt de fidei, ac ſpei, & cæterarum virtutum infuſione, vt patet ex D. S. Tho. Contra Suarez. Th.1.2.q.113.art.6. Ex dictis ſequitur falſum eſſe quod docet Suarez lib.3. de auxilijs diuinæ gratiæ c.5.num.10. videlicet totam cauſalitatem excitantis auxilij moralem eſſe, & reduci ad cauſalitatē finis: iam enim oſtendimus non eſſe moralem tantùm, ſed etiam phyſicam; quod in ſtatuendis concluſionibus vberius demonſtrabitur.

Gratia adiuuans quid ſit. De auxilio verò, ſiuè gratia adiuuante, quæ alijs nominibus dicitur concomitans, ſubſequens, & cooperans, certum eſt in iuſtificatione hominis non eſſe ſolùm Dei concurſum actualem, quo ſimul cum libero arbitrio hominis interius vocati, & excitati efficit actu conuerſionem illam ſupernaturalem, includentem actus illos, quos recenſet S. Tho. Côc. Trid. S.Th.1.2.q.113.ar.4.& ſeq. & ſacrum Concilium Trid. in d. ſeſſ.6.c.6. ſed eſt etiam donum Dei gratuitum ex ſola Dei gratuita voluntate dependens; atque ideo verè, & propriè ſupernaturale, & ſpeciale Dei donum eſt: quod ea ratione, qua voluntati ſeipſam applicanti cooperatur, diſtinguitur realiter metaphyſicè ab ea, vel nude ſumpta, vel ſimul accepta cum habitu ſupernaturali, vt ante diximus: quatenus autem eidem cooperatur actum elicienti, influxus eſt etiam in operationem ſupernaturalem ab ea ratione diſtinctus.

Proponitur, & explicatur diſtinctio auxilijs in auxilium ſufficiens, & auxilium efficax.

Tertiò diſtinguitur auxilium in auxilium ſufficiens, & efficax: quæ diſtinctio teſtimonijs innititur euidentibus ſacrarum litterarum, ſanctorum Patrum, & Scholaſticorum. Nam de auxilio ſufficienti loquitur Apoſtolus ad Philipenſis 4. Philip.4. cum ait: *Omnia poſſum in eo qui me confortat:* & in 2.Cor.3. 2. ad Cor.3.cap. *Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt:* vbi videnda eſt expoſitio S.Thomæ, & 2.Co- 2.Cor.12. rin.12. *Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, Angelus Sathanæ, qui me colaphizet: propter quod ter Dominum rogaui, vt diſcederet a me, & dixit mihi, ſufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur:* Quibus verbis affirmat Apoſtolus ſe gratiam à Domino recepiſſe ſufficientem ad omnes tentationes ſuperandas, & ad virtutis perfectionem, qua pietatis opera poſſet exercere. De gratia vero efficaci loquitur Deus a- Ezech 36. pud Ezechielem 36. cap. dicens: *Spiritum meum pônam in medio veſtri, & faciam, vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis, & operemini:* Io.6.& 8. & Dominus Ioannis 6. *Omnis qui audit à Patre, & didicit, venit ad me*, & cap.8. *Et non rapiet quiſquam de manu mea, & non peribunt in æternum:* Et Apoſto- Philip.2. lus ad Philip.2. *Deus eſt enim, qui operatur in nobis*

A *velle, & perficere pro bona voluntate:* Hoc auxilium poſtulabat Dauid à Deo, cum ait: *Perfice greſſus* Pſ.16. *meos in ſemitis tuis, vt non moueantur veſtigia mea.* Et Pſ.118. *Deduc me in ſemitā mandatorum tuorū &c.* Pſ.118. Prædictam diſtinctionem docet Auguſtinus in li- Auguſt. bro de corrept. & gratia cap.11.& 12. qui de auxilio efficaci clariſsimè loquitur, in libro de gratia, & libero arbitrio cap.14.16.& 17. vbi efficaciam gratiæ probat ex illo Ezech.36. *Faciam vt in iuſtificationibus meis ambuletis &c.* Verba S. Auguſtini referunt Aluarez diſputat.71. & Valentia ſuper Aluarez. prima 2. diſp.8. generali de gratia diuina q.3. pū- Valentia. cto 4. vbi agit de diuiſione gratiæ in ſufficientem,
B & efficacem; qua etiam diuiſione vtitur S.Cyrillus S.Cyrill. in libro de adoratione, & cultu in ſpiritu, & veritate dicens; *Non ſolis verbis nos ſtimulat, & adhortationibus menti immiſſis, vt diſcedamus à peccato, ſed tantam benignitatē nobis etiam exhibet vniuerſorum ſaluator Deus, & efficaci ſubſidio adiuuit, ſecundū quod ſcriptum eſt: Apprehendiſti manum dexteram meam, & in conſilio tuo deduxiſti me:* & infra: *Deus duplex concedere beneficium videtur, perſuadens admonitionibus, vt ſubſidium inueniamus, & fortius illud præſtans quam, vt malum præſens, & violentum præualere poſſit.* Eandem diſtinctionem colligunt recen- D.Thom. tiores Thomiſtæ ex S.Th.in 3.ſent.diſt.13.q.2.ar.
C 2.q.2.ad 5.& diſt.19.q.1.art.1. quæſtiuncula 2.ad 3.& 3.p.q.79.art.7.ad ſecundū. Et ſuper Matthæū in expoſitione illorum verborum: *qui pro multis effundetur &c.* & Io.6. circa illa verba: *Omnis qui audiuit à Patre, vt didicit venit ad me:* Eandem diſtin- Suarez. ctionem admittunt, & explicant Suarez libro 3. de diuin. auxilijs cap.21.& 22. Vaſquez in primam Vaſquez. partem diſp.97. & ante eos Molina ſuper hac quæ- Molina. ſtione art.4 & 5. diſp.1. membro 6. loco notato, & eam optime probat, & tuetur Aluarez in allegat. Aluarez diſp.71. vbi proponit, & ſoluit 8. argumenta quorundam recentiorum diſtinctionem illam negantium.

D Obſeruandum eſt autem primò vtrumque auxilium, ſcilicet ſufficiens, & efficax eſſe præueniens; cum vtrumque præueniat ordine cauſalitatis cooperationem noſtræ voluntatis, vt facile colligi poteſt ex concilio Trid. ſeſſ.6. cap.6. & patet ex ijs, Côc.Trid. quæ diximus in quæſtione præcedenti art.4. contr.1. de influxu primæ cauſæ in 2. & de applicatione, qua prima cauſa ſecundas, etiam liberas applicat ad operandum; de quibus vt à Deo motis, & applicatis efficaciter, & infallibiliter ad operandum egimus in ſecūda controuerſia eiuſdem articuli. Sumitur tamen vſitatiori ſignificatione auxilium, ſiuè gratia præueniens, prout diſtinguitur cōtra ſubſequentem, ſiuè adiuuantem, & prout idem eſt, quod
E excitans; ſic enim primò, & ſimpliciter, ideſt omnibus modis, & reſpectu omnium ad operationem concurrentium eſt præueniens. Sed quoniam etiam auxilium, ſiuè gratia adiuuans, & cooperans, licèt ſit excitante poſterior, noſtræ tamen voluntatis conſenſum, & operationem cauſat, & præuenit, ideo ſub præuenientis auxilij, ſiuè gratiæ nomine, & eius vera ſignificatione, quanquam minus vſitata, continetur, & dici poteſt præueniens reſpectiuè:

Digitized by Google

nē: Cum ergo dicimus gratiam præuenientem idē eſſe cum gratia excitante,& operante, de gratia illa ſermo eſt, quæ purè præueniens eſt, qua Deus primò mouet intellectum, aut etiam voluntatem ad operationem vitalem, ſed minimè liberam, cui ſæpe connectitur alia gratia præueniens ea poſterior, quæ liberam hominis voluntatem mouet applicat,& prædeterminat efficaciter ad eum actum liberè,& infallibiliter producendum, quem in ea Deus intendit. Et hæc reſpectu gratiæ primò, & purè præuenientis eſt ſubſequens; reſpectu verò operationis per eam effectæ vocatur, & eſt verè præueniens. Sunt igitur auxilium ſufficiens eſt efficax quaſi duæ ſpecies ſub auxilio præueniente, tanquam ſub immediato genere ſecundo modo, Aluarez. ideſt minus vſitatè dicto comprehenſæ, vt benè probat,& deffendit Aluarez diſp.72.

Secundò ſciendum eſt auxilium ſufficiens, & efficax non diſtingui tantùm in ratione doni, vt aſſerunt quidam recentiores dicentes, auxilium efficax per nihil reale intrinſecum à ſufficiente diſtingui, ſed auxilium, quod ſecundum ſe, aut à Deo collatum in talibus circūſtantijs, eſt tantùm ſufficiens, quia ſcilicet liberum arbitrium non eſt vſurum tali auxilio, aut illi cooperaturum, illud idem collatum in alijs temporum locorum, & perſonarum circunſtantijs, in quibus pro ſcientiam mediam præſciebat Deus liberum arbitrium creatum eſſe bene vſurum illo auxilio, dici, & eſſe auxilium efficax: Quam opinionem, antequam oriretur, 1.Cor.4. reprehendit Apoſtolus in 1. ad Cor,4.cap. dicens: *Quis enim te diſcernit? quid autem habes, quod non accepiſti? ſi autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis?* Nam, ſi duobus æquale prorſus à Deo conferatur auxilium, & vnus libero ſuæ voluntatis arbitrio illi cooperetur, alter verò minimè, prior verè dicere poterit: Ego meipſum per liberum meæ voluntatis aſſenſum à non cooperante diſcerno,& aliquid habeo, quod non accepi, de quo proindè poſſum gloriari. Diſtinguitur igitur auxilium efficax à ſufficiente per realem,& intrinſecam illi virtutē à Deo receptam; cuius naturam explicauimus in articulo 4. quæſtionis præcedentis ex doctrina S. Auguſtini epiſt. 107. ad Vitalem; cuius verba refert Aluarez diſput. 73. vbi verita- Aluarez. tem hanc contra recentiores defendit.

Referuntur variæ deſcriptiones auxilij ſufficientis, & opinio Valentiæ, & Suarezij.

AVxilium ſufficiens variè ſolet deſcribi: nam quidam dicunt auxilium ſufficiens illud eſſe, quo poteſt homo reſipiſcere,& ſaluari. Alij dicunt illud eſſe, quo poteſt homo pijs actionibus ſalutem procurare,& conſequi. Alij dicunt auxilium ſufficiens illud eſſe, quo Deus hominem vocat,& excitat,& paratus eſt iuuare dirigendo, protegendo,& cooperando, vt reuerà poſſit ille ſic excitatus, & vocatus velle credere, velle conuerti, velle bonum aliquod facere, & tamen re ipſa non velit credere, aut conuerti, aut bonum illud facere. Alij breuius dicunt auxilium ſufficiens illud

A eſſe, quod ſatis eſt ad efficiendum ſupernaturalem actum; quem tamen non facit, non ex inſufficientia auxilij, ſed ex libertate voluntatis. Alij deniq. ſic illud definiunt: Auxilium ſufficiens eſt quædā diuina motio, qua homo iuuatur, ac diſponitur ad gratiam iuſtificātem. Quæ deſcriptiones, ſeu notificationes in nullo videntur differre, niſi ſecundū maiorem,& minorem expreſsionem. Eſt tamen non mediocris inter auctores, & expoſitores D. Thom. diuerſitas in explicanda diuini auxilij ſufficientia. In qua re vnum tanquam certum ſupponendum eſt, duo. ſ. eſſe in auxilio ſufficienti, vnum veluti effectum formalem, quod eſt conſtituere ho- B minem ſimpliciter potentem ad volendum; aliud eſt finis eiuſdem auxilij, qui eſt velle, ſiuè operari; ita vt auxilium ſufficiens non tantùm detur, vt ſufficiens ad poſſe, ſed etiam ad operari: Nam hæc duo adeo connexa ſunt, vt ab auxilio ſufficienti vnum ſine alio præſtari non poſsit; nulla enim potentia poteſt ſimpliciter potentem conſtituere in aliquo genere, niſi etiam in eodem ſit ſufficiens ad ſuum actum. Auxilium itaque ſufficiens totam habet,& confert in ordine ad operationem ſufficientiam. Hoc igitur ſuppoſito Valentia vbi ſupra diſp. Valentia. 8. puncto 4. ſub titulo de gratia ſufficiente ſtatuit hanc concluſionem: Vt verè quis cenſeatur habere C ſufficientem gratiam ad piam actionem, neceſſe eſt eum aut habere omnia dona,& auxilia, quæ ad actionem piam tanquam illius principia, ſiuè initia requiruntur, aut ſic aliquid, vel aliqua ex eiuſmodi donis habere, vt per illud, vel illa iam præuētus,& excitatus poſsit vſu aliquo liberæ facultatis ſuæ auxiliante Deo acquirere reliqua omnia eiuſmodi dona, ſiuè auxilia. Suarez lib.3. de auxi- Suarez. lijs diuinæ gratiæ c.6. nu.4. ſic ait; *Auxilium abſolutè ſufficiens, de quo loquimur, quod conſtituit hominem in actu 1. ſimpliciter,& proximè potentem ad operandum, neceſſe eſt includat omne auxilium neceſſariū in quouis genere per modum principij* & infra. *(contin-* D *git hominem non actu habere omnia hæc auxilia neceſſaria per modum principij; & nihilominus dici habere auxilium ſufficiens; ſed illud intelligendum eſt remotè,& in potentia, non tamen proximè,& in actu; Vt verò hoc etiam modo habeat auxilium ſufficiens, neceſſe eſt, vt ſit in poteſtate eius aliquid facere ad obtinendum illud auxilium, quod proximè ſufficiat, quo modo omnis iuſtus dici poteſt habere auxilium ſufficiens ad perſeuerandum in gratia; quia, ſi oret,& petat,& quod in ſe eſt, faciat, per recepta dona, Deus non negabit illi totum auxilium neceſſarium.* & nu.7. mentem ſuam magis aperiens ait. *Eſt tamen de ratione auxilij ſufficientis, vt illud auxilium per modum concurſus ſit aliquo mo-* E *do in hominis poteſtate: quare neceſſe eſt, vt ex parte Dei ita ſit exhibitus, ſeu expoſitus in actu 1. vt ex noſtro arbitrio pendeat, quòd ponatur, vel non ponatur in actu, & cum voluntate noſtra applicante ſe ad opus ſtatim etiam Deus influet ex vi ſuæ antecedentis voluntatis; ſi autem noſtrum liberum arbitrium ſuum influxum continuerit, etiam concurſus Dei actualis ceſſabit.* Hæc ille: vnde apparet eandem prorſus eſſe ſententiam hanc cum præcedente.

Con-

Digitized by Google

Confutatur ſententia Valentiæ, & Suarezij, & oſtenditur, in quo ſit poſita ratio ſufficientiæ diuini auxilij.

QVid verò de hac opinione cenſendum ſit, ſatis patet ex ijs, quæ ſupra diximus, partim in q. 19. art. 10. & partim in q. 22. art. 4. controuerſia 1. & 2. in reſponſione ad 9. & 13. argumentum eiuſdem Suarezij. Non enim neceſſe eſt, immò neque poſſibile, auxilium ad hanc operationem exercendam neceſſarium eſſe in hominis poteſtate eandē operationem reſpiciente: Nam, vt ſuperius oſtendimus, omnis applicatio noſtræ voluntatis ad hāc operationem ex diuina motione procedit, quæ in actibus ſupernaturalibus auxilium eſt ſupernaturale; non itaque præcedit noſtræ voluntatis influxus, vel applicatio ad hanc operationem diuinum influxum, aut applicationem ad eandem, ſed ſubſequitur: nam omnis operatio ſecundæ cauſę neceſſariam habet, & eſſentialem dependentiam ex primæ cauſæ operatione; cuius virtute ad agendū applicantur, & operantur omnes ſecundæ cauſæ. Non itaque dicendum eſt, noſtra voluntate ſe ſe ad opus applicante, ſtatim etiam Deum influere, ſed è contra, nimirum, Deo noſtram applicante ad opus voluntatem, ſtatim etiam ad idem opus noſtram ſe voluntatem applicare. Non ergo neceſſe eſt ſufficiens auxilium per modum concurſus eſſe in hominis poteſtate eo modo, quo prædictus auctor affirmat; quamuis negandum non ſit, hominē peccatorem, quatenus à Deo mouetur, poſſe facere, quod in ſe eſt, ac per hoc ad maius auxilium, per alio actu, puta pœnitentiæ diſponi, ſiuè per orationem, ſiuè per quamcunque aliam ſtudioſam ex diuino auxilio exercitam operationem; quæ tamē reſpectu talis auxilij nullam poteſt habere rationem meriti; vt probat S. Doct. 1. 2. q. vlt. art. 5. 7. & 9. Vnde etiam minus propriè videtur dici hominem per bonum vſum vnius auxilij alia ſibi acquirere neceſſaria; nomen enim acquiſitionis meritū quoddam, ſaltem congrui ſonare videtur; quod in homine gratia carente locum non habet, nec S. Thom. aut antiqui Thomiſtæ, vel doctores tali vſi ſunt loquendi forma: ſed D. Thom. in 3. cont. gent. vbi de neceſſitate auxilij diuinæ gratiæ loquitur, ſic ait: *Conſiderandum eſt, quod licèt per motum liberi arbitrij diuinam gratiam nec promereri, nec acquirere poſſit, poteſt tamen ſeipſum impedire, ne eam recipiat,* &c. & ſermo eſt ibi non de gratia tantùm gratum faciente, ſed vniuerſaliter de auxilijs diuinæ gratiæ, de quibus ibidem mota fuerat quæſtio; vt patet in argumento ibidem ſoluto, in quo recenſetur, etiam donum perſeuerantiæ. Et ſacrum Tridētinum Concilium ſeſſ. 6. c. 13. de eodem dono perſeuerantiæ ſic loquitur. *Deus enim, niſi ipſi illius gratiæ defuerint ſicut cœpit bonum opus, ita perficiet operans velle, & perficere.* non autem ait: ſi per cæterorum donorum bonum vſum ſibi perſeuerantiam acquiſierint; immò S. Thomas infra quæſt. 62. art. 9. ad primum diſtinguens operationem acquiſitiuam à meritoria ſic ait; *Et ſi quidem finis ille ſubſit*

S. Thom.

D. Tho.

Cōc. Trid.

S. Tho.

A *virtuti rationalis creaturæ operatio illa dicitur acquiſitiua illius finis, ſicut homo meditando acquirit ſcientiam.* Conſtat autem perſeuerantiam, & quoduis diuinum auxilium nulli ſubeſſe virtuti naturali. Quanquam igitur verum ſit, Deum homini bene vtenti diuino auxilio ex ipſius Dei adiutorio auxilia, & dona maiora conferre; id tamen totum diuinæ liberalitati, & gratuitæ voluntati acceptum referendum eſt; cuius bonitati congruit, vt ſi homo diuino præuentus auxilio pro ſua fragilitate facit, quod in ſe eſt, ſuppleat Deus pro ſua miſericordia; quod homo non poteſt, ſuppleat inquam per ſpeciale quoddam maius auxilium præparando, conuertendoque ad ſe illum, cui tandem gratiam infundit.

B Adeò vt congruitas illa non in homine ſit, ſed in Deo; vt ait Sotus de natura, & gratia lib. 2. c. 4: alioquin meritum congrui ſtatuendū eſſet in nobis reſpectu gratiæ iuſtificatis; quod nulla ratione admittendum eſt; vt idem auctor ibidem late probat. Quomodo verò homo quædam tantùm habens auxilia, & reliqua deſiderans potens ſit abſolutè ad operandum, aut perſeuerandum, docet D. Thom. 1. 2. q. 109. art. 4. ad 1. & art. 10. ad 3. & ibidem præclare explicat Caiet. Dicendum eſt igitur ſufficientiam auxilij diuini non in eo poſitam eſſe, vt qui habet auxilium ſufficiens,

C actu habeat omnia dona, & intrinseca auxilia ad eam piam actionem, ad quam dirigitur auxilium, neceſſaria; ſed ſatis eſt, vt illa habeat, non quidem in ſua poteſtate, ſed ex diuina largitate, & bonitate veluti aſſiſtente, parata, & præſentanea, adeo vt, ſi diuinæ gratiæ non defuerit, ſit illa omnia opportuno tempore recepturus. Huius aſſerti veritas in ſequenti controuerſia oſtendetur.

Eſt autem auxilium ſufficiens idem quod gratia excitans, quatenus in ſe comprehendit non ſolùm externam illuminationem, quæ fit per ſcripturas, Doctores, & miracula, ſed comprehendit etiā internā intellectus illuminationem, quæ fit à Deo,

D & motionem Dei ſupernaturalem receptā in voluntate. Dicitur autem gratia ſic excitans, auxilium ſufficiens non reſpectu cuiuſcunque operationis, ſed eius tātum, ad quā efficiendā excitat hominis volūtatem; ita vt, ſi excitet ad credendū, ſit ſufficiens ad actum fidei; ſi ad pœnitendum, ſit ſufficiens ad actum pœnitentię, ſi ad diligendum Deum ſuper omnia, ſit ſufficiens ad actum dilectionis &c. Probatur quod dicimus; quia gratia præueniens, vt ſupra notauimus, diſtinguitur in excitantem, & adiuuantem; cōſtat autem auxilium, ſiuè gratiam ſufficientem, eſſe gratiam præuenientem; igitur neceſſe eſt, vt vel ſit gratia excitans,

E aut gratia adiuuans; at gratia adiuuans ſemper eſt efficax igitur auxilium ſufficiens non eſt idem, quod gratia adiuuans, ſed erit ipſa gratia ſufficiens, quæ eſt alterum membrum gratiæ præuenientis.

Sed obſeruandum eſt primò auxilium dupliciter dici ſufficiens; Vno modo, quia habens illud dicitur verè, propriè, & ſimpliciter, id eſt, ſine addito poſſe operari; quāuis aliud requiratur, quod tribuat actualiter operari; ſicut homo habens potentiam viſiuam dicitur abſolutè poſſe videre,

Sotus.

S. Tho. Caiet.

quia

quia hæc ſufficit ad poſſe,quãuis, vt actu videat, requiratur lumen extrinſecum;& Religioſus dicitur eligi poſſe in Abbatem;quia poteſt habere ſuffragia requiſita,ſed tamen,vt actu eligatur, oportet;vt actu habeat illa ſuffragia. Alio modo dicitur auxilium ſufficiens; quia eſt cum vltimo complemento ad operandum;& hoc eſt ita ſufficiens, vt nullum aliud requirat auxilium, ſed eo poſito ſtatim ſequitur operatio; quia ſcilicet complementum illud eſt motio,& applicatio actualis, & efficax ad operandum.Hic loquimur de auxilio ſufficienti in primo ſenſu;quia ſic diſtinguitur ab efficaci,quod illi ſuperuenit,vt complementum;ita vt inter auxilium ſufficiens,& operationem, mediet auxilium efficax.

Secundò ſciendum eſt,non eſſe neceſſe, actum gratiæ primò excitantis eſſe actum indeliberatũ, ſed ſufficit, vt ſit montio quædam ſupernaturalis cauſans in nobis efficaciter actum,aliquem imperfectum ſupernaturalem,atque ita nos ſufficienter mouens ad actum aliquem perfectum, puta fidei, penitentiæ, dilectionis &c.dico autem actum imperfectum,ſaltem comparatiuè, reſpectu ſcilicet actus perfectioris,ad quem eliciẽdum ordinatur; ſicut actus fidei informis eſt imperfectus reſpectu contritionis;cum tamen idem actus fidei ſit perfectus reſpectu voluntatis audiendi verbum Dei, quo quis diſponitur ad credendum.

Proponitur quæſtio de auxilio efficaci,refertur ſententia Suarezij,& explicatur ſtatus controuerſiæ.

Nunc de auxilio efficaci, quod alterum erat poſtremæ diſtinctionis membrum,quæ huic noſtro videntur inſtituto neceſſaria,proferamus. Quod autem hoc noſtro ſeculo maximè in controuerſiam vertitur,eſt; in quo nam poſita ſit efficacitas diuini auxilij;Et quidem Suarez lib.3. de auxilijs ſuam ſententiam explicat decem propoſitionibus.Prima eſt: Auxilium efficax dicitur,non ex eo ſolùm,quòd actu facit,ſed quòd ſingularem vim habet ad agendum, ex quo deducit nomen auxilij efficacis,non propriè attribui illi auxilio, qđ eſt per modum concurſus; tum quia illud non eſt tam efficax,quàm effectio ipſa:tum etiam,quia in illo non poteſt diſtingui ſufficientia,& efficacia, ſed ſolùm attribuitur, (inquit)auxilio per modum principij;quia etiam diuiſio in auxilium ſufficiẽs, & efficax,eſt diuiſio auxilij per modum principij; vnde concludit auxilium efficax eſſe illud gratiæ principium,quod peculiarem vim,& efficaciã habet ad inducendam humanam voluntatem, vt cõſentiat, Secunda eiuſdem propoſitio eſt: Falſa eſt eorum Theologorum ſententia, qui docent efficaciam auxilij diuini conſiſtere in vi quadam prædeterminandi voluntatem ad conſenſum, ſiuè exercitium actus,ſiuè ea ſit gratia excitãs,ſiuè adiuuãs, ſiuè ſit per modum principij, ſiuè ſit per modum actualis concurſus. Tertia propoſitio eſt:Auxiliũ efficax formaliter cõſtituendum eſt in eo auxilio, quod eſt per modum principij; quod ideo dicitur

Suarez.

A efficax; quia infallibiliter ſecum affert actionem, & conſequenter etiam habet coniunctum actuale auxilium,quod eſt per modum concurſus,& cooperationem etiam voluntatis. Quarta propoſitio: Auxilium excitans,ſiuè vocans ita eſt ſufficiens, vt verè,& propriè ſit in poteſtate, & arbitrio vocati,venire,ſi voluerit.Quinta propoſitio: Hæc gratia excitans,ſi ſit ſufficiens,neceſſe eſt,vt includat omnem adiuuantem gratiam,quæ per modũ principij neceſſaria eſt ad illum actum,ad quem homo iuuatur;Si verò de concurſu ipſo gratiæ ſermo ſit, neceſſe eſt,vt cum ipſa vocatione ſufficiente, ita offeratur ex parte Dei,vt ſit in hominis poteſtate

B illum habere,ſi voluerit; exempli gratia; vt is,qui ſufficienter vocatur ad fidem, conſtituatur ſimpliciter potẽs ad credendum, neceſſe eſt, vt ita habeat paratum à Deo cõcurſum gratiæ ad ſupernaturalem fidem,ſiuè voluntatem credendi, vt ſit in eius poteſtate,ac voluntate habere illum, ſi ſeipſum velit ad credendum applicare,prout diuina gratia poteſt.Sexta propoſitio: Vltra auxilium,tã excitans, quàm adiuuans nihil eſt ſimpliciter neceſſarium ad actualiter operandum, præter actualem gratiæ concurſum, quo Deus cum ipſa voluntate influit in actum ipſum, & in conſenſum ipſius voluntatis:Nam gratia,quæ ſua vi determinet vo-

C luntatem ante conſenſum eius,repugnat libertati. Septima propoſitio: Voluntas diuina,qua Deus p̃bet ſuum concurſum,non eſt ad vnum determinata; ſed talis eſt, vt ex ſe offerat concurſum in actu 1.ad multos actus indifferentem.Octaua propoſitio:Licèt gratia efficax nihil reipſa,& phyſicè ponat in homine vltra ſufficientẽ;addit tamen quandam moralem rationem;quæ in hoc cõſiſtit, quòd Deus ex ſpeciali,& efficaci propoſito dandi homini fidem, & gratiam ei præbet illam vocationem eo tempore,& modo, prout nouit accommodatã, vt cum illa homo reipſa, & cum effectu cõſentiat; quamuis poſſit non conſentire.Nona propoſitio

D quæ ſequitur ex dictis eſt: Efficacia gratiæ non cõſiſtit in ſuaſione quadam morali, & exteriori; ſed continet internam illuminationem, & inſpirationem,quam Deus efficienter,& phyſicè in nobis operatur ſimul cum noſtra voluntate phyſicè, & immediatè conſenſum efficit;non tamen ita,vt ad vnum determinet. Vltima propoſitio eiuſdem eſt: Deus per ſuam gratiam, vel auxilium præmouet voluntatem noſtram ad aliquid determinatè volẽdum;exempli gratia,vt velit conuerti, non tamen prædeterminat phyſicè;quia prædeterminare phyſicè addit,quòd illud auxilium,quo Deus præmouet,tale ſit ex ſui natura intrinſeca, vt impoſſibi-

E le ſit voluntatem ei reſiſtere. Eandem ſententiam ſequuntur ferè communiter alij recentiores expoſitores D. Thom. eiuſdem inſtituti. Nec vacat nunc ſingulorum dicendi modos diſtinctè referre. Status igitur huius controuerſiæ eſt; Vnde nam efficaciam habeant diuina auxilia;An ex natura ſua,ita vt ea dicantur efficacia, quæ ſua vi phyſicè agendo in voluntatem, eam prædeterminant ad vnam partem; quæ verò non

Status cõtrouerſiæ.

Digitized by Google

non ita prædeterminant, ſed diſponunt ad determinationem, efficacia non ſint, ſed tantùm ſufficientia. An potius ſint efficacia ex ordine diuinæ ſapientiæ, & voluntatis, qua ſtatuit hominem vocare, quando ſcit ei congruere, vt vocationem non ſpernat, vt ait D. Aug. ſed tamen ex natura ſua talia ſint, vt liberum arbitrium etiam in ſenſu compoſito, ideſt quatenus per illa motum, & excitatū eſt, conſentire poſsit, vel diſſentire, ſi velit. *S. Aug.*

Proponitur, & explicatur diffinitio auxilij efficacis, & oſtenditur illud ad auxilium adiuuans pertinere.

PEndet huius quæſtionis determinatio ex ijs: quæ de influxu primæ cauſæ in ſecundas cauſas, tam naturales, quàm liberas, & de diuinis prędefinitionibus, ac præmotionibus, & earum cõcordia cum libero arbitrio creato fusè diſputata, & reſoluta ſunt in quæſt. 22. art. 4. duabus prioribus controuerſijs, quæ proinde hic veluti præcipua in legentium mentibus extruendæ, ac ſtabiliendæ veritatis fundamenta ſupponenda ſunt, quibus addendum eſt. Primò auxilium efficax non pertinere propriè loquendo ad auxilium excitans, ſiuè præueniens, ſed ad auxiliū adiuuans, ſiuè ſubſequens, aut cooperans, quod verè eſt præoperãs: Nam auxilium efficax influxus quidam eſt actualis, ex abſoluta Dei voluntate proueniens, quo Deus liberū liberum creatæ voluntatis arbitrium per gratiæ præuenientis auxilium prius vocatum, & excitatū ita promouet ad conſenſum, & operationis exercitium, vt hæc ſuauiter, & omnipotenter efficiat. *Diffinitio auxilij efficacis.* Dicitur primò *influxus* proculdubio phyſicus, & efficiens, prout in allegatis controuerſijs probatū eſt latiſsimè.

Secundò dicitur *actualis*, vt diſtinguatur à quolibet habitu, vel forma permanente, & inhærente per modum actus primi: nam, vt ait S. Doct. 1. 2. q. 109. art. 9. & 10. Homo ad rectè viuendum dupliciter indiget Dei auxilio. *S. Tho.* Vno modo quantùm ad aliquod habituale donum, per quod natura humana corrupta ſanetur, & ſanata eleuetur ad opera meritoria vitæ æternæ. Alio modo indiget homo auxilio gratiæ, vt à Deo moueatur ad agendum: & hoc ſecundo modo homo in gratia conſtitutus indiget auxilio gratiæ; tum quia nulla res poteſt in quemcunque actum prodire, niſi virtute motionis diuinæ; tum etiam propter conditionem ſtatus humanæ naturæ; quæ licèt per gratiam ſanetur quantùm ad mentem; remanet tamen in ea corruptio, & infectio, quantùm ad carnem, per quam ſeruit legi peccati; vt dicitur ad Ro. 7. & ignorantiæ obſcuritas in intellectu; & ideo neceſſe eſt nobis, vt à Deo dirigamur, & protegamur; qui omnia nouit, & omnia poteſt. Quo fit, vt iuſtificatis per gratiam neceſſe ſit à Deo petere perſeuerantiæ donum, vt ſcilicet cuſtodiantur à malo vſque ad finem vitæ; multis enim datur gratia, quibus non datur perſeuerare in gratia: Nam, vt ait D. Aug. in lib. de natura, & gratia, cap. 48. Homo in primo ſtatu accepit donum, per quod perſeuerare poſſet; nõ autem accepit, vt perſeueraret. *Auguſt.*

A Ex qua doctrina ſequitur primò quodcunq; habituale donum ſecundùm ſe, non habere rationem auxilij efficacis; quia quouis habitu gratiæ in anima poſito, ad huc non habet homo actualem operationem ex eo ſolo, ſimul cum potentia efficaciter conſequentem, & multò minus continuationē boni vſque ad finem vitæ. Sequitur ſecundò auxiliū efficax in actuali influxu, ſeu motione Dei poſitum eſſe præſuppoſita eleuatione potentię per habituale donum, ſi ſermo ſit de actibus fidei, ſpei, aut charitatis: Nam quo ad cęteros actus quouis alio modo ſupernaturales ad fidem, ſpem, aut charitatem remotè diſponentes, non eſt neceſſe, vt per habitum prius eleuetur potentia, ſed ipſa diuina motio, puta illuminatio, & inſpiratio per ſe ſufficit, vt habet communis Theologorum ſententia. B

Tertiò dicitur; *ex abſoluta Dei voluntate proueniens*; primò, quia voluntas, quæ motionis efficacis eſt cauſa, non pertinet ad voluntatem antecedentem, ſed ad voluntatem conſequentem, quę eſt voluntas ſimpliciter, quæ ſemper impletur; vt dictum eſt ſupra q. 19. art. 6. Secundò; quia non pendet hic voluntatis actus ex conditionali illa ſcientia, quam recentiores ad actus diuinæ prouidentiæ circa humanas operationes volunt eſſe neceſſariam; quam in quæſt. 14. artic. 13. abundè confutauimus. C

Quartò dicitur: *prius vocatū, et excitatum per gratiæ præuenientis auxilium*, ad ſignificandum auxilium efficax non ad præuenientem, ideſt excitantem, ſed ad ſubſequentem, ſiuè adiuuantem gratiam propriè pertinere; de qua Ezechielis 36. ſcriptum eſt. *Dabo vobis cor nouum, & ſpiritum nouum ponam in medio veſtri, & auferam cor lapideum de carne veſtra, & dabo vobis cor carneum, & ſpiritum meū ponam in medio veſtri, & faciam, vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis, & operemini.* & Philip. 2. *Deus eſt enim, qui operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate.* & Prou. 11. *Sicut diuiſiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini, & quocunque voluerit, inclinabit.* Quod optimè D. Auguſt. aduertit, & in plurimis ſuæ doctrinæ locis luculenter expreſsit, inter quæ, inſignis eſt illa ſententia de gratia, & libero arbitrio, lib. 1. cap. 16. *Certum eſt nos velle, cum volumus, ſed ille facit, vt velimus bonū, de quo dictum eſt. Præparatur voluntas à Domino, & à Domino greſſus hominis dirigentur, & Deus eſt, qui operatur in nobis velle, & perficere. Certum eſt nos facere, cum facimus, ſed ille facit, vt faciamus, præbendo vires efficaciſsimas voluntati, qui dixit; faciam, vt in iuſtitijs meis ambuletis.* Itaque ex ſacris litteris etiam Auguſtino interprete Deus ad quamlibet bonam operationem liberè exercendam noſtram efficaciter mouet voluntatem; quod ſupra oſtendimus ad gratiam, ſiuè auxilium adiuuans, ſiuè cooperans pertinere. *Ezech. 36. Philip. 2. Prou. 11. Aug.* D E

Scito tamen auxiliū omne, quod reſpectu vnius actus eſt ſufficiens eſſe ſimul etiam efficax in ordine ad alium actum, ad quem efficiendum per abſolutum diuinæ prouidentiæ decretum ordi-

ordinatur;ita vt ſimpliciter ſit ſufficiens, efficax autem ſecundùm quid:exempli gratia: auxilium, quod homini datur,vt ſufficiens ad actum contritionis,eſt efficax reſpectu actuum imperfectorũ, ad quos efficiendos per abſolutam Dei voluntatẽ ordinatur.Hi verò ſunt, conſideratio turpitudinis peccati,pęnarum inferni, diuinæ miſericordiæ, beatitudinis &c. timor inferni,attritio,& alij ſimiles actus, veræ contritionis actum præcedentes: Cum enim Deus abſoluto ſuo decreto moueat hominis intellectum,& voluntatem ad iſtos actus p excitantem gratiam,neceſſe eſt eoſdem actus efficaciter ex eadem gratia deriuari; implicat enim Deum actualiter animam ad aliquem actum mouere,& animam actualiter ad eum actum eliciendum non moueri;tunc autem anima actualiter mouetur ad actum eliciendum, cum illum actualiter elicit:Et confirmatur;quia per auxilium ſufficiens excitatur anima; implicat autem cõtradictionem animam excitari, & non per actum vitalem ab ea elicitum; Auxilium igitur omne ſufficiens efficaciam habet infallibilem reſpectu illius actus, ad quem efficiendum per abſolutam, & conſequentẽ Dei voluntatem ordinatur, iuxta illud Iſaiæ 55. *Et quomodo deſcendit imber,& nix de cœlo, & illuc vltra non reuertitur, ſed inebriat terram, & infundit eã, & germinare eam facit,& dat ſemen ſerenti, & panẽ comedenti: ſic erit verbum meum,quod egredietur de ore meo: Non reuertetur ad me vacuum,ſed faciet quæcunque volui,& proſperabitur in his,ad quæ miſi illud:* Videndus eſt Aluarez diſp. 80. de auxilijs diuinæ gratiæ.

Iſaiæ 55.

Aluarez.

Quintò dicitur:quòd *præmouet ad conſenſum, & operationis exercitium*, ad explicandam veram naturæ,& cauſalitatis prioritatem in auxilio efficaci reſpectu noſtri liberi arbitrij; qualis eſt inter cauſam phyſicam, & effectum, aut mobile ab eo motum. Quã prioritatẽ cauſalitatis diſertis verbis expreſſit Apoſt. ad Coloſ. 2. dicens: *Ipſius factura ſumus creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus*, quæ verba exponens D.Tho.ait: *Non ſolùm datur nobis ſpiritus virtutis,& gratiæ,ſed interius per ſpiritũ renouamur, ad benè operandum: Vnde ſubdit; in operibus bonis: quia,ſcilicet ipſa bona opera ſunt nobis à Deo;Iſaiæ 36. omnia enim opera noſtra operatus es in nobis;quæ ſcilicet bona opera præparauit Deus. Nihil enim aliud eſt prædeſtinatio,quàm præparatio beneficiorum Dei;inter quæ beneficia computantur,& ipſa opera noſtra. Dicitur autem Deus nobis aliqua præparare,inquantùm diſponit ſe nobis daturum.Sed ne aliquis intelligeret bona opera ſic eſſe nobis præparata à Deo, vt nihil ad illa per liberum arbitrium cooperaremur,ideò ſubdit: vt in illis ambulemus,&c.* Hæc D.Thom. quod idem ſignificauit Dominus Io. 6. cum dixit: *Nemo poteſt venire ad me,niſi pater,qui miſit me,traxerit eum,* & concilium Arauſicanum diffiniuit dicens: *Multa bona in homine fiunt, quæ non facit homo;nulla verò facit homo bona,quæ non Deus præſtet, vt faciat homo.* Itaq; prius intelligitur diuinus influxus Dei, vt primæ cauſæ mouentis in noſtra voluntate receptus, vt eius virtute liberè ad operandũ applicetur,ac mo-

Coloſ. 2.

S. Thom.

Ioan. 6.
Cõc Arauſicanum.

A ueatur voluntas; alioquin, ſi ſimultaneus eſt concurſus cum ſola prioritate independentiæ,ruit manifeſtè eſſentialis ſubordinatio ſecundæ cauſæ ad primam;nec eſſemus à Deo creati in operibus bonis;nec opera noſtra eſſent nobis à Deo præparata; nec nobis præſtaret Deus,vt illa faceremus;nec vera eſſent ea ſacrarum litterarum, & D. Auguſtini pronunciata,quæ in expoſitione quartæ particulæ paulò ante notauimus.

Vltimò dicitur: *vt hæc ſuauiter,& omnipotenter operetur*,ad ſignificandum præmotionem illam,ac phyſicam noſtræ voluntatis à Deo factam prædeterminationem,non deſtruere, ſed perficere eius

B libertatem,hocque ad omnipotentiam Dei pertinere; qui non res tantùm, ſed etiam rerum modos, ſcilicet neceſsitatem,libertatem, & contingentiã in cauſis,& in effectibus producit, prout in qu. 22. art. 4. controu. 2. notauimus.

Dupliciter poſſe voluntatem noſtram à Deo phyſicè præmoueri.

Secundò conſiderandum eſt: dupliciter intelligi poſſe Deum effectiuè mouere voluntatem noſtram.Vno modo immediatè per ſeipſum agendo in ipſam voluntatis potentiam, quæ magis à Deo

C dependet, quàm ab ipſa animæ eſſentia; & hunc modum videtur ſignificare S. Doct. in locis omnibus ſuperius allegatis ex prima ſecundæ:Alio modo mediante præmotione morali,oſtendendo ſcilicet obiecti bonitatem, & rationes proponendo, quibus poſsit inclinari voluntas, ac ſimul medio eodem obiecto ſic manifeſtato effectiuè agendo in voluntatem. Quod fieri poſſe multipliciter probari poteſt.Primò;quia ſecundùm multorum opinionem obiectum cognitum effectiuè mouet voluntatem,& ita tenet Caiet. Secundò; quia obiectum in eſſe cognito non minus eſt capax,vt ſit inſtrumentum primæ cauſæ ad mouendum effectiuè, quàm

S. Tho.

Caiet.

D idem obiectũ in eſſe naturali. Tertiò; quia ea, quæ dolorem efficiunt in animali,nõ niſi media apprehenſione illum cauſant; alioquin etiam cognitionis expertia dolore affici poſſent. Quartò; quia ſic optimè videtur in potentiarum motibus ordo iam inſtitutus ab ipſo auctore naturæ ſeruari, vt ſcilicet primæ cauſæ motio media ſuprema potentia ad inferiores deriuetur;nec obſtat, quòd voluntas ſit inter potentias animæ primum mouens ad exercitium actus; id enim verum eſt loquendo de motore quaſi principali in ordine ſuo; quod tamẽ neceſſe eſt prius moueri à primo ſimpliciter mouente,qui Deus eſt:qui vtitur apprehenſione ſuperio-

E ris potentiæ,ſcilicet intellectus, tanquam principio formali,ſeu ratione agendi ipſius intellectus, & quaſi Dei inſtrumento animæ inhærente ad excitandum effectiuè motum in voluntate, quo modo ſatis intelligi poſſet torqueri dęmones, & animas damnatorum ab igne inferni, media ſcilicet eius apprehenſione effectiuè, inſtrumentaliter, in voluntate operante, & in hoc ſenſu interpretatur Zumellus diuerſa dicta Diui Auguſtini: qui nonnũquam peccatorum cõuerſionem refert in congruã

Zumellus

Digitized by

vocationẽ,& motionem moralem,vt patet in primo libro ad Simplicianum,quæſt.2.& 1. de prædeſtinatione ſanctorum,cap.4. in locis autem ſuperius allegatis,& alibi ſæpè in Dei virtutem efficaciſsimam,& omnipotentem reducit omnem bonã noſtræ voluntatis operationem. Qui modus dicendi Zumelli probabilitate non caret; prior tamen planior eſt,& S.Doct.menti conformior. August.

Explicantur quinque conuenientiæ, & ſex differentiæ inter auxilium ſufficiens, & efficax.

TErtiò obſeruanda eſt multiplex conuenientia, & differentia inter auxilium ſufficiens, & efficax Prima conuenientia eſt,quòd vtrunque auxilium ad ordinem pertinet ſupernaturalem, modo ſuperius explicato.Secunda, quòd vtrunq; gratiã, & gloriam reſpicit,vt effectum; licèt ſufficiens mediatè,efficax autẽ immediatè,Tertia,quòd vtrũq; paratus eſt Deus homini conferre; ſufficiens quidem proximè,& immediatè: efficax autẽ mediãte ſufficienti.Quarta,quòd vtrunque auxilium creatam antecedit in agendo voluntatem. Ex qua ſequitur vltima conuenientia,quòd neutrius auxilij prædefinitio præſupponit in Deo ſcientiam illam mediam, quam recentiores adeo neceſſariam eſſe contendunt.

Prima differentia eſt, quòd auxilium ſufficiens eſt gratiæ præuenientis,ideſt excitãtis, efficax autem ſubſequentis, ſeu adiuuantis; vt patet ex ſupradictis. Secunda eſt, quòd auxilium ſufficiens complectitur habitus ſupernaturales: vt fidẽ,gratiam, charitatem, & motiones diuinas, quibus illuminatur intellectus,& excitatur voluntas; vt patet etiam ex ſupradictis: auxilium autem efficax ad ſolam pertinet diuinam motionem. Tertia differentia eſt,quòd auxilium ſufficiens multis datur,quibus non conceditur efficax.Quarta differẽtia eſt, quòd auxilium ſufficiens extenditur ad vtranq; motionem,ſcilicet phyſicam,& moralem, intrinſecam,& extrinſecam,efficax autem formaliter,& propriè phyſicam,& intrinſecam motionẽ ſignificat;præſuppoſita tamen morali. Et ideo D. Auguſt.loquens de auxilio efficaci,de vtraque motione ſolet mentionem facere. Quinta differentia eſt,quòd auxilium ſufficiens reſpicit effectum, ad quem ſecundum ſe ordinatur,vt pertinentẽ ad voluntatem Dei antecedentem;auxilium autem efficax eundem reſpicit effectum, vt pertinentem ad voluntatem Dei conſequntem. Vltima differentia eſt, quòd omnes abſolutè dicuntur habere auxilium ſufficiens,vel in ſeipſis intrinſecè, vel ex Dei prouidentia præſentaneum, aut præparatum,vel per legem diuinam,aut ſacramenta, vel miniſtros Eccleſiæ,& ſi quæ alia ſunt ſimilia: non autem ita dicũtur omnes abſolutè habere auxilium efficax; quãuis ſit omnibus obicem non ponentibus à Deo paratum,*qui vult omnes homines ſaluos fieri*. 1. ad
1.Timot.2 Timoth.2.cuius ratio videtur eſſe; quia auxilium efficax regulariter non confertur,niſi medio ſufficienti; quo habito,poteſt homo gratiæ per auxiliũ efficax obtinendæ, præſtare impedimentum: atq;

A ideo liberum hominis arbitrium abſolutè ſumptũ non niſi remotè reſpicit auxilium efficax, & ob eandem cauſam non dicitur ſimpliciter illud habere,ſicut ſufficiens.

De hac materia latè differit Aluarez, diſp.71. & ſequent. Aluarez.

Voluntatis concurſum, ſiuè determinationem ad actum bonum liberum non eſſe priorem phyſico Dei concurſu,ſed ab eo,vt primo mouente, ac prædeterminante dependere.

QVartò aduertendum eſt:in actu contritionis, ſeu controuerſionis in Deum ſuper omnia
B dilectum,eſſe concurſum Dei efficacem,& concurſum liberi arbitrij humani, quos duos concurſus, cum non deceat eſſe inordinatos,neceſſe eſt aliquo per ſe ordine eſſe diſpoſitos; qualem ſuperius ſæpè diximus eſſe inter ſecundas cauſas, & primã,quatenus actu cauſæ ſunt,& conſequenter etiam carũdem concurſus eſſe per ſe ad inuicem ordinatos,ne ſit inconnexa huius vniuerſi ſubſtantia,pereatque maxima illius perfectio, & tollatur præcipuarum ſecundarum cauſarum ad primam ſubordinatio, ſintque tot in mundo principes,quod cauſæ liberę. Qui diſcurſus non eſt alius ab eo, quem facit Ariſtot.12.metaph.tex.vlt.ad probandam primi mo- Ariſtot.
C toris,ac Principis vnitatem.Quęro igitur cuius nã cauſæ concurſus prius agat ad productionem contritionis,& conuerſionis.Si dicas prius eſſe concurſum humanæ voluntatis, ſequitur primò diuinam voluntatem eſſe humanæ voluntatis pediſſequam, quod nefas eſt cogitare,& improbat Aug.ad Bonifacium epiſt.106.vbi voluntatem noſtram,in operibus,& actionibus ſupernaturalibus appellat Dei pediſſequam,& non præuiam. Et lib.1.ad Simplicianum quæſt.2.ait vocationem,& motionem Dei gratuitam,eſſe effectricẽ bonæ voluntatis,& quòd velle,& currere præſtat nobis Deus. Et Concilium Arauſicanum ſecundum idem ferè apertius decer- Aug. Cõc.Arauſicanum.
D nit dicens, in omni opere bono ſupernaturali nos non incipere,ſed Deum.

Ad cuius intelligentiam conſiderandum eſt, in conuerſione peccatoris duos eſſe motus, ſiuè proceſſus;vnus eſt,qui effectus eſt gratiæ, ſiuè auxilij vocantis,& excitantis;qui,vt ſupra diximus, Deo attribuitur,non autem libero arbitrio,tanquam ſe mouẽti. Alius eſt motus,quo liberum arbit. ſeipsũ determinat,& mouet, per actum contritionis, & conuerſionis in Deum ſummè dilectũ.Conſtat aũt vtrunq; motũ opus bonũ eſſe,& perfectius,ac melius ſm̃,q̃ primũ;igitur non ſolũ primum,ſed ẽt ſm̃ Deus in nobis incipit; ergo auxiliũ efficax gratiæ
E adiuuantis,ſiuè cooperantis, quo Deus concurrit in actuali determinatione peccatoris ad cõuerſionẽ in Deum,eſt cauſa, ꝙ in nobis incipiat illa bona operatio,quæ eſt determinatio conuerſionis,& conſequenter præmouet noſtram voluntatẽ ad actũ illum. Et cõfirmatur;quia,ſi Deus omiſſo priori voluntatis motu, vellet ſtatim ad liberum cõuerſionis actum efficaciter voluntatem mouere, ageret in eã influxu præuio,nec deſtrueretur libertas.

Deinde, ſi prior ſtatuatur concurſus humanæ volun-

Digitized by Google

voluntatis,ſequitur hominem, qui conuertitur,& iuſtificatur,ſemetipſum diſcernere ab eo, qui non conuertitur,nec iuſtificatur,contra illud Apoſt. 1. 1.Cor 4. Corinth. 4. *Quis enim te diſcernit?* poſſeque valde gloriari de ſuæ conuerſionis exordio, ex propriæ voluntatis arbitrio,vt prima radice pullulante,contra id,quod ibidem ſubdit Apoſ. *Quid autem habes, quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis?* Denique ſequeretur non eſſe difficilè, ſed valde facilè reddere cauſam prædeſtinationis, non ſolùm in communi, verùm etiam in particulari, ex præuio, ſcilicet conuerſionis motu per proprias liberi arbitrij vires inchoato,ac proinde vanos eſſe tot ſanctorum patrum labores contra Pelagianos, ac Semipelagianos de cauſa prædeſtinationis,& quod amplius eſt, fruſtatoriã, ac prorſus vanam eſſe longam illam, & profundiſsimam diſputationem,ac reſolutionem Apoſt. Rom.9. Roman.9.& ſequentibus de cauſa electionis,prędeſtinationis,ac reprobationis: nec verum eſſe, quod ibidem dicitur: *Non ex operibus,ſed ex vocante:* valde enim bona opera ſunt tot præuenientes diuinũ influxum voluntatis concurſus in qualibet bona, & libera operatione;qui nil aliud ſunt,quàm ipſamet operatio,prout à voluntate procedit.

Sequitur præterea non benè concluſiſſe ibidem Rom. 9. Apoſtolorum: *igitur non eſt volentis,neq: currentis, ſed miſerentis Dei eſt.* Nam,ſi præit humanæ voluntatis influxus, iam prius eſt volentis, & currentis hominis;deinde miſerentis Dei. Vlterius ſequitur non verè ſatisfeciſſe Apoſtolum factæ ibidem obiectioni in illis verbis; *dicis itaq; mihi, quid adhuc quæritur? voluntati enim eius quis reſiſtit?* ideſt,quid adhuc oportet vlterius quærere de cauſa bonorũ, & malorum,quæ hic aguntur, cum omnia voluntati diuinæ attribuantur,cui nullus valet reſiſtere? Cui obiectioni reſpondet Apoſtolus, dicens, *ò Homo tu qui es,qui reſpondeas Deo?nunquid dicit figmentum ei,qui ſe finxit, quid me feciſti ſic? An non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere aliud quidẽ vas in honorem,aliud verò in contumeliam?* Vbi dili- D.Thom. genter obſeruanda eſt cum D.Thom.ſuper hoc loco ſimilitudo luti,& figuli; Nam,ſi figulus ex vili luto faciat vas pulchrum, & nobilibus vſibus accommodatum,totum aſcribitur bonitati artificis; puta,ſi ex luto faciat vrceolos nobili menſæ congruentes: ſi verò ex eodem luto faciat vas vilibus vſibus accommodatum,puta ollam pro coquina, non poſſet vas conqueri,ſi ratione præditum eſſet; poſſet autem conqueri,ſi ex materia pretioſa, quæ præiacet artificis operationi,puta ex auro,& lapidibus pretioſis faceret vas ad vilia officia deputatum.Humana autem natura vilitatem habet, tum Gen. 2. ex ſua materia; quia,vt dicitur Gen. 2. *fecit Deus hominem de limo terræ*: tum ex corruptione peccati, quæ per vnum hominem in hunc mundum intrauit: quidquid igitur habet homo, debet bonitati diuinæ,quaſi principali aſcribere.Si vero hominẽ ad meliora non promoueat,ſed eum in ſua vilitate dimittens deputet eum ad infimum vſum,nullã ei facit iniuriam,vt poſſit iuſtè de Deo conqueri. Hæc ex D.Thom.ferè ad verbum. Si itaque præce-

A dit in quolibet actu bono libero humana voluntas ſeipſam determinans,iam non erit eadem in ſingulis vilitas,ſed quoſdam præ alijs nobilitabit præcedens in quolibet opere libero propriæ voluntatis concurſus;qui iuxta recentiorum ſententiam præuiſus ab æterno per ſcientiam mediam, ratio erit ſufficiens diſcretionis eligendorum à non eligendis,& prædeſtinatorum in vitam æternam à reprobandis:nec erit diuina voluntas,ſiuè miſericordia ſola,aut præcipua cauſa diſcretionis electorum à non electis:cuius oppoſitum ibidem expreſsè docet Apoſt.Relinquitur itaque priorem eſſe Dei cõcurſum in omni opere libero, & ſupernaturali,& C&c. Arauſicanum. B Deum prius incipere,vt decernit Conſilium Arauſicanum.

Suarezij reſponſiones confutantur.

AD præmiſſas auctoritates ſacrarum litterarũ reſpondet Suarez libro 3. de auxilijs diuinæ gratiæ,cap.20.num.11.Et ad illam: *quis te diſcernit?* dicit primò,ſolùm Deum in ordine intentionis,& prædeſtinationis diſcernere; quia ſola ſua gratuita voluntate decreuit hunc ſaluare,vel fidelem facere, aut ſanctum. Secundò, ſolùm etiam Deũ diſcernere in genere cauſæ præuenientis, & morali- C ter inducentis,ac perſuadentis;nam ſolus facit,vt velimus;quia ſolus ipſe præuenit,& excitat voluntatem,& eum, quem conuertit, ita ſuadet,vt perſuadeat.Tertiò ait,quòd in genere cauſæ exequentis,ſeu phyſicè facientis ipſam diſcretionem,licèt Deus ſit,qui principaliter diſcernit, non tamen ſolus,nec ſine homine; & in hoc ſenſu (inquit) certũ eſt hominem credentem voluntate ſua diſcerni à non credente,quod ſepiſsimè docet Auguſtinus,& omnes patres.

Sed, ſi diligentor attendamus ſententiam huius cõfutatio auctoris,de ſcientia illa conditionali, de voluntatis humanæ determinatione, & efficacia diuinorũ D auxiliorum, apparebit argumentum hoc neruos habere,quos non tollit, neque tangit prædicta reſponſio: Nam,ſi uerum eſt, Deum eos tantùm prędeſtinaſſe,quos per ſcientiam mediam prȩuidit in tali rerum ordine cum talibus circunſtantijs, &c. per liberam propriæ voluntatis determinationem fore congruæ vocationi conſenſuros; ſequitur primã diuinæ intentionis,& prædeſtinationis, & conſequenter diſcretionis ab alijs cauſam eſſe humanæ voluntatis prȩuiſam determinationem. Probatur conſequentia;quia diuina vocatio effectus prędeſtinationis non eſt,niſi quatenus efficax eſt: at ſecundùm dicti auctoris ſententiam efficax nõ eſt E diuina vocatio, niſi accedente libera voluntatis determinatione ad conſenſum,& operationem;ergo effectus prædeſtinationis non eſt niſi dependenter à dicta voluntatis determinatione; ergo, ſi Deus eos tantùm prædeſtinat, quos per ſcientiam illam conditionatam præuidit ſuæ vocationi conſenſuros: ſequitur præuiſam humanæ voluntatis determinationem ad conſenſum eſſe primam cauſam diuinæ prædeſtinationis, & diſcretionis. Et confirmatur;quia,cum Deus,ſecundum hanc ſen-

tentiam videatur expectare, modo noſtro intelligendi, in ſua præſcientia conſenſum creatæ voluntatis, vt unū ab alio diſcernat, certè prima diſcretionis radix erit creata voluntas, ante cuius determinationem nulla, ſecundum hanc opinionem intelligitur diſcretio: ea verò poſita ſequitur electorum, & non electorum differentia. Confirmatur ſecundò: quia hæc determinatio phyſica voluntatis, ſecundum dictum auctorem non eſt à Deo effectiuè, ſed ab ipſa ſola voluntate; cuius tamen oppoſitum demonſtrauimus in articulo quarto præcedentis quæſtionis, controuerſia prima, & ſecunda. Ex quo ſequitur implicare contradictionem dicere gratiam eſſe efficacem moraliter: non autem phyſicè; nam quod nihil efficit, ſed tantum manifeſtat, allicit, & inuitat ad modum finis, & boni propoſiti, efficax non eſt niſi metaphoricè, eo modo quo finis, efficere, & mouere dicitur.

Adde de ratione auxilij, & motionis efficacis eſſe, vt vi ſua infallibiliter efficiat operationem illam, & effectum, ad quem ordinatur: at morale auxilium, ſiue motio tali caret infallibilitate, vt latè oſtendimus in dictis controuerſijs; igitur efficax nō eſt. Ex quo ſequitur falſa eſſe reliqua etiam duo dicta præfati auctoris: Nā diſcretio verè, & propriè fit per illud, quod per ſe primò determinat; hoc autem eſt voluntas humana ſecundum dictā ſententiam, ante cuius determinationem, ea, quæ ex parte Dei præcedunt, indifferentia ſunt, cū non habeant ex ſe determinatum, & infallibilem effectum ob humanæ voluntatis indifferentiam, ſeu indeterminationem, quam ſartam tectam in omnibus ſemper eſſe vult prædictus auctor, dicens ex hominis libera voluntate pendere, quòd Deus prę ſciuerit illum hoc, vel illud eſſe facturum. Neq; Auguſtinus aut alius ex ſanctis patribus vnquam dixit hominem credentem à non credente ſua voluntate diſcerni.

Suarezij reſponſio. Ad verba verò ſequentia: ***Quid autem habes, quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi nō acceperis?*** Reſpondet prædictus auctor non poſſe hominem gloriari, quaſi non acceperit, ideſt ſuis viribus, vel ſolum, vel principaliter tale opus tribuēdo, poſſe tamen gloriari ratione cooperationis, qa bona operatio digna eſt laude; ſi tamen opus illud principaliter Deo tribuat. cōfutatio Sed, cum ſecundum mētem huius auctoris determinatio noſtræ voluntatis ad conſenſum à Deo non ſit, ſed ab homine ſolo ſeipſum liberè determinante, poterit ſemper homo, qui diuinæ conſenſit vocationi, de ſuæ voluntatis determinatione ad conſenſum illum gloriari totum ſuis viribus tribuendo. Ad auctoritatem autē Concil. Arauſicani reſpondet capit. 15. nume. 11. Suarezij reſponſio. Deum in nobis incipere bonam operationē, & facere, vt velimus, non phyſicè determinando, ſed moraliter perſuadendo, & bonum affectum inſpirando, facereq; hoc efficaciter, quando dat vocationem cōgruam. cōfutatio. Sed, vt iam diximus, efficacitas illa, de qua loquimur, quæ ſcilicet infallibilem habet effectum, non congruit motioni morali ob ſupradictam cauſam: & præterea non euadit hæc reſponſio inconueniens illud de inordinatione cau-

A ſarum contra dictum Ariſt. 12. metaph. text. vlt. cū in voluntatis libera determinatione ſolam ipſam voluntatem agnoſcat hæc opinio, vt propriam, & primam cauſam phyſicè mouentem. Ariſt.

Ex dictis ſequitur dicendum nō eſſe ex duobus æquali auxilio donatis vnum conuerti, & aliū non conuerti, prout latè probant Zumellus hic diſp. 9. & Bannes dubio tertio, concluſ. vltima. Et Medina 1. 2. q. 109. ar. vltimo, dubitatione vltima, & Aluarez diſp. 90. alioquin propria cauſa differentiæ reducenda eſſet in liberum arbitrium, & gloriari poſſet conuerſus ſe ſalutem fuiſſe conſequutum ꝓpter bonū vſum diuini auxilij ex viribus liberi ar- Zumell. Bannes. Medina. Aluarez.

B bitrij: contra illud 1. Corint. 4. ***Quis te diſcernit? & quid gloriaris, &c.*** Dicendum eſt igitur longè maiorem eſſe auxiliorum copiam, & energiā in eo, qui conuertitur, quàm in eo, qui nō conuertitur: nam, qui conuertitur, donum habet ipſius actualis conuerſionis, pęnitentiæ, charitatis, & efficacis auxilij; quæ non habet ille, qui nō conuertitur. Rurſus, qui conuertitur, & ſaluatur, donum habet perſeuerantiæ: quod non habet ille, qui damnatur. Nec ſufficit ſola moralis inæqualitas, quæ attenditur pœnes maiorem, vel minorem congruitatem, vt ait Suarez, niſi ſit, etiam phyſica inæqualitas auxiliorum, & cauſalitatis effectiuæ, ut oſtendimus in qu. 1. Cor. 4. Suarez.

C 22. art. 4. Controuerſia ſecunda.

Videnda ſunt quæ de auxilio efficaci ſcribit Aluarez diſp. 83. & ſequentibus. Aluarez.

Oſtenditur non eſſe puram negationem hoc, quod eſt non repugnare diuinæ gratiæ, & eſſe effectum diuini auxilij.

Poſtremò ſciendum eſt, illum, qui habet auxilium ſufficiens, aut etiam efficax ad cōuerſionem, ut qui illuminationem habet in intellectu de grauitate peccati, & inſpirationem timoris in voluntate, aut etiam actu mouetur ad actum cō

D tritionis, & dilectionis Dei ſuper omnia, poſſe auxilia prædicta contemnere, & abijcere, & poſſe nō abijcere, vt declarat ſacrum Concilium Trident. ſeſſ. 6. capit. 5. ſi non abijciat, auxilium ſufficēs, ex hoc ipſo, quod non abijcit, diſpoſitus eſt ad maiora auxilia, & ad gratiam, non negatiuè tantùm, ſed etiam poſitiuè; quæ diſpoſitio nihil aliud eſt, ǭ ipſummet auxilium ſufficiens, puta illuminatio, & inſpiratio cum aſſenſu voluntatis, in quo fundatur dicta non repugnantia: Nā non repugnare diuinę gratiæ vocanti per illuminationem, & inſpirationem pura negatio non eſt, nec merè paſſiuè ſe habere, ac veluti inanime quoddam; ſed eſt verè agere inſpirationem illam recipiendo, vt ait ſacrum Cōc. Trid.

E Concilium in dicta ſeſſ. 6. capit. 5. & Can. 4. Cuius rationem reddit ex eo, quòd homo poteſt inſpirationem illam abijcere. Ex hoc itaque, quod homo recipiens inſpirationem, illam non abijcit, cum tamen poſſit, deducit ſacrum Concilium hominem nihil non agere: igitur non repugnare diuinæ gratiæ non eſt pura negatio, ſed ſignificat negationē in aſſenſu, & libera cooperatione fundatam. Et qiā aſſenſus fit ex diuino auxilio, idcircò etiā non diſ-

ſenſus

Iſa. 50. ſenſus ex eodem diuino procedit auxilio, quod Iſaias cap. 50. ſatis apertè videtur ſignificaſſe; cum dixit: *Dominus Deus aperuit mihi aurem: ego autem non contradico.* Quid verò ſit non contradicere, declarat ſubdens; *Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus.* Deinde qua virtute ſit factum explicat dicens: *Dominus Deus auxiliator meus, ideo non ſum confuſus;* igitur non repugnare gratiæ, & vocationi Dei pura negatio non eſt, ſed in aſſenſu, & cooperatione fundata.

Ex dictis ſequuntur ſeptem concluſiones.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio. Auxilium generale eſt influxus phyſicus, quo Deus vniuerſas creaturas mouet, & applicat ad operandum naturales ſuas operationes, ac ſimul cum eis eaſdem producit operationes, & effectus, eos in proprios fines dirigens.

Secunda concluſio. Auxilium ſpeciale eſt donũ, vel gratuita Dei motio, qua mouet nos ad operandum opera ſupernaturalia, & ea nobiſcum operatur in ordine ad iuſtificationem, & ſalutẽ æternã.

Tertia concluſio. Auxilium excitans, non ſolam habet moralem cauſalitatem, ſed etiam phyſicã.

Quarta concluſio. Sufficientia diuini auxilij nõ in eo poſita eſt, vt qui habet auxilium ſufficiens, actu habeat omnia dona, & intrinſeca auxilia ad eam piam actionem, ad quam dirigitur auxilium, neceſſaria; ſed ſatis eſt, vt illa habeat, non quidem in ſua poteſtate, ſed ex diuina largitate, & bonitate, veluti aſsiſtẽte parata, & præſentanea; adeo vt, ſi diuinę gratiæ non defuerit, ſit illa omnia opportuno tempore recepturus. Explicatur, & probatur hæc concluſio. Nam, quandocunque vſus, ſeu operatio alicuius potentiæ exigit aliquod extrinſecũ ad executionem ſui actus, tunc non poteſt ex ſola potentia inferri vſus, ſeu operatio in actu exercito; quamuis abſolutè loquendo potentia illa dicatur poſſe in talem actum; exempli gratia, potentia viſiua habet pro proprio actu videre, ad cuius executionem requiritur extrinſecum obiectum, & lumen; idcirco ex hoc ſolo, quòd homo potentiam habet viſiuam, inferri non poteſt; ergo ex ſola potentia viſiua poteſt videre; quoniam abſque extrinſeco lumine, & obiecto impoſsibile eſt, vt exerceat actum videndi: & tamen homo habens potentiam viſiuam dicitur abſolutè poſſe videre; quia nimirũ extrinſeca ad actum videndi requiſita ſunt illi pro tempore debito præſentanea; tametſi non habeat ſemper actu per ſpeciem obiectum ſibi coniunctũ, nec lumen illuminans. Eadem itaque ratione homo diuina gratia, & charitate donatus potentiam habet, & auxilium ſufficiens ad bonas exercendas operationes, & ad reſiſtendum vniuerſis tentationibus, & ad perſeuerandum in bono: ſed, quia ad prædictorum exercitium quædam extrinſeca requiruntur, videlicet diuina protectio, & ſpecialis in multis occurrentibus illuminatio, & directio, quibus corruptæ noſtræ naturæ ſubleuetur infirmitas, & humanæ mentis tollatur obſcuritas; ea

A propter homo in ſtatu gratiæ conſtitutus, quamuis donum habeat, & auxilium ſufficiens, quo poſſit benè operari, tentationibus reſiſtere, & perſeuerare: non tamen habet ex ſolo ſtatu gratiæ, vt actu benè operetur, tentationibus reſiſtat, & perſeueret, propter extrinſeca neceſſariò requiſita, quæ non omnibus conceduntur; quæ ideo per aſsiduas preces à Deo ſunt petenda, vt notat Caiet. 1.2. qu. 109. art. 10. Quia tamen prædicta extrinſeca requiſita ſemper habet parata, & præſentanea; ita vt, ſi diuinæ gratiæ non defuerit, ſit illa opportunò tempore recepturus; Idcirco dicitur ad dictos actus habere auxilium ſufficiens; quamuis extrinſeca illa non habeat in ſua poteſtate, ſed ex ſola Dei miſericordia, & liberalitate dependeant. Vide ẽt Ferrar. in tertio cont. gent. cap. 155. & Medinam in prima ſecundæ loco notato, & ea, quæ ſupra diximus, quæſt. 14. art. 13. in 6. Controuerſia. Caiet. Ferraries. Medina.

B Deinde probatur concluſio. Quia non oportet, vt omne agens liberum ſit primum agens à nullo dependens: ergo non eſt neceſſe, vt includat omnia ad volendum, & conſentiendum neceſſaria, ſed ſufficit, vt ſecundis agentibus liberis ſubminiſtrentur ad libitum primi agentis liberi. Conſequentia probatur; quia ex hoc ipſo, quòd hoc agens liberũ eſſentialiter ab alio priori dependet, non poteſt in

C ſua poteſtate habere prioris influxum. Præterea, tale auxilium iam non eſſet præcisè ſufficiens, vt modo loquimur, ſed eſſet efficax, vt etiam fatetur Valẽtia in dicta diſputatione octaua. Vide etiam ea, quæ ſcribit Aluarez diſp. 79. Aluarez.

Quinta concluſio. Efficacia diuini auxilij non conſiſtit in vocatione congrua, vt ſcilicet vocetur homo eo tempore, & modo, quo præſcit Deus per ſcientiam illam conditionatam eum diuinæ vocationi conſenſurum. Hæc concluſio latè probata eſt ſupra quæſtione 22. artic. 4. controu. 2. vbi demonſtrauimus inefficaciam motionis moralis, ad quã pertinet hæc congrua motio; vt patet ex dictis.

D Sexta concluſio. Auxilium efficax eſt actualis influxus; ſiue phyſica motio ex abſoluta Dei voluntate proueniens, qua Deus liberum creatæ voluntatis arbitrium prius gratiæ præuenientis auxilio vocatum, & excitatum ita præmouet ad conſenſum, & operationis exercitium, vt hæc ſuauiter, & omnipotenter efficiat. Itaque efficacia diuini auxilij conſiſtit in phyſico illo diuinæ virtutis influxu, quo Deus noſtram præmouet, ac determinat efficaciter voluntatem, ad quamcumque voluerit bonam operationem; quam ſimul etiam cum voluntate producit; ſicut etiam voluntas à Deo mota ad eandem liberè producẽdam ſeipſam determinat;

E adeo vt libera voluntatis ad agendum determinatio, & ipſamet actio non ea tãtum ratione, qua determinatio, & actio eſt, ſed ea etiam ratione, qua libera eſt, à Deo efficaciter, ſuauiterque mouente dependeat, atque hinc totam ſuæ libertatis perfectionem acquirat. Hæc concluſio abundè probata eſt in dicta ſecunda controu. q. 22. art. 4.

Vltima concluſio. Ex duobus æqualia habentibus auxilia tam interna, quàm externa non cõuertitur vnus alio minimè conuerſo.

Hæc

Digitized by Google

Hæc concluſio intelligenda eſt de quocunq; auxilio, etiam phyſice efficaci, quo præmouetur libera voluntas hominis ad conſenſum, & operationẽ.

Argumenta, & ſolutiones.

CONtra primam concluſionem ſunt argumenta propoſita, & ſoluta in quæſt. 22. art. 4. cõtrouerſia prima.

Suarez. Contra tertiam concluſionem ſunt argumenta Suarezij ſoluta in ſecunda controuerſia dicti articuli.

Valentia. Contra quartam concluſionem argumentatur Valentia.

Primò. Habere gratiam ſufficientem ad actionem piam eſt habere gratiam, qua poſsit homo actionem piam liberè exercere: at is dicitur poſſe aliquid liberè, qui vel iam habet totam facultatẽ, & potentiam ad id requiſitam, vel certè poteſt liberè habere, & acquirere. Probatur minor: quia cõtrarium implicat contradictionem non minus q̃, vt quis poſsit ſine vlla potentia: nã quid aliud eſt poſſe, quàm habere aliquo modo potentiam? ergo.

Reſpondetur falſam eſſe minorem propoſitionem in rigore loquendo, vt ſuperius oſtendimus: ad probationem negatur antecedens, ad cuius probationem negatur ſequela.

Cõc. Trid. Secundò. Concil. Trident. ſeſſ. 6. cap. 13. ea ratione explicat poſſe iuſtos perſeuerare; quia, ſi gratiæ acceptæ non defuerint, ſed ea cum Dei auxilio, quod eſt præſtò, benè vſi fuerint, acquirent reliqua auxilia neceſſaria, vt perſeuerare poſsint; ergo. Antecedens probatur; quia huc ſpectant illa verba Concilij. *In Dei auxilio firmiſsimam ſpem collocare, & reponere omnes debent. Deus enim, niſi ipſi illius gratiæ defuerint, ſicut cœpit opus bonum, ita perficiet, operans velle, & perficere.*

Reſpondetur ſacrum Concilium, nunquam dixiſſe poſſe iuſtos acquirere reliqua auxilia neceſſaria. Ad probationem dicitur, verba Concilij nihil tale ſignificare, ſed ſolam diuinæ miſericordiæ largitatem in vniuerſos obicem non ponentes liberaliſsimè diffuſam, vt ſupra declarauimus.

Tertiò producit diuerſa dicta S. Auguſtini, quæ eundem habent ſenſum, quem verba Cõcilij: quare non expedit in eis adducendis, & explicandis verba conſumere.

Suarez. Contra eandem concluſionem argumentatur Suarez. Primò, Hoc auxilium eſt ſufficiens per modum potentiæ: at potentia, vt ſit ſufficiẽs, oportet, vt habeat omnem virtutem neceſſariam ad agendum; ergo auxilium abſolutè ſufficiens, de quo loquimur, quod conſtituit hominem ſimpliciter, & proximè potentem ad operandum neceſſe eſt, vt includat omne auxilium neceſſarium in quo vis genere per modum principij. Antecedens probatur; quia hoc ipſum præſefert nomen ſufficientis: nam, ſi aliquod neceſſarium principium deeſt, ſine illo non poteſt aliud operari; ergo aliud non erat ſufficiens.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens: ad probationem reſpondetur; ad hoc, vt principium neceſſarium dicatur non deeſſe, ſatis eſſe, ſi ſit potentiæ A præſentaneum, quaſi ad modum actus primi: alioquin, cum ad operandum neceſſaria ſit diuina motio, ſi hæc in potentia deberet includi, vt ſimpliciter dicatur potens, iam non tantùm potens, ſed actu operans eſſet: Deo enim potentiam ad actionẽ mouente non ſtat ſimul potentiam non actu moueri, & non operari.

Suarez. Contra ſextam concluſionẽ argumentatur Suarez, libro tertio de auxilijs diuinæ gratiæ, capit. 8. & 9. & primò probat tale auxilium efficax non eſſe neceſſarium ad conſenſum liberum, & ſupernaturalem præſtandum.

B Primò. Si huiuſmodi auxilium hoc ſenſu efficax, vt phyſicè prædeterminet voluntatem ſit ſimpliciter neceſſarium ad ſupernaturalem actum humanum, ſequitur eos, qui non conuertuntur, nõ habere ſufficiens auxilium, vt conuertantur, ſeu vt conuerti poſsint; ergo. Probatur cõſequentia; quia auxilium ſufficiens includit aliquo modo quidquid eſt neceſſarium ad effectum, ad quem dicitur ſufficiens: ſed auxilium datum ei, qui non conuertitur, nullo modo includit motionem phyſicè, & ſufficienter prædeterminantem liberum arbitriũ; ergo, ſi hæc præmotio phyſica eſt neceſſaria, illud auxilium non eſt ſufficiens.

C Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam: Ad probationem negatur antecedens, ſi ſermo ſit de claudere in actu, & intrinſecè: ſic enim non differret ſufficiens ab efficaci, nec poſſe agere ab actu agere.

Replica. Contra hanc reſponſionem ſic argumentatur Suarez.

Si auxilium efficax eſt neceſſarium tantùm per modum concurſus, ſequitur neceſſarium eſſe ad hoc, vt homo ante hoc auxilium in actu ſecũdo ſit ſimpliciter potens, & habeat auxilium ſufficiens ad talem actum eliciendum, neceſſarium, inquam eſſe, vt habeat illud auxilium ita preparatum, ſeu D oblatum ex parte Dei, vt ſit in manu, & poteſtate hominis habere illud, ſi voluerit: At, ſi hoc auxilium efficax datum per modum concurſus datur per phyſicam præmotionem ad arbitrium diuinæ voluntatis, is, qui non habet talem motionem, non ſolum non habet actu concurſum, ſed neque etiam potens eſt habere; ergo.

Reſpondetur falſam eſſe conditionalem poſitã in antecedente ſimpliciter, & abſolutè loquendo: Nam ſatis eſt tale auxilium eſſe nobis à Deo paratum, ac præſentaneum, vt tempore opportuno illud nobis à Deo liberaliter conferatur, ſi diuinæ gratiæ non defuerimus, vt ait ſacrum Conc. Trid. E Nam, vt inquit S. Thom. 1. 2. qu. 109. art. 4. ad 2. illud, quod poſſumus cum auxilio diuino, non eſt nobis omnino impoſsibile, ſecundum illud Philoſophi 3. Ethic. Quæ per amicos poſſumus, aliqualiter nos poſſumus. Dixi ſimpliciter, & abſolutè loquendo; quia tale auxilium ſimpliciter, & abſolutè confertur ex liberalitate diuina, nec nobis debitum eſt, nec propriè à nobis acquiritur; quodam modo tamen dicitur eſſe in noſtra poteſtate: primò, quia poſſumus illud reijcere. ſecũdò, quia mouente

S. Tho. Ariſt.

uente Deo poſſumus conſentire. Et per hęc patet reſponſio ad alia argumenta eiuſdem Suarezij, quibus probat nullam ex parte hominis poſſe eſſe poſitiuam, aut negatiuam diſpoſitionem, per quã infallibiliter tale conſequatur auxilium. Iam enim diximus id munus eſſe diuinæ largitatis, & totam in hoc congruentiam eſſe ex parte diuinæ bonitatis, & miſericordiæ conſiderandam. Et cum poſsit homo tale auxilium reijcere, poteſt etiam eo ſua culpa carere. Neque ad hoc, vt ſua culpa careat, maior ad illud habendum requirenda eſt in homine facultas, niſi rerum ordinem velimus inuertere; vt, ſcilicet prima cauſa ad nutum ſecundæ moueatur; quod planè fatuum eſt cogitare.

Secundò probat in cap. 8. auxilium efficax non conſiſtere in aliqua gratia excitante phyſicè prædeterminante voluntatem ad exercitium actus; quod gratis admittimus, cum efficax auxilium nõ ad excitantem, ſed ad adiuuantem gratiam pertineat, vt ſupra diximus.

Tertiò profert multas ſanctorum patrum authoritates aduerſus phyſicam noſtræ voluntatis prædeterminationem aſſerentes hominem à Deo vocatum, & excitatum habere in ſua poteſtate aſſentire, vel diſſentire; quod nullus dubitat eſſe fidei dogma; cuius veritatem, & legitimam intelligentiam ex doctrina S. Thom. & Caiet. ſatis explicauimus ſupra quæſt. 12. art. 4. Controuerſia ſecunda; ac proinde ex eodem loco petẽdus erit à lectore ſenſus verborum ſanctorum patrum, vbi etiam adducta ſunt, & ſoluta alia præcipua argumenta contra phyſicam prædeterminationem.

Contra vltimam concluſionem argumentatur Suarez in dicto lib. 3. c. 20. *Suarez. S. Bonau.*

Primò auctoritate S. Bonauent. in 4. diſtinct. 16. q. 1. vbi ſic inquit: ***Motus contritionis feruenter eſſe poteſt ſecundum cooperationem liberi arbitrij, vnde ex æquali gratia aliquando magis feruens elicitur motus, aliquando minus ſecundum cooperationem liberi arbitrij, ſed propriè non dicitur maior, niſi virtute pœnitentiæ augmentatæ, & hoc fit per gratiam.*** In quibus verbis, (inquit) ſignificat gratiam cooperantẽ ſeu concomitantem ſemper eſſe maiorem.

Reſpondetur in vltimis verbis ſermonem eſſe de gratia cooperante, & concurrente, non ſolũ, pro vt ſimul cum libero arbitrio concurrit ad actum contritionis, ſed etiam de gratia cooperante, quatenus præſuppoſita gratia excitante præuenit applicationem, & operationem liberam voluntatis ad actum contritionis, & pœnitentiæ, & agendo in ipſam voluntatem, illam mouet, & applicat ad actum contritionis. Sic enim cauſa eſt, vt liberum arbitrium feruentius operetur.

Cirillus. Chryſoſt. Aug. Secundò adducit auctoritates Cyrilli Alexandrini lib. 11. in Ioannem, capit. 21. Et Chryſoſt. ad Rom. 9. hom. 16. & Aug. in lib. de prædeſt. & gratia cap. 15. & aliorum ſanctorum, qui videntur ſignificare ex cooperatione liberi arbitrij effici poſſe, vt cum æquali gratia diuini auxilij vnus cõuertatur, alius verò minimè.

Reſpondetur ſanctos patres in ea comparatione nonnunquam loquutos fuiſſe de ſolis externis

A auxilijs diuinæ vocationis; nonnunquam etiam fortasſis de internis auxilijs gratię excitantis, nunquam tamen de auxilijs omnibus internis in vniuerſum, inter quæ comprænhenditur diuina illa motio phyſica, qua liberè ad conſenſum determinatur humana voluntas.

Tertiò; quia multi ex dictis patribus ad hanc veritatem confirmandam vtuntur illo Domini teſtimonio Matth. 11. *Si in Tyro, & Sydone factæ eſſẽt virtutes, quæ factæ ſunt in te, vtique in cinere, & cilicio pœnitentiam egiſſent.* In quibus verbis ſuppono (inquit) contineri veram, & infallibilem reuelationem, ex Auguſtino de bono perſeuerantiæ, cap. *Matth. 11.*

B 9. ergo ex Chriſti Domini teſtimonio eodem auxilio, quo Iudæi noluerunt pœnitentiam agere, egiſſent illam Tyrij, & Sydonij ſi eis tribueretur; ergo cum æquali auxilio præueniente ſtat vnum conuerti, & non alium.

Reſpondetur hoc argumento nihil contra noſtram concluſionem probari, quæ non loquitur de æqualitate ſolius auxilij excitantis, ſed comprehẽdit etiam æqualitatem auxilij adiuuantis ad conſenſum; inter quæ auxilia præcipuum eſt phyſica prædeterminatio, quæ nomine ſignorum, & virtutum non comprehenditur; cum illa ad extrinſeca tantum auxilia pertineant. *Replica.*

C Sed arguit Suarez. Quia ſenſus Patrum adducẽtium dicta verba eſt docere præter externam prædicationem requiri internam, quam habet congruam, & efficacem is, qui conuertitur, non autem alius, quamuis interna vocatione non careat: nec poteſt conſiſtere hæc interna vocatio in phyſica prædeterminatione: alioquin ſub hoc titulo nõ potuiſſet dominus Iudæos repræhendere, quia reſpondere meritò poſſent, ſe talem prædeterminationẽ non recepiſſe, ſine qua credere non poterant.

Huic argumento reſponſum eſt ſuprà q. 14. art. 13. controuerſia prima Hebręos illos, ad quos dominus loquebatur, multa habuiſſe propriæ iniquitatis impedimenta, quibus carebant Tyrij, & Sydonij: & licèt ex diuino auxilio procederet, quod
D Tyrij talia non haberent impedimenta, quod auxilium non habuerunt Hebræi prædicti; nihilominus repræhenſione digni erant Hebræi, quia ſua culpa carebant auxilio illo: nam, ſi diuinæ gratiæ vocanti non defuiſſent, maius auxilium, ſcilicet efficax recepiſſent, quo ad credendum ſuauiter præmoueretur eorum voluntas. Nec verum eſt, quòd ait Suarez, ſcilicet quòd poſito æquali auxilio interno, tam adiuuante, quàm excitante, vt eo auxilio diſponatur homo ad maius auxilium recipiendum, vnus reſiſtat, & alius non reſiſtat diuinæ inſpirationi: nam ille, qui non reſiſtit actu poſitiuo,
E conſentit ex efficaci diuino auxilio phyſicè præmouente voluntatem ad conſenſum: qui autem reſiſtit, tali caret auxilio: & quia propriæ voluntatis arbitrio reſiſtit, repræhenſione, & pęna dignus eſt: Et cum talis auxilij collatio diuinæ ſit gratia largitatis, non iuſtitiæ debitum, nullus quæri de Deo iuſtè poteſt, quòd efficax auxilium ad non reſutãdam præuenientem vocationis gratiam non contulerit; alioquin etiam de vocatione congrua ſibi non

non conceſſa quilibet reprobus iuſtè quarit poſſet, quod aduerſæ ſententiæ defenſores non admittunt.

Tertia Controuerſia.

An Deus omnibus hominibus conferat auxilium ſufficiens ad ſalutem.

Sententiæ Doctorum.

BAnneſius dub. 3. decem concluſionibus ſuam proponit ſententiam; ex quibus quatuor præcipuæ ſunt.

Prima eſt. Deus dat omnibus hominibus ſupernaturale auxilium ſufficiens ad ſalutem, ſi dare accipiatur, prout idem eſt quod offerre, vel in communi inuitare. Secunda. Si vtamur verbo dare, prout eſt correlatiuum verbi accipere, Deus non dat omnibus hominibus, etiam venientibus ad vſum rationis auxilium ſupernaturale gratiæ præparantis ad credendum, vel ad pœnitentiam agendum. Tertia. Nihilominus verè dicitur Deus paratus dare omnibus hominibus, quamdiu ſunt in hac vita, auxilium ſpecialius, quo conuertatur, ſi velint. Vltima. Deus ab æterno ſtatuit voluntate abſoluta, ſeu conſequenti non dare omnibus ſupernaturalia auxilia, illis videlicet, qui non erunt recepturi. Hanc opinionem videtur tenuiſſe, Soto lib. 1. de natura, & gratia, capit. 17. Eandem ſententiam ſequitur Zumellus hic diſp. 4. licèt in diſp. 5. aliam, quã tertio loco proponemus, videatur exprimere. Soto. Zumell.

Molina, diſp. 10. ex libro concordiæ docet Deũ, facienti quod in ſe eſt, ex viribus naturalibus, conferre ſufficientia auxilia ad fidem, & iuſtificationem. Molina.

Cardin. Bellarmin. de gratia, & libero arbitrio, libro ſecundo, tribus concluſionibus ſuam declarat ſententiam. Prima eſt. Auxilium ſufficiens ad ſalutem pro loco, & tempore omnibus datur. Secũda. Auxilium Dei ſufficiens, & neceſſarium ad reſurgendum à peccato, & ſi nulli deſit pro loco, & tempore, non tamen adeſt omnibus momentis. Tertia. Auxilium ſufficiens, ac neceſſariũ ad vitanda peccata omnibus hominibus, & omni tempore, vel immediatè, vel mediatè à diuina bonitate præſtatur. Bellarm.

Reſolutio.

Quomodo dicatur auxilium eſſe ſufficiens, & poſſibile; & quot modis intelligatur à Deo dari, & quibus perſonarum generibus.

PRo reſolutione obſeruandum eſt primò virtutem aliquam, ſiuè potentiam, vel auxiliũ dupliciter poſſe dici ſufficiens. Vno modo ſimpliciter, ideſt omnibus modis; quod accidit, quãdo res ipſa ſola ſine alterius adminiculo poteſt abſolutè operationem producere; vt ignis ſufficiens eſt ad calefaciendum. Alio modo poteſt eſſe ſufficiens, non ſimpliciter, ſed in ſuo genere: Exempli gratia, A viſus in genere potentiæ eſt ſufficiens ad videndũ, & qui viſum habet, dicitur poſſe videre; eſt tamen ſufficiens, vt potentia, non ſimpliciter, ideſt omnibus modis; nam ſine obiecto, ac lumine videre nõ poteſt; ſed nihilominus poteſt viſus abſolutè, ſiuè ſimpliciter, ideſt ſine addito dici ſufficiens ad videndum, vt in præcedente cõtrouerſia notauimus; ſimiliter habens gratiam, & virtutes poteſt abſolutè perſeuerare, & habet auxilium ſufficiens abſolutè loquendo, ad perſeuerandum; ſed tamen ſine ſpeciali auxilio gratiæ non perſeuerabit; quia ex ſola gratia habituali, & virtutibus non habet auxilium ſufficiens ſimpliciter, ideſt omnibus modis ad perſeuerandum.

B Secundò ſciendum poſsibile dici aliquid tribus modis. Primò per abſolutam Dei potentiam; qua omne, quod non implicat contradictionem, fieri à Deo poteſt; quod ſolet etiam dici poſsibile logicũ. Secundò per potentiam Dei ordinariam, quæ ſcilicet attenditur ſecundùm ordinem diuinum aliqua lege præfixum, ſiuè lex illa ad ordinem naturæ pertineat, ſiuè ſit ordinis ſupernaturalis. Tertiò per vim, ſiuè principium intrinſecum ad rem aliquam agendam, vel aſſequendam proportionatum, ſicut qui habet artem, & vires ad ædificandum, dicitur poſſe ædificare.

C Tertiò notandum, hoc uerbum, dare, ſeu conferre, æquiuocum eſſe; nam vno modo accipitur, prout eſt correlatiuum cum verbo accipere: ut ſi quis narret ſe amico ſuo dediſſe librum, uel æquum, intelligunt audientes hæc à loquentis amico fuiſſe recepta. Alio modo ſumitur hoc uerbum, dare, prout idem ſignificat, quod offerre, tametſi nullus ſit, qui recipiat; ſicut cum amico offerens æquum, aut pecuniam dicis, do tibi hunc æquum, vel hos centum aureos; quos tamen ille recuſat accipere. Sic igitur in propoſito, Deum omnibus hominibus dare auxilium ſufficiens dupliciter poteſt intelligi. Vno modo, vt ſimul etiam intelligamus auxilium à Deo datum in omnibus hominibus de facto recipi: puta quòd omnes in intellectu recipiãt D illuminationes, & in voluntate inſpirationes gratiæ præuenientis. Alio modo intelligi poteſt auxilium à Deo dari, ideſt offerri omnibus hominibus, licèt non omnes illud accipiant, quomodo dicitur Deus, dediſſe nobis filium ſuum Saluatorem, & Redemptorem, licèt non omnes eum receperint. *Nam ſic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret*, Ioannis 3. cum tamen Ioan. 1. dictũ ſit; *In propria venit, & ſui eum non receperunt.* Ioan. 3. Ioan. 1.

Quartò ſciendum eſt, duplicem eſſe diuinorum auxiliorum differentiam. Quædam enim ſunt extrinſeca, ut diuina lex, de qua dicitur in Pſal. 118. Pſal. 118. E *Et iudicia tua adiuuabunt me*; prædicatio Euangelij, miracula, paſsio Chriſti, Sacramenta, & his ſimilia. Quædam autem ſunt intrinſeca nobis inhærentia, quorum quædam moraliter, & quædam phyſicè mouent hominis intellectum, aut etiam voluntatem.

Quintò aduerte auxilium ſufficiens poſſe diuerſorum ſtatuum perſonis conferri, & ad diuerſos effectus, & multis modis: nam confertur infantib. & adul-

& adultis;inter quos quidam ſunt cōmuniter peccatores,quidam autē notabiliter inſignes,vt Pharao,Nabuchodonoſor,& Antiochus: & rurſus poteſt ſufficiens auxilium dari,vel ſimpliciter ad ſalutem,vel ad reſipiſcendum à peccato,vel ad euitandum nouum peccatum.Denique poteſt intelligi auxilium hoc dari continuò, aut certis dumtaxat temporum interuallis.

Cur quidam efficaci priuentur auxilio, & quomodo detur ſufficiens adultis, & rationis vſu carentibus.

SExtò recolendum eſt,id, quod annotauimus in pręcedenti controuerſia ex D.Thom,in tertio cont.gen.capit.159.nimirum,quòd, licèt homo p motum liberi arbitrij non poſsit mereri, & adipiſci gratiam, poteſt tamen impedimentum ponere gratię ſuſcipiendæ: Nam de quibuſdam dicitur Iob 21. *Dixerunt Deo;recede à nobis*,& capit.24. *Rebelles fuerunt lumini:* Ex quo ſequitur primò,vt homini,qui diuinæ gratiæ reſiſtit ſuſcipiendæ, meritò imputetur ad culpam, quòd eam non ſuſcipiat: nam Deus paratus eſt illam omnibus hominibus conferre,qui vult omnes homines ſaluos fieri. Sequitur ſecundò eos ſolos gratia priuari,qui in ſeipſis gratiæ impedimentum pręſtant: ſicut Sole mundum illuminante in culpam imputatur ei, qui oculos claudit, ſi ex hoc aliquod malum ſequatur,licèt videre non poſsit, niſi lumine Solis præueniatur;vt ibidem deducit S.Doct.

S.Tho. Iob 21. & 24. S. Thom. Ariſt.

Sextò attendenda eſt ſententia illa D. Auguſtini in lib.de Natura,& gratia, videlicet Deum nunquam deſerere,homines iuſtificatos, niſi prius deſeratur ab illis: quam confirmat ſacra Sinodus Tridentina,ſeſſ.6.capit.11.& 13. quæ intelligenda eſt de gratia iuſtificante; hanc enim nunquam aufert Deus ab homine, niſi propter peccatum mortale. Auxilium autem efficax,licèt nonnunquam Deus ſubtrahat propter peccatum; quandoque tamen illud non confert ex ſola ſua voluntate, vt ait D.Auguſt.in lib.de correctione,& gratia cap.8.& lib.de bono perſeuerantiæ,capit.8.vbi ſic loquitur: *Cur huic donetur perſeuerantia vſque in finem, illi autem non donētur,inſcrutabilia ſunt iudicia* Dei: Vnde etiā Adam nulla illius culpa præcedēte permiſſus fuit per ſubtractionem efficacis auxilij in peccatū cadere: ſubtractio namque diuini auxilij nihil aliud eſt,quàm permiſsio peccati. At permiſſo peccati neceſſariò præcedit peccatum,ita vt ante primum peccatum ſit permiſsio illius primi peccati; igitur peccatum non ſemper eſt cauſa permiſsionis peccati; & eadem ratione,neque eſt cauſa ſubtractionis diuini auxilij efficacis,ſed potius diuina volūtas,& prouidentia,ad quam pertinet, etiam mala permittere propter bonum vniuerſi,& ſuauem rerum gubernationem.Videnda ſunt,quæ ſcribit Medina prima ſecundæ quæſt.109.art.10. dubio primo ad tertium argumentum. An autem peccatum ſit quandoque cauſa ſubtractionis auxilij ſufficiētis,ex dicendis patebit.

Cōc.Trid. Auguſ. Medina.

Poſtremò ſciendum eſt auxilium ſufficiens dupliciter à Deo nobis conferri; Vno modo immediatè ad effectum à Deo intentum,veluti cum Deus per internas illuminationes,& inſpirationes de rebus fidei hominem infidelem vocat ad fidem:Alio modo mediatè;& hoc dupliciter; ſcilicet,vel p aliud auxilium, quaſi remotè diſponens eandem perſonam ad maioris, & immediati auxilij ſuſceptionem ad intentum effectum,puta fidei aſſenſū, vel etiam gratię conſequutionem:& hoc modo piè creditur Deum homini in ſiluis, vel inter bruta nutrito auxilium quoddam conferre ſupernaturale, vt naturæ legem non violet,ſed obſeruet: nam,ſi legem obſeruet,& dictamen ſequendo rationis naturalis diuino auxilio roboratæ bonum appetat, & malum fugiat,certiſsimè tenendum eſt Deum illi, vel per internam inſpirationem reuelaturum ea, quæ ſunt ad credendum neceſſaria;vel aliquem fidei prædicatorem ad eum miſſurum: ſicut miſit Petrum ad Cornelium Act.10. quod ſi datum ſibi diuinitus auxilium cuntemnat per peccatum contra legem naturę commiſſum,hoc ipſo incapax altioris redditur adiutorij,vt apertè docet S. Thom. de verit.q.14.artic.11.ad primum,& ſecundum,& tertio cont.gent.cap.159.Vel confertur à Deo auxilium mediatè, ſcilicet media alterius perſonæ prouidentia;vt ijs,qui rationis vſum non habent, ſiuè ſint infantes, ſiuè ab infantia rationis vſu carentes,dedit Deus ſufficiens auxilium media parentum cura,quibus lege naturæ ſunt commiſsi;& media paſtorum Eccleſiæ vigilātia, qui ſalutis remedia, vt Dei miniſtri tenentur omnibus impertiri.

A B C Act.10. S. Tho.

His præmiſsis ad quæſitum reſpondeo ſeptem concluſionibus.

Concluſiones,quibus præmiſſa veritas magis oſtenditur.

PRima concluſio. Poſsibile eſt ſecundum legem ordinariam quemlibet hominem viatorē ſaluari. Hæc eſt fidei definitio facta in Concil. Lateranenſi ſub Innocent.III. & habetur in cap. firmiter de ſūma trinitate,& fid.cathol.& Niceno Can. 8.& in Conc.Rom.congregato aduerſus Nouatum hæreticum. Hanc concluſionem latiſsimè probat Medina 1.2.q.109. art.10. multis teſtimonijs ſacrarum litterarum,ſanctorum Patrum, & validiſsimis argumentis.

D Cōc. Lateranen. Cōc. Nicenum. Cōc.Rom Medina.

Secunda concluſio.Quilibet homo viator habet auxilium gratiæ neceſſarium, & ſufficiens ad ſalutem conſequendam. Hæc concluſio eiſdem auctoritatibus,& argumentis poteſt probari,quibus pbatur prima. Sed eam probant vberrimè Valentia 1.2.q.3.de diuiſione gratiæ,diſp.8.pun.4.ſub titulo de gratia ſufficienti,concluſ.2.Et Card. Bellarmin.de gratia,& lib.arb.lib.2.c.6.Suarez lib.3. de auxilijs diuinæ gratiæ,capit.6.& lib.4.de prouid. gratiæ circa reprobos,capit.3. & 4. Vaſquez diſp. 98.capit.tertio.Ex hac cōcluſione ſequitur, quòd Deus det omnibus hominibus auxilium ſufficiens ad ſalutem,ſi utamur verbo,dare,prout eſt relatiuum ad accipere.

Valentia E Bellarm. Suarez. Vaſquez.

Tertia concluſio. Deus omnibus dat,ſiue offert auxilia extrinſeca ſufficientia ad ſalutem;licèt nō omnes

omnes ea recipiant. Probatur: Quia *Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*, vt dicitur primæ ad Timoth. ſecundo, & ideo diuina lex omnibus proponitur, & præcipitur euāgelium omnibus prędicari; quia etiam *pro omnibus Chriſtus mortuus eſt*, vt dicitur in ſecunda ad Cor. 5. cap. & Sacramenta, vt peccatorum omnium remedia Saluberrima Chriſtus inſtituit.

1.Timot.2 2.Cor.5.

Quarta concluſio. Omnibus venientibus ad vſū rationis Deus confert ſupernaturale auxilium intrinſecum inſtigans ad bonum. Hæc concluſio eſt D.Thom.1.2.q.89.art.6.quam ibidem latè probat Medina: Bannes hic dub.3.concl.1.Zumellus diſp. 5.dub.5.& Suarez in dicto lib.4.cap.3. num.12.& ſeq. An autem detur ſemper hoc auxilium homini tam ſecundum intellectum, quàm ſecundum volūtatem. An verò ſolam quandoque perficiat voluntatem, non facile dixerim: non enim apparet impoſsibile inſpirari à Deo voluntatem afflatu ſupnaturali ad obſeruantiam præceptorum legis naturæ, ſola in intellectu exiſtente naturali cognitione. Sed ſi inſtitutum à Deo ordinem dependentiæ inter operationes intellectus, & voluntatis attendamus, non videbitur ſatis conſonū rectæ, & ſuaui diuinæ ſapientiæ diſpoſitioni, vt actualis voluntatis in bonum propenſio proportionem ſuperet cognitionis obiecti per intellectum propoſiti: Nec tamen eſt neceſſe ſupernaturalem illuminationē de obiecto naturaliter cognoſcibili ab eo, qui talem ſuſcipit illuminationem, ita diſcerni, vt eam intelligat eſſe ſupernaturalem. Affirmat autem concluſio conferri à Deo auxilium inſtigans ad bonum; non autem, quod ſit reuelatio myſteriorum fidei, quia non ſemper datur illud auxilium immediatè ad credendum, ſed vt plurimum datur immediatè ad vitam rectè inſtituendam, vt patet ex D. Tho. de Verit. quæſt.9.art.11.ad 1.& 2. & prima ſecunda, vbi ſupra.

D.Tho. Medina. Bannes. Zumel. Suarez. S. Thom.

Quinta cōcluſio. Auxilium, quod Deus confert ad nouum peccatum vitandum, ſemper adeſt omnibus hominibus, vel mediatè, vel immediatè. Hæc concluſio intelligenda eſt de omni tempore, quo ſubeſt homo periculo peccandi, & de auxilio, ſiuè interno, ſiuè externo, quale eſt remotio occaſionis, obiecti, tentationis, & inductio oppoſitarū occaſionum, obiectorum, & aliorum attrahentiū ad bonum. Hæc concluſio valdè conſonat diuinæ bonitati, & ſuſtinet eam Cardinalis Bellarminus in dicto libro ſecundo, de gratia, & lib. arb. c.7.& multis probat ſacrarum litterarum, & ſanctorum patrum auctoritatibus, & argumentis, quæ lege apud illum, ſi placet. Eandem probat Vaſquez, diſput.98.cap.4.

Bellarmin. Vaſquez.

Sexta concluſio. Auxilium Dei ſufficiens ad reſurgendum à peccato non adeſt peccatori quolibet temporis momento, ſed quibuſdam duntaxat temporum interuallis. Hæc concluſio extendenda eſt etiam ad peccatores obduratos, & excæcatos; & intelligenda eſt, non de auxilio per modum actus primi; hoc enim ſemper prēſtò eſt, vt actu peccatorem adiuuet ad reſurgendum, ſi propriæ volūtatis iniquitate nō reſtiterit: ſed de auxilio per mo

A dum actus ſecundi interius illuminantis, & inſpirantis bonas affectiones, in quo ſenſu intelligendū eſt illud Apocal. *Ego ſto ad oſtium, & pulſo:* ſe habet enim Deus ad modum amici, pulſantis, qui non eo toto tempore continuò pulſat, quo intus exiſtentē præſtolatur, vt aperiat, ſed quibuſdam tantum ratione diſcretis interuallis, ne amico intra domum eum recepturo moleſtus appareat. Hanc concluſionem probat Card. Bellarm. in dicto lib 2.cap.6 Zumellus hic diſp.5.dub.3.& melius diſp.11.Vaſquez diſp.98.cap.5. Et iuxta ſenſum huius concluſionis interpretanda videntur multa dicta S. Aug. & S.Thom. quæ uidentur contraria ſecundæ noſtrę

Apoc. Bellarm. Zumell. Exponuntur dicta Auguſt. & D. Thom.

B concluſioni; Non enim intendunt negare conferri à Deo ſufficiens auxilium etiam obduratis, & excæcatis, ut à peccato reſurgant, ſed affirmare tantum illis ſubtrahi per temporum quædam interualla propter appoſita ab eis impedimenta. Adde, vocationes illas, quibus obduratos uocat Deus ad pęnitentiam, finitas eſſe, & conſequenter unam in tota earum ſerie eſſe poſtremam, & Deo notiſsimā, vltra quam nulla erit poſterior vocatio; quo fit, ut ex magnis peccatoribus plurimi, poſtquam ſæpe diuinæ gratiæ præuenientis fuerunt excitatione pulſati; tandē grauiſsimis irretiti criminibus abſque ullo præuio pœnitentiæ fructu nihil de ſua ſa-

Nota.

C lute cogitantes repentina morte rapiantur, aut certè propriæ ſalutis immemores, de ſecularibus tantum ſoliciti lento corruptionis motu uitæ finē accipiant: eo ſiquidem tempore, quamuis præſto ſit illis ſemper diuina clementia, ſi per eos non ſteterit, auxiliatura: in actu tamen ſecundo nullum adeſt illis internum diuinæ bonitatis auxilium ob appoſitum tunc ab eis propriæ iniquitatis impedimētum. In hoc itaq; ſenſu de ſubſtractione diuini auxilij ſæpè loquutum fuiſſe D.Auguſt. & cum eo doctorem Angelicum exiſtimauerim, cum pręſertim non eadem ſit in omnibus reprobis peccatoribus eius, quod ſupereſt in hac uita poſt ultimam uocationem temporis latitudo, ſed in quibuſdam mini-

Auguſt. S. Thom.

D ma ſit, in alijs maior, puta vnius horæ, uel diei: in alijs adhuc fortè maior, puta plurium dierum, uel etiam menſum; quod ſolus ille nouit, qui iuſtiſsimo ſuo iudicio pro meritis: præmia, & pro demeritis ſupplicia decernit: Adde, prædictos ſanctos ſæpè loqui de ſubtractione auxilij efficacis, ut annotarunt etiam præcitati auctores. Vide etiam ea, quæ ſcribit Aluarez diſp.112.

Aluarez.

Septima concluſio. Paruulis omnibus prouidit Deus auxilium ſupernaturale ſufficiens ad ſalutē non immediatè in ſeipſis, ſed per alios. Hanc concluſionem tuentur hic Bannes, & Zumellus diſp.5.

Bannes Zum. Vaſquez

E dub.4. Sed Vaſquez diſp.99.c.2.& 3. apertè pronūtiat quibuſdam paruulis fuiſſe à Deo denegata remedia, non ſolùm efficacia, ſed etiam ſufficientia: illis nimirum, quibus non fuerunt applicata ſalutis remedia ob impedimenta cauſarum naturaliū, quæ nulla humana induſtria ſuperari potuerunt. Cuius argumenta ſubtiliter, & eruditè ſoluit Suarez in dicto libro quarto, cap.1. ad quem lectorem remittimus.

Suarez.

Vltima concluſio. Auxilium ſufficiens, ſiuè gratiam

Digitized by Google

tiam præuenientem nullus poteſt aliqua bona o-pe. atione promereri, aut acquirere, vel quouis modo, ſe ſe ad illius receptionem per vires naturæ faciendo, quod in ſe eſt, præparare. Probatur, quia alioquin ſequeretur initium ſalutis ex nobis eſſe, noſque diuinæ gratiæ auxilia præuenire, ac noſipſos diſcernere, poſſeq; de præparatione illa, vt à nobis procedit, gloriari. Et denique talem præparationem à Deo præuiſam eſſe noſtræ electionis, & prædeſtinationis cauſam, quæ omnia, quàm ſint abſurda, nullus eſt, qui non videat. Vnde S. Tho. 1. 2. q. 109. ar. 6. ad 2. ſic ait, *Cum dicitur homo facere, quod in ſe eſt, dicitur, hoc eſſe in poteſtate hominis, ſecundum quod eſt motus à Deo*: vbi Caietan. aduertit ſermonem eſſe de ſpeciali adiutorio Dei, ſine quo nullus poteſt ſe ad gratiam præparare. Videndus eſt Bannenſius in 5. art. huius quæſtionis.

S. Thom. Caiet. Bannes.

Argumenta, & ſolutiones.

Contra primã concluſionem ſunt argumenta, quæ proponit, & ſoluit Medina in loco alleg. Contra ſecundã concluſ. argumentatur Bãnes.

Medina. Bannes.

Primò. Si omnes recipiunt in ſe auxilium ſupernaturale gratiæ præparantis, vel ad credendũ, vel ad pænitentiã agendum, ſequitur, quod omnis, qui non conuertitur, reſiſtit Deo ſupernaturaliter vocanti ad fidem, vel ad pænitentiã: ac per conſequẽs omnis ille, qui non conuertitur ad fidem, peccat ſpeciali peccato infidelitatis, vel impænitentiæ; Probatur conſequentia: quia omnis homo abſque exceptione tenetur ex diuino præcepto recipere fidem: At qui recipit tale auxilium ſupernaturale, non excuſatur ignorantia, vel impotentia: ergo omnis, qui non conuertitur ad fidem, peccat ſpeciale peccatum infidelitatis; falſitas verò conſequentis ab omnibus theologis noſtri temporis admittitur, & habetur expreſſe ex D. Tho. 2. 2. q. 10. art. 1.

Reſpondetur falſã eſſe conſequentiã; nã auxiliũ illud ſupernaturale non ſemper eſt immediatè ad credendum, vel pænitentiã agendum, vt ſupra notauimus; ſed ſæpè mediatè, vt. ſ. homo rectè vitam inſtituat circa operationes moraliter bonas; cui ſi apponat impedimentum, non peccat ſpeciali peccato infidelitatis, aut impœnitentiæ.

Secundò D. Thom. 2. 2. q. 2. artic. 5. ad primũ ſic ait: *Ad multa tenetur homo, ad quæ non poteſt ſine gratia præparante, ſicut ad credendum & diligendum Deũ ſuper omnia; tamen hoc poteſt cum auxilio gratiæ; quod quidem auxilium quibuſcunque diuinitus datur, miſericorditer datur; quibus autem non datur, ex iuſtitia nõ datur in pœnam præcedentis peccati, ſaltem originalis*, & hæc eſt expreſſa doctrina D. Auguſt. tract. 19. in Ioannem Tom. 9. & Epiſt. 105. tom. 2. vbi ait, *quod illis, qui non audierunt, neque potuerunt audire; pœna peccati eſt, &c.* Et de prædeſt. ſanct. c. 10. ait, non omnibus dari participes eſſe Chriſtianæ religionis.

D. Tho. Aug.

Reſpondetur D. Thomam, & D. Auguſt. loqui de auxilio efficaci, vel etiam de ſufficiente immediato, non autem de mediato, quod nulli deeſt.

Alia argumenta, & eorum ſolutiones lege apud A Medinam, & Cardinalem Bellarminum in dicto lib. 2. c. 8. & apud Zumellum art. ſequenti diſp. 2.

Contra quintam concluſionem vide apud eũdẽ Bellarminum eodem c. argumenta, & ſolutiones.

Contra ſeptimam concluſionem vide argumenta Vaſquezij apud Suarezium vbi ſupra, & eorum ſolutiones.

Medina. Bellarm. Zum. Vaſquez. Suarez.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum prædeſtinati eligantur à Deo.

142 Infra q. 24. ar. 1. cõ. & 1. d. 41. ar. 1. & 2. & ver. q. 6. a. 2. cor. & 2. & to. 9. lec. 2. cap. 4. circa prin. Augu

B AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd prædeſtinati non eligãtur à Deo. Dicit enim Dionyſ.* 4. ca. de diuin. nom. quòd ſicut ſol corporeus nõ eligendo omnibus corporibus lumen immittit, ita & Deus ſuam bonitatem; * ſed bonitas diuina communicatur prçcipuè aliquibus ſecũdum participationem gratiæ, & gloriæ. ergo Deus abſque electione gratiam & gloriam communicat, quod ad prædeſtinationem pertinet.

118

C 2. Præterea. Electio eſt eorum, quæ ſunt; ſed prædeſtinatio ab æterno, eſt etiam eorum, quę non ſunt; ergo prædeſtinantur aliqui abſque electione.

3. Præterea. Electio quãdam diſcretionem importat; ſed Deus vult omnes homines ſaluos fieri, vt dicitur 1. Tim. 2. ergo prædeſtinatio, quæ præordinat homines in ſalutem, eſt abſque electione.

Sed contra eſt, quod dicitur Epheſ. 1. Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem.

Reſpondeo dicendum, quòd prædeſtinatio ſecundum rationem præſupponit electionem, D & electio dilectionem. Cuius ratio eſt; quia prędeſtinatio, vt dictum eſt,* eſt pars prouidentiæ. Prouidentia autem ſicut, & prudentia eſt ratio in intellectu exiſtens præceptiua ordinationis aliquorum in finem, vt ſupradictum eſt.

Art. 1. huius quæſt. q. 22. ar. 2.

Non autem præcipitur aliquid ordinãdum in finem, niſi præexiſtente voluntate finis. Vnde prædeſtinatio aliquorum in ſalutem ęternam, pręſupponit ſecundum rationem, quòd Deus illorum velit ſalutem. Ad quod pertinet electio, & dilectio. Dilectio quidem, E inquantum vult eis hoc bonum ſalutis æternę. Nam diligere eſt velle alicui bonũ, vt ſupra dictum* eſt. Electio autem, inquantũ hoc bonum aliquibus prę alijs vult, cum quoſdam reprobet, vt ſupra dictum eſt.* Electio tamen, & dilectio aliter ordinãtur in nobis, & in Deo, eo, quòd in nobis voluntas diligendo non cauſat bonum; ſed ex bono præexiſtente incitamur ad diligẽdum.* Et iõ eligimus aliquem, quem

q. 20. ar. 2. & 3. art. 3. huius quæſt.

quem diligamus. Et ſic electio dilectionem pręcedit in nobis. In Deo autem eſt è conuerſo. Nam voluntas eius, qua vult bonum alicui diligendo, eſt cauſa, quod illud bonum ab eo præ alijs habeatur. Et ſic patet, quòd dilectio pręſupponitur electioni ſecundum rationem, & electio pręde ſtinationi. Vnde omnes prędeſtinati ſunt electi, & dilecti.

Ad primum ergo dicendum, quòd ſi conſideretur communicatio bonitatis diuinæ in cõmuni, abſque electione bonitatem ſuam communicat, inquantum, ſcilicet, nihil eſt, quod nõ participet aliquid de bonitate eius, vt ſupra

q.6.ar.4. dictum * eſt. Sed ſi conſideretur communicatio iſtius, vel illius boni, non abſque electione tribuit, quia quædam bona dat aliquibus, quæ non dat alijs. Et ſic in collatione gratiæ, & gloriæ attenditur electio.

Ad ſecundum dicendum, quod quando voluntas eligentis prouocatur ad eligendum à bono in re pręexiſtente, tunc oportet, quòd electio ſit eorum, quę ſunt, ſicut accidit in electione noſtra. Sed in Deo eſt aliter, vt dictum eſt.* Et ideo, ſicut dicit Auguſt. † Eliguntur à Deo, qui non ſunt, neq. tamen errat, qui eligit.

In corp. ar. & q. 20. ar. ... Aug. ſer. 26 de ver. ... quantum ... tom. 10. 19. ar. 6.

Ad tertium dicendum, quòd (ſicut ſupra* dictum eſt) Deus vult omnes homines ſaluos fieri antecedenter; (quòd non eſt ſimpliciter velle, ſed ſecundum quid) non autem conſequenter, quod eſt ſimpliciter velle.

Ratio ordinis, & ſenſus quæſiti.

QVemadmodum prouidentia dicit formaliter, & intrinſece rationem ordinis in finẽ, & pręſupponit actum voluntatis; ita & prædeſtinatio. Abſolutis igitur intrinſecis ad rationem ordinis in finem ſupernaturalẽ pertinentibus; nunc agit de actu voluntatis, qui eſt electio, & dilectio, quę diuina prædeſtinatio præſupponit, vt primam, & propriam omnium effectuum prædeſtinationis cauſã. Et quia electio magis proximè ad prædeſtinationem pertinet, ideo de ea ſola quærit: ſed quia vterque actus neceſſariò præſupponitur, propterea de

Caietan. vtroq; reſpondet. Caiet. explicat dictionem illam, *electio*, dicens ſonare voluntatis actũ, quo optione propoſita vnum præuult alteri. Sed latius quid ſit

S. Tho. electio declarat S. Doctor 1.2.q.13.ar.1. Medina

Medina. ibidem eleganter, de eadem materia differit.

Forma Textus.

COnclusio eſt. Prædeſtinati omnes ſunt electi, & dilecti a Deo. Probatur; Prædeſtinatio aliquorum in ſalutem æternam præſupponit ſecundum rationem, quòd Deus illorum velit ſalutem; ſed ad hoc pertinet dilectio, & electio; ergo. Maior probatur. Quia prædeſtinatio eſt pars prouidentiæ; at prouidentia præſupponit voluntatem finis; ergo. Probatur hæc minor: quoniam prouiden-

A *tia eſt ratio in intellectu exiſtens præceptiua ordinationis aliquorum in finem: at non præcipitur aliquid ordinandum in finem, niſi præexiſtente voluntate finis; ergo.*

Minor autem principalis argumenti explicatur primò quo ad rem, deinde quo ad modum, ſiue ordinem inter dictos duos actus. Quo ad rem quidem: nam dilectio pertinet ad eam voluntatem, qua Deus vult ſalutem aliquorum, inquantùm vult eis hoc bonum ſalutis æternæ? Nam diligere eſt velle alicui bonum: electio autem pertinet ad eandem voluntatem, inquantum hoc bonum aliquibus præ alijs vult; nam quoſdam reprobat, vt ſupradictum eſt. Secundò manifeſtatur eadem minor quo ad ordinem, qui eſt inter dictos duos actus, & declaratur

B *ordo ex differentia inter ordinem dilectionis, & electionis in nobis, & in Deo. Nam in nobis voluntas diligendo non cauſat bonum, ſed ex bono præexiſtente inclinamur ad diligendum; & ideo eligimus aliquem, quem diligamus; & ſic electio dilectionem præcedit in nobis. In Deo autem eſt èconuerſo. Nam voluntas eius, qua vult bonum alicui diligendo, eſt cauſa, quòd illud bonum ab eo præ alijs habeatur; & ſic patet, quòd dilectio præſupponitur electioni ſecundùm rationem, & electio prædeſtinationi. Confirmatur concluſio in argumento: Sed contra auctoritate Apoſtoli ad Ephesios primo. Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem.*

C QVæ ad huius articuli intelligentiam neceſſaria ſunt, diſputata fuerunt in primo quæſtionis huius articulo, controuerſia ſecunda. Nauarre tus contr. 31. de materia præſentis articuli diſputat ſubtiliſsimè. Nauarre

ARTICVLVS V.

Vtrum præſcientia meritorum ſit cauſa prædeſtinationis.

D AD quintum ſic proceditur. Videtur, quòd pręſcientia meritorum ſit cauſa prædeſtinationis. Dicit enim apoſt. Rom. 8. quos pręſciuit, hos & prędeſtinauit, & gloſ. Ambroſij ſuper illud Rom. 9. Miſerebor, cui miſerebor, &c. Dicit miſericordiam illi dabo, quem pręſcio toto corde reuerſurum ad me; ergo videtur, quòd præſcientia meritorum ſit cauſa prędeſtinationis.

141 1.d.41 art. 3. & 3. cõ. c. vk. & 10. q.6. art.1. & 10. 11 & 13. & 14. l. 3 & ca. l. 1. 6. & cap. 9. 13 & Eph. 1. lect. 1. & l. 4 Ad Rom. c. 9. tom. 1.

2. Præterea. Prædeſtinatio diuina includit diuinam voluntatem, quæ irrationabilis eſſe non poteſt, cum prędeſtinatio ſit propoſitum

E miſerendi, vt Aug. dicit.* Sed nulla alia ratio poteſt eſſe prędeſtinationis, niſi pręſcientia meritorum. Ergo præſcientia meritorum eſt cauſa, vel ratio prædeſtinationis.

De prædeſt. ſanct. c. 10 tomo 7.

3. Pręterea. Non eſt iniquitas apud Deum, vt dicitur Roma. 9. Iniquum autem eſſe videtur, vt æqualibus inæqualia dentur. Omnes autem homines ſunt æquales, & ſecundum naturam, & ſecundum peccatum ori-gi-

Digitized by Google

ginale. Attenditur autem in eis inæqualitas ſecundum merita, vel demerita propriorum actuum.

Non igitur inæqualia præparat Deus hominibus prædeſtinando, & reprobando, niſi propter differentium meritorum præſcientiam.

Sed contra eſt, quod dicit Apoſt. ad Titũ 3. Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos; ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. Sicut autem ſaluos nos fecit, ita, & prædeſtinauit nos ſaluos fieri. Non ergò preſcientia meritorum eſt cauſa, vel ratio prædeſtinationis.

Ar.præce Reſpondeo. Dicendum, quòd cum prædeſtinatio includat voluntatem, vt ſupra dictum eſt,* ſic inquirenda eſt ratio prædeſtinationis, ſicut inquiritur ratio diuinę voluntatis. Dictum
q.19. ar.5. eſt autem ſupra,* quod non eſt aſsignare cauſam diuinæ voluntatis ex parte actus volendi: ſed poteſt aſsignari ratio ex parte volitorum, inquantum, ſcilicet Deus vult eſſe aliquid propter aliud. Nullus ergo fuit ita inſanæ mentis, qui diceret, merita eſſe cauſam diuinæ prędeſtinationis ex parte actus prędeſtinantis. Sed hoc ſub quæſtione vertitur: vtrum ex parte effectus prædeſtinatio habeat aliquam cauſam. Et hoc eſt quęrere: vtrum Deus præordinauerit ſe daturum effectum prædeſtinationis alicui propter merita aliqua. Fuerunt igitur quidam, qui dixerunt, quòd effectus prędeſtinationis præordinatur alicui propter merita pręexiſtentia in alia vita. Et hęc fuit poſitio Origen. qui poſuit animas humanas ab initio creatas, & ſecundum diuerſitatem ſuorum operum diuerſos ſtatus eas ſortiri in hoc mundo corpo-
350 ribus vnitas. Sed hanc opinionem excludit A-
361 poſtolus Rom. 9. dicens; Cum nondum nati fuiſſent, aut aliquid egiſſent boni, vel mali, non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt, quia maior ſeruiet minori. Fuerunt ergo alij, qui dixerunt, quòd merita præexiſtentia in hac vita ſunt ratio, & cauſa effectus prædeſtinationis. Poſuerunt enim Pelagiani, quòd initium benefaciendi ſit ex nobis, conſummatio autem à Deo. Et ſic ex hoc contingit, quòd alicui datur prædeſtinationis effectus, & non alteri; quia vnus initium dedit ſe pręparando, & non alius. Sed contra hoc eſt, quod dicit Apoſtolus 2. Cor. 3. quòd non ſumus ſufficientes cogitare aliquid a nobis, quaſi ex nobis. Nullum autem anterius principium inueniri poteſt, quàm cogitatio.

Vndè non poteſt dici, quòd aliquod in nobis initium exiſtat, quod ſit ratio effectus prędeſtinationis. Vnde fuerunt alij, qui dixe-
A runt, quòd merita ſequentia prędeſtinationis effectum ſunt ratio prædeſtinationis; vt intelligatur, quod ideò Deus dat gratiam alicui, & præordinauit ſe ei daturum, quia præſciuit eũ benè vſurum gratia. Sicut ſi Rex det alicui militi equum, quem ſcit eo benè vſurum. Sed iſti videntur diſtinxiſſe inter id, quod eſt ex gratia, & id, quod eſt ex lib. arbitr. quaſi non poſſit eſſe idem ex vtroque.

Manifeſtum eſt autem, quòd id, quod eſt gratiæ, eſt prędeſtinationis effectus & hoc non poteſt poni vt ratio prędeſtinationis, cum hoc
B ſub prędeſtinatione concludatur. Si igitur aliquid aliud ex parte noſtra ſit ratio prędeſtinationis, hoc erit pręter effectum prędeſtinationis. Non eſt autem diſtinctum, quod eſt ex lib. arb. & ex prædeſtinatione, ſicut nec eſt diſtinctum, quod eſt ex cauſa ſecunda, & cauſa prima. Diuina enim prouidentia producit effectus per operationes cauſarum ſecundarum,
vt ſupra dictum eſt.* Vnde, & id, quod eſt q.19.ar.6.
per liber. arbit. eſt ex prędeſtinatione. Dicen- 138
dum eſt ergo, quòd effectum prędeſtinatio- 122
nis conſiderare poſſumus dupliciter. Vno mo-
C do in particulari; & ſic nihil prohibet aliquem effectum prędeſtinationis eſſe cauſam, & rationem alterius. Poſteriorem quidem prioris ſecundum rationem cauſę finalis priorem verò poſterioris ſecundum rationem cauſæ meritorię. Quę reducitur ad diſpoſitionem materię. Sicut ſi dicamus, quod Deus pręordinauit ſe daturum alicui gloriam ex meritis, & quòd pręordinauit ſe daturum alicui gratiam, vt mereretur gloriam. Alio modo poteſt conſiderari prædeſtinationis effectus in communi. Et ſic impoſsibile eſt, quòd
D totus prędeſtinationis effectus in communi habeat aliquam cauſam ex parte noſtra. Quia quicquid eſt in homine ordinans ipſum in ſalutem, compręhenditur totum ſub effectu prędeſtinationis, etiam ipſa pręparatio ad gratiam. Neque enim hoc fit niſi per auxilium di-
uinum,* ſecundum illud Thren. vlt. Conuerte 312
nos domine ad te, & conuertemur. Habet tamen hoc modo prędeſtinatio ex parte effectus pro ratione diuinam voluntatem, ad quam totus effectus prędeſtinationis ordinatur vt in finem, & ex qua procedit ſicut ex principio pri-
E mo mouente.

Ad primum ergo dicendum, quòd vſus gratię preſcitus, non eſt ratio collationis gratię, niſi ſecundum rationem cauſę finalis, vt di-
ctum eſt.* Incorp.ar.

Ad ſecundum dicendum, quòd prędeſtinatio habet rationem ex parte effectus in communi ipſam diuinam bonitatem. In particu-

lari autem vnus effectus eſt ratio alterius, vt dictum eſt.* (In corp. ar.)

Ad tertium dicendum, quòd ex ipſa bonitate diuina ratio ſumi poteſt prædeſtinationis
249 aliquorum,& reprobationis. Sic enim Deus
250 dicitur omnia propter ſuam bonitatem feciſ-
138 ſe, vt in rebus diuina bonitas repræſentetur. Neceſſe eſt autem, quòd diuina bonitas (quæ in ſe eſt vna,& ſimplex) multiformiter repræſentetur in rebus propter hoc, quod res creatæ ad ſimplicitatem diuinam attingere nō poſſunt. Et inde eſt, quod ad completionem vniuerſi requiruntur diuerſi gradus rerum, quarum quædam altum, & quædam infimum locum teneant in vniuerſo. Et vt multiformitas graduum conſeruetur in rebus, Deus permittit aliqua mala fieri, ne multa bona impediantur, vt ſupra dictum * eſt. Sic igitur conſideremus totum genus humanum, ſicut totam rerū vniuerſitatem. Voluit igitur Deus in hominibus quantum ad aliquos, quos prædeſtinat, ſuā repræſentare bonitatem, per modum miſericordiæ parcendo;& quantum ad aliquos, quos reprobat, per modum iuſtitiæ puniendo. Et hæc eſt ratio, quare Deus quoſdam eligit,& quoſdam reprobat. Et hanc cauſam aſsignat Apoſt. ad Rom. 9. dicens. Volens Deus oſtendere iram, id eſt vindictam iuſtitiæ,& notam facere potentiam ſuam ſuſtinuit, id eſt permiſit in multa patientia vaſa iræ apta in interitū, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Et 2. Tim. 2. dicit. In magna domo non ſolum ſunt vaſa aurea,& argentea, ſed etiam lignea,& fictilia, & quædam quidem in honorem, quædam in contumeliam. Sed quare hos elegit in gloriā, & illos reprobauit, non habet rationem, niſi diuinam voluntatem. Vnde Auguſt. dicit ſuper Ioannem. Quare hunc trahat,& illum non trahat, noli velle dijudicare, ſi non vis errare. Sicut etiam in rebus naturalibus poteſt aſsignari ratio, cùm prima materia tota ſit in ſe vniformis, quare vna pars ei⁹ eſt ſub forma ignis, & alia ſub forma terræ, à Deo in principio cōdita; vt ſic ſit diuerſitas ſpecierum in rebus naturalibus. Sed quare hæc pars materiæ eſt ſub iſta forma, & illa ſub alia dependet ex ſimplici diuina voluntate, ſicut ex ſimplici voluntate artificis dependet, quòd iſte lapis eſt in iſta parte parietis,& ille in alia, quamuis ratio artis habeat, quòd aliqui ſint in hac,& aliqui ſint in illa. Neque tamen propter hoc eſt iniquitas apud Deum, ſi inæqualia nō inæqualibus præparat. Hoc enim eſſet contra iuſtitiæ rationem, ſi prædeſtinationis effectus ex debito redderetur,& non daretur ex gratia. In his enim

(Marginal notes: q. 22. ar. 2. Aug. li. 1. ad ſimp. q. 2. et d pd. & gra. c. 3. & li. 6. Hypog & lib. de præd. ſan. c. 12. & li. 2. c. 8. — Tract. 26. non remote à princi pio tomo 9.)

A quæ ex gratia dantur, poteſt aliquis pro libito ſuo dare cui vult plus, vel minus, dummodo nulli ſubtrahat debitum, abſque præiudicio iuſtitiæ. Et hoc eſt quod dicit pater familias Matth. 20. c. Tolle quod tuum eſt,& vade; an non licet mihi, quod volo, facere?

IN titulo huius articuli tria ſunt explicanda.

Primum eſt, particula illa, *præſcientia meritorum*, quæ idem ſignificat, quod merita præſcita; nam, vt ait Sanctus Doctor, non quæritur cauſa ex parte actus prædeſtinantis, ſed ex parte totius effectus prædeſtinationis. Qui in tribus præcipuè
B conſiſtit, ſcilicet vocatione, iuſtificatione, & glorificatione.

Secundum eſt nomen cauſæ, quod hic ſignificat cauſam moralem ſuperius explicatam q. 22. ar. 4. controuerſia ſecunda.

Tertium eſt, nullum prædeſtinatorum, cuiuſuis ſit conditionis, ſtatus, aut gradus excipiendum eſſe à præſentis quæſiti difficultate, adeo vt locum habeat hæc quæſtio in prædeſtinatione adultorū, & paruulorum, in non confirmatis,& in confirmatis in gratia; vt patet ex tribus erroribus in littera examinatis,& confutatis, & ex vniuerſalitate doctrinæ. Ex quo patet defectus Valentiæ in explica- (Contra Valentiam.)
C tione ſtatus Controuerſiæ circa materiam præſentis articuli, vbi etiam falsò pronuntiat omnes in gratia confirmatos, quales fuerunt Beatiſsima Virgo,& Apoſtoli, non liberè, ſed neceſſariò ſaluari: arbitratur enim gratiam confirmationis repugnare libertati, cuius oppoſitum ſuperius oſtendimus q. 19. ar. 10. Caiet.& Bannes, optimè formant corpus articuli; Eorum igitur induſtria fruere lector. nobis ſufficiat proponere Concluſiones. (Caiet. Bannes.)

Summa Textus.

P*Rima Concluſio: Non eſt inquirenda cauſa prædeſtinationis ex parte actus prædeſtinantis.*
D *Secunda Cōcluſio. Sub quæſtione vertitur, vtrū prædeſtinatio ex parte effectus habeat aliquam cauſam.*

Tertia Concluſio. Effectus prædeſtinationis non præordinatur alicui propter merita præexiſtentia in alia vita.

Quarta Concluſio. Merita præexiſtentia in hac vita non ſunt cauſa effectus prædeſtinationis, adeo vt initium benefaciendi ſit ex nobis, conſummatio autem a Deo, vt falsò dicebant Pelagiani.

Quinta Concluſio. Merita ſequentia prædeſtinationis effectum non ſunt ratio, ſiuè cauſa prædeſtinationis.

Sexta Concluſio. Nihil prohibet effectus particulares prædeſtinationis habere cauſam, ſic, quod alter alterius
E *ſit cauſa, poſterior quidem prioris ſecundum rationem cauſæ finalis; prior verò poſterioris ſecundum rationem cauſæ meritoriæ, quæ reducitur ad diſpoſitionē materiæ.*

Septima Concluſio. Totus effectus prædeſtinationis nullam habet cauſam ex parte noſtra.

Octaua Concluſio. Totus effectus prædeſtinationis habet pro cauſa diuinam voluntatem.

Ex-

Expoſitio Textus.

Bannes. Zumell. Valentia. Vaſquez. Suarez. CIrca tertiam Concluſionem lege, quæ hic ſcribit Bannes in eius explicatione, & Zumellus in ſua ſecunda Concluſione, diſput. prima, & Valentia Col. 465. & Vaſquez cap. ſecundo, & omniũ optimè Suarez libro 2. de cauſa prædeſtinationis capit. 4.

Bannes. Suarez. Vaſquez. Circa quartam Concluſionem. Vide, ſi lubet, explicationem Banneſij, & ea, quæ latè diſputat Suarez in capit. quinto, & ſexto, dicti ſecundi libri. Circa quintam Concluſionem. Lege ea, quæ diffusè tractat Vaſquez cap. 6. qui tertiam opinionẽ ea Concluſione reiectam attribuit Alexandro, & Alberto; cuius tamen verba videntur poſſe in bonum ſenſum interpretari.

Valentia. Circa ſextam Concluſionem. Obſerua, quæ notat Valentia col. 458. vſque ad 460. incluſiuè.

Circa Septimam Concluſionem aduerte particulam illam, *ex parte noſtra*, dupliciter intelligi poſſe: vno modo, vt id, quod eſt ex parte noſtra, diſtinguatur tantum contra id, quod eſt ex parte Dei; & in hoc ſenſu admittit controuerſiam illam, quam hic verſant iuniores de meritis Christi, an videlicet ſint cauſa noſtræ prædeſtinationis.

Alio modo poteſt intelligi, vt id, quod eſt ex parte noſtra, diſtinguatur non ſolum contra id, quod eſt ex parte Dei, verùm etiam contra id, quod eſt ex parte cuiuſcunque alterius perſonæ a nobis diſtinctę; & hic eſt ſenſus huius Concluſionis, quam latiſsimè probat Valentia Col. 474. & multis ſequentibus. Et Vaſquez diſput. 91. a cap. 10. vſque ad 18. eandem probat. & ab obiectis defendit; qđ idem præſtat Suarez in allegato 6. cap. Valentia. Vaſquez. Suarez.

Circa vltimam Concluſionem obſerua probationem D. Thom. ſignificare duplicem cauſalitatẽ diuinæ voluntatis reſpectu totius effectus prædeſtinationis, nimirum finalem, & efficientem. Nam finalis exprimitur illis verbis, *ad quam totus effectus prædeſtinationis ordinatur, vt in finem*. Effectiua verò declaratur per immediatè ſequentia, videlicet, *& ex qua procedit, ſicut ex primo mouente*. Dixit autem Sanctus Doctor voluntatem eſſe finem effectuum prædeſtinationis, non autem bonitatem, vt alibi ſæpè; quia, quamuis totius effectus prædeſtinationis abſolutè conſideratæ finis ſit diuina bonitas; quatenus tamen prædeſtinatio eſt horum, & non illorum hominum, manifeſtat præcipuè diuinæ voluntatis largitatem in eos, quibus æterni regni præparatur hæreditas; vt Matth. 20. indicat
Matth. 20. Chriſtus propoſita operariorum parabola, in qua præmium ex ſola Domini munificientia confertur æquale ijs, quorum nõ fuerat labor æqualis. Quòd verò totius effectus prædeſtinationis effectiua ſit diuina voluntas, declarat Apoſt. illis verbis ad
Rom. 9. Rom. 9. *Cuius vult miſeretur, & quem vult, indurat.* Et ad Eph. primo. *Prædeſtinati ſecundum propoſitum*
Eph. 1. *voluntatis eius*. & in dicta parabola pater familias
Matt. 20. licitam defendit æqualis præmij diſtributionem ex licita ſuæ voluntatis libertate dicens. *An non licet mihi, quòd volo, facere?*

A

Prima Controuerſia.

De veritate primæ Concluſionis. An ſcilicet poſſit aſſignari aliqua cauſa ex parte actus prædeſtinantis.

Sententiæ Expoſitorum.

Vaſquez. VAſquez capitulo primo tria dicit. Primum Quamuis actus diuini, quatenus eſt eſſentia, nulla ſit cauſa, neque etiam meritoria, vt ſit, nihilominus reſpectus eius ad creaturas cognitas, &
B volitas poteſt eſſe aliqua cauſa: quia hæc relatio naſcitur ex obiectis, ad quæ actus diuinus dicitur terminari; quo fit, vt qui eſt cauſa effectus, & obiecti, ſit cauſa illius relationis. Quocirca (inquit) idẽ eſt meteri alicui effectus prędeſtinationis eius, atque meteri, quòd diuina eſſentia referatur ad ipſum relatione illa rationis, qua completur, vt dicatur prædeſtinatio.

Secundum: Eadem ratione ſcientia Dei, quatenus eſt circa futura, eſt in noſtra poteſtate, & illius relatio, non eſſentia Dei à noſtra libertate pendet.

C Tertium: Hoc pacto prædeſtinatio Chriſti cauſa eſt noſtræ prædeſtinationis, & Chriſtus nobis illam meretur.

Suarez. Suarez lib. 2. de cauſa prædeſtinationis eandem ſequens ſententiam dicit quatuor. Primum: Si propriè, & in rigore loquamur de cauſa realiter influẽte, non poteſt dari cauſa diuinæ prædeſtinationis ex parte ipſius actus manentis in Deo. Secundum: Loquendo latius de cauſa; pro vt dicit quamcunque rationem, vel conditionem obiectiuam, ſic locum habet quæſtio hæc circa prędeſtinationem ex parte actus diuini, non quo ad eius exiſtentiam ſecundum totum ſuum eſſe reale, ſed pro vt eſt liberè terminatus ad effectum creatum; nam quo ad
D hanc determinationem, quidquid illa ſit, locum habet hæc quæſtio; an habeat aliquam rationem obiectiuam, vel motiuam ex parte hominis. Tertium; Vnum obiectum, ſiuè effectus diuinæ voluntatis eſt illi ratio obiectiua volendi aliud inclinando ad illud aliud volendum, & hæc cauſalitas eſt in oratione, in merito, & demerito, & etiam in diſpoſitione morali. Quartum: Neceſſarium ẽſt inquirere, an diuinæ prædeſtinationis ex parte diuinæ voluntatis, vel præſcientiæ, vt terminata ad prædeſtinationis effectus, detur aliqua cauſa, quæ ſit ratio obiectiua ex parte hominis.

E

Reſolutio.

A nullo obiecto creato poſſe diuinæ voluntatis actum quouis modo determinari.

IN ſtatuẽdis Thomiſticę veritatis fundamẽtis, p eorũ q́ adducẽda ſunt, argumẽtorũ cõfutatione, non eſt neceſſe nos hic multum laboris inſumere: ſed ſatis erit ad ea loca lectorem remittere, in quibus copioſè aduerſus prærecitatas ſentẽtias diſputauimus, & ſolida iecimus huiuſcè veritatis fundamẽta: ex quibus ẽt erunt diluenda, quæ inſe-

ſerius adducentur argumenta. Itaquè ſupponenda ſunt primò ea, quæ ſupra q. 14. art. 5. Controuerſia prima dicta ſunt aduerſus Molinam, & alios tenẽtes diuinam ſcientiam, vt eſt ſcientia creaturarũ, quo ad reſpectus rationis, quos addit ad ipſas creaturas, ab eiſdem ſecundum eſſe cognitum, ſeu obiectiuum intellectus diuini dependere, tam quo ad complexiones neceſſarias, quàm contingentes.

Secundò, recolenda ſunt ea, quæ contra eandem ſententiam ſcripſimus in art. 8. eiuſdem quæſtionis in prima Controuerſia, & in art. 13. in prima Controuerſia in quinto fundamento, & in q. 19. arti. 5. Controuerſia prima, de independentia actus diuinæ voluntatis ab obiecto creato. His præmiſſis ad quæſitum reſpondeo vnica Concluſione.

Cõcluſio. Nullum obiectum creatum poteſt eſſe ratio, ſiue cauſa, vt actus diuinæ voluntatis determinetur ad aliud obiectum inclinando voluntatem in illud ad modum cauſæ moralis, vel cauſando reſpectũ rationis ad illud obiectum.

Probatur primò quo ad priorem partem auctoritate, & ratione D. Tho. ſupra q. 19. art. primo ad tertium: vbi ſic diſcurrit; *Voluntas, cuius obiectum principale eſt bonum, quod eſt extra voluntatem, oportet, quod ſit mota ab aliquo; ſed obiectum diuinæ voluntatis eſt bonitas ſua, quæ eſt eius eſſentia; vndè, cum voluntas Dei ſit eius eſſentia, non mouetur ab alio à ſe, ſed a ſe tantum; eo modo loquendi, quo intelligere, & velle dicitur motus. Et ſecundum hoc Plato dixit, quòd primum mouens mouet ſeipſum.* Hæc D. Thom. (S. Thom.) Conſtat autem, quòd inclinare voluntatem ad modum cauſæ moralis eſt mouere ex parte obiecti.

Secundò: quia ſequeretur Deum non eſſe primũ mouens ſimpliciter immobile, contra doctrinam Ariſt. 12. Metaph. qui, poſtquam probault eſſe ſubſtantiam quandam ſempiternam, immaterialem, & immobilem, oſtendit in tex. 36. ſecundum quem motum mouens illud immobile moueat, probatq; neceſſe eſſe, quòd moueat, vt deſiderabile, ſiuè amabile, & intelligibile, eo quod hæc duo ſola, ſcilicet amabile, & intelligibile inueniantur mouere non mota. (Ariſt.)

At ſi creatum aliquod obiectum poteſt eſſe cauſa, ſiuè ratio, vt actus diuinæ voluntatis determinetur ad aliud obiectum inclinando voluntatem in illud, iam primum mouens non erit prorſus immobile, cum ab alio intelligibili, & appetibili moueatur, & inclinetur eius voluntas eo modo, quo docet Ariſtot. ibidem in tex. 38. immediatum cœli motorem à primo ſimpliciter mouente moueri. Et confirmatur ex interpretatione D. Thom. in eo tex. dicentis. Primum mouens non moueri eo motu, quo mouet, ſicut primum alterans non alteratur. (S. Tho.) Cum igitur primum mouens moueat ſecundum motu deſiderij, non poterit eodem motu à quouis alio mouente moueri. Confirmatur ſecundò; quia alioquin primum mouens non haberet perfectam, & abſolutiſsimam immobilitatem, & conſequenter nec perfectiſsimam actualitatem; cuius oppoſitum ibidem docet Ariſt. in tex. 39. & cum eo vniuerſa Theologorum ſchola; adeò vt communi conſenſu erroneam in fide pronunciet (Ariſtot.)

A eorum ſententiam, qui perfectiſsimam Deo non tribuunt actualitatem, perfectionem, & immobilitatem, vt patet ex ijs, quæ docent recentiores ſupra q. 3. 4. & nona. Sequela probatur: quia immobilior eſt motor ille, qui à nullo extrinſeco obiecto moueri poteſt quocunque motionis genere, eo, cuius voluntas ab obiecto moraliter mouente poteſt ad aliquid volendum inclinari. Deniquè cum mouens ſit moto præſtantius, erit aliquid Deo ſic moraliter moto nobilius, nec diuina bonitas erit adæquatum, & per ſe primò diuinæ voluntatis obiectum.

B Secunda verò pars præmiſſæ concluſionis, nimirum obiectum creatum non poſſe eſſe cauſam, ſiuè rationem actus diuinæ voluntatis cauſando reſpectum rationis eiuſdem actus ad aliud obiectum, abundè probata fuit in allegatis controuerſijs.

Nunc addo, relationem illam rationis non eſſe de intrinſeca ratione actus diuinæ voluntatis, prout vult hoc obiectum, ſed eſſe tantùm aliquid conſequens, vt modus neceſſariò clauſus in conceptu noſtro intelligente diuinam volitionem, vt actu terminatur ad hoc, vel illud obiectum. Igitur ante omnem relationem rationis diuina voluntas actu vult hoc, vel illud bonum creatum. Quæro itaque, C an in illo priori vnum obiectum creatum ſit cauſa, & ratio diuinæ voluntati, quod velit alud obiectum, vel non. Si primum; igitur non tantum quo ad reſpectum rationis, verùm etiam quo ad ipſam ſubſtantiam actus dependebit diuina volitio ab obiecto creato; quod eſt erroneum, & blaſphemum. Si ſecundum: ergo falſum eſt ſimpliciter vnum volitum creatum eſſe Deo cauſam, ſiuè rationem volendi aliud volitum; quia antequàm reſultaret reſpectus ille rationis, verum fuit dicere, Deum velle quod vis creatum obiectum. Quòd autem relatio illa rationis conſequatur actum volendi, quo Deus vult obiectum creatum, probatur; D quia ante omnem relationem neceſſe eſt præexiſtere fundamentum; huius verò relationis non poteſt aliud aſsignari fundamentum, quàm actus diuinæ voluntatis ſub ea ratione: qua vult hoc obiectum, ſiue bonum creatum; ergo.

Argumenta, & ſolutiones.

Contra Concluſionem argumentatur Suarez. Primò auctoritate D. Thom. primo cont. gen. cap. 81. ratione quarta, & cap. 86. & 87. & Ferrarienſis ibidem.

E Reſpondetur oppoſitum ſatis apertè colligi, ex his locis bene perpenſis, vt patet ex dictis in allegatis controuerſijs, vbi diligenter expendimus dicta D. Thom. Ferrarien. autem nobiſcum eſt. (S. Thom. Ferrar.)

Secundò. Deus vult vnum obiectum, vt finem, & aliud vt medium ad illud; ergo illud, quod eſt finis, eſt ratio volendi aliud. Item, Deus vult aliquid ſuppoſita aliqua conditione ex parte creaturæ, quod non vellet illa non ſuppoſita, ergo illa conditio eſt aliquo modo ratio obiectiua talis voluntatis; ſicut corporis diſpoſitio eſt ratio obiectiua incli-

inclinans voluntatem Dei, vt hic, & nunc velit animam creare.

Tertiò. Deus vult dare, quod petitur, quia petitur in vi promiſsionis ab ipſo factæ: Vult etiam cõferre præmium ratione meritorum; illa ergo obiectiuè determinant voluntatem Dei ad præmium conferendum; id quod clarius eſt in redditione pęnarum, quas Deus non vult ex ſe, ſed à nobis prouocatus; ergo demerita hominis determinant obiectiuè voluntatem Dei, vt velit illa punire: determinare autem dicimus non inferendo neceſsitatem, ſed quantum eſt ex ſe, mouendo, & inclinando, vt D. Thom. loquitur primo cont. gent. cap. 82.

Reſpondetur primò, his argumentis probari vnum effectum diuinæ voluntatis eſſe alteri rationem, & cauſam, quòd ſit volitum à diuina voluntate, non autem quòd ſit ratio actus diuinæ voluntatis.

Secundò reſpondetur D. Thom. nihil tale dicere in dicto cap. 82. ſed negare Dei voluntatem ab exteriori determinari.

Suarez. Sed contra hanc reſponſionem ſic argumẽtatur Suarez. Hæc cauſalitas vnius effectus reſpectu alterius non eſt niſi media voluntate diuina inclinã do illam ad talem effectum; vt de oratione dicitur Ioſuè. 10. *Obediente Deo voci hominis.* & qui ab alio petit eleemoſynam, intantum eſt cauſa eleemoſynę, inquantùm inclinat voluntatem alterius; & idẽ ferè eſt in omni cauſalitate morali; qualis eſt in merito, vel demerito; ergo, ſi Deus vult cauſalitatem eorum inter ſe, vult etiam vt in vno eorum. v. g. in merito ſit ſufficiens ratio, ob quam voluntas eius determinetur ſaltem ordine executionis ad volendum alium effectum.

Reſpondetur falſam eſſe primam partem antecedentis. Ad probationem ex Ioſue dicitur obediẽtiam illam non ſignificare motionem aliquam moralem in Deo, ſed Dei exaudientis benignitatem; Liranus. verbum enim, obedire, eo in loco ſignificat condeſcendere, vt ibidem notat Liranus.

Ad exemplum illius, qui petit eleemoſynam, dicitur non eſſe ſimile, quia benè poteſt creata volũtas ab extrinſeco obiecto moueri, cum non repugnet eius perfectioni, quæ finita eſt, & admiſtã habet imperfectionem; quod de voluntate diuina cogitare non licet; quod idem dicendum eſt de qualibet alia cauſalitate morali, qua credit prædictus auctor diuinam voluntatem poſſe moueri.

Tertiò. Non ſolùm non repugnat diuinæ perfectioni, verùm etiam eſt maximè conſentaneum, & neceſſarium ad infinitam perfectionem eius, quòd vnus effectus ſit ſufficiens ratio, ob quam voluntas eius determinetur ad aliud volendum; ergo. Prior pars conſtat exemplo ſcientiæ, in qua hoc inuenitur ſine vlla imperfectione. Conſtat ſecundò, quia Deus poteſt vnico, ac ſimpliciſsimo actu hæc omnia velle ſub quacunque ratione in ipſis rebus inuenta, & conformi diuinæ ſapientiæ; ergo.

Ex hac patet altera pars; quia ad perfectionem Dei ſpectat regulare ſuos actus liberos per ſuã ſapientiam.

Denique pertinet ad perfectionem Dei iuſtitiã

A diſtributiuam, aut punitiuam, fidelitatem, miſericordiam, liberalitatem, & ſimiles virtutes in ſuis liberis actibus exercere; At hæc fieri non poſſunt niſi conſideratis in obiectis varijs conditionibus, & rationibus eorum, quæ hunc, vel illum modum voluntatis poſtulent; & hoc ipſum ſignificamus dicendo reperiri in obiectis ipſis aliquas rationes diuinarum voluntatum.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens, quo ad vtramque partem; Ad probationes reſpondetur, & primò ad exemplum ſcientiæ falſum eſſe hoc in ea inueniri, vt latè ſupra probatum eſt. Ad aliam probationem reſpondetur, nullam eſſe conſequẽtiam:
B Nam poteſt Deus omnia velle vnico actu, & ſimpliciſsimo, non tamen ita, vt vnum ſit Deo cauſa volendi aliud; & ex hoc ruit probatio ſecundæ partis. Ad vltimam negatur minor, ſi ſermo ſit de rationibus diuinam voluntatem mouentibus.

Secunda Controuerſia.

De veritate ſeptimæ Concluſionis. An ſcilicet totus effectus prædeſtinationis aliquam habeat cauſam ex parte noſtra.

Status Controuerſiæ, & ſententiæ Doctorum.

C PRæterea, quę paulò ante notata ſunt circa ſenſum ſeptimæ Concluſionis, tria ſunt adhuc obſeruanda, vt appareat ſtatus propoſitæ controuerſiæ.

Primum eſt, quęſtionem hanc eſſe de effectu, nõ autem de actu ipſius diuinæ prædeſtinationis, vt etiam S. Doct. annotauit in littera, & nos ſatis in præcedente controuerſia defendimus; neceſſe tamen erit hic propter iuniorum dicta nonnulla de ratione actus diuinæ prædeſtinationis immiſcere.

Secundum eſt, nomine totius effectus prædeſtinationis intelligi omnes effectus collectiuè, qui ex
D ratione diuinæ prædeſtinationis homini conferuntur: qui ſecundum ordinem cauſalitatis ita ſunt diſpoſiti, vt primus, qui eſt vocatio, ſit cauſa ſecundi, & ſecundus tertij, & ſic deinceps vſque ad vltimum, qui eſt beatitudo: quo fit, vt tota hæc quæſtio ad primum reuocetur effectum, qui eſt vocatio: cuius, ſi reperiatur aliqua cauſa ex parte noſtri, ex eadem etiam procedent reliqui poſteriores effectus ex primo ſecundum ordinem cauſalitatis dependentes; quòd ſi primi illius effectus nulla ſit ex nobis cauſa, nec reliquorum ex eo conſequentium erit aliqua. De particulari tamen aliquo effectu pauca quædam erunt ad complementum exa-
E minanda.

Tertium eſt nomen cauſæ hoc in loco ſignificare cauſam moralem, meritoriam ſcilicet, aut motiuam, vel diſpoſitiuam: prout ex dicendis planius apparebit.

Multæ hic recenſentur ab expoſitoribus non ſolùm hæreticorum, ſed etiam catholicorum ſententiæ.

Prima fuit Origenis, quam refert hic S. Doctor, exiſtimantis cauſam prædeſtinationis meritoriã Origenes.
huius,

Digitized by Google

huius,& illius hominis eſſe bona opera facta in alia vita,antequam animæ(quas credidit ante corporeum hunc mundum fuiſſe creatas) corporibus vnirentur.

Pelagius. Secunda fuit Pelagij,qui cenſuit initium benefaciendi ex nobis eſſe; conſummationem autē ex Deo, poſſeq; hominem ex ſolis naturæ viribus in recepta gratia perſeuerare,& conſequenter opera liberi arbitrij naturalis ordinis eſſe cauſam meritoriam, etiam de condigno totius effectus prædeſtinationis.

Semipelagiani. Tertia fuit Semipelagianorum:inter quos recenſetur Ioannes Caſsianus,qui docebant cauſam meritoriam prædeſtinationis eſſe motum aliquem liberi arbitrij, in quo ſalutis noſtræ conſtituebant exordium.

Hunc verò motum dicebant eſſe voluntatē credendi, & ſalutem omnibus oblatam acceptandi, ac præterea perfectam in fide obſeruantiam. Quæ omnia viribus proprijs præſtare poſſe liberum noſtræ uoluntatis arbitrium crediderunt.

His erroribus alium non minus peſtilentem addiderunt dicentes Deum ab æterno præſciuiſſe, quid facturus eſſet quilibet infans,aut etiam adultus,ſi diutius manſiſſet in vita. Et ex præuiſis bonis, aut malis operibus ſub ea conditione futuris ſalutis,aut damnationis de facto futuræ ſententiā à Deo prouenire credentes ex illis dānationis cauſam aſsignabant, non ſolùm infantium omnium ante adultam ætatem morientium, ſed multorum etiam adultorum, quibus nunquam prędicatum fuit Euangelium. Dicebāt enim præuiſam quorūdam à Deo ſub conditione incredulitatem,ſi ſcilicet eis prædicaretur Euangelium,in cauſa fuiſſe, quòd non fuerint ad eos miſsi prædicatores, ſicq; in infidelitatis ſuæ tenebris moriantur, & æternis ſupplicijs addicantur.

Suarez. Bannes. Zumellus Valentia. Vaſquez. Bellarm. Hos errores latè referunt, & confutant recentiores,& præſertim Suarez in dicto libro ſecundo à c. 4.vſque ad ſeptimum, Bannes, Zumellus,Valētia, & Vaſquez ſuper hoc articulo, & Cardinalis Bellarminus lib.2.de gratia, & libero arbitrio à cap. 10. vſque ad 12.

Gabriel. Quarta ſententia fuit Gabrielis Biel affirmantis cauſam meritoriam de congruo prædeſtinationis quo ad integrum eius effectum in ijs,qui ordinario modo prædeſtinantur, eſſe bona opera moralia,ſiuè bonum vſum liberi arbitrij,gratiam iuſtificationis antecedentem: quæ fuit etiam ſententia Thomæ de Argentina,& originem videtur traxiſſe ex Aegidio,& Occhamo:quam nouiſsimè ſequutus eſt Iauellus; qui eam pro poſſe conatus eſt explicare,& plauſibilem reddere, vt uidere eſt apud Banneſium,qui illam efficaciter confutat. Thomas de Argentina. Aegidius. Occham. Iauellus. Bannes.

Quinta ſententia eſt illa, quam tertio loco refert,& impugnat S.Doct.in hoc artic.videlicet merita ſequentia prædeſtinationis effectum, eſſe rationem,ſiuè cauſam prædeſtinationis.

Henric. Sexta ſententia fuit Henrici Gandauēſis, qui dixit actiones illas, quibus homo prædeſtinatus cooperatur diuinæ vocationi,& conſequitur gratiam, & in ea perſeuerat,dupliciter poſſe conſiderari.

A Vno modo, prout ſunt à libero arbitrio. Alio modo,vt ſunt ab auxilio diuinæ gratiæ. Iuxta priorem conſiderationem ait non eſſe effectus prædeſtinationis,ſed eſſe cauſas morales ſecundum rationem congruitatis, & conditionis,ſine qua non prædeſtinaretur homo. Eandem ſententiam ſequutus eſt Ecckius,vt refert Valentia. Ecckius.

Has omnes ſententias validiſsimis argumentis impugnarunt recentiores omnes D.Thomæ expoſitores.

Septima ſententia eſt Ludouici Molinæ, qui dicit ſeptem. Molina.

B Primum: Deus per ſcientiam illam mediam, de qua ſupra quæſt.14.art.13 præuidet actus,& effectus omnes ex libero arbitrio futuros ex hypoteſi,quòd in hoc,uel in illo ordine rerum, circumſtātiarum,& auxiliorum. (Secundum ſe tamen minimè efficacium) collocaretur; deinde ſimpliciſsimo ſuæ voluntatis actu decreuit illum hominum, & Angelorum, & aliarum rerum, circumſtantiarum, & auxiliorum ordinem creare, qui à prima cępit rerum conſtitutione,& vſq; ad vltimam ſeculi conſummationem decurret. In quo ordine præuidebat Deus eos omnes, qui cum auxilijs ſibi collatis,ſiue maioribus,ſiue minoribus,pro ſui libertate eſſent in gratia vitam finituri, & eos etiam, qui eſſent in peccato morituri.

C Secundum: Voluntas hæc,ſiuè electio creandi eos homines, & Angelos, quos in tali rerum ordine ſaluandos præuidit, ex hoc ipſo habet rationē prædeſtinationis, quòd cum tali præſcientia eos creandos elegit; remota uerò ea præſcientia haberet talis ordinis electio rationem prouidentiæ, nō autem prædeſtinationis.

Tertium eſt:Nulla fuit cauſa,aut ratio ex parte prædeſtinatorum,quòd Deus hunc ordinem elegerit,atque adeo,quòd electio potius huius ordinis, quàm alterius ſit prædeſtinatio,ſed totum in liberam Dei voluntatem referendum eſt.

D Quartum: Quòd electio huius ordinis,rationē hebuerit prædeſtinationis comparatione horum adultorum,& non illorum, ratio, ſeu conditio ex parte adultorum fuit, quòd pro ſua innata libertate hi,& non illi ita per ſuū arbitrium eſſent cooperaturi,vt ad terminum vię in gratia peruenirēt, Deuſque altitudine ſui intellectus id præuiderit. Cooperatio uerò illa liberi arbitrij ex hypoteſi futura ratio eſt,& conditio, ſine qua ſcientia illa non præextitiſſet in Deo.

Quintum:Prædeſtinatio adultorum fuit ſecundùm præſcientiam boni vſus liberi arbitrij; non quidem ut ullo pacto eſſet menſura, aut quaſi menſura donorum Dei:ſed tanquam eius,ut à quo electio talis ordinis rationem habuit prædeſtinationis;ſicut etiam ab eodem bono vſu pēdebat, quòd
E adultus cum his, aut illis auxilijs in particulari perueniret,aut non perueniret in uitam æternam; habuitq; Deus rationem illius boni vſus in his potius,quàm in illis prædeſtinandis; adeo ut,quòd ab ęterno fuerimus prædeſtinati per ea media, quibus reipſa prædeſtinati fuimus, uitamque æternā conſequuturi ſumus, non pendet ſolum ex diuina uo-

uoluntate,ſed ſimul etiam ex libera cooperatione,& influxu noſtri arbitrij præuiſo.

Sextum: Quamuis Deus alligatus non fuerit vſui liberi arbitrij præuiſo, alijſque circumſtantijs ex parte adulti prædeſtinandi, vt hoc, vel illo modo illi prouideret, potuit tamen ad circumſtãtias, & ad vſum reſpicere, decenſque, ac rationi valdè conſentaneum fuit, vt id faceret, in multiſque ad multa reſpexit conſtituendo aliqua propter circũſtantias, & vſum præuiſum, quæ alioquin non conſtituiſſet; ſicut ait ſcriptura Sapientiæ quarto: *Raptus eſt ne malitia mutaret intellectum eius*, &c. Sap.4.

Septimum: Tota certitudo diuinæ prædeſtinationis collocanda eſt non in decreto, quo Deus ſtatuit prouidere prædeſtinato de medijs, quibus libertate ſua peruenturus in vitam æternam præuidetur; ſed in præſcientia, qua id Deus ab æterno ꝓuidit. Et quamuis hic expoſitor, diſput. 1. membro 12. conatus fuerit prædictas propoſitiones ad bonum ſenſum trahere: vt euaderet impugnationes Zumelli, ex ipſa tamen uerborum forma ſimilitudinem præſeferunt erroris iam ab Eccleſia in Semipelagianis condemnati. Ait autem primò, ſe nunquam dixiſſe inæqualitatem vſus liberi arbitrij ꝓuiſi eſſe rationem, aut originem, quòd quidam fuerint prædeſtinati, non verò alij, cum cauſa ſit ſola Dei voluntas. Secundò ſe nunquam dixiſſe prædeſtinationem factam fuiſſe ſecũdum præſcientiam vſus liberi arbitrij, ideſt propter pręſciẽtiam qualitatis vſus futuri ex hypptheſi, &c. tanquam ꝓpter cauſam congruentem. Tertiò factam fuiſſe ꝓdeſtinationem ſecundum præſcientiam vſus liberi arbitrij, ideſt non ſine præſcientia, qualitatis vſus liberi arbitrij; ex quacumque hyppotheſi futuri. Quartò Deum, quando homines prædeſtinauit, rationem habuiſſe circumſtantiarum, vſuſque liberi arbitrij præuiſi, vt aliqua conſtitueret, non verò, vt propter talem vſum prædeſtinaret, ſed vt vel ꝓpropera morte iuſtum eriperet, vel vt ex eo tanq̃ ex conditione ſine qua non, ſtatueret eum mirificè vocare; ſicut ſtatuit ita vocare Paulum ex præuiſa eius ignorantia peccatum illius excuſante, vel denique, vt ſtatueret vnum particularem effectum prædeſtinationis propter alium, tanquam ob cauſam diſpoſitiuam, & meritoriam illius, nõ autem, vt prædeſtinaret propter illum bonum vſum, tanquam ob cauſam congruentem; ſicut (inquit) propter inſignem Abrahæ obedientiam, bonumque uſum liberi arbitrij eius præuiſum futurum cooperante ad illum gratia ipſius ſtatuit Deus illum replere benedictionibus, & aſſumere carnem ex illius progenie. Zum.

Octaua ſententia eſt Valẽtiæ. Qui hanc ſibi ſecundam ſtatuit aſſertionem: *Quamuis neque cooperatio prædeſtinati, neque aliquod omnino opus ipſius, ſit ratio, ſeu conditio, ſeu cauſa vllo modo meritoria, totius prædeſtinationis, tamen Deus neminem adultum ordinario modo prædeſtinat, niſi cum reſpectu quodam diuinæ ſuæ præſcientiæ ad cooperationem perſeuerantem ipſius prædeſtinati: vt eſt ex gratiæ auxilio, & ex libero arbitrio tanquam ad vnum quendam effectum, & medium prædeſtinationis, cum quo reliqui omnes prædeſtinationis effectus ſunt connexi.* Valentia.

A Nomine uerò præſcientiæ declarat intelligendam hic eſſe ſcientiam uiſionis, qua ſcilicet Deus nouit cooperationem prædeſtinati, ut actu etiam abſolutè adhibebitur ſuo tempore à prędeſtinato. Addit præterea reſpectum hunc præſcientiæ diuinæ ad cooperationem actualem prædeſtinati contineri in integro obiecto decreti diuinæ prædeſtinationis, nęc ſine eo fuiſſe tranſactam totam prædeſtinationem, nullumque prædeſtinationis effectum, quatenus eſt prędeſtinationis effectus, ideſt, ut habet certam habitudinem ad æternam ſalutẽ, decretum fuiſſe homini prædeſtinato ſine reſpectu

B ad actualem eius operationem. Neque tamen (inquit) intendimus prædeſtinationem nulla prorſus ratione cogitari poſſe ut priorem illo præſcientiæ reſpectu ad actualem cooperationem; nam, ſi prędeſtinatio præciſè cogitetur, vt reſpicit primum effectum, qui eſt uocatio efficax, & uocatio itẽ pręciſè cogitetur, ut una cum gratia adiuuante, & libero arbitrio, eſt cauſa cooperationis, non negamus, quin ea ratione prædeſtinatio ſit ordine quodam prior, quàm præſcientia cooperationis, ſicut & ipſa uocatiõ efficax prior eſt, quàm cooperatio; ſatis autem nobis eſt, quòd propter mutuum ordinem effectuum, ſiuè obiectorum prædeſtinationis

C in executione ſimul connexa ſit prædeſtinatio, tũ quo ad omnes, tum quo ad quemlibet effectum cũ pręſcientię reſpectu ad cooperationem; ita ut illi adulti oẽs, & ſoli ordinariè prædeſtinentur, quorũ cooperatio pręſcita eſt, neque hanc præſcientiam præceſſerit rationis ordine predeſtinatio omnibus modis. Poſtremò aduertit ſe nuncupare in Concluſione cooperationem effectum prædeſtinationis, ut hinc appareat hanc cooperationem nõ eſſe cauſam, neque rationem, neque conditionem totius effectus prædeſtination. Effectus nihil poteſt eſſe cauſa, uel ratio, uel conditio eiuſdem ipſius. Sententiã hanc nititur probare multis auctoritatibus D. Auguſti-

D ni, & D. Tho. & aliorum patrum additis præterea multis rationibus; de quibus infra.

Vltima ſententia eſt Vaſquezij: qui diſput. 89. longo diſcurſu nititur ſuadere electionem ad gloriam ex præuiſis meritis à Deo factam fuiſſe, in diſput. uerò 91. contra Semipelagianos defendit electionem ad gratiam factam fuiſſe ante prçuiſa merita, non tamen ante præuiſum liberę noſtrę uolũtatis conſenſum; & ex hac duplicis electionis differentia exiſtimat ſe diuerſa D. Auguſtini, & aliorũ ſanctorum pronunciata, quæ prima facie uidentur contraria, poſſe concordare. Vaſquez.

E Sed oppoſitam prædictis omnibus ſententiam explicat S.D. ſeptima ſua concluſione, cum ait totum prædeſtinationis effectum nullam habere cauſam ex parte noſtra; nam, cum electio prædeſtinationem præcedat, ut prima illius ratio, ſi prædeſtinatio nullã admittit cauſam ex parte noſtra, multò minus illam patietur electio; ſi namque electionis ex nobis eſſet cauſa, eadem eſſet, & prædeſtinationis, quæ ex electione dependet; quod idem ſatis apertè ſignificat S. Doct. in præcedenti, Artic. 4. & expreſſè docet hic in reſponſione ad tertium Argumentum. S. Thom.

Re-

Reſolutio.

Diſtinguuntur boni vſus liberi arbitrij, & oſtenditur boni illius vſus modum, quo homo cooperatur diuinæ vocationi, cadere ſub diuina prædeſtinatione.

PRo reſolutione quinque ſupponenda ſunt, de quibus in pluribus controuerſijs vberrimè diſſeruimus.

Primum eſt, nullam in Deo admittendam eſſe ſcientiam mediam inter merè naturalem, & liberam.

Secundum eſt omnem actum liberi arbitrij bonum, ſiuè ſit ordinis naturalis, ſiuè ſupernaturalis, eſſe à Deo prædefinitum duplici prædefinitione, ſ. æterna, quæ eſt actus immanens diuinæ voluntatis, & temporali, quæ eſt præmotio, & phyſicus influxus non in ſolam operationem, ſed etiam in cauſam; quæ per talem influxum applicatur ad operandum cum maxima ſuæ libertatis perfectione.

Tertium eſt actum diuinæ ſcientiæ, & voluntatis nulla ratione ab aliquo creato obiecto dependere.

Quartum eſt prædeſtinationem eſſe actum diuini intellectus practicum, & efficacem præſuppoſito actu voluntatis, qui eſt dilectio, & electio. Ex quibus ſequitur quintum, nimirum diuinæ prædeſtinationis certitudinem non eſſe ſolius cognitionis, aut præſcientiæ certitudinem, ſed eſſe præcipuè certitudinem ordinis cauſæ, quæ eſt diuina voluntas prædefiniens, & intellectus imperans effectus omnes diuinę prædeſtinationis. Quæ certitudo in hoc poſita eſt, vt ex cauſa infallibiliter ſequatur effectus. De qua agit infra S.D. art. 6. huius quæſtionis.

Vltimum eſt, in actibus diuinæ volūtatis, & rebus, vt à Deo volitis duplicem ordinem conſiderari, ſcilicet intentionis, & executionis; de qua diſtinctione multa diximus in ſecunda Controu. ad primum argumentum huius quæſtionis. Quibus præmiſsis.

Conſiderandum eſt primò, bonum vſum liberi arbitrij, qui nihil aliud eſt, quàm libera applicatio volūtatis ex præuio iudicio rationis ad bonam operationem, eſſe quadruplicem. Primus eſt, qui antecedit omnem gratiam, & omne ſpeciale Dei auxilium, & eſt à ſolo libero arbitrio per vires illius naturales cum concurſu Dei generali; vt, exempli gratia, cum homo ſuam applicat voluntatem ad elargitionem eleemoſynæ, vel ad parentum ſuorū reuerentiam, vel ad patriæ defenſionem. Secundus vſus eſt ille, qui præuenit gratiam iuſtificantē, ſed tamen effectus eſt gratuiti, & ſupernaturalis Dei auxilij: cū ex ſpeciali Dei inſpiratione procedat; vt primus imperfectæ pęnitentiæ motus, ac peccatorum diſplicentia ex apprehenſione fęditatis, ac magnitudinis peccatorum, & timore gehennæ procedens, quo ſalubriter concutitur, & ad reſipiſcendum excitatur peccator. Tertius vſus bonus liberi arbitrij eſt perfecta in Deum conuerſio, ad gratiā iuſtificantem terminata tanquam vltima ad illam

A diſpoſitio, & ex eiuſdem infuſione, ſiuè motione procedens, vt ſignificat S. Thomas, prima ſecundæ quæſt. 113. articulo 8. ad ſecundum, & ibidem explicat Caietanus. *S. Tho.* *Caiet.* Poſtremus vſus bonus liberi arbitrij eſt, qui gratiam omninò conſequitur, & conſiſtit in libera voluntatis applicatione ad opera meritoria, quæ procedunt ex gratia iuſtificante, & charitate. De his ergo omnibus, & ſingulis vſibus mouetur hæc quæſtio, an ſcilicet eorum omnium, vel alicuius præſciētia fuerit, aut potuerit eſſe cauſa, ratio, aut neceſſaria cōditio totius effectus prædeſtinationis à Deo procedentis. Vbi aduertendū eſt bonum vſum auxiliorum gratiæ, ſiuè actiones **B** illas, quibus homo cooperatur diuinæ vocationi, & cōſequitur gratiam, & in habita perſeuerat obſeruando mandata poſſe dupliciter conſiderari; Vno modo, vt ſunt à libero arbitrio hominis; Alio modo, vt ſunt à Deo, & ab auxilio diuinæ gratiæ; & rurſus dupliciter intelligi poteſt bonū vſum auxiliorū eſſe à Deo, & eius auxilio; Vno modo qua ratione author eſt liberi arbitrij, & quatenus ab eius influxu generali, & indifferenti dependet omnis influxus liberi arbitrij noſtri, & prout etiam ſupernaturalibus ſuis auxilijs gratiæ pręuenientis liberum noſtrum arbitrium moraliter mouet, inuitat, & allicit, ad conſenſum; Alio modo poteſt intel**C**ligi bonum illum uſum eſſe à Deo, vt cauſa phyſicè mouente, & per auxilium gratiæ præoperantis efficiente, vt ipſum liberum arbitrium influat in ipſum bonum vſum auxiliorū gratiæ, ita vt uerè dici poſsit bonum illum vſum, ſiuè cōſenſum, & cooperationem quatenus emanat à libero arbitrio eſſe diuinæ gratiæ, & prædeſtinationis effectū; Quęſtio igitur eſt: An bonus vſus auxiliorum gratiæ, ſiuè actio libera voluntatis, qua diuinis cooperatur auxilijs ſit effectus Dei, & eius gratiæ, ac prędeſtinationis, non ſolùm quatenus Deus cauſat liberum noſtrum arbitrium; & in illud influit (vt aiunt Molina, Suarez, & quidam alij) influxu gene**D**rali, & indifferenti, ac prout etiam ſupernaturalibus auxilijs ipſum allicit, & inuitat, vt conſenſum præbeat; An vero ſit etiam Dei, & illius gratiæ, ac prædeſtinationis effectus, quatenus phyſicè mouet, & per auxilium gratiæ præoperantis efficit, vt ipſum lib. arbitr. influat, &c. Priorem dicēdi modā ſequuntur authores prędicti; poſteriorem autē ſequitur, & probat efficaciter S. Thom. Quia non eſt diſtinctum id, quod eſt ex libero arbitrio, & ex prędeſtinatione; ſicut nec diſtinctum eſt, quod eſt ex cauſa ſecunda, & cauſa prima. Diuina enim prouidentia producit effectus per operationes ſecundarum cauſarum Adeo vt non ſolùm ipſe bonus vſus **E** liberi arbitrij, ſed etiam modus, quo à nobis eſt, cadat ſub prædeſtinatione; quamuis hic modus nō cadat ſub gratia gratum faciente: quia quidquid eſt in homine ordinans ipſum in ſalutem, comprehēditur totum ſub effectu prædeſtinationis, vt hic ait. S. Thom. Quod enim nos ad vitam æternam promouet, ex diuino ſupernaturali procedit auxilio, qui effectus eſt diuinæ prædeſtinationis. Conſtat autem liberum noſtræ voluntatis vſum ea ratione, qua à nobis eſt, non à gratia gratum facien-

te,

te, vnum eſſe ex ijs, quibus dirigimur in ſalutem; quoniam in eam ordinamur, vt benè operando illā conſequamur. Itaque non ſolum bonus vſus liberi arbitrij, verùm etiam modus, quo eſt à nobis, cadit ſub diuina prædeſtinatione; quamuis vt ſic, nō cadat ſub gratia gratum faciente. Sed ad maiorem horum euidentiam.

Secundò notandum eſt influxum liberi arbitrij cooperantis gratiæ Dei eſſe proprium illi, quatenus ab eo procedit liberè ſe mouente, & per intrinſecam ſuam virtutem operante. Sed quia neceſſe eſt, vt influxus omnis, & motus ſecundæ cauſæ dependeat à prima, quæ ſecundas omnes cauſas in eſſe produxit, virtutem illis contulit operandi, & eas applicat ad agendum, ideo nulla ratione præſcindi poteſt influxus liberi arbitrij noſtri ab efficientia primæ cauſæ, ita vt ſub aliqua ratione conſideretur, vt ab ea non dependens: Virtus enim, & operatio primæ cauſæ non minus intimè clauditur in actione, & influxu ſecundæ cauſæ ſecundum quamlibet eius rationem, quàm conceptus, entis intimè claudatur in qualibet vltima differentia, gradu, & modo cuiuslibet entis particularis; atq; ideo, ſicut entis ratione remota nihil omninò remanet, ſic præciſo ab actione creata Diuinæ virtutis influxu, nulla ſecundæ cauſæ remanet operatio.

Tertiò ſciendum eſt, opera bona moralia, ſiuè eorum vſum, determinationem, aut applicationē poſſe ab homine fieri per vires naturæ in multiplici diſpoſitione, vel ſtatu conſtituto. Nam primò fieri poſſunt ab homine ex ſolo naturalis rationis dictamine; vt cōtingere poſſet in homine in ſiluis, aut inter barbaros nato, & educato nullam prorſus de ſupernaturalibus myſterijs reuelationem habente. Secundò effici poſſunt ab homine per externam prædicationem, aut libri lectionem illuminato, interni tamen fidei luminis, & inſpirationis experte, tametſi fortaſſe narratis, aut lectis diuinis myſterijs humanæ fidei aſſenſum præbeat. Tertiò produci poſſunt ab homine interius ſupernaturali habitu fidei, vel etiam gratiæ, & charitatis ornato, qui tamen, non ex aliquo dictorum habituū, ſed ex ſolo rationis ductu, & liberæ voluntatis arbitrio moraliter bonas operationes exerceat; vt facilè poſſet contingere in infante, qui inter Chriſtianos Baptizatus à barbaris rapitur, & inter eos educatur, quidquid ſit de adulto in gratia exiſtēte, & inter Chriſtianos viuente. Sed à quocumque fiat bonum opus moraliter, ſiuè vſus, aut determinatio, vel applicatio voluntatis ex ſolis naturæ viribus nullo modo poteſt eſſe cauſa, ſiuè ratio, aut conditio neceſſariò prærequiſita à diuina prædeſtinatione. nam aliàs initium ſalutis eſſet ex nobis contra id, quod decernit Concilium ſecundum Arauſicanum; & contra illud Apoſtoli ad Titum 3. *Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundū ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit.* Vbi aduerte nō dixiſſe Apoſtolum, ex meritis, ſed, *ex operibus*; vt admoneret, nullum opus noſtrum, ſiuè meritoriū propriè, ſiuè moraliter tantùm bonum, eſſe poſſe, quod ſit meritorium de congruo iuſtificationis,

Conc. Arauſicanū. Tit. 3.

A aut prædeſtinationis, & præcedat in nobis auxilia diuinæ gratiæ, quod idem ſignificauit Apoſtol. ad Epheſ. ſecundo dicens. *Ipſius factura ſumus creati in operibus bonis, quæ præparauit, Deus, vt in illis ambulemus.* Hic obſerua primò dictionem illam, *creati*, cum D. Thom. in commentario ſignificare nihil ex parte noſtra anteceſsiſſe, qđ eſſet ratio noſtræ vocationis, aut iuſtificationis; quemadmodū nihil intelligi poteſt antecedere creationē. Secundo nota particulam illam, *in operibus bonis*, qua ſignificatur non propter opera bona noſtra præcedentia nos fuiſſe vocatos, aut iuſtificatos, ſed in operibus bonis nos eſſe creatos; id eſt gratiam nobis B à Deo fuiſſe collatam, vt eidem liberè cooperātes in bonis operibus nobis à Deo præparatis id eſt ab æterno prædefinitis, ambularemus.

Eph. 2.

Vt autem vnico ſimul ictu reliquas etiam omnes, quatenus à veritate deuiant, tangamus opiniones, hoc vno aduerſus eas vtemur argumento ex commemorato Angelicæ doctrinæ principio. Omne id, quod in nobis eſt, & in ſalutem nos æternam promouet, ex diuino ſupernaturali procedit auxilio, qui effectus eſt prædeſtinationis; at liber vſus noſtræ voluntatis, ſiuè ſit operatio propriè dicta, ſiuè ſit determinatio, ſeu applicatio phyſica noſtræ voluntatis ad aperiendum Deo pulſanti, & C reſpondendum diuinæ gratiæ excitanti, ſecundū eam rationem, qua à libero noſtro arbitrio eſt, vnum eſt ex ijs, quibus dirigimur in ſalutem; ergo omnis vſus liberi arbitrij, ſiuè ſit operatio, ſiuè determinatio, & applicatio, ſiuè modus actus, quo ex libero procedit arbitrio, à ſupernaturali Dei ꝓmanat auxilio, & effectus eſt prædeſtinationis, & conſequenter non poteſt eſſe cauſa, ſiuè ratio prædeſtionis, aut conditio ad eam neceſſaria ſe tenens ex parte prædeſtinati: ad quam reſpiciat Deus, vel cuius rationem habeat in prædeſtinando.

Maior propoſitio probatur primò: Quia diuina prædeſtinatio per ſe ſufficientisſima, & efficaciſ- D ſima eſt, vt potè conſiſtens principaliter in actu imperij diuini efficacisſimo; igitur non dependet ex noſtro conſenſu, neque illud expectat, quaſi ab ipſo diuino imperio non cauſatum, ſed illum efficit, ſuauiter tamen, & modo liberati noſtrę voluntatis accomadato: Nec ſufficit ſola illa moralis motio congrua, qua ponunt noſtram à Deo præueniri voluntatem; nam relinquitur phyſica illa libera ex parte voluntatis illi propria determinatio à Deo, vt prima cauſa efficiente, & mouente phyſicè ſecundum recentiorum ſententiam minimè dependens, quæ facilè poſſet ſtatui prædeſtinationis cauſa.

E Secunò probatur eadem maior ex Apoſt. 2. cor. 3. *Non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.* Quibus uerbis, vt notat ibi S. Tho. ſignificatur aduerſus Pelagianos ipſum etiam operationis principiū Deo eſſe attribuendum. Sumit autem, quodlibet opus initium ab aſſenſu, qui fit cogitando; ait verò Apoſt. *à nobis, quaſi ex nobis*, vt ſimul ſtatuat liberum arbitrium, à quo liberè procedit cogitatio, & gratiam Dei commendet dicens, *non quaſi ex nobis*, ſignifi-

1. Cor. 3.
S. Thom.

ſignificans cogitationem opus eſſe liberum noſtræ voluntatis,ſed non ex ea quaſi ex primo fonte deriuatam,ſed ex diuino adiutorio illam præmouente nõ ſolum moraliter,ſed etiam phyſice; alioquin iam à nobis, quaſi ex nobis ſecundum phyſicam cauſalitatem ſufficiẽtes eſſemus aliquid cogitare; omitto communes alias probationes,quibus vtuntur recentiores aduerſus Pelagianos,Semipelagianos,& auctores 4.& 5.& ſextæ ſententiæ, quas diligenter collegit Cardinalis Bellarminus in 2. lib. de gratia,& libero,à cap.9. vſque ad 10. & Suarez in d.2.li.de cauſa prædeſtinationis, & omnes moderni expoſitores ſuper hoc art.

Bellarm. Suarez.

Minor autem propoſitio probari poteſt per eas omnes ſacrarum ſcripturarum auctoritates, quibus admonemur benè operari,vt ſalutem æternam conſequamur; quæ etiam opera noſtra dicuntur. Matthæi 5. *vt videant opera veſtra bona, & glorificẽt patrem veſtrum,qui in cælis eſt*. quia ſcilicet opera noſtra,prout à nobis ſunt, dona quædam ſunt nobis à Deo data, vt Deum ipſum donatorem in eis glorificemus, dum illius auxilio ducti per noſtræ voluntatis aſſẽſum,& pietatis opera perducimur ad ſalutem.

Matth.5.

Cõc. Trid.

Secundò probatur ex perſpicua Sacri Conc. Trident. determinatione,ſeſſ 6.cap.5. vbi ſic dicitur: *Vt,qui per peccata à Deo auerſi erant, per eius excitantem,atque adiuuantem gratiam ad conuertendum ſe ad ſuam ipſorum iuſtificationem liberè aſſentiendo, & cooperando diſponantur: ita vt tangente Deo cor hominis per ſpiritus ſancti illuminationem, neque homo ipſe nihil omninò agat inſpirationem illam recipiens, quippe qui illam abijcere poteſt:neque tamen ſine gratia Dei mouere ſe ad iuſtitiam coram illo libera ſua voluntate poſſit*. Quibus verbis decernit Sacrum Concilium noſtræ voluntatis conſenſum,quatenus à nobis eſt aliquid agentibus, neceſſarium eſſe ad iuſtificationem, & conſequenter ad vitam nos æternam promouere,licèt non quatenus præcisè ex nobis eſt;ſicut etiam vt ſic, non eſt diſpoſitio ad iuſtificationem,ſed quatenus in nobis à Deo per excitantem, & adiuuantem gratiam,media libera noſtra volũtate producitur. Hanc veritatem probat Aluarez diſp.36.optimis argumentis.

Aluarez.

Impugnatur ſententia Molinæ Vaſquezij, & Suarezij de ratione,& modo prædeſtinationis.

EX his,adiunctis præmiſſis ſuppoſitis, facilè patet,non ſolùm error earum omnium opinionum, quas hic D.Thom.& Caiet. cum alijs expoſitoribus impugnant: ſed aperitur etiam defectus earum ſententiarum, quas ſupra ex recentioribus annotauimus,qua ratione videntur vſum liberi arbitrij aliquo modo ab effectu prædeſtinationis ſubtrahere,& illi quandam cauſalitatis formam tribuere reſpectu totius effectus prædeſtinationis; quæ ſatis apertè videtur ex horum expoſitorum dictis deduci poſſe. Et primò quidem ex dependentia illius ſcientiæ mediæ à futura determinatione liberi arbitrij noſtri; quàm ſcientiam mediam adeò neceſſariam eſſe volunt, vt ſine ea

S. Thom. Caiet.

A nulla ratione poſſit eſſe prædeſtinatio,& ea poſita diuinæ voluntatis decretum rationem habeat prædeſtinationis,quo ad eos, quos in tali rerum ordine cum talibus auxilijs præuidit ſalutem conſecuturos. Nam quid hoc aliud eſt, quàm ex vſu liberi arbitrij præuiſo cuius(inquit Molina) Deus rationem habuit,effectus omnis prædeſtinationis tanquam ex cauſa, & ratione prædeſtinandi, dependere? Secundò,quia ſtatuunt præfati auctores determinationem diuinæ voluntatis, quoad concurſum ad actus liberos aliqua ratione dependere ex determinatione præuiſa creatæ voluntatis;cum dicant Deum non prædefinire ſuæ virtutis concurſũ

B ad hunc actum determinatè, niſi præuiſa noſtræ volũtatis futura determinatione. Offert enim Deus ſecundum eos,contra quos diſputamus, ſuum concurſum ad multos actus indifferentem, qui ſit in hominis poteſtate, vt poſt Dei vocationem aperiat,& conſentiat,cum ſine illo,neque aperire, neque conſentire poſſit. Itaque voluntatis humanæ determinatio eſt etiam determinatio diuini concurſus per ſe prius indifferentis. Cum igitur Deus non prædefiniat concurſum ad talem actum, quatenus talis,niſi præuiſa per ſcientiam mediam humanæ uoluntatis determinatione, ſequitur determinationem, ſiuè decretum diuinæ voluntatis ex

C determinatione voluntatis creatæ dependere, & conſequenter etiam prædeſtinationem,quæ,vt ipſi dicunt,idem eſt, quod diuinum decretum præſuppoſita ſcientia illa cõditionata;Ex quo ulterius ſequitur, quòd futura voluntatis determinatio à Deo præuiſa erit unica ratio diuini concurſus ad hũc actum,non ſolum in ſpecie, ſed etiam in indiuiduo, ut ſcilicet Deus hac intentione ſuum præſtet concurſum, ut talis actus hic, & nunc à Petro producatur. hoc uerò nihil aliud eſt, quàm ipſum diuinæ prædeſtinationis decretum, & eadem ratione totum,qui ex eo pendet,prædeſtinationis effectum, ex eadem uoluntatis determinatione, uel

D uſu præuiſo tanquam ex cauſa,aut ratione prædeſtinationis dependere; Et confirmatur,ac magis urgetur uis argumenti: Nam actus liberi, & auxilia ad eorum productionem ordinata ad effectus prædeſtinationis non pertinent, niſi quatenus actus in indiuiduali ſua determinatione conſiderantur,& auxilia ad eos ſic determinatè producendos ordinantur: Nam prædeſtinatio,v.g. Petri eſt ratio ordinis huius indiuidui, qui ordo conſtat ex his actibus indiuiduis, & diuinis auxilijs ad eorum productionem determinatè collatis. Si itaque actuum liberorum determinatio per ſe primò pendet ex libero noſtræ uoluntatis arbitrio, ut uolunt

E expoſitores prædicti,& ex præuiſa noſtræ uoluntatis determinatione indifferentem ad plura concurſum,ſiuè auxilium determinat Deus ſua intentione ad huius iam determinati actus productionẽ, ſequitur totam hanc effectuum ſeriem ad Petri prædeſtinationem pertinentem ex libera uoluntatis Petri determinatione præuiſa, tanquam ex morali quadam cauſa dependere:cuius tamen oppoſitum uerum eſſe prædicti auctores catholicè confitẽtur. Inter quos Vaſquez electionem ad gloriam ex præuiſis

Digitized by Google

uiſis meritis factam fuiſſe contendens,idem conſe
quenter,& implicitè ſaltem conuincatur de præde
ſtinatione ſentire, quæ ex dilectione, & electione
procedit. Si itaque ex meritis præuiſis eſt electio,
eadem ratione ex eiſdem erit prædeſtinatio.

Præterea: cum ait Molina Deum in prædeſtinã
do ad vſum liberi arbitrij,& ad circunſtantias re-
ſpexiſſe,vt ſibi videtur, conſtituendo aliqua pro-
pter circumſtantias,& vſum præuiſum, quæ alio-
quin non conſtituiſſet,quæro,quę nam ſint hæc ali
qua. Nam,vel pertinent ad auxilium gratiæ præue
nientis,vel ad auxilium gratiæ ſubſequentis, ſiuè
cooperantis,vel etiam ad donum perſeuerantiæ.Si
primum, vt videtur ſignificare exemplo vocatio-
nis Pauli,ſequitur totum effectum prædeſtinatio-
nis à Deo eſſe propter præuiſum vſum liberi arbi-
trij. Sequela probatur: quoniam,vt ſupra notaui-
mus,eadem eſt ratio de effectu,qui eſt vocatio, ſi-
uè gratia præueniens,& de toto effectu;cum ex pri
mo reliqui omnes effectus ordinatè conſequantur.
Si ſecundum,cur propter eundem vſum præuiſum
non conferat etiam Deus auxilium præueniens,cũ
præſertim circunſtantiæ, propter quas ait Molina
Deum aliqua conſtituere,conſiderentur etiam an-
te omne auxilium præueniens; ſicut etiam vſus vo
luntatis? & confirmatur:quia non loquitur hic ex-
poſitor niſi de vſu liberi arbitrij:prout eſt à libero
arbitrio,vt patet ex illis verbis. *Quamuis Deus alli-
gatus non fuerit vſui liberi arbitrij præuiſo;*nam,ſi ſer
mo eſſet de vſu liberi arbitrij; prout à Deo per au-
xilium ſpeciale mouetur, licèt abſolutè non ſit illi
Deus alligatus, ſuppoſita tamen lege diuinæ ſapiẽ
tiæ,& libero eius voluntatis decreto ſibi ipſi debi-
tor eſt Deus de multis propter talem vſum conſti-
tuendis,vt patet de collatione gratiæ illi,qui diui-
no motus auxilio in Deum toto corde cõuertitur,
& de collatione maioris auxilij illi, qui ex Dei ſpe
ciali motione minoribus benè vſus eſt: loquitur er
go dictus interpres de vſu liberi arbitrij:prout eſt
à libero arbitrio formaliter,& præcisè; quod ſi ita
eſt,non erit maior ratio,cur propter bonum vſum
præuiſum conferat Deus auxilium cooperãs,ma-
gis quàm operans, vel præueniens: præterquam ꝙ
æquè abſurdum eſt,& errori Semipelagianorũ cõ-
forme dicere auxilium Dei cooperans propter prę
cedentem vſum liberi arbitrij: prout eſt præcisè
ex libero arbitrio,à Deo conferri, ſicut affirmare
propter eundem vſum dari auxilium præueniens.
Et augetur vis huius argumenti:quoniam ante au-
xilium cooperans non eſt alius vſus, niſi qui præce
dit auxilium operans. Nam actio voluntatis ex au
xilio operante procedens non eſt vſus liber, vel cũ
vſu libero voluntatis, de quo modo loquimur,vt
ſupra ſatis oſtendimus ex D.Auguſ. & D.Thom.&
communi Theologorum ſententia: igitur non eſt
maior ratio,quòd Deus propter talem vſum confe
rat auxilium gratiæ cooperantis,quàm gratiæ prę
uenientis. Præterea: Si ſemel admittamus Deum
in uno aliquo effectu prædeſtinationis ad bonum
vſum præuiſum liberi arbitrij reſpexiſſe,idem erit
de quolibet alio dicendum; cum non ſit maior ra-
tio de uno, quàm de alio, idq; ex libera voluntate

A Dei pendeat. Poterit ergo quiſpiam dicere Deum
in quolibet effectu ad vſum liberi arbitrij reſpexiſ
ſe,& eius rationem habuiſſe. Si verò tertium affir-
met,nimirum propter bonum vſum liberi arbitrij
Deum conferre donum perſeuerantiæ, vt videtur
ſignificare in exemplo de iuſto præproperè rapto,
longè maior erit abſurditas.Nam,ſi perſeuerantię
dono repugnat ſub merito cadere, vt probat S. D. D. Thom.
prima ſecundæ quæſt. 114. artic. 9. multò minus ex
conditione futuri lapſus ex hypotheſi longioris vi
tæ conferetur,aut in eius collatione præuiſi vſus li
beri arbitrij; quaſi præcedentis habebitur ratio.
Nam ratio illa, quàm dicitur Deus habere de vſu
B liberi arbitrij:quocunque exponatur, & quocunq;
uerborum fuco cohoneſtetur, ad cauſam morali-
ter mouentem neceſſe eſt pertinere, à qua in ſua
prædefinitione dependeat Deus. Nam quid eſt
illius vſus præuiſi in prædeſtinando rationem ha-
bere,niſi ex eo pręuiſo moueri diuinam voluntatẽ
ad hoc,vel illud potius, quàm aliud ſtatuendum?
quid enim eſt quod moraliter mouet voluntatem,
niſi bonum pręcognitum cum ſingularibus ſuis cõ
ditionibus ad illius bonitatem conferentibus? hoc
autem manifeſtè aduerſatur decreto Sacri Conci- Cõc.Trid.
lij Tridentini,ſeſſ. 6. cap. 13. vbi ſtatuit perſeueran
tiæ donum aliundè haberi non poſſe, niſi à Deo:ꝙ
C ſi ab vſu liberi arbitrij præuiſo,vt moraliter mouẽ
te dependet,iam hoc ipſo aliundè haberi poteſt,
quàm à Deo.Nam,quamuis per orationes tale do-
num valeat impetrari,non iuſtitiæ tamen,ſed mi-
ſericordiæ ſoli nititur impetratio; quod de tali v-
ſu,ſi prædicto modo cauſa eſt,dici non poteſt: nã
diſpoſitionis cuiuſdam præuiæ,& quaſi iuſtitiæ ra
tionem habebit. Ex quo patet præmiſſum argumẽ
tum vires habere vniuerſales, contra omnem præ-
deſtinationis effectum,qui ab vſu ponatur radica-
liter dependere,& pręſertim contra Suarezium ſta Suarez.
tuentem vſum præuiſum habere rationem finis,vt
infra dicemus.

D Sed fortè dicẽt futuram liberi arbitrij determi- Reſponſio
nationem præcognitam à Deo per ſcientiam illam
mediam non eſſe cauſam,aut rationem,quòd De-
us determinet producere magis hunc, quam illum
perſonarum,rerum,circunſtantiarum, & auxilio-
rũ ordinem ex infinitis alijs,quos præuidit ſe poſ-
ſe producere, quamuis ſuppoſito diuinæ volunta-
tis decreto,de hoc potius ordine,quàm alio produ
cendo nulla intelligatur eſſe in Deo prædefinitio
determinati concurſus ad hunc,& ad illum actum
indiuiduum,niſi præuia creatę voluntatis determi
natione per ſcientiam illam conditionatam præui
ſa, ſicque diuinam voluntatem ſolam eſſe cauſam
prædeſtinationis huius,& illius,quia ſola Dei vo-
E luntas eſt cauſa,quòd hic, vel ille creetur in hoc,
vel in illo rerum ordine. Sed vis adhuc remanet ar cõfutatio
gumentorum. Nam hic duo conſideramus: primũ
eſt decretum productionis talis ordinis;ſecundum
eſt ordo ipſe, ſiuè dependentia rerum ordinata-
rum ſecundum rationem cauſæ,& effectus inter ſe.
Illud nullam habet cauſam, niſi diuinam volun-
tatem,neque decretum illud vim habet determinã
di creatam voluntatem, ſed illam tantùm produ-

A cendi in tali rerum ordine cum talibus auxilijs ſecundum ſe indifferentibus: determinationem autem ad exercitium, & ſpeciem actus relinquit in poteſtate voluntatis, ſicut & ipſa auxilia, vt illis, ſi voluerit, vti poſsit. Ordo verò ſiue dependẽtia rerum ordinatarum ſecundum rationem cauſæ, & effectus inter ſe tot habet cauſas ſecundum ſingulas partes, quot partium contingit eſſe dependentias; ſecundum totum verò eas ſolas poteſt habere cauſas, ex quibus primus totius ordinis dependet effectus, vt ſupra diximus.

Ex his ſequitur determinationem, ſiuè decretũ productionis talis ordinis non eſſe formaliter prę-
B deſtinationem; nam, vt ſupra diximus, prædeſtinatio eſt actus intellectus, & eſt ratio ordinis rerum in finem ſupernaturalem, præſuppoſito actu voluntatis, qui eſt dilectio, & electio. Et præterea poſito illo decreto adhuc indifferens, & incerta relinquitur determinatio creatæ voluntatis; ad prædeſtinationem autem, ſicut etiam ad prouidentiam Dei perfectiſsimam pertinet infallibilitatis certitudo. Itaque decretum illud cum ſcientia illa conditionata, quæ nullam habet certitudinem, non poteſt rationem habere prędeſtinationis. Cũ igitur quærimus cauſam prædeſtinationis, non eſt quærenda cauſa determinationis diuinæ voluntatis ad crean-
C dum hunc potius, quàm illum ordinem; conſtat. n. nullam omninò eſſe, pręter ipſam Dei voluntatem: ſed inueſtiganda eſt cauſa, ſiuè ratio dependentię effectuum ipſius diuinæ prędeſtinationis; an ſcilicet ex parte prædeſtinati inueniatur aliqua cauſa, ex qua dependeat primus effectus prędeſtinationis; aut etiam, an præſuppoſito primò effectu, qui eſt vocatio, ſit ex parte hominis cauſa aliqua à prima minimè dependens reſpectu reliquorum effectuum, puta conſenſus, ſiuè acceptationis oblatæ fidei, pœnitentiæ, & perſeuerantiæ; vt dicebant Semipelagiani. Si itaque uoluntas noſtra prima eſt ſuę determinationis cauſa in libero conſenſu præ-
D ſtando diuinæ vocationi; cum illius conſenſum (vt aiunt) expectet Deus, ſequitur, quòd ex parte prædeſtinati aliqua erit cauſa; ſcilicet voluntas eius libera, ex qua ſola dependet actus liberi determinatio, puta conſenſus; in qua determinatione phyſicè cauſanda a prima cauſa minimè ſit dependens, ſed ab ea potius moraliter dependeat diuinæ uoluntatis determinatio. At in hac determinatione poſita eſt præcipua ratio cauſalitatis actus liberi, puta conſenſus: immo, vt ſupra in prima, & ſecunda controuerſia ad argumentum quartum, præcedentis quæſtionis oſtẽdimus, hæc libera determinatio idẽ eſt, quod applicatio, & vſus ipſius
E voluntatis; igitur bonus vſus voluntatis circa oblatum diuinum auxilium, quod eſt ad multos actus (vt dicunt) indifferens, erit tanquam ex propria, & pręcipua cauſa ab hominis uoluntate; hoc uerò quantam habeat cum errore prædicto ſimilitudinem, iudicent, qui ſapiunt.

Suarezij reſponſio, & confutatio.

SEd ait Suarez in ſecundo libro de cauſa prædeſtinationis, cap. 23. propè finem, præſcietiam, quidem conditionatam liberè cooperationis ſupponi, vt infallibilis ſit diuina prędeſtinatio, ſed hoc non ſufficere, ut illa cooperatio ſit meritoria, vel diſpoſitiua, aut conditio neceſſaria ad prædeſtinationem illius effectus, qui futurus eſt, ſed ſolùm, vt ſit intenta per modum finis proximi, reſpectu aliorum mediorum, quæ ante illam pręcedere debent in executione; ideſt reſpectu uocationis, & excitationis. Vocat enim Deus prędeſtinatum, vt cum effectu conuertatur, & cooperetur: nam ſub conuerſione hęc cooperatio includitur, vt partialis actio, & conſequenter, etiam ſequitur, vt ſit à Deo electa, & prędefinita eadem cooperatio vt medium, vel pars medij neceſſarij ad finẽ glorię, qui iam ſupponitur intentus. Hęc autem habitudo finis, aut medij non tollit gratuitam prędeſtinationem: quia ordinatio Dei dandi tale medium, prout futurum eſt, efficax eſt ex ſola gratuita uoluntate Dei; quia cooperatio illa ſolùm ſub conditione præuiſa non poteſt inducere debitum, ſed ſolùm eſt conditio neceſſaria, ut medium conſtituatur in ratione medij infallibilis, & conſequenter per prędeſtinationem eligibilis, quamuis electio ſemper maneat in ſola libertate Dei. Addit prętereà, quòd poſt decretum, quo Deus prędefinit, vt Petrus credat, vel de peccato doleat, ſcientia conditionata de futura cooperatione tranſit in abſolutam, & pſcit Deus Petrum habiturum aliquod meritum per talem fidem, & pœnitentiam, nec tamen hoc præſcientiæ genus ſufficere, ut tale meritum ſic pręuiſum ſit ratio dandi Petro illam vocationem, & prędeſtinandi illum, ſed ſolum, vt habeat rationem finis, vel medij; quia per ſcientiam illam non pręuidetur homo, ut iam operans in ſe, nec, ut habens omnia principia, & bona neceſſaria ad merẽdum: ſed ſolum pręcognoſcitur ille effectus, vt futurus ex efficacia diuinæ uoluntatis, à cuius liberalitate ſunt dona illa, quæ ſunt futura principia talis meriti, vel diſpoſitionis; & ideo decretum, quod habet Deus in poſteriori ſigno rationis de danda homini tali vocatione, nullo modo naſcitur ex merito ipſius hominis, quia nondum uidet Deus talia merita ut facta, & exhibita ab ipſo homine in pręſentia ęternitatis, nec hominem, vt ſibi iam gratum, uel eleuatum ad ſupernaturaliter operandum. Hęc ille. cõfutatio

Sed remanet adhuc tota vis argumenti. Primò; quia prędefinitio illa, de qua loquitur Suarez, præſupponit determinationem humanę voluntatis pręuiſam, cum Deus ſecundum huius auctoris ſententiam non prędeterminet voluntatem: ſola igitur voluntas phyſicè, & moraliter, ideſt liberè ſeipſam determinat efficaciter; & quamuis ex parte obiecti eidem propoſiti alliciatur, & inuitetur à Deo, hęc tamen motio, vt ſuo loco probauimus, efficax non eſt; vnde etiam ſtatuit idem Suarez auxilia omnia

omnia à Deo data voluntati eſſe in ipſius volunta tis poteſtate;igitur applicatio voluntatis ad agen dum,& cooperandum, quæ idem eſt, quod vſus , proprius omninò erit ipſius voluntatis. Cum itaq; talis vſus præuiſus tantæ ſit apud Deum æſtimationis,vt ad eum præuiſum tanquam ad finē quen dam iam à Deo volitum, & intentum ordinet Deus gratiæ præuenientis auxilia,ſequitur ab illo vſu præuiſo tanquam fine moueri moraliter diuinam voluntatem,vt decernat auxilia, quæ præuidit fore moraliter congrua ad alliciendam voluntatem ad talem vſum.

Secundò;quia,licèt Petrus per præſcientiam illam:Non præuideatur vt iam operans , nec vt habens omnia principia neceſſaria ad merendum : præuidetur tamen , vt ſeipſum liberè, & ſufficienter determinans, & applicans ad operandum abſque alia phyſica Dei prædeterminatione : ſi ergo hęc libera determinatio à ſola eſt humana voluntate,& finis eſt omnium auxiliorum gratiæ præuenientis , ſequitur,quòd aliquid ſit in homine dignißimum,& nobilißimum , cuius ipſe eſt ſufficiens cauſa, à quo tanquam fine , vel diſpoſitione, aut ſaltem conditione neceſſaria moueatur Deus ad conferenda homini auxilia gratiæ præuenientis , & conſequenter totum prædeſtinationis effectum: cuius tamen oppoſitum idem auctor verum eſſe catholicè confitetur.

Tertiò,quia,vt aliquid ex parte hominis ſit ratio mouendi diuinam voluntatem , vel ſit congrua diſpoſitio,aut conditio neceſſaria, non eſt neceſſe; vt illud verè, & propriè habeat rationem meriti , neque vt perſona ſit Deo grata, ſed ſatis eſt, ſi homo poſsit in obſequium Dei aliquid ex proprijs , quod à Deo minimè depēdeat , exhibere,iuxta il-
m.11. lud Apoſt.ad Rom.11.*Quis prior dedit ei,et retribuetur ei?* At ſecundum doctrinam præfati Auctoris præuidet Deus,& per ſcientiam mediam , & poſt prædictum ſuæ voluntatis decretum hominem ex proprijs in Dei obſequium exhibentem liberam ſuæ voluntatis determinationem , quæ ſecundum illum anteuertit omnem Dei prædefinitionem de gratiæ præuenientis auxilijs, prout ad talem actū ordinantur; igitur hæc libera determinatio erit ratio mouendi diuinam voluntatem, ſaltem vt congrua diſpoſitio ad prædicta auxilia diuinæ gratię: quod eſt abſurdum. Et confirmatur: quia alioquin non iuſtè reprehenderentur Semipelagiani, & illi, qui ſequuntur quartam,& ſextam ſentētiam, quas ſupra retulimus,cū in bono vſu liberi arbitrij nullam propriam rationem meriti conſtituerent , ſed congruitatem tantùm , aut conditionem ſine qua non .

Poſtremò ſic arguo:Prędeſtinatio,& electio ſecundum Suarezium ordinem habet eſſentialem ad ſcientiam conditionatam; cū eam neceſſario præſupponat,nec abſque ea fieri prudenter à Deo poſſit ; ergo ipſa prædeſtinatio dependet eſſentialiter ab illa conditionata ſcientia , & conſequenter,ac multò magis prædeſtinationis obiectum, & totus effectus eſſentialiter pendet ab obiecto ſcientiæ illius conditionatæ; adeo vt remota ſcientia condi-

A tionata nunquam futura ſit prædeſtinatio , nec eius effectus . At eſſentialis dependentia intrinſecè claudit ordinem effectus ad cauſam , vel vt minimum ad conditionem, ſine qua non eſſet effectus : implicat igitur manifeſtam contradictionem opinio Suarezij, nec conſequenter loquitur,ſicut Molina .

Quis ſit ordo actuum in prædeſtinatione,& quæ ſit eius ratio formalis.

Tertiò loco ſtatuendus eſt ordo inter eos actus, quos in Deo ratione diſtinctos contempla-
B mur ad diuinam prædeſtinationem concurrentes. Primò itaque conſideramus in Deo ſcientiam naturalem,ſiuè ſimplicis intelligentiæ , qua Deus ab æterno cognoſcit vniuerſa à ſe factibilia, & quoſcunque creabiles rerum ordines & præſertim ſpectantes ad intellectuales , ſiue rationales creaturas;qua etiam ſcientia præcognoſcit Deus , quid facturus eſſet Petrus, ſi collocaretur in tali rerum ordine cum talibus circumſtātijs,auxilijs,& prædefinitionibus phyſicè prædeterminantibus voluntatem,prout ſuo loco latius explicauimus . Hanc ſcientiam diximus eſſe naturalem; quoniam ab æterno Deus non potuit hanc nō habere,nec Petrus,
C aut quicunq; alius,poſitis talibus auxilijs, & prædefinitionibus poteſt in ſenſu compoſito operari oppoſitum eius,ad quod per efficacia auxilia , & diuinas prædefinitiones ordinatur. Secundò concipimus in Deo iudicium intellectus , quo iudicauit hunc rerum ordinem eſſe creandum, haſq; creaturas intellectuales in beatitudinem ordinandas . Tertiò contemplamur amorem, quo Deus amauit vniuerſas creaturas in tempore producendas , dū complacuit dare eſſe, & proprias cuiq; perfectiones;quo etiam ſingulariter delexit eas intellectuales creaturas,quibus non tantum voluit eſſe,& naturales perfectiones , ſed etiam æternam fęlicita-
D tem,quam pluribus alijs eiuſdem ordinis creaturis minimè voluit; Ex qua comparatione , ſiuè diſtinctione dilectionis actus rationem habet etiam electionis;vt aduertit S. Doct.in artic. præcedente. Quartò conſideramus actum diuinæ voluntatis , S. Thom. quo dare conſtituit electis omnia media , & auxilia,præſertim ſupernaturalia,quibus ad beatitudinem perducerentur : de quibus ſatis ſupradictum eſt in Controuerſia de effectibus diuinæ prædeſtinationis:nam media omnia , quibus ad fęlicitatē perducimur,effectus ſunt prædeſtinationis.Poſtremò concipimus actum diuini intellectus practici, non tantum cognoſcentis prædictum ordinem ſta-
E tutum, ſed etiam præcipientis, & imperātis illius executionem:& in hoc præcipuè actu ſuperius diximus conſiſtere formaliter rationem diuinæ prædeſtinationis . Nam prædeſtinatio formaliter Dei Prædeſtinatio formaliter quid ſit. præſcientia eſt, vt practica reſpectu eorum effectuum,quos efficit ordinatè in prædeſtinato.Cum enim triplicem in Deo præſcientiā ratione diſtinctam contemplemur ; primam,qua rerum omnes poſſibiles ordines , & præſertim intellectualium creaturarum intelligit. Secundam, qua futuros p̄-

Dddd 2 uidet

uidet effectus in eorum eſſe actuali; tertiam, quæ recto ordine ſecundum ſibi vendicat locum, quæ practica eſt, & efficax reſpectu producendorum effectuum, & hæc ſola eſt, quæ rationem habet prædeſtinationis. Ex qua patet intellectus verborũ D.
Auguſt. Auguſt. in lib. de prædeſt. ſanctorum, cap. 10. dicẽtis prædeſtinationem ſine præſcientia eſſe non poſſe; at præſcientiam eſſe poſſe ſine prædeſtinatione; nam prædeſtinatio formaliter præſcientia eſt; atque ideo ſine præſcientia eſſe non poteſt; Præſcientia verò illa Deo naturalis, & illa etiam, quæ prædeſtinationem conſequitur, quæ eſt ſcientia viſionis, prædeſtinationes formaliter non ſunt: ſed illa prædeſtinationem antecedit, hæc verò conſequitur; vt patet ex dictis in quæſt. 14. artic. 8. controuerſia prima. Quo fit, vt ex præſcientia diuina, quæ viſio eſt, qua futuros præuidet effectus in eorum eſſe actuali, nulla poſſit reddi ratio eiuſdẽ præſcientiæ, quatenus efficax eſt, & conſequenter, vt eſt p̃deſtinatio. Sicut etiam nulla poteſt afferri ratio p̃deſtinationis ex præſcientia primo modo ſumpta. Poteſt tamen ex diuina præſcientia, vt prædeſtinatio eſt, reddi cauſa eiuſdem, vt viſio eſt. Ex quo ſe-
Contra Molinam. quitur falſitas quarti, & ſeptimi dicti Molinæ, cum ratio prædeſtinationis, & eius certitudo in actu intellectus practici efficaciſsimo poſita ſit, nõ autem ex futura voluntatis creatæ ad vtrumlibet indifferentis libera determinatione tanquam ex ipſa voluntate per ſe primò procedente dependeat.

Explicantur quatuor genera cauſarum, ex quibus pendent prædeſtinationis effectus.

Cã finalis. QVartò obſeruandum eſt in prædeſtinatione quo ad eius effectus quatuor inueniri genera cauſarum.

Nam finalis cauſa propria, & principalis noſtræ prædeſtinationis eſt gloria Dei, & Chriſti, ac vita
Rom. 8. æterna, quæ finis eſt ſecundarius inter effectus prædeſtinationis ab Apoſt. Rom. 8. enumeratus; Sed ideo finis dicitur, quia ad hunc, vt ad poſtremum, & nobiliſsimum cæteri omnes priores effectus ex intentione prædeſtinantis ordinatur, nimirum vocatio, & iuſtificatio, & alij ſub horum nuncupatione comprahenſi. Sed in executionis ordine rationem habet effectus cum reliquis enumeratis;
Cã efficiẽs. Cauſa verò efficiens eſt diuina voluntas, à qua ſola pendet totus prædeſtinationis effectus.

Ad cuius euidentiam aduerte, quòd, ſi ſermo ſit de cauſa phyſica, Deus ſimpliciter, & abſolutè totum illud efficit, quod inuenitur in quolibet prædeſtinationis effectu, ſiue illud ſit intrinſecum prædeſtinato; vt auxilia per modum habitus, vel influxus, actus ipſius prædeſtinati, quibus ordinatur in ſalutem, & actuum determinatio, ſiuè vſus potentiæ, & applicatio ad operandum: ſiuè ſint extrinſeca; vt aliorum prædicationes, orationes, leges, &
Homo q̃d efficiat. exempla, & alia quæcunque ad ſalutem promouentia. Homo etiam ipſe prædeſtinatus phyſicè quidẽ concurrit in actu operantis gratiæ, quæ eſt interna vocatio; ſed applicationem ſui intellectus, aut vo-

A luntatis ad talem operationem non producit; alioquin gratia illa iam non eſſet operans, ſed cooperans. Idcircò enim actio illa dicitur effectus gratiæ operantis, quia ad illam non mouet ſeipſum homo ad operandum, ſed ſolo diuinæ operationis impulſu præcedente operationem illam, ad quam à Deo mouetur, per excitãtem gratiam, phyſicè quidem elicit, quia vitalis eſt actio, non tamen concurrit moraliter, ſiuè liberè, vt ſuperius oſtendimus ex D. Thom. & Caiet. & alijs; gratia verò habitualis à ſolo Deo eſt vt phyſica cauſa illam producente, & miſericorditer infundente; quamuis ſecundum catholicam S. Thom. doctrinam à Sacro Concilio Tri-
B dentino, ſeſſ. 6. capitulo quinto, & 6. confirmatam diſponatur homo diuina excitante, & adiuuante gratia ad iuſtitiæ, & gratiæ habitualis ſuſceptionẽ per actus fidei, ſpei, timoris, contritionis, & dilectionis; quos actus phyſicè, & moraliter, id eſt liberè cauſat humana voluntas adiuta diuinitus; Sed hos omnes actus præcedit ordine naturæ infuſio gratiæ: vt apertè docet, & probat S. Doctor prima S. Thom. ſecundæ quæſt. 113. art. 8. Ex his apparet Deum ſolum eſſe totius effectus prædeſtinationis cauſam efficientem. Hõ nõ eſt cã moralis totius effectus præd.

An autem homo poſsit eſſe cauſa efficiens moralis totius effectus prædeſtinationis, ſatis elucet
C ex dictis, & pars, quæ negat, probari perſpicuè poteſt ex conditionibus omninò neceſſarijs, vt poſſit homo dici moralis cauſa alicuius effectus prædeſtinationis. Ex quibus prima eſt, vt ſit actus liber ipſius prædeſtinati; nam de ratione moralis actus eſt libertas, quæ radix eſt totius moralitatis. Secunda, vt ſit actus bonus; quia per actum malũ nihil apud Deum acquirimus, niſi pœnam. Tertia, vt ſit proportionatus effectui per eum aliquando, quæ eſt vniuerſalis conditio cuiuslibet cauſæ in ordine ad eius effectum. Vltima, vt ſit prior effectu tempore, vel natura in eſſe reali, vel apprehenſo.
D Ex quo ſequitur neceſſe eſſe actum illum, qui poneretur cauſa moralis omnium effectuum prædeſtinationis, præcedere omnes effectus, nec inter ipſos annumerari; alioquin, vt ſupra diximus, eſſet etiam ſuiipſius cauſa, aut verè cauſa non eſſet omnium effectuum prædeſtinationis. Conſtat autem ex dictis, nullum humanæ voluntatis actũ ad gloriam ordinatum effectibus omnibus prædeſtinationis eſſe priorem.

Cauſa verò formalis eſt gratia, & donum perſeuerantiæ; & gloria, quæ eſt gratiæ conſummatio. Quæ omnia, cum ſint effectus prædeſtinationis, & præſupponant primum effectum, qui eſt vo- Cauſa formalis.
E catio, non poſſunt eſſe cauſa totius effectus prædeſtinationis.

Cauſa deniq; materialis in effectu prædeſtinationis duplex eſt. Vna remota, quæ eſt naturalis quædam gloriæ capacitas; quæ cõis eſt prædeſtinatis, & reprobis, atque ideo non poteſt eſſe cauſa p̃deſtinationis. Alia eſt proxima; & hæc non poteſt eſſe niſi diſpoſitio ſupernaturalis; quia naturalis diſpoſitio impertinens eſt omninò ad effectus prædeſtinationis: At verò ſupernaturalis, cum ſit Cauſa materialis.
vnus

vnus ex effectibus prædeſtinationis, non poteſt eſſe omnium effectuum cauſa; alioquin etiam ſuiipſius eſſet cauſa.

Electionis, & prædeſtinationis differentia in ordine ad cooperationem creatæ voluntatis, & alia media.

QVintò aduertendum eſt, quòd, licèt electio ſit facta ante omnem operum præuiſionẽ prioritate cauſæ finalis, & præcipuè ante eam, quæ eſt, per ſcientiam viſionis; non tamen eſt facta cum p̃ciſione reſpectus ad volũtates hominum, & ad reliqua media, quibus ad beatitudinem ordinamur, vt patet ex D. Thom. in artic. 4. præcedentis quæſt. & in 6. huius: Nam voluit Deus Petrum ſaluari p̃ cooperationem ſuæ voluntatis. Nec tamen electio, vt ſic, includit actualem reſpectum ad voluntatem hominum, aut ad media prædicta, quoniam facta eſt ante omnem operum præuiſionem; dico, ante; in genere cauſæ finalis, & ſecundum ordinem intẽtionis, & conſequenter prius ſimpliciter. Itaque ſicut electio nõ excludit, ita nec includit reſpectum ad prædicta, ſed abſtrahit. Et fortè dici poſſet, in electione vt ſic, non claudi formaliter, aut explicitè prędictum reſpectum, ſed virtualiter tantum, & implicitè: nam, cum elegit Deus Petrum ad gloriã nihil in illo ſigno cogitauit explicitè de medijs; alioquin finis volitio non eſſet cauſa, ſiuè ratio volendi media, cũ cauſa ſemper præcedat effectum. Sed quia ſtatuit Deus rem quamlibet, modo eius naturæ cõſono in finem perducere, idcircò ex hoc ipſo, quòd Petrum elegit ad gloriam, virtualiter, & implicitè voluit illum per media eius naturæ cõſona, & per actus illius proprios beatitudinem aſſequi; quamuis nec in communi explicitè, nec in particulari diſtinctè media decreuerit. & hinc patet, quid cenſendum ſit de ſententia Valentiæ ſuperius relata, qui electionem etiam cum prædeſtinatione confundit. Si namque de actu electionis prę ciſè loquitur, & in eo contendit claudi formaliter ordinem ad media in finem perducentia, admittẽda non eſt illius ſentẽtia; Si verò de electione, quatenus annexam habet integram rationem prædeſtinationis, certum eſt, quod affirmat, ſed formalẽ non ſeruat loquendi modum. At verò prædeſtinatio, quæ eſt ratio practica, ordinis electorum in finem ſupernaturalem, includit in ſuo totali effectu cooperationem liberi arbitrij; Et quoniam, ſicut ſupradiximus, prædeſtinatio, vt eſt ſcientia practica, & efficax eſt prior ſeipſa, vt eſt pręcognitio rei futuræ, cum res non ſit futura, niſi per eãdem pręſcientiam, vt practica eſt, hinc intelligimus primum effectum, qui eſt vocatio interior, quæ præuenit liberam voluntatis operationem; prius pendere à diuina prædeſtinatione, vt eſt ſcientia practica, quàm ab eadem præſciri, & ſimiliter cooperationem liberi arbitrij, quæ eſt per gratiẽ adiuuantem, prius à diuina ſcientia cauſati, quàm ab ea abſolutè præſciri; & ſimiliter procedendo vſque ad vltimum effectum pręđeſtinationis. Quo fit, vt

D. Thom.

Cõtra Valentiam.

Prædeſtinationis ratio, & ordo.

A verum ſit Deum eos adultos omnes, & ſolos prædeſtinare, quos ab æterno præſcit diuinę gratię cooperaturos cum perſeuerantia finali; quoniam ex hoc ipſo, quòd ſua prædeſtinatione efficaci cauſat, & prædeterminat eorum cooperationem, præſcit etiam ab æterno eos omnes cooperaturos; non autem quòd hęc cooperatio pręuiſa ſit ratio, aut conditio primi, aut totius effectus diuinę prędeſtinationis; non enim hęc cooperatio pręuidetur vt futura, ante primum effectum prędeſtinationis; & rurſus, cum hęc cooperatio ſit effectus prędeſtinationis, eſſet etiam cauſa ſuiipſius.

B Ex hoc fundamento ſequitur primò: dici nõ poſſe prædeſtinationem eſſe in noſtra poteſtate: quoniam primus effectus prædeſtinationis, qui eſt vocatio, non eſt in noſtra poteſtate, ſed eſt proprium opus Dei; nec pendet à noſtra operatione, vel cooperatione. Sequitur ſecundò eſſe in cuiuslibet adulti poteſtate cum auxilio Dei conſequi iuſtificationem, & ſalutem: quoniam, vt ſupra diximus, quilibet adultus habet auxilia ſufficientia, & cætera, quibus poteſt cooperari, & ſaluari.

Ex dictis ſequuntur octo Concluſiones.

Concluſiones deducta, & probata.

C

PRima concluſio. Nullum opus, ſiuè actio moraliter bona ex ſola liberi arbitrij facultate procedens poteſt eſſe cauſa prædeſtinationis meritoria, ſiuè de condigno, ſiuè de congruo. Hæc cõcluſio patet ex dictis, & latè probatur à Zumello concluſione tertia, & Valentia concluſione 1. & alijs ſuperius allegatis.

Secunda cõcluſio. Opera bona moralia, ſiuè bonus vſus liberi arbitrij pręcedens gratię pręueniẽtis auxilium nõ poſſunt eſſe cauſę diſpoſitiuę prędeſt. quo ad effectus eius. Hanc probat Bannes cõtra Iauellum, & Molina diſput. 1. membro quarto,

D multis argum. & Suarez in dicto ſecundo libro, capit. 7. vbi nititur oſtendere D. Thom. in ſententijs, & Caiet. in Opuſculis, & 1. 2. oppoſitæ fuiſſe ſententiæ. Sed de hoc in prima ſecundæ diuino largiente differemus: propoſita verò Concluſio ſuperius eſt probata.

Tertia concluſio. Bonus vſus liberi arbitrij cooperantis gratię Dei, vel eandem conſequens, prout eſt à libero arbitrio non poteſt eſſe cauſa, aut diſpoſitio, vel conditio, ſine qua non diuinæ prędeſtinationis. Hanc concluſionem probat multis argumentis Suarez in dicto ſecundo libro cap. 20. & Zumellus diſput. prima, concluſione quinta in reſponſione ad oct. argum. &

E Molina diſp. 1. memb. quinto, & Aluarez diſp. 37. concl. 1.

Quarta Concluſio. Voluntas Dei, ſiuè electio creandi eos homines, & Angelos, quos cooperaturos gratię Dei, & ſaluandos pręuidit ſecundùm prędictos recentiores per ſcientiã conditionatam, non habet rationẽ prędeſtinationis ex hoc, quòd cum tali ſcientia eos creandos elegit, neque liberi arbit. cooperatio ex hypotheſi futura ratio

Zumell. Valentia.

Bannes. Molina. Suarez.

Suarez. Zumell.

Molina. Aluarez.

Digitized by Google

fuit, aut conditio, ſine qua electio prædicta non eſſet prædeſtinatio, neque fuit, aut potuit eſſe ratio, vel conditio, ſine qua ſcientia prædicta non præextitiſſet in Deo: ſed prędeſtinatio in Deo modo noſtro intelligendi cōſequitur electionem ad gloriā, & ſcientiam naturalem, ac Deo neceſſariam, & pertinet ad intellectum, ſcientia verò conditionata, prout ponitur à Molina, & alijs recentioribus, nulla eſt; nec eſſe poteſt in Deo. Hæc patet ex ſupradictis, & alijs præmiſsis in hac quæſtione, & alibi. Et probat eam Aluarez diſp. 36. & habet eam expreſsè S. Thom. de Ver. quæſt. 6. art. 3. in corpore, §. *Nō enim poteſt dici*.

Quinta Concluſio. Prædeſtinatio adultorū non fuit facta ſecundùm præſcientiam boni vſus liberi arbitrij ſiuè cōſideretur vſus vt mēſura, ſiuè quouis alio modo: neque illius vt futuri ex hypoteſi, vt explicat Molina, habuit rationem Deus in prædeſtinandis hominibus, aut Angelis, neque ex illo vſu, aut futura cooperatione; & influxu noſtri liberi arbitrij, aliqua ratione dependet, quòd ab æterno fuerimus prædeſtinati per ea media, quibus reipſa prædeſtinati fuimus. Sed ex ſola miſericordia Dei. Hæc patet ex dictis, & probatur etiam; quia prædeſtinationis efficacitas non pendet ex noſtro libero arbitrio, vt alibi probauimus. Vide Zumellum circa finem quartæ diſputationis, §. *Defenſio Sancti Thomæ*, &c. vbi probat hanc noſtram Concluſionem. Zumell.

Sexta concluſio. Electio hominum ad gloriā pręcisè ſumpta non includit formaliter, & explicitè, nec excludit reſpectum ad electorum hominum voluntates, & reliqua media, quibus in beatitudinē ordinantur, ſed reſpectum illum virtualiter, & implicitè tantum includit. Si verò ſumatur electio cū tota prædeſtinationis ratione, reſpectum claudit ad prædicta formaliter, & explicitè. Hæc patet ex vltimo fundamento; & probatur quo ad ſecūdam partem: quia prædeſtinatio eſt ratio omnium mediorum, quibus homo perducitur in æternam beatitudinem: ergo electio ſumpta cum annexa prædeſtinatione reſpectum dicit ad prędicta.

Septima cōcluſio. Electio hominum ad gloriam non fuit facta ex meritis à Deo præuiſis, neque electio ad gratiam ex præuiſo noſtræ voluntatis conſenſu. Hæc concluſio ſequitur ex dictis, & probant eam latiſsimè Cardin. Bellarm. vbi ſupra, & Suarez in dicto ſecundo libro, capit. 23. & 25. & Aluarez diſp. 37. & Nauarretus Controuerſia 31. Bellarmin. Suarez. Aluarez. Nauarret.

Vltima concluſio. Deus ſecundum ordinem executionis prius voluit eſſe gratiam, & merita, quam gloriam: & ideò electio ad gloriam, quo ad executionem ſupponit merita præcedentia, vel propria, vt in adultis, vel Chriſti Domini, vt in infantibus, quibus in noua lege, Chriſti merita per baptiſmū applicantur: Diſtinctio eſt Auguſtini tract. 68. in Ioannem, vbi duplicem ſtatuit electionem, alterā per modum intentionis, alteram per modum executionis temporalis, eo quod eius executio ſit in tempore, licet huius executionis ordo ſit præconceptus, & volitus ab æterno. Et de hoc ordine loquuntur nonnunquam Patres, tam Græci, quā La-

A tini dicentes, prædeſtinationem, & electionem ad gloriam factam fuiſſe ſm̄ præſcientiam meritorū, vel boni vſus liberi arbitrij; quorum dicta refert, & exponit Aluarez in allegata diſput. 37 concl. 4. & in ſecundo argumento, & eius ſolutione. Aluarez.

Argumenta, & ſolutiones.

Contra primam concluſionem ſunt argumenta, quæ producunt, & ſoluunt hic expoſitores, vt Zumellus, & Vaſquez diſp. 91. cap. 16. & ſeq. & Suarez in dicto ſecundo libro, cap. 8. & 9. & 18. & Car. Bellar. in allegato ſecundo lib. c. 13. 14. & 15. Zumell. Vaſquez. Suarez. Bellarm.

B Contra ſecundam concluſionem militant eadē ferè argumenta, quæ contra primam, ſed vide præterea hic apud Banneſium argumenta Iauelli, & eorum ſolutiones. Bannes.

Contra tertiam concluſionem vide argumenta, & ſolutiones apud Caietanum, & Zumellum. Caiet. Zumel.

Contra quintam concluſionem argum. Molinæ. Primo Rom. 8. dicitur: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum ijs, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt Sancti. Nam quos præſciuit, & prædeſtinauit cōformes fieri imaginis filij ſui; quos autem prædeſtinauit, hos & vocauit.* Quibus verbis ſignificat Apoſtolus prædeſtinationem fuiſſe ſecundum præſcientiam vſus liberi arbitrij futuri; quæ præſcientia C (inquit) neceſſaria eſt ad prædeſtinationem. Molina. Rom. 8.

Reſpondetur primò illis verbis non ſignificari anteceſsionem ſcientiæ futuri vſus liberi arbitrij; ſed vnitatem, ſiuè identitatem obiecti, ſiuè termini præſcientiæ, & prædeſtinationis, cum tamen ſit prior prædeſtinatio, quàm præſcientia, vt in ſuo commentario ſignificat Sanctus Thomas, & ibidē expreſsè docet Caiet. Caietan.

Secundò dico præſcientiam illam eſſe ſciētiam ſimplicis intelligentię practicam eſſentialiter, quę prior eſt ſecundum rationem decreto diuinæ volū D tatis de rebus producendis, de qua ſupra diximus, quæſt. 14. artic. 8. controu. 1. atque ideò neceſſe eſt, vt ſit etiam ratione prior actu prædeſtinationis, quæ decretum præexigit de rebus in eſſe naturæ producendis, de qua etiam interpretandæ ſunt expoſitiones Chryſoſtomi, Theodoreti, & Theophilacti, quas hic refert Molina; vt quamuis eas non admittat, ex eis tamen ſuæ ſententiæ nō nihil probabilitatis adiungat.

Tertiò dico præſcire in ſacris litteris non raro ſumi pro diligere, & approbare; ſicut è contra neſcire idem eſt; quod reprobare.

Quartò dico ex illis verbis Apoſtoli, prout exponuntur à Molina, non minus probari opinionem E Henrici, immò etiam errorem Semipelagianorū, quā ipſius Molinæ ſententiam, vt patet ex dictis.

1. Si Deus in prædeſtinando non habuit rōnem vſus liberi arbit. adeo vt à bono vſu præuiſo nō pēdeat; quod adultus, cū his aut illis auxilijs in particulari perueniat in vitam æternam, & quod electio talis ordinis rationem habeat prædeſtinationis, ſed hos potius, quàm illos prædeſtinauit, quia liberè voluit eis conferre auxilium efficax, cuius virtute liberum arbitriū conſentiat, non poteſt libertas

Digitized by Google

bertas arbitrij noſtri ſalua conſiſtere; ergo ſententia D. Tho. ſic explicata, vt habetur in antecedente, eſt error in fide. Conſequentia probatur; quia data veritate antecedentis non pendebit ab innata, & propria libertate arbitrij, quod conſentiat, aut non conſentiat Deo vocanti, cooperetur, aut non cooperetur ad ſalutem, perſeueretque, aut nō perſeueret in gratia, ſed ab efficacia, aut inefficacia diuini auxilij.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam. Ad probationem negatur ſequela. nam, vt ſupra demonſtrauimus q. 22. art. 4. controuerſia ſecunda, motio efficaciſsima diuini auxilij recipitur in voluntate noſtra ſecundum modum libertatis, atque ideo non violat, ſed perficit noſtram libertatem; adeo vt efficaciter ſimul, ac liberè moueatur noſtra voluntas ad conſenſum, & cooperationem, & ſeipſam etiam moueat a Deo premota. Dicere autem ſententiam hanc ſic explicatam ex D. Thom. Aug. & alijs patrib. eſſe errorem in fide, cæca eſt, & inconſulta temeritas.

Tertiò. Hæc ſententia eſt parum conſentanea ſcripturis ſacris; in quibus dicitur Deum velle omnes homines ſaluos fieri, & non eſſe voluntatis Dei mortem impij, ſed magis, vt conuertatur, & viuat Ezech. 18. omneſque vniuerſim homines abſque vlla exceptione ad pœnitentiam, & vitam æternam inuitantur; quæ omnia, ſi vera eſt concluſio, vera eſſe non poſſunt, & fictiones videbuntur potius inuitationes, & obiurgationes, quæ ex perſona Dei factæ in ſcripturis ſacris continentur, quàm veri animi ſignificationes; quod non ſolum eſſet indignum diuina maieſtate, & bonitate, ſed etiam blaſphemia plenum.

Ezech. 18.

Reſpon. falſum eſſe antecedens. Ad probationē ex locis ſacræ ſcripturæ negamus eorum veritatē, & ſinceritatem cum noſtra Concluſione pugnare. Nam veriſsimum eſt Deum volūtate antecedente velle omnes homines ſaluos fieri; & quoſdam tantum voluntate conſequente; quia, licèt non poſsit homo ſuis viribus ſe ad gratiam præparare; poteſt tamen oblatam reſpuere, & apponere peccati impedimentum; quæ ſufficiens cauſa eſt iuſtæ damnationis in multis inuenta; & quia Deus peccatum non cauſat, nec pęnam appetit vt per ſe intentam, idcircò veriſsima ſunt verba Ezech. 18. & propter eandem cauſam non fictè inuitantur, & obiurgantur homines in ſacris litteris: quia in quolibet viatore ſiue efficaciter, ſiuè non efficaciter adiuto remanet ſemper integra voluntatis libertas, qua à Deo motus conſentiat, aut ex ſe ipſo diſſentiat; modificatur etenim diuinus influxus voluntatis libertate, antequàm impellat ad mouendum, vt abūdè in d. 2. Controuerſia demonſtrauimus. Et facilè poſſet hoc idem arg. in eius auctores reflecti. nam interrogo, an ſtante diuina præſcientia, & electione de hoc rerum, & auxiliorum ordine infallibilē congruitatis efficaciam habente dependenter a libero arbitrio creato poſsit homo prædeſtinatus in ſenſu compoſito damnari, & non prædeſtinatus ſaluari, vel nō. Si verum eſt hoc ſecundū, vt admittunt multi ex ijs, qui oppoſitam noſtræ concluſio-

Retorquetur argu.

A ni ſequuntur ſententiam; ſequitur eandem eſſe in eorum ſententia difficultatem de veritate, & ſinceritate dictorum locorum ſacræ ſcripturę, quam nobis obijciunt. Si verò primum affirment; ſequitur non eſſe certam, & infallibilem Dei præſcientiam, neque ordinem diuinæ prædeſtinationis; ſi quidē illis ſtantibus adhuc vtrumq; oppoſitorum poteſt euenire, ac ſi illa non eſſent. Sed de hoc latiſsimè ſupra ſuis locis diſſeruimus.

Quartò. Hæc ſententia occaſionem prębet hominibus deſpondendi animo, ne dicam deſperandi, ſegnius operandi, obtendendi excuſationes, atque ſentiendi de Deo, non vt oportet in bonitate, atque B ea de cauſa minus hominum animos erga creatorem diligendum, ac colendum excitare videtur; ergo.

Reſpon. falſum eſſe antecedens quo ad omnes, & ſingulas eius partes; primò, quia non tenetur Deus omnes efficaciter trahere: Secundo, quia, quod multi efficaciter non trahantur, eorum culpa in cauſa eſt, vt in præcedentibus ſæpè diximus cum D. Thom. Tertiò, quia eandem difficultatem habet oppoſita ſententia, quæ docet præſcientiam boni vſus non eſſe cauſam prædeſtinationis, ſed ſolam Dei voluntatem, quæ ſtatuit hos in hoc rerum ordine cum talibus auxilijs congruis, & conſequē C ter efficacibus creare; alios verò creare decreuit, & eis auxilia minora, vel æqualia, aut etiam maiora, ſed minimè congrua conferre, cū quibus præſcit eos minimè fore conſecuturos ſalutem, ſed pro eorum libertate diuina præcepta præuaricaturos, & damnandos, eaſdem enim & ipſi habebunt occaſiones, & excuſationes, & quærelas ob non conceſſam ſibi auxiliorum congruitatem, quam Deus pro ſua libertate quibuſdam tantùm gratioſè donare conſtituit. Vide etiam reſponſionem Bannesij ad vltimum argumentum Iauelli, vbi egregiè ſoluit hoc argumentum.

Retorquetur arg.

Bannes.

D Contra ſextam cōcluſionem poſſent afferri multa argumenta Valentiæ, quibus vtitur ad probandam ſuam ſecundam concluſionem eſſe veram de mente D. Auguſtini, D. Thom. & abſolutè: ſed verè nihil concludunt contra noſtram concluſionem ſic propoſitam, & explicatam; ſed potius eam confirmant: quare ſuperfluū duxi in eis adducendis, & ſoluendis laborare.

Valentia.

Contra ſeptimam concluſionem argumentatur Vaſquez diſput. 89. cap. 2.

Vaſquez.

Primò Matthæi 25. ad electos loquitur Chriſtus dicens. *Venite benedicti Patris mei, poſsidete paratum vobis regnum ab origine mundi: eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare*; quibus verbis non ſolum reddit rationem, ob quam accepturi ſunt regnum, ſed E quare etiam accepturi ſint præparatum, quod eſt cauſam præparationis indicare; nam, ſi alia ratione eſſet præparatum, nec propter ipſa merita, inanis ſanè eſſet cauſa, quam aſsignat.

Matth. 25.

Reſpon. quòd, quemadmodum in qualibet agentis operatione duplex eſt ordo, nimirum intentionis, & exequutionis, ita in mente operantis, ac præſertim Dei, neceſſe eſt eſſe vtriuſque ordinis rationem. Itaque Deus ſecundum ordinem intentionis ex

Digitized by Google

ex nullis præuiſis meritis, quoſdam ex omnibus, quos creare conſtituit, hominibus, elegit ad gloriam, ad quam aſſequendam opportuna, & efficacia auxiliorum media, & ipſorum hominum eiſdẽ auxilijs merita comparata deſtinauit. Et ſicut in tempore per auxilia præuenientis, & adiuuantis gratiæ cooperante libero etiam noſtræ voluntatis arbitrio merita largitus eſt nobis, vt per ea vitam conſequeremur æternam, ſic ab æterno huius ordinis, qui ſecundum exequutionem attenditur, rationem, i. conceptionem habuit Deus in mente ſua. Ad argumentum itaque dicitur primò cauſã illam, *Eſuriui enim, &c.* non ad æternam patris diſpoſitionem, ſiuè præparationem, ſed ad temporalem exequutionem verbis illis ſignificatam *Venite benedicti*. Et quia huius exequutionis ratio fuit ab æterno in mente Diuina, idcircò Chriſoſtomus homilia 6. in illud Matthæi 20. *ſed quibus paratum eſt à Patre meo*, ſic ait: *non eſt meum dare vobis, ſed quibus labore, atque ſudore præparatum eſt*, *ſecundum ordinem ſcilicet exequutionis*. Et eodem modo interpretanda ſunt verba Apoſtoli primæ Corint. 2. *quæ præparauit Deus, iis, qui diligunt illum*, dilectio námque cauſa eſt ſecundum ordinem exequutionis cõferendæ gloriæ, non autem ſecundum ordinem intentionis.

Matth. 20. Chryſoſt.

1. Cor. 2.

Replicat Vaſquez.

Sed contra hanc reſponſionem inſtat Vaſquez, ſi quiſpiam gratis alicui deſtinaſſet dare, etiam ſi poſtea eum de ſe benè meritum intelligeret: non diceretur benè merenti, aut benè certanti præparaſſe.

Reſp. Deum in electione hominum ad gloriam non excluſiſſe reſpectum ad merita, ſicut neque ad illa reſpectum habuit formaliter, & explicitè, & ideo gratis quidem eos elegit ad gloriam, quatenus ex nulla præuiſa meritorum cauſa illos miſericorditer elegit; nec tamen ſicut gratis, eos elegit, voluit gloriam, ad quam eos elegit, nullis præcedentibus eorum meritis illis donare. quemadmodum, ſiquis intendens pauperibus ſubuenire, multos eligeret, qbus pecunias diſtribueret, quos tamen prius vult in vinea laborare, vt quos ex multis merè gratis, quibus ſubueniret, elegit, eis ſubſidium ſub ratione mercedis impenderet, tametſi in primo ſuæ intentionis exordio nihil de meriti, aut mercedis ratione formaliter cogitaſſet. In hoc igitur homine prior eſſet ſecundum intentionis ordinem voluntas pauperibus ſubueniendi, poſterius autem eſſet meritum laborantium: at ſecundũ executionis ordinem prius eſſet volitum meritum, quàm merces, qua pauperum egeſtati ſubuenitur. Similiter itaque ſecundum intentionis ordinem prior eſt in Diu. præſcientia, & volitione electio quorundam ad gloriam, quàm electorum merita, & alia quæcumque media ad gloriæ conſecutionem ordinata: at executionis ordine priora ſunt merita, & alia reliqua media ad aſſecutionem gloriæ neceſſaria. Videnda ſunt, quæ ſupra diximus in art. 1. huius quæſt. contr. 2.

Iacobi 2.

Tertio Iacobi 2. dicitur. *Non ne Deus elegit pauperes in hoc mundo diuites in fide, & hæredes Regni, quod promiſit Deus diligentibus ſe?*

A

Aug.

Reſpondetur ex D. Auguſtino lib. primo de prædeſtinatione ſanctorum c. 17. idem eſſe eligere diuites in fide, & hęredes regni, quod facere diuites, & hæredes.

Replica Vaſquez.

Sed inſtat Vaſquez; quia Iacobus non ſignificat Deum feciſſe pauperes in hoc mundo quamquam verum eſt eos feciſſe; ſed eos, qui in hoc mundo pauperes erant, diuites tamen in fide, ſibi elegiſſe: ergo.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens, nec tam facile reijcienda erat tanti patris interpretatio.

Verba autem illa. *Quod promiſit Deus diligentibus ſe*, ordinem ſignificant executionis: ad cuius

B

euidentiam ſcito: Deum primò quos voluit, ad regnum elegiſſe deinde regnum iis, qui eum dilexerint promiſiſſe; Ex quo ſequitur Deum, non ex vi electionis, ſed ex vi promiſſionis meritum expectare; electio nanque omninò abſoluta eſt, & ſtabilis, atque efficax, & principium omnis ſtabilitatis, & efficaciæ meritorum; itaque ideò nullam habet ex meritis dependentiam, ſed econtra merita ex illa dependent. Promiſſio vero conditionata, vt adimpleatur, ex propria ſua ratione dependet ex adimpletione conditionis; & ideo promiſſio Dei, quæ ad creaturas in tempore dirigitur, ad ſui adimpletionem meritum dilectionis, & bonorum

C

operum expectat, vt conditionem; ex cuius adimpletione dependet promiſſi regni collatio.

Quartò in cap. 3. & ſequentibus vſque ad nonũ profert plures Patrum auctoritates, ſcilicet Origenis, Chriſoſtomi, Theodoreti: Theophilacti, Oecumenij, Ambroſij, Hieronimi, Sedulij, Auguſtini, quos omnes, & præſertim, Auguſtinum contendit in ea ſententia fuiſſe, vt crediderint electionem ad gloriam factam fuiſſe ex præuiſis à Deo meritis electorum; quas nimis operoſum eſſet ſingillatim adducere, & interpretari, cum præſertim ferè omnes vnam aliquam ex nunc dicendis admittant intelligentiam. Prima verò eſt, electionem eſſe factã cum præſcientia meritorum non antecedente, ſed

D

conſequente diuinam electionem. Secunda eſt, electionem ad gloriam factam fuiſſe cum præſcientia meritorum, aut etiam ex meritis, non vt cauſa electionis ad gloriam, ſed vt medijs ſecundum ordinem exequutionis ad eam conſequendam modo ſuperius expreſſo. Tertia eſt, electionis nomine nõnunquam Patres intellexiſſe prædeſtinationẽ quo ad eius præcipuum effectum, ad quem eligimur; adeo vt idem ſi dicere electionem ad gloriam factam fuiſſe ex meritis præuiſis, & dicere gloriam ipſam, ad quam eligimur, nobis à Deo decretam eſſe non niſi ex meritis à Deo ſecũdũ ordinem exe-

E

quutionis præuiſis conſequendam: quæ expoſitio in idem ferè coincidit cum ſecunda. Quarta expoſitio eſt, non nullos ex patribus loqui de electione, ſeu prædeſtinatione ad primam gratiam; quam ſignificare voluerunt nulli ex adultis conferri, niſi medio propriæ volũtatis conſenſu, aut certè loquũtur de electione ad gratiam conſumatam, id eſt, ad gloriam ſecundum ordinem executionis. Poſtrema expoſitio eſt, nomine electionis non ſemper intelligi actum illum diuinæ voluntatis, qui in Deo

Digitized by Google

Deo æternus eſt, ſed non nunquam etiam temporalem diſcretionem bonorum a malis; quæ non ſit niſi ex præcedentibus meritis, iuxta illud Matth. 13, *elegerunt bonos in vaſa, malos autem foras miſerunt, ſic erit in conſumatione ſeculi*, ſcilicet electio, i. diſcretio bonorum à malis ex præuia diſtinctione meritorum. De mente verò Auguſtini dubitandũ non eſt, quidquid dicat Vaſquez interpretans nomen electionis, quam negat Auguſtinus factam fuiſſe ex meritis, eſſe electionem ad gratiam. Quæ expoſitio pugnat è diametro cum legitima ſignificatione verborum, quæ ex Auguſtino refert prædictus expoſitor, & ex alijs à Cardinali Bellar. notatis in ſupradicto 2. libro c. 15. & Zumello in art. præced. diſp. 1. & Peſantio ſuper hoc art. diſp. 6. Et quamuis in libris ad Simplicianum, quos ſcripſit in iuuentute, oppoſitum ſignificauerit, eam tamen ſententiam manifeſtè retractauit epiſt. 105. ad Sixtum, vt notat prædictus Cardinalis Bellar. Nec obſtat, quod ait Vaſquez in 7. Capite, nimirum D. Aug. in libro ſuorum retractationum 2. c. 1. de illo libro ad Simplicianum meminiſſe, & nihil eorum, quæ in eo docuerat, retractaſſe; Nam vna cuilibet errori ſufficit retractatio. Quòd verò in primo libro de prædeſtinatione ſanctorum cap. 4. remittat Maſsilienſes ad quæſt. de gratia in d. lib. ad Simplicianum definitam, vt obijcit Vaſquez in d. capite minus officit, primò, quia diſputatio cum Maſsilienſibus non erat de electione ad gloriam, ſed ad gratiam. Secundo, quia ſatis erat omnibus nota ſupradicta retractatio in Epiſtola ad Sixtum cum cęteris D. Auguſtini operibus euulgata.

Matth. 13. — Aug. mẽs. — Bellar. — Zumellus — Peſantius.

Quintò ſic arguit in c. 9. Deus voluntate antecedente voluit hominibus dare gloriam, quæ voluntas antecedens eſt ante præuiſionem meritorum; ergo, cum non decreuerit Deus efficaci voluntate omnibus dare gloriam, ſequitur nullum ad eam electum fuiſſe efficaci voluntate, niſi ex præſcientia meritorum.

Reſp. nullius coloris eſſe conſequentiam; nam vtraque voluntas præuiſionem præceſsit meritorũ ex eadem radice, quia ſcilicet vtraque gratuita fuit.

Voluntas quidem antecedens reſpectu omniũ, voluntas autem conſequens, quæ eſt voluntas efficax, reſpectu electorum; itaut voluntas antecedens præcedat in ſigno rationis, modo noſtro intelligẽdi, voluntatem conſequentem, & efficacem.

Sextò. Si Rex aliquis proponeret præmium aliquod benè certantibus, atque ea lege, vt nullus eo potiretur, niſi qui victor eſſet, certę nunquam decerneret alicui dare præmium, quantumuis eum amaret, & præmium ei deſideraret, antequam victoriam videret; quod ſi præſcius eſſet euentus, & ſciret illum victurum, ex præſcientia victoriæ poſſet apud ſe ſtatuere præmium dare: at Deus proponit omnibus vitam æternam, vt brauium; ergo expectat victoriam ſecundum rationem in ęternitate, vt intuitu illius conferat præmium.

Reſp. Primum Dei propoſitum non fuiſſe dare vitam æternam, vt brauium, ſeu pręmium, vel mercedem formaliter bonorum operum, nec tamẽ ex-

A cluſiſſe rationem hanc formalem; ſed primò decreuiſſe ordinare aliquos determinatos in beatitudinem, deinde conſtituiſſe media, quæ rationem haberent meritorum, & tunc incæpiſſe vitam æternam rationem habere mercedis, & brauij, vt etiã paulò ante notauimus. Secundò dico, decretam electis à Deo fuiſſe vitam æternam, vt præmium ſecundum ordinem executionis. Tertiò dico, maximam eſſe differentiam inter Regem humanum, & Deum, quia Rex ſuæ virtutis influxu non poteſt victorem efficaciter, & infallibiliter efficere certantem in bello, ac proindè nequit abſoluta voluntate ante partam victoriam pręmium certaturo determinare; B Deus verò poteſt efficaciter, ac infallibiliter, quemcunque voluerit, in Eccleſia militante victorem efficere, atque ideò gloriam illi, veluti coronam, & pręmium velle, antequam eius intelligatur præuidiſſe victoriam. Et ex his, quæ modo diximus, & alijs etiam, quæ ſupra notauimus, facillimè diluuntur reliqua eiuſdem expoſitoris arg. in eodem, & alijs ſequentibus capitibus ex libertate arbitrij, & meritorum efficacitate deducta: militant enim contra prædefinitiones, de quibus ſuis locis abundè diſſeruimus, vbi etiam ſubuertimus fundamenta, quibus hic maximè nititur Vaſquez. Vide etiam ea, quæ ſcribit Aluarez diſp. 36. & tri- C bus ſequentibus.

Aluarez.

Tertia Controuerſia.

An ex parte reproborum detur aliqua cauſa reprobationis.

Senſus quæſiti, & ſententiæ Doctorum.

QVamuis hæc quæſtio multas implicet non exiguas difficultates, ob quas doctores grauiſsimi, tam antiqui quam recentiores in varias, D & oppoſitas diuiſi ſunt ſententias, atque ideo ſit inter inſignes, quæ hic ſolent moueri, controuerſias, enumeranda; quod tamen in ea præcipuè quęritur, diſſenſionem habere videtur ex ſola nominis varia ſignificatione deductam; quam breuis, ac facilis præfixi tituli declaratio diſſoluet. Itaq. nomine cauſæ moralem cauſam, demeritoriam ſcilicet intelligimus, & quærimus, an ex parte reproborum ſit aliquod demeritum a Deo præſcitũ, propter quod Deus illos reprobauerit. Reprobatio vero dupliciter ſumi poteſt: Vno modo pro actu Dei reprobantis. Alio modo pro effectu. Priori modo adhuc dupliciter poteſt accipi. Vno modo pro E illo actu, qui formaliter eſt reprobatio, qui eſt actus intellectus; ſicut etiam prædeſtinatio, & prouidentia eſt actus intellectus. Alio modo pro actu voluntatis, quem ſupponit reprobatio: hic verò actus eſt velle non eligere ad gloriam, & velle permittere peccatum. Et quia actus ille, qui eſt velle non eligere ad gloriam, inchoatio quædam eſt reprobationis, idcirco ſolet abſolutè dici reprobatiò; & permiſsio peccati; quæ ex eo dependet, dicitur reprobationis effectus; quæ tamen eſt etiam effectus

fectus rationis in mente diuina exiſtentis; eſt enim ea ratio practica, ſicut & prouidentia, cuius eſt pars. Alio modo ſumitur reprobatio pro effectu di ctorum actuum diuinæ voluntatis, & intellectus. Poteſt verò hic effectus dupliciter accipi. Vno mo do ſecundum ſe totum, quatenus ſcilicet comple-ctitur permiſsionem peccati, derelictionem in pec cato, & pœnam æternæ damnationis inflictam pro peccato. Alio modo ſecundum partem, & præſertim ſecundum vltimum eius effectum, qui eſt æter na damnatio; Et quoniam controuerſia hæc tota reducitur ad primum effectum, ſcilicet permiſsionem primi peccati, ſiuè originalis, ſiuè actualis, cum alij duo effectus manifeſtè cauſam habeant ex parte hominis, idcircò idem erit quærere, an detur aliqua cauſa ex parte hominis, vel Angeli, propter quam reprobatur à Deo, & quærere, an ex parte hominis aſsignari valeat aliqua cauſa, ob quam à Deo permittatur primò peccare. Itaque non eſt hæc controuerſia propriè de actibus diuinæ voluntatis, & intellectus, ſed de primo effectu ex eis dependente: an ſcilicet præter primam cauſam, quæ eſt diuina voluntas, aliquam aliam habeat cauſam ex parte noſtra, ex qua ſecundum ordinem diuinæ ſapientiæ, & prouidentiæ dependeat. Dixi autem, propriè, quia recentiores quidam controuerſiam hanc, ſicut, & præcedentem de cauſa prædeſtinationis ad diuinos actus reclamãte ſacra Doctorum antiquitate reuocarunt.

Auguſt. D. Auguſtinus cuius ſententiam hic diſtinctè referunt, & diligenter examinant vniuerſi noſtri temporis expoſitores ſenſit peccatum originale cauſam eſſe reprobationis in homine reprobato. Ait enim Deum ab æterno præuidiſſe totam maſſam humani generis infectam originali peccato, & ex ea conſtituiſſe quoſdam miſericorditer liberare, & reliquos propter originale peccatum reprobare, & perpetua damnatione punire.

Sotus. Dominicus Sotus ſuper Epiſtola ad Romanos c. 9. dixit cauſam reprobationis ex parte reproborũ in quibuſdam eſſe ſolum originale peccatum; ſicut in infantibus, & decedentibus, ſine baptiſmo: in quibuſdam verò ſolum actuale; ſicut in adultis poſt baptiſmum; in cæteris autem originale, & actuale ſimul; ſicut in adultis infidelibus morientibus in peccato. Sed hanc ſententiam expreſſè retractauit in fine quarti ſententiarum. eandem tamen

Valentia. in ſubſtantia ſequitur Gregorius de Valentia ſuper hoc articulo puncto 3. dicens ea peccata, cum quibus reprobus è vita decedit, eſſe cauſam meritoriam reprobationis, non ſolum quo ad vltimum eius effectum, qui eſt æterna punitio; verùm etiam quo ad primum, qui eſt permiſsio peccati, nititurque demonſtrare hanc fuiſſe mentem S. Thomæ,

Molina. & D. Auguſtini, & doctrinam ſacrarum litterarum.

Molina diſputatione tertia, dicit tria. Primũ eſt: Reprobatio non includit permiſsionem peccati; aut derelictionem in peccato, licèt hæc requirat tanquam conditiones, ſine quibus non eſſet; ſed tantùm conſiſtit in actu voluntatis diuinæ excludendi peccatorem à vita æterna tanquam indi-

A gnum, aut etiam eum puniendi ſupplicijs æternis, ſi in actuali peccato præuideatur è vita diſceſſurus. Secundum: Datur cauſa reprobationis ex parte reprobi, videlicet letalis culpa, in qua præuidetur è vita diſceſſurus, ſiuè ea ſit originalis tan tùm, ſiuè ſit actualis, ſiuè vtraque ſimul, vt in infidelibus adultis ſolet euenire. hoc dictum probat ex primo. Tertium: Si reprobatio includeret permiſsionem, & derelictionem, nulla daretur cauſa totius effectus reprobationis ex parte reprobi, ſed conditio tantùm, ſine qua non reprobaretur. Probat ſecundam partem; quoniam voluntas permittendi peccata reproborum ex eo pendet, quòd re-

B probi, niſi maioribus auxilijs à Deo iuuentur, ſint commiſſuri peccata, & in eis morituri, & Deus id præſciat ſua illa ſcientia media. Eandem ſententiam videtur ſequi Peſantius nouiſsimus expoſitor.

Vaſquez dicit quinque. Primum eſt. Si reprobatio vſurpetur pro actu, quo quis reijcitur à Deo, hac diſtinctione opus eſt: aut loquimur de actu, quo quis reijcitur à gratia Dei, aut quo reijcitur à regno cælorum; ſi de priori ſermo ſit, aſſerendum eſt nullam cauſam ex parte eius, qui reijcitur, eſſe, præter peccatum primi parentis. Intelligendum eſt, autem (inquit) de prima negatione gratiæ, & Peſantius. Vaſquez.

C vocationis congruæ, qua reijcitur homo à gratia prædeſtinatorum; ita tamen: vt neminem Deus reijciat à gratia ſua ea intentione, vt à regno quoq; cœlorum ipſum excludat. Addit autem: cum peccatum originale in multis etiam reprobis gratia Dei deleatur, non poteſt illud eſſe cauſa reprobationis à gratia; benè tamen peccatum commune primi parentis. Si verò de reprobatione loquamur, qua homo, vel Angelus in æterna præſcientia excluditur à regno, habet cauſam in ipſo reprobo, peccata ſcilicet, in quibus vitam finit. Secundum eiuſdem dictum eſt; Si de reprobatione loquamur, qua quis reijcitur à gratia Dei; in paruulis ipſis,

D qui peccatum originale contraxerunt, nulla omninò ſuæ reprobationis cauſa fuit; ſed huius reprobationis vera cauſa fuit peccatum commune primi parentis. Tertium eſt: Si de paruulorum reprobatione, qua quis à beatitudine expellitur, ſermo ſit, hæc habet pro effectu permiſsionem contrahendi originale peccatum in ſe ipſis, hoc tamen ordine, vt ſtatim poſt præuiſum peccatum Adæ non decreuerit Deus decreto efficaci excludere illos à regno cœlorum, ſed ſimplici ſolum affectu Deo placuerit propter peccatum primi parentis eos beatitudine priuare, & diſplicuerit voluntate conſequente propter peccatum primi parentis glo

E riam illis conferre, quibus ex ſe ipſo ante præuiſũ peccatum gloriam deſiderat; ex hac verò ſimplici complacentia eos puniendi, in ſequenti inſtanti permiſit abſque remedio ipſos labi in peccatum originale, & in tertio efficaciter decreuit illos à regno beatitudinis excludere; Quartũ eiuſdẽ dictũ eſt: Omnes alij paruuli, quibus Deus remedia reliquit, quæ humana diligentia poſſent applicari, ſed propter incuriam; aut etiam peccata ſuorum parentum non ſunt eis applicata, non fuerunt à

Deo

Deo reprobati, niſi poſt præuiſum finem vitæ eorum in peccato originali, nec decreuit Deus efficaciter hos excludere à regno ſtatim poſt peccatum primi parentis;ſed prçuiſa negligentia parentum; nec ſimplici affectu deſiderauit eos a regno excludere: Vltimum eius dictum eſt:Poteſt hæc ſeries in mente Dei;ſecundum conſiderationem noſtram aſsignari tam circa adultos,quàm circa paruulos reprobos, vt primò præuiderit Deus omnes in maſſa perditionis peccato obnoxios propter tranſgreſsionem Adami; Secundò hoc non obſtante voluerit primaria voluntate ex ipſo quoſdam paruulos,& omnes adultos ad beatitudinem peruenire, & ad hoc media ſufficientia conceſſerit, quamuis efficacia,& congrua negauerit,non intẽtione excludendi eos a regno, ſed oſtendendi diuitias ſuas in vaſa miſericordiæ. Tertiò vt viderit eos in peccato aut actuali,aut originali decedere, & ob id in quarto inſtanti efficaciter decreuerit ipſos expellere à beatitudine,& propterea adultos ad pænam ignis deſtinauerit; ex quo quarto inſtanti incipit reprobatio eorum a gloria; Circa alios verò paruulos, quibus non conceſsit poſſe applicari remedia,attendendus eſt ordo ſupra conſtitutus.

S. Tho. Vltima ſententia eſt S.Thom.in hoc articulo, & alibi, nullam dari cauſam reprobationis ex parte reproborum quo ad totum illius effectum, vel, (quod in idem redit) quo ad primum eius effectũ, quæ fuit ſententia Magiſtri in primo ſent.diſt. 41. (Magiſter.) quam communiter ſequuntur Doctores ſcolaſtici, ac præſertim Thomiſtæ,& Suarez libro 5. de reprobatione,c.5.eandem tuetur ſententiam;quamuis affirmet probabiliter dici poſſe,peccatum originale ſufficientem fuiſſe cauſam non dandi gratiæ præuenientis auxilia ijs, quibus Deus ea dare noluerit. Vbi obſeruandum eſt non nullos expoſitores incautè dicere D. Thom. alibi docuiſſe dari cauſam reprobationis ex parte reproborum quo ad totum eius effectum, quod eſſe falſum perſpicuè patet legenti loca ab eis adducta ex Sancto Doctore. (Suarez.)

Reſolutio.

Manifeſtationem diuinæ bonitatis,iuſtitiæ,&c. eſſe ſupremam cauſam finalem omnium eff. ctuum reprobationis non excluſis proprijs ſingulorum effectuum cauſis.

PRo reſolutione ſupponenda ſunt primò ea omnia,quæ ſupra diximus in artic. 1. huius quæſtionis, controuerſia ſecunda de ordine actuum diuinæ ſcientiæ,& voluntatis in electione,ac prædeſtinatione Chriſti, & cæterorum hominum, & Angelorum, ac præſertim de ordine præſcientiæ peccati ad electionem.

Secundò ſupponenda ſunt ea,quæ in tertio eiuſdem quæſtionis art.controuerſia prima dicta ſunt de reprobatione tam negatiua, quàm poſitiua,& de ordine diuerſorum actuum, quos ſecundùm noſtrum modum intelligendi in negotio reprobationis diſtinguimus,& ordinamus; denique huc ſpectant multa ex eis, quæ late tractauimus in præcedente controuerſia de cauſa prædeſtinationis.

Quibus ſuppoſitis aduertendum eſt primò manifeſtationem diuinæ bonitatis,iuſtitiæ,& miſericordiæ cauſam eſſe finalem omnium effectuũ reprobationis; non tamen ita, vt excludantur aliæ propriæ ſingulorum effectuum cauſæ. Hæ verò ſunt; vniuerſi perfectio,quæ diuerſos poſtulat rerum gradus,quarum quædam altum, quædam infimum locum teneant,conſeruatio bonorum; quæ ſublata malorum permiſsione non eſſent, vt probat S.Doct.ſupra q. 22.articulo 2.ad 2. & ibidem Caiet. denique ſuauis creaturarum rationalium, & intellectualium diſpoſitio cauſa eſt permiſſionis peccatorum. Poſtulat enim natura liberi arbitrij tam humani,quàm Angelici,vt ex hominum, & angelorum numero multi relinquantur in manu conſilij ſui efficacibus ad bonum ſupernaturale auxilijs deſtituti;qui tamen diuinæ legis præcepta liberè præuaricantur, dum communibus auxilijs abutentes pro ſua libertate in peccata deflectunt: ex quo ſequitur alia propria, & iuſta derelictionis,& punitionis æternæ cauſa,nimirum peccatum conceſſæ libertatis abuſu contractum. (S. Thom. Caietan.)

Quamuis itaque manifeſtatio diuinæ bonitatis, iuſtitiæ punitiuæ,& miſericordiæ in electos ſupremus ſit finis eff. ctuum omnium reprobationis, alias tamen admittit ſupradictas cauſas; quę benè perpenſæ Deum rerum omnium ſapientiſsimum, & optimum moderatorem ab omni nota, quæ illius dedeceat maieſtatem,facilè vindicabunt, ceſſabuntque multorum etiam recentiorum querelę, aduerſus hanc D.Thom. doctrinam; vt hic etiam aduertit Caiet. in ſolutione argumentorum Henrici Gandauenſis,& Aureoli,quem ſequuntur iuniores,videlicet Molina diſp. 3.propè finem,& Bannes in reſponſione ad tertium ſuum argumentum, & alij. Vbi aduerte Suarezium lib. 5. de reprobatione ca. 5.in fine non rectè dixiſſe, eam rationem reprobationis, quæ ſumi ſolet ex manifeſtatione iuſtitiæ Dei vindicatiuæ,non ita accipiendam eſſe, vt ante præſcientiam abſolutam futuri peccati habuerit Deus intentionem,vel voluntatem abſolutam manifeſtandi hanc iuſtitiam, quia Deus ex ſe non habet hanc voluntatem; alioquin (inquit,) virtute vellet ipſam culpam, quod non rectè dicitur.Nam ſatis eſt Deum in illo ſigno non excluſiſſe alias cauſas, quæ ad effectus reprobationis in ſuo ordine concurrunt;neque neceſſe eſt pro illo ſigno de illis actu cogitaſſe; vt in ſimili diximus de effectibus prædeſtinationis. Ex quo etiam patet falſam eſſe quartam concluſionem Zumelli diſput. 4.ſuper hoc artic.ex quo loco videtur Suarez hauſiſſe quæ paulò ante notauimus. (Caiet. Molina. Bannes. Zumelli cõcluſio falſa.)

Scito tamen duo;primum eſt, hic a nobis negari præſcientiam peccati, & reliquarum cauſarum effectuum reprobationis, quæ ſimpliciter, & non quouis modo præcedat intentionem prædictam, vt ſatis explicauimus in dicta controuerſia de ordine actuum diuinæ ſcientiæ,& voluntatis in electio-

Digitized by

ctione, & prædeſtinatione. eadem enim eſt ratio quo ad hoc de reprobatione; cum in eodem ſigno factæ fuerint prædeſtinatio, & negatiua reprobatio, vt ſupra notauimus; nec quo ad hoc vlla eſt, aut poteſt eſſe diſſenſio. Secundum eſt, quòd ſi ſermo ſit de toto reprobationis effectu, vſque ad æternam damnationem incluſiuè, verum eſt, quod dicunt prædicti expoſitores, nimirum eam cauſam reprobationis, quæ ſumi ſolet ex manifeſtatione iuſtitiæ Dei vindicatiuæ, non fuiſſe ante præſcientiam peccati; nullum enim Deus formaliter, & explicitè intendit in peccato derelinquere, & propter peccatum punire, niſi præuiſo peccato. At ſi de ſolo primo reprobationis effectu loquamur, qui eſt permiſſio, quę ad negatiuam reprobationem pertinet, vt eius ratio ſit iuſtitię diuinę manifeſtatio, non eſt neceſſe pro illo ſigno præſciri peccatũ; quia pro illo ſigno attenditur explicitè ſola ratio finis, quæ eſt manifeſtatio iuſtitiæ, quæ prior eſt omnibus; nec tunc iuſtitia a Deo intenta concipitur formaliter, & explicitè, vt vindicatiua, ſed implicitè tantùm:

Nullam ex parte reprobi aſsignari poſse reprobationis cauſam in particulari.

SEcundò ſciendum eſt, quòd cum dicimus non dari cauſam reprobationis ex parte reprobati, poteſt hęc propoſitio dupliciter intelligi. Vno modo, vt nulla poſsit aſsignari cauſa in communi, quare Deus ex totius humani generis multitudine aliquos reprobauerit, & hic ſenſus falſus eſt; vt patet ex ſupradictis, & reſponſione D. Thom. ad tertium argumentum; in qua aſsignantur cauſæ reprobationis, & prædeſtinationis in generali. Alio modo, vt nulla detur cauſa reprobationis in particulari: quod etiam dupliciter poteſt intelligi. Primò comparatiuè, ſcilicet, vt nulla ſit cauſa ex parte huius reprobati, ob quam hunc Deus potius reprobauerit, quàm alium, quem prædeſtinauit. exempli gratia, quòd Deus reprobauerit Eſau potius, quam Iacob, quem dilexit, nulla poteſt aſsignari cauſa, aut diſpoſitio ex parte Eſau, quæ non ſit eadem omninò ex parte Iacob. Nã in eo ſigno, in quo facta eſt prædeſtinatio Iacob, & reprobatio negatiua Eſau, ſcilicet ante præuiſionem peccati originalis, æquales erant ambo in immaculato naturæ candore; præuiſo autem originali peccato pari oblatus fuit vterque primi parentis hæreditaria corruptione fœdatus; ſiuè ergo in illo, ſiuè in hoc poſteriori intelligentiæ noſtræ ſigno facta fuiſſe dicatur illius reprobatio, & huius electio, nulla diſpoſitio, ſiuè cauſa maior in vno, quàm in altero reperitur, ex qua diſparitas oriatur reprobationis in vno, & electionis, ſiuè prædeſtinationis in altero. Secundò itaque intelligi poteſt nullam aſsignari poſſe reprobationis cauſam in particulari, & ex parte reprobati, conſiderando quemlibet reprobum abſolutè, i. ſecundum ea, quæ reprobo intelliguntur ineſſe abſolutè pro eo ſigno, in quo concipimus illum à Deo reprobari negatiuè, eo videlicet actu, quo Deus vult illum nõ eligere ad gloriã,

A & non conferre auxiliũ efficax ad vitandum peccatum; quod eſt permittere illum peccare; & hic eſt legitimus ſenſus verborum D. Tho. in reſponſione ad tertiũ & alibi. Et probatur ratione: nam, ſi aliqua eſſet reprobationis cauſa ex parte reprobi, maxime eſſet peccatũ originale, vel actuale; nulla .n. cauſa ex parte reprobi poteſt imaginari, niſi culpa; hæc verò permiſsionis, quæ primus eſt reprobationis effectus, nulla ratione poteſt eſſe cauſa: cum quamlibet culpam præcedat neceſſariò diuina permiſsio. Neq. dici poteſt Adæ peccatum à Deo pręuiſum, antequàm actu intelligatur ab eius poſteritate contractum, cauſam fuiſſe reprobationis in
B ijs, qui reprobati ſunt. Primò; quia, vt ſupra notauimus in ſecunda controuerſia primi articuli huius quæſtionis, in eodem ſigno præuidit Deus Adam, & totam eius poſteritatem; & conſequenter, ſicut ante pręuiſum Adæ peccatum elegit ipſum Adam, ita in eodem ſigno elegit ex eius poſteris, aut reprobauit, quos voluit. Secundò, quia permiſſio peccati Adæ effectus quidam eſt reprobationis eorum, qui propter peccatum originale contractũ ſunt in perpetuum puniendi, ſiuè quia decedunt cum ſolo peccato originali, ſiue quia moriuntur etiam cum actualibus ex vulneribus, ſiuè corruptione originalis peccati pullulantibus: conſtat
C autem permiſsionem illam, nullam poſſe habere cauſam ex parte reprobatorum; cum præcedat ét peccatum Adæ; Tertiò quia in Angelis deſertoribus nulla poteſt aſsignari cauſa reprobationis, quo ad primum illum effectum, qui eſt permiſsio, quæ ex ſolo proceſsit diuinæ voluntatis beneplacito. Congruit itaque nullam etiam ex parte hominum eſſe reprobationis cauſam ſtantibus præſertim ijs, quæ ſupra notauimus ex D. Tho. & Caietano de cauſis reprobationis in communi; quæ ſatis eſſe debent ad quietandum cuiuſuis intellectum benè diſpoſitum omiſſa curioſa inquiſitione cauſarum in particulari.

D *Quæ ſit differentia inter ordinem effectuum prædeſtinationis, & ordinem effectuum reprobationis.*

TErtiò obſeruanda eſt differentia inter effectus reprobationis, & effectus prædeſtinationis. Nam effectus prædeſtinationis, qui fiunt in ipſo prædeſtinato, ordinem habent adinuicem cauſalitatis, vt patet ex ſupradictis in præcedente controuerſia, cuius ratio eſt; quia omne ordinans nos in vitam æternam effectus eſt prædeſtinationis, & conſequenter Dei prædeſtinantis, & quia Deus ordinatè nos promouet ad ſalutem, hinc fit, vt poſte-
E riores effectus fines ſint priorum, & rurſus priores ſint poſteriorum cauſæ, vel effectiuæ morales, vt merita gloriæ, vel diſpoſitiuæ, aut etiam phyſicè effectiuæ; vt auxilium efficax reſpectu bonæ operationis. At reprobationis effectus nullum habent adinuicem ordinem cauſalitatis. nam neque poſteriores fines ſunt priorum: non enim Deus permittit hominẽ peccare, aut in peccato derelinquit, vt puniat, neque permiſsio cauſa eſt derelictio-

ctionis, aut derelictio damnationis; huius verò differentiæ ratio eſt: quia ex tribus effectibus reprobationis, qui ſunt permiſsio peccati, derelictio in peccato, & damnatio, duo poſteriores cauſam habent ex parte reprobati, ſcilicet culpam; quæ nulla ratione a Deo eſt, ſed a ſola eſt hominis deficiente voluntate; in prædeſtinatione verò quãuis poſtremus effectus, qui eſt gloria, cauſam habeat in nobis meritoriam, opera nimirum ex charitate facta, hæc tamen in nobis fiunt a Deo præ-
Iſaiæ 26. deſtinante iuxta illud Iſaiæ 26. *Omnia enim opera*
Philip. 2. *noſtra operatus es in nobis*, & ad Philip. 2. *Deus eſt enim, qui operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate*. culpa itaque, quæ à ſola eſt creata voluntate, & cauſa eſt duorum poſteriorum effectuum reprobationis, tollit cauſalitatis connexionem inter primum, qui a ſolo Deo eſt, & ſecundum, qui non ſolùm a Deo, ſed etiam ex peccato dependet, quod peccatum nullam habet cum Deo connexionem; Quo fit, vt permiſsio, quæ ſola negatio eſt efficacis auxilij, non ſit, nec dici poſsit cauſa derelictionis: quia permiſsio non eſt cauſa peccati, qđ propriè cauſa eſt demeritoria derelictionis, & eadem ratione derelictio, quæ eſt denegatio auxilij efficacis ad reſurgendum à peccato, cauſa non eſt æternæ damnationis; quia ſola negatio eſt auxilij, quæ rationem cauſæ habere non poteſt in eo, qui, licet poſsit, & non velit, non tenetur tamen auxiliari, ſed magis ad oppoſitum ſ. ad permittendum (ſi ſic loqui liceat) ſecundum legem occultiſsimorum iudiciorum ſuorum. ordinantur tamen ſimul omnes prædicti effectus ad vnum illum ſupremum omnium finem, qui eſt manifeſtatio diuinæ bonitatis, iuſtitiæ, & miſericordiæ erga prædeſtinatos.

Bannes. Quartò. Notanda ſunt ea, quæ ſcribit hic Bannes circa ſententiam D. Auguſt. & præſertim circa quartum modum defenſionis illius: quem am-
Suarez. plectitur Suarez in d. 3. cap. qui tamen non reſpondet ijs, quę contra dictum modum obijcit Bannes.

Deducitur falſitas opinionis Soti, Valentiæ, & Vaſquezij, cuius plura dicta impugnantur.

EX dictis ſequitur primò falſam eſſe ſententiã Soti, & Valentiæ ſuperius recitatam; Nam, ſi Deus eligit, & reprobat ante præſcientiam peccati, & rurſus, ſi ante omne peccatum eſt permiſsio, impoſsibile eſt peccatum originale, vel actuale eſſe cauſam reprobationis negatiuæ. Secundò ſequitur falſam etiam eſſe ſententiam Vaſquezij, non ſolùm qua ratione cum prædictis contentit: verùm etiam quo ad aliud eius dictum, videlicet, peccatũ primi parentis cauſam eſſe reprobationis negatiuæ: Iam.n. ſupra diximus permiſsionem, quę peccatum primi parentis præcedit, effectum eſſe reprobationis eorum, qui ex eo deſcendentes reprobantur, cum ex eo contrahant non ſolùm originale peccatum, quod in multis per baptiſmum deletur, verùm etiam naturæ vulnera, ex quibus, veluti fontibus ſcaturiunt vniuerſa culparum genera;

A pro quibus à Deo iuſtè peccatoribus infligitur æterna damnatio. Sed videntur præterea quædam eſſe in prærecitatis eiuſdem auctoris dictis minimè cohærentia, & quædam etiam non conſequenter dicta. Nam videtur incongruè Dici, Deo propter peccatum primi parentis placuiſſe ſimplici affectu paruulos, qui peccatum originale contraxerunt, excludere à regno cælorum, & tamen eidem diſplicuiſſe voluntate conſequente propter idem peccatum gloriam illis conferre: nam idem prorſus ſunt placere excluſionem a gloria, & diſplicere admiſsionem ad gloriam, nec vnum eſt ab alio ſeparabile, & affectus ſimplex de vno, eſt
B etiam de alio, & ſimiliter voluntas conſequens de vno, eſt etiam de alio. conſtat autem ex dictis in quæſt. decimanona, articulo ſexto, duarum illarum voluntatum, ſcilicet antecedentis, & conſequentis terminos eſſe diuerſos. non igitur cohærent illa duo dicta, quæ eundem effectum vtriuſque terminum eſſe voluntatis affirmant. nec vllus vnquam ſanctorum patrum, aut Theologorum admiſit voluntatem antecedentem, eſſe de excluſione a regno, aut de qualibet boni priuatione.

Quartum etiam dictum, quod de reprobatione poſitiua loquitur, non eſt conſequenter poſitum,
C & manifeſtè diſſonat à tertio; Nam ante omnem negligentiam parentum, & ante contractum ab ipſis paruulis peccatum originale paris conditionis ſunt omnes paruuli; igitur in illo ſigno, in quo præuidetur ſolum peccatum primi parentis nondum in paruulos transfuſum, nulla debuit eſſe diuerſitas in decreto reprobationis poſitiuæ, quæ eſt excluſio à regno, licèt eſſe potuerit differentia in decreto reprobationis negatiuæ, quod eſt velle non eligere eos ad gloriam. Præterea; affectus ille complacentiæ de excluſione paruulorum a regno ante præuiſum originale peccatum, vt a paruulis contractum, adeo vt ex illa com-
D placentia eos puniendi permittat Deus in ſequenti inſtanti paruulos abſque remedio labi in peccatum originale, ſitque talis permiſsio effectus reprobationis poſitiuæ ipſorum paruulorum, affectus inquam ille reſpicit paruulorum damnationem, ad quam Deus ordinat permiſsionem tãquam ad finem per ſe intentum, vt ſignificat dictus expoſitor, dicens permiſsionem illam fuiſſe ex intentione excludendi paruulos illos a beatitudine, atque ideo fuiſſe effectum reprobationis, permiſsionem autem circa adultos, non eſſe cum tali intentione, & ideo non eſſe effectum reprobationis; igitur ſecundum hanc ſenten-
E tiam in reprobatione paruulorum pœna erit a Deo per ſe intenta; alioquin nulla eſſet differentia, quam aſsignauit inter reprobationem adultorum, & paruulorum; nam, vt benè probat hic Ca- Caiet.
ietanus, iuſtitia punitiua non eſt per ſe primò intenta, ſed ſecundariò tantùm, vt etiam probat Vaſquez cap. 7. diſp. 95. vndè non ideo Deus permittit adultorum peccata, vt ea puniat, quod eſſet per ſe punitionem intendere; ſed ea permittit, & punit propter relucentiam ſuæ bonitatis, & iuſtitiæ.

ſtitiæ. Dicere verò, damnationem paruulorum eſſe à Deo intentam modo dicto, nec diuina dignum eſt bonitate, nec euadit antiquas illas difficultates motas ab Henrico, & Aureolo apud Caietanum in reſponſione ad tertium argumentum, quarto loco relatas; nec denique conſonat communi Theologorum ſententiæ, neque ſacræ ſcripturę, dicenti Sapient. 1. *Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum*; quod verum non eſſet, ſi ſimplici illo affectu Deus ante præuiſum in paruulis originale peccatum complaceret de eorum æterna damnatione. Poſtremò aduerſus hanc ſententiam militant multa, quæ profert Vaſquez in 4. cap. dictæ diſp. contra quandam ſententiam recentiorũ ab eo relatam in primo cap.

Sap. 1.

Vaſquez.

Concluſiones deducta, & probatæ.

PRima concluſio. Reprobatio negatiua non pręſupponit peccatum originale, neque actuale, ſiuè alterius, vel vtriuſque præſcientiam, pro vt peccatum eſt in ipſo reprobato, aut in Adam tantùm: Probatur: quia ante omne peccatum eſt ipſa permiſſio illius, quæ eſt effectus reprobationis negatiuæ quo ad eos, qui de facto damnabuntur; ergo ante omne peccatum eſt reprobatio negatiua; & loquor etiam de permiſſione peccati Adæ in ordine ad reprobationem eorum, qui ex Adam oriuntur; quam reprobationem diximus eſſe ante præſcientiam peccati Adæ, & eius permiſſionem. Conſequentia probatur: quia ſemper cauſa præcedit effectum, & non è contra.

Valentiæ reſponſio.

Sed reſpondet Valentia triplicem eſſe permiſſionem peccati. prima eſt illa, quæ eſt effectus reprobationis; & hæc (inquit) non neceſſariò debet præintelligi ante peccata reprobi. Secunda permiſſio eſt peccati, vt eſt effectus quidam cauſæ ſecundæ, quam Deus vt cauſa prima, & auctor naturæ, non vult impedire, quominus operetur iuxta conditionem naturæ ſuæ, quæ permiſſio non reprobationis, ſed communis prouidentiæ naturalis eſt effectus. Tertia permiſſio eſt purè negatiua, & conſiſtit in hoc, quòd Deus re ipſa, neque per concurſum naturalem aliquem, neque per concurſum ſupernaturalem vllum impedit peccatum; & hæc permiſſio, cum ſit pura quædam negatio, neque conſideretur obiectiuè terminare aliquem actum diuinum, non eſt effectus vllius prouidentiæ; per iſtas ergo duas permiſſiones ſatis intelligi poteſt committi peccatum; igitur non eſt neceſſe, vt antecedat prima illa permiſſio, ſed potius conſequitur peccata reprobi.

Cõfutatio

Sed contra hanc reſponſionem ſic argumentor. Primò; Deus primaria intentione vult oſtenſionẽ bonitatis, iuſtitiæ, & miſericordiæ ſuæ tanquam finem; ergo permiſſionem, quam primò vult, ordinat ad illum finem; igitur illa permiſſio; quam dicis eſſe effectum communis prouidentiæ, eſt effectus reprobationis.

Rom. 9.

Antecedens patet ex ſe, & ex Apoſt Rom. 9. Prima conſequentia probatur. quia ordinatè volens, primò vult finem, deinde alia propter finem pri-

A mo volitum; ſecunda verò conſequentia patet; quia permiſſio ordinata ad oſtenſionem iuſtitiæ, & miſericordiæ ſecundum communem omnium Theologorum ſententiam eſt effectus reprobationis, & exit limites communis prouidentiæ. Secundò ratio permiſſionis conſiſtit in hoc, quòd eſt velle non conferre auxilia efficacia, quibus poſitis homo non peccaret; ergo illa permiſſio, quã dicis eſſe effectum communis prouidentię, non differt ab ea, quæ eſt effectus reprobationis. Probatur conſequentia a diffinitione ad diffinitum: non enim apparet, quam aliam habeat diffinitionem. Tertiò permiſſio illa tertia, quam dicis eſſe negatiuam, non ineſt Deo ignoranti, aut non

B volenti, ergo ſcienti, & volenti, ergo coincidit cum ſecunda, & prima, quæ eſt effectus reprobationis. Antecedens patet, quia Deus perfectè cõprehendit ſuam voluntatem cum omnibus eius negationibus, & rurſus negatio illa rationem habet boni in ordine ſuo, & obiecti volibilis; igitur, cum de facto ſit in Deo, eſt ab eo volita. Denique contra hanc partem militant omnia illa argumenta, quibus vtitur Bannes ſupra articulo tertio, dub. 2. ad probandam ſuam ſecundam concluſionem.

Bannes

Secunda concluſio. Reprobatio negatiua nullum includit actualem ordinem ad peccatum, ne-

C que ad effectus reprobationis. Probatur: Quia reprobatio ſic præciſè ſumpta nihil aliud dicit, quã velle non eligere ad gloriam. at hoc, quod eſt velle non eligere, præcedit omnem præſcientiam peccati, nec vllum formaliter includit effectum, ſed primam tantùm cauſam, & radicem primi effectus, quæ eſt permiſſio, abſque actuali relatione ad ipſam permiſſionem, quæ non eſt volita, niſi in poſteriori ſigno, vt ſupra oſtendimus; ergo.

Tertia Concluſio. Deus neminem reprobat propter peccatum originale, neque propter malum vſum futurum liberi arbitrij, neque propter obicem gratiæ, quem in illo præuidet futurum: Prima

D pars huius concluſionis patet ex dictis. Secunda, & tertia pars latè probantur a Zumello diſp. 4. in prima, & ſecunda concluſione ſecundi ordinis, & ab Aluarez diſp. 110. concluſ. 3.

Zumel.

Aluar.

Quarta Concluſio. Reprobatio poſitiua, quæ eſt voluntas excludendi a gloria, præſupponit præſcientiam peccati, ſiuè originalis, ſiuè actualis, tanquam cauſæ ipſius reprobationis. Intelligenda eſt hæc concluſio de peccato perſeuerante in homine vſque ad mortem. nam peccatum originale deletum per baptiſmum, & actuale remiſſum per pænitentiam non poteſt eſſe cauſa poſiti-

E uæ reprobationis; quia ſine pænitentia ſunt dona Dei. Hæc concluſio eſt de fide. Deus enim neminem arcet a gloria, niſi propter peccatum iuxta illud Iſaiæ 59. *Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos, & Deum veſtrum*. Et paſſim clamant ſacræ litteræ perpetuæ damnationis pœnam a Deo hominibus infligi propter culpã: & locus eſt inſignis Matth. 25. de extremo vniuerſali iudicio; in quo propter omiſſam diuinæ legis obſeruantiã pronunciat dominus multos fore condemnandos ad pęnã ignis

Iſa. 59.

Matth. 25.

Digitized by Google

S. Thom. Rom 9. ignis æterni,& in hoc ſenſu S.Thom. exponens illa verba Rom.9. *Iacob dilexi, Eſau autem odio habui*, dixit. *præſcientia peccatorum poteſt eſse aliqua ratio reprobationis ex parte pœnæ, quæ præparatur reprobatis, inquantum ſcilicet Deus proponit ſe puniturum malos* Caiet. *propter peccata, quæ a ſe ipſis habent, non à Deo:* & Caietanus ſuper hoc articulo idem affirmat dicens, præſcientiam demeritorum cauſam eſſe quodã ſpeciali modo reprobationis, quia propter demerita præſcita, nec a ſe præparata ſtatuit Deus a ſe quoſdam perpetuò puniendos; vt ſua bonitas, etiam in Suarez. Vaſquez. tali iuſtitia participetur. Vide etiam Suarezium in dicto lib.5.c.6.& Vaſquezium diſp.95.c.5.a n.25.

Quinta concluſio. Reprobatio formaliter ſumpta, pro ut eſt ratio ordinis reproborum ad finem a Deo intentum in mente diuina exiſtens, includit permiſsionem, & præſcientiam peccatorum omnium reprobati, & derelictionem in peccatis, & excluſionem a gloria. Probatur: quia hæc omnia includuntur in integra ratione prouidentiæ Dei circa reprobos, & ratio integra ordinis circa reprobos conſtat permiſsione peccati,& ordinatione eiuſdem peccati ad pœnam,& ad oſtenſionẽ di- Rom 9. uinæ iuſtitiæ, vt dicitur Rom. 9. quemadmodũ ẽt prædeſtinatio, pro vt eſt ratio ordinis eorum, qui transmittendi ſunt in vitam æternam, includit omnia ad integritatem talis ordinis pertinentia a prima vocatione vſque ad gloriæ collationem incluſiuè.

Vltima propoſitio. Simpliciter,& abſolutè loquẽdo ſicut nõ datur aliqua cauſa prædeſtinationis ex parte prædeſtinati, ita nec reprobationis ex Zumell parte reprobati. Hæc patet ex dictis; & eam latè probat Zumellus in tertia ſua concluſione ſecundi ordinis.

Argumenta, & ſolutiones.

Bannes. Zumell. Vaſquez. CONtra primam, ſecundã, & tertiam concluſionem militant argumenta, quæ hic propoſuũt,& ſoluunt Bannes dub.3.& Zumellus diſp.4.

Contra eandem primam concluſionem eſt argumentum Vaſquezij, quod adduximus ſupra art.3. contr.1. contra ſecundã cõcluſionem, & ſoluimus.

Contra ſecundam concluſionem argumentatur Zumellus.

Primò. Deus habuit voluntatem perducendi omnes homines ad gloriam; igitur repugnat, vt abſolutè,& ſine reſpectu ad aliquid exiſtens in homine voluerit Deus aliquem hominem non ordinare ad gloriam.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam. nam voluntas illa perducendi homines ad gloriam eſt voluntas antecedens, & inefficax, & eſt voluntas conferendi media, ſiuè auxilia, communia; quibus, ſi voluntas creata non deeſſet, ſiuè impedimẽtum non apponeret, abundantiora, & efficacia ẽt concederentur auxilia. Opponeretur autem dictę voluntati antecedenti voluntas excludendi a Regno nullo præuiſo peccato. Et nota, humanam vo-

A luntatem receptis communibus auxilijs opponendo diuinæ gratiæ obicem, ſiue impedimentũ peccati præuenire ſecundũ ordinem executionis effectum diuinæ voluntatis ex ſe paratæ ad conferendam gratiam, aut maiora auxilia; ſicut qui recepto intra domum naſcentis Auroræ fulgore, antequàm appareant Solis radij, feneſtram clauderet, diceretur Solis illuſtrationem obſtaculo oppoſito præueniſſe. Ex quo apparet iniuſtas eſſe quærelas eorũ, qui dicũt: ſi voluit Deus me nõ eligere ad gloriã,& permittere me peccare, qũo poſſum non peccare? iam.n. patet voluntarium omninò eſſe peccatum; cum ex propria electione volũtas peccati im- B pedimentum opponat præueniendo paratam diuinæ volũtatis largitatẽ in executione ſalutis, quã omnibus voluit antecedente voluntate. Vide etiã ſolutionem tertij argumenti. D. Thomæ in 3. art. D.Tho.

Secundò. Si Deus habuiſſet talem actum, iã ſequeretur, quòd verè ex Deo habuiſſet ortum perditio hominis. Probatur ſequela: perditio hominis in eo conſiſtit, quòd non ſit ordinatus ad gloriam efficaciter; igitur, ſi Deus abſolutè ſua ſola voluntate ſine ordine ad aliquod peccatum in homine exiſtens illum non ordinauit ad gloriam, iam hominis perditio ex Deo ortum haberet.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam. Ad probationem negatur antecedens. Nam perditio ho- C minis cauſaliter conſiſtit in peccato; formaliter autem in æterna damnatione.

Tertiò. Si aliquẽ hoĩem abſolutè,& ſine reſpectu ad illius peccatum non ordinaſſet ad gloriã, illi homini non eſſet pœna carere gloria. Probatur ſequela; quia ad illã nunquam fuiſſet ordinatus, neque per naturam, neque per Dei voluntatem; ergo.

Reſpondetur falſam eſſe cõſequentiam. Ad probationem negatur conſequentia: quia propriẽ culpæ demerito caret gloria: Et quamuis in illo ſigno reprobationis negatiuę Deus nullum habuerit actualem reſpectũ ad peccatũ, aut permiſsionẽ pec- D cati, non tamen illum reſpectum excluſit, ſed quaſi virtualiter,& implicitè voluit pmiſsionẽ peccati.

Quartò. Si Deus abſolutè, & ſine ordine ad peccatũ non ordinaſſet ad gloriam, ſequeretur, quòd neq. illis cõferret media neceſſaria ad illã cõſequẽdam. Probatur conſequentia: nã nemo prudẽs adhibet media, neq. vult, niſi in ordine ad finem: ergo.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam. Ad probationem negatur ſequela. Nam media,& auxilia, quæ Deus confert reprobis, ordinantur ad finẽ ſalutis æternæ, quam illi conſequerentur; ſi gratiæ Dei non deeſſent.

Quintò. Deus neminem deſerit, niſi prius ab ho- E mine deſeratur; ſed non ordinare hominem ad gloriam nulla ex parte hominis exiſtente cauſa, quare non ordinetur, neque velle dare media ad eam conſequendam, ſine dubio eſt Deum deſerere hominem, antequam ipſe homo Deum deſerat; ergo.

Reſpondetur falſam eſſe minorem propoſitionem: hoc enim non eſt Deum deſerere hominem, ſed non facere illi gratiam, ad quam non tenetur: deſereret autem, ſi prius cum eo fuiſſet per gratiam.

Digitized by Google

tiam, & nulla hominis culpa præcedente ab eo recederet. Et præterea falſum ſupponitur in eadem minori, videlicet ſecundum hanc noſtram ſententiam Deum non velle dare reprobis media ſufficientia, cuius oppoſitum ſupra latè ſtabiliuimus.

Vltimò. Hæc ſententia indigna eſt miſericordia Dei, ergo nullo modo tuenda eſt. Patet antecedēs: quia Deus omnia condidit, vt rebus ſuam bonitatē impartiretur; at nihil magis alienum eſt ab hac uoluntate communicandi bonitatem ſuam, quàm ab ſolutè, & ſine ordine ad culpam nolle homines ad gloriam ordinare, qua carere ſit maxima miſeria. quod ſi Deus hoc fecit, quomodo verum eſt: quod 2. Petr. 3. dicitur ſecundæ Petri 3. *neminem Deus vult perire?*

Reſpondetur falſum eſſe antecedens. Ad probationem reſpondetur, quòd, licet in reprobatione negatiua non ſit ordo actualis ad culpam non tamen excluditur: quoniam in eo ſigno quaſi virtualiter, & implicitè, volita eſt permiſsio peccati. Nec verum eſt maximam eſſe miſeriam carere gloria, niſi præcedat culpa. Et præterea non dicimus Deū ante præuiſa peccata excludere aliquos a gloria, vt videtur ſupponere argumentum. Ex quo patet reſponſio ad auctoritatem ex Epiſtola D. Petri. quæ loquitur de voluntate perditionis, quam abſque præuiſa culpa nunquam habet Deus; non autem de voluntate non eligendi: velle enim non eligere non eſt velle perire; ſed differunt; quia illud pertinet ad reprobationem negatiuam, hoc ad poſitiuam, quæ præſupponit peccatum.

Valentia. Contra tertiam concluſionem argumentatur Valentia.

Primò auctoritate S. Tho. in ar. 3. & 5. huius qſt. vbi ſupponit hominem, vt a Deo reprobatur, obijci ipſi Deo tanquam iam obſtrictum peccatis, & vt dignum odio.

S. Thom. Reſpondetur quòd D. Tho. non ſupponit hominem, vt a Deo reprobatur, obijci ipſi Deo tanquā dignum odio ante omnem effectum reprobationis, nec ante actum reprobationis negatiuę, qui eſt voluntas non eligendi ad gloriam; ſed ſupponit ſic obijci in ipſa ratione reprobationis totaliter ſumpta; quoniam reprobatio eſt ratio ordinis, &c. vel in reprobatione poſitiua.

Secundò arguit auctoritate ſacrarum litterarum in illis locis, in quibus dicitur Deum nequaquam velle, vt vlli homines pereant, ſed quantum in ipſo eſt, velle omnes ſaluos facere, neque aliquē deſerere, aut damnare, niſi propter illius peccata. Tob. 3. nam Tobiæ 3. dicitur: *non delectaris in perditionibus* Prou. 8. *noſtris*: & Prou. 8. *delitiæ meæ eſse cum filijs hominum*, Ezech. 18. & Ezech. 18. *nunquid voluntatis meæ eſt mors im-* 1. Tim. 2. *pij?* & 1. ad Timoth. 2. *qui vult omnes homines ſaluos fieri*.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam. Nam auctoritates illæ ſignificant voluntatem Dei antecedentem de omnium ſalute, quæ non repugnat reprobationi negatiuæ, vt ante diximus.

Rom. 9. Tertiò arguit auctoritate Apoſtoli ad Rom. 9. vbi multis (inquit) modis indicat peccata reprobi eſſe Deo cauſam, cur illum Deus abſolu-

A tè reprobet. Primò quoniam reprobationem vocat odium, & ſi dicatur, quòd loquitur de odio negatiuè, affert in contrarium auctoritatem Auguſtini lib. 1. ad Simplicianum quæſt. 2. vbi ait: Augu. *non igitur Deus Eſau hominem odit, ſed odit Deus Eſau peccatorem*. Secundo, quia ibidem ſignificat Apoſtol. Deum, cum reprobat, velle indurare; hæc autem voluntas indurandi ſupponit peccata reprobi, in quib. induratur: Tertiò, quia dicit, quòd Deus, cum reprobat, vult oſtendere irā, & vindictam, & ſuſtinere in multa patientia; quæ verba exponēs Fulgent. lib. 1. ad Monimum ait: notum eſt iram Fulgen. Dei dici nō poſſe, niſi vbi creditur hominis iniqui-

B tas præceſsiſſe. Quartò, quia apertiſsimè docere videtur cauſam reprobationis Iudæorum fuiſſe infidelitatē eorum. Nam inquit: *Iſrael ſectando legem iu-* Rom. 9. *ſtitiæ in legem iuſtitiæ non peruenit. quare? quia non ex fide*. Super quo loco plerique Patres dicunt indicari à Paulo cauſam reprobationis Iudæorum.

Ad hæc reſpondetur. Ad primum locum, poteſt ſuſtineri reſponſio data. Ad Auguſtinum dicitur Aug. cum fuiſſe illius ſententiæ, quòd peccatum originale eſſet cauſa reprobationis. Secundò poteſt dici dilectionem, & odium poſſe referri ad integram rationem prædeſtinationis, & reprobationis, & ſic ſumitur odium poſitiuè, nec tamen odium ſic ſumptum præcedit, ſed includitur in ipſa reproba-

C tione, & hoc ſecundo modo videtur accipi reprobatio à D. Aug.

Tertiò reſpondetur D. Auguſtinum loqui de reprobatione quo ad vltimum eius effectum, aut etiā quo ad effectum intermedium, qui eſt obduratio, vel derelictio in peccato, ut patet ex eius epiſtola 105. ad Sixtū vbi ait. *Quærimus meritum obdurationis, & inuenimus; quærimus autem meritum miſericordiæ, nec inuenimus; quia nullum eſt*; & per hoc differt reprobatio à prædeſtinatione, in qua merita gratiæ nequeunt eſſe cauſa, quod Deus det donū perſe S. Tho. uerantiæ: hoc enim non cadit ſub merito, vt ait S.

D Doctor in 1. 2 quæſt. 114. art. 9. Nec vnquam aſſeruit Auguſtinus dari ex parte noſtra cauſam reprobationis, ſed tantùm dixit ex parte noſtra dari cauſam obdurationis, aut derelictionis in peccato, quæ cauſa totaliter ex nobis eſt: Nihil autem in nobis eſt, quod ità ſit cauſa vltimi, aut medij effectus prædeſtinationis, vt ſit ex nobis, tanquam ex prima cauſa, vt ait S. D. ſuper cap. 9. ad Rom. lect. 2. in fine: Quartò reſpondetur D. Auguſtinum nihil aliud velle, niſi peccatum originale eſſe cauſam reprobationis quantum ad ſufficientiam, quia ſcilicet peccatum originale præuiſum à Deo ante decretum incarnationis fuit cauſa ſufficiens per quā

E potuit Deus abſque vlla iniuſtitia omnes homines reprobare, ſed tamen de facto non præuidit Deus ante dictum decretum peccatum originale ſub ea ratione, qua dicit ordinem ad reprobationem, ſed ſolùm, quatenus obiectum eſt, ſeu morbus naturæ, in cuius remedium miſſus eſt Dei filius in aſſumpta humanitate: Nec eſt eadem ratio de peccato actuali, quia non eſt peccatum naturæ, nec eſt omnibus commune, ſicut originale; & eodē modo interpretanda ſunt nonnulla dicta S. Thomæ.

Ad

Digitized by Google

Ad ſecundum locum dicitur, quòd velle indurare ſupponit peccata, ſed ante illa eſt permiſsio, quæ eſt primus effectus reprobationis.

Rom. 9. Ad tertium dicitur, quòd Apoſtolus in illis locis exprimit cauſam finalem reprobationis, & etiã medium. Nam cauſa finalis eſt oſtenſio diuinæ iuſtitiæ, & miſericordiæ, medium eſt vindicatio, ſiuè punitio: itaque gratis concedimus Deum prius voluiſſe hunc finem, quàm reprobauerit: non tamen ſequitur; ergo propter peccata præuiſa reprobauit. Nec Apoſtolus ibidem loquitur de præuiſione peccatorum, ſed tantùm de permiſsione, cum ait: *ſuſtinuit*, ideſt permiſit, vt exponit S. Thom. Vbi aduertendum, quod Apoſtolus in illis verbis exprimit ordinem actuum diuinæ reprobationis, vt ſupra annotauimus. Nam primo voluit Deus ſuam bonitatem manifeſtari, ideo quoſdam elegit, & alios voluntariè non elegit; & quos non elegit, permittere voluit eos peccare, deinde præuidit peccaturos, deinde voluit eos indurare, ideſt derelinquere in peccatis, poſtremò voluit eos ob peccata dãnare. Quare hæc omnia non ſunt referenda ad vnũ inſtans, ſiue ſignum primi actus reprobationis, ſed ad diuerſa, modo noſtro intelligendi. Ad D. Fulgẽtium dicitur, quòd loquitur de vltimo effectu reprobationis; ſcilicet damnatione, quæ dicitur ira Dei; qui effectus abſque dubitatione præſupponit peccatum. Secundò melius dicitur, quòd per iram intelligit iuſtitiam. Sed cum arguitur: Deus aliquos reprobauit, quia voluit oſtendere iuſtitiam ſuam; at iuſtitia præſupponit peccata; ergo Deus aliquos reprobauit, quia præuidit peccata; reſpondetur negando conſequentiam; quoniam non procedit in eodem genere cauſæ; nam oſtenſio iuſtitiæ eſt cauſa finalis reprobationis, peccata verò ſunt materia iuſtitiæ vindicatiuæ.

S. Tho.

Ordo actuum reprobationis.

Fulgent.

Ad quartum reſpondetur ibi ſermonem eſſe de reprobatione poſitiua, quæ eſt æterna damnatio, aut etiam de ſecundo effectu, qui eſt derelictio.

Rom 11. Quartò arguit auctoritate Apoſt. ad Rom. 11. vbi ait Apoſt. *Dicis fracti ſunt rami, vt ego inſerar; benè propter incredulitatem fracti ſunt, tu autem fide ſtas, noli altum ſapere, ſed time.*

Reſpondetur, quòd Apoſtolus ibidem nõ loquitur de prædeſtinatione, & reprobatione, ſed loquitur de quibuſdam effectibus prædeſtinationis, & reprobationis; nam ſignificat permiſsionem caſus Iudęorum, qui eſt effectus reprobationis eorum, ordinari ad fidem, & ſanctitatem gentilium, tanquam effectum prædeſtinationis.

August. Quintò adducit multa teſtimonia D. Auguſt. in quibus, vel loquitur Auguſtinus de particulari aliquo effectu reprobationis, videlicet induratione, vel damnatione, vel aſsignat pro cauſa reprobationis peccatum originale: Sed huius Sancti Patris ſententiam in hac parte non ſequitur S. Thom. & habent rationes efficaciſsimas in contrarium; ad quas non eſt facilè reſpondere. Poſſet tamen dici, D. Auguſtinum aſſerere, peccatum originale eſſe cauſam reprobationis quo ad ſufficientiam. Cum enim præuiderit Deus peccatũ originale ante decretum Incarnationis, potuit Deus iuſtè propter

S. Thom.

August.

A ipſum, vt cauſam ſufficientem omnes homines reprobare; ſed ex diuina miſericordia in eius remedium decreta fuit Incarnatio Verbi, atque ideò, licèt ante reprobationem fuerit præuiſum originale peccatum, tanquàm morbus naturæ paſsione Chriſti ſanandus, non tamen fuit in eo ſigno præuiſus, vt cauſa reprobationis.

Sextò ſic arguit. Peccata reprobi ſunt cauſa omnium effectuum reprobationis ipſius; ergo etiam reprobationis diuinæ, vt reſpicit illos effectus. Antecedens, quòd attinet ad primum effectum, ſcilicet indurationem illam, ſeu ſubtractionem peculiaris gratiæ, patet ex multis ſcripturæ ſacræ locis;

B vt Exodi 9. Sapient. 2. Iſa. 1. & 42. ad Rom. 1. & 2. quòd attinet autem ad vltimum effectum patet, Matth. 25. ex forma ſententiæ. *Eſuriui enim, &c.*

Reſpondetur falſum eſſe antecedens: Ad probationem dicitur, falſum ſupponi, nimirum indurationem eſſe primum effectum reprobationis. Vnde loca ſcripturæ adducta, quæ de induratione, vel derelictione loquuntur, nihil probant.

Septimò profert argumentum Ioannis Ecckij, ſi Deus nõ propter peccata hominum, ſed ſua ſpõte, & ex ſe ipſo homines reprobat, conſequens eſt, vt pauciores ſint homines reprobati, quàm prædeſtinati; ſed falſum eſt iſtud conſequens: falſum igi

C tur eſt antecedens. Maior propoſitio, ſeu conſequẽtia probatur. Nam ex ſcripturis conſtat Deum longè propenſiorem eſſe ad miſerendum, & benefaciẽdum hominibus, quàm ad deſerendos, & perdendos, ac damnandos illos; iuxta illud Pſalm. 144. Pſ. 144. *Suauis Dominus vniuerſis, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius*, & Eccleſ. 15. *non concupiſcit Deus multitudinem filiorum infidelium, & inutilium.* Eccl. 15.

Reſpondetur falſam eſſe maiorem, ſiuè conſequentiam. Ad probationem negatur conſequentia. Nam nolle non eligere, non eſt deſerere, perdere, & damnare; propenſio autem Dei ad miſerendum, & benefaciendũ ſatis oſtenditur, & exercetur in col-

D latione ſufficientis auxilij, ſiue gratiæ præuenientis; cui ſi homo non deeſſet, Deus maiora conferret, quibus eum ad ſalutem perduceret: & hoc probant dicta ſacrarum litterarum. Alioquin eadem ratio concluderet non debuiſſe Deum creare tantã hominum multitudinem, quam proprijs eorũ demeritis damnandam præuidebat. Hoc itaque cum Apoſtolo Rom. 9. referendum eſt in altitudinem Rom. 9. diuitiarum ſapientiæ, & ſcientię Dei, & incomprehenſibilitatem iudiciorum eius. Secundò reſpondetur hoc argumentum eſſe idem cum primo argumento D. Thom. in tertio articulo, & ſoluendum D. Thom. eadem ſolutione; coincidit etiam cum argumento

E tertio articuli 7. huius quęſt. cuius ſolutionem vide, ſi placet.

Contra eandem concluſionem argumentatur Vaſquez. Vaſquez.

S. Thomas expreſsè docet oppoſitum, nimirum peccatum originale in vnoquoque contractum eſſe cauſam reprobationis, quæſt. 6. de verit. articulo ſecundo ad nonum, & in cap. 9. Epiſt. ad Rom. lectione 3. & 4.

S. Thom.

Reſpondetur D. Thomam in illa reſponſione ad

 nonum

nonum afferre duplicem reſponſionem: ex quibus ait priorem eſſe de mente Auguſtini dicentis rationem reprobationis eſſe peccatum originale; poſteriorem autem affert ſecundum ſententiam propriam, quæ negat omnem cauſam ex parte reprobati. in commentario autem epiſt. ad Rom. c. 9. lectione 2. S. Doct. ſeipſum declarat dicens præſcientiam peccatorum poſſe eſſe rationem aliquam reprobationis ex parte pœnæ, quæ præparatur reprobatis propter peccata, quæ à ſeipſis habent; quibus verbis indicat manifeſtè ſe loqui de reprobatione quo ad vltimum eius effectum; nec oppoſita docet in 3. & 4. lectione; in quibus, licèt videatur vti opinione D. Auguſt. non tamen ibi ex profeſſo tractat de cauſa reprobationis quo ad eius primum effectum, & facilè poſſunt verba ſancti Doctoris exponi de reprobatione, quo ad poſteriores effectus.

Secundò. Chriſtus prædeſtinatus eſt occaſione peccati primi parentis; ergo ante eius prædeſtinationem omnes erant ſub communi debito, & morte peccati; at Chriſti prædeſtinatio præceſſit noſtram; ergo præceſſit etiam reprobationem damnatorum: ergo peccatum originale potuit eſſe communis cauſa reprobationis.

Bannes. Reſpondetur hoc eſſe argumentum commune, quod proponit Bannes quarto loco, & ſoluit dicẽs proceſſum nullum eſſe; quia non fit ſecundum idẽ genus cauſæ; nam reprobatio præſupponit prædeſtinationem Chriſti in genere cauſæ finalis, & prædeſtinatio Chriſti præſupponit aliquid, quod eſt in reprobatione, ſcilicet peccatum in genere cauſę materialis: idem argumentum eſt decimum apud Zumellum, & ab eo ſoluitur eadem reſponſione.

Secundò reſpondetur potuiſſe quidem originale peccatum eſſe cauſam reprobationis, ſed actu non fuiſſe ob ſupradictam cauſam.

Tertiò. Omnis permiſsio peccati merito primi parentis eſt tribuenda; ergo. Antecedens probatur

Fulgent. ex Fulgentio libro de incarnatione, & gratia c. 12. & 13. dicente genus humanum perdidiſſe in Adamo omnem ſanctam, & piam cogitationem; & nullam niſi merito ſecundi Adami recuperaſſe.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens. Ad probationem reſpõdetur Fulgentium ſignificare vulnus naturæ ex primo parente contractum. ex quo non ſequitur, etiam apparenter, peccatum Adæ fuiſſe cauſam permiſsionis noſtrorum peccatorum; cum præſertim, vt aduertimus ſupra in ſecunda controuerſia ad primum argumentum huius quæſtionis, in eodem ſigno oblata fuerit Deo tota humanæ generationis ſucceſsio, & non prius Adam, quàm Antichriſtus, & in eodem etiam ſigno fuerint omnes electi, poſt Chriſtum prædeſtinati, & alij reprobati: & quamuis peccata ſecundùm aliquam rationẽ ad ordinem naturæ pertineant; præcedit tamẽ eorum permiſsio, quæ eſt ſecundum regulas diuinæ bonitatis, iuſtitiæ, & miſericordiæ. atque ideo reprobatio negatiua, ex qua ſequitur permiſsio, pręcedit peccati præſcientiam ſimpliciter loquendo, quicquid ſit de peccato, vt cõtrariatur ordini naturæ, quæ eſt eius conſideratio ſecundum quid, nec poteſt eſſe ratio reprobationis, quoniã omnis cau-

A ſa, quæ poneretur ex parte noſtri, attendenda ſemper eſſet per ordinem ad Deum, vt finem ſupernaturalem.

Contra vltimam concluſionem militant omnia argumenta, quibus impugnantur 1. 2. & 3. concluſiones: de quibus ſatis iam dictum eſt. Vide etiam argumenta Henrici, & Aureoli circa reſponſionem ad tertium argumentum D. Tho. propoſita à Caietano, & ſoluta, & alia argumenta, quæ producunt, & ſoluunt hic Bannes, & Zumellus. Caiet. Bannes. Zumell.

Vide etiam ea, quæ ſcribit Aluarez diſput. 110. & 111.

B

ARTICVLVS VI.

Vtrum prædeſtinatio ſit certa.

AD ſextum ſic proceditur. Videtur, quòd pręd eſtinatio nõ ſit certa; quia ſuper illud Apoc. 3. c. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. dicit Aug. quòd alius non eſt accepturus, niſi iſte perdiderit. Poteſt ergo, & acquiri, & perdi corona, quę eſt prędeſtinationis effectus. Non eſt igitur prædeſtinatio certa. [margin: 144 1. d. 10. q. 3. a. vnic. & 5. quolib. q. 2. 2. & 11. quol. art 3. & 12. quol. 12. 3. & ver. q. 6. a 3. & ad Heb. 12. lec. 4 & Lib de cor rect. & gra. c. 1. 3. tom. 7.]

C 2 Præterea: Poſito poſsibili nullum ſequitur impoſsibile. Poſsibile eſt autem aliquem prædeſtinatum (vt Petrum) peccare, & tunc occidi. Hoc autem poſito, ſequitur prędeſtinationis effectum fruſtrari. Hoc igitur non eſt impoſsibile. Non ergo eſt prędeſtinatio certa.

3 Præterea: Quicquid Deus potuit, poteſt. Sed potuit non prędeſtinare, quem prędeſtinauit. Ergo nunc poteſt non prędeſtinare. Ergo prędeſtinatio non eſt certa.

D Sed contra eſt, quod ſuper illud Roman. 8. Quos pręſciuit, hos & prędeſtinauit, &c. dicit gloſ. Prędeſtinatio *eſt pręſcientia, & præparatio beneficiorum Dei, qua certiſsimè liberantur quicunque liberantur. [margin: Sumitur ex Aug. li. de bono perſeue. c. 14. tom. 7.]

Reſpondeo. Dicendum, quòd prędeſtinatio certiſsimè, & infallibiliter conſequitur ſuum effectum; nec tamen imponit neceſsitatem, vt ſcilicet effectus eius ex neceſsitate proueniat. Dictum eſt *enim ſupra, quòd prędeſtinatio eſt pars prouidentię. Sed non omnia, quę prouidẽtiæ ſubduntur, neceſſaria ſunt, ſed quędam cõtingenter eueniunt, ſecundum conditionẽ cauſarum proximarum, quas ad tales effectus diuina prouidentia ordinauit. Et tamen prouidẽtiæ ordo eſt infallibilis, vt ſupra† oſtenſum eſt. Sic igitur, & ordo prędeſtinationis eſt certus, & tamen libertas arbitrij non tollitur, ex qua contingenter prouenit prædeſtinationis effectus. Ad hoc etiam conſideranda ſunt, quę ſupra † dicta ſunt de diuina ſcientia, & diuina voluntate, quæ contingentiam à rebus non tollunt, [margin: Art. 1. huius quæſ.] [margin: Q. 22. a. 4.] [margin: Q. 14. a. 13. & q. 19. a. 8.]

E

ſunt, licèt certiſsima, & infallibilia ſint.

Ad primum ergo dicendum, quòd corona dicitur eſſe alicuius dupliciter. Vno modo ex prędeſtinatione diuina, & ſic nullus coronam ſuam amittit. Alio modo ex merito gratię. Qd enim meremur, quodammodo noſtrum eſt. & ſic ſuam coronam aliquis amittere poteſt per peccatum mortale ſequens. Alius autem illam coronam amiſſam accipit, inquantum loco eius ſubrogatur; non enim permittit Deus aliquos cadere, quin alios erigat, ſecundum illud Iob 35. Conteret multos, & innumerabiles, & ſtare faciet alios pro eis. Sic enim in locum angelorum cadentium ſubſtituti ſunt homines, & in locum Iudæorum gentiles. Subſtitutus autem in ſtatum gratię etiam quantum ad hoc coronã cadentis accipit, quòd de bonis, quę alius fecit, in ęterna vita gaudebit, in qua vnuſquiſque gaudebit de bonis tam à ſe, quàm ab alijs factis.

Ad ſecundum dicendum, quòd licèt ſit poſſibile eum, qui eſt prædeſtinatus, mori in peccato mortali ſecundum ſe cõſideratum, tamen hoc eſt impoſsibile, poſito prout ſcilicet ponitur, eum eſſe prędeſtinatum. Vnde non ſequitur, quòd prędeſtinatio falli poſsit.

Ad tertium dicendum, quòd, cum prędeſtinatio includat diuinam voluntatem, ſicut ſupra dictum eſt, † quòd Deũ velle aliquid creatum eſt neceſſarium ex ſuppoſitione propter immutabilitatem diuinę voluntatis, nõ tamen abſolutè; ita dicendum eſt hic de prędeſtinatione. vnde non oportet dicere, quòd Deus poſsit non prędeſtinare, quem prędeſtinauit, in ſenſu compoſito accipiendo; licèt abſolutè conſiderando Deus poſsit prędeſtinare; ſed ex hoc non tollitur prędeſtinationis certitudo.

Art 4. huius quæſt.

Senſus quæſiti.

SOla illa dictio, *certa*, in titulo poſita ea eſt, quæ diligenter eſt attendenda; nam ex legitima illius intelligentia in materia prædeſtinationis, & prouidentiæ dependet, non ſolùm huius quæſiti ſẽſus, verùm etiã perfecta illius reſolutio; nec illius tantùm, ſed earum etiam omnium difficultatum, quas recentiores contra præſentis articuli doctrinam excitarunt; ſed laborem circa huius particulę explicationem neceſſarium nobis præripuit Caietanus, & poſt eum Zumellus, immo S. Doct. de ver. q. 6. art. 3. ad quos lectorem remittimus.

Caiet. Zumell. S. Thom.

Forma Textus.

COnclusio eſt. Prædeſtinatio certiſsimè, & infallibiliter conſequitur ſuum effectum, nec tamen imponit neceſsitatem. Probatio ſatis ordinatè habetur in corpore, & formatur etiam facili enthimemate à Caietano.

A

Controuerſia Vnica.

In quo nam conſiſtat certitudo prædeſtinationis.

Sententiæ Expoſitorum.

MOlina paucis hic ſuam explicat ſententiam dicens in prædeſtinatione non aliam eſſe certitudinem, quàm diuinæ præſcientiæ, qua Deus præuidet per media, per quæ vnuſquiſque prædeſtinatus eſt, peruenturum eum in vitam æternam. Molina.

Eandem ſententiam in ſubſtãtia neceſſe eſt ſequi eos omnes, qui dicunt ſcientiam conditionatam
B actuum liberi arbitrij, & effectuum contingẽtium eſſe Deo neceſſariam ad prædeſtinandum, vt ſcilicet ſit omninò infallibilis diuina prouidentia. Dixi autem in ſubſtantia; quia, qui poſt Molinam ſcripſerunt, quandam quaſi maiorem certitudinẽ in diuina prædeſtinatione videntur agnouiſſe, quę nonnullam habet ſimilitudinem cum illa ordinis certitudine, quam ſtatuit D. Thom. in prædicta q. 6. de ver. art. 3. Nam Suarez lib. 1. de eſſentia prædeſtinationis, c. 7. docet non poſſe agens intellectuale per voluntatẽ ſecurè ſtatuere de tali effectu abſolutè efficiendo, vel tali fine conſequendo, niſi ꝑ intellectum prius infallibili ſcientia iudicauerit
C tali, vel tali modo illum finem, vel effectum comparari poſſe. Atque ideo Deum pręcognoſcere cõgruam efficacitatem talis præuenientis auxilij infallibiliter futuram, ſi detur, hancque cognitionẽ eſſe neceſſariam ad prædefinitionem talis actus, atque adeo ad prædeſtinationem. Et in cap. 13. numero decimo, affirmat Deum per abſolutum actũ voluntatis ſuæ preparare prædeſtinatis ea etiam media, quæ ab ipſis liberè exercenda ſunt, vel comparanda. Suarez.

Ex quibus apparet auctorem hunc duplicẽ conſtituere in prædeſtinatione certitudinem; vnã præſcientiæ, alteram ordinis ſecundum rationem cau-
D ſalitatis moralis, qua ſcilicet Deus per cõgrua media mouet infallibiliter liberum arbitrium creatũ ad actus bonos, & effectus à Deo intentos.

Hanc certitudinem alij recentiores vidẽtur inſinuaſſe, ſed minus perſpicaciter attigiſſe. Inter quos Valentia hanc ſibi ſtatuit concluſionem. *Certitudo prædeſtinationis in eo ſita eſt, vt non poſsint hæc duo cõſiſtere ſimul, videlicet; Petrum eſſe prædeſtinatum, & in Petro non mandari executioni ſuo tempore effectus prædeſtinationis, ſed neceſſariò illos ex huiuſmodi hypotheſi prædeſtinationis euenire.* Quibus verbis nullus exprimitur particularis, & proprius modus certitudinis diuinæ prædeſtinationis: ex alijs tamen
E eiuſdẽ expoſitoris pronunciatis ſatis apparet eandem illius eſſe cum prædicti auctoris opinione ſententiam; quam etiam in ſubſtantia ſequitur Vaſquez, vt patet ex tota eius doctrina in materia ꝓuidentiæ, & prędeſtinationis: ſed vera eſt concluſio in omni ſententia, tam ſcilicet ſtatuentium, q̃ negantium phyſicas liberorum actuum prædefinitiones. Valentia. Vaſquez.

At S. Thom. & cum eo Capreolus, Caietanus, & alij omnes eius diſcipuli ſtatuunt duplicem eſſe certi- S. Thom. Capreol. Caiet.

certitudinem diuinæ prædeſtinationis. Vnam cognitionis, & alteram ordinis, ſiuè cauſalitatis, non ſecundum tantùm moralem congruitatem, ſed ét ſecundum realem phyſicè prædeterminationis influxum. Ad cuius euidentiam.

Reſolutio.

Oſtenditur ex doctrina Sanct. Thomæ duplicem eſſe prædeſtinationis certitudinem, ſcilicet cognitionis, & ordinis, ſiuè cauſalitatis.

Sciendum eſt primò duplicem eſſe certitudiné; Vnam eſſentialiter, alteram participatiuè dictam, vt ait S. Tho. 2. 2. q. 18. artic. 4. & 3. ſentent. diſtinct. 26. q. 2. art. 4. Certitudo eſſentialiter dicta conuenit virtuti cognoſcitiuæ, & diffinitur, quòd eſt firmitas adhæſionis virtutis cognoſcitiuæ ad ſuũ cognoſcibile, vel determinatio intellectus ad vnum, vt ait Sanctus Doctor in tertio ſentent. diſt. 2. q. 2. art. 2. queſt iuncula tertia: quam etiam appellat certitudinem aſſenſus. De hac certitudine ſic ait Sanctus Thomas in dicta quæſtione ſexta, de Verit. art. 3. *Cognitionis certitudo eſt, quando cognitio non declinat in aliquo ab eo, quod in re inuenit, ſed hoc modo exiſtimat de re, ſicut eſt.* Certitudo autem participatiuè dicta inuenitur, in omni eo, quod ab intellectu mouetur infallibiliter in finem ſuũ; & eadem ratione certus dici poteſt motus cęli ab oriente in occidétem, & quilibet effectus à Deo prædefinitus. De hac certitudine ſic loquitur ſanctus Thom. in prędicto artic. 3. de ver. *Et quia certa exiſtimatio habetur de re per cauſam rei, ideo tractum eſt nomen certitudinis ab ordine cauſæ ad effectum, vt dicatur ordo cauſæ ad effectum certus, quando cauſa infallibiliter effectum producit.* De vtroque modo certitudinis multa ſupra diximus, quæſt. 1. art. 5.

S. Thom.

S. Tho.

Secundò conſiderandum eſt in prædeſtinatione vtramq; claudi certitudinem, nimirum cognitionis; quia pręſcientiam includit, & ordinis, ſiuè cauſalitatis, quatenus directio, ſeu præparatio quædã eſt. Quæ certitudo ordinis, ſiuè cauſalitatis, vt in dicto articulo docet Sanctus Thom. non ſolùm eſt reſpectu finis vniuerſalis, ſed etiam reſpectu finis particularis, & determinati; quia ille, quem Deus per prędeſtinationem ordinat ad ſalutem, nunquã deficit ab eius conſecutione, quamuis cauſa propria, ſcilicet liberum arbitrium non producat effectum illum, ad quem à Deo ordinatur, niſi contingenter. Quo fit, vt ibidem aduertit Sanctus Doct. vt difficile ſit concordare infallibilitatem prædeſtinationis cum libertate arbitrij. Conciliat autem ibidem vtrumque Sanctus Thomas hoc modo. *Inuenimus* (inquit) *ordinem compoſsibilem reſpectu alicuius dupliciter. Vno modo, inquantùm vna cauſa ſingularis producit effectum ſuum ex ordine diuinæ prouidentiæ. Alio modo, quando ex concurſu cauſarum multarũ contingentium, et deficere poſsibilium peruenitur ad vnum effectum, quarum vnamquamque Deus ordinat ad conſecutionem effectus loco eius, quæ deficit, vel ne altera deficiat; ſicut videmus, quòd omnia ſingularia vnius ſpeciei ſunt corruptibilia, & tamen per ſucceſsionem*

A *vnius ad alterum poteſt in eis ſecundum numerum ſaluari perpetuitas ſpeciei diuina prouidentia taliter gubernante, quòd non omnia deficiant vno deficiente. Et hoc modo eſt in prædeſtinatione. Liberum enim arbitrium deficere poteſt à ſalute; tamen in eo, quem Deus prædeſtinat, tot alia adminicula præparat, quòd vel non cadat, vel ſi cadat, quòd reſurgat, ſicut exhortationes, & ſuffragia orationum, donũ gratiæ, & alia huiuſmodi: quibus Deus adminiculatur ad ſalutem. Si ergo conſideremus ſalutem reſpectu cauſæ proximæ, ſcilicet liberi arbitrij, non habet certitudinem ſed contingentiam; reſpectu autem cauſæ primæ, quæ eſt prædeſtinatio, habet certitudinem.*

B Hæc ibi Sanctus Doctor. Quibus verbis non ſignificat incertam eſſe diuinam prouidentiam de ſingulorum mediorum efficacitate, neque negat omnia, & ſingula ad finem intentum à Deo electa media, & ipſas liberæ volũtatis operationes à Deo fuiſſe certiſsimo ſapientiæ, & voluntatis decreto prædefinitas; ſed vt arbitrij noſtri libertatem, ac ſuauem diuinæ prouidentiæ diſpoſitionem oſtenderet; multorum mediorum defectum à Deo præuiſum, & eorum per ſingula ſupplementum, prout frequenter euenit, eleganter expreſsit.

Quibus non repugnant particularia illa diuina auxilia ad vltimum prædeſtinationis effectum efficacia: & ſingulorum mediorum, & actuum præ-

C definitio. Non enim neceſſe eſt, vt omnia, & ſingula media ad vltimum prędeſtinationis effectum ordinata indefectibilia omninò ſint, neque, vt auxilia oĩa, & ſingula, quæ prędeſtinato conferuntur, ſint ſimpliciter efficacia moraliter, aut phyſicè: (quamuis neceſſe ſit ea eſſe efficacia ſm quid, ſiuè in genere ſuo, quatenus ſcilicet efficiũt id, ad quod efficiendum à Deo conferuntur, vt diximus art. 3. contron. 2.) ſed ſatis eſt, ſi diuina prouidentia cõferat electo media infallibilia, & auxilia efficacia ſimpliciter eo tempore, quo prædefininit illum, quaſi manu apprehenſa continuo, ſupremoque vitæ curſu dono perſeuerantię munitum ad cœleſtis

D regni ſedes eleuare, & ſempiternæ fœlicitatis gloria coronare; quamquam dici poſſet pręcedentia media nonnunquàm per peccatum interrupta ſua quadam vi in prædeſtinato remanere, ac tempore à Deo prædefinito ad effectum illum, ad quem à Deo donata ſunt, efficaciter in ſuo ordine operari, vt patet in prædeſtinato à iuſtitia lapſo, qui recepta quondam gratiæ præuenientis, & ſubſequentis auxilia, & bonorum operum merita recolens nouo à Deo præuentus auxilio amiſſam tandem recipit iuſtitiæ ſanctitatem, & in ea perſeuerans diem ſuæ vitæ claudit extremum.

E Tertiò recolenda ſunt ea omnia, quæ diximus de diuina prouidentia, & prędeſtinatione reſpectu euentus in Controuerſia vnica, queſtione vigeſima ſecunda, articulo primo, & quæ latè tractauimus de diuinis prædefinitionibus, & de certitudine, & infallibilitate diuinæ prouidentiæ, & prædeſtinationis, & horum omnium conſenſu cum libero arbitrio in articulo quarto, pręcedẽtis quæſtionis, controuerſia ſecunda, & ea, quæ docet S. Thomas, ſupra queſt. 19. art. 6. quibus adde dictũ eiuſdem S. Thom.

dem Sancti Doctoris in ſequenti articulo, nimirũ certum eſſe Deo numerum prędeſtinatorum, non ſolùm per modum cognitionis, ſed etiam per modum cuiuſdam principalis prædefinitionis; vbi duplicem iam dictam certitudinẽ attribuit prædeſtinationi.

Aluarez. Vide etiam ea, quæ ſcribit Aluarez, diſp. 41.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima concluſio. Certitudo prædeſtinationis non eſt præſcientiæ tantùm, ſed etiam ordinis, ſiuè cauſalitatis, & prædefinitionis.

D. Tho. Probatur argumento Diui Thomæ in dicto art. tertio, de verit. Si prædeſtinatio ſolam haberet pſcientiæ certitudinem, ſequeretur, quòd prædeſtinatus non differret à non prædeſtinato ex parte ordinis, ſed tantùm ex parte præſcientiæ euentus: igitur præſcientia eſſet cauſa prædeſtinationis; quod eſt contra auctoritatem ſcripturæ, & dicta ſanctorum: igitur prædeſtinationis certitudo nō eſt præſcientiæ tantùm, ſed & ordinis, ſiuè cauſalitatis, & prędefinitionis; Conſequentias omnes reliquit Sanctus Thomas, vt euidentes, prout verè ſunt: Nam, vt à prima inchoemus; prædeſtinatio dicit certam rationem ordinis, ideſt rerum ordinatarum in finẽ ſupernaturalem; ac per hoc differt prædeſtinatus à non prædeſtinato: quia prædeſtinatus certo quodam ordine ad finem ſupernaturalem perueniet; ad quem finem, ordinem habet non prædeſtinatus ex voluntate Dei antecedente, qui tamen ordo certitudinem non habet euentus. Si itaque prædeſtinatio ſolam habet præſcientiæ certitudinem, conſequens eſt illum non differre à non prædeſtinato ex parte ordinis, ſed tantùm ex parte præſcientiæ euentus.

Secunda verò conſequentia neceſſariò ſequitur ex prima. Nam illud eſt cauſa differentiæ illius à non prædeſtinato. Si ergo prædeſtinatus differt à non prædeſtinato per ſolam præſcientiæ certitudinem, ſequitur præſcientiã eſſe ſolam cauſam prædeſtinationis.

Quod ſi ita eſt, ſequitur prędeſtinationem non eſſe per electionem prædeſtinantis, vt vltimò deducebatur. Nam, quod ex ſola præſcientia dependet, non eſt ex electione, quæ ad voluntatem pertinet.

Hoc verò eſt contra ſacrarum litterarum oracula prædeſtinationem electioni tanquã primæ cauſæ tribuentia; vt patet Rom. 9. ad Epheſ. 1. Matth. 24. Ioan. 6. 13. & 15. Actorum 1. & 13. quibus locis prædeſtinati vocantur electi. Præterea: Si prædeſtinatus differt à non prædeſtinato per ſolam pręſciẽtię certitudinem, ſequitur totam noſtræ ſalutis certitudinem ex nobis eſſe: Idcirco namque diceretur Deus certò præſcire totum noſtræ prædeſtinationis ordinem, quia liberum noſtræ voluntatis arbitrium pro ſua facultate, ac libertate ita operaturũ erit, ſi hæc, vel illa eidem conferantur adiumenta: non autem, quia ex electione diuina per tales operationes in finem tẽdat ſupernaturalem: igitur de primo ad vltimum, ſi certitudo prædeſtinationis eſt præſcientiæ tantùm, & non ordinis, tota erit ex

Rom. 9. Epheſ. 1 Matth. 24. Io. 6. 13 & 15 Act. 1. & 13.

A nobis. En argumentum ex Diui Tho. doctrina aduerſus aſſertum Molinę; quo ſimul ruit etiam illius fundamentum, quod eſt ſcientia media, quam aſſerit eſſe dependentem, quo ad relationem rationis à futuris actibus liberæ noſtrę voluntatis. Statuenda eſt igitur in prædeſtinatione, non præſcientię ſolius, verùm etiam ordinis, ſiuè cauſalitatis certitudo, quam idem S. Doct. 1. 2. quæſt. 112. articulo tertio, diſſertis verbis expreſsit dicens: *Præparatio ad gratiam poteſt conſiderari, ſecundum quod eſt à Deo mouente, & tunc habet neceſsitatem ad id, ad qđ ordinatur à Deo, non quidem coactionis, ſed infallibilitatis; quia intentio Dei deficere non poteſt, ſecundum quòd* S. Tho. Rom. 9.

B *Auguſtinus dicit in libro de prædeſtinatione ſanctorum, quòd per beneficia Dei certiſsimè liberantur, quicunque liberantur. Vndè, ſi ex intentione Dei mouentis eſt, quòd homo, cuius cor mouet, gratiam conſequatur, infallibiliter ipſam conſequetur, ſecundum illud Ioan. 6. omnis, qui audit à patre, & didicit, venit ad me.* Hæc ibi.

Sed idem ex profeſſo perſpicuè docet Apoſtolus ad Romanos, capit. 9. Vbi contendit originem totius gratię, in qua primum locum tenet vocatio, eſſe ſolam electionem Dei, vt ibidem aduertit Sanctus Thomas. Inter cætera verò, quæ in eo capitulo tradit Apoſtolus, verba illa noſtro maximè fauent inſtituto; *Cum enim* (ait) *nondum nati fuißent,*

C *aut aliquid boni egiſſent, aut mali, vt ſecundum electionem propoſitum Dei maneret, non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt ei, quia maior ſeruiet minori, ſicut ſcriptum eſt: Iacob dilexi, Eſau autem odio habui.* quæ verba exponens S. Doct. ait; *vt propoſitum Dei, ſcilicet volentis vnum præ alio magnificare, maneret ideſt firmum eſſet, & hoc non ſecundum merita, ſed ſecundum electionem, ideſt inquantum ipſe Deus ſpontanea voluntate vnum alteri prælegit, non quia ſanctus erat, ſed vt ſanctus eſſet, ſecundum illud Epheſ. primo. Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti. Hoc autem eſt propoſitum prædeſtinationis, de quo ibidem dicitur, Prædeſtinati ſecundum propoſitum voluntatis* S. Tho.

D *eius.* Hęc ibi Sanctus Tho. Docet itaque ſacer textus prędeſtinationis certitudinem, ac firmitatem non ex ſola præſcientia Dei, ſed præcipuè ex diuinę voluntatis propoſito, & electione dependere. S. Thom.

Eandem ſententiam clarius exprimit S. Doctor in primo ſent. ad Anibaldum, diſt. 40, quæſt. vnica, artic. tertio, dicens: *Prædeſtinatio reſpectu gratiæ, & gloriæ habet certitudinem præſcientiæ, & cauſæ* Quod etiam ſignificat Apoſt. ad Rom. 4. dicens: *Ideo ex fide, vt ſecundum gratiam firma ſit promiſsio*; quę verba S. Auguſtinus in lib. de prædeſt. Sanctorum, capit. 10. exponit de certitudine prędeſtinationis ſecundum rationem cauſę; & ad Epheſ. 1. dicitur: Rom. 4. Epheſ. 1.

E *Prædeſtinati ſecundum propoſitum eius, qui vniuerſa operatur ſecundum conſilium voluntatis ſuæ*; quod dictum S. Hieronymus ibidẽ exponit de eadem certitudine, ſcilicet ſecundum rationem cauſæ: Concluſionem hanc probat Aluarez optimis argumentis, diſp. 41. S Hieron. Aluarez.

Secunda concluſio. Eandem certitudinem habet prædeſtinatio reſpectu diſtinctorum graduum gloriæ cuilibet prędeſtinato conferendæ: Probatur: quia perfectiſsima Dei prouidẽtia, cuius pars eſt

Digitized by Google

eſt prędeſtinatio hominem non ſolùm ordinat ad finem,ſed etiam ad determinatum gradum aſſecutionis,ſeu participationis talis finis; igitur etiam prędeſtinatio non eſt ad gloriam tantùm in communi,ſed etiam ad determinatum gradum glorię; alioquin,ſi ex liberi arbitrij noſtri cooperatione, vt prima cauſa intenſius, aut remiſsius influente maior,aut minor glorię gradus beato determinaretur, poſſet iuſtè,qui maiorem conſecutus eſt glorię gradum,aduerſus alium,qui minorem adeptus eſt, gloriari; contra illud Apoſtoli 1.Cor. 4. *Quid habes,quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris,quaſi non acceperis?*

1.Cor.4.

Tertia concluſio. Eadem certitudine prędefinita ſunt à Deo opera omnia meritoria prædeſtinatorum,tam quo ad ſpeciem, quam quo ad numerum,& intenſionem,& alias indiuiduas circunſtātias:Probatur ex illo ad Epheſ.2. *Ipſius enim factura ſumus,creati in operibus bonis,quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus*: Quorum uerborum ſenſū ibidem explicans Athanaſius ait: *Sciens autem hæc* (ſcilicet bona opera) *præparauit Deus,quæ differri nō potuerunt,neque prætermitti,quin peragantur, tanquā diuinitus ſint prædefinita,idque per multā erga nos prouidentiam*: Deinde probatur Concluſio ex ijs, quæ de diuinis prędefinitionibus diximus in pręcedenti quęſt. art. 3.

Epheſ. 2.

Quarta concluſio. Certitudo prędeſtinationis non deſtruit arbitrij noſtri libertatem.Hęc concluſio latiſsimè probata eſt in ſecunda controuerſia ad quartum articulum quęſtionis pręcedentis, & probatur à D.Thom.quol.11.art.13.& quol.12.articulo tertio,& alibi. Et hic etiam à Zumello pluribus argumentis,diſputatione prima,quam lege, ſi placet.

S. Thom. Zumell.

Argumenta,quæ aduerſus has concluſiones adduci poſſent partim ex dictis remanent ſoluta, & partim in pręnotatis controuerſijs fuere diſcuſſa. Quę verò hic producunt,& ſoluunt expoſitores,ac preſertim Zumellus,ſuper hoc art.& Aluarez diſp. 41.videant,qui voluerint.

Zum. Aluarez.

ARTICVLVS VII.

Vtrum numerus prædeſtinatorum ſit certus.

145 1.d.4. q 3. art.vnic. & ver.q.6. a.1

AD ſeptimum ſic proceditur. Videtur,quòd numerus prędeſtinatorum non ſit certus. Numerus enim,cui poteſt fieri additio,non eſt certus; ſed numero prædeſtinatorum poteſt fieri additio, vt videtur; dicitur enim Deuteronom.primo capitulo. Dominus Deus noſter addat ad hunc numerum multa millia* Gloſſa.ideſt, definitum apud Deum, qui nouit,qui ſunt eius. Ergo numerus prædeſtinatorum non eſt certus.

al.ord.ibi.

2 Præterea: Non poteſt aſsignari ratio, quare magis in hoc numero,quàm in alio,Deus homines præordinet ad ſalutem; ſed nihil à Deo ſine ratione diſponitur. Ergo non eſt certus numerus ſaluandorum præordinatus à Deo.

3 Præterea: Operatio Dei eſt perfectior, quàm operatio naturæ. Sed in operibus naturę bonum inuenitur,vt in pluribus,defectus autē, & malum, vt in paucioribus.

Si igitur à Deo inſtitueretur numerus ſaluādorum, plures eſſent ſaluandi,quàm damnandi: cuius contrarium oſtenditur Matth. 7. vbi dicitur, Lata & ſpacioſa eſt via, quæ ducit ad perditionem,& multi ſunt,qui intrant per eā. Anguſta eſt porta,& arcta via, quæ ducit ad vitam,& pauci ſunt,qui inueniunt eam. Non ergo eſt præordinatus à Deo numerus ſaluandorum.

Sed contra eſt, quod Auguſt.dicit in libro *de correptione,& gratia.Certus eſt prædeſtinatorum numerus,qui neque augeri poteſt,neque minui.

Lib.de correct.& gra. c.13.to.7.

Reſpondeo. Dicendum,quòd numerus prędeſtinatorum eſt certus. Sed quidam dixerunt eum eſſe certum formaliter, ſed non materialiter:vt puta,ſi diceremus certum eſſe, quòd centum,vel mille ſaluentur, non autem quòd hi,vel illi. Sed hoc tollit certitudinem prædeſtinationis,de qua iam* diximus. Et ideo oportet dicere,quòd numerus prædeſtinatorum ſit certus Deo non ſolum formaliter, ſed etiam materialiter. Sed aduertendum eſt, quòd numerus prædeſtinatorum, certus Deo dicitur, non ſolum ratione cognitionis, quia ſcilicet ſcit,quot ſunt ſaluandi (ſic enim Deo certus eſt etiam numerus guttarum pluuiæ, & arenæ maris) ſed ratione electionis,& diffinitionis cuiuſdam.

Ar.præc.

Ad cuius euidentiam eſt ſciendum, quòd omne agens intendit facere aliquid finitum,vt ex ſupradictis de infinito* apparet. Quicunq; autem intendit aliquam determinatam menſuram in ſuo effectu,excogitat aliquem numerum in partibus eſſentialibus eius, quæ per ſe requiruntur ad perfectionem totius.Nō enim per ſe eligit aliquem numerum in his,quæ nō principaliter requiruntur, ſed ſolum propter aliud.Sed in tanto numero accipit huiuſmodi, inquantùm ſunt neceſſaria propter aliud. Sicut ædificator excogitat determinatam menſuram domus,& etiam determinatum numerū manſionum,quas vult facere in domo,& determinatum numerum menſurarum parietis,vel tecti.Non autem eligit determinatum numerum lapidum, ſed accipit tot,quot ſufficiunt ad explendam tantam menſuram parietis.

q.7.ar.1.& 3.

Sic igitur conſiderandum eſt in Deo reſpectu totius vniuerſitatis, quæ eſt eius effectus.

Præor-

Digitized by Google

Præordinauit enim, in qua menſura deberet eſſe totum vniuerſum, & quis numerus eſſet conueniens eſſentialibus partibus vniuerſi, quę ſcilicet habent aliquo modo ordinem ad perpetuitatem, quot ſcilicet ſphęræ, quot ſtellæ, quot elementa, quot ſpecies rerum. Indiuidua verò corruptibilia non ordinantur ad bonum vniuerſi quaſi principaliter, ſed quaſi ſecundariò, inquantum in eis ſaluatur bonum ſpeciei.
* 371 488 *Vnde, licèt Deus ſciat numerum omnium indiuiduorum, non tamen numerus vel bouum, vel culicum, uel aliquornm huiuſmodi eſt per ſe præordinatus à Deo. Sed tot huiuſmodi diuina prouidentia produxit, quot ſufficiunt ad
D. ſor. ſpecierum conſeruationem. Inter omnes autem* creaturas principalius ordinantur ad bonum vniuerſi creaturæ rationales, quæ inquantum huiuſmodi, incorruptibiles ſunt, & potiſſimè illæ, quæ beatitudinem conſequũtur, quæ immediatius attingunt vltimum finem.

Vnde certus eſt Deo numerus prædeſtinatorum, non ſolum per modum cognitionis, ſed etiam per modum cuiuſdam principalis prædefinitionis.

Non ſic autem omninò eſt de numero reproborum, qui videntur eſſe præordinati à Deo in bonum electorum, quibus omnia cooperantur in bonum.

De numero autem omnium prædeſtinatorum hominum quis ſit, dicunt quidam, quòd tot ex hominibus ſaluabuntur, quot Angeli ceciderunt. Quidam verò, quòd tot ſaluabuntur, quot Angeli remanſerunt. Quidam vero, quòd tot ex hominibus ſaluabuntur, quot Angeli ceciderunt, & inſuper tot, quot fuerunt angeli creati. Sed melius dicitur, quod ſoli Deo eſt cognitus numerus electorum in ſuperna fęlicitate locandus.

Ad primum ergo dicendum, quòd verbum illud Deuteron. eſt intelligendum de illis, qui ſunt pręnotati à Deo reſpectu pręſentis iuſtitię. Horum enim numerus, & augetur, & minuitur, & non numerus prędeſtinatorum.

Ad ſecundum dicendum, quòd ratio quantitatis alicuius partis, accipienda eſt ex proportione illius partis ad totum. Sic enim eſt apud Deum ratio, quare tot ſtellas fecerit, vel tot rerum ſpecies; & quare tot prędeſtinauit ex proportione partium principalium ad bonum vniuerſi.

Ad tertium dicendum, quòd bonum proportionatum communi ſtatui naturæ accidit, vt in pluribus, & deficit ab hoc bono, vt in paucioribus. Sed bonum, quod excedit communem ſtatum naturæ, inuenitur, vt in paucioribus, & deficit ab hoc bono, vt in pluribus.

A Sicut patet, quòd plures homines ſunt, qui habent ſufficientem ſcientiam ad regimen vitæ ſuæ; pauciores autem, qui hac ſcientia carent, qui moriones, vel ſtulti dicuntur; ſed pauciſſimi ſunt reſpectu aliorum, qui attingunt ad habendam profundam ſcientiam intelligibilium rerum. Cùm igitur beatitudo ęterna in viſione Dei conſiſtens, excedat communem ſtatum naturę, & pręcipuè ſecundùm quod eſt gratia deſtituta per corruptionē originalis peccati, pauciores ſunt, qui ſaluantur. Et in hoc etiam maximè miſericordia Dei apparet, quòd ali-
B quos in illã ſalutem erigit, à qua plurimi deficiunt, ſecundum communem curſum, & inclinationem naturę.

Senſus quæſiti.

DVo ſunt in quæſito termini; videlicet *numerus*, & *certus*, quorum hic eſſet explicanda ſignificatio; Sed prioris ſenſus habetur ex ipſo corporis principio; in quo diſtinguitur numerus in numerum formaliter, & in numerum materialiter ſumptum; quæ diſtinctio eadem ferè eſt cum illa communi, quæ fit in numerum numerantem, ſiuè
C quo numeramus, & in numerum numeratum. Poſterioris verò termini ſignificatio exponitur in ipſa prima concluſione, & eius probatione, & ſatis diſcuſſa eſt in pręcedente controuerſia; vbi diſtinximus cum Diuo Thom. duos certitudinis modos, ſcilicet pręſcietię, & ordinis, ſiuè cauſalitatis, aut prędefinitionis, itaque Sanctus Thomas de vtroque numero mouet quęſitum, præcipuè tamen de materiali, & de vtraque certitudine quęrit, tam ordinis, quàm cognitionis, non diuinę ſolùm, ſed etiam humanę.

Forma Textus.

D

REfert primò Sanctus Doctor opinionem dicentium numerum prædeſtinatorum eſſe certum formaliter, non autem materialiter: exempli gratia, quod centum, vel mille ſaluentur non autem, quod hi, vel illi. Secundò ad quæſitum reſpondet tribus concluſionibus. ex quibus prima eſt de numero prædeſtinatorum abſolutè, ſecunda de numero reproborum, tertia de certitudine numeri reproborum quo ad nos.

Prima concluſio eſt. Numerus prædeſtinatorum eſt eſt Deo certus non ſolùm formaliter, ſed etiam materialiter, non ſolùm, vt cognitus, ſed etiam vt electus, & prædefinitus. Hæc concluſio tres habet præcipuas partes. Prima eſt. Numerus prædeſtinatorum eſt Deo cer-
E *tus; quæ relinquitur, ut nota, tum ex ijs, quæ tractata sũt ſupra de diuina cognitione, quæſtione quartadecima, & præſertim; articulo ſexto, vndecimo, & tertiodecimo; tū etiam ex præcedenti artic. Secunda pars eſt: non ſolùm formaliter, ſed etiam materialiter. Probatur hac pars, & ſimul confutatur opinio recitata. Si numerus prædeſtinatorum eſſet tantùm formaliter Deo certus, tolleretur certitudo ordinis attributa prædeſtinationi in præcedente articulo; at conſequens non eſt admittendum; ergo*

go nec

go nec antecedens. Probatur conſequentia: quia ſtaret Petrum eſſe prædeſtinatum, & tamen non ſaluari, & ſic prædeſtinatio ſuum non ſortiretur effectum.

Tertia pars eſt: non ſolùm vt cognitus, ſed etiam vt prædefinitus: quæ primò declaratur quo ad dictionem illam, cognitus, exemplo; ſicut (inquit) certus eſt Deo numerus guttarum pluuiæ, & arenæ maris. Deinde probatur quo ad vocem illam prædefinitus; Deus præordinauit, in qua menſura deberet eſſe totum vniuerſum, & quis numerus eſſet cõueniens eſſentialibus partibus vniuerſi, at inter omnes creaturas principalius ordinantur ad bonum vniuerſi creaturæ rationales, & præſertim, quæ beatitudinem conſequuntur; ergo certus eſt Deo numerus prædeſtinatorum non ſolùm per modum cognitionis, ſed etiam per modum cuiuſdam principalis prædefinitionis. Minor probatur; quia creaturæ rationales, inquantùm huiuſmodi, incorruptibiles ſunt, & potiſsimè illæ, quæ beatitudinem conſequuntur, cum immediatius attingant vltimum finem. Maior manifeſtatur diſtinguẽdo partes vniuerſi in eas, quæ habent aliquo modo ordinem ad perpetuitatem; ſicut ſpheræ cæleſtes, ſtellæ, elemẽta, & ſpecies rerum, quæ ordinantur ad bonum vniuerſi principaliter, & ſunt eius partes eſſentiales, & indiuidua corruptibilia, quæ non ordinantur ad bonum vniuerſi principaliter, ſed ſecundariò. Deinde probatur eadem maior; & primò quo ad illam particulam, in qua menſura deberet eſſe totum vniuerſum, quia omne agẽs intendit facere aliquid finitum, vt probatum eſt quæſt. 7. artic. ſecundo: Secundò probatur quo ad duas alias particulas ſimul.

Quicunque intendit aliquam determinatam menſurã in ſuo effectu, excogitat aliquem numerum in partibus eſſentialibus eius, quæ per ſe requiruntur ad perfectionẽ totius: at Deus intendit determinatam menſuram in ſuo effectu, quod eſt vniuerſum; ergo, &c. Maior probatur exemplo ædificatoris, qui excogitat determinatam menſuram domus, & determinatum numerum manſionum, & determinatum numerum, vel menſuram parietis, & tecti.

Secunda concluſio. Numerus reproborum non eſt omninò ſic certus. Probatur. Deus non per ſe præordinauit numerum eorum, quæ non quaſi principaliter, ſed quaſi ſecundariò, & per aliud ordinatur ad bonum vniuerſi; at reprobi non quaſi principaliter ordinantur in bonum vniuerſi, ſed quaſi ſecundariò, & per bonum electorum; ergo numerus reproborum non eſt ſic omninò certus. Maior probatur; quia quicunque intendit aliquam determinatam menſuram in ſuo effectu, non eligit aliquem numerum in his, quæ non principaliter requiruntur, ſed ſolum propter aliud; ergo Deus non præordinauit numerũ eorum, quæ non quaſi principaliter requiruntur, ſed ſolùm propter aliud; ergo Deus non præordinauit numerũ eorum, quæ nõ quaſi principaliter, &c. Antecedens probatur exemplo ædificatoris; qui non eligit determinatũ numerum lapidum, ſed tot accipit, quot ſufficiũt ad explendam tantam menſuram parietum. Deinde explicatur eadem maior; quia, licèt Deus ſciat numerum boũ, & culicum, & aliorum huiuſmodi, non tamen eſt per ſe præordinatus à Deo; ſed tot huiuſmodi diuina prouidentia produxit, quot ſufficiunt ad ſpecies conſeruationem.

Tertia concluſio. Soli Deo cognitus eſt numerus electorum in ſuperna fœlicitate locandus. Hæc concluſio cõ-

A *tinet, quaſi implicitè ſuam probationem; nam exprimitur eiſdem verbis, quibus vtitur Eccleſia, vt eius intelligatur auctoritate ſuffulta; ex quo ſequitur præferendam eſſe concluſionẽ hanc tribus ſanctorũ opinionibus in textu relatis.*

Expoſitio Textus.

Dubitatio

IN hoc diſcurſu plura ſunt examinanda, & explicanda.

Primum eſt illa propoſitio: *omne agens intendit facere aliquid finitũ.* Videtur enim falſa: nam motores orbem ſecundùm Philoſophos intendunt ſemper mouere; ergo productionem intendunt effectus B infiniti.

Solutio Caiet.

Reſpondet Caietanus primò intelligendam eſſe de effectu in actu, qualis non eſt motus cœli.

Secundò Cęlorum infinitas circulationes non per ſe primò à motoribus illis intendi; ſed aſsimilationem ad Deum in faciendo entia, quæ non niſi per infinitas circulationes poteſt conſeruari: quo fit, vt quaſi per accidens intendant ſemper mouere. Addit Syluester tertiam reſponſionem dicens Angelum vna intentione non intendere infinitum motum, ſed finitum, ſiuè ille ſit una circulatio, ſiuè motus vnius anni, ſiuè plurium, ſiuè vna reuolutio C octauæ ſpherę, ſiuè reducere mobile ſuum ad eam diſpoſitionem, in qua creatum eſt reſpectu omniũ aliorum cęlorum, vel aliquid tale.

Sylueſtri ſolutio.

Confutatio

Sed hæc reſponſio non ſatisfacit propoſitæ difficultati; nam vel ſupponit motũ eſſe finitum, vt indicant vltimæ partes reſponſionis; quod philoſophi nõ admitterent, vel ſupponit non poſſe cadere ſub vna intentione agentis adæquatum proprię virtutis effectum, quod uidetur abſurdum; nam, ſi potẽtia ex tanta ſuæ virtutis latitudine, puta infinita, reſpicit naturaliter tantę quantitatis effectum, puta infinitum ſucceſsiuè, cur non poteſt etiam tota illius effectus latitudo cadere ſub vna intentione D eiuſdem intellectualis agentis, cum pręſertim in quęſtione 12. dictum ſit de mente Diui Tho. poſſe angelum ſimul intelligere infinitas ſpecies numerorũ, & figurarum, & eadem ratione infinitas circulationes cęlorum? itaque poterit Angelus infinitas circulationes vno etiam voluntatis actu ſimul intendere quaſi per accidens modo dicto.

Dubitatio

Ariſt. S. Thom.

Solutio Caietan.

Secundum eſt diſtinctio partium vniuerſi. Nam videntur hic malè diſtinctę, quoniam Ariſt. & Sanctus Thomas in primo cęli ſtatuunt corpora tantũ ſimplicia ſecundum ſpeciem partes vniuerſi, hic autem adiunguntur ſpecies miſtorum, vegetabilium, & animalium.

E Reſpondet Caietanus, in primo cęli ſermonem eſſe de perfectione ſubſtantiali vniuerſi. Hic autẽ de perfectione, quaſi per modum paſsionis; quia corporales omnes ſpecies ad ſimplicia corpora ſe habent veluti paſsiones ad ſubiectum, dum ex eis, & actiuè, & materialiter fiunt, & conſtant.

Sylueſtri impugnatio.

Sed hanc reſponſionem reprehẽdit Sylueſter, quia per rerum ſpecies non videtur Sanctus Thom. ſolũ intelligere ſpecies corruptibilium, ſed etiam Angelorum, qui ſunt partes principales vniuerſi, li-

cèt

Digitized by Google

cèt de eis non adducat exempla, quià non oportet, & prćterea (inquit) dato quòd intelligat ſolum de corporalibus, tamen tunc omnes rerum ſpecies corporales nõ conſtant actiuè per corpora ſimplicia, maximè ſpecies humana, quæ nec etiam per cęlum, & eius motorem poteſt expleri, & conſtare; cum anima rationalis ſit ex creatione.

Defenditur Caiet.

Sed benè conſideranti litteram, & mentem Diui Thomæ apparebit ſolidam eſſe interpretationem Caietani: Nam Sanctus Doctor enumerando partes vniuerſi, quæ habent aliquo modo ordinem ad perpetuitatem, recenſet ſpheras, ſtellas, elementa, & rerum ſpecies, intelligens ſphęrarum, & ſtellarũ nominè vniuerſas illas naturas, quæ non ſolum in ſpecie, ſed etiam in indiuiduo durationem habent ſempiternam. Si namque corpora, quæ mouentur ab Angelis, eadem non ſolum ſpecie, ſed etiam numero perpetuò perſeuerant, multò magis Angeli eorum motores; Adde, quòd nomine cęlorum facile poſſunt intelligi mobilia cum ſuis motoribus, vt patet ex octauo phyſicorum, & 12. Metaphyſ. cum præſertim hucuſque non tradiderit Sanctus Thomas naturam, diſtinctionem, & numerum Angelorum; Itaque per rerum ſpecies vltimo loco nominatas intelligendæ ſunt ſolę corruptibilium rerum naturæ, quæ multa ſub ſe continent indiuidua, quę ſingula corruptibilia ſunt.

Ariſt.

D. Thom.

Hanc etiam eſſe mentem Diui Thomæ indicant rerum gradus, quos ordinatè recenſet Sanct. Doct. Primus eſt cęleſtium corporum, & conſequenter etiam Angelorum, quibus ſubſtantialis omnis repugnat corruptio. Secundus eſt elementorum; quæ ſecundum partes tantùm alterantur, & corrumpũtur. Tertius eſt ſpecierum corruptibilium; quæ ſecundum eam, quam in ſingulis indiuiduis habent, exiſtentiam, corruptibilia ſunt, ſucceſsione verò eorum infinita (ſolo naturæ ordine conſiderato) perpetuò in eſſe perſeuerant. Ad ſecundam autem Syluestri obiectionem reſpondetur ſpecies rerum corporalium corruptibilium, vt ſic, actiuè, & materialiter fieri ex elementis, & conſequenter etiam fit ex eiſdem homo, quatenus corporeus, & corruptibilis eſt; quamuis quo ad animam, quæ omnino ſpiritualis eſt, & incorruptibilis, à ſolo Deo ſit per creationem.

C Tertiò circa primam concluſionem notanda eſt Doctrina Diui Thomæ de verit. quæſt. 6. art. 4. vbi ſic ait. *Si loquamur de numero prædeſtinatorum per cõparationem ad cauſam proximam ſalutis humanæ, ad quam prædeſtinatio ordinatur, non erit idem iudicium de numero formali, & materiali; numerus enim materialis aliquo modo ſubiacet voluntati humanæ, quæ eſt variabilis, inquantum ſalus vniuſcuiuſque eſt ſub libertate arbitrij conſtituta, ſicut ſub cauſa proxima, & ſic numerus materialis aliquo modo certitudine caret; ſed numerus formalis nullo modo cadit ſub voluntate humana, eo quod nulla voluntas ſe extendit per modũ cauſalitatis alicuius ad totam integritatem numeri prædeſtinatorũ, & ideo numerus formalis remanet omnimodè certus, & ſic poteſt prædicta diſtinctio ſuſtineri (ſcilicet ſecundum prærecitatam opinionem) ita tamẽ, quòd* A *ſimpliciter concedatur, quòd vterque numerus ex parte Dei certitudinem habet.* Ex quibus apparet ſententiã in principio corporis recitatam poſſe, vt veram aliquo modo, ſcilicet ſecundum quid, ſuſtineri, non autem ſimpliciter; quam ob cauſam in hoc articulo, vbi, quid tenendum, & enunciandum ſit, abſolutè determinatur, reiecta eſt abſq; diſtinctione opinio illa.

Quartò obſeruanda ſunt, quæ ſcribit Caietanus de ſenſu ſecundæ, & tertiæ concluſionis; quæ lege apud ipſum, ſi placet.

Caiet.

Reſponſio ad primum argumentum poſtularet illam controuerſiam: an numerus prædeſtinatorũ B poſsit aliqua ratione augeri, vel minui. ſed eam hic latè tractant Bannes, & Zumellus, ad quos lectorem remittimus.

Bannes. Zumel.

Circa reſponſionem ad tertium duo ſunt obſeruanda. Primum eſt, magnam eſſe differentiam inter bonum naturæ proportionatum, & bonum cõmuni ſtatui proportionatum. Nam bonum proportionatum naturæ eſt bonum ordinis naturalis, vt diſtinguitur contra bonum ordinis ſupernaturalis; Hoc verò bonum naturæ proportionatum non accidit vt in pluribus abſolutè loquendo; alioquin plures eſſent ſapientes, & prudentes, ac cæteris virtutibus moralibus præditi; quàm inſipientes, im- C prudentes, & vitioſi; cuius oppoſitum demonſtrat experientia, & magis etiam patebit ex dicendis; Bonum autem proportionatum communi ſtatui euenit, vt in pluribus; vt hic ait S. Thom. Secundum eſt, cur malum accidat, vt in pluribus: cuius rei duas cauſas aſsignat Sanctus Doctor in primo ſent. diſt. 39. quæſt. ſecunda, art. 2. ſed alias quinq; addunt Caietanus in Opuſc. tom. 3. tractatu primo in oratione de cauſa, & origine mali, & prima ſecũdæ quęſt. 71. art. 2. & Medina ibidem. Sed aduerſus hanc doctrinam eſt argumentum. Nam homo cadit ſub diuina prouidentia, non ſolum quãtùm ad ſpeciem, ſed etiam quantùm ad indiuidua, vt hic D docet Sanct. Thomas, & expreſsius in tertio contra gent. cap. 113. igitur plures homines erunt ſaluandi, quàm damnandi. Probatur conſequentia; quia omne, quod eſt prouiſum propter ſe, conſequitur finem, vt in pluribus, niſi ſit prouidentia errans. Reſpondetur cum Diuo Thom. in 1. ſent. vbi ſupra nullam eſſe conſequentiam, ad probationem negatur aſſumptum vniuerſaliter acceptum. Nam fallit in eo prouiſo, quod eſt agens liberum, quod ſę habet ad vtrumlibet. Sed contra hanc reſponſionẽ inſtat Ferrarienſis in dicto cap. Sed vide apud illũ argumentum, & reſponſionem, quæ deſumitur ex Caietano locis paulò ante notatis.

S. Thom.

Caiet.

Medina.

Obiectio.

Solutio ex D. Tho.

Replica Ferrarien. & ſolutio.

E Circa eandem reſponſionẽ poſſent moueri plures aliæ difficultates. Prima eſt: an ex Angelis plures fuerint prædeſtinati, quam reprobati. hanc reſoluit S. Thom. infra quæſt. 63. art. 9. ſecunda eſt an ex Chriſtianis, vel etiam ex verè fidelibus plures ſint prædeſtinati, quàm reprobati; hanc reſoluunt Molina ſuper hoc art. & Suarez lib. 6. de Comparatione prædeſtinationis, & reprobationis capitulo tertio.

Prima dubitatio.

Solutio ex D. Tho.

Secũda dubitatio.

Solutio Molinæ, & Suarezij.

Dubitatio.

An totus numerus prædeſtinatorum conſtans ex hominibus, & angelis ſit maior toto numero reproborum ex hominibus, & angelis adunato.

Suarez. HAnc dubitationem mouet Suarez in dicto capit. & inſolutam relinquit, ſed probabile mihi valde eſt maiorem eſſe prædeſtinatorum multitudinem; Primò, quia ex prædeſtinatis hominibus ſupplentur Angelornm ruinæ, & ſuperabundant multò plures alij ex hominibus prædeſtinatis: numerus autem Angelorum, quos creauit Deus, in maxima eſt multitudine, omnem materialẽ multitudinem excedente, vt ait S. Doct. infra q. 50. art. 3. quod intelligendum exiſtimo non tantũ de multitudine ſpecifica, vt exponit Caietanus, ſed etiam de multitudine eorum, quæ principaliter ordinantur ad bonum vniuerſi, quales ſunt omnes, & ſinguli homines quandoque exiſtentes: hoc enim manifeſtè probat ratio S. Thom. ibidem adducta pro concluſione; quæ ex perfectione intenta vniuerſi deducit partes principales vniuerſi, quæ propter ſeipſas ſunt, quantò perfectiores ſunt, tantò in maiori exceſſu ſecundum magnitudinem, vel multitudinem fuiſſe creatas: vbi manifeſte fit comparatio quo ad perfectionem inter partes vniuerſi principales, ſiuè per ſe intentas; inter quas partes conſtat ex hoc articulo recenſeri etiam homines; quod magis elucet etiam ex ſecundo contra Gentes, capit. 91. ratione tertia, & vltima; quæ ad minus concludit longè maiorem eſſe Angelorum, quàm hominũ multitudinem, quicquid ſit de rebus alijs materia conſtantibus: ſed de hoc Deo dante ſuo loco plenius diſſeremus.

S. Thom. — Numerus angelorũ. — S. Tho.

Sic igitur ex dictis poteſt argumentum cõſtrui. Numerus Angelorum incomparabiliter excedit totam hominum multitudinem, vt probatum eſt; ſed tot, & plures ſimpliciter ſunt prædeſtinati computatis ſimul Angelis, & hominibus; quot ſunt Angeli creati; quia, vt diximus, Angelorum ruinæ ſupplentur ex prędeſtinatis hominibus; ergo lõgè plures ſunt prędeſtinati, quàm reprobi, conſequentia probatur, quia magna pars Angelorum cecidit; & cum illa per electos homines ſuppleatur, & plures adhuc alij ſint electi, accepto ſimul toto electorũ Angelorum, & hominum prædeſtinatorum numero maior erit multitudine reproborum, quæ non conſtat, niſi tertia parte, ideſt minus dimidia parte Angelorum, & maiori hominum parte; quibus ſimul ſumptis maior eſt prędictus numerus electorũ, etiam ſi non eſſet, niſi æqualis numero creatorum Angelorum: quem numerum creatorum Angelorum diximus incomparabiliter eſſe maiorem tota rerum materialium ſpecifica multitudine ſupta ſimul cum omnium hominum numero: non eſſet autem incomparabilis hic exceſſus, ſi numerus reproborum conſtans ex tertia parte Angelorum, & maiori hominum parte excederet totum numerum electorum.

Vide, quæ diximus infra quæſt. 50. artic. 3. controuer. 2.

A

ARTICVLVS VIII.

Vtrum prædeſtinatio poſsit iuuari precibus ſanctorum.

AD octauum ſic proceditur. Videtur, quòd prædeſtinatio non poſsit iuuari precibus ſanctorũ. Nullum enim æternum impeditur ab aliquo temporali. Et per conſequens non poteſt temporale iuuare ad hoc, quòd aliquod æternum ſit. Sed prędeſtinatio eſt æterna. Cum igitur preces ſanctorum ſint temporales, nõ poſſunt iuuare ad hoc, quòd aliquis prædeſtinetur. Non ergo prædeſtinatio iuuatur precibus ſanctorum.

146 1.d.41.ar. 4 & 3.diſ. 17.ar.34. 1. ad 3 & 4.d.45.q. 3.art.3 ad 3 & ver.q. 6.art.6.

B

2 Pręterea: Sicut nihil indiget conſilio, niſi propter defectum cognitionis, ita nihil indiget auxilio, niſi propter defectũ virtutis. Sed neutrum horum competit Deo prædeſtinanti. Vnde dicitur Rom. 11. Quis adiuuit ſpiritum domini? aut quis conſiliarius eius fuit? Ergo prædeſtinatio non iuuatur precibus ſanctorum.

3 Præterea: Eiuſdem eſt adiuuari, & impediri. Sed prędeſtinatio non poteſt aliquo impediri. Ergo non poteſt aliquo iuuari.

C

Sed contra eſt, quod dicitur Gen. 25. quòd Iſaac rogauit Deum pro Rebecca vxore ſua, & dedit conceptum Rebeccæ. Ex illo autem conceptu natus eſt Iacob, qui prædeſtinatus fuit. Non autem fuiſſet impleta prædeſtinatio, ſi natus non fuiſſet. Ergo prædeſtinatio iuuatur precibus ſanctorum.

Greg. lib. 1.dial.c.8.

Reſpondeo. Dicendum, quòd circa hanc quæſtionem diuerſi errores fuerunt. Quidam enim attendentes certitudinem diuinæ prædeſtinationis dixerunt ſuperfluas eſſe orationes, vel quicquid aliud fiat ad ſalutem ęternã conſequendam, quia his factis, vel non factis, prædeſtinati conſequuntur, reprobati non conſequuntur. Sed contra hoc ſunt omnes admonitiones Sacræ ſcripturæ, exhortãtes ad orationem, & ad alia bona opera.

D

Alij verò dixerunt, quòd per orationes mutatur diuina prędeſtinatio. Et hæc dicitur fuiſſe opinio Aegyptiorum, qui ponebãt, ordinationem diuinam, quam fatum appellabant, aliquibus ſacrificijs, & orationibus impediri poſſe. Sed contra hoc etiam eſt auctoritas ſacræ ſcripturæ. Dicitur enim 1. Reg. 15. Porrò triũphator Iſrael non parcet, neque penitudine flectetur. Et Rom. 2. dicitur, quòd ſine pęnitentia ſunt dona Dei, & vocatio. Et ideo aliter dicendum, quòd in prædeſtinatione duo ſunt cõſideranda, ſcilicet ipſa præordinatio diuina, & effectus eius. Quantum igitur ad primum, nullo modo prædeſtinatio iuuatur precibus ſancto-

E

ſanctorum. Non enim precibus ſanctorum ſit, quòd aliquis prædeſtinetur à Deo. Quantum verò ad ſecundum dicitur prędeſtinatio iuuari precibus ſanctorum, & alijs bonis operibus: quia prouidentia (cuius prędeſtinatio eſt
37 pars) non ſubtrahit cauſas ſecundas; *ſed ſic prouidet effectus, vt etiam ordo cauſarum ſecundarum ſubiaceat prouidentiæ. Sicut igitur ſic prouidentur naturales effectus, vt etiam cauſæ naturales ad illos naturales effectus ordinentur, ſine quibus illi effectus non prouenirent, ita prędeſtinatur à Deo ſalus alicuius, vt etiam ſub ordine prędeſtinationis cadat, quicquid hominem promouet in ſalutem, vel orationes proprię, vel aliorum, vel alia bona, vel quicquid huiuſmodi, ſine quibus aliquis ſalutem non conſequitur.

Vnde prędeſtinatis conandum eſt ad benè operandum, & orandum, quia per huiuſmodi prędeſtinationis effectus certitudinaliter impletur. Propter quod dicitur ſecũdæ Petri primo. Satagite, vt per bona opera certam veſtrã vocationem, & electionem faciatis.

Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa oſtendit, quòd prædeſtinatio non iuuatur præcibus ſanctorum quantum ad ipſam præordinationem.

Ad ſecundum dicendum, quòd aliquis dicitur adiuuari per alium dupliciter. Vno modo, inquantum ab eo accipit virtutem; & ſic adiuuari, infirmi eſt, vnde Deo non competit; & ſic intelligitur illud, Quis adiuuit ſpiritum domini?

Alio modo dicitur quis adiuuari per aliquẽ, per quem exequitur ſuam operationem, ſicut dominus per miniſtrum. Et hoc modo Deus adiuuatur per nos; inquantum exequimur ſuam ordinationem, ſecundum illud primę ad Corinth. tertio. Dei enim adiutores ſumus. Neque hoc eſt propter defectum diuinæ virtutis, ſed quia vtitur cauſis medijs, vt ordinis pulchritudo ſeruetur in rebus, & vt etiam creaturis dignitatem cauſalitatis commu-
a37 nicet. *

Ad tertium dicendum, quòd ſecundæ cau-
Q.19.ar.6. ſæ non poſſunt egredi ordinem cauſę primæ vniuerſalis (vt ſupra dictum eſt*) ſed ipſum exequuntur. Et ideo prędeſtinatio per creaturas poteſt adiuuari, ſed non impediri.

Forma Textus.

Prima Concluſio; Prædeſtinatio quo ad præordinationem nullo modo iuuatur precibus ſanctorum.

Secunda Concluſio. Prædeſtinatio quo ad effectum

A *iuuatur precibus ſanctorum, & alijs bonis operibus. Probationes ſatis apertæ ſunt in littera.*

Expoſitio Textus.

De materia præſentis articuli diſſerit Sanctus Doctor 2.2.q.83.art.2. legenda ſunt, quæ hic ſcribunt Bannes, & Zumellus circa probationem ſecundæ concluſionis.

Multa hic eſſent cum recentioribus interpretibus diſceptanda de præordinatione, ſiuè prædefinitione mediorum, quibus electi ſalutem infallibiliter conſequuntur; de quibus medijs latè diſſerit
B Suarez libro primo de eſſentia prædeſtinationis, capitulo 13. & libro tertio de prædeſtinationis effectibus, capitulo quinto, vbi etiam affirmat Deũ per abſolutum actum ſuæ voluntatis pręparaſſe pdeſtinatis etiam illa media, quæ ab ipſis liberè exercenda ſunt, & cap. decimo, docet ſingulos actus bonos eſſe à Deo prædefinitos ad quos (inquit) in effectu præſtandos Deus, ita mouet voluntatem p gratiam efficacem, vt libertatem eius non impediat, etiam quo ad vſum, & actualem determinationem, quia mouet voluntatem modo congruo, ex præſcientia conditionata. ex quo patet doctrinam hanc diſcordare ab ea, quam ſupra de men-
C te D.Thom. ſtabiliuimus de efficacia diuinorum auxiliorum, & certitudine Diuinæ prædeſtinationis, quæ non in ſola motione morali congruente præuia conditionata illa ſcientia, ſed in reali phyſicæ cauſalitatis influxu poſita eſt præuia ſcientia Dei naturali, & abſoluto diuinæ voluntatis decreto modo ſuperius explicato quæſt. 22. art. 4. cõtrouerſia ſecunda, & art. 3. huius quæſt. controu. 2. & alibi ſæpè. Ex quo patet etiam, quid ſentiendum ſit de ijs, quæ hic ſummatim colligit Molina ex multis fusè ab eo antea diſputatis; eorum enim cõfutationi ſufficiunt ſupradicta.

D
QVAESTIO XXIV.

De libro vitæ in tres articulos diuiſa.

Deinde conſiderandum eſt de libro vitę.

Et circa hoc quęruntur tria.

Primò, Quid ſit liber vitę.

Secundò, Cuius vitę ſit liber.

Tertiò, Vtrum aliquis poſſit deleri de libro vitæ.

Ratio ordinis huius quæſtionis ad præcedentem, & articulorum eius inter ſe.
E

Liber vitæ ſignificat prædeſtinationis iã factæ notitiã, vt ait S.D. in art. 1. huius quæſt. ad 4. atq; ideo ſequitur diſputatio de libro vitæ illã, quę eſt de prædeſtinatione. Cur aũt hic primo loco nõ quæratur, an ſit liber vitæ, ſed à quæſtione quid eſt ſumatur exordiũ, ratio duplex eſt. Prima: quia ſacrarũ litterarũ authorit. quæſt. an ſit liber vitę, dirimit affirmans pluribus in locis illius exiſtentiã.

Digitized by

Exodi 32. Pſal 39. Philip 4. Apoc. 3. Lucæ 10.

Exodi 32. *aut ſi non facis, dele me de libro tuo, & Pſ. 39. In capite libri ſcriptũ eſt de me.* & Philip. 4. quorum *nomina ſunt in libro vitæ,* & Apoc. 21. *qui ſcripti ſunt in libro vitæ,* & Lucæ 10. *Nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis.* Secunda ratio eſt: quia liber vitæ maximam habet affinitatem cum prædeſtinatione, & ab ea ſola ratione differt, vt ait S. Tho. in dicta reſponſione ad quartum. Tractat igitur primò quæſtionem quid eſt in duobus primis articulis, deinde quæſtione quomodo eſt, vel qualis eſt liber vitæ; in tertio articulo, in quo de quadam illius proprietate differit. Quæſtionem autem quid eſt tractat, primò quærendo, an ſit idem quod prædeſtinatio; vt aſsignata inter hæc duo differentia cognoſcatur, quid ſit id, de quo quæritur. Deinde in ſecundo articulo ſingularem difficultatem examinat de vltima diffinitionis particula, quæ ſolos exprimit prædeſtinatos ad gloriam.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum liber vitæ ſit idem, quod prædeſtinatio.

147 1. d 40 q. 10 ar 1 ad 5 & 3 d 31 q. 1. art 2. q 2. per totum, & q. 3. ad 1 & ver q 7 ar. 4 & pſ 39. & Phil. 4. Gloſ inter linearis ibid Lib 20. de Ciuit. Dei cap. 14. à medio. to. 5.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd liber vitæ non ſit idem quod prædeſtinatio. Dicitur enim Eccl. 24. Hæc omnia liber vitæ, Gl.* idelt nouum, & vetus teſtamentum. hoc autem non eſt prædeſtinatio. Ergo liber vitæ non eſt idem quod prædeſtinatio.

2 Præterea. Aug. in lib. 20. de ciuit. Dei ait, quòd liber vitæ eſt quædã vis diuina, qua fiet, vt cuicunque opera ſua bona, vel mala in memoriam reducantur. Sed vis diuina non videtur pertinere ad prædeſtinationem, ſed magis ad attributum potentiæ. Ergo liber vitæ non eſt idem quod prędeſtinatio.

3 Præterea; Prædeſtinationi opponitur reprobatio. Si igitur liber vitę eſſet prædeſtinatio, inueniretur liber mortis, ſicut liber vitę.

glo. ordin. ibid. & ſumitur ex Caſsiod.

Sed contra eſt, quod dicitur in *gl. ſuper illud Pſal. 68. Deleantur de libro viuentium. Liber iſte eſt notitia Dei, qua prędeſtinauit ad vitam, quos præſciuit.

Reſpondeo. Dicendum, quòd liber vitę in Deo dicitur metaphoricè ſecundum ſimilitudinem à rebus humanis acceptam. Eſt enim conſuetum apud homines, quòd illi, qui ad aliquid eliguntur, conſcribuntur in libro, vtpotè milites, vel conſiliarij, qui olim dicebantur patres conſcripti. Patet ex pręmiſsis, *quòd omnes prędeſtinati eliguntur a Deo ad habendũ vitam ęternam. Ipſa ergo prędeſtinatorũ conſcriptio dicitur liber vitę. Dicitur autem metaphoricè aliquid conſcriptum in intellectu alicuius, quod firmiter in memoria tenet, ſecundum illud Prou. 3. Ne obliuiſcaris legis meæ,

ar 4 q. præced.

A & præcepta mea cor tuum cuſtodiat. & poſt pauca ſequitur. Deſcribe illa in tabulis cordis tui: nam, & in libris materialibus aliquid conſcribitur ad ſuccurrendum memoriæ. Vnde ipſa Dei notitia, qua firmiter retinet ſe aliquos prædeſtinaſſe ad vitam æternam, dicitur liber vitę. Nam, ſicut ſcriptura libri eſt ſignum eorũ, quę fienda ſunt, ita Dei notitia eſt quoddam ſignum apud ipſum eorum, qui ſunt perducendi ad vitam ęternam, ſecundum illud 2. Tim. 2. Firmum fundamentum Dei ſtat, habens ſignaculum hoc, nouit dominus qui ſunt eius.

B Ad primum ergo dicendum, quòd liber vitę poteſt dici dupliciter. Vno modo conſcriptio eorum, qui ſunt electi ad vitam, & ſic loquimur nunc de libro vitę. Alio modo poteſt dici liber vitę conſcriptio eorum, quę ducunt in vitam. Et hoc dupliciter. Vel ſicut agendorum, & ſic nouum, & vetus teſtamentum dicitur liber vitę. Vel ſicut iam factorum, & ſic illa vis diuina, qua fiet, vt cuilibet in memoriam reducantur facta ſua, dicitur liber vitę. Sicut

C etiam liber militiæ poteſt dici, vel in quo ſcribuntur electi ad militiam, vel in quo traditur ars militaris, vel in quo recitantur facta militum. Vnde patet ſolutio ad ſecundum.

Ad tertium dicendum, quòd non eſt conſuetum conſcribi eos, qui repudiantur, ſed eos, qui eliguntur. Vnde reprobationi non reſpondet liber mortis, ſicut prędeſtinationi liber vitę.

Ad quartum dicendum, quòd ſecundum rationem differt liber vitę à prędeſtinatione. Importat enim notitiam prędeſtinationis, ſicut et ex gloſſa inducta apparet. * In argumento ſed contra.

D *Senſus quæſiti.*

ADuerte dictionem illam, *vitæ*, dupliciter ſumi poſſe; vno modo, prout ſignificat naturam, ſiuè differentiam libri, in quo ſcribuntur prędeſtinati, ab alijs libris quo ad id, quod materialiter cõuenit libro, prout eſt ſcripturæ ſubiectum; & ſic idẽ eſt liber vitæ, quòd liber viuens, vel qui eſt vita. Alio modo dictio illa; *vitæ*, ſumi poteſt, prout ſignificat obiectum libri, ideſt rem illam, ad cuius notitiam conſeruandam ordinatur liber, & ſic liber vitę dicitur ille, in quo ſcribuntur ij, qui vitam ſunt habituri. & quamuis vterque ſenſus libro vitę, prout de Deo dicitur, rectè conueniat, ſecũdus

E tamen proprius eſt, & formalis, quem S. D. intendit, & quem ſcripturæ ſignificant.

Forma Textus.

D*Vabus concluſionibus ſatisfit quæſito. ex quibus prior pertinet ad quid nominis, poſterior autem ad quid rei.*

Prima igitur Concluſio eſt. Liber, vitæ dicitur in Deo

Digitized by Google

Deo metaphoricè ſecundum ſimilitudinem à rebus humanis acceptam. Probatur ex ſimilitudine firmæ Dei notitiæ eorum, qui prædeſtinati ſunt, ad conſcriptionem eorum hominum, qui ad aliquid eliguntur, vt patet in textu.

Secunda Concluſio. Liber vitæ in Deo eſt notitia firma, ac ſignificatiua prædeſtinatorum. Probatur quo ad ſingulas partes, vt habes diſtinctè ex Caiet.

Expoſitio Textus.

Bannes. Molina. Suarez. Videnda ſunt, quæ ſcribunt Bannes, & Molina ſuper hoc art. & Suarez lib. 1. de eſſentia prædeſtinationis, cap. 20. de varijs libri ſignificationibus in Sacris litteris. Non approbo tamen facilem Suarezi cenſuram in Bedam, & Auguſtinum. Apoc. 20. Nam, quod dicitur Apoc. 20. *& iudicati ſunt mortui ex his, quæ ſcripta erant in libris.* optimè poteſt intelligi de libris diuinæ legis, ſecundum quam ſingula omnium hominum opera ſunt iudicanda; ex quo iudicio clarior apparebit ſacræ ſcripturæ veritas, cui expoſitioni conſonant verba ibidem ſubiūcta, videlicet; & *iudicati ſunt mortui ex his, quæ ſcripta erant in libro ſecundum opera ipſorum.* Apoc. 20. non enim dicitur opera in libro ſcripta fuiſſe iudicata, ſed fuiſſe mortuos de proprijs operibus iudicatos ex his, quæ ſcripta erant in libro; & huc reſpexit expoſitio Bedæ. Nec incongruè poteſt idem locus ſecundum Auguſtinum exponi de Sanctis, & electis, qui dicuntur libri, quia in eorum vita, & moribus obſeruantia præceptorum Dei cognoſcetur, & conſtabit fuiſſe poſſibilem hominibus, atque ita per eorum comparationem alij iudicabuntur, & condēnabuntur. Nam eadem ratione, qua mortuorum opera iudicanda ſunt ſecundum legem diuina præcepta continentem, eadem etiam erunt iudicanda ſecundum eiuſdem legis obſeruantiam in Sanctorum operibus relucentem. (Reijcitur cēſura Suarezij in Aug. & Bedam.)

Vnde falſum eſt, quod ait Suarez, nimirum in dicto. 20. cap. agi de libris, in quibus ſcripta ſunt opera mortuorum, aut ſaltē verba illa vnicum illū ſenſum admittere.

Vaſquez. Suarez. S. Thom. In reſponſione ad tertium aduerte Vaſquezium ſuper articulo ſequenti affirmare in Deo eſſe librū reproborum ex Baſilio, & Nazianzeno. Sed Suarez vtriuſque mētem exponit, & rationi Vaſquezij reſpondet. quę tamen melius ſoluitur à D. Thom. de ver. quæſtione 7. art. 8. ad 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum liber vitæ ſit ſolùm reſpectu vitæ gloriæ prædeſtinatorum.

148 Ver q 7. a. 5 6. & 7 & 3. diſt. 31. q 1. c. 2. q. 2.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd liber vitæ non ſit ſolum reſpectu vitæ gloriæ prædeſtinatorum. Liber enim vitæ eſt notitia vitæ. Sed Deus per vitam ſuam cognoſcit omnem aliam vitam. Ergo liber vitæ præcipuè dicitur reſpectu vitę diuinæ, & non ſolum reſpectu vitæ prædeſtinatorum.

A

2 Præterea: Sicut vita gloriæ eſt à Deo; ita vita naturæ; Si igitur notitia vitæ gloriæ dicitur liber vitæ, etiam notitia vitæ naturæ, dicitur liber vitæ.

3 Præterea: Aliqui eliguntur ad gratiam, qui non eligūtur ad vitam gloriæ, vt patet per id, quod dicitur Io. 6. Nonne duodecim vos elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt? Sed liber vitę eſt cōſcriptio electionis diuinę, vt * dictum eſt. Ergo etiam eſt reſpectu vitæ gratię. Ar. præced.

B

Sed contra eſt, quod liber vitę eſt notitia prædeſtinationis, vt * dictum eſt; ſed prędeſtinatio non reſpicit vitam gratię, niſi ſecundum quòd ordinatur ad gloriam. Non enim ſunt prędeſtinati, qui habent gratiam, & deficiunt à gloria: igitur. Liber igitur vitę non dicitur niſi reſpectu glorię. Ar. pręced

Reſpondeo. Dicendum, quòd liber vitę, vt *dictum eſt, importat conſcriptionem quandā, ſiuè notitiam electorum ad vitam. Eligitur autem aliquis ad id, quod non competit ſibi ſecundum ſuam naturam. Et iterum id, ad quod eligitur aliquis, habet rationem finis: non enim miles eligitur, aut conſcribitur ad hoc, quod armetur: ſed ad hoc, quòd pugnet; hoc enim eſt proprium officium, ad quod militia ordinatur. Finis autem ſupra naturam exiſtens, eſt vita gloriæ, vt ſupra * dictum eſt. Vnde propriè liber vitæ reſpicit vitam glorię. Ar. præced

C

q. 23. art. 2.

Ad primum ergo dicendum, quod vita diuina, etiam prout eſt vita glorioſa, eſt Deo naturalis. Vnde reſpectu eius non eſt electio, & per conſequens neque liber vitę: non enim dicimus, quòd aliquis homo eligatur ad habendum ſenſum, vel aliquid eorum, quę conſequūtur naturam.

D

Vnde per hoc etiam patet ſolutio ad ſecundum: reſpectu enim vitæ naturalis non eſt electio, neque liber vitę.

Ad ſecundum dicendum, quòd vita gratię non habet rationem finis, ſed rationem eius, quòd eſt ad finem.

Vnde ad vitam gratię non dicitur aliquis eligi, niſi inquantum vita gratiæ ordinatur ad gloriam. Et propter hoc, illi qui habent gratiam, & excidunt à gloria, non dicuntur eſſe electi ſimpliciter, ſed ſecundum quid. Et ſimiliter non dicuntur eſſe ſcripti ſimpliciter in libro vitæ, ſed ſecundum quid, prout ſcilicet de eis in ordinatione, & notitia diuina exiſtit, quòd ſint habituri aliquem ordinem ad vitam ęternam ſecundum participationem gratię.

E

Digitized by Google

Forma Textus.

C Onclusio eſt. Liber vitæ propriè reſpicit vitam gloriæ. Probatur. Liber vitæ importat conſcriptionem quandam, ſiuè notitiam electorum ad vitam, & electio, eſt ad id, quod non competit electo ſecundum naturam, & quod habet rationem finis. At finis ſupra naturam exiſtens eſt vita gloriæ; ergo propriè liber vitæ reſpicit vitam gloriæ. Maior quo ad primam partē patet ex præcedenti articulo. Secunda pars probatur exemplo electionis militis. Minor patet ex quæſt. 12. art. 4. 5. & duodecimo.

Expoſitio Textus.

CIrca ſecundam partem maioris videnda eſt expoſitio Caiet.

Reſponſiones ad primum, & ſecundum latè explicantur à D. Tho. de Ver. quæſt. 7. art. 5. & 6. Reſponſio verò ad tertium explicatur in eadem quæſtione, art. 7.

ARTICVLVS III.

Vtrum aliquis deleatur de libro vitæ.

148 1. diſt. 31. q. 1 ar. 1. & diſt. 40 q. 1. a. 2. ad 5. & q. 3 ad 3. & phi. 4. fi. & hebr. 12. l. 4. fi. lib. 10. de ciu. Dei c. 15. in fi. to. 5.

AD tertium ſic proceditur. Videtur quòd nullus deleatur de li. vitæ. Dicit enim Auguſt. in *20. de Ciuit. Dei, quòd præſcientia Dei, quę non poteſt falli, liber vitæ eſt. Sed à pręſcientia Dei non poteſt aliquid ſubtrahi. ſimiliter neque à prędeſtinatione. Ergo nec de libro vitæ poteſt aliquid deleri.

2 Pręterea: Quicquid eſt in aliquo, eſt in eo per modum eius, in quo eſt; ſed liber vitę eſt quid æternum, & immutabile. Ergo quicquid D eſt in eo, eſt ibi non temporaliter, ſed immobiliter, & indelebiliter.

3 Pręterea: Deletio ſcripturę opponitur; ſed aliquis non poteſt de nouo ſcribi in lib. vitæ. Ergo neque inde deleri poteſt.

Sed contra eſt, quod dicitur in Pſal. 67. Deleantur de lib. viuentium.

Reſpondeo. Dicēdum, quòd quidam dicūt, quod de libro vitæ nullus poteſt deleri ſecundùm rei veritatem: poteſt tamen aliquis deleri ſecundùm opinionem hominum. Eſt enim conſuetum in ſcripturis, vt aliquid dicatur fieri, quando innoteſcit, & ſecundum hoc aliqui dicuntur eſſe ſcripti in lib. vitæ, inquantum homines opinantur eos ibi ſcriptos propter pręſentem iuſtitiam, quam in eis vident. Sed quando apparet vel in hoc ſeculo, vel in futuro, quòd ab hac iuſtitia exciderunt, dicuntur inde deleri. Et ſic etiam exponitur in *glo. deletio talis,

Gl. ordinaria ibidem

A ſuper illud pſal. 68. Deleantur de lib. viuentiū. Sed quia non deleri de libro vitę ponitur inter pręmia iuſtorum, ſecundum illud Apoc. 3. Qui vicerit ſic, veſtietur veſtimentis albis, & non delebo nomen eius de lib. vitæ (quod autem ſanctis repromittitur, non eſt ſolùm in hominum opinione) poteſt dici, quòd deleri, vel non deleri de libro vitę, non ſolum ad opinionem hominum referendum eſt, ſed etiam quātum ad rem. Eſt enim liber vitæ conſcriptio ordinatorum in vitam æternam: ad quam ordinatur aliquis ex duobus, ſcilicet, ex prędeſti B natione diuina, & hæc ordinatio nunquam deficit; & ex gratia (quicunque enim gratiam habet, ex hoc ipſo eſt dignus vita æterna) & hæc ordinatio deficit interdum, quia aliqui ordinati ſunt ex gratia habita ad habēdum vitam æternam, à qua tamen deficiunt per peccatum mortale. Illi igitur, qui ſunt ordinati ad habendum vitam ęternam ex prædeſtinatione diuina, ſunt ſimpliciter ſcripti in libro vitæ; quia ſunt ibi ſcripti vt habituri vitam æternam in ſeipſa; & iſti nunquam delentur de libro vitę. Sed illi, qui ſunt ordinati ad habendum vitam C æternam, non ex prædeſtinatione diuina, ſed ſolùm ex gratia, dicuntur eſſe ſcripti in lib. vitę; non ſimpliciter, ſed ſecundū quid, quia ſunt ibi ſcripti vt habituri vitam ęternam, non in ſeipſa, ſed in ſua cauſa, & tales poſſunt deleri de lib. vitæ, vt deletio non referatur ad notitiā Dei, quaſi Deus aliquid pręſciat, poſtea neſciat, ſed ad rem ſcitam, quia, ſcilicet Deus ſcit aliquem prius ordinari in vitam ęternam; & poſtea non ordinari, cum deficit à gratia.

Ad primum ergo dicendum, quòd deletio (vt dictum eſt *) non refertur ad librum vitæ D ex parte præſcientiæ, quaſi in Deo ſit aliqua mutabilitas, ſed ex parte pręſcitorum, quæ sūt mutabilia. In corp.

Ad ſecundum dicendum, quòd licèt res in Deo ſint immutabiliter, tamen in ſe ipſis mutabiles ſunt. Et ad hoc pertinet deletio libri vitæ.

Ad tertium dicendum, quòd eo modo, quo aliquis dicitur deleri de libro vitę, poteſt dici, quòd ibi ſcribatur de nouo, vel ſecundum opinionem hominum, vel ſecundum, quòd de nouo incipit habere ordinem ad vitam ęternam E per gratiam. quod etiam ſub diuina notitia cōprehenditur, licèt non de nouo.

Forma Textus.

PRima Concluſio. Deleri, vel non deleri de libro vitæ non ſolùm ad opinionem hominum referēdum eſt, ſed etiam ad rem ipſam.

Secunda

Digitized by Google

Secunda Concluſio. Qui ſunt ordinati ad habendum vitam æternam ex prædeſtinatione diuina, ſunt ſimpliciter ſcripti in libro vitæ, & ab eo nunquam delentur.

Tertia Concluſio. Illi, qui ſunt ordinati ad habendũ vitam æternam, non ex prædeſtinatione diuina, ſed ſolum ex gratia, dicuntur eſſe ſcripti in libro vitæ non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, & poſſunt ab eo deleri, referendo deletionem non ad Dei notitiam, ſed ad rem cognitam.

Expoſitio Textus.

Caiet. Zumell. Suarez. Bannez. Valentia.

HVius articuli doctrinam hic explicant Caiet. & latius Zumellus, & Suarez in primo lib. de eſſentia prædeſtina. c. 20.

Vide etiam quæ hic ſcribunt Bannes, Valentia, & Vaſquez.

Quod autem obijcere videtur Suarez huic doctrinæ, optimè repellitur à Ripa.

QVAESTIO XXV.

De Diuina potentia, in ſex articulos diuiſa.

POſt conſiderationem diuinæ præſcientiæ, & voluntatis, & eorum, quæ ad hæc pertinent, reſtat conſiderandum de diuina potentia.

Circa hoc quæruntur ſex.

Primò, Vtrum in Deo ſit potentia.

Secundò, Vtrum eius potentia ſit infinita.

Tertiò, Vtrum ſit omnipotens.

Quartò, Vtrum poſſit facere, quod ea, quæ ſunt præterita, non fuerint.

D Quintò, Vtrum Deus poſſit facere, quæ nõ facit, vel prætermittere, quæ facit.

Sextò, Vtrum quæ facit, poſſit facere meliora.

Ratio ordinis huius quæſtionis ad præcedentes, & articulorum eius inter ſe.

HVius quæſt. ordinem ad præcedentes tradit S. D. in principio q. 14. Articulorum autem ordo hic eſt. De Diuina potentia tractatur primò quæſt. an eſt, in primo articulo: ſecundò. quæſt. quid eſt, tripliciter; primò quo ad modum intrinſecum, & eſſentialem potentiæ diuinæ, qui eſt infinitas ſimpliciter; quæ ſequitur ex perfectione infinitæ actualitatis, in qua radicatur potentia, & eſt propria radix omnipotentiæ; vt patet ex 3. ar. in quo agitur conſequenter de omnipotentia ex dicta infinitate pullulante, quod eſt agere de potentia in ordine ad ſuum obiectum adæquatũ. Sunt verò quædam ſpecialia: de quibus rationabiliter dubitari poteſt, an ſub obiecto continean-

A tur diuinæ omnipotentiæ. Hæc verò tria ſunt. Primum eſt præterita non fuiſſe; ſecundum eſt id omne, quod nunquam fiet; tertium eſt melioratio factorum: quæ tria ita diſpoſuit S. D. vt quæ notiora ſunt; & cognitu faciliora priori loco collocarentur. Ex obiecto verò diuinæ omnipotentiæ, quod eſt tota entis eſſentialiter finiti latitudo, facilè deducitur ſub eo non contineri ea, quæ ſimul implicant eſſe, & non eſſe; quale eſt præterita non fuiſſe; & ex eodem principio addita etiam infinitate, de qua in ſecundo articulo, patet additus ad reſolutionem, quæſiti de ijs, quæ nunquam fient. nam hæc quiditatiuè entia ſunt, & exiſtentiæ non B repugnant, licèt ſimpliciter ſint non entia. denique factorum melioratio, quæ paulò erat difficilior, tam ex parte rerum, quarum eſſentiales differentiæ ſunt indiuiſibiles, & inuariabiles, quàm ex parte diuinæ ſapientiæ, bonitatis, & potentiæ, vt patet ex argumentis vltimi articuli, poſtremo loco fuit reſeruata.

ARTICVLVS I.

Vtrum in Deo ſit potentia.

C AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd in Deo non ſit potentia. Sicut enim prima materia ſe habet ad potentiam, ita Deus (qui eſt agens primum) ſe habet ad actum. Sed prima materia ſecundum ſe conſiderata, eſt abſque omni actu. Ergo agens primum (quod eſt Deus) eſt abſque potentia. 1ſo 1 d 42 q. 1 ar. 1. Et 2. contra ca. 16. & li 2. c. 7. 8 9 & 10. Et. po. q. 1. ar 1.

2. Preterea. Secundum Philoſoph. in 9. Meta. qualibet potentia, melior eſt eius actus. Nam forma eſt melior, quàm materia, & actio, quàm potentia actiua. eſt enim finis eius: D ſed nihil eſt melius eo, quod eſt in Deo, quia quicquid eſt in Deo, eſt Deus, vt ſupra* oſtenſum eſt. Ergo nulla potentia eſt in Deo. lib 9. Meta. tex. 19. to. 3. Q. 3. ar. 3.

3. Preterea potentia eſt principium operationis. Sed operatio diuina eſt eius eſſentia, cũ in Deo nullum ſit accidens: eſſentiæ autem diuinæ non eſt aliquod principium. Ergo nulla potentia eſt in Deo.

4. Præterea. Supra* oſtenſum eſt, quòd ſcientia Dei, & voluntas eius ſunt cauſa rerum. cauſa autem, & principium idem ſunt. Ergo non E oportet in Deo aſsignare potentiam, ſed ſolũ ſcientiam, & voluntatem. Q. 14 art. 8. & q. 19. ar. 4.

Sed contra eſt, quod dicitur in Pſal. 88. Potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo.

Reſpondeo. Dicendum, quòd duplex eſt potentia, ſcilicet paſſiua (quæ nullo modo eſt in Deo, & actiua, quàm oportet in Deo ſummè ponere. Manifeſtum eſt enim, quod vnumquod-

Digitized b

quodque ſecundum, quòd eſt actu, & perfe-ctum, ſecundum hoc eſt principium actiuum alicuius.

Patitur autem vnumquodque ſecundum, quòd eſt deficiens, & imperfectum. Oſten-

Q. 3. ar. 2. Q. 4. ar. 1. & 2. ſum * eſt autem ſupra, quòd Deus eſt purus actus, & ſimpliciter, & vniuerſaliter perfe-ctus, neque in eo aliqua imperfectio locum habet.

D.494. Vnde * ſibi maximè competit eſſe princi-pium actiuum, & nullo modo pati. Ratio au-tem actiui principij conuenit potentiæ actiuę: nam potentia actiua eſt principium agendi in aliud: potentia verò paſsiua eſt principium pa-

li. 5. Meta. tex. 17. co. 3. tiendi ab alio, vt Philoſophus dicit * 5. Meta. relinquitur ergo, quòd in Deo maximè ſit po-tentia actiua.

D.55. Ad primum ergo dicendum, quòd * poten-tia actiua non diuiditur contra actum, ſed fun datur in eo. Nam vnumquodque agit ſecun-dum, quòd eſt actu; potentia verò paſsiua di-uiditur contra actum. nam vnumquodque pa-titur ſecundum, quòd eſt in potentia. Vnde hæc potentia excluditur a Deo, non autem a-ctiua.

Ad ſecundum dicendum, quòd quandocun que actus eſt aliud a potentia, oportet, quòd actus ſit nobilior potentia. Sed actio Dei non eſt aliud ab eius potentia, ſed vtrumque eſt eſ ſentia diuina; quia nec eſſe eius eſt aliud ab e-

D.53 111 23 ius eſſentia; vndè * non oportet, quod aliquid ſit nobilius, quàm potentia Dei.

Ad Tertium dicendum, quòd potentia in rebus creatis non ſolum eſt principium actio-nis, ſed etiam effectus. Sic igitur in Deo ſalua-tur ratio potentiæ quantum ad hoc, quòd eſt principium effectus, non autem quantum ad

118 hoc, quòd eſt principium actionis, * quę eſt di-uina eſſentia; niſi forte ſecundum modum in-telligendi, prout diuina eſſentia (quæ in ſe ſim pliciter pręhabet, quicquid perfectionis in re-bus creatis *) poteſt intelligi, & ſub ratione actionis, & ſub ratione potentię; ſicut etiam in telligitur, & ſub ratione ſuppoſiti habentis naturam, & ſub ratione naturæ. Sic igitur in Deo ſaluatur ratio potentię, quantum ad hoc, quòd eſt principium effectus.

Ad quartum dicendum, quòd potentia nõ ponitur in Deo vt aliquid differens a ſcientia, & voluntate ſecundum rem, ſed ſolum ſecun-dum rationem, inquantum ſcilicet, potentia importat rationem principij exequentis * id,

318 quod voluntas imperat, & ad quod ſcientia dirigit, quæ tria Deo ſecundum idem conue-niunt.

Vel dicendum, quòd ipſa ſcientia, vel vo-

A luntas diuina, ſecundum quòd eſt principium effectiuum, habet rationem potentiæ. Vndè conſideratio ſcientiæ, & voluntatis præcedit in Deo conſiderationem potentiæ, ſicut cauſa præcedit operationem, & effectum.

Forma Textus.

Vna diſtinctione, & duabus concluſionibus ſatis ſit præſenti quæſito. Diſtinctio eſt. Duplex eſt poten-tia, ſ. actiua, & paſsiua.

Prima Concluſio. Potentia paſsiua nullo modo eſt

B *in Deo.*

Secunda Concluſio. Potentia actiua maximè eſt in Deo: Probantur ambæ ſimul. Deo maximè competit eſſe principium actiuum, & nullo modo pati: at ratio principij actiui conuenit potentiæ actiuæ, ratio verò principij, paſsiui conuenit potentiæ paſsiuæ: ergo in Deo maximè eſt potentia actiua, & nullo modo poten-tia paſsiua. Maior probatur. Vnumquodque ſecundum quod eſt actu, & perfectum, ſecundum hoc eſt princi-pium actiuum alicuius, patitur autem vnumquodque ſecundùm quod eſt, deſficiens, & imperfectum: At De-us eſt purus actus, & ſimpliciter, & vniuerſaliter per-fectus, neque in eo aliqua imperfectio locum habet; ergo

C *Deo maximè competit eſſe principium actiuum, & nul lo modo pati.*

Minor huius argumenti patet ex ſupradictis q. 3. & 4. Minor autem principalis argumenti probatur aucto ritate Ariſtot. in 5. Metaph. tex. 17.

Controuerſia Vnica.

An actio, tranſiens ſit in agente, vel in paſſo.

Sententiæ Doctorum, & Expoſitorum.

D Vix adduci potui, vt quæſtionem hanc natu-rali, & diuinæ philoſophiæ communem, theo logiæ verò parum affinem hoc in loco diſputan-dam proponerem; ſed Caietani (quæ maxima ſem Caiet. per apud me fuit) præualuit auctoritas; qui ex re-ſponſionibus D. Thomæ ad ſecundum, & tertium argumentum nactus opportunitatem eam hic ſũ-matim ad mentem Sancti Doctoris examinat, & conſueta ingenij ſui perſpicacitate reſoluit. Cu-ius ſententiam, quoniam non pauci ex recentiori-bus tàm Thomiſtis, quàm exteris impugnarunt, idcircò propoſitis breuiter doctorum ſententijs

E conabimur cum Dei adiutorio ex D. Thomæ do-ctrina & proprijs diuinæ philoſophiæ fundamen-tis arduam hanc, & obſcuram controuerſiam pla-nam, & perſpicuam reddere, & oppoſitas opinio-nes conciliare.

Prima itaque ſententia eſt eorum, qui docent actionem eſſe non in agente vt in ſubiecto, ſed in Capreol. paſſo; ex his præcipui ſunt Capreolus in primo ſen Soncinas. ten. diſtinct. prima, quæſt. 2. Paulus Soncinas 9. Iauellus. Meta. q. 37. Iauellus in ſua Metah. lib. 9. q. 15. Fer- Ferrar. ra-

Vercell. Suarez. Fonſeca. rarien.in 3.contra Gentes cap.1.Georgius Vercellenſis to.1. ſuarum quæſt. quæſt. 3. Molina ſuper hoc ar. Vaſquez diſput. 102.cap. 6. & Suarez diſp. Metaph.48.ſect.6.Fonſeca lib.5 .Metaph.q.8.& alij plures, ex recentioribus.

Secunda verò ſententia, quæ multos habet non minoris notæ ſectatores, affirmat actionem eſſe in agente. hanc tuentur de mente D. Thomæ, Petrus Bergomenſis vir planè doctiſsimus in ſua tabula aurea, dubio 35. Flandrenſis in 5. Metaph. q.22.ar.2.& 9.q.9. ar. 2. Caietanus ſuper hoc ar. Matthias Aquarius primo Metaph. dilucidatione 4.Zumellus ſuper hoc art. diſp. vnica;quos ſequitur Ripa profitenturquè tam huius,quàm illius ſententiæ fautores ſè D.Thomam,& Ariſtotelem habere patronos. Bergomẽſ. Flandren. Caiet. Aquarius. Zumell. Ripa.

In eandem etiã inclinat Zumellus infrà quęſt. 27.art.1.diſp.5. in probatione, ſiue diſcurſu pro ſua tertia concluſione, & Capreolus in primo ſẽt. diſt.27.quæſt.vnica. in reſponſione ad ſecundum argumentum.

Syluest. Vltima ſententia eſt Syluestri; qui docet actionem tranſeuntem propriè ſumptam eſſe idem realiter cum motu,& eſſe in paſſo, ſed impropriè ſumptam eſſe idem cum forma, quæ eſt principium actionis tranſeuntis ſub relatione ad paſſum, ſiuè in ſua vltima actualitate,& eſſe in agente.arbitraturque ſe hoc dicendi modo concordare vniuerſa dicta ſancti Thomæ.

Reſolutio.

Diſtinguitur agens, & actio, & explicatur quid ſit actio antecedenter, concomitanter, formaliter, & eſſentialiter.

PRo reſolutione, ſuppoſita differentia inter actionem immanentem,& tranſeuntem,de qua ſola actione mota eſt quæſtio, quam differentiam explicabimus infra quæſt.27.art. 1. contr. prima. Sciendum eſt primò omni agenti actione tranſeunte correſpondere aliquod paſſum, ſiuè ſubiectum, in quo recipitur forma ab agentis cauſalitate promanãs;ſed hoc paſſum,in quo recipitur forma ab agente producta,quandoque re, & ſuppoſito ab agente diſtinguitur; vt cum Sol illuminat aerem, & reliqua corpora, aut cum Angelus mouet cęlũ, & ignis calefacit, vel exurit:quandoque verò neque ſuppoſito,neque re,ſimpliciter loquendo,diſtinguitur paſſum ab agente:vt cum animal ſe ipſum mouet,aut cum medicus ſeipſum ſanat, vel, cum aliquis ſe ipſum percutit. dixi, ſimpliciter, quia,licet omne mouens ſeipſum diſtinguatur in partem per ſe primò mouentem;& in partem motam, totum tamen quodammodo mouetur à toto, quatenus totum in ſe ipſum agit per partem; ſicut etiam totum a ſeipſo patitur per partem; ſicut enim actiones,ita & paſsiones propriè ſunt ſuppoſitorum,ſiuè ſubſiſtentium. Quæſtio hæc,quamuis ad faciliorem legentium intellectum moueri ſoleat de agente in paſſum ſuppoſito diſtinctum, A nihilominus propriè, & formaliter loquendo de agente,vt agens eſt, locum habet hęc quæſtio in eo etiam agente,quod in ſe ipſum agit; iam enim dictum eſt illud diſtingui in partem mouentem, & in partem motam, quæ realiter, quamuis non ſuppoſitaliter ab inuicem diſtinguuntur.

Secundò ſciendum eſt actionem quatuor modis ſumi, ſcilicet antecedenter, concomitanter, formaliter,& eſſentialiter; vt notant Petrus Bergomenſis,& Flandrenſis,de mente Diui Thomæ infra quæſt. 54. articulo primo, ad primum, & de Verit.q.25.art. 1. ad primum, & prima ſecundæ quæſt.6.articulo octauo,& alibi: Actio antecedenter ſumpta eſt forma agentis, quæ proximum eſt B actionis principium: vt calor ignis poteſt dici calefactio antecedenter,quatenus antecedit calefactionem,vt eius principium proximum, & poſſet etiam congruè alijs vocabulis nuncupari actio cauſaliter,ſiuè originaliter; quia ſcilicet ab ea, vt principio formali deriuatur,& ſpecificatur actio, vt docet Sanctus Doctor prima ſecundæ, quæſt. prima, art. 3. Actio concomitanter eſt id, quod per actionem deriuatur in patiens,ſiuè forma fluens,aut fluxus formæ,vel motus,qui per actionem ab agente deriuatur in paſſum, & in eo recipitur; & in hoc ſenſu gloſſat Sanctus Thomas infra q. C 54.art.1.ad primum dictum illud Ariſt.in 3.de anima tex.19.*intellectus agens eſt ſua actio*:dicens eſſe prædicationem non per eſſentiam, ſed per concomitantiam,*quia* (inquit) *cum ſit in actu eius ſubſtantia,ſtatim, quantum eſt in ſe, concomitatur ipſam actio, quod non eſt de intellectu poſſibili; qui non habet actiones,niſi poſtquam fuerit factus in actu.* Hæc igitur actio concomitanter ſumpta ea eſt, quæ omnibus eſt notiſsima, & in rebus corporeis vt plurimum ſenſu percipitur.quæ, prout emanat ab agente,vocatur actio:vt verò in paſſo recipitur, paſsio nominatur,quò fit,vt actio, & paſsio ſint realiter vnus actus,& motus cum ſola rationis diuerſitate, D & vnus ſit duorum actus ſub diuerſa relatione cõceptus, agentis nimirum, quatenus ab eo eſt, patientis verò,quatenus in eo recipitur,& ab eodem tam agens, quàm patiens denominetur extrinſecè:nec tamen actio dicenda ſit paſsio,& alia plura,quæ præmiſſa diſputatione reſoluit Ariſt. in 3. phyſicorum a text.19.vſque ad 24.& ibidem egregie Sanctus Doctor. Et hæc eſt propria,ac legitima apud philoſophum naturalem actionis acceptio, qui de rebus mobilibus, ac ſenſibilibus tantùm diſſerit. qua loquendi forma tanquam maximè conſueta,non nunquam etiam vtitur Metaphyſicus,vt patet ex 6.Metaph. tex. 26. vt actualitatẽ E illam occultam,de qua mox dicemus,inſinuet per effectum ſenſui manifeſtum, & multò potiore ratione logicus, qui in prædicamentorum diſtinctione ſolos conſiderat modos prædicandi, non verò prædicationis fundamenta, niſi quatenus prædicationi deſeruiunt.conſtat autem ex diſcurſu Sancti Thomæ in 3.phyſicorum text. 22.in ſola extrinſecę denominationis diuerſitate poſſe optimè fundari diuerſos prædicationis modos. Et poteſt actio prædicta nuncupari actio eſſentialiter phy-

Bergomẽſ. Flandrenſ. S.Tho.

Actio antecedenter.

Actio concomitanter.

S. Thom. Ariſt.

Ariſtot. D.Tho.

D. Thom.

Actio eſſentialiter phy.

Digitized by Google

phyſicè loquendo, vt in hoc conueniamus cũ oppoſitæ ſententiæ defenſoribus: qui tamen negant eam eſſe concomitantem; quia negant actionem, quam nos dicimus Metaphyſicam in agente præcedentem.

Actio formaliter. Actio verò formaliter ſumpta ſignificat reſpectum realem, quem habet agens ad paſſum, aut ad motum, vt eſt ab agente in paſſum; ſecundum quã relationum apud philoſophum naturalem diſtinguitur actio a paſſione; quę ſignificat motum cum relatione ad paſſum; hanc tertiam ſignificationem adinuenit, vel potius accepit à Scoto Capreolus; quem ſecutus eſt Soncinas, & Iauellus, & alij quidam ex recentioribus, vt ſic facilè gloſſarent, & cõcordarent dicta D. Thomæ, vel etiam Ariſt. cum affirmant actionem eſſe in agente, aut eſſe actum agentis, vel aliquid ſimile. dicunt enim, id verum eſſe ratione relationis, quam ſignificat nomen actionis formaliter, ſed hæc acceptio valdè impropria eſt, nec vllum habet in Ariſtotelis, aut D. Thomæ doctrina, aut etiam in vſu antiquiorum Peripateticorum fundamentum.

Capreol. Soncinas. Iauellus.

Actio eſſentialiter. Actio denique eſſentialiter accepta actualitas quædam eſt, & perfectio, quæ eſt actus ſecundus, quo formaliter, & intrinſecè agens agere dicitur, vt propria ipſius agentis cauſalitate. Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt, omnem actum, ſiuè perfectionem aut eſſe omninò abſolutam; vt quãtitas, & albedo, aut eſſe relatiuam relatione tranſcendentali, vt intellectus, voluntas, & ſcientia; nã prædicamentalis ad rem præſentem non pertinet, cum de actu formaliter dicente perfectionem ſit ſermo. Actus itaque, de quo loquimur, qui eſt agẽtis vltima perfectio, quatenus agens eſt, relatiuus eſt relatione tranſcendente ad paſſionem inferendam in paſſo; nam in creatis agentibus propter eam, ſcilicet paſſionem, eſſentialiter eſt, habetquè ad eam eſſentialem coaptationem, ſiuè proportionem, ſicut, & paſſio, ad ipſum actum agentis ſecũdum, a quo procedit. Significatur autem hæc relatio tranſcendens, ſiuè coaptatio in ipſo actionis nomine, quod non ſignificat aliquid ex propria ratione alicui inhærens, ſed vt ab agente procedens; vt ait Sanctus Doctor de potentia quæſt. 8. articulo ſecundo, & vt in aliud tendens; quoniam actio tranſiens, vt ſic, eſt propter perficiendum paſſum, vt hic notat Caietanus, propter quem eſſendi, & ſignificandi modum dicitur eſſe perfectio paſſi, & eſſe in paſſo, cum tamen ſecundum rei veritatem in ſolo ſit agente, vt propria illius perfectio. quatenus non ſolum a paſſo, ſed etiam a motu illius effectus diſtinguitur: & ideo non incongruè dici poteſt hæc actio metaphyſica. Eſſe autem actualitatem hanc in agẽte, vt propriam eius perfectionem probatur primò rationibus, deinde etiam auctoritatibus S. Thomæ.

S. Tho. Caiet.

Probatur actionem metaphyſicè ſumptam eſſe in agente ex proportionali ſimilitudine ad paſſionem, & ex ratione perficiendi. Et confutatur reſponſio Fonſecæ.

PRima ratio eſt. Quemadmodum paſſio dicitur eſſe motus in hoc, ita actio dicitur eſſe motus ab hoc; at in paſſione tria ſunt, videlicet motus, relatio inhærentiæ ipſius motus ad ſubiectũ, & fundamentum illius relationis, quod eſt eſſentialiter paſſio, ſiuè illud ſit paſſiua actuatio ſubiecti, ſiuè eſſe formæ fluentis, vt actuans ſubiectũ, ſiuè quodcunque aliud: ergo etiam in actione tria proportionaliter ſunt meditanda, nimirum motus, vt emanans ab agente, relatio motus ad agens tanquam ad principium, ſiuè cauſam, & fundamẽtum illius relationis, quod eſt eſſentialiter actio: quæ actio, vt diximus, eſt actualitas, quæ eſt actus ſecundus, & intrinſeca perfectio, & cauſalitas agẽtis: quæ, quia eſt propter perficiendum paſſum, & relationem habet ad ipſum tranſcendentalem, idcircò eodem termino ſignificatur, aut potius connotatur, vel inſinuatur, quo relatio prædicamentalis in ea fundata: hic verò terminus ſignificatur præpoſitione ab, cum dicimus actionem eſſe motum, prout eſt ab agente: eo namque dicendi modo relationem ſignificamus prædicamentalẽ motus ad agens, & agentis ad motum, & ſimul etiam, (licet magis occultè) actualitatem illam, quę eſt propter perficiendum paſſum, & eſt relationis prędictæ fundamentum, immò, & ipſa relatio quædã eſt tranſcendens agentis ad paſſum.

Secunda ratio eſt. Quælibet actio reducit formaliter de potentia in actum non ſolum id, quod patitur, ſed etiam id, quod agit: ſed id, quo aliquid formaliter reducitur a potentia in actum, eſt perfectio eius, quod reducitur; ergo eſt in illo; ergo actio eſt in agente. *2. ratio.*

Prima propoſitio ſic probatur. Ex eo, quòd agẽs agit, patiens patitur, & actionem recipit; ergo prius natura actio reducit id, quod agit, de potentia ad actum, & deinceps id, quod patitur.

Reſponſio Fonſecæ. Reſpondet Fonſeca, hoc argumento concludi actionem eſſe actum, & perfectionem agentis habentis potentialitatem, vt perficiatur; nec tamen rectè concludere actionem eſſe in agente, quia agentia creata ſuis actionibus perficiuntur non intrinſecè, ſed extrinſecè; hoc eſt illa ipſa perfectione, qua perficiuntur ea, quæ patiuntur. Nam ad perfectionem agentis non habentis in ſe perfectionem illimitatam ſpectat, quòd eius forma quodammodo extendatur, & diffundatur in res alias: & ob hanc cauſam dicebat Ariſt. *vnumquodque eſſe propter ſuam operationem* ſignificans rem creatam eſſe perfectiorem cum agit, quàm cum non agit.

Impugnatio. Sed contra hanc reſponſionem ſic argumentor. Primò. Aut agens ex hoc præcisè, quòd formam habet, qua potens eſt ad operandum producit motum, ſiuè effluxum illum, quem dicis eſſe in paſſo, aut requiritur aliqua alia perfectio, ſiuè actualitas in ipſo agente, ſiuè in forma, quæ eſt agendi principium, ad hoc, vt actu producatur motus, ſiuè effluxus ille, qui recipitur in paſſo. Si primum; contra: quia ſequeretur non eſſe neceſſariam applicationem agentis ad ipſam operationem producendam, neque influxum primæ cauſę in ſecundã, vt eſſet actu operans; ſed ſatis eſſet, ſi Deus conſeruaret rerum naturas, ſiuè formas, & vires rebus ſemel

Digitized by Google

ſemel collatas, vt aiebat Durandus; quæ omnia falſa eſſe ſuperius abundè probauimus in quæſt. vigeſimaſecunda, ar. 4. Controuerſia prima, & ſecunda. Sequela probatur; quia poſita cauſa per ſe ſufficienti ſtatim producitur effectus; ſi itaque agens, ex ſola forma, & agendi principio ſufficiens eſt ad agendum, nec vlteriorem expectat perfectionem vndecunque venientem, non erunt prædicta neceſſaria, videlicet applicatio, & quæ nouam ſecundæ cauſæ perfectionem adiungunt. Si verò dicatur aliquam aliam perfectionem, ſiuè actualitatem requiri, habetur intentum. Nam ea perfectio, & actualitas non poteſt eſſe relatio prædicamentalis. Primò, quia hæc formaliter non eſt perfectio, nec actualitas. Secundò quia relatio non pertinet ad rationem agendi, nec ad cauſalitatem agentis. Tertiò, quia relatio in agente, per quam refertur ad paſſum, eſt natura poſterior ipſa agentis operatione.

Secundò ſic arguo eandem reſponſionem. Aut ex hoc ipſo formaliter, quòd agens ſuæ formæ ſimilitudinem communicat paſſo, acquiritur agenti noua, & intrinſeca perfectio, aut nulla eidem accreſcit intrinſeca perfectio, ſed extrinſeca tantùm, aut diffuſio illa ſignum tantùm eſt præexiſtẽtis in agente perfectionis. Si primum admittis; cum talis perfectio ex paſsione non conſequatur, quia alioquin agens ex hoc ipſo, quod agit in paſſum; ab eo reciperet, & pateretur, neceſſe eſt, vt paſſionem natura præcedat, vt agentis actualitas, & propria eius cauſalitas. Si verò dicas ex diffuſione illa extrinſecam tantùm agenti perfectionem adiũgi. Cõtra. Implicat contradictionem aliquid eſſe alterius perfectionem extrinſecam; ergo. Probatur (S. Thom.) antecedens. quia, vt ait Sanctus Doctor ſupra quæſtione quinta, articulo primo; intantùm perfectum eſt vnumquodque, inquantum eſt actu; & rurſus; vnumquodque eſt appetibile, & bonum, inquantùm eſt perfectum; cum omnia appetãt ſuam perfectionem: at implicat aliquid eſſe ens, & bonum formaliter entitate, & bonitate extrinſeca; ergo implicat aliquid eſſe perfectum perfectione extrinſeca, & non inhærente.

Præterea. Si hæc extrinſeca perfectio conſiſtit in illa diffuſione ſimilitudinis, prout recipitur in paſſo, adeo vt propterea dicat Ariſt. vnumquodque eſſe propter ſuam operationem, quia agendo diffunditur operantis ſimilitudo, ſequitur finem non eſſe nobiliorem eo, quod eſt propter finem, ſed vel minus nobilem, vt in agentibus æquiuocis, aut ad ſummum æquè nobilem, vt in vniuocis; igitur neceſſe eſt aſsignare perfectionem aliquam agentis intrinſecam, quæ ex ipſius actionis ratione formali dependeat, & quam agens vt finem intendat in operando. Igitur ipſiuſmet agentis perfectio, quæ maximè in actu ſecundo conſiſtit, ſiue ipſummet agens ſub ratione perfecti finis eſt ſuiipſius operantis; Sic enim alibi docet Caietanus interpretandam (Caiet.) eſſe dictam Ariſt. propoſitionem, vt ſcilicet. *Vnumquodque ſit propter ſuam operationẽ*, ideſt propter ſeipſum operantem, quod etiam voluit (Auerroes) ſignificare Auerroes in 12. Metaph. text. 36. cũ

A dixit intelligentias mouere orbes, vt aſsimilentur Deo in faciendo entia; loquitur enim de ſimilitudine in intrinſeca actualitatis perfectione fundata: quæ in actu ſecundo conſiſtit: vt quemadmodũ Deus ſemper eſt in actu ſecũdo, qui idem eſt quod illius ſubſtantia, ita, & intelligentiæ motrices orbium ſimilem habeant perfectionem ex hoc ipſo, quòd actu ſemper mouent. Iam verò tertium, quod ſupereſt, diuiſionis membrum, quod ſcilicet diffuſio illa ſignum ſit tãtum perfectionis, vt quidam dicunt, & Suarez admittit, eaſdem patitur difficultates; & quod amplius eſt, non ſaluat in proprietate ſermonis perfectionem agentis in aB ctu ſecundo formaliter, ſed tantùm ſignificatiuè, nec vera erit illa propoſitio Ariſt. *Vnumquodque eſt propter ſuam operationem*. (Ariſt.) Nam, ſi operatio non eſt formaliter agentis perfectio, ſed tantùm ſignum perfectionis, non poterit eſſe finis agentis, quia nihil agit propter ſignum perfectionis, præſertim loquendo de agente naturali, vel irrationali, ſed vnumquodque agit propter veram, & realem perfectionem ſignificatam, quæ non augetur, ex ſignificatione: igitur ſignum illud, vt ſic, non habet rationem boni, & conſequenter, neque finis.

C *Probatur actionem eſſe in agente, eo quòd ſit ipſius agentis cauſalitas, & confutatur reſponſio Suarezij.*

TErtia ratio. Cauſalitas formalis cuiuſuis cauſæ non eſt ſeparata ab ipſa cauſa, ſed illi coniungitur intrinſecè; at actio eſſentialiter dicta eſt cauſalitas cauſæ efficientis: ergo non eſt ab ea ſeparata, ſed illi coniungitur intrinſecè.

Probatur maior, quia cauſalitas cuiuſcunque cauſæ eſt id, quo per ſe, ac intrinſecè attingit effectum, & quo è contra effectus dependet à tali cauſa: vt etiam aduertit Suarez (Suarez.) diſput. Metaph. 18. D ſect. decima, numero 6. at, quod huiuſmodi eſt, neceſſe eſt intrinſecè coniungi ipſi cauſæ; ergo cauſalitas formalis cuiuſuis cauſæ eidem intrinſecè coniungitur. Probatur hæc minor: quia nihil eſt intimius cauſæ, quàm id, per quod proximè, & quaſi vt formali principio, & ratione agendi producit effectum; quia cauſa, præſertim effectiua, effectum producit ex intrinſeca ſua ratione, & perfectione; idcirco enim complementum in cauſa requiritur, vt ratio cauſandi, & cauſalitas, quæ illam conſtituit formaliter in actu cauſam, & eſt illius vltima actualitas, eidem inſit ad productionem effectus.

E Minor autem principalis argumenti, videlicet, quòd actio eſſentialiter dicta ſit cauſalitas cauſæ efficientis, probatur ex eodem principio, quo probata eſt maior; quia nimirum cauſalitas cuiuſcunque cauſæ eſt id, quo per ſe, & intrinſecè attingit effectum. Sed cauſa efficiens per actionem eſſentialiter dictam attingit omnem ſuum effectum, etiam motum ipſum, quem phyſicus actionem appellat; ergo actio eſſentialiter dicta eſt propria efficientis cauſalitas.

Sed

Suarezij reſponſio. Sed ait Suarez actionem illam phyſicam non eſſe propriè, ac formaliter effectum productum ab agente, ſed eſſe modum talis effectus ex natura rei ab illo diſtinctum; nam poteſt (inquit) manere effectus ſine tali modo, qui eſt emanatio, & dependẽtia effectus a cauſa agente; cum poſſit effectus nunc dependere ab hac cauſa, & poſtea ab alia, ita poteſt variari in illo dependentia circa eundẽ effectum; & tunc (inquit) nihil aliud variatur, quã cauſalitas agentis; quod ſi nomine effectus comprehendamus non ſolum rem productam, ſed quidquid a virtute agentis manat, ſic concedimus actionem aliquo modo eſſe effectum agentis; cum ſit dependens, vel potius ipſamet dependentia ab illo: eſſe autem effectum hoc modo non repugnat cauſalitati, quin potius in omnibus cauſis, quas (inquit) hactenus tractauimus, cauſalitas eſt effectus cauſæ; vnio.n.eſt effectus formæ, atque etiam materiæ in ſuo genere, & eſt cauſalitas vtriuſque ſecundum diuerſas habitudines.

cõfutatio Sed aduerſus hanc reſponſionem probatur actionem illam phyſicam non eſſe ſolam dependentiam, aut modum effectus ab agente dependentis, ſed eſſe verè, & propriè effectum. Nam illa actio tria in ſua ratione concludit, nimirum formam productam, puta calorem, modum ipſius, qui eſt fluxus, ſiuè emanatio, & relationem dependentiæ ab agente: quæ omnia includuntur in propria, & intrinſeca ratione formali actionis phyſicè ſumptæ; at hæc omnia ſimul ſumpta conſtituunt vnum verè, & propriè dictum effectum cauſæ efficientis; ergo Maior patet ex doctrina Ariſt. & D.Th. 3. phyſicorum a text. 19. vſque ad 24. Minor autem probatur: quia effectus non ſolum dicitur, & eſt effectus poſt illius factionem completam, ſed etiã, & fortè magis, dum actu fit a cauſa, & dum eſt in actuali emanatione, ſiuè dependentia, quæ nihil aliud eſt, quàm effectus, vt eſt in fieri ab ipſa cauſa, ſumendo dependentiam, non vt eſt relatio prędicamentalis, ſed vt dicit rem, puta calorem cum tali modo, cum igitur actio phyſica prædicta omnia formaliter claudat, erit verè, & propriè agentis effectus, non autem illius cauſalitas, vt opinatur Suarez, & quidam alij. Vera igitur efficientis cauſalitas eſt actio eſſentialiter dicta, quam ego Metaphyſicam voco: quia ad Metaphyſici conſiderationem maximè pertinet. [Ariſt. D.Tho.] [Cauſalitas vera efficiẽtis eſt actio metaphy.]

Obiectio. Sed fortè dicent actionem hanc Metaphyſicam ab agente cauſari, ac proinde eſſe proprium illius effectum, atque ideo quærendam eſſe aliam illius cauſalitatem, & ſic vſque in infinitum.

Solutio. Sed facilè reſpondetur cauſalitatis non eſſe quærendam aliã cauſalitatem; quia de eius ratione eſt immediata habitudo ad cauſam, cum ſit eius vltima actualitas, vt cauſa eſt, & conſequenter ſit id, quo aliud emanat, ipſa verò ſeipſa reſultet poſitis omnibus ad agendum requiſitis, non ſolum abſolutis, ſed etiam reſpectiuis ſic exigẽte natura principij proximi operationis, & eius eſſentiali ſubordinatione ad reliqua tam intrinſeca, quàm extrinſeca principia ad agendum neceſſaria; ſicut patet in igne, cui appoſito combuſtibili ſtatim reſultat actio, & A ſenſui approximato ſenſibili fit ſenſatio. In agentibus etiam liberis, quæ ſeipſa mouent ad operandum ex electione voluntatis, & rationis imperio, ob naturalem ſimpathiam, quam habet executiua potentia ad intellectum, & voluntatem ſtatim in ea reſultat actualitas illa, quam cauſalitatem eſſe diximus effectiuam, per quam externa illa, quæ in paſſo ſuſcipitur, emanat operatio cum ſuo termino.

Probatur ex multis dictis S. Thom. actionem metaphyſicè ſumptam eſſe in agente, & confutatur reſponſio Ferrarienſis, & conciliantur dicta D. Th.

B QVarta ratio ea eſt, quam hic format Caietanus ex duobus dictis Sancti Doctoris: ſic enim argumentatur: Actio tranſiens ſignificat aliquid ſubiectiuè exiſtens in agente creato, identificatum autem realiter ſubſtãtiæ in agente increato; ſed motus ab hoc, vt importat motum, & relationem, non ſignificat aliquid huiuſmodi; ergo motus ab hoc modo expoſito non eſt totum actionis tranſeuntis. Maior habetur hic in reſponſione ad ſecundum, & in ſecundo contra Gentes cap. nono, ratione vltima, & quo ad ſecundam partem habetur in mille locis, vbi de Creatione, & Gubernatione, & quibuſuis alijs actionibus, & potentijs diuinis ad extra eſt ſermo. Minor autem patet reſolutiuè, nam Deo mouente, vel Angelo in neutro motus eſſet, relatio autem, quamuis eſſet in Angelo, in Deo tamen nullo reali modo eſſet, quia nec per inhæſionem, vt patet, nec per identitatem, vt in ſecundo contra Gentes cap. 12. probatur manifeſtè. Nec dici poteſt maiorem propoſitionem eſſe verã non ex eadem, ſed ex diuerſis radicibus; vt ſcilicet quo ad agentia creata vera ſit ratione relationis, quam oportet eſſe ſubiectiuè in agente; quo ad agens verò increatum vera ſit ratione actionis immanentis, quam ſolam in Deo ponit actio tranſiẽs pręter factum, & relationem: Nam Sanctus Thom. hic in reſponſione ad quartum docet duobus modis affirmari poſſe potentiam in Deo; vno modo, vt ſit veluti potentia executiua intellectus, & voluntatis; alio modo, vt ſit voluntas conſulta, & efficax reſpectu effectuum; conſtat autem, quòd ſuſtinendo priorem dicendi modum vim ſuam retinet argumentum, & maior aſſumpta veriſsima eſt in omni agente, ex vna, & eadem radice; alioquin non eſſet formalis; & cum nec ratione motus, nec ratione relationis verificetur vniuerſaliter, relinquitur actionem tranſeuntem aliquid aliud ſignificare in agente. [Caiet.] C D

E Ad hoc argumentum reſpondet Ferrarienſis in ſecundo contra Gentes cap. primo dupliciter: Primò, Priorem illum modum dicendi non haberi in veris exemplaribus, ſeque multa vetuſta exemplaria vidiſſe abſque priori illa reſponſione, ſiue dicẽdi modo. Sed hæc reſponſio non eſt admittenda. Primò, quia ſtylus indicat doctrinam illam eſſe D.Thomæ. Secundo, quia iam in omnibus exemplaribus habentur verba illa, cum tamen pluries ſum- [1. reſpõſio Ferrar.] [cõfutatio.]

ſummæ diligentia fuerint correcta, & cum emendatioribus collata. *2. reſpõſio Ferrar.* Secundò itaque reſpondet actionem, qua Deus operatur in creaturas, eſſe tranſeuntem ſecundum modum noſtrum concipiendi tantùm, quia concipitur, vt alterius factio; hoc vero prouenire ex imperfectione intellectus noſtri non valentis diuinam actionem, ſecundùm quod in ſe eſt, apprehendere. *cõfutatio* Sed hæc reſponſio non tollit vim argumenti; cui ſatis eſt poſſe in Deo verè concipi actionem tranſeuntem diſtinctam ab alijs perfectionibus, ſicut, & vnaquæque perfectio concipitur a nobis vt ab alia diſtincta, quamuis in Deo ſecundum rem ſit vna ſola perfectio. Nec tamen ſecundùm modum concipiendi tantùm admittimus in Deo actionem tranſeũtem, ſed verè, & realiter, ſicut, & omnipotentiam, & reliqua diuina attributa: cum actio tranſiens, quæ actualitas eſt actiuæ potentiæ, vt ſic, nullam dicat imperfectionem, ſed maximam perfectionẽ. Quomodo autem in Deo diſtincta ſit executiua potentia ab intellectu, & voluntate ſatis oſtendimus in ſecunda controuerſia ad articulum octauum quæſt. quartædecimæ. Nec eſt admittenda reſponſio Georgij Vercellenſis, qui abſolutiſsimè negat maiorem propoſitionem argumenti ſuperius adducti, & conſequenter negat duas propoſitiones Sancti Doctoris in pluribus locis expreſſas. *Reſpõſio Vercellenſis reijcitur.*

Vlt. probatio. Poſtremò probatur ex multis Angelici Doctoris aſſertis actionem tranſeuntem præter motum, & relationem habere actualitatem illam, quam eſſe diximus in agente: quæ diligentiſsimè collegit Petrus Bergomenſis in dicto dubio 35. *Bergomẽ.* Præcipua verò habentur de potentia quæſt. octaua art. 2. primo ſentent. diſt. 32. q. 1. articulo primo, & in ſecundo ſentent. diſt. quadrageſima, quæſt. prima, art. quarto, ad primum. *reſponſio.* Sed dicunt oppoſitæ ſententiæ defenſores, hæc intelligenda eſſe de actione tranſeunte ratione relationis reſultantis, aut quo ad extrinſecam denominationem, vel etiam de actione tranſeunte quo ad efficaciam tantùm. *cõfutatio. Capreol. D. Tho.* Sed duas has poſteriores reſponſiones iam ſupra reiecimus; Prima verò, qua paſsim vtitur Capreolus, dupliciter deficit. Primò quia apud D. Thomam relatio præcisè nunquam dicitur actio. Secundò, quia Sanctus Thomas in dictis locis affirmat actionem eſſe in agente, quamuis ſecundùm rationem ſuam ſignificetur vt ab alio, & non vt inhærens; igitur actio verè, & realiter ineſt agenti, quamuis non ſignificetur, vt inhærens, ſed vt exiens; conſtat autem modum ſignificandi non variare rei ſignificatæ naturam. Vndè etiam S. Tho. q. 28. ar. 2. de relationibus creatis loquens ait: *ſi conſideremus relationes, ſecundum id, quod relationes ſunt, ſic inueniuntur eſſe aſsiſtentes, non intrinſecus affixæ, quaſi ſignificantes reſpectum quodammodo contingentem ipſam rem relatam, prout ab ea tendit in alterum: ſi verò conſideretur relatio, ſecundùm quòd eſt accidens, ſic eſt inhærens ſubiecto, & habens eſſe accidentale in ipſo.* Cum itaque relatio, quæ ſecundum ſuũ eſſendi, & ſignificandi modum formaliter ſumptum in aliud tendit, verè, & realiter informet ſub-

A iectum, multò magis actio inhærebit agenti, quãuis ſignificetur vt in aliud tendens: quia actio eſt genus entis abſolutum relationem connotatiuè tãtum ſignificans. Et ſicut ſecundum mentem D. Th. non licet ex modo ſignificandi, & eſſendi relationis inferre illam non eſſe ſubiectiuè in re per eam relata, ita, & multò minus id licebit ſecundũ eius intentionem ſimilibus verbis expreſſam inferre de actione tranſeunte. Vndè, vt hic ſcitè admonet Caietanus, quoniam actio tranſiens, vt ſic, eſt propter perficiendum paſſum, & ex ea prouenit actus in paſſo, idcircò dicitur perfectio paſsi, & eſſe in paſſo, & eadem ratione vnus eſſe dicitur actus actionis tranſeuntis, & paſsionis in paſſo receptus; *Caiet.*
B pertinent enim hæc ad ſolum eſſendi, & ſignificandi modum actionis, quæ ſecundum rem perfectio eſt, & actualitas operantis.

Poſtremò aduertendum eſt ſacram Theologiam omnibus vti ſcientijs veluti ancillis ad ſuum inſtitutum, & conſequenter etiam eorum terminis iuxta propriam cuiuſque ſignificationem: *Cõcilian-tur dicta D. Tho.* cum itaque nomen actionis tranſeuntis multiplex ſit, vt ſuperius oſtendimus, & ex quatuor commemoratis ſignificationibus duæ, videlicet ſecunda, & vltima, ſint apud verè ſapientes magis vſitatæ, mirandum non eſt, ſi Doctor Sanctus Theologorum, quos ſcholaſticos nuncupamus, facilè princeps actionis nomine nonnunquam vtatur in ſenſu phyloſophi naturalis, ſcilicet pro motu, ſiuè mutatione, quatenus eſt ab agente: non nunquam autem in ſenſu metaphyſico, ſcilicet pro actualitate illa, quæ eſt agentis cauſalitas; cum præſertim vnum ſit propter aliud, & ex vno inferatur aliud neceſſariò. Erit itaque diligenter conſideranda materia, circa quam verſatur Doctor Sanctus, quando vtitur actionis nomine, ac iuxta illius exigentiam interpretanda erit nominis ſignificatio. Nam huius differentiæ, & multiplicitatis, ſiuè æquiuocationis inconſideratio, vt arbitror, in cauſa
D fuit, vt Thomiſtæ, & alij in varias, & oppoſitas diuiderentur ſententias; cum tamen excellentiores quidam nimirum Caietanus, & alij ſupra nominati æquiuocatione prædicta depræhenſa fęliciter apicem veritatis attigerint.

Concluſiones deductæ, & probatæ.

PRima Concluſio. Actio tranſiens antecedenter, & formaliter ſumpta eſt in agente ſubiectiuè. Probatur: quia actio tranſiens antecedenter ſumpta eſt forma agentis, quæ eſt actionis principium; formaliter autem accepta eſt relatio agentis ad motum, ſiuè mutationem ex eo fluentem: ac
E hæc ſecundum communem omnium conſenſum ſunt in agente, adeo vt oppoſitum ſit euidenter impoſsibile; igitur actio prædictis duobus modis ſumpta eſt in agente.

Secunda Concluſio. Actio concomitanter, ſiuè eſſentialiter phyſicè accepta eſt in paſſo tanquam in ſubiecto. Probatur: quia actio ſic ſumpta idẽ eſt realiter, quod motus, & paſsio; ſed vtrumque horũ eſt in paſſo, vt in ſubiecto: ergo

Digitized by

etiam actio prædicto modo ſumpta.

Tertia Concluſio. Actio eſſentialiter,& Metaphyſicè ſumpta eſt in agente tãquam in ſubiecto, vt eius actualitas,& cauſalitas. Hæc ſatis probata eſt in ſecundo huius Controuerſiæ fundamento.

Argumenta,& ſolutiones.

Soncinas. Contra tertiam Concluſionem, de qua ſola eſt difficultas, argumentatur Paulus Soncinas. Si actio eſt entitas abſoluta acquiſita in agente, vel hæc entitas eſt cauſata ab agente, vel paſſo, vel ab aliqua alia cauſa; non ab ipſo agente; quia omne, quod, in quantum huiuſmodi, acquirit entitatem de nouo, tranſmutatur,& patitur. Sed agẽs, inquantum agens, non patitur, nec tranſmutatur; ergo agens, inquantum agens, non cauſat in ſe nouam entitatem abſolutam. Minor probatur: formalis ratio vnius generis non conuenit alicui ſubiecto per formalem rationem alterius; ſicut etiã nihil eſt album per rationem nigredinis. Sed ratio actionis,& paſsionis ſunt diſtinctæ; ergo agens nõ habet, in quantum agens, quòd patiatur. Deinde probat illam entitatem non cauſari a paſſo, nec ab alia cauſa; quòd concedimus.

Reſp. hanc entitatem cauſari ab ipſo agẽte. Ad probationem in contrarium negatur maior de eo, quod acquirit entitatem non media actione, ſed ſimplici reſultantia: ſicut in propoſito; non enim actionis entitas per aliam actionem acquiritur agenti. Sed ſe ipſa modo ſuperius expoſito aduenit agenti. Secundo reſp. minorem dupliciter intelligi poſſe: vno modo, pro ut dictio illa, inquantum, dicit rationem agentis, vt ſic.& in hoc ſenſu vera eſt. Secundò, prout dicit conditionem agentis creati, cuius actio non eſt eius ſubſtantia; ſed accidens in eo receptum; & ſic falſa eſt minor propoſitio; qa omne agens inquantum agit, producit in ſeipſo accidentalem entitatem actionis,& eam recipit. Et per hoc ſoluuntur alia ſimilia argumenta Iauelli, Fonſecæ, Suarezij,& aliorum.

Iauellus. Fonſecæ. Suarez.

Fonſeca. Contra eandem Concluſionem argum. Fõſeca. Primò. Si actio tranſiens in agente eſſet, iam nõ eſſet tranſiens, ſed immanens; ergo. Probat ſequelam, quia non ſufficit ad earum diſtinctionem, ſi dicas immanentem nihil operis confectum relinquere, tranſeuntes autem omnes aliquid conficere, quod actione peracta ſuperſit. Nam actiones immanentes Dei omnia conficiunt, quæcunque facta perſeuerant,& plurimæ ſunt actiones tranſeuntes, quibus peractis nihil relinquitur; vt æquitatio ſaltatio,& tibiæ cantus, aut citharæ pulſatio; Nec in eo poſitum eſt earum diſcrimen, quòd immanentes non attingant exteriorem materiam, ſubiectumvè, tranſeuntes autem ſemper circa aliquid diuerſum ab agente verſentur: nam immanentes non ſolum attingunt externa intentionaliter, ſed etiam earum quædam attingunt realiter, vt diuinæ, quæ multa efficiunt in rebus creatis; humanæ autem, ſi non attingunt immediatè, & ſine alia potentia executiua res omninò ſeiunctas, certè ſuo modo attingunt diuerſa realiter in eodem ſuppo-

A ſito: voluntas .n. & appetitus ſenſitiuus auctore Ariſt. in 3. de anima potentias executiuas ſui ſuppoſiti mouent. Reliquum eſt igitur, vt in eo conſiſtat eorum differentia: quòd immanentes ſint in ipſo agente formaliter, hoc eſt in ipſa agendi potentia, tranſeuntes aũt in re; quæ ab ipſa agendi potentia diuerſa ſit realiter: quare, ſi omnis actio eſſet ĩ agente formaliter, nulla eſſet oĩnò actio tranſiens.

Reſp. nullã eſſe conſequentiã. Ad probationem reſp. differentiã actionis immanentis, & trãſeũtis in eo poſitã eſſe, quòd trãſeuntes realiter attingunt externã materiã, non autem immanentes. Ad obiectionem in oppoſitũ ex diuinis,& humanis B actionibus reſpondetur, diuinas actiones, quibus aliquid efficitur in rebus creatis, eſſe trãſeuntes formaliter, aut ſaltem eminenter; vnde, non vt immanentes, ſed vt trãſeuntes exterius operãtur. De humanis autem, quæ mouent executiuas potentias, dicendum eſt, primò motionem illã fieri per naturalem quãdã ſubordinationem,& ſimphatiã inter vires animæ, & animã per actum vnius potentiæ ſemetipſam mouere ad actum alterius potentiæ; per quem tandem mouet etiam corporis membra. Secundò motionem illam, qua voluntas,& intellectus mouet potentias executiuas non eſſe, nec dici poſſe verè,& propriè tranſeuntem quia non tranſit in materiam extrinſecam ab ipſa anima, nec in C ipſum corpus immediatè, ſed ex vna potentia in aliam modo dicto.

Secundò. Si entitates actionum abſolutæ non producuntur re vera, ſed per emanationes quaſdã reſultant in agentibus, ad præſentiã patientium, præterquàm quòd id temerè, & ſine vlla ratione diceretur, magis cum ratione congruit aſſerere, rem ad patiendum aptam præſente re ad agendũ idonea nullius alterius entitatis interuẽtu aliquid ab agente accipere.

Reſpondetur ſupra longo diſcurſu probatũ fuiſſe, non temerè, aut abſque ratione tales entitates D in agentibus creatis conſtitui, nec ſufficere præſentiam paſsi ad recipiendum diſpoſiti, vt aliquid ab agente ad agendum idoneo poſsit accipere.

Contra eandem Concluſionem argumentatur Suarez.

Suar. Primò. Actio non poteſt eſſe res diſtincta realiter à termino formali, qui per eam fit. ſed eſt modus eius: ergo vbi fuerit terminus actionis, ibi neceſſe eſt eſſe actione ipſam; ſed terminus actionis tranſeuntis eſt in paſſo: ergo in eodem eſt actio ipſa. Antecedens probatur. Primò, quia actio nihil aliud eſt, quàm dependentia effectus a ſuo efficiente: at verò dependentia non poteſt eſſe diſtincta a re, quæ dependet, ſed ſolùm eſt modus eius, E ergo. Secundò poſito principio agendi,& effectu eius, & dependentia effectus a ſuo principio ſublata per intellectum quacunque alia entitate ſufficienter intelligitur effectus in actu, & cauſa efficiens in actu; ergo impertinens eſt fingere quandam aliam rem diſtinctam realiter ab effectu, & priorem natura illo, quæ ſit actio illius. Nam actio ponitur ſolùm ob cauſalitatem agentis, & dependentiam effectus; ſed hæc intelliguntur optimè ſine

Digitized by Google

ſine illa entitate;eſt ergo gratis conficta.

Reſpondetur falſum eſſe antecedens, loquendo de actione eſſentialiter,& Metaphyſicè. Ad primã probationem negatur antecedens. Ad ſecundam negatur etiam antecedens;quia non poteſt intelligi cauſam actu cauſare ſine cauſalitate,quam diximus eſſe actualitatem actus ſecundi in agente vt in ſubiecto exiſtentem.

Secundò. Non ſolum effectus, ſed etiam actio ipſa fluit actiuè ab agente non per aliam actionẽ, ſed per ſe ipſam;ſed in agente actione tranſeunte, ex eo,quod agit, nulla res, vel modus realis fluit actiuè ab ipſo,vt in ipſo maneat; ergo actio huius agentis ita fluit ab ipſo,vt in paſſo recipiatur. Minor probatur. Primo,quia agens ex eo præcise, qđ agit,non mouetur. Secundò, quia nullus terminus actionis tranſeuntis manet in agente; ergo neque actio poteſt fluere ab huiuſmodi agente, quæ in ipſo maneat. Probatur conſequentia: quia non poteſt intelligi res aliqua, quæ ita ſit pura actio, vt per eam nihil intrinſecè factum intelligatur: res enim facta in extrinſeco ſubiecto non poteſt eſſe intrinſecus terminus actionis manentis in alio ſubiecto. Tertiò, quia per ſe eſt incredibile,quod,vt Sol illuminet aerem,prius neceſſario fluat a luce Solis alia res, vel modus, qui in ipſo Sole maneat, ipſumque aliter afficiat; quorſum enim fingitur talis entitas? aut in qua potentia ipſius Solis talis actus recipitur? deberet autem proximè recipi in ipſa luce Solis; ergo lux, & calor, & ſimiles virtutes actiuæ non ſolum ſunt potentiæ actiuæ,ſed etiam paſsiuæ, quod inauditum eſt,& incredibile.

Reſpondetur falſam eſſe minorem. Ad primam eius probationem reſpondetur, ſicut ad argumentum Pauli Soncinatis. Secundò dicitur, quod falſum ſupponit, nimirum actionem illam eſſe motum. Ad ſecundam negatur conſequentia; ad probationem negatur antecedens. Nam, cum actio ſit propter perficiendum aliud, ſufficit ei terminus extrinſecus. Ad tertiam dicitur entitatem illam recipi in ipſa luce Solis, vt eius vltimam actualitatem, quatenus cauſa eſt,cum ſit eius cauſalitas; nec tamen ſequitur lucem Solis eſſe virtutem paſſiuam: ſed tantùm ſequitur illam non eſſe purum actum. Non enim ſit actualitas illa media aliqua tranſmutatione, vel actione;ſed,vt ſupra diximus,ſe ipſa per naturalem reſultantiam adeſt cauſæ ad agendum perfectè diſpoſitæ.

Tertiò dependentia creaturarum à Deo fluit immediatè ab ipſa potentia Dei, & non ab aliqua alia actione quam in Deo fingere neceſſe ſit; ergo ſimiliter dependentia luminis à luce Solis intelligi optimè poteſt,vt immediatè fluens à virtute illuminatiua Solis,quę eſt lux,abſque fluxu alterius rei ab eadem luce, quæ in luce maneat.

Reſp. falſum eſſe antecedens; nam ex hoc ipſo; quod in Deo eſt actiua potentia,ponitur in eo actio,quæ eſt eius ſubſtantia; vt hic apertè docet S.Tho. Quia itaque Deus in vltima conſtituitur agentis actualitate per actionem; quæ eſt eius ſub-

A ſtantia,non indiget alia actione eidem inhærente, quæ ſit ab eo diſtincta.

Contra eandem Concluſionẽ argumẽtatur Fer. Ferrar.

Primò. Suppono,quòd actio tranſiens nihil importat, præter motum, & relationem agentis ad patiens:hoc eſt de mente S.Tho. infra quæſt.41.ar.1.ad 2.& q.45.ar.2.tunc ſic:Actio nullum abſolutum importat præter motum;ſed motus eſt in mobili,non autem in mouente, vt dicitur 3.phyſ.tex.16.& 3.de anima tex. 28. ergo actio eſt in patiente,& non in agente.

Reſp. dupliciter. Primò ſuppoſitum illud intelligendum eſſe de actione,vt actio eſt,non autem in-B quantum eſt accidens,vel ſubſtantia: Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, particulam illam, vt actio eſt,qua ſignificatur reduplicatio, vel ſpecificatio, dupliciter intelligi poſſe: vno modo,vt ſpecificentur,aut reduplicentur intrinſeca communia, & nõ tantum propria actionis, puta ratio accidentis, aut ſubſtantiæ:& hoc modo dicimus actionem, vt actio eſt .ſ. quò ad rationem ſaltem communem accidentis ſibi intrinſecam, importare aliquid præter relationem,& motum,ſ.actualitatem ſæpè dictam,quæ eſt agentis perfectio. Alio modo poteſt intelligi,vt reduplicentur propria tantùm, & intrinſeca; & hoc dupliciter, ſ. aut materialiter, C ſiuè ſecundum rem,aut formaliter, ſiuè ſecundum modum eſſendi,& ſignificandi; in priori ſenſu actio,vt actio eſt, ideſt actio non tantùm quo ad cõmunem realitatem accidentis, ſed etiam quo ad propriam realitatem, vel gradum, quo a cæteris rerum generibus diſtinguitur, importat aliquid præter relationem, & motum,quod eſt in agente, vt eius actualitas, & perfectio; poſteriori verò modo,quia eſt,& ſignificatur vt exiſtens propter perficiendum paſſum,in quem ſe ipſa tota propendet, ideò vt ſic, nihil importat tanquã agentis perfectionem, ſed ordinem tantum tranſcendentem agentis ad paſſum, cum quo etiã ordine importat D motum,non vt intrinſecè clauſum, ſed vt conſequentem talem ordinem,ad quem ordinem ſequitur tãquã ad proprium fundamentum relatio prędicamẽtalis ad paſſum,& ad ipſum motum, adeo vt remoto motu nihil remaneat, niſi relatio cum ſuo fundamento:cuius etiã ratio eſt relatiua, vt diximus. Cum autem dictio excluſiua non excludat a concomitãtibus,dicendo ſolã relationem remanere in agente remoto motu,non excluditur eius fundamentum,quod eſt agentis perfectio, vt in aliud tendens. Et per hæc patet reſponſio ad plures alias inſtãtias eiuſdem Ferrar. Secundò reſp. ſuppoſitum illud intelligendum eſſe de actione concomitanter ſumpta, quæ etiã eſt actio eſſentialiter E phyſicè,ex qua tanquam notiſsima D. Thom. diuina manifeſtat,quæ magis occulta ſunt, vt etiam apertè ſignificat idem Sanctus Doctor in locis allegatis. Nam in quæſt.41.ar. 1. ſic ait. *Quia enim res a ſua diſpoſitione remouetur per motum, manifeſtum fuit hoc ab aliqua cauſa accidere, & ideo actio ſecundum primam nominis impoſitionem ſignificat originem motus*. Quibus verbis perſpicuè declarat D. Thomas ſe loqui de actione quo ad primam nominis D.Tho.

minis impoſitionem; quæ fit ab eo, quod eſt notiſsimum, indicans ſimul eſſe aliam poſteriorem nominis impoſitionem, qua ſignificatur aliquid prius exiſtens in agente: quod etiam ſtatim ibidē declarat dicens. *Remoto igitur motu actio nihil aliud importat, quam ordinem originis, ſecundum quod ab aliqua cauſa, vel principio procedit*. proculdubio ſecundum aliquam cauſæ actualitatem, & cauſalitatem, quæ eſt actio metaphyſicè. In quæſt. autem 45. art. 2. ad 2. ſermo erat manifeſtè de factione, quatenus mutatio eſt; quæ eſt actio phyſica; cui innitebatur vis argumenti. Nec tamen ibidem omittitur agentis actualitas, dum in fine dicitur; *facere, & fieri importaut habitudinem cauſæ ad effectum, & effectus, ad cauſam*, loquitur enim S. D. de cauſa in actu, quæ abſque cauſalitate non eſt; nec habitudo illa poteſt eſſe abſque proprio fundamento, quod nihil aliud eſt, quàm actualitas illa, ſiuè cauſalitas: Cum ergo ibidem ait S. Tho. quòd cum actio, & paſsio conueniant in ſubſtantia motus; & differant ſolum ſecundum habitudines diuerſas, vt dicitur 3. phyſicorum, oportet, quòd ſubſtracto motu non remaneant niſi diuerſæ habitudines in creante, & creato, intelligendum eſt, quòd de actione phyſicè ſumpta non remanent niſi diuerſæ habitudines in creante, & creato; cum quo ſtat in creante præexiſtere dictā actualitatem; quæ eſt eius ſubſtantia, & fundat relationem creationis; ſicut in creato eſt eſſe ipſius creati, vt emanans a Deo fundans relationem ad creantem.

Obiectio Ferrar. Sed contra hanc reſponſionem argumentatur Ferr. quia S. Th. in illa q. 41. non quærit de actu notionali quantum ad formam productam, ſed quantùm ad eſſentiam. Secundùm quam de perſona formaliter, & intrinſecè prædicatur; & ad idem tendit reſponſio; ergo. Secundò, quia S. Th. in q. 45. nō loquitur de creatione ſumpta concomitanter, ſed formaliter: alioquin nihil probaret: ergo. (S. Thom.)

Reſponſ. Reſpon. nullam eſſe conſequentiam. Nam, licèt in dictis locis non ſit ſermo de actu notionali concomitanter, nec de creatione concomitanter, ſed formaliter; declaratur tamen vtrumque a D. Tho. per actionem phyſicam, quæ motum ſignificat, vt ex notioribus notificaret ea, quæ humano intellectu, maximè occulta ſunt.

Adde actionem illam phyſicam eſſe etiam actionem eſſentialiter dictam, ſed phyſicè.

Secundò producit auctoritatem D. Thomæ infra q. 37. ar. 2. & de potentia q. 7. art. 10. ad 8. vbi ait, quòd contingit denominari aliquid ab eo, quod non eſt forma: ſicut agens denominatur actione, quæ ab ipſo procedit: ergo actio non eſt forma agentis, & ſupra quæſt. 18. art. 3. ad primum ponitur differentia inter actionem immanentem, & tranſeuntem, quòd tranſiens eſt perfectio moti; immanens autem eſt perfectio agentis; & infra quæſt. 54. artic. primo ad vltimum dicitur, quòd actio, quæ tranſit in aliquod extrinſecum, eſt realiter media inter agens, & ſubiectum; & loquitur ibi de actione eſſentialiter: alioquin reſponſio non ſatisfaceret argumento loquenti de intelligere

A Angeli; quæ eſt actio intellectus eſſentialiter ſumpta.

Reſpondetur primò hæc intelligenda eſſe de actione eſſentialiter; ſed phyſicè ſumpta.

Secundò quædam ex eis intelligi poſſe de actione etiam metaphyſicè accepta, quatenus eſt propter perficiendum paſſum, vt illud; quod adducitur ex quæſt. 18.

Poſtremò adducit diuerſa dicta Ariſt. & Comētatoris, quæ eandem patiuntur interpretationem: nam vel loquûtur de actione eſſentialiter, ſed phyſicè, vel etiam exponi poſſunt de actione, quæ eſt agentis perfectio, quatenus eſt propter perficien- (Ariſt. Comen.)

B dum paſſum, & eodem modo gloſſanda ſunt plura alia Sancti Thomæ, & Ariſt. pronunciata, quæ communiter allegant oppoſitæ ſententiæ defenſores, & præſertim Fonſeca, & Suarez, de quibus non eſt dicendum per ſingula.

Contra eandem Concluſionem Argumentatur Vaſquez. Ariſt. quinto Metaph. capitulo quintodecimo, putat relationem agentis non fundari in abſoluto aliquo, quod maneat in agente, ſed in ipſa actione; ergo. (Vaſquez.)

Reſpondetur falſum eſſe antecedēs quo ad priorem partem: quo ad ſecūdam verò dicimus actionem illam, de qua loquitur Ariſt. eſſe actualitatem illam, quam nuncupauimus actionem Metaphyſicam.

C

ARTICVLVS II.

Vtrum potentia Dei ſit infinita.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd potentia Dei non ſit infinita. Omne enim infinitum eſt imperfectum, ſecundùm Phi. * in 3. Phi. ſed potentia Dei non

D eſt imperfecta. Ergo non eſt infinita. (1. d. 43. 1. ar. 1. & 4. cōt. 44 & c. 13. & po. q. 1. ar. 2. & opuſ. 3. cap. 19. & opuſ. 9. ca. 4 & 12. Met. lec 7. ſ tex. 63. 64. & phi. te. 1.)

2. Præterea. Omnis potentia manifeſtatur per effectum, aliàs fruſtra eſſet. Si igitur potentia Dei eſſet infinita, poſſet facere effectum infinitum; quod eſt impoſsibile.

3. Præterea. Philoſophus probat * in octauo Phyſicorum, quòd, ſi potentia alicuius corporis eſſet infinita, moueret in inſtanti. Deus autem non mouet in inſtanti, ſed mouet creaturam ſpiritualem per tempus, creaturam verò corporalem per locum, & tempus, ſecundum Auguſtinum * octauo, ſuper Geneſim ad litteram; non ergo eſt eius potentia infinita. (lib. 8. Phyſ. tex. 78. 80. &c.) (lib. 8. ſup. Gen. c. 20. 22 & 13. tomo 3. lib. 8. non multum procul à medio.)

E

Sed contra eſt, quod dicit Hilar. * octauo de Trinit. quòd Deus eſt immenſæ virtutis viuens, potens. Omne autem immenſum eſt infinitum, ergo virtus diuina eſt infinita.

Reſpondeo. Dicendum, quòd, ſicut iam dictum eſt, * ſecundum hoc potentia actiua inue- (Ar. præced.)

inuenitur in Deo, ſecundùm quòd ipſe actu eſt. Eſſe autem eius eſt infinitum, inquantum non eſt limitatum per aliquid recipiens, vt patet per hæc, quæ ſupra dicta * ſunt, cùm de infinitate diuinę eſſentiæ ageretur. [Q.7.art.1.] Vndè neceſſe eſt, quòd actiua potentia Dei ſit infinita. In omnibus enim agentibus hoc inuenitur, quòd quantò aliquod agens perfectius habet formam, qua agit, tantò eſt maior eius potentia in agendo. Sicut quantò eſt aliquid magis calidum, tantò habet maiorem potentiam ad calefaciendum. Et haberet vtique potentiam infinitam ad calefaciendum, ſi eius calor eſſet infinitus. Vnde, cum ipſa eſſentia diuina (per quam Deus agit) ſit infinita (ſicut ſupra* oſtenſum eſt) [Q.7.ar.1.] ſequitur, quòd eius potentia ſit infinita.

Ad primum ergo dicendum, quòd Philoſophus loquitur de infinito, quod eſt ex parte materiæ non terminatæ per formam; cuiuſmodi eſt infinitum, quod congruit quantitati. Sic autem non eſt infinita diuina eſſentia (vt ſupra * oſtenſum eſt,) & per conſequens nec eius potentia. Vndè non ſequitur, quòd ſit imperfecta.

Ad ſecundum dicendum, quòd potentia agentis vniuoci tota manifeſtatur in ſuo effectu. Potentia, enim generatiua hominis nihil poteſt pluſquam generare hominem. Sed potentia agentis non vniuoci, non tota manifeſtatur in ſui effectus productione. Sicut potentia Solis non tota manifeſtatur in productione alicuius animalis ex putrefactione generati.

Manifeſtum eſt autem, quòd Deus non eſt agens vniuocum. Nihil enim aliud poteſt cum eo conuenire neque in ſpecie, neque in genere, vt ſupra * oſtenſum eſt. [Q.5.ar.5. & q.5.art.3.] Vndè relinquitur, quòd effectus eius ſemper eſt minor, quàm potentia eius. * Non ergo oportet, [36] quòd manifeſtetur infinita potentia Dei in hoc, quòd producat effectum infinitum. Et tamen etiamſi nullum effectum produceret, non eſſet Dei potentia fruſtra; quia fruſtra eſt, quod ordinatur ad finem, quem non attingit. Potentia autem Dei non ordinatur ad effectum ſicut ad finem, ſed magis ipſa eſt finis ſui effectus.

Ad tertium dicendum, quòd Philoſoph. in 8. Phyſic. probat, quòd ſi aliquod corpus haberet potentiam infinitam, quòd moueret in non tempore. Et tamen oſtendit, quod potentia motoris cæli eſt infinita: quia mouere poteſt tempore infinito. Relinquitur ergo ſecundùm eius intentionem, quòd potentia infinita corporis, ſi eſſet, moueret in non tem-

A pore; non autem potentia incorporei motoris. Cuius ratio eſt, quia corpus mouens aliud corpus, eſt agens vniuocum: Vnde oportet, quòd tota potentia agentis manifeſtetur in motu; Quia igitur quantò mouentis corporis potentia eſt maior, tantò velocius mouet. Neceſſe eſt, quòd, ſi fuerit infinita, moueat improportionabiliter citius, quod eſt mouere in non tempore. Sed mouens incorporeum eſt agens non vniuocum: Vndè non oportet, quòd tota virtus eius manifeſtetur in motu ita, quod moueat in non tempore. Et præſertim, quia mo-

B uet ſecundùm diſpoſitionem ſuæ voluntatis.

Senſus quæſiti.

De infinitate ſimpliciter, quæ in re propoſita eſt infinitas intenſiua, quæſitum hoc intelligendum eſt; vt patet tam ex probatione concluſionis, quàm ex reſponſionibus ad ſecundum, & tertium argumentum.

Forma Textus.

C

Concluſio eſt. Potentia Dei eſt infinita. Probatur. Secundum hoc potentia actiua inuenitur in Deo, ſecundum quod ipſe actu eſt; at Deus ita eſt actu, vt eius eſſe ſit infinitum; ergo potentia Dei eſt infinita.

Minor probatur, quia eſſe Dei non eſt limitatum per aliquod recipiens, vt dictum eſt ſupra quæſt. 7. art. 1. Maior autem ſic probatur. In omnibus agentibus hoc inuenitur, quòd quantò aliquod agens perfectius habet formam, qua agit, tantò eſt maior eius potentia in agendo: ſed eſſentia Dei (per quam Deus agit) eſt infinita, igitur eius potentia eſt infinita; Minor patet ex dictis in quæſt. 7. ar. 1. Maior probatur exemplo. Nam quan-

D *tò aliquid eſt magis calidum tantò habet maiorem potentiam ad calefaciendum, & haberet vtique potentiam infinitam ad calefaciendum, ſi eius calor eſſet infinitus.*

Controuerſia vnica.

In quo formaliter conſiſtat infinitas diuinæ potentiæ, & quomodo efficaciter probari poſſit.

E

Sententiæ Expoſitorum.

Vaſquez ſuper hoc articulo, & infra quæſt. 45. art. 5. dicit ſeptem. [Vaſquez.]

Primum eſt: Ratio, qua vtitur Diuus Thomas infra quæſt. quadrageſimaquinta, articulo 5. ad tertium ad probādum infinitatem diuinæ potētię ex hoc, quòd poteſt effectū producere ex nulla potentia, hoc eſt ex nihilo, nō conuincit contradictionis oppoſitū aſſerentes. Secundū: Non rectè probatur in-

Digitized by Google

infinitas potentiæ Dei ſecundum intenſionem, vt potentia eſt, ex hoc, quòd infinito tempore mouet, & à ſe, ideſt, vt ipſa prima cauſa. Tertium: Potentia Dei non eſt infinita in ratione potentiæ ex hoc, quòd includit eſſentialiter omnia alia Dei attributa, & in eis includitur.

Quartum: Ratio, quam hic affert Sanctus Tho. ex infinitate eſſentiæ Dei, non probat abſolutè, & ſimpliciter potentiam Dei eſſe infinitam in ratione potentiæ; quòd eſſet probare dari aliquod obiectum, cui reſpondet virtus aliqua, & potentia infinita; ſed probat Dei potentiam eſſe infinitam in ſuo genere, ſi ex parte obiecti non repugnat: hoc eſt, ſi excogitari poteſt aliqua potentia infinita in genere potentiæ comparata cum obiecto, ea erit, quæ conſequitur eſſentiam in ratione eſſentiæ infinitam. Quintum: Probari poteſt infinitas diuinæ virtutis ex hoc, quòd poteſt ſemper nouas rerum ſpecies in infinitum producere. Sextum: Infinitas potentiæ Dei probatur ex hoc, quod actu eam virtutem habet, qua poteſt velocius, & velocius in infinitum corpus mouere. Vltimum: Potentia Dei, eſt infinita in genere potentiæ, quia in productione ſingularium terminum nõ habet, ſed poteſt plura, & plura in infinitum non ſolùm decurſu temporis, ſed etiam ſimul producere.

Suarez. Suarez lib. 3. de attributis Dei c. 9. dicit octo. Primum eſt. Diuina potentia dici poteſt infinita intenſiuè, & extenſiuè: intenſiuè quidem, quia in ſe eſt infinitę perfectionis: extenſiuè, quia in obiectis ſuis infinitam extenſionem habet. Secundum: Diuina potentia ad extra ex vi ſui conceptus exigit infinitatem non tantùm in proprio genere, ſed etiam ſimpliciter, & in genere entis, & hæc infinitas optimè probatur ex infinitate diuinæ eſſentiæ. Tertium: Hæc infinitas diuinæ potentiæ poteſt ex hoc declarari, ſiuè probari, quia talis eſt, vt ſine dependentia ab alio ſuam actionem perficere poſſit. Quartum: Infinitas extenſiua in hoc conſiſtit, quòd in latitudine ſuorum effectuum non habeat terminum. Quintum: Hæc infinitas non benè probatur ex eo, quòd Deus poteſt velocius, & velocius mouere quodlibet corpus in infinitum ſine vllo termino; Sextum: Infinitas extenſiua non rectè colligitur ex eo, quòd effectus diuinæ potentiæ poſſunt plures in infinitum produci, aut etiam ſimul, ſi ſermo ſit de effectibus eiuſdem rationis. Septimum: Infinitas extenſiua Dei infertur a poſteriori ex eo, quòd poteſt Deus producere in infinitum perfectiores, & perfectiores ſpecies rerum in genere, vel gradu ſubſtantiarum. Octauum: Infinitas extenſiua diuinæ potentiæ directè, probanda eſt ex infinitate intenſiua.

Reſolutio.

Probatur tribus vijs infinitas diuinæ potentiæ ex D.Thom.

Ariſt. PRo reſolutione. Aduertendum eſt primò quæſtionem de infinitate potentię Dei partim ſpectare ad philoſophum naturalem, vt patet in 8. A phyſicorum, partim ad Metaphyſicum, vt patet ex 12. diuinorum, ſimpliciter autem, ideſt, omnibus modis ſpectat ad Theologum, qui ad probandam diuinæ virtutis infinitatem non ſolùm vtitur proprijs, ſed etiam aſſumit extranea. Et quamuis hic proprius ſit huius quæſtionis locus: quia tamẽ difficultates eius præcipuæ ad naturalem philoſophum, & Metaphyſicum pertinent. idcirco ea duntaxat hic erunt breuiter attingenda, quæ ex recentioribus paulò ante propoſuimus.

Secundò ſciendum eſt, ſecundum doctrinam D.Thom. poſſe tribus vijs probari infinitatem diuinæ potentiæ. Prima eſt ſecundum ponentes æter- S. Thom. 1. via.
B nitatem mundi, qua vtitur S.D. in 1. cont. gent. ca. 20. vbi ſic argumentatur: *nulla potentia finita poteſt mouere tempore infinito; ſed potentia primi motoris mouet tempore infinito; quia motus primus eſt ſempiternus; ergo potentia primi motoris eſt infinita;* maiorem huius argumenti probat latè S. Tho. in dicto cap. & in 8. phiſicorum tex. 78. de mente Ariſto. ſed tota vis probationis conſiſtit in ea explicatione, quam addit S. Thomas in fine commentarij textus prædicti, vbi ſic ait. *Dicendum, quòd id, quod eſt cauſa prima motus infiniti, oportet, quòd ſit per ſe cauſa infinitatis motus: quia ſemper cauſa, quæ eſt per ſe, eſt prior ea, quæ eſt per aliud; virtus autem cauſæ per ſe*
C *determinatur ad effectum per ſe, & non ad effectum per accidens; cum autem contingat motum eſſe infinitum dupliciter, ſcilicet ſecundum partes mobilis & ſecundum partes magnitudinis ſupra quam tranſit motus, per ſe infinitum eſt in motu ex partibus mobilis, per accidens autem ſecundum partes longitudinis; quia quantitas motus, quæ attenditur ſecundum partes mobilis, competit ei ſecundum proprium ſubiectum, & ita ineſt ei per ſe; quantitas autem motus non accipitur ſecundũ partis longitudinis, ſed ſecundum reiterationem motus ipſius mobilis; prout ſcilicet mobile totum, quod compleuit motum ſuum per vnam partem longitudinis, iterato tranſit per aliam. Id ergò, quod eſt cauſa prima infinita-*
D *tis motus, habet virtutem ſuper infinitatem motus, quæ eſt per ſe, vt ſcilicet poſſit mouere mobile infinitum, ſi contingat: & ideo neceſſe eſt, quòd ſit infinitum.* Hæc ibi Sanct. Thomas. Caietanus autem in ſua quæſtione de infinitate primi motoris deducit eiuſdẽ motoris infinitatem ex hoc, quòd cauſat motus perpetuitatem non ex aliqua ſibi annexa conditione, puta duratione perpetua, ſed ex propria perfectione clauſa infra latitudinem propriæ virtutis: quia latitudo cuiuſcumque potentiæ actiuæ correſpõdet proportionaliter latitudini per ſe primò effectus; latitudo autem durationis attenditur penes extenſionem; eius enim extendi eſt intendi; Caiet.
E vndè quantò extenſio eſt maior, tantò virtùs quantificatiua eſt maior: ſi itaque extenſio fuerit infinita, virtus eius cauſatiua erit infinita: Nec vacat nunc ſubtilem, & prolixum Caietani diſcurſum latius explicare.

Secunda via eſt ex modo faciendi, quo ſcilicet Deus res producit ex nulla materia, ſiue potentia præſuppoſita: Hac via vtitur Sanctus Thomas infra quæſtione 45. articulo quinto, ad tertium, vbi ſic ait: *Si enim tanto maior virtus requiritur in agente,* 2. via. S. Thom.

te, quantò potentia eſt magis remota ab actu, oportet, quòd virtus agẽtis ex nulla præſuppoſita potentia, quale agens eſt creans ſit infinita: quia nulla proportio eſt nullius potentiæ ad aliquam potentiam quam præſupponit virtus agentis naturalis, ſicut non entis ad ens. & eadẽ ratione vtitur etiam S.Tho. in primo cont. gentes, cap.43. quam rationem Caietanus, & Ferrarienſis optimè vendicarunt à calumnijs Scoti; Et quoniã Vaſquez aſſumens partes Scoti contra S.Thomam cuius ſe profitetur interpretem pluribus in dicta quæſt. 45. nititur dictæ rationis efficaciã eneruare, idcirco ad eundem locum concertationem hãc remittimus. Tertia via eſt ea, qua vtitur in hoc artic. S.D. ex infinitate, ſcilicet eſſentiæ, vt patet ex ratione ſuperius formata; qua etiam vtitur de potentia, quæſt.1.art.2. quo loco, vt exactè patefaceret diuinæ virtutis infinitatem, diſtinguit, & radicitus explicat duplicem infinitatem, nimirum intenſiuam, & extenſiuam, ſubdens; *ſed ſciẽdum, quod, quamuis potentia habeat infinitatem ex eſſentia, tamen ex hoc ipſo, quòd comparatur ad ea, quorum eſt principium, recipit quendam modum infinitatis, quem eſſentia non habet: nam in obiecto potentiæ quædam multitudo inuenitur; in actione etiam inuenitur quædam intenſio ſecundum efficaciam agendi: & ſic poteſt potentiæ actiuæ attribui quædam infinitas ſecundum conformitatem ad infinitatem quantitatis continuæ, & diſcretæ: diſcretæ quidem, ſecundum quòd quantitas potentiæ attenditur ſecundum multa, vel pauca obiecta; & hæc vocatur quantitas extenſiua: continuæ verò, ſecundum quòd quãtitas potentiæ attenditur in hoc, quòd remiſſè, vel intenſè agit; & hæc vocatur quantitas intenſiua. Prima autẽ quantitas conuenit potentiæ reſpectu obiectorum: Secunda verò reſpectu actionis; iſtorum enim duorum actiua potentia eſt principium. Vtroque autem modo diuina potentia eſt infinita. Nam nunquam tot effectus facit, quin plures facere poſſit, nec vnquam ita intensè operatur, quin intenſius operari poſſit. Intenſio autem in operatione diuina non eſt attendenda, ſecundùm quod operatio eſt in operante, quia ſic ſemper eſt infinita: cum operatio ſit diuina eſſentia, ſed attendenda eſt, ſecundum quod attingit effectum; ſic enim à Deo mouentur quædam efficacius, quædam minus efficaciter.*

Caiet. Ferrar. Vaſquez.

Tertia via S. Tho.

Hæc S.Doct. pluſquam excellenter. Et ex hac doctrina deduxit Caietanus reſponſionem ad quoddam argumentum Scoti, ſupra q.12.art.8. dicens: *Videre omnia in Verbo non eſt ſolum videre quot, ſed quantum poſſit diuina virtus; quoniam ibi eſt non ſolũ extenſio ſecundum numerum, ſed intenſio ſecundũ perfectionem, quoniam Deus non ſolum poteſt quocunque facto facere aliud, ſed quocunque facto poteſt facere ſemper perfectius.*

Caiet.

Hæc Caietanus. Itaque, quòd ait S.Tho, virtutis intenſionem attendendam eſſe, ſecũdum quòd attingit effectum efficacius, aut minus efficaciter, explicat Caietanus per hoc, quod eſt Deum quocunque facto poſſe facere ſemper aliud perfectius. nam hoc ipſo, quòd ex diuina potentia procedit vnus effectus minus perfectus, & alius magis perfectus, attingitur, & mouetur quodammodo vnus effectus minus efficaciter, & alius magis efficaciter accepta motione latiſsimè, prout ad creationẽ etiam extenditur.

Caiet.

A *Oſtenditur Suarezium confundere infinitatem intenſiuam cum extenſiua diuinæ potentiæ, & explicatur vtriuſque ratio ex D. Thom.*

EX dictis apparet Suarezium minus perſpicaciter explicaſſe intenſionem, & extenſionem diuinæ potentiæ, cum aſſeruit ad concludendam infinitatem extenſiuam diuinæ potentiæ neceſſe eſſe, vt proceſsus in infinitum, quo ad effectus ab ea producibiles ſit nõ ſolum in multitudine effectuũ, ſed etiam in perfectione eorum, quæ in infinitum procedat in tota latitudine entis, & in ſpeciebus eius abſque præfixo termino; & hoc (inquit) modo benè infertur Dei potentiam eſſe infinitam exten-
B ſiuè ex eo, quòd poteſt Deus producere in infinitũ perfectiores ſpecies rerum in genere, vel gradus ſubſtantiarum; quia (inquit) in extenſione potentię actiuæ nulla maior extenſio intelligi poteſt. Confundit enim prædictus auctor infinitatem potentiæ extenſiuam cum intenſiua: quæ, vt ait Sanctus Doctor, non eſt attendenda, ſecundum quòd operatio eſt in operante; quia ſic ſemper eſt infinita; cum operatio ſit diuina eſſentia; ſed attendenda eſt ſecundum quòd attingit effectum efficacius, vel minus efficaciter. Suarez autem vult infinitatẽ intenſiuam potentiæ conſiſtere in infinita perfectione, & virtuali continentia eorum omnium effe-
C ctuum, quorum eſt potentia actiua: quo fit, vt ſecũdum eius ſententiam omnis cõparatio diuinæ potentiæ ad obiectum, vt eſt in rerum natura producibile ſecundum propriam exiſtentiam, pertineat ad extenſionem potentiæ, quod manifeſtè aduerſatur prædictæ doctrinæ D.Tho. & veritati.

Ad cuius euidentiam tertiò recolenda ſunt, quę ſupra diximus in quæſt.14.a.t.8.controu.2. vbi oſtendimus potentiam non conuenire Deo formaliter ratione ipſius eſſe per eſſentiam; quatenus infinitum eſt, & eminẽter continet omnem perfectionem participabilem ab ipſo; quamuis verum ſit hanc eſſe primam radicem diuinæ potentiæ, & cau-
D ſalitatis, vt hic ſignificat S.Thom. & ibidem declarauimus. Itaque ratio formalis infinitatis diuinæ potentiæ formaliter non eſt conſideranda ſecundũ eam rationem, qua potentia, vel eius operatio eſt in ipſo Deo, aut in ipſo eſſe per eſſentiam, vt eadem omnino cum illo, & conſequenter vt eandem habens perfectionem, & virtualem continentiam omnium rerum factibilium, quam habet ipſum eſſe p eſſentiam; ſic enim non conſideratur ſub ratione formali potentiæ, nec eius infinitas ſecundum hãc rationem eſt infinitas potentiæ, ſed eſſentiæ; vt ſignificat S.Thom. in verbis ſupra notatis ex art.2. de potentia: ſed attendenda eſt, vt ait S.Thom. ſe-
E cũdum quòd attingit, aut poteſt attingere effectũ efficacius, aut minus efficaciter; quæ eſt conſideratio potẽtiæ, non vt idem eſt quod ipſum eſſe per eſſentiam, aut prout continet eminenter omnem effectum, ſed quatenus formaliter cõparatur ad effectum, prout eſt producibilis in rerum natura ſecundum proprium eſſe exiſtentiæ, quòd eſt conſiderare potentiam nõ materialiter, vt accepit Suarez, ſed formaliter, quatenus potentia eſt actiua, ſiuè productiua effectus ad extra.

Quartò

Infinitas potentiæ extenſiua duplex. Quartò conſiderandum eſt potentiam poſſe eſſe infinitam extenſiue dupliciter. Vno modo ſimpliciter: alio modo ſecundum quid. Dicitur ea potentia extenſiue infinita ſecundum quid, quæ poteſt in infinita tantum vnius ordinis, vt facere infinita indiuidua talis ſpeciei. Ea verò eſt infinita ſimpliciter, quæ ad omnem rem fieri poſsibilē extenditur. Et quamuis inter res poſsibiles contineātur etiam rerum ſpecies perfectiores, & perfectiores vſque in infinitum. *Extenſio diuinæ virtutis.* Hæc tamen non ſecundum omnem rationem pertinent ad extenſionem potentiæ. Nam, vt patet ex verbis D. Thom. ſupra notatis, quantitas, ſiue magnitudo actiuæ potentię infinitatem habet cum proportione ad duplicē quantitatem, ſcilicet continuam, & diſcretam. Ad diſcretam, quatenus extenditur ad multa, vel pauca obiecta, vt ſic præciſè, ideſt nulla in eis conſiderata rationum formalium, ſiuè ſpecierū graduatione ſecundum maiorem, & maiorem perfectionem, ſed ſola diſtinctione, ſiuè numerali, ſiuè ſpecifica, quatenus ex ea rerum per Dei potentiam factibilium numerus, vel multitudo conſurgit. Ad continuam verò quantitatem proportionem habet, ſiuè conformitatem virtus diuinæ potentiæ, quatenus *Intēſio diuinæ virtutis.* remiſsè, vel intensè agit, ideſt quatenus perfectiores, & perfectiores rerum ſpecies, ſiuè perfectiones poteſt producere; hoc enim, vt diximus ex Caietano, ad intenſionem diuinę virtutis pertinet: cui accidit maiorem illam effectus perfectionem de nouo productam in vnam, & eandem cum ea, quæ eſt prioris effectus, adunari, aut ab ea diſtingui: nō minus enim arguitur caloris intenſio ex hoc, quòd poteſt maiorem, & maiorem caliditatem in diuerſis aquis ſucceſsiuè calido approximatis efficere, quàm inferatur ex hoc, quòd poteſt vnius, & eiuſdem aquæ magis, ac magis caliditatem intendere. Quemadmodum itaque extenſioni diuinæ potentiæ accidit graduatio ſecundùm maiorem, & maiorem rerum factibilium perfectionem, (hæc enim materialiter tantùm ſe habet ad multitudinem rerum poſsibilium, quam formaliter reſpicit diuinæ virtutis extenſio,) ſic accidit eiuſdem virtutis intenſioni producibilium perfectionum multitudo: nam non ex producibilium perfectionum pluralitate, ſed ex graduatione ſecūdum maiorem, & maiorem perfectionem attenditur diuinæ virtutis intenſio. quòd autem diſtinctæ ſint adinuicem, & in diuerſa factibilia diſtributæ perfectiones à Deo producibiles, per accidens, & materialiter ſe habet ad inferendam diuinæ virtutis intenſionem, & per ſe tantùm pertinet ad extenſionem virtutis earum diſtinctio.

Ex ratione formali ſub qua, & modo agendi diuinæ potentiæ probatur eius infinitas.

QVintò notandū eſt in quolibet actualiter agēte quatuor reperiri ſibi adinuicē proportionata: Primum eſt ipſius agentis natura, ac proindè etiam exiſtentia: Secundum eſt ratio formalis agendi ſe tenens ex parte agentis: Tertium eſt operatio: Quartum, ratio formalis ſub qua effectus ab A agente procedit, quatenus hæc ratio formalis ſe tenet ex parte ipſius effectus producti; exempli gratia; in igne calefaciente reperitur primò natura ignis exiſtens, & ad talis entis gradum, & ſpeciem limitata; Secundò calor ex eadem natura procedens, qui eſt ratio calefaciendi: Tertiò ipſa calefactio: Quartò ratio caloris recepti in corpore calefacto: Quæ ſingula neceſſe eſt adinuicem eſſe proportionata: Nam quanta eſt igneæ naturæ perfectio, tantus eſt in ea calor, vt virtus, & ratio calefaciendi; & tanta promanat ex ea calefactio, quanta producitur, aut produci poteſt caloris latitudo: Et ideò ſi eſſe, & virtus agentis fuerit finita, oportet, B vt ratio formalis agendi, ſiuè ratio formalis ſub qua ſe tenens ex parte agentis ſit finita, ac proindè etiam ratio formalis ſub qua ſe tenens ex parte effectus ſeu obiecti talis potentiæ ſit finita, vt patet in exemplo allato: Si vero eſſe, & virtus agentis ſit infinita, etiam agendi ratio, quæ eſt in agente, erit infinita, & conſequenter etiam ratio ſub qua ſe tenens ex parte obiecti formaliter ſumpta erit infinita, licèt materialiter, ſiuè prout eſt in tali, & tali re habente eſſe limitatum ſit finita: Cum igitur eſſe Dei, & eius virtus ſint infinita ſimpliciter, neceſſe eſt etiam, vt ratio formalis agendi, ſe tenens ex parte Dei agentis, & eius actio ſit infinita ſimpliciter: C ratio verò agendi ſe tenens ex parte Dei eſt ipſa Deitas, quæ eſt ipſum eſſe per eſſentiam, præhabens in ſe totam eſſendi latitudinem ſeclusis imperfectionibus; atq; ideò neceſſe eſt etiam, vt ens ſub ratione formali entis, vt ſic, ſit obiectum formale diuinæ potentiæ. Ratio verò formalis entis, prout ſe tenet ex parte obiecti diuinæ potentię, dupliciter poteſt cōſiderari: Vno modo materialiter, prout ſcilicet in re finita, ac determinata recipitur; & ſub hac ratione certum eſt illud non eſſe ſimpliciter infinitum: Alio modo poteſt formaliter cōſiderari; prout ſcilicet præſcindit à determinatiuo, & contractiuo, prout ſcilicet eſt ratio formalis D entis, & ita eſt primus, & vniuerſaliſsimus gradus infinitatem habens ſimpliciter, ſaltem negatiuè; quia ſcilicet ſub tali conſideratione præuenit omne limitatiuum; Quo fit, vt eſſe, quod à Deo producitur, & in creatura recipitur, licèt, vt in creatura receptum, ſit verè finitum, & limitatum; quatenus tamen ſub communiſsima eſſendi ratione promanat à Deo per eius infinitam agendi rationem, ſit infinitum ſimpliciter negatiue; ſic enim modo noſtro conſiderandi antecedit omne limitatiuum, quia præuenit omnem materiam, & potentialitatem; & ita proportionatur rationi agendi, quæ ſe tenet ex parte Dei.

E Ex his ſequitur primò Dei potentiam infinitam ex hoc optimè probari; quod producit totum ens nullo præſuppoſito ſubiecto; ſicut enim albedo, ſi eſſet abſtracta ab omni ſubiecto, ita, vt eſſet naturaliter ſubſiſtens, eſſet pura albedo, & eſſet infinita in ratione albedinis; ſic actio, quæ nullum requirit ſubiectum, pura actio eſt, atque adeò infinita in ratione actionis, & conſequēter infinita ſimpliciter; quia infinitas potentiæ actiuæ carentis omni receptiuo, & limitatiuo quo ad rationē formalem ſub qua

qua reſpicit obiectum per eam producibile, eſt infinita ſimpliciter, actio vero infinita ſimpliciter ex virtute procedit ſimpliciter infinita: Et confirmatur: quoniam hęc non eſt infinitas in hoc, aut in illo genere, ſed in genere entis, inquantum ens; Quia diuina potentia, & eius actio, cum nullum præſupponat ſubiectum, attingit eſſe, prout omne præuenit limitatiuum, ac proindè, prout eſt ſimpliciter infinitum.

Secundò; ſequitur creationem Angeli non eſſe maioris perfectionis, quàm creatio formicæ, formaliter loquendo; quoniam vtriuſque creatio eſt ex nullo præſuppoſito ſubiecto, & reſpicit ens inquantum ens, ſiuè rationem entis formaliter, quæ, vt ſic eſt infinita ſimpliciter, vt ante diximus: Et ex his facilè diluentur obiecta Vaſquezij, diſp. 103. & Suarezij diſp. Metaph. 20. ſect. 2.

S. Tho. Tertiò patet ex his efficacitas rationis D. Thomæ infra quæſt. 45. art. 5. ad tertium, vbi S. Doctor probat infinitatem diuinæ virtutis ex hoc, quod ex nulla præſuppoſita potentia producit totum ens.

Poſtremò obſeruandum eſt D. Thom. in hoc ar. probaſſe diuinæ potentiæ infinitatem tam intenſiuam, quàm extenſiuam ex ſua radice, quæ eſt infinitas diuinæ naturæ, non explicando illius rationem, aut quantitatem diſtinctè, ſed in vniuerſali tantùm in ordine ad obiectum: nam eius explicationem reſeruabat ſequentibus articulis, in quibus diſtinctè traduntur ea omnia, quæ ſpectant ad declarandam rationem, ac vim diuinæ potentiæ in ordine ad obiectum. Ad quæ, ſi Vaſquez reſpicere voluiſſet, à cenſura facilè temperaſſet. Vaſquezij cēſura reijcitur.

Concluſiones deducta, & probatæ.

His præmiſsis ſit prima Concluſio. Infinitas diuinæ potentiæ non rectè probatur ex infinita pluralitate ſucceſsiua, aut etiam ſimultanea effectuū eiuſdem rationis. Probatur: quia tam prior infinitas, quàm poſterior, ſi dabilis eſſet, poſſet effici à cauſa finita habente infinitatem ſecundum quid. Nam, ſi cęlum in infinitum duraret cum ſuo motu, infinitos ſucceſsiuè cauſaret effectus, & ſimiliter, ſi poſſent ſeparari actu ſimul partes omnes infinitæ, quæ ſunt in continuo, poſſet alicuius excellentis Angeli virtute fieri ſeparatio.

Secunda Concluſio. Infinitas potentiæ diuinæ optimè probatur ex hoc, quòd infinito tēpore mouet, aut mouere poteſt, vt prima cauſa; hæc patet ex dictis in ſecundo notabili.

Tertia Concluſio. Eadem infinitas demonſtratiuè probatur ex eo modo faciendi, quo Deus producit ens ex nulla potentia paſsiua, ſiuè ex nihilo. Hæc eſt D. Thom. Locis ſuperius allegatis, cuius probationem, ac defenſionem proprio loco reſeruamus.

Quarta concluſio. Rectè, & ſufficienter probatur infinitas diuinæ potentiæ ex infinitate eſſentię. Huius Concluſionis probatio patet ex diſcurſu S. Doctoris in hoc articulo, neque neceſſe fuit hic ēt probare modum, ſiuè rationem formalem infinitatis per ordinem ad obiectum: nā ob ſingulares,

A quas habet difficultates, per plures articulos erat diligenter examinanda.

Quinta Concluſio. Infinitas intenſiua diuinæ potentiæ non attenditur penes ſolam infinitatem eſſentiæ Dei, ſed ſimul etiam penes ordinem ad effectum, prout ſcilicet illum attingit efficacius, aut minus efficaciter, modo ſuperius explicato. Hæc patet ex dictis.

Sexta concluſio. Infinitas extenſiua diuinæ potentiæ attenditur penes ordinem eiuſdem potentiæ ad numerum, ſiuè multitudinem obiectorum modo ſuperius expreſſo.

Septima concluſio. Infinitas potentiæ Dei poteſt B probari ex hoc, quòd poteſt virtute propria ſemper velocius, & velocius quodcunque corpus mouere vſque in infinitum. Probatur ex Ariſt. 8. phyſic. tex. 79. dicente maiorem potentiam, minori comparatam æqualem effectum perficere in minori tēpore, ex quo deducit potentiam infinitam in eodē tempore maiorem facere mutationem quàm quæcunque potentia finita, quod eſt velocius mouere; at quęlibet potentia finita ſemper habet ſui motus determinatam velocitatem, vltra quam nō poteſt cauſare maiorem: ergo ſola potentia infinita poteſt cauſare maiorem, & maiorem velocitatem vſque in infinitum. Vndè etiam Caiet. in quęſt. de in- C finitate primi motoris ait adæquatum effectū virtutis infinitæ abſolutè ſumptæ, vel extra magnitudinem exiſtentis non eſſe aliquid ſimul actu producibile, ſed perfectius, ac perfectius vſque in infinitum, & eadem ratione potentię infinitæ motiuæ adæquatum effectum eſſe motum velociorem, ac velociorem vſque in infinitum. Conſtat autem primò velocitatem motus ad intenſionem motiuæ virtutis pertinere: ſecundò apud naturalem phyl. motorem virtutis infinitæ eſſe primum Motorem ſimpliciter, & apud Metaph. etiam eum motorem, qui propria virtute, ſiuè per ſe primò mouet virtute infinita intenſiuè, eſſe primum motorem ſimpliciter; D qui Deus eſt, vt patet ex 12. Metaph. Ex quo ſequitur, quòd, quamuis mouere in infinitum velocius virtute propria non ſit effectus ſimpliciter adęquans diuinam potentiam, eſt tamen effectus illi proprius, ex quo ſufficienter colligitur abſoluta virtutis infinitas. Ariſtot. Caiet. Ariſtot.

Vltima concluſio. Infinitas diuinæ potentiæ probatur optimè, ex ratione formali ſub qua, & modo agendi. Hæc eſt D. Thom. infra quæſt. 45. art. 5. ad tertium, & patet ex dictis. S. Thom.

Argumenta, & ſolutiones.

E Contra primam concluſionem argumentatur Vaſquez.

Potentia, quæ in productione ſingularium terminum non habet, eſt infinita; at potentia diuina terminum non habet in productione ſingularium ſucceſsiua, nec ſimultanea, quia poteſt ſimul infinita producere: ergo ex hoc ipſo eſt infinita. Vaſquez.

Reſpondetur falſam eſſe maiorem, ſi intelligatur de infinitate ſimpliciter, de qua loquitur concluſio. Minor etiam falſa eſt, quo ad ſecundā partem

Digitized by Google

tem, quatenus affirmat poſſe Deum actu ſimul infinita producere. Rationes autem, quibus nitebatur Vaſquez eam probare, ſoluimus ſupra quæſtione 7. artic. 4.

Vaſquez.

Contra ſecundam concluſionem argumentatur idem Vaſquez.

Primò. Ex hoc, quòd potentia mouet tempore infinito, demonſtratur ſolum infinitas potentiæ ſecundum durationem, quæ Angelo poteſt communicari, & hic modus infinitatis nõ eſt proprius potentiæ Dei, quatenus potentia eſt. Nam infinitas durationis eſt alia perfectio. ex hoc etiam, quòd à ſe ipſa mouet, ideſt vt prima cauſa, non probatur modus infinitatis potentiæ proprius: nam mouere à ſeipſo eadem ratione arguit infinitatem, ſi ſit finito tempore, atque ſi eſſet in infinito, & ſic accidit mouenti à ſe, quòd moueat tempore infinito; quia illud, à ſe, intelligitur nulla virtute vllo modo mendicata, aut accepta ab alio, quod ita proprium Dei eſt, vt etiam nec per finitum tẽpus creaturæ poſsit conuenire.

Reſpondetur diuinæ potentiæ infinitatem demonſtrari ex hoc, quòd mouet motum infinitum, & perpetuum per ſe, ideſt infinitate accepta ex parte mobilis, vt ſupra diximus ex Diuo Thom. & pulchrè explicat Ferrarienſis in dicto capit. 20. primi contra gent. ex qua motus infinitate patet inferri infinitatem intenſiuam motiuæ virtutis, quæ ſola poteſt mouere mobile infinitum, ſi daretur.

Ferrar.

Secundò reſpondetur optimè probari virtutis infinitatem ex æternitate motus, quatenus cauſatur non ex conditione durationis in mouente, ſed ex propriæ virtutis latitudine abſtrahendo à depẽdentia, & independentia, vt latè probat Caiet. in dicta quæſt. de infinitate primi motoris. Tertiò dicitur rectè probari eandem virtutis infinitatem ex æternitate motus per ſe primò cauſata. Hoc autem argumentum Vaſquezij efficaciter impugnat ſecundum modum dicendi Suarezij nu. 9.

Caiet.

Vaſquez.

Contra quartam concluſionem argumentatur idem Vaſquez. Hæc ratio D. Thom. non probat eſſe aliquod obiectum, cui reſpõdeat virtus aliqua, & potentia infinita; ergo non ſufficienter cõcludit.

Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam. Nam aliud eſt ſufficienter deducere virtutis infinitatem ex propria cauſa, qualis eſt infinitas eſſentiæ; quod fit in hoc art. & aliud eſt illius modum, & rationẽ formalem explicare, quod fit in ſequentibus articulis. in hoc autem articulo ſatis fuit in vniuerſali ſignificare ordinem ad obiectum.

Contra quintam Concluſionem argumentatur Suarez. Primò. Diuina potentia eſt actiua, non ſolũ per modum principij quo proximi, ſeu immediati, quale intelligitur in igne eſſe calor; ſed etiam per modum principij principalis, qualis intelligitur in igne eſſe forma ſubſtantialis; quo fit, vt talis potentia, quatenus eſt tale principiũ agendi, eminenter contineat omnes effectus, quorum eſt actiua, & conſequenter ſit infinita ſimpliciter: ergo infinitas intenſiua potentiæ attenditur pœnes infinitatem perfectionis, extenſiua verò pęnes ordinem ad infinita obiecta.

Suarez.

A Reſpondetur hoc argumento probari radicem infinitatis potentiæ, vt potentia eſt, eſſe infinitatẽ perfectionis, quam habet ex reali identitate cum eſſentia. Secundò reſpondetur falſum eſſe antecedens formaliter, loquẽdo ſecundum eum modum, quo à nobis concipitur diuina potentia, vt oſtẽdimus in ſupradicta Controuerſia, art. 8. quæſt. 14.

Contra ſextam concluſionẽ argumentatur Suarez. In extenſione potentiæ actiuæ nulla maior extenſio intelligi poteſt ea, quæ procedit in infinitũ non ſolùm in multitudine effectuum, ſed etiam in perfectione eorũ, & in tota latitudine entis, & ſpeciebus eius abſque præfixo termino; ergo infinitas B extẽſiua ſimpliciter attenditur ſecundum dictum extenſionis modum.

Suar.

Reſpondetur hoc argumento concludi infinitatem extenſiuam attendi pęnes extenſionem potentiæ ad hæc omnia materialiter ſumpta, non autem quatenus ordinem habent gradualis perfectionis, vt explicauimus.

Contra ſeptimam concluſionem argumentatur Suarez. Ex hoc, quod eſt poſſe mouere ſemper velocius, & uelocius vſque in infinitum, ſolùm colligitur infinitas extenſiua in quodam genere, & ſatis limitato effectu, & imperfecto: ergo ex illo effectu non poteſt inferri potentia ſimpliciter infinita ad C alios quoſcunq; poſsibiles, & cogitabiles effectus.

Suar.

Secundò, quia ad illam velocitatem in infinitũ ſufficit potentia motiua ſuperioris ordinis, vnde non eſt improbabile inueniri in Angelis, & non dubito (inquit) quin poſsit Deus illam communicare creaturę, dummodo ſemper moueat cum concurſu primæ cauſę.

Reſpondetur ad primum dupliciter. Primò antecedens falſum eſſe; quoniam mouere ſẽper velocius, & velocius non pertinet ad extenſionem, ſed ad intenſionem potentiæ propriè, & formaliter loquendo, vt ſatis patet ex dictis. Secundò reſpondetur, antecedens dupliciter intelligi poſſe. Vno mo-D do, vt ſola infinitas extenſiua, vel etiam intenſiua in tali genere inferatur per ſe, & directè ex hoc, quòd eſt poſſe mouere ſemper velocius: & ſic verum eſt; cum quo tamen ſtat indirectè, & quaſi per accidẽs inferri ex eo potentiam ſimpliciter infinitam intẽſiuè; quia mouere ſemper velocius, & velocius vſq; in infinitum non poteſt conuenire, niſi habenti potentiam infinitam ſimpliciter; vt ex dictis patet: Alio modo poteſt illud antecedens intelligi, vt ſola infinitas in tali genere inferatur, & nulla alia, ſiuè directè, ſiuè indirectè, ſiuè per ſe, ſiuè per accidens, & ſic falſum eſt.

Ad ſecundum negatur aſſumptum, tam quo ad primam partem, quàm quo ad ſecundam, ſi intel-E ligatur de communicatione virtutis, quæ ſit mouenti connaturalis, ita vt mouens ex propriæ virtutis latitudine moueat ſemper velocius vſque in infinitum: Nam, vt diximus, hæc tanta virtutis motiuæ perfectio intenſionem habet infinitam ſimpliciter, quæ nulli poteſt creaturæ communicari. Vide etiam, quæ ſcribũt Bannes, & Zumellus in hac materia.

Cõtra vltimam concluſ. ſunt argumenta Vaſquezij,

quezij, & Suarezij locis ſupra notatis, quorum ſolutio patet ex dictis.

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus ſit omnipotens.

1. p. q. 13. ar. 1. co. & 1. con. ca. 22. & 25. & po. q. 7. a. 1

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd Deus non ſit omnipotens. Moueri enim, & pati aliquid omniū eſt, ſed hoc Deus non poteſt. Eſt enim immobilis, vt ſupra dictum* eſt. non igitur eſt omnipotens.

Q. 2. art. 3. & q. 9. a. 1.

2 Præterea: Peccare aliquid agere eſt. Sed Deus non poteſt peccare, neque ſeipſum negare, vt dicitur 2. Tim. 2. ergo Deus non eſt omnipotens.

3 Præterea: De Deo dicitur, quod omnipotentiam ſuam parcendo maximè, & miſerando manifeſtat. Vltimum igitur, quod poteſt diuina potentia, eſt parcere, & miſereri. Aliquid autem eſt multò magis, quàm parcere, & miſereri, ſicut creare alium mundum, vel aliquid huiuſmodi. Ergo Deus non eſt omnipotens.

Eſt Ambroſij in hunc locum to. 5.

4 Præterea: Super illud 1. Cor. 1. Stultam fecit Deus ſapientiam huius mundi, dicit* glo. Sapientiam huius mundi fecit Deus ſtultam oſtẽdendo poſſibile, quod illa impoſſibile iudicabat. Vnde videtur, quòd non ſit aliquid iudicandum poſſibile, vel impoſſibile ſecundum inferiores cauſas, prout ſapientia huius mundi iudicat, ſed ſecundum potentiam diuinam. Si igitur Deus ſit omnipotens, omnia erũt poſſibilia; nihil ergo impoſſibile. Sublato autẽ impoſſibili tollitur neceſſarium. Nam quod neceſſe eſt eſſe, impoſſibile eſt non eſſe. Nihil ergo erit neceſſarium in rebus, ſi Deus eſt omnipotens. Hoc autem eſt impoſſibile; ergo Deus non eſt omnipotens.

Sed contra eſt, quòd dicitur Lucæ 1. Nõ erit impoſſibile apud Deum omne verbum.

Reſpondeo. Dicendum, quòd communiter confitentur omnes, Deum eſſe omnipotentem. Sed rationem omnipotentiæ aſsignare, videtur difficile. Dubium enim poteſt eſſe quid cõprehẽdatur ſub iſta diſtributione, cum dicitur: omnia poſſe Deum. Sed ſi quis rectè conſideret (cum potentia dicatur ad poſſibilia) cũ Deus omnia poſſe dicitur, nihil rectius intelligitur quàm, quòd poſſit omnia poſſibilia, & ob hoc omnipotens dicatur. Poſſibile autem dicitur dupliciter ſecundum Phil. in* 5. Metaph. Vno modo per reſpectum ad aliquam potentiam; ſicut quod ſubditur humanæ potentiæ, dicitur eſſe poſſibile homini. Non autem poteſt dici, quòd Deus dicatur omnipotens, quia poſſit

Lib. 5. metap. tex. 17. to. 5.

A omnia, quæ ſunt poſſibilia naturæ creatę, quia diuina potentia in plura extenditur. Si autem dicatur, quòd Deus ſit omnipotẽs, quia poteſt omnia, quæ ſunt poſſibilia ſuæ potentiæ, erit circulatio in manifeſtatione omnipotẽtię; hoc enim non erit aliud, quàm dicere, quòd Deus eſt omnipotens; quia poteſt omnia, quę poteſt. relinquitur igitur, quòd Deus dicatur omnipotens, quia poteſt omnia poſſibilia abſolutè; quę eſt alter modus dicendi poſſibile. Dicitur autem aliquid poſſibile, vel impoſſibile abſolutè, ex habitudine terminorum. Poſſibile quidem,

B quia prędicatum non repugnat ſubiecto, vt ſortem ſedere. Impoſſibile verò abſolutè, quia prædicatum repugnat ſubiecto, vt hominem eſſe aſinum. Eſt autem conſiderandum, quòd cum vnumquodque agens agat ſibi ſimile, vnicuique potentiæ actiuę correſpondet poſſibile, vt obiectum proprium ſecundum rationem illius actus, in quo fundatur potentia actiua. Sicut potentia calefactiua refertur, vt ad proprium obiectum, ad eſſe calefactibile. Eſſe autẽ diuinũ, ſuper quod ratio diuinæ potentiæ fundatur, eſt eſſe infinitum non limitatum ad ali-

C quod genus entis, ſed pręhabens in ſe totius eſſe perfectionem. *Vnde quicquid poteſt habere rationem entis, continetur ſub poſſibilibus abſolutis, reſpectu quorum Deus dicitur omnipotens. Nihil autem opponitur rationi entis, niſi non ens. Hoc igitur repugnat rationi poſſibilis abſoluti, quod ſubditur diuinæ omnipotentiæ, quod implicat in ſe eſſe, & non eſſe ſimul. Hoc enim omnipotentię non ſubditur, nõ propter defectum diuinæ potentiæ, ſed quia non poteſt habere rationem factibilis, neque poſſibilis. Quęcunque igitur contradictionem

D non implicant, ſub illis poſſibilibus continentur, reſpectu quorum dicitur Deus omnipotẽs. Ea verò, quæ contradictionem implicant, ſub diuina omnipotentia non continentur, quia nõ poſſunt habere poſſibilium rationem: Vnde conuenientius dicitur, quòd ea non poſſunt fieri, quàm quòd Deus non poſſit facere. Neque hoc eſt contra verbum Angeli dicentis, non erit impoſſibile apud Deum omne verbum. Id enim, quod cõtradictionem implicat, verbum eſſe non poteſt; quia nullus intellectus poteſt illud concipere.

E Ad primum ergo dicendum, quòd Deus dicitur omnipotens ſecundum potentiam* actiuam, non ſecundum potentiam paſsiuam, vt dictum* eſt. Vnde quod non poteſt moueri, & pati, non repugnat omnipotentię.

D. 4942. Art. 1. huius q. & in illo.

Ad ſecundum dicendum, quòd peccare, eſt deficere à perfecta actione: vnde poſſe peccare, eſt poſſe deficere in agendo, quod repugnat omni-

Digitized by Google

omnipotentiæ. Et propter hoc Deus peccare non poteſt, qui eſt omnipotens. Quamuis* Philoſophus dicat in 4. Topic. quod poteſt Deus, & ſtudioſus praua agere. Sed hoc intelligitur vel ſub conditione, cuius antecedens ſit impoſſibile, vt puta ſi dicamus, quòd poteſt Deus praua agere, ſi velit. Nihil enim prohibet conditionalem eſſe veram, cuius antecedens, & conſequens eſt impoſſibile. Sicut ſi dicatur, ſi homo eſt aſinus, habet quatuor pedes. Vel vt intelligatur, quòd Deus poteſt aliqua agere, quæ nunc praua videntur, quæ tamen, ſi ageret, bona eſſent. Vel loquitur ſecundum communem opinionem gentilium, qui homines dicebant transferri in Deos, vt Iouem, vel Mercurium.

Cap. 2. in initi. to. 2.

Ad tertium dicendum, quòd Dei omnipotẽtia oſtenditur maximè in parcendo, & miſerando, quia per hoc oſtenditur Deum habere ſummam poteſtatem, quòd liberè peccata dimittit. Eius enim, qui ſuperioris legi aſtringitur, non eſt liberè peccata cõdonare. Vel quia parcendo hominibus, & miſerando perducit eos ad participationem infiniti boni, qui eſt vltimus effectus diuinæ virtutis. Vel quia (vt ſupra dictum* eſt) effectus diuinæ miſericordiæ eſt fundamentum omnium diuinorum operum. Nihil enim debetur alicui, niſi propter id, quod eſt datum ei à Deo non debitum. In hoc autem maximè diuina omnipotẽtia manifeſtatur, quòd ad ipſum pertinet prima inſtitutio omnium bonorum.

Q. 21. ar. 4.

Ad quartum dicendum, quòd poſſibile abſolutum non dicitur neque ſecundum cauſas ſuperiores, neque ſecundum cauſas inferiores, ſed ſecundum ſeipſum. Poſſibile verò, quod dicitur ſecundum aliquam potentiam, nominatur poſſibile ſecũdum proximam cauſam. Vnde ea, quæ immediatè nata ſunt fieri à Deo ſolo, vt creare, iuſtificare, & huiuſmodi, dicuntur poſſibilia ſecundum cauſam ſuperiorem. Quæ autem nata ſunt fieri à cauſis inferioribus, dicuntur poſſibilia ſecundum cauſas inferiores. Nam ſecundum* conditionem cauſæ proximę, effectus habet contingentiam, vel neceſſitatẽ, vt ſupra dictum † eſt. In hoc autem reputatur ſtulta mundi ſapientia, quia ea, quę ſunt impoſſibilia naturę, etiam Deo impoſſibilia iudicabat. & ſic patet, quòd omnipotentia Dei impoſſibilitatem, & neceſſitatem à rebus non excludit.

D. 314.

q. 14. ar. 13

Senſus quæſiti.

SEnſum quæſiti hic explicat Caietanus, ſed ex diſcurſu D. Thomæ clarius ęlucet; itaque ſenſus eſt: vtrum Deus ſit omnipotens, ideſt potens omne poſſibile abſolutè.

A

Forma Textus.

DIſcurſum huius articuli ſapienter ordinat Caietanus, cuius ordine, & explicatione ſuppoſita ſex formari poſſunt ex hoc diſcurſu Concluſiones.

Prima Concluſio. Deus eſt omnipotens. Probatur ex communi omnium hominum confeſſione.

Secunda Concluſio. Deus dicitur omnipotẽs, quia põt omnia poſſibilia; Probatur: quia potentia dicitur ad poſſibile; ergo cum dicitur Deus omnipotens, quod eſt omnia poſſe, nihil rectius intelligitur, quàm quod poſſit omnia poſſibilia.

Tertia Concluſio. Non poteſt dici, quòd Deus dicatur B *omnipotens, quia poſſit omnia, quæ ſunt poſſibilia naturæ creatæ. Probatur: quia diuina potentia ad plura extenditur.*

Quarta Concluſio. Non rectè dicitur, quòd Deus ſit omnipotens, quia poteſt omnia, quæ ſunt poſſibilia ſuæ potentiæ. Probatur: quia erit circulatio in manifeſtatione omnipotentiæ. Probatur ſequela: quia hoc non erit aliud, quàm dicere, quòd Deus eſt omnipotens, quia poteſt omnia, quæ poteſt.

Quinta Concluſio. Deus eſt omnipotens, quia poteſt omnia poſſibilia abſolutè. Explicatur primò, deinde probatur hæc concluſio. Explicatio eſt: aliquid dicitur poſſibile, vel impoſſibile ex habitudine terminorum. Poſſibi- C *le quidem; quia prædicatum non repugnat ſubiecto; vt ſortem ſedere. impoſſibile verò abſolutè, quia prædicatũ repugnat ſubiecto; vt hominem eſſe aſinum. Deinde ſic probatur Concluſio. Vnicuique potentiæ actiuæ correſpõdet poſſibile, vt obiectum proprium ſecundũ rationẽ illius actus, in quo fundatur potentia actiua; at eſſe diuinum, ſuper quo ratio potentiæ diuinæ fundatur, eſt eſſe infinitum nõ limitatum ad aliquod genus entis, ſed præhabens in ſe totius eſſe perfectionem: ergo quidquid poteſt habere rationem entis, continetur ſub poſſibilibus abſolutis, reſpectu quorum Deus dicitur omnipotens. Maior probatur primò ratione; quia omne agens agit ſibi ſimile; ergo vnicuique potentiæ, &c. deinde mani-* D *feſtatur exemplò potentiæ calefactiuæ, quæ refertur ad calefactibile, vt ad proprium obiectum.*

Sexta Concluſio, vel corollarium. Quæcunque contradictionem non implicant, ſub illis poſſibilibus continentur, reſpectu quorum Deus dicitur omnipotens; ea verò, quæ contradictionem implicant, ſub diuina omnipotentia non continentur; quia non poſſunt habere poſſibilis rationem.

Probatur: nihil repugnat rationi poſſibilis abſoluti, quod ſubditur diuinæ omnipotentiæ, niſi quod implicat in ſe eſſe, & non eſſe ſimul; ergo quæcunque contradictionem non implicant, ſub illis poſſibilibus cõtinentur, &c. Antecedens probatur: nihil opponitur rationi entis, niſi non ens; ergo nihil repugnat rationi poſſibilis abſolu- E *ti, quod ſubditur diuinæ omnipotẽtiæ, niſi quod implicat in ſe eſſe, & non eſſe ſimul. Poſtremò D. Th. docet modũ loquendi, et reſpondet obiectioni, vt clarè patet in textu.*

VIde, ſi placet, quæ hic ſcitè, & ſubtiliter, aduertit, & diſputat Caietanus. *Caiet.*

Plures hic mouentur ab expoſitoribus dubitationes, & quaſdam etiam alias diligenter examinat Ferrarienſis lib. 2. contra Gentes cap. 22. *Ferrar.*

Du-

Dubitatio.

De veritate quartæ concluſionis.

Gabriel.

FVit ſententia Gabrielis in 1. ſent. diſt. 42. qu. 2. dicentis Deo conuenire Omnipotētiam, quia poteſt omnia poſsibilia. Declarat autem nihil eſſe poſsibile, antequam conſideratur aum Dei omnipotentia; ſed hoc ipſo dici aliquid poſsibile, quod per Dei omnipotentiam fieri poteſt; nec ſequitur inconueniens potentiam per poſsibile, & poſsibile per potentiam quodam circulo diffiniri; quia ſunt (inquit) correlatiua. Sententiam hanc examinat Vaſquez cap. 2. & ſatis benè confutat ex dictis Ariſtotelis, quidquid ſit de veritate gloſſæ, quam adhibet illi propoſitioni Ariſtotelis in 5. Metaph. in ca. de ad aliquid. *Nam intelligibile ſignificat quod eius eſt intellectus; non eſt autem intellectus ad illud cuius intellectus eſt: idem enim bis dictum eſſet:* Quæ verba, ait Vaſquez non ſic eſſe exponenda, vt ſit ſenſus, non eſt intellectus ad ſubiectum, cuius eſt, quia idē bis diceretur, & referretur, & ad obiectum, & ad ſubiectum; quæ tamen eſt expoſitio Sancti Doct. & communis: ſed non eſt hic locus inquirendi, aut differēdi de mente philoſophi, cuius verba nimis violenter nititur prædictus expoſitor in ſui ſententiā trahere; cum tamen admiſſa communi illa interpretatione ſolidè poſsit ex eo loco Ariſtot. Gabriel confutari.

Vaſquezij expoſitio reijcitur.

Scotus.

Scotus verò, quem ex eadem diſtinctione refert Vaſquez cap. 3. dixit creaturas eſſe poſsibiles non ab ipſa omnipotentia Dei, ſed ab intellectu, quatenus illas cognoſcit, & ſub eſſe quodam diminuto producit: quam ſentētiam refutat ſufficienter, idē expoſitor in dicto cap.

Controuerſia vnica.

An, & quomodo diuina omnipotentia verſetur circa non ens.

Explicatur ſententia Caietani, & confutatur opinio Vaſquezij.

Ferrarien.

RAtio dubitandi eſt modus loquendi S. Doct. in hoc art. non ſatis apertus, & aliorum dictorū varietas apparentem quandam præferens contradictionis imaginem, vt diligenter adnotauit Ferrarienſis in dicto 22. capit. & poſt eum recentiores ſuper hoc artic.

Caiet.

Ariſt.

Caietanus hic paucis verbis ſubtiliſsimè ſenſū aperit D. Thom. & propoſitam expedit difficultatem duo dicens. Primum eſt ex Ariſt. 5. Metaph. & 2. phyſicorum. Eandem eſſe cauſam actiuam obiecti, & ſui oppoſiti, diuerſimodè tamen; quia faciendo cauſat obiectum proprium, non faciendo autē oppoſitum; vt ibidem explicat Ariſt. exemplo Nautæ, ex quo ſequitur, dubitandum non eſſe ſub actiua potentia Dei cadere non ens: cuius potentiæ proprium obiectum hic aſsignatum eſt ens. Nam ſecundum dictam Ariſtot. doctrinam dicendum eſt omnipotentiam Dei reſpicere ens, & non ens: illud faciendo, hoc non faciendo. ſunt enim multa non entia, quæ nullam implicāt contradictionem; vt A Petrum non loqui, aut non currere, & ſimilia, quæ ad materiam pertinent contingentem.

Quod ſit non ens quod opponitur ei.

Secundum eſt, non ens, quod opponitur enti, nō eſſe non ens diuiſum contra ens, quatenus ab eo diuiſum eſt; ſed quatenus in vno, & eodem ſubiecto cum ente coniungitur ſecundum idem, cum ſcilicet eidem attribuitur ens, & non ens ſecūdum idē; vt cum dico; homo eſt aſinus. Nam ex hoc quod dico; homo, dico rationale; ex hoc verò, quod dico Aſinus, dico non rationale; quod eſt dicere ſimul ens, & non ens de eodem, ſecundum idem, &c. hoc enim ſolo modo opponuntur ens, & non ens. Cum ergo ait S. Tho. nihil opponi rationi entis, niſi non B ens, loquitur de non ente coniuncto ſimul in codē ſubiecto ſecundum idem, &c. cum ente; atque ideo rectè deducit ſolum illud non ſubdi diuinæ omnipotentiæ, quod implicat in ſe eſſe, & nō eſſe ſimul. quam interpretationem ſequutus eſt Ferrarienſis, & luculenter extendit in dicto cap. ratione ſecunda. Eandem expoſitionem ſequuntur Zumellus ſuper hoc artic. Suarez lib. 3. de attributis, cap. 9. nu. 14. & Vaſquez capit. 5. vbi tamen ſatis apertè deuiat in duobus. Primum eſt, Dei omnipotentiā verſari circa ens, & non ens, prout non ens dicit implicans ſimul eſſe, & non eſſe, ſicut verſatur viſus circa viſibile, & inuiſibile, circa lucem, & tenebras, C non per actum poſitiuum, nec per deſtructionem, & annihilationem: *Sicut verſatur* (inquit) *circa nō ens denominatiuè: ſed ſicut viſus dicitur eſſe tenebrarum; quoniam circa illas eſt in viſu priuatio viſionis, vt in proprio ſubiecto, ſic etiam omnipotentia refertur ad nō ens priori illo modo acceptum; quia circa non ens eſt negatio actus in omnipotentia Dei, vt in proprio ſubiecto; cum non ens priori modo directè opponatur omnipotentiæ.* Secundum eſt, quod ſubdit dicens: *ſi verò ſumatur non ens poſteriori modo, aliter refertur ad illud omnipotentia, quàm viſus ad tenebras, cuius oppoſitum immeritò docuit Caietanus. Nam viſus non fertur circa tenebras, tanquam circa obiectum ſuum, ſed veluti circa D oppoſitum directè ſuo obiecto, circa quod ſequitur in eo negatio operationis, vt in proprio ſubiecto. At omnipotētia reſpicit non ens poſteriori modo tanquam obiectum proprium ſactum ab ipſa; quia omnipotentia ita facit rē non eſſe ſubtrahendo actionem ſuæ conſeruationis, & deſtruendo; ſicut facit rem eſſe, eam producendo.* Hæc illa, quæ duo dicta ex vna, & eadem infecta radice, pullularunt, nimirum tenebras adeo eſſe obiecto viſus oppoſitas, vt nulla ratione dici poſsit, vſus tenebras videre, ſiuè cognoſcere, aut iudicare, ſicut Deus nullo modo dicitur poſſe facere, quæ contradictionem inuoluunt, cum pœnitus ſubtrahantur ab obiecto diuinæ omnipotentiæ; quæ radix directè pugnat cum doctrina Ariſtotelis in ſe-E cundo de anima, tex. 96. cuius verba ſunt: *Adhuc autem ſicut auditus, & vnuſquiſque ſenſuum, hic quidem audibilis, & non audibilis, ille verò viſibilis, & non viſibilis, ſic & olfactus odorabilis, & non odorabilis.* Cuius rationem ibidem aſsignat S. Doctor dicens eandem eſſe potentiam cognoſcitiuam oppoſitorum, & tex. 103. ſic ait philoſophus: *Sicut autem viſus, et viſibilis eſt, & inuiſibilis, tenebra autem inuiſibilis eſt, indicat autem, & ipſam viſus.* Itaq; teſte Ariſt.

Ferrar. Zumell. Suarez. Vaſquez.

Confutatur opinio Vaſquezij

Ariſtot.

D. Tho.

Ariſtot.

Ariſt. viſiua potentia verſatur circa tenebras eas cognoſcendo; quo verò modo eas cognoſcat viſus præciſè ſumptus, nunc non diſputo; ſatis enim eſt viſiuam potentiam, per negationem actus circa tenebras luci oppoſitas denominari cognoſcentem, ſiuè videntem; quod non contingit de quocunque alio inuiſibili, quod obiecto viſus, ideſt viſibili nō opponitur, non enim dicitur Angelus, aut ſonus, aut ſapor, videri à potentia viſiua, quamuis circa hæc habeat negationem actus, vt notat etiam Phi-
Philopon. loponus: cuius ratio eſt, quam ſupra retulimus ex D. Thoma, quia ſcilicet eadem potentia eſt oppoſitorum. Igitur, quæ rationem formalem obiecti non participant, ſi illi non opponantur, nulla ratione dicuntur à potentia cognoſci. Quemadmodum ergo potentia viſiua poteſt in lucem, & tenebras, in lucem per actum viſionis, in tenebras autem per negationem actus, in Angelum autem, aut ſonum nullo modo, ita diuina omnipotentia poteſt in omne ens factibile per actum poſitiuum, in non ens autem, quod eſt ſimplex entis negatio, poteſt per actus negationem, puta ceſſando à conſeruatione, vel non creando, quod creare poſſet; in non ens autem, quod ſimul implicat ens, & non ens, quatenus oppoſita ſunt, nullo modo poteſt diuina omnipotentia; quia hoc formaliter loquendo non habet oppoſitionem ad ens, nec ad non ens, ſed vtrumq; eſt, & neutrum, diuerſa ratione; vt ſubtiliter expli-
Ferrar. cat Ferrarienſis in ſupradicto capitulo vigeſimoſecundo, dubitatione vltima; vbi etiam affert rationem radicalem, cur id, quod implicat contradictionem, non poſſit à Deo fieri, & conciliat diuerſa dicta D. Thomæ, quæ prima facie videntur contraria. Nec ad cauſandum non ens neceſſaria eſt actio aliqua poſitiua entis deſtructiua, vt videtur
Vaſquez. ſignificare Vaſquezius, ſed ſufficit actionis creati-
S. Thom. uæ, aut conſeruatiuæ negatio; vt ſæpè docet D. Thomas cum Auguſtino, & Gregorio. Ex his ita-
Caiet. que patet, primò, quam excellenter Caietanus explicauerit mentem Angelici Doctoris. Secundò Vaſquezium impugnando Caietanum à veritate, & Ariſtotelis doctrina deuiaſſe. Tertio dictionem illam, *non faciendo*, apud Caietanum non idem pollere, quod, non poſſe facere, vt quidam exponunt; ſed idem ſignificare, quod non agere, cum poſſit: adeo vt non ens ſit quaſi ſecundarium obiectum diuinæ omnipotētiæ; dixi autem, quaſi, quoniam negatio non propriè meretur nomen obiecti primarij, aut ſecundarij; obiectum enim potentiæ ſonat quid poſitiuum.

Circa hanc eandem partem lege, ſi placet, quæ
Molina. ſatis diffusè diſputant Molina, & Zumellus ſuper
Zumellus hoc articulo, & ea etiam, quæ ſcribit Vaſ-
Vaſquez. quez, capitulo quarto ex Henrico ad explicandas duas vltimas Concluſiones D. Thom. ſunt enim ſatis opportuna, quamuis minimè neceſſaria.

A

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Deus poſſit facere, quod præterita non fuerint?

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd Deus poſſit facere, quòd præterita non fuerint. Quod enim eſt impoſſibile per ſe, magis eſt impoſſibile, quàm quòd eſt impoſſibile per accidens. Sed Deus poteſt facere id, quod eſt impoſſibile per ſe, vt cæcum illuminare, vel mortuum reſuſcita-
B re; ergo multò magis poteſt Deus facere illud, quod eſt impoſſibile per accidens. Sed præterita non fuiſſe, eſt impoſſibile per accidens: accidit enim Sortem non currere eſſe impoſſibile ex hoc, quod præterijt: ergo Deus poteſt facere, quòd præterita non fuerint.

113 2.2.q.152. art.3.ad 3. Et 1.d.42. q.2 art.2. & 3.con.c. 25. Et pa. q.1.art 3. Et 5. quo q.2.art.2.

2 Præterea: Quicquid Deus facere potuit, poteſt, cum eius potentia non minuatur; ſed Deus potuit facere, antequam Sortes curreret; quòd non curreret; ergo poſtquam cucurrit, poteſt Deus facere, quòd non cucurrerit.

C 3 Præterea. Charitas eſt maior virtus, quā virginitas. Sed Deus poteſt reparare charitatem amiſſam; ergo, & virginitatem; ergo poteſt facere quod illa, quæ corrupta fuit, non fuerit corrupta.

Sed cōtra eſt, quod Hiero.* dicit. Cum Deus omnia poſſit, non poteſt de corrupta facere incorruptam; ergo eadem ratione non poteſt facere de quocunque alio præterito, quòd non fuerit.

Ad Euſtochiū de cuſtodia virginitatis. aliquantū à princ. to 1.

D Reſpondeo dicendum, quòd ſicut ſupra dictum * eſt, ſub omnipotentia Dei non cadit aliquid, quod contradictionem implicat: præterita autem non fuiſſe, cōtradictionem implicat. Sicut.n. cōtradictionem implicat dicere, quòd Sortes ſedet, & non ſedet, ita quòd ſederit, & non ſederit. Dicere autem, quòd ſederit, eſt dicere, quòd ſit præteritum. dicere autem, quòd non ſederit, eſt dicere, quòd non fuerit. Vnde præterita non fuiſſe, non ſubiacet diuinæ potētiæ. Et hoc eſt, quod Auguſt. * dicit contra Fauſtū. Quiſquis ita dicit; ſi Deus omnipotens eſt, faciat, vt quæ facta ſunt, facta non fuerint, non
E videt hoc ſe dicere, ſi Deus omnipotens eſt, faciat vt ea, quæ vera ſunt, eo ipſo, quòd vera ſunt, falſa ſint. Et Philoſophus dicit in † 6. Ethico. quod hoc ſolo priuatur Deus, ingenita † facere, quæ ſunt facta.

Art. præc. & q.7.ar.2 ad 1.

Lib. 26 contra Fauſtū c.5. in principio. to.6.

Lib. 6 Ethic. c.2. in fi. to 5. D. 495.

Ad primum ergo dicendum, quòd licèt præterita non fuiſſe ſit impoſſibile per accidens, ſi conſideretur id, quod eſt præteritum, ideſt, curſus Sortis, tamen ſi conſideretur præteritum ſub ratione præteriti, ipſum non fuiſſe.

fuiſſe,eſt impoſsibile non ſolum per ſe, ſed abſolutè cõtradictionem implicans. & ſic eſt magis impoſsibile,quàm mortuum reſurgere,qđ non implicat contradictionem. quod dicitur impoſsibile ſecundum aliquam potentiam,ſcilicet naturalem. Talia enim impoſsibilia diuinæ potentiæ ſubduntur.

Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut Deus quantum ad perfectionem diuinę potentię omnia poteſt;ſed quædam non ſubiacent eius potentiæ,quia deficiunt à ratione poſsibilium;ita ſi attendatur immutabilitas diuinæ potentiæ, quicquid Deus potuit,poteſt. Aliqua tamen olim habuerunt rationem poſsibilium,dũ erant fienda,quæ iã deficiunt à ratione poſsibilium, dum ſunt facta. Et ſic dicitur Deus ea non poſſe,quia ea non poſſunt fieri.

D. 499. Ad tertium dicendum,quòd omnem * corruptionem mentis, & corporis Deus auferre poteſt à muliere corrupta,hoc tamen ab ea removeri non * poterit, quòd corrupta non fuerit,ſicut etiam ab aliquo peccatore auferre nõ poteſt,quòd non peccauerit, & quòd charitatem non amiſerit. D. 1169.

QVo ſenſu accipiatur præteritum, probè docet Caietanus.

Forma Textus.

Concluſio eſt. Præterita non fuiſſe non ſubiacet diuinæ potentiæ: Probatur dupliciter:primò ratione. Sub omnipotentia Dei non cadit aliquid, quod contradictionem implicat; at præterita non fuiſſe implicat contradictionem;ergo. Probatur minor. Sicut contradictionem implicat dicere,quòd ſortes ſedet,& non ſedet, ita quod ſederit,& non ſederit;ſed hoc eſt dicere præteritum non fuiſſe; ergo præterita non fuiſſe implicat cõtradictionem. Secundò probatur Concluſio auctoritate Auguſtini contra Fauſtum,& Ariſt. in 6. Ethicorum.

Expoſitio Textus.

CIrca minorem, & eius probationem legenda omninò eſt explicatio Caietani, quam ſubtiliter,& eleganter amplificat Ferrarienſis in 2. cõtra gen.cap.25.quam doctrinam ferè totam tranſcripſit Zumellus,& ex ea plurima diluit argumenta. Alij verò recentiores, nimirum Valentia, Vaſquez,& Suarez lib.3. de attrib. ex eadem doctrina ad concordiam reducunt ſententiam Ariminenſis cum hac concluſione D.Thom. quæ eſt Auguſtini; Hieronymi, & aliorum ſanctorum Patrum, quam latè probant,& defendunt Molina,& Zumellus ſuper hoc artic. quos vide, ſi placet. legenda ſunt ẽt, quæ ſupra diximus,quæſt.14.art.13.controu.4.de præteritis in ordine ad diuinam cognitionem, & voluntatem. Vide præterea, quæ docet S.Tho.in 1. ſent.diſt.39.q.1. art.1.& 2.

Caiet. Ferrar. Zumell. Valentia Vaſquez. Suarez. Molina. Zum. S. Thom.

A ARTICVLVS V.

Vtrum Deus poſsit facere,quæ non facit.

AD quintum ſic proceditur. Videtur,quòd Deus non poſsit facere niſi ea,quæ facit; Deus .n. non poteſt facere,quæ non præſciuit,& præordinauit ſe facturum: ſed non pręſciuit, neque præordinauit ſe facturum,niſi ea,quæ facit. Ergo non poteſt facere niſi ea,quæ facit.

154 1.d.43.q.2 Et 2. cont. ca.23.vſq; 30. Et lib. 3. c. 98. li. Et po.q.1. art. 5.

B 2 Prӕterea: Deus non poteſt facere,niſi qđ debet,& quod iuſtum eſt fieri;ſed Deus nõ debet facere,quæ non facit,nec iuſtum eſt, vt faciat,quæ non facit; ergo Deus non poteſt facere,niſi quæ facit.

3 Prӕterea: Deus non poteſt facere,niſi qđ bonum eſt,& conueniens rebus factis; ſed rebus factis à Deo non eſt bonum,nec conueniẽs aliter eſſe,quàm ſint. Ergo Deus non poteſt facere,niſi quæ facit.

Sed contra eſt, quod dicitur Matth.26. An non poſſum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo pluſquam duodecim legiones C Angelorum? Neque autem ipſe rogabat,neq; pater exhibebat ad repugnandum Iudæis; ergo Deus poteſt facere,quod non facit.

Reſpondeo. Dicendum,quòd circa hoc quidam dupliciter errauerunt. Quidam enim poſuerunt Deum agere quaſi ex neceſsitate naturę, vt ſicut ex actione rerum naturalium non poſſunt alia prouenire,niſi quę eueniunt,vtpotè ex ſemine hominis homo, ex ſemine oliuæ oliua, ita ex operatione diuina non poſsint aliæ res,vel alius ordo rerum effluere, niſi ſicut D nunc eſt,Sed ſupra* oſtendimus,Deum non agere quaſi ex neceſsitate naturę, ſed voluntatem eius eſſe omnium rerum cauſam,neq; etiã ipſam voluntatem naturaliter,& ex neceſsitate determinari ad has res. * Vnde nullo modo iſte curſus rerum ſic ex neceſsitate à Deo prouenit,quòd alia prouenire non poſſent. Alij verò dixerunt,quòd potentia diuina determinatur ad hunc curſum rerum propter ordinem ſapientiæ,& iuſtitiæ diuinæ, ſine quo Deus nihil operatur. Cum autem potentia Dei, (quæ eſt eius eſſentia,) non ſit aliud,quàm Dei ſapiẽ E tia,conuenienter quidem dici poteſt,quòd nihil ſit in Dei potentia, quod non ſit in ordine diuinę ſapientię. Nam diuina ſapientia totum poſſe potentiæ comprehendit. Sed tamen ordo à diuina ſapientia rebus inditus (in quo ratio iuſtitię conſiſtit,vt ſupra dictum † eſt) non adęquat diuinam ſapientiam ſic, vt diuina ſapientia limitetur ad hunc ordinem. † Manifeſtum eſt aũt,quòd tota ratio ordinis,quam ſa-

q.19. art.3 117 122 138 q.21. art.2 131 118

Digitized by Google

piens rebus à ſe factis imponit, à fine ſumitur. Quando igitur finis eſt proportionatus rebus, propter finem factis, ſapientia facientis limitatur ad aliquem determinatum ordinem. ſed diuina bonitas eſt finis improportionabiliter excedens res creatas. Vnde diuina ſapientia nõ determinatur ad aliquem ordinem rerum, vt non poſsit alius curſus rerum effluere. Vnde dicendum eſt ſimpliciter, quòd Deus poteſt alia facere, quàm quæ facit.

Ad primum ergo dicendum, quòd in nobis, in quibus eſt aliud potentia, & eſſentia, à volũtate & intellectu; & iterum intellectus aliud à ſapientia; & voluntas aliud à iuſtitia: poteſt eſſe aliquid in potentia, quod non poteſt eſſe in voluntate iuſta, vel in intellectu ſapiente; ſed in Deo eſt idem potentia, & eſſentia, & voluntas, & intellectus, & ſapientia, & iuſtitia. Vnde nihil poteſt eſſe in potentia diuina, quod non poſsit eſſe in voluntate iuſta ipſius, & intellectu ſapiente eius. tamen, quia voluntas non determinatur ex neceſsitate ad hæc vel illa, niſi fortè ex ſuppoſitione, vt ſupra dictum * eſt. ne-
In cor. art. que ſapientia Dei, & iuſtitia determinatur ad hunc ordinem (vt ſupra dictum eſt *) nihil pro-
D. ſol. q. 19. ar. 3. hibet * eſſe aliquid in potentia diuina, quod non vult, & quod non continetur ſub ordine, quem ſtatuit rebus. Et quia potentia intelligitur vt exequens, voluntas autem vt imperans, & intellectus, & ſapientia vt dirigens, quod attribuitur potentiæ ſecundum ſe conſideratæ, dicitur Deus poſſe ſecundum potentiam abſolutam, & huiuſmodi eſt omne illud, in quo po-
Art. 2. huius quæſt. teſt ſaluari ratio entis, vt ſupra dictum eſt. * Quod autem attribuitur potentiæ diuinæ ſecundum, quod exequitur imperium volũtatis iuſtæ, hoc dicitur Deus poſſe facere de potentia ordinata. Secundum hoc ergo dicendũ eſt, quòd Deus poteſt alia facere de potentia abſoluta, quã quæ præſciuit, & præordinauit ſe facturum: nõ tamen poteſt eſſe, quòd aliqua faciat, quæ non præſciuerit, & præordinauerit ſe facturũ, quia ipſum facere ſubiacet præſcientiæ, & præordinationi, non autem ipſum poſſe, quod eſt naturale. Ideo enim Deus aliquid facit quia vult, non tamen ideo poteſt, quia vult, ſed quia talis eſt in ſui natura.

Ad ſecundum dicendum, quòd Deus non debet aliquid alicui niſi ſibi. Vnde, cum dicitur, quòd Deus non poteſt facere, niſi quod debet, nihil aliud ſignificatur, niſi quòd Deus non poteſt facere, niſi quod ei eſt conueniens, & iuſtum. Sed hoc, quod dico, conueniens, & iuſtum, poteſt intelligi dupliciter. Vno modo ſic, quod hoc, quod dico, cõueniens, & iuſtum, prius intelligatur cõiungi cum hoc verbo eſt,
A ita quòd reſtringatur ad ſtandum pro præſentibus, & ſic referatur ad potentiam, & ſic falsũ eſt, quod dicitur; eſt enim ſenſus: Deus non poteſt facere, niſi quod modo conueniens eſt, & iuſtum. Si verò prius cõiungatur cum hoc verbo, poteſt (quod habet vim ampliãdi,) & poſtmodum cum hoc verbo, eſt, ſignificatur quoddam præſens, & confuſum; & erit locutio vera ſub hoc ſenſu, Deus non poteſt facere, niſi id, quod, ſi faceret, eſſet conueniens, & iuſtum.

Ad tertium dicendum, quòd licet iſte curſus rerum ſit determinatus iſtis rebus, quæ nũc
B ſunt, non tamen ad hunc curſum limitatur diuina ſapientia, & poteſtas. Vnde, licet iſtis rebus, quæ nunc fiunt, nullus alius curſus eſſet bonus, & conueniens, tamen Deus poſſet alias res facere, & alium eis imponere ordinem.

Forma Textus.

Conclusio eſt. Dicendum eſt ſimpliciter, quòd Deus poteſt alia facere, quàm quæ facit.

Probatur hæc concluſio referẽdo, et confutãdo duas
C *erroneas opiniones. Prior opinio, ſiuè potius error fuit eorum, qui dicebant Deum agere, quaſi ex neceſsitate naturæ; & quemadmodum ex actione rerum naturaliũ non poſſunt alia prouenire, niſi quæ eueniunt; vt ex ſemine hominis homo, & ex ſemine oliuæ, oliua: ita ex operatione diuina dicebant non poſſe res alias, vel alium rerum ordinem effluere, niſi ſicut nunc eſt: ſed reijcitur hic error ex dictis ſupra quæſt. 19. art. 3. vbi probatum eſt Deum non agere ex neceſsitate naturæ, ſed voluntatem eius eſſe omnium rerum cauſam, nec ex neceſsitate determinari ad has res; igitur præter hæc, quæ facit, poteſt alia facere. Secundus error fuit dicentium diuinam potentiam determinari ad hunc curſum rerum propter or-*
D *dinem ſapientiæ, & iuſtitiæ diuinæ, ſine quo Deus nihil operatur. Aduerſus hunc errorem ſic argumentatur S. D. Quando finis eſt proportionatus rebus propter finem factis, ſapientia facientis limitatur ad aliquem determinatum ordinem; quando autem finis non eſt proportionatus rebus factis, ſed improportionabiliter excedit ſapientia facientis non limitatur ad aliquem determinatum ordinem; ſed diuina bonitas eſt finis improportionabiliter excedens res creatas; ergo diuina ſapientia non determinatur ad aliquem ordinem rerum, vt nõ poſsit alius curſus rerum effluere; ergo diuina potentia non determinatur ad hunc curſum rerum. Maior probatur: quia tota ratio ordinis, quam ſapiens rebus à ſe factis imponit, à*
E *fine ſumitur; ergo. Minor autem probatur; quia, quamuis nihil ſit in Dei potentia, quòd non ſit in ordine diuinæ ſapientiæ, tum quia potentia Dei, quæ eſt, eius eſſentia, non eſt aliud à diuina ſapientia, tum quia diuina ſapientia totum poſſe potentiæ comprehendit; ordo tamen à diuina ſapientia rebus inditus non adæquat diuinam ſapientiam ita, vt diuina ſapientia limitetur ad hunc ordinem; ergo nec etiam adæquat diuinam bonitatem.*

Expoſitio

Expoſitio Textus.

CIrca probationem minoris nota illud dictū: *Nihil eſt in Dei potentia, quod non ſit in ordine diuinæ ſapientiæ*, intelligendum eſſe de diuina ſapiētia abſolutè; qm̄ hæc ampliſsima eſt, & adęquatur potentiæ; non autem de ſapientia dirigente ad operandū. Nam hæc reſpicit tm̄ ordinem rerum à Deo volitarum, & per executionē diuinæ potentiæ fiendarum; non autem eos rerum ordines, qui in potentia Dei abſolutè ſumpta cōtinentur; propter quod in reſponſione ad primū dicitur eſſe aliquid in potentia diuina, quod non cōtinetur ſub ordine, quē ſtatuit rebus, & ꝙ ipſum facere ſubiacet præſcientiæ, & præordinationi, non autem ipſum poſſe.

Controuerſia vnica.

Quid ſit potentia Dei ordinata, & quomodo differat ab ordinaria, & ab abſoluta.

Sententiæ Expoſitorum.

Bannes. Zumell.

BAnnes, & Zumellus ſequentes doctrinam Scoti in 1. ſent. diſt. 44. q. 1. & pro eodem accipientes potentiam Dei ordinatam, & potentiā Dei ordinariam, dicunt potentiam Dei ordinatam eā vocari, quæ eſt ſm̄ ordinem diuinū aliqua lege præfixū; & quia lex diuina ſtatuit damnatū ſaluari non poſſe, ſi Deus præter cōem legem dānatum aliquē ab inferno liberaret, diceretur illum ſecundum potentiam abſolutam, nō aūt ordinatā liberaſſe; è cōtra verò, licet Deus præſciuerit peccatum Iudæ, & ſtatuerit eius damnationem, ille nihilominus ſm̄ potentiam ordinatam poterat non peccare, & non dānari; quia non erat lex cōis diuina decernens oppoſitum. eadem ſententiam, vt probabiliorem ſequuntur Molina, & Suarez ſuper hoc articulo.

Molina. Suarez. Valentia.

Valentia quamuis in principio cum eiſdem videatur ſentire, in ſucceſſu tamen declarat ſe loqui ad mentem D. Thomę hic in reſponſione ad primū dicens, in Dei potentiam ordinariam, vel ordinatam ea ſolum cadere poſſe, quæ Deus conſtituit, vel per ſeipſum ſolum, aut per cauſas ſecundas facere, vel à ſe vnà cum cauſis ſecundis iuxta conditionem earum poſſe fieri.

Vaſquez.

Vaſquez media graditur via, nam cap. 1. ſuper hoc art. ſic ait. Vbi lex à Deo ꝓmulgata eſſet, qualis eſt illa: decedens in peccato mortali perpetua pœna puniendus eſt, potentia ordinata diceretur illa, quæ per legem illam, & iuxta illam determinata eſt; abſoluta verò, quæ illi non eſt alligata, ſed præter, aut cōtra illam operatur. In his verò rebus, circa quas Deus nullam legem hominibus promulgauit, ordinata potentia erit illa, quæ decreto voluntatis Dei determinata eſt; at verò abſoluta, quę ex ſe conſideratur non alligata, nec directa definitione, & decreto ipſius. quoniam, ſi Deus nunc liberaret Iudam de pœnis inferni, quia ita decreuiſſet, diceretur facere de potētia abſoluta priori modo; hoc eſt abſoluta à lege, quam contra damnatos in vniuerſum promulgauit; ſi verò nūc nouam ſtellam crearet, diceretur hoc facere potētia ordinata, hoc eſt determinata per imperium voluntatis ſuæ.

Reſolutio.

Explicatur ratio, & differentia potentiæ ordinatæ, & potentiæ ordinariæ, & abſolutæ, & reijciuntur expoſitorum ſententiæ.

QVæſtio hæc non eſt magni momenti; cum non ſit niſi de nomine, ſiuè de modo loquendi, nec tamen eſt cōtemnēda: quia Scholaſticus Theologus, ſicut & aliarum ſcientiarum profeſſores, ſermonis, ac vocum proprietatem diligentiſsimè debet obſeruare. Quid igitur de propoſita controuerſia ſit dicendum ad mentem præcipuè D. Thomæ breuiter eſt definiendum.

Potentiæ ordinatæ, & ordinariæ differētia.

Primò itaq; obſeruandum eſt, magnum eſſe diſcrimen inter potentiam ordinatam, & potentiā ordinariam; nā potentia ordinata dicitur, quæ operatur ex imperio voluntatis, & directione intellectus, & ſapientię, vt hic ait S. D. Potentia verò ordinaria dicitur, quæ operatur ex legis vniuerſalis ꝑſcripto; ſiuè ea lex poſita ſit ab ipſo operante, ſiuè ab alio eius ſuperiore. Vnde Princeps ea dicitur poſſe potentia ordinaria, quæ poteſt ſecundum rectas legum ſanctiones; at ſecundum potentiam ordinatam ea poſſe dicitur, quæ ſecundum rectæ rationis dictamen iuſtè poteſt efficere, etiam ſi non eſſent ſecundum commune legis præſcriptum, aut ſi de illis nulla eſſet humana lex conſtituta. Itaque potentia Dei, quatenus operatur ex infinitæ ſuæ ſapientiæ dictamine, & omnipotenti ſuæ voluntatis imperio, dicitur ordinata, ſiuè de ea operatione ſit à Deo lex cōſtituta, ſiuè minimè; vt in reſurrectione Lazari, & alijs ſimilibus operibus miraculoſis, quæ nonnunquam operatur Deus non ſolum ſupra totum ordinem naturæ, ſed etiam præter omnē legem cōiter hominibus præſtitutam. Quatenus autem operatur ſecundum leges diuinæ ſapientiæ hominibus promulgatas, ſiuè quo ad naturalem rerū ordinem, ſiuè quo ad ſupernaturalem, potentia dicitur ordinaria. Et quia potentia abſoluta diſtinguitur tam contra ordinatam, quàm contra ordinariam, idcirco dupliciter in Deo dicitur abſoluta potentia: Vno modo, quatenus cōſideratur ſm̄ ſe abſque ordine ad directionem intellectus, & decretum diuinæ voluntatis: & hoc modo diſtinguitur potentia abſoluta contra potentiam ordinatam. nam quia, vt inquit S. Thom. ad primum, voluntas Dei non determinatur ex neceſsitate ad hæc, vel illa, neque ſapientia Dei, & iuſtitia determinatur ad hunc ordinem, nihil prohibet eſſe aliquid in potentia diuina, quod non vult, & quod non continetur ſub ordine, quem ſtatuit rebus.

Potentia abſoluta dupliciter.

Alio modo dr̄ in Deo potentia abſoluta, quatenus conſideratur, vt legibus à Deo promulgatis nō obligata; & hoc mō diſtinguitur contra potentiam ordinariam: ſicq; dicimus Deum de potentia abſoluta reſuſcitaſſe Lazarū, & tempore Ioſuè ſolis ſtationem imperaſſe; cum tamen hæc facta ſint ſm̄ ordinatam Dei potētiam. Et quia vniuerſa, quæ Deus operatur in rebus, ſiuè ſecundum leges ab ipſo poſitas, ſiuè præter ipſas, ſapienter, & liberè operatur; quod eſt operari ex directione intellectus, & de-

Digitized by Google

& decreto volũtatis: idcircò omne, quod operatur Deus ſecundum leges ab eo præſcriptas, dicitur ét operari ſecundum potentiam ordinatam: quo fit, vt potentia ordinata quodammodo in plus ſe hábeat, quàm potentia ordinaria dixi autem, quodãmodo, & non ſimpliciter, quia non omnis potentia ordinaria propriè dicitur potẽtia ordinata. Ad cuius euidentiam.

S. Tho.

Secundò conſiderandum eſt ſecundum D. Tho. hic ad tertium potentiam ordinatam eam tantum eſſe, quæ exequitur actualem intellectus directionem, & actuale voluntatis imperium, ideſt, quæ facit ea, quæ ordinauit ſapientia, & decreuit voluntas eſſe fienda: hoc enim ſonat vocabulum illud, *ordinata*, quod actum ſignificat; ex quo ſequitur, potentiam Dei ordinatam circa ea tantùm verſari, quæ actu fiunt, aut aliquando ſunt futura. Quod ét clarius affirmat S.D. in 3. ſent. diſt. 1. q. 2. art. 3. At potentia Dei ordinaria non ad ea tantum extenditur, quæ quandoque fiunt ſecundum leges à Deo poſitas, verùm etiam ad ea, quæ ſecundum eaſdem leges fieri à Deo poſſunt, tametſi nunquam fient; & hoc modo dicimus ſecundum legem, & potentiam Dei ordinariam Iudam potuiſſe, & quemlibet viatorem poſſe ſaluari: non tamen ſecundum potentiã Dei ordinatam, niſi quo ad eos, qui actu ſalutem conſequuntur; quia, vt diximus, potentia Dei ordinata verſatur tantum circa ea, quæ quandoque futura ſunt. Ex quo patet primò male à recẽtioribus

Vaſquezij dictũ reijcitur.

prædictos duos terminos, videlicet *ordinata, & ordinaria* fuiſſe confuſos, & pro vno computatos: patet ſecundò non rectè Vaſquezium dixiſſe omnem potentiam Dei ad creaturas dicendam eſſe vel abſolutam, vel ordinatam, nullam autem ordinariã: patet tertiò S. Thom. hic mentionem tantum feciſſe de potentia ordinata, & ſub ea tanquã proprios effectus comprehendiſſe etiam illa, quæ Deus regulariter operatur ſecundum leges ſapientiæ ſuæ, quamuis non ea comprehenderit, quæ nunquam fient, ſed poſſent à Deo fieri ſecundum eaſdem leges: ſed ea ſtatuit pertinere ad potentiam Dei abſolutam: Nam nec doctrina præſentis articuli, nec

Expoſitorum ſentẽtiæ reijciũtur.

argumentum illud primum ampliorem potentiæ diſtinctionem poſtulabat. Patet vltimò non rectè comparari; nec adaptari à prædictis expoſitoribus hæc vocabula; cum non omnis ordinata potentia ſit ordinaria, nec e conuerſo, vt illi communiter videntur intellexiſse.

Videndus eſt S. Tho. in 3. ſent. diſt. 1. qu. 2. art. 3. vbi declarat quid ſit potentia Dei ordinata, & quomodo diſtinguatur ab abſoluta.

ARTICVLVS VI.

Vtrum Deus poſsit meliora facere ea, quæ facit.

155 1. d. 44 ar. 1. 2. & 3 & 3 diſt. 13. ar. 2 q. 2. & 2 & 3 & pe. q. 3. ar. 16 ad 17.

AD ſextum ſic proceditur. Videtur, quod Deus non poſsit meliora facere ea, quæ facit. Quicquid enim Deus facit, potentiſsimè, & ſapientiſsimè facit; ſed tantò fit aliquid melius, quantò fit potentius, & ſa-

A pientius. Ergo Deus non poteſt aliquid facere melius, quàm facit.

2 Pręterea: Aug. * contra Maximinum ſic argumentatur. Si Deus potuit & noluit gignere filium ſibi æqualem, inuidus fuit; eadem ratione; ſi Deus potuit res meliores facere, quàm fecerit, & noluit, inuidus fuit. Sed inuidia eſt omninò relegata à Deo; ergo Deus vnũquodque fecit optimum. Non ergo Deus poteſt aliquid facere melius, quàm fecit. Lib 3 contra Maximino ca. 7. ad finem to. 6.

3 Pręterea: Id, quod eſt maximè, & valdè bonum, non poteſt melius fieri, quia maximo B nihil eſt maius. Sed, ſicut Aug. dicit in Enchir. bona ſunt ſingula, quæ Deus fecit. ſed ſimul vniuerſa valde bona, quia ex omnibus conſiſtit vniuerſitatis admirabilis pulchritudo. Ergo bonum vniuerſi non poteſt melius fieri à Deo. Enchir. c. 10. to. 3.

4 Præterea: Homo Chriſtus eſt plenus gratia, & veritate, & Spiritum habet non ad menſuram. & ſic non poteſt eſſe melior. Beatitudo etiam creata dicitur eſſe ſummum bonum, & ſic non poteſt eſſe melius. Beata etiam virgo Maria, eſt ſuper omnes choros Angelorum exaltata, & ſic non poteſt eſſe melior: non igitur C omnia, quæ fecit Deus, poteſt facere meliora.

Sed contra eſt, quod dicitur ad Eph. 3. quòd Deus poteſt omnia facere abundantius, quàm petimus, aut intelligimus.

Reſpondeo. Dicendum, quòd bonitas alicuius rei eſt duplex. Vna quidẽ, quæ eſt de eſſentia rei, ſicut eſſe rationale eſt de eſſentia hominis, & quantum ad hoc bonum, Deus non poteſt facere aliquam rem meliorem, quàm ipſa ſit (licèt poſsit facere aliquã aliam ea meliorem) ſicut etiam non poteſt facere quaternarium maiorem; quia, ſi eſſet maior, iam non eſ- D ſet quaternarius, ſed alius numerus: ſic enim ſe habet additio differentiæ ſubſtantialis in diffinitionibus, ſicut additio vnitatis in numeris, vt dicitur in † 8. Metaph. Alia bonitas eſt, quę eſt extra eſſentiam rei: ſicut bonum hominis eſt eſſe virtuoſum, vel ſapientem, & ſecundum tale bonum poteſt Deus res à ſe factas facere meliores. Simpliciter autem loquendo qualibet re à ſe facta poteſt † Deus facere aliam meliorem. Lib. 8. Metap. tex. 10 to. 3.

Ad primum ergo dicendum, quòd, cum di- E citur Deum poſſe aliquid facere melius, quàm facit, ſi ly melius, ſit nomen, verum eſt; qualibet enim re poteſt facere aliam meliorem. Eãdem verò poteſt facere meliorem quodammodo, & quodam modo, non, ſicut † dictum eſt. Si verò ly melius, ſit aduerbium, & importet modum ex parte facientis, ſic Deus non poteſt facere melius, quàm ſicut facit, quia non poteſt facere ex maiori ſapientia, & bonitate. Si au- D. fol. D. 115. 16. D. 194. In cor. art.

tem

tem importet modum ex parte facti, ſic poteſt facere melius, quia poteſt dare rebus à ſe factis meliorem modum eſſendi quantum ad accidentalia, licèt non quantum ad eſſentialia.

Ad ſecundum dicendum, quòd de ratione filij eſt, quòd æquetur patri; cùm ad perfectum venerit; non eſt autem de ratione creaturæ alicuius, quòd ſit melior, quàm à Deo facta eſt. Vnde non eſt ſimilis ratio.

D. 501. Ad tertium dicendū, quòd vniuerſum (ſuppoſitis iſtis rebus) non poteſt † eſſe melius propter decentiſsimum ordinem his rebus attributum à Deo, in quo bonum vniuerſi conſiſtit. Quorum ſi vnum aliquod eſſet melius, corrumperetur proportio ordinis. Sicut, ſi vna chorda plus debito intenderetur, corrumperetur cytharæ melodia. Poſſet tamen Deus alias res facere, vel alias addere iſtis rebus factis, & ſic eſſet illud vniuerſum melius.

Ad quartum dicendum, quòd humanitas Chriſti ex hoc, quòd eſt vnita Deo, & beatitudo creata ex hoc, quòd eſt fruitio Dei, & beata Virgo ex hoc, quòd eſt mater Dei, habēt quādam dignitatem infinitam ex bono infinito, quod eſt Deus: & ex hac parte non pōt aliquid fieri melius eis, ſicut non poteſt aliquid melius eſſe Deo.

DVplex eſt ſenſus quæſiti, prout habes ex Caietano.

Forma Textus.

PRæmiſſa duplici diſtinctione tribus concluſionibus reſpondetur ad quæſitum Prior diſtinctio eſt. Bonitas alicuius eſt duplex. Vna, quæ eſt de eſſentia rei; ſicut eſſe rationale, eſt de eſſentia hominis; alia, quæ eſt extra eſſentiam rei; ſicut bonū hominis eſt eſſe virtuoſum, vel ſapientem. Poſterior diſtinctio eſt. facere rem meliorem contingit dupliciter; aut per additionem bonitatis ad vnam, & eandem rem; aut per alterius rei melioris productionem.

Prima concluſio. Deus non poteſt facere aliquam rem meliorem, quàm ipſa ſit eſſentialiter. Probatur. *Deus nō poteſt facere eundem numerum; puta quaternarium, maiorem; ergo nec poteſt facere aliquam rem eſſentialiter meliorem, quàm ipſa ſit.* Probatur *antecedens; quia, ſi quaternarius eſſet maior, iam non eſſet quaternarius, ſed alius numerus. Conſequentia verò probatur; quia ſic ſe habet additio differentiæ ſubſtātialis in diffinitionibus, ſicut additio vnitatis in numeris, vt ait Ariſt. 8. Metaphy tex. 10.*

Secunda concluſio. Res eadem poteſt fieri melior accidentaliter. Probatur; quia Deus poteſt facere hominem virtuoſum, & ſapientem.

Tertia concluſio. Simpliciter loquendo poteſt Deus qualibet re à ſe facta facere aliam meliorem. Hæc relinquitur probata ex doctrina præcedentis articuli tertij.

A

Controuerſia Vnica.

An poſſit Deus meliores rerum ſpecies vſque in infinitum producere, & aliud vniuerſum melius conſtans ex ſubſtantijs omnibus diuerſis creare, & hoc, quod modo eſt, permanentibus eiſdem partibus meliorem efficere.

Poſſe Deum meliores rerum ſpecies in infinitum producere, quibus ſi res vna produceretur ęquiualens, probatur non fore infinitā ſimpliciter, vt dixit Valentia.

B TRes ſunt huius Controuerſię partes, ex quibus primam diligenter examinat Caietanus partem ſuſtinens affirmantem, quem ſequuntur omnes moderni expoſitores; qui multas etiam rationes accumulant, in eiuſdem Concluſionis confirmationem, & Suarez diſp. Metaph. 30. num. 181. & ſequen. ſatis explicat, & probat eandem ſentent. quæ eſt expreſsè S. Th. in 1. ſent. diſt. 44. qu. 1. art. 2. omiſsis aūt cęteris, q̄ tam pro ſtabilienda D Tho. ſententia, q̄ pro ſoluendis aduerſariorum argumētis hic ab omnibus ferè cōiter annotantur, non eſt prætereunda Cenſura Valentiæ in illud dictum Caietani: *Si eſſet aliqua vna creatura æquiualens vniuerſitati creabilium, non eſſet infinitæ perfectionis ſimpliciter, ſed in genere: ſicut ſi eſſent infinita animalia, aut vnum animal eis æquiualens, non ſequeretur, niſi infinita perfectio in genere animalis.* Hoc dictum eſſe falsū liberè pronunciat dictus expoſitor duob. innitens argumentis: Primum eſt: Illa creatura ſimpliciter careret termino entis in tota ipſius latitudine: ergo ſimpliciter eſſet infinita. Conſequentia patet ex quæſt. 7. artic. 1. vbi hac ratione probata eſt infinitas Dei. Antecedens probatur. Illa creatura careret termino contento in latitudine entis finiti, & limitati; vt dicit Caiet. concedēs illā fore infinitam in latitudine entis limitati: ergo ſimpliciter careret termino: patet conſequentia, quia nullus eſt terminus, niſi contentus in latitudine entis limitati: alias Deus ēt haberet terminum, cum habeat ipſe formaliter quidquid non eſt limitatum; ergo ſi illa creatura careret termino entis limitati, ſimpliciter careret termino, eſſetq; ſic infinita, ſicut Deus.

Caiet.

Suarez.

S. Thom.

Valentiæ confuta in dictum Caiet.

C

D

Secundū eſt. Vel illa creatura, quę haberet perfectiones oīum aliarum, eſſet ſimpliciter finita, atq; adeo cōprehenſa in latitudine entis finiti, vel excederet totā entis latitudinem: ſi primū; ergo non haberet perfectiones oīum finitorū. Probatur ſequela; quia eſſet cōprehenſa in latitudine entis finiti; ergo haberet terminum, ſicut oēs aliæ creaturæ; ergo non eſſet infinita in tali latitudine. ſi ſm; ergo eſſet ſimpliciter Deus; quia nō eſt dare mediū: oē .n. ens, vel dēt eſſe cōprehēſū ī latitudine entis finiti; vel, ſi eſt ex̄ ipsū, ē De⁹, & ē ſimpliciter illimitatū.

E

Reſpond. primò laborē eſſe in æquiuoco, nā dato illo caſu, qui verè eſt impoſsibilis, diſtinguenda erit duplex infinitas ī tota entis latitudine; vna ī tota entis latitudine ſimpliciter, ſ. tā creati, quā increati, & hæc Deo eſt propria; qui eſt ipſum eſſe p eſſentiam perfectionē habens ſimpliciter infinitā; quā cōtinet eminēter, & excedit īfinitè oēs eſſēdi modos

modos ex ea participabiles, etiam ſimul ſumptos, vel etiam in vnius creaturæ perfectione conce̅tos; quia ſemper id, quod eſt per eſſentiam, altioris eſt ordinis eo, quod eſt per participationem.

Alia erit infinitas in tota latitudine entis creati, ſiue e̅t creabilis; & hæc co̅ueniret illi creaturæ æquiualenti vniuerſitati creabiliũ. Vnde ad primũ argm̃ negatur antecede̅s in priori ſenſu infinitatis. Ad probationem negatur antecedens: neq; Caiet. admittit creaturam illam fore infinitã in tota latitudine entis ſimpliciter, ſed in latitudine entis creati, ſiue creabilis. In poſteriori au̅t ſe̅ſu admiſſo antecede̅te negatur co̅ſeque̅tia. Ad probatione̅ dr̃, q. in illo artic. 1. q. 7. probata eſt infinitas Dei ex hoc, qđ eſt ipſum eſſe per eſſentiã ſubſiſtens, & irreceptũ, vt ibide̅ patet: & per hæc e̅t facilè ſoluitur ſecundum argm̃. Probat enim tantùm ſecundũ infinitatis modum, non autem primum.

Soluũtur argume̅. a Valentiæ.

B

Secundò reſpond. hãc eſſe naturã impoſsibilis ſimpliciter; vt ex eo ſequatur vtraq; pars co̅tradictionis: co̅ſtat au̅t eſſe ſimpliciter impoſsibile fieri a Deo creaturã, in qua co̅tineãtur oĩum creabiliũ perfectiones, atq; iõ ex eo ſequuntur ambæ co̅tradictionis partes, nimirũ tale̅ creaturã, eſſe ſimpliciter infinitam, & conſequenter Deum ipſum, qui ſolus in vna ſui ſimpliciſsima perfectione rerum oĩum factibilium præhabet perfectiones, & non eſſe ſimpliciter infinitam; quia nullum ens ab alio dependens, cum ſit ens per participatione̅ po̅t adæquare pfectione̅ entis per eſſentiã, & co̅ſeque̅ter non poteſt eſſe infinitæ perfectionis ſimpliciter.

C

Probabile eſſe fieri à Deo poſſe aliud vniuerſum melius conſtans ex ſubſtantijs omnibus diuerſis ab ijs, quæ nunc ſunt.

SEcũda verò pars Co̅trouerſiæ, an. ſ. poſsit Deus aliud vniuerſum melius co̅ſtãs ex ſubſtantijs oĩbus diuerſis ab his, quæ nũc ſunt, creare, incerta eſt apud Vaſqueziũ; quia (inquit) non conſtat, an elementa ſimplicia, & cæli alterius ſpeciei poſsint a Deo produci, ſicut e̅t exiſtimat multò probabilius eſſe, creaturam aliam rationalem corpoream ſpecie diuerſam ab homine a Deo creari no̅ poſſe.

Vaſquez.

D

At Suarez li. 3. de attributis c. 9. nu. 26. probabilius eſſe arbitratur fieri a Deo poſſe cæleſtia, & quælibet alia ſimplicia corpora alterius ſpeciei eſſentialiter meliora. De rationali verò creatura Zumellus hic in reſpo̅ſione ad ſextum ſuũ argm̃ dubitat dice̅s, poſſe fortaſſe Deũ co̅trahere aĩal per multas differentias rõnalium ſpecificè diſtinctas. Nam quamuis non intelligamus aĩal rõnale, qđ no̅ ſit diſcurſiuũ, atq. adeo no̅ poſsimus ſufficie̅ter attingere, in quo differret ab hoĩe, hoc tamen (inquit) non conuincit: quia, licèt nos id non intelligamus, Deus intelligit, & nos ferè eandem difficultatem habemus in aſsignando differentiam eſſentialem inter plures ſpecies ſenſitiuas brutorum.

Suarez.

Zumell.

E

Sed D. Tho. hic in reſponſione ad tertiũ argm̃, & in primo ſent. d. 44. q. 1. ar. 2. ſatis apertè docet poſſe Deũ aliud vniuerſũ facere, qđ ex diuerſis oĩnò creaturis co̅ſtet ab his, quæ nunc ſunt. Sic. n. ait hic ad 3. *Poſset tamen Deus alias res facere, vel alias addere iſtis rebus factis, & ſic eſset illud vniuerſũ melius.*

S. Thom.

A Quibus verbis ſignificat S. D. poſſe Deum duobus modis facere vniuerſum melius; vno mõ faciendo alias res; alio mõ addendo res alias rebus factis. No̅ eſſent au̅t duo modi diſtincti, niſi prior de rebus oĩnò diuerſis intelligeretur. Verùm in arbitrãda alterius vniuerſi diuerſis oĩnò rebus conſtantis poſsibili creatione, facile eſt anguſtã intelligentiæ noſtræ menſuram rebus, quæ nũc videmus, aut intelligimus aſſuetã allucinari. Nã quemadmodum hoc, quod cernimus, vniuerſũ, ex cæleſtiũ corporũ, elementorum, & mixtorũ ordinata diuerſitate co̅ſurgit, ſic exiſtimamus quãcunq. a Deo producibile̅ rerũ ordinatã vniuerſitate̅ eiuſde̅ generis ad ſui perfectione̅ corpora poſtulare, cũ tñ in infinitis diuinæ ſapientiæ theſauris lateãt fortaſſe multi pluſquã genere diſtincti co̅icationũ modi, quib. poſsit Deus in creaturas corporeas ſuã diffundere bonitate̅. Nam, vt inferius q. 66. cũ D. Th. demo̅ſtrabimus cæleſtia corpora in nullo genere phyſico ad inuice̅ co̅ueniũt. Itaq. ſi crearet Deus alia qđã cæleſtia corpora, neceſſe eſſet ea, & ab inuicem, & ab his, quæ nunc ſunt, phyſico genere diſcriminari; quid mirum igitur, ſi per omnipotentem Dei virtutem fieri poſſunt, & alia corpora ab alijs ſimplicibus, & miſtis genere differentia?

S. Th.

Certè D. Th. in alleg. 2. ar. primi ſent. in reſponſione ad 3. hunc dice̅di modũ non improbat, licèt aliũ vt probabile̅ co̅plectatur. Sic. n. ait, *quãuis ergo oe̅s perfectiones fortè creaturæ co̅municabiles ſint creaturæ co̅municatæ, no̅ tame̅ ſecundum oe̅m modum, quo poſſunt a creatura participari*; qua loquendi forma non reijcit vt falſam, aut improbabilem ſententiã illam, quam paulò antè veram eſſe ſuſpicabamur.

Caietanus etiam infra q. 50. ar. 1. eodem ferè modo loquitur dicens.

Sciendũ eſt, q. aliud eſt comparare vniuerſum ad gradus rerũ, & aliud ad ſpeciales modos habendi gradus illos. Gradus ſiquide̅ rerũ finiti ſunt actu, & potentia, niſi fortè in theſauris eſſe per eſſentiam lateat aliquis alius gradus. Modi au̅t eſſe̅di; quãuis actu, & ſimpliciter ſint finiti, de potentia tamen logica, & Dei loquendo ſunt infiniti, quia non datur creatura ſuprema factibilis a Deo. Addit au̅t Caiet. *Vndè perfectio vniuerſi exigit quide̅ continentiã oĩum graduũ creabilium, ſed non oe̅s creaturas creabiles.* Sed quemadmodũ ad vniuerſi perfectione̅ non ſunt rerum oĩum ſpecies creabiles neceſſariæ, quantumuis perfectæ ſint; ita dici poteſt e̅t đ multis rerũ generibus à Deo creabilibus, vel e̅t creatis, ſi ſermo ſit de alio vniuerſo à Deo factibili. Nam vniuerſi perfectio no̅ ex abſoluta, ſiuè materiali rerũ multitudine præcisè conſurgit, ſed quatenus ordine̅, & depe̅de̅tiã rerũ ipſarũ naturis maximè co̅ſonã habe̅t adinuice̅; poſſet au̅t fortaſſis rõ talis ordinis, ac depe̅de̅tiæ cũ alijs genere diſtinctis naturis, & fortè e̅t cũ alijs quibuſdã eſſe̅di gradibus nobis latentibus ſalua co̅ſiſtere. Qđ ſi dicatur de rõne vniuerſi eſſe, vt oe̅s hẽat eſſe̅di gradus, vt ait Caiet. facilè rñdetur id eſſe de rõne vniuerſi, q. oĩa oĩnò creabilia rerũ genera co̅plecteret; alioquin nec vniuerſũ hoc perfectũ eſſet data ſuſpicionis illius veritate, q. ſ. lateãt in theſauris diuinæ ſapientiæ alij rerũ gradus; quã ſuſpicione̅ admit-

Caiet.

Obiectio. Solutio.

Digitized by Google

mittunt, vt diximus, S.D.& Caie. Cũ itaq. dicimus poſſe vniuerſũ aliud ab hoc oĩnò diſtinctũ ex alijs cõſtans creaturis a Deo produci, noĩe vniuerſi nõ intelligimus aliquid cõplectens rerũ oĩum creabiliũ ſpecies, aut genera, vel ẽt gradus, ſeu maximã rerũ multitudinẽ perfecta reru ordinatarũ proportione diſpoſitã; adeo, vt ad finẽ rerum illarũ creatarũ a Deo præfixũ obtinendũ, & conſeruandũ nihil oĩnò deſit. Quemadmodũ ẽt Rep. illã, aut hominum multitudinẽ perfectã tunc eſſe dicimus, qñ in cõe bonum leges, officia, & actus multitudinis ita diriguntur, vt ad illud aſſequendũ, & perpetuò conſeruandum ſint accõmodata, quãuis alias haberet leges, & officia ab ijs, quibus cæteræ multitudines vtũtur valde diſtincta; ſicut videre eſt in irrationabiliũ multitudine inſtar Reip. aut regni viuẽtis, vt apes, formicæ, & alia ſimilia; quibus diuerſas natura leges ꝯſtituit, & officiorũ varia indidit munera ꝓ finiũ, ad quos dirigũtur, diuerſitate; & tñ ſingulæ in ſuo ordine ꝑfectæ ſunt multitudines. ita ꝓrſus cẽsẽdũ arbitror de vniuerſi a Deo creabilis perfectione, vt. ſ. propriè, ac formaliter ĩ rerũ optima diſpoſitiõe, ſiue ordinatiõe cõſiſtat.

Probabile eſſe, fieri a D. o poſſe creaturam aliã rationalem corpoream ab h mine ſpecie diſtinctam.

AN aũt fieri poſsit a Deo creatura alia rationalis corporea ab hoĩe ſpecie diſtincta ex certis principijs diffiniri nequaquam poſſe crediderim; probabile mihi tñ valde eſt, rationalitatis gradũ, qui ſm̃ vnum tñ formaliter indiuiſibilẽ eiſdẽ modum humanę naturę ſpeciẽ cõſtituit, poſſe in alios plures ab hoc formaliter diſtinctos multiplicari, adeo vt rõnale, qđ eſt vltima humanæ ſpeciei differentia conſtitutiua, nõ exprimat formalẽ rationalitatis perfectionem ſm̃ totam ſui gradus latitudinem, ſed ſm̃ vnum dumtaxat huius latitudinis modum: quemadmodũ ſi ſolus Leo eſſet in rerũ natura, irrationalitas acciperetur, vt vltima eius differẽtia, quæ tñ de Leone dicta nõ exprimeret irrationalitatis perfectionem ſm̃ totã ſui gradus latitudinem, ſed ſm̃ vnum eius modum, remanente adhuc maxima eius amplitudine ad multos alios poſsibiles modos, quibus conſtitui, & diſtingui poſſent aliæ ferè innumerabiles irrationalium ſpecies, quas nunc de facto ad totius vniuerſi perfectionẽ a Deo creatas fuiſſe conſpicimus. Quod ẽt ex intellectuali natura, ſ. Angelica in tot ſpecies multiplicata, maiori ſieri maximẽ põt. Nam intellectuale rationali cõparatur, vt vnũ ad multiplex, vt vniforme ad difformẽ, vt immotum ad mobile. Si itaq. intellectualis natura, cui ob ſimplicitatẽ operationis congruit vnitas, & immobilitas tantam modorum eſſendi, ac differentiarũ diſtinguentiũ, & conſtituẽtium ſpecies patitur multitudinẽ, quãto magis eandẽ, & longè maiorem differentiarum multitudinẽ admittet id, qđ multiplex eſt, difforme, ac mobile? ſed dicent vltimum intelligentiæ

Obiectio.

gradũ, ſiuè modum per rationale conſtitui, atque ideo nõ poſſe in plura formaliter multiplicari: Sed

Solutio.

aliud eſt loqui de infimo mõ intellectualitatis, vt ſic, & aliud de infimo mõ talis gradus, qui eſt rationalitas, vt ſic; nã in ordine intelligentium rõnale tenet infimum locum, quia non niſi in ſui principio perfectionẽ intelligẽdi participat, in toto vero reliquo ſuæ operationis proceſſu non intelligendo ſimpliciter, ſed cõponendo, diuidendo, & diſcurrẽdo cognoſcit. hãc verò perfectionẽ, ſiuẽ gradũ, ex quo procedit diſcurſiua cognitio, ĩ multos modos formaliter diſtingui poſſe ꝓbabiliter ſuſpicamur.

Oſtenditur ex D. Thom. contra Suarezium ordinem rerum exiſtentium, qui ſequitur bonitatem eſſentialem, non poſſe eſſe meliorem.

SVpereſt tertia Controuerſiæ pars, an. ſ. Deus poſsit hoc vniuerſum, quod modo eſt, permanẽtibus eiſdem partibus melius efficere.

Vaſquez.

Vaſquez arbitratus ſe D. Tho. contradicere affirmat hic c. 3. probabile eſſe poſſe fieri hoc vniuerſum melius accidentaliter partibus omnibus, aut aliquibus earum in melius mutatis.

Suarez.

Suarez aũt manifeſtè contra ſententiã S.D. loquens in d. 3. lib. c. 9. nu. 27. ait incertũ eſſe; qđ ait S.Tho. hic ad tertium, ſ. vniuerſum ſuppoſitis iſtis rebus melius eſſe non poſſe ꝑp decẽtiſsimũ ordinẽ his rebus attributũ à Deo, in quo bonũ vniuerſi conſiſtit: quorũ ſi vnũ aliquod eſſet melius, corrũperetur proportio ordinis; ſicut, ſi vna corda plus debito intenderetur, corrumperetur cythar ę melodia. Nã (inquit Suarez) in theſauris diuinæ ſapientiæ multi ordines cõtineri poſſunt, & fortaſſe alius eſſet ſimpliciter melior, licèt in ordine ad finem a Deo intẽtũ hic fuerit optimus: nã, ſi Deus aliter voluiſſet hoĩes ꝑdeſtinare, vel plures, vel ĩ maiori virtute, & gratia, vel in ſtatu innocẽtiæ ꝑpetuò cõſeruare, vel ẽt alio modo elementa, vel influẽtias cælorũ ordinare, oĩbus penſatis totũ eſſet perfectius.

S. Thom.

Hæc aũt nõ aliunde, q̃ ex ipſius D Th. doctrina ſunt examinãda, & quatenus a veritate deuiãt, cõfutanda. Audiamus itaq. ſñiam Angelici noſtri Doct. in 1. ſent. d. 44. q. 1. art. 2. vbi tria dicit ad rẽ præſentẽ maximè pertinentia. Primũ eſt, Vniuerſũ poſſe fieri melius melioratis oĩbus partibus melioratione accidentali. Sm̃ eſt: ordinẽ partiũ vniuerſi poſſe eſſe meliorẽ intenſiuè manentibus eiſdẽ partibus loquendo de ordine, qui ſequitur bonitatem accidentalem Nam quanto aliquid in maius bonũ redundat, tantò ordo melior eſt, ait S.D. tertiũ eſt, ordinẽ, qui ſequitur bonitatem eſſentialẽ, non poſſe eſſe meliorẽ, niſi fierent aliæ partes, & aliud vniuerſũ. Ex his patet primò, Vaſquezium contra D. Th. non re, ſed intẽtione ſola pugnare. Patet ſecũdo Suareziũ vtroq. mõ relatæ doctrinæ, & præſertim quo ad tertium dictũ aduerſari: nã opinatur, ſeu ſuſpicatur poſſe harũ vniuerſi partiũ ordinẽ in melius cõmutari ordinãdo aliter hoĩes ad Beatitudinẽ, & diſponendo aliter elementa, & cælorum influentias. Conſtat aũt elemẽtorum ordinẽ, & influẽtias cælorum eſſe ex ijs, quæ bonitatẽ eſſentialẽ conſequuntur, vt patet ex quarto cæli text. 22. & multis ſeqq. & 2. de Gener, tex. 22. & in 2. Cæli tex. 24. ſic dr̃. *Inordinatio nihil aliud eſt quàm quod præter naturam; ordo enim eſt propria ſenſibiliũ natura.* Quæ verba exponẽs S.Th. ait: *In rebus ſenſibilibus apparet, q. ordo eſt propria natura eorum, quia. ſ. per propriã naturam vnum quodq; inclinatur ad aliquid certũ; hæc autem*

Ariſt.

Digitized by Google

autem inclinatio eſt ordo, qui attenditur in ſenſibilibus rebus. Cũ igitur elemẽta naturalẽ hẽant inclinationẽ ad ea locã, in quibus nunc ab Auctore naturæ collocata ſubſiſtũt, ſequitur ẽt eum ordinẽ, qui inter elemẽta ex locorũ diſpoſitione, & graduali eorũ perfectione cõſequitur, eſſe illis naturalem, atq; adeo conſequẽtẽ eorum bonitatẽ eſſentialem; qđ idẽ dicẽdum eſt de cõibus cælorũ influxibus, qui virtutẽ eorum naturalẽ conſequuntur, & de ordine ad hæc inferiora dictos influxus conſequẽte. Igitur iuxta tertiũ dictũ D. Tho. non poterit hic ordo melior à Deo fieri eo mõ, quo fieri poſſe ſuſpicatur Suarez, niſi fiãt aliæ partes, & aliud vniuersũ: quia naturalis ordinis mutatio in aliũ ordinẽ naturalẽ, ordinatarũ naturarũ, ex quibus oritur, mutationẽ expoſcit. Ad ea verò, quæ dicunt prædicti expoſitores de prædeſtinatione, de ſtatu Innocentiæ, & ſimilibus, reſpondet S. Tho. in ſupradicto ſecundo art. d. 44. ad quintum argum. & de eadem materia ſatis dictum eſt ſupra q. 2. art. 2.

A

B

QVAESTIO XXVI.

De diuina beatitudine, in quatuor articulos diuiſa.

VLtimò autem poſt conſiderationẽ eorum, quæ ad diuinæ eſſentiæ vnitatem pertinent, conſiderandũ eſt de diuina beatitudine.

C

Et circa hoc quærũtur quatuor.

Primò, vtrùm beatitudo Deo competat.

Secundò. Secundum quid dicitur Deus eſſe beatus. Vtrum ſecundum actum intellectus.

Tertiò, Vtrum ſit eſſentialiter beatitudo cuiuslibet beati.

Quartò. Vtrum in eius beatitudine omnis beatitudo includatur.

Dubitatio de ordine huius quæſtionis ad præcedentes, & ratio ordinis articulorum eius inter ſe.

CVm Beatitudo ſit actus intellectus, & obiectũ voluntatis, proprius huius quæſtionis locus eſſe videbatur poſt quartãdecimã, aut ſaltẽ poſt vigeſimã quæſtionẽ immediatẽ; nã, quæ in alijs ſubſequentibus quæſtionibus examinantur, Deo cõueniunt in ordine ad creaturas, atq; ideo ratione poſteriora sũt beatitudine, quę Deo cõuenit ſecundũ intellectũ in ordine ad propriam eius eſſentiam.

D

Solutio. Soluitur hæc obiectio ex vltimo articulo huius quæſtionis, vbi S. Tho. sũmatim enumerat vniuerſa bona, quæ continentur in Dei beatitudine: inter quæ recenſet gaudium, quod eſt actus voluntatis, regimẽ, & gubernationẽ, quę actus eſt diuinæ prouidentiæ, & omnipotentiam, de qua in præcedente quæſtione. Ad perfectam itaq; diuinæ beatitudinis cognitionem, quæ non ſolum cõtemplatiua eſt, ſed ẽt actiua, præmittẽda fuit eorum oĩum diſcuſſio, quæ ad perfectionem diuini intellectus, & voluntatis, & potentiæ pertinere videbantur; particulares verò conſiderationes de diuinæ virtutis effectibus, de rerum gubernatione, quæ ad beatitudinis cognitionẽ non erant neceſſariæ, proprijs reſeruantur tractatibus inferiùs ſuo loco diſponendis.

E

A

Quatuor ſunt huius quæſtionis articuli. In primo tractatur quæſtio an ſit, in 2. & 3. quid ſit, in vltimo qualis, & quõ ſit beatitudo diuina. Nã in primo quæritur: an Deo cõpetat Beatitudo, quod eſt quærere, an Deo inſit Beatitudo, in ſecundo verò quæritur: an Deus dicatur beatus ſecundũ intellectum, quod eſt quęrere propriam eſſentiã, & quidditatẽ diuinæ beatitudinis, quæ conſiſtit in intellectuali operatione; vt ibidẽ ait S. Tho. in tertio verò de eadem agitur beatitudine in ordine ad creaturas, dũ quæritur; vtrũ Deus ſit beatitudo cuiuslibet beati, qđ eſt quęrere, & tractare differentiam, & excellentiã diuinæ beatitudinis comparatione createæ beatitudinis: in vltimo demũ articulo diſcutitur proprius eſsẽdi modus diuinæ cõueniens beatitudini ex ſuper eminenti continentia cuiuſuis alterius boni contẽti in qualibet vera, vel falſa, cõtẽplatiua, vel actiua, ſpirituali, vel terrena fęlicitate.

B

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum beatitudo Deo competat.

AD primũ ſic proceditur. Videtur, q; beatitudo Deo non conueniat. Beatitudo. n. ſecundum Boe.* in 4. de Conſo. eſt ſtatus omniũ bonorũ aggregatione pfectus; ſed aggregatio bonorum nõ hẽt locũ in Deo, ſicut nec cõpoſitio. Ergo Deo nõ cõuenit beatitudo. 156 Inf. q. 62. ar. 1. corp. Et x d. 1. q. 2. art. 1. ad 4. Et d. 15. q. 3. art. 3. ad 1. Et 1. cõ. c. 100. & 101. pſ. 2. par. prin. lib. 1. Ethi. ca. 9. paulo a prin. to. 5.

C

2. Præterea. Beatitudo, ſiuè fęlicitas eſt pręmium virtutis ſecundum Philoſophum in * 1. Ethicorum. Sed Deo non conuenit præmium, ſicut nec meritum. Ergo nec beatitudo.

Sed cõtra eſt, qđ dicit Apoſt. 1. ad Tim. vlt. Quẽ ſuis tpibus oſtendet Deus beatus, & ſolus potens Rex Regũ, & Dominus Dominantiũ.

Reſpondeo. Dicendũ, q; beatitudo maximè Deo cõpetit. Nihil. n. aliud ſub noĩe beatitudinis intelligitur, niſi bonũ perfectũ intellectualis naturæ, cuius eſt ſuã ſufficiẽtiã cognoſcere in bono, quod habet, & cui competit, vt ei contingat aliquid vel benè, vel malè, & ſit ſuarum operationum domina. Vtrumque autem iſtorum excellentiſsimè Deo cõuenit, ſcilicet perfectum eſſe, & intelligentem.* Vnde beatitudo maximè conuenit Deo. 11 33 10

D

Ad primum ergo dicendum, quòd aggregatio bonorũ eſt in Deo, non per modum cõpoſitionis, ſed per modũ ſimplicitatis, quia quæ in creaturis multiplicia sũt, in Deo præexiſtũt ſimpliciter, & vnitè, vt ſupra dictum eſt.* Q. 4. ar. 2. & q. 13. ar. 4.

E

Ad ſecundum dicendum, quòd eſſe præmiũ virtutis accidit beatitudini, vel fęlicitati, inquantum aliquis beatitudinem acquirit; ſicut eſſe terminũ generationis accidit enti, inquantum exit de potẽtia in actum. Sicut igitur Deus habet eſſe, quamuis non generetur, ita habet beatitudinem, quamuis non mereatur.

Titulus explicatur in corpore.

For-

Digitized by Google

Forma Textus.

CONcluſio eſt. Beatitudo maximè Deo competit. Probatur: Nihil aliud intelligitur ſub nomine beatitudinis, niſi bonũ perfectũ intellectualis naturæ; ſed vtrumq; iſtorũ excellentiſſimè Deo cõpetit: ergo. Maior probatur, quia intellectualis naturæ eſt ſuã ſufficiẽtiã cognoſcere in bono, qđ hẽt, & ei cõpetit, vt illi cõtingat aliquid vel benè, vel malè, & ſit ſuorũ operũ domina; ergo beatitudo eſt bonum perfectum intellectualis naturæ.

Expoſitio Textus.

IN hac probatione obſeruandũ eſt tres eſſe particulas, quæ ſingulæ vim habent propriam reſpectu inferendæ concluſionis, quo ad ſecũdã eius partẽ. ſ. *intellectualis natura*. Nã ex hoc, ꝙ intellectuali naturæ cõpetit; vt ei cõtingat aliquid benè, vel malè, ſequitur eã eſſe capacẽ beatitudinis tãquã proprij boni; ex hoc verò, ꝙ ſuã in bono, quod hẽt, ſufficiẽtiã agnoſcit, ſequitur beatitudinẽ, quæ in cognitione cõſiſtit, eſſe perfectũ illius bonum: ex hoc deniq; ꝙ eſt ſuorũ operũ dña, ſequitur Beatitudinẽ nõ ſolũ eſſe bonũ, ſed ẽt perfectũ bonum ipſius
D. Thom. intellectualis naturæ; vt patet ex 1. 2. q. 1. ĩ qua per plures articulos ex hoc vno principio, ꝙ homo eſt ſuorũ actuũ dñus, tandẽ deducitur perfectum bonum, quod eſt beatitudo, eſſe illius vltimũ finem.

ARTICVLVS II.

Vtrum Deus dicatur beatus ſecundum intellectum.

157 2. d. 16. ar. 2. cor.

AD ſecũdũ ſic proceditur. Videtur, ꝙ Deus non dicatur beatus ſecundum intellectũ. Beatitudo. n. eſt ſummũ bonũ; ſed bonũ dicitur in Deo ſecundũ eſſentiã. * Et bonũ reſpicit eſſe ſecundũ eſſentiã ſecũdũ Boe. in * lib. ď hebdo. Ergo & beatitudo dicitur in Deo ſecundũ eſsẽtiã, & non ſecundum intellectũ.

33 Titulus huius libri ẽ an omne quod eſt, bonum ſit circa finẽ illius.

2. Præterea. Beatitudo habet rationẽ finis. Finis autem eſt obiectũ voluntatis, ſicut, & bonũ. Ergo beatitudo dicitur in Deo ſecundum voluntatem, & non ſecundum intellectum.

li. 32. c. 5. inter med. & finem.

Sed contra eſt, quod Grego. dicit * 32. mor. Ipſe glorioſus eſt, qui dũ ſeipſo perfruitur, accedentis laudis indigens non eſt. Eſſe aũt glorioſum ſignificat eſſe beatũ. Cũ n igitur Deo fruamur ſecundũ intellectum, quia viſio eſt tota merces (vt dicit * Aug.) videtur, quod beatitudo dicatur in Deo ſecundum intellectum.

lib. 22 de Ciu. Dei ca. 29 aliquantulũ a prin. 10. 5. ar. præc. 117 412

Reſpondeo. Dicendũ, ꝙ beatitudo (ſicut dictũ eſt) ſignificat bonũ perfectũ intellectualis naturæ. Et inde eſt, ꝙ ſicut vnaquæq; res appetit ſuã perfectionẽ, ita, & intellectualis natura naturaliter appetit eſſe beata. * Id aũt, qđ eſt perfectiſſimũ in qualibet intellectuali natura, eſt intellectualis operatio, ſecundũ quã capit quodãmodo oĩa. Vndè cuiuſlibet intellectualis naturæ creatę beatitudo cõſiſtit * in intelligẽdo. In Deo aũt nõ eſt aliud eſſe, & intelligere ſecũdũ rẽ, ſed tantũ ſecũdũ intelligẽtiæ ra-

D. 271. & D. 408. & D. 656.

A tionẽ. Attribuenda ergo eſt Deo beatitudo ſecundũ intellectũ, ſicut & alijs beatis, qui per aſſimilationẽ ad beatitudinẽ ipſi⁹, beati dicũtur.

Ad primũ ergo dicendũ, quòd ex illa ratione probatur, quòd Deus ſit beatus ſecundũ ſuam eſſentiam, non autem quòd, beatitudo ei conueniet ſecundum rationem eſſentiæ, ſed magis ſecundum rationem intellectus.

Ad ſecundũ dicendũ, quòd beatitudo cũ ſit bonum, eſt obiectũ voluntatis; obiectum autẽ præintelligitur actui potentiæ. Vnde ſecundũ modum intelligendi prius eſt beatitudo diui-
B na, quã actus * voluntatis in ea requieſcentis. D. 651.
Et hoc non poteſt eſſe niſi actus intellectus. Vnde in actu intellectus attenditur beatitudo.

Forma Textus.

COncluſio eſt. Attribuenda eſt Deo beatitudo ſecundũ intellectũ. Probatur primò. Cuiuſlibet intellectualis naturæ beatitudo cõſiſtit in intelligẽdo; at in Deo idẽ eſt eſſe, & intelligere ſecundũ rẽ, differẽs ſolũ ſecundum intelligentiæ rationẽ; ergo attribuenda eſt Deo beatitudo ſecundũ intellectũ Maior probatur. Beatitudo ſignificat bonũ perfectũ intellectualis naturæ; at id, quod eſt perfectiſſimũ in qualibet intellectuali natura eſt in-
C *tellectualis operatio; ergo cuiuſlibet intellectualis naturæ creatæ beatitudo cõſiſtit in intelligẽdo; maior huius argumenti probatur; quia, ſicut vnaquæq; res appetit ſuam perfectionem. Ita, & intellectualis natura naturaliter appetit eſſe beata. Minor probatur: quia natura intellectualis ſecundum operationem intellectus capit quodammodo omnia.*

Secundò probatur Concluſio. Quia alijs beatis attribuitur beatitudo ſecundum intellectum; ergo etiã Deo. Conſequentia probatur: quia alij dicuntur beati per aſſimilationem ad Deum.

Expoſitio Textus.

D MOuet hic tres quæſt. Caiet. ex quibus præcipua eſt de veritate cõcluſionis, quã hic propoſitis trib. argumentis Scoti, & ex vno ferè, & eodẽ fundamẽto reiectis abſoluit: propria tñ huius Controuerſiæ ſedes eſt in 1. 2. q. 3. art. 4. & ſeq. vbi latiſſimè, & doctiſſimè tractatur à Bartholomeo Medina, & à Vaſquezio diſp. 10. & 11. & ab Aluarezio diſp. 20. 21. 22. & 23. & a Ioanne Salas tractatu 2. diſp. 2. ſect. 5. & 6. & eodem loco erunt a nobis examinanda varia recentiorum dicta, & eorum argumenta diluenda.

Caiet. Medina. Vaſquez. Aluarez. Salas.

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus ſit beatitudo cuiuſlibet beati.

158 1. 2. q. 3. a. 1. Et 4. di. 43 q. 1 ar. 2. q. 1. Et 1. cõt. c. 102. Q. 6 ar. 2. Q. 6. ar 2. & 4. & q. 11. ar. 3.

E AD tertiũ ſi proceditur. Videtur, quòd Deus ſit beatitudo cuiuſlibet beati. Deus. n. eſt ſummũ bonũ, vt ſupra * oſtenſũ eſt. Impoſſibile eſt aũt eſſe plura ſũma bona, vt ẽt ex ſuperioribus patet. * Cũ igitur de rõne beatitudinis ſit, ꝙ ſit ſummũ bonũ videtur, ꝙ beatitudo non ſit aliud, quàm Deus.

2. Præterea. Beatitudo eſt finis rationalis naturæ vltimus. Sed eſſe vltimum finem rationalis

lis naturæ, ſoli Deo conuenit. Ergo beatitudo cuiuslibet beati eſt ſolus Deus.

Sed contra. Beatitudo vnius eſt maior beatitudine alterius, ſecũdũ illud 1. Cor. 15. Stella differt a Stella in claritate. Sed Deo nihil eſt ma*. Ergo beatitudo eſt aliqd aliud, ꝙ Deus.

Reſpõdeo. Dicẽdũ, ꝙ beatitudo intellectualis naturæ cõſiſtit in actu * intellectus. In quo duo poſſunt cõſiderari, ſ. obiectũ actus, qđ eſt intelligibile; & ipſe actus, qui eſt intelligere. Si igitur beatitudo cõſideretur ex parte ipſius obiecti, ſic ſolus Deus eſt beatitudo; quia ex hoc ſolo eſt aliquis beatus, ꝙ Deũ intelligit, ſecũdũ illud Aug. in * 5. lib. cõf. Beatus eſt, q te nouit, et ſi alia ignoret. Sed ex parte actus intelligentis beatitudo eſt quid creatum in creaturis beatis; in Deo autem eſt etiam ſecundũ hoc aliquid increatum.

D.291.308

lib 5. conf. c.4. in pri. to.1.

Ad primũ ergo dicendũ, ꝙ beatitudo quantũ ad obiectũ, eſt ſummũ * bonũ ſimpliciter; ſed quantũ ad actũ in creaturis beatis, eſt ſummum bonum, non ſimpliciter, ſed in genere bonorum participabilium a creatura.

D.176. 287

Ad ſecundũ dicendũ, quod finis eſt duplex, ſ. cuius, & quo, vt Philoſophus dicit, ſcilicet ipſa res, & vſus rei.* Sicut auaro eſt finis pecunia, & acquiſitio pecuniæ. Creaturæ igitur rationalis eſt quidẽ Deus finis vltim⁹, vt res, beatitudo aũt creata vt vſus, vel magis fruitio rei.

80

Forma Textus.

Reſpondet Sãctus Doctor vnica diſtinctione, & duabus Cõcluſionibus. Diſtinctio eſt: In actu intellectus, in quo conſiſtit beatitudo intellectualis naturæ, duo poſſunt conſiderari. ſ. obiectum actus, quod eſt intelligibile, & ipſe actus, qui eſt intelligere.

Prima Concluſio, Si beatitudo conſideretur ex parte ipſius obiecti; ſic ſolus Deus eſt beatitudo. Probatur: quia ex hoc ſolo eſt aliquis beatus, quòd Deum intelligit; ergo. Antecedens eſt Auguſtini lib. 5. Confeſsionum dicentis. Beatus eſt, qui te nouit, etiam ſi alia ignoret.

Secunda Concluſio. Ex parte actus intelligentis beatitudo eſt quid creatum in creaturis beatis, in Deo autẽ eſt etiam ſecundum hoc aliquid increatum. Hæc concluſio non probatur, ſed relinquitur, vt nota quo ad ſecundam partem, ex articulo præcedente, vbi dictum eſt in Deo idem eſſe intelligere, quod eſſe ſecundum rem: quo ad priorem autem partem euidens eſt, quia conſtat actũ intelligendi creaturæ eſſe aliquid creatum.

Caiet. Capreol.

Circa ſecundam hanc Concluſionem vide, quę ſcribit Caietanus ex Capreolo, de quibus agendum erit 1.2.q.3.ar.1.

A

ARTICVLVS IV.

Vtrum in Dei beatitudine omnis beatitudo includatur.

AD quartũ ſic proceditur. Videtur, ꝙ beatitudo diuina nõ cõplectatur oẽs beatitudines. Sũt.n. quædã beatitudines falſæ. Sed ĩ Deo nihil põt eſſe falſũ. Ergo diuina beatitudo nõ cõplectitur oẽm beatitudinem.

159 1.con.c. vlt.

2. Pręterea. Quędã beatitudo ſecũdũ quoſdã cõſiſtit in rebus corporalibus, ſicut voluptatibus, diuitijs, & hmôi. Quæ quidẽ Deo conuenire nõ poſſunt, cũ ſit incorporeus. Ergo beatitudo eius nõ cõplectitur oẽm beatitudinem.

B

Sed contra eſt ꝙ beatitudo eſt perfectio quædã, diuina aũt perfectio cõplectitur oẽm perfectionem, vt ſupra * oſtenſum eſt. Ergo diuina beatitudo cõplectitur omnem beatitudinem.

Q.4.a.2.

Reſpondeo. Dicendũ, ꝙ quicquid eſt deſiderabile in quacunq; beatitudine vel vera, vel falſa, totũ eminentius in diuina beatitudine præexiſtit. De cõtẽplatiua.n. fęlicitate, hẽt cõtinuã, & certiſsimã cõtẽplationẽ ſui, & oĩum aliorũ: de actiua verò, gubernationẽ totius vniuerſi. De terrena verò fęlicitate, quę cõſiſtit in voluptate, diuitijs, poteſtate, * dignitate, & fama, ſecũdũ Boet. in 3. de cõſol. habet gaudiũ de ſe, & de omnib. alijs pro delectatione. pro diuitijs habet omnimodã ſufficientiã, quam diuitiæ promittunt; pro poteſtate, omnipotentiam, pro dignitate, omniũ regimen, pro fama verò, admirationem totius creaturæ.

C

D.1.

Ad primum ergo dicendum, quòd beatitudo aliqua ſecũdũ hoc eſt falſa, ſecũdũ quod deficit a ratione veræ beatitudinis, & ſic non eſt in Deo. Sed quicquid habet de ſimilitudine quantumcunq; tenuis beatitudinis, totũ pręexiſtit in diuina beatitudine.

D

Ad ſecũdũ dicendũ, ꝙ bona, quę ſunt in corporalibus corporaliter, in Deo ſũt ſpiritualiter ſecũdũ modũ ſuũ. Et hęc dicta ſufficiãt de his, quæ pertinẽt ad diuinæ eſſentiæ vnitatem.

Concluſio eſt affirmatiua.

Vide, quæ hic notat Caietanus tam circa ſenſum quæſiti, quàm circa probationem concluſionis.

E

Sit laus Deo beatiſsimo, qui nos, quos per Angelici Doctoris ſapientiam ſinceræ fecit Veritatis cultores, eiuſdem S. D. ſuffragantibus meritis in ſuæ fęlicitatis conſortium clementer admittat.

F I N I S.

Digitized by Google

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRAE.

Ex Geneſi.

1 IN principio creauit Deus cælum, & terram &c. pag. 163. & 820.
ibid. Dixit Deus fiat lux; & facta eſt lux pag. 511. & 817
ibid. Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram 170
ibid. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona. pag. 178. & 198
2 Fecit Deus hominem de limo terræ. 845
3 Ecce Adam factus eſt quaſi vnus ex nobis. 71
11 Faciamus nobis ciuitatem, & turrim, cuius culmē pertingat ad cælum. 71
22 In monte Dominus videbit. 570
25 Deprecatuſq; eſt Iſaac pro vxore ſua, eò quod eſſet ſterilis: qui exaudiuit eum, & dedit conceptū Rebeccæ. 819
28 Verè Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam. pag. 244
45 Non veſtro conſilio; ſed Dei voluntate huc miſſus ſum. 810
50 Dixit Ioſeph fratribus ſuis, num Dei poſſumus reſiſtere voluntati? vos cogitaſtis de me mala, ſed Deus vertit illud in bonum, vt exaltaret me, ſicut in præſentiarum cernitis, vt ſaluos faceret multos populos 758

Ex Exodo.

3 LOcus, in quo ſtas, terra ſancta eſt. 244
ibid. Ego ſum, qui ſum ſic dices filijs Iſrael: qui eſt, miſit me ad vos. 472
13 Locutus eſt Dominus ad Moyſen dicens. 38
25 Inſpice, & fac ſecundùm exemplar, quod tibi monſtratum eſt in monte. 30
32 Aut ſi non facis, dele me de libro tuo. 892

Ex Numeris.

2. 4. & 5. LOcutus eſt Dominus ad Moyſen dicens. pag. 38

Ex Deuteronomio.

4 HAec eſt ſapientia veſtra, & intellectus coram populis. 370
Ibid. Quæ creauit Deus in miniſterium cunctis gentibus. 820
Ibid. Dominus ipſe eſt, & non eſt alius præter eum; pag. 306
8 Dominus Deus tuus vnus eſt. 308
32 Videte, quòd ego ſim ſolus, & nō ſit alius Deus præter me. 308

Ex Ioſue.

10 OBediente Deo voci hominis. 819

Ex Primo Regum.

2 NOn eſt ſanctus, vt eſt Dominus; neq; enim eſt alius extra te. 308

Ex 3. Regum.

6 BEnedixit Nabot Deo, & Regi. 71
11 Certiſsimè auertent corda veſtra, &c. 542

Ex 2. Paralip.

21 SVſcitauit ergo Dominus contra Ioram ſpiritum Philiſtinorum. 810

Ex apocr. Eſdræ.

4 MAieſtas, & poteſtas anorum eſt apud te Domine. 270

Ex Tobia.

3 NOn delectaris in perditionibus noſtris. pagina 880

Ex Eſther.

13 DOmine Deus Rex omnipotens in ditione tua cuncta ſunt poſita, & non eſt, qui poſsit reſiſtere tuæ voluntati, ſi decreueris ſaluare Iſrael. pag. 758

Ex Iob.

1 DOminus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit ita factum eſt. 755
2 Benedic Deo, & merere. 71
9 Deus, cuius iræ nemo reſiſtere poteſt. 758
10 Manus tuæ Domine fecerunt me, & plaſmauerunt me. 764
21 Dixerunt Deo recede à nobis. 851
24 Rebelles fuerunt lumini ibidem

Ex Pſalmis.

5 ODiſti omnes, qui operantur iniquitatem, perdes omnes, qui loquuntur mendacium; virum ſanguinum, & doloſum abominabitur Dominus 721. & 728
9 Perfice greſſus meos in ſemitis tuis, vt non moueantur veſtigia mea. 792. & 838
16 Satiabor cum apparuerit gloria tua. 310
16 A reſiſtentibus dexteræ tuæ cuſtodi me vt pupillam oculi 758
18 Cæli enarrant gloriam Dei. 96
39 In capite libri ſcriptum eſt de me. 892
48 Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius. 755
49 Plenitudo agri mecum eſt. 563
67 Qui habitare facit vnius moris in domo. 784
75 Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. pagina 254
80 Si populus meus audiſſet me, Iſrael ſi in vijs meis ambulaſſet, pro nihilo forſitan inimicos eorum humiliaſſem 546
89 Priuſquam montes fierent aut formaretur terra, & orbis, à ſæculo, & vſq; in ſæculum tu es Deus. 567
85 Tu es Deus ſolus. 308
104 Conuertit cor eorum, vt odirent populum eius pag. 810
109 Ante luciferum genui te. 562
110 Magna opera Domini, exquiſita in omnes voluntates eius. 782
118 Deduc me in ſemitā mandatorum tuorum. 838
122 Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis. pag. 239

131 Si cuſtodierint filij tui teſtamentum meum, & teſtimonia mea hæc, quæ docebo eos, & filij eorum vſque in ſæculum ſedebunt ſuper ſedem tuam. pag. 540
138 Si aſcendero in cælum, tu illic es, ſi deſcendero ad infernum, ades, ſi ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris; etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. 64. & 225
144 Suauis Dominus vniuerſis, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius. 511. & 881

Ex Prouerbijs.

8 DElitiæ meæ eſſe cum filijs hominum. 880
14 Errant, qui operantur malum. 783
16 Vniuerſa enim propter ſemetipſum operatus eſt Dominus. 178 & 719. & 832
21 Sicut diuiſiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini, & quocunque voluerit, inclinabit illud. pag. 783. & 842
30 Qui vehementer emungit, elicit ſanguinem. 802

Ex Eccleſiaſt.

1 SApientia à Domino Deo eſt, & cum illo fuit, & eſt ante æuum. 270
3 Terra in æternum ſtat. 254
11 Bona, & mala, vita & mors, paupertas, & honeſtas à Deo ſunt. 755
15 Non concupiſcit Deus multitudinem filiorum infidelium, & inutilium. 881
24 Ego quaſi trames aquæ immenſæ, de fluuio; Ego quaſi fluuius Diorix, & ſicut aquæductus exiui de paradiſo. 30
39 Omnia opera Dei bona ſunt. 27

Ex Canticis Canticorum.

3 TEnui eum, nec dimittam. 377

Ex Sapientia.

1 DEus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. 878
4 Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. 540. & 861
7 Candor eſt enim lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula; & imago bonitatis illius. 390
11 Diligis omnia, quæ ſunt, & nihil odiſti eorum, quæ feciſti. 725
13 A magnitudine enim ſpeciei, & creaturæ, cognoſcibiliter poterat Creator omnium videri. 96

Ex Iſaia.

13 EGo ſuſcitabo ſuper eos Medos, 810
26 Omnia opera noſtra operatus es in nobis Domine. 764
38 Morieris, & non viues etc. 541
53 Dominus poſuit in eo iniquitates omnium noſtrum. pag. 755
Ibid. Et Dominus voluit conterere eum in infirmitate. ibidem
44 Ego primus, et ego nouiſſimus, & abſque me non eſt Deus. Quis ſimilis mei. 308
45 Ego Dominus, et non eſt alius, extra me non eſt Deus. 308
45 Ego Dominus, et non eſt alter. formans lucem, et creans tenebras, faciens pacem, & creans malum. pag. 755
50 Dominus Deus auxiliator meus, ideo non ſum confuſus. 208
50 Dominus Deus aperuit mihi aurem: ego autem non contradico. 847
Ibid. Corpus meum dedi percutientibus, et genas meas vellentibus. ibidem
53 Tradidit in mortem animam ſuam. 755
55 Et quomodo deſcendit imber, & nix de cælo & illuc vltra non reuertitur; ſed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti, & panem comedenti: ſic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, ſed faciet, quæcunque volui, & proſperabitur in ijs, ad quæ miſi illud. 843

Ex Hieremia.

18 REpleuerunt locum iſtum ſanguine innocentium, & ædificauerunt excelſa Baalim &c. quæ nec præcepi, nec locutus ſum, nec aſcenderunt in cor meum. 812
26 Noli ſubtrahere verbum, ſi forte audiant, & conuertantur. 547

Ex Ezechiele.

2 LOquaris verba mea ad eos, ſi forte audiant, & quieſcant &c. 547
18 Nunquid voluntatis meæ eſt mors impij, & non vt conuertatur à vijs ſuis? 691. & 880
36 Dabo vobis cor nouum, & ſpiritum nouum ponam in medio veſtri, & auferam cor lapideum de carne veſtra, & dabo vobis cor carneum, & ſpiritum meum ponam in medio veſtri, & faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis, & operemini. 694. & 784. 838. et 842

Ex Daniele.

10 PRinceps Regni Perſarum reſtitit mihi viginti & vno diebus. 418

Ex Oſea.

13 PErditio tua Iſrael ex te, tantummodo ex me auxilium tuum. 808. et 821

Ex Iona.

3 ADhuc quadraginta dies, et Niniue ſubuertetur. 541

Ex Zacharia.

8 VNuſquiſque malum contra amicum ſuum ne cogitetis in cordibus veſtris, et iuramentum mendax ne diligatis; omnia enim hæc ſunt, quæ odiui, dicit Dominus. 725
Vlt. In die illa erit Dominus vnus, & nomen eius vnum. 434

Ex Malachia.

1 IAcob dilexi, Eſau odio habui. 817

Ex 1. Machabeorum.

1 DEſtinauit aliquos de populo. 814
Ibid. Et abierunt ad Regem.

Ex ſecundo Machabeorum.

6 Deſtinauit in corde ſuo non admittere illicita propter vitæ amorem. 414
7 Singulorum membra, non ego ipſa compegi. 764
11 Leonũ more irruẽtes in hoſtes proſtrauerũt eos. 784

Ex Mattheo.

5 VT videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cælis eſt. 864
7 Nolite ſanctum dare canibus. 57
In-

8 *Imperauit ventis & mari.* 817
9 *Deus eſt bonus.* 27
11 *Qui minor eſt in regno cælorum, maior eſt illo. pag.* 369
Ibid. Si in Tyro,& Sydone factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, olim in cinere, & cilicio pœnitentiam egiſſent. 538.& 546.& 849
12 *Aut non legiſtis in lege; quia Sabbatis ſacerdotes in templo Sabbathu violant,& ſine crimine sũt? Dico autem vobis; quia templo maior eſt hic.* 36
13 *Simile eſt Regnum Cælorum theſauro.* 71
13 *Elegerunt bonos in vaſa, malos autem foras miſerunt; ſic erit in conſumatione ſeculi.* 875
15 *Honora patrem,& matrem.* 36
16 *Super hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.* 52
18 *Non legiſtis, quia qui fecit hominum ab initio.* 26
Ibid. Vbi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. 244
19 *Vnus eſt bonus Deus.* 27
19 *Amen dico vobis, quòd vos, qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cum ſederit filius hominis, in ſede Maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael.* 369
20 *An non licet mihi, quod volo facere.* 857
20 *Sed quibus paratum eſt à patre meo.* 872
23 *Quoties volui congregare.* 691
24 *Vt in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi.* 817
Ibid. Congregabunt electos eius. 817
25 *Venite benedicti &c.* 871
Ibid. Eſuriui enim &c.
26 *Si non poteſt tranſire à me calix iſte, niſi bibam illum, fiat voluntas tua.* 755
Vlt. Non eſt hic. 247

Ex Marco.

12 P*Rimum omnium mandatum eſt. Audi Iſrael, Dominus Deus tuus vnus eſt.* 308
13 *De die autem illa nemo ſcit.* 418

Ex Luca.

10 N*Omina veſtra ſcripta ſunt in cælis.* 892
11 *Omne Regnum in ſeipſo diuiſum &c.* 26
21 *Cælum,& terra tranſibunt.* 52
22 *Filius hominis, ſicut definitum eſt vadit.* 781

Ex Ioanne.

1 I*N propria venit,& ſui eum non receperunt. pag.* 363
Ibid. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, qui non ex ſãguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. 363
3 *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret.* 821
5 *Quomodo poteſtis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis,& gloriam quæ a ſolo Deo eſt, non quæritis?* 546
Ibid. Si alius venerit in nomine ſuo, illum recipietis. pag. 547
6 *Cum ſciret; quia venturi eſſent &c.* 547
Ibid. Nemo poteſt venire ad me, niſi pater, qui miſit me, traxerit eum. 843
6 *Omnis, qui audit à patre, & didicit, venit ad me. pag.* 838
8 *Et in lege veſtra ſcriptum eſt.* 36
Ibid. Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. 36
8 *Et non rapiet quiſquam de manu mea.* 838
10 *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant &c.* 282
11 *Non eram ibi.* 247
12 *Ego lux veni in mundum.* 201
13 *Spiritus veritatis, qui docebit omnem veritatem. pag.* 37
14 *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt.* 369
Ibid. Tanto tempore vobiſcum ſum, & non cognouiſtis me? Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum; non credis; quia ego in Patre, & Pater in me eſt? 384
Ibid. Sicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio, ſurgite eamus hinc. 755
15 *Ego ſum vitis, & vos palmites.* 70
15 *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum,& quem miſiſti Ieſum Chriſtum. pag.* 328.& 392.
17 *Dilexiſti me ante mundi conſtitutionem.* 563
18 *In hoc miſſus ſum vt teſtimonium perhibeam veritati.* 37

Ex Actis Apoſtolorum.

4 C*Onuenerunt enim verè in ciuitate iſta, aduerſus ſanctum puerum tuum Ieſum, Herodes, & Pontius Pilatus facere, quæ manus tua, & cõſilium tuum decreuerunt fieri.* 781.
7 *Vos ſemper Spiritui ſancto reſtitiſtis.* 758.
11 *In ipſo viuimus, mouemur,& ſumus.* 16.& 764.
13 *Crediderunt, quotquot erant præordinati ad vitam æternam.* 818.
14 *Et quidem ſine teſtimonio ſemetipſum reliquit benefaciens nobis de cælo dans pluuias.* 96.
15 *Niſi circumcidamini ſecundum morem Moyſi, non poteritis ſalui fieri.* 784.
17 *Quamuis non longè ſit ab vnoquoque noſtrum, in ipſo enim viuimus, mouemur,& ſumus.* 225.

Ex epiſt. ad Rom.

1 Q*Vod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis. Deus enim illis manifeſtauit, Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque eius virtus,& diuinitas.* 4.& 14.& 96.& 311.& 426.
Ibid. Cuius vult miſeretur, & quem vult indurat. pag. 722
2 *Quis prior dedit illi, & retribuetur ei?* 372.& 737
2 *Qui reddet vnicuiq; iuxta opera eius.* 370
5 *Si enim vnius delicto mors regnauit per vnum, multò magis abundantiam gratiæ, & donationis, & iuſtitiæ accipientes in vita regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum. Igitur ſicut per vnius delictum in omnes homines, in condemnationem, ſic, & per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi, ita per vnius obedientiam, iuſti conſtituentur multi.* 202

Ibid. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. 202.
Ibid. Vbi abundauit delictum, ſuperabundauit, & gratia. 826.
6 Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur. 250.
8 Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis qui ſecundùm propoſitum vocati ſunt ſancti. 548. & 827. & 870.
Ibid. Quos autem prædeſtinauit, hos & iuſtificauit, quos autem iuſtificauit, illos & glorificauit. 826. & 870.
8 Proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. 649.
8 Quis accuſabit aduerſus electos Dei? 817.
9 Iſrael ſectando legem iuſtitiæ, in legem iuſtitiæ non peruenit. Quare? quia non ex fide. 880.
9 Cum enim, nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent, aut mali, non ex operibus, ſed ex vocante, dictum eſt ei: quia maior ſeruiet minori ſicut ſcriptum eſt: Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. 833. & 834. & 885.
Ibid. Non ex operibus, ſed ex vocante. 845. & 885.
Ibid. Igitur non eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis Dei eſt. 845.
Ibid. Dicis itaque mihi, quid adhuc queritur? voluntati enim eius quis reſiſtit? 788. & 843.
Ibid. Cuius vult miſeretur, & quem vult indurat. 857.
Ibid. O homo tu quis es, qui reſpondeas Deo? nunquid dicit figmentum ei, qui ſe finxit, quid me feciſti ſic? An non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam. 845.
Ibid. Quòd ſi Deus volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam ſuſtinuit in multa patientia, Vaſa iræ apta in interitum, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ, in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam. 829. & 831.
10 Finis legis Chriſtus eſt ad iuſtitiam omni credenti. 403. & 829.
Ibid. Fides ex auditu, auditus autem per verbum Chriſti. 836.
11 Quis prior dedit ei, & retribuetur ei? 867.
Ibid. Dicis, fracti ſunt rami, vt ego inſerar; benè, propter incredulitatem fracti ſunt, tu autem fide ſtas, noli altum ſapere, ſed time. 881.

Ex epiſt. 1. ad Corinthios.

1 Qui factus eſt nobis ſapientia, & iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio. 201. 203. & 370.
2 Quæ præparauit Deus iis, qui diligunt illum. 872.
Ibid. Nos autem ſenſum Chriſti habemus. 74.
3 Omnia enim veſtra ſunt, ſiue Paulus, ſiue Apollo, ſiue Cephas, ſiue mundus, ſiue vita, ſiue mors, ſiue præſentia, ſiue futura; omnia enim veſtra ſunt, vos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei. 820.
Ibid. Vnuſquiſq; propriam mercedem accipiet, ſecundùm proprium laborem. 369.
4 Quis enim te diſcernit? 839. & 845. & 846.
4 Quid autem habes, quod non accepiſti, etſi accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis? 845. & 886.
6 Et hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri. 202.
8 Scimus; quia nullus eſt Deus, niſi vnus. 308.
9 Sic currite, vt comprehendatis. 377.
10 Bibebant autem de ſpirituali conſequente eos petra; petra autem erat Chriſtus. 60.
12 Operatur omnia in omnibus 16. & 764.
13 Siue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur. pag. 28.
15 Gratia Dei id ſum, quod ſum. 363.
Ibid. Si Chriſtus prædicatur, quòd ſurrexit à mortuis, quomodo dicunt quidam in vobis, quòd reſurrectio mortuorum non eſt? 67.
15 Stella differt à Stella in claritate, ſic & reſurrectio mortuorum 369.

Ex epiſt. 2. ad Corinthios.

3 Non quòd ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficienti noſtra ex Deo eſt. 838. & 863.
3 Quoniam velamen poſitum eſt ſuper faciem eorum, dum legitur Moyſes. 67.
9 Vnuſquiſque, prout deſtinauit in corde ſuo. 814.
10 Arma militiæ noſtræ, non carnalia ſunt, ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum, conſilio deſtruentes & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei. & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti. 52.
12 Audiui arcana verba, quæ non licet homini loqui. pag. 335.
12 Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, Angelus Sathanæ, qui me colaphizet. 838.

Ex epiſt. ad Galatas.

3 Licet nos, aut Angelus de cælo euangelizet vobis, præterquam quod euangelizauimus vobis anathema ſit. 52.
4 Deus autem vnus eſt. 308.

Ex epiſt. ad Epheſios.

1 Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti, & immaculati in conſpectu eius in charitate. 817. & 828.
1 Prædeſtinati ſecundùm propoſitum voluntatis eius pag. 857. & 885.
2 Gratia eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum eſt. 8.
2 Ipſius enim factura ſumus creati in Chriſto Ieſu, in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus. 823. & 886.
2 Creati in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus. 781.

Digitized by Google

4 *Sicut gentes ambulant, alienati à via Dei.* 363.
5 *Tradiait ſemetipſum pro nobis oblationem, & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis.* 758.

Ex Epiſt. ad Philippenſes.

2 *DEus eſt enim, qui operatur in nobis, velle, & perficere pro bona voluntate.* 828. & 842.
3 *Sequor autem, ſi quomodo comprehendam.* 377.
4 *Quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ.* 892.
4 *Omnia poſſum in eo, qui me confortat.* 838.

Ex Epiſt. 1. ad Timotheum.

2 *QVi vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* 691. & 880.
4 *Omnis creatura Dei bona eſt.* 198.

Ex Epiſt. 2. ad Timotheum.

3 *OMnis ſcriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia.* 20.

Ex Epiſt. ad Titum.

3 *NOn ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundùm ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit.* 863.
3 *Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus ſancti. quem effudit in nos abundè per Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum, vt iuſtificati gratia ipſius hæredes ſimus, ſecundùm ſpem vitæ æternæ.* 202.

Ex Epiſt. ad Hebreos.

2 *DEcebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, authorem ſalutis eorum per paſsionem conſumare.* 421.
2 *Qui habet mortis imperium.* 817.
11 *Eſt autem fides ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium.* 8. & 402.
Ibid. *Aptata eſſe ſecula Verbo Dei, vt ex inuiſibilibus viſibilia fierent.* 511.
Ibid. *Sine fide impoſsibile eſt placere Deo.* 6.
Ibid. *Credere enim oportet accedentem ad Deum; quia eſt.* 8. & 15.

Ex Epiſt. S. Iacobi.

1 *APud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſsitudinis obumbratio.* 581.
2 *Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni, quod promiſit Deus diligentibus ſe.* 872.

Ex Epiſt. 1. S. Petri.

5 *SObrij eſtote & vigilate; quia aduerſarius veſter diabolus, tanquam Leo rugiens circuit, quē deuoret.* 70.

Ex Epiſt. 2. S. Petri.

1 *PEr quem maxima, & precioſa nobis promiſsa donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ.* 363.
3 *Neminem Deus vult perire.*

Ex Epiſt. 1. S. Ioannis.

3 *CVm apparuerit, ſimiles ei erimus, & videbimus eum, ſicuti eſt.* 337. & 400. 370. & 382.
3 *Omnis, qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit, quoniam ſemen ipſius in eo manet, & non poteſt peccare, quia ex Deo natus eſt.* 366. & 671.

Ex Apocalipſi.

3 *EGo ſto ad oſtium, & pulſo.* 852.
19 *Vera, & iuſta iudicia ſunt eius, qui vindicauit de meretrice magna; quæ corrupit terram in proſtitutione ſua, & vindicauit ſanguinem ſeruorum ſuorum de manibus eius.* 738.
20 *Et iudicati ſunt mortui ex his, quæ ſcripta erant in libris ſecundum opera eorum.* 893.
Ibid. *Qui ſcripti ſunt in libro vitæ.* 892.

FINIS.

INDEX RERVM NOTABILIVM, QVÆ IN HOC PRIMO volumine continentur.

A

ABſolutum dupliciter, ſcilicet à termino, & à ſubiecto vel à forma. pagina 161. col. 1.c

Abſt. actio quomodo illuminet. pagina 32.col.2.a.& 33 col.1.b.

Abſtractio obiectorum pertinet ad primam operationẽ intellectus. pagina 32.col.1.c.

Abſtractio obiecti ſacræ Theologiæ qualis ſit. 33 col.2.a

Abſtractio quid ponat in obiecto, & quid in intellectu. 35.col.1.d.

Abſtractum, & concretum in rebus materialibus quomodo differant. 122.col.2 c

Abſtractum in rebus materialibus quomodo ſit pars concreti. 123.col.1.b

Abſtractum in rebus materialibus poteſt verè prædicari de concreto. 123.col.1.c

Abſtractum omne ſubſiſtẽs tres habet conditiones. pag. 167.col.1.c

Abſtractum omne ſubſiſtens habet omnem perfectionẽ poſſibilem infra latitudinem ſuæ rationis formalis. ibidem.

Abſtractum omne ſubſiſtens eſt tale per eſſentiam; & eſt tantum vnum. 167.col.1.d

Abſtractum ſubſiſtens, vt tres habeat dictas conditiones tres alias requirit: prima, vt ſit actu ſecundùm ſuum ordinem receptibilis: ſecunda, vt naturaliter ſubſiſtat. Tertia, vt talis ſubſiſtentia, & abſtractio ſit ab omni limitatiuo, & contractiuo, quo illud ſubſiſtens ſecundùm ſuam rationẽ formalem natum eſt contrahi. ibid.

Abſtracti ſubſiſtentis, dictæ tres conditiones declarantur. ibi.col.2.

Abſtractum, cur nihil habeat, quod ſit præter eius eſſentiam. 153.col. 2.b

Accidentia indiuiduant formam ſubſtantialem, pag. 113.col.2.e.

Accidentia propriam habent exiſtentiam. 134.col.2.e

Accidentia in ſacramento Euchariſtiæ habent eſſe, vt quod. 135.col.1.c

Accidens dupliciter; ſ. vt nomen primæ intentionis, & vt nomen ſecundæ intentionis. 152.col.2.d

Accidentis proprium eſt ſupplere imperfectionem ſubſtantiæ, & eſſe participationem ſuperioris naturæ. pag. 36..d.c.1.

Accidens, quatenus ens, per ſubſtantiam diffinitur. pag. 451.a c.1.

Accidentia eo ſimpliciora ſunt, quo ſunt intenſiora, & minus contrario permixta. ibid.

Addere ſuper alterum cõtingit trib.modis. 175.col.1.a

Acquiſitio auxilij meritum congrui ſonat. 840.col.1.d

Actio eſt cauſalitas agentis, & ideo neceſſe eſt, vt ſit in agente. 899.col.2.c

Actio phyſicè non eſt ſola dependentia, aut modus effectus; ſed verè, & propriè eſt effectus agentis. pag. 900.col.1.b

Actio Metaphyſica, ideſt, eſſentialiter dicta ab agente cauſatur. 900.col.1.d

Actionem eſſe in agente probatur ex dictis Sancti Tho. 900.col.2.b

Actio tranſiens quomodo ſit in Deo. 768.c.c.2

Actio non eſt tantùm motus, vt ab hoc. 900.col.2.b

Actio ſumitur quatuor modis, ſcilicet antecedenter, &c. 897.col.2 a

Actio antecedenter quid ſit. ibidem

Actio concomitanter ſumpta, quid ſit. ibidem

Actio concomitanter, poteſt dici actio eſſentialiter phyſicè. 897.col.2.e

Actio formaliter ſumpta quid ſit. ibidem

Actio eſſentialiter ſumpta quid ſit. ibidem

Actio eſſentialiter ſumpta dicit relationem tranſcendentem. ibid.

Actionem eſſentialiter ſumptam eſſe in agente probatur. 898.col.1.e

Actio reducit agentem de potentia ad actum. ibid.

Actio tranſiens an ſit in agẽte, vel in paſſo. 897.col.1.d

Actio tranſiens antecedenter, & formaliter ſumpta eſt in agente. 901.col.2.e

Actio concomitanter, ſiue eſſentialiter phyſicè eſt in paſſo. ibid.

Actio eſſentialiter metaph. eſt in agente. ibid.

Actio eſſentialiter ſumpta cauſatur ab agente, pagina 902.col.1.c

Actio tranſiens, & immanens quomodo differant. ib.e

Actio agentis circa materiam duplex. 115.col.1.b

Actio ſtudioſa poteſt dupliciter dirigi vno modo in vniuerſali, alio modo in particulari. 44 col.1.a

Actio immanens non omnis habet terminum productũ. 335.c.1.d

Actio immanens, quæ ſit verbi productiua. ibid.

Actio poteſt eſſe ſine termino producto. 336.c.1.b

Actio primæ cauſæ, & ſecundæ quem ordinem habeant ad inuicem. 771.c.1.a

Actiones immanentes quomodo ſint qualitates. pag. 337.c.1.e

Actiones immanentes non ſunt productiones. ib.c.2.a

Actio an, & quomodo importet aliquid præter relationem, & motum. 903.col.2.b

Actionum immaterialium duplex genus. 251.c.1.c

Actiones immanentes duplices. ibid.d

Actiones tam immanentes, quàm tranſeuntes connaturales duplices. ibid.e

Actio

Actio vitalis neceſſariò eſt ab intrinſeco principio. pag. 353.c.1.c
Actio eadem numero ſecundum eſſe naturæ prius moraliter bona fit mala moraliter. 653.c.1.e
Actio primæ cauſæ, & actio ſecundæ cauſæ ordinem habent naturæ inter ſe, & actio huius ab illius actione dependet. 770.c.2.d
Actus ſupernaturalis eſt, ſi agens fuerit ſupernaturale. 11.col.1.e
Actus ſupernaturalis duplex, ſ. ſecundum ſe, & ſecundū modum fiendi. 11.col.2.a
Actus elicitus ab intellectu non per ſe regulatur per habitum practicum. 45.col.1.c
Actus elicitus voluntatis non eſt id ſolum, quod regulatur per ſe per habitum practicum. 45.c.2.a
Actus non recipiunt ſuam perfectionem immediatè ab obiecto: ſed ex ordine ad obiectum. 184.col.2.b
Actus alterius potentiæ ab intellectu eſt id, quod vt plurimum regulatur per habitum practicum. 45.c.2.b
Actus intellectus quandoque regulatur per habitū practicum. 45.col.2.c
Actus refertur, per ſe primo ad propriam potentiam. 459.col.1.b
Actus intellectus ſimpliciter nobilior eſt materia prima, & è conuerſo. 286.a.c.1
Actus moraliter boni, &c. ſunt effectus prædeſtinat. 829.col.2.a
Actus vitalis habet eſſentialem ordinem ad potentiam. 345.a.c.2
Actus perfectio ex potentia quando redundet in perfectionem eiuſdem actus eſſentialem. 373.c.2.e
Actus ſupernaturalis intenſio, vt exit a perfectione potentiæ naturalis, non ſpectat ad perfectionem ſupernaturalem. ibidem
Actus perfectus eſt ratio cognoſcendi diſtinctè actus imperfectos. 394.c.c.1
Actus intellectus, & voluntatis ſupra ſe inuicem feruntur, & mutuò ſe includunt. 712.c.2.b
Actuum intellectus, & voluntatis in inuicem reflexio. 718.c.2.c.719.c.1.e
Actus intellectus, & voluntatis ſuper inuicem feruntur, & mutuò ſe præcedunt. 718.c.2.c.719.c.2.c
Actus malus moraliter duplex eſt, ſ. malus intrinſecè, a quo malitia eſt inſeparabilis, & malus ex defectu operantis, & hoc dupliciter. 802.c.1.e
Actus moraliter bonus ex obiecto eſt à Deo *inclinante, &c. licèt fiat malus ex malitia operantis.* 802.c.2.a
Actus intellectus, & voluntatis diuinæ in prouidentia quomodo ordinentur. 756.d.c.1
Actus peccati quo ad ſpeciem moris non cauſatur à Deo. 808.c.2.e
Actus intellectus non omnis eſt præcisè per modum ſcientiæ, & iudicij, 818.c.2.b
Actus omnes ſupernaturales electorum in vita præſenti ſunt prædeſtinationis effectus. 827 c.2.a
Actus moralis rectè rationi non conformis eſt ſimpliciter ſiue abſolutè malus. 807.c.2.c
Actus moraliter malus quo ad ſpeciem moralem non eſt à Deo præfinitus. 807.c.2.d
Actus negatio quomodo ſit libera. 802.c.2.a
Actus peccati ſecūdum ſpeciem naturæ eſt effectus prædeſt. 828.col.2.b
Actum peccati quo ad ſpeciem naturalem prædeterminat Deus præſuppoſita voluntatis determinatione ad ſpeciem moralem. 809.c.2.d
Actuum diuinorum ordo in prædeſtinatione Chriſti, & reliquorum quomodo conſiderandus. 819 c.2.e
Actuum diuinorum ordo circa futura contingentia. pag. 544.c.2.e
Aeternitatis diffinitio rectè colligitur ex diſcurſu S. Th. 258.col.1.a
Aeternitatis ratio formalis in quo conſiſtat. 258.c.1.c
Aeternitatem neceſſariò concipimus ad modum durationis menſurantis eſſe diuinum. 260.c.1.b
Aeternitatis infinitas pendet ex infinitate diuini eſſe. 260 col.1.c
Aeternitas non dicit negationem menſuræ. ibid.d
Aeternitatis ratio conſiſtit in apprehenſione obiectiua non excludendo conceptum formalem. ea.col.2.c
Aeternitas habet aliquid vt materiale, & aliquid vt formale ibid.d col.2
Aeternitas habet duplex formale, ſ. eſſentiale, & completiuum ibid.d
Aeternitas duplicem habet vnitatem, & duplicem vniformitatem ibid.col.2.d
Aeternitas dicitur vnitas vniformitatis abſque negatione ibidem
Aeternitas eſt materialiter vniformitas diuini eſſe. pag. 261.col 2.a
Aeternitas eſt formaliter vniformitas durationis diuini eſſe ibidem
Aeternitas includit rationem menſuræ tanquam modū intrinſecum completiuum rationis formalis. ibid.
Aeternitatis ratio formalis eſſentialis non completur per actum animæ. ibid.b
Aeternitati an conueniat menſurari. 263.col.1.c.& d.
Aeterna quædam abſoluta & quædam reſpectiua, & hæc duplicia, &c. 689.c.2.d
Aeternitati res eſſe præſentes, quo ſenſu verum ſit. 561.c.1.e
Aeternitati quomodo nunc ſint omnia præſentia. pag. 562.c.1.e
Aeternitatis latitudo duplex, ſcilicet extenſiua, & intenſiua. 560.c.2.c
in Aeternitate res ſunt ab æterno, non tamen ita, vt de illis poſſit ſimpliciter affirmari, quòd ſint, vel &c. 564.c.2 b.562.c.2.c.
Aeternitate generationis poſita, &c. vide Generatio.
Aeternitatis eminentia ſufficit ad veritatem propoſitionum de præterito, & de futuro. 570.c.1.e
Aeternitatis eſſentialis latitudo. 274.c.1.e
Aeternitatis participatæ latitudo ibidem.c.2.a
Aeternitatis participatæ minor eſt latitudo, quàm eſſentialis ibidem b.
Aeternitates ſingulæ ſunt in ſingulis beatis. 266.c.2.a
Aeternitas propriè non conuenit igni inferni, nec pœnis damnatorum ibid.b
Aeternitatis ratio quomodo conſequatur immutabilitatem 264.col.1.d
Aeternitas participata eſt menſura eſſe ſupernaturalis participati, non tamen ſecundum totum illius latitudinem. 285.col.1.c
Aeternitatis participatæ diffinitio. 286.col.1.e
in Aeternitate verum eſt Antichriſtum habere nō eſſe; ſed

Digitized by Google

ſed falſum eſt Antichriſtum in ea non habere eſſe. 562.c.2.b
Aeternitatis nomen analogum, & eius ſignificationes. 254.col.1.e.& col.2.a
Aeternitas ſignificat formaliter relationem menſuræ. 257.col.2.c
in Aeternitate res non incipiunt exiſtere. 565.c.1.d
Aeternitas eſſentialis dupliciter participatur. pagina 284.c.2.e.& 285.c.1.a
Aeternitas participata, qua menſurantur viſiones beatificæ, diſtinguitur realiter ab æternitate eſſentialiter dicta 286.c.2 b
Aeternitate nõ menſuratur gratia, & charitas viatoris ibidem e
Aeternitas participata, primò fuit viſio angeli; nunc eſt viſio animæ Chriſti 289.c.2.a
Aeternitatis ad tempus proportio eſt, ſicut proportio indiuiſibilis extra continuum ad ipſum continuum. 561.c.1.a
Aeternitatis prima radix eſt eſſe ipſum eſſe per eſſentiam 271.c.2.a
Aeuiternorum duratio menſuratur ab æuo dupliciter. 275.col.1.e
Aeuiternum ſupremum inter alia eſt immutabiliſſimũ, & ſimpliciſſimum. 291.col.2.d
Aeuiternorum omnium durationes ſecundum ſe ſunt æquales, licet per accidens, in ordine .ſ. ad tempus vna æſtimetur maior alia. 275.c.2.a
Aeuiterni duratio non ex tempore, ſed ex proprijs eſt iudicanda ibid.b
Aeuiterni primi duratio non conſtituitur per rationem menſuræ, nec per eam eſſentialiter determinatur. ibid.d
Aeuiterni primi vniformitas notior eſt in ratione menſuræ, quàm ſit propria vniformitas, cuilibet angelo 276.col.1.d
Aeui nomen quid ſignificet 270.c.2.a
Aeuum latinè dicitur æternitas ibid.
Aeuum ſignificat æternitatis participationem in ſubſtantijs ſpiritualibus ibid.b
Aeuum ſignificat longam temporis durationem ead.c
Aeuum prima ſui inſtitutione non ſignificat ſeculũ. ibid.
Aeui, & æternitatis differentia eſſentialis 271.c.1.e
Aeuum menſurat per modum vnitatis 291.c.2.b
Aeuum excellentiorem habet latitudinem durationis, quàm tempus. 274.c.2.d
Aeui ratio quo ad modum completur ab anima. ead.c. & 275.col.1.a
Aeuum diſtinguitur ab æternitate participata, vt imperfectum a perfecto alterius ordinis 285.c.2.a
Aeuum vnde habeat, vt tempori coexiſtat. 276.c.2.b
Aeuum ſignificat formaliter relationem menſuræ. pag. 257.col.2.c
Aeui ſubiectum multipliciter conſideratur a S.Thoma. ibid.d
Aeui ſubiectum eſt anima Chriſti abſolutè loquendo. 294.col.1.d
Aeui ſubiectum ſecundum talem conſiderationem eſt primus Angelus beatus, & ſecundum aliam Lucifer 294.col.1.c
Aeui diffinitio conuenit exiſtentiæ animæ Chriſti. pag. 293.c.1.d
Aeui vniformitas attenditur etiam ſecundum annexas operationes 294.c.2.a
Aeui ſubiectum quas requirat conditiones. 293.c.1.a
Aeui ſubiectum non eſt æternum ſimpliciter ſecundum naturam 295.c.1.c
Aeuum eſt in Chriſto ſubiectiuè, ſed per animam. pag. 293.c.2.c
Aeuum menſurat æuiterna quoad durationem, & non ſecundum rectitudinem, vel obliquitatem. 294.c.1.a
Aeuum pendet ex ſimplicitate, & actualitate ſubſtantiæ immaterialis 271.c.2.b
Aeui, & æternitatis differentiæ prima radix eſt diuerſitas actualitatis, & ſimplicitatis. ib.c.
Aeui, & æternitatis primaria differentia non eſt ex hoc, quòd æternitas eſt duratio per ſe, & ab intrinſeco neceſſaria, & independens, non autem æuum. ibid.
Aeui diffinitio, & explicatio 272.c.2.b
Aeuum non eſt accidens; ſed exiſtentia primi æuiterni. pag. 272.col.1.d
Aeuum ad eſſe æuiterni nihil abſolutum addit, ſed tantum relationem, & negationem ibidem
Aeuum addit relationem menſuræ, quæ ſequitur primitatem æuiterni ibid.c
Aeui complementum ex cognitione depẽdet. 273.c.1.a
Aeuum eſſe totum ſimul probatur ibid.b
Aeuum coexiſtit diuerſis partibus temporis 273.c.2.b
Aeuum habet latitudinem duratiuam, qua coexiſtit diuerſis partibus temporis, quando ſunt actu. ead.c.& 274.col.1.d
Aeui coexiſtentia declaratur exemplo pali defixi in flumio 273.c.2.d
Aeui duratio declaratur exemplo Solis lucentis. pag. 273.col.1.c
Actuum diuinorum ordo in agendo 511.c.1.b
Agens omne, quod immediatè agit, indiſtans eſt loco, ſiue ſitu, & ſuppoſito a re, in quam operatur. pag. 225.c.1.c
Agens naturale dupliciter, dicitur ſ. vt diſtinguitur contra ſupernaturale, & vt diſtinguitur contra liberum. pag. 11.col.1.d
Agens & actus per actionem productus debent ad inuicem proportionari. 11.c.1.c
Agens omne, ad hoc, vt agat, non debet eſſe ſimul cum paſſo, ſed tantum agens corporeum. 226.c.1.b.& d
Agens immediatè operari in re, & illi præſentem non eſſe implicat contradictionem 227.c.1.a
Agens eſſe ſimul cum paſſo, & mouens cum moto quid ſit 222.c.1.e
Agens corporeum non eſt in re, in quam operatur. pag. 227.c.2.e
Agens ſpirituale, puta angelus, dicitur eſſe in re, in quã operatur 222.c.2.e.& 223.c.1.a
Agens creatum non producit hoc eſſe cauſando ſolam determinationem 232.c.1.c
Agenti corporeo accidit, quod prærequirat actioni præſentiam, quæ eſt per quantitatis contactum. pagina 224.c.1.d
Agere in virtute alterius quid ſit. 771.c.2.d
Agens naturale cauſat eſſe. 232.c.1.d
Agens in generatione compoſiti non producit eſſe, quatenus eſt materiæ 232.c.2.e
Agens naturale dupliciter dicitur: vno modo, vt diſtinguitur contra liberum, alio modo, vt diſtinguitur

contra

contra ſupernaturale. 11.c.1.d
Agens, inquantum agens an, & quomodo patiatur. pag. 902.c.1.c
Agens, vt agens, qua ratione mutetur. 773.c.c.1
Agens vniuocum non cauſat per ſe, & formaliter naturam ſuæ ſpei, ſed tantùm per accidens, & materialiter 171.col.2.c
Agens intimè in re in eſt illi intimè 223.c.1.b
Agens agit ſibi ſimile ſecundum formam, qua agit, & quo ſenſu verum ſit 170.c.1.b
Agens, vt dicatur immediatum immediatione virtutis, non ſatis eſt, vt per virtutem ab eo diffuſam, & non per ſuppoſitum paſſum contingat 230.c.1.a
Agens primum, & per ſe idem eſt, quod agens per ſe primò 106.c.2.a
Agentis voluntarij quis modus communicationis. pag. 674.c.1.c
Agentis immediatio duplex, ſ. virtutis, & ſuppoſiti. pag. 222.c.1.c
Agentia creata non poſſunt facere ens abſolutè, ſine per ſe primò, ſed hoc ens, vel tale 232.c.1.b
Agens omne intendit facere aliquid finitum. 888.c.2.b
Agentium ſubordinatorum ordo diuerſus quo ad ſuppoſita, & quo ad virtutes 228.c.2.b
Agentis perfectio finis eſt ipſius agentis. 899.c.1.c
Agentis operatio non eſt tantùm ſignum perfectionis, ſed eſt ipſa eius perfectio formaliter 899.c.2.b
Agens communicando ſui ſimilitudinem paſſo acquirit non extrinſecam, ſed intrinſecam perfectionem. pag. 890.c.1.b
Agere per intellectum an, & quomodo ſit præſtantius, quàm agere per naturam 505.c.2.d.506.c.1.d
Agere immediatè immediatione ſuppoſiti excludit conſortium ſuppoſiti ſubordinati 231.c.1.b.& pag. 299.c.2.c.
Agere in virtute alterius quid ſit. 771.c.2.c
Albedo ſubſiſtens eſſet actus de natura ſua receptibilis in ſubiecto 206.c.1.a
Alphabetum Dei *triplex.* 75.c.1.b
Amans quomodo ſit in amato ſecundum apprehenſionē. pag. 244.c.1.a
Anima intellectiua quomodo indiuiduetur. 114.c.1.d
Amicus eſt amantis amici bonum formaliter. pagina 177.c.1.a
Amor duplex ſcilicet amicitiæ, & concupiſcentiæ, & qualis ſit hæc diſtinctio 725.c.2.c
Amor amicitiæ differt ab amore concupiſcentiæ, pagina 176.c.2.c
Amor Dei *extenditur etiam ad poſsibilia, quæ nunquā erunt* 720.c.1.a
Amor Dei non eſt reſpectu eſſentiarum præciſè. pagina 518.c.2.c.d
Analogiam, quæ eſt inter Deum, & creaturas ſolet S. Tho. exprimere ſub ratione analogiæ attributionis. pag. 62.c.2.d
Analogi doctrinæ quis ordo 98.c.1.a
Analogia proportionalitatis dupliciter fit. ſ. propriè, & metaphoricè 447.c.2.a
Analogiæ tres modi 445.c.2.c
Analogia vnius ad alterum, qua ratione fit, & non fit inter Deum, & creaturas 446.c.2.c
Analoga inæqualitatis quæ ſint 446.c.1.b
Analogati primi conceptus cur cætera repræſentet. pag. 452.c.2.d
Analogati primi conceptus quomodo cætera repræſentet pag. 453.col.1.a
Analogum nomen quomodo dicatur de analogatis, & quomodo ſignificet ſimilitudinem proportionalem. pag. 453.c.1.d
Analogia entis ad Deum, & creaturam eſt etiam attributionis 450.col.2.c
Analogati vnius conceptus in analogia proportionalitatis eſt conceptus imperfectus reliquorum. pagina 452.c.2.b
Analogi conceptus obiectiui, & formalis vnitas, & abſtractio 448.c.2.a
Analogum non habet vnum conceptum obiectalem præciſum ibidem
Analogi conceptus formalis non eſt præciſus ibid.
Analogi conceptus imperfectus duplex 449.c.1.a
Analogi communitas & prædicatio ibid.d
Analogi vnitas ſignificata in actu exercito ibid.c
Analoga quomodo diffiniendà 449.c.2.b
Analoga inæqualitatis habent vnum conceptum præciſum ibidem c
Analoga *attributionis non habent vnum conceptum præciſum* 450.c.1.a
Analogia attributionis, vt ſic, non fit ſecundum genus cauſæ formalis inhærentis 450.c.1.b
Analogi proportionalitatis conceptus imperfectus aliquo modo præciſus, & aliquo modo non. ead.c
Analogi attributionis diffinitio 446.c.2.a
Analogia vnius ad alterum duplex. ibid.b
Analogiæ attributionis quatuor conditiones, & duæ proprietates 446.c.2.d
Analogiæ proportionalitatis diffinitio, & diſtinctio. pag. 447.c.1.d
Analogo cur attribuantur multæ conditiones vniuocorum, & quandoque nominetur vniuocum. pagina 630.c.2.d
Analogi conceptus non eſt præciſus ibid.c
Analogi, & vniuoci differentia quo ad conceptum. pag. 448.c.1.a
Angeli inferiores perfectius à ſuperioribus cognoſcuntur, quàm à ſeipſis 376.c.2.d
Angelus quilibet alium comprehendit ibid.
Angelorum gratia, & alij effectus prædeſt. ſunt ex meritis Chriſti. 825.c.2.d
Angelus per ſuam ſubſtantiam Deum cognoſcens non neceſſariò concipit relationem ſui ad Deum. pagina 390.col.2.c
Angelus quomodo cognoſcat rerum exiſtentias, & complexiones contingentes 401.c.2.c
Angelus cognoſcit infinitas ſpecies numerorum, & figurarum 404.c.2.d
Angeli cognitio non augetur, aut perficitur ex noua cognitione exiſtentium ibid.d.& 359.a.c.1.
Angeli operatio diſtinguitur 280.c.1.a
Angeli operatio tranſiens duplex ibid.
Angeli operationum variæ menſuræ ibid.c
Angelus poteſt cognoſcere quanta ſit æuiterni duratio abſque collatione ad tempus noſtrum. 281.c.1.d
Angeli ſubſtantia quomodo vniatur eius intellectui: & quomodo cōcurrat ad actū intelligēdi. 342.c.1.b

Digitized by Google

Angelorum localis coniunctio non ſufficit, vt ſe mutuo intueri poſsint per ſuas ſubſtantias 340.c.2.b
Angelorum an plures ſint prædeſtinati, quàm damnati pag. 889.c.2.e
Angeli vniformitas diminuta eſt per peccatum. pag. 294.c.1.b
Angeli an in Verbo videant ea, quæ commiſſa ſunt eorum curæ 418.c.2.e
Angeli per ſolum actum imperij mouent orbes. pagina 818.c.1.d
Angeli eſſentia quò ſit cauſa ſui eſſe 141.c.2.d. & e
Angelo quomodo conueniat moueri 96.c.2.b
Angelorum bonum habet modum 189.c.1.a
Angelus alio modo continet eminenter, quàm Deus. pag. 193.c.2.e
Angelus non poteſt à Deo creari in loco imaginario, niſi corpori applicatus 240.c.2.c
Angelus eſt ſimplicior homine, elementis, & anima pag. 157.c.2.c
Angelus non habet pondus naturæ in viſionem Dei. pag. 321.c.2.a
Angelus non ſemper eſt intimè in re, in quam operatur pag. 223.c.1.a
Angelus quomodo intelligat ſeipſum per ſeipſum. pag. 484.c.2.a
Angelus non poteſt ſimul per diuerſas ſpecies diſparatas abſolute ſumptas intelligere, ſed per diuerſas ordinem inter ſe habentes 412.c.2.d
Angelus, vel homo poteſt per diuerſas ſpecies ſimul intelligere, vt extrema ſunt vnius compoſitionis, &c. ibidem.
Angelus non ſemper intelligit omnia, quæ per vnicam ſpeciem poſſunt intelligi 413.c.1.c
Angelus non replet locum formaliter, nec effectiuè. pag. 236.c.2.b
Angelus locatur formaliter, ſed æquiuocè ead.
Angelus ſi crearetur non in mundo, non eſſet extra mundum poſitiuè 238.c.1.d
Angelus indiget menſura ad cognoſcendum duratioñ. pag. 282.c.1.a
Angelus cognoſcit quantitatem ſuæ durationis abſque comparatione ad tempus ibidem
Angeli naturale deſiderium habent videndi Deum. pag. 322.c.2.d
Anima noſtra non habet potentiam naturalem ad actus ſupernaturales 12.c.2.& 13.c.1.
Anima Chriſti uidet infinita cũ lumine finito. 417.c.2.b
Animæ noſtræ corpus informanti quattuor conueniunt. pag. 422.c.1.c
Antecedente continente aliquid, quod pertinet ad actum animæ, conſequens accipiendum eſt non ſecundum eſſe, quod habet in ſe, ſed ſecundum eſſe obiectiuũ, quod habet in anima. 572.c.2.e & 573.c.1.b
Appetitus naturalis quomodo conſequatur formam, & quomodo ſit ad formam 665.c.1.c
Appetitus quomodo efficaciter probetur a D.Th. in natura intellectuali 665.c.2.a
Appetitus, vt eſt actus elicitus, quomodo probetur a D.Th. 666.c.2.d
Appetitus beatitudinis in communi, & in particulari. pag. 323.c.2.b
Appetitus videndi cauſam viſo effectu, quando ſit naturalis 324.c.1.b
Appetitus naturalis intellectus, & voluntatis plenè ſatiari non poteſt ſola cognitione, & amore naturali. pag. 320.c.2.b
Appetitus naturalis materiæ ſatiari non poteſt per formas naturales 320.c.2.c
Appetitus naturalis intellectus, & voluntatis plenè ſatiatur viſione, & amore diuinæ eſſentiæ 320.c.2.b
Appetitus voluntatis cauſatur ex apprehenſione boni. pag. 320.c.2.d
Appetitus omnis naturalis ita eſt neceſſarius, vt non poſſit non ineſſe. 320.c.2.e
Appetitus naturalis duplex. ſ. ſimpliciter, & ſecundum quid 321.c.1.a
Appetitus ſequens cognitionem ineuidentem non eſt neceſſarius 320.col.2.e
Appetitus diſtinctio, & ratio diſtinctionis 663.c.1.c. & 666.c.2.c
Appetitus animalis a naturali ſeptem differentiæ. ibid.
Appetitus naturalis multiplex 318.c.2.e
Appetitus ſenſitiuus non poteſt dolere propter Deum offenſum ex ſola cognitione Dei exiſtente in intellectu. pag. 344.c.2.a
Appetitus ſenſitiuus poteſt dolere de offenſa Dei ex conceptione imaginationis concipientis Deum ſecundum aliquem modum rerum ſenſibilium 345.c.1.a
Applicatio duplex vniuerſalis ad particulare, & actus ad potentiam 210.c.1.c
Applicatio ad agendum eſt neceſſaria cauſis naturalibus pag. 774.c.2.a
Applicatio ſecundæ cauſæ a prima neceſſariò eſt requiſita 772.col.2.e
Applicatio eſt modus ſecundæ cauſæ præcedens eius operationem inſtanti naturæ a quo 773.c.1.b
Applicationis terminus 769.col.1.e.& 773.c.1.a
Applicatio voluntatis quid ſit 797.c.1.c
Applicatio voluntatis tota ſit à Deo, & tota a voluntate. 790.c.1.c
Applicatio multiplex 769.c.1.b
Applicatio quomodo ſit ſenſibilis 771.c.2.b
Applicatio, & motio, quæ ſit a prima cauſa in ſecunda, quid ſit 768.c.1.a.& b
Applicationis diffinitio explicata 789.c.2.d
Applicatio voluntatis ſit a Deo, & ab ipſa voluntate. pag. 790.c.2.e
Applicationem voluntatis præcedere conſenſum probatur exemplo trium hominum 785.c.2.c
Applicationis ſinè vſus boni, primam originem aduerſarij tribuunt libero arbit. 786.c.2.b
Apprahenſio, & iudicium cognitionis naturalis quomodo differant ab eiſdem in cognitione ſupernaturali. pag. 71.c.2.d
Aptitudo formæ ad materiam conuenit illi ex naturali imperfectione 205.c.2.e
Aptitudo formæ ad materiam pertinet ad eius perfectionem, vt talis eſt ibidem
Aptitudo formæ ad informandum dupliciter ſumi poteſt ibidem
Aptitudo formæ ſpecificæ ad materiam conuenit illi in primo modo dicendi per ſe ibidem
Articuli cur ſic nuncupati 24.c.1b
Aſcenſus Concluſionis Theologicæ non eſt fides, nec opi-

Digitized by Google

opinio 23.c.2.e
Attingentia virtutis cauſæ primæ duplex: ſ. actiua, & paſsiua, illa eſt diuina actio ſecundum ſe, hæc eſt ipſa res, vt producta a diuina voluntate 702.c.2.d
Attributa Dei, vt eadem, vel diſtincta pluribus modis intelliguntur 310.c.2.b
Attributa, quæ propriè ſint, & quæ impropriè. pagina 379.c.2.b
Attributa omnia propriè dicta finita ſunt, & a beatis videntur, alia autem ſunt infinita ibidem
Attributa Dei reſpectiua quomodo diſtinctè videantur pag. 382.c.1.a
Attributa non ſunt plura realiter quare. 604.c.2.c
Auxilij diuini effectus eſt non repugnare diuinæ vocationi 846.c.2.c
Auxilio, ſiuè gratiæ diuinæ non repugnare non eſt ſola negatio; ſed actus poſitiuus &c. 846.c.2.c
Auxilia ſufficientia ad conuerſionem poteſt homo contemnere, & abijcere 846.c.2.c
Auxilio gratiæ indiget homo in gratia conſtitutus. pagina 842.c.1.d
Auxilij efficacis ratio nulli conuenit habituali dono. pag. 842.c.2.a
Auxilium efficax pertinet ad voluntatem conſequentem tantùm ibidem
Auxilij efficacis æqualitas æqualem habet effectum. pag. 849.c.2.b
Auxilij æqualitatem cum diuerſitate effectus quomodo intellexerint Sancti patres 849.c.2.d
Auxilium quomodo dicatur eſſe ſufficiens, & poſsibile. 850.c.1.e
Auxilium à Deo dari dupliciter poteſt intelligi. pagina 850.c.2.d
Auxilium efficax cur quibuſdam negetur. 851.c.1.a
Auxilium efficax quibuſdam abſque eorum culpa non confertur 851.c.1.c
Auxilium ſufficiens dupliciter à Deo confertur. ſ. mediatè, & immediatè 852.c.1.d
Auxilium ſufficiens quomodo detur adultis, & rationis vſu carentibus 852.c.1.b
Auxilium excitans in ſuo ordine eſt efficax. 842.c.2.e
Auxilij, ſiuè motionis efficacis prioritas cauſalitatis reſpectu liberi arbitrij probatur ex ſacris litteris, & D.Th. 843.c.1.c
Auxilio benè vtenti confert Deus maiora auxilia miſericorditer tantùm, & liberaliter 840.c.2.a
Auxilijs quibuſdam habitis quomodo dicatur homo potens ad operandum. 840.c.2.b
Auxilij diuini ſufficientia in quo conſiſtat 840.c.2.b
Auxilij efficacis diffinitio 842.c.1.b
Auxilium efficax non pertinet propriè loquendo ad auxilium excitans, ſed ad auxilium adiuuans. pagina 842.c.1.b
Auxilium efficax quid ſit ſecundum Suarezium. pagina 841.c.1.d
Auxilio, ſiuè gratia excitante, ſeu operante motus quid efficiat homo 868.c.1.e
Auxilium diuinum ad hanc operationem non eſſe in hominis poteſtate eandem operationem reſpiciente. pag. 840.c.1.a
Auxilium vnum non acquirit ſibi homo per alterius auxilij bonum vſum 840.c.1.d
Auxilij efficacis, & ſufficientis ſex differentiæ, & quæ conuenientiæ 844.c.1.b
Auxilium omne eſt effectus prædeſtinationis in electo. pag. 828.c.1.e
Auxilij diuiſio in commune, & ſpeciale 835.c.2.b
Auxilium commune, ſiuè generale quid ſit ibidem
Auxilium ſpeciale quid ſit ibid.
Auxiliorum diuinorum efficacia, & ſufficientia in quo conſiſtat 835.c.1.a
Auxilium commune, & ſpeciale tripliciter differunt. pag. 836.c.1.a
Auxilium ſpeciale diſtinguitur in excitans, & adiuuans 836.c.1.d
Auxilium excitans diſtinguitur ibidem
Auxilium externum quæ nam comprahendat. pagina 836.c.1.e
Auxilium excitans quibus nominibus vocari ſoleat. pag. 836.c.2.a
Auxilium adiuuans idem eſt, quòd cooperas, ſubſequẽs, & concomitans 836.c.2.c
Auxilium, ſiuè gratia operans, & cooperans quomodo diſtinguantur 836.c.2.d
Auxilium excitans duplex eſt; ſ. phyſicum, & morale. pag. 837.c.1.d
Auxilium excitans, vt eſt motio phyſica, quid ſit, & quem effectum habeat in voluntate 837.c.1.d
Auxilium præueniens, qua eſt gratia iuſtificans, dicitur etiam quadam ratione cooperans, & quid ſit. pag. 837.c.2.e
Auxilium, ſiuè gratia adiuuans quid ſit 837.c.2.c
Auxilij ſufficientis multæ deſcriptiones 839.c.1.e
Auxilium generale quid ſit 847.c.1.b
Auxilium ſpeciale quid ſit ibidem
Auxilij ſufficientia in quo poſita ſit 847.c.1.c
Auxilij diuini efficacia non conſiſtit in vocatione congrua. 847.c.2.c
Auxilium efficax quid ſit 847.c.2.d
Auxilium æquale, ſi duo habeant, non poteſt eſſe, vt vnus conuertatur, & alius non 847.c.2.e
Auxilium non eſt ſufficiens per modum potentiæ. pagina 848.c.1.e
Auxilium efficax, vt ſit, non requirit, vt homo habeat auxilium illud in ſua poteſtate 848.c.2.a
Auxilium ſufficiens ad ſalutem omnibus datur. pagina 851.c.1.d
Auxilium ſupernaturale inſtigans ad bonum datur omnibus venientibus ad vſum rationis ſecundum intellectum, & voluntatem 852.c.1.a
Auxilium ad nouum peccatum vitandum ſemper adeſt omnibus hominibus vel mediatè, vel immediatè. pagina 852.c.1.d
Auxilium Dei ſufficiens ad reſurgendum a peccato non adeſt peccatori quolibet temporis momento. pagina 852.c.1.e
Auxilium confert Deus paruulis mediatè 852.c.2.e
Auxilium ſufficiens, ſiuè præueniens nullus poteſt aliqua bona operatione promereri, vel acquirere. pagina 852.c.2.c
Auxilium diuinum ideſt motio, nihil ponens in intellectu non ſufficit ad viſionem diuinæ eſſentiæ. pagina 354.c.1.d
Auxilium nihil ponens in intellectu non eſt lumen gloriæ

Digitized by Google

ria ibidem
Auxilium Dei ad videndum diuinam eſſentiam duplex. pag. 359.c.2.e

B

BEati vident omnia attributa propriè ſumpta, non ea, quæ impropriè dicuntur attributa 380.c.2.e & 382.c.2.c
Beati quomodo diſtinctè Deum videant 381.c.2.d
Beati formant diſtinctos conceptus inadæquatos de diuinis perfectionibus. 383.c.1.a
Beati non formant verbum viſioni inadæquatum. pagina 335.c.2.c
Beati per aliū actū non beatificum poſſunt formare diuerſa verba de ijs, quæ vident in diuina eſſentia. ibid.d
Beatos inæqualiter videre probatur 369.c.1.d
Beati cur aliqua videant magis, quàm alia. 398.c.2.b
Beati vident in Verbo orationes ad ſe fuſas. 418.c.1.b.
Beati an videant diem iudicij. ibidem
Beatus poteſt plura videre ad ſtatum ſuum pertinentia cum minori lumine gloriæ. 414.c.1.b
Beati videntes in diuina eſſentia naturam aliquam ſpecificam, vident etiam omnia eius indiuidua. pagina 404.c.2.b
Beati non vident ſingularia quæ ad ea, quæ ipſis ex diuina ordinatione proueniunt. ibidem
Beati vident in Deo omnia ſingularia præterita, præſentia, & futura. 401.c.2.b
Beati eadem viſionis perfectione vident quædam, & omnia ſingularia ſub vna ſpecie contenta. 406.c.2.b & 407.c.1.c.
Beati vident determinationem diuinæ voluntatis in eſſentia diuina formaliter. 400.c.1.b
Beati quomodo videant rerum exiſtentias in Verbo. pagina 401.c.2.d
Beati poſt diem iudicij videbunt omnia, quæ Deus nouit ſcientia viſionis, non tamen omnia in Verbo. pagina 402.c.1.d
Beati videbunt in Verbo myſteria fidei, quæ ſunt principia noſtræ Theologiæ. ibidem
Beati videbunt in Verbo omnia illa myſteria fidei, quæ in ſacrarum litterarum voluminibus ſunt reuelata, quo ad ſenſus tam litterales, quàm myſticos. pagina 403.c.1.e.
Beati videndo Deum vident omnia non formaliter, ſed radicaliter. ibid.c.2.e
Beati ſtatum reſpiciunt, & ad illum attinent à principio beatitudinis, quæcunque ad illum in toto temporis decurſu pertinent. 415.c.2.b
Beati ſtatum quæ reſpiciant. ibidem d
Beatus videt in Verbo formaliter vniuerſa ſpectantia ad ſtatum ſuum. 417.c.1.b
Beati cur non ſciant numerum prædeſtinatorum. pagina 418.c.1.d
Beati vident in Verbo formaliter orationes ad ſe directas. ibidem
Beati videbunt infinita extra Verbum. 530.c.2.b
Beati in patria de nouo non deducunt concluſiones ex principijs viſis. 20.c.1.a.& 23.c.1.b.
Beati vident res in diuina eſſentia, non per aliquas ſpecies impreſſas, aut expreſſas. 409.c.2.e
Beati vident in diuina eſſentia genera, ſpecies, & rationes naturales omnium rerum ſpectantium ad ordinē vniuerſi. 407.c.1.c
Beati non videbunt in Verbo ſpecies omnes poſſibiles. ibidem
Beatitudo eſt finis omnium rationum operandi, & rerū operatarum. 48.c.1.c
Beatitudo non eſt finis omnium operantium, quomodo intelligatur, &c. 48.c.1.d
Beatitudo eſt finis proximus noſtræ Theologiæ, vt practica eſt. 48.c.1.e
Beatitudo hominis conſiſtit in operatione intellectus. pagina 314.c.1.e
Beatitudo in communi naturaliter appetitur, non autem in particulari. 325.c.1.b
Beatitudo formaliter, quomodo dicatur ſummum bonum. 192.c.1.c
Beatitudo Sanctorum poſt reſurrectionē augebitur intenſiuè. 373.c.2.a
Beatitudo cur naturaliter appetatur. 320.c.1.b
Beatitudinis gradus vnde conſiderandi. 372.c.2.c
Beatorum viſio, quæ eſt per ſpecies expreſſas rerum viſarum, non eſt viſio beata. 410.c.1.c.
Beatus caret potentia ad non eſſe beatum. 281.c.2.a
Beatus ſola diuina eſſentia viſa eſt fœlix. 403.c.2.e
Beatus An, & quas videat rerum rationes. pagina 404.c.1.b
Beatus quilibet an, & quomodo videat omnia ſingularia ſub ſpeciebus contenta. ibidem e
Beatus per Dei potentiam videre poteſt diuinam eſſentiam nullam in ea videndo creaturam diſtinctè pagina 394.c.2.c.& 396.c.1.b
Beatus non poteſt frui eſſentia, non fruendo perſonis pagina 385.c.1.d
Beneuolentia eſt ad ſola intellectualia. 730.c.1.d
Boni ratio formalis poſterior eſt ſecundum ſe ratione entis 181.c.2.e
Boni ratio ſecundum ſe diſtinguitur à ratione entis. pagina 182.c.1.c
Boni ratio in Deo, nec poſterior eſt, nec diſtinguitur à ratione entis. ibidem c.2.b.
Boni ratio ſumitur ex vltima actualitate. 625.c.1.d
Bonitas formalis, quæ cum ente conuertitur, non eſt idē formaliter, quod integritas, & perfectio rei, nec relatio. 177.c.2.b
Bonitatis nomine connotatur relatio perfectiui ad perfectibile. 178.c.1.a
Bonum opponitur malo, non ratione vltimi complementi, ſed ratione clauſæ perfectionis. 179.c.2.d
Bonum opponitur malo conſequenter. ibidem e
Bonum dicit rationem conuenientiæ abſolutam, ad quā conſequitur relatio 180.c.1.b
Bonum non ſignificat formaliter relationem appetibilitatis. 178.c.1.e
Bonum dicit perfectionem abſolutam, ad quam ſequitur relatio. 178.c.2.a
Bonum eſt verè, & propriè paſſio entis, non realis, ſed demonſtrabilis. ibidem b.
Bonum cur non ſit in Matematicis. 183.
Bonum habet rationem finis dupliciter, ſ. in actu ſignato, & in actu exercito, ſed diuerſimodè. 185.c.2.e & 75.c.2.d

Bonum non addit ſuper ens aliquid realiter diſtinctum, nec aliquid contrahens, ſed relationem tantum rationis. 175.c.1.d
Bonum dupliciter dicitur.ſ. vt habens bonitatem, & vt alterius bonum. 175.c.2.b
Bonum alterius perfectiuum eſt dupliciter. ibidem
Bonum particulare poteſt ſecundum vnam rationem neceſſariò appeti, & ſecundum aliam liberè. 320.c.1.c
Bonum creatum non eſt Deo ratio volendi. 684.c.2.e
Bonum imperfectè cognitum non neceſſariò appetitur. pag. 320.c.2.e
Bonum dicitur ſummum dupliciter.ſ.negatiuè, & poſitiuè. 193.c.1.c
Bonum dicitur maius dupliciter ſ.intenſiuè, & extenſiuè. ibid.c.2.
Bonum extenſiuè maius dupliciter. ibid.
Bonum creatum, & bonum increatum ſimul an ſint aliquid melius, quàm bonum increatum ſolum ibidem, & pag. 194.c.2.e
Bonum addit ſuper ens relationem perfectiui in ſenſu tráſitiuo. 176.c.1.b
Bonum addit rationem perfectiui ſuper ens, quæ eſt abſoluta, ſed connotat relationem. ibid. & pag. 175.c.2.a
Bonum dicit rationem appetibilis formaliter, & fundamentaliter, ſed diuerſa ratione. 176.c.1.c
Bonum eſt proximũ fundamentũ appetibilitatis. ibid.
Boni fundamentum proximum, non eſt perfectũ. ibid.c.2
Bonum abſolutè quomodo dicatur. ibidem
Boni ratio conſiſtit in modo, ſpecie, & ordine, non vt in partibus eſſentialibus, ſed vt in partibus integralibus non rationis ſed materiæ. 188.c.1.c
Boni ratio poteſt in prædictis tribus conſiſtere tanquam in partibus eſſentialibus ſecundum aliquam conſiderationem. ibid.c.2
Bonum ſubſtantiale Angelorum habet modum. ibid.c.2
Bonum per eſſentiam, & ſummum bonum ſunt idẽ materialiter, ſed differunt formaliter, & quomodo differant. 197.c.1.e
Bonum ſimpliciter dupliciter dicitur. 198.c.1.b
Bona ſimpliciter, ideſt omnibus modis nulla creatura eſt per eſſentiam ſuam. ibidem, e
Bona ſimpliciter, ideſt nullo addito nullla creatura eſt p eſſentiam ſuam. ibid.
Bona dupliciter denominantur omnia à primo bono. pagina 201.c.1.b
Bona denominantur omnia à primo bono ſecundum triplicem cauſalitatem. ibid.d
Boni ideæ quomodo admittenda. ibid.e
Bonum eſſe aliquid per eſſentiam dupliciter poteſt intelligi. 196.c.1.c
Bonum ſummum quid ſit. 191.c.2.c
Bonũ ſummũ ſimpliciter quot modis dicatur. 192.c.1.c
Bonum eſt appetibile, & eſt bonum inquantum eſt perfectum, ideſt perfectiuum. 176.c.1.c
Bonum amatum amore amicitiæ eſt bonum extrinſecum. ibid. & 175.c.2.b
Bonum naturæ proportionatum, & bonum communi ſtatui proportionatum, quomodo differant. pagina 669.c.2.c

C

CAlor ignis quomodo cauſetur à ſole. ibid.c
Capacitas quantitatis in materia præcedit quantitatẽ in ſtanti naturæ à quo, non in quo. 110.c.2.d
Cauſa cognita cur aliqui effectus in ea videantur, & alij non. 794.c.2.d
Cauſa cur Deus non vult efficaciter omnes homines ſaluos fieri. 691.c.2.e
Cauſa, & cauſatum dupliciter.ſ.formaliter, & fundamentaliter. 171.c.1.e
Cauſa, & cauſatum fundamentaliter dupliciter. ibid. col.2.a
Cauſa, quæ per ſe, & formaliter eſt cauſa formæ, quam ab ipſa ſortitur effectus, cauſat illã in quocunque reperitur, & eſt cauſa æquiuoca. ibid.c
Cauſa vniuoca nõ cauſat naturam ſuæ ſpeciei per ſe, & formaliter, ſed tãtũ per accidens, & materialiter. ibi.
Cauſa æquiuoca, & vniuoca quid ſint. 164.c.2.e
Cauſa æquiuoca quot modis contineat effectũ. 192.c.2.a
Cauſalis nota quandoque ſolam illationem ſignificat. pagina. 509.c.2.d
Cauſalitatis nota dicitur analogicè. ibid.
Cauſalitas actiua qua ratione Deo conueniat. 513.c.1.a
Cauſalitas Dei per intellectum quomodo inferatur ex identitate eſſe Dei, & eius intelligere. 505.c.2.b
Cauſæ partialis natura. 358.c.1.a
Cauſæ integræ pars non eſt idem quod cauſa partialis. ibidem
Cauſa inadæquata, aut non ſufficiens, non eſt idem quod cauſa partialis. ibid.
Cauſa, quæ ſe habet ad vtrumlibet, eſt duplex. 680.c.2.a
Cauſa prima an influat in ſecundas, & eas præmoueat, & applicet ad agendum. 764.c.1.b
Cauſa prima an influat aliquid præuium in ſecundam. pag. 792.c.2.a
Cauſa prima, quomodo attingat effectum ſecundæ. pagina. 772.c.2.b
Cauſa prima, & ſecunda, non concurrunt ad effectum, vt duæ cauſæ partiales, neque ex parte effectus, neq; ex parte cauſæ. 770.c.2.c
Cauſa ſecunda poteſt moueri à prima dupliciter, ſcilicet motione præuia, & motione intrinſecè cooperatiua. pag. 766.c.2.d
Cauſa prima, quæ Deus eſt, an influat in ſecundas cauſas, & eas præmoueat, & applicet ad agendum, pagina 762.c.2.d
Cauſa prima mouet ſecundas cauſas nihil præuium realiter ab his diſtinctum in illis cauſando. 766.c.2.e
Cauſam primam prius influere, quo ſenſu verum ſit. pagina. 791.c.2.b
Cauſæ primæ motio quomodo prius modificetur in ſecũda, quàm impellat ad mouendum. 792.c.1.a
Cauſæ ſecundæ quomodo ſint inſtrumentales reſpectu primæ. 767.c.1.c
à Cauſa vniuerſali qũo nihil poſſit deficere. 688.c.2.e
Cauſa libera dupliciter conſideratur.ſ.ſecundũ ſe, & vt ſubditur ordini D. motionis phyſicæ, & determinationi, &c. 553.c.1.d
Cauſa mouens, inquantum mota, etiam ſi neceſſario moueatur, non neceſſariò mouet. 607.c.1.b
Cauſalitas Dei nullum ſecundum ſe formaliter includit reſpectum ad creaturas. 582.c.1.d

 Cau-

Cauſam ſecundam pendere à prima in cauſando, quid ſit. 772.c.1.b
Cauſæ efficientis, & materialis analogia. 599.c.1.d
Cauſæ omnes ſecundæ etiam liberæ determinantur à Deo ad ſuos effectus. 542.c.1.e
Cauſæ duplex neceſſitas, ſcilicet ſimpliciter, & immutabilitatis. 567.c.2.e
Cauſæ neceſſariæ effectus poteſt eſſe contingens. ibid.
Cauſalitas vnius effectus Diuini reſpectu alterius non exercetur media inclinatione diuinæ voluntatis ab vno effectu facta. 859.c.1.c
Cauſalitas agentis eſt actio. 899.c.1.d
Caſuales effectus non deſinunt eſſe ex ſola præuiſione, & permiſſione. 757.1.c.b
Cauſæ effectibus, & effectus cauſis proportionaliter reſpondent. 231.c.2.b, & 214.c.1.d
Cauſæ vniuerſales quæ dicantur. ibid.
Cauſæ accidentaliter ordinatæ admittunt proceſſum in infinitur. 97.c.1.e
Cauſæ ſecundæ producunt eſſe non per ſe primò, ſed per accidens. 232.c.2.c
Cauſæ ſunt ſibi inuicem cauſæ. 140.c.1.b
Cauſæ quomodo ſint ſibi inuicem cauſæ: & quomodo ſe inuicem præcedant. 110.c.2.a
Cauſis pluribus eiuſdem effectus exiſtentibus correſpondet ſingulis nõ particularis ſecundum adaptationem. pag. 355.c.2,b
Certitudo dupliciter. ſ. eſſentialiter, & participatiuè. pag. 49.c.1.e
Certitudo aſſenſus. 49.c.1.d
Certitudo rei & obiecti quid. 49.c.2.b
Certitudo adhæſionis duplex. 49.c.1.e
Certitudo non eſt omnis firmitas adhæſionis. 49.c.2.d
Certitudo eſſentialiter quid. 49.c.2.d
Certitudinis modi ſex. 50.c.1.d
Certitudinis gradus in ſingulis modis. ibidem e
Certitudinum comparatio. ibid.
Certitudo eſſentialiter dicta quid ſit 49.c.2.d
Certitudo participatiuè dicta, quibus conueniat. ibid.
Charitas viæ cur poſſit amitti. 285.c.1.b
Chriſti anima videt infinita cũ lumine finito. 417.c.2.b
Chriſtum ſecundum humanitatem non eſſe vbique probatur. 247.c.1.c
Chriſtum ſedere ad dexteram Dei, quid ſit. 247.c.2.e
Chriſti anima recedente in die paraſceues, non fuit ſeparatum eſſe diuinum à corpore. 293.c.2 b
Chriſti anima fuit medium aſſumptionis in fieri non in facto eſſe ibidem
Chriſti anima eſt per ſe primò ſubiectum æui, 293.c.1.e
Chriſtus eſt ſubiectum æui per animam. ibid.e
Chriſtus fide apprehenſus non eſt chriſtiana iuſtitia. pagina 201.c.2.d
Chriſtus quomodo ſit nobis ſapientia, iuſtitia, &c. pagina 203.c.1.b
Chriſtus eſt vnus per ſe. 139.c.1.e
Chriſti incarnatio, & prædeſtinatio, quomodo prius volita. 820.c.2.f
Chriſtus, quomodo ſit iuſtitia, & ſanctificatio noſtra. pag. 201.c.2.e, & 370.c.1.a
Coexiſtentia rerum ad æternitatem non deſtruit liberũ arbitrium. 566.c.1.a
Coexiſtentiam rerum in æternitate non poteſt Deus tollere. 566.c.1.e
Coexiſtentia fluentium circa ſtans non exigit vtriuſque extremi exiſtentiam pro eadem menſura durationis. 564.c.2.b
Coexiſtentia rerum quomodo differrat à coexiſtentia durationum. 561.c.1.e
Ceilitas traditurot David quomodo præcognouerit Deus. 506.c.2.b
Cognitio eorũ quæ repreſentantur in diuina eſſentia poteſt eſſe infinita dupliciter, ſcilicet intenſiuè, & extenſiuè. 397.c.1.e
Cognitio abſtratiua, & intuitiua quomodo differant. pag. 381.c.1.c
Cognitio comprehenſiua latè explicatur. 378.c.2.d
Cognitio comprehenſiua ex vi comprehenſionis non requirit æqualitatem in entitate, aut perfectione, pagina 378.c.1.a
Cognitio, & intellectio, quomodo diſcriminentur. pagina 476.c.2.e
Cognitio comprehenſiua gratia materiæ infert æqualitatem abſolutam. ibidem
Cognitio ſenſitiua ad quid terminetur. 476.c.2.e
Cognitionis diuinæ certitudo non cauſatur ex coexiſtentia rerum in æternitate 583.c.2.b
Cognitio ſingularium quomodo ſit perfectio. 527.c.2.d
Cognitio Dei ſe extendit ad vilia, & fortuita, pagina 527.c.2.e
Cognitio poteſt dici ſupernaturalis tripliciter. 7.c.1.c
Cognitio ſupernaturalis ex obiecto, & modo neceſſaria eſt ſecundum legem Dei ordinariam ad ſalutem, & iuſtificationem adultorum neceſſitate medij ſiue finis. pag. 8.c.2.e
Cognitio Dei quomodo terminetur ad creaturas. pagina 493.c.2.b
Cognitæ quomodo dicantur res per eſſe rationis relatiuum. 496.c.1.e
cognitio confuſa Deo repugnat 531.c.1.b
cognitio etiam diuina de futuro contingenti in cauſa, vt ſic non eſt certa. 536.c.1.e
cognitio ſingularium contingentium eſt de perfectione intellectus practici. 406.c.2.a
cognoſcibilia quædam pertinent ad perfectionem intellectus ſpeculatiui, & quædam ad perfectionem intellectus practici. ibidem
cognotio ineuidens non mouet efficaciter appetitum. pagina 320 c.2.e, & 321.c.1.d.
cognitio duplex, ſcilicet per propriam formam, & per formam ſimilis. 427.c.1.a
cognitio per formam propriam duplex. ibidem
cognitio ſupernaturalis non fit per ſolum lumen ſupernaturale. 427.c.2.b
cognitio poteſt eſſe perfectior alia dupliciter, ſcilicet, ex modo cognoſcendi, & ex obiecto vel extenſiuè, vel intenſiuè. ibidem
Cognitio naturalis eſt perfectior reuelatione fidei quo ad euidentiam. ibid.
Cognoſcere non eſt potentiam vitalem exprimere in ſe imaginem rei cognitæ. 340.c.2.a
Cognoſcere quidditatiuè quid ſit. 312.c.2.a
Cognoſcere quidditatiuè dupliciter. ibidem
Cognoſcere intuitiuè quid ſit. ibidem
Cognoſcens fit vnum cum cognito, ita vt vtriuſque ſit vna

vna quidditas. 328.c.1.e

Cognoſcenti ſufficit ſimilitudo eminens ad cognitum. pag. ibid.c.2.b

Cognoſcens debet eſſe ipſum cognitum, vt cognoſcat. pag. 342.c.2.b

Cognitioni quiditatiuæ, abſolutè loquendo, accidit, quòd ſit à vi naturali, aut ſupernaturali, non autem vt talis eſt, ſiue vt eſt talis intellectus, reſpectu talis obiecti. 349.c.1.c

Cognoſcens effectum in cauſa non neceſſariò cognoſcit relationem: 390.c.2.b

Cognoſcentium, & nō cognoſcentium differentia in quo conſiſtat. 477.c.2.c.& 480.c.1.d

Cognoſcentia quomodo aliarum rerum perfectiones recipiant. 478.c.1.c

Cognoſcentis, & cogniti eadem quidditas, & quomodo. 479.c.1.e

Cognoſcentis, & cogniti identitas, quam habeat cauſam. ibid.c.2.d

Cognoſcentium, & non cognoſcentium differentia in receptione formarum. ibid.d

Cognoſcibilitas maior, vel minor poteſt ex duplici capite prouenire. 379.c.1.d

Non ens intelligi ad modum entis tripliciter intelligi poteſt. 516.c.1.d

Non ens dupliciter poteſt cognoſci. 516.c.1.e

Nō ens à Deo, vel à nobis cognoſci dupliciter intelligi poteſt. 516.c.2.a

Non ens quomodo intelligatur à nobis, & Deo ad modum entis. 517.c.1.a

Cognoſcibilitas poſita in diffinitione comprehenſionis eſt conditio ſe tenens ex parte obiecti, non ex parte cognoſcentis. ibid.e

Cognoſcibilitas ex parte obiecti quomodo differat à cognoſcibilitate, quæ eſt ex parte cognoſcētis. ibid.c.2.a

Cælum quomodo ſit nobilius formica, vel ignobilius. pag. 104.c.2.b

Communicationis modus agentis volūtarij. 674.c.1.d

Communicatio proprij boni quomodo ad perfectionem pertineat. 673.c.2.b

Communitas duplex, quædam cum diuiſione eſſentiæ, & quædam ſine diuiſione eſſentiæ. 467.c.2.c

Communitas naturæ diuinæ. ibid.

Comparationis conditiones tres. 102.c.1.d

Comparatio quomodo fiat, inter diuerſa genere. pagina 170.c.2.c

Compoſiti ex materia, & forma, & compoſiti ex eſſe, & eſſentia duæ conuenientiæ, & decem differentiæ. 130.c.1.d

Complexa neceſſaria ab intellectu Dei practico dependere. 628.c.1.a

Complexio corporis eſt effectus prædeſtinationis. pagina 829.c.1.d

Compoſitum ſimplicius eſt materia in genere ſimplicitatis formalis. 159.c.1.a

Compoſitionis modi ſex. 98.c.1.d

Compoſitum omne habet cauſam extrinſecam, pagina 156.c.2.d

Compoſitum omne habet cauſam, vel extrinſecam, vel intrinſecam. ibid.

Compoſitio dupliciter dicitur, ſcilicet paſſiuè, & quaſi actiuè. 157.c.2.a

Compoſitum ex materia, & forma, quo ſenſu dicatur perfectum, & bonum per ſuam formam. 106.c.1.b

Comprahenſio dupliciter, vno modo latè, & impropriè, alio modo ſtrictè, & proprie. 377.c.1.e

Comprahendere quid ſignificet. ibid.

Comprahenſionis diffinitio. 377.c.2.c

Conatus videntium Deum ſunt inæquales. 374.c.1.a

Conatus quid ſit. ibid.

Connaturalis eſt aliqua perfectio dupliciter ſcilicet communicabiliter, & incommunicabiliter. 363.c.2.a

Connaturale quomodo poſſit aliquid fieri. 362.c.1.b

Conceptus differentiæ duarum rerum vnus eſt. pagina 503.c.1.b

Conceptus dicitur proprius alicuius rei dupliciter, pagina 523.c.1.a

Conceptus formalis, & obiectus mutuo ſe inferunt. pagina. 260.c.1.e

Conceptiones cur paſſiones ab Ariſt. nuncupentur. pagina 430.c.2.d

Conceptus, & voces quomodo differant in ratione ſigni. 430.c.2.b

Conceptus, quos de Deo formamus, non repræſentant Deum immediate, ſed creaturas, abſolute loquendo. ibidem c.2.e

Conceptus, quos de Deo formamus, repræſentant quodāmodo Deum immediatè. 431.c.1.e

Conceptus duplex ſcilicet formalis, & obiectiuus, pagina 432.c.1.d

Conceptus analogi perfectus, & imperfectus. Vide Analogum, & Ens.

Conceptus obiectiuus quid ſit. 447.c.2.e

Concurſus humanæ voluntatis non præcedit concurſum Dei 721.c.1.a

Concurſus Dei cum ſecundis cauſis non eſt generalis, & indeterminatus. 787.c.2.b.

Concurſus, quem Deus ſecundum opinionem Suarezij offert voluntati, non eſt ſufficiens ad talem actum. pag. 788.c.1.a

Concretum cuiuſuis naturæ poteſt ſumi dupliciter, ſcilicet ſpecificè, & indiuidualiter 123.c.2.e

Conditionalis vera non eis eſt neceſſaria, 540.c.1.d

Conditionales illatiuæ ſunt neceſſariæ, non autem illæ quæ ſunt merè contingentes. ibidem

Conditiones materiales, quæ ſint 476.c.2.e

Concluſiones à SS. Patribus in concilijs congregatis, ex fidei principijs deducta, ac definitæ ad fidem immediate pertinent. 22.c.2.b

Corpus non viuens vt ſic non poteſt eſſe nobilius corpore viuente, vt viuens eſt. 104.c.1.b

Conditionales de futuro contingenti redactæ ad formam certò cognoſcuntur. 540.c.2.b

Conditionalis veræ, cuius antecedens eſt neceſſarium abſolutè, conſequens eſt neceſſariū abſolutè. 568.c.2.b

Contingens in ſeipſo, id eſt vt in actu, non conſideratur, vt contingens, &c. 577.c.2.d.

Contingentis, & neceſſarij diuiſio multiplex, & explicatio. 704.c.1.e

Contingentia eſſent etiam ſi Deus operaretur de neceſſitate naturæ. 705.c.2.b

Contingens effectus virtualiter poſſet immediatè à Deo pro-

produci. 706.c.1.c
Contingentiæ radix duplex. 552.c.2.c
Contingentiæ, & neceſſitatis cauſa eſt Deus. 577.c.1.a
Contingentiæ radix prima eſt diuinæ voluntatis efficacia. 705.c.2.c
Conſequens poteſt ſumi dupliciter, ſcilicet materialiter, & formaliter. 573.c.1.a.
Conſequens quando intelligendum ſit, prout eſt in anima. 572.c.2.d
Contrariorum diffinitio explicata. 651.c.2.c
Contradictoriæ nunquam ſunt ſimul veræ, etiam in æternitate. 562.c.2.c
Corporis differentiæ ſunt inferioris ordinis differentijs incorporei. 104.c.1.c
Corpus nullum vbique eſſe poteſt primò, & per ſe, aut aptitudine. 246.c.2.c
Corpus Christi, etiam ſi actu vbique eſſet, non tamen eſſet vbique per ſe, ſed per accidens. 247.c.1.b
Corporis multæ diuiſiones. 99.c.2.c
Corporis viuentis multiplex comparatio ad corpus cæleſte. 103.c.1.c
Corpus, quod moueat non motum, dari non poteſt. pagina 101
Corpus cæleſte quo ad modum primò diuidentem corpus eſt nobilius viuentibus. 103.c.1.d
Corpora viuentia vt ſic, nobiliora ſunt corpore cæleſti. ibid.e
Corpus viuēs eſt nobilius ens corpore cæleſti. ibid.c.2.b
Corpus cæleſte, ſi eſt animatum, eſt nobilius viuēte. ibid.
Corpus cæleſte eſt nobilius viuentibus ſecundum quid, ibid.c
Corporis triplex acceptio. 99.c.2.c
Corpus nullum eſſe, quod moueat non motum, quo ſenſu verum ſit. 101.&102
Corpus naturale eſſe infinitum, implicat contradictionem. 114.c.2.d
Corpus infinitum ſimul poſſet, & non poſſet circulariter moueri. ibid.e
Corpus contingens aliud corpus, & in illud agens dupliciter eſt illi præſens. 222.c.2.c
Corpus, puta lapis, ſi crearetur extra mundum, eſſet extra mundum poſitiuè. 238.c.1.b
Corpus creatum extra mundum moueri poſſet motu recto. ibidem d
Corpus creatum extra mundum eſſet in ſeipſo. ibid.e
Conſtitutiuum alicuius rei non ſemper eſt in eodem prædicamento, in quo eſt res conſtituta. 118.c.1.c
Contactus Dei, & contactus creaturæ quomodo differant. 238.c.1.a
Contingentia quomodo repreſententur in diuina eſſentia. 406.c.1.a
Creatura rationalis abſolutè non habet naturale deſiderium videndi diuinam eſſentiam, ſed vt ordinata ad fœlicitatem. 320.c.1.d
Creaturæ non ſunt de conſideratione Theologi, niſi vt ordinantur, gubernantur, & prædeſtinātur à Deo. ibi.e
Creaturæ videri poſſunt in Deo quinque modis, ſecundū quos in eo continentur 391.c.1.c
Creaturæ præexiſtunt in Deo quinq; modis. 389.c.2.d
Creaturæ in diuina eſſentia non prius videntur vt poſſibiles, quàm vt tales. 600.c.2.b
Creati quomodo dicamur in operibus bonis. 737.c.1.a
Creatio, conſeruatio, & generatio cum conſequentibus realiter eſt effectus prædeſtinationis. 828.c.2.e
Creatura continens rerum omnium creabilium perfectiones non eſſet infinita ſimpliciter. 785.c.1.b
Creatura continēs rerum omnium creabilium perfectiones eſſet, & non eſſet infinita ſimpliciter. pag.eadem
Creatio dupliciter, prout à creāte procedit, & prout ſe tenet ex parte rerum creatarum. 218.c.1.c

D

Damnatorum animæ non habent ſcientiam Theologiæ, ſed opinionem. 29.c.1.a
Dare dupliciter ſumitur. 725.c.2.e
Decretum Dei non includit reſpectum rationis intrinſecè. 557.c.1.e
Decretum Dei duplex. 539.c.2.d
Decretum Dei quid ſit. ibid.
Defectus rei duplex eſt. 688.c.2.d
Defectus in ſe claudit duo. 688.c.2.d
Demonſtratio Theologica multiplex. 36.& 37
Demonſtratio à priori duplex. 150.c.1.d
Demonſtrationes, & propoſitiones naturales, quibus vtitur Theologia, qua rōne ſint illius propriæ. 38.c.1.b.c
Demonſtrationes mathematicæ non habent locum in angelis. 217.c.2.d
Denominatio duplex, ſ. intrinſeca, & extrinſeca, & quid vtraq; ſit. 200.c.1.c
Denominatio à primo bono eſt ſecundùm triplicem cauſalitatem. 201.c.1.c
Denominatio ab extrinſeco poteſt fieri duobus modis. pag. 200.c.2.e
Deſiderium naturale non debet fruſtrari ſaltem in natura ſpecifica. 14.c.2.d
Determinationē creatæ voluntatis à Deo eſſe. 780.c.2.a
Determinationem ſuæ voluntatis videt Deus in eſſentia ſua formaliter. 559.c.2.e
Determinationem voluntatis à Deo eſſe affirmat Suarez. 804.c.2.c
Determinationem voluntatis a Deo eſſe affirmat Sanct. Thom. ibid.d
Determinatio voluntatis fit à Deo, & ab ipſa voluntate. 792.c.2.d
Determinatio ad malum morale ſecundum ſpeciem eſt primò à voluntate creata. 812.c.1.b.& 809.c.1.d
Determinatio actus diuinæ voluntatis a nullo poteſt eſſe obiecto creato. 857.c.2.e
Determinatio phyſica non eſt ad modum habitus, pagina 801.c.2.d
Determinationis phyſicæ excellentia. 802.c.2.b
Determinatio actus ſecundæ cauſæ non eſt à ſola ſecunda cauſa, vt vult, Suarez. 788.c.2.b
Determinatio diuinæ voluntatis videtur in diuina eſſentia formaliter, non autem in ipſa diuina voluntate. 400.c.1.b
Determinatio diuinæ voluntatis videtur à Beatis prius, quàm relatio eius ad creaturam. ibid.c.2.b
Determinatio diuinæ voluntatis poteſt videri abſque viſa

viſa relatione ad creaturam. ibidem c.
Determinatio diuinæ voluntatis non poteſt videri non viſa creatura volita. 401.c.2.a
Determinationis actus humanæ voluntatis cauſam aſſignans Suarez pugnantia dicit. 788.c.2 b
Determinationem creatæ voluntatis à Deo eſſe docuit S. Thomas, & Pererius. 789.c.2.b
Determinatum ad vnum, & neceſſarium æquipollent. pag. 535.c.1.e
Deſiderium naturale nobis ineſt videndi Deum quidditatiuè vt primam cauſam. 318.c.1.a
Deſiderium videndi diuinam eſſentiam, vt primam cauſam eſt neceſſarium quo ad ſpecificationem actus. ibidem.
Deſiderium videndi diuinam eſſentiam naturale multipliciter. ibidem b
Deſiderium propriè in Deo non eſt, nec reſpectu proprij, nec reſpectu alieni boni. 726.c.2.d
Deſiderium videndi Deum, quatenus eſt obiectum beatificum ſimpliciter eſt ſupernaturale. 323.c.1.a
Deſiderium inefficax videndi Deum per eſſentiam eſt naturale. ibid.c.2.e
Differens dicit aliquid formaliter à ſe diſtinctum, quo differt. ibid.c.2.e
Differre propriè conuenit etiam analogatis ſecundum analogiam determinare habitudinis. ibid. b
Dimenſiones interminatæ, & terminatæ quæ, pagina 110.c.1 d
Dimenſiones interminatæ quomodo ſint principium indiuiduationis. 113.c.1.c
Diſtinctio formalis formaliter, ſiuè formalis actualis ſiuè formalis realiter. 121.c.2.c
Differentia quomodo comparetur ad genus. 146.c.2.a
Differentia quomodo diſtinguatur à genere. 146.c.2.e
Differentia, vt reſpicit exiſtentiam, differt realiter à genere. 146.c.2.c
Diffinitiones non ſunt pro libito confingendæ, ſed &c. pag. 735.c.2.c
Directionis actus tam in agib. quàm in factibilib. ab appetitu recto dependet. 639.c.1.b
Diſcretio prædeſtinatorum à non prædeſtinatis non eſt ex præuiſa determinatione creatæ voluntatis. pagina 857.c.2.d
Diſpoſitiones liberi arbitrij duplices. ſ. poſitiua, & negatiuæ. 546.c.2.d
Diſpoſitio ad formam ſubſtantialem qua ratione, & ſit, & non ſit eiuſdem ordinis cum forma. 352.c.1.a
Diſplicentia peccati quam habet Deus, pertinet ad actum amoris. 728.c.2.c
Diſtincta realiter non omnia poſſunt ſeparati. 167.c.2.e
Diſtinctio rationis ratiocinantis, quomodo differat a diſtinctione rationis ratiocinatæ. 121.c.2.b
Diſtinctio rationis ratiocinatæ duplex, vna habens fundamentum in re compoſita metaphyſicè, altera in re ſimpliciſſima. 121.c.2.c
Diſtinctiuum indiuidui à ſpecie, & ab altero indiuiduo non eſt idem. 117.c.1.c
Diſtinctio ex natura rei reducitur ad diſtinctionem formalem actualem. ibid.
Diſtinctionis formalis actualis latitudo 121.c.2.e
Diſtinctio naturæ, & ſuppoſiti, eſſe, & eſſentiæ, proxima eſt diſtinctioni ex natura rei. ibidem.d
Diſtinctio formalis virtualiter. 122.c.1.c
Diſtinctionis realis partes quædam coincidunt cum quibuſdam partibus diſtinctionis rationis. 122.c.1.d
Diſtinctio realis multiplex. 121.c.1.a.b
Diſtinctio rationis multiplex. 121.c.1.e & c.2.a
Diuerſum, & differens, quomodo diſtinguantur, pagina 160.c.2.c. & 161.c.1.e
Diuerſum non dicitur negatiuè, ſed poſitiuè. 161.c.1.e
Diuerſum ſe ipſo toto differt. ibid.
Diuiſio quædam eſt, in qua vnum membrum adæquatur diuiſo. 299.c.2.a
Diuiſio eſt formaliter negatio 305.c.1.d
Diuiſio negata per indiuiſionem eſt negatio formaliter. ibid.
Ens diuiditur à non ente ſeipſo fundamentaliter, ſed negatione formaliter. 307.c.1.b
Non ens ſeipſo formaliter diſtinguitur ab ente. ibid.
Diuiſio an, & quomodo ſit prior vnitate. 260.c.1.e
Diuiſio prior eſt vnitate ſimpliciter in eſſe intelligibili, pag. 304.c.2.b
Diuiſio poſterior eſt vno ſimpliciter ſecundum eſſe in rerum natura. ibid.d

Dei exiſtentia.

Deum eſſe demonſtrari poſſe teſtantur ſacræ litteræ, pagina 96.c.2.c
Deum eſſe quomodo probetur in Theologia, pagina 91.c.1.d
Deum eſſe probat Theologia ex proprijs, ſed non ſcientificè. 91.c.2.e
Deum eſſe quomodo efficaciter probetur per quinque rationes D. Th. 92
Deo, & animæ cœli quomodo prædicata per quinque rationes D Tho. concluſa ſint communia. 93.c.1.a.
Deus ſolus eſt ens ex ſe neceſſarium, ſumendo ens participaliter. 136.c.2 b
De Deo non poteſt eſſe demonſtratio à priori per medium, quod ſit verè cauſa, ſed per medium, quod ſit cauſa ſecundum rationem. 150.c.1.d

Dei ſimplicitas, perfectio, &c.

Deus non eſt in genere reductiuè, vt principium intrinſecum, ſed tantùm vt principium extrinſecum. pagina 150.c.2.a
Deo nihil eſt prius ſecundum rem, neque ſecundum rationem pluribus modis verificatur. 150.c.2.d.e
Deus eſt menſura generis, id eſt coordinationis ſubſtantiæ. 151.c.2.b
Deus non eſt menſura generis ſubſtantiæ propriè ſumpti. ibid.
Deus vno modo eſt menſura homogenea ſubſtantiarũ, & alio modo non. ibidem c
Deus non poteſt eſſe in genere phyſico. 144.c.1.d
Deus non habet aliquid per modum potentiæ, à quo ſumatur genus. 144.c.2.b
Deus cur non poſſit eſſe in genere, varia cauſa, pagina 145.c.1
Deo ineſt aliquid dupliciter ſcilicet formaliter, & virtualiter, & quid ſit ineſſe formaliter, & ineſſe virtualiter. 157.c.2.e

Digitized by Google

Deum eſſe bonum per eſſentiam, quo ſenſu accipiendum ſit. 197.c.1.c.
Deus quomodo dicatur bonus, inquantum eſt cauſa bonitatis. 193.c.1.a
Deus ſemper fuit ſummum bonum negatiuè, & poſitiuè. ibidem e
Deus alio modo continet eminenter, quàm ſol, aut angelus. ibid.c.2 d
Deus, & vniuerſum non ſunt maius bonum intenſiuè, quàm Deus ſolus. 194.c.1.a.
Deus, & vniuerſum non ſunt maius bonum extenſiuè propriè, quàm ſit ſolus Deus. ibid.d
Deus, & vniuerſum ſunt maius bonum extenſiuè impropriè. ibidem e
Dei quidditas, & eſſentia in quo conſiſtat 207.c.2.a
Dei infinitas quidditatiua in quo conſiſtat ibid b
Deus dupliciter magis conuenit cum creaturis, quã creaturæ ad inuicem. 411.c.2.a
Deus quinque modis præhabet in ſe creaturas, pagina 389.c.2.d.
Dei vnica eſſe ratio formalis, &c. 381.c.1.e
& 474.c.2.a.
Deus ſolus eſt abſolutè ſimplex. 157.c.2.e
Deum eſſe, & creaturas non eſſe poſſibiles, implicat contradictionem. 180.c.1.d
Deus eſt bonus, quatenus perfectiuus eſt per modum finis, tam ſuæ operationis, quàm aliorum. 178.c.1.c
Deus eſt finis ſuæ operationis. ibidem
Deus cur non dicatur ſimilis creaturæ. 172.c.1.a
Deus in rigore logico, & metaphyſico poteſt dici ſimilis creaturæ. 172.c.2.b
Deus eſt ens per eſſentiam, prout dictio, per eſſentiam, ſe tenet ex parte prædicati. 197.c.1.d
Deus poteſt ſumi pro concreto ſpecifico, & pro concreto indiuiduali. 123.c.2.b
Deus pro concreto indiuiduali dupliciter, ſcilicet pro natura ſingulari ſubſiſtente præciſè, & vt ſtat etiam ſecundariò pro ſuppoſitis. 124.c.1.e
Deus pro natura ſingulari ſubſiſtẽte præciſè dupliciter, ſcilicet, vt abſtrahit à ſuppoſitis negatiuè, & vt abſtrahit ab eiſdem præciſiuè. ibidem
Deus dupliciter conſideratur, ſcilicet, vt prima cauſa, & vt obiectum ſupernaturalis beatitudinis, pagina 318.c.1.b. & 319.c.2.d
Deo maximè ſunt propria ea prædicata, quæ ſola nobis innoteſcunt reuelatione. 54.c.2.e

Dei infinitas, vide infinitas.

Deus quomodo moueat ſeipſum. 659.c.2 d
Deus, an ſit magis proprium nomen quo ad id, ad quod ſignificandum imponitur 470.c.2.b

Dei exiſtentia in rebus.

Deum eſſe in rebus ſequitur ex hoc præciſè, quòd in eis operatur. 225.c.1.e
Deus non exiſteret per eſſentiam ex vi immenſitatis in re, quæ ab eo non eſſet creata. 225.c.1.d
Deum eſſe in omnibus rebus poteſt intelligi quatuor modis. 223.c.2.b
Deum, aut ſubſtantiam ſpiritualem eſſe vbi res eſt, in quam operatur; poteſt intelligi duobus modis. pagina 224.c.1.b
Dei exiſtentiæ in rebus modos vniuerſos complexus eſt S.Tho. 244 c.2.b
Dei exiſtentiæ in rebus radix. ibidem
Deus per potentiam quomodo eſt in rebus poſſibilibus. pag. 244.c.2.e
Deum eſſe omninò immutabilem explicatur, pagina 250 c.2.a
Deo ſoli conuenit vbique eſſe actu, & aptitudine, pagina 246.c.2.a
Dei præſentia, vide verbo, præſentia.
Deum non eſſe in aliqua parte vniuerſi, cum ſit in alijs, implicat contradictionem. 225.c.2.b
Deum eſſe in rebus ratione operationis teſtantur ſacræ litteræ. ibidem
Deus replet locum effectiuè, & quo ſenſu intelligatur. pag. 236.c.1.e
Deus ſolus replet locum effectiuè tantum. ibidem
Deum non eſſe in ſpatio infinito, docet S.Thom. & communiter doctores ſcholaſtici. 237.c.2.a. & b
Deus non eſt rebus præſens per ſubſtantiam ſuam, vt ratione præſentiæ. 238.c.1.a. & b
Deus eſt extra mundum negatiuè ibid. b
Deum agere medijs alijs ſuppoſitis neceſſarium eſt ad ordinem vniuerſi conſeruandum. 233.c.1.e
Deum eſſe in ſpatio infinito affirmantes, ſtatuunt poſitionem ſeipſam deſtruentem. 239.c.1.d
Deum eſſe in ſpatio imaginario, quo ſenſu verũ ſit. ibid.
Deus non eſt in ſpatio infinito extra mundum, pagina 239.c.2.e
Deus non mutaretur nouo orbe creato. 240.c.1.e
Deus non mutaretur, ſi moueret lapidem in vacuo. ibid.
Deum poſſe operari in ſpatio imaginario, quid ſit, pagina 240.c.2.a
Deus abſolutè eſt agens immediatum in omnibus rebus. 229.c.2.e
Deus in effectu totali, quem media ſecunda cauſa producit, non operatur alia ratione id eſt ſeorſum, non media ſecunda cauſa. 270.c.1.a. & b
Deus vt prouiſor omnia diſponit immediatè immediatione virtutis, & ſuppoſiti 231.c.1.b
Deum eſſe agens immediatum abſolutè, & eſſe agens immediatum immediatione ſuppoſiti differunt. pagina 229.c.1.b
Deus eſt agens immediatum immediatione ſuppoſiti in omnibus rebus. 229.c.2.d
Deus eſt præſens omnibus rebus per cognitionem practicam, & per cognitionem ſpeculatiuam, pagina 243.c.2.e

Dei cognitio.

Deus cur, & quomodo dicatur intelligere ſeipſum per ſeipſum. 484.c.1.e
Deus quomodo intelligat alia à ſe. 493.c.2.b
Deus diſtinctè omnia repræſentat. 390.c.2.b
Deus in ſeipſo abſolutè cognito ante omnem reſpectum cognoſcit omnes creaturas 391.c.1.b
Deus ante omnem voluntatis determinationem cognoſcit totam entis latitudinem. ibidem

Deus cognoſcit futura contingentia in ſuis cauſis determinatis, & completis. 556.c.1.a
Deus cognoſcit futura contingentia in ſuis cauſis indeterminatis ex parte obiecti ſecundarij. 556.c.2.b
Deus cognoſcit futura contingentia in rationibus idealibus. ibidem c
Deus quomodo cognoſcat futura contingentia conditionalia, vel abſoluta. Vide. Futura.
Deus an poſsit non ſcire id, quod ſcit, & non velle, quod vult. 697.c.1.c
Deus poteſt abſolutè, ſiuè in ſenſu diuiſo non præſcire, quod præſciuit, & non prædefinire, quod prædefiniuit. 577.c.2.c
Deus ſciuit hoc contingens futurum, an ſit propoſitio abſolutè neceſſaria. 568.c.2.c & 572.c.2.a
Deus ſciuit hoc contingens futurum, eſt propoſitio de præterito. 571.c.1.d
Deus quomodo cognoſcat enunciabilia. 579.c.1.e
Deus cognoſcit infinita ſcientia viſionis. 530.c.1.b

Dei Cauſalitas, &c.

Deus eſt cauſa altibr neceſſaria, & contingente, pagina. 705.c.1.a
Deus quomodo, vt cauſa omnia contineat. 495.c.1.c
Deus cur ſit agens per intellectum. 505.c.2.b
Deo conuenit cauſalitas ante omnem reſpectum, pagina 391.col.1.d
Deus non poteſt ſupplere omnem cauſam ſecundam, pagina 345.col.2.b
Deus operatur in omni operante. 764.c.1.b
Deum operari in quolibet operante tripliciter. pagina 542.col.2.a
Deus influit in cauſas ſecundas, & eas præmouet, ac determinat. 764.col.2.a
Deus operatur tripliciter in omni operante. 542.c.1.e
Deus eſt agens liberum formaliter, ad quod reducitur omnis creata libertas. 706.c.1.c
Deus nihil poteſt facere in genere quanti, quod à nobis cogitari non poſsit. 215.col.2.b
Deus an agat extra ſe, vt infinitus in ratione ſcientis, et volentis, an vt eſt infinitus in genere entis. 512.c.2.b
Deus eſt omnipotens, vt agens intellectuale formaliter, vt autem eſt ens infinitum radicaliter. 512.c.2.c
Deus nullo modo eſt cauſa peccati. 802.col.2.b
Deus non obligatur, aut debet creaturis, ſed ſibi tãtum. pag. 737.col.1.a

Deus quomodo cognoſcatur à nobis.

Deus eſt ſubiectum principale Theologiæ pag.62.c.2.e & 63.col.2.c
Deus eſt ſubiectum adæquatum Theologiæ. eadem
Deus an ſit obiectum practicum noſtri intellectus. pagina 44.col.2.a
Deus ſub ratione ſummi boni, & vltimi finis eſt obiectum Theologiæ, vt practica eſt. 41.col.1.d
Deus eſt obiectum ſcientiæ ſpeculatiuæ, & practicæ diuerſimodè. 590.c.1.d
Deus clare viſus an contineatur ſub obiecto noſtri intellectus. 314.c.1.e
Deus ſub propria ratione abſoluta in præſenti vita cognoſci non poteſt. 461.c.1.c
Diffinitio quonam modo ſit proximum principium ſcientiæ. 34.col.1.a
Dei prædicata ex creaturis cognoſcibilia. 92.c.2.e
Deum non poſſe videri per eſſentiam ab homine puro, niſi ab hac mortali vita ſeparetur, de qua potentia intelligendum ſit. 421.c.2.c
Diffinitio, & diffinitum poſſunt conſiderari, & ſecundũ ſe, & ratione noſtri. 84.col.1.a
Deus in ſtatu viæ cognoſcitur ſolùm per formam ſui effectus. 425.c.2.b
De Deo cognoſcibilia ex ſenſibilibus ſunt tria prædicata, ſcilicet negatiua, cauſalia, & ſupereminentia. pagina 425.col.2.d
Diuiſio quando ſit in rerum natura. 304 col.2.d
Doctrinæ fontes tres. in præfatione
Doctrina ſacra quot modis, & quæ eius neceſsitas. pagina 7.col.1.d
Doctrina reuelata quatuor modis ſumi poteſt. 7.col.1.e
Doctrina ſacra quæ nam dicatur, & quomodo differat à ſacra ſcriptura. 70.col.2.b
Doctrina ſacra abſolutè ſumpta eſt neceſſaria. 8.c.2.d
Doctrina ſacra, vt ſcientia, ſiuè ſcholaſtica ſiuè poſitiua, non eſt ſingulis hominibus ad ſalutem neceſſaria pagina 8.col.2.e
Doctrina ſacra conſiſtit radicaliter in reuelatis immediatè, perfectè verò in reuelatis, tam immediatè, quã mediatè. 15.col.2.b
Doctrina ſacra ſimul credita, & ſcita. 20.col.1.d
Domini nomen tria importat, ſcilicet potentiam coercendi, &c. 462.col.1.c
Domini nomen quomodo Deo conueniat. ibidem
Dubitatio circa articulos fidei vnde in aliquibus contingat. 51.col.1.a
Duo conſiderantur in idæa. 605.col.1.a
Duratio Angeli ſuam habet quantitatem, & latitudinem, abſque comparatione ad tempus. 282.c.2.d
Duratio, vt ſic, non dicit rationem menſuræ. 276.c.1.a
Duratio primi æuiterni non determinatur eſſentialiter per rationem menſuræ. 275.c.2.d
Durationis per ſe differentiæ vnde ſumãtur. 277.c.1.d
Durationem non variat defectibilitas ab extrinſeco. pagina 277.c.2.c
Duratio cur non ſit eadem realiter cum re creata, pagina 264.c.2.b
Durationum quorundam perfectio non tota eſt ex natura, ſed partim ex gratia. 291.col.2.e
Duratio rei intrinſeca pertinet aliquomodo ad quantitatem rei perfectionalem. 255.col.2.c
Duratio vt extrinſeca menſura magis videtur aſsimilari quantitati dimenſiuè, quàm perfectionali. ibidem d
Durationis nomen, & ratio declaratur. 256.col.1.c
Duratio eadem eſt cum eſſe. ibid. d. & 256.col.1.c
Duratio prima ſui ſignificatione importat rationem rei menſurabilis. ibidem
Duratio vſu loquentium quandoque ſignificat menſuram communiter dictam de æternitate, æuo, & tempore. ibidem
Duratio ſecundum D. Thom. quandoque dicitur de menſura, & quandoque de menſurato. ibidem d
Duratio omnis rationem habet menſuræ extrinſecæ, vel intrin-

intrinſeca. 256.col.2.c & 257
Duratio rei ſubordinatæ habet ſimul rationem menſuræ intrinſecæ, & menſurati. ibidem col.2.b
Duratione intrinſeca cognoſcitur quātitas alicuius rei, non abſolutè, ſed denominatiuè. ibid.a
Duratio, & exiſtentia rei diſtinguuntur ratione ratiocinata. 257.col.1.c
Duratio rei incipit per vltimum non eſſe rei. 257.c.2.a
Duratio extrinſeca ſignificat formaliter relationem menſuræ. 257.c.2.a
Duratio quomodo dicatur tanta, maior, vel minor. pagina 257.c.2.d
Duratio omnis dicit rationem menſuræ, ſaltem fundamentaliter. 260.col.1.d

E

EAdem eſſentialiter, & quidditatiuè non ſemper in eundem effectum concurrunt. 513.col.2.c
Effectus in cauſa, cur aliqui videantur alijs non viſis. pag. 394.col.2.d
Effectus in cauſa æquiuoca dupliciter. 192.col.2.a
Effectus vniuerſales qui dicantur. 231.col.2.b
Effectus in cauſa indeterminata, vel libera non ſunt certò cognoſcibiles. 540.col.2.a
Effectus diuinæ prouidentiæ ſi qui neceſſariò contingenter, vel liberè, non implicat contradictionem. pagina 762.col.1.b. & c
Effectus non excedit virtutem cauſæ. 214.col.1.d
Effectus in fieri ſemper eſt nobiliori modo in ſua cauſa etiam vniuoca. 165.col.2 d
Effectum præexiſtere in virtute cauſæ agentis, non eſt præexiſtere imperfectiori modo, ſed perfectiori pagina 165.col.2. & 166
Effectus aſsimilantur Deo ſecundum rationem formæ, non autem in modo eſſendi. 491.c.1.d
Effectus, prout eſt in cauſa, idem eſt realiter quod cauſa, quatenus vim habet productiuam. 166.col.2.c
Effectus eſt perfectiori modo in cauſa non materialiter, ſed formaliter. ibidem
Effectus nobilitas in cauſa dupliciter. ibid.a
Efficiens, ſiuè vt quo, ſiuè vt quod, dupliciter ſcilicet per actionem mediam, & per ſimplicem reſultantiam. pag. 140 c.2.c
Effectus prædeſtinationis diffinitur, & explicatur. pagina 825 col.2. a
Effectus prædeſtinationis Angelorum vt gratia, &c. ſunt, ex meritis Chriſti. 825.col.2.d
Effectus pēdentes ex libero arbitrio ſunt abſolutè à Deo prædefiniti. 752.col.1.b
Effectus caſuales ſunt, qui cum potuiſſent intendi non fuerunt intenti. 755.col.2.d
Efficacitas diuinæ voluntatis, & virtutis, quæ noſtram præmouet voluntatem, explicatur. 792.c.2.a & b
Efficiens dupliciter, ſcilicet quod, & quo, & hoc eſt ratio, & principium formale. 140.col.2.b
Elementum eſt minus ſimplex, quàm homo ſecundum vnam rationem, & ſimplicior ſecundum aliam. pagina 157.c.2.d
Electio hominum ad gloriam nec includit explicitè, nec excludit ordinem ad merita. 872.c.2.d
Electio ad gloriam quo ſenſu à patribus dicatur facta cū præſcientia meritorum. 872.c.2.d
Electio non includit actualem reſpectum ad voluntatem hominis, & alia media. 869.c.1.b
Electio claudit virtualiter, & implicitè reſpectum ad voluntatem hominis, & aliam media. ibid.
Electio ſanctorum ad gloriam præſupponit ſecundum ordinem cauſæ materialis, & quodammodo finalis futuram exiſtentiam perſonæ eligendæ, & præſcientiā peccati. 823 c.1.a
Electio non præſupponit præuiſionem bonorum operum ſupernaturalium. ibidem c
Enitabilis dicitur effectus in ordine ad cauſam primam. pag. 801.col.2.c
Enunciatio, & res quomodo differant in ordine ad cognitionem. 577.c.1 b
Enunciabile modo eſt ſcibile, & modo neſcibile pagina 588 c.1.a
Enunciabilia quomodo cognoſcantur à Deo 579 c.1.c
Enunciabile dupliciter, ſcilicet vt res, & vt enunciabile. pag. 578.c 2.b
Ens diuinum per inſpirationem cognoſcibile, & Deus quomodo differant. 61.c.2.c
Ens in quantum ens, extenſum ad naturale, & ſupernaturale eſt obiectum adæquatum noſtri intellectus. pag. 317.c.1.b
Ens, vt ſpecificat intellectum humanum, eſt vnum ſpecie. 317.c.1.d
Entis conceptus in eſſendo eſt vnus numero, ſed in repræſentando eſt vnus analogicè. ibidem
Ens diuinum per inſpirationem cognoſcibile eſt analogū duplici analogia. 61.c.2.d
Ens diuinum per inſpirationem cognoſcibile eſt ſubiectū adæquatum in Theologia. 63.c.1.c
Ens diuinum per inſpirationem cognoſcibile eſſe ſubiectum in Theologia, idem eſt, quod Deum eſſe ſubiectum. 64.c.1.b
Ens nominaliter, & ens participialiter, quomodo differant. 147.col.2.d
Ens nominaliter, & ens participialiter idem ſignificant formaliter, & differunt tantum quo ad id, a quo nomen imponitur. 147.col.2.d
Ens eſt analogum vtraque analogia ad Deum, & creaturas. 450.col.2.c
Entis conceptus imperfectus eſt ille, qui eſt confuſus. pag. 451.c.1.b
Entis conceptus includit ſubſtantiam, & accidens, vt ſimilia proportionaliter. 451.c.2.c
Ens quomodo prædicetur de ſubſtantia, & accidente. ibidem.
Entis conceptus abſolutè, quid includat. 452.c.1.b
Entis conceptus perfectus duplex. ibid.
Entis conceptus eo perfectior eſt, quo plura analogata includit. 452.c.1.c
Entis ratio à metaphyſico conſiderata communis eſt enti nominaliter, & enti participialiter, eſſentiæ, & exiſtentiæ. 234.c.1.a
Enti alicui particulari poteſt aliquid addi, quod ſit extra illius eſſentiam, non vniuerſali. 175.c.1.c
Ens nominaliter additum rebus nihil addit, ſed benè ens participialiter. 138.c.1.b
Ens reale dupliciter, ſcilicet vt diſtinguitur contra ens ab intellectu fabricatum, & vt diſtinguitur contra

non exiſtent. 132.c.1.b
Ens, quo ſenſu habeat paſſiones reales. 298.col.1.e
Entia rationis quomodo cognoſcãtur à Deo in eius eſſentia. 579.c.2.c
Eſſe eſt vltima actualitas. 128.c.2.c
Entis ratio formalis eſt primum intelligibile ſecundum ſe, & prior ſecundum ſe ratione boni. 181.c.1.d.
Entis, & boni rationes diſtinguuntur ratione habente fundamentum in re compoſita methaphyſicè. pagina 182.c.1.b
Entis, & boni diſtinctio formalis eſt aliquo modo in re ante opus intellectus. ibidem
Entis ratio in Deo non eſt prior ſecundum ſe ratione boni. ibid.e
Ens inquantum ens, eſſe perfectum, verum eſt propriè de ente participialiter, & aliquo modo de ente nominaliter. 183.c.1.e
Ens poteſt conſiderari in aliquo priori, in quo non conuenit ei ratio boni. 197.c.2.e
Eſſe ſecundum ſe conuenit formæ. 141.c.2.d
Eſſe tribus modis ſumitur. ſ. pro eſſentia, pro veritate propoſitionis, & pro exiſtentia. 127.c.1
Eſſe ſubſtantiale angelorum, & cœleſtium corporum eodem æuo menſuratur. 281.c.1.c
Eſſe triplex. ſ. quidditatiuum, veritas propoſitionis, & exiſtentia. 129.c.2.a
Eſſe cognitum eſt relatio rationis. 491.c.1.d.
Eſſe abſolutè non habebant res, antequam crearentur, quamuis eſſent in æternitate. 566.c.2.b
In æternitate, quo ſenſu res ſit in omni tempore, pagina. 567.c.1.e
Eſſe, & eſſentia, cur differant in omnibus iis, quæ communicant in vno genere. 149.c.1.d
Eſſe eſt diuerſum formaliter in ſpeciebus, non autẽ quidditas generis. 149.c.2.d
Eſſe, vt ſic, eſt ratio, quare aliquid efficiatur à Deo. pagina. 231.c.2.c.
Eſſe per ſe primò producitur à Deo ibid.
Eſſe fit ſimpliciter à ſola prima cauſa ibid.
Eſſe, quod eſt magis intimum, & quod profundius omnibus ineſt, & quod eſt formale omnium, quæ ſunt in re, eſt eſſe latiſſimè ſumptum. 234.c.2.d. & ibid.c.1.e
Eſſe animæ Chriſti dupliciter conſideratur, & vno modo eſt æuum; alio modo eſt æternitas. 293.c.1.c
Eſſe eſt proprius, id eſt per ſe primò effectus Dei, pagina 232.c.2.c
Eſſe exiſtentiæ actuat immediatè ſolum gradum vltimæ differentiæ. 233.c.2.c.
Eſſe non magis intimè attingit reliquos gradus, quàm vltimæ differentiæ, ſed minus ibid.d
Eſſe primi æuiterni, quod eſt æuum, ad excellentem vniformitatem, & ſimplicitatem extollitur per gratiã, & gloriam. 292.c.1.b.
Eſſe Angelorum ſanctorum per gratiam, & gloriam maiorem habet ſimplicitatem, & vniformitatem, quàm eſſe Luciferi. ibidem
Eſſe finitur, & limitatur non ex diſtinctione ab eſſentia, ſed ex receptione ſiue reali, ſiue formali, ſiue identica in eſſentia finita. 209.c.2.e
Eſſe perfectio cur abſolutè ſumpta ſit infinita, non autem formæ. 210.c.2.d
Eſſe ſecundum totam latitudinem ſuæ rationis formalis, eſt omnium, quæ ſunt in re, formaliſſimum, pagina 234.c.1.e
Eſſe, id eſt entitas rei, vt eſt abſtractum entis nominaliter dicti, eſt intimus, quàm eſſe exiſtentiæ, quod tamẽ eſt actualius. ibid.a
Eſſe creaturæ non eſt ſeparabile ab eſſentia. 167.c.2.e
Eſſe ipſum nihil poſſe habere adiunctum, ſed id, quod eſt: poteſt aliquid habere adiunctum explicatur. pagina 153 c.2.b
Eſſendi natura quid ſit. 507.c.2.b
Eſſentiæ rerum abſolutè conſideratæ neque ſunt, neque non ſunt. 135.c.1.e
Eſſentiæ rerum ſunt æternæ dupliciter. 136.c.1.a
Eſſentiæ rerum ſunt entia ſeipſis neceſſaria, ſumendo ens nominaliter. 135.c.1.d (& 209.b
Eſſentiæ rerum abſtrahunt ab exiſtentia. 136.c.2.c
Eſſentia, vt eſſentia ſemper remanet, & tamen res poteſt in nihilum redigi. ibid.
Eſſentia vt eſt ipſum ſuſceptiuum exiſtentiæ, nobilior eſt ea in ratione entis abſolutè, & ſimpliciter. pagina 142.c.2.d
Eſſentia, vt eſſentia eſt præcisè, nobilior eſt exiſtentia ſecundum quid, multis modis. ibid.
Eſſentias rerum ab intellectu Dei practico dependere. pag. 628.c.1.e
Eſſentiæ rerum præcisè ſumptæ non ſunt à Deo volitæ, nec amatæ. 518.c.2.d
Eſſentiæ rerum quomodo poſſint à Deo dependere. pagina 629.c.2.e
Eſſentia Angeli quomodo ſit cauſa ſui eſſe. 141.c.1.e
Eſſentia non poteſt per diuinam potentiam conſeruari ſine omni eſſe exiſtentiæ. 138.c.2.b.
Eſſentia diuina cur præter ſeipſam repræſentet tantùm ea entia, quæ poteſt efficere. 498.c.1.b
Eſſentia diuina dupliciter vnitur intellectui beatorum, ſcilicet in actu primò, & in actu 2. 339.col.2.d
Eſſentiam diuinam vniri perfectè intellectui, quid ſit. pag. 339.c.2.c
Eſſentia diuina ſeipſam primò, & creaturas ſecundariò repræſentat. 493.c.2.a
Eſſentia diuina, qua ratione ſit idea. 595.c.2.c
Eſſentia abſolutè nec eſt creator, nec creatura. pagina 198.c.2.c
Eſſentia quomodo ſit appetibilis. 199.c.1.d
Eſſentia quomodo ſit bona. ibidem b
Eſſentia diuina quomodo contineat omnia diſtinctè. pagina 493.c.2.d
Eſſentia, & exiſtentia realiter diſtinguuntur, tam in ſubſtantiis, quã in accidentibus. 134.c.2.c, & 136.c.1.d
Eſſentia, vt ſic non pendet à cauſa actiua. 133.c.2.a
Eſſentia diuina cur magis hoc, quàm illa beato repræſentet. 398.c.2.b, & 393.c.1.e
Eſſentia diuina determinatè repræſentat ob tres, cauſas. ibid.
Eſſentia diuina vt actus, dupliciter continet omnia, ibidem c.
Eſſentia diuina continet omnia intelligibilia dupliciter. pag. 395.c.2.b
Eſſentias rerum Deus in ſeipſo cognoſcit, vt in cauſa. pag. 628.c.1.e
Eſſẽtiæ rerũ veritatẽ habẽt cũ ordine ad eſſe. 628.c.1.b

Eſſentiæ rerum, & veritates quaſi radicaliter, & inchoatiuè pendent ab intellectu diuino. 628.c.2.c
Eſſentiæ rerum ſunt participationes diuini eſſe. pagina 628.c.2.e
Eſſentia diuina, ut idea, repræſentat diuerſimodè rerum quidditates, & contingentia. 555.c.1.a
Eſſentia diuina quomodo ſit idea. ibid. e
Eſſentia non eſt per ſe primò, cauſa ſui eſſe. 128.col.1.a
Eſſentia non ſignificatur in actu vltimato, niſi prout ſignificatur in actu exercito, & quo ſenſu id verum ſit. 128.c.2.a
Eſſentia diuina ſecundum ſe, & reſpectu diuini intellectus, non habet aliquid, quod ſit alterius ratio, aut virtualiter diſtinctum. 482.col.2.a
Eſſentia dupliciter, ſcilicet abſolutè, & prout habet eſſe in hoc, vel in illo, & quæ ſecundum vtrumque modum illi conueniant. 129.c.1.c
Eſſentiæ rerum tribus modis exiſtunt, ſcilicet in ſeipſis, in cauſis, & in intellectu. ibidem e
Eſſentia diuina quædam repræſentat merè naturaliter, & quædam ex ſuppoſita libera Dei volitione. pagina 396.c.2.c
Eſſentia diuina, quomodo prout habet rationem ſpeciei, & verbi, eſt perfectiſſima ratio cognoſcendi diſtinctè creaturas. 494.col.2.d
Eſſentia diuina repræſentat contingentia, vt habet rationem ideæ. 397.col.1.a
Eſſentia Dei repræſentat rerum durationes. 416.c.1.c
Eſſentia diuina omnia ſimul ſemper actu repræſentat. pag. 413.c.1.d
Eſſentiæ rerum ſeipſis formaliter ſunt entia realia, & extra nihil. 132.col.1
Eſſentia dupliciter poteſt dici in potentia. ibid.e
Eſſentia non eſt ſeipſa ens reale participialiter. ibidem
Eſſentia non eſt in potentia ſimpliciter in genere entis, quod diuiditur in decem prædicamenta. ibidem
Eſſentia eſt in potentia ſimpliciter in genere entis, quod dicit actum exiſtendi. ibid.
Eſſentia eſt actu eſſentia, antequam producatur. pagina 132.col.2.b
Eſſentiæ rerum abſtrahunt ab omni eſſe, nec tamen in hac abſtractione, vel indifferentia poſſunt realiter inueniri. 132. col.2.c
Eſſentiæ rerum non fuerunt ab æterno extra Deū. ibid.
Eſſentia rei genitæ non præexiſtit, vt ei addatur exiſtentia, ſed generatur, & producitur in rerum natura ſecundum eſſe exiſtentiæ. 132.c.2.e
Eſſentiam ſine exiſtentia nihil eſſe, quomodo verum ſit. pag. 133.c.1.d
Eſſentiæ rerum quomodo dicantur habuiſſe actualitatē eſſentiæ ante mundi creationem, vel ab æterno. pagina 133.c.2.d
Eſſentia diuina vnita intellectui beati dupliciter habet habitudinem ad intelligere, ſ. principij effectiui, & principij formalis. 340.col.1.c
Eſſentia diuina vnitur per modum formæ intelligibilis intellectui beatorum. 339.col.2.e & 340.c.2.a
Eſſentia diuina dat eſſe increatum intellectui beato. pagina 341.c.1.c
Eſſentia diuina eſt principium viſionis formale ſubſiſtens, quod non ſubordinatur intellectui creato. pagina 341.col.2.b
Eſſentia quomodo vniatur intellectui beati, & quomodo concurrat cum eo ad actum viſionis. 338.c.1.a
Eſſentia diuina vnitur intellectui beati prius natura in actu primo, deinde in actu 2. ibid.c.2.d
Eſſentia diuina non poteſt eſſe forma ſecundum eſſe naturale. 339.col.1.a
Eſſentia diuina cur poſsit eſſe forma intellectus ſecundum eſſe intelligibile. ibid.
Eſſentia Dei cur non cauſet in beatis viſionem infinitā. pag. 356.col.2.c
Eſſentia diuina cur poſsit communicari non communicatis perſonis. 387.col.1.c
Eſſentia diuina non repræſentat immediatè creaturas. pag. 395.c.1.a
Eſſentia diuina repræſentat diſtinctè creaturas. ibid. d
eſſentia Diuina non poteſt vniri intellectui beatorum, vt ſpecies immediatè creaturarum repræſentatiua. pag. 396.col.1.a
eſſentia Diuina continent omnia, vt actus perfectus imperfectos. 394.col.1.c
euitabile dupliciter, vno modo, vt opponitur neceſſario, alio modo, vt opponitur ineuitabili contrariè. pagina 786.c.1.a.b.c.d.e.
euitabili, & ineuitabili probabile eſt dari quid altius. ibidem e.
excedens omne cogitabile, vt ſic, non eſt maius exiſtens in actu exercito, quàm non exiſtens. 85.col.2.a
excedens omne cogitabile materialiter ſumptum, eſt maius cum exiſtentia in actu exercito ſeipſo, cum ſola exiſtentia in actu ſignato. 85.col.2.b
excedens omne cogitabile, an, & quomodo includat exiſtentiam. 84.c.1.e
excedens omne cogitabile, quomodo reliquis comparetur. 84.c.2.d
excedēs omne cogitabile includit omnem perfectionem, etiam exiſtentiam in actu ſignato tantùm vt rationē exceſſus reſpectu cæterorum cogitabilium. 85.c.1.a
exemplaris conditio neceſſaria eſt, vt per conceptum repræſentetur. 595.c.1.c
exemplar, & ſpeculum quomodo differant. 390.c.1.c
exemplar in idem numero coincidit cum fine. 593.c.2.d
exemplar, vt ſic, non dicit principium operandi. pagina 596.c.1.b
exemplar non eſt forma eadem numero rei producendæ. pag. 598.c.1.b
exemplaris ratio habet, ut ſit in mente obiectiuè, vt actu cognitum. 596.c.1.c
exemplar quomodo pertineat ad genus cauſæ formalis. pag. 599.c.1.d
exiſtentia eſt à forma effectiuè per modum naturalis effluxus ſecundum ſententiam Capreoli. 139.col.2.d
exiſtentia cauſat formam, vt cauſa formalis. 140.c.1.e
exiſtentia eſt neceſſaria conditio cauſæ in cauſando. ibid.
exiſtentia eſt, qua res eſt; ſed diuerſo modo à forma. pagina 140.col.2.c
exiſtentiæ rerum quomodo videantur à beatis. pagina 401.c.2.d
exiſtentia in actu ſignato eſſentia quædam eſt. pagina 137.col.2.b
exiſtere in ſeipſis quomodo res incipiant. 565.c.1.c
exiſtentiæ bonitas. 198.col.2.a
exiſtentia nobilior eſt ſimpliciter eſſentia, vt eſſentia eſt, præciſè

Digitized by Google

præciſè. 142.col.2.c
Exiſtentia non habet vnitatem ſimpliciter, ſed analogicam. 143.c.1.a
Exiſtentia non limitatur nec, ſit imperfectior per rerum differentias. 143.col.1.c
Exiſtentia non limitatur nec, ſit imperfectior per rerum differentias. 143.col.1.c
Exiſtentia formaliter non eſt in potentia, vt ſit actu exiſtentia. 134.col.1.a, & 136. col.1.c
Exiſtentia reductiuè pertinet ad genus, & ſpeciem rei exiſtentis. 134.c.1.d
Exiſtentia in ratione entis eſt imperfectior re exiſtente. pag. 134.c.2.a
exiſtentia dupliciter.ſ.in actu ſignato, & in actu exercito. 84.c.2.e
exiſtentia in actu ſignato, & exiſtentia in actu exercito, quomodo comparentur adinuicem. 85.c.1.c
exiſtentiæ abſolutè ſumptæ, quatuor conditiones. pagina. 129.col.2.d
exiſtentia eſt aliquid reale intrinſecum rei exiſtenti. ibi.
exiſtentia eſt vltima actualitas. ibid.
exiſtentia, abſolutè ſumpta, non eſt accidens. 130.c.1.b
exiſtentia abſolutè ſumpta non habet, vt ſit recepta in re exiſtente, vt actus in potentia. ibidem
exiſtentiæ diſtinctio multiplex. 130.c.1.d
exiſtentiæ creatæ, diſtinctio. ibidem
exiſtentiæ creatæ ſeptem conditiones. ibid.
exiſtentiæ creatæ conuenientiæ duæ cum forma. ibid. col.2.c
exiſtentiæ creatæ differentiæ decem à forma. ibidem
exiſtentiam eſſe vltimam actualitatem probatur. pagina 131.col.1.b
exiſtentiam eſſe actualitatem eſſentiæ dupliciter poteſt intelligi. 131.c.2.c
extenſioni diuinæ virtutis per ſe conuenit pluralitas effectuum, quorum graduatio eidem accidit. 908.c.1.b
extra mundum eſſe dupliciter ſumitur. 238.col.1.b

F

Falſitas rerum ſimplicium non eſt ſtrictè, & propriè falſitas.ſ.proprietate, loquutionis. 622.c.2.c
Falſa dicitur res in ordine ad idæam, à qua deficit. pagina 640.c.1.d.e
Falſum opus, vt ſic, non eſt effectus idææ. ibid.c.2.b
Falſitas quomodo conueniat peccato. 691.c.1.a & ibidem b.
Falſum cur non ſit cognoſcibile. 50.c.1.a
Falſitas, & veritas eſt in ſenſu tripliciter.ſ.cauſaliter, et formaliter dupliciter. 642.c.2.c
Falſitas non eſt in ſenſu, prout ſeipſum offert intellectui. pag. 642.c.2.d
Falſitas, vt cognita, eſt in cogitatiua, vt participat intellectum. 643.c.2.a
Falſitas in rebus, quæ à Deo dependent eſſe non poteſt per comparationem ad intellectum diuinum. 639.c.2.b
Falſitas poteſt eſſe in rebus artificialibus per comparationem ad intellectum practicum. 639.c.2.d
Falſitas ſimpliciter poteſt eſſe in voluntarijs per comparationem ad intellectum diuinum. 639.c.2.e
Falſitas non eſt in intellectu quidditatis per ſe, ſed per accidens. 646.c.2.b, & 648.c.2.c
Falſus non eſt intellectus noſter in vllius quidditatis cognitione per ſe, ſed tantum per accidens, & quomodo. pag. 647.c.2.b
Falſitatis intellectus incomplexi radix, & modus. ibidé.
Falſitas poteſt eſſe virtualiter dupliciter in intellectu cognoſcente, quod quid eſt. 649.c.1.c
Falſum ſignificat formaliter acceptionem intellectus, & connotat relationem inæqualitatis, vt modum. pagina 653.c.2.c, & 652.c.2.a
Falſitas quomodo ſit in conceptu ſimplici. 649.c.2.b
Fidei actus ſupernaturalis eſt neceſſarius neceſſitate præcepti. 8.c.1.c
Fidei diffinitio ab Apoſt. tradita, quomodo ſit intelligenda. 8.c.1.b
Fidei dogmata quomodo probentur. 67.c.2.c
Fidei noſtræ nullum verum eſt contrarium. 68.c.1.a
Fides certior eſt omnibus habitibus intellectualibus. pagina. 52.col.1.a
Fidelis paratus ſit potius negare prima principia, quam à fide recedere. 51.col.2.c
Fides ſecundum ſe certior eſt principio notiſsimo. pagina 52.c.1.c
Fides, prout in nobis efficit aſſenſum certior eſt cognitione cuiuſuis intellectualis virtutis. 52.c.1.d
Fides ſupernaturalis neceſſaria eſt neceſsitate medij, ſiuè finis, ſecundum legem Dei ordinariam ad ſalutem adultorum. 8.c.1.a
Fidei actus ſupernaturalis eſt neceſſarius neceſsitate præcepti. ibidem c.
Fides eſt habitus per accidens principiorũ ſcientiæ ſubalternatæ. 22.c.2.d
Fieri per ſe, & ſimpliciter quid dicatur. 232.c.1.b
Fieri per accidens dicitur, cuius ratio antea præerat. ibidem.c
Fieri, ſiue factio, vt rei conueniat, quas conditiones requirat. 142.c.2.a
Figurarum ſimilitudo cum ſpeciebus intellectus, quomodo intelligenda. 413.c.1.c
Filius Dei aſſumpſit carnem mediante anima, & totum mediantibus partibus ſecundum ordinem executionis. 293 c.1.b
Finis cognitionis eius perfectionem ſignificat. 486.c.2.a
Finis dupliciter, ſcilicet in actu ſignato, & in actu exercito. 186.c.1.b
Finis ratio dupliciter ſumitur, in actu ſignato, & in actu exercito. 185.c.2.c
Finis in actu exercito, & bonum idem ſunt formaliter. ibidem.
Finis duplex, ſ. qui, & cui. 821.c.2.b
Finis Theologiæ duplex, intrinſecus, et extrinſecus, proximus, & remotus. 47.c.2.e
Finis proximus noſtræ Theologiæ, vt practica eſt, eſt beatitudo. 48.c.1.a
Finis intrinſecus Theologiæ, vt eſt ſpeculatiua eſt contéplatio. 48.c.1.b
Finiti, & infiniti nomina quid ſignificent, & quot modis dicantur. 207.c.1.d
Finitas, & infinitas formæ, & eſſe, quomodo differant. pag. 208.c.1.c
Forma ſimplex duplex eſt. 154.c.1.c
Forma ſimplex ſubiectum eſſe non poteſt, & quo ſenſu verum ſit. ibidem

Forma diſtincta à rē cognita duplex.ſ.abſtracta,& impreſſa. 425.c.2.b
Forma ſpecificè ſumpta imperfectionem acquirit, ex actuali vnione,ſed indiuidualiter perficitur. 206.c.1.e
Forma dupliciter.ſ.latiſſimè,& ſtrictè. 205.c.2.d
Formæ aptitudo ad informandum materiam dupliciter ſumi poteſt. 205.c.2.e
Formæ,vt forma eſt,non conuenit vniri materiæ. pagina 207.c.1.a
Forma duplex.ſ.phyſica,& metaphy. 106.c.2.e
Forma ſubſtantialis non eſt proprium principium indiuiduationis,neq; eſt hæc intrinſecè, per ſuam entitatem. 112.c.1.a
Forma quomodo conſtituat hoc aliquid. 114.c.2.a
Forma ſubſtantialis quomodo indiuiduetur. 113.c.2.e
Forma cauſat exiſtētiā,vt principiū formale. 140.c.1.e
Forma eſt,qua res eſt ſed diuerſo modo ab exiſtentia. pag. 140.c.1.e & c.2.e
Forma cauſando eſſe non cauſat ſeipſam. 142.c.1.d
Formæ quædam cur ſint amiſſibiliter in ſubiecto. pagina 285.c.2.d
Formæ quædam cur ſint inamiſſibiliter in ſubiecto. ibi.
Forma duplex eſt,quædam principalis, & quædam vt diſpoſitio. 351.c.2.c
Forma ſupernaturalis,etiam non inhærens, indiget ſupernaturali diſpoſitione, pag.304.d,col.2.& 302. ibid.& 355.col.1.a
Forma qualibet eſt participatio diuinæ naturæ,ſed quadam ſingulariter quo ad id,quod in Deo eſt diuiniſſimum. 366.c.2.d
Forma,quæ eſt ratio agendi potentiæ, eſt cauſa immediata operationis. 359.c.2.a
Formæ accidentales in ſubiectis recipiuntur propter ipſarum formarum operationes, & propter operationē ſubiecti. 480.c.2.c
Formale rei duplex,ſcilicet eſſentiale, & completiuum. pag. 260.c.2.c
Fugæ actus in Deo non eſt. 727.c.1.b
Futurus actus liberi arbitrij an ideo ſciatur à Deo,*quia futurus.* 496.c.2.a,& 506.c.2.d
Futurum contingent triplex. 535.col.2.c
Futura contingentia,vt in pluribus ſolent quandoq; vocari neceſſaria. ibidem
Futura contingentia per accidens non rectè appellantur illa,quæ ſunt,ex cauſis naturalibus. ibid.
Futuri contingentis cognitio in cauſa, vt ſic, non eſt certa. 536.c.1.e
Futura contingentia ſub conditione propoſita,an cognoſcantur à Deo. 536.c.2.d
Futura conditionata cognoſcuntur à Deo *per ſcientiam liberam.* 543.c.1.c,& 545.c.2.d
Futura conditionata omnia ſunt à Deo *prædefinita ſub conditione.* ibid.
Futura conditionalia non ſunt certò cognoſcibilia in comprehenſione diuinæ eſſentiæ, & voluntatis ante omnē formalem prædefinitionem. 545.c.1.b
Futura contingentia conditionalia non cognoſcuntur à Deo *in comprehenſione iudicij,& rationis æternæ, &c. pag.* 545.c.2.b
Futura contingentia conditionata non cognoſcit Deus *penetrando immediatè eorum veritates. pag.*546.c.1.c & 556.c.1.b
Futurum contingens veritatem habet ex determinatione diuinæ voluntatis. 546.c.1.c,& 551.c.2.a
Futura conditionaliter à libero arbitrio quomodo, & quanta certitudine cognoſcantur à Deo. 547.c.2.c
Futura contingentia abſoluta quomodo cognoſcantur à Deo. 552.c.1.a,& 540.c.2.b
Futurum contingens non poſſe à Deo *cognoſci in comprehenſione liberi arbitrij creati probatur multipliciter. pag.* 541.c.1.d
Futura contingentia ſufficientem habent rationem cognoſcendi ex decreto diuinæ voluntatis. 556.c.1.c
Futura cōtingentia multipliciter diuiduntur. 538.c.1.a
Futura contingentia abſoluta,& conditionata, quomodo differant. 538.c.2.c
Futura conditionata à Deo *probatur eſſe ſub conditione prædefinita.* ibidem
Futurorum conditionalium prædefinitiones humanæ. pag. 541.c.1.e
Futura Deo *ſunt præſentia in æternitate ſecundum realem coexiſtentiam.* 563.c.1.c
Futura contingentia alio modo comparantur ad cognitionē humanam,& alio modo ad diuinā. 573.c.2.d
Futura contingentia quomodo in ſuis cauſis poſſunt certò cognoſci. 559.c.1.b

G

GEnerans omne producit eſſe per formam. 119.c.1.
Generatio cum potentijs cōſequentibus eſt effectus prædeſt. 141.c.2.b
Generationis,æternitate poſita,ſpecies equina creata eſſet à Deo in vno aliquo indiuiduo deſignato quo ad intrinſecas deſignationes,non autem quo ad extrinſecas. 219.c.1.e
Generationi infinitæ à parte ante repugnat dari primū. pag. 219.c.1.c
Generationis æternitate conceſſa,nullum eſſet indiuiduū ſignatum quo ad conditiones extrinſecas, de quo poſſet verificari,quod eſſet creatum. 219.c.1.d
Generationis æternitate poſita,non poſſet à Deo *cognoſci vnum aliquod indiuiduum creatum,quoad conditiones extrinſecas.* 219.c.1.e
Genus logicum,& genus phyſicum, quomodo differant. pag. 144.col.1.d
Genus,& differentia quomodo differant. 146.c.2.c
Generis, & differentiæ compoſitio non eſt tantum ſecundum rationem,ſed eſt realis metaphyſica. 147.c.1.a
Genus non eſt oē,quod ſignificat eſſentiā rei. 148.c.1.c.d
Genus omne prædicatur quidditatiuè. ibid.
Genere vno contenta quomodo communicent in quidditate,& differant ſecundum eſſe. 148.c.2.
Genere vno contenta diſtinctionem habent eſſe, ab eſſentia. ibidem
Genere diuerſa an,& quomodo comparentur. 170.c.2.a
Gloria animæ Chriſti eſt ſuperioris ordinis ad gloriam animarum,& angelorum. 417.c.1.e
Gloria eſſentialis cum omnibus ad eam conſequentibus eſt effectus præd. 828.c.1.b
Gradus entium ſunt finiti. 761.c.1.d
Gratia operans,ſiuè auxilium præueniens,quid in homine efficiat. 869.c.1.b
Gratia præueniens,adiuuans, operans, cooperans, &c. vide auxilium.
Gratia iuſtificans collata prædeſtinato,& per peccatum amiſſa

Digitized by Google

amiſſa eſt effectus prædeſtinationis. 828.c.1.e
Gratia Adæ, & Angelorum ex meritis Chriſti potuit deriuari. 825.c.2.d
Gratia, & Charitas viatoris non menſurantur æternitate participata. 285.c.1.c, & 286.c.2.e
Gratia, & charitas ex parte ſua non habent cauſam corruptionis, ſed ex parte ſubiecti. 287.c.1.a
Gratia gratum faciens eſt, per quam primò participatur id, quod eſt diuinius in Deo. 363.c.1.a
Gratia ſua efficacitate pertingit ad faſtigium diuinæ trinitatis. ibidem
Gratia adiuncta charitate, & donis gerit ſimilitudinem diuinæ naturæ quo ad id, quod in ea eſt auguſtiſſimum. ibidem
Gratia, charitas, &c. ſoli Deo ſunt connaturalia. pagina 363.c.2.e
Gratia, charitas, &c. connaturalia ſunt Deo communicabiliter. ibidem. b
Gratia, & reliqua ſupernaturalia dupliciter conſiderantur. ſ. formaliter, & materialiter. 364.c.1.a
Gratia, & reliqua ſupernaturalia materialiter ſumpta, nec Deo, nec creaturis ſunt connaturalia. ibid.b
Gratiæ impedimentum poteſt homo apponere. 846.c.2.d
Gubernationis actus in Deo ratione diſtinguitur ab actu prouidentiæ. 760.c.2.b

H

Habitus principiorum in qualibet ſcientia, & præſertim in Theologia diſtinguitur realiter ab habitu ſcientiæ. 5.c.2.a
Habitus, vt ſit eſſentialiter practicus, quid requirat. pagina. 44.c.1.d
Habitus eſt cauſa immediata operationis. 359.c.1 b
Hæcceitatis aſſertor primus Marcus Varro. 109.c.2.c
Hæcceitas non eſt radicale principium indiuiduationis, ſed formale. 111.col.2.
Hæreticus non habet ſcientiam Theologiæ, ſed opinionẽ. pag. 29.c.1.a. & 21.c.2 b
Hæreticus habet habitum concluſionum Theologicarum ſpecie differentem, ab habitu vero Theologico. pagina 21.c.2.c. & 19.c.1.a
Homo, & humanitas quomodo differant. 122.c.2.a
Homo, quid cum gratia operante efficiat. 871.c.1.a
Homo in ſtatu naturæ corruptæ quid poſſit. 835.c.2.d
Homo Theologus naturaliter deſiderat videre Deum. pag. 322.c.2.e
Homo quomodo, vt ordinatus ad fælicitatem cognoſcat quoſdam effectus gratiæ, & gloriæ. 324.c.2.d
Homo, aut creatura rationalis dupliciter poteſt conſiderari, ſcilicet abſolutè, et vt ordinatur ad fælicitatem. pag. 320.c.1.d
Homo abſolutè non habet naturale deſiderium videndi diuinam eſſentiam. ibidem
Homo, vt ordinatus ad fælicitatem naturaliter deſiderat viſionem diuinæ eſſentiæ. ibidem
Homo quilibet poteſt ſaluari ſecundum legem Dei ordinariam. 851.c.2.c
Homo quilibet viator habet auxilium ſufficiens ad ſalutem. ibid. d
Homo non habet inclinationem naturalem, quæ ſit pondus naturæ, in viſionem Dei. 321.c.2.a
Homo habet capacitatem naturalem, ſiue potentiam obedientialem ad diuinam viſionem. ibidem. b
Homo, & angelus poteſt habere deſiderium inefficax videndi Deum abſolutè. 322.c.2.a
Homo naturaliter deſiderat videre primã cauſam quidditatiuè. ibid.c.2.b
Homini cur ſit connaturale, vt per ſenſibilia ad intelligibilia veniat. 71.c.2.c
Humano generi ſecundum ipſius communitatem ſufficit ratio naturalis ad prædicta. 10.c.2.c. & p.11.
Humano generi ſecundum ſingulos homines non ſufficit ratio naturalis ad cognoſcenda omnia demonſtrabilia de Deo. 14.c.1.a
Humanitas quomodo ſignificetur vt pars formalis. pagina 123.c.1.b
Humanitas Chriſti, vt ſic abſtrahit à dependentia à quouis agente, licèt ſimpliciter ſit creatá. 137.c.1.c

I

Idea in idem coincidit cum fine. 594.c.1.a
Idea triplicem habet cauſalitatem, ſ. effectiuam, formalem, & finalem. ibid. col.1.b
Idea de ſui ratione habet, vt ſit obiectiuè in mente. ibid.
Ideę conuenit eſſe obiectiuum duplex. ibid.
Idea ſecundum communiorem vſum vocabuli ſignificat interiorem mentis conceptum practicum. pagina 595.c.1.e
Ideę diffinitio explicata. 595.c.2.b
Idea quomodo ſit diuina eſſentia. ibidem. c
Idea an per ſe ſit principium cognitionis. 598.c.1.a
Ideę ratio, an requirat, vt opus factum illam proximè imitetur. 599.c.1.a
Idea mali, an, & quomodo ſit in Deo. 523.c.1.c
Idea, an, & quomodo conſtituatur per eſſe cognitum. pag. 597.c.2.b
Ideę quomodo repræſentent futura contingentia. pagina 559.c.1.c.e
Ideę createę poſſunt dici formæ, & conceptus. 596.c.1.a
Ideę ſunt attributa impropriè. 395.c.2.b
Idea non eſt res ab artifice producenda. 598.c.2.d
Idea formaliter ſignificat diuinam eſſentiam ſub relatione. 606.c.1.c
Ideę formaliter conſtituuntur per actuum intellectus directum non autem per reflexum. 607.c.1.a
Idea completur per relationem rationis conſequentem modum intelligendi. 607.c.2.c
Idea, ratio, & ſimilitudo differunt. 609.c.2.c
Idea eſt eſſentia diuina, vt obiecta diuino intellectui. pag. 601.c.1.c
Eſſentia diuina quomodo ſit ideà. ibid.
Idea practica, & ſpeculatiua quomodo differant. pagina 610.c.1.b
Idea vt exemplar propriè eſt eorum, quæ ſecundum aliquod tempus fiunt. ibidem.b
Idea mali formaliter non eſt. 611.c.1.b
Idea generis, ſpeciei, & indiuidui, an ſit vna, vel plures. 611.c.1.b
Ideam materię primę poſſe in bono ſenſu affirmari, & negari. 612.c.1.a
Ideæ multiplicantur ex ſola diſtinctione formali ideati. pag. 612.c.2.c
ideæ propriè, quorum accidentium ſint. 603.c.2.d

Ideæ ſunt formæ immitabiles, vt concepta obiectiuè, & formaliter. 595.c.2.d
Ideæ diuinæ non ſunt realiter plures, nec intellectus ope re præciſo actualiter ſunt diſtincta. 604.c.2.e
Ideæ ratio formalis duplex. 605.c.2.d
Ideæ, formæ, & ſimilitudinis differentia. 609.c.2.d
Idea eadem ſpeciei, & indiuidui. 611.c.2.b
Ideam eandem, quomodo habeant accidentia. pagina 611.c.2.b
Ideam propriè non habet materia, impropriè tamen habet. ibid.
Ideam quomodo habent mala. 612.c.2.c
Ideæ ſunt formæ aliarum rerum præter ipſas exiſtentes. pag. 592.c.1.c
Ideæ ſunt principia, & termini cognitionis. ibidem.
Ideę ſunt exemplaria earum rerum, quarum dicuntur formę. ibidem
Idęa eſt forma diuerſa numero à forma ideati. pagina 593.c.2.b
Ideę ſunt principia operatiua. ibidem
Idęa habet rationem finis. ibid.
Idęa in communi loquendo per ſe primò eſt forma intellectui obiecta, & c. ſecundariò autem eſt conceptus mentis. 596.c.2.d
Idęa ſecundum communem vſum loquendi eſt conceptus formalis artificis. ibidem. e
Idęa eſt principium cognitionis, & operationis. ibid.
Ideę diffinitio ex D. Tho. optima eſt. ibidem
Ideę diuinæ non ſunt creaturę ſecundum eſſe obiectiuũ. pag. 597.c.1.a
Idęa non eſt eſſentia diuina, vt antecedit cognitionem creaturarum reſpectu diuini intellectus. ibidem
Icona quid ſignificet, variæ doctorum ſententię. pagina 472.c.1.d
Infallibilitas euentus an, & quomodo cum eiuſdem contingentia, & libertate conſentiat. 795.c.1.a
Infallibilitas quid propriè ſit. 797.c.1.a
Ignis inferni quomodo dicatur ęternus. 266.c.2.a
Illuminant intellectum quatuor, ſcilicet lumen intellectus agentis, lumen acquiſitum, medium demonſtrationis, & abſtractio. 32.c.1.e
Imago in ſpeculo eſt extenſa, ſicut in oculo. 410.c.2.c
Immaterialitas primi motoris vnde concludatur. pagina 94.c.2.b
Immaterialitas eſt radix naturę cognoſcentis, & cognitę. 476.c.2.c
Immediatè operari excludit etiam mediationem partis. pag. 227.c.1.a
Immediata operatio eſt propria ratio pręſentię Dei in rebus. 226.c.2.e
Immediatio duplex ſcilicet virtutis, & ſuppoſiti, & quid vtraq; ſit. 222.c.1.d
Immenſitas Dei non eſt ratio pręſentię Dei. pagina 223.c.2.b
Immenſitas Dei eſt prima radix pręſentię Dei. ibidem. c & 224.c.2.d. & 167.col.1.b
Immenſitas Dei non facit ipſum pręſentem in ſpacio imaginario. ibidem.c. & 237.c.2.c
Immitabilitas exemplaris per ſe primò conuenit formę per conceptum repręſentatę, ſecundariò autem conceptui. 595.c.1.a
Immitabilitas duplex. 607.c.2.c
Immutabilitatis ſcientię viſionis radix. 584.c.2.a
Imperfectum in aliqua ſpecie deſiderat conſequi perfectionem. 322.c.2.c
Imperare eſt actus intellectus pręſuppoſito actu voluntatis. 712.c.2.a
Imperium quomodo moueat. 817.c.1.b
Imperij actus quis, & quomodo referatur ad inſenſibilia. 512.c.1.c
Imperium hominis non mouet phyſicè, ſed moraliter. pagina 512.c.1.d
Imperium quandoque attribuitur intellectui, & quandoque voluntati. 513.c.2.b
Imperium diuinum propriè etiam ad inanimata dirigitur. 813.c.1.d. & e
Imperij actus claudit in ſe actum ſcientię, voluntatis, & potentię. 511.c.1.c
Inclinatio ad opus quomodo dat formę rationem actiui. 505.c.1.d
Incommunicabilitas indiuidui eſt à materia. pagina 108.c.2.b
Incommunicabilitas diſtinguit indiuiduum à ſpecie. pag. 117.c.1.b
Incommunicabilitas, & vnitas numeralis maximę differunt. 117.c.2.a
Incorporei differentię ſunt altioris ordinis, quàm ſint differentię corporei. 104.c.1.c
Indifferentia triplici poteſt potentię coniungi. pagina 712.c.1.b
Indifferentia quomodo ſit de ratione liberi arbitrij. pagina 712.c.1.c
Indiuiduum materiale dupliciter. ſ. phyſicè, & metaphyſicè. 108.c.2.a
Indiuiduum habet ex materia eſſe indiuiſum in ſe, ex quãtitate verò habet eſſe diuiſum ab alijs. 108.c.2.b
Indiuiduationis principium primarium, eſt materia; quantitas verò ſecundarium. 108.c.2.e
indiuiduum materiale eſt vnum per ſe. ibidem, & 109. col.1. a
indiuidua non poteſt intelligi materialis ſubſtantia, ſine quantitate. 109.c.1.d
indiuiduationis principium duplex eſt. ſ. radicale, & formale. 106.c.2.c
indiuiduationis principium non omne pertinet ad genus ſubſtantię. 109.c.1.a
indiuiduum de ſui ratione habet, vt ſit indiuiſum in ſe, & diuiſum à quolibet alio. 305.c.1.b
indiuiſum eſſe eſt eſſe hoc, & non eſſe non hoc. pagina 306.c.1.a
indiuiſionis fundamentum tam in rebus materialibus, quàm in rebus ſpiritualibus. 306.c.1.b, & c.
indiuiſionis fundamentum proximum, & remotum. ibidem.
indiuiſio non negat diuiſionem ratione poſitiui. pagina 306.c.2.b
indiuiduum naturę diuinę. ſ. hic Deus, dupliciter ſumi poteſt, vno modo, vt ſtat pro natura ſingulari ſubſiſtente pręciſè, alio modo, vt ſtat etiam ſecundariò pro ſuppoſitis. 124.c.1.e
indiuidualis differentia non ſumitur à quantitate. ſ. proximè, ſed à materia, & forma determinatis. pagina 116.c.1.c, & 97.c.2.c

Indiuidualis differentia, ideſt heccêitas dependet à quantitate, vt primo determinatiuo, determinante, & vt principio remoto. 109.c.2.c, & 118.c.1.d
Indiuidui duplex determinatio, ſcilicet intrinſeca, & extrinſeca. 218.c.2.e
Indiuiduum ignis per ſe vnum, quid ſit. 214.c.1.b
Indiuiduum per ſe vnum ignis non poteſt creſcere in infinitum. 214.c.2.a.& b
Indiuiduum materiale phyſicè ſumptum quomodo indiuiduetur. 113.c.1.b
Ineuitabile dupliciter. ſ. negatiuè, & poſitiuè. 796.c.1.a
Ineuitabile, & infallibile, quomodo differant. 797.c.1.a
Infinitum per eſſentiam quid ſignificet. 211.c.1.d
Infiniti nomen quid ſignificet, & quot modis dicatur. pag. 207.c.1.d
Infinitas Dei quidditatiua in quo conſiſtat. 207.c.2. a.et b. & 208.c.2.c
Infinitas duplex, ſcilicet eſſe, & formæ. ibidem
Infinitas eſſe, & formæ, quomodo differant. ibid.c.2 b
Infinitas intenſiua diuinæ potentiæ vnde poſſit, vel non poſſit probari. 909.c.1.c
Infinitas diuinę potentię tribus vijs probatur. pagina 906.c.1.c
Infinitas intenſiua, & extenſiua diuinæ potentię explicatur. 907.c.1.c
Infinitum, poteſt menſurari. 261.c.2.d
Infinitas Dei quidditatiua in eo poſita non eſt, quòd à nulla cauſa habeat eſſe. 208.c.2.c
Infinitas Dei quidditatiua in eo non conſiſtit, quòd eſt tale ens, quo maius cogitari non poteſt. ibidem. b
Infinitas quidditatiua Deo conuenit ex hoc ipſo, quod eſt ipſum eſſe ſubſiſtens. ibid. c
Infinitum corpus naturale eſſe, implicat contradictionem. 214.c.2.c
Infinitum cognoſcit Deus videndo omnes eius partes, et nullam earum eſſe vltimam. 531.c.1.a
Infinita coexiſtere actu æternitati non eſt inconueniens. pag. 566.c.1.b
Infinita multitudo tripliciter conſideratur. 530.c.1.b
Infinita multitudo à Deo cognoſcitur dupliciter, ſcilicet vt præſens eſt illi obiectiuè ſecundum rationes ideales, & vt exiſtit in menſura æternitatis. 530.c.1.d
Infinita cognoſcit Deus ſcientia viſionis. ibid.c.1.d
Infinita cognoſcit Deus non per modum infiniti, ſed quaſi ad modum finiti. ibid.c.2.c
Influxus primæ cauſæ quomodo modificetur in ſecunda. 768.c.1.a
Influxus primæ cauſæ in ſecundas non eſt aliquid realiter ab eis diſtinctum. 765.c.2.c
Influxus primę cauſę in ſecundas, quo ſenſu dicatur virtus intentionalis. 766.c.1.e.& 768.c.2.a
Influxus Dei in voluntatem non tollit eius libertatem. pag. 799.c.2.e
Influxum primę cauſę in ſecundas, & earum applicationem ad operandum cognouit Ariſt. 764.c.2.c
Influxus motionis diuinæ in cauſas ſecundas non eſt neceſſarius, vt poſſint operari, ſed vt actu operentur. pag. 765.c.2.d
Influxus Dei non confert virtutem cauſæ per modum actus primi ſed etc. 774.c.1.d
Influxus Dei in ſecundas cauſas, quid ſit. pagina 767.c.1.e
Influxum primæ cauſæ in voluntate receptum eſſe indifferentem, & tamen infallibilem. 799.c.1.e
Influxus diuini in voluntatem eminentia, & virtualis continentia efficit actum indifferentem ſeu liberum & ſimul infallibilem. 793.c.2.c
Influxus primæ cauſæ præcedit influxum ſecundæ ordine naturæ. 770.c.2.e
Influxus primæ cauſæ quomodo recipiatur in ſecunda. pag. 771.c.1.c
Influxus primæ cauſæ in ſecundam, quem terminum habeat. ibidem
Influxus Dei in ſecundas cauſas non eſt vniuerſalis, & indeterminatus, ſed particularis, & determinans ſecundas cauſas. 769.c.2.b
Influxus primæ cauſæ in ſecundam an, & quomodo ſit aliquid præuium. 769.c.1.a
Influxus primæ cauſæ eſt neceſſarius cauſis naturalibus. pag. 774.c.2.a
Influxus negatio dupliciter à Deo fieri poteſt. pagina 803.c.1.c
Influxus negatio non repugnat libertati voluntatis. ibidem.
Influxus Dei in ſecundas cauſas, & actiones, quid ſit. pag. 703.c.1.a
Influxus Dei in cauſas ſecundas quomodo modificetur in eis. 703.c.1.b, & 768.c.1.b
Influxus in ſecundas cauſas non habet in eis eſſe intentionale propriè, ſed ſimilitudinariè. 768.c.1.d
Innocentem an plus diligat Deus, quàm pœnitentem. pag. 732.c.2.e
Inſtans temporis diſcreti quandoque coexiſtit parti, & quandoque inſtanti noſtri temporis. 283.c.1.b
Intellectus, & voluntatis actus mutuò ſe includunt, & ſupra ſe inuicem feruntur. 712.c.2.d
Intellectus mouetur à voluntate, & è contra. pagina 711.c.1.d
Intellectus non vtens habitu fidei poteſt de veritatibus fidei dubitare. 51.c.1.a, & b
Intelligentem actu eſſe, eſt eſſe perfectè, & completè ipſū cognitum. 339.c.2.b
Intellectus ſufficienter fit in actu per lumen gloriæ, tanquam forma inhærente, non autem ſimpliciter, quia requiritur diuina eſſentia. 3[illegible]1.c.1.b.& c
Intellectus à Deo dupliciter mouetur. ſ. immediatè, & media voluntate. 792.c.1.d
Intellectus in actu, & intelligibilis quanta ſit vnitas. pag. 479.c.1.b
Intellectus, & intelligibilis cur, & quomodo ſit eadem quidditas. 479.c.1.d
Intellectus mouet voluntatem quo ad exercitium actus virtute voluntatis. 713.c.2.b
Intellectus mouet voluntatem quo ad ſpecificationem actus. 711.c.1.d
Intellectus incomplexus quomodo intelligat quidditatem rei in comparatione quadam ad rem. pagina 647.c.2.b
Intellectus noſter non cognoſcit ſingularia. pagina 527.c.2.e
Intellectus perfectior cum æquali lumine gloriæ perfectius videbit ſecundum quid. ibid.
Intellectus creatus non poteſt videre omnia in diuina eſſentia, quæ Deus facere poteſt. 398.c.2.c.

Digitized by Google

Intellectus creatus non poteſt videre in diuina eſſentia rerum omnium quidditates. ibid.
Intellectus noſter non habet potentiam naturalem ad eas ſpecies, quæ ſunt poſsibiles per ſolam Dei potentiam. 406.c.2.c
Intellectus duplici ratione formali ſpecificatur. ſ. ratione quæ, & ratione ſub qua. 316.c.2.c
Intellectus obiectum diuini motiuum, & determinatiuũ, longe differt ab obiectis aliorum intellectuum. pagina 316.c.2.d
Intellectus diuinus ſpecificatur à Deitate, & ab ente nobiliſsimo modo. 317.c.1.a
Intellectus naturaliter inclinatur in notitiam entis complectentis in ſe ens naturale, & ſupernaturale, quatenus ens eſt. 317.col.1.d & e
Intellectus ſiuè à priori, ſiuè à poſteriori, eſt prior voluntate, & etiam eius actus, voluntatis actu. 625.c.1.e
Intellectus creatus inclinatur naturaliter in ens ſupernaturale, quatenus ens. 317.c.2.c
Intellectus creatus inclinatur ſupernaturaliter in ens ſupernaturale, quatenus tale. ibidem
Intellectus creatus habet naturale deſiderium, ſed ineſficax videndi Deum. 322.c.2.d. & e
Intellectus inæquales virtute, pares autem in lumine gloriæ æqualem habebunt viſionem, prout reſpicit obiectum. 375.c.1.b
Intellectus, qui eſt in potentia cognoſcit priuationem per priuationem in ipſo exiſtentem, & quomodo. pagina 21.c.2.c
Intellectus in actu, eſt intellectum in actu, explicatur hæc propoſitio. 479.col.1.b
Intellectus illuſtratus lumine gloriæ quomodo naturaliter videat Deum. 349.c.1.a
Intellectus diuini obiectum adæquatum duplex, ſcilicet eſſentia Dei, & ens. 495.c.1.b
Intellectus humanus, angelicus, & diuinus, quibus differentijs diſtinguantur ad inuicem. 316.c.1.a
Intellectus ſecundum Caiet. diſtinguuntur ſecundum diuerſitatem actus, & potentiæ. ibidem. d
Intellectuum efficacitas intenſiua. ibidem. d
Intellectus humanus, angelicus, & diuinus diſtinguuntur, & ſpecificantur ab obiecto adæquato, quod eſt ens ſub tali modo perficiendi intellectum. ibidem. e
Intellectus alio modo recipit formam intelligibilem, quã materia formam naturalem. 360.c.2.e
Intellectus, & ſenſus proportio. 355.c.1.c
Intellectus creatus non poteſt recipere diuinam eſſentiã vt formam, niſi facta proportione per lumen gloriæ. pag. 357.c.1.b
Intellectus natura ſua perfectior, an cum æquali lumine gloriæ Deũ perfectius, & intenſius videat. 371.c.1.a
Intellectus, aut intellectio non poteſt à Deo poni in oculo corporali. 345.c.1.c
Intellectio quem terminum habeat neceſſariò. 336.c.1.c
Intellectio, an & quo præcedat verbum. 336.col.2.a
Intellectionis principia ſunt ad inuicem, & cum ipſa intellectione proportionata. 348.c.2.a
Intellectio noſtra non per ſe, ſed per accidens cadit ſub tempore. 283.c.1.d
Intellectiones duæ inſtantaneæ, & immediatæ non poſſunt correſpondere duobus inſtantibus noſtri temporis. 284.c.1.d
Intellectio non eſt ſimilitudo, nec repræſentatio. pagina 337.c.2.b.
Intellectionis diuinæ modus, quo alia à ſe intelligit. pagina 493.c.2.b
Intelligere Dei in quo ſenſu ſit eius eſſe. 490.c.1.a
Intelligere Dei habet omnem perfectionem modo ſuo ibidem. 490.c.1.b
Intelligere comparatur ad ſpeciem, ſicut eſſe ad formam. pag. 339.c.2.a
Intellectionis actus dependet ex intelligente, intellectu, obiecto, & ſpecie intelligibili. 484.c.1.d
Intelligenti vt ſic, accidit à ſuo intellectu diſtingui. pagina 485.c.1.d
Intelligere aliquid in communi, & non in ſpeciali eſt imperfectè cognoſcere, & quo ſenſu intelligendum ſit. pagina 501.c.1.c
Intelligere quomodo comparetur ad intelligentem, & ad ſpeciem. 487.c.2.d
Intelligere eſt eſſe ſpeciei, & intelligentis, vt ſic. ibidem.
Intelligere componendo, & diuidendo, vnde oriatur. pagina 579.c.1.a
Intelligere naturaliter contingit dupliciter. ſ. ſimpliciter, & ſecundum quid. 241.c.1.d
Intelligere ſeipſum per ſeipſum quid requirat. 484.c.1.b
Intelligere ſeipſum per ſeipſum cur, & quomodo dicatur Deus. 484.c.1.c
Intelligere eſt id, quod primò fundat actiuam virtutem omnis cauſæ intellectualis. 490.c.2.a, & 494.c.1.a
Intelligere, & eſſe Dei magis conueniunt, quã aliæ perfectiones. 491.c.2.b
Intelligibile, eſt forma tantum in genere intelligibilium, quod eſt veritas ipſa, & ipſum eſſe. 190.c.2.d
Intelligibile tantum quod eſt veritas, poteſt eſſe forma, & ſpecies intellectus creati. 339.c.1.b
Intelligibile, vt ſic eſt obiectum adæquatum ſpecificans, & diſtinguens intellectus. 316.c.2.b
Intenſioni virtutis diuinæ conuenit per ſe graduatio factibilium ſecundum maiorem, & maiorem perfectionem. 908.c.1.c
Intenſioni virtutis diuinæ accidit pluralitas effectuum. ibidem.
Intelligimus multa ſimul in aliquo vno. 503.c.1.a
Ira propriè, & formaliter in Deo non eſt. 727.c.1.e
Inuariabile quomodo differat ab immutabili. 580.c.1.e
Iudicium vltimum, & efficax intellectus eſt neceſſariò connexum cum actu voluntatis. 292. c.1.a
Iudicium, quo determinatur voluntas, non eſt naturale, ſed liberum. 719.c.1.a
Iudiciũ practicũ ĩplicat actũ liberũ volũtatis. 700.c.2.a
Iudicium, à quo mouetur voluntas, eſt iudicium vltimũ practicum. 713.c.1.b
Iudicij mouentis voluntatem, quæ ſit ratio. 712.c.2.d
Iudicium intellectus multa iudicia claudit virtualiter. pag. 718.c.2.c
Iuſtificationis cã formalis nõ eſt iuſtitia Dei eſſentialis, nec iuſtitia Chriſti nobis imputata. 202.c.1.a
Iuſtitia Dei, quæ eſt veritas, non eſt illa, qua formaliter Deus ipſo iuſtus eſt, ſed qua illius opera iuſta ſũt. 742.c.2.a
Iuſtitia inhærens probatur auct. concilij, & Apoſtoli. pag. 202.c.2. a, b, & 370.c.1.a
Iuſtificationis cauſæ, efficiens, formalis, exemplaris, & finalis. 203.c.1.c

Iuſtificatio non eſt ſola remiſsio peccatorum. pagina 202.col.2.d,& e.

Iuſtitia diſtributiua eſt formaliter, ſed ſecundariò in iudicio diuino, quo præmia pro meritis diſtribuit, & ſupplicia pro peccatis. 739.c.1.d. & 741.c.2.d

Iuſtitia diſtributiua aliquo modo principaliter eſt in diſtributione perfectionum tam naturalium, quàm ſupernaturalium. 739.c.1.e

Iuſtitiæ commutatiuæ conditiones non ſunt in retributione præmiorum à Deo facta pro meritis. 740.c.2.c

Iuſtitia commutatiua propriè, & formaliter in Deo nõ *eſt.* 735.c.2.b

Iuſtitiæ commutatiuæ conditiones neceſſariæ, & eſſentiales. 735.c.2.d

Iuſtitiæ diffinitio ex Vlpiano claudit formaliter imperfectionem. 736.c.1.c. & 635.c.2.c

Iuſtitia vindicatiua eſt pars potentialis commutatiuæ. pag. 735.c.2.e

Iuſtitia vindicatiua non claudit formaliter imperfectionem. 738.c.1.a

Iuſtitia vindicatiua eſt in Deo *formaliter.* ibidem

Iuſtitiæ diſtributiuæ differentia à commutatiua. pagina 738.c.1.c

Iuſtitia diſtributiua non claudit formaliter imperfectionem. 729.c.1.d

Iuſtitia diſtributiua quomodo ſit in Deo *conſtituenda. pag.* 728.c.2.c.& 739 c.1.c

Iuſtitiæ ratio in Deo *prior eſt ratione miſericordiæ. pagina* 733.c.1.d

Iuſtum præſcitum, an plus diligat Deus*, quàm peccatorem prædeſtinatum.* 732.c.2.a

L

Liber vitæ dupliciter. 892.c.2.d

Liber in ſacris litteris multipliciter. 893.c.1.b

Libri nomen rectè expoſuere patres, quos reprehendit Suarez. ibidem

Liberi arbitrij cooperatio eſt effectus prædeſtin. pagina 828.c.2 a.& 827.col.1.d

Liberum arbitrium quomodo poſſit inſpirationem abijcere. 793.c.2.d

Libertas voluntatis in negatione actus. 802.c.2.a

Liberi arbitrij diffinitio collecta ex decem dictis, D.Th. *pag.* 710.c.2.c

Libertatis radix eſt indifferentia iuditij. 711.c.2.c

Libertas, quo actu formaliter exerceatur. ibidem

Libertas voluntatis non in eo poſita eſt, vt ſinat ſe moueri. 714.c.1.a

Liberi arbitrij diffinitio communis explicatur. pagina 514.c.2.e

Libera potentia, quæ ſit. ibidem

Libertas diuinæ voluntatis in quo poſita ſit. 696.c.1.a

Liberum arbitrium eſſet, etiam ſi Deus operaretur ad extra de neceſſitate naturæ. pag. 705.c.2.c, & 707. col.1.b

Libertas potentiæ quid requirat. 715.c.2.a

Liberum arbitrium quid ſit. 718.c.1.b

Libertas radicaliter eſt in intellectu, formaliter autem in voluntate. 718.c.1.c

Libertas non tollitur per ſuppoſitionem, quæ non eſt in poteſtate voluntatis. 558.c.2.a

Libertas non tollitur per determinationem voluntatis. ibidem.

Libertas arbitrij, quomodo ſtet cum præſcientia Dei. pag. 535.c.1.e

Libertas non tollitur ex ſuppoſitione, quæ non eſt in poteſtate voluntatis, ſi tamen illa ſuppoſitio ſit connexa cum aliquo, quod eſt in poteſtate voluntatis. pagina 556.c.1.e

Libertas non tollitur ex diuina ſcientia vt cauſa, eſt neque ex voluntate Dei, & prouidentia, & cæt. pagina 577.c.1.a

Libertati non repugnare prædefinitionem, ſeu determinationem à prima cauſa. 780.c.1.e

Liberum arbitrium prius inſtanti naturæ à quo applicatur ad agendum à Deo, quàm ſeipſum applicet. pag. 790.c.1.c

Liberum arbitrium creatum non tolli, ſed ſtatui, ac perfici per efficacitatem, & infallibilitatem diuinæ prædefinitionis, &c. 792.c.2.a

Libera à naturalibus quomodo differant, quo ad leges, ſiue regulas artis diuinæ, & prædefinitiones. pagina 638.c.2.a

Liberum arbitrium creatum non exit ab ordine generali diuinæ prouidentiæ, poteſt tamen à ſpeciali, &c. pag. 757.c.1.e

Liberum arbitrium creatum ex ſe actum non poſſe producere, niſi à Deo *prædefiniatur, &c. intelligitur in ſenſu compoſito non diuiſo.* ibidem. c.2.a

Liberi arbitrij diſpoſitiones, quædam poſitiuæ, & quædã negatiuæ, & ex vtriſque poteſt iudicari de actibus futuris. 546.c.2.d

Liberæ cauſæ ratio, ſiuè diffinitio explicata. pagina 558.c.1.d

Liberum dupliciter, ſcilicet quo ad exercitium, & quo ad ſpecificationem actus. 319.c.1.c

Loci Theologici. 68.c.2.per totam, & 69. c.1.a

Locum replere ſtat dupliciter, ſcilicet formaliter, & effectiuè. 236.c.1.d

Lumen intellectus agentis quomodo illuminet. pagina 32.col.1.e, & col. 2.

Lumen participatum, ſiuè acquiſitum quomodo illuminet. 32.col.1.e

Lumen fidei, & lumen Theologicum *non ſunt idem lumen formaliter.* 33.c.2.b

Luminis naturalis excellentia. 35.c.2.a

Luminis ſupernaturalis excellentia. 51.c.2.d

Lumen gloriæ concurrit cum intellectu, non vt determinans viſionem, nec vt cauſa partialis, nec vt adiuuãs tantum, ſed vt cauſa totalis &c. 357.c.2.e

Lumen gloriæ finitum ſufficit ad videndum infinita in vna aliqua cauſa creata. 417.c.2.a

Lumen gloriæ eſſe connaturale intellectui creato contradictionem inuoluit. 348.c.2.d

Lumen gloriæ dupliciter, ſcilicet, vt accidens, & vt diſpoſitio ad ſuſcipiendam diuinam eſſentiam, vt formam. 351.col.2.e

Lumen gloriæ eſt participatio diuinæ claritatis, lucis, & diuinæ mentis. 352.c.1.b

Lumen gloriæ eſt per ſe vnitiuum diuinæ eſſentiæ cum intellectu. ibid.

Lumen gloriæ reddit intellectum potentem ad eliciendã viſionem. ibid.

Lumen gloriæ eſt diſpoſitio ſupernaturalis ad dictos duos effectus. ibidem

Digitized by Google

Lumen gloriæ ex propria ratione eſt diuini ordinis. ibi.
Luminis gloriæ neceſſitas. ibidem, & 353.c.2.b
Lumen gloriæ multipliciter accipitur. 352.col.2.c
Lumen gloriæ permanens poteſt negari, non autem tranſiens. 354.c.2.c, & d
Lumen gloriæ ſe habet ad modum formæ ſubſtantialis dantis eſſe ſimpliciter. 358.c.1.c
Lumen gloriæ, de quo loquitur Concilium Viennenſe, eſt qualitas inhærens. ibidem b
Lumen gloriæ ſoli Deo poteſt eſſe connaturale. pagina 363.col.1.d, & e, & 366.c.1.b.
Lumen gloriæ eſt eiuſdē ordinis cū diuina eſſentia. ibid.
Lumen gloriæ nulli creaturæ poteſt eſſe connaturale, pagina 366.c.1.b
Lumen gloriæ dupliciter, ſcilicet abſolutè, ſeu ſimpliciter, & cum addito, ſiuè ſecundum quid. 361.c.2.a
Lumen gloriæ abſolutè dictum eſt neceſſarium de potentia Dei ordinaria, non autem abſoluta. ibidem
Lumen gloriæ eſt cauſa formalis eleuans intellectum ad ordinem diuinum. 361.c.2.b
Lumen gloriæ quo ad efficacitatem, nobilius eſt quacunque ſubſtantia creata. 367.c.1.e
Lumen gloriæ non eſt cauſa partialis viſionis. 357.c.2 d
Lumen gloriæ non eſt cauſa adiuuans. ibid. e
Lumen gloriæ eſt principium immediatum viſionis. pagina 358 c.2.b
Lumen gloriæ eſt cauſa ſupernaturalitatis in viſione. pag. 355.c.2.d
Lumen gloriæ non eſt qualitas repreſentatiua. 356.c.2.a
Lutheri, & ſequacium, error condemnatus. 201.c.1.e

M

Malum duplex, ſcilicet malum ſimpliciter, & malum morale, & quomodo differant. 806.col.1.c
Malum morale contrariè opponitur bono. ibidem
Malum morale an includat intrinſecè deordinationem priuatiuè ſumptam. 806.col.2.a, & b.
Mali moralis conſtitutiuum in ſpecie eſt poſitiuum cum priuatione. 807.c.1.b
Mali moralis deordinatio priuatiua non conſequitur ſpeciem, ſed intrinſecè in ea clauditur. 807.col 1.d
Mali moralis deformitas clauditur intrinſecè in eius ſpecie. 812.c.1.a 808.col.2.e
Mali moralis ſpecies nō eſt à Deo prædefinita. 812.c.1.b
Malum cur accidat vt in pluribus. 889.c.2.b
Mala res abſolutè dicitur, quæ rebus illis non conuenit, quibus ex ſuo genere nata eſt conuenire. 179.c.1.c
Mala nulla res eſt abſolutè, id eſt omnibus modis. ibidem
Mala nulla res eſt per priuationem bonitatis eſſentialis, ibidem
Mala quomodo cognoſcantur à Deo. 521.c.2.b
Malū culpæ opponitur obiectiuè bono diuino. 522.c.1.e
Malum cognoſcitur à diuino, & humano intellectu per ordinem ad bonum. 522.c.2.d
Mala omnia pœnæ, & naturalis defectus ſunt à Deo volita, & intenta. 755.c.1.d
Malum pœnæ Deus non vult præcisè, ſed prout coniunctum habet bonum iuſtitiæ, & miſericordiæ. pagina 755.c.1.e
Malū ſub ratione mali quō poſsit eſſe volitū. 725.c.1.d
Malum culpæ an priuet ordine ad bonum diuinum tantum, vel etiam ipſo bono diuino, 609.c.1.b
Mala alia præter malum culpæ an, & quomodo priuent diuina bonitate, & ordine ad ipſam. ibidem d.
Mali reſpectus ad diuinam voluntatem quatuor propoſitionibus explicatur. ibid. c.2.b
Malum cognoſcitur conceptu proprio. 523.c.1.a
Malum ideam ſecundum vnam rationem habet in Deo, ſecundum aliam non habet. 523.c.1.c
Malum à Deo cognoſcitur ſcientia viſionis. ibid.
Malum non cognoſcitur à Deo immediatè, ſed mediante bono particulari oppoſito. 524.c.1.e
Mala quædam à Deo cognoſcuntur ſcientia ſimplicis intelligentiæ. 524.c.2.b
Malū an, et quomodo opponatur bono diuino. 522.c.1.c & 525.c.1.c
Malum multipliciter ſumitur. 521.c.1.b
Magis, & minus non dicitur in numeris, neque in corporibus. 97.c.2.a
Maior, & minor propoſitio an, & quomodo cognoſcantur ante concluſionem. 503.c.2.b
Matematica poſſunt conſiderari, & ſecundùm ſuas naturas abſtractas, & quatenus vt ſic pertinent ad ordinem intelligibilium. 184.c.1.d
Materia prima ſecundum Ariſtot. eſt cauſa pluralitatis numeralis. 108.c.1.b
Materia ſignata quantitate actuali eſt principium indiuiduationis. 108.c.1.d, & 112.c.2.d
Materia prima, quo nā pacto poſsit dici bona. 197.c.2.d
Materia eſt principium indiuiduationis primariū, quantitas verò ſecundarium. 108.c.2.e
Materia dupliciter reſpicit quantitatem .ſ. vt potentia, & vt radix. 109.c.2.e
Materiæ capacitas, quid ſit. 110.col.1.b
Materiæ, & formæ prioritas reſpectu quantitatis non eſt inſtantis naturæ in quo, ſed à quo. 110.c.2.d
Materiæ capacitas reſpectu quantitatis in nullo inſtanti naturæ eſt à materia, in quo non ſit à quantitate. pagina 111.c.1.c
Materia prima ſecundum ſe neque eſt per ſeipſam indiuidua, neque ſufficiens principium indiuiduationis. pag. 112.c.1.c
Materia prima nobilior eſt ſimpliciter actu intellectus, & è conuerſo. 286.c.1.a
Materia, & forma ſimul vnitæ non ſunt vnum totale, & adæquatum principium indiuiduationis. 112.c.2.b
Materia eſt principium indiuiduationis incompletum. pag. 112.c.2.c.
Materia ſignata quantitate, id eſt ſola capacitate, aut etiam radice quantitatis, ſine actuali quantitate non poteſt eſſe principium indiuiduationis. ibid. d
Materia eſt principium indiuiduationis negatiuè in rebus ſeparatis à materia. 107.c.1.a
Materiales conditiones, quæ ſint. 476.c.2.c
Materiæ proportio, quomodo ſit vna. 112.c.1.d
Materia præcedit formam inſtanti naturæ à quo, non in quo. 140.c.1.c
Materia, nec partes integrales perfectionis vocabulo dignæ ſunt. 163.c.1.a
Materia eſt vna per negationem omnium formarum. pag. 112.c.1.e
Mathematica cur non ſint bona. 184.c.1.d
Mathematica dupliciter, ſcilicet materialiter, et formaliter. 183.c.2.c
Mathematica formaliter non ſubſiſtunt. ibid. e

Ma-

igitized by Google

Mathematica formaliter, & abſolutè ſūt ētia. 184.c.1.b
Mathematicæ demonſtrationes non procedunt in Angelis. 217.c.1.d
Mahumetani cur cum paganis ſint computandi. 21.c.1.d
Mediū duplex, ſ. intrinſecum, & extrinſecū. 232.c.2.d
Mediatio ſuppoſitalis non attenditur pœnes medium intrinſecū, ſed pœnes mediū extrinſecum. ibid.
Medium demonſtrationis quomodo illuminet. 32.c.2.a
Mediatio ſuppoſitalis non tollit intimitatem agentis primi. 233.c.1.b
Medium demonſtrationis, quod eſt diffinitio dupliciter eſt ratio formalis ſub qua. 34.c.1.e
Medium ſub quo non determinat potentiam ad aliquid ſpeciale obiectum. 357.c.2.c
Medium viſionis triplex ſ. quo, ſub quo, & in quo. pagina 233.c.1.a
Medium ſub quo non facit viſionem mediatā. ibid.
Medium quo. i. ſpecies impreſſa per ſe, loquendo non facit viſionem mediatam, ſed per accidens. ibid.
Medium in quo multiplex. 333.c.1.c
Medium intrinſecum eſt verbum. ibid.
Menſuræ ratio, diſtinctio, & eius proprietates, & conditiones. 255.c.1.d
Menſura duplex, ſcilicet perfectionalis, & dimenſiua. pag. 255.c.1.d
Menſuræ dimenſiuæ conditiones. ibid.
Menſuræ perfectionalis conditiones. ibidem.e
Menſura quantitatis duplex, ſ. intrinſeca, & extrinſeca. ibidem.e
Menſuræ nomen multiplex. 255.c.2.e
Menſurato conuenit aliquid pro menſura æternitatis, quod illi non conuenit pro menſura durationis propriæ. 563.c.2.d
Menſura quantitatis dimenſiua, & menſura quantitatis perfectionalis quomodo differant. 256.c.1.a
Menſura nullum ſibi genus peculiare vendicat. ibid.e
Menſura duplex, quædam, quæ menſurat per modum numeri, aut quantitatis dimenſiuæ, & quædam per modum vnitatis. 261.c.2.c
Menſura non omnis eſt realiter à menſurato diſtincta. ibidem d.
Menſura intrinſeca eſt, qua cognoſcitur quantitas rei. ibid. col. 2.e
Menſura debet eſſe notior vtenti illa, & non tantùm ſecundum ſe. 276.c.1.c
Menſuratur aliquid, quia certitudo eius intrinſeca dependet à certitudine extrinſeca. ibid.d
Menſura vna non eſt omnium permanentium, neq; omnium neceſſariorum, neque omnium ſucceſſiuorum, neque omnium poſſibilium. 283.c.2.d
Menſuram operationum Angelorum non eſt neceſſe ab Angelis perfectè cognoſci, ſed tantum, quia ad quia eſt. 284.c.2.a
Menſuræ naturalis conditiones ex Ariſt. 267.c.2.e
Menſuræ prima conditio eſt vnitas, ibidem
Menſuræ ſecunda conditio eſt, vt ſit eiuſdem generis cum re menſurata. ibid.c
Menſura debet eſſe homogenea in ſpecie cum menſurato, nec ſufficit conuenientia in genere cōmuniſſimo. ibi.d
Menſura, & menſurabile formaliter, non autem materialiter debent eſſe eiuſdem ſpeciei. 278.c.1.d
Menſurabilis, vt ſic aliæ ſunt differentiæ ab iis, quæ diſtinguunt, ens inquantum ens. ibidem e
Menſurabili accidunt differentiæ entis, vt ſic. ibid.c
Menſuræ tertia conditio eſt, vt ſit certior, & notior menſurabili. 279.c.1.a
Menſura non omnis debet eſſe certior, & notior ſecundum ſe. ibidem
Menſura omnis debet eſſe vtenti notior mēſurato, ead.
Menſura omnis debet eſſe certia non ſimpliciter, ſed pro rei natura. 280.c.2.c
Menſura, vt ſic, non exigit maiorem perfectionem, quā menſuratum. 282.c.1.c
Menſura dicitur analogicè de menſura quantitatis dimenſiuæ, & de menſura durationis. ibid.
Menſura durationis includit perfectionem, & cauſalitatem. ibidem d.
Metaphora, quid ſit. 70.c.2.c
Metaphora, & ſimilitudo quomodo differant. ibid.e
Metaphoris non vtitur Theologia, nec aliæ ſcientiæ, niſi in parte principiorum. 71.c.2.a
Metaphoræ neceſſitas 72.c.1.c.& d
Metaphoris vtitur ſacra ſcriptura ob quatuordecim cauſas. 72.c.1.e.& 2.per totam
Metaphoricæ loquutionis ſenſus quō habeatur. 72.c.2.c
Metaphyſica formaliter ſubſiſtunt. 183.c.2.c
Miſericordia rō poſterior eſt rōne iuſtitiæ. 733.c.1.b
Miſericordiæ nomē tribus modis ſumitur. 743.c.2.d & pag. 744.c.2.b
Miſericordiæ nomē quid formaliter ſignificet. 744.c.1.b
Miſericordiam formaliter, & propriè eſſe in Deo ſuſtinetur. ibidem
Miſericordiā nō eſſe formaliter ī Deo ſuſtinet. 745.c.1.b
Miſericordia latè & minus propriè accepta habet æqualē extenſionem cū iuſtitia, non autem ſi propriè ſumatur. 746.c.2.c
Modi eſſendi rerum non oēs ſunt à Deo crati. 920.c.2.c
Modus eſſendi rei cognitæ nō excedit modū eſſēdi naturæ cognoſcētis quidditatiuè. 347.c.2.d. & 348.c.1.c
Moralia quō differant à naturalibus, & artificialibus, quo ad pfinitiones, & regulas artis diuinæ. 638.c.2.a
Mors ſuffocati in aquis eſt à Deo volita, & intenta contra Molinam. 755.c.1.b
Motio cauſæ primæ quō modificetur in 2. 768.c.1.b
Motio phyſica explicatur, & diffinitur. 783.c.1.e
Motio Moralis explicatur, & diffinitur. 784.c.1.b
Motionis moralis incertitudo probatur. 784.c.1.d.& e
Motionis moralis certitudo excluditur ex abſurdis, ibi.e
Motio phyſica quid ſit. 795.c.1.d
Motio moralis quid ſit. ibidem
Motio primæ cauſæ in ſecunda, quid ſit. 768.c.1.d
Motio, & auxilium Dei mouentis, quid ſit ſecundum S. Thom. 772.c.1.d
Motio primæ cauſæ modificatur in ſecunda. 706.c.2.b
Motio quo ad ſpecificationem. 711.c.1.d
Motio quo ad exercitium actus ibidem e
Motio primæ cauſæ, quid ponat in ſecunda. 795.c.2.e
Motio libera voluntatis magis eſt à Deo, quàm ab ipſa voluntate. 793.c.1.c
Motus communiſſimè dictus diſtinguitur in phyſicum, & Metaphyſicum. 250.c.1.a
Motus phyſicus dupliciter ibid.
Motus Metaphyſicus, quid, & quotuplex. ibid b
Motus per accidens rei, quæ eſt in moto, quid requirat. pag. 240.c.1.d
Mouet Deus ſecundas cauſas naturales, & liberas ſecundum

dum modum earum. 792.c.2.c

Mouens primum magis mouet, quàm vltimum, quo ſenſu verum ſit. 770.c.2.a

Mouere ſeipſum quomodo conueniat Deo. 59.c.2.d.

Mouens eſſe ſimul cum moto, quid ſit. 222.c.1.e

Mouenti localiter, vt tale mouens eſt, non accidit, vt moueatur, ſed per ſe illi conuenit. 108.c.1.a

Mundum non neceſſitate naturæ, ſed liberè à Deo productum putauit. Ariſt. 17.c.1.e

Multa dupliciter ſumi poſſunt .ſ. formaliter, vt multa ſunt, & vt modum inuunt vnitatis. 299.c.1.e

Multitudo, quo ſenſu in ſui ratione includat ens diuiſum ab alio. 303.c.1.b

Multitudo eſt formaliter ens negatiuum. ibid.d

Multitudinis compoſitio ex vnitatibus quomodo ſit realis. ibid.d

Multitudo an componatur ex vnitatibus, inquantum nõ habent formam multitudinis. 303.c.2.a.& b

Multitudo quomodo componatur ex vnitatibus ſecundum id, quod habent de entitate. 302.c.1.e

Multitudinis ſpecies, quæ non ſunt ſpecies numeri, pertinent ad eaſdem ſpecies, & genera, in quibus ſunt res, quæ dicuntur multæ. 217.c.1.e

Multitudo quis proportionẽ habet cũ numero. 217.c.2.a

Multitudo omnium exiſtentium in actu poteſt accipi, vt vnum creatum. ibidem c

Multitudo infinita non poteſt eſſe terminus certæ intentionis creatis. 218.c.1.c

Mutabilitas multiplex creaturæ explicatur. 250.c.2.a & b

Mutatur aliquid dupliciter, ſcilicet vt ſubiectum, & vt forma. 250.c.2.d

Mutatio latiſſimè ſumpta. ibidem.d

Mutabilitas & immutabilitas radices ſunt differentiarum durationis. 277.c.1.d

N

Natura nomine vniuoco, vel analogo ſignificata, fundamentum eſt vniuocæ, vel analogicæ ſimilitudinis. 447.c.2.d

Natura non largitur inclinationem ad aliquid, ad quod tota vis naturæ perducere nequit. 323.c.2.a, & b

Naturale, & connaturale, quid ſit 362.c.1.c

Naturalis intellectio duplex, ſcilicet ſimpliciter, & ſecundum quid. 421.c.1.d

Natura quælibet poteſt concipi in concreto, & in abſtracto. 123.c.2.d

Neceſſaria oĩa nõ eandẽ habent menſuram. 283.c.2.d

Neceſſarium quatuor modis dicitur. 3.c.2.e

Neceſſarium alio modo tripliciter. 7.c.1.a

Neceſſitas finis, quæ. ibid.

Neceſſitas præcepti, quæ. ibid.

Neceſſitas finis duplex. 7.c.2.d

Neceſſariũ, & determinatũ ad vnũ æquollẽt. 535.c.1.e

Neceſſitas ſuppoſitionis nõ repugnat libertati. 558.c.2.b

Neceſſitas cauſæ duplex, ſcilicet ſimpliciter, & ſuppoſitionis. 563.c.2.e

Negatio in actu exercito eſt in rebus abſque opere intellectus. 307.c.1.c

Neceſſarium duplex in ratione rei, & in ratione effectus. 761.c.2.a

Neceſſitas effectus, quæ eſt ex ſuppoſitione, quõ ſtet cũ contingentia & libertate eiuſdẽ effectus. 575.c.2.e

Neceſſitas ſenſus compoſiti quõ intelligenda. 576.c.2.a

Nomina quomodo ſint vera. 649.c.2.ab

Neceſſitas potentiæ in ordine ad obiectũ duplex .ſ. quo ad ſpecificationem, & quo ad exercitiũ. 677.c.2.d

Neceſſitas abſoluta duplex, ſ. abſolutè rebus conueniens, & relatiuè ad cauſam. 701.c.2.e

Neceſſarij diuiſio multiplex, & explicatio. 704.c.1.b

Neceſſitas abſoluta non ſequitur in re ex hoc, quod eſt à Deo volita præuiſa, & ſcita. 706.c.1.b

Neceſſitas immutabilitatis, & infallibilitatis, non opponitur contingentiæ, & libertati. 762.c.1.d

Neceſſitas immutabilitatis, & infallibilitatis in duobus conſiſtit. ibid.

Nobilitas ſimpliciter in aliquo ordine quomodo intelligenda. 286.c.1 b

Nunciatio quomodo, & qua ſcientia cognoſcantur à Deo. 515.c.1.d

Nominibus vtimur, quorum perfectum ſignificatum ignoramus. 436.c.1.c

Nomina Angelorum vnde ſint, & quid ſignificẽt. ibid.

Nomen à beato impoſitum repræſentat diuinam eſſentiã ex ui nominis tãq ſigni, nõ abſolutè, &c. 436.c.2.b

Nominis impoſitio facta à beato ad ipſam viſionem beatificam pertinet, non abſolutè, &c. ibid.c

Nomen quomodo à beatis Deo imponatur. ibid.d

Nominis Deo à beato impoſiti ſignificatio, quomodo ab alijs beatis intelligatur. ibid.e

Nominis ſignificatum duplex, ſcilicet materiale, & formale. 438 c.2.c

Nomen dicitur ſubſtantialiter, multipliciter. ibid.d

Nomina ſignificantia accidens an, & quomodo dicantur de Deo. 439.c.1.c, & d

Nomina Dei relatiuè dicta ad creaturas multiplicia. 440.c.1.b

Nomina relatiuè dicta, vt ſic dicuntur de Deo ſecundum accidens. ibidem c

Nomine poteſt à Deo, & beatis ſignificari diuina eſſentia, vt in ſe eſt. 433.c.2.a, & b

Nomina ad rem exiſtentem, vt actu exiſtentem, impoſita repræſentant depẽdẽter ab exiſtentia. ibid.a

Nomen poteſt à Deo imponi, quod ſignificet diuinam eſſentiam, vt actu exiſtentem. ibid.c

Nominis ſignificatio non ex audientis, ſed ex loquentis notitia per ſe ſumenda eſt. 444.c.2.c

Nomen nõ poteſt diſtinctius rem ſignificare, quàm nominis impoſitor intellexerit. 433.c.2.c

Nomen, quod Deũ, prout eſt in ſe, ſignificet, non poteſt à nobis imponi. 434.c.1.b

Nomen poteſt à Deo, & beatis imponi, quod Deum ſignificet, prout in ſe eſt ibid. & 433.c.1.e

Nomen ſignificans Deum, prout in ſe eſt, potuit nobis à Deo dari, vel ab angelis, nõ tamẽ eſt datum. ibid.e

Nomen ex vi ſuæ impoſitionis poteſt repræſentare intuitiuè rem, quam ſignificat. 435.c.2.d

Nominis finis ſecundarius, & extrinſecus eſt ſignificare audienti. 435.c.1.d

Nomina propriè de Deo dicta, qua regula cognoſcantur. 441.c.2.a, & b

Nomina methaphoricè de Deo dicta, quomodo cognoſcantur. ibid.

Nomina impoſita ad deſignandam ſpeciem an, & quæ ſignificent perfectionem ſimpliciter. 441.c.2.b

Nomina, ſiue voces, & conceptus, quomodo differant in ratione ſigni. 430.c.2.b

&c.

Digitized by Google

Nomina diuina non ſignificant Deum, prout in ſe eſt, ſed ſecundum habitudinem principij, excellentiæ, &c. 430.c.2.e
Nomina diuina non repræſentant Deum immediatè, ſed creaturas abſolutè loquendo. 431.c.1.a
Nomina diuina quodammodo repræſentant Deum immediatè. ibid.d
Nominis ſignificatio diſtincta multiplex. 432.c.1.a
Nomen diſtinctius ſignificare, quam à ſignificante intelligatur dupliciter poteſt intelligi. ibid.
Nomina ſiuè voces ſignificant immediatè conceptus formales, mediatè autem obiectiuos. 432.c.1.e
Nomen non poteſt diſtinctius ſignificare, quàm intellectus intelligat. 432.c.2.a
Nominis ſignificatum per ſe primò ex loquentis, notitia dependet. ibid.b
Nomen latè ſumptum ſignificat quamlibet dictionem incomplexam. 430.c.1.b
Nominum æquiuocatio quomodo impediret cognitionē Dei ex creaturis. 445.c.1.e
Nomina omnia communia Deo, & creaturis ſunt analoga vtraq; analogia. 450.c.1.d
Nomina vniuoca, & analoga tria in ſe habent conſiderandа, ſ. vocem conceptum, & naturam. 447.c.2.c
Nomina diuina quædam naturali ratione inuenta, & quædam reuelata. 470.c.1.a
Numerus Mathematicus ſecundum ſuam rationem formalē non eſt in angelis, vt voluit Vaſquez. 217.c.1.d
Numerus maximus ſimpliciter nō pōt dari. 531.c.1.c
Numerus infinitus à Deo actu cognoſcitur. ibid.
Numerum maximum eſſe, & à Deo cognoſci implicat contradictionem. ibid.
Numerum infinitum beati cognoſcunt. ibid.
Numerum maximum dari, & potentiam diuinam non poſſe creando ad illum peruenire, & excedere, implicat contradictionem. 532.c.1.c
Nunc temporis, & nunc æternitatis poſſunt deſignari p verbum eſt, vel ſunt. 564.c.1.b
Nunc Antichriſtus eſt, vel nunc Adam eſt, quo ſenſu ſit verum. 561.c.2.b.& 562.c.2.a
nunc Antichriſtus coexiſtit Deo, quo ſenſu verū ſit. ibid.
nunc poteſt ſignificare æternitatem, & tempus, & hoc dupliciter. 562.c.1.b.

O

OBedientia quō ſit in rōne carentibus. 512.c.1.c
Obiectiuum eſſe in intellectu conuenit ideæ, ſiuè exemplari dupliciter. 594.c.2.a
Obiectum per ſe primò mouens, & perficiens intellectū, cur ſit quidditas rei. 64.c.2.b,& 647.c.1.a
Obiectum intellectus duplex, vnum, quod eſt per ſe intelligibile, aliud, quod ex ſe non eſt intelligibile, &c. pag. 650.c.1.a
Obiectum, & eſſe obiectiuum duplex. 542.c.2.e
Obiectum cognitum, in quo alia cognoſcuntur, non eſt neceſſe relatiuè cognoſci. 390.c.2.b
Obiectum beatificū duo habet, ſ. id, quod videtur, & id, quod eſt ratio videndi. 383.c.2.a
Obiectū quo, & obiectum quod, non ſunt duo obiecta. ibi.
Obiectum beatificum includit eſſentiam, & perſonas, ib. & pag. 384.c.1.d
Obiectum perſonæ Patris eſt eſſentia, vt in tribus, & ſimiliter aliæ diuinæ perſonæ, ſed diuerſimodè, pagina. 384.c.2.b
Obiectum fidei complexum, & incomplexum. 60.c.1.e
Obiecti conditiones denominatiuæ ſunt in eo entia rationis. 32.c.1.b
Obiectum noſtri intellectus an contineat Deum clarè viſum. 314.c.2.a
Obiectum præciſe cauſat tantùm in voluntate neceſſitatē quo ad ſpecificationem non quo ad exercitiū. 678.c.1.b
Obiectum potentiæ, & habitus formaliter habet vnitatem ſpecificam. 315.c.2.b
Obiectum adæquatum intellectus humani angelici, & diuini, eſt ens ſub diuerſis modis. 316.c.1.d. & 384. col. 1.e.
Obiectum motiuum, & terminatiuū intellectus humani angelici, & diuini. 316.c.2.d
Obiectiuum motiuum, & terminatiuum intellectus diuini. 317.c.1.a.& 384.c.1.c
Obiectum adæquatum intellectus noſtri complectitur ens naturale, & ſupernaturale. 317.c.1.c
Operatio omnis ad obiectum aliquod in actu terminatur pag. 333.c.2.c
Obiecti naturalis præſentia non ſufficit, vt intelligatur, niſi ſit præſens, etiam obiectiuè. 347.c.2.c
Obiectum ſenſus, & intellectus humani ad eundem eſſendi modum pertinent. ibid.d
obligari alteri dicit imperfectionem. 36.c.2.e
odio habere Eſau, & alios, qua ratione dicatur Deus, pag. 834.c.2.e
odiū nō eſt propriè, & formaliter in Deo. 725.c.1.a
odium duplex, ſcilicet inimicitiæ, & abominationis, pagina. 725.c.1.d
odij inimicitiæ & abominationis differentia. ibid.e
odij diſtinctio prædicta qualis ſit. 725.c.1.a
odium de Deo dictum eſt actus amoris. 726.c.1.a
omne, quod mouetur ab alio mouetur, quo ſenſu ſit intelligendum. 93.c.2.d,& 94.c.1.a,& ditem eadem. col. 2.a
omnipotentia Dei dupliciter conſideratur: Vno modo vt præcedens intellectum, alio modo vt ſubſequens. pag. 496.c.2.d
omnipotentia Dei pertinet ad complementū diuinæ cauſalitatis, & cognitionis creaturarū in Deo. 494.c.1.b
omnipotentia, qua ratione Deo conueniat. 512.c.2.c, & 778.c.2 b
omnipotentia an, & quomodo verſetur circa non ens. pag. 920.c.2.d
operatio intellectus per quā nata ſit impediri 422.c.1 c
operatio intellectus non impeditur per vnionem animæ ad corpus. ibid.
operatio intellectus non impeditur per ſe per operationes vegetatiuæ. ibid.
operatio potentiæ ſenſitiuæ impedit operationem intellectus, & ab ea impeditur. ibid.
operatio vitalis magis p ſtulat intellectum, quam intelligib le. 386 c.1.b
operatio elicita ab intellectu practico, vt ſic, non eſt praxis. 45.c.1.c
Operatio quæ, & quomodo ſit ſignum diuinæ voluntatis. 722.c.2.d
operatio vnius eſt non nunquam effectus prædeſtinationis alterius. 827.c.2.a
operatio dicitur ſupernaturalis tripliciter. 835.c.1.d
operatio altiſsima quæ ſit. 314.c.1.c
operatio Dei, & creaturæ, vno modo ſunt plures, alio opera-

modo vna. 769.c.2.a
Operatio angeli multipliciter diſtinguitur. 280.c.1.a
Operationis angeli tranſeuntis menſura duplex. pagina 280.c.1.c. & 240.c.1.e
Operationes angeli immanentes liberæ menſurantur tẽpore diſcreto. 280.c.1.d, & 281.c.1.a
Operationes angeli immanentes naturales menſurantur æuo. 280.c.1.d, & 281.c.1.e
Operationes angelorum inferiorum poſſunt multiplicari durante vna operatione in primo angelo, & è contra. pag. 280.c.2.c
Operationes primi æuiterni menſurant per modum vnitatis formaliter, & virtualiter, & per modum numeri formaliter, & virtualiter. ibid.
Operatio primi æuiterni quomodo ſit menſura ſtabilis. pag. 281.c.1.b
Operatio intellectualis agentis, habet in ſe tria conſideranda. 494.c.1.d
Operatio eſt alicuius propria dupliciter. 480 c.2.d
Operatio intellectus primi æuiterni eſt aliarum operationum menſura. 281.c.2.b
Operatio beata eſt immutabilior æuiterno. 287.c.1.c
Operationes quædam ſunt vitales, & quædam non vitales, & quomodo differant. 353.c.1.d
Operationes vitales claudunt intrinſecè ordinem ad agens proximum. ibid.e
Operationis noſtræ principium ſecundum Apoſtolum Deo eſt tribuendum. 863.c.2.e
Opiniones veræ, & falſæ ſiuè acceptiones, ſunt relatiuæ ſecundum dici. 653.c.1.c
Opinio mutatur de vera in falſam mutata relatione. ibi.
Opiniones, ſiuè enunciationes mentales affirmatiuæ, & negatiuæ, oppoſitionem habent contrarietatis propriè. ibidem.
Oppoſitorum eadem eſt ars, & ſcientia. 830.c.2.d
Ordo prioritatis ſecundum intentionem, & ſecundum exequutionem. 819.col.2.e
Ordo naturæ, gratiæ, & vnionis hypoſtaticæ quo ordine ſint à Deo præuiſi. 821.c.2.e
Ordo diuinorum actuum circa futura contingentia. pagina 544.c.2.e
Ordo diuinus duplex .ſ. eſſentialis, & per participationem. 288.c.2.b
Ordo inſtantis naturæ in quo, inter quæ attendatur, & quid ſit. 110.c.2.d, & 140.c.1.d
Ordo, S.D rationabilis. 2.c.1.c
Ordinem, qui ſequitur bonitatem eſſentialem verum, nõ poteſt Deus meliorem facere. 921.c.2.b

P

Pars non repræſentatur immediatè per ſpeciem totius. 497.c.1.e
Partes priores ſunt toto ordine generationis, & cauſæ materialis, totum autem eſt prius illis in genere cauſæ formalis. 196.c.2.b
Paſſio Metaphyſica duplex. 250.c.2.a
Paſſio poteſt ex paſſione cauſari non cauſata actione ex actione. 482.c.2.c
Paſſio duplex, realis, & demonſtrabilis. 177.c.1.d
Paſſionis realis conditiones. ibid.
Paſſionis demonſtrabilis conditiones. 177.c.2.a
Paſſiones entis non poſſunt addere quidquam reale ſuper ens. 297.c.1.c
Paſſiones entis intrinſecè claudunt materiale, & formale. ibid.d
Paſſiones entis intrinſecè claudunt ens, vt materiale ibidem.c
Paſſum, in quo recipitur forma ab agente producta, quandoque ſola ratione diſtinguitur ab agente. pagina 897.c.1.d
Partitio vniuerſalis tractatuum Theologiæ, et 1.per.77
Partitionis vtilitas 3.col.1.d
Patrem intelligere eſſentiam, vt eſt in ipſo, poteſt intelligi dupliciter. 386.c.1.b
Peccatum idem numero, vt pertinens ad ordinem naturæ, eſt præuiſum ante ordinem gratiæ, & vt pertinẽs ad ordinem gratiæ eſt præuiſum poſt naturalia. pagina 823.c.2.b
Peccati actus duplicem habet ſpeciem, ſcilicet naturæ, et moris. 805.c.2.b
Peccati ſpecies moralis non dicit ſolam deformitatem, nec ſolum actum, ſed actum deformem. 208.c.2.e
Peccati actus, & deordinatio faciunt vnum per ſe. pagina 209.c.1.a
Peccati actus quo ad ſpeciem naturalem à Deo cauſatur. 808.c.1.a
Peccati actus quo ad ſpeciem moris eſt à volũtate creata. ibid d
Peccata commiſsionis, & ommiſsionis, quomodo cognoſcantur à Deo. 555.c.2.b
Peccati entitas à Deo prædefinita. ibid.e
Peccati à Deo cognoſcendi duplex radix. ibid.d
Peccata pertinent ad prouidentiam conceſſionis. pagina 756.c.2.c
Peccata permitti propter bonum vniuerſi probatur. ibid.
Peccata quomodo ſpectent ad ordinem naturæ, & gratiæ. 822.c.1.a
Peccata an, & quomodo ſubijciantur diuinæ prouidentiæ. ibid. c.1.
Pœnæ damnatorum quomodo dicantur æternæ. pagina 266.c.2.a
Per eſſentiam aliquid eſſe tale poteſt intelligi dupliciter. pag. 196.c.1.c
Perfectio libera, & voluntaria, quid ſit. 669.c.2.e
Perfectio libera Deo conuenit. ibidem
Perfectio quorundam entium non tota eſt ex natura, ſed partim ex gratia. 291.c.2.d
Perfectio totius à ſola forma per ſe primo, deriuatur. pag. 106.c.1.c
Perfectio omnis Dei naturalis uendicat ſibi, vt quidquid eſt in alio modo proprio illius, habeat in ſe modo ſibi proprio. 490.c.1.a, ibid.c.2.e
Perfectum multipliciter dicitur. 162.c.2.d
Perfectio dupliciter .ſ. pro forma, & pro effectu formali formæ, qui eſt optimus modus eſſendi. 163.c.1.c
Perfectio vna in Deo, à parte rei, cur non poſſit eſſe alterius ratio. 482.c.1.a
Perfectum ſimpliciter dupliciter dicitur. 163.c.1.b
Perfectiones ſunt duplicis ordinis, ſcilicet quædam ſimpliciter, & quædam in tali genere. 164.c.2.d
Perfectio ſimpliciter, & perfectio in tali genere, vel ſecundum quid, quid ſint. ibid. & 164 c.2.d
Perfectiones in aliquo ſunt dupliciter, ſcilicet formaliter, & virtualiter, & quid ſit eſſe hoc, vel illo modo. pag. 152.c.2.e, & 164.c.2.e
Perfectionem aliquã eſſe extrinſecã reſpectu alterius, implicat contradictionem. 898.c.1.e

Per-

perfectiones rerum non ſunt earum menſurę intrinſecæ. pag. 256.c.2.e
perfectiones Dei abſolutę, & reſpectiuę. 380.c.2.b
perfectiones eſſendi, & cognoſcendi quomodo in Deum ſint reducendę. 527.c.2.b
Perfectiones naturales Dei habens, vt quicquid eſt in vna modo illius proprio, ſit in alia modo etiam ipſius proprio. 490.c.1.b
Perfectionum diuinarum latitudo duplex, ſcilicet intenſiua, & extenſiua. 560.c.2.a
Perfectionum ordo dupliciter attenditur. 625.c.2.b
Perfectionum diuinarũ duo ſunt genera. 362.c.2.b
perfectiuum dicit rationem abſolutam, & connotat relationem. 176.c.1.b, & 178.c.1.a
Perfectiuum, non autem perfectum eſt proximum fundamentum appetibilis. ibid. a
Perfectiuũ nõ poteſt abſq; relatione concipi. ibid. a
Perfectiui ratio, cur nomine relationis fuerit à D. Th. ſignificata. 175.c.2.e
Perfecta ſimpliciter nulla res alia à Deo eſt per ſuam eſſentiam, tanquam per cauſam formalem omni alio præciſo. 199.c.1.a
Permanentium omniũ nõ eſt vna menſura. 283.c.2.d
Permiſſio peccati originalis in paruulis non fuit ex intentione excludendi eos à regno. 877.c.2.c
Permiſſio peccatorum vnius eſt effectus prędeſt. alterius. 827.c.2.b
Permiſſio triplex poſita à Valẽtia ĩpugnatur. 878.c.1.e
Permiſſionis peccatorum quis ſit finis. 823.c.1.a
Per ſe, cur prius eo, quod eſt per accidens. 153.c.2.e
Per ſe ſubſiſtere conuenit cuilibet ſubſtantię etiam partibus, ſed per ſe ſeparatim ſubſiſtere conuenit ſoli ſuppoſito. 124.c.2.d
Perſona dicitur indiuidua ſubſtantia propter vnitatem ſubſiſtentię. 24.c.2.b
Perſeuerantiæ donum eſt effectus prędeſt. 828.c.1.c
Perſpectiua in non habente Geometriam eſt ſcientia. pagina 22.c.2.c, & 24.c.1.a
Poſſit ne Deus plura ſcire, quàm ſciat. 586.c.1.b
Potentia libera, quę ſit. 799.c.2.c
Potentia obedientialis quid ſit. 11.c.2.a
Potentia dicitur naturalis dupliciter. 10.c.2.e
Potentia naturalis eſt quædam inchoatio actus. pagina. 13.c.1.a
Potentia præcedit actum prioritate inſtantis naturæ, non in quo, ſed à quo. 110.c.2.d. & 140.c.1.c
Potẽtia Dei ordinaria, & abſoluta, quid ſint. 420.c.2.c
Potentia naturalis quæ ſit. ibid.
Potentia triplex eſt in homine, qua poteſt in eo aliquid fieri. ibid.
potentia aliqua dicitur ſufficiens dupliciter. 850.c.1.e
poſſibile dicitur aliquid tribus modis. 850.c.2.b
potẽtia diuinæ infinitas extẽſiua, & intẽſiua. 907.c.1.d
potentia paſſiua quædam eſt à forma. 663.c.2.c
potẽtia cõtradictionis, & cõtrarietatis q̃d ſit. 715.c.2.a
potentia, vt ſit libera, quid requirat. ibid.
potentia naturæ liberæ non eſt idem, quod potentia proxima ad exercitiũ libertatis, aut quod potentia exercens ſuam libertatem. 715.c.2.c
potentia cognoſciua quõ ſit oppoſitorum. 913.c.2.c
potentia libera poſitis requiſitis ad agendum poteſt agere, & non agere. 719.c.1.c
potentia duplex ſ. actui cõiuncta, & ſeparata. 595.c.1.d
potentia receptiua poteſt comparari ad actus quatuor modis, ſcilicet naturaliter, violenter, nulliter, & obedientialiter. 11.c.2.b
potentia receptiua actuum ſupernaturalium eſt obedientialis. 11.c.2.d
potentia receptiua actuum ſupernaturalium ex modo, eſt naturalis abſolutè. 11.c.2.b
potentia omnis rei naturalis reſpicit per ſe primò, & naturaliter aliquem actum. 11.c.2.e
potentia neutra non eſt in rebus naturalibus. 12.c.1.b
potẽtia ad actus ſupnaturales eſt ſupnaturalis. 12.c.2.a
potentiæ omni paſſiuæ naturali reſpondet aliqua potentia paſſiua proxima. 12.c.2.e
potentiæ, & habitus vnitas vnde ſit. 315.c.2.b
potentia ob actum habet vnitatem ſpecificam formaliter. ibid. d
potentia cognoſcitiua poteſt ſe extendere vltra ſuum obiectum proportionatum, non autem vltra adæquatum. 344.c.2.a, & 347.c.2.b
potentiæ diſtinctæ cognitio, quæ ſit. 381.c.2.e
potentiæ diuinæ obiectum eſt tota latitudo entis creati, prout extenditur ad eſſentiã, & exiſtẽtiã. 234.c.1.b
potentiæ indifferentia, ſiue indeterminatio eſt duplex. pag. 794.c.2.e
potentiæ proportio ad actum eſt ſimpliciter neceſſaria, vt actum recipiat. 356.c.2.e
Ex parte potentiæ cognoſcitiuæ, quæ ſe teneant, & quæ ex parte obiecti. 341.c.2.c
poſſibilia, quæ nunquam erũt, amãtur à Deo. 730.c.1.b
poſſibili poſito nullum ſequi inconueniens, quomodo intelligendum. 799.c.2.d
potentiæ diuinæ intenſio, & extenſio. 908.c.1.e
potentiæ diuinæ infinitas vnde poſſit, vel non poſſit probari. 908.c.1.e, & 909.c.1.e
poſſe à Deo fieri aliam rationalem creaturam corporeã ab homine diſtinctam; eſt probabile. 921.c.1.c
poſſe à Deo fieri aliud vniuerſum conſtans ex ſubſtantijs omnibus diuerſis ab ijs, quæ nunc ſunt, eſt probabile. 920.c.1.c
Non poteſt à Deo fieri vniuerſum melius quo ad ordinẽ, qui ſequitur bonitatẽ eſſentialẽ rerum. 921.c.1.a
practicũ, & ſpeculatiuũ dupliciter ſumi poſſũt. 42.c.1.c
practicũ, & ſpeculatiuũ, vt ſunt differẽtiæ inferioris ordinis, implicat eſſe ſimul formaliter in eodem habitu. 43.c.2.a
praxis diffinitio. 45.c.1.b
praxis non ſẽper eſt actus elicitus voluntatis. 45.c.2.c
praxis, vt plurimum eſt actus alterius potentiæ ab intellectu, quãdoq; tamẽ eſt actus intellectus. 40.c.1.a
praxis quælibet immediatè dirigitur, per habitum practicum. 46.c.1.b
prædicata Deo maximè propria quæ. 54.c.2.c
prædicatio in recto, & in obliquo, quæ. 59.c.1.c
prædicatio Dei in hac ſcientia. 59.c.1.c
prædeterminatio phyſica an, & quomodo conſtituat potentiam, potentem agere. 800.c.1.d
prædeterminatio duplex. 776.c.1.c
prædeterminatio phyſica nõ tollit libertatem. 801.c.2.b
prædeterminationis negatio, quomodo cauſet in voluntate creata liberam actus negationem. 802.c.2.a
prædeterminat Deus voluntatem ad actum peccati, præſuppoſita eius determinatione, ad ſpeciem moralem. pag. 812.c.1.b, & 809.c.1.d

pra-

prædifinitio actuum liberorum non præexigit ſcientiam mediam. 782.c.1.d
prædefinitio cauſarum liberarum ad ſuos effectus duplex ſcilicet extrinſeca & intrinſeca. 553.c.2.b
præfinit Deus futura conditionalia. 538.c.2.c
præfinitio duo ſignificat. 776.c.1.c
præfinitio actiua Dei non repugnat æternitati actus ſemper præſentis contra Syluestrum. 796.c.2.c
præfinitio naturalium & artificialium, & moralium, quomodo differant. 638.c.2.a
præfinitio actuum bonorum probatur ex ſcripturis, & patribus. 781.c.2.b
præd finitionis nomen probatum ex D. Dyon. ibid.
præfiniuit Deus ab æterno abſoluto, & efficaci decreto omnem actum bonum l.b.arb. 797.c.1.c
præfinitio omnium actuum liberorum eſt neceſſaria ad diuinæ prouidétiæ pſ ctioné. 793.c.2.c.& 798.c.2.a
præfinitio actuum liberorum nō neceſſariò prærequirit ſcientiam mediam. 797.c.1.c
Præfinitionis æternæ diffinitio explicata. 779.c.2.a
Præfinitio poteſt eſſe de fine, & de medio. ibid.c
Præfinitio dicit anteceſſionem præſcientiæ, &c. ibid.e
Præfinitionem, qui actus pcedát, & ſequátur. 780.c.1.a
Præfinitionem omnium bonorum, actuum eſſe poſſibilé, & neceſſariá, & libertati creatæ conſentaneá. ibid.d
Præfinitionis concordia cum libero arbit. 774.c.2.c
Præfinitiones phyſicæ ſtabilitæ à Ferr. 757.c.1.d
Præfinitionis phyſicę neceſſitas probatur. 787.c.1.d
Præmotio phyſica non eſt quid realiter diſtinctum à voluntate. 797.c.1.d
Præmotio phyſica non habet rationem prædeterminationis, niſi cum impellit ad agendum. 799.c.2.c
Præmotionis phyſicę neceſſitas probatur. 787.c.1.c
Prædeſtinatio Chriſti, & reliquorum, duplicé habet ordinem actuum ſcilicet ſecundum intentionem, & ſecundum exequutionem. 819.c.2.e
Prædeſtinationis, & incarnationis Chriſti, decretum dependet ab ordine naturæ, & gratiæ præuiſo, &c. pagina 820.c.2.b
Prædeſtinatio ſupponit ſecúdum ordinem rationis in méte ex ſtentiá prædſtinati, cótra Suarezió. 749.c.1.d
Prædeſtinationis effectus eſt omnis vſus lib. arb. quo ordinamur in vitam æternam. 863.c.2.b
Prædeſtinatio eſt efficaciſſima, & non pendet ex noſtro conſenſu. 863.c.2.d
Prædeſtinatio ſanctorú ad gloriá præſupponit præſcientiá eium ſpectátiú ad ordiné naturæ formaliter, nō autē eorū, quæ pertinét ad ordiné gratiæ. 823.c.1.c
Prædeſtinatio ponit aliquid in prædeſtinato conſequenter. 825.c.1.d
Prædeſtinationis effectus diffinitur, & explicatur. pagina. 825.c.2.a
Prædefinitio duplex æterna, & temporalis 770.c.1. & 776.c.1.
Prędeſtinatio Chriſti, & cęterorum qué ordinem actuú habeat in Deo. 818 c.2.d
Prędeſtinatio non eſt facta ſecundum pręſcientiam boni vſus lib.arb. 870.c.1.b
Pręd ſtinatio ſecundum Apoſt. non prēſupponit prēſciētiam futuri vſus lib.arb. 870.c.2.c
Prędeſtinatio non habuit rationé futuri vſus. 871.c.1.a
Reprobationis cauſa nō fuit peccatú Adę preuiſū, ſiué in ipſo Adá, ſiue vt ab aliis côtractum. 876.c.2.a
Prędeſtinationis, & reprobationis differentia quo ad ordinem effectuum vtriuſque. 871.c.2.d
Prędeſtinatio Chriſti, & aliorum quem ordiné habeat pręuiſionis ſpectantium ad ordinem naturę, gratię, & vnionis hypoſtaticę. 821.c.2.d
Prędeſtinatio qué ordiné actuú habeat in Deo. 867.c.2.b
Prędeſtinationis quatuor genera cauſarum. 86 .c.1.c
Prędeſtinatio non prçexigit prçſcientiam futurę determinationis liberi arbitrr. 845.c.2.d
Prędeſtinatio quomodo ſit pars prouidentię. 815.c.2.b
Prouidentia quomodo ſecundum rationem ſui nominis poſſit in ſola ſpeculatione ſaluari. 815.c.2.e
Prędeſtinationis efficacitas non tollit libertatem, nec diſſonatá ſacris litteris. 871.c.1.b
Prędeſtinationis efficacitas nulla inducit abſurda. ibid.
Prędeſtinatio, vt ponitur ab aduerſariis, eaſdé patitur difficultates, quas ipſi contra nos exagerant. 871.c.1.e
Prędeſtinationis ordo ſecúdú inté ioné, & exequutioné in ipſa méte & rōne ſeu cōceptu pdeſtin. 871.c.2.e
Prędeſtinationis nomen vnde ſumatur, & quid ſignificet. 814.c.2.c
Prędeſtinationis effectus diſtinguuntur. 826.c.1.c
Prędeſtinationis effectus communes etiam reprobis ſūt duplices. ibid.d
Prędeſtinationis effectus ſpeciales, qui ná ſint. 826.c.2.d
Prędeſtinationis effectus eſt gratia per peccatum amiſſa. 826.c.2.b
Prędeſtinationis effectus in angelis ſunt ex meritis Chriſti. 825.c.2.d
Prędiſtinationis effectus prius pendent à diuina prędeſtinatione, vt eſt ſcentia practica, quàm ab eadem pręuideantur futuri. 869.c.1.d
Prędeſtinatio non eſt in noſtra poteſtate. 869.c.2.b
Prędeſtinationis cauſa non ſunt opera bona, quęcunque ſint, aut bonus vſus lib.arb. 870.c.1.d
Prędeſtinatio non eſt voluntas Dei ſiué electio, & c. ſuppoſita ſcientia media. 869.c.2.e
Præd ſtinationis cauſá moralé aduerſarii volút aliquá rōne eſſe boná vſú lib.arb pręuiſum. 864.c.2.b
Prędeſtinationis cauſam, aut conditionem non eſſe vſum pręuiſum liberi arbitrii probatur. 864.c.2.d
Prędeſtinatio non eſt decretum producendi petrum in tali rerum ordine. &c. 866.c.2.b
Prędeſtinationis effectus totus non poteſt ab homine cauſari. 868.c.2.b
Prędeſtinationis effectus totus non poteſt eſſe ab homine, vt cauſa morali. 868.c.2.d
Prędeſtinationis cauſa materialis duplex. 868.c.2.e
Prędeſtinationis, & electionis differétia in ordine ad cooperationé creatę volútatis. & alia media. 869.c.1.a
Prędeſtinationis certitudo non eſt ſolius prçſcientię, ſed etiam ordinis, & cauſalitatis. 860.c.1.c
Prędeſtinationis noſtrę duplex cauſalitas in diuina voluntate, ſcilicet finalis, efficiens. 857.c.1.d
Prędeſtinationis effectus habent ordinem cauſalitatis. pag. 876.c.2.d
Prędeſtinationis, & incarnationis Chriſti decretum dependet ab ordine naturę, & gratię etiam ſecundum intentionis ordinem. 821.c.1.a
Prędeſtinationis Chriſti, & aliorum mutua dependentia. 821.c.1.c
Prędeſtinatio Chriſti prçſupponit prçſcientiam ordinis naturę, & gratię. 821.c.2.a

Digitized by Google

Prædeſtinationis effectus ſunt omnes actus electorum. pag. 827.c.2.a

Prædeſtinationis vnius effectus eſt nonnunquam operatio alterius. ibidem

Prædeſtinationis effectus ſpeciales diſtinguntur. ibid.b

Prædeſtinationis effectus ſpeciales diſtinguuntur ibidem

Prædeſtinationis effectus dupliciter conſiderantur .ſ. reſpectu totius corporis myſtici, & reſpectu ſingularis perſonæ. ibid.

Prædeſtinationis nomen ſignificat actum intellectus,i. rationem ordinis, & imperium. 817.c.2.b

Prædeſtinationis actus præcipuus eſt præceptum. ibid.c

Prædeſtinationis nomen quomodo ſignificet non ordinem excogitatum ſed ordinem ſtatutum in mente. pag. 817.c.2.d

Prædeſtinatio ſecundariò ſignificat duplicem actum voluntatis. 817.c.2.c

Prædeſtinatio non eſt eſſentialiter, & formaliter actus voluntatis. 818.c.1.a

Prædeſtinatio habet certitudinem cognitionis, & ordinis, ſiuè cauſalitatis. 885.c.1.b

Prædeſtinationis certitudo, quæ dicitur ordinis, ſiuè cauſalitatis, eſt reſpectu finis tam vniuerſalis, quam particularis. 884.c.1.d

Prædeſtinationis certitudinem quomodo conciliet S.Th. cum lib.arb. ibid.

Prædeſtinationis certitudinem duplicem ſtatuit Suarez. pag. 883.c.2.b

Prædeſtinationis certitudo duplex ſecundum S.Tho. vna eſſentialiter altera participatiuè dicta. ibid.d

ad Prædeſtinationẽ quinq; actus concurrunt. 816.c.2.c

Prædeſtinatorũ numerus conſtans ex hominib. & angelis, an ſit maior toto numero reproborum. 888.c.1.b

Præuiſio ſola, & permiſsio primæ cauſæ an ſufficiat, vt eius reſpectu effectus non ſint caſuales. 755.c.1.b

Præſcientia Dei quõo concordet cum lib. arb. 5 5.c.2.e

Præſentia Dei in rebus per operationem probata ex ſacris litteris. 227.c.2.b

Præſentia ſubſtantiæ corporeæ, & præſentia ſubſtantiæ ſpiritualis quomodo differant. 222.c.2.b

Præſentiæ ratio in ſubſtantijs tam corporalibus, quã ſpiritualibus. ibid c

Præſentiæ de Deo dictæ triplex ſignificatio. 123.c.1.c

Præſentia Dei ſecundum immenſitatem ſubſtantiæ quomodo accipienda, & admittenda. ibid.d

Præſentia ſecundum contactum virtutis. ibid.

Præſentia, vt eſt relatio. ibid.e

Præſentiæ modi reſpectu Dei quomodo ordinentur. ibid.

Præſentiæ modi tres ſemper ſimul concurrunt, vt Deus dicatur præſens. ibid.e

Præſentia agentis non præcedit actionem. 224.col.1.c, & 226.c.1.b, & ibid.d

Præſentia ſecundum operationem immediatam infert à priori præſentiam ſecundum ſubſtantiam in agente, vt agens eſt. ibid.

Principium quo duplex ſcilicet inhærens, & ſubſiſtens. pag. 341.c.2.b

Princip. Indiuiduationis formale eſt hæcceitas. 109.c.2.d

Principiorum genus duplex. 59.c.2.d

Principium indiuiduationis duplex, ſcilicet formale, & radicale. 106.c.2.c, & 107.c.1.c, & 109.c.2.b

Principium indiuiduationis non omne pertinet ad genus ſubſtantiæ. 109.c.1.e

Principia quomodo ad habitũ ſcientiæ pertineat. 6.c.2.b

Principiorum aſſenſus ex duob. cauſatur. 6.c.1.e

Principijs primis ſcientiarum nõ eodem lumine aſſentimur, quo concluſionibus. 39.c.1.d

Principium demonſtratiuum continet actu indiſtinctè cõcluſiones ex parte ipſarum. 394.c.2.c

Principium demonſtrationis põt adeo imperfectè cognoſci, vt nullius cauſet notitiam concluſionis. ibid.

Principia noſtræ Theologiæ habent euidentiam non ſimpliciter, ſed credibilitatis. 38.c.2.e

Primorum principiorum cognitio dupliciter poteſt haberi. 51.c.2.e

Primum principium naturaliter notum eſt minus certũ, quam fides, & Theologia noſtra. 52.c.1.e

Principia in Theologia noſtra ſecundum ſe ſunt, non tantum propoſitiones, quas hic fide tenemus, ſed etiam plurimę ex ijs, quas hic demonſtramus. 87.c.1.d

Primum dupliciter, ſcilicet nominaliter, & aduerbialiter. 106.c.1.e

Prioritas inſtãtis naturę duplex. ſ. in quo, & à quo quid ſint, & quomodo differant. 110.c.2.d

Priuatio quomodo entis actum exerceat. 303.c.1.c

Priuatio nullo itellectu cõſiderãte eſt in rerũ natura. ibi.

Priuatio eſt in materia nullo intellectu conſiderante. pagina 298.c.1.d

Priuationem quomodo cognoſcat intellectus noſter per priuationem in ipſo exiſtentem. 521.c.2.e

Prophetia neceſſaria eſt in eccleſia Dei. 9.c.1.c

Prophetię gradus. 427.c.2.e

Propoſitio continens dictionem excluſiuam duas habet exponentes. 246.c.1.d

Proportionalitas quid ſignificet. 447.c.1.a

Propoſitio omnis de pręterito eſt abſolutè neceſſaria. pag. 569.c.2.c & 571.c.2.d

Propoſitionem alteram de futuro in materia contingenti contradictoriam, non eſt neceſſe eſſe determinatè veram. 152.c.2.d. & 154. per totum.

Propoſitio tribus modis dicitur neceſſaria. 169.c.2.e

Propoſitio aliqua poteſt tribus modis dici abſolutè neceſſaria. ibid.

Propoſitio nota quo ad nos quo ſenſu dicatur. 83.c.2.c

Propoſitiones, in quibus vna res negatur ab alia quõo ſint per ſe notę. 81.c.2.d

Propoſitio cur dicatur per ſe nota ſecundũ ſe. 81.c.1.d

Propoſitio de Deo formabilis duplex. 474.c.2.a

Propoſitio vnde ſit per ſe nota, non tantum ſecundum ſe, verum etiam quo ad nos. 81.c.1.e

Propoſitio quomodo ſit in intellectu, vel in re. 82.c.1.d

Propoſitiones quędam ſunt per ſe notę ſecundum ſe tantum. 82.c.2.c

Propoſitio omnis, in qua pręedicatur prima paſsio de primo ſuo ſubiecto, vel vnum pręedicamentum negatur ab alio, eſt per ſe nota ſecundum ſe. 83.col.1.b

Propoſitiones, quę experientia conſtant, non omnes ſunt per ſe notæ ſecundum ſe. ibid.b

Proprium, id eſt intimum. 470.c.1.b

Prouidentia an ſit ratio ordinis rerũ in finẽ, et aſſecutionis ipſius finis, an ordinis tãtum in finẽ. 749.c.2.c

Prouidentię rationem non includere aſſecutionem finis particularis. 750.c.1.b

Prouidentia diuina ſemper aſſequitur finem communem. 750.c.1.e

Prouidentia diuina non habet, vt res ſemper cõſequãtur illũ finem, ad quẽ ab ipſa ſunt ordinatæ. 750.c.2.d
Ratio ordinis rerum prouiſarum in finẽ ſumitur dup.p. pro exẽplari ſolius ord.rerũ,&c.2.pro exẽplari præ-ẽlicori pſẽtãte ea, q̃ cõducũt fini aſſequẽdo. 748.c.2.b
prouidentia, qua ex voluntate conſequente res in finẽ dirigitur, habet ſemper finis aſſecutionẽ, nõ aũt qua ex volũtate antecedente res. &c. 751.c.2.b
Prædeſtinatio ſemper eſt ordinis, & euentus. 751.c.1.d
Prouidentia, ſcientia, diſpoſitio prædeſtinatio, &c. quomodo differant. 749.c.1.b
Prouidentia quõ cõcilietur cum lib. arb. 703.c.2.e
Prouidentiã nõ negauit Ariſt. 17.c.1.b, per totã colũnã.
Prouidentia diuina duplex ſ. approbationis, & conceſſionis. 756.c.2.b
Prouidẽtia Dei duplex.ſ. phyſica, & moralis: 758.c.1.e
Prouidentiæ diffinitio explicata. 748.c.2.a
Prouidentiæ, & prædeſtinationis fons eſt finis intentio. pag. 826.c.1.b
Prouidentiæ eſſe permittere defectum in rebus, quo ſenſu verum ſit. 831.c.2.b
Prouidentia Dei ad omnia ſe extẽdit, quatenus ante præſcientiam cooperationẽ ipſorum prædeterminat, &c. ac finem. 754.c.2.e
Prouidentia cur permittat defectum in rebus. ibid.c
Prouidentiæ diuinæ certitudo nõ habetur ex collectione cãũ cauſarũ, præciſa phyſica præfinitione. 797.c.1.d
Prouidentiæ diuinæ an, & quomodo ſubijciantur peccata. 756.c.1.b
Prouidentiæ ſiuè prouiſoris medium duplex. 760.c.1.c
Prouidentia duo habet, ſ. excogitationem ordinis, & executionem. 759.c.2.d
Prouidentiæ immediatio, quæ. 759.c.2.d
Prouidẽtiæ diuinæ immediatio duplex, ſcilicet virtutis, & ſuppoſiti. 760.c.1.b
Prouidentiæ actus in Deo ratione diſtinguitur ab actu gubernationis. ibid.c.2.c
Prouidentiæ diuinæ effectus ſequi neceſſariò cõtingẽter, vel liberè nõ implicat contradictionem. 762.c.1.e
Prudẽtiæ partes diſtinguũtur, & explicãtur. 748.c.2.c

Q

QValitas dupliciter. ſ. formaliter, & modaliter, pagina. 169.c.1.d
Qualitas ſumitur etiam, vt extenditur ad modos entis, ad intrinſeca, & eſſentialia. 3.c.2.c
Quantitatis diſtinctio ſecundum Ariſt. eſt cauſa diſtinctionis ſecundum numerum. 108 c.1.d
Quantitas eſt principium indiuiduationis ſecundariũ. ibid.c.2.e
Quantitas præcedit ſubſtantiam indiuiduam quo ad effectum diſtinctionis. 109.c.1.c
Quantitas ſiuè demenſio includitur in obliquo in ratione indiuidui. ibid.a
Quantitas terminata, & interminata qd ſit. 110.c.1.d
Quantitas præcedit potentiam, ſiuè capacitatem materiæ in genere cauſæ formalis. 110.c.2.b
Quantitas antecedit formam cauſalitate materiali, & prioritate ĩ ĩſtãtis naturæ à quo, nõ ĩ quo. 110.c.2.b.c.d
Quantitas quomodo cauſet vnitatem numeralem in ſubſtantijs. 116.c.2.d, & e
Quantitas determinat materiam, licet pro illo tunc non intelligatur exiſtere, nec inhærere materiæ. 117.c.2.b
Quæſtio an eſt, & quæſtio quid eſt de Deo materialiter coincidunt. 93.c.1.c
Quæſtio omnis eſt medij. 3.c.2.c
Quæſtionem quid eſt terminari dupliciter. ſ. completè, & incompletè. 312.c.2.a
Quæſita ex proprijs tractanda. 157.c.2.a
Quid nominis quomodo explicetur. 438.c.2.b
Qui eſt an ſit nomen maximè proprium Dei. 470.c.2.d
Qui eſt duobus modis eſt nomen magis proprium Deo, quàm hoc nomen Deus. 471.c.1.b
Qui eſt formaliter ſignificatũ hẽt cõiſſimum. 471.c.2.b
Qui eſt an ſit nomen differens à Tetragrãmaton, & à nomine Iona. 471.c.2.e
Qui eſt quomodo ſit nomẽ differens à Tetragrammaton, & quomodo poſſit idem ſignificare. 472.c.2.b

R

Rõ formalis q̃, & ſub qua nõ ſẽper adęquatę. 16.c.1.b
Ratio formalis ſub qua noſtrę Theologię non adęquat Deitatem. 16.c.1.e, & c.2.a
Rationum formalium quę, & ſub qua diuerſa habitudo, & comparatio. 16.c.1.b & c
Rationis formalis noſtrę Theologię diuerſitas à rationibus formalibus ſcientiarum naturalium infert eius diuerſitatem ab illis, & neceſſitatem. 16.c.2.e
Ratio formalis obiecti ſub qua cur ſe teneat ex parte ſubiecti, & ponat aliquid reale in ſciẽtia. 32.c.1.b & c
Rõ formalis nr̃æ Theologiæ, & fidei nõ eſt eadẽ. 39.c.1.d
Ratio naturalis ad quid ſufficiat. 14.c.2.b
Relatio rationis diuinæ voluntatis ad creaturas conſequitur actum voluntatis vt modus. 858.c.2.b
Rationalem creaturam aliã ſpecie ab homine fieri à Deo poſſe eſt probabile. 786.c.1.d
Relatio tranſcendentalis realis ad creaturas non eſt in Deo. 382.c.1.c
Relationis tranſcendentalis natura. ibid.
Relatio trãſcendentalis realis, eſt ſufficiens fundamentũ relationis realis prædicamentalis. 382.c.1.d
Relatio tranſcendẽs ſolis entibus imperfectis cõuenit. ib.
Relatio rationis conſequens operationes purè immanentes non poteſt ceſſare, aut mutari, niſi mutato fundamento. 495.c.2.b
Relationes rationis in obliquo ſignificato non ſunt connotatæ, ſed ſecundariò ſignificatæ. 262.c.2.a
Relationes conſequentes actiones tranſeuntes in Deo deſinunt eſſe per ſolam creaturæ mutationem. 583.c.1.e
Relationes conſequentes actiones immanentes in Deo deſinere non poſſunt, niſi deſinentibus ipſis actionibus. pag. 583.c.2.b
Relationes rationis diuinæ ſciẽtię, & voluntatis ad creaturas in quo fundentur, & cur mutari non poſſint. pag. 582.c.2.d
Relationes rationis diuinæ ſcientiæ, & voluntatis, an, & quomodo ſint neceſſariæ, & naturales.
Relatiuum tripliciter. ſ. ad terminum, ad ſubiectum, & ad formam. 161.c.1, a, & b
Relatio ſecundum quam referri dicitur id, quod non dependet, ad id, quod ex eo dependet, eſt rationis tantum. 175.c.1.d
Relatio æquiparantię non eſt inter ea, quæ ſe habent vt cauſa, & cauſatum formaliter. 172.c.1.c
Relationis rationis modi multiplices. 457.c.2.a
Relatiua quædam ſunt ad aliquid ſecundum ſe, & qua-

Digitized by Google

quædam per accidens. 458.c.2.d
Relatiua ſecundum ſe ſunt triplicia. ibidem
Relatiuorum tertij modi, differentia ab alijs. ibidem
Relatiua tertij modi ſunt relatiua ſecundum ſe, & mutua formaliter. 458.c.2.d
Relatiua tertij modi nō ſunt mutua quoad realitatē. ibid.
Relatiua quædam ideo realia ſunt, quia alia realiter dicuntur ad ipſa. ibid.
Relatiuorum tranſcēdentium, & prædicamentalium differentia. 459.col.1.b
Relatiuorum tertij modi natura explicatur. ibid.e
Relatiuorū tertij modi duplex fundamentū. 459.c.1.e
Relatiuorum duplex ratio terminandi ſcilicet radicalis, & formalis. 459.c.2.b
Relatiuorum ratio formalis terminandi eſt relatiua. ibi.
Relatio formalis ſcibilis ad ſcientiam, & dominij in Deo eſt in eo formaliter nullo intellectu conſiderante. pagina 460.c.1.a,& 461.c.2.d
Relatiui tertij modi, puta ſcibilis realitas, & eſſe, pagina 462.c.1.a
Relatiui conditiones neceſſariæ, vt ſit. ibid.
Relatiuum terminat aliud ſub ratione relatiua formaliter, etiam in ijs, quæ ſunt tertij modi. 460.c.2.c, & 461.c.2.e.
Relatio rationis non poteſt fi ante opus intellectus contra Banneſium. 462.c.1 b
Relationē ſeruitutis quomodo terminet Deus. ibid.c
Relatiuum fit per alterius relationem ad ipſum poteſt dupliciter intelligi. ibid.d
Relatio prædicamētalis poteſt dupliciter diffiniri. pagina 463.c.1 b
Relatio non poteſt in altero extremo impediri conſeruato toto fundamento eius. 463.c.1.e
Relatio habet cauſam, & radicem proximam terminandi ex fundamento, ſed ratio formalis termini conſiſtit in ratione. 464.c.1.a
Relatio quomodo reſultet ex poſitione alterius relationis. ibidem c & d
Relationem filiationis Chriſti formaliter cognouit angelus naturaliter. 464.c.2.a
Repræſentare intellectum perfectè proprium eſt obiecti ad intra, ideſt verbi. 497.c.1.a
Repræſentari per ſe primò per ſpeciē quid ſit. 492.c.2.e
Repræſentatio obiecti infiniti, quidditatiua, ſiuè prout in ſe eſt, eſt infinita. 331.c.2.a
Repræſentatio conuenit per ſe ſpeciei impreſſæ. pagina. 331.c.2.c,& d
Repræſentatio non conuenit actui ſecundo. ibid.
Repræſentatio diſtincta duplex. ſ. ex parte repræſentantis, & ex parte repræſentati. 390.c.2.a
Repræſentationis determinatæ diuinæ eſſentiæ tres cauſæ. 398.c.1.c
Repræſentatio diſtincta, quid ſit. 198.c.1.c
Replere locum ſtat dupliciter, ſcilicet & formaliter, & effectiuè. 237.c.1.d
Repletio corporis quid ſit. 240.c.2.e
Reſpectus rationis videntur à Deo, contra Vaſquezium. pag. 558.c.1.b
Reprobatio an ſignificet actum intellectus, vel voluntatis, aut negationem actus. 632.c.1.d
Reprobatio præſupponit in Deo volūtatē finis q eſt vniuerſi perfectio, & manifeſtatio diuinæ bonitatis, pagina 832.c.2.b
Reprobatio duplex. ſ. poſitiua, & negatiua. ibid c
Reprobatio negatiua quo ad negationē electionis, & volitionē talis negationis pcedit pſciētiam peccatorum. ibid.b
Reprobatio poſitiua non fit niſi per ordinē ad peccatum. ibid.
Reprobatio poſitiua non eſt facta ſtatim præuiſo originali peccato abſolutè, ſiuè Adam ſiuè in poſteris contracto. 833 c.1.b
Reprobatio poſitiua facta eſt poſt præuiſam perſeuerantiam in peccato originali, vſque ad mortem incluſiuè. ibid.c.& d
Reprobatio quem ordinem habeat actuum intellectus, & voluntatis. ibid.e
Reprobatio ſeptem habet actus ordinatos. 833.c.2.d
Reprobatio eſt formaliter actus intellectus. 834.c.1.a
Reprobatio quos actus formaliter includat. ibid.
Reprobatio opponitur prædeſtinationi, quatenus approbatio eſt, non quatenus præparatio. 834.c.1.d
Reprobatio poſitiua ante præuiſionem peccati cur non deceat Deum. 835.c.1.a & b
Reprobatio negatiua non præſupponit peccatum originale, neque actuale, ſiue alterius, vel vtriuſque præſcientiam. 878.c.1.b.
Reprobationis nomen quo ad primam impoſitionem, ſignificat repulſionem alicuius tanquam indigni. pagina 831.c.1.a
Reprobatio ſignificat diuinam prouidentiam, circa non prædeſtinatos. ibid.b
Reprobationis, an ſit aliqua cauſa ex parte reproborum. pag. 873.c.2.d
Reprobationis ſuprema cauſa finalis eſt manifeſtatio diuinæ bonitatis, iuſtitiæ, &c. 875.c.1.e
Reprobationis quo ad ſingulos effectus propriæ ſunt cauſæ. 875.c.2.c
Reprobatio quo ad primū effectum, qui eſt permiſſio, ordinatur ad oſtenſionem iuſtitiæ vindicatiuæ, & nō præſupponit præſcientiam peccati. 876.c.1 b
Reprobationis cauſa ex parte reprobi nulla in particulari poteſt aſſignari. 876.c.1.c
Reprobationis effectus non habent ordinem cauſalitatis pag. 876.c.2.d
Reprobatio negatiua nullum includit actualem ordinē ad peccatum, neque ad effectus reprobationis. pagina. 878.c.2.c
Reprobatio poſitiua præſupponit præſcientiam peccati, ſiue originalis, ſiue actualis. 878.c.2.d
Reprobatio formaliter ſumpta, prout eſt ratio ordinis &c. includit permiſſionem, & præſcientiam omnium peccatorum reprobi. 879.c.1.b
Reprobatio negatiua nō eſt cum reſpectu ad aliquid exiſtens in homine. 878.c.1 b
Reprobationis actus ordinati. 881.c.1.b
Reprobatio non fit propter præuiſum peccatum originale, neque propter vſum futurum liberi arb neq; propter præuiſum obicē gratiæ. 878.c.2.d
Res eſſe aliarum rerum ſignificatiuas quid ſit in ſacris litteris. 76.c.2.a
Res ſignificantur nominibus vt conceptæ, verbis autem vt exercitæ. 85.c.1.a
Res vt dicatur fieri, quæ conditiones ſint neceſſariæ. pag. 142.c.2.b

Digitized by Google

Reuelabilitatis cauſa eſt ſupernaturalitas. 65.c.1.a
Reuelatio diuina, quid ſit. 33.c.2.a
Reuelatio diuina dupliciter, ſcilicet præcisè, & vt reuelata. 37.c.2.d, & e
Reuelatio virtualis diuerſimodè conuenit concluſioni, & rei ſcitæ. 60.col.2.d
Reuelatio eorum, quæ de Deo humana ratione inueſtigari poſſunt, quomodo ſit neceſſaria. 14.c.1.d
Reuelationum gradus, 427.c.2.e
Reuelatum eſt aliquid dupliciter ſ. mediatè, & immediatè, ſiuè formaliter, & virtualiter. 4.c.2.c

S

Salus hominis quomodo pendeat ex notitia naturaliter cognoſcibilium de Deo. 5.c.1.e
Sani nomen eſt analogum vtraq; analogia. 61.c.2.d
Sancti qua ratione fiant cooperatores ſalutis. 415.c.2.e
Sapientis conditiones ſex ex Ariſt. 54.c.2.c
Sapientia eſt totum potentiale ad ſcientiam, & intellectum. 55.c.2.d
Sapientia quatuor modis iudicat de primis principijs. pag. 56.c.1.a
Sapientia quomodo ſit ſcientia, & intellectus ſecundum Ariſt. 56.c.1.b
Sapientia, & ſcientia dupliciter: vno modo, vt per demõſtrationem acquiritur, alio modo, vt virtus; primo modo ſapientia eſt ſcientia, non ſecundo. 56.c.1.c
Sapientia non eſt habitus aggregatus ex habitu intellectus, & ſcientiæ. 56.c.1.e
Sapientia eſt ſcientia, & intellectus formaliter, & eminenter. 56.c.2.e
Sapientiæ habitus quomodo generetur. 56.c.2.d, & e
Sapientiæ habitus acquiritur per demonſtrationem mediatè, & conſequenter. 57.c.2.c
Satisfactio exiſtentis in gratia coniuncta ſatisfactioni Chriſti æqualis eſt ſimpliciter. 203.c.1.c
Satisfactio Chriſti quomodo nobis applicetur. ibid.
Satisfactio perſonæ myſticæ. ibidem
Scientiæ nomen non eſt genus ad ſapientiam, & ſcientiam. 55.c.2.c
Scientia diſcurſus etiam probabiles includit. 66.c.1.d
Scientia ſubalternata non iudicat de ſuis principijs. pagina 38.c.1.d
Scientiam ſubalternatam habens, quomodo poſſit habere ſcientiam ſubalternantem, & è conuerſo. 27.c.1.a
Secundum quod ipſum quid importet. 12.c.1.e
Scibilitas vnius ſciti à Deo pendet ex ſcibilitate alterius ſciti ab eodem. 481.c.2.c
Scientia Dei, quã habet de ſeipſo, non eſt propriè, formaliter, aut virtualiter ꝓp q̃d, ſed altior. 482.c.1.b
Scientia Dei nulla ratione pendet à creaturis, etiam quoad relationem rationis. 495.c.2.e
Scientia quælibet naturalis ſex habet. 31.c.2.e
Scientiæ quomodo diſtinguantur. 33.c.1.e, & 34.c.2.e
Scientia Theologiæ quomodo conſideret omnia ſub ratione Dei. 59.c.1.e
Sciẽtia, vt diſtinguitur cõtra alios habitus intellectuales, debet habere concluſiones viſibiles in alio. 18.c.2.a
Scientia naturalis quomodo differat ab ea, quæ à ſupnaturali lumine reuelationis diuinæ procedit. 21.c.2.e
Sciẽtia tota quō virtute cõtineatur in pricipijs. 59.c.2.c
Sciẽtia vna ſm̃ ſpeciẽ põt eſſe de multis generib. 60.c.1.b
Scientia, vt ſic duplicem habet rationem cauſandi, ſcilicet effectiuè, & exemplariter. 504.c.2.b
Sciẽtiã de futuro an hẽat Deus, qa futurũ eſt, an ideo ſit aliqd futurũ, qa pſcit Deus illud eẽ futurũ. 506.c.2.b
Scientia diuina duplex, ſcilicet ſimplicis intelligentiæ, & viſionis. 507.c.1.c
Scientia ſimplicis intelligentiæ duplex ſ. practica, & ſpeculatiua. 507.c.2.b
Scientia viſionis non eſt practica. ibid.
Scientia approbationis eadem eſt cum ſcientia practica. pag. 508.c.1.a
Scientiæ, ſiuè cognitionis diuinæ ordo. ibid.
Sciẽtia, q̃ eſt cauſa rerũ, eſt ſcientia ſimplicis intelligentiæ practica nuncupata approbationis. 509.c.1.c
Scientia Dei, an ſit cauſa rerum, vt proximum, & immediatum principium. 510.c.1.b
Scientia, voluntas, & potentia in Deo quomodo conueniant, & diſtinguantur. 511.c.1.a
Scientia non eſt genus ad ſapientiã, & ſciam. 55.c.2.c
Scientia practica quõ differat à ſpeculatiua. 41.c.1.c, & 42.c.1.a
Scientia dicitur practica tripliciter. ſ. radicaliter, formaliter, & perfectiuè, ſiuè completiuè. 41.c.1.b
Scientia dicitur eſſentialiter practica ex modo conſiderandi, ſiue ex fine ſcientiæ. 41.c.1.d
Sciẽtia eſt ſpeculatiua ex obiecto minimè op bili. 42.c.1.a
Scia Dei practica ſe extẽdit ad rerũ eſſentias. 628.c.2.e
Scientia Dei in ordine ad creaturas prius eſt practica, quàm ſpeculatiua. 629.c.1.d
Scientiæ ſubalternantis, & ſubalternata, quæ ſint eſſentiales, & per ſe differentiæ. 18.c.2.a
Scientiæ, vt ſic, eſſentialis conditiõ. 19.c.1.a
Scientiæ ſubalternatæ conditiones quatuor. ibid.
Scientia, quæ ab Ariſt. diffinita. 20.c.2.a
Scientia ſubalternans duplex. 25.c.1.e
Sciẽtiæ ſubalternationẽ qualẽ Ariſ. expreſſerit. 25.c.2.c
Scientia Dei, quatenus eſt creaturarum, addit rationem formalem abſolutam ſupra ſeipſam, quatenus eſt de ipſo Deo. 498.c.1.d.
Scientia viſionis, & ſcientia ſimplicis intelligentiæ, quomodo differant. 515.c.2.b
Scientia viſionis non cognoſcuntur ea ea, quæ numquam erunt. ibid.d
Scientia ſimplicis intelligẽtiæ nõ cognoſcũtur futura. ib.
Scientia Dei terminatur obiectiuè ad rerum eſſentias, quæ nunquam erunt. 517.c.1.e
Scientia Dei tantum ſe extendit, quantum eius cauſalitas. 527.c.2.d
Scientia Dei eſt de infinitis eiſdem præſentibus tam obiectiuè, quàm in æternitate. 530.c.1.c
Scientia media inter naturalem, & liberam an ſit in Deo reſpectu futurorum conditionalium. 537.c.2.a
Scientia media impugnatur. 543.c.1.a
Scientia media quid ſit. ibidem
Scientia libera cognoſcit Deus futura omnia tam abſoluta, quàm conditionata. ibid.d
Sciẽtia libera latius patet, quã ſciẽtia viſionis. 544.c.1.b
Vide etiam in verbo Futura.
Scientia Dei cur diſtinguatur à D. Thom. immediatè in ſcientiam ſimplicis intelligentiæ, & ſcientiam viſionis, cum præcedat alia diuiſio. ibid.
Scientia Dei in nulla re creata, etiam in eſſe obiectiuo determinatur, aut dependet. 542.c.2.c
Scientiæ Dei reſpectu futurorum contingentium quæ ſit neceſſitas. 569.c.1.b

Scien-

Digitized by Google

Scientia Dei dupliciter. ſ. ſecundum ſe, & vt ſignificatur per propoſitiones. ibidem
Scientia Dei ſecundum ſe dupliciter. ſ. quo ad entitatem, & vt dicit ordinem adſcitum contingens. ibidem
Scientia Dei de futuro contingenti dupliciter, ſcilicet vt ſcientia, & vt cauſa. ibidem
Scientia Dei vt ſcientia & vt cauſa, neceſſitatem habet immutabilitatis, & ſuppoſitionis. ibidem
Scientia Dei eandem habet neceſſitatem, vt ſignificata per propoſitiones de præſenti, & per propoſitiones de præterito. ibidem
Scientia Dei vt ſignificata per propoſitiones de præterito, & vt ſignificata per propoſitiones de præſenti, vt ſic, diuerſam habet neceſſitatem. ibidem
Scientia Dei exigit certitudinem in alio obiecto, ſed ab ipſo non dependet. 496.c.2.b
Scientia viſionis non poteſt augeri, neque ipſi aduenire aliqua relatio. 584.c.2.d
Scientia viſionis eundem ſemper habet reſpectum ad rem viſam. 585.c.1.a
Scitũ à Deo eſt neceſſariũ, quo ſenſu verũ ſit. 573.c.2.e
Scientia Dei in ordine ad enunciabilia poteſt in bono ſenſu dici variabilis. 587.c.2.e
Sciat ne Deus nunc Chriſtũ naſciturum. ibidem
Scientia diuina, vt eſt ſcientia creaturarum, exigit vt neceſſariam conditionem ipſas creaturas, vt terminantes. 78.c.1.a
Scire an poſſit Deus plura, quàm ſciat. 585.c.1.d.
Scientia Dei an variabilis, ſi prius aliquid neſciuiſſet, & poſtea ſciret. 586.c.1.b
Scientia Dei de creaturis cur non poſſit mutari quo ad reſpectum rationis adſcita. 581.c.2.a
Scientia Dei ſecundum ſe nullum includit reſpectum formaliter ad creaturas. 582.c.1.d
Scientiam habens ſubalternatã quomodo poſſit habere ſubalternantem, & è contra. 26.c.2.d
Scientia quot modis variari poſſit 580.c.2.b
Scientia Dei de creaturis eſt propter quid. 481.c.1.e
Scientia creaturarum in Deo quid addat ſupra ſcientiã diuinæ eſſentiæ. 498.c.1.d
Sciẽtia phyſica dupliciter, ſ. obiectiuè, & effectiuè. pagina 4.c.1.e
Scientia, ſiuè præſcientia Dei quomodo concordet cum lib. arb. 1.c595.c
Scientiæ diuinæ neceſſitas reſpectu futurorũ cõtingẽtiũ non eſt abſoluta, ſed ex ſuppoſitione, 575.c.2.b
Scientiæ aliquid conuenit, per ſe, & formaliter, aliquid per accidens, & materialiter. 476.c.1.b
Scientia dupliciter. ſ. ſtrictè, & latè. ibid.
Scientia Dei eſt propter quid. 482.c.2.b
Scientiæ diuinæ latitudo duplex, ſcilicet extenſiua, & intenſiuà. 560.c.2.b
Scitũ à Deo neceſſe eſt eſſe quo intelligendũ. 577.c.2.b
Scit Deus, quidquid ſciuit, ſi referatur ad res, nõ autem, ſi refertur ad enunciabilia. 586.c.2.a
Scriptura ſacra habet, & rationem principiorum & rationem ſcientiæ. 70.c.2.b
Senſus diuiſus, & ſenſus compoſitus quomodo intelligendi ſint in actionibus voluntatis. 803.c.2.d
Senſus ſpiritualis ratio. 75.c.2.a
Senſus quomodo reſpectu proprij ſenſibilis ſemper ſit verus. 644.c.1.e
Senſus diuiſus, & ſenſus compoſitus quid ſint pagina 575.c.2.b
Simbola Pytagoræ ad quem ſenſum pertineãt. 76.c.1.b
Signum immediatè refert ſignatum, nec tollit immediationẽ viſionis. 435.c.2.e
Signũ quomodo repræſentet differẽter à ſpecie. 433.c.1.e
Signi naturalis, & ad placitum conuenientia, & differẽtia. ibid.
Similitudo duplex. 593.c.1.a
Similitudo dupliciter, ſcilicet formaliter, & fundamentaliter. 464.c.1.c
Similitudo intellectualis naturæ ad Deum duplex pagina. 170.c.1.e
Similitudo dupliciter, ſcilicet formaliter, & fundamentaliter. 171.c.1.d
Similitudinis fundamenta quædam eiuſdem ordinis, & quædam diuerſorum ordinum. ibid.e
Similitudinis relatio quando reciproca, & quando non. pag. 172.c.1.b
Similitudo noſtræ mẽtis pfecta cũ Deo cõſiſtit in cõiunctione cũ Deo per nobiliſſimã operationẽ. 337.c.1.c
Similitudo, ſiuè medium viſionis triplex, ſcilicet quo ſub quo, & in quo. 333.c.1.a, & b
Similitudo obiectiua multiplex. 333.c.1.d
Similitudines rerũ inferioris ordinis nõ poſſunt eſſe rationes cognoſcendi rem ſuperioris ordinis. 329.c.2.e
Similia quæ nam ſint. 169.c.1.a
Similitudinis ſpecificæ, & genericæ latitudo. 170.c.1.c
Similitudinis analogicæ latitudo. ibidem
Simplex qua ratione dicatur vnum. 301.c.2.d
Simplicitas, & vnitas valde differũt 301.c.1.a
Simplicitas formaliter ſumpta nullã dicit perfectionem, ſed negationem compoſitionis. 158.c.1.c
Simplicitas fundamentaliter quandoque dicit perfectionem ſimpliciter, quandoq; ſecundum quid, quandoq; nullam. 158.c.1.e
Simplicitas dupliciter ſumitur, ſcilicet pro ſimplicitate abſolutè, & pro ſimplicitate ſecundum quid, & quid ſit vtraque. 157.c.1.e
Simplicitas duplex. ſ. corporalis, & formalis. 157.c.2.e
Simplicitas formalis, & ſimplicitas corporalis quæ ſint. ibidem.
Simplicitas non omnis in aliqua perfectione fundatur, ſed quædam in perfectione ſimpliciter, quædam in perfectione ſecundum quid, & quædam in re abſtrahente à perfectione, & imperfectione. 158.c.1.b
Simplicitas gradus, quæ ſit. 157.c.2.e
Simplicitas duplex vna, quæ opponitur compoſitioni alia, quæ opponitur componibilitati. 155.c.1.e
Singulare non poteſt manere idem mutata diſtinctione, quam habet ex quantitate. 109.c.1.a
Singulare, vt ſic, non reponitur per ſe in prædicamento. pag. 109.c.2.d
Singularia quomodo conſiderẽtur à Theologia. 29.c.2.d
Singularium cognitio quomodo pertineat ad perfectionẽ intellectus. 406.c.2.c
Sol an, & quomodo cauſet calorem ignis. 162.c.2.e
Sol alio modo continet eminenter, quàm Deus. pagina 192.c.2.b & 194.c.2.c
Solus dictio excluſiua, & quid efficiat in propoſitione. pag. 246.c.1.d
Spacium infinitum nihil eſt. 238.c.2.c
Spacij imaginarij capacitas nihil eſt. 240.c.2.b.
Species impreſſa, per quam res intelligitur quidditatiuè, eſt

Digitized by Google

eſt eiuſdem ſpeciei, vel magis ſpecies rei. 318.c.1.d
Species, & res, cuius eſt ſpecies, dupliciter poſſunt ad inuicem comparari. 328.c.2.a
Species eſt ipſum obiectũ in alio eſſendi modo. 328.c.2.d
Species intelligibilis, vt quidditatiuè repræſentet, debet eſſe adæquata intelligibili in hoc eſſendi modo, qui eſt repræſentare. 329.c.1.b
Speciei intelligibili, quæ nam per ſe conueniant, & quæ per accidens. 329.c.2.c, & ibid.e
Speciei triplex acceptio. 188.c.1.b
Species quo ad id, quod eſt per ſe, non differt prædicamẽto ab obiecto. 330.c.2.d
Species repræſentans obiectum infinitum, prout in ſe eſt, eſt infinita ſimpliciter. 331.c.2.a
Species rerum an omnes ſint partes ſubſtantiales vniuerſi. 888.c.2.d
Species non eſt cauſa partialis intellectionis, ſed totalis in ſuo ordine. 356.c.2.c
Species, & lumen non ſunt cauſæ adiuuantes. ibid.e
Species angelorũ repſentant rerũ durationes. 416.c.1.c
Specie vna repræſentata non neceſſariò ſimul intelliguntur. 413.c.1.b
Speciebus phantaſiæ cur nequeant intelligibilia repræſentari. 329.c.2.e
Species non concurrit ad viſionem, vt efficiens præcisè, ſed eſt etiam principium formale. 343.c.1.b
Species candoris repræſentat per ſe primò totum candorem, & ſecundariò partes. 497.c.1.e
Species nulla creata eſt ipſum eſſe per eſſentiam in quouis eſſendi modo. 330.c.1.c
Species creata non poteſt eſſe infinita ſimpliciter in repræſentando. ibidem. e
Species, quid per ſe primò repræſentet, vt obiectum. pagina 492.c.2.e
Species dupliciter pōt dici ꝓpria, et adæquata. 493.c.1.c
Species repræſentantes in vniuerſali ex parte rei cognitæ, imperfectè repræſentant, non autem ex parte ipſius repræſentantis. 605.c.2.a
Species angelorum quomodo repræſentent rerum exiſtẽtias. 401.c.2.e
Species ſimul cum alia ſub eodem genere immediato cõtenta non poteſt aliam ſibi oppoſitam continere virtualiter. 42.c.2.d
Species expreſſa non poteſt formari de Deo viſo per eſſentiam. 333.c.1.b. & 335.c.1.c
Species creata non poteſt repræſentare diuinam eſſentiã, vt finitè viſam iuxta menſuram luminis. 335.c.1.a
Species aliqua neceſſaria eſt ſimpliciter ad viſionem diuinæ eſſentiæ. 342.c.2.b
Species limitatio, quæ nam ſit cauſa intelligendi componendo, & diuidendo. 579.c.1.b
Speciem intelligibilem vniri perfectè intellectui non eſt ipſam inhærere intellectui. 339.c.2.d
Species quo ordine recipiatur in intellectu. 428.c.1.a
Specierum contentarum ſub eodem genere immediato cur vna non contineatur in altera. 42.c.2.d
Speciem vniri perfectè intellectui eſt, ipſam conſtituere intellectum in actu ſecundò. 340.c.1.a
Specie vna repræſentata, quæ actu ſemper repræſentet, ſimul omnia neceſſariò intelliguntur. 413.c.2.b
Species coloris in oculo, & in ſpeculo habet eſſe extenſum. 410.c.2.d
Speciebus diuerſis, vt ſic, repræſentata non poſſunt ſimul intelligi. 412.c.2.a
Species quædam eiuſdem ordinis, & quædam diuerſorũ ordinum. ibidem
Species diſparatæ dupliciter accipi poſſunt. ſ. abſolutè, & vt partes vnius integri repræſentatiui. ibidem
Speculatiuũ, et practicũ dupliciter ſumi poſsũt. 42.c.1.c
Speculum, & exemplar quomodo differant. 390.c.2.a
Subalternationis nomẽ quot modis ſummatur. 25.c.1.b
Subiecta talia eſſe, qualia permittuntur à prædicatis, quomodo ſit intelligendum. 18.c.1.b
Subiectum quomodo comparetur ad accidentia, vt potẽtia ad actum. 153.c.2.a
Subiectũ duplex; ſcilicet prædicationis, et informationis. pag. 106.c.2.d
Subiecti ratio agendi, & recipiendi accidens quomodo differãt tã in cõpoſitis, quã in ſimplicibus. 153.c.2.b
Subiecti ſcientiæ conditiones, ex ſimilitudine ad obiectũ potentiæ. 59.c.1.b
Subiecti prædicatio qualis. ibid.c.1.c
Subiecti ſcientiæ qualis debeat eſſe notitia. 90.c.2.e
Subiecti præſtantia, & noſtri intellectus imbecillitas in cauſa eſt, vt eius probetur exiſtentia. 91.c.1.b
Subiectum ſcientiæ cõplexũ, & incõplexum. 60.c.2.b
Subiectum Theologiæ adæquatũ eſt Deus, & ens diuinũ per inſpirationem cognoſcibile. 63. & 64.
Subiectum Theologiæ defenditur: ſecundum varias opiniones concordatas. 64.c.2.a
Subiectum ſcientiæ quomodo ſufficienter contineat totam ſcientiam. 59.col.2.e
Subiecti communitas duplex. 26.col.2.a
Subſtantia indiuidua non poteſt à Deo conſeruari ſine accidentibus. 118.c.1.e
Subſtantia panis de nouo à Deo creata non poteſt affici à virtute diuina accidentibus in Euchariſtia miraculosè ſubſiſtentibus. 118.c.2.c
Subſtantia quomodo ſignificet ens per ſe. 151.c.1.c
Subſiſtentia non facit vnum per accidens cum ſubſtantia, nec propriè componit cum ſubſtantia. 139.c.1.d
Subſtantia ſpiritualis non eſt in loco niſi per ſuam virtutem. 237.c.2.e
Subſtantia, vt ſic, nobilior eſt quocunque accidente, vt ſic. 367.c.1.e
Subſtantia videntis nobilior eſt ſimpliciter viſione beatifica. 286.c.1.a
Subſtantia ſupernaturalis eſſet impeccabilis. 366.c.2.b
Subſtantia, cui ſit connaturalis gratia, & gloria, fieri à Deo non poteſt. 364.c.2.a
Subſtantia ſupernaturalis fieri à Deo non poteſt. pagina 365.c.1.c, & 366.c.1.d
Subſtantia ſupernaturalis oẽ limitatiuum excludit. ibid.
Supernaturalitas penes quid attendatur. 365.c.1.e
Succeſsiuorum oĩum non eſt vna menſura. 283.c.2.e
Sufficiens dicitur aliqua virtus ſiuè potentia, vel auxiliũ dupliciter. ſ. ſimpliciter, & in ſuo genere. 850.c.1.e
Summum dupliciter. ſ. negatiuè, & poſitiuè. 193.c.1.a
Supernaturale duplex eſt, ſcilicet dignitate, & efficacitate. 351.c.1.b, & 362.c.1.b
Supernaturale propriè eſt ſimilitudo eius, quod eſt diuinius in Deo. 362.c.2.a
Supernaturale, & naturale diſtinguunt res, & non ſola habitudine ad cauſas. 363.c.2.c, & d
Supernaturalia dupliciter conſiderantur. ſ. formaliter, et materialiter, priori modo Deo ſunt connaturalia, po-

ſteriori

Digitized by Google

ſteriori modo nec Deo, nec creaturæ. 364.c.1.b & 366.c.1.a
Supernaturalia quomodo ſint Deo connaturalia. pagina. 63.c.1.e, & 65.c.1.d
Supernaturale dignitate dupliciter, ſcilicet ſimpliciter, & ſecundum quid. 362.c.1.d
Supernaturale propriè, quid ſit. 362.c.2.a
Suppoſitio connexa cum aliquo, quod eſt in poteſtate cauſæ, non tollit libertatem effectus. 575.c.2.b
Suppoſitio antecedens, quæ eſt independens, à libero arb. quomodo non tollat libertatem. 800.c.2.b
Suppoſitio, quæ non eſt in poteſtate voluntatis, non tollit libertatem. 558.c.2.b
Suppoſitorũ ordo in agẽdo eſt ordo deſcenſus. 228.c.2.b
Suppoſitum in agendo immediatum quo dicatur. ibidem
Suppoſiti diffinitio. & eius explicatio. 124.c.2.b
Suppoſitum, & natura quo ſenſu dicantur non differre in ſeparatis à materia, ſed in rebus materialibus. pag. 120.c.2.d
Suppoſitum dupliciter ſ. metaphy & logicè. 120.c.2.e
Suppoſitum dupliciter. ſ. ſtrictè, & latè, vt idem eſt, quod indiuiduum. 120.c.2.d, & e
Subſiſtentia duplex in diuinis ſ. eſſentialis, & perſonalis, pag. 124.c.1.c
Subſiſtens abſtractum quas habeat conditiones, vide abſtractum.

T

Tempus ſignificat formaliter relationẽ menſuræ, pag. 257.c.2.e
Tempore diſcreto cur menſurentur operationes angelorum. 277.c.1.e
Tempore noſtro menſurantur ea, quorum eſſe totum ſimul non eſt. ibidem
Tempus angelicum duplex ſcilicet continuum, & diſcretum. 280.c.1.d
Tempus angelicum duplex ſ. completè, & formaliter habens rationem temporis, & habens illam incompletè, & materialiter. 280.c.1.e
Tempus angelicum formaliter eſt menſura operationũ primi æuiterni. ibidem.d
Tempus noſtrum nõ eſt propriè menſura æui 281.c.1.d
Tempus diſcretum menſurans operationes angelorũ eſt duratio ſimpliciſſimæ operationis primi æuiterni. pag. 281.c.2.b
Tempus noſtrum menſurat operationes angeli, vt recipiuntur in paſſo. 281.c.2.c
Tempus angelicum eſt numerus trãſcendens. 284.c.1.b
Tempus exiſtit in æternitate ab æterno, vt in menſura excedẽte, & exiſtit nõ ab æterno in ſeipſo. 564.c.1.c
Tempus & quæ tempore menſurantur in æternitate continentur. 561.c.1.a
Tempus menſurans rem aliquam cognitam exiſtentem in aliqua diſpoſitione vno modo comparatur ad cognitionem noſtram, alio modo ad cognitionem diuinam. 385.c.1.b
Theologiæ partitio. 77.c.1.c
Theologia non habet euidentiam ſuorum principiorum ſimpliciter, ſed tantum quo ad eorum credibilitatem. pag. 38.c.2.e
Theologiam fidem nutrire defendere, &c. quomodo ſit intelligendum. 68.c.1.b
Theologiæ noſtræ ratio formalis ſub qua. 34.c.2.d
Theologia noſtra eſt principaliter de rebus abſolutè neceſſarijs, ſecundariò de quibuſdam ſecundum ſe contingentibus. 22.c.1.c
Theologiæ neceſſitas. 3.4.5. & 7.c.2.d
Theologiæ, quid nominis. in præfatione
Theologiæ diuiſio. in præfatione
Theologia naturalis, quæ. in præfatione.
Theologia fabularis, quæ. in præfat.
Theologia Politica. in pręfat.
Theologia ſupernaturalis, quę. in pręfat.
Theologia poſitiua. in pręfat.
Theologia ſcolaſtica. 6.c.1.b
Theologia propria. in pręfat.
Theologia ſymbolica. in pręfat.
Theologiæ, quis author. in pręfat.
Theologię diffinitio. in pręfat.
Theologię qualitas. 3.c.2.c
Theologię ſcientia quomodo reuelata. 4.c.2.c
Theologia ſecundum ſe, & noſtra. 19.c.2.e
Theologia noſtra dupliciter. 19.c.2.e
Theologia noſtra ſecundum ſe dupliciter. ibid. c.2.e
Theologia viatorum dupliciter. 28.c.2.b
Theologię principiorum qualis euidentia. 20.c.1.c
Theologia quomodo ſcientia imperfecta. 20.c.2.c
Theologia noſtra ſecundum ſe eſt propriè ſcia. 23.c.1.a
Theologia in nobis eſt propriè ſcientia. 23.c.1.c
Theologia viatorum non eſt ſcientia vniuocè cũ alijs. pag. 23.c.2.c
Theologia, Dei, Beatorum, & noſtra, non eſt quid vniuocum in ratione ſpecifica Theologię. 30.c.1.b
Theologia noſtra, innitur proximè, & immediatè diuinę reuelationi, & ex ea deducitur. 20.c.2.d, & 21.c.1.
Theologia in beatis duplex. 20.c.1.a
Theologia noſtra cui Theologię beatorum ſit ſubalternata. 25.c.2.d, & 26.c.1.a
Theologię noſtrę habitus per ſe acquiritur ex euidentibus. 27.c.2.a
Theologia noſtra tripliciter conſideratur. 28.c.1.a
Theologię noſtrę vſus in patria. 28.c.2.d
Theologia noſtra remanet in patria ſecundum rationem ſui generis. 28.c.1.c
Theolog. noſtra materialiter remanet ĩ patria. 28.c.2.a
Theologia noſtra non remanet in patria, quo ad rationẽ ſpecificam. 28.c.2.c
Theologus quomodo ſuppoſita fide lumine ſui intellectus naturali generet in ſe ipſo habitũ Theologicę ſciẽtię. 21.c.1.c
Theologię ſcientia non remanet in damnatis, ſed opinio. 29.c.2.a
Theologia quo modo ſingularia conſideret. 29.c.2.d
Theologica demonſtratio multiplex. 36. & 37
Theologia quomodo abſtrahat à reuelatione clara, & obſcura. 39.c.1.c
Theologia nec purè practica eſt, nec ſpeculatiua, ſed altior. 39.c.2.b
Theol. eſt magis ſpeculatiua, quã practica. 40.c.2.c
Theologię, vt practica eſt, duplex obiectum. 41.c.1.c
Theologia non eſt formaliter practica, & ſpeculatiua ſi ſumatur practicum & ſpeculatiuum, vt ſunt differentiæ inferioris ordinis. 43.c.1.a
Theologia eſt formaliter, & eminenter practica & ſpeculatiua ſumendo practicum, & ſpeculatiuum, vt ſunt differentię ſuperioris ordinis. 43.c.1.c
Theologia, vt ſpeculatiua dignior eſt omnibus ſcientijs ſpecu-

ſpeculatiuis, & vt practica, practicis, & affertur ratio radicalis. 47.c.1.c,& d
Theologia noſtra, prout eſt in nobis viatoribus, certior ē primis principijs naturaliter notis. 52.c.1.e
Theologia non argumentatur ad ſua principia probanda. 66.c.1.a
Theologia aliquo modo argumentatur ad ſua principia probanda. 67.c.1.d
Theologia quō diſputet cōtra negātes ſoluēdo. ead. pag.
Theol. tractat de Deo propter ſeptē cauſas. 78.c.1.d
Theolog et Metaph. differēter agūt de Deo. 78.c.2.a.et b
Theol. præſupponit imperfectā notitiā de Deo. 91.c.1.c
Theologia per accidens probat Deum eſſe. ibidem
Theologia probat ex proprijs Deum eſſe, ſed non ſcientificè. 91.c.2.d
in Theologia noſtra ſecundum ſe, non ſunt præambula ea, quæ ratione naturali de Deo cognoſcimus, ſecundū ſe ſumpta, ſed ſunt principia. 87.c.2.a
in Theologia beatorum multa, quæ hic erant præambula, ſiunt principia. 87.c.2.c
Tetragramaton quid ſignificet. 472.c.1.b
Tetragramaton, an ſit idem, qd nomē qui eſt. 471.c.2.d
Trāſmiſſio creaturæ rōnalis in Deū quō fiat. 815.c.2.a
Tranſcendentium concreta prædicantur de abſtractis. pag. 296.c.2.e
Trinitas perſonarum Deo conuenit ex hoc, quod eſt ipſum eſſe per ſe ſubſiſtens. 366.c.2.d
Trinitas perſonarū nō ē prima Dei perfectio. 362.c.2.d
Totū realiter à partibus diſtingui probatur. 156.c.1.d
Totum prius eſt partibus in genere cauſæ formalis, ſed poſterius eis in genere cauſæ materialis. 156.c.2.b
Totum cōparatur ad ſuas partes, vt actus, et forma. ibi.
Totius natura dupliciter inueſtigari poteſt. 155.c.1.b

V

VBiq; eſſe dupliciter ſ. ī actu, et ī aptitudine. 246.c.2.a
Vbique eſſe ſecundum aptitudinem nulli poteſt conuenire creaturæ. ibid.
Vbique eſſe primò, & per ſe nulli poteſt corpori conuenire, nec etiam corpori Chriſti. ibid.b
Vbique eſſe aptitudine intrinſeca nulli poteſt corpori cōuenire. ibidem
Verbum, an vbique ſit homo. ibidem. c
Verbi diuini pductio ē ex fœcūditate naturæ. 338.c.1.d
Verbum an præcedat intellectionem. 336.c.2.a
Verbum in qua intellectione formetur. ibidem. c
Verbum eſt medium intrinſecum. 333.c.1.d.& e
Verbum neceſſariò formatur ab intellectu. ibidem
Verbum eſt ſimilitudo. ibidem
Verbum per ſe non facit viſionem mediatam, ſed per accidens. ibid.d
Veritas propoſitionis conditionalis à Deo eſt. 546.c.1.c & 551.c.2.d
Veritatis cognoſcendæ plures modi. 552.c.2.e
Volitio Dei ſecundum ſe formaliter nullum includit reſpectum ad creaturas. 582.c.1.d
Veri ratio formalis ſecundum ſe prior eſt ratione formali boni. 625.c.2.b
Verum eſt poſterius bono ex parte perfectibilium ibid.
Veritas, ſiuè conformitas veritatis ad intellectum dicit in quibuſdā relationē realē, in qbuſdā rōnis. 627.c.1.d
Veritas quomodo ſit in vocibus ſimplicibus. 622.c.1.b
Veritas intellectus componentis, et diuidentis, et iudicantis veritatē, quæ conformitas ſit. 621.c.1.c, & 622. col. 2.a
Veritas quomodo ſit vt cognita in intellectu componente, & diuidente. ibid.d
Veritas eſt in intellectu eam cognoſcente directè ſimul, et reflexè. 618.c.2.c
Veritas ab intellectu dupliciter cognoſcitur .ſ. in actu ſignato, & in actu exercito. 619.c.1.c
Veritatis cognitio perfecta, quæ. ibid.d
Veritatis cognitio in actu exercito eſt aliquo modo reflexa. 619.c.2.b
Veritas quomodo propriè ſit in ſolo intellectu componēte, & diuid. ibid c, & 620.c.1.d
Veritas quomodo ſit in intellectu ſimplici. 620.c.1.b
Veritas propriè eſt in intellectu iudicante veritatem, ſiuè ſit ſimplex, ſiuè componens, & diuidens. ibid. d
Veritas æquè eſt in propoſitione negatiua, atque in affirmatiua. 620.c.2.c
Veritas formaliter eſt in intellectu ſimplici, & ſenſu. pagina 621.c.1.a
Veritas nō vniuocè dicitur de ea, q̄ eſt ī intellectu iudicāte, & de ea, quæ eſt in intellectu non iudicante. ibid. b
Veritatem cur dicat S. Tho. vniuocè prædicari de omnibus veritatibus intellectus. 630.c.2.d
Veritas tranſcendens includit formaliter entitatem, & relationem, vt modum. 631.c.2.e
Veritas conuenit eſſentiæ diuinæ formaliter, & cauſaliter. ibidem
Veritatis ſubiectum per ſe eſt intellectus complexus. pag. 618.c.1.d
Veritas quomodo repræſentetur, aut ſignificetur compoſitione, & diuiſione. 618.c.2.a
Veritatis diffinitio communis. 631.c.1.d
Veritatis rei diffinitio. ibid. & 632.c.2.c
Veritas intellectus practici accipitur, per conformitatem ad appetitum rectum. Tam in agibilibus, quam in factibilibus. 639.c.2.a
Veritas eſt in ſenſu tripliciter. 642.c.2.a
Veritas, & falſitas vt cognita eſt ī cogitatiua. 643.c.2.a
Veræ dicuntur res dupliciter, ſcilicet intrinſecè, & extrinſecè. 631.c.1.d. & 672.c.2.a
Veritas opinionis mutatur ad mutationem relationis. pag. 653.c.2.e
Veritas, & falſitas eiuſdem opinionis ſucceſſiuè nō ſunt propriè contraria. 654.c.1.c
Veritas, & falſitas non poſſunt ſimul eſſe in eodem conceptu reſpectu diuerſorum. 654.c.1.b
Veritas, & falſitas eidem opinioni ſucceſſiuè conuenictes codē ēt mō. ſ. ſucceſſiuè ſūt idē materialiter. 654.c.1.b
Veritas intellectus incomplexi nullam exigit compoſitionem. 648.c.2.d
Veritas & falſitas, qua rōne formaliter conueniat intellectui incōplexo, ſenſui, et reb. 648.c.2.d, et 649.c.1.a
Veritates rerum cur ſint æternæ. 635.c.2.d
Veritas quomodo ſit in nominibus. 649.c.2.a
Veræ ſunt res formaliter. 631.c.2.a
Verum, & falſum ſignificant formaliter acceptiones intellectus. 552.c.2.d
Veri, & falſi, ſiuè veritatis, & falſitatis ſignificatio ſeu ratio. ibid.
Veri, & falſi contrarietas, quæ ſit. ibidem
Verum, & falſum quomodo ſignificent formaliter acceptionem mentalem. 654.c.2.a
Verum tranſcendens, ſumitur à prima actualitate. pagina 625.c.1.d

Vim,

Vim, quæ concurrit ad cognitionem eliciendam, quo ſit p accidẽs illá eſſe naturalẽ, aut ſupernaturalẽ. 349.c.1.c
Viſio Dei quidditatiua ex viribus naturæ requirit virtutem ſimpliciter infinitam. 367.c.2.d
Viſio beata claudit intrinſecè vitalitatem, & ſupernaturalitatem. 358.c.2.d
Viſionis vitalitas eſt ſupernaturalis, & ſupernaturalitas eſt vitalis. ibidem
Viſionis vitalitas, & ſupernaturalitas ſunt ab intellectu, & à lumine gloriæ. ibidem
Viſio per Dei omnipotentiam poteſt fieri ſine lumine gloriæ per modum habitus. 360.c.1.a
Viſio Dei fieri poteſt per auxilium Dei, quod ponat aliquid in intellectu. ibid. b
Viſio non poteſt fieri per auxilium, ſiuè concurſum Dei nihil ponentem in intellectu. ibid. c
Viſionum inæqualitas in quo conſiſtat. 370.c.1.e
Viſionum inæqualitatis prima, & propria cã. ibid.c.2.b
Viſio, an ſit perfectior à perfectiori intellectu cum æquali lumine gloriæ. 371.c.1.a
Viſionis cauſis diuerſis correſpondent in ipſa viſione rationes diuerſæ. 355.c.2.d
Viſionis ſupernaturalitas in lumen gloriæ reducitur. ib.
Viſio beata, ex hoc præcisè, quod eſt viſio diuinæ eſſentiæ, non habet, quòd ſit ſupernaturalis. ibid. c
Viſio beata cur ſit finita, et eſſẽtia Dei īfinita. 356.c.2.c
Viſionis perfectio eſt à lumine, & ſpecie, quæ eſt diuina eſſentia, & ab intellectu. 371.c.2.a
Viſionis perfectio, & intenſio, ex perfectione potentiæ eſt diuerſæ rationis ab eiuſdem perfectione, vt eſt à lumine gloriæ. 372.c.1.d, & 373.c.1.b
Viſionis perfectio eſſentialis, & modalis. ibidem
Viſionis perfectio ex potentia modificat eiuſdem perfectionem, vt eſt à lumine gloriæ. ibidem
Viſionis perfectio modalis non redundat in perfectionem eius eſſentialem. ibid.
Viſionis gradus vnde conſiderandi. 372.c.2.b
Viſio Dei, & beatorum eſt intuitiua. 381.c.1.e
Viſio intuitiua quid ſit. ibidem
Viſio diuinarum perfectionum poteſt dici diſtincta tripliciter. 381.c.2.c
Viſionis obiectũ, quo, et qđ nõ ſũt duo obiecta. 383.c.2.b
Viſionis obiectũ includit eſſentiam, & perſonas. ibidem
Viſio plurium naturaliter repræſentatorum pendet ex perfectiori viſione diuinæ eſſentiæ. 415.c.1.a
Viſio plurium liberè repræſentatorũ non neceſſariò, pendet ex perfectiori viſione diuinæ eſſentiæ. ibid.
Viſionis beatificæ tres perfectiones. 416.c.1.b
Viſio beatifica reſpectu eorum, quæ videntur ſemper eſt in actu ſecundo. 416.c.2.c
Viſio beatifica caret omni ſucceſsione. 416.c.2.d
Videre in verbo infinita non per ſe quantificat viſionem. pag. 417.c.1.d
Viſio infinitorũ in vna cã creata nõ eſt infinita. 417.c.2.c
Viſio diuinæ eſſentiæ in ſolis viatoribus cauſat abſtractionem à ſenſibus. 422.c.2.c
Videre quidditatiuè, quid ſit. 427.c.2.a
Videre quidditatiuè dupliciter. ibid.
Videre intuitiuè quid ſit. ibid.
Videre eſſentiam poteſt intelligi dupliciter. ibid.
Videns Deum quidditatiuè videt neceſſariò eius exiſtentiam in actu exercito. 428.c.1.a
Viſionis eſſentiæ, et perſonarũ vna eſt ratio. 387.c.1.g
Viſio beata vnde ſit perfectior. 373.c.2.b
Viſio beata, an, & quomodo ſit perfectior, ex perfectiori intellectu. 373.c.2.b
Viſionis perfectio duplex ſ eſſentialis, & modalis. ibid.
Viſio diuinæ eſſentiæ ex quo modificetur, & quantificetur. 417.c.1.d
Videntium conatus probatur eſſe inęquales. 374.c.1.e
Viſio creaturarũ in Deo ſit quinq; modis. 391.c.1.e
Viſio beata rei exiſtentis ſupponit exiſtentiam rei, quãdoque futuram. 402.c.1.b
Viſionis vna, & eadem perfectio ſufficit ad cognitionem quidditatis, & exiſtentię rei. ibid.
Vidẽs oĩa producibilia in ſeipſis, nõ ĩ diuina eſſẽtia videret ſolã infinitatẽ extẽſiuã diuinę virtutis. 397.c.1.c
Videns oẽs effectus producibiles in diuina eſſentia videret diuinę virtutis infinitatem extenſiuam. ibid. d
Videns omnia in Deo comprehenderet Deum. ibid. d
Viſio primi Angeli, quę primò erat ęternitas participata adueniente viſione animę Chriſti deſijt eſſe ęternitas. 289.c.1.e
Viſio aĩę Chriſti eſt ęternitas mẽſurãs alias viſiones. ibi.
Viſio beatifica eſt p ſe diuina, et immutabilis. 287.c.1.e
Viſio diuinę eſſentię cur dicatur beata. 287.c.2.b
Viſionem terminari ad diuinam eſſentiam quid ſit. ibid.
Viſio D. Pauli an differat ſpẽ à viſione patrię. 287.c.2.d
Viſio D. Pauli non fuit mẽſurata tempore, ſed ęternitate participata. 288.c.1.b
Viſio D. Pauli non fuit mutabilis ab intrinſeco, ſed ab extrinſeco tantum. ibid. d
Viſio beata eſt immutabilior ſubſtãtia beati. 285.c.2.b
Viſio continet virtualiter adeptionem omnium bonorũ. pag. 285.c.2.b
Viſio beatę in ſuo ordine nobilior eſt ſimpliciter ſubſtantia uidentis 285.c.2.e
Viſioni beatę debetur proportionata menſura, qualis nõ eſt ęternitas eſſentialis. 286.c.1.c
Viſionis animę Chriſti duratio menſura eſt aliarum viſionum. 286.c.1.d
Viſio beata non menſuratur, ęuo nec tempore noſtro, ſed ęternitate participata. 286.c.2.a
Viſio diuinę eſſentię nõ naturaliter appetitur. 325.c.1.b
Viſionem Dei eſſe quidditatiuam, & non beatificam implicat. 328.c.2.e
Viſionem Dei eſſe quidditatiuam, & non immediatam implicat. 328.c.2.e
Viſio diuinæ eſſentię non neceſſariò, nec naturaliter appetitur. 321.c.1.a
Viſio diuinę eſſentię non eſt finis naturalis hominis, aut angeli. 321.c.2.a
Videri poteſt aliquid dupliciter, ſcilicet in ſeipſo obiectiuè, & in alio viſo. 394.c.1.a
Videri in ſeipſo, & videri in alio quid ſit. ibid.
Viſio plurium in cauſa eſt ex perfectiori viſione cauſę. pag. 394.c.1.e
Videri poteſt diuina eſſentia nulla viſa in ea creatura diſtinctè. 394.c.2.c
Viſio rerum in Deo non eſt per ſimilitudinem impreſsã, nec expreſſam. 49.c.2.e
Viſa in ſpeculo eadem ſpecie videntur, qua ſpeculum. pag. 410.c.2.b
Videns plura in verbo non neceſſariò perfectius videt. pag. 414.c.2.e
Viſio non poteſt eſſe, niſi ſit à virtute vidẽtis intrinſeca. 353.c.1.e

Digitized by Google

Viſio diuinæ eſſentiæ non poteſt fieri per ſolum auxilium diuinum, quod nihil ponat in intellectu. 354.c.1.c

Viſio diuinæ eſſentiæ ſoli Deo poteſt eſſe connaturalis. pag. 363.c.1.e

Viſum in ſeipſo, & viſum in alio quid ſit. 492.c.2.c

Viſio diuinæ eſſentiæ, quo ſenſu dicatur impoſsibilis puro viatori. 421.c.2.c

Viſio animæ Chriſti non efficit natura ſua abſtractionē à ſenſibus. 422.c.2.d

Viſio beatorum hominum poſt reſurrectionem non efficit abſtractionem à ſenſibus. ibidem

Viſio beata dupliciter ſumi poteſt. ſ. ſecundum ſe, & cum concomitantibus. 423.c.1.c

Viſio in ſeipſo quid ſit ſecundùm S.Thom. 493.c.1.c

Viſio ſecundū ſe tantum. i. præciſis concomitantibus cauſam abſtractionem à ſenſibus, non autem cum concomitantibus. 423.c.1.d

Viſio diuinæ eſſentiæ non poteſt poni in oculo corporali. pag. 345.c.1.d

Viſio diuinæ eſſentiæ ſi poneretur in oculo, non denominaret oculum videntem. 345.c.2.c

Viſionis cauſa principalis eſt beatus, non autem diuina eſſentia. 342.c.1.e

Viſio diuinæ eſſentiæ non poteſt fieri abſque omni ſpecie. pag. 342.c.2.b

Viſio diuinæ eſſentiæ non poteſt fieri per ſpeciem impreſſam, neque per ſpeciem expreſſam. 334.c.1.b

Videntes Deum non formant verbum. 333.c.2.e

Videns diuinā eſſentiā neceſſariò uidet pſonas. 384.c.2.d

Videns diuinam eſſentiam non poteſt videre vnam perſonam alijs non viſis. ibidem

Viſione etiam indicatiua viſa eſſentia neceſſariò videntur omnes perſonæ. ibidem

Videns eſſentiā nō viſis pſonis, nō eſſet beatus. 365.c.1.e

Videre eſſentiam, quæ exiſtit in tribus non viſis perſonis valde differt ab hoc, quod eſt videre eſſentiam, ſi per impoſsibile non exiſteret in tribus. 385.c.2.e

Videns eſſentiam non viſis perſonis eſſet beatus, & non beatus. 385.c.2.d

Videns diuinam eſſentiam neceſſariò videt eam, vt eſt ideæ. 386.c.2.d

Virtus ſecundi agentis, an, & quomodo ſit inſtrumentalis. 228.c.2.e

Virtutis diuinæ, & aliorum agentiū differentia. ibidem

Virtus naturalis creata, aut creabilis nunquam poteſt pertingere ad excellentiam luminis gloriæ. 367.c.1.c

Virtutum ordo in agendo eſt ordo aſcenſus. 228.c.2.b

Virtus immediata quomodo dicatur. ibidem

Virtutis naturalis tota latitudo deficiens eſt reſpectu viſionis Dei. 367.c.1.d

Virtus primæ cauſæ, quō modificetur ī ſecūda. 702.c.2.d

Virtutis augmentum duplex. 353.c.1.b

Virtus infuſa quō dicatur ſummum bonum. 192.c.1.d

Virtualis cōtinētia effectus ī cā quid requirat. 192.c.2.c

Vita analogicè dicitur de eſſe viuentis, & de eius operatione duplici analogia. 658.c.1.a

Vita in Deo quō concludatur ex intelligere. 655.c.2.a

Vitæ mortalis nomine duo poſſunt intelligi. ſ. eſſe, & operatio. 421.c.1.a

Vita in Deo quō colligat Ariſt. ex intelligere. 655.c.1.d

Viuentia, vt ſic, nobiliora ſunt corporibus cæleſtibus. pag. 103.c.1.e

Vniformem habentia modum manendi an menſurentur eadem menſura. 283.c.2.b

Vnio diuini ſuppoſiti cum natura nullum requirit medium. 361.c.1.c

Vnio omnis realis non terminatur ad vnum reale compoſitum. 340.c.2.e

Vniuerſum totū moueri non pōt motu recto. 238.c.1.e

Vniuerſi partes ſubſtantiales, & principales, quæ. pagina 889.c.1.b

Vnitatis, et entitatis principium quō ſit idē. 113.c.2.b

Vnitas numeralis, & incommunicabilitas maximè differunt. 117.c.2.e

Vnitatis, & diuiſionis ordo in re, & in apprehenſione noſtra. 304.c.2.b

Vnitas quomodo ſit in rerum natura. 304.c.2.c

Vnitas perſonæ in diuinis non eſt maiori quàm ſit ipſius diuinæ naturæ. 310.c.1.a

Vnitates componunt multitudinem ſecundum id, quod habent de entitate, ideſt quatenus indiuiſio entitatis actum exercet. 33.c.1.a

Vnitas numeralis dupliciter conſideratur. ſ. vt principiū numeri, & vt habens indiuiſionem. 301.c.1.a

Vnitas transſcendens dupliciter conſideratur. ſ. vt principium numeri, & vt habens rationem indiuiſionis. ibi.

Vnitas tranſcendens, vt principium numeri tranſcendentis, opponitur numero tranſcendenti vt menſura menſurato. 301.c.1.d

Vnum numerale formaliter dicit aliquid poſitiuum. ſ. eſſe quantitatis. 301.c.1.c

Vnum non pōt accipi vt idem eſt, qđ ſimplex. 301.c.2.b

Vnitas, & ſimplicitas valde differunt. 302.c.1.a

Vnitatis numeralis ratio formalis eſt eſſe quantitatis, vt indiuiſum. 298.c.2.c

Vnum, & multa non opponi propriè contrariè, probatur ex Ariſt. & S.Thom. 299.c.1.c

Vnum, & multa quomodo diuidant ens. 299.c.1.d

Vnū adæquat ens diuiſum per vnū, et multa. 299.c.2.a

Vnitas affirmatiua, & excluſiua. 308.c.1.c

Vnitatem Dei maximam, non tollit trinitas perſonarū. pag. 309.c.2.d

Vniuerſum eſt vnus totalis effectus, licèt non adæquatus diuinæ virtuti. 604.c.1.b

Vnitatis fundamentum tam in materialibus, quàm in ſpiritualibus. 310.c.1.a

Vnū diuiſioni opponitur, quatenus diuiſio negatio quædam eſt. 305.c.1.c

Vnum opponitur priuatiuè diuiſioni. ibid.

Vnum hoc ipſo, quod indiuiſum eſt, ab alio diuiſum eſt. pag. 305.col.2.c

Vnum in ſuo conceptu formali duplicem claudit diuiſionem. 306.col.1.b

Vnum per ſe, vt ſit, quas cōditiones requirat. 116.c.2.c

Vnum eſt ens rationis de formali. 298.c.1.d

Vnum, quod eſt paſsio entis, ſignificat ens vt indiuiſum. pag. 297.c.2.a

Vnum, quid formaliter ſignificet. 297.c.2.c

Vnum quod eſt paſsio entis concipitur ad modum rei perfectæ ſpeciem habentis. 298.c.1.a

Vnum eſt perfectum ratione entitatis, accedente indiuiſione, vt conditione neceſſaria. 298.c.1.b

Vnum non eſt realis paſſio entis. 298.c.1.c

Vniuocum duplex. ſ. phyſicum, & metaphyſicum, ſiue logicum, & quomodo differant. 446.c.1.c

Vniuocati conceptus cur cætera non repræſentet, ſicut conce-

Digitized by Google

conceptus analogati primi repræſentat alia. 452.c.2.d
Vniuoca poſſunt habere ſimilitudinem proportionalem, quia maior vnitas continet minorem. 452.c.2.d
Vniuoci vnitas ſignificata in actu exercito. 449.c.1.d
Vniuocorum, & analogorum differentia quo ad conceptũ obiectiuũ, et quo ad fundaméta unitatis. 447.c.2.e
Vniuoca prædicatio duo claudit. 630.c.2.e
Vocis ſignificatiuæ vnitas, aut diuerſitas vnde ſit penſanda. 80.c.2.e
Velle alia à ſe, ideſt eſſe aliorum volitiuum, dicit perfectionem in Deo. 673.c.1.a
Velle alia dicit perfectionem in Deo quo ad actum ſecundum, non autem quo ad relationem. ibid.
Velle alia dicit in Deo perfectionem liberam, & voluntariam. ibidem
Velle alia dicit in Deo perfectionem extrinſecam, & extenſiuam. ibid.b
non Velle quomodo ſit liberum. 802.c.1.b
Viſiua potentia quomodo cognoſcat tenebras. 913.c.2.e
Voces, & conceptus in quo conueniant. 420.c.2.b
Volitum dicitur dupliciter. 675.c.2.e
Voces quomodo ſint ſigna conceptuum. 432.c.1.d
Voluntas diuina quomodo determinetur. 696.c.2.a
Voluntatis diuinæ libertas in quo poſita ſit. 697.c.1.d
Voluntatis diuinæ determinationes an, & quomodo videantur à beatis. 400.c.1.b
Voluntatis diuinæ determinatio quid ſit, & à quo fiat. pag. 407.c.2.b
Voluntatis, & volitionis diuinæ reſpectu creaturarum habitudo qualis ſit. 668.c.2.e
Voluntas diuina quõ potuerit ſe determinare ab æterno ad has creaturas producendas. 669.c.2.a
Volũtatis diuinæ indifferentia. 669.c.1.e, & 696.c.2.e
Voluntas vnde, & quando ſit libera. 715.c.2.d
Voluntas diuina eodem modo, quo noſtra, determinatur à practico intellectus iudicio. 717.c.2.e
Voluntas, & intellectus diuinus mutuò ſe determinant. pag. 717.c.2.d
Voluntas in ſenſu compoſito quomodo ſit indifferens. pag. 804.c.1.b
Voluntatis poteſtas ante influxum primæ cauſæ qualis ſit. 801.c.1.a
Voluntas antecedens, & conſequens quo ſenſu accipiantur à Damaſceno, & alijs patribus. 690.c.1.b
Voluntas qua Deus ſub conditione vult omnium ſalutẽ, ſcilicet ſi ipſi voluerint, vt ait Ambroſius, quomodo intelligenda. 690.c.2.b
Voluntas antecedens eſt voluntas beneplaciti, & eſt in Deo formaliter. 691.c.1.a
Voluntas diuina, ante omnem relationem rationis reſpicit ſuum obiectum tam principale, quam ſecundariũ. pag. 674.c.2.b
Voluntatis diuinæ habitudo ad volita quid ſit. ibid.c
Voluntas diuina quõ moueatur à Dei bonitate. ibid.d
Voluntatis diuinæ actus terminatur ad alia dupliciter. pag. 675.c.1.e
Voluntas Dei quõ velit alia tantum propter finẽ. ibid.b
Voluntas Dei quõ probetur eſſe cauſa effectuũ. 682.c.2.e
Volitionis diuinæ nullum bonum creatum poteſt eſſe cauſa, aut ratio. 684.c.2.a
Volitionis diuinæ cã ẽ diuina bonitas vt finis. 685.c.2.b
Volitionis diuinæ ex parte volitorum poteſt eſſe aliqua cauſa. 685.c.1.d
Volitionis diuinæ ratio diuerſis propoſitionibus exprimitur, ex quibus quædam ſunt admittendæ, & quædam non. 685.c.2.b, & 686.c.1.a
Volitio Dei libera an ſit in eo realis perfectio. 668.c.1.e
Volitio noua infert immediatè, et per locum intrinſecum mutationem phyſicam. 698.c.2.e, & 699.c.2.c
Voluntas efficax, ad ordinem executionis pertinet. pagina 692.c.1.a
Voluntatis, moralis mutatio dupliciter conſideratur. pag. 698.c.2.e
Voluntatis diuinæ efficacitas, & prima radix contingentiæ. 701.c.2.e
Voluntas antecedens eſt volũtas ſecundũ quid. 691.c.2.d
Voluntatis habitudo neceſſaria ad obiectum proprium duplex eſt. 678.c.1.b
Voluntas eodem actu vult finem, et ea, quæ ſunt ad finẽ, quomodo intelligatur. 684.c.1.e
Voluntatis creatæ duplex eſt indifferentia. 79.c.1.d
Voluntate antecedente volitum non eſt volitum ſimpliciter, ſed ſecundum quid. 690.c.2.e, & 691.c.1.d
Voluntas antecedens eſt formaliter in Deo. 691.c.1.d
Voluntas antecedens vno modo eſt abſoluta, & duobus modis conditionata. 691.c.2.a
Voluntas antecedens eſt inefficax, & eſt velleitas, etiam ſecundum Damaſcenum. ibid.col.2. & 690.c.2.e
Voluntas diuina à libero hominis arbitrio non pendet, ſed è contra. 690.c.2.e, & 694.c.1.e
Voluntatis diuinæ ſigna quomodo ſint præceptum, conſilium, & prohibitio. 722.c.1.e
Voluntas ſigni, quæ eſt permiſsio, quomodo intelligenda. 722.c.2.b
Voluntatis diuinæ ſigna declarata. 722.c.1.e
in Voluntate diuina non eſt potentia prior naturaliter actu. 697.c.1.c
Voluntas diuina determinatur à iudicio intellectus practici, & è contra. 697.c.2.e
Voluntas Dei cur poſtquam ſemel aliquid voluit, non poſsit eius oppoſitum velle. 698.c.1.a
Voluntatis diuinæ eminentia eſt ratio, quod Deus potuerit aliquas creaturas velle, potius q̃ alias. 668.c.2.e
Voluntas ſimplex in Deo non eſt reſpectu poſsibilium. pag. 518.c.2.a
Voluntatis actus ōis terminatur ad exiſtens. 519.c.1.a
Voluntatis diuinæ ratio, & modus, quo determinatur radicaliter poſitus eſt in excellentia eiuſdem diuinæ voluntatis, & actus illius &c. ibid.
Voluntas creata poteſt Deo reſiſtere, accipiendo reſiſtentiam communiter, non propriè. 757.c.2.e
Voluntati diuinæ quomodo conueniat communicatio ex eius perfectione. 673.c.2.b
Voluntas an ſit in Deo per modum potentiæ, vel principij actualis volitionis. 663.c.2.d
Voluntatis diuinæ actus à nullo poteſt obiecto creato determinari. 857.c.2.e
Voluntaria perfectio quid ſit. 669.c.2.e
Voluntatis, & ſcientiæ differentia quo ad habitudinem ad ſcita, & volita. 680.c.2.c
Volũtas quomodo efficaciter probetur à D.Th in natura intellectuali. 665.c.1.d
Voluntas mouet intellectũ, & ab eo mouetur. 711.c.1.d
Voluntas ſumitur dupliciter, ſcilicet pro actu, & pro potentia. 662.c.2.a
Voluntas cur ſit poſterior intellectu. 663.c.1.a

Vo-

Voluntas mouet intellect. quo ad exerc. actus. 711.c.1.e
Voluntatis,& intellectus actus ſupra ſeinuicem feruntur,& mutuo ſe includunt. 712.c.2.d
Voluntas non poteſt non eligere poſito vltimo iudicio practico. 718.c.1.e
Voluntatis applicatio quo prius à Deo fiat. 790.c.2.c
Voluntatis obiectum per ſe eſt bonum; obiectum autem per accidens eſt hoc, vel illud bonum. 319.c.2.e
Velle non conſtituit cauſam actiuam, ſed eſt determinans ipſum. 505.c.1.d
Voluntas ex nullo intellectus iudicio præciſè ſumpto determinatur. 718.c.1.c
Voluntas quo poſsit velle ſub ratione mali. 725.c.1 d
Voluntaria à naturalibus,& artificialibus quo differant quo ad præd. finitiones,& leges,ſiue regulas artis diuinæ. 638.c.2.a
Vol. humanæ concurſus nõ pcedit cõcurſũ Dei. 844.c.2.c
Voluntatis noſtræ neceſsitas reſpectu beatitudinis in cõi eſt quo ad ſpecificationem actus. 678.c.2.a
Voluntas diuina neceſſariò vult ſuam bonitatem quo ad ſpecificationem actus,& quo ad exercitiũ, licèt prior tantum probetur à D. Thom. 678.c.2.c
Voluntas noſtra dupliciter poteſt à Deo phyſicè præmoueri. 843.c.2.b
Voluntas noſtra poteſt à Deo phyſicè præmoueri mediante motione morali. 843.c.2.b
Voluntas ſub præmotione Dei, antequam impellat illa præmotio ad mouendum, eſt indifferens tam in ſenſu diuiſo, quàm in ſenſu compoſito. 799.c.2.e
Voluntas creata poteſt à Deo neceſsitari ad vnum ad modum naturæ; non poteſt tamen violentari ſecundum actum electum. 757.c.2.d
Voluntas ſub præmotione, prout præmotio impellit ad agendum, eſt determinata, & implicat contradictionem illam non agere. ibid.
Voluntas ita mouetur à Deo, vt indeterminatè ſe habeat ad multa. 792.c.2.d
Voluntas à Deo mota neceſſariò mouetur neceſſitate ſuppoſitionis. 793.c.1.c
Voluntas à Deo dupliciter mouetur .ſ. mediante intellectu, et immediatè per phyſicum influxum. 792.c.1.d
Volũtati nõ põt Deus vim neceſſitatis inferre, niſi immutãdo iudiciũ vltimum intellectus practici. 803.c.2.a
Voluntatis concurſum, & determinationem non præcedere, ſed à Deo dependere, probatur. 844.c.2.b
Voluntas ſeipſam applicat ad agendum. 790.c.1.c
Volũtas nr̃a nõ eſt prima determinationis cã. 866.c.1.c
Voluntas habet in ſua põtate diuinũ influxũ. 793.c.2.d
Volũtas quo poſſit diuinã inſpirationem abijcere. ibid.e
Voluntas quo habeat actionem,& effectum in ſua poteſtate, explicatur ex Ferrarienſi. 794.c.1.a
Vox nõ eſt ſignum formale, ſed inſtrumẽtale. 433.c.1.c
Vſus bonus bonorum operum moralium, ſiuè ad ea applicatio multiplex eſt. 862.c.1.c
Vſus bonus operũ bonorũ, qui eſt ex naturæ viribus, nõ põt eſſe ratio, aut conditio prædeſtinationis. 863.c.1.c
Vſus bonus liberi arbitrij quadruplex. 862.c.1.c
Vſus bonus liberi arbitrij quo ad modũ, quo homo cooperatur vocationi, eſt effectus pdeſtinationis. 862.c.2.b
Vſus boni, ſiue applicationis primam originem aduerſarij tribuunt libero arbitrio. 798.c.2.d
Vſus boni prima origo eſt gratia Dei. 791.c.1.a
Vſus omnis liberi arbitrij, quo dirigimur in vitam æternam, qua rõne eſt à libero arbitrio, eſt à ſupernaturali auxilio Dei,& eſt effectus prædeſtin. 863.c.2.b
Vſum liberi arbitrij præuiſum ex dictis Suarezij probatur ab eodem ſtatu prædeſtinationis cauſam moralem, vel conditionem. 866.c.2.c
Vſus rei idẽ eſt, qđ applicatio rei ad operationẽ. 790.c.1.c
Vſus præcedit in voluntate conſenſum. 798.c.1.b
Vulnus ignorantiæ eſt in ſola rõne practica, vt eſt ſedes prudentiæ. 15.col.1.a

Indicis rerum notabilium finis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ERRATORVM CORRECTIO.

pag.	Col.	litt.	Error.	Correctio.
10	1	A	non de	non ſolum de
11	1	A	inclinet	inclinetur
27	2	B	hac	hinc
37	2	B	reuelatio	reuelat
42	2	D	ſi ita	dele ſi
43	1	D	nam ratio	nam rationes
57	1	B	indutus	inditus
60	1	E	modus	modis
68	1	C	alium	aliud
69	1	C	expugnere	expungere
71	1	B	ex	eſt
84	1	D	diſtinctiuam	coniunctiuam
202	2	B	vt ſic	vbi ſic
214	2	B	implicam	implicat
273	1	E	inſtat	inſtar
289	1	A	denotatus	denotatur
297	1	C	ſi	ſit
299	2	D	ergo opponitur	ergo non opponitur
330	1	A	onine	omnem
330	1	D	& eſt	dele eſt
339	2	C	ipſo	ipſum
340	1	A	formam	forma
351	1	A	Authores	Authoris
355	1	D	reſpongone	reſponſione
363	2	B	Cælis	Cæleſtis
377	2	B	intentionis	intenſionis
383	2	C	videre	videret
492	1	D	Vaſquezio	à Vaſquezio
538	1	D	nam	num
566	2	C	hunc	hanc
597	1	D	expreſſunt	expreſsit
659	2	C	vera	verò
658	2	C	ad	ac
672	1	D	poſterius	poſterior
680	1	A	dele: vel non, ſi	præſupponunt actum volũtatis
689	2	B	ſuper	ſemper
700	2	B	non potuit	dele non
703	1	C	ſta-	ſtatim
783	1	E	intringere	infringere
788	1	A	effectu, tam	effecturam


REGISTRVM.

a A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.
Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſs Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz.
Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff Gggg Hhhh Iiii Kkkk Llll Mmmm.

BONONIAE, Apud Hæredes Io. Roſsij. 1619. Sumptibus Bernardini,& Euangeliſtæ fratrum de Dutijs Bibliopolarum Bononienſium. *Superiorum permiſſu.*

Digitized by Google

Digitized





Digitized by Google

Digitized by Google




Digitized by Google





Digitized by Google



Digitized by Google